Fragosi
Regimen
Christianæ
Reipublicæ

2.

R. P.

IOANNIS BAPTISTÆ

FRAGOSI,

SOCIETATIS IESV,

REGIMINIS

CHRISTIANÆ REIPVBLICÆ

Tomi Secundi

ALTERA PARS.

R. P. BAPTISTÆ

FRAGOSI,

SOCIETATIS IESV,

SYLVENSIS, EX ALGARBIO LVSITANIÆ:

REGIMINIS CHRISTIANÆ REIPVBLICÆ,

EX SACRA THEOLOGIA ET EX VTROQVE IVRE ad vtrumque forum coaleſcentis

TOMVS SECVNDVS,

Qui Principum, ac Paſtorum Eccleſiaſticorum obligationes, ac iuriſdictionem complectitur: vbi etiam multa de religioſa gubernatione continentur.

NVNC PRIMVM PRODIT.



LVGDVNI,
Sumptibus Laurentij Aniſſon, & Soc.

M. DC. XLVIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

ILLVSTRISSIMO NOBILISSIMOQVE DOMINO,

D. PETRO DE GRATET,

COMITI DV BOVCHAGE,

DOMINO DE BRENGVE,

IN SACRO ET SECRETO REGIS CONSISTORIO CONSILIARIO, ET IN SVPREMA DELPHINATVS CVRIA PRÆSIDI DIGNISSIMO.

QVOD affero, tibique offero, PRÆSES AMPLISSIME, quî vocem, haud satis ſcio, quod tam periculoſum, ac facile ſit labi verbo, quàm facto. Si munus appellauerim, id crimen eſt, atque apud æquiſſimum Præſidem, iuriſque moderatorem integerimum, cui abſtinentiſſimæ, imo cui, de Iudicum Thebanorum more, nullæ ſunt manus, iam reus fio. Apud Superos munus dediſſe, religioſi hominis ſit, PLACATI NVMINIS accepiſſe: certè apud Iuſtitiæ myſtas vel leuiſſimum obtuliſſe munuſculum, capitale eſt; accepiſſe, corruptela; gloria, vultu altiſſimo reieciſſe.

Hæc vt ita ſint, nihilo tamen minus vereor nihil, VIR SPECTATISSIME, ingenuè profiteri,

me munuſculum hoc Typographicum offerre tibi, non quidem, vt Lyſię hamatum, ſed Euchariſticum, vt Euergetæ meo; quod ne Themis ipſa ferreo licet rigore, gladioque formidabilis damnare audeat; ſi offero nec improbare poſſit, ſi acceperis: niſi fortè gratias, impia, imò ſeipſam parũ ſana antè damnauerit. Quid enim amabo te iuſtius eſſe poteſt, quàm beneficiũ cùm acceperis, memori ſepire animo, deprædicare verbis, munuſculo ſi queas referre, ſi nequeas, cõteſtari?

Nunc autem, INTEGERRIME PRÆSES, quàm arctis generoſus, ac prænobilis animus tuus me ſibi deuinxerit nexibus, quantoque beneficio nihil minùs promeritum gemmeæ, ac rapaces Charites tuæ non ita pridem ornauerint: tute ipſe, qui feciſti beneficium, aſſequare ſolus: ego certè, qui illud cepi, nec valeo mente conſequi, nec verbis complecti, multò verò minùs re-ipſa referre. Vnum tamen hoc reſtat, quod tentem, ſi profuſam in me, meóſque voluntatem tuam ſingulari officio teſtatam, ſaltem hocce publico paupertinæ gratitudinis teſtimonio viciſſim pro virili meâ remunerem, ſimul, & remuneratam ad poſteros, typis ære perenniori-bus non ingratus tranſmittam.

Vtrùm verò tibi gratum futurum ſit noſtrum iſtud literarium munuſculum, haud equidem in dubium valeo reuocare; tum quia illius argu-

mentum

mentum eiusmodi est, prorsus vt tibi non possit non esse acceptissimnm: quòd DE REGIMINE CHRISTIANÆ REIPVBLICÆ disputet, cuius vis omnis, ac felicitatis summa in vobis sita est, quos Reges Christianissimi, ad prosperam rei publicæ administrationem, supremæ authoritatis, Iustitiæ, potestatisque suæ communionem tuam vtiliter vocauit, quàm gloriosè: tum quòd tota hæc disputatio ex vtroque iure solerter cõflata, vtriusque fori Ecclesiastici, & Ciuilis tricas nimium quantum intricatas, difficiles extricatu, & tantumnon à difficultate sua æternas spectet, quibus cùm radicitus exscindendis, iurique Reipublicæ dicundo peræquè à regio summæ dignitatis choragio, purpura nimirum, ac diademate, spectabiles, ac formidandi, liliatis in tribunalibus præsides sedeatis, in eam spem venio fore, vt in hanc rem non minori compendio, quàm commodo maximo tibi obuenturum sit minutulum hoc debitæ gratitudinis monumentum, quod ab eius animo, typis manúque tuum in sinum, ac manus euolat, qui nouo tribuet beneficio nominíve, vbique gentium audire in omnes ætates consequentes.

Dominationi tuæ,

PRÆSES AMPLISSIME,

Addictissimus, & obsequentissimus seruus

LAVRENTIVS ANISSON.

Lugduni 23. Nouemb. 1647.

Facultas Reuerendi Patris Prouincialis Societatis IESV *in Prouincia Lugdunensi.*

CLAVDIVS MAVCLER, Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Lugdunensi, iuxta Priuilegium eidem Societati à Regibus Christianissimis Henrico III. 10. Maij 1583. Henrico IV. 20. Decembris 1606. & Ludouico XIII. 14. Februarij 1611. concessum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne Libros ab eiusdem Societatis hominibus compositos, absque Superiorum permissione imprimant, Permitto Laurentio Anisson Bibliopolæ Lugdunensi, vt Librum qui inscribitur, P. BAPTISTÆ FRAGOSI, *Regiminis Reipubl. Christianæ Tomus secundus*, imprimere, ac liberè diuendere possit. Datum Lugduni 26. Nouembris 1647.

CLAVDIVS MAVCLER.

Approbatio Theologorum.

Nos infrascripti in sacra Theologiæ facultate Parisiensi Magistri fidem facimus perlegisse Librum, cui titulus est, IOAN. BAPTISTÆ FRAGOSI *è Societate* IESV, *Regiminis Reipublicæ Christianæ Tomus Secundus*, nihilque in eo fidei Orthodoxæ aut bonis moribus contrarium animaduertisse, Lugduni 20. Iunij 1647.

Fr. CLAVDIVS COCHET, Ordinis Prædicatorum.

Fr. M. MICARD, Minor.

Summa Priuilegij Christianissimi Regis.

Cavtvm est, authoritate Regis, ne quis in Regno suo, aliisve locis suæ ditioni subiectis, intra decem proximos annos, Librum, qui sic inscribitur, IOAN. BAPTISTÆ FRAGOSI *Societatis* IESV, *Regiminis Reipubl. Christianæ Tomus Secundus*, absque Laurentij Anisson, Bibliopolæ Lugdunensis permissu, imprimat, aut diuendat, à die publicationis horum exemplarium; qui secus fecerit mulctâ indictâ, prout ampliùs in diplomate regio continetur, mulctabitur. Datum Parisiis 12. Augusti 1647.

De mandato Regis.

Signatum.

LOYS.

Perfectum hoc opus fuit 14. Decembris 1647.

INDEX

INDEX DISPVTATIONVM, QVÆ IN HOC SECVNDO VOLVMINE CONTINENTVR.

LIBER I.

De supremo Summi Pontificis Principatu.

DISPVTATIO I.

De obligationibus Summi Pontificis.

DISPVTATIO II.

De gladio Summi Pontificis circa excommunicationes illi reseruatas.

DISPVTATIO. III.

De casibus reseruatis in Bulla Cœnæ Domini à Domino Nostro Vrbano VIII.

ã 4

LIBER II.

De potestate Romani Pontificis, quo ad thesaurum Indulgentiarum, cuius claues ipse habet.

DISPVTATIO IV.

De Indulgentiis quas potest Summus Pontifex concedere tam in genere, quam in specie Prælatis, ac fidelibus Christianis.

DISPVTATIO V.

DISPVTATIO VI.

De Iubilæis à Summis Pontificibus pro causis particularibus concedi solitis, præsertim in principio suorum Pontificatuum, vbi de verbo ad verbum transcribitur exemplar Iubilæi concessi. Anno Domini 1619.

DISPVTATIO VII.

De resolutionibus, quæ ex dubiis circa Bullam cruciatam emergentibus oriuntur, suntque n.50.

LIBER III.

De variis gradibus Dignitatum Ecclesiasticarum: deque variis officiis, ac beneficiis, quæ olim, & nunc in Ecclesia repertuntur.

DISPVTATIO VIII.

An omnes dignitates Ecclesiasticæ, beneficia, & officia sint iure diuino instituta.

DISPVTATIO IX.

De obligationibus Romani Pontificis circa beneficia omnia.

LIBER

LIBER

LIBER

LIBER XII.

De obligationibus Pastorum Ecclesiasticorum præsertim Regularium circa emendandos excessus suorum subditorum.

DISPVTATIO XXV.

De modo procedendi tam fraternè, quam iudicialiter in causis Regularium.

REGIMI

REGIMINIS
CHRISTIANÆ
REIPVBLICÆ,

EX SACRA THEOLOGIA, ET EX VTROQVE Iure ad vtrumque forum coaleſcentis

PARS SECVNDA.

QVÆ PRINCIPVM AC PASTORVM ECcleſiaſticorum obligationes,ac iuriſdictionem complectitur: vbi etiam multa de religioſâ gubernatione continentur.

LIBER PRIMVS.

DE SVPREMO SVMMI PONTIFICIS PRINCIPATV.

DISPVTATIO I.

DE OBLIGATIONIBVS SVMMI PONTIFICIS.

Quæ ſint Summi Pontificis obligationes in ſpecie?

§. I.

EPITOME.

1. *Obligationes ſummi Pontificis quales ſint in ſpecie, & vnde colligantur.*
2. *Obligationes ſanctiſſimi Petri tranſeunt ad ſucceſſores in Primatu.*
3. *Summus Pontifex quibus nominibus appelletur; eius obligationes Concilia varia declarant.*
4. *Papa dicitur, Sponſus Eccleſiæ, Ordinarius Ordinariorum, totius Orbis territorium illi eſt, diciturque Dominus Dominorum, Sol totius Orbis, & Eccleſia,cuius iura tuetur.*
5. *Papa delinquet ſi recuſat tueri Eccleſiam ob metum temporalem, vel ſi diſſimulet cùm poſſit: poteſt reuocare leges ciuiles contrarias ſupernaturali fini,vel excitantes ad peccatum.*
6. *Poteſt cognoſcere de negotiis ſæcularibus in ordine ad peccatum.*
7. *Papa conuenit leges quæ ad peccatum inducunt, quà tales damnare, neque propterea ſibi ſumit poteſtatem temporalem in Principes.*
8. *Papa debet Eccleſiam tueri ſi detur ſchiſma, & conſeruare leges ſuorum prædeceſſorum, priuilegiáque maximè benemeritis conceſſa.*

ABSOLVTA primâ parte noſtri Regiminis Chriſtianæ & Reipublicæ de obligationibus Principum, ac Magiſtratuum ſæcularium, ſequitur dicamus de obligationibus, ac iuriſdictione Principum, ac Paſtorum Eccleſiaſtico- 1.
rum; & quamuis ſingulas tantorum Patrum, ac Principum obligationes ſingulatim perſequi mihi labor pluſquam Herculeus videatur; ordiar tamen non ab alio Principe, ac Paſtore, quàm à Summo totius Reipublicæ Chriſtianæ Parente, ac capite, non tamen vt omnia, quæ de illius ſupremo Principatu, ac poteſtate tam ſpirituali, quàm temporali dici poſſent, plenè complectar, (id enim noſtris viribus onus impar porro eſt,) ſed vt aliqua perquam breuiter, non tamẽ, vt par eſt, perſtringã.

Primò ergo quæritur, quæ ſint obligationes Summi Pontificis in ſpecie? Reſponde ex multis excellentiis, ac prærogatiuis, quibus Chriſtus Dominus ſanctiſſimum Petrum exornauit, & cæteris Apoſtolis antetulit, apertiſſimè conſtare, quibus obligationibus Summi Pontifices Petri ſucceſſores obſtringantur? Nam Petro dictum eſt à Chriſto Domino: *Paſce oues meas, paſce agnos meos*, hoc eſt, habe curam Petre mei ouilis, quod eſt vnum tantùm, Ioannis 10. ibi, *Erit vnum ouile, & vnus Paſtor.* Ergo vniuerſum gregem ſuum Petro Chriſtus commendauit, ac commiſit, vt ille Eccleſiam vnicam, & vnicum ouile amore paterno, & paſtorali foueret: ex quibus verbis, vt teſtatur Ambroſ. *in cap. vlt. Lucæ*, per hæc verba, *Paſce oues*

meas, colligitur relictum fuisse nobis Petrum tanquam Vicarium amoris Christi,& quia omissis reliquis Christus Petrũ duntaxat affatur, reliquorum etiam agnorum, ac totius ouilis curam commisisse certum est: quod etiam tradit Epiphanius *in Ancorato*,& Chrysostomus in eundem locum, *Pasce oues meas*, consonat Leo *in sermone de assumptione sua ad Pontificatum: de toto Mundo*, inquit, *vnus Petrus eligitur, qui & vniuersarum gentium vocationi,& omnibus Apostolis, cunctisque Ecclesiæ Patribus præponatur*, non ex alio fundamento teste Gregorio *lib.4. Epistolar.*32. nisi quia Petro totius Ecclesiæ cura est cõmissa, ipsi quippe dicitur, *Pascue oues meas*, sub quibus verbis ex communi vsu loquendi intelligitur omnis actus pastoralis. Idem enim est pascere, quod agere pastorem, siue esse pastorem: ideo actus pastoralis non est solum cibum ouibus adhibere, sed etiã ducere,& reducere gregem, illúmque tueri, regere, castigare, ac paternè illi præesse. Quare Chrysost. *lib.2. de Sacerdotio*, semel, atque iterũ ex illâ voce dictâ Petro, vocat *præfecturã*, officium Petro cõmissum,& August. *in illo Matth.24. Fidelis seruus,& prudens, quem constituit Dominus super familiam suam*, ait, *Oues ipsas pascendas, hoc est docendas, regendásque Domino Petro cõmisit*. Consentit Greg. *in lib. de Cura Pastorali*, dum vocat pastores, & curam pastoralem, nihil aliud esse, quã regimen: imò & culmen, ac lumen regiminis, ipsúmque pascere, regere ac præesse interpretatur. Ex quo patet quot, quãtæque sint Sũmi Pontificis obligationes erga vniuersũ Christi Domini ouile, cùm sit pastor bonus,& optimus.

2. Probatur, quia Summus Pontifex est legitimus successor Petri, pari dignitate, & potestate; nam quamuis Petrus à Christo Domino habet potestatem supremam ad gubernãdam Ecclesiam militantem, attamen sicut Petro collata fuit primò à Christo Domino potestas non vitalitia, sed perpetuò in vniuersos Christi fideles duratura, sic etiam, ad eius successores eadem potestas, vt in illis perennet, transfertur, eo quòd Papalis dignitas non ab hominibus, sed ab ipso Christo Domino, immediatè est instituta, quod est de fide, vt constat ex *Matthæi* 16. *super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*. & infra, *& portæ inferi non præualebunt aduersus eam*, quo loquendi modo significatur perpetuitas ædificij extructi in illa petrâ, & consequenter petram fore perpetuam, non in personâ Petri, sed in cathedrâ,& in successione. Suar. *de triplici, disp.5. sect.8. n.1. in tract.1.& disp.10. sect.3. num.7.* Idque confirmat authoritate Gelasij Papæ in Concil. 70. Episcopor. dicentis, Romanam Ecclesiam à Christo Domino Primatum habere, & Anacleti *Epistol.* 3. negantis ab Apostolis habuisse, idem Suar. *lib.* 3. *de Primatu c.* 12. *n.*2. & seq. *à fol.*287. *vsque ad* 372.

Ratio potissima, quia obligationes Petro adhærentes transeunt cum Primatu ad successores tanquam res cum suâ causâ, & onere, *l. si conuenerit, vt nomen, §. si fundus, ff. de pignor. act. & l. si debitor. C. de distract. pignor.* Tiraquel. *de retract. ligna. §.1. gloss.10. n.13.* Menoch. *cons.297. n.38.* post Ias. *in l. is cui opus, num. 2. ff. de oper. nou. nunciat.* Socin. sen. *in cons.45. lib.3.* & Soc. iun. *in cons. 74. num. 8. lib.3.* dicentes, res transire in successores cum suis qualitatibus. Cùm ergo Petrus Pontificatum, & regimen totius Christiani populi à Christo Domino acceperit, & ipse Petrus perseueret,& viuat in successoribus suis, omnes obligationes Petri in successoribus perennant.

3. Ex diuersis etiam nominibus ostenduntur obligationes Summi Pontificis; nam dicitur *Papa*, hoc est *Pater patrum*, seu per antonomasiam *Pater*, vt scribit VValfrid. *cap.7. de rebus Ecclesiast.* cuius meminit Azor 2. *p. instit. moral. lib.4. cap.4. §. porrò vera.* item vocatur, *Christianorum Pontifex, Summus Sacerdos, Summus Pontifex*, vt legitur apud Eusebium *in Chronica anno* 44. & in *Epistol. à Stephano Archiepiscopo Carthaginensi ad ipsum Damasum*, quam scripsit nomine trium Conciliorum Africæ, per hæc verba; *Beatissimo Domino,& Apostolico culmine sublimato S. Patri Patrum, Damaso Papæ, &c. & infra ibi: & Summo omnium Præsulum Pontifici.* Quo etiam titulo vsus est Beatus Anselmus *in præfat. lib. de Incarnat. Verbi, ad Vrbanum Papam*, & Diuus Hieronym. *in præfat. Euangelior. ad Damasum. Tu*, inquit, *qui Summus es Sacerdos*, sequitur Bernard. in omnibus Epistol. ad Romanos Pontifices, qui *lib.2. de Cõsideratione* vocat Summum Pontificem *Christi Vicarium*, quo etiam titulo vtitur *Concilium Lugdunense sub Gregorio decimo*, vt habetur *in sexto titulo, de electione, cap. vbi periculum*: atque ita cùm succedat Summus Pontifex Petro in Ecclesiasticâ Monarchiâ, tam ex diuino iure, quàm ratione successionis, vt patet ex auctoritate Conciliorum, & ex Græcorum, Latinorúmque Patrum testimoniis, teste Bellarmino *tom.1. de Romano Pontifice, lib. 2. cap. 12. & 13.* benè sequitur non solùm Summi Pastoris, sed etiam Patris Patrum, Christianorum Pontificis, Summique Sacerdotis, ac Vicarij Christi obligationibus circumdatum vndique Summum Pontificem, Petri successorem existere.

Has itidem obligationes declarant Concilia variis in locis, puta Cõcilium Chalcedonense *in Epistola ad Leonem*, vbi vocat illum *Caput Ecclesiæ*, per hæc verba ibi: *Quibus tu velut membris Caput præeras*,& *Act.1. eiusdem Concilij* dicitur, *Ecclesia Romana, Caput omnium Ecclesiarum. Et infrà* ab eodem Concilio Chalcedonensi *in d. Epistola ad Leonem*, dicitur, *Custos vineæ*, ibi: *Insuper*, inquit, *contra ipsum cui vineæ custodia à Saluatore commissa est*, id est, contra tuam Apostolicam Sanctitatem, extendit insaniam: & à Concilio Lugdunensi generali dicitur Papa, *Sponsus Ecclesiæ*, vt habetur *in cap. vbi periculum, de electione in 6.*

4. Ad id quod scribit Bernar. *in Epistola 237. ad Eugenium Papam*, monens illum, ne se arbitretur Ecclesiæ Sponsum, sed amicum Sponsi, respondetur, quòd sicut Papa dicitur *Pastor Ecclesiæ, Caput, ac Rector* loco Christi Domini, sic etiã dici Sponsum loco Christi; Bernardus igitur Pontificem monuit duntaxat, ne se principalem Sponsum Ecclesiæ existimet. Nã principalis est Christus Dominus *Ioan.* 3. Ipse enim Ecclesiam Spiritu suo fœcundat, & eius solius semine (quod est verbum Dei) nascuntur filij. Pontifices autem censentur Sponsi quatenus cooperantur in generatione filiorum, veluti ministri Verbi,& Sacramentorũ,& filios non sibi, sed Christo Domino generant. Denique vocatur Summus Pontifex *in Concilio Chalcedonensi Act.3. Episcopus vniuersalis*, vt constat ex tribus Epistolis, à diuersis Græcis ad Leonem Papam missis, quæ omnes sic ordiũtur, ibi: *Sanctissimo,& Beatissimo vniuersali Archiepiscopo, & Patriarchæ magnæ Romæ Leoni.* quæ verba, vt ait Gregor. *lib.4. Epistola* 32.& aliis sequẽtibus, ostendunt Petro totius Ecclesiæ curam esse commissam à Christo Domino, quod idẽ est, ac si diceret Petrum esse à Christo Domino vniuersalẽ Episcopum cõstitutum. Nec obstat, si dicas Romanos Pontifices non se vocasse vnquam vniuersales Episcopos, quia, vt habetur *in Epist. 2. Sixti primi, & in 2. Ponciani, & in 2. Stephani primi*, sæpe Pontifices

fices se nominarunt Episcopos Ecclesiæ vniuersalis, quod etiam ostẽditur ex Epistolis Leonis primi 54.62.& 65.Ex quibus omnibus luce clariùs pater, quot, quantisque obligationibus Sommus Pontifex sit obstrictus,cùm sit Petri successor, Pater Patrum,Princeps Sacerdotum,Vicarius Christi, fundamentum ædificij Ecclesiæ, Rector Domus Dei, Pater Ouilis Domini, Sponsus Ecclesiæ, Custos Vineæ Dominicæ, Apostolicæ Sedis Præsul, Pater, & Doctor omnium fidelium.

Ex dictis sequitur Papam esse Ordinarium Ordinariorum, & totius Orbis, totúmque Mundum esse illius territorium, *cap. cuncta per mundum 9. quæst.* 3. Gonxales *ad regulam* 8. *Cancellariæ* §. 2. *proœm.n.* 44.post plures,quos ibi refert,ac sequitur, nullúmque io terris habere superiorem, *d.cap. cuncta per mundum,cap.licet,cap.venerabilem, de electione.*Flamin.*de resignatione,lib.7.quæst. 5. num.* 1.& 2. Mastril.*de Magistrat. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 4. Nec refert quòd in proœmio Decretalium, & in aliis locis nominetur *Seruus Seruorum Dei*; id enim ad humilitatem intelligitur: quod autem attinet ad potestatem est *Dominus Dominorum*,& quæcumque potestas est sub cœlo, est in summo Pontifice. Ita Bald. *in d. proœm. Decretalium, num.*6. & Bartol. *in constit. Henrici 7. in volumine post duos libros feudorum, quæ incipit, Ad reprimendum*, quos refert, ac sequitur Azor 2.*p.instit.moral.lib.*4.*cap.* 19. *quæst.* 1. *vers.Baldus*,& Augustin. Barbos.*de institutione Episcopal.offic.p.*1.*tit.*3.*cap.*2.*num* 18.*ad finem.*Facitque voom Consistorium Papa eom Deo, Hostiens. *in cap.quanto,num.* 11. *de translatione Episcopi*, per text. ibi, Gomes *de expectat. sub num.* 38. Gonzal. *super regula* 8.§. 2.*proœmial.n.*35. Dicitutque *Imperator* dum obtinet Imperium Romanum, *cap. Dominus,& ibi* gloss. 1. *distinct.*10. Bald. *in l. rescripta, num.*7.& 8.*C.de precib.Imperat.offerend.*vbi plura de excellentiâ Papæ,qui maior est Imperatore,& omnibus Regibus Voiuersi,& se habet erga illos, veluti Sol erga Lunam,& stellas *cap. solitæ, de maiorit. & obedient.* vbi *gloss. verb. inter Solem, & Lunam*, hoc bene demonstrat Bald. *in cap. bona, el secundo, num.* 10.*de postulatio. Prælator.* vbi ait, *Papam habere admirabilem potentiam, & præesse Ecclesiis, sicut Sol præest planetis.*

Ex hoe etiam demonstratur Papam teneri iura Ecclesiæ tueri, nec debere negligere, qui alios in suâ iustitiâ fouet,*cap.quoniam intelleximus,de immunitate Ecclesiæ in sexto, circa medium*, Bellamer. *conf.* 40. *num.* 22. *ad secundum quæsitum.* Similiter tenetur ius diuinum tueri vsque ad sanguinem, & animam,*cap.sunt quidam*,21 *quæst.*1.Abb. *in* 1.*quæst. incip.Episcopus,col.*3.*num* 4. *vers. secundò principaliter.* Nec non debet es debito Summus Pontifex Ecclesiam suam vniuersalem,& eius Ecclesiasticam libertatem, & iurisdictionem defendere, vt de fa-
3. cto defendit,dolétque dum videt toi gentes & nationes ab Ouili Christi aberrare.Bellamer. *d. consil.*40.*num* 44.*vers. ad quartam, si.* Quod est votum Ioan. de Varenis, vbi in fine firmat, quod contra audentes talia insurgat Ecclesia, aures instar aspidum non obturando,sed præualendo progrediatur, vt eos,qui timore Dei, à malo non recedunt, seueritas Ecclesiæ saltem compescat.

Similiter tenetur statuta contra libertatem Ecclesiasticam dissolnere,& occuparores suæ iurisdictionis noo solùm arguere, sed etiam opportoois remediis conuincere, Bellamer. *d. conf.* 40. *num.*4. *vers.ad quartum*, quia est Pastor voiuersalis crediti sibi à Deo gregis, & curam gerere in ordine ad finem supernaturalem, & bonum totius Ecclesiæ non cessat *l.*3.*Ecclesiis, C. de Episcopis, & clericis.* Idcirco dissimulari non debent opprobria illius, qui probra nostra,& opprobria deleuit,*c.nonnullis, de Iudæis*, Bellamer.*d.conf.*40.*num.*44.

Iuuat *gloss.*1.in *regula possessor,de regul.iur.in 6.& gloss.verb.torneamenta,vers.sed supposito in Extrauagant.*1.Ioannis 22.*de torneamentis*, ex quibus habes Papam in ordine ad finem supernaturalem posse reuocare leges ciuiles scriptas, & non scriptas,quæ approbant scelera subditorum, & facientibus præmia concedunt, & abrogare statuta eidem fini, ac bono spirituali contraria, si eorum conditores à Papa moniti noluerint reuocare, ita Suar.*de legib. lib.* 3.*cap.*6.*num.*6. *cum sequent.& de defensione fidei catholicæ,lib.*3.*cap.*22.*num.*10.Molin.*de iustit.tract.*2 *disp.*29.Padil.*in l.*2. *num.* 78. *C. de seruitutib.* Pinel. *in Authent. nisi, n.*11. *&* 56.*C. de bon. matern.* Mantuan. *dialogo* 64.Menchac.*success.creat.* §. 10. *n.* 649. Quod extende etiam quando leges ciuiles excitant,& inuitant homines ad peccata venialia committenda: has etiam leges Papa potest abrogare, si deficiat legislator sæcularis, qooniam per illas etiam violatur bonum spirituale, dum subditi inuitantur ad venialia suscipienda, quibus finis spiritualis in suâ proportione offenditur, & in quo deuiatur à verâ legis substantiâ, quæ consistit in eo, vt lex feratur de re tali, quæ iustè, & honestè exerceri queat;ita vt aliter nullius sit momenti:ita Abb.*in cap.vlt.de præscript. sub num.* 2. Consonat *l. Lusitana,lib.*3.*tit.*64. *in princip.* decidens legem canonicam in foro ciuili esse seruandam quando agitur de peccato, & desumitur ex scribentibus *in cap.*1. *de nou. oper. nunciat.* gloss. *in cap.* 2. *de Arbitrie in* 6. Surd. *decis.* 158. *num.* 9. *& de alimentis, titul.* 7. *quæst.* 29. Anton. Gomes *in l.* 82. *Tauri, num.* 52. vbi testatur de communi legem peccati nutritiuam esse nollam, & noo seruandam, idémque esse dicendum, si peccati venialis existat nutrix.

Vnde manifestò sequitur Pontificem quoties 6.
in oegotiis inter sæculares agitatis, agitur de peccato, de illis posse cognoscere in ordine ad peccatum, oeque propterea vllam sibi iurisdictionem temporalem arrogat in sæcularia, & laicos,sed spiritualem dumtaxar, ad quam vnam pertinet definitio de peccato. Cùm enim illa respiciat finem supernaturalem consequendum, & bonum spirituale Ecclesiæ quod peccatum omnino impedit, ad hoc impedimentum amouendum extendere necessariò se debet ea iurisdictio spiritualis, & de peccato pronuntiare, atque ita interpretor text. *in Extrauaganti, vnam sanctam,de maioritate. & cap. per venerabilem, qui filij sunt legitimi.*

Dum porrò Pontifex pronuntiat legem aliqoam, 7.
aut statutum esse contrarium fini supernaturalis beatitudinis consequendæ, & subditos ad peccatum aliquod incitare,vnde necessariò sequitur eiusmodi legem ampliùs noo obligare, quia lex ioiusta,& iniqua nulla est, non sumit sibi potestatem abrogandi leges temporales Principom, neque illorum iurisdictionem imminuit, aut sibi tribuit, sed tantùm vitium, & iniquitatem eiusmodi legis manifestat, ne subditi in peccatum inducantur, teneturque Princeps legem iniquam reuocare eodem iure, quo eam non coodere tenebatur. Vnde tamen non efficitur temporalem iurisdictionem supremorum Principum subiici Pontificiæ iurisdictioni in temporalibus. oeque hoc est propriè leges temporales Principum abrogare, & reuocare,

ex superiori quadam tempotali potestate; sed monere de iniquitate legum.

8. Dices hanc quoque declarationem iniqoitatis legis fieri posse à Doctoribus. Verùm respondeo
definitionem Doctorum priuatam esse, & à qua liceat appellare: at verò definitionem Pontificiam authenticam esse, & à Iudice supremo controuersiarum fidei, ad quam etiam spectant veritates morum, neque potest Ecclesia, cuius authoritas in Pontifice residet, definire aliquid esse peccatum, quod reuera peccatum non est, aut pronuntiare non esse peccatum, quod peccatum est; alioquin erraret æquè atque si circa aliquod mysterium, falsum quidpiam definiret. Quando igitur ex illa authoritate sibi à Christo collata Pontifex definit legem aliquam continere in sui obseruatione peccatum, non licebit ab ea definitione discedere, & eam legem tamquam iustam, & æquam tueri, & ad eius obseruationem subditos vrgere, alioquin peccabit tum ipse Princeps qui legem iniquam tulit, & seruari vult, tum subditi qui legis iniquitatem horrunt, & illam nihilominus obseruant. quæ omnia à nemine in dubium reuocari possunt, vt vides, neque Principum maiestatem violant.

Item tenetur Summus Pontifex conseruare magis suorum Prædecessorum statuta, ac leges, quàm aliorum inferiorum. Roman. *cons. 327. incip. Ista sunt rationes, num. 3. col. 2.* ex eà ratione, quia sicut ipse exoptat placita sua, ac constitutiones, à suis successoribus custodiri; sic etiam debet, vt suorum prædecessorum constitutionibus obediatur, Roman. *d. cons. 327. num. 3. vers. cùm igitur*, & deducitur apertè *ex c. institutionibus*, & *ex c. si ea. 25. quæst. 2.* dicentibus, *si ea destruerem, quæ antecessores mei statuerunt, non constructor, sed euersor iustè comprobarer.* Quod præsertim procedit quando constitutiones continent priuilegia concessa personis benemeritis. Nam licèt Summus Pontifex, ac Princeps possit reuocare sua priuilegia sine causa, non tamen semper decet, quando alicui benemerito fuerunt concessa, nec debent illa auferri sine causa, Bald. *in l. quæ ex relationibus, nota 63. C. de legib.* Curt. iun. *cons. 174. num. 4.* Decius *cons. 186. in causa communitatis num. 4. vers. sed tamen his, & cons. 292. & pro tenui, n. 7.*

Suffragatur quod dici solet, priuilegia concessa personis priuilegiatis non censeri sublata per clausulas derogatorias, nisi de priuilegiis fiat expressa mentio, Rom. *cons. 436. incip. Quod indultum, sub num. 11. vers. quinta principalis ratio. & cons. 327. Ista sunt, sub n. 8. vers. secundò respondeo.* Decius *cons. 165. Viso tenore, num* 4. Sicut non censentur sublata priuilegia concessa ad bonum publicum, & vtilitatem Ecclesiasticam, nisi de illis in specie fiat mentio. Quare quamuis voluntati successorum Papa non possit legem imponere, neque eorum manus ligare, quia hoc esset imponere legem potestati, & voluntati, Rota *decis. 137. n. 8. p. 1. diuers.* Ratio tamen suadet, ac petit; vt qui desiderat constitutiones suas à successoribus seruari, prædecessorum ordinationes, & statuta custodiat, per *d. c. si ea destruerem, & c. institutionis, & c. quod verò 25. quæst. 2.* vbi dicitur Papa sibi esse iniuriosus, si decreta prædecessorum abroget, & priuilegia tollat, Roman. *d. cons. 327. Ista sunt rationes n. 3. & 4.* & Gomes *in c. 1. de constis lib. 6. n. 98.* vbi addit facilius à Summo Pontifice reuocari proprias constitutiones, quàm suorum prædecessorum.

Vtrùm Papa possit aliquid detrahere de illis, quæ sunt de iure diuino, vel naturali.

§. II.

EPITOME.

CERTE iuris est sacrilegium dici ab iis 9.
commissum, qui dubitant de potestate Papæ, per *text. in l. 2. C. de crim. sacrileg.* Iason *in l. 1. de constitut. princip. n. 3. & in l. Barbarius, n. 35. ff. de offic. prætor.* Alexand. *cons. 216. vol. 2. num. 1.* Burgos de Paz *in proœm. legum Tauri, num. 347.* Mendoça *disp. iuris ciuilis lib. 1.* Matienz. *lib. 5. recopil. tit. 10. leg. 6 glossa 2. numer. 4.* Gonzal. *de mensib. gloss. 9. §. 2. num. 70.* & alij, qui omnes tradunt sacrilegium esse de potestate Papæ dubitare; ex eo fundamento, quia Papa potest omnia claue non errante, & sic excepto peccato, *de pœnitentiis distinct. 2. charitas*, Capristanus *de Auctoritate Papæ tom. 13. in 3. p. secunda partis principalis. tit. ad quid protenditur auctoritas Papæ, n. 88. fol. 62.*

Suffragatur Henricus Boich *in cap. magna. de* 10.
voto, vbi agens de iis, quæ liceant Papæ, ait Axioma Hostiensis asserentis omnia licita esse Papæ, quæ non sunt contra fidem, intelligendum esse, dummodo non offendatur Deus, quia ad hoc nulla est potestas, nullum priuilegium, nulla dignitas: atque

que ita Summus Pontifex obligatur ad præcepta Decalogi, & ad omnia alia, quorum commissio, vel omissio ex lege diuina veteris, aut noui Testamenti peccatum mortale iudicatur; Secus de iis, quæ ex lege canonica mortalia sunt, & in his omnibus quidquid libet, Papæ licet, vt habetur in *cap. proposui. de concessione prabenda, & in cap. final. de Simonià.* Attamen sine causa sufficiente non decet 11. *quæst. 1. cap. peruenit l. digna vox C. de legib.* Causa autem sumitur ex qualitate negotij, personæ, loci, & temporis; nam Princeps esto sit legibus solutus, profitetur tamen se legibus viuere, vt *Institut. quibus mod. test. in fine, & d. lex digna vox, Cod. de legib. l. hac consultissima, §. ex imperfecto C. de testament.*

Ex quibus concludit Hostiens. *in d. cap. magna de voto,* omnia licere Papæ præter peccatum, quod declarat Ioan. And. ibi, *de peccato contra legem diuinam, secus de peccato à lege positiuâ indicto.* Cùm ergo
11. tollere statuta Concilij, contra salutem sit, & statum vniuersalis Ecclesiæ, præsertim ex sua voluntate, & sine aliquâ causâ, maximè vbi sumus in his, quæ non concernunt merè ius positiuum, sed in his, quæ habent iura legis, & obligationis naturalis virtute iuramenti parti præstiti, aut voti, cuius obligatio fit Deo, & sic iuris est diuini, non possit fieri hoc in bona conscientia: sequitur non licere, Archidiacon. *in cap. sicut. 15. distinct. post gloss. ibi,* Iacobat. *de concil. lib. 7. ar. 4. num. 76.*

12. Quæstionis tamen est, an possit Papa statuere aliquid contra canones Apostolorum? Ex traditis à Felin. cum multis, quos citat *in rubr. num. 1. & sequentib. de constitutionib.* Respondetur affirmatiuè, vbi supponit posse Papam solum condere leges etiam de rebus arduis, sequitur Matt. *de iurisdict. 2. p. cap. 37. n. 1. & casu 93. n. 3. & casu 194. n. 7.* vbi addidit posse Papam interpretari, & limitare ius diuinum. Sed contra in hunc modum: Papa dum facit aliquid sine consensu Cardinalium, non dicitur facere cum bona conscientiâ, prout vult Ioann. Monach. *in cap. super eo, de hæret. in 6.* vbi dicit gesta per Papam, quæ erant ardua fuisse reuocata, eò quòd fuerint gesta sine consilio Cardinalium. idem docet Archidiacon. *in cap. sunt quidam 25. quæst. 1. in princip.* Hostiens. & Ioann. Andr. *in cap. antiqua de priuileg. Cardinal.* & Imol. in *cap. ex gestis de clericis non residentibus.* iuuat Bald. *in l. final. C. de diuers. rescript.* dicens Vrbanum Papam respondisse Oratoribus Perusinis petentibus expeditionem pro rebus ciuitatis, negotium esse arduum, ideo non posse in camerà expediri, sed in Consistorio cum Cardinalibus: idem de negociis arduis significatur *in cap. per venerabilem qui filij sint legitimi,* vbi dicuntur Cardinales, coadiutores Papæ in officio Papatûs, & Collaterales, *vt in cap. 1. & 2. de offic. legat. in 6.* & *pars corporis, 6. quæst. 1. verum,* & ideo non debet explicare ardua, nisi cum Cardinalibus stante maximè antiqua consuetudine: imo non valet consuetudo, quod Papa expediat ardua sine consilio Cardinalium, vt notat Abb. *in cap. 2. de maioritat. & obedient.* de quo per Felin. *in d. rub. de constitut.*

Et quamuis vtraque sententia sit probabilis, & secunda saltem ex quadam honestate, & condecentiâ valde probabilis, scilicet quòd ardua non explicentur à Papa, nisi cum Cardinalibus, cùm dicantur pars Papatus, & vocati in partem solicitudinis, vt habetur *in c. ad honorem, de authoritate, & vsu pallij,* & inuiscerati Papæ censeantur. Hostiens. *in c. antiqua. de priu.* & dicantur *Cardines terræ.* Io. de Tan. *in c. sacrosancta. 22. distinct.* & Hostiens. *in cap. 2. de cleric. non resident.* Probabilior est pars affirmatiua posse videlicet Papam solùm condere leges etiam de rebus arduis, & statuere contra canones Apostolorum, vt Abb. *in cap. literas, n. 14. de restitut. spoliator. & in cap. proposuit. num. 9. de concess. prabend.* Ancharan. *cons. 124. incip. circa Bigame.* Turrecrem. *in cap. lector. num. 2. decis. 34.* & ibi Præpos. & post alios tradit doctissimus, ac Reuerendissimus Hispaniarum Primas, *in commentariis in primam partem Decreti, in distinct. 47. cap. Episcopus 1. in gloss. verb. exigens tempore Apostolorum, num. 2. fol. 368.* atque ita solus dispensat cum Bigamo. Nec obstat *cap. nuper. extra de Bigamis,* quia licèt notetur difficultas, non tamen tollitur facultas. Nec refert etiam auctoritas Apostoli dicentis, quod Episcopus debet esse vir vnius vxoris, & *cap. 1. ad Timot. 3.* quia contra auctoritatem Apostolorum non potest dispensari in his, quæ concernunt naturam, & ita sunt de iure naturali 8. *distinct. c. quæ contra mores.*

Quinetiam Lucius Papa dispensauit cum Panormitano Archiepiscopo, qui fuit Bigamus, vt vult *gloss. 34. distinct. cap. si quis viduam §. sed postea,* quod fieri potest ex causâ iustâ: proinde in his, quæ non sunt de iure naturali, nec contra mores, nec contra fidem, potest Papa solùm dispensare etiam contra authoritatem Apostoli, & statuere contra canones Apostolorum, ex eo quòd Papa est maior Apostolo, & Apostolis, qui supervixerunt post obitum Sanctissimi Petri in eo quòd Pontifici, qui Petro successit, fuerint subiecti iurisdictione, cum eadem potestas, & iurisdictio, quæ fuit Petro à Christo Domino data, transfusa sit in successores; atque ita successor Petri viuentes Apostolos superabat dignitate, & potestate, quia hæc dignitas fuit in Petro, & est in successoribus tamquam ordinario totius Ecclesiæ Pastore, cui competit per se primò cura, & gubernatio totius Ecclesiæ, quod non competiuerit cæteris Apostolis; Item quia potestas Pontificis Romani semper fuit, & est ordinaria, & perpetuò, & in perpetuum in Ecclesia duratura, & permansura: Secus autem in cæteris Apostolis. Tertiò denique, potestas Petri extendebatur ad omnes, & singulas personas etiam Episcoporum, cùm id exigeret ratio ordinis, & vnitatis Ecclesiasticæ, nec non ad personas Apostolorum directè, poteratque Apostolis imperare, atque huc, vel illuc mittere, Soar. *de triplici, tract. 1. disp. 10 sect. 1. ex num. 25. vsque ad n. 28.* quem diligenter contemplare. & Bellarm. *lib. 1. de Rom. Pont. cap. 26. & 27.*

Ex dictis sequitur cum communi Theologo- 13. rum *in tertio Scntentiarum distinct. 37.* nihil eorum, quæ sunt iuris diuini posse Papam, vel ex toto, vel ex parte abrogare, mutaréue, etiamsi iusta causa intercedente hunc, vel illum possit à iuris diuini rigore eximere: differunt enim inter se non leuiter sed maximè, abrogare ius diuinum ex toto; vel ex parte, & relaxare ex causâ iustâ iuris diuini rigorem, quia hoc est hunc, vel illum à iuris diuini rigore eximere, vel soluere; habet tamen Papa authoritatem declarandi, vel interpretandi, quæ sunt obscura, vel ambigua in ipso iure diuino, cùm penes Ecclesiam sit hæc potestas, siue hæc dubia reperiantur in ipsis sacris literis, vel in regulis fidei, neque de hoc ambigitur. Probatur ex *Deuter.* vbi Moyses: *Si difficile, atque ambiguum iudicium esse perspexeris inter causam, & causam; lepram, & leprã, & iudicum intra portas tuas videris verba variari, surge, & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniésque ad Sacerdotem Leuitici generis,*

& ad indicem qui fuerit illo tempore, quaréfque ab eis, quia indicabunt tibi indicij veritatem, & facies quodcumque dixerint, qui præfunt loco, quem elegerit Dominus. Ex quo patet ambigua, & obfcura à Summo Pontifice, etiamfi fint de iure diuino interpretari, ac declarari poffe.

Confirmatur ex verbis Chrifti Domini ad beatum Petrum, *Tibi dabo claues regni cælorum*, quæ verba dicta funt Petro, non tamquam homini priuato, fed tanquam Principi Apoftolorum, & Ecclefiæ Capiti; atque ita eo mortuo illa poteftas transfufa eft ad omnes Pontifices fucceffores legitimos, ex eâ ratione, quia conceffa dignitati non extinguuntur morte regentis illam, fed tranfeunt ad omnes fucceffores in eadem dignitate; *l. mortuo, l. proponebatur, ff. de iudic. & cap. quoniam Abbas. de offic. delegati.* Quare ex verbis, *tibi dabo claues, Matthæi 16. & quodcumque ligaueris, erit ligatum, & quodcumque folueris erit folutum*, fequitur quamuis non poffit Papa difpenfare in iure diuino, poffe tamen interpretari illud, & declarare, ex qua declaratione conftabit ius illud ad cafum aliquem non extendi ex aliquâ caufa. At verò nulla competit ei facultas difpenfandi in iure diuino, ne caufa aliqua id adiuuabit, D. Thom. 1.2. *quæft.* 98. *art.* 4. *ad tertium Quotlibet* 4. *art.* 13. *& quotlibet* 9. *art.* 15. Dried. *de libertat. Chrift. pag.* 204. Maior *in* 4. *fent. dift.* 24. *quæft.* 12. Almain. *in tract. de poteftate Ecclefiæ, cap.* 13.

14 Nec refert fi dicas Abb. *in cap. non eft, de voto*, exiftimaffe poffe Papam ex caufà difpenfare in iure diuino, quem alij fequuntur id ipfum afferentes, quorum opinio fuftinebitur dumtaxat, fi intelligatur de declaratione, & interpretatione iuris diuini, non verò de difpenfatione propriâ: ita Couar. poft alios *in Epitome*, 2. *p. cap.* 6. §. 9. *ex n.* 4. quem fequitur Azor *inftit. moral. p.* 2. *lib.* 4. *c.* 18. *quæft.* 2. *verf. communis tamen*, addens verf. *tertio quæritur*, non poffe Romanum, Pontificem quicquam abrogare, vel etiam mutare eorum, quæ iure naturali præcipiuntur, aut vetantur, quæ fententia eft Diui Thomæ, *quæft.* 94. *art.* 1. quem fequitur Couarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 17. *num.* 8. *verf.* Henricus randem Suar. *de defenfio. fidei, lib.* 3. *cap.* 30. *num.* 10. Sanch. *lib.* 8. *de matrimon. difp.* 6. *num.* 5. idem Azor *fupra lib.* 5. *cap.* 3. *per totum*, vbi volunt Papam non poffe abrogare in totum vel ex parte, in iure naturali, & diuino, fed declarare eius obligationem per veram difpenfationem in cafu aliquo particulari, non habere locum eximendo hunc vel illum à rigore iuris diuini, & hoc ex caufà vrgenti. Sed hi Auctores fatentur poffe Pontificem aliquando difpenfare in iure naturali, & diuino non abrogando, neque ex parte, neque in totum illud ius in quo difpenfat, fed explicando, declarandóque iuris ipfius obligationem per veram difpenfationem, in hoc, vel in illo cafu fpeciali procedere ex caufà vrgenti, quatenus hunc, vel illum à iuris diuini rigore eximit.

Contra tamen obiici poteft Papam in hoc iure diuino non poffe proprie difpenfare, quatenus difpenfatio eft vera iuris relaxatio, fed poffe declarare, & interpretari ius diuinum abfolutum in hoc, vel in illo cafu non habere locum. Ratio quia Scriptura Sacra, & perpetuus vfus Ecclefiæ tradit ius naturale, ac diuinum effe hominibus propofitum, vt illo gubernentur, non verò, vt poffint illud relaxare eximendo in hoc, vel in illo cafu ab eius obligatione, hunc, vel illum, aut declarando illud non obligare. Nam hoc tacitè eft legem fuperioris abrogare, vel tollere, quod fieri non poteft *per text. in clement. ne Romani, de elect.*: Item quia non eft negandum, per eam particularem difpenfationem in eo euentu particulari, abrogari ius illud, cùm tollatur eius obligatio, quamuis non abrogetur lex abfoluiè per eam fpecialem difpenfationem. Cùm ergo non fit maior ratio, cur difpenfetur in hoc euentu, in hoc præcepto iuris diuini, quàm in illo cafu, fi par ratio, & caufa concurrant, bene fequitur non poffe in hoc iure diuino, ac naturali difpenfari, fed poffe Papam interpofitâ fuâ authoritate, declarare ius in tali cafu non obligare. Vrget, diuinam voluntatem, à quâ lex naturalis promanat, effe omnino immutabilem, & ex confequenti nullam cadere difpenfationem in eandem, ob quas rationes hæc fententia eft Diui Thomæ *quotlibet* 4. *art.* 3. *corp.* & ad primum Caietani in quæftione illa, an Pontifex poffit difpenfare in voto folenni Religioforum. Almain. *de poteftat. Ecclef. cap.* 13. Soti *in* 4. *dift.* 18. *quæft.* 1. *art.* 5. *ad primum, & lib.* 1 *de inftit. quæft.* 7. *art.* 3. *ad tertium, & lib.* 10. *quæft.* 3. *art.* 4. *col.* 8. *verf. in calce demum*, & ex noftris eam docent Suar. *de Euchariſt. quæft.* 74. *art.* 2. *difp.* 43. *fect.* 4. *verf. tertia fententia, & verf. qu mo poteft hoc* Valens. 1.2. *difp.* 7. *quæft.* 4. *puncto* 6. *verf. & quod ad priorem, & quæft.* 8. *punct.* 4. *verf. difpenfatio autem, & ad finem illius puncti, &* 2. 2. *difp.* 10. *quæft.* 3. *punct.* 5 *col.* 4. *verf. quarto certum eft, & verf. fic etiam in propofito, & in fine illius puncti.* Quibus prorfus adhæreo cum Syluestro, *verb. Papa, quæft.* 16 *&* 17. Nauarr. *lib.* 4. *confil.* 1. *edict. tit. de fponfalib. conf.* 39. *num.* 16. *& in* 2. *tit. de defponfat. impub. conf.* 4. *num.* 16. & Couarr. *fupra d. cap.* 6 *in* 4. 2. *p.* § 9. *num.* 4. & Barbof. *in rubr. ff. folut. matrimon.* 2. *p. num.* 104.

Quare melius dicendum arbitror Summum Pontificem, licèt non poffit difpenfare in lege diuinâ, poffe tamen declarare, feu interpretari in aliquo euentu fpeciali deficere obligationem legis, vel ex eo, quia maius bonum impeditur ex illius obferuantiâ, aut aliquod fequitur detrimentum notabile, quæ interpretatio, feu declaratio Summo Pontifici eft concedenda ex illo Atefto, quòd Deus, & natura non defunt in neceffariis; & quamuis aliqui apud Suar. *de religio. tom.* 2. *tract. de voto, lib.* 6. *cap.* 9. *num* 2. confundant verbum *difpenfare*, & declarare, feu, interpretari, & accipiant vtraque pro eodem: attamen inter fe maximè difcordant: quia difpenfatio aufert hominem fubditum, & liberat illum ab onere ac nexu legis: interpretatio autem ex æquitate declarat obligationem legis in hoc, vel in illo cafu non habere locum, & hoc modo Theologi concedunt poteftatem interpretandi Summo Pontifici, vt notat Couar. *de fponfalib. p.* 2. *cap.* 6. §. 9. *num* 2. *& in regula peccatum, p.* 2. §. 11. *n.* 3. Hoied. *de incompatib. benefic. p.* 2. *Cap. vlt. num.* 5. *in fine*, & alij, quos refert Sait. *in claui Regia, lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 9. *verf.* Alij verò accipiunt ius diuinum ftrictius, non verò latius, ac fufius, ficut iuris Canonici Interpretes, qui ius diuinum appellant, quidquid in veteri Teftamento præcipitur, aut prohibetur: nec non quidquid in eo repetitur fcriptum, & quicquid fimiliter in nouo Teftamento decernitur, ac docetur. Idcirco afferunt multa qua funt iuris diuini poffe ab Ecclefia mutari, & de facto effe mutata. Theologi verò cum ius diuinum preffius, & ftrictius accipiant, nempe pro iis, quæ Deus, aut Chriftus Dominus prohibuit, vel fieri iuffit, propterea tradunt illud non poffe à Summo Pontifice abrogari, aut mutari;

tari;

rari; & multo fortius nequit mutare, vel abrogare ea, quæ iure naturali præcipiuntur aut vetantur. Diuus Thom. 1.2. *quæst.* 94. *art.* 5. & Azor *d. c.* 18. *vers. secundò quæritur, & vers. tertiò quæritur*, vbi testatur de communi. An verò possit Papa dispensare propriè, ac verè in votis, & relaxare eorum vincula, dicetur infrà.

15. Sequitur illa difficultas, an Summus Pontifex subiiciatur dispositioni *capitis, Omnis vtriusque sexus*? Affirmat Antonius ex eo, quia quamuis Papa non adstringatur lege positiua, obligatur tamen menti legis, & naturali æquitati diffinienti aliquid circa peccatum; consentit Ioan. Andr. *in cap. significasti, in verb. iurisdictioni, de for. compet.* Eo quòd cùm sit homo, qui peccare potest, tenetur se subiicere Sacerdoti per se ipsum, quamuis non habeat superiorem, quem possit adire, cùm sit subiectus veritati legis diuinæ, quæ obligat pœnitere: ideo adstringitur ad obseruandum *d. caput, Omnis vtriusque sexus*, obediendo menti illius: Sequitur Dominicus *in cap. 1. de constitut.* Non tamen incurret in pœnas impositas ab eodem *cap. omnis*, si non obseruet illius constitutionem, cùm Papa non sit subiectus iuri positiuo, vt *in cap. proposuit, de concessione prabenda*, sed legi diuinæ, & naturali, quæ continetur *in d. cap. omnis.* Sequitur Andr. Sicul. *in d. cap. 1. de constitutionib.* vbi insinuat confessionem fuisse à Deo institutam in Paradiso dicente illo, Adæ, *Adam vbi es*? quo facto coëgit illum fateri peccatum suum, atque ita Papa astringitur lege diuinâ, super quam fundatur constitutio capitis, *Omnis vtriusque sexus*, quæ obligat illum quoad mentem, quamuis non quoad verba, neque quoad pœnas vltra ius diuinum contentas, prout tradit Abb. *in d. cap. significasti, in septima columna, de for. compet.* quamuis *glossa* singularis *de pœnitent.* in summa doceat Confessionem fuisse introductam per traditionem Ecclesiæ vniuersalis, & Papam ligari constitutione vniuersalis Ecclesiæ statum tangente.

Cùm ergo præceptum Confessionis in lege gratiæ sit de iure diuino latum à Christo Domino obligans fideles, qui post baptismum mortaliter peccatunt, tenetur Summus Pontifex si habeat conscientiam peccati mortalis fateri apud Sacerdotem, quem ad hunc effectum ipse elegerit. Prior pars huius assertionis est de fide, & est omnium Theologorum cum Magistro *in 4. sent. distinct.* 16. *&* 17. Diuus Thom. *quæst.* 3. *ibi art.* 1. Ricard. *art.* 2. *quæst.* 1. Scot. & Gabr. *quæst.* 1. Cano *Relect. pœnit. p.* 5. & Medin. *C. de confessio. quæst.* 2. Probatur ex illo *Luca* 13. *Nisi pœnitentiam egeritis omnes simul peribitis*; & ex illo *Iacobi* 5. *Confitemini alteri vtrum peccata vestra.* Quæ verba de Sacramentali Confessione intelliguntur; ex quibus necessitas confessionis colligitur, consonat illud *Ioan.* 20. in illis verbis: *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Iuuat illud *Prouerb.* 28. *Qui abscondit scelera sua non dirigetur, qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur.* Ex quibus omnibus maximè ex illo *Ioan.* 20. *Accipite Spiritum sanctum*, colligitur præceptum confessionis fuisse institutum ad remissionem peccati obtinendam, sine quâ confessione non possunt Sacerdotes exercere potestatem remittendi, & retinendi peccata concessam eisdem in eo loco, vt decidit, ac docet Concilium Trident. *sess.* 14. *cap.* 4. *& cap.* 5. his verbis ibi, *Ex institutione Sacramenti pœnitentia iam explicatâ vniuersa Ecclesia semper intelligit institutam etiam esse à Domino integram peccatorum confessionem, & omnibus post Baptismum lapsis iure diuino necessariam existere.*

Posterior pars ex vltimis verbis Concilij citatis probatur apertissimè, vbi ait confessionem Sacramentalem omnibus post baptismum lapsis iure diuino esse necessariam, à quo præcepto Papa non eximitur, sed tenetur ad confessionem omnibus illis casibus quibus de iure diuino est instituta, & præcepta, Augustin. Barbos. *in 1. decretal. de offic. & potest. iudic delegat. cap. sanè in gloss. terminandam*, cum multis quos ibi refert, ac sequitur, quibus accedit Couar. *in cap. Alma mater, p.* 1. *§.* 1. *n.* 5. *de sentent. excommunicat. in* 6. Viuald. *in candelabro in p.* 4. *cap.* 8. *num.* 57. & ex nostris etiam Azor *instit. moral. p.* 1. *lib.* 7 *cap.* 35. *quæst.* 11. Comitol. *responsion. moral. lib.* 1. *quæst.* 101. & Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 6. *num.* 49. qui omnes conueniunt Papam etiam vi præcepti humani, & constitutionis *capitis, Omnis vtriusque sexus, de pœnitent. & remission.* teneri ad confitendum semel in anno, non vi coactiuâ, sed directiuâ, tum ratione naturali docente Principes legibus humanis subditos esse; tum vel maximè quia confessio annua licèt ex parte aliqua humani iuris sit, non omnino diuini, attamen verè est iuris diuini per humanum limitari.

Accedit quod dici solet, & est commune, quòd leges, quæ ex æquo pertinent tam ad subditos, quàm ad Principes, seruandas esse à Principibus sicut & à subditis. Vnde si Papa indicat ieiunium, aut festum aliquod solenne, si eadem æquitas in ipso, atque in subditis reperiatur, tenetur ipse ieiunium, vel festum seruare, nisi ob iustam causam secum dispensauerit, sicut cum aliis dispensat: secus quando leges latæ à Summo Pontifice ex æquo ad omnes non pertinent, ita Caietan. 1. 2. *quæst.* 96. *artic.* 5. Sot. *lib.* 1. *de instit. & iur. quæst* 6. *art.* 7.

Peccabit ergo Papa non seruando illam constitutionem, & hoc ex quadam naturali ratione, quæ ita obligat Papam sicut alios, vt vult Dominicus *in cap. iniustum* 10. *distinct.* quod intelligit Anton. *in d. cap. omnis, in 1. quæst.* ex quadam decentia æquitatis, & non ex necessitate. Quod intellige respectu temporis, & pœnarum in d. cap. inductarum per Concilium generale ibi, *non autem respectu confessionis*; nam ad hanc tenetur & debet pœnitere de commissis: idcirco etiamsi Papa dispensare queat, vt aliquis diutius differat confessionem vltrà tempus ab Ecclesia præfixum, non poterit tamen dispensare, vt quis saluetur sine confessione, ita Diuus Thom. *in* 4 *distinct.* 17. *quæst.* 3. *art.* 1. *quæstiuncula* 5. quem sequitur Cardin. Sancti Sixti *in tract. de potest. Pap. quæst.* 46. & Iacobat. *de conc. lib.* 7. *art.* 5. *num.* 34. *& sequent*

Quæri potest à quo confessore possit Papa absolui? Quidam aiunt quemcunque Sacerdotem habere iurisdictionem in personam Papæ iure diuino, quia cùm in terris non habeat Papa superiorem, & Christus Dominus illi non prouiderit de confessionis ministro, quæ sibi est necessaria, non est maior ratio, cur hic aut ille Sacerdos habeat potestatem in personam Papæ in foro pœnitētiæ: ergo quilibet potest absoluere tanquam superior ratione delicti, quod confitetur Papa; nam quamuis ipse sit Christi Vicarius, & nemo illi sit superior, aliquo modo est se ipso superior, & supra se retinet immediatè iurisdictionem quandam, quam non potest per se ipsum immediatè, sed per confessarium exercere in se: Ideo eam delegat confes-

ſario à ſe electo ad hunc effectum: Henric, lib. 3. de pœnitent. cap. 8. num. 3. & 4. Vide Suar. de pœnitent. diſp. 36. ſect. 2. num. 5. vbi concludit Papam obligari ad ſeruandas leges à ſe ipſo latas quoad vim directiuam, non quoad coactiuam, quia ratio naturalis poſtulat, vt caput conformetur corpori ſuo.

16. Dubitari tamen poteſt, vtrum Papa poſſit ſibi remittere pœnitentiam à Sacerdote impoſitam? Negat Archidiacon. & Ioan. Andr. in cap. final. de pœnitent. & remiſſion. in 6. Sequitur Iacobat. de Concil. lib. 7. art. 5. num. 10. Oppoſitum tamen eſt dicendum, quia poteſt ſoluere ſe ipſum à pœnis, aut pœnitentiis iniunctis, concedendo ſibi immediatè indulgentias, ſicut poteſt aliis, Paludan. in 4. diſtinct. 38. quaeſt. 4. art. 4. Diuus Thom. addit. quaeſt. 27. 4. ad tertium, diſtinct. 19. & alij, quorum meminit Henric. lib. 3. cap. 4. §. 3. & in ſcholiis liter. I. & iterum cap. 8. §. 4. vbi concludunt poſſe ſibi concedere indulgentias per modum ſuffragij, & diſpenſationis, & ſoluere ſe pœnitentiis iniunctis, & votis.

17. Ad hæc quæſtio ſequitur an Papa contraueniens iuramento peccet? Reſponde primò ſi non obſeruet iuramentum præſumendum eſſe feciſſe ex cauſà rationabili, quod intellige in dubio; 11. quaeſt. 3. cap. abſit, nam in foro iudiciali non habet ſuperiorem, qui eum iudicet, vt in cap. licet, de elect. & in cap. pater. 3. quaeſt. 1. Iacobat. d. lib. 7. de concil. art. 5. num. 196. Reſponde ſecundò Papam contrauenientem iuramento, grauiùs aliis peccare, cùm ſit in maiori dignitate, vt habetur in cap. cum quidam, de iureiurando, fauet Ioan. Andr. in cap. magnæ, poſt principium de voto, & ob hanc cauſam plus punietur cæteris in tremendo iudicio. Probatur ex gloſſ. in cap. præſul. 2. quaeſt. 5. dicente, Papam multo grauiùs puniendum ſi obligationes ex officio iniunctas malè præſtiterit, ſiquidem ſuper omnes præeminet. Ioan. de Imol. in cap. 1. de conſtitut. & gloſſ. in cap. aliorum 9. quaeſt. 3.

Atque adeo ita obſtringitur Papa ſuo voto, & iuramento vt non poſſit ſe ipſum abſoluere, Ioan. de Imol. in d. cap. 1. de conſtit. ex notatis 15. quaeſt. 6. cap. authoritatem, & ex cap. final. de inſtit. ex eo quia inter abſoluentem, & abſolutum debet eſſe differentia inter perſonas. Nemo enim imperare ſibi poteſt, nec ſe prohibere, per text. in l. penult. ff. de arbitr. Idcirco tenetur obſeruare votum, & iuramentum, nec poteſt ſe ipſum abſoluere, Abb. in cap. quanto, de iureiurando, & in cap. propoſuit, de conceſſione præbendæ. Quod intelligitur ſi Papa iuret aliqua in Conclaui, verbi gratia, quòd non creabit Cardinales ſine conſenſu omnium, & ſimilia iuramenta præſtet. Confirmatur argumento Epiſcopi, & aliorum inferiorum à Papa, qui à votis à ſe emiſſis non poſſunt ſe abſoluere, ſicut non poſſunt ſe in facto proprio authoritate exornare, text. in l. 1. ff. de authorit. tutor & in clement. 2. de reb. Eccleſ. non alienand. fauet Abb. in cap. at ſi clerici, in §. de adulter. col. 4. de iudic. dum vult Epiſcopum non poſſe diſpenſare in conſtitutione iurata, dum ea perſeuerat, cum non poſſit ſe eximere à iuramento, & quia ligatur ſuis conſtitutionibus teſte Bald. in Authent. quibuſcunque, Cod. de ſacroſ. Eccleſ.

Poſſe autem Papam ſe abſoluere à iuramento, & voto, ſiue in conclaui, ſiue extra præſtito, ex eo probatur, quia in iuramento ſemper intelligitur, rebus in eodem ſtatu permanentibus, atque ita mutato ſtatu Cardinalis factus Papa mutatione conditionis variatur ſtatus diſpoſitio, nec poteſt inquietari, ſed ſoli Deo debet de iuramento reddere rationem, cap. & ſi Chriſtus. de iureiur. & ſic per mutationem perſonæ mutatur ſtatus rei, text. in l. vnica, C. de impo. lucra. deſcript. lib. 10. Speculat. in tit. de cleric. coniugat. in verſ. ad vſus autem: Fauet quod dicitur in iuramento ſemper intelligi exceptam authoritatem ſuperioris cap. venientes, de iureiur. Ioan. Andr. & Anton. in cap. non eſt, de voto. Vnde iuramento in conclaui præſtito à Cardinali poteſt Papa factus contrauenire, & diſpenſare. Adde his, quod dicitur, ſede vacante, facta à Cardinalibus cenſeri nulla, cùm non habeant iuriſdictionem per text. in clement. ne Romani, §. irritum, de elect. Sed ſolum poſſunt Cardinales explicare ea, quæ conducant ad celerem electionem futuri Pontificis, conſonat gloſſ. in cap. 1. de Schiſma. in 6. & gloſſ. in cap. vbi periculum, in §. eidem quoque, de elect. in 6. & text. ibi in §. cæterum, vbi deciditur ſimiles ordinationes, Sede vacante, etiam iuratas nihil omnino valere.

Sed ponamus Papam iurare poſtquàm factus eſt Papa ad obſeruandum ea quæ de ſe ſunt licita, nec vergunt in diminutionem Pontificalis dignitatis? Reſpondet Iacobat. ſi Papa iurauerit tenere Concilium infra biennium, & ſimilia, teneri ex quadam condecentiâ id præſtare, non autem de neceſſitate. Sic ille de Concilio, lib. 7. art. 5. num. 198. Ex eo fundamento, quia non eſt ſtatutum à iure diuino tempus tenendi Concilium. Quod ſi iurauerit aliqua, ad quæ tenetur ex ſuâ Pontificali dignitate, & per conſtitutiones conciliares, tunc tenebitur de neceſſitate iuramentum obſeruare. Cæterùm ſi materia eſt diſpenſabilis, & qui iurauit, non habuerit ſuperiorem vt in noſtro caſu, poterit Papa ſecum diſpenſare teſte eodem Iacobat. d. art. 5. quem refert, ac ſequitur Flamin. Pariſ. de reſignatione, quaeſt. 18. num. 112. & 113, verſ. quintò probatur. ſubdens poſſe in hoc caſu committere alteri abſolutionem gloſſ. in cap. ſanè el 2. de offic. delegat. & in cap. nemo 9. quaeſt. 3. Auguſtin. Barboſ. in d. cap. ſanè, num. 9. quia vbi deficit ſuperior; poteſt quis ſibi ius dicere. Innocent. in cap. olim el 1. de reſt. ſpol. Flamin. ſupra, num. 114. Quod intelligitur ex cauſâ, quia ſine illâ tenetur Papa ad obſeruandum ea, quæ ſunt de iure diuino. Cardinal. Pariſ. conſ. 68. vol. 4. Atqui iuramentum eſt de iure diuino per cap. et ſi Chriſtus de iureiur. Diuus Thom. 1. 2. quaeſt. 100. art. 8. & eſt communis: ergo debet ſtare iuramento, quod eſt ſeruandum quoties ſeruari poteſt ſine diſcrimine ſalutis æternæ, cap. licet, de iureiurando, in 6. Iaſon in Authent. Sacramenta puberum, C. ſi aduerſ. vend. & ibi omnes.

Ambigi poteſt, an Papa obſtringatur ex ſuo 18.
contractu? Reſponde affirmatiuè, text. in cap. 1. de probat. ex eâ ratione, quia ligatur iure naturali per legem Cæſar, ff. de publican. & l. digna vox, C. de legib. Nam quamuis Deus Optimus Maximus poſuit illum Principem ſuper legibus ſuis, non tamen eum poſuit ſuper contractibus nec ſuper conuentionibus a ſe ipſo initis, teſte Baldo in cap. 1. de natura feudi, & habetur in d. cap. 1. idem Bald. in l. 2. num. 11. C. de ſeruitutib. & aqua, vbi vult Papam eſſe ſubiectum obligationibus, & conuentionibus, & pactis per text. in d. c. 1. de natur. feud. & in l. 1. ff. de conſtit. Princ. Iacobat. d. art. 5. à n. 21. per totum, vſque ad n. 27. Ex cauſa tamen ſuperueniente poteſt Papa venire contra ſuam promiſſionem maximè in pertinentibus ad eius poteſtatem, quæ non propriè communicantur, nec transferuntur, quia in his reſtringitur poteſtas Papæ, Iacobat. vbi ſupra n. 156. Secus in aliis. Obligari autem ex contractu, ratio petit,

petit, quia si non obligaretur non esset contractus vltrò, citróque obligatorius, & per indirectum interdictum esset commercium Papæ quoniam nullus vellet cum eo contrahere, teste Bald. *in l. Princeps legibus, ff. de legib.* Habet namque contractus initus subsistentiam à iure naturali, quod à Principe nequit reuocari, vt notat Innocent. *in cap. quæ in Ecclesiarum, de constitutionib.* Cyn. *in l. digna vox, C. de legib.* & multo clarius *in consil.271. vol.1. incip. casus,* & deducitur apertè *ex l. final. C. si contra ius, vel vtilitatem publican.* Adde quæ addit Iason *in l. ex imperfecto, C. de testament.* & Bald. *in cap.1. de natur. feud.* necnon Cardinal. *cons.147.* vbi docet quando Papa reuocat omnes concessiones de rebus Ecclesiasticis, non censeri reuocatum contractum censualem, quia non vt Papa, sed vt priuatus censetur contraxisse. sed de his diximus *1. p. lib. 1. disp. 2. §. 1. num. 102. 103. 104. 105. 106. & 107.*

19. Sed quid si Papa iuret se Papatui renunciaturum? Responde Papæ non esse liberum renunciare Pontificiam potestatem, nisi ex causâ valde iustâ, nempe si se inhabilem cognoscat ad tantum munus obeundum, vel quia senio, ac viribus est nimis confectus, aut ægritudine diuturnâ oppressus: aut aliquâ aliâ causâ præpeditus. Vnde si absque vllâ iustâ causâ Pontificatui cederet, peccaret quidem, renunciatio autem valida esset, intercedente tamen causâ graui excusaretur à peccato *per text. in cap. 1. de renunciat. in 6.* vbi dicitur posse Papam liberè renunciare, quando se insufficientem inuenerit ad sustinenda onera Pontificalis dignitatis, & ad regendam vniuersalem Ecclesiam.

Proinde non sunt audiendi, qui negant Pontificiam dignitatem posse deponi à Summo Pontifice; ex eâ ratione id affirmantes, quia qui renunciat renunciare debet coram superiore, sed Papa non habet superiorem in cuius manibus renunciet; ergo non potest cedere Papatui: item quia nemo potest auferre potestatem iure, nisi is qui eam contulit, sed solus Deus Pontificatum confert: ergo solus potest adimere. Nihilominus posse renunciare constat *ex cap. 1. de renunciat. in 6.* vbi Bonifacius octauus diffiniuit constituisse Cælestinum quintum Papam posse liberè dimittere Pontificatum, quam constitutionem idem Bonifac. 8. *in d. cap. 1.* voluit tamquam ius seruari, ne deinceps hâc de re ambigeretur.

Responde secùdò si Papa ante electionem iurauit in manibus Cardinalium se dimissurum Pontificiam dignitatem ad beneplacitum illorum, huiusmodi iuramentum cùm sit contra libertatem Vicarij Domini nostri Iesu Christi præstitum non valere, ita Martin. de Laude *in tract. de Cardinal. quæst. 33.* nisi Papa promiserit renunciare Papatui ad tollendum Schisma, tunc enim cùm id tendat in fauorem Ecclesiæ vniuersalis, obligabitur iuramento suo, Alexand. *consil. 224. in fin. lib. 6.* docens tale iuramentum obligare, cùm sit de re permissâ & licitâ, Iacobat. *de Concil. lib. 7. art. 5. num. 149.* Tusch. *verb. Papa, conclus. 48. num 3.* vbi *num. 2.* subdit si contendatur de Papatu, non solùm posse contendentes renunciare, sed etiam compromittere de iure tantùm, de factóque tantùm concordare, posséque hoc fieri cum consensu Cardinalium. Zabarel. *consil. 150 n. 12. & n. 14.* addit posse contendentes transigere, & per sortes contentionem dirimere, idem *ibidem in fine, n. 29.*

20. Quid si Papa ex voto, aut ex iuramento promittat se nunquam Pontificatum dimissurum? Responde si dentur causæ legitimæ ad renunciandum, adhuc posse renunciare, quia sub voto, aut sub iuramento semper intelliguntur conditiones generales, nisi iustæ causæ superueniant, propter quas renunciare liceat, Azor *instit. moral. p. 2. lib. 4. cap. 6. vers. quartò quæritur.* Vnde quamuis iuret se non creaturum Cardinales, non tenebitur stare iuramento, quod esset directè contra eius potestatem, & est a[u]thoritate, & vtilitate publicum: imo & necessarium, & inseparabile ab eius potestate. *l. 1. ff. pro socio, & l. 3. eod. tit. & l. quis ergo casus. ff. de peculio.* ideo non potest renunciare creationi incerti numeri Cardinalium. Iacobat. *supra n. 149. ad finem*, quamuis oppositum videatur innuere *infra num. 159.* sed facilè refellitur tale iuramentum non ligare, nec obligare, cùm tendat in præiudicium dignitatis, ideo non esse seruandum, præsertim si factum fuit, quando erat Cardinalis in conclaui, vide Iacobat. *à num. 165. vsque ad num. 173.*

Non tamen est omittendum fieri mentionem quatuor Romanorum Pontificum, qui Pontificiam dignitatem dimiserunt sponte. De Cælestino quinto habetur *in cap. 1. de renunciat. in 6.* qui cùm esset Monachus, ad Pontificatum fuit euectus, cui renunciauit monasticæ vitæ studio, & amore regularis disciplinæ incensus. De Clemente habetur *in cap. si Petrus 8. quæst. 2.* qui fuit à Sanctissimo Petro electus, ipse tamen suo iuri cessit, & Pontificatum recusauit. Cuius historia non ab omnibus probatur, nec recipitur, vt notat Azor vbi proximè *cap. 6. vers. quintò quæritur,* vbi addit Cyriacum, & Marcellinum Pontificatui renunciasse: attamen de Cyriaco non est omnino certum, quod de eo narratur, videlicet eo regente Ecclesiam vniuersalem aduenisse Romam Vrsulam cum vndecim millibus sociis, Cyriacúmque diuinitùs ab Angelo admonitum se illis comitem adiunxisse relicto Pontificatu, vt pro fide Christi martyrium subiret, quæ historia quod attinet ad Cyriacum est anceps, etiam si Martyrium Vrsulæ, & sociarum vndecim millium Virginum, certum, & omnino indubitatum habeatur, & ab Ecclesiâ celebratur. Denique de Marcellini lapsu communi consensu creditur, & constat ex Breuiario Romano, & ex Martyrologiis; & quamuis ipse in Concilio Episcoporum Sinuessæ coacto sponte confessus est se indignum Pontificio gradu, semper retinuit Pontificiam dignitatem, & in ea Martyrio fuit coronatus, *cap. nunc. distinct. 21.* vbi dicitur Marcellinum Idolis thurificando grauissimè peccâsse, non tamen peccato infidelitatis obstrictum fuisse, vt colligitur *ex eod. cap. nunc autem in text. ibi Marcellinus compulsus,* & tradit Decius *consil. 151.* Simanch. *de catholic. cap 32. num. 7.* Nauar. *in Manual. cap. 11. n. 27.* Bellarmin. *lib. 4. de Roman. Pontif. cap. 8. vers. decimus est Marcellinus,* & alij, quibus adhæret doctissimus Hispaniarum Primas *in commentar. in 1. part. decreti, distinct. 21. in d. cap. nunc autem,* vbi probat propter actum externum infidelitatis non excidisse ipso facto Marcellinum à Pontificatu: quod etiam volunt Bellarmin. *vbi proximè,* & Suar. *de fide, disp. 10. sect. 6. num. 3.*

Quid de Lino, & Cleto? Responde secundùm communem sententiam in Ecclesiâ receptam, Linum & Cletum, dum Petrus vixit fuisse illius adiutores, Petro autem defuncto, Linum ab Ecclesiâ electum successisse, & Lino Cletum, & post Cletum ab Ecclesiâ creatus est Clemens quarto loco, qui re verâ fuit ordine secundus post Petrum ordinatione illius, sed Ecclesiæ nominatione & administra-

ministra

miniſtratione quartus. Atque ita ſuo iuri Clemens ceſſit, & Eccleſia Clementi prætulit Linum, & Cletum in Pontificiâ dignitate, ne Pontificatus per ſucceſſionem videretur conferendus. Azor *d. cap.6. verſ. quinto quæritur.* Nam Clemens renunciauit, vt malum exemplũ in poſterum tolleretur. Quia cùm fuiſſet inſtitutus Pontifex à Beato Petro, ne poſteris exemplum daretur, vt quiſque poſſet ſibi eligere ſucceſſorem, & ex conſequenti Papatus daretur, non per electioœm, ſed per ſucceſſionem, renunciauit Papatui, & poſtmodum quarto loco poſt Petrum fuit canonicè electus, vt *in c. ſi Petrus 8. quæſt. 1. Gloſſ. magna in cap. non autem. verbo, vt non ſuccederet, 7. quæſt. 1.*

Ex dictis ſequitur poteſtatem Papæ quoad renunciandum, non poſſe adſtringi, neque alium ſibi parem, vel ſuperiorem conſtituere, nec per Cardinales poſſe coarctari ſine voluntate Dei, cuius iudicio eſt ſuppoſitus, vt deducitur *ex cap. aliorum 9. quæſtione 3.* Nec etiam poſſe reſtringi à Concilio, vt vult Ioan. de Fau. *in cap. dudum 3. quæſt. 6. & ibi* Alexand. nec conſequenter poſſe obligari ad obſeruandum capitula in Conclaui facta, etiam ſi ſint iurata incontinenti poſt aſſumptionem ad Papatum, quia ea, quæ incontinenti fiunt, cenſentur ineſſe *l. lecta, ff. ſi certum petatur,* Iacobat. *d. lib. 7. artic. 6. num.* 137. 140. 148.

Porro Papa non poteſt facere id, per quod decoloretur vniuerſalis ſtatus Eccleſiæ, quamuis poſſit facere, vt facta habeantur pro non factis etiam quoad effectus præteritos. Cardinal. Imol. & alij *in clement. 1. verb. pro infectis de immunitate Eccleſiæ,* Tiraquel. *de conſt. poſſeſſ p. 3. limit. 7. num* 47. Flamin. Pariſ. *de reſignat. lib. 11. quæſt. 7. num.* 27. quod intellige quoad ea, quæ ſunt iuris poſitiui quoad effectum, non tamen quoad veritatem, tunc enim non poteſt fieri, quod facta in veritate non ſint facta, vt *in l. in bello, §. factæ, ff. de captiu.* Iacobat. *d. art. 5. num.* 145. idem Flamin. *lib. 12. quæſt. 9. num. 5.* dicens, non poſſe Papam facere quod factum, non ſit factum, hoc eſt, quod reſignatio, quæ verè, & realiter facta fuit non ſit facta, *cap. ſi Paulus 32. quæſt 5.*

21. Proinde non præſumitur velle facere, quod cedat in detrimentum vniuerſalis Eccleſiæ, nec quod decoloret eius ſtatum, & ideo non tenetur, vt dictum eſt ſeruare capitula edita in Conclaui, etiam iurata inter Cardinales, dum etiam ipſe eſſet Cardinalis, Abb. *in cap. ſicut noſtris, num. 2. de iureiurando.* Felin. *in cap. 1. num. 7.* Decius *ibidem de probatio.* Et ex conſequenti non tenetur renunciare Papatui, quamuis id promiſerit cum iuramento facto inter Cardinales exiſtentes in Conclaui, vt quiſque eorum, qui aſſumeretur ad Papatum, teneretur renunciare Papatui, puta intra annum à die aſſumptionis, quia talis promiſſio, ſeu iuramentum non valet, quòd ſit in detrimentum dignitatis Pontificalis, & decolorat illam, Bald. *in cap. venerabilem, de elect.* quem refert, ac ſequitur Bertachin. *de Epiſcop. 1. p. 2. lib. num.* 52. Martin. de Laud. *de Cardin. quæſt.* 36. Ancharan. *conſ. 66. & conſ.* 281. Corrad. *in templo omnium indic. lib. 2. cap. 1. & 2. verſ. tertiò in fine.* Item quia id quod fit ab aliquo tanquam Canonico, reuocatur ab eodem ſi fiat Epiſcopus, habetur *in cap. ſicut noſtris, de iureiur.* Felin. *ibi num. 7.* Sicut promiſſa à Principe ſæculari antequam eligatur, reuocantur poſtea electione ſecuta, Felin. *in d. cap. 1. num. 7. de probat o.* Denique probatur, quoniam pacta inter Cardinales Sede vacante ſunt irrita ex traditis *in cap. vbi periculum §. cæterum. de elect. lib. 6.* cùm Cardinales non habeant iuriſdictionem ad celebrandas conuentiones ſuper poteſtate eligendi, *clement. ne Romani, §. irritum de elect.* iuuat Manfred. *de Cardinal. cap. 10. & c. 21.* & Gemio. *in cap. vlt. de conceſſ. preben. lib. 6.* vbi volunt gratias factas à Papa iam electo, etiam poſt legitimam adorationem antequam exeat de conclaui, eſſe inualidas præ nimio gaudio, cenſerique factas à viro extra ſe poſito. Niuiz. *in ſilua nuptiali lib. 6. quomodo iudicandum ſit. num.* 55. & Arnulf. Ruz. *in tract. de iure Reg. priuileg. 14. n. 4.*

Nec obſtat dicere iuramentum eſſe de iure diuino, ideo ſeruandum, quando ſine diſcrimine ſalutis æternæ ſeruari poteſt; quia reſpondetur ſemper eſſe intelligendum factum ſine contradictione ſuperioris 25. quæſt. 1. §. his ita, *cap. venientes de iureiur.* atque ita ſi quis iurauit aliquid agere dum eſt Cardinalis, poteſt contrauenire aſſumptus in Papam, cenſebitúrque recedere ab eo iuramento ex iuſtâ causâ, Gammar. *de poteſt. legat. a later. lib. 5. num.* 23. & Vaſquez *controuerſ. illuſtr. cap. 2. num. 3. & cap. 25. num. 17. quæſt. 28.* & eſt communis, præſertim ex defectu vnius comitis ex tribus requiſitis ad iuramenti obſeruationem; in quo requiritur, vt ſit licitum, & obliget ad ſeruandum, veritas ſcilicet, iudicium & iuſtitia, *cap. animaduertendum 22. quæſt. 2. cap. & iurabunt, 22. quæſt. 1* atqui in hoc iuramento deficit iuſtitia, cùm Summus Pontifex habeat poteſtatem à Deo duntaxat, *cap. quamuis diſtinct. 21.* Suar. *de legib. lib. 4. cap. 3. num.* 10. Azor *inſtit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 30. § Secundo obiicies*, & plenius idem confirmat *lib. 4 cap. 11. §. deinde Pelagius*; Item quia deficit iudicium, eò quòd Cardinales cum nullam habeant iuriſdictionem, nec poteſtatem in Papam, non poſſunt ab eo accipere iuramentum. Adde deficere propoſitum, quod eſt maximè veriſimile; Ergo ex multis capitibus non eſt ſeruandum tanquam illicitum *D. Thom. in 3. ſent. diſtinct. 38. quæſt. 1. art. 1. & 2. 2 quæſt.* 88. Omitto videri extortum iuramentum, quia prætitum tempore prohibito. Felin. *in cap. ſi vero, num. 8. de iureiurando.*

Quæri etiam poteſt, an cogi poſſit Papa renunciare? Reſponde ſi vera ſunt, quæ narrantur ab hiſtoriis antiquis, plures Romanos Pontifices ob aliud crimen quàm ob hæreſim depoſitos, inter quos fertur Chriſtophorus, qui malis artibus ad Pontificiam dignitatem euectus, de illa deiectus fuit: item Gregorius ſextus Ioannis 12. Benedictus quintus, & Benedictus Nonus, & alij in Concil. Conſtantienſi Ioannis 23. & Benedictus decimus tertius, & in Baſilienſi Concil. Eugeoius quartus. De quibus omnibus narratur non ex causa hæreſis, ſed ob alias cauſas fuiſſe depoſitos.

Similiter ſi Summus Pontifex delinquat & negligens etiam ſit, ac remiſſus in docendo ea, quæ ad ſalutem ſpectant, deponi poteſt: vt colligitur *ex Epiſtola Beati Clementis ad Iacobum fratrem Domini*, qui refert verba ſibi dicta per Beatum Petrum in ſui aſcenſione ad ſummum Apoſtolatum, quæ ſic habent, ibi. *Si enim Mundi curis fueris occupatus, & te ipſum decipies, & eos, qui te audiunt: Non enim poteris, quæ ad ſalutem pertinent pleniùs ſingulis diſtinguere, & ex eo fiet, vt & tu, tanquam qui non docueris, quæ ad ſalutem pertinent, deponaris, ne diſcipuli per ignorantiam pereant.* Sic ille.

Ex qua authoritate Ludouicus Romanus *in tract.* qui incipit, *dixerit forte quiſpiam,* & *in ſermone, incip. in Dei omnipotentis*, oſtendit Summum Pontificem delinquentem, & ſcandalum Eccleſiæ

afferen

afferentem posse deponi; necnon quando fuerit negligens valde in docendo quæ ad salutem spectant. Sequitur Iacobat.*de Concil.lib.9.art.12.n.19.* Ex eo fundamento, quia ratio naturalis docet, vt propter scandalum in Ecclesiâ, & delictum notorium, de quo ipse monitus non desistit, nec vult corrigi, deponatur potiùs, quàm vt vniuersalis Ecclesia ponatur in periculo, & tota gens pereat. *Ioannis 11. expedit vobis, vt vnus moriatur pro populus*; consonat *cap.cum non ab homine, de iudic.* vbi dicitur incorrigibilem de delicto esse deponendum. Et quamuis ibi non sit sermo de Summo Pontifice, à simili tamen deducitur argumentum, quando non datur textus, qui casum decidat, *vt in cap.translato. de constitut.* Atque ita mens legis decidentis inferiorem deponi ob delictum, a pari ostendit id esse seruandum in superiore, ex cuius contumaciâ in delicto maius apparet scandalum in vniuersali Ecclesia alios ad malum faciendum exemplo suo inuitans, cùm ad bonum peragendum teneatur oues inducere, *text.ad Galatas cap.* 2. ibi, *si tu cùm Iudæus sis, gentiliter viuis, & non iudaicè, quem do gentes cogis iudaizare?* vbi *gloss.ad verbum, cogis*, addit, *non docentis imperio, sed conuersationis exemplo*: ob quæ & alia argumenta posse deponi Papam ob alias causas, quam ob hæresim, tradit Ægidius *in c. si Papa 40.distinct.* quem refert Iacobat. *supra n.139.* subdens hanc etiam opinionem fuisse Ioannis Teuthonici, quæ est *glossa* ibi, & Bartholomæi & Ioannis de Ioannis.

His tamen non obstantibus dicendum est Papam extrà casum hæresis quamuis sit iniquissimus, non posse à Pontificiâ dignitate deiici, ita D.Tho. *in 4. distinct. 19. quæst. 2. art. 1. quæstiuncula 3. ad secundum*, Caietan.*opuscul.de authorit. Pap.parte primâ cap 27.* Turrian. *lib. de Papa, & Concil. Cordubens.lib.4.quæst.6.* Augustin.de Anchona, *quæst.5.* D. Antonin.*tertia parte, tit.22.c.4.* §3 Proinde quantùs sit iniquissimus, est illi obediendum, quia est verus Papa iuxta illud.1 *Petri, 2. non tantùm bonis, & modestis, sed etiam dyscolis, & Matth.23. Super cathedram Moysis*, & deducitur ex illo *Lucæ 12. Quis putas est fidelis seruus?* Quasi non aliam essentialem formam postulet, quam fidem, ne eiiciatur ex Cathedra, & vt retineat Summam potestatem. Accedit Concilium Lateranense sub Alexandro tertio, quod habetur *in cap.licet, de elect.* vbi traditur Romanam Sedem in terris à nemine iudicari posse propter sua crimina. Confirmatur *ex cap. nunc autem.distinct.21. & ex d.cap. si Papa. distinct 40.* in textu ibi *a nemine iudicandus*, vbi dicitur Pontifex à nemine iudicari posse, Decius *in cap. significasti, num.9 de electio.* Felin.*in cap.nihil, num.4.vers. vigesimo.30.de præscriptio.* Bellarmin *de Romano Pontifice, cap.26. in princip. & lib.2 de Concilij authoritate, cap. 17.*

Suffragatur quod asseritur communiter extra casum hæresis, non posse Papam iudicari, nec cogi, vt renunciet, nec deponi debere, *per cap. electionem.distinct. 79. & cap Oues 2. quæst 7.* Ex eo enim fundamento, quia daretur ansa ad multiplex schisma in Ecclesia excitandum, & multa excogitarentur crimina ab aduersariis contra Papam, si propter alia crimina deponi posset: quibus Adrianus Papa occurrere cupiens *in 2. Epistol. Synodal. ad octauam Synodum*, vt habetur etiam *actio. 7 & canon.21.in tom.4.Concilior.* ait non esse adducendas accusationes ad generale Concilium aduersùs Papam, neque si adducantur, ferendam esse sententiam propter eas. Consentit Suar.*de triplici, disp.10. sect.6.num.14.* Bellarmin.*de Roman.Pontif.lib.2.c.26.* & alij, quibus adhæret Sapientissimus Cælas *disputat. 1.de Roman Pontif. §.3. num 6.*

Quod si dicas Summum Pontificem deponi posse, si in perpetuam incidat amentiam? Responde in eo casu esse ipso iure diuino priuatum, quia amentia continua, ac perpetua æquiparatur morti: ideo quamuis aliis incommodis, & morbis impeditus nequeat commodè Ecclesiam catholicam gubernare, adhuc Pontificia fungitur potestate, nec priuatus eâ censetur: Secus si in perpetuam amentiam recidat, Suar.vbi proximè *disp.10.sect.6.n.17.* & quamuis depositus propter amentiam perpetuam ad sanam mentem redeat, depositus tamen manet, eo quòd negocium hoc ex futuro contingenti dependeret, Suar.*ibi num.* 18. ad finem: Sequitur Sapientissimus Primas *in d.cap. si Papa n.13. vers. vnde sequitur.* Similiter poterit deponi ab Ecclesia Papa, quando Ecclesiæ non constiterit an vere fuerit electus, probatur ex Concil. Constantiens. vbi ita factum est, ex eo quia in simili casu non datur verus Papa coram Ecclesiâ, & subinde Ecclesia non tenetur obsequi, neque obedire dubio Pontifici; atque ita potest alium eligere verum, & deponere dubium cùm ad illam pertineat potestas eligendi, Suar. *supra num.19.*

Ex dictis sequitur Papam propter crimen hæresis posse deponi; constat ex *d.c. si Papa, distinct.40. c.nemo, cap aliorum, cap cuncta, 9 quæst.3.* Caietan. *in opuscul de authoritate Papæ, p.2.cap.27.* Turrian.*lib. de Papa, & concilio.* Pighius *lib. 6. cap. 14. & 15.* & Suar.*supra num.14* Et quamuis Simanch.*de catholic. cap.21.* & Salmeir.*tom.12. tract 98.* doceant Papam ipso facto ab ipso Deo immediatè deponi, dicendum est non priuari suâ dignitate, nec desinere esse Pontificem, nisi præeunte iudicio hominum, & præcedente sententiâ declaratoriâ criminis. Azor, *inst.moral.p.2. lib.4.c.7.* vbi concludit post alios Papam in hæresim lapsum iure diuino priuari Pontificatu, sed postea sententiâ Ecclesiæ superueniente iudicari, & declarari à Pontificatu, propter crimen hæresis excidisse. Suar. *supra num.6.* vbi ait Papam hæreticum, & incorrigibilem non esse Papam post sententiam criminis declaratoriam contra ipsum prolatam Quod si fuerit hæreticus; & ante sententiam resipiscat, non debet deponi cùm iam non sit hæreticus, vt *in cap. dixit Apostolus.24. quæst. 3.* sequitur Caietan. vbi proximè, dicens Papam esse admonendum semel atque iterum, nec deponendum si resipiscat; contra verò si in contumaciâ perseuerat, aut relabatur deponi debet, quamuis errores deponat, ac resipiscat, perseuerantiamque iuret, & multò fortius si incidat in hæresim, nondum ab Ecclesiâ condemnatam, & postea monitus de errore perseueret in illo contumaciter contra veritatem ab Ecclesia diffinitam, ita Suar. *num.11.* ex suppositione, quòd Papa possit incidere in hæresim quatenus Papa, quod ipse negat, quia sicut Deus promisit Papam diffinientem nullo modo posse errare, sic etiam prouidebit, ne vnquam hæreticus fiat.

Adde ex Pighio *lib.4. Ecclesiastica Hierarchia cap.8.* & ex Simanc.*de catholic.institut.tit.12.num.14.* asserentibus audacter nullum Pontificem Summum fuisse vnquam hæreticum, nec fore, quoniam Christus Dominus oratione suâ obtinuit, & impetrauit, ne fides Petri vnquam deficeret, quæ impetratio ad Petri successores transit, idem docet Hosius *lib.2.aduersus prolegomena Brenti*, & Alfonsus *lib.1. aduersus hæreses, cap.6. & Lucæ 22. Rogaui pro*

pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos; ergo Summus Pontifex, vti hæresis labe pollutus damnari minimè potest, Suar. *vbi supra, num.* 11. quam partem vt probabilem tradit Bellarm. *lib.* 2. *cap.* 30. *& lib.* 4. *etiam de Romano Pontifice, cap.* 3. *vers. Nicolaus primus, & duobus sequentibus, fol.* 772. vbi docet super verbis illis, *Rogaui pro te Petre, &c.* propter orationem efficacem Christi Domini hactenus fidem Petri non defecisse, nec defecturam credi in throno illius: quæ verba sunt Leonis 9. *in Epistola ad Petrum Antiochenum*, vbi refert huius sententiæ Nicolaum Primum fuisse, Theophylactúmque *in cap.* 21. *Lucæ*, & Chrysologum *in Epistol. ad Eutychetem*. quæ habetur in primo tomo Conciliorum ante Concilium Chalcedonense, & alios existimantes hoc priuilegium non solùm datum esse Petro, sed etiam omnibus aliis, qui Petro in Principatu erant successuri.

8. Sequitur communis, sed minimè dubia difficultas, an Papa iure communi ligetur? Diximus iam Principes esse solutos legibus, profiteri tamen se legibus viuere, siue ab eis, siue ab aliis conditis. Quâ de re *supra* 1 *p. lib.* 1. *disp.* 3. §. 2. *à num.* 209. *vsque ad num.* 218. iuxta quæ dicendum est Papam esse supra ius ex *l. Princeps legibus, ff. de legib. & ex cap. proposuit, de concess. præbend.* contraueniendúque legibus, & dispensando contra ius positiuum non peccare, qoia non ligatur iure communi *text. in d. cap. proposuit, & in l. digna vox, C. de legib. & l. hac consultissima. C. de testam.* § *ex imperfecto.* Iacobat. *de Concil. lib.* 7. *art.* 5. *num.* 89. *& art.* 6. *num.* 16. Subest tamen Papa legi diuinæ, & naturali, sicut & cæteri homines, Iacobat. *lib.* 4. *de concil. art.* 4. *num.* 2. Idcirco subiicitur iuri communi, seu positiuo quando nititur iure naturali, primò, quia quamuis sit solutus legibus, non est tamen solutus dictamine rationis. Bald. *in l.* 2. *C. de seruitut.* & ex consequenti non est suprà ius naturale gentium, Iacobat. *lib.* 7. *art.* 5. *num.* 65. *&* 67. *& lib.* 9. *art.* 12. *num.* 137. *& seq.* Iuxta notata *in cap.* 1. *de probat. & in l. Cæsar. ff. de public.*

7. Porro quamuis Papa non obstringatur capitulis licitis, vel illicitis: attamen si promoueat indignum in aliquâ dignitate dispensatione exigente committit indignum vniuersali Ecclesia, quod si id iurauerit in Conclaui antequam esset electus, tale iuramentum ante electionem præstitum videtur continere aliquid simoniæ, vt *in summa* 8. *quæst.* 3. *& ibi gloss.* & Dominic. qui allegat Hugonem asserentem super hoc extitere Concilium Romanum, quod si post promotionem iurauerit, tenebitur Papa promouere habiles ad eam dignitatem, etiamsi non iurâsset, nec vouisset; non verò potest inhabiles prorsus promouere, qui non sint in aliquo vtiles Ecclesiæ; quod si promoueat ductus sanguine carnali, infert scandalum dispensando contra generalem statum Ecclesiæ, quod fieri non potest, vt dicitur *in cap. sunt quidam* 25. *quæst.* 1. post Innocent. *in cap. cum dilectus, de tempor. ordin.* 8. *quæst.* 1. §. *his omnibus*, quamuis dispensatio non sit in rebus, quæ concernant fidem, ex dispensatione tamen status Ecclesiæ decoloratur 1. *quæst.* 7. *cap. & si illa*, & vult Anton. *in cap. cum ad monasterium de statu Monachorum.* Quòd si promoueatur hic prorsus indignus ad Cardinalatum, qui in nihilo potest esse vtilis Ecclesiæ. Bald. *in l. tutor petitus in* §. 1. *in princip ff. de excusat. tut.* opinatur talem promotionem esse nullam, sequitur Iacobat. *de Concil. lib.* 7. *art.* 6. *num.* 9. neque excusat quòd sit dispensatio Papalis, quia hæc etiam facta sine causa non reddit tutum dispensatum quoad Deum, nec Papa excusatur à peccato, sicut cæteri non excusantur, cùm non habeat potestatem peccandi, *cap. cum adeo, de rescript. & cap. significauit, de offic. ordinar.* Quòd si addas Papam habere plenitudinem potestatis, ergo potest promouere omnino inhabilem, & inutilem sine causâ? Cui quæstioni respondet Innocentius *in cap. Innotuit, de elect. & ibi* Ioan. Andr. hoc procedere ex causa, non verò sine illâ. Iacobat. *d. lib.* 7. *art.* 5. *num.* 134. Intelligitur enim plenitudo potestatis cum claue discretionis, *vt in cap. quanto, de iureiur.*

Nodosa sanè occurrit difficultas, vtrum possit 24.
Papa aliqoid contra articulos fidei: aut contra sacramenta; aut contra eorum formã? Responde Primò, quòd suprà tactum est cum communi Theologorum, non posse Papam ex toto, vel ex parte abrogare aliquid eorum, vel mutare, quæ sunt iuris diuini; posse tamen ex causâ iustâ hunc, vel illum à rigore iuris diuini liberare. Ex quo apertè deducitur non esse licitum Summo Pontifici articulos fidei nouare, vel mutare, nec noua sacramenta instituere, aut instituta mutare. Item, quia quamuis omnia possit claue non errante, excepto peccato insurgente à violatione legis diuinæ, *cap. manet*, 24. *quæst* 1. *& cap. quodcunque, vbi* gloss. *eadem causa, & quæstione.* Hostiens. & Ioan. Andr. *in cap. Magna, de Voto*; excipitur etiam ius diuinum, & articuli fidei, & quoties agitur de immutando vniuersæ Ecclesiæ statu, *cap. nulli. distinct.* 19. *cap. cuncta per Mundum*, 9. *quæst.* 3. Ioan. de Anania *in cap. nulli de Maledic. & cap.* 2. *distinct.* 15. *in gloss. vlt. circa finem*, vbi dicitur non posse Papam dispensare circa articulos fidei, & est gloss. similis *in cap. literas in verb. non potest, de restitut. spoliat. & ibi* scribentes Couarr. *in pract. cap.* 31. *num* 4. *post principium*, sed is non loquitur in specie de nostro casu, sicut Paramus *de potestate Summi Pontificis lib.* 3. *quæst.* 2. *n.* 36. vbi ait illi non licere articulos fidei innouare, aut mutare, nec noua sacramenta instituere, aut circa instituta quicquàm innouare. Sequitur Innoc. *in cap. cùm ad monasterium, de stat. Monach.* dicens regulariter non posse dispensare contra Euangelium, vt notatur *in c. sunt quidam, & in c. quæ ad perpetuam* 25. *quæst.* 1.

Inuat quod traditur à Iuanne de Selua *de iureiur. p.* 4. *quæst.* 1. *num.* 1. dum vult Papam non posse dispensare contra Patrum constitutiones fidem concernentes: secus quando non concernunt fidem; vt si in iuramento dispensetur per gloss. *in cap.* 1. *& ibi.* Abb. *de iureiur.* quia tunc potest Papa dispensare. Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum col.* 6. *de testib.* eodem modo non potest aliquid statuere contra præcepta decalogi, Gloss. *in cap. sicut.* 15. *distinct.* Gloss. *in cap. Anastasius* 19. *distinct.* Ex quibus omnibus liquet Papam etiamsi habeat plenitudinem potestatis in Ecclesia, non posse propriè dispensare contra ius diuinum propriè sumptum, hoc est contra illud, quod à Christo Domino promulgatum est in nouo Testamento, in quo includuntur spectantia ad præcepta moralia, & ad Sacramenta gratiæ, quod etiam probatur *ex c. qui omnipotentem, & 25. quæst.* 5. *c. sunt quidam*, & deciditur à D. Thoma *quodlibet.* 4. *quæst.* 14. docente instituta ab Ecclesiâ quæcunque illa sint, vel ab Ecclesiæ Prælatis posse à Papa dispensari. Quæ verò sunt iuris diuini, seu iuris naturalis non vtique, quia habent efficaciam ex institutione diuinâ, subditque in solis his, quæ sunt de lege naturæ, hoc est in præceptis moralibus, & in articulis fidei & Sacramentis nouæ legis non dari dispensationem: consentit Petr. de

Palud.

Palud. *in tract. de Ecclesiastic.potest.art.*5 vbi ait dicere de aliquo quod sit de iure diuino, & asserere cadere sub potestatem Papæ, illique esse subditum, oppositionem esse in obiecto: atque ita cùm Papa non sit supra ius diuinum, sed sub illo, non subest Papæ, vt possit illud tollere, vel mutare. D. Thom. *in* 4. *distinct.*27. *quæst.*4.

In quibus Summus Pontifex possit errare, vel non errare.

§. III.

EPITOME.

25. *Papam non posse errare in rebus fidei, an sit de fide.*
26. *Quod intellige quoad substantiam, non autem quoad circumstantias.*
27. *Nec etiam potest errare in rebus necessariis ad salutem.*
28. *Papa potest errare adhærendo hominum testimoniis in rebus litigiosis.*
29. *Papa non potest errare in Sanctorum canonizatione, quam non potest facere Legatus de latere, nec in approbando aliquo religioso Ordine.*
30. *Spiritus Sanctus assistit Papæ in his, quæ sunt de fide, aut quæ pertinent ad mores.*
31. *Concilio, & Papa discordibus, cui sit credendum.*
32. *Papa an possit errare in fide, vt est priuata persona.*
33. *Papæ asserenti aliquid regulariter est credendum, siue asserat verbo, siue in scriptis, quod etiam tribuitur Principibus sæcularibus.*
34. *Papæ assertioni super facto alieno an sit credendum, & super facto sui prædecessoris, & quid de assertione factâ motu proprio.*
35. *Papæ an sit credendum in his, in quibus alteri præiudicatur, vel in his, de quibus non potest disponere liberè, vel de quibus reportat commodum.*
36. *Papæ asserenti de facto alieno non gesto coram se, etiam quando dicit rem esse notoriam, vt sit credendum.*

25. QVÆRITVR primò, quando dicitur Papam non posse errare, an sit hoc de fide? Responde, non esse de fide, esse tamen adeo certum, vt contrarium asserere, peccatum sit graue, & errori proximũ. Quod non sit de fide, ex eo patet, quia nullibi expresè diffinitum reperitur. Quod verò sit graue peccatum asserere contrarium, ex eo probatur, quòd sit contra communem sensum, & sententiam grauissimorum Doctorum quos refert, ac sequitur Aragon. *tract. de Sum Pontif.quæst.*1. *art.* 10. *fol.*96. *in princ.* & Can. *lib.*6. *de locis Theol. c.*7. addens se non appellare hæreticum illum, qui contra hanc conclusionem tenuerit, certò tamen apud se habere, si casus ad Concilium generale deferatur hæreticum censendum, qui Papam in rebus fidei diffiniendis errare posse pertinaciter affirmauerit. In quo sensu quæstio proposita accipienda est, iuxta quam

Sit conclusio. Papa errare non potest in rebus fidei diffiniendis, & in præceptis, seu rebus moralibus, quas tradit, aut approbat pro vniuersa Ecclesiâ. Est D. Thomæ 2. 2. *quæst.*1. *art.* 10. & *in tract. contra errores Græcorum, cap.* 67. Sequitur Turrecremat. *lib.* 2. *Summa Ecclesiæ, capit.* 109. Victoria *in relect. de potest. Ecclesiast.* Caietan. *in tractat. de primatu Ecclesiæ Romanæ, cap.* 13. & *de autoritate Papæ, & Concily, c.*9. Suar. *de triplici, tract.* 1. *disp.*5. *sect.*8. *num.*7. *cum aliis ibi.* Azor 2. *p.instit moral lib.*5. *cap.*4. *quæst.*3. *fol.*539. & *cap.*5. *fol.*547. non indigere Papam ex necessitate consilio in rebus de fide, aut de moribus statuendis, nisi causâ prudentiæ, quia diffinit vt supremus Ecclesiæ Pastor, quod intelligit, dummodo adhibeat sufficientem diligentiam pro qualitate quæstionis: diligentiâ autem non adhibita sufficienter pro qualitate rei diffiniendæ, poterit errare. Ratio quia Deus non vult, vt temerè quæstio es de fide, ac de moribus ad vniuersalem statum Ecclesiæ iudicentur, Azor *supra*, Suar. *d. sect.* 8. *num.* 11. Aragon. *d. art.* 10. *vers. secunda conclusio*; quod probatur ex illo Christi Domini *Ioan.* 5. *Scrutamini scripturas, illæ enim sunt, quæ testimonium perhibent de me*, & *Actor.* 15. vbi fit mentio primi Concilij ab Apostolis primò celebrati, diciturque magnam, & summam fuisse factam conquisitionem. Quare magnam diligentiam requiri in rebus fidei diffiniendis certum est. Quinimo quoties Papa absolutè diffinit aliquid, credendum est sufficientem diligentiam adhibuisse, quia periculum est dicere sine præmissâ diligentia diffiniuisse, eo quod cùm Ecclesiæ non constiterit, an Pontifex non præmiserit diligentiam, dabitur ansa, vt singuli ea de re velint indicare, & Ecclesia posset non assentiri. Idcirco satius est non admittere hunc casum, quia Spiritus sanctus, qui præest Ecclesiæ, non permittet rem à Pontifice diffiniri, nisi præmissâ diligentiâ, quoties absolutè diffinit, Suar. *supra disput.* 5. *sect.*8. *num.* 11.

Hæc autem conclusio intelligitur quoad substantiam, & honestatem in præceptis, & regulis pro vniuersâ Ecclesiâ tradendis, sic D. Antonin. 3. *p. tom.*12. *cap.*8. §. 2. Bellarm. *lib.*4. *de Roman. Pontif. cap.*5. Molin. *de iustit. disp.*325. Can. *de locis Theol. lib.*5. *c.*5. Nam quoad circumstantias, vel multiplicandi præcepta, vel rigorem, aut pœnas, non est inconueniens aliquando errare, quia hoc non est cõtra sanctitatem Ecclesiæ, nec repugnat veritati; ita præcitati, quibus accedit Suar. *de fid. disp.* 5. *sect.* 8. *n.*7. & Cæsar *de Ecclesiast. Hierarc. disp.*1. §.4. *num.*2. 26.

Obijci tamen potest, *cap. quanto* 7. *de diuort. in verb. licet quidam prædecessor noster.* & Glos. ibi firmat huiusmodi prædecessorem fuisse Cœlestinum, tertium, ex quibus verbis aliqui videntur colligere, posse Papam diffiniendo tanquam summum Pastorem totius Ecclesiæ errare. Cui obiectioni respondetur Cœlestinum non diffiniuisse matrimonium dissolui quando alter coniugum in hæresim labitur, vel ad errorem gentilium transit; neque Innocentium tertium *in d.c.quanto*, dixisse Cælestinum de eâ re aliquid diffiniuisse, sed sequentia verba protulisse ibi: *Licet quidam prædecessor noster sensisse aliter videatur.* Vnde dixit sensisse nõ definiuisse, & ipse Innoc. 3. ait: *Si verò alter fidelium coniugum, vel labatur in hæresim, vel trãseat ad Gentilitatis errorem, non credimus, quod in hoc casu is, qui relinquitur, viuente altero possit ad secundas nuptias conuolare.* Quare nihil ex hoc textu probatur, etiamsi Epistola Decretalis Cœlestini tertij sit inserta in Corpore iuris, vt restatur gloss. olim fuisse; quia non sequitur ex eo quòd aliquid sit contentum in Corpore iuris, vt ex ipso sit diffinitum à Põtifice: Sunt enim multa in Corpore iuris, quæ Pontifices non diffiniunt, sed suam sententiam proferunt tantummodò referentes: ideo non sine consideratione,

& cautelâ, dixit Innocentius tertius prædecessorem suum hoc sensisse, non autem diffiniuisse, sic Azor, *2.p.instit.moral.lib.5. cap.4.vers.secundo obiicitur, fol.*541. Quem referens sequitur August. Barbos. *in d.cap.quanto, num.*2.

Stat ergo Papam diffinientem ea, quæ ad fidem pertinent, nullo modo posse errare, ex illo *Lucæ* 22. *num.*32. *ibi. Simon ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua.* Quo loci datum fuit Petro, vt ipse tanquam Pastor totius Ecclesiæ, non posset docere aliquid contra fidem, neque, vt in cathedrâ, & Sede Apostolicâ aliquando aliquis sederet, qui contra veram fidem doceret. Quæ sanè verba etiam si ad singularem Petri personam, *rogaui pro te, ne fides tua deficiat*, dirigantur, ad successores Petri totam Ecclesiam repræsentantis referuntur, vt asserit Turrecremat. *in Summa.de Ecclesia, lib.*2. *cap.*109. *& lib.*3.*c.*60. quibus probatur Ecclesiam errare non posse, Can. *de locis Theol. lib.*5.*cap.*5.*quæst.*3.*& lib.*6. *cap.*8. Suar. *d.sect.*8. *a num.*9. Bellarmin. *lib.*4.*de Roman.Pontif.cap.*3.*vers.de altero.* Menoch. *de arbitrar. casu* 458.*num.*51. & Cordubens. *in quæstionib. Theologic.lib.*4.*quæst.*3.*in princip. &* §.6.

27. Idem asseritur de Pontifice diffiniente in rebus necessariis ad salutem non posse errare, aut deficere, Cordubens. *supra lib.*4.*quæst.*3.§. *Arguitur ergo*, sic Bellarmin. *lib.*4.*d.cap.*5. Non enim fieri potest, quòd Pontifex præcipiat aliquod vitium, aut prohibeat aliquam virtutem, cùm illius obligatio sit docere omnem virtutem, & prohibere omne vitium: nam *pasce oues meas, pasce agnos meos*, vt diximus, hoc est, doce omnem virtutem, & prohibe omnem iniquitatem, D. August. in hunc locum, *oues ipsas*, inquit, *pascendas hoc est docendas, regendásque committit.* Bellar. *de Rom. Pont.lib.*1.*c.*15. per totum, vbi de obligationibus Petri, & successorum illius.

28. Secunda conclusio, Summus Pontifex hominum testimonia sequendo in rebus litigiosis, & adhærendo historiis, aut dispositionibus, quæ non continent regulam fidei, vel morum, errare potest super his iudicando, vel diffiniendo, *text. in cap. à nobis, versic.nos igitur. de sentent.excommunicat.* Idem dic de aliis controuersiis, quæ ex informatione, testimoniísque hominum præcipuè dependent, est communis teste Bellarmino *lib* 4. *de Roman.Pontif. cap.*5.*&* 6. Can *de locis Theolog. lib.*5. *cap.*5.*quæst.*5. Sot.*in* 4.*distinct.*3. *quæst* 1.*art.*6. Cordubens. *d.lib.*4. *quæst.*3.*ante finem*, §.*exemplum quarti.*

29. Tertia conclusio, Pontifex non potest errare in Sanctorum canonizatione, ita D.Thom. *quodlibet.*9. *art.vlt.* Antonin. 3 *p.tit.*12. *cap* 8.§.2. Syluest. *canonizatio, quæst.*3. Azor *tom.* 2. *lib.* 5. *cap.*6. *quæst.*5. Valent. *tom.* 3. *disp.* 1. *quæst.* 1. *punct.*7. §.40. Bellarmin. *lib.* 1. *de sanctor. beatitud. cap.* 5. Castro *de iusta politicor. punitio. cap.* 6. & sumitur ex Gregorio *in cap.*1. *distinct.* 25. ex Bernard. *Epistol.* 174. *ad Lugdunenses*, Caietan. *de Indulgent.cap* 8. *vers. ad id vero*, Couarr. *lib.* 1. *variar cap.* 10. *num.* 13. *in princip.* Aragon. 2. 2. *quæst.* 1. *art.* 10. *tit. de Summo Pontifice, col penult in* 2.*conclus.* Baron. *tom.* 1. *annalium Ecclesiæ, anno Christi* 55. *cap.* 15. *pag. mihi* 488. Luys. Turrian. *disp.* 16. *de potestate Pontificis in ordine ad fidei doctrinam, dubio* 4. Iacob. Castellan. *de canonizatione Sanctorum, quæst.*9.*art.*3. & Carbo *de Summa Summarum, tom.*3.*lib.*1.*cap.*17. Ratio, quia hoc est pars quædam valde necessaria materiæ moralis, quæ ad cultum, & religionem, atque ita impatibile esset, si Papa errauerit in canonizatione, seu beatificatione Sanctorum, quia posset contingere adorare, & preces fundere, & assumere apud Deum hominem damnatum pro aduocato nostro, ideo nullo modo posse errare Summum Pontificem dicendum est, vt vltra præallegatos tradunt ex antiquioribus Innoc. *in cap.audiuimus primo, de reliquiis, & veneratione Sanctorum, n.*2. Butr. *n.*7. Hostiens. *n.*7. & Ioan. Andr. *num.*5. & ex recentioribus August. Triumph. *de potestat.Eccles. quæst.*14.*num.*1. Maluet. *de canonizatio. Sanctor. dub.*2.*n.*5.*&* 6. Valer. Reginald. *in praxi fori, lib.*19. *num.*6. *in fine*, asserentes solum Papam posse Sanctos canonizare, neque in eo errare posse.

Hinc infertur nec Legatum de latere posse Sanctos canonizare etiam ex commissione Papæ, vt volunt Iacob. Castellan. *supra quæst.*3. *art.*2.*num.*3. & expressius D. Contelor. *in additionib. ad Iacob. Castellan.d.quæst.*3.*art.*2.*n.*4. & Alphons. de Castro *de iusta hæreticor. punit. lib.*1. *cap.* 6. *col.* 4.*vers. rursus.* Ex eo fundamento, quia Papa nequit potestatem diffiniendi res fidei alteri committere, Bannes 2. 2. *quæst.* 1. *art.* 10. *dub.* 4. *in vers. quapropter*, & Aragon. *d quæst.*1. *art.*10. *in tract. de Concil. vers. tertia conclusio, in fine, & vers. ad primum argum.* Et quod maius est, non est integrum Concilio vniuersali posse per se solum aliquem adscribere Catalogo Sanctorum Ecclesiæ, neque in numerum illorum referre, sic Iacob. Castellan. *d. quæst.* 3. *art.*5. *à princip.* vbi Contelor. *à num.* 10. & Angel. Roch. *in tract. de canonizatio Sanctor. cap.*4. *vers. quoad solum*, vbi docent nihil in hâc materiâ posse Concilium vniuersale nisi interueniente Papæ authoritate. Et ex consequenti sequitur multo minùs posse Episcopos, Sanctos canonizare, Iacob. Castellan. *de canonizat. Sanctor.quæst* 3.*art.*1.*& ibid.* Contelor. *num.*17. Mascard. *de probat. conclus.* 262. *num.*56. Maluet. *in eod.tract. dub.*2. *num.*1. *&* 2. sed Papam duntaxat; & quamuis Martin. Laudens. *in tract.de Cardinalib. quæst.* 110. & Troilus Malui. *de canonizat. Sanctor. dub.* 2. *& num.* 42. censeant Papam teneri in hoc casu requirere consensum Cardinalium, verius est non requiri, vt ferunt Antonin. 2 *p.tertiæ partis Summæ, tit.* 22.*cap.* 5. §. 5. *colum* 2. *vers.si autem*, & alij, quos referens sequitur Ceuall. *commun. contra commun. quæst.* 645. *num.* 9.

Sed quid de approbando aliquo Religioso Ordine? Responde ex Fr. Ludouico Miranda *in Manuali Prælatorum, tom.* 1. *quæst.* 3. *art.* 6. olim ad Episcopos, & alios ordinarios Prælatos spectasse, approbare, & confirmare regulas Monachorum, ac Religiosorum omnium: postea verò à tempore Concilij Lateranensis, de quo fit mentio *in cap. ne nimia.* 11. *& vlt. de religiosis domibus*, ad solum Romanum Pontificem id pertinere, Sequitur Vasquez *d. disp.* 165. *cap.*4. *num.* 39. Azor. *tom.* 1. *lib.* 11.*cap.* 24. *quæst.*5. & Less. *lib.*2. *cap.*41. *num.* 12. idem tradit Mendoza *lib.* 2. *de Concil. & liber. cap.* 30. quatenus probat olim sub Episcopis fuisse monachos tanquam sub Prælatis propriis, remotè tamen, seu mediatè, proximè autem sub Abbate, quæ omnia fusiùs tradit Suar. *tom.* 3. *de religione, lib.* 2. *cap.*17. *num.* 2. *& seq.* explicátque quid ad Episcopos, & quid ad Abbates regulares spectauerit, tam in genere, quàm in specie.

Hodie tamen nullus Religionis nouus Ordo institui potest sine approbatione Romani Pontificis, *cap. vltim. vbi* Abb. *in* 2. *notab. de vita, & honestate clericorum, cap. final. de religiosis domibus, & cap. vnico, eodem titul. in* 6. per quæ iura constat hoc esse Romano Pontifici reseruatum.

Meno.h.

Menoch. *de arbitrar. casu* 421. *num.* 18. Sanchez *in praecepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 15. *ad finem.* Azor *instit.moral.p.* 1. *lib.* 11. *cap.* 23. *quæst.* 5. *&* *cap.* 24. *quæst.* 4. *in fine.* Vasquez 1.2. *quæst.* 96. *art.* 4. *disp.* 165. *cap.* 4. *n.* 38. *&* 39. Valer Riginald. *in praxi fori, lib.* 18. *n.* 364. *vers. accedit,* Fr. Emmanuel Roiz. *quæst. regular. tom.* 3. *quæst.* 48. *art.* 3. *& alij,* apud Suar. *vbi supra, num.* 1. & apud doctissimum Primatem *in* 1. *p. decreti, distinct.* 44. *cap.* 12. *generalis, num.* 2. *in textu ibi, Religionis congregationibus,* & apud August. Barbos. *in cap. ne nimia, de religiosis domibus, num.* 2. vbi concludunt religiosas congregationes sine approbatione à Sede Apostolica, nec dici, nec esse posse religiosas familias; quibus accedit nouissimè Sebastian. Cæsar *disp.* 1. *de Roman. Pontif.* §. 4. *num.* 5. dicens non posse errare Papam approbando aliquam Religionem, quia hoc pertinet ad materiam moralem valde necessariam in Ecclesiâ.

30. Idem ante docuit Suar. *d. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 17. Ex eâ ratione quia Summo Pontifici datur assistentia Spiritus Sancti in gratiam Ecclesiæ catholicæ, vt eam dirigat, non solùm in his, quæ sunt de fide; sed etiam in his quæ pertinent ad mores, ita vt neque in his, neque in illis errare valeat. Quare non satis cautè locutus est Can. *de locis, lib.* 5. *cap.* 5. vbi innuit posse Papam errare in approbando aliquo nouo Ordine Religioso, fortè inductus ad id ex sinistrâ aliqua informatione, cùm oppositum sit dicendum non posse errare Pontificem in approbatione alicuius noui Ordinis, quoad iudicium de honestate, & sufficientiâ talis modi viuendi, prout est status perfectionis acquirendæ, argumento canonizationis alicuius Sancti, in quo non potest errare Pontifex: ergo, neque in approbatione noui Ordinis cuius approbatio est quasi canonizatio illius sanctitatis. Consonat Lateranense Concilium *cap.* 13. dicens in vniuersum bonam, & piam esse Religionem auctoritate Pontificis confirmatam. Iuuat D. Thom. *opuscul.* 19. *contra impugnationem Relig. cap.* 4. *col.* 13. *initio, in additione Romana ait, ibi. Cum aliqua Religio per Sedem Apostolicam instituta est, manifestè se damnabilem ostendit, qui talem Religionem damnare conatur.* Quibus verbis notatur temerarium esse qui contrarium, hoc est, qui dixerit Pontificem posse errare in approbanda aliquâ Religione, quia non potest errare in his, quæ pertinent ad mores.

31. Sed petes si Papa arbitretur aliquid esse peccatum, vel non, & Concilium arbitretur contrarium, cui sit credendum? Respondet Anton. de Rosell. *de Concil. quæst.* quæ sententia est attendenda, Papæ ne solius, an totius Concilij, vel maioris partis, *num.* 66. tunc si maior sententia sit Concilij, quàm solius Papæ; quia Papa solus est; vel pro suâ parte paucos habet, standum esse sententiæ Concilij. Quod si Concilium Prouinciale Romanorum, & Ecclesia Romana, Sedésque Apostolica aliquid in prædictis tanquam verum deliberasset, in eo casu standum esse sententiæ Papæ, & Ecclesiæ Romanæ; non verò deliberationi Concilij generalis iudicium Sedis Apostolicæ non habentis, sic ille; secundùm quem *infra num.* 70. additur Concilium Prouinciale, si quid simul cum Papa aliquando decidit in fide, vel in bono vniuersalis Ecclesiæ, & Concilium generale discrepet à sententia Papæ, & Romanæ sedis, præferendum esse iudicium Romanæ Sedis, iudicio Concilij generalis, siquidem à capite discrepat, & à Sancta Sede; fauet *text. in cap. duo* 3. *quæst.* 9. vbi innuitur Papam in casibus, in quibus potest iudicari, si fortè potest, subiici iudicio Ecclesiæ vniuersalis.

Quin etiam si de sensu, & mente Concilij dubitatio, oriatur ad Sedem Apostolicam est recurrendum, de quo vide *Bullam Pij quarti*, ante finem, *vers. si qui vero, ad calcem Concilij Tridentini insertam*, ex quâ constat declarationem dubiorum ad Summum Pontificem pertinere. Nam Concilium totum, in quo Papa adest per Legatos suos, sine instructione particulari aliquid diffiniens, non est regula fidei, nec eius authoritas infallibilis, sed est sub opinione, nec habet iurisdictionem ad obligandam Ecclesiam, antequam confirmetur à Pontifice: ita Castro *lib.* 1. *de iusta hæreticorum punitio. cap.* 6. Bellarmin. *lib.* 2. *de Concil. cap.* 11. & Caietan. *in Apologiâ, p.* 2. *cap.* 21. Turrecremat. *lib.* 3. *cap.* 32. 33. 34. 38. Secundùm quos Concilium supra dictum ante confirmationem potest errare, diffiniens aliquid contra instructionem Pontificis, vt de facto errauit Constantinopolitanum Concilium assentientibus etiam errori Legatis Nicolai Primi. Ergo multò magis potest errare quando nullam habuerit Pontificis instructionem. Vnde reiiciendi sunt Parisienses, & eorum sectatores, quatenus docent huiusmodi Concilium vniuersale esse supra Papam, & reliqui alij existimantes Concilia generalia legitima, etiam ante confirmationem Pontificis non posse errare.

Posse autem errare non est dubium quando Concilium generale, hoc est Patres consentiunt, & diffiniunt legatis Apostolicæ Sedis dissentientibus, vt de facto Concilium Ephesinum 2. errauit, dum minimè consentientibus, sed omnino repugnantibus Legatis Pontificis Leonis voluit diffinire, vt demonstratur *ex Epistolis* 24. *&* 25. Sancti Leonis. Similiter potest errare quando aduersùs instructionem Pontificis diffinit non repugnantibus Legatis Apostolicis, vt constat ex Epistolâ Nicolai primi ad Patriarchas, & cæteros Episcopos Orientis, quia contra instructionem Nicolai egerunt; quæ Concilia non solùm non approbata, sed reprobata dici debent, & ex consequenti omni carent authoritate, vt colligitur ex Gelasio *in tom. de Anathemate, & in Epistola ad Episcopos Dardaniæ.* Accedit nullo modo reputari Concilia vera, ac legitima quando non concordant cum suo Pontifice, vel quando consentiunt cum Legatis, qui aduersùs instructionem Pontificis vota ferunt; tunc enim non agunt nomine Pontificis, nec eius personam repræsentant quando ferunt suffragia diuersa ab instructione sibi à Pontifice tradita. Quare tam Leo *in Epistol.* 45. *ad Pulcheriam,* & Agatho *in Epistol. ad Imperatorem* asseruerunt se authoritatem negare Legatis quando non agunt iuxta regulas in instructione sibi traditas.

His positis resolutioni Antonij de Rosellis dicendum est cum gloss. *ad caput quodcunque* 24. *quæst.* 1. *& ad cap. in istis. distinct.* 4. Papæ iudicium præferendum esse opinioni quorumuis Patrum: Est enim Romanus Pontifex omnium iudicum maximus, Caput Ecclesiæ militantis: atque ideo à nemine in hoc sæculo iudicari potest, *cap.* 17. *cum sequent.* 9. *quæst.* 3. ita Anastas. Germon *de sacror. immunit. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 79. & Alban. *de potest. Pap.* 2. *p. num.* 108. *in tom.* 13. dicentes Pontificis sententiam proculdubio potentiorem esse,

nec Patres aliquam iuris dicendi authoritatem habere, nisi Pontificiâ authoritate muniantur, à quo ipsum Concilium accipit authoritatem, *cap. significasti, de elect. cap. vbi periculum*, in gloss. *in verb. Concilio de elect. lib. 6.* Bellamer. *in cons. 96. in 16. quæst. cum multis*.

Quin etiam in dubio sententia Papæ videtur præferenda Patrum opinioni, quoniam Petro soli, & eius successoribus dictum est *Matth. 16. & cap. 6. 24. quæst. 1. Quodcunque ligaueris super terram, ligatum erit & in cœlis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis.* Germon. *vbi suprà, num. 70.* Addit tamen Alban. *vbi proximè, num. 117.* id procedere quando agitur de fide, aut de præceptis moralibus; secus si agatur de eisdem iam à Patribus in aliis Conciliis, atque ab ipsis Pontificibus per alias constitutiones declaratis tanquam de fide, aut de præceptis moralibus, in quo euentu si Papa dissentiat à Patribus, neque illorum sententiæ acquiescat, Patrum opinio sententiæ Pontificis est anteponenda, *cap. si Papa, distinct. 40.*

32. Hinc aliqui deducunt Papam prout est priuata persona posse esse hæreticum, quod adeo certum putant, vt contrarium asserere sit errori proximum, probant, quia qui hoc negauerit ex duobus vnum debet affirmare, vel quòd legitimum Concilum inique, & iniustè damnauit Honorium; vel quòd acta illius Concilij non sunt vera, quorum primum est manifestè impium; secundum autem est duorum Summorum Pontificum, & duorum Conciliorum decisiones negare: igitur erroneum est id asserere. Quando autem sententia Papæ non versatur circa res fidei, aut circa morum præcepta, potest errare, quia in his decidendis Pontifex procedit per testificationes & coniecturas magnas, ita Caietan. *in lib. de authoritat. Pap. cap. 11.* & deducitur apertè ex Innocentio tertio *in cap. à nobis de sentent. excommunic.* Aragon. *tract. de Summo Pontif. quæst. 1. art. 10. fol. 92. col. 2.*

Probabile tamen est, piéque credendum Summum Pontificem, vt est priuata persona non posse esse hæreticum, falsum aliquid contra fidem, pertinaciter credendo; probatur, quia hoc est sperandum ex suaui dispositione diuinæ prouidentiæ, & ex illo *Lucæ 22. Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos*; ergo semper docebit Pontifex veritatem, neque deficiet in Sede Petri prædicatio veræ fidei, neque deuiabit ab hâc doctrinâ, Bellar. *lib. 4. de Roman. Pontif. cap. 6.* Quomodo enim si fuerit hæreticus diffiniet veritatem de fide ab Ecclesia credendam, cùm certum sit hæreticum nullam habere potestatem, vel authoritatem Ecclesiasticam, cum sit diuulsus à corpore Ecclesiæ, vt habetur expresè *in cap. Nouatianus, vers. final. 7. quæst. 1.* nisi cōcedas posse dari Caput totius Ecclesiæ sine aliquà potestate, quod est absurdum; Confirmatur ab euentu, quia cùm nullus Papa adhuc secundùm probabiliorem fuerit hæreticus, vel hoc de nullo potest probari concludenter, quod fuerit talis, signum est manifestum, non posse esse, ita Pigh. *de Ecclesiast. Hierarch. lib. 4. c. 8.* & alij apud Cæsarem *d. disp. 1. §. 4. n. 3.* Neque obstat *c. si Papa, distinct. 40. & cap. nunc 2. quæst. 7.* quia hæc iura non loquuntur affirmatiuè Papam posse esse hæreticum, sed dicunt non posse iudicari nisi forte fuerit hæreticus, quo dicendi modo nihil affirmatiuè decidunt, quia certum non est, an possit esse hæreticus.

Et quamuis obiiciatur Marcellinum thura adoleuisse Idolis, non propterea Pontificatum deposuit, sed semper retinuit Pontificiam dignitatem, eiúsque peccatum contra fidei confessionem tantùm fuit. Quod verò de Liberio Papa dicitur communicasse cum Arrianis, & sententiam damnationis in Athanasium ratã habuisse propter tædium exilij, & ob desiderium repetendi suam Sedem, non tamen ob id iudicandus est hæreticus, sed in fide Catholicá permãsisse eundem affirmat Theodoret. *lib. 2. cap. 22.* Basilius *Epistol. 74.* & Athanas. *oratio contra Arrianos*, & Epiphan. *heresi 75.* Quod verò contra alios opponitur, qui de nota hæresis arguuntur quæ illis inpingitur, meminit Azor, *p. 2. lib. 5. c. 5.* vbi eos ab ea nota liberat, *quæst. 1. & quæst. 2.* excutit an Summi Pontifices, vt priuatæ personæ in rebus fidei decidendis possint errare? pro qua parte refert Pighium *lib. 4. Eccles. Hierarch. c. 8.* multis probantem partem negatiuam, quam sententiam dicit Canus *de locis lib. 6. cap. vlt. in responsione ad 11 argument.* esse nouam, & Azor singularem, quod non videatur verisimile Papam, vt particularem personã à Christo Domino in fide fuisse confirmatum, quia Deus Romano Pontifici non vt homo est, sed vt est Christi Vicarius, & Præfectus Ecclesiæ assistit in rebus fidei diffiniendis, ne erret; at verò vt homo est Pontifex, Deus illi non assistit ex lege, & promissione certà, atque ita potest errare, quæ sententia est non solum verior, sed probabilior. Opinio autem Pighij est valde probabilis vt placet Bellarmino *lib. 4. de Roman. Pontif. d. c. 6.* & apud Cæsar. *d. disp. 1. §. 4. n. 3.* & apud Suar. *de legib. lib. 4. c. 7. vers. ad tertiam. de Summo Pontifice, n. 10. fol. 400. col. 1. ad medium.* vbi negat posse dari euentum, in quo Summus Pontifex, vt priuata persona sit hæreticus iuxta sententiam affirmantem Papam ex diuino priuilegio non posse errare in fide, etiam vt priuatam personam, quam partem probabilius aliqui tuentur, per quam liberant omnes Pontifices, qui hactenus præcesserunt à notâ hæresis, quorum meminit Paramus *de potestate Papæ, lib. 3. quæst 1. num. 53.*

Huc etiam spectat difficultas, quænam fides sit habenda assertioni & testimonio Papæ? Gloss. *in c. ad Apostolicæ, in verb. promiserint, de re iudicata, in 6. & in c. 1. in verb. statuit, de renunciat. etiam in 6.* tradunt plenè credendum, sequitur Felin. *in c. cum à nobis, num. 7.* vbi testatur de communi de testibus. 33.
Ancharan. *in clement. 1. de probat.* ex eo fundamento, quia Papa qui est loco Dei non potest, nisi veritatem testari. Mascard. *de probat. lib. 3. concl. 1143. ex num. 1.* & plenius. *in conclus. 1227. à num. 1. vsque ad n. 11.* Quod procedit etiam in his, quæ Papa vidit ante Pontificatum, vt vult gloss. *in cap. 1. in verb. statuit, de elect. in 6. & in d. cap. ad Apostolicæ, in verb. promisissent, de re iudicata, in 6.* idem docent Decius *cons. 463. in causa, quæ nomine Camera, num. 26.* Crot. *de testib. num. 195. & num. 217.* Gabriel alios referens *rub. de probat. conclus. 2. n. 10.* vbi hoc extendit ad ea, quæ Papa vidit antequam esset assumptus ad Cardinalatum. Mascard. *supra lib. 1. conclus. 139 num. 6. & lib. 3. conclus. 1227. n. 45. & sequent.*

Amplia hoc habere locum siue Papa id asserat in scriptis, & per literas, siue etiam solo verbo, vt constat *ex clement. 1. de probat.* & probatur *ex textu in d. cap. cum à nobis, & ibidem* Abb. *in princip. vers. fallit hoc in Papa,* vbi dicitur bene credendum assertioni Papæ etiam solo verbo prolatæ; Nec obstat quod contra videatur fuisse de mente Bonifacij *in clement. 1.*

cle

*de probat. num.*47. quia oppositum e... h... ..lius. Confirmatur ex traditis à Castrensi *cons.* 300. *priùs quàm in iure fierent, col.*2. *vers. dicet aliquis in antiqua editione.* asserentis plene esse credendum assertioni Principum sæcularium, atque etiam Papæ, quod est etiam de mente Bartoli *in l. ambitiosa, n.*28. *ff. de decret. ab ord. faciend.* Sequitur Ripa *responsio.*1. *num.*28. *lib.*1. Natt. *cons.*487. *num.*39. *lib.*3. Signorol. *cons.*181. *in quæstione vertente, n.*8. *vers. sed in literis,* & Aym. *de antiqu. t. temporis, p.* 1. *sect. propositum, num.*1. *cum sequent.* vbi respondet contrariis.

Quare resolutio est verior, disposita in Summo Pontifice secundùm *Clementin.* 1. *de probat.* habere etiam locum in Principibus sæcularibus; Ergo si hæc concedantur eisdem, non debent negari Pontifici, vt volunt Aym. *in d. sect. propositum, n.* 1. *&* 2. & Mascard. *conclus.*139. *n.*11. *vers. contrarium, & conclus.*1228. *num* 24 *lib.*3.

Quod verò assertioni Principis plena fides sit habenda, docent Afflict. *decis.*305. *num.*15. Mandel. *cons.*75. *num.*6. Decian *cons.*25. *n* 8. *& lib.*1. *cons.*35. *num* 19. *&* 20. *lib.*2. Mascard. *de probat. lib.*3. *conclus.*1227. *ex num.*10. *ad num.*23. Ratio, quia plenè creditur literis iudicis affirmantis standum esse quando iudex asserit aliquid de iis, quæ competunt officio iudicis, *l. si publicanus §. de rebus, ff. de publicanis*; Item quia de Principe præsumitur quòd deliberatè faciat omnia, ne violetur iustitia; ergo non est credendum quòd affirmet falsum, *l.* 2. *§. marito, §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico,* & ex consequenti multo magis standum est assertioni Papæ.

Similiter standum est assertioni Papæ quando loquitur dispositiuè, Calderin. *in cons.*1. *in fine, tit. de priuileg.* & Mascard. *d. conc.* 1228. *n.*50 Quòd si loquatur narratiuè, verba illius non probant, vt docet Bonif. *in d. clem.*1. *n.*26. *in fine, vers. quarto requiritur,* & ibidem Zabarell. *vers. quandoque narrat factum alterius,* quia Papæ intentio nititur in narratiuâ partis, videlicet quando in supplicatione sunt hæc verba (*prout asseritur*) hoc est à parte. Lap. *allegat.*7. *n.*3. *vers.* Ioan. Andr. distinguit, *& n* 7. *vers. sed puto:* Secus si narratiua partis concerneret factum proprium ipsius Papæ, tunc enim narrata per Papam in suâ assertione, habentur tanquam simpliciter prolata per eundem, Gabriel. qui plures alios refert *rubr. de probat. lib.*1. *conclus.*2. *num.*41. Mascard. *lib.*1. ... *n.*20. *in fine principij, vers. si tamen id quod* ...

Amplia ... ndò assertioni Papæ credendum in profanis quoad subditos, Abb. *in cap. ad audientiam, de præscriptio.* Castrens. *cons.*46. *col final. vol.*2. Caccialup. *in tract. de pensionib.* 24. *quæst.* Contra verò non subditum assertio Papæ non probat. Abb. *in d. cap. ad audientiam.* Mascard. *de probat. d. conclus.*139. *num.*13. *vers. præsens tamen hæc, & conclus.*1228. *n.*13. Secus in causis spiritualibus, & Ecclesiasticis, in quibus statur assertioni Papæ quoad laicos non subditos, puta, in causâ matrimoniali, & similibus quæ concernunt periculum animæ, Mascard. *d. conclus.* 1228. *num.*87. Quod in omnibus assertionibus procedit, & illis ita statur, vt non possit probari contrarium, regulariter tamen Gemin. *cons.*33. pro examinatione dictorum dubiorum, *col.* 3. *vers. nec obstat si dicatur,* sequitur Socin. *cons.*166. *in causa, quæ vertitur, col.*1. *n.* 32. *sed tamen non obstante.* Nihilominus etiam contra non subditos assertioni Papæ omnino standum est si verbis assertiuis vtatur. Mascard. *d. conclus.*139. *num.*23.

Eodem modo statur assertioni de facto proprio

Papæ, illique plenè creditur, ita vt nec probatio contra illam recipiatur, gloss. *cum textu, in clement.*1. *de probat. & ibi* Imol. *col.*4. Felin. *in d. cap. cum à nobis, de testib.* Hippol. *in l.*1. *§. si quis dicetur, col. penult. ff. de quæst.* Tiraquel. *de retract.* §.1. *gloss.*14. *n.*49. quod extende ad assertionem Papæ, partim de facto proprio, partim de facto alieno, vt pote, si asserat Titium in suis manibus renunciâsse. Lap. *in d. clement.* 1. *de pr bat.* Imol. *ibi col. penult.* & Staphil. *de liter. grat. & iustit fol.*155. Cardinal. *in cons.*126. *à num.* 10. *vers. respondeo quod in ec.* Vnde si literæ Papæ narrent coram ipso factam fuisse renunciationem, nihil in contrarium allegari potest. 3

Sed contra obiici potest ex Lapo *in d. clement.*1. ex mente Calderini, quem ibi sequitur Imol. *col. penult.* assertioni Pontificis in hoc casu partim standum esse, & partim non standum, videlicet in eo quòd respicit alienum factum; & in eo quod respicit proprium credendum; Dicendum tamen est Lapum, & Cardinalem, & Imolam fuisse locutos in assertione diuiduâ, & plura capita diuersa continente, puta si Papa dicat coram ipso Titium renunciasse, & obiisse in curiâ: tunc enim contra renunciationem, cùm sit de facto proprio coram se, nihil in contrarium allegari potest. De eo autem quod dicitur talem obiisse in curiâ, cùm sit assertio facti alieni, inducunt hæc verba præsumptionem, non verò probationem, quia est assertio facti alieni; atque ita in assertione diuiduâ, & plura capita diuersa continente, ac sub duplici structu verborum pronunciata intelligendi sunt Doctores partis contrariæ: affirmatiuam autem partem asserentes loquuntur de assertione indiuiduâ Papæ, & vno structu concepta verborum, vt patet quando Papa asserit Titium in suis manibus beneficium renunciâsse; iuuat Mascard. aliquantulum *de probat. conclus.* 139. *num.* 8. *&* 9. *& conclus.* 1228. *numer.* 36. *vers. limitatur secundo,* & Farinac. *de test. b. lib.* 2. *titul.* 6. *quæst.* 63. *num.* 94. 34.

Hinc deduces standum esse assertioni Papæ super facto, ac etiam super voluntate sui antecessoris. Gloss. *in cap.* 1. *in verb. statuit, de renunciat. in* 6. *& in cap. ad Apostolicæ, in verbo promisisset. de re indicata etiam in* 6. atque ita credendum est Papæ super eo quod fecit tempore sui Pontificatûs, & insuper super eo quod vidit dum adhuc esset Cardinalis, & in minoribus constitutus Arctin. *in cap. cum à nobis, de testib. colum.* 6. Felin. *in cap. pueris, in fine, de sentent. excommunicatio.* & Roman. *in cons.* 350. vbi addit, credendum esse plenè, etiam quando asserit de voluntate sui prædecessoris, sequitur Alexand. *consil.* 112. *colum.* 1. *volum* 7. Ruyn. *cons.* 38. *colum.* 4. *volum.* 1. Aym. *de antiquitat. tempor. p.* 1. *in princip.* Mandos. *ad Roman. consil.* 191. *num.* 4. *liter. C. vers. secundo fallit.* Decian. *cons.* 18. *num.* 275. *lib.* 1. & Mascard. *lib.* 2. *de probat. conclus.*621. *num.* 9 *& lib.* 3. *conclus.* 1228. *numer.* 48. *&* 72. alios ibi referens. Quin adde plenè Papæ credendum quando assertio respicit & narrat factum alienum coram se gestum, quoniam æquiparatur assertio assertioni de facto proprio, proinde plenè creditur. Lap. *allegat.* 7. *num.* 3. *vers. ad hoc quod ibi scribit* Paul. Gabriël *de probat. lib.*1. *conclus.*2. *n.*8. vbi testatur de communioni, ac veriori, & Mascard. *d. conclus.* 1228. *n.* 36. *d. vers. limitatur secundo,* talis enim assertio æquiparatur assertioni de facto proprio, & sic plenè creditur, præsertim quando est facta motu proprio ipsius

ipsius Principis, quod si facta sit ad instantiam partis, tunc non creditur, ita Mascar. *d. concl.* 1228. *num.* 80. post Areti. *in d. cap. cum à nobis, num.* 10. *extra de testibus*, & Aym. *de antiquit. tempor. p.* 1. *in princip. num.* 10. *vers. sed intellige istam limitationem.*

A fortiori credendum est assertioni Papæ factæ motu proprio, & ex certâ scientiâ, quia tunc probat plenè, etiam si de facto alieno agatur, censetur enim id asserere Papa post diligentem informationem de veritate facti, proinde illius assertioni standum est omnino. Alexand. *conf.* 112. *post num.* 2. *& ante num.* 6. *lib.* 7. vbi testatur de communi: sequitur Curt. Iun. *conf.* 61. *presupponitur in facto post num.* 13. Aretin. *conf.* 23. *col.* 3. Menoch. *in conf.* 100. *num.* 24. Mascard. *de probat. lib.* 2. *concl.* 621. *num.* 4. *& lib.* 3. *conclus.* 1228. *num.* 62. vbi etiam de communi, *& num.* 68. post Imol. *in clement.* 1. *de probat.* Angel. *conf.* 368. *Serenissimus. col.* 2. vbi tradit, quòd quamuis assertio Papæ, seu Principis de facto alieno non probet plenè omninò, ac plenissimè, sed plenè tantùm, ita vt præsumptionem solùm inducat, quæ probationem in contrarium patiatur: Secus tamen est quando Papa asserit se informatum id asserere, ita Menoch. *d. conf.* 100. *n.* 23. cum aliis; dummodo informatio non emanet à parte, tunc enim assertio Principis etiam facta motu proprio, cùm fundetur super narratiuâ partis, vel ipse aliquo modo se ostendat informatum à parte, assertio nihil operatur, ita in specie Lap. *allegat.* 7. *num.* 8. *vers. si verò super facto ab alio narratur.* Socin. Iun. *conf.* 77. *num.* 98. *lib.* 1. Gabriel *d. conclus.* 2. & Mascard. *d. conclus.* 1228. *num.* 66.

35. Similiter non standum erit assertioni Papæ, seu Principis, etiamsi asserat se informatum de his, in quibus alteri præiudicare non potest, puta, non potest Princeps alicui præiudicare circa ius gentium: ideo si aliquid circa hoc asserat in præiudicium tertij, non est illi credendum: longe aliter quando assertio est in iis, quæ sunt iuris positiui tantùm, si emanet motu proprio, & ex certa scientia Aym. *de antiquit. tempor.* alios referens *p.* 2. *sect. non omitto, num.* 22. Mascard. *d. concl.* 1228. *num.* 111. quod intellige, nisi ex assertione Principis, Princeps principaliter reciperet commodum, & subditi incommodum, ita Oldrad. *conf.* 258. vbi vult Principi in hoc euentu non esse credendum, sequitur Izern. *in cap.* 1. *qui success. teneant.* Roland. *conf.* 1. *num.* 58. *vol.* 2. & Ioseph. Ludouic. *conclus.* 14. *vers. infert.* 43.

Quod si dicas Principè posse disponere ex causa iusta in alterius præiudicium: Responde teneri exprimere causam, quæ illum ad id moueat, cum teneatur obseruare ea, quæ sunt iuris gentiũ, & iuris naturalis. Bald. *conf.* 326. *Rex Romanorũ ad fin. vol.* 1. dicens in Principe non præsumi iustam causam quando agit aliquid, super quo nequit ad libitum disponere, nempe cùm frangit aliquid spectans ad ius naturale, nisi iustam causam ostendat, Decius *conf.* 606. *num.* 6. Socin. Senior, *conf.* 263. Izern. *in cap.* 1. *in princip. ad fin tit. quo temp. mi.* dicens nec Regi, nec Principi credendum, si asserat per literas Titium tale delictum commisisse, ob quod feudum ad Principem ipsum rediisset, fauet Abb. *in clemen.* 1. *de probat.* vbi notat non posse Papam priuare suo iure Sempronium, nisi culpa probetur, quod etiam tradit Ruyn. *conf.* 41. *col.* 1. *vol.* 1. Ancharan. *conf.* 399. *col. final.* Afflict. *decis.* 305. Menoch. *d. conf.* 100. *num.* 26. qui omnes censent non esse credendum Principi asserenti aliquid in præiudicium alterius, quod etiam docet Felin. *in cap. cum à nobis. de testib.* Crauet. *conf.* 135. *num.* 42. *& conf.* 171. *num.* 11. quibus accedit Campeg. *inter consilia Bruni, conf.* 2. *col.* 6. *vers. confirmari possunt*, & Gozadin. *conf.* 26. *col.* 7. *ad medium.*

Contraria tamen pars docens Principi esse credendum, etiam circa illa super quibus nequit disponere liberè, placuit eidẽ Baldo sibi contrario *in conf.* 328. *quaritur si Rex. col. pen. vers. porrò in Principe, lib.* 1. dicẽti credendum esse Cæsari asserenti vasallum fuisse ingratum, & propter hoc delictum ingratitudinis fuisse feudo priuatum, idem Bald. ait *conf.* 327. *Pridie consului, col. penult. vers. item omnes Reges, lib.* 1. omnes Reges hanc habere potestatem, vt in Regnis propriis deponant seculares dignitates, atque ita hoc iure vtuntur, quòd si exprimant causam, adeo illis creditur, vt probatio in contrarium non recipiatur, sequitur Iason *conf.* 227. *col.* 8. *lib.* 2. Roman. *conf.* 369. *n.* 38. & alij relati à Crauet. *de antiquit. temp. p.* 1. *num.* 23. *& tribus sequentibus*, idem scribit Iacobin. à S. Georgio, *in inuestitura feudali in verb. Et dicti vasalli pro dictis rebus, n.* 37. *&* Anton. Gabriel *conclus.* 2. *n.* 28.

Ex his duabus opinionibus prior, quæ negat, mihi magis placet, secundùm quam dicendum est non esse credendum Principi in iis casibus, in quibus sine causâ nequit disponere, præsertim quando ex eâ assertione recipit commodum, quia esset testis in causâ propriâ, vt sentit Abb. *conf.* 327. vbi pro hac parte affert Ioan. Andr. in simili *in cap.* 1. *de offic. deleg. in* 6. ideo non creditur assertioni Principis, nisi quando Princeps aliquid motu proprio, & ex certâ scientiâ concedit, in quo euentu præsumitur causa quamuis non exprimatur in ipsa concessione, Iason *in l. si testamentum, num.* 5. *vers. limita quod in Principe, C. de testam.* Roman. *consil.* 436. *quod indultum Petri, col.* 6. quod intelligit Aym. *de antiqu. temp. supra num.* 23. ex Decio *in cap. quæ in Ecclesiarum, col.* 13. *de constit. vers. superest tertium*, in casibus de iure positiuo duntaxat.

Non diffiteor tamen partem hanc negantem habere locum quoad effectum probandi plenè, proinde non creditur Principi asserenti aliquid in alterius præiudicium quoad effectum plenæ probationis, creditur tamen quoad præsumptionem, non tamen plenè probat, sed in aduersarium transfert onus probandi, vt notat Angel. *conf.* 368. *col.* 1. Castro *conf.* 419. *in facto præsenti. col.* 1. & alij quibus accedit Menoch. *d. conf.* 100. *num.* 23. *vers. respondeo secundo, & num.* 26.

Quod si fortè tibi magis placeat affirmare assertioni Papæ, aut Principis standum esse etiam in iis, super quibus liberè disponere non potest, puta quando agitur de priuando vasallo feudo suo, quod sine iusta causâ facere non potest, probatum est, dicas quæso, hoc procedere, quando Princeps expresserit causam in literis, propter quam vult alteri præiudicare, quæ causa creditur esse vera, & in hoc casu accipiendi sunt Doctores, qui hanc partem contrariam sequuntur. Idem etio iudicium quando priuauit vasallum feudo, sine expressione causæ, dummodo aliquæ verosimiles sint circumstantiæ, seu coniecturæ ad aliquam causam legitimam excogitandam, secus si non expressit causam aliquam, nec subest coniectura aliqua, ex qua deduci possit subesse causam priuandi vasallum feudo suo; tunc enim non est credendum assertioni Principis, sed standum est parti negatiuæ. Decius *conf.* 544. *col.* 2. *& conf.* 1[illegible]. *col. antepenult.* Ruin. *conf.* 7. *col.* 7. *vol.* 1. Gram. *dec.* [illegible]. *n.* 85.

*num.*58 Innocentius *in cap. tua in fine de cohabit. cleric. & Mulier.* Abb. *in cap. cum olim, vers. ad hoc, de re iudicat.* vbi decidunt indistinctè non esse credendum Papæ quando agitur de graui alterius præiudicio. Propterea si Papa voluerit priuare aliquem suo feudo, attesteturque sibi de delicto constare, non standum est eius dicto, neque assertioni, nisi delictum ita sit notorium, vt nullo modo porgari possit; tunc enim creditur illi, vt post alios tradit Mascardus *de probatione conclusione* 139. *num.* 15. *& sequentibus* & Farinacius *de testibus quæstione* 63. *ampliat.* 11. ex Cephalo *consil.* 302. *num.* 3. *lib.* 3. declarante non esse standum assertioni Principis, cùm agitur de proprio interesse ipsius Principis asserentis, quod etiam rursus asserit. Farinacius cum multis *suprà num.* 171. *& num.* 172. Quod intelligo etiam sic delictum sit notorium, vt dicam *infrà num. sequent.*

36. Sed quæres quomodo probet assertio Principis facta motu proprio super facto alieno non gesto coram se? Responde non esse standum illi plenè, Lapus *allegat.* 7. *num.* 7. *prope finem, & num.* 8. Mascardus *lib.* 2. *conclus.* 621. *num.* 5. *& conclus.* 1228. *num.* 64. *& num.* 80. probat tamen præsumptione tali, quæ in aduersarium transfert onus probandi. Socinus *consil.* 266. *num.* 28. *lib.* 5. ideo facit semiplenam probationem. Mascardus *d. conclus.* 1228. *conclus.* 65. & Fatinacius *dicta quæst.* 63. *n.* 104.

Creditur tamen plenè Papæ asserenti Titium esse suum cubicularium, seu familiarem. Mascardus *dicta conclusione* 139. *num.* 4. dummodo assertio facta sit principaliter propter se, non autem incidenter, & propter aliud, tone enim non statur illi, ita Ancharan. *in clement.* 1. *in princip. num.* 1. *de probat.* Paris. *consil.* 114. *num.* 22. *lib.* 4. Aym. *de antiquit. tempor. part.* 1. *sect. propositum, num.* 15. *& num.* 18. neque in hoc casu transfert assertio facta incidenter, & propter aliud, onus probandi contrarium in aduersarium, sic Aym. *ibidem*, vbi discutit quando asserrio dicatur facta principaliter, & quando incidenter. Vide etiam Mascardum *lib.* 1. *conclus.* 139. *num.* 20. *& lib.* 3. *dicta conclus.* 1228. *num.* 94. *&* 95.

Similiter non est standum assertioni Papæ de auditu ab aliis, sic Iul. Clar. *in practic.* §. *fin. qu.* 53. *vers. sed quid si aliquis.* Ratio quia possibile est, quòd non bene intellexerit, vel quòd non fuisset benè informatus: secus si propriis oculis se aliquid vidisse Papa attestetur. Vel si dixerit sibi constare de notorio, & inexcusabili delicto, Menoch. *de cons.* 100. *n.* 21. *&* 23. Mascardus *dicta conclus.* 139. *num.* 15. *vers. nisi asserat sibi constare, & lib.* 3. *conclus.* 1228. *num.* 76. & Clarus *dicta quæst.* 53. *vers. sed quid si aliquis*, vbi ait credendum esse Principi asserenti sibi aliquid constare ex relatione Principum sibi factâ, rémque fuisse adeo notoriam, vt non eguerit probatione. At de Summo Pontifice nihil decidit; de cæteris verò addit Clarus, si ipsi asserant sibi constare ex relatione fide dignorum, credendum esse eorum assertioni secundùm communem fere omium ex Socino *cons.* 87. *num.* 20. *lib.* 3. saltem quoad hoc vt transferatur onus probandi in contrariom parti contrarium asserenti: sed de hoc etiam ipse dubitat, nec audet affirmare.

Quibus ego ductus rationibus non possum acquiescere opinioni dicentium assertioni Principis esse credendum, quando res est notoria. Mouentur, quia in notoriis non requiritur ordo iuris, nec citatio est necessaria. Ad hoc tamen respondetur quòd multa dicuntur notoria, quæ re vera non sunt, vt habetur *in cap. consuluit. el.* 1. *de appellatione.* Ideo vt iuridicè procedatur, oportet quod iudex priùs pronunciet per decretum interlocutorium, crimen, de quo est quæstio, esse notorium, provt vult Abb. *in cap. ad nostram. el.* 3. *col. fin. de iur. iur.* & Cardinal. *in clement. pastoralis, in princip. in* 17. *not. de re iud.* Nec factum probatur esse notorium ex attestatione Principis dicentis hoc esse notorium, nec posse aliquâ excusatione defendi; séque de narratis esse sufficienter informatum. Quoniam hoc potest habere locum quando non agitur de proprio commodo, & interesse Principis, idcirco debet citari reus, & debet audiri, aliàs sententia erit nulla ex defectu citationis: vnde non est credendum Principi in his, quæ refert ex relatione alterius, præsertim quando agitur de suo interesse, Aret. *in cap. cum à nobis de testib. & in cons.* 165. Decius *post alios consil.* 606. *num.* 13. *& num.* 14. & videtur textus *in dicta Clement. pastoralis*, vbi non attenditur assertio Principis, quod res sit notoria. Consonat Iason *in cons.* 86. *num.* 7. *lib.* 3. dum ait, nec etiam Papæ asserenti de notoriâ rebellione credendum, cùm non credatur Principi asserenti Sempronium deliquisse ad effectum priuandi illum bonis; quia ex hoc sequitur si credatur, fidem haberi testibus in causâ propriâ; contra text. *in l. nullus, ff. de testib.* item sequitur testem parte non citatâ deponentem plenum facere præiudicium contra text. *in cap. causam quæ eod. tit. de testib.* Ob quæ, & alia argumenta de veritate huius sententiæ maximè dubitant aliqui, sed standum est dicto Pontificis dicentis crimen esse notorium. Gramat. in terminis *decis.* 65. *n.* 58. Innoc. *in cap. tua, in fine de cohabit. cleric. & mul.* Mascard. *d. conclus.* 139. *n.* 15.

Quid dicendum de assertione Papæ, nedum in iis, quæ facti sunt, sed etiam in iis, quæ iuris sunt? Responde credendum esse, Mascard. *lib.* 3. *de probat. conclus.* 1228. *num.* 31. Ex eâ ratione, quòd Princeps præsumitur habere omnia iura in suo pectore, Socin. *cons.* 87. *num.* 18. *vol.* 4. nisi dictum Papæ sit contra ius notorium, & clarum: tunc enim erranti in iure notorio non creditur, nisi eius intentio sit de nouo contra ius illud decernere, Gabriel *d. conclus.* 2. *num.* 58. *limit.* 20. *tit. de probationib. num.* 58. Mascard. *suprà n.* 33. Iuuat quòd Papæ creditur non solùm de iure communi, sed etiam de consuetudine Baldus *cons.* 227. *Pridie consului vol.* 3. *& cons.* 420. *quadam scriptura. eod. vol.* & Menoch *cons.* 100. *n.* 19. quos refert, ac sequitur Mascard. *d. conclus.* 1218. *n.* 119. & Farinac. *de test. lib.* 2. *tit.* 6. *q.* 63. *n.* 154.

Quantus sit Summus Pontifex, & qualis in se, & quoad oves suas.

§. IV.

EPITOME.

37. *Quantus sit Papa ex multiplicatis nominibus conici potest.*

 38. *Papa*

38. *Papa est superior omnium in Spiritualibus.*

39. *Papa est Episcoporum maximus, & Dominus noster.*

40. *Præcipientibus Imperatori, Regi, & Papa contraria, cui sit credendum in his quæ ad peccatum spectant.*

41. *Papa quisnam fuerit qui primò vsus est his verbis seruus seruorum Dei.*

42. *Papa dicitur Beatissimus, Sanctissimus, & maior cæteris hominibus.*

43. *Papa est Iudex in omnibus causis Ecclesiasticis, & à nemine iudicatur.*

44. *Papa potest procedere contra laicos delinquentes in terris Ecclesiæ, in quibus habet iurisdictionem temporalem.*

45. *Papa ex causa potest vti exercitio gladij temporalis, vbi est Dominus temporalis, & potest esse Iudex in causa propria.*

46. *Romano à Pontifice salute necessaria pendent.*

47. *Papa debet esse irreprehensibilis, & valde innocens, & lux clarissima.*

48. *Papa debet esse fidelis seruus, & prudens. Item debet hortari, docere, corrigere, & compescere omnes fideles.*

49. *Ecclesiastica potestas non potest ligari, neque absolui à sæculari, & an possit delegari laicis.*

50. *Papa competit opiniones nouas approbare, vel reprobare.*

37. QVANTVS sit Papa ex multiplicatis nominibus quibus nominatur coniici potest. Nam in primis dicitur *Dominus noster*. Quod nomen est proprium Dei, vt *in Psalmo* 109. & passim legitur in Sacra pagina. Cùm ergo Papa in terris habeat vices Dei, & sit Vicarius Christi Domini. *c. inter corporalia. vers. non enim & ibi gloss. verbo Vicarium, de translatione Episcop. c. mulier.* 33. *q.* 5. meritissimò hoc nomen *Dominus* Papæ competit per excellentiam, proinde Papa vocatur *Dominus dominantium*, & dicitur *omnia, & super omnia in spiritualibus*. Ias. post Baldum & alios *in lege rescript. sub num. 4. C. de precibus Imperatori offeren.*

38. Item Papa excellit cunctis dignitatibus totius Orbis, & est omnium Superior in Spiritualibus, vt modò dicebat Iason, & habetur *in Clement. pastoralis de sentent. & re iudic.* text. *in cap. patet profectò*, 11. *quæst.* 3. & eo sensu est maior Imperatore, vt plenè per Barbatium *in c.* 9 *n.* 141. *& duob. seqq. extra de iudic.* quod etiam tradit Albericus de Rosate *in l. gloriosissimo, C. de Summa Trinitate & fide Catholica vide c. & ibi* glos. 1. *dist.* 10. Bald. *in dictâ lege rescript. n.* 7. *&* 8. vbi plura de excellentia Summi Pontificis. Auctoritas Spiritualis Pontificis dignior est, & prior, ac plenior, ac diffusior quàm temporalis Imperialis potestas. Durand. *in rationali diuinorum, lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 8.

39. Similiter Papa est primus & maximus omnium Episcoporum, & Patriarcharum, in vniuersalem Christi Domini Ecclesiam habens prælationem, D. Thomas *in tractatu contra errores Græcorum cap.* 66. *&* 67. ex quibus patet quanta cum ratione vocetur *Dominus*, cùm nomen Domini superioritatem præ se ferat, vt dicitur in *Authentica* habita *ad finem, C. ne filius pro patre, & in cap. grauem, de excessibus Prælatorum*, & docet Tiraquell. *in legibus connubial. l.* 1. Glos. 1. *parte* 1. *num.* 14. *&* 15. Corneus *in Consilio* 129. *incipit visis verbis, num.* 2. *vol.* 3. quin etiam hoc nomen, *Dominus*, quando secum fert, *Dominus noster*, nemini datur nisi Pontifici Maximo; sic enim vocatur ab omnibus Catholicis, quanuis etiam seculares subditi Regum vtantur hoc dicendi modo, dum loquuntur de suo summo Principe. *Rex noster Dominus.*

Quæstionis est. Si eodem tempore Imperator, 40.
aut Rex superiorem minimè recognoscens, & Summus Pontifex contraria duo præcipiant, cuinam est obediendum? Respōde distinguendo, nam si agatur de peccato & causa spirituali aut conscientiam, vel religionem, aut fidem spectante, potiùs Papæ, quàm Imperatori, aut Regi. Sic intelligo Glossa 2. *per text. ibi in cap. cum parati.* 19. vbi Abbas *num.* 8. *&* 9. & Decius *n. etiam* 8. *& 9. de appellat.* nam in illis causarum generibus *verbo ostalandi in l.* 1. *C. de domesticis* apud illum est suprema potestas in qua non habet parem. Baldus *in cap.* 1. *in prima col. de probat.* proinde Papalis dignitas assimilatur Soli, & Regalis seu Imperialis comparatur Lunæ; *de maior. & obed.* Augustinus de Ancona *in tractatu de potestate Ecclesiæ*, qui tamen in multis est cautè legendus, eiusmodi enim comparationes sæpissimè, non quadrant in omnibus.

Hinc fit, vt meritò in Papam quadret no- 41.
men *Domini*, cum sit summus Sacerdos, Christi Vicarius, cui omnes Christianos oportet esse subditos, traditque D. Antoninus *in summa* 3. *parte titulo vigesimo secundo c.* 3. §. 4.

Obiter tamen nota quod Papa quantò maior est, & excelsior; tantò humilior omnibus ostenditur, ac propterea in suis Constitutionibus in principio *Seruus seruorum* dicitur, *cap. relatum* 37. *in fine de sententia excommunicationis, & in proœmio decretalium, vt in* Glossa *verb. seruus & omnes ibidem*: quo cognomine primùm vsus est Damasus Papa *in Epistol.* 3. ibi: *Damasus seruus seruorum Dei, atque per gratiam eius Episcopus sanctæ Catholicæ vrbis Romæ*, quem Gregorius Magnus imitatus, vt habetur in vita ipsius *lib.* 2. *cap.* 1. frequenter vsus est hoc cognomento: *Gregorius seruus seruorum Dei*: quod deinceps hodiéque Romani Pontifices passim vsurpant. Azorius 2. *part. institut. moral. lib.* 5. *cap.* 44. *fol.* 650. *vers. quadam alia*, vbi plenè hac de re?

Dicitur etiam Papa *Beatissimus & Sanctissi-* 42.
mus, eò quòd sit verus, & vnicus Christi Vicarius in terris. quibus titulis decoratur ab Athanasio, & Iustino Imperatore scribentibus Papæ. Azor *vbi proximè*. Tribuitur item hoc nomen *Beatissimus*, vel *Sanctissimus* Summo Pontifici; quia nomen Papæ est nomen sanctitatis, valet enim idem atque pater pauperum, non quiuis pater, sed maior; denominatur à *Papos*, quoniam est maior in administratione rerum & auctoritate cæteris hominibus, excepto Petro, *cap.* 1. 20. *distinct.* Abbas *in cap. qualiter, il* 2. *num.* 2. *in fine de accusationibus*, & Chassaneus *in Catalogo gloriæ Mundi, quarta parte consideratione septimâ, ad finem.*

Quare non immeritò vocatur *Sanctissimus*, cùm

cùm gerat vices Dei in terris, & ideo præsumitur vir eximiæ sanctitatis, *cap.1. distinct.40. ibi.* his verbis: *Quis*, inquit, *dubitat sanctum esse, quem apex tantæ dignitatis attollit, in quo si desint bona acquisita per meritum, sufficiunt quæ à loci prædecessore præstantur.* Debereque esse Papam Apostolicæ sanctitatis sentit Bald. *in proœmio Decretalium, in verbo Gregorius, num. 3.* esséque maiorem omnibus Sanctis, excepto Petro, vt paulò ante diximus, addit idem Baldus *in lege rescript num 7. C. de precib. Imperat. offer.* & Henricus Botheus *in tractatu de synodo Episcop. part.1. num. 27.* nec mirum cùm sit Vicarius Christi in terris, *Clement.1. ibi: Domino disponente præsidemus.* vbi Cardinalis. *num 8. de sentent. excommunicationis.* Gloss. *in verb. quod Deo. in cap. pœnit. de pœnitentia, distinct.2* proinde Papam osculamur in pede, & adoramus, Gloss. *verbo osculandi, in l.1. C. de domesticis, & protectoribus.* Gloss. *verbo oscula, in extrauaganti primâ de verborum significatione.* Ioan. 22. Nauarr. *in cap. humanæ aures 22. quæst.5. num.7.* vbi de hac re plenè, & Restaurus Castaldus *in tract. de Imperatore, q.64. n.3.*

43. Accedit prærogatiua superioritatis, ac Iustitiæ, in omnibus causis & controuersiis Ecclesiasticis, quâ cæteris excellit, quæ proficiscitur à traditione Clauium factâ Petro, & eius successoribus à Christo Domino in illis verbis: *Tibi dabo claues Regni cœlorum.* Ex quibus ipse est *Iudex Iudicum maximus*, & ipse à nemine iudicatur. Probatur, quia est supremus omnium in terris iudex in causis Ecclesiasticis. Albanus *de potest. Papæ, part.1. num.4.* & in specie Tuscus *verb. Papa, conclus.41. num.3. vers. & Papa est maior, & num. 16. vers. extende, & num. 24.* & in specie Sotus *in 4. distinctione 25. quæst.2 art.1. conclus.3.* & Mol. *de iust. tractatu 2. disputat.29.*

Quin etiam Pontifex ipse à nemine iudicatur, habetur *in Can. vltimo.* Concilij Romani Syluestro, & habetur etiam in Concilio Chalcedonensi sub Leone *sess.3.* & in altero Concil. Romano sub Adriano XI. idem repetit Lateran. Concil. vlt. sub Leone X. *sess. 11.* Gelasius Epist. ad Episcopos Dardaniæ, de quo *in cap. cuncta per mundum 9. quæst.3.* Bonifac. Mart. *in cap. si Papa.* vbi Gloss. *verbo à nemine 40. dist.* Imo potest Papa esse Iudex in suâ causâ, vt notat Peregrin. *de iure fisci, lib.1. tit.2. pag.15. num. 33.* Surd. *de alimentis tit.4. quæst.18. num.71.* Menochius *de Arbitrar. iudicum casu 458. num.60.* post alios Cabed. Lusit. 2. *part. decis.76. num.2.* & alij apud Augustin. Barbos. *in cap. cum venissent, de iudicijs num.5. & 6.* quod extendit ad Principes non recognoscentes superiorem, qui etiam possunt esse iudices in causâ inter se ipsos & subditos. Aretin. & Decius *in cap.1. num.8.* de probationibus. Trentacinq. *variar. resol. lib.2. tit. de iudicijs, resol.5. à num.1.* & Carrafer *in explicat. ad aliquas leges recopilationis. cap.9. num. 79.* Idem tribuitur Prælato, posse scilicet esse iudicem in causâ suæ Ecclesiæ, Surd. *Consil.50.* Felin. *in dicto cap. cum venissent, num.7.* & Capic. *decis.137.* Secus si Princeps litiget cum non subdito; tunc enim non potest esse iudex in causa propria. Abbas *in cap. cum venissent, num.6.*

Confirmatur Papæ Principatum ita esse omnibus prælatum, vt nemini sit subiectus & à nemine in terris iudicetur: nam in Concilio Sinuesano dictum est ibi: *Prima Sedes à nemine iudicabitur.* Item *in Concilio Romano*, sub Syluestro, Episcoporum 280. *Canone vltimo* additur: *Neque ab Augusto, neque à Regibus, neque ab omni Clero, neque à populo iudicabitur prima Sedes.* Fauet Concilium Romanum sub Adriano Papa II. cuius verba quære *in 8. synodo actione 7.* quæ sic habent: *Romanum Pontificem de omnium Ecclesiarum Præsulibus iudicasse legimus, de eo verò quemquam iudicasse non legimus:* ex quibus liquet quantâ authoritate, & iustitiâ sit vallatus Summus Pontifex, vt à quoquam nullo modo iudicetur. Iuuat Ambrosius *in oratione de tradendis Basilicis. Bonus* (inquit) *Imperator intra Ecclesiam est, non supra Ecclesiam; ideo multò minus erit supra Ecclesiæ Pastorem.* Confirmat Nicolaus *in Epist. ad Michaëlem*, dum ait, pios Imperatores, ac Christianos Reges numquam Pontificibus imperasse, sed solùm rogasse & obsecrasse tanquam patres si quid ab illis impetrare voluissent. Ratio à priori illa est ob quam Pontifex nequeat iudicari, quòd scilicet Princeps est, & Pastor supremus & caput totius Ecclesiæ, neque in terris habeat superiorem: proinde non potest iudicari ab vllo Ecclesiastico Prælato, cúmque Ecclesiastica Respublica spiritualis sit, & longe Reipublicæ temporali excellat, ad Principem totius Ecclesiæ. Supremum spectat dirigere, si opus fuerit Principes temporales, quoad peccatum vitandum non autem ab eis dirigi, nec instrui, nec denique iudicari, vt deducitur ex Canone *si Papa dist.* 40. vbi dicitur sic. *Cunctos iudicaturus, à nemine est iudicandus.* Concludit Hugo de Sancto Victore. *parte secunda de Sacramentis*, per hæc verba, *Spiritualis*, inquit, *potestas terrenam iudicat; ipsa verò à Deo primùm instituta est, & cum à vero deuiat, à solo Deo iudicari potest.* Et alter Hugo *de officio quatuor Prælatorum in principio*, vt Papæ excellentiam amplificet, addit iure diuino iudicare omnes, de quo plenè Iulius Clarus §. *final. q.35. num.3.*

Vnde fit, vt Papa non solùm in terris Dominorum secularium inferiorum, sed etiam in terris Imperatoris, & Regum quoruncunque possit procedere contra laicos qui delinquunt in causis fidei Catholicæ & spiritualibus, ex eo fundamento; quia habet iurisdictionem habitu vbique, & ea potest vti actualiter tamquam in loco mediate sibi subiecto, quod est de mente Bartoli, *in extrauag. Ad reprimendum. in verbo per edictum. numero nono & numero decimo. versiculo dico Ergo.* quæ opinio placet Iasoni *in lege finali numero 24. ff. de iurisdictione omnium iudicum.* vbi testatur de communi. 44.

An verò possit vti gladio temporali dubitari nequit in locis suæ temporali ditioni subiectis, cum in his sit supremus Princeps temporalis, & temporalis potestas cum spirituali Pontificia non pugnet in eodem subiecto, neque aliam sibi sumunt ipsi Pontifices. Ad hanc potestatis Pontificiæ plenitudinem 45.

Accedit saluti necessaria, à Romano Pontifice pendere, vt ostendit Bonifacius VIII. *in Extrauagante. Vnam sanctam. de maioritate, & obedientia*, quod plenè exponit Albanus *in dict. tractatu, part. 11. numero decimo.* Proinde si quid dubij circa fidem oriatur, ita 46.

vt necesse sit noua editio Symboli, eam ad Summum Pontificem eiusque authoritatem pertinere testatur D. Thomas 2. 2. *q.* 1. *art. vltimo.* Germonius *de sacror. immunitat. lib.* 3. *c.* 11. quoniam Petro & successoribus datum est in fide firmare fratres. Hinc patet plenitudo potestatis; hinc deducitur quanta sit potestas, & quanta auctoritas Sedis Apostolicæ: quæ neque in iis quæ fidei sunt Concilio, vt dicetur infrà, sed Deo subest, qui fidei fundamentum, & scopus, suo Spiritu Patres ad fidem amplectendam ac prædicãdam illuminat. Germonius *sup. n.* 62.

47. Diximus quantus sit Summus Pontifex, dicamus ergo qualis esse debeat. Irreprehensibilem esse Episcopum desiderat Apostolus, vt hoc vno verbo virtutes omnes complectatur, quæ summum Episcoporum Episcopum decent, vt notat Sanctus Hieronymus *epist.* 83. *ad Oceanum, c.* 4. vbi insinuat, aut nullum, aut rarum fore; qui irreprehensibilis sit, vt etiam idem Hieronymus *lib.* 1. *aduersus Pelagium, c.* 8. repetit, quasi nullus reperiatur eleganti specie, qui aliquo næuo non afficiatur in aliqua parte corporis: sic etiam nemo reperitur, qui culpæ omnimodæ expers sit. Nihilominus quia decet, vt instar Solis Gubernator sit, in quo macula, vel vmbra aliqua non emicat: ideo dicitur, vt Episcopus sit irreprehensibilis, quasi instar lucentis Carbunculi, ex quo subditi virtutum omnium splendorem immaculatum accipiant, & suo exemplo omnibus præluceat. *Mat* 5. *Vos estis lux Mundi.*

Non enim manus sordida lauat aliam, neque oculus plenus puluere notat maculam. Gregorius *moralium lib.* 7. Maximâ ergo sanctitate debet fulgere Summus Pontifex: si quidem in maximâ maximus dignitate præit, & in maximâ sedet Sede. teste Bernardo ad Eugenium. *Monstruosa,* inquit, *res est gradus summus & animus infimus: sedes prima, & vita ima; lingua magniloqua, & manus otiosa: sermo multus, & fructus nullus: vultus grauis, & actus leuis: caput canum, & cor vanum: facies rugosa, & lingua nugosa, ingens auctoritas, & nutans stabilitas.* Sic ille. Iuuat illud Gregorij *lib.* 1. *Pastor. c.* 2. Prælatum in Ecclesia si per abrupta gradiatur, ad præcipitium gregem ducere. Consonat Pauinus *de visitatione, part.* 2. *q.* 9. *n.* 29. *vers. & dixit,* asserens plus peccare pastores exemplo, quàm culpâ, plus occidere exemplo, quàm gladio. Greg. *in suo Pastorali,* & in Ioan. Lecirier. *in tract. primogen. lib.* 1. *q.* 9. ratio, quia facta Pastorum, & scelera, à subditis de facili trahuntur in exẽplum, *c. magna de voto.*

Ex quibus vides qualis esse debeat Summus Pontifex, nimirum irreprehensibilis, innocens, & instar Solis, in quo non reperitur macula, & omnibus lucet, & nullo inquinato inquinatur. Talis ergo debet esse Pontifex qualem depinxit D. Hieronym. *epist.* 2. *ad Nepotianum,* his verbis: *Ea sit, & debet esse conuersatio, & eruditio Pontificis, vt omnes motus, & gressus, & vniuersa eius opera notabilia sint.*

48. Debet etiam Papa esse *fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram:* quæ fidelitas non solùm consideratur in dispensando, sed etiam in docendo: nam populus docendus est, & non sequendus; vti traditur in *l. decurionum, C. de pœnis, & in cap. docendus.* 62. *dist. & in c. miramur* 61. *dist.* Quare debet hortari, compescere, & punire, cùm habeat iurisdictionem coactiuam in omnes fideles, Ioan. de Turrecremata *in lib.* 2. *suæ Summæ, c.* 45. *cum sequenti.* Similiter ad illum pertinet errantes in fide, & in præceptis corrigere; & dissentientes ab iis, quæ ab Ecclesia proposita sunt comprimere. *text. in cap. rogamus* 24. *q.* 1. facit Cyrillus *in lib. thesau.* dum ait ibi: *Maneamus, vt membra in capite nostro, Apostolico throno, Romanorum Pontifice, à quo nostrum est quærere, quid credere, & quid tenere debeamus, ipsum rogantes præ omnibus, quoniam ipsius solius est reprehendere, corrigere, statuere, disponere, & soluere, & loco eius ligare, qui ipsum ædificauit, & nulli alij, quod suum est, sed ipsi soli dedit cui omnes iure diuino caput inclinant, & Primates Mundi ei tanquam Christo obediunt,* Sic ille.

Et meritò, quia ad Romanum Pontificem pertinet potissimùm Christianam Rempublicam hortari ad benè, beatéque viuendum, & vrgere, *c. de Iudæis* 45. *dist.* Atqui sine correctione morum, & sine pœnarum inflictione, quibus mali continentur, & virtute præditi conquiescunt, non possunt homines ad vitam honestam reduci, prout habetur *in c. cum, & plantare de priuil. & cap. facta* 4. *dist.* Ergo ad Romanum Patrem spectat hortari, compescere, & refrænare gregem sibi commissum. Præterea Papæ competit ostendere, cum sit Princeps Sacerdotum, quid vnusquisque facere debeat, teste Isidoro *ex c. Cleros.* 21. *dist.* prinde alios Sacerdotes etiam doctissimos docere debet, & ab aliis non est docendus, quod circa fidem tenendum sit, vt Synodus Florent. decernit, dum ait Papam omnium Christianorum Doctorem existere.

Quod procedit non solùm quoad Ecclesiasticos, & Sacerdotes, qui ex nomine Græco, & Latino dicuntur, quasi sacra dantes, sed etiam quoad Principes seculares, qui sunt filij Ecclesiæ, & non Præsules: atque ita illis competit ea, quæ ad Religionem pertinent, addiscere potius, quàm docere, & multo minus pręcipere, *c. si Imperator, dist.* 96. quam partem probat plenè Ioan. de Turrecremat. *in* 3. *lib. suæ summæ, c.* 25. Ex quibus

49. Sequitur illa quæstio, an potestas Ecclesiastica possit ligari, aut absolui à seculari? Responde negantet, quia nobilior est sæculari potestate. Marant. *de ord. iudic.* 4. *p. dist.* 11. Soar. *in defens. fidei, lib.* 4 *per totum.* Bellarmin. *tom.* 1. *de Romano Pontifice controuer.* 3. *lib.* 2. *cap.* 29. *col.* 817. *vers. Respondeo.* & Germon. *de immunitate Ecclesiasticor. lib.* 3. *c.* 17. *n* 66. Dicuntur enim Ecclesiastici quasi Dij, ita deducitur ex Psalmo 81. ibi. *Ego dixi Dij estis & filij Excelsi omnes.* Christi etiam vocantur *in Psal.* 104. ibi. *Nolite tangere Christos meos.* Vnde laici non possunt disponere, seu agere de rebus Ecclesiasticis, Turrecremata *in c. bene quidem.* 1. *dist.* 96. Præpositus *ibid, à n.* 1. Archidiacon. *ex n.* 8. & 9. Abbas *in c. ab excommunicato. n.* 6 *de rescript. & in c. tuam. n.* 7. *de ordine cognitionum.* Suarez *suprà lib.* 3. *c.* 18. *n.* 2. *& seqq.* Nauar. *in c. cum contingat, secunda causa nullitatis n.* 11. Couar. *in c. Alma.* 1. *p.* §. 11. *n.* 3. Menoch. *recuperanda, remedio* 15. *n.* 338. & Simanc. *de Catholicis, tit.* 36. *n.* 1. *& in praxi hæreseos, tit.* 66. *in principio.* Hinc habes laicos non posse se intromittere in electione Summi Pontificis, ex eo quòd omnibus interdicta sit potestas de rebus Ecclesiæ, ac facultas disponendi, *cap. non placuit* 23. *cap. laicis* 14. *cap. si quis Principum* 16. *quæst.* 7. Sanchez *tom.* 2. *in præcepta*

Decalogi

Decalogi. lib.7. cap.9. num.4. Suarez *de legibus,lib.3. cap.34.* Surd.*consil.301. num.9.ex cap.Ecclesia* 10.*de Constitut.*Azor.*inst.Moral. p.1 lib.2.cap.6.quæst.4.& p.2.lib.10.cap.7. quæst.9.*

Poterit tamen Papa delegare laicis iurisdictionem spiritualem. Marc. Ant. Genuens. *in practicâ Ecclesiasticâ, quæst.*730.Decia.*tract.crim.tom.*1.*lib.4. cap.9.num.*70.Segura Dauiles *in Directo.Iudicis Ecclesiastic.p.2. cap.11. num.2.* Scaccia *in tract. de Iudic. p.1. cap. 11. num.41.* ex Glos. *in verbo Diui.cap. Præter.distinct.*32.dicente posse laicos non tantùm ciuiles contentiones, & criminales controuersias in foro exteriori inter partes excitatas, sed spirituales etiam causas ex Papæ commissione agere,ac decernere,idem vult Glos.*in cap.2. verb. non præsumant,de iudiciis,* vbi Decius *num.*6. Henriq. *lib.*13. *de excommunicat.cap.24.in principio, lit.*6.& Nauarrus *consil.1.de sentent. excommunicat.*

Non tamen potest Papa ea, quæ sunt annexa ordinibus Ecclesiasticis lege Diuina, committere laicis, vt est communis sententia *in cap. quanto, de consuetudine:* Secus de potestate iudicandi causas spirituales, excomunicandi, & absoluendi ab excommunicatione, quæ sunt iurisdictionis fori exterioris, & possunt committi à Papá laicis, ex ea ratione,quia nulla datur lex Diuina, vel naturalis, quæ interdicat hanc potestatem delegari, neque per laicos ex delegatione expediri. Dicitur enim Papa dum hæc committit laicis,per laicos iurisdictionem Ecclesiasticam exercere, Diuinâ lege id minimè vetante. Et quamuis videantur iuris humani regulæ contradicere, in his Papa dum hæc committit, dispensat. argumento *capit. Proposuit, de concessione præbend.* Censentur enim laici delegati, dum potestatem delegatam exercent, non tanquam laici iure suo vti, sed tanquam Ecclesiastici iure Pontificis delegantis,,& auctoritate potestatem exercere.argumento *l.1. §. Quid mandata. ff.de officio eius.* Inferiores verò Papâ Prælati tantùm delegare possunt causas pecuniarias laicis, & merè ciuiles, vt probat Glos. *& ibi notata in verbo ducibus,in cap. Præter. 32. dist.* Glos. *in principio ibi. Causæ pecuniariæ in cap. 2. de iudiciis,* scribentes *in cap. perpetuas, de arbitris.* Imo voluit Abbas *in cap. significasti, in 8.col. de foro compet.* non posse Episcopum causam criminalem laico, & Clerico simul committere, quod sequitur Decius *in cap. decernimus in 5.col. de iudiciis,* & Roland. *Con 4.num.14. volum.1.*

50. Ad Papam etiam pertinet opiniones nouas,nondum reprobatas approbare,vel reprobare.text. expressus *in cap. Quoties 24. quæst.1.* hoc idem tradit Hieronym. *in cap. hæc est fides,eadem quæst.* Idque apertè constitutum est *in cap. maiores:*deducitur ex Deuteronomio,*cap.17.ibi Si difficile, vel ambiguum apud te iudicium esse prospexeris, venies ad Sacerdotes Leuitici generis,& ad Iudicem, qui præerit loco, quem elegit Dominus, ipsi enim iudicabunt tibi iudicium veritatis. Qui autem superbierit, nolens obedire Sacerdotis Imperio,morte morietur.* Hæc ibi. Quod accipe in figurâ tanquam prolatum de Sede Apostolicâ, vt dicitur *in cap. per venerabilem, §. rationibus, qui filij sint legit.* Hanc etiam partem tuetur Gregorius *in cap. frater noster.16 distinct.* Nec mirum, quia si Sacerdotes debent vigilare super Dominicas oues, eásque pascere, ac docere, quantò magis supremus Sacerdotum Sacerdos, qualis est Summus Pontifex,qui vigilare,& non dormire debet super custodiam gregis, vt habetur in Psalmo 120 *Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel.* Proinde illi competit examinare nouas opiniones, & arcere longè lupos, hoc est hæreticos sub ouili pelle latentes, de quibus dicitur Isaiæ *cap. 55.* & Ezechielis *cap. 34. Væ Pastoribus Israel, qui semetipsos pascebant, &c.* Insupérque ad ipsum spectat cognoscere spiritus in fide vacillantes,prout notat Arator Cardinalis Poëta egregius *in sua historia Apostolica,* vbi obseruat omnium Pastorum Pastorem Maximum, ideo vocari Petrum,quoniam Petrus lingua Hebræa idem valet atque cognoscens. Sic ille *sectione* 23. quasi diceret ad illum qui loco Petri est spectat Oues cognoscere, illisque inuigilare, ne ab hæresi per malos Pastores inficiantur.

An Summus Pontifex debeat eligi ex cœtu Cardinalium, & an possit se eligere, & quæ in eligendo forma sit seruanda?

§. V.

EPITOME.

51. *Papa an sit eligendus ex numero Cardinalium, & an possit se ipsum eligere.*
52. *Papa potest statuere super electione sui successoris, & modus eligendi est Ecclesiæ commissus.*
53. *Papæ aliquando non Cardinalibus, sed Concilio competit electio.*
54. *Papa an possit eligi laicus, vel vxoratus.*
55. *Cardinales si omnes moriantur, vel si duo supersint quis debet eligi in Papam.*
56. *Forma in eligendo Papa an semper fuerit eadem.*
57. *Papam contra electum, quæ exceptio opponi potest hæresis-ne, an simoniæ, aut alterius criminis.*
58. *Exceptio an opponi possit contra Papam se ipsum eligentem?*
59. *Magistratus inferior nulliter se ipsum eligit.*
60. *Cardinalis arbiter quando poterit se ipsum eligere?*
61. *Pontifex, qui nunc est in Ecclesia, an sit de fide, quod sit Papa?*

QVÆRI potest an Papa sit eligendus ex numero Cardinalium: Pars negans ex eo patet, quia multi ad Pontificatum fuerunt electi, quos non legitur fuisse Cardinales, vt tradit de Eugenio. 3. Plato *de bono status Religiosi. lib.2.cap 28.ad medium,*& de Gregorio decimo narrat Illescas *lib. 5. Historia Pontif. cap.40.* Facit textus *in cap. vbi periculum, de elect. in 6.* vbi agitur de forma eligendi Pontificem, & ibi Franch. *n* 11. & *in § præterea. num.1* dicens ibi, *non dixi, quod eligatur Papa ex Collegio Cardinalium;* sequitur Cenedo *Collect.18.ad Decretum, n.2. ad finem,* Suarez *de fide disput. 10. sect. 4. n. 19. in principio,* vbi vult, non fuisse,neque esse per se id necessarium. 51.

Pars affirmans probatur *ex cap. oportebat, distinct.* 79. vbi Papa Stephanus ait Romanum Pontificem esse eligendum de numero Cardinalium. Quod etiam obseruat Bursatus *Con. 126. n.6.vol.2.* sed pars affirmans loquitur de consilio potiùs quam de præcepto, vt notat Præpositus *in dicto cap oportebat, in principio* Quare prima opinio magis placet: proinde licet communiter Papa eligatur ex Collegio Cardinalium, si aliter fiat, electio

tenet

tenet eò quòd non reperitur ius eam electionem irritans. Martinus Laudenſis *de Cardinalibus quæſt. 65. fol. 381. in 14. volum. tract. in impreſſione antiqua. fauet Abb. in cap. vxoratus, num. 8. de conuerſione coniugatorum.* Suarez *dicto numero* 19. & Carolus Sigonius *de Regno Italiæ, lib. 9. anno* 1059.

An verò Papa poſſit eligere ſe ipſum, controuertitur inter Doctores? pro parte affirmatiua facit poſſe Papam de plenitudine poteſtatis per ſe eligere ſibi ſucceſſorem; ergo poteſt ſe ipſum eligere. Prior pars probatur *ex cap. ſi tranſitus 79. diſtinct. ibi. de electione ſucceſſoris.* ex quo Gloſ. 1. affirmat, ſequitur Franchus *in cap. vbi periculum, de electione, lib. 6.* & Gloſ. *verb. Beatus, in cap. Apoſtolica, 8. quæſt.* 1. quam vocat ſingularem Abbas *in cap. Apoſtolica. num. 9.* & ibi Barbatia *num. 2. de donationibus*, & alij quos referens ſequitur Didacus Perez *lib. 5. Ordinam tit. 4. l. 1. pag. 61. colum. 1. ante medium.* Item Victor. *relect. 2. de poteſtate Papæ, quæſt. 2. num. 2. & 3.* & Suarez *de fide, diſp. 10. ſect. 4. num. 12. & 14.* ex eâ ratione, quoniam Papa poteſt decernere, vt eo viuente ſucceſſor eligatur, eodem modo, quo Imperator eligitur: ergo poteſt Papa ſe ipſum eligere, & pro ſe ſuffragium ferre: quod intellige, quando pluribus competit electio: tunc enim poteſt vnus eligere ſe ſimul cum aliis, ſe ipſum coëligentibus, Bart. & Alexand. *in l. ſi Conſul, in fine, ff. de adoptionibus, & in l. planè, ff. quod cuius vni.* Bertachin. *in repert. verbo electio à quibus fiat, verſ. 2. & in tract. de Epiſcopo 1. lib. 3. principali. num.* 38. Secus ſi vni tantùm electio committatur: tunc electio à ſemetipſo de ſe ipſo non valet. Bertachin. *ſupra ex l. planè*, & ibi ſcribentes poſt Gloſ. *ff. quod cuius vni.* Bartol. *in l. ſi mand. mero. § ſi tibi, ff. mandati.* Attamen ex D. Antonin. tradit Pineda in vita S. Ioannis Baptiſtæ *lib. 2. art. 3. cap. 10. pag.* 422. Papam poſſe ſolum ſe ipſum eligere. Quod placet Auguſtino Barboſæ *de officio Epiſcopi, Alleg. 72. n. 86.* ſed de hoc infra.

Nihilominus quidquid ſit de poteſtate ferendi ſuffragium pro ſe ipſo, dicendum eſt non poſſe Papam ſibi in vitâ ſucceſſurem eligere, ita Caiet. *de auctoritate Papæ & Concilij, tr. 1. c. 13. & tr. 2. c. 21.* Mendoça *in quæſt. quodlibet. quæſt. 4. pag.* 301. Turrecremata *lib. 2. Summæ, cap.* 51. poſt Gloſ. *in cap. cum Apoſtolicâ, §. qui in omnibus. quæſt. 1.* quam ſequitur Ioannes Andreas *in cap. licet. num. 2. de electione*, & Azor *inſtitution. moral. part. 2. lib. 4. cap. 5. quæſt. 3.* & eſt communis *ex cap. Epiſcopo. 1. & 2. 8. quæſt.* 1. quo in loco Concilium Antiochenum, & Romanum ſub Martino Papa ſtatuunt nullam eſſe electionem factam ab Epiſcopo de futuro ſucceſſore; ergo non poterit Papa deſignare ſucceſſorem: concinit Flaminius *de reſignatione lib. 2. quæſt. 1. num.* 12. ne detur ius hæreditarium in dignitatibus Eccleſiaſticis: additque, per ſummos Pontifices, & Conciliâ Generalia fuiſſe decretum, vt non liceret ſucceſſorem eligere, nec Papam poſſe ſtatuere, vt ſibi hoc liceat, ſicut obſeruat Cardinal. Zabarell. *in Clementina ne Romani, numer. 5. de election.* & Selua. *de iurament. part. 4. numer.* 41.

52. Non eſt tamen negandum poſſe Papam ſtatuere ſuper electione ſui ſucceſſoris ſecundùm communem, & ſcribentes *in cap. licet, de vitanda, de electione*, ita vt ex vi talis ſtatuti poſſint alij Pontifices eligere ſucceſſorem, neque illi ad hoc aufertur poteſtas, vt decidat, ac diſponat, quæ diſpoſitio valebit poſt mortem, ſuadente ita Eccleſiaſtico regimine, cùm prouideat in caſu, de quo ſucceſſor adhuc prouidere non poteſt, neque diſponere.

Quæri etiam poteſt an modus eligendi Pontificem ſit de iure humano? Reſponde modum eligendi Pontificem tradi *in cap. vbi periculum, de electione, in 6.* & habetur *in cap. licet. eodem. tit. & in cap. in nomine Domini. diſtinct.* 23. & quamuis electores Pontificem eligant, & perſonam deſignent, Chriſtus Dominus immediatè tamen, ſolus confert dignitatem, & poteſtatem. Modus autem eligendi Papam non eſt à Chriſto Domino inſtitutus, ſed Eccleſiæ commiſſus, Suarez *de fide, diſput. 10. ſectio. 4. num 4. & 6.* Azor. *2. p. inſt. moral. lib. 4. cap. 2.* vbi agit de formâ antiquâ, & nouâ eligendi Romanum Pontificem *fol. 406. & ſequenti.*

Nam quamuis ex decreto Nicol. 2. de quo *in cap. in nomine Domini. 23. diſtinct.* electio Papæ fieri non poſſet à ſolis Cardinalibus, ſed requireretur Cardinales, Clericóſque cõuocari, & totius Cleri, & populi conſenſum: deflexu temporis huiuſmodi electio reducta fuit ad Collegium Cardinalium dumtaxat, vt oſtenditur *ex cap. vbi periculum, de elect. in 6. Clementina ne Romani eodem tit. & in cap. licet. de vitanda eod. tit.* Burſat. *dicto conſil. 126. num. 6. & 7. à principio, & conſil. 108. à principio*, & in terminis ac plenè. *n.* 18. Bellarmin. *tom. 1. de Clericis. lib. 1. cap. 9.* quæ forma eſt optima, vt Cardinales ſoli eligant, cum ſint præcipui Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi Romanæ Eccleſiæ, & ab hinc quadringentis annis, & eo ampliùs reperitur de hoc Decretum Alexandri tertij, & iam ante illum fuiſſe electos Pontifices à duabus partibus Cardinalium, nec ſatis eſſe maior pars, ſed neceſſariò debent eſſe partes, vt electio teneat, Bellarminus *ſupra dicto cap. 9.* & Azor vbi *proximè cap. 2. per totum.* Quod procedit etiam ſi contingat Papam decedere tempore, quo Concilium generale coactum eſt, adhuc enim electio Papæ non pertinet ad ipſum Concilium, ſed ad ſolos Cardinales, & ad eorum Collegium: ſicque fuiſſe ſeruatum in electione Leonis decimi tempore Concilij Lateranenſis vltimi, vt obſeruat Burſatus *ſupra* ſcriptus.

Quod ſi contingat Romanam Sedem vacare per depoſitionem Papæ ab eodem Concilio, vel 53.
quia Papæ electio per Concilium declarata fuerit quod eſſet omnino irrita, in hoc euentu electio competit non Cardinalibus, ſed Concilio. Abbas *in dicto cap. licet, de vitanda, col. 3. & ſequent. de electione.* Felin. *in cap. in noſtra correl. 27. de reſcriptis*, Corrad. *lib. 2 cap. 1. §. 2. tit. de orna. ani. Pontificis maximi*, de quâ reſolutione nihil affirmat Marc. Ant. Cucch. *lib. 2. inſtit. maiorum. de Cardinalibus, tit. 4. fol. 97. col. 1.* niſi quatenus à S. Matre Eccleſia probatum ſit. vide illum *n.* 31. Quin imo Concilium Generale, nec Summum Pontificem poſſe adimere hanc poteſtatem eligendi Pontificem Cardinalibus teſtatur Corrad. *dicto lib. 2. c. 2. quæſt 2. §. 3. verſ. iure merito, n. 27.* quia vt ipſemet ait, ad Cardinales electio iure diuino ſpectat; ſed hanc propoſitionem relinquit Antonius Cucch. diffinitioni Sanctæ Matris Eccleſiæ *ſuprà n. 36.* immeritò; Ex eo quia ad ſummum Pontificem pertinet præcipuè præfigere modum eligendi Papam, quod ſi, de hoc nihil perſcriptum fuiſſet, & Sedes vacaret, ad omnes Eccleſiæ Epiſcopos ſpectaret: atque ita cùm Papa ſit Caput ſupremum Eccleſiæ, & in illo poteſtas regendi Eccleſiam reſideat, bene poterit extinguere modum electionis, qui hodie viget, & alium

alium præscribere, siquidem modus eligendi præsens, secundùm leges, & statuta ipsorum Pótificum dispositus est. Quod adeo verum est, vt neque Cardinales, neque Concilium in Sede vacante potuerint modum à Summis Pótificibus præfixum mutare. Suar. *de fide, disp.* 10. *sect.* 4. *n.* 11. *& duob. sequent.* ita Caiet. & Victor. quem refert ac sequitur Suar. *ibidem. n* 13. addens modum eligendi non esse iuris Diuini, sed positiui. ideo credit tanquam verisimile non posse Concilium generale modū eligendi Sede vacante sine Papæ authoritate innouare.

54. Sed quid dicendum, si eligatur in Papam Laicus, siue vxoratus, siue solutus? Aliqui deducunt ex Gloss. *in c. Si qui pecunia, dist.* 79. Laicum posse eligi in Romanum Pontificem, quod obseruant scribentes *in cap. licet, de vitanda.* vbi Decius *num.* 9. *de electione.* post Card. *in clem. Ne Romani, eod. tit.* Nec refert Summum Pontificatum esse beneficium ecclesiasticum *c.* 1. *de maledicis.* Angel. *in verbo beneficium,* §. 1. Card. Iacob. *de Concil. lib.* 10. *art.* 1. *n.* 50. Alphons. Hoied. *in tract. de incompat. p.* 1. *c* 1. *n.* 2. & alij apud Flam. *de resign. lib.* 2. *quæst.* 1. *n.* 5. *& lib.* 3. *quæst.* 1. *n.* 15. asserentes Papatum, a Deo institutum, esse beneficium ecclesiasticum.

Sed videtur vehementer obstare; quia Laicus non potest habere beneficium ecclesiasticum cum sit incapax spiritualium *c. cum adeo.* & ibi Abb. & Decius *num.* 3. *de rescriptis. cap. ex literis, de transact. cap. si quis deinceps* 16. *quæst.* 7. *cap. Messana. cap. sacrosanctia, de elect.* & est communiter receptum ab omnibus. igitur non potest Laicus eligi in Papam.

Nihilominus non est inconueniens posse eligi intra congruum tempus promouendum, sed tunc habebit ea, quæ sunt iurisdictionis, nō verò ea quæ sunt ordinis. Sic Ant. de Rosell. *de potestate Imperatoris, & Papæ tit. de forma eligendi Papam. n.* 48. *vol.* 4. *tract. in imp. editione antiqua: vers. & maximè.* Quin addit Abb. *in c licet, de vitanda, de electione, num.* 4. Si electus tempore suæ electionis reperiatur vxoratus, & de hoc constet, vxorem esse inducendam ad continentiam, quod si nolit continere, debere illum reddere debitum, per d. Glossam *in c. si quis pecunia.* 9. *dist.* 79; ipse tamen permaneat in Papatu, quia non repugnat substantiæ Papatus, seu Clericatus; ex eâ ratione, quoniam Petrus coniugatus erat, cùm ad Papatum ascendit: continentia verò ex Constitutione Ecclesiasticâ prouenit. Ita idem Cardinalis *in Clem. ne Romani, de electione, in principio, n.* 7. *ad finem,* Peres *lib.* 5. *Ordinam. tit.* 1. *l.* 1. Glos. 3. *pag* 23. *col.* 1. *vers. in tantum.* Idem Abb. *in cap. constitutus de conuersione coniugatorum, n.* 10. subdit. Si maritus fiat Papa vxore ignorante posse repeti per vxorem, sicut repetitur is, qui Religionem ingressus est, vel fecit se promoueri. Ex quibus constat coniugatum esse habilem ad Papatum etiam vxore ignorante, & non consentiente. Nullus autem erit Iudex contra Papam in hoc casu. Abb. *d. num.* 10. *ex eadem Gloss. in cap. si quis pecunia,* cum non habeat superiorem.

55. Quid dicendum si ad eas angustias negotium deducatur, vt omnes Cardinales Sede Apostolicâ vacante moriantur, duobus exceptis? Dionys. Paulus *de vera Patriarchal. Sedium erectione, cap.* 16 *n.* 33. cum Syluestro Aldobran. *in scholiis ad d. caput licet, de vitanda. num.* 52. *de electione.* respondet, si omnes Cardinales mortui sint, & nullus supersit, pertinere ius eligendi ad Canonicos Lateranensis Ecclesiæ: Baldus tamen *in l. vbi absunt, ff. De tutor, & Curat.* & Lancellor. Conradus *in templo omnium iudicum. lib.* 2. *cap.* 1. §. 2. *in princip. num.* 6. volunt electionem competere Patriarchis; sed prior opinio magis placet. Hostiensis tamen duas sententias memorat, quarum vna vult, si nullus Cardinalis viuit, pertinere electionem ad Clerum Romanum indistinctè, & hanc probat ille *in cap. licet, de electione.* altera ad generalem cœtum Episcoporum, quam Hostiensis non probat, tum quia Papa est Episcopus Romanus, & ad Clerum spectat suum Episcopum eligere: tum etiam, quia difficulter conuocari possent Episcopi totius Orbis ad eligendum Pontificem. Quod etiam Abb. *in d. cap. licet,* & Imola *in Clem. Ne Romani, de electione.* tradunt.

Mihi tanquam probabiliùs magis probatur, Cardinalibus mortuis ius, & potestatem eligendi Papam non ad Patriarchas spectare, vt autumat Bald. *supra,* sed ad Clerum Romanum Ecclesiæ Lateranensis, vel ad Concil. Generale. ita Azor *instit. moralium, p* 2. *lib.* 4. *cap.* 2. *vers. vndecimo quæritur:* dummodo Concilium sit iam congregatum, vel conuocatum tempore vacationis Papatus, ita quod certum sit faciendam esse congregationem; in quo euentu electio spectabit ad Concilium; eò quòd Papa non est solum Episcopus Romæ, sed est Episcopus totius Ecclesiæ vniuersalis: atque ita electio debet competere vniuersali Ecclesiæ. Concilio autem minime conuocato, neque in proximum conuocando, electio pertinebit ad Canonicos Sancti Ioannis Lateranensis, cùm sint ipsi Canonici, & illa sit Ecclesia Cathedralis Papæ. Ergo ad tales Canonicos deuoluetur electio *cap.* 1. *de electione.* Anton. de Rosellis *de potestate Papæ, tract. tomo* 4. *in ant. quis. fol.* 53. §. *postquam satis, num.* 8.

Quod si duo tantùm Cardinales superstites existant? Respondet Glossa, & scribentes *in Clementina Ne Romani, de electione,* & alij, quos refert, ac sequitur Marc. Anton. Cucch. *de Cardinalibus, tit.* 4. *num.* 36. Si omnes Cardinales moriantur vno superstite, posse hunc solum eligere Pontificem. An verò possit hic seipsum eligere, diximus *suprà in hoc.* §. *vers. an vero Papa possit,* vbi alij negant, & ad finem alij affirmant; sed Nauarr. *lib.* 1. *consiliorum, tit. de electione, cons.* 16. *in* 2. *editione,* negat posse Cardinalem superstitem iure se eligere Papam *per caput, per nostras de iure patronatus,* posse tamen eligere extraneum, dummodo sit idoneus. Quemadmodum si omnes Cardinales exeant à conclaui postquam inibi conuenerunt ad eligendum Papam dempto vnico, ille solus potest Papam eligere teste Glossa notabili *in Clement. Ne Romani.* §. *porro, verbo omnes, de electione,* quam sequitur tanquam communiter receptam Mart. Laud. *in tract. de Cardinalibus. conclus.* 22. & Petrus à Biaxio *in directorio, de elect. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 4.

Porro quando superstant duo Cardinales, Collegium vniuersum in duobus Cardinalibus referri potest, ita vt Pontificem maximum ipsi soli eligere possint. Sic Franch. *in cap. vbi periculum. num.* 5. *de electione, in* 6. Nec non alter alterum potest eligere. Franch. *in cap. num.* 3. *de regulis iuris.* Abb. *de Cardinal. quæst.* 23. quos sequitur Cucch. *eodem titul.* 4. *numer.* 37. sed videtur negare Nauarrus *in dict. Concil.* 6. *numer.* 2. *& sequentibus,* dicens Collegium Ecclesiasticum de iure Canon. constitui in duobus *cap.* 1. *de electione,* in quos recumbit totum ius Collegij, & ex consequenti posse ab his duobus in Prælatum eligi aliquem extraneum, idoneum tamen cum ambo pro illo suffragium ferre possint: non tamen posse eligere

de se ipsis alterum: Ex eo quia cum non sint nisi duo, & in electione requiratur maior pars, vt valeat, vnus non facit maiorem partem, quod requiritur ad valorem electionis secundùm, *cap. quapropter, de electione.*

Nec refert *cap. cum in iure peritus, de elect.* vbi ostenditur aliquo modo electum, dum consentit electioni suæ, augere numerum suffragiorum, quod etiam colligitur *ex capite si compromissarius de electione, lib. 6.* Quia ad hoc respondetur hoc procedere quando per viam compromissi fit electio. Tunc enim, quia electio per viam compromissi dicitur fieri quando omnes electores, qui habent ius eligendi compromittunt, in Prælatum amplecti illum, quem elegerit compromissariorum maior pars: secus autem cùm habentes ius eligendi, eligunt; vt Collegium per viam scrutinij, ita habetur *in cap. Cumana, de electione*, & Panormitanus communiter receptus *ibidem*, iuxta quam sententiam nemo potest seipsum eligere; sed nec cum aliis pro se suffragium ferre, nisi sit vnus ex compromissariis. Nauarrus vbi *supra*, & Petrus à Biazio *in directorio electionis, cap. 2. n. 4. vers. his addit*, vbi concludit, etiamsi ius eligendi Prælatum in vno remanere queat: ipsum tamen seipsum eligere, aut se ipsum præsentare non posse quamuis innumeris refulgeat meritis, *per caput Cumana; de electione*, & ibi Glossa *in verbo ad maiorem.*

56. Hinc colliges modum eligendi Summum Pontificem non semper fuisse eundem, sed olim ea de re varias Constitutiones effluxisse. In primis edita à Simacho Papa *in cap si Papa 79. dist.* anno salutis 499. contra agentes de eligendo Summo Pontifice, superstite Papa, eóque inconsulto. Deinde altera constitutio edita anno Domini 1059. in Concilio coacto à Nicolao Papa. 2. *de iis ad quos electio Papæ spectat, apud Lateranum.* Tertiò promanauit Constitutio in Concilio Lateranensi ab Alexandro 3. Anno Domini 1180. quâ iubetur, vt electio fiat à duabus partibus Cardinalium. Emanauit postea Bulla Iulij secundi, incipit. *Cum tam diuino*, edita anno salutis 1505. vbi dicitur esse nulla electio facta per simoniam, electúsque per eam, vt apostaticus, & Hæresiarcha censendus est, veluti priuatus omnibus officiis, & beneficiis cuiuscunque generis sint. Exiit denique Bulla Gregorij Papæ 15. quæ incipit *Æterni* edita anno Domini 1621. vbi tres tantùm formæ eligendi Pontificem approbantur, & scrutinium fieri mandatur per secreta suffragia schedularum. quam refert August. Barbos. *in cap. licet de vitanda, de electione. num. 9. vers. verum quicquid sit habemus in hoc.*

Forma autem quæ seruatur ad eligendum sufficiens, est numerus duarum partium. Azor *Institut. moral. p. 2. lib. 4. cap. 5. quæst. 7.* & habetur *in cap. licet, de electione*, vbi decisum est electum à duabus partibus Cardinalium ab vniuersali Ecclesiâ sine vlla exceptione, vt Romanum Pontificem adorandum esse. Idcirco Glossa explicans verba illa, *absque vlla exceptione*, sic ait: *Speciale inest Romani Pontificis electioni, vt nulla exceptio admittatur.* Nam exceptio est exclusio actionis *l. exceptionibus.* Hæc autem nouissima forma data, & confirmata postea ab eodem Gregorio 15. *in Constitutione citata, Æterni in* §. 1. est omnino seruanda in posterum; electióque aliter fieri nequit, quam per secreta schedularum suffragia, duarum ex tribus partibus præsentium Cardinalium in Conclaui. Excepto casu quando omnes, & singuli Cardinales ex præsentibus nemine discrepante, & omnibus consentientibus ius eligendi Pontificem aliquibus ex Cardinalibus committerent, vt ipsi nomine omnium vnum nominarent, aut nisi communiter omnes, & singuli in Conclaui præsentes diuino quasi afflatu permoti nemine dissentiente intelligibili voce, vel scripto eligant hunc in Papam proprio nomine expresso, nullóque præcedente tractatu de personâ particulari.

Glos. tamen *in cap. licet de vitanda, de electione, in verbo duabus partibus*, quærit an electus computetur in numero duarum partium, & in partem negantem pendet; quam sequitur ibi Innocentius *in principio*, & Decius *num. 29.* Consentit Glossa etiam *in cap. cum in iure, de electione, in verbo consentiet.* Quæ sententia confirmatur ex declaratione factâ a Gregorio 15. *in sua constitutione*, quæ incipit, *Æterni* quæ sic loquitur *in* § 2. *Numerum*, inquit, *suffragiorum duarum ex tribus partibus Cardinalium in Conclaui præsentium, vt electio per viam scrutinij, siue scrutinij, & accessus, valida sit, decernimus, & declaramus ita esse censendum, vt in duabus tertiis partibus suffragium electi non numeretur, nec quisquam, siue scrutinij, & accessûs, siue compromissi viâ procedatur, seipsum eligere, seu suffragium sibi dare vllatenus possit. Electi tamen persona si in conclaui sit, debeat in numerum Cardinalium computari.*

Et infra *in* §. 3. *in eadem Constitutione*, sic habetur, *Rursus nemo per viam scrutinij, seu scrutinij, & accessûs habeatur pro electo, nisi publicatis omnibus suffragiis, & electi, si numerum tantummodo duarum ex tribus partibus habuisse compertum sit, etiam schedulis apertis.* Et infra *in* §. 4. addit. *At si contingat plures in schedulis nominatos duas tertias partes suffragiorum tulisse, in suffragiorum paritate neuter sit electus, in imparitate vero, qui numero suffragiorum superior erit, dummodo duas tertias partes etiamsi in vno suffragio excedat, electus censeatur:* Vide reliqua in eadem constitutione pro eligendo summo Pontifice, quæ nouiter fuerunt constituta, præsertim *in paragrapho vndecimo, duodecimo & decimo nono.*

Ex quibus patet Papam posse facere constitutionem super electione sui successoris. Ita Flaminius *de resignatione, lib. 2, quæst. 1. num. 13.* post alios, ita vt ex vi talis constitutionis, possunt alij Pontifices eligere successorem, pro vt etiam notat Illustrissimus Braccarensis. *prima parte Decreti, in cap. si transfactus, dist. 79. num. 1. ad finem*, non posse tamen sibi eligere successorem. Azor *inst. moral. p. 2. lib 4. cap 5. quæst. 3.* Paulo Comitol. *respons. moral. lib. 1. quæst. 98.* & Tiraquel. *de Iure constituti. p. 3. limit. 2. num. 4.*

Sed petes an contra electum suffragiis duarum 57.
partium Cardinalium possit opponi exceptio aliqua alicuius criminis præsertim quando est notorium tale delictum, puta hæresis? Pars affirmans probatur ex eo quòd si Papa manifestus sit hæreticus accusari potest, ergo contra eum potest opponi, & excipi notorium crimen hæresis. Nam hæreticus est extra Ecclesiam: ergo non potest esse Caput Ecclesiæ: Idem colligitur *ex cap. si Papa, dist. 40.* vbi scribentes tradunt posse opponi, quod sit hæreticus; quòd si Pontifex neget, posse admitti probationem opponentis, de quo Castaldus *de potestate Papæ num. 44.* Iacobat. *de Concil. lib. 8. art. 1. fol. 514.* & latè Decian. *tract. crimin. lib. 5. c. 52. n. 10.* vnde deducitur si Pontifex hæreticus accusari potest, multo fortius, quando eligitur potest opponi crimen hæresis, sic Abb. Goffred. & Franch

in

in c. licet, de elect. Azor. *p. 2. Inst. moralium, lib. 4. cap. 5. quæst. 7. vers. ergo quæstionis est. & vers. at Innocentius.*

Dicendum tamen est quidquid sit de accusatione ob hæresim, non posse opponi crimen hæresis aduersùs illum postquam à duabus partibus eligentium est electus; habetur *in cap. licet, eodem tit.* vbi dicitur, ritè & plenè electum pro Papâ esse habendum. Item quia exceptio criminis opponitur petentibus actionem, & ius *cap. cum dilectus, de ordine cognitionum,* At qui eligitur, vel de facto electus est à duabus partibus Cardinalium, nihil omnino petit, cum iam habeat ius plenissimum: ergo nulla exceptio criminis opponi potest, ita Innocentius, & Ioannes Andreas *in cap. licet, de electione.*

Ex his duabus opinionibus prima est verior, quam eligit August. *de potest. Eccles. quæst. 4. art. 5.* probatúrque ex constitutione Iulij secundi, in Concilio Lateranensi *sess. 5.* incipit *Cum tam diuino*, ex quâ cõtra hæreticum electum in Papam potest opponi, & excipi hæresis crimen. Confirmatur ex Regula *Qui ad agendum, de regul. Iuris; in sexto. Qui ad agendum admittitur; ad excipiendum multo magis est admittendus.* Igitur si Papa hæreticus manifestus, si fortè esset, accusari potest, multo magis dum eligitur potest opponi eidem crimen hæresis. Non tamen videtur posse opponi exceptio alicuius alterius criminis contra electum à duabus partibus Cardinalium. Nam quamuis *in cap. in nomine, dist. 23.* statutum sit ibi. *Si quis contra hoc Decretum nostrum Synodali sententia promulgatum, quasi per seditionem, vel præsumptionem, aut quolibet ingenio electus, ordinatus, inthronizatúsve fuerit, perpetuo anathemate cum suis auctoribus, fautoribus, & sequacibus, à sancta Ecclesia separatus existat.* Sic ibi. Ex quibus verbis videtur posse opponi violentia, aut crimen ambitus, aut fraus, & dolus, si quis eligatur in Papam hisce malis artibus, quod insinuat Abb. *in cap. licet, de electione* Attamen idem Abbas ex *cap. licet, de electione*, concludit, non posse opponi exceptionem violentiæ, neque ambitus, neque fraudis, & doli.

Quid de crimine Simoniæ? Responde contra electum à duabus partibus Cardinalium affirmatiuè ex constitutione Iulij secundi, editâ anno Domini 1505. quæ incipit. *Cum tam diuino*, per hæc verba: *Si Papa eligatur per Simoniam: nempe aliquo Cardinali quomodolibet suffragium ferente, datâ vel acceptâ, vel promissâ pecuniâ, vel bonis cuiuslibet generis, castris, officiis, beneficiis, promissionibus, vel obligationibus per se, vel per alium, pro Pontifice non habeatur. Item etiam si duarum partium suffragiis, vel vnanimi Cardinalium concordiâ, etiam per viam assumptionis concorditer nemine discrepante, & etiam sine scrutinio facta sit electio, nulla existat, & nihil iuris electus acquirat, siue in spiritualibus, siue in temporalibus: & contra electum per simoniam opponi criminis exceptio posset, sicut contra electum potest opponi vera, & indubitata hæresis; & electus simoniacè, à nullo Papa habeatur: quinimo Cardinalatus, & alio quouis honore, dignitate, beneficio, & pensione, absque vllâ aliâ declaratione priuatus existat, & perpetuò ad prædicta inhabilis. Nec item hæc electio vllo tempore conualescat per adorationem, & obedientiam; & omnibus liberum sit eius mandata recusare: & Cardinalibus liceat impedire, quamuis Pontificiam dignitatem assequatur.* Et deinde decernit ille Pontifex, Cardinales per Simoniam Pontificem eligentes, priuatos existere omni honore, dignitate, & beneficiis, nisi ab eo crimine resipiscentes reliquis, qui in simoniam non consenserint, sese adiunxerint, infra octo dierum spatium ab eo tempore, quo fuerint ab illis admoniti priuato, vel publico edicto. Q · ti ad saniorem mentem redeuntes reliquis adhæserint, tanquam restituti ad pristinos honores, dignitates, & beneficia, & ab omnibus pœnis Ecclesiasticis absoluti habeantur, hæc in ea Constitutione. Quæ constitutio tanquam lex obligat ad eligendum, & prohibet ne quis malis artibus eligatur. Azor. *2. p. lib. 4. cap. 5. quæst. 7. vers. Deinde.*

Petes an possit oppugnari electio, & excipi in 58.
quâ aliquis se ipsum eligit in Papam compromittentibus se in illum Cardinalibus: vt eligat ex omnibus quem maluerit. Negat caput *licet. de electione*, quatenus ait nullam exceptionem esse admittendam, si quis fuerit à duabus Cardinalium partibus electus: igitur idem dicitur, si quis se ipsum eligat ex compromisso omnium Cardinalium, quia non suo, sed aliorum nomine, & consensu id fecit: sicque Ioannes 22. fecisse dicitur teste Azorio *inst. moral. p. 2. lib. 4. cap. 5. quæst. 8.*

Sed contra obiici potest Glossa communiter re- 59.
cepta *in c. qui Episcoporum 7. quæst. 1. & in cap. cum in Iure. de electione.* vbi dicitur in electione Magistratuum inferiorum nulliter eligere, qui se ipsum eligit: ergo oppugnari potest exceptione etiam si eligat ex compromisso Ratio, quia inter dantem, & accipientem necessaria est distinctio, habetur *in c. cum ad nostrum, de inst. & c. per nostras, de iure patronatus* Ex quo constat patronum Ecclesiæ nõ posse seipsum eligere, nec nominare: quæ sentẽtia magis placet, nisi expresśè ex formâ compromissi aliud colligatur, ex eo fundamento, quia compromissum censetur factum, vt arbiter non se ipsum, sed alium
nominet Cum ergo sit compromissum expresśè, vt 60.
arbiter possit eligere quẽ voluerit, potest se ipsum nominare; tunc non crimen ambitûs videtur se ipsum eligere, præsertim quando Cardinales ratam, & firmam habent electionem. Quod etiam procedit quando arbiter ex compromisso factus, iuret se meliorem electurum, & ipse omnium sit optimus: adhuc enim potest se ipsum eligere, si Cardinales ratam habeant electionem, & consentiant: secus si non consentiant, eo quòd arbiter, qui iurauit se electurum optimum, intelligitur sibi non esse locum, sed aliis, eo excluso. Ita Glossa *in cap. cum in iure de electione.* Et hoc modo electio facta à Ioanne. 22. de se ipso facta putatur, & firma, ac rata à Cardinalibus in ea consentientibus.

Dubitatur denique an hic numero Summus Põ- 61.
tifex, qui modò Ecclesiæ Catholicæ præest, & colitur vti Caput illius, de fide teneatur quod sit talis. Negant aliqui ad fidẽ pertinere, sed certitudine quadam morali tradunt hunc esse verum Pontificem, ídque satis esse, vt illi obediatur etiam in rebus quas de fide esse decĩderit Caiet. 2. 2. *quæst. 1. art. 3. in responsione ad quartum.* Cordubens. *lib. 1. quæst. 17. §. 2.* Castro *lib. 1. contra hæreses. c. 9. circa medium.* Bannes 2. 2. *quæst. 1. art. 10. in prioribus commentariis, dub. 2. ad 2.* Cæterùm magis placet asserere esse de fide hunc numero Pontificem, qui præest Ecclesiæ, esse verum Ecclesiæ Põtificem, Petri successorem, cui Ecclesia tenetur obedire: ratio, quia nullam faciunt distinctionẽ Concilia inter verum Pontificem in communi, & inter hunc, qui nunc in Cathedrâ Romana sedet cum omni consensione Ecclesiæ, sed illum eadem veneratione, & fide venerantur. Probatur à Bulla Martini Quinti apud Concilium Constantiense, vbi proponitur hæreticis, qui Ecclesiæ Catholicæ volunt reconciliari, an credant Papam electum Canonicè, esse

successorem Petri: igitur hoc est credendum de fide: & hoc modo Concilium Chalcedonense nominatim Leonem Papam sextum recepit. Suarius *de fide*, *disp.10. sect. 5. num. 2.* & sequentibus, *& disp.5. sect.8.num.12. vers. ego tamen fere*: vbi docet esse de fide, hunc numero Pontificem esse verum Pontificem, vbi primum receptus est consensu totius Ecclesiæ, vbi pro hac parte refert videndos Salmeronem *lib.1. in Epistol. Pauli, part.2. disputat. de Ecclesia satis ante medium*, *à §. Angeli etiam*, & Albertinum *tom.1.coroll.3. Theologico ex tertio principio philosophico, quæst.3.a num.10.*

Quam potestatem habeat Papa super Conciliis, & an aliquando subsit Conciliis?

§. VI.

EPITOME.

62. & 63. *Concilium generale habet authoritatem à Deo, sed verius & à Summo Pontifice, ideo Papæ tribuitur illud, quod fit à Concilio.*

64. *Concilium præsente Papa nihil potest statuere, sine authoritate illius, regulariterque Papa confirmat constitutiones Concilij.*

65. *Concilia non possunt derogare actis Papæ, neque legem illius abrogare.*

66. *Diffinita in Conciliis ante confirmationem Papæ censentur vera, & est proximum errori contrarium affirmare.*

67. *Concilium non potest legem imponere Papæ, sed Papa potest tollere statuta Conciliorum, nec potest se subicere Concilio.*

68. *Concilium quando sit maius Papâ in his, quæ ad fidem spectant.*

69. *Papæ tribunal est idem cum tribunali Christi Domini, ideo est superior ipsis Conciliis, & confirmat gesta illorum.*

70. *Princeps vnus est in Ecclesiâ militanti, à quo Cōcilia recipiunt, vel non recipiunt authoritatem.*

71. *Papa à nemine iudicatur nisi a solo Deo, & à Concilio, quando de heresi est suspectus.*

72. *Papa in terris non habet superiorem, neque ab illo ad aliquem appellatur, & absoluit quos ligat Concilium.*

73. *Ecclesiæ caput est Christus Dominus immediatum, Papa autem mediante Christo.*

74. & 75. *Concilium in quibus casibus possit conuocari, & decidere super Papâ.*

76. & 77. *Concilium posse conuocari, si Papa sit notorius delinquens est aliquorum; sed oppositum est probabilius.*

78. *Papa extra casum heresis, à nullo est accusandus, nec iudicandus.*

79. *Papa potest aperire, declarare, interpretari Concilia, & illis derogare.*

80. & 81. *Schismate dato Concilium habet potestatem super Papâ, qui nescitur an sit verus Papa.*

82. *Decreta Conciliorum, vt irritentur à Papa, egent expressa derogatione.*

83. *Conciliaris constitutio habet clausulam derogatoriam ad postea concedenda.*

84. *Episcopus nequit tollere Constitutionem conciliarem, neque in ea dispensare nisi in magnâ necessitate*

85. *Conciliaris constitutio est, quæ trahit originem à Concilio, & Pontificia dicitur, quæ trahit originem a Pontifice.*

QVÆRITVR an Concilium generale habeat à Deo auctoritatem proximè, an à Sūmo Pontifice? Responde videri habere auctoritatem à Deo proximè ex verbis Concilij Constantiensis sessio.4.& 5. & 39. per hæc verba: *Hæc Synodus in Spiritu sancto congregata, vniuersalem Ecclesiam repræsentans, immediatè habet auctoritatem à Deo.* Firmatur *ex Matth. 15 vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Accedit quòd Synodus generalis cùm aliquid definit dicere solet: *Visum est Spiritui sancto, & nobis*: ergo Concilium generale immediatè à Deo capit auctoritatem, non autem à Papa. Quod etiam firmat illud *Matthæi* 18. *quæcumque alligaueritis.* 62.

Dicendum tamen est Concilium generale habere iurisdictionis auctoritatem non à se ipso, sed à Summo Pontifice, vt à Capite in corpus deriuatam: atque ita Papa communicat Concilio auctoritatem: proinde constitutiones factæ in Concilio per quandam communicationem ita attribuuntur Concilio, sicut & Papæ, quia Papa communicat authoritatem Concilio: vnde Papæ tribuitur quod fit per Concilium, arg §. *religiosum inst. de rerum diuis. & l.cum in diuersis*, & ibi Bartol. *ff. de religio. & sump.fun.13.quæst.2.* idem notat Aut.de Butr. *in c.1. de pac.* Azor *inst.mor.p.2.l.4.c.13.quæst.5* Quod procedit quando certus est Summus Pontifex, & indubitatus. Si autem non est certus, quia videlicet sunt duo habiti eodem tempore pro Summis Pontificibus, vel quia nullus est Pontifex, vel nullus pro certo habetur: tunc in hoc euentu, & in ea ambiguitate Concilium habet authoritatem à Deo, eam scilicet, quâ simul conuenire potest ad eligendum Pontificem, & ad tollendum schisma. 63.

Quæritur secundò, quid dicendum, quando Papa est præsens in Concilio: Responde Cōcilium nihil posse statuere sine authoritate Papæ, vt est text. *in c.bene quidem, in vers. quod si cuiuslibet dist.94.* Vnde S.Th. contra impugnantes Religionē *in 4 c.in hanc, penult.col.* ait. Patres in Concilio congregatos nihil posse decernere inconsulto Papâ. Quod si Papa est præsens, acta Concilij Papæ ascribuntur. Arg. *c.2. de preb. in 6.* Nisi Papa aliter fieri voluerit, nempe quod sub nomine Papæ, & Concilij simul acta edātur: regulariter tamen Papa confirmat constitutiones Concilij, quod est signū superioritatis. Concilium autem approbat, sed Papa confirmat. Bald. *in l.fi.C.de legibus.* & Card. *in c.significasti, de electione, in 10.contrario*, & Fel. *in c.1.de treu.& pac.* Item quod facit Conciliū, virtualiter dicitur fieri per Papam, qui illi præest. Hostiens. *in c qualiter el.2 de accusat.* 64.

Quæritur tertiò, quam habeant authoritatem Concilia antequam confirmentur à Papa? Responde, Concilium Generale nihil posse decernere, aut decidere, quod Summi Pontificis authoritati deroget, nec posse legem à Papa conditam abrogare, cum sit Summo Pontifice inferius. Constat ex Concilio Chalcedonensi Act. 10. cùm Patres Concilij Constantinopolitanum Patriarcham Alexandrino, & Antiocheno præferrent: Vicarios Apostolicæ Sedis, ita fertur dixisse. *Sedes Apostolica nobis præsentibus humiliari non debet: & ideo quæcumque in præiudicium Canonum, siue Regularum hesternâ die gesta sunt nobis absentibus, sublimitatem vestram petimus, vt circumduci iubeatis, sin alias contradictio nostra his gestis* 65.

ivba

inhæreat, vt nouerimus quod Apoſtolico viro vniuerſalis Eccleſiæ Papa referre debeamus, vt ipſe, aut de ſuæ Sedis iniuria, aut de Canonum euerſione poſſit ferre ſententiam. Sic ibi.

66. Reſponde ſecundò diffinita in huiuſmodi Conciliis etiam ante Pontificis confirmationem pro veris eſſe habenda, ita vt contrarium affirmare eſſet non ſolùm temerarium; ſed etiam ſuſpectum in fide, & proximum errori. Probatur, quia diffinita ibi, maiori authoritate fulciuntur, quàm ſi eſſent extra Concilium à multis Doctoribus affirmata: At quæ affirmantur à tot Doctoribus, puta, à centum, diffiniuntúrque, rem ita certam efficiunt, vt contrarium ſit in fide ſuſpectum, & proximum errori: ergo diffinita à Concilio ante confirmationem ſunt valde certa, nec poſſunt negari ſine temeritate, quæ ſi negentur ab aliquo cenſebitur ſuſpectus in fide. Arago. 2. 2. *quæſt.* 1. *artic.* 10. *in tract. de Conciliis, fol.* 87. *verſ.* 4. *concluſio.*

67. Reſponde tertiò Concilium nullo modo poſſe legem Papæ imponere; ratio, quia Papa eſt maior Concilio, *diſtinct.* 15. *cap. ſicut.* 24. *quæſt.* 1. *cap. quodcunque.* Item Papa ſtatuta Conciliorum interpretatur, & tollit, nec poteſt ſe ſubiicere Concilio, neque Pontificiam maieſtatem, quæ eſt à Deo, *cap.* 1. *diſt.* 22. Anto. Cucch. *inſtit. maior. lib.* 2. *tit.* 3. *num.* 45. & doctiſſimus Hiſpaniarum Primas. 1. *p. decreti. diſt.* 21. *cap. Nunc autem. num.* 5. Ideo ſi aliqui Pontifices ſe aliquando ſubmiſerunt Concilio, ſponte ſuà id fecerunt inconſulto. Ioannes Andreas, & Felin. *in cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſt.* Roman. *ſingul.* 184. Cardinal. Alexand. *in cap. inferior, diſtinct.* 21.

68. Quæres quartò an aliquando Concilium ſit maius Papa? Reſpondet Antonius Cucch. vbi proximè *num.* 44. cum aliis relatis à Paulo Borgaſio Concilium præeſſe Pontifici Maximo in his, quæ ad fidem ſpectant, in aliis autem ad fidem non ſpectantibus Pontificem Concilio præeſſe. Confirmatur ex ſententiâ eorum, qui putant tanquam probabile Concilia plenaria habere poteſtatem diffiniendi res fidei immediatè à Chriſto Domino. Quæ reſolutio de probabilitate eſt Pariſienſium, & Soti *in* 4. *diſt.* 20. *quæſt.* 1. *art.* 4. *ad* 2. confirmatúrque ex eo, quòd ſinguli Epiſcopi habent poteſtatem immediatè à Deo regendi, & gubernandi proprias Eccleſias tum per leges, tum per fidei doctrinam oues ſuas paſcendo: ergo in vnum locum congregati immediatè accipiunt poteſtatem diffiniendi in his, quæ ad fidem ſpectant, & præſunt Pontifici Maximo.

69. Pro contrariâ parte ſtat communis deciſio aſſerens Tribunal Papæ, & Chriſti Domini eſſe vnum, & idem. Hoſt. *in cap. quarto de conſuetudine.* Item quia Concilia geſtorum ſuorum confirmationem à Romano Pontifice petere ſolent: ergo Pontifex eſt ſuperior ipſis Conciliis, ſi quidem confirmatio non petitur niſi à Superiore. Bald. *in l. final. Cod. de legi.* Accedit Papam non teneri congregare Concilium etiam in his, quæ ad fidem pertinent, cùm ea ipſe decidere poſſit, vt vult D. Thom. *in quæſt. de poteſt. quæſt.* 10. *art.* 4. *in reſpon. ad* 13. quem ſequitur Cardin. Alex. *in cap.* 1. *& in cap. ſicut* 15. *diſt.* dicentes, Concilia dato certo, & indubitato Pontifice, quamuis vtilia, non tamen eſſe neceſſaria. Quod procedit in Concilio generali legitima authoritate congregato; adhuc enim Papa non ſubiicitur Concilio: ſed Concilium Papæ tanquam vnico Vicario Chriſti. Probatur ex lege diuina: ex dicto, & verbis Chriſti ad Petrum: *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Tibi dabo claues Regni cælorum. Matthæi* 16. & rurſus *paſce oues meas. Simon Ioannis diligis me plus iis*: Ex quibus deducitur Papam eſſe ſuper Concilio, non verò Concilium ſupra Papã.

Confirmatur ex lege naturali ſecundùm quam 70.
in Eccleſiâ militanti debet eſſe Princeps vnus, & caput vnum, vt habetur in capite *in apibus* 7. *quæſt.* 1. quod tribuitur D. Hieronymo. Oldra. *conſil.* 94. *Eleganter. num.* 7. *verſ. adhuc inſtatur.* Anchar. *conſil.* 339. *Pro maiori, num.* 3. Iuuat, recipere Concilium, aut non recipere auctoritatem ſupremam ab alio quam à Papa: Quod ſi non accedat illius auctoritas, & confirmatio non dicitur Concilium, ſed Conciliabulum. Cucch. *d. lib.* 2. *tit.* 3. *de Concilio, n.* 6. Tuſc. *verb Concilium, concl.* 552. *n. etiam.* 6. *c. multis de nouo* 17. *diſt.* omniaque in eo geſta ſunt irrita, & nullius roboris, Bellarm. *lib.* 1. *de Conciliis, c.* 10. *verſic. ſecundò*, & Suarius *de fide, diſput.* 11. *ſect.* 3. Greg. Lopez *part.* 1. *tit.* 5. *l.* 10. Gloſ. 9. Lancelot. Conrad. *in templo omnium Iudicum, lib.* 2. *cap.* 1. §. 4. *verbo Concilium ſolus Papa congregat.* Cùm ergo Concilium pendeat à Papa, vti à Vicario Chriſti, iure optimo ſequitur Concilium ſubeſſe Papæ, non verò Papam Concilio.

Idem oſtenditur de iure Pontificio puta *in* 71.
cap. nemo iudicabit. à Symmacho *in cap. aliorum hominum cauſas, & in cap. cuncta* 9. *quæſt.* 3. vbi habetur Papam à nemine iudicari, niſi a ſolo Deo; vel à Concilio quando de hæreſi, & fide eſſet ſuſpectus. Quod etiam cenſuit Bonifacius martyr. de hoc conſultus *in cap. ſi Papa, diſt.* 40. Bellarminus *de Romano Pontifice, cap.* 26. *in principio. & lib.* 2. *de Concilij authoritate, cap.* 17. & Azor *dicto lib.* 4. *cap.* 7. *per totum, poſt alios.* Idem colliges de iure communi per textum *in cap.* 1. 22. *diſtinct.* vbi dicitur iniuſtus, qui detrahit iuri, & priuilegio Eccleſiarum; qui autem detrahit iuri & priuilegio Romanæ Eccleſiæ dicitur hæreticus: Vnde cùm Papa non obſtringatur à Conciliis, ſed ſit ſupra illa, vt notat *caput, ſignificaſti, circa finem, de electione*, contrarium aſſerentes tenaciter parum diſtant ab hæreſi, Tuſchus *in concluſ.* 552. *n.* 11.

Suffragatur Gloſſ. *in cap. ſicut* 15. *diſtinct.* di- 72.
cens Concilium non poſſe Papæ legem imponere. Ergo Papa eſt ſuperior. Sequitur *in cap. frater noſter*, 17. *quæſt.* 4. dum ait Confirmationem dare rei confirmatæ, ita vt nequeat detrectari ſine confirmantis auctoritate & ſuperioris hoc eſt Papæ. Facit *caput placuit, & caput ad Romanum* 2. *quæſt.* 6. dum dicitur ibi, quod non appellatur à Summo Pontifice ad aliquem, ex ea ratione, quòd non habeat in terrâ ſuperiorem. Fauet *cap. cuncta per mundum* 9. *quæſt.* 3. vbi habes Papam abſoluere, quos ligat Synodus, vbi Gloſſ. id intelligit de Synodo Generali, ſeu vniuerſali. Cùm igitur Concilium generale, & Synodus vniuerſalis ſit tota Eccleſia repræſentatiuè, debet habere caput; hoc autem non eſt aliud niſi ſummus Pontifex: ergo ſuperior eſt Concilio.

Nec refert ſi dicas Chriſtum Dominum eſſe 73.
Caput Eccleſiæ, vt dicitur in *Clement.* 1. *in principio, & in cap. vnico, de ſacra vnct.* quia Chriſtus Dominus eſt Caput immediatum totius Eccleſiæ: Papam autem eſſe Caput mediante Chriſto, à quo Principatum accepit. *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claues Regni Cælorum.* Cum ergo Petrus ſit Princeps, ac

Superior, euidenter maior est Concilio: aliter enim sequeretur contradictio, quæ doceret Summum Pontificem non esse summum.

74 In duobus tamen casibus potest Concilium decidere. Primò, si detur schisma inter duos, vel plures de Papatu litigantes: in hoc euentu debet conuocari Concilium, vt cognoscat de causâ an ex duobus, vel tribus contendentibus sit vnus legitimè electus, & alij minimè: quia si vnus est legitimè electus, intrusus, seu intrusi debent expelli; canonicè autem electus, bene electus declarari. Si autem malè electi velint contendere se benè electos; Concilium congregari debet, vt declaret electionem irritam, & nullius roboris: atque ita contendentes sunt amouendi; Cardinalésque monendi ad eligendum tertium. text. *in cap. si duo. 79. dist.* Abb. *in cap. licet de vitanda, num. 8. de electione, vers. item nota quod*, vbi refert in discordia duorum electorum ad Pontificatum Concilium generale conuocandum, & illum Papam fore, quem Concilium approbauerit: quem textum fuisse allegatum Pisis, & Constantiæ ait, quando congregatum fuit Concilium contra illos contendentes de Papatu. Idem Abb. *in cap. fraternitatis, num. 2. de hæreticis.* Cardin. *consil. 150. num. 1.* Iacobat. *de concil. lib. 4. art. 3. pag. 210. & 212. & lib. 9. art. 7. pag. 214. & pag. 727.* Sequitur Ant. de Butr. inter Consil. Castr. 420. *col. pen. in princ. lib. 1.* Gemin. *cons. 15. in fin. n. 19. vers. & clarum est, & in cons. 44. n. 5.* & est communis Cōcilium esse iudicem in causâ schismatis.

75. Secundò potest Concilium congregari in causâ hæresis, si Papa est suspectus de hæresi, & non resipiscit, vt declaret illum esse hæreticum, & deponat, per *text. in cap. si Papa 40. distinct.* Azor *inst. moral. p. 2. lib. 4. cap. 7.* vbi concludit Papam hæreticum, esse quidem iure diuino priuatum Pontificiâ dignitate, sed postea per sententiam Ecclesiæ iudicandum esse, & declarandum ob crimen hæresis de Pontificatu cecidisse. Eiusdem sententiæ est Abb. *in tract. de Concil. Basiliens. num.* 18. & Cenedo, cum aliis *ad Decretum, collect. 44. & num. final.* & reliqui scribentes *in d. cap. si Papa*, Arag. *2. 2. quæst. 1. art. 10. in tract. de Ecclesia. pag. 64.* Castro *de iusta hæretic. punit. lib. 2. cap. 22.* & latius *cap. 23. vers. an Papa, vel quiuis alius.* Nam hæreticus priuatur omni iure, & dignitate, & fit incapax: ideo in isto casu declaratur à Concilio priuatus, cum non sit Papa.

76. Aliqui opinantur posse etiam conuocari Concilium generale, si contingat Papam esse notorium fornicarium (quod omen Deus auertat) vt de facto auertit, & ex hac notorietate sequatur scandalum in Ecclesia, asseruntque posse à Concilio iudicari, & deponi, per Glossam *in dicto cap. si Papa, in verbo à fide deuius, vers. sed quare*, quam Abb. dixit singularem *in cap. significasti num. 4. de elect.* Sequitur Ægid. Bellamer. & Barbat. *in Clement. ne Romani. num. 86. de elect.* Decius *in d. cap. significasti. num. 21. vers. vlt.* Ratio, quia notorius delinquens per quem scandalizatur Ecclesia, quando est incorrigibilis, & non vult resipiscere, nec pœnitere, est habendus quasi hæreticus, impropriè tamen, & latè. Ergo per Concilium generale deponi potest quando crimen est notorium, & non vult corrigi; secus si notorium non sit. Quam etiam Glossam probat Roman. *consil. 523. num. 13. vers. secunda solutio*, vbi dixit hanc partem fuisse approbatam in Concilio Constantiensi, eámque defendit Zabatella *in cap. significasti, de electione, quæst. 45. & 46* & Platin. idem refert *in vita Ioannis 23.*

Cæterùm magis placet opinio negans quæ est Theologorum, & Canonistarum, quos refert, & 77. sequitur Turrecremata *in d. cap. si Papa 40. dist.* vbi allegat pro vtraque parte latius, & plenius quàm alius, & *num. 2.* demonstrat non esse Papam propter hoc crimen notorium, à quo quam iudicandum, docétque D. Thomas *in 4. dist. 19. quæst. 2. art. 2. quæstiuncula tertia ad secundum.* Caiet. *in Opuscul. de authoritate Papæ, parte 1. cap. 27.* Augustin. de Ancon. *quæst. 5.* Turrian. *lib. de Papa. & Concil.* Cordouensis, *lib. 4. quæst. 6.* & alij apud Suarium *de fide, disp. 10. sect. 6. num. 14.* Thuscum *in verbo Concilium, conclus. 552. num. 3.* & apud illustrissimum Primatem in dicto *cap. si Papa. num. 12.* Ratio, quia Papa quamtumuis criminosus, & iniquus sit, extra casum hæresis, verus est Papa; ergo illi est parendum iuxta illud. *1. Petri. 2. non tantum bonis, & modestis, sed etiam dyscolis. Et Matthæi 23. Super Cathedram Moysis.*

Secundò probatur ex *Psalmo 50. Tibi soli peccaui*, vbi Propheta cùm esset Rex, & non haberet su- 78. periorem, ostendit à solo Deo iudicari posse. Ergo Summus Pontifex cùm in terris non habeat superiorem, extra casum hæresis à nemine est iudicandus, neque accusandus. Quod voluit Adrianus Papa *in secunda Epistola Synod. ad octauam Synodum*, vt habetur *actione septima*, & *Canone 21. in tomo quarto Conciliorum*, dicens non esse afferendas accusationes aduersùs Papam ad generale Concilium; neque si afferantur propter eas ferendam esse sententiam de illo.

Tertiò id probatur ex confessione sacrorum Conciliorum in quibus statutum fuit Summum Pontificem, seu primam Sedem non ab alio quàm à Deo in terris iudicari posse. Idem dicitur *in Extrauaganti, Vnam sanctam. de maioritate & obedientia.* Quod confessi sunt Patres in Concilio coacto pro facto Marcellini, vt habetur *in cap. nunc autem, distinct. 21.* & aliud Concilium Romæ congregatum tempore Caroli Magni, qui de Leone tertio inquirere voluit, vbi omnes congregati altâ voce clamârunt Sedem Apostolicam, Summúmque Pontificem à nemine iudicari; quod habetur *in tertio Tomo Cōciliorum*, vbi agitur de Leone tertio.

Quartò denique probatur ex authoritate multorum, quos refert Turrecremata *lib. 3. cap. 98.* 79. nempe Antonin. 3 *p. tit. 22. cap. 4. §. 3.* Richar. de S. Victore, *in 2. p. de Sacramentis*, Herue. *in tract. suo, de potestate Ecclesiasticâ.* Petr. de Mont. Episcop. Brixien. *in suo tract. de potestate Pontificis, Rubr. de Concil. praeminentia, num. 6. & sequenti, vers. tertia conclusio.* asserentes Papam aperire, declarare, & derogare Concilio, & esse supra illud, atque exceptâ hæresi, & schismate ex nullâ aliâ causâ posse 80. per Concilium iudicari, neque illum supra se recognoscere Superiorem: quo fundamento, hanc partem Concilium Lateranense vltimum sub Leone 10. *seu* 11. tuetur, reprobátque contrarium Arestum à Concilio Basiliensi definitum.

Ex quibus omnibus patet Concilium non esse 81. supra Pontificem vllo modo; imo, neque posse se subiicere sententiæ coactiuæ Concilii Papam iuxta *caput, Cum inferiori. de maioritate, & obedientiâ*, & iuxta regulam *in cap. sunt quidam. 25. quæst. 1.*

Ad argumenta ergo pro parte affirmante respondetur primò in genere Concilia generalia videlicet Constantiense, dum affirmauit Concilia generalia habere à Christo Domino potestatem supra Pontifices, non id definisse absolutè, sed in eo tantùm casu in quo datur schisma, quando ignoratur

ignotatur verus Pontifex; tunc enim quando nescitur, quis sit verus Papa, habere potestatem supra illum, non est habere potestatem supra Papam, quia dubius Papa, censetur non Papa. Concilium autem Basiliense, quamuis legitimè fuerit inchoatum, non tamen fuit legitimè terminatum. Bellarm. *de Concil. authorit. lib. 2. cap. 19. vers. respondeo dupliciter, & vers. respondeo Concil. Basiliense,* sequitur Suarius *dicta disp. 10. de fide, sect. 6. n. 19. vers. dico sextò.*

82. Ex dictis sequitur ad Summum Pontificem spectare Concilia generalia confirmare, eorum Decreta probare, vel reprobare, & interpretari, siquidem est superior, vt probatur ex *c. statutum, de electione, & ex c. damnamus, de Summa Trinitate, c. fraternitatis, de hæreticis.* Item dubia, & obscura Papa interpretatur, *c. cum venissent, de indic. cap. pastoralis, de fide instrumentorum.* Quin etiam reuocare potest Decreta Conciliorum; requiritur tamen expressa derogatio, vt tradunt Rebuff. *in Auth. habita, verbo examinatione, pag. 550. Cod. ne filius pro patre, & in praxi beneficiali ti. de dispensat. super defectum natalium, num. 24.* Flores de Mena *variarum, lib. 1. quæst. 10. num 50.* Henriq. *lib. 13. cap. 57. §. 1.* Azor. *inst. moral. p. 2. lib. 5. cap. 14. col. 574.* Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 5. num. 2.* Garcia *de Benef. p. 4. cap. 5. num. 30.* Aloys. Riccio *in Collect. dec. p. 4. collect. 849. & coll. 1367. propè finem, & in praxi fori Eccles. dec. 556. in 1. edit. & resolut. 478. num. 4. in 2. edit.* Bonacina *de censuris, disp. 1. quæst. 3. puncto secundo. num. 4. in fine, &* Guttier. *pract. lib. 3. quæst. 17. numero 231.*

Nihilominus Papa non ita facilè abrogat constitutionem Conciliorum. Capra *cons. 157. num. 10.* Idcircò debet fieri mentio specialis, vt censeatur constitutio abrogata. Cassad. *decis. 1. num. 8. vers. pro decisione, de præbend.* Quod si non deroget Papa Constitutioni in specie, non censebitur derogata, etiam si derogetur per clausulas generales, vt notat Rom. *in consil. 436. num. 11. in fine, vers. primo ex eo,* vbi apostil. dat concor. allegat casum *in cap. penult. de cappel. Monacho.* Sanch. *lib. 3. disp. 26. n. 6.*

83. Ratio, quia constitutio Conciliaris dicitur habere clausulam derogatoriam ad postea concedenda. Innoc. & Host. *in cap. penultimo, de capel. Monach.* Facit text. *in cap. vnico, de exces. præla. in 6.* & quod dicitur etiam *in l. si quis in principio testamenti, ff. de legat tertio.* & aliis quibus adhæret Iacobat. *de Concil. lib. 5. art. 19. num. 1. & sequentibus.* post Archid. *in cap. primo, de constit. in 6.* & Felinum *in cap.*
84. *nonnulli, num. 8. de rescriptis.* Idcirco Episcopus nequit constitutionem conciliarem tollere, aut in ea dispensare. ita Rebuff. *in tract. nomin. quæst. 5. num. 3.* Henriq. *de excommun. lib. 13. cap. 57. §. 1. litt. G.* Vale. Reginald. *in praxi lib. 31. cap. 27. num. 202.* Gutier. *de iuramen. confirmat. par. 1. cap. 51. num. 24. & in Canon. lib. 1. cap. 5. num. 10.*

Ex magnâ tamen causâ necessitatis poterit dispensare Episcopus, præsertim quando Concilium, vel loquitur impersonaliter, nec vetat, neque permittit, neque imponit aliquam pœnam, vel quando permittit dispensare. Sanch. *lib. 2. de matrimon. disp. 40. num. 2. & 3.* post alios. Cened. *pract. & Canon. quæst. lib. 1. quæst. 30. à num. 30.* Rebuff. *in praxi, tit. de dispensat. ad plura beneficia, num. 30. & sequenti.* Spino. *in speculo testamenti. Glos. 15. principal à n. 8.*

85. Dicitur autem Conciliaris Constitutio illa, cuius materia trahit originem à Concilio, nempe si Concilium rem illam diffiniendam proponat: Si autem affert originem à Pontifice dicitur Pontificia, quamuis in eâ dicatur eam esse editam Sacro approbante Concilio. Sanch. *de Matrimon. lib. 8. disp. 5. num. 6. cum sequent. & num. 11.*

Quam potestatem, & iurisdictionem habeant Concilia Generalia legitimè congregata, & ob quæ, & à quibus possint cogi.

§. VII.

EPITOME.

86. *Concilia generalia sunt indicenda, & conuocanda authoritate Papæ.*
87. *Papis duobus contendentibus de Papatu, volente neutro conuocare Concilium, vt causa decidatur, Cardinales possunt Concilia congregare.*
88. *Papa si sit suspectus de heresi, & nolit congregare Concilium, Cardinales debent conuocare. Cardinalibus negligentibus, Imperator potest conuocare. ibid.*
89. *Patriarchis, & Episcopis verius est competere Concilia congregare.*
90. *Concilium nolente Papa, vel contradicente, non est conuocandum.*
91. & 92. *Concilium ad generale, quinam sint vocandi, duplex est opinio.*
93. *Episcopi omnes regulariter sunt vocandi, & cogendi ad Concilium, impediti tenentur mittere nuntium ad allegandum impedimentum, quod probatur per vnum testem, vel per iuramentum impediti.*
94. *Episcopi coguntur venire ad Concilium ratione iuramenti.*
95. *Episcoporum conuocatio debet esse generalis ad Concilium, non tamen oportet omnes interesse. Concilium vt sit generale quæ requirantur. ibid.*
96. *Concilium generale propter quid conuocetur, & Episcopi quale officium in eo habeant.*
97. *Papa solus potest sine Concilio causas fidei expedire.*
98. *Nec Concilium est maius Papa.*
99. *Concilium ad generale Cardinales etiam non Episcopi in Concilio habent vocem decisiuam.*
100. & 101. *Abbates, & Prælati inferiores non sunt vocandi ad Concilium; sed alij melius affirmant.*
102. *Olim non vocabantur, & cur?*
103. *Imperator, & Reges non sunt vocandi secundum aliquos.*
104. *Sed secundum alios debent vocari.*
105. *Religionis causas Imperatores remittebant ad Episcopos, cæteras verò causas ad ordinarios cognitores.*
106. *Imperatores, qui Concilia indixerunt.*
107. *Causa redduntur ob quas Imperatores, & Principes seculares Concilia indixerunt.*
108. *Imperatores, & Reges cur interfuerunt Conciliis.*
109. *Concilium Caroli Magni authoritate Zachariæ Papæ coactum fuit.*

ILLVD in primis certi iuris est, Concilium generale à Summo Pontifice, eiúsve authoritate indicendum, conuocandúmque esse. 86.
Azor *instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 47. quæst. 1.* Vgolin. *de potestate Episcopi, cap. 48. num. 3. & ex cap. Concilia, in verbo venerabili Papa, dist. 17.*

docet Tuschus *tom. 2. conclusio. 549. num. 3.* quod ampliat etiam quando datur contentio inter duos de Papatu, quibus non omnes obediunt, sed alij vni; alij autem alteri. Quilibet poterit conuocare Concilium generale, & compellere suos obedientes ad illud congregandum. Card. Zabarel. *consilio* 150. *num.* 3. Apostill. ad Abbatem *in cap. significasti, de electione, col.* 8. *vers. sexto in casu*, quod procedit quando hi duo essent in possessione obedientiæ.

87. Quod si non conueniant huiusmodi contendentes, vel nolint conuocare; Cardinales, ne Ecclesia vniuersalis detrimentum patiatur, possunt conuocare Concilium generale, siquidem eisdem competit possessio eligendi Papam. Castro *consil.* 420. *viso puncto, col. penult. num.* 4. *lib.* 1. quod est Antonij de Butrio, idem Castro *Consil.* 421. *num.* 2. *lib.* 1. quod tribuitur Mattheo, Matthesilano, & Ioanni de Gauatulo. Monendi tamen sunt contendentes de Papatu priùs, vt ipsi congregent Concilium, ipsis verò nolentibus, Cardinales vti digniores omnibus conuocare debent. Apostil. ad Abbatem *in cap. significasti, de electione, vers.* 3. *limita, & vers. sexto etiam casu.*

88. Similiter si Papa sit suspectus de hæresi, si fortè id contingat, requirendus est priùs, vt conuocet Concilium, aut, vt se purget ab infamiâ hæresis, de qua est suspectus. Si autem purgare se recuset, & detur suspicio vehemens de hæresi, Cardinales rogabunt, vt congreget Concilium, illo autem nolente Cardinales congregabunt. Iul. Clar. *in prax. crimin. in §. final. quæst.* 3. Eodem modo in prædicto casu de hæresis suspicione, & quando datur schisma, in quibus conuocatio Concilij spectat ad Cardinales præmissâ monitione ad contendentes de Papatu, vel ad suspectum de hæresi, si Cardinales negligerent conuocare Concilium, opinantur Zabarel *dict. consil.* 150. *vers. quartò quæro*, & Thomas Campegius *in tract. de Concilio, c.* 2. *num.* 16. si opus sit Concilio, & Cardinales recusent congregare illud, competere Imperatori vocare illud: quoniam Imperator est aduocatus, & propugnator Ecclesiæ Catholicæ, *cap. bene quidem, dist.* 96. *Clement. Ne Romani. de iureiurando*, quod ita verum est, vt si Papa sit de hæresi suspectus, propter fidei defensionem possit Imperator à Papa exigere, vt respondeat quid de fide sentiat *c. satagendum* 25. *quæst.* 1.

89. Verior tamen est sententia Anton. de Butrio *in consilio* 420. *num.* 4. *vers. conuocant ergo, inter Consil. Castrens. lib.* 1. dicentis Cardinalibus negligentibus in conuocando Concilio generali, conuocationem competere Patriarchis, & Episcopis, qui loco Apostolorum successerunt, text. *in Actibus Apostolorum, c.* 6. vbi habetur duodecim Apostolos conuocantes multitudinem discipulorum conuocare Concilium generale.

Ex quo deducitur manifestè post Papam, & Cardinales, ad Patriarchas, & ad Episcopos pertinere conuocare Concilia datâ negligentiâ Superiorum, quod etiam docet Sapientissimus Hispaniarum Primas. 1. *p. Decreti, in cap. Concilia. num.* 4. & 5. Tusch. *in verbo Concilium, conclus.* 549. *n.* 10. vbi *num.* 11. addit extra istos duos casus relatos Summum Pontificem dumtaxat aperire, conuocare, transferre, & suspendere Concilium generale, quod Apostilla ad Abbatem *in cap. significasti, de electione, col.* 8. *vers. septimo posset*, extendit, quando Papa, vel naturaliter, vel ciuiliter diem extremum clausisset, aut Papatui renunciasset, & Cardinales negligerent Papam eligere: tunc enim maiores Prælati, Patriarchæ videlicet, & Episcopi tenerentur conuocare Concilium. Apostil. *vbi supra*, subdens idem esse faciendum ab Imperatore, vel Prælatis maioribus; si Papa per insaniam aut dementiam fiat inhabilis; negligentibus tamen Cardinalibus, vt Ecclesiæ prouideatur de Pastore, vel saltem de coadiutore quasi Sedes vacet, vt *in c.* 1. & 2. 7. *quæst.* 1.

Quæri hoc loco potest à quo Concilium indici debeat, si vrgeat necessitas, & Papa nolit indicere? Respondetur in nullo casu oec indici, nec conuocari posse Concilium, repugnante, vel contradicente Papâ, Bellarm. *lib.* 1. *de Concil. cap.* 12. *fol.* 896. & *sequent.* post Turrecremat. *lib.* 3. *cap.* 8. qui tamen putant non esse credibile dari vnquam Pontificem ita malum, qui nolit Concilium celebrari, si apertè videatur id esse necessarium ad Ecclesiam consetuandam. Porrò si contingat nolle omnino congregari Concilium, & detur necessitas vehementissima in rebus fidei, poterit haberi tamquam suspectus de hæresi, ac proinde congregabitur Concilium imperfectum tamen, quod sufficiat Ecclesiæ, vt sibi prouideatur de Pontifice; quamuis nequeat sine capite statuere de multis de quibus cum Capite disponere potest. Caiet. *in opusculo, de potestate Papæ, cap.* 15. & *sequent.* 90.

Quinam sint vocandi ad Concilium generale ambigitur? Aliqui opinantur posse vocari laicos ad Concilium generale pro causâ fidei; ita Antonius de Rosellis *de Concilius. tit. quæ causæ possint expediri in Concilio generali. num.* 4. *in tom.* 4. *fol.* 81. *tract.* 1. iuxta regulam iuris *cap. quod omnes. de regul. iuris in* 6. præsertim Laici doctiores. Mouentur, quia Moyses laicus fuit, & causas fidei iudicabat. Item Dauid, & eius filius Salomon Sacris literis vacarunt, & multa de Sacris scripserunt; & in antiquioribus Conciliis laici interfuere, vt in Concilio Chalcedon. viri Primarij, & doctiores in omnibus fermè actionibus, inter Patriarchas, & Legatos Papæ consedebant, & munia, & officia iudicum expediebant apud Nicephorum *lib.* 15. *c.* 16. Quin etiam in sextâ Synodo actione primâ fertur Imperatorem interfuisse, ac præsedisse, & in octauâ Synodo præfuisse Imperatorem Basilium cum multis viris primariis, & subscripsisse. 91.

Pro contrariâ parte opponitur *cap. vbi, num.* 96. *dist.* Vbi dicitur, dixisse Nicolaum Papam Imperatori Michaëli, hæc verba, *Vbinam legistis antecessores vestros Imperatores Synodalibus Conuentibus interfuisse, nisi fortè in quibusdam vbi de fide tractatum est, quæ vniuersalis est, quæ omnium communis, quæ non solùm ad Clericos, verum etiam ad laicos, & ad omnes omnino pertinet Christianos*: ex quibus Imperatores etiam constat saltem non posse omnibus Conciliis interesse; & multò minùs laicos inferiores. Iouat, laicos non habere potestatem diffiniendi in Concilio, sed proferendi suum consilium tantùm: nisi fortè & diffiniendi ius illis tribuere visum fuerit Papæ, Fel. *in cap.* 1. *in principio, de sponsal.* argum. *cap. sedem* 3. *quæst.* 6. & *cap. ad Apostolica, de re iud. in sexto.* Petr. de Mont. *in tract. de Concilio. tit. congre. Conc. quis possit.* & Corrad. *lib.* 1. *cap.* 1. §. 4. *de poten. Imper. vers. decimo quarto. num.* 8. *vers. ampliantur prædicta. num.* 9. quod interdum Summus Pontifex laicis doctissimis solet concedere. Ex eo fundamento quia quando agitur de rebus fidei, negocium est commune Ecclesiasticis & secularibus præcellenti virtute, ac scientiâ præditis, Ecclesiaque non minus ex Clericis, quàm ex laicis conflata dicitur, *cap. decernimus, dist.* 18. *cap. sicut olim, de accusationibus.* Non tamen suffragiorum 92.

rum laici ius habebunt. Cucch. *lib. 2. de Concil. tit. 3. n. 40.* dicens Principes seculares posse interesse in Concilio, non tamen in eo vocem habere.

93. Pro decisione dicendum est Episcopos omnes vocandos esse, & cogendos ad Concilium. *cap. non oportet, & cap. peruenit. 18. dist.* Quaranta *verbo Concilium, num. 5. & 6. vers. 14.* Duen. *regula. 126.* quòd si non possunt venire tenentur mittere nuntium, & probare impedimentum per vnicum saltem testem, Iacobat. *de Concilio, lib. 2. art. 4. §. Rursus quia dictum. fol. mihi* 103. & notat Gloss. *in d. cap. placuit, dist. 18.* & Gloss. final. *4. quaest. 5. c. quisquis,* & Gloss. *in cap. ex literis, de in integrum restitutione.* Et quamuis *in cap. Episcopus 18. dist.* fiat sermo de Concilio Prouinciali, idem dicendum est de Concilio generali. Quare impeditus tenetur mittere procuratorem, vel nuntium ad allegandum impedimentum, & excusandum illum; quod etiam fieri poterit per literas, vt *in cap. placuit. 18. dist.* & quod plus est, impeditus per suum iuramentum poterit probare impedimentum ea Gloss. *in cap. quisquis 4. quaest. 5.* teat. *in cap. quia propter, de electione.* Melius tamen est mittere duos excusatores, quoniam illis fides est habenda, & qualibet causa etiam iniusta excusat à dolo, vt *in l. 1. § final. ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit, & in l. igitur, §. 1. ff. de liberali causa*: & à poena etiam excusat, *l. 4. §. potest. ff. eodem.* Glossa *in l. plagij criminis, & ibi* Angelus *Cod. ad legem Iuliam, de plagiariis.* idem Angelus *in lege praetor. §. hac actione, ff. de vi bonorum rapt.*

94. Porro Episcopi coguntur venire ad Concilium ratione iuramenti, de quo *in cap. ego, N. de iureiurando,* propter quod Bald. *in cap. olim, de rescrip.* sentit de necessitate ad Concilium generale non esse vocandos nisi Episcopos, pro quo adducit Innocent. *in cap. graue, de praebendis.* Ratio, quia Episcopi soli sunt proprij successores Apostolorum, & quasi capita Ecclesiae. Nomine autem Episcoporum veniunt Archiepiscopi, Primates, & Patriarchae, nec non Praelati maiores, teat. *in cap. 1. & 2. 17. dist.* vbi Concilium Generale vocatur Synodus Episcoporum. Et quamuis aliquando iura vtantur nomine Sacerdotum, vt *in cap. Concilia 16. dist.* pro Sacerdotibus intelliguntur Episcopi. Iacobat. *de Concil. lib. 2. art. 1. num. 3.* Annulares verò Episcopi possunt vocari. Suar. *disp. 11. sect. 1. n. 18.*

95. *de fide.* Quamuis ad Concilium generale conuocatio Episcoporum debeat esse generalis, & omnes Episcopi qui actu sunt pastores quo ad fieri possit, conuenire teneantur ex officio, & iuramento; vt dicatur Concilium esse generale, non oportet, quòd omnes Episcopi Ecclesiae vniuersalis intersint. Ratio, quia vt Concilium generale sit, sufficit praesentia Papae per se, vel per Legatos suos. Item, vt ea Episcopis ea pars conueniat, quae vel omnes contineat, & comprehendat, aut saltem repraesentet, & vices absentium habeat. Atque ita Concilium ad minus debet habere praesentes partes duas Episcoporum, qui vocati fuerunt, & debebant, & poterant interesse, ita scribentes *in l. nominationum. C. de decurionibus, lib. 10.* Glos. *in cap. bone, de postul. Praelat. & cap. 1. de iis, quae fiunt à maiori parte Capitul.* Suarius *de Conciliis, disput. 11. sect. 2. à num. 2. vsque ad septimum,* vbi addit non esse faciendam mentionem de Episcopis, qui Pontifici non obediunt. Post Iacobat. *de Concil. lib. 5. art. 7. num. 1. & 2.* vbi probat facta à maiori parte illarum duarum partium praesentium valere, per *l.* & ibi Bart. *quod maior, ff. ad municipales*; & est teat. secundùm Bartolum *in l. omnes populi, in 2. quaest. principali, ff. de iust. & iure.*

Petes quod nam sit officium Concilij generalis, & ex consequenti Episcoporum in Concilio. Responde Concilium generale eâ de causâ saepe conuocari ad causas fidei decidendas, & ad hoc habere iurisdictionem, & ad eundem finem Episcopos congregari tamquam iudices fidei; patet ea modo loquendi quo vtuntur congregati in Concilio per haec verba; *Praecipimus, constituimus, mandamus, decernimus.* vt in Concilio Nicaeno, cap. 3. & in Tridentino passim vtitur hoc loquendi modo, *Sacrosancta Tridentina Synodus in Spiritu sancto legitime congregata statuit, & decernit, sess. 2. & sess. 4. Item haec sacrosancta Synodus statuit, & decernit, &c.* 96.

Non tamen inde colligas non posse Papam negotium fidei, ac caetera omnia expedire per se solum sine Concilij vocatione, cùm possit, si velit, vt notat Card. Alex. *in cap. 1. & in cap. sicut, dist. 25.* Alban. *in tract. Card. quaest. 37. & de potest. Pap. p. 2. num. 45.* post D. Thom. *in quaest. de potent. quaest. 10. art. 4.* quamuis tutius sit, & vtilius vniuerso Orbi Christiano, vt tunc Concilium congregetur. Glos. *in cap. Anastasius, dist. 19.* 97.

Nec etiam inferas Synodum generalem esse maiorem Pontifice, vt perperàm ait Glos. *in dicto cap. Anastasius, in verbo Concilium,* vbi id tradit, quam minus benè sequitur Abb. *in cap. significasti, num. 3.* & Decius *num. 7. de electione.* Abulens. *in cap. 18. Matthaei, quaest. 108. Romanus in tribus Consiliis vltimis,* & alij quos refert Iacobat. *de Concilio, lib. 10. art. 7. in principio.* Quia contrarium regulariter est sequendum, teste D. Thoma, & aliis *in 4. dist. 19.* vbi agunt de clauibus; quibus accedit Turrecremat. *lib. 2. cap. 93. & 104.* D. Antonin. *3. p. tit. 22. cap. 10. §. 4. summa historial.* Iacobat. *supra de Concil. lib. 10. quaest. 7.* & Caiet. *in tract. de comparatione Papae, & Conciliorum authoritate, cap. 14. in fine,* & Tusch. *tom. 2. conclus. 552.* Ex quibus non sunt audiendi Abb. in quodam consilio suo quod postea meritissimo, vbi fuit prohibitum; & Roman. pro Concilio Basiliensi, in quo fuerunt illius aduocati contra Papam dicentes Concilium illud esse maius Papa, vt in Concilio ipsius Romani. 380. *quaestio est,* videre est, & *consilio 522. & consil. 523.* Atque ita patet Concilium non esse supra Papam, vt vltra praecitatos tuetur Petrus de Monte Episcopus Brixiensis. Felin. *in cap. nonnulli. num. 3. vers. quarto propter authoritatem. de rescriptis.* & Tusch. *in verbo Concilium, conclus. 552. num. 12.* quâ de re loquitur olene Bursatus *1. p. consilio 109. per totum. & consilio 110. in hac subi.mi.* 98.

Praeter Episcopos pertinent ad generale Concilium Cardinales, etiam si non sint Episcopi, qui habent suffragium diffinitiuum in illo, vt probat Turrecremat. *lib. 3. cap. 14.* & ex vsu, & concessione Pontificum, praeferuntur Cardinales Episcopis in iis, quae consecratio Episcopalis essentialiter non fundat. Ratio, quia habent authoritatem Episcopalem in Ecclesiis suorum titulorum, etiamsi ipsi non sint Episcopi, nec non iurisdictionem. Cardinal. *in clem. ne Rom. quaest. 3. num. 4. de elect.* Abb. Fel. & alij *in cap his quae de Maior. & obed.* Mandos. *reg. 7. quaest.* a Paulo *de potest. capituli Sede vac. praelud. 6. num. 9. vers secunda sedes.* Quapropter multa Cardinalibus data sunt, quae non conceduntur nisi Episcopis, puta Pontificiis insignibus vti. Hostiens. & Ioan. Andreas *in cap. 1. de supplenda negligentia Praelatorum,* & possunt benedicere solemniter more Episcoporum, minoresque 99.

ordines

ordines conferre. Hoſtienſ. & Ioann. Andr. *vbi proximè*. Bertachin. *in tract. de Epiſcopis, in 3. parte, princip. in princip. num.* 11. *lib.* 3. Vnde in Concilio Lateran. ſub Leone 10. ante Epiſcopos ſubſcripſerunt Cardinales. Ideo pertinere illos ad Concilium generale nunc ex iure ordinario certum eſt, & tamquam probabilius tradit Suar. *de fide, diſp.* 11. *ſect.* 1. *num.* 17. *fol.* 348. & Azor. 2. *p. lib.* 4. *cap.* 1. *verſ. decimo quæritur, fol.* 405. vbi refert eâ de re. 3. opiniones, concluditque Cardinales in Conciliis definire, & ſubſcribere non ſolùm de mandato ſibi, ſed etiam iure ordinario, hoc eſt ratione dignitatis in quâ ſunt conſtituti.

100. Quæres an inferiores Epiſcopis ſint vocandi ad Concilium; Abbates videlicet, & Prælati inferiores? Pars negans ex eo probatur, quia inferiores Prælati ſunt multò plures numero, quàm Epiſcopi, & maiores Prælati, & ex eorum vocatione poſſunt contra Epiſcoporum ſuffragia præualere; & minuere eorum authoritatem, nec reperitur textus qui decernat, & præcipiat vocari inferiores. Secus de Epiſcopis, qui propriè ſunt de Concilio generali, vt vult text. *in c. ſi quis Diaconus, diſt.* 50. Facit text. *in §. hinc enim etiam* 17. *diſt. iuncto ſequenti, verſ. Epiſcopi verò*, vbi dicitur, quòd Synodo in Vrbe congregatâ cùm diſceptaretur, an eſſent audiendi contra Symmachum Papam, reſpondiſſe Epiſcopos congregatos, Symmachum immunem fore. Nec fit mentio niſi de Epiſcopis. Ergo non ſunt alij vocandi. Et in ſpecie negat Innocentius *in cap. graue. de præbendis.* Abbates eſſe vocandos ad Concilia, & Iacobat. *lib.* 2. *de Concil. art.* 2. *num.* 38.

101. Dicendum tamen eſt de iure Abbates ad Concilium non vocari, neque ad eos pertinere quamuis in aliquibus videantur ſimiles Epiſcopis, non tamen in omnibus, vt probant text. & not. ibi Domi. *in cap. Epiſcopus* 19. *diſt.* Et quamuis ibi loquatur de Concilio Synodali, multò fortius eſt id intelligendum de Concilio generali, Sequitur Ioan. de Immol. & ſcribentes communiter, quatenus dicunt ad generale Concilium eſſe vocandos Epiſcopos totius Orbis, & alios ſuperiores Prælatos; ad Prouinciale autem Concilium Epiſcopos tantùm de neceſſitate. Quod intellige quo ad vocem conſultiuam, & deciſiuam ſimul. Vnde Epiſcopi in Concilio non ſolùm habent vocem conſultiuam, ſed etiam deliberatiuam, deciſiuam, ſeu diffinitiuam. Ideo ſi Abbates vocentur ad Concilium, iure ſuo neceſſariò non vocantur, ſed interſunt, vt inuitati, neque habent votum deciſiuum nec deliberatiuum, niſi in ſpecie id à Summo Pontifice concedatur. Generales autem Ordinum ex conſuetudine, & ex Papali indulto, ſeu conceſſione habent ſuffragium quando vocantur ad Concilia, ſed non vocantur neceſſariò, neque ex iure, Suarius *de fide, diſp.* 11. *ſect.* 1. *num.* 18.

102. Olim Abbates, ad Concilia non vocabantur, quia erant Epiſcopis ſubiecti, ac propterea tradebant Epiſcopi decreta Conciliorum Abbatibus, & *cap. decernimus, diſt.* 18. vt ſuſciperent, præcipiebant. A tempore ſeptimæ, vel octauæ Synodi Abbates cœperunt venire ad Concilia, abſque iure diffiniendi, & ſubſcribendi. Denique conſuetudine inductum fuit, vt Abbates Epiſcopali quaſi iuriſdictione fungentes intereſſent Conciliis œcumenicis; & in illis ius ferendi ſuffragij haberent. Iacobat. *lib.* 2. *de Concil. art.* 2. *verſ. ſed contrarium. num.* 18. quem refert, ac ſequitur Azor. *p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 11. *verſ. quinto quæritur*, vbi concludit habere ius diffiniendi authoritate Summi Pontificis, cuius mandato vocantur ad Concilium, & diffiniunt. Vnde non placet Abbas *in diſputatione quadam quæ incipit, Epiſcopus*, dicens Abbates quaſi Epiſcopali iuriſdictione vtentes ad Concilium iure venire generale, & in eo habere deliberationem, & diffinitionem. Ratio, quia quamuis iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habeant, non tamen ſunt Epiſcopi, & ex conſequenti non poſſunt venire ad Concilia niſi vocentur. quoniam non ſunt Epiſcopi, & Concilium ſolum eſt Epiſcoporum iure communi.

Quid de Imperatore? & Regibus? Reſponde 103.
Imperatores, & Reges Conciliis interfuiſſe, non vt aliquid ſtatuerent de rebus ad fidem ſpectantibus, cùm eorum cognitio illis minimè, aut iudicium competeret, ſed vt ea, quæ ſalubriter eſſent decreta tuerentur. Bellarm. *lib.* 1. *de Concil. cap.* 16. *verſ. ſi quis obiiciat ex canone, Vbinam diſt.* 96. qui habetur in Epiſtolâ Nicolai primi ad Michaelem, per hæc verba: *Vbinam*, inquit, *legiſtis Imperatores anteceſſores veſtros Synodalibus conuentibus interfuiſſe, niſi fortè in quibuſdam, vbi de fide tractatum eſt, quæ vniuerſalis eſt, quæ omnium communis, quæ non ſolùm ad Clericos; verum etiam ad laicos, & omnes omnino pertinet Chriſtianos.* Sequitur Hoſius Cardin. *de Concilio Oecumenico, cap.* 24. *pag.* 5. *verſ. quod autem, fol.* 19. Ex eo quia Imperator Eccleſiæ Romanæ ſuſceptam habet defenſionem, *cap. venerabilem,* 34. *de electione, ibi: Aduocato, & defenſore*, iuncta Gloſſa *verbo, carebit.*

Idcirco Cardinalis *in cap. licet, quæſt.* 35. *de ele-* 104.
ctione, teſtatur Imperatorem eſſe partem Concilij maximè vbi tractatur de causâ fidei, quia eſt aduocatus Eccleſiæ, Clem. *Roman. de iureiurando*, præſertim ſi in Concilio agatur aliquid quod pertineat ad laicos, videlicet ſi tractetur de reformatione vniuerſalis Eccleſiæ, non ſolùm in clericis, ſed etiam in laicis. Nam quo ad laicos poterit reformari per Imperatorem. Quod intellige de Regibus, & aliis Principibus ſecularibus; Innocentius, & alij apud Iacobatium *in cap final. de feriis.* Iuuat quod dicitur de Regibus, qui inunguntur, vt *in cap.* 1. *de ſacra vnct.* Atque ita intereſt eorum, quod ſint in Concilio ad defenſionem Eccleſiæ, Iacobat. *dict. lib.* 2. *art.* 2. *num.* 17. & 24. & 29. vbi docet Laicos ad conſulendum poſſe admitti in Concilio, etiam quando agitur de rebus Eccleſiaſticis, non vt dent vocem deciſiuam, nec deliberatiuam, ſed tantùm conſultiuam, vt in ſpecie ait. *num.* 53. Addens Imperatores *num.* 63. poſſe vocari ad Concilium, vt audiant, & agant, & conſulant, in cauſâ dumtaxat fidei, & *num.* 64. ſubdit poſſe Papam habilitare Laicos ad dandum ſuffragium etiam deciſiuum, ſiue deliberatiuum.

Suffragatur Honorius, & Arcadius remiſiſſe 105.
cauſas Religionis omnino ad Epiſcopos. Conſtat ex reſcripto eorum *l.* 1. *C. Theod. de Rel. Quoties*, inquiunt, *de Religione agitur, Epiſcopos conuenit agitare. Cæteras verò cauſas, quæ ad Ordinarios cognitores, vel ad vſum publici iuris pertinent, legibus oportet audiri.* Conſonant Honorius, & Theodoſius reſpondentes Philippo Præfecto Prætorio Illyrici, ſi aliquid dubij aſſurgeret circa antiquitatem, & ſacros Canones nullam dandam eſſe interpretationem, ſed conuentui Sacerdotali, & Epiſcoporum iudicio rem deferendam. Confirmat Martianus Imperator, dum vetuit Synodalia decreta trahi in controuerſiam; quare ſi quid dubij oriretur de motibus ritibúſque ſacrorum, quod egeret interpreta-

tione

tione ad Sacerdotes interpretatio pertinebat, vt habetur *in l.5.C.de sum. Trin.& fid.cath.* bis verbis. *Iniuriam*, inquit, *facit iudicio reuerendissimæ Synodi, si quis semel iudicata, ac rectè disposita reuoluere, & publicè disputare contenderit: cum ea quæ nunc de Christiana fide à Sacerdotibus, qui Chalcedone conuenerunt, per nostra præcepta statuta sunt iuxta Apostolicas expositiones, & instituta Sanctorum Patrum 318. in Nicæa, & 150. in hac vrbe Regia definita esse noscantur.* Sic ibi.

106. Sed contra est, quòd olim varii Imperatores, qui,& pro arbitrio Concilia iodicebant, vt videre est in historia Ecclesiasticâ, refert Eusebius *lib.3. cap.6. in vitâ Constantini*, qui litteris ad Episcopos missis Concilium Nicææ coëgit, aliúdque Romæ fieri præcepit. Idem Eusebius *lib. 10. cap. 3.* Aliud denique Arelate ad discordias tollendum ioter Episcopos Africanos excitatas.

Similiter Euagrius *lib. 4. cap. 37.* tradit Iustinianum quintum conuocâsse Concilium. Nec non Carolus Magnus in Gallia anno Domini 742. vndecimo Calendas Martij indixit Concilium, quod vocatur Caroli Magni Concilium: quibus etiam ioteretant teste eodem Eusebio *lib.1.cap.36. de vita Constantini*, Cucch.*lib.2. de Concilio, tit.3.n.14.& sequenti*, vbi ait posse Imperatorem Romanum Concilium œcumenicum ritè congregare vna cum aliis Catholicæ Ecclesiæ Romanæ Principibus viris. Quæ omoia probant, non omnia, quæ ad religionem pertinent, decidenda esse per Sacerdotes, aut Episcopos.

107. His tamen responde Imperatores, & alios Principes laicos eo tempore Concilia indixisse, coëgisséque, non vt potentiam suam ostentarent; sed vt fidem Catholicam adiuuarent, vt Martianus Imperator, dum esset in Concilio Chalcedonensi coram omni Concilio proposuit, vt constat ex verbis illius io actione 6. quæ sic habent. *Nos*, inquit, *ad fidem confirmandam, non ad potentiam ostendendam, exemplo religiosissimi Principis Constantini, Synodo interesse volumus, vt veritate inuentâ non vltra multitudo prauis doctrinis attracta discordet: quedam capitula sunt, quæ ad honorem vestra reuerentia vobis reseruauimus, decorum esse iudicantes à vobis hæc potius firmari per Synodum, quam nostra lege sanciri*, hæc ibi. Vbi Imperator quanti negotia Christianæ religionis essent æstimanda demonstrauit. Nam quamuis sibi esset in animo multa in fauorem fidei sancire, abstinuit tamen, & eadem, vt à Patribus sancirentur modestissime postulauit dicens, Ecclesiastica negotia lege Imperiali non vtique terminanda.

108. Ex quibus & aliis apparet Imperatores, & Reges Conciliis interfuisse, noo vt aliquid de rebus ad fidem pertinentibus statuerent, sed vt authoritatem præstarent, & vt, quæ salubriter constituta essent authoritate suâ ab omnibus seruari prouiderent. Hinc Constantinus magnus præcepit lege latâ, vt omnia, quæ Episcoporum iudicio, ac sententiâ diffinita essent, veluti Sancta, & omni veneratione digna haberentur. Quin etiam idem Imperator noluit sedere in parua Sellâ in Concilio Nicæno, prius quam, vt id faceret, Episcopi annuerunt. Eusebius *lib. 2. cap. 10. de vita Constantini*, & Theodoricus *lib. 1. cap. 7. de eadem Constan.*

109. Ad id autem de Concilio quod Carôli Magni vocatur, ita Zacharias Pontifex Maximus ad Bonifacium eius Legatum scripsit ibi. *De eo autem quod te Carolus Magnus filius noster ad se rogauit accedere, vt in Vrbe regni Francorum in suâ ditione, si de potestate constituta, Synodum celebrare debeas, eo quod omnis Ecclesiastica regula, siue disciplina ab eadem Prouinciâ funditus abolita est, quod nimis mærendum est, quod per spatia temporum ibidem Synodus Sacerdotum minime celebretur; vnde, neque quid sit Sacerdotium scitur, neque quid fiat ab eis, qui se Sacerdotes existimant: sed dum iuuante Deo quæ a præfato filio nostro promissa sunt, ad effectum perducta fuerint, tuique fraternitas memorato Concilio consederit.* sic ibi. Quare Concilium non Caroli Magni vocandum est, sed Zachariæ Papæ authoritate fuisse coactum dicendum est.

Vtrum requiratur præsentia Papæ in Concilio generali, &, an possit appellari à Concilio in quo præfuit Papa, & de causis, ob quas decreta Concilij possint reuocari, aut in eis dispensari?

§. 8.

EPITOME.

110. & 111. *Papæ Præsentia in Conciliis generalibus non requiritur, sed satis est, quod eius legati præsideant*

112. *Imperatores Conciliis interfuerunt ad præstandum auctoritatem, sed non præsidebant.*

113. & 114. *Appellatio non datur à Concilio cui Papa præfuit, secus, si legati illius præsideant.*

115. *Appellari si contingat a Concilio, ad Papam est appellandum.*

116. *Concilio à generali non appellatur ad Papam super contentione Papatus.*

In dubiis emergentibus ex decretis Concilij recurritur ad Papam, & qui dixerit a Papa declarante posse appellari, est hæreticus, & cur. ibid.

117. *Concilium non potest, vt suspectum recusari.*

118. 119. 120. & 121. *Concilia generalia quibus de causis debeant conuocari?*

122. *Papa non ligatur legibus Concilij, & cur?*

123. & 124. *Papa non potest abrogare decreta Concilij quæ agunt de fide, nec quæ sunt iuris diuini, vel naturalis.*

125. & 126. *Papa an dispensare possit propriè in his, quæ sunt iuris diuini, vel naturalis?*

127. *Papa an per clausulam non obstante quacumque constitutione in contrarium, censeatur abrogare decreta Conciliorum?*

128. *Rescripto contra ius commune, vt derogetur à secundo, debet habere clausulam derogatoriam expressè.*

129. *& Constitutio Concil'aris quam clausulam habeat derogatoriam.*

131. *Papa potest reuocare Constitutiones suorum prædecessorum Concilio id approbante, nec ob id dicitur se subiici Concilio.*

132. & 133. *Concilium Trid. Pius 4. confirmauit, mandauitque sub pœnis, vt obseruaretur.*

133. *Prohibuit super illo omne genus interpretationis.*

134. *Papa, vt censeatur dispensare in Trident. Conc. debet de illo facere expressam mentionem.*

134. & 135. *Episcopus quando possit dispensare in Concilio?*

136. *Constitutiones Concilij Tridentini habent decretum irritans.*

137.

137. 138. 139 *Decreti irritantis vis quanta sit, præsertim quando est Papæ nuntij, aut Episcopi? Et an comprehendat ipsos Papas.* 140.

110. PRIMO quæritur, an præsentia Papæ requiratur in Concilio generali? Pars negans probatur ex sextâ Synodo vbi habes hæc verba apertè; *Præsidente*, inquit, *piissimo Imperatore*, &c. Sic dicitur in actione prima, & duodecimâ, ac decimâ octauâ. Idem patet ex historiâ Concilij Chalcedonensis, cuius meminit Niceph. *lib.* 15. *c.* 4. Pars affirmans, quæ est tenenda ait in generali Concilio solum Romanum Pontificem per se, vel per Legatos suos præsidere debere. Quod est de fide, cùm sit Caput Ecclesiæ: ergo ille per se, vel per Legatos suos, & nemo alius præsidere debet. Testes huius resolutionis sunt, Leo primus, Iulius primus, & Nicolaus primus asserentes in Concilio etiam Nicæno hoc fuisse firmatum. Eodem modo in quartâ Synodo Chalcedonensi Paschasius loco Papæ cum aliis præfuit, & subscripsit ibi *Paschasius*, ait, *vice Beatissimi, ac Apostolicæ vniuersalis Ecclesiæ Papæ Sanctæ Synodo præsidens subscripsit*. Constat etiam ex verbis Donati, qui fuit Legatus Adriani in octauâ Synodo, & subscripsit; cuius hæc sunt verba: *Ego Donatus Dei gratia Episcopus Hostiensis, locum obtinens Domini mei Adriani Pontificis, & vniuersalis Papæ, huic Sanctæ, & vniuersali Synodo præsens ad voluntatem eiusdem.*

111. Ex quibus sequitur non requiri, vt Concilium sit generale, præsentiam Papæ personaliter, & satis est præsidere eius Legatos: quod probatur authoritate, & exemplo octo Conciliorum generalium, in quibus non interfuit per se ipsum Papa, sed per Legatos à se missos, Turrecremata *in summa de Ecclesiâ, lib.* 3. *c.* 11. vbi breuiter id ostendit. Quin etiam Martianus Imperator suppliciter per litteras inuitauit ad Chalcedonense Concilium Leonem Magnum, qui respondit nullum huius rei exemplum à suis antecessoribus accepisse, neque inuenisse, vt ipse scribit Theodosio Augusto *in Epistolâ* 17. *& in aliâ, quæ est* 47. *ad Patres Concilij Chalcedonensis*. Nec in Nicænâ, nec in Ephesinâ Synodo, nec alio tali Concilio sancto Papa sanctæ Apostolicæ Sedis affuit, quia non interessendo poterit omnia negotia totius Reipublicæ Christianæ, quæ tempore, quo celebratur Concilium generale occurrerint, commodius expedire.

112. Ad id autem quod opponitur Imperatores in aliquibus Conciliis præsedisse Responde id esse verum; non tamen propriè loquendo præsedisse, sed interfuisse duntaxat ad authoritatem potiùs præstandam Conciliis, & vt maiori pace, & tranquillitate absque vlla seditione negotia agerentur. Neque Principes seculares in Conciliis, vt iudices suffragium ferebant, nec diffiniebant, prout Imperator Constantinus in Nicæno Concilio fassus est fidei defensionem ad se non pertinere, & humilem locum sibi delegit. Eusebius *lib.* 3. *de vita Constantini*, Socrates *lib.* 1. *cap.* 8. & alij apud Suarium *de fide, disp.* 11. *sect.* 1. *num.* 8.

113. Secundò quæritur, an detur appellatio à Concilio cui interfuit Papa? Responde negantèr, cùm determinatio facta à Concilio adscribatur Papæ, qui non habet superiorem, ad quem integrum sit appellari. Iacobat. *tract. de Concilio, lib.* 10. *art.* 2. *n.* 4. & *art.* 1. *sub num.* 74. *in responsione ad quartum argumentum, fol.* 354. Sicque est accipiendum, quod tradit Rebuff. *tract. de appellation. art.* 3 Gloss. 1. *num.* 9. *tom.* 8. *fol.* 489. dicens non posse appellari; quia sub Concilio generali continetur Papa. sequitur Greg. Tolos. *tract. de appellat. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 2. *vers. sed certè*, docens, non esse appellandum à Conciliis generalibus legitimè, & cum authoritate Papæ celebratis.

114. Nihilominus appellari potest à Concilio ad Papam, cùm legati vice Papæ Concilio intersunt. Ioan. de Imola *in cap. graue, n.* 22. *de præbendis*. Bero. *in cap.* 1. *num.* 5. *&* 6. *eodem tit.* Cucch. *de Concil. lib.* 2. *tit.* 3. *n.* 9. *&* 50. Ratio, quia in Conciliis in quibus interest, & præest Pontifex tota apud Pontificem iurisdictio residet, & penes alium neminem: alij autem, vt Consultores assident Pontifici. Contra verò quando legati Papæ nomine ipsius præsunt Concilio; iurisdictio, vt ordinaria ipsius Concilij manet apud Pontificem; delegata verò penes Legatos, & Concilium residet: ideo in hoc secundo casu appellatur à Concilio ad Papam. Cucch. *vbi supra*. Iacobat. *de Concil. lib.* 5. *art.* 8. *num.* 54. *& n.* 57. *tom.* 13. *fol.* 266.

115. Similiter à Concilio generali non legitimè congregato si contingat appellari, appellabitur sine dubio ad Papam, vt vult Card. Iacobat. *tract. de Concil. lib.* 10. *art.* 2. *num.* 1. seu si malueris reclamabitur potiùs, quàm appellabitur; quia cum Concilium illegitimè sit congregatum, & non habuerit iurisdictionē, procedet reclamatio per quam Papa declarabit facta in illo Concilio esse nulla, & Concilium non dicitur Concilium, sed conciliabulum Iacobat. *dict. art.* 2. *num.* 6. & habetur *in capite multis, dist.* 17. per textum ibi, vbi dicitur sine Sedis Apostolicæ authoritate Concilium celebratum non esse Concilium. Bursat. *Consil.* 109. *num.* 2. & Gregor. Lopez *partit.* 1. *tit.* 5. *l.* 10. Glossa 9. Ideo non dicitur appellatio à Concilio, neque in eiusmodi reclamatione attenditur tempus appellationis, cùm nullius entis nullæ sint qualitates.

116. Eodem modo non appellatur ad Papam à Concilio generali legitimè congregato super contentione Papatûs, quia tunc à Concilio non appellatur ex quo Papa non habetur, neque habeat Superiorem in Ecclesiâ. Car. Iacob. *d. lib.* 10. *art.* 2. *n.* 5. *&* 6. secus in aliis Conciliis, quia ab illis appellatur ad Papam, Card. Alex. *in rubr. num.* 35. *vers. sed quid de Concilio vniuersali, & num.* 36 *de appell.* Quin etiam si quid dubij emerserit in his, quæ decreta sunt in Concilio vniuersali, quod egeat explicatione, recurri potest ad Papam, Greg. Tolos. *tract. de appell. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 2. *in fine. vers. potest tamen, fol.* 301. Quòd si à Papa declarante appelletur ad Concilium, asserens posse appellari ad Concilium, censebitur hæreticus, vt notat Iacobat. *d. l.* 10. *art.* 1. *n.* 35. *vsque ad numerum* 90. *fol.* 352. ex eâ ratione, quia hoc esset constituere duo capita in Ecclesia prout etiam vult Card. Alban. *tract. de potest. Papæ. p.* 2. *num.* 82. *&* 83. *fol.* 76. Idem tradit Ruginell. *tract. de appellationi.* §. 2. *cap.* 2. *sub num.* 10. *vers. regul.* dicens esse hæreticum illum ex Bulla Cœnæ Domini, qui affirmat fas esse appellare à Papa ad Concilium vniuersale, & incidere in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini *n.* 2. *fol. mihi* 884. ac veluti hæreticum esse puniendum ex Bullâ Iulij secundi 10. *suscepti regiminis, fol.* 160. & *in Bullario magno, fol.* 156. & ex Bullâ tertia Pij secundi incipit *execrabilis, fol.* 75.

117. Tertiò quæritur an Concilium generale possit allegari suspectum? Responde negatiuè præsertim quando Papa præest, quia Ecclesia tota non potest errare, Franch. *in cap.* 36. *postremo, quæst.* 8. *n.* 16.

ds

de appell. Sigismund.*de appell.quæst.16.lim.1 n.17.* *vers.Concilium.* Idem Franch.*supra,num.14.quæst.6.* *in fine,& in cap.61.cum speciali,quæst.11.num.32.* & Lancellot.*tract. de attent.p.2.cap.6.de atte it. post recusationem, num.34. & 35.fol.* 340.vbi volunt à sententiâ,& processu Papæ, neque posse appellari, neque cum vti suspectum recusari. Ratio,quia suspicio ex praxi, & ex consuetudine proponitur coram superiore. Sigismund.*de indic.lib.1.c.101.* *num.28.vers.in reliquis causis, & vers. in regno.* Sed Papa non habet Superiorem: ergo sicut ab eo non datur appellatio, sic etiam non potest vt suspectus recusari, cùm non detur superior, coram quo proponatur suspicio. Nec inde inferas Concilium posse recusari, quia Papa est maior Concilio: ergo coram Papa potest proponi suspicio. Quoniam Concilium Papæ authoritate congregatum suspectum dici non potest. Abb.& alij *in cap.1.de iud.*quem sequitur Cucch.*de Concil.lib.2.* *tit.3.num.51.*vbi addit post Beroi. & alios posse Concilium dici suspectum, quod fuit Legati Papæ, vel alterius authoritate coactum.

118. Sequitur dicamus de causis ob quas Decreta Concilij reuocari possint,aut in eis dispensari:antequam tamen in specie hæc expediantur, oporter perstringamus causas ob quas Concilium generale debeat conuocari. Atque in primis dicendum est,eam esse causam potissimam ad Concilium conuocandum, quæ res fidei continet, vt contigit in Concilio Nicæno I. & in Concilio Constantinopolitano secundo, & Ephesino I.& in septimo, quod fuit Nicænum secundum. De quibus Turrecremata *lib.3.c.non.*secundùm quem, dicuntur conuocata Concilia generalia septem prima ad perfidiam hæreticorum solemniter conuincendam, & condemnandam.

Primum coactum fuit,in quo hæresis Arriana fuit condemnata:secundum in quo hæresis Macedonij Episcopi Constantinopolitani negantis Spiritui sancto Diuinitatem,fuit confutata. Tertium Concilium quod fuit Ephesinum primum, congregatum fuit ad exterminandam eliminandámque hæresim Nestorij Constantinopolitani etiam Episcopi, qui negabat Beatissimam Virginem dici debere Dei Genitricem, sed solùm Matrem Christi, duásque personas in Christo, diuinam scilicet, & humanam ponebat. Ob eandem causam Chalcedonense coactum fuit ad Deoscori Episcopi Alexandrini, & Eutychetis Abbatis hæresim detestandam, qua asserebant in Christo Domino non esse duas naturas,humanam videlicet,& diuinam, sed facta incarnatione Verbi, eas naturas fuisse confusione.& commixtione vnam: ac proinde etiamsi Christus existeret ex duabus naturis, non tamen in duabus naturis subsistere.

Similiter conuocatum fuit quintum Conci-
119. lium Constantinopolitanum nempe, ad confutandam hæresim Theodori Mopsuestiensis Episcopi, qui affirmabat aliud esse Verbum, aliud Christum. Sextum item Concilium Constantinopolitanum condemnauit hæresim Monothelitarum,qui in Christo Domino vnam tantùm voluntatem ponebat.Septimum denique congregatum in Nicæâ ad abominandam hæresim Iconomachorum, qui asserebant Sanctorum Imagines nullatenus esse colendas, neque in Ecclesiis collocandas. Hoc autem Concilium congregatum fuit anno octauo Constantini, & Irenæ,si creditur Paulo Diacono *lib.23.rerum Romanorum*, & Cedreno *in compendio historiarum*, qui vltimus refertur à sapientissimo Hispaniarum Primate *in cap.sancta octo. verb. item Nicænum septimum n.7.* *dist.16.* vbi meminit Conciliorum octo, & ante *in cap.Canones*, vbi etiam refert quando incipit Conciliorum celebratio, & quot Patres in singulo quoque Concilio interfuerunt.

Fuerunt itidem Concilia congregata ad abolenda schismata, vt Concilium octauum Constantinopoli,in quo rediit in primam sedem suam destructo Schismate Ignatius, & depositus Photius. Et eâ de causâ Concilium Constantiense coactum fuit ad componendum schisma inter tres Pontifices,qui de Papatu contendebant,Gregorius videlicet duodecimus, qui Papatui voluntariè renuntiauit,& Benedictus XIII.& Ioannes XXIV. qui duo Papatu priuati sunt. Quo etiam modo ob schisma Vrsinicum Damaso Pontifice maximo olim congregatum est Concilium: & Concilium alterum ratione schismatis Laurentij cum Papâ Symmacho. Vide notata *in d.cap Canones* à Sapientissimo Primate per totum, *dist.15.* vbi causas refert tantorum Conciliorum conuocandorum per totum,& *in d.c sancta octo, dist.19* 120.

Potest etiam conuocari Concilium ad Ecclesiasticam disciplinam ad meliorem frugem reducendam,& augendam,sicut Concilium Tridentinum fuit indictum,& congregatum non solùm ad hæreses euertendas,sed etiam ad disciplinam Ecclesiasticam retinendam,& conseruandam. Quin etiam ad reprimendos Principum conatus, qui perturbant,ac vexant Ecclesiam Romanam. Et ob hanc causam Gregorius septimus conuocauit Concilium aduersus Henricum tertium huius nominis, qui potestatem eligendi Episcopos,& creandi sibi reseruauit vsurpauitque. Necnon Innocentius Quartus contra Federicum Imperatorem secundum huius nominis, congregauit Synodum Lugduni ob contumaciam, & rebellionem Ecclesiæ sub Gregorio decimo.Vide cætera apud Suarium *de fide,tract.1.disp.11.in præiudio, num.1. & duobus sequentibus*, vbi de necessitate varia congregandi Concilia,& quot generalia Concilia hactenus celebrata,recēset *Azor.p.1.lib.5.c.10. vers. quæritur.* 121.

His positis dicendum est Summum Pontificem non teneri decretis,& legibus Concilij generalis, ex eo, quia omnis iurisdictio congregatorum in Concilio generali, & in illo aliquid diffinientium, dependet à Papa, qui est superior: ergo inferior, quale est Concilium generale, nihil potest decernere, quod Papæ authoritati, vel potestati deroget,Turrecremata *in Summa de Ecclesia, lib.3.c.51.* Probatur ex Concilio Chalcedonensi *Act.10.*ibi, *Sedes Apostolica nobis præsentibus humiliari non debet. Azor.2.p.lib.5.cap.13. vers.quarto quæritur.*Imò Summus Pontifex minimè tenetur Decretis Concilij spectātibus ad Fidem:eò quòd huiusmodi Decreta Concilij,nisi confirmentur à Pontifice non habent firmam regulam fidei:ideo non tenetur Papa, nisi sint Decreta fidei, quæ iam antea erant authoritate alicuius Papæ confirmata:secus de his Decretis, quæ de nouo feruntur, & nundum sunt à Pontifice approbata,& confirmata. 122.

Quòd si canones,& decreta Concilij sint fidei, aut iuris diuini, vel naturalis,non potest Papa ea abrogare,aut mutare:ex causâ tamen iustâ,in his, quæ sunt iuris diuini,vel naturalis,interdū aliquo modo dispensare,vt diximus *supra* §.2 *n.14.*quia in eo euentu ius diuinum, seu naturale non deletur, aut mutatur;sed hic vel ille ex causâ rationabili,ac iustâ ab eo iure soluitur. Secus quando Canones 123.

sunt de rebus, quæ subsunt iuri humano: hi enim possunt ex toto, vel ex parte a Pontifice mutari, vel deleri. est communis Doctorum. Quin etiam poterit Papa solo nutu Decreta, & Canones abrogare, peccabit tamen si hoc sine causâ, vel sine consideratione maturâ egerit: factum autem sustinebitur, cùm Pontifex non subiiciatur iuri humano. Longè aliter in his, quæ sunt fidei, & iuris diuini, cùm iure diuino subiiciatur. Iuuat *cap. sunt quidam, cap. violatores, cap. quæ ad perpetuam, cap. à Sanctis. 25. quæst. 1.* vbi Pontifex ait se Patrum Decreta, & Canones debere vsque ad sanguinē tueri. Quibus significatur non posse etiam sine causa rationabili, & iustâ iuris humani Decreta tolli.

124. Quod multo fortius dicendum est de iis, quæ sunt iuris diuini, vel naturalis, quæ sunt certa semper firma, & immutabilia, & ideo per Pontificem in vniuersum tolli non possunt, nullum tamen est inconueniens, quòd in hoc, vel in illo casu speciali ex causâ iustâ, & rationabili recipiant mutationem. Suarius *de legib. lib. 2. cap. 14. num. 1.* Molin. *de iust. tract. 1. disp. 4. vers. dubium tamen est.* Valentia 1. 2. *disp. 7. quæst. 4. punct. 6. vers. & quod ad priorem, & quæst. 8. punct. 4. vers. dispensatio autem, & ad finem illius puncti, & 2. 2. disp. 10. quæst. 3. punct. 5. col. 4. vers. quartò certum est, & vers. sic etiam in proposito, & in fine illius puncti.* idem Suarius de Eucharistia, *quæst. 74. art. 2. disp. 43. sect. 4. vers. tertia sententia, & vers. 5 potest hoc.* Nauarr. *lib. 4. Consiliorum in prima edit tit. de sponsalibus, cons. 39. n. 16. in 2. edit. tit. de despons. impub. cons. 4. n. 16.* Couar. *4. decret. 2. p. cap. 6. §. 9. num. 4.* qui omnes tradunt non posse Pontificem in hoc iure diuino propriè dispensare, prout dispensatio est relaxatio iuris: sed posse declarare in hoc, vel in illo casu ius illud non obligare, quæ sententia semper mihi valde placuit, cùm sit D. Thomæ *quodlib. 4. art. 3. in Corp. & ad 1.* & in Caietanum *quæst. illa, An Pontifex possit dispensare in voto solemni Religiosorum.* Catharin. *lib. 6.* quibus accedunt Sot. *in 4. dist. 18. quæst. 1. art. 5. ad primum.* Palacios *in 4. dist. 38. disp. 2. col. 46. vers. porro quamuis, fol. 884.* & Maior etiam *in 4. dist. 27. quæst. 6. col. 4. vers. propter hoc argumentur,* & alij.

125. Neque ab hâc opinione satis communi dissidem omnino Abbas *in cap. à nobis, num. 4. de decimis.* Felin. *cap. final. num 7. & 8. de maior & obed.* & Loazes *de matrim. Regis Angliæ, dub. 2. in 2. fundamento partis affirmantis, num. 22.* asserentes Pontificem aliquando dispensare in iure naturali, & diuino, non tollendo, nec delendo in vniuersum hoc ius, sed dispensando in aliquo casu speciali, hoc est, etiam suo modo declarari authoritatiuè à Summo Pontifice ius in tali casu non ligare, quod superior opinio concedit ex causâ vrgenti: qui modus dicitur dispensatio attentis generalibus verbis, etiam si quo ad intentionem non sit relaxatio iuris diuini, sed illius explicatio; vt deducitur ex D. Thoma 1. 2. *quæst. 100. art. 8. in Corpore.* Atque ita dispensatio, hoc est, iuris relaxatio, propriè habet locum dumtaxat in iure positiuo, *cap. multa, de præbendis.* Concilium Tridentinum *sess. 25 tit. de reformat. cap. 18.* non autem procedit in dispositis iure diuino, vel naturali, quia in his non datur prædicta dispensatio, hoc est, omnimoda relaxatio, quamuis fiat per Pontificem, *cap. sunt quidam 25. quæst. 1.* Sumptâ verò dispensatione pro interpretatione iuris, illa potest habere locum in iure diuino, vel naturali, vt in specie docet Panor. *in cap. quanto, num. 5 in fine, de diuortiis.* Couar. *suprà de sponsal. 2. p. cap. 6. §. 9. num. 4.* Fortunius *in l. veluti, num. 25. ff. de iustitiâ, & iure,* & Paril. *cons. 68. n. 200. & n. 264. lib. 4.* Per quod declaratur generalem Canonem non comprehendere saltem quoad intentionem, seu mentem, specialem casum aliquem, ita doctissimus Petrus Barbosa, Primarius iuris Cæsarij in Academia Conimbricensi quondam Professor, cum multis ibi relatis. Ex quibus patet propter aliquam iustam causam posse Pontificem interpretari in iure diuino, non verò propriè dispensare.

126. Quare naturale ius, & diuinum semper in se firmum est, & immutabile, tam in communi, quàm in particulari: proinde in lege naturali, quæ intrinsecè non recipit mutationem, non cadit vera, & propria dispensatio, sed extrinsecè, quia mutatur materia circa quam versatur, & hoc modo non inconuenit, quod lex naturalis recipiat mutationem. Suar. *de legib. lib. 2. cap. 13. num. 2. & 6. & cap. 14. num. 8. & num. 12. & 22.* & sapientissimus Hispaniarum Primas *1. p. Decreti, in prælud. dist. 5. num. 4.*

127. Quartò quæritur an per clausulam generalem, Non obstante quacunque constitutione in contrarium dicente, censeatur Pontifex abrogare decreta Concilij generalis? Responde Papam posse abrogare statuta Concilij, & contra illa dispensare, *cap. 1.* & ibi scribentes *de constitut. in 6.* vbi eo ipso, quòd fert legem contrariam priori legi iam conditæ, censetur priorem reuocare, ex eo quia putatur tenere in scrinio omnia iura, hoc est, in pectore suo. Vnde quando concedit rescriptum contra Canonem Conciliarem per clausulam generalem non videtur derogatum esse tali constitutioni per clausulam generalem, nisi rescriptum importet clausulam *non obstante constitutione talis, vel talis Concilij generalis,* nimirum Tridentini, vel Lateranensis: ita Archid. *in cap. 1. de constitut. in 6.* ex eo fundamento, quia quando aliquid impetratur contra Concilium Tridentinum, non sufficit clausula generalis, & debet fieri mentio de Concilio Tridentino, *cap. eam te, de ætate, & qualitate, cap. nonnulli, de rescript.* Bald. *in l. humanum, Cod. de legib.* Ludouic. *in l. si verò, §. de viro, in 23. fallentia, ff. solut. matrimon. & in consil. 436. in 7. col. ibi, sexta principalis ratio.* Non enim Princeps intelligitur derogare priuilegio alteri iam quæsito, nisi exprimat clarè. *l. 2. §. legatis, ff. de iud.* vel apponat clausulam *non obstante,* quauis constitutione in contrarium faciente. Innoc. & Hostien. *in cap. penultimo, de capell. Monach.* sed contra Archid. est opinio communis, asserens non esse discrimen inter constitutionem Conciliarem, & constitutionem cuiusuis iuris communis. Vnde sicut Papa censetur derogare iuri communi per clausulam, *non obstante,* quauis constitutione in contrarium faciente: sic etiam constitutioni Conciliari derogabit per eandem clausulam, vt volunt Innoc. & Host. *supra.* Sed Archidiaconi opinio est tutior, & verior. Caputaq *p. 1. decis. 268.* Aloys. Ricc. *in collecta. decis. p. 4. collect. 849.* sed de his *supra, §. 6. n. 82. & num. 85.*

128. Quid dicendū de rescripto contra ius commune? Responde vt aliquid operetur, debere clausulam derogatoriam habere expressam, vt secūdum rescriptum deroget primo: alioquin nihil operabitur. Sic intelliges *l. fin. C. si contra ius. l. rescripta, C. de precibus Imperat. offerendis.* Bartol. *in Extrauaganti Ad reprimendum, verb. non obstantibus quomodo in crimine læsæ Maiestatis procedatur.* Guil. *in l. 1.*

Cod.

Cod. de natural. liberis. Glossa *in l.1. Cod. de calumniatoribus*, & Gutierrez *in l. nemo potest. num.* 161. *ff. de legat.* 1. Spino *in speculo Gloss.* 30. *princip. num.*18. & Barbos. *in cap. cum te, de atate, & qualitate, num.*5. *fol.*176. Sufficiet tamen, si in secundo rescripto inseratur clausula, *non obstantibus*, per quam clausulam apparet Principem supra ius disponere posse. Cephalus *consil.*617. *num.*29. *lib.* 5. vbi citat Baldum *ad cap. cum accessissent, de constit.* Abbat. *ad cap. ad hac, de rescript.* & Socin. *cons.*65. *num.* 8. *lib.*3. Quin etiam clausula *non obstantibus*, operatur ad non mediocre tertij præiudicium. Alex. *ad l. si quis inquilin.* §. *si quis pro eo, num.*17. *ff. quod quisque iur.* vbi ait esse communem, sequitur Decius *ibi num.*6. Gozad. *consil.*5. *num.*16. Crauet. *consil.*182. *num.*13. *lib.*1. Nait. *consil.*420. *num.*24.

129. Quintò quæritur, quid dicendum quando constitutio Conciliaris non habet clausulam derogatoriam ad postea concedenda, nec decretum irritans? Responde sufficere clausulam generalem, non obstante aliquâ lege, vt tollatur statutum Concilij, vel, vt dispensetur contra illud: secus si constitutio Concilij generalis habeat clausulam suprà dictam derogatoriam, aut decretum irritans. Tunc enim nihil operatur clausula generalis, non obstante aliquâ lege, nec satis est clausula particularis, nempe (*non obstante aliquâ lege Conciliari,*) sed requiritur specialis mentio, puta non obstante constitutione in Concilio generali latâ ne hoc, ad illud fiat, vt dicitur *in cap. nonnulli, de rescriptis*, vbi non valet rescriptum contra illum textum, nisi in eo fiat expressa mentio de illo iure conciliari, & hæc est praxis Curiæ, facit *clement.*1. *de regularibus*, vbi est decretum irritans, quod indicat clausulam derogatoriam ad futura concedenda, *cap. si eo tempore, de electione in* 6.

130. Quin declara quod dictum est sufficere clausulam generalem non obstante aliqua lege, quando constitutio Conciliaris non habet aliquam clausulam derogatoriam ad postea concedenda: quia etiam tunc non sufficit fieri mentionem ad derogandum per clausulas generales, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis in contrarium, aut non obstante aliquâ lege in contrarium disponente, sed opus est vt fiat mentio expressa ad derogandum Concilio generali, verb. gratiâ. requiritur quòd dicatur, non obstante aliqua lege, vel constitutione etiam in Concilio generali factâ in contrarium disponente: sic intellige mentem Archidiaconi *in cap.* 1. *de constit. in* 6. & videtur de mente *cap. ex parte, & cap. final. de capell. Monachorum*, Felin. *in dicto cap. nonnulli.* Nauarr. *in Sum. Latina, cap.*27. *num.*265. Anastasius Germonius *de indultis Cardinalium*, §. *per qua sublatis, n.*58. Menoch. *consil.*294 *n.*11. *& sequenti, vol.*3. Henriquez *lib.*7. *de Indul. cap.*26. Molin. *tom.*1. *de iust. tract.*2. *disp.*173. *fol.*988. Gratian. *reg.*291. *n* 4. ex communi clausulâ derogatoria, quæ censetur inesse in decretis Concilij ad decreta posteriora contraria, nisi de illis fiat specifica mentio. Quòd si Concilium generale sit modernum, vt est Concilium Tridentinum, requiritur expressa mentio illius, nec satisfacit generalis derogatio constitutionum cuiuscunque Concilij. Viualdus 3. *p. cap.*12. *num.*22. & Henriquez *vbi proximè*. Ex quibus colliges contra Concilium generale non sufficere clausulam generalem; *Non obstantibus quibuscunque in contrarium facientibus.* sed adhibendam esse clausulam specialem derogatoriam, nimirum, *non obstante dispositione talis Concilij*, ex eâ ratione, quia constitutioni Conciliari adhæret tacitè clausula derogatoria ad postea concedenda, *c. vnico, de excessibus Prælatorum in* 6. Iuuat quod dicitur, Principem quando vult derogare iuri communi etiam à suis antecessoribus lato, vti debere clausulâ derogatoriâ speciali. sic tradit Bart. *in l. vltima, n* 4. *Cod. si contra ius, vel vtil. public.* Socin. iun. *in Concil.* 47. *in fine, lib.*4. & Decius *cons.*10. nec sufficere si dicatur non obstante aliquâ lege: quia ista sunt verba generalia, nec sufficiunt, vt notat Paulus de Castro *in consilio* 228. *Dubitatur primò, col.*3. & Menoch. *d. consil.*294. *n.*12. *& n.*13.

Sextò quæritur, an quando Papa reuocat Concilio approbante omnes cõcessiones à præcedẽtibus Pontificibus factas cũ hac clausulâ quòd non est illi mens aliàs concedere nisi sub certo modo, & forma, si fortè absque illo modo, & formâ aliquid concedat, an censeatur contrarius cõstitutioni Concilij, & facere contra Conciliũ? Negat Dominicus *cons.*44 quod incipit, *Dominus noster Papa* dicens non fecisse contra constitutionem Conciliarem, eò quòd quamuis quo ad eam partem in quâ concessiones reuocantur, constitutio Conciliaris dicatur, non tamen est Conciliaris constitutio, quo ad illam in quâ dat formam postea concedendis, quia hæc est forma Pontificia, & modus Papalis. Si enim esset Conciliaris modus, & forma instituta ad concedendum postea, videretur Papa se velle subiicere Concilio, quod non est dicendũ. Probatur, quia Concilia nõ dicuntur dare authoritatem effectiuè, siue casualiter Papæ, nec Sedi Apostolicæ, sed tantùm executiuè, per actus, qui sonant non agere, sed pati, & aliquando declaratiuè, quatenus declaratur Catholicis quanta sit authoritas Apostolicæ Sedis: ex quibus nulla vis dispositiua resultat, per quã præsumatur, Pontificem se velle Concilio submittere, quia Ecclesia Romana non solet aliquem contra se priuilegiis munire, vt *in c. cum instantia, de censib.* Item, quia Concilia non possunt restringere potestatem Pontificis ex quo ille ab illis eam nõ habet, etiam si velit, & cõsentiat, vt habetur *in c. nunc autem* 21. *dist.* & Ioan. And. *in c. Ecclesia, de constitutionibus*, sed illam habet à Deo, *tex. vt. in c. per venerabilẽ, qui filij sint legitimi*, ibi cõstitutio à Deo iudex viuorũ, & mortuorum. 131.

Septimò quæritur in specie de Concilio Tridentino quid dicendũ: Responde Pium Quartum illud confirmasse, mandâsseque, vt ab omnibus Christi fidelibus reciperetur, & inuiolabiliter obseruaretur, prohibendo Prælatis sub interdicti ingressus Ecclesiæ, aliis verò sub excommunicationis latæ sententiæ pœnis, commentarios, Glossas, annotationes, scholia, vllúmque omnino interpretationis genus super ipsius Concilij Decretis quocũque modo edere, quocũque nomine, etiam sub prætextu maioris corroborationis Decretorũ, aut executionis aliòve quæsito colore statuere; sed in dubio recurri debere ad sanctam Sedem Apostolicam, vt ex eius constitutione Romæ 7. Kal. Feb. 1563 inc. *Benedictus Deus, fol* 799. *in Bull.* 132.

Nihilominus in hac Bullâ Pij quarti, editâ in confirmationem Concilij Trid. non est sermo de interpretationibus, quæ in scholis fiunt docendo. Henriq. *lib.*7. *de Indulg. cap.*29. §.4. & Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.*20. *n.*53. Vide *cap.*2. *de reformat. sess.* 25. *per totum*, præsertim *vers. Ad hac omnes ij, ad quos Vniuersitatum, & studiorum generalium cura, visitatio, & reformatio pertinet, diligenter curent, vt ab eisdem Vniuersitatibus, Canones, &* 133.

Decreta huius sanctæ Synodi integrè recipiantur, ad eórúmque normam Magistri, Doctores, & alij in eisdem vniuersitatibus, ea quæ Catholicæ fidei sunt, doceant, & interpretentur. Sic ibi. Atque ita litteræ, & constitutiones contra Concilium Trid. reducendas esse ad ius commune, definiuit proprio motu Gregor. XIII. prout testatur Henriq. *p. 1. in Sum. lib. 6. cap. 6. §. 6. in commento litera R.*

134. Hinc fit, vt quæ dicta sunt de quocunque Concilio generali, multò fortiùs sint intelligenda de Concilio Tridentino, quod est nouissimum. vnde in eius dispensatione facta à Pontifice requiritur expressa mentio, nec sufficit clausula generalis derogatoria. Cotta *in memorab. verb. clausula non obstante.* Aloys. Ricci. *supra Collect. 1367. propè finem.* Gutier. *pract. lib. 3. quæst. 17. numero 231.* Henriq. *in Summ. lib. 13. cap. 57. §. 1.* Azor. *p. 2. lib. 5. cap. 14. col. 574.* & Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 5. num. 2.* Neque Episcopus potest in illo, seu contra illud expressè, vel tacitè dispensare. Henriq. *d. c. 57. § 1. lit. C.* & Reginald. *supra lib. 31. c. 27. n. 202. in principio.* Gutier. *de iuram. confir. p. 1. cap. 51. num. 24. & lib. 1. Canon. cap. 5. n. 10.* Sed de hoc dubio *supra §. 6. num. 84.* quibus accedunt Sotus 1. *de iust. quæst. 7. art. 3. vers. at verò sciscitaris*, & Corduben. *lib. 1. quæstionarij, quæst. 11. vers. hæc igitur secunda opinio, & in summa quæst. 45. § el segundo punto de esta primera opinion*, & alij, quæ opinio eâ ratione fulcitur, quia inferior non potest dispensare in lege superioris, vel Concilij, Archidiacon. *in cap. licet Canon, de electione, in 6.* Abb. *in cap. cùm dilecti, de elect. num. 10.* Veracruz 3. *part. Speculi, art. 18. in fine*, & Metina 1. 2. *quæst 97. artic. 4.* qui loquuntur in casu magnæ necessitatis.

135. Verius tamen est multo, posse Episcopum dispensare ex magnâ causâ necessitatis, vel vtilitatis contra Canones Concilij. Quin etiam ipse Papa redditur in huiusmodi dispensationibus contra Concilium difficilior, vt est text. *in cap. post translationem, de renunt.* Attamen ex causâ vrgenti necessitatis, aut vtilitatis quando ad Pontificem aditus non datur, potest Episcopus. Abb. *in cap. at si clerici, §. de adulteriis, de iudiciis, num. 9.* Bald. *in l. omnes populi, num. 8. ff. de iust. & iur.* Cotta *in memorab. verb. Episcopus.* Bernard. Dias *reg. 238.* Cucch. *lib. 2. institut. maior. tit. 6. num. 354.* Dueñas *reg. 248. limit. 2.* & alij quos referens sequitur Tiraquel. *de pœnis temperand. in præfatio. num. 31* & Sanchez *lib. 2. de matrim. disp. 40. num. 3.* ex eo quòd Episcopus in casu tantæ necessitatis potest in suâ Diœcesi quicquid Papa potest in totâ Ecclesiâ, nisi sibi aliquid reseruet. Ideo potest Episcopus dispensare super Concilium ex magnâ necessitate, vel vtilitate, quando Concilium, vel permittit dispensare, vel loquitur impersonaliter, nec vetando, nec permittendo, nec imponendo aliquam pœnam. Probatur, quia maior est reseruatio dum Papa sibi reseruat absolutionem alicuius criminis extra articulum mortis, & tamen probabilissimum est si non pateat aditus ad Pontificem, posse Episcopum absoluere. Henriq. *lib. 6. de pœnitent. cap. 9. num. 7. & cap. 10. num. 1. & 2. cap. 16. num. 1.* vide etiam hac de re Spino *in speculo testam. gloss. 15. princip. à num.* 8. Lambert. *de iure patron. p. 1 lib. 2. art. 19. quæst. 7. princip. num.* 2. & Michael Grassis *tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 2. num. 67.* vbi id resoluunt.

136. Octauò quæritur, an omnia decreta Concilij Tridentini habeant decretum irritans. Responde affirmatiuè, vt continetur in Bullis Pij quarti, & Pij quinti super confirmatione, & obseruatione eiusdem Concilij emanatis, Caputaq. *decis. 176. num. 2. & 3. p. 1.* Felin. *in cap. nonnullis, num. 2. de rescriptis*, & in specie Flamin. Paris. *de resignatione, lib. 4. quæst. 9. num. 28.* Hoc autem decretum irritans inficit, & annullat omnia quæ in contrarium fiunt, ac omnes iuris effectus tollit, tex. *in cap. si eo tempore, de electio. lib. 6. cum ibi notat.* Cassadorus *decis. 1. sub num. 7. de restitut. spoliat.* Puteus *decis. 50. num. 2. & decis. 396. lib. 1.* Ant. Gabriel *lib. 6. tit. de clausulis, conclus. 3. n. 56.* Flamin. *de resignat. lib. 8. quæst. 7. numero 174.* éstque hoc decretum tam terribile, vt omnia destruat. Gomez *in regul. de annali, quæst. 23. num. 4.* Menoch. *de recuperanda, remed. 16. num. 444.* habétque oculos ante, & retro, & operatur nullitatem ab initio. Cassadorus *decis. 12. num. 4. 5. & 6.* Achilles de Grassis *decis. 385.* Rot. *decis. 24. num. 5. post principium. p. 2. diuersor.* & Æneas de Falconibus *in tract. de reseruatione quæst. 4. principali effectu 1. sub num. 1.* Ægidius Bellamera *decis. 535.*

137. Nec non decretum irritans est tam potens, vt liget ignorantes quoad nullitatem actûs, quando est impositum à Papa, quamuis non fiat addita illa verba, scienter, vel ignoranter, Couar. *in pract. quæst. cap. 9. num. 7.* Lancellot. *de attent 2. p. cap. 4. limit. 27. à num. 13.* Flamin. *de resignat. lib. 5. quæst. 6. numero 220. & 230 lib. 8. quæst. 7. num. 186. quæst. 8. num. 136. & lib. 11. quæst. 3. num. 77.* Secus quoad alias pœnas, quia tunc non incurrunt in eas ignorantes, Anton. Gabriel *tit. de clausulis, conclus. 3. num. 8. & sequentibus.* Simoneta *de reseruationibus, quæst. 96. num. 7.* Flamin. *de confidentiis, quæst. 21. num. 25. ex cap. si beneficia, & ib.* Archid. *in 2. not. de præbend. lib. 6. & de resignat lib. 5 quæst. 5. num. 221.*

138. Si autem hoc decretum irritans non sit ipsius Papæ, sed Legati, aut Nuntij Apostolici: in hoc euentu non ligat ignorantes, neque quoad nullitatem actus, ita Andreas Gambarus *in tract. de legato lib. 3. n. 592.* Simoneta *de reseruat. quæst 96. num. 5. & 6.* Mandos. *in addit. ad Lapum, allegat. 14. conclus. sub littera D. vers. decretum*, & Cassador. *decis. 3. num. 2. & 4. super decretis in reseruationibus.*

139. Quæstionis tamen est quando apponitur decretum irritans in collatione per Ordinarium, an liget ignorantes? Responde Ordinarium posse vti decreto irritante secundùm opinionem magis communem, & sic fuisse decisum testatur Flamin. *de resignat. lib. 8. quæst. 9 num. 65.* addens tale decretum non ligare ignorantes, quando ponitur per Ordinarium, quia solus Papa id agit, teste Socino *consil. 122. lib. 2.* vbi testatur de communi Barbos. 3. *Decretalium, in cap. dilecto, de præbendis, n 8. vers. vt si quicquid contra id fieret, non valeret.*

140. Maioris dubij est, an decretum irritans à Papâ positum liget ipsum Papam, aut illius successores: ita vt actus factus à Papâ contra decretum nihil valeat quandiu ambigitur de derogatione talis decreti ex certâ scientiâ? affirmat Geminian. *in cap quodam, num. 10. de præbend. in 6.* & ibi Archidiacon. *notab. 3.* Franch. *num. 2.* quod procedit quando decretum apponitur in lege generali, aut in concessione speciali, additis in tali concessione speciali his verbis: *etiamsi per nos aut successores nostros contigerit attentare.*

Quod

Quod si non dicatur (per nos, aut per Sedem Apostolicam, vel successores nostros,) non comprehenditur ipse Papa, vt pluries fuit in Rota resolutum, teste August. *de decret.* 1. Aym. *conf.* 3. *n.* 18. *cum sequentibus, & n.* 26. *decis. diuers. Rota Romana. p.* 1. *decis.* 106. *num.* 3. Puteus *decis.* 391. *incipit in vna Calaguritana, lib.* 3. Anast. Germon. *in tract. de indult. Card.* §. *alioquin. n.* 15. & Mohedan. *decis.* 21. *num.* 1. *de prebendis.* Secus quando decretum irritans non est positum in lege generali, neque in speciali gratia extat clausula, *etiamsi per nos, vel per Sedem Apostolicam, aut successores nostros,* tunc enim decretum irritans non comprehendit authoritatem Papæ, nisi exprimatur. decis. Rotæ 106. *p.* 1. & Aymo. *consil.* 3. *num.* 17 & 26.

Quid possit Papa circa Sacramentorum mutationem tam in forma, quàm in materia.

§. IX.

EPITOME.

141. *Papa non potest mutare, vel innouare circa materias, & formas Sacramentorum.*
142. *Papa non potest cogere Confessarium ad reuelandum sigillum Confessionis.*
143. *Ministri, forma, & materia Sacramentorum non possunt institui nisi a Deo.*
143. *Sacramentorum formam ab Apostolis traditam posse à Papa mutari aliqui tradunt, alii vero probabilius negant.*
144. *Decreta Patrum, in his, quæ ad fidem, & Sacramenta pertinent, mutari nequeunt.*
145. & 156. *Papa non potest facere, vt laicus conficiat Corpus, aut Sanguinem Christi Domini, neque quod baptizetur in aqua non elementali, poterit tamen Sacerdos ex commissione Papali cōferre Ordines minores; & quid de Abbatibus.*
157. & 158. *Abbates dum conferunt Ordines minores, an possint eos ministrare omnibus in quos habent iurisdictionem ordinariam?*
159. *Sacerdos simplex, an possit conferre Sacramentum Confirmationis? negant aliqui; alij probabilius affirmant.*
150. *Sacerdos non potest conferre Sacramentum Confirmationis de licentia Episcopi.*
151. 152. & 153. *Sacerdos ex commissione Papæ an possit conferre Sacerdotium, vel Diaconatum, & Subdiaconatum.*
154. & 155. *Sacerdos, an ex delegatione Papæ possit Episcopum consecrare.*
156. *Papa an possit facere, vt Græci & Latini in diuersis Prouinciis, diuersis vtantur formis in conficiendis, & ministrandis Sacramentis?*

141. PRIMO quæritur, quid possit Summus Pontifex circa Sacramenta innouanda, vel mutanda? Nihil posse ex eo probatur, quia non potest Pontifex ex toto, vel ex aliquâ parte mutare, abrogare, & tollere aliquid eorum, quæ sancti Apostoli condiderunt, vt probat text. *in cap. sunt quidam* 25. *quæst.* 1. ibi per hæc verba. *Vbi vero apertè Apostoli Domini, & eos secuti sancti Patres sententialiter aliquid diffinierunt, ibi non nouam legem Romanus Pontifex, sed potiùs, quòd prædicatum est, vsque ad animam & sanguinem confirmare debet.* Idem confirmatur *ex cap. contra statuta,* & *ex cap. omne quod eadem causa, & quæst. & in cap. super eo. de Bigamis.* vbi Papa Lucius 3. ait non esse dispēsandum cum Bigamis. Ergo multo minùs poterit aliquid mutare, vel innouare circa materiam, aut formam Sacramētorum.

Item, non potest Papa cogere Sacerdotem ad confessionem reuelandam, cum secretum hoc sit de iure diuino, & Sacerdos in eo euentu vti Vicarius Christi sit maior Pontifice maximo. Cuech. *de Sacramento pænitentiæ, tit.* 4. *lib.* 5. *n.* 118. & 124. post alios ibi. Nec non Papa potest clericis infrà Sacerdotalem Ordinem existentibus, hoc munus Confirmationis Sacramenti delegare. Couar. *lib.* 1. *c.* 10. *var. resol. n.* 13. *vers. sed quod idem sit in quolibet clerico etiam non sacerdote.* Quin etiam neque posse simplicem Sacerdotem ex Romani Pontificis dispensatione Sacramentum Confirmationis ministrare, ex eo probatur, quia ad Sacramenti essentiam pertinet minister sicut materia, & forma, sed materia, & forma non possunt à Romano Pontifice mutari: ergo nec minister: sed minister Sacramenti Confirmationis est Episcopus, & non Sacerdos simplex, vt est communis teste Innocētio, & aliis, quos referens sequitur Couar. *supra n.* 6. cum multis, & *n.* 7. Ergo non potest simplex Sacerdos confirmare ex commissione Summi Pontificis: sicut laicus non potest etiam ex commissione Papæ consecrare, seu conficere Corpus Christi. Quibus rationibus Duran. Scotus, Maior. & Adrian. *in.* 4. *dist.* 7. *de Sacramento Confirm. art. & quæst. vlt.* & Alphons. à Cast. *lib. de heresib verbo confirmatio, & lib.* 2. *de iust. heret. punit. c.* 21. & *c.* 22. asserunt nō posse simplicē Sacerdotem ex delegatione Papæ Sacramentū Confirmationis ministrare. 142.

Quare dicendum est Pontificem Sacramenta noua instituere non posse, neque instituta mutare, si quidem minister, forma, & materia Sacramentorum non possunt ab alio quàm à Deo institui, ipse enim est institutor, conditor, & auctor Sacramentorum: ideo soli Deo competit definire ea, quæ sunt necessaria ad Sacramenta D. Thom. 3 *p. quæst.* 60. *art.* 5. *ad primum ibi. determinare tamen quo signo sit vtendum ad significandum, seu sanctificandum, pertinet ad significantem. Deus autem est, qui nobis significat spiritualia per res sensibiles in Sacramentis. Vnde mutare Sacramenta legis noue, vel ea innouare nequit Summus Pontifex.* Quamuis formam ipsam Sacramentorum ab Apostolis traditam inuertere Papæ licitum opinentur Archidia. *in c. porro. dist.* 69. & Alban. *de potestate Papæ. p.* 2. *num.* 85. Sed Alban. *n.* 95. quasi sibi contrarius ait non esse fas statuta maiorum ab inferioribus subuerti, Papámque contra diuinas traditiones nihil posse statuere, vt etiam deciditur *in cap. sunt quidam* 25. *quæst.* 1. Proinde non posse immutari formam Sacramentorum ab Apostolis traditam multo est probabilius; vnde videtur minus bene dictum, Papam ex causâ verborum Baptismi formam mutare posse, prout mutare posse arbitratur Innocent. *in cap.* 1. *de baptism.* Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum, num.* 20. *de constitut.* & Cucch. *de baptism. lib* 5. *tit.* 2. *num.* 41. quia vt ipse fatetur ibi. *num.* 40. baptizatus in nomine Trinitatis, vel in nomine Iesu Christi denuò baptizari debet saltem sub conditione; eò quòd forma est dubia post passionem Christi, quamuis ante passionem Domini ex Christi dispensatione datâ ad tempus videretur sufficere. Henriq. *lib.* 2. *de Baptismo, cap.* 10. & 11. *cum aliis.* 143.

144. Suffragatur his decreta à ſanctis Patribus ſpecialiter tradita in his, quæ ad fidem, & ad Sacramenta, & ad vniuerſalem Eccleſiæ ſtatum ſpectant mutari non poſſe, cùm diuino ſuggerente Spiritu ſint decreta ea ſcilicet ratione, ne prauis occaſio pulſandi præbeatur. Gelaſius *in cap. maiores 24. quæſt. 1.* aliter enim nullus certus in fide noſtra viuendi modus, nullum firmum fundamentum reperiretur, ſi ea quæ ſunt fidei conuelli poſſent: atque ita fides noſtra non eſſet vna, contra illud ad Timot. *in prima cap. 3. Eccleſia eſt firmamentum veritatis*, cùm ſemper Eccleſia fuerit, & futura ſit vna iuxta illud Canticor. *vna eſt Columba mea.* Idcirco Pontifici non licet articulos fidei innouare, vel mutare, nec noua Sacramenta inſtituere, aut inſtituta mutare. D. Thom. 2. 2. *quæſt. 1. verſ. ad primum.* neque eorum materias, aut formas alterare; ſiquidem ius diuinum ex toto, aut ex parte abolere non poteſt, Concilium Tridentinum *ſeſſ. 7. Canone* 1. Quod ſi aliquando Patres quidam ſignificent aliqua Sacramenta ab Apoſtolis ex Spiritus Sancti inſtinctu fuiſſe inſtituta, loquebantur ipſi quando id nondum erat pro certo definitum. Ideo interpretandi ſunt de promulgatione per Apoſtolos facta, ſine quâ non habet vim obligandi lex. vt dicitur *de ſacramento vnctionis*, quod non fuit inſtitutum per Eccleſiam. D. Thom. addit. *quæſt. 49. art. 3. & 3. p. quæſt. 64. art. 4.* neque per ea verba Apoſtoli Iacobi *cap. 5. Infirmatur quis.* vbi expreſſe loquitur de hoc Sacramento, ſed promulgatum, quam Epiſtolam eſſe canonicam conſtat; numeratur enim in Catalogo ſacræ Scripturæ in Concil. Laodic. & Tridentin. *ſeſſ. 4.* Henriq. *lib. 3. de confirmat. & extrema vnct. cap. 7. num. 3.* Suarius *tom. 3. in 3. p. diſp. 12. ſect. 1. verſ. dico 1.* vbi in ſpecie aſſerit omnia Sacramenta nouæ legis à Chriſto Domino immediatè fuiſſe inſtituta, quod probat ex Concil. Tridentino *ſeſſ. 7. Canon. 1.* vbi ſic inquit. *Si quis dixerit Sacramenta nouæ legis non fuiſſe omnia à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, anathema ſit.* Vaſq. *in 3. D. Thom. tom. 2. diſp. 135. num. 1. cum ſequentibus, & diſp. 139. num. 1.* Sayr. *de Sacramentis in genere, lib. 2. cap. 1. quæſt. vnica. & cap. 2. art. 1. & art. 2.* & Ægidius noſter *de Sacramentis, tom. 1. quæſt. 64. art. 1. dubio 1. & quæſt. 65. art. 1. num. 4.* cum ergo ſint inſtituta à Chriſto Domino, non poſſunt à Summo Pontifice mutari, vel innouari Azor. *2. p. inſtit. moral. lib. 5. cap. 1. in principio.* Couar. *lib. 1. variar. cap. 10. num. 3. & num. 7.*

145. Ex dictis ſequitur, non poſſe Papam decernere, quod laicus conſecret Chriſti corpus; neque quod abſque aquâ elementali baptiſmus miniſtretur, vel quod miniſtretur ſacer Ordo ab illo, qui non eſt Epiſcopus. Poterit tamen Sacerdos ex delegatione Papæ conferre minores ordines, ita D. Thom. *in 4. diſt. 25. quæſt. 1. art. 1.* Abbas, & alij communiter *in c. quanto, de conſuetudine.* Quod iure communi datum eſt Abbatibus; vt poſſint conferre ordines minores, vt habetur *in c. 1. & 2. diſt. 21. & in cap. quoniam. diſt. 69. & in cap. cum contingat, de ætate, & qualitate, & in cap. Abbates, de priuilegiis in 6.* Hoſtienſ. *in ſummâ de Epiſcopis, qui renuntiant Epiſcopatui.* Felin. *in cap. cum te, n. 8. de reſcriptis.* Geminian. *in d. cap. Abbates, de priuilegiis in 6. num. 6.* Nauarr. *conſil. 13. Abbatibus n. 13. de priuilegiis*, & ex Theologis Victoria *de Sacramentis, num. 222.* Sayrus *in theſauro, lib. 4. c. 13. poſt n. 15.* Bellarmin. *de Clericis, cap. 27.* Azor. *p. 2. lib. 5. cap. 1. quæſt. 12.* & confirmatur ex Trident. *in cap. 10. ſeſſ. 23.* Non tamen poterunt Abbates intra fines alicuius Diœceſis exiſtentibus conferre Ordines minores, & tonſuram, niſi ſubditis ſuis regularibus, ita Sorbus *in additionibus ad compendium priuilegiorum Mendicantium, verbo ordines ſacri. verſ. notandum, quod ſacra congregatio inquit declarauit*, ſed de hoc *infra § nihilominus.*

Ambigitur tamen, an huiuſmodi Abbates poſſint conferre Ordines minores ſecularibus Epiſcopo ſubditis, ſi literas dimiſſorias cum hac conceſſione ſpeciali deferant. Quod intellige etiam reſpectu regularium; qui à ſuis ſuperioribus facultatem habuerint, & conſenſum? affirmatiuè Reſpondet idem Sorbus ex eadem congregatione. Negat tamen Campanile *in diuerſi iuris Rubrica 6. cap. 2. ante n. 7.* licere Abbatibus conferre Ordines minores. Sequitur Seraphinus *deciſ. 985. p. 1. ex voto Rotæ.* 146.

Nihilominus certi iuris eſt, Abbates ſi fuerint benedicti & presbyteri poſſe tonſuram, & minores Ordines conferre, non tamen intra fines alicuius diœceſis cuiquam, qui regularis ſubditus ſibi non ſit, ita in Concilio Tridentino *ſeſſ. 23. de reformat. cap. 10.* non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis, præſcriptionibus, aut conſuetudinibus etiam immemorialibus. Azor *inſtit. moral. p. 1. lib. 3. cap. 48. quæſt. 15.* Quaranta *in ſummâ Bullarij, verbo ordo, verſ. Abbatibus, pag. mihi 501.* Ludouic. Miranda *in manuali Prælator. tom. 1. quæſt. 38. art. 9. concluſ. 2.*

Ex quo Concilij loco ſequuntur duo. Primum, quòd regularibus ſibi ſubditis Abbates exempti bene poſſunt primam tonſuram, minoréſque Ordines conferre, ita vt ab eiſdem Abbatibus regulares ſubditi examinentur, non verò ab Epiſcopis in quorum Diœceſi regulares morantur. Ex eo fundamento, quia Concilium Tridentin. *ſeſſ. 25. cap. 12. de reformatione*, intelligendum eſt de ſolis ſacris Ordinibus, vt vult Nauarr. *conſ. 13. incipit, Abbas cuiuſdam, num. 1. de priuilegiis in antiquis.* Aug. Barboſa *in lib. 1. decretal. ca. cum contingat, n. 3. de ætat. & qualitat. & de officio, & poteſt. Epiſcopi, alleg. 3. num. 7. & ſequentibus.* Quibus Abbatibus integrum eſt diſpenſare in interſtitiis minorum Ordinum cum ſuis ſubditis, vt notat Ludouic. Miranda. *d. quæſt. 38. artic. 7. concl. 3.* & Sorbus *in compendio priuileg. Mendicant. verbo Ordines ſacri. verſ. quando vero Abbates.* Auguſt. Barboſ. *in vtroque loco*, vbi addit eoſdem Abbates poſſe dimiſſorias concedere Religioſis pro minoribus ſuſcipiendis ab alienis Epiſcopis, aut ab Abbatibus, ex Henriq. *in ſumma. lib. 10. cap. 23.* ſed de Abbatibus *infra lib. 11. diſp. 26. § 2. n. 14.* 147.

Secundum quod ſequitur eſt non licere Abbatibus conferre Ordines minores perſonis ſecularibus, etiam ſi habeant literas dimiſſorias ſuorum Epiſcoporum, & conſenſum; ita Rota *apud Seraphin, deciſ. 985. p. 1.* & Campanile, *vbi ſupra, d. cap. 2. ante num. 7.* quare non ſunt audiendi Quaranta ſupra ſcriptus *in verbo Ordo*, & Azor *inſtit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 20. quæſt. 7.* aſſerentes Abbates regulares habentes ius deferendi Baculum, & Mitram, poſſe Ordines minores ſecularibus conferre ſi accedat conſenſus Epiſcopi Ordinandorum: vel oſtendant ad id litteras dimiſſorias, quia repugnat expreſſe Concilium Tridentinum *ſeſſ. 23. de reformat. cap. 10.* dicens ibi, *non liceat in poſterum tonſuram, vel minores Ordines conferre, & infra cuiquam, qui regularis ſubditus ſibi non ſit.* Ex quibus verbis colligitur non habere facultatem 148.

conferendi

conferendi Ordines subditis alterius, quales sunt seculares subditi Episcopi. Quinimo neque id extenditur ad alios etiam sibi subditos, & in quos habent Abbates iurisdictionem ordinariam, & multo minùs poterunt conferre Ordines minores regularibus non sibi subditis, quamuis habeant dimissorias speciales suorum superiorum, & specialem consensum Episcopi loci, quidquid Quaranta, & Azor in contrarium assumenr, quia repugnat decisio Concilij Tridentini. *d. cap.* 10. dicens, Abbatibus, ac aliis quibuscunque quamtumuis exemptis non liceat in posterum, &c. cuiquam, qui regularis subditus sibi non sit, Tonsuram, vel minores Ordines conferre, ergo non possunt Abbates ordinare sibi non subditos.

149. Ad argumenta, an possit simplex Sacerdos ex commissione Papæ conferre Sacramentum Confirmationis, quamuis pars negans sit Maioris, & Gabrielis *in 4. dist. 7. quæst. vnica, vers. Alia opinio.* & Soti *in eadem dist. quæst. 1. vers. ad tertium*; verius est posse simplicem Sacerdotem hoc Sacramentum ministrare ex commissione Papæ, vt volunt Siluester *verbo confirmatio num.* 1. *in fine.* Armil. *in Summa, eodem verbo, num.* 3. Suar. *de Sacramentis.* 3. *tom. quæst.* 72. *sect.* 2. *vers. dicendum.* Azor. *tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 30. *vers. Quæri potest, & vers. Quæres an si Episcopus*, Vasquez *de ordin. disp.* 243. *cap.* 3. 4. 5. *&* 6. & Coninch. *de Sacramentis. quæst.* 72. *art.* 11. *dubio vnico, num.* 104. quare posse hoc Sacramentum committi simplici Sacerdoti nullum est inconueniens, etiam si minister proprius sit Episcopus ratione ordinis, & officij Episcopalis: simplex verò Sacerdos ratione delegationis tantùm. Couarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 10. *num.* 13. *ad finem.* Secus de Clerico non Sacerdote: huic non potest Papa committere administrationem huius Sacramenti Confirmationis.

150. Quæres deinde, an possit administrari à simplici Sacerdote de licentia Episcopi? Respondeo negatiuè nisi tantùm ex delegatione Papæ. Ita Victoria *de Sacramentis, num.* 49. Bellarm. *de confirmat.* Valent. *tom* 4. *disp.* 5. *quæst.* 2. *puncto* 1. Suar. *tom.* 3. *disp.* 36. *sect.* 4. Henriq. *in summa, lib.* 3. *de confirmatione, cap.* 6. §. 4. *lib.* 1. *cap.* 20. §. 5. *lit. g. & lib.* 10. *c.* 23. §. 1. Vasquez *p.* 3. *quæst.* 72. *art* 3. *disp.* 219. *ca.* 1. *num.* 3. Tolet. *in summa, lib.* 2. *cap.* 24. Azor *inst. moralium, p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 30. *quæst.* 4. & Reginal. *in praxi fori pœnit. lib.* 28. *num.* 17. *cum sequenti.* Vnde ex priuilegio non solùm Sacerdos simplex, sed etiam Abbates ex commissione Sedis Apostolicæ de consensu ordinariorum possunt administrare Sacramentum Confirmationis, sicque fuisse decisum refert Armendariz *in addit. ad recopilationem legum Nauarra, lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Episcopis, num.* 77. quem sequitur Augustin. Barbos. *de officio, & potestate Episcopi, Alleg.* 30. *num.* 5. subdens *num.* 6. secundùm aliquos posse Papam committere Sacerdoti consecrationem materiæ Sacramenti Confirmationis, ex eo quòd forma consecrandi Chrisma, & alia Sacramentalia sint ex dispositione Ecclesiæ, & decreta quæ prohibent consecrationem materiæ huius Sacramenti Sacerdoti, non irritant factum: sed verius est posse committere Sacerdoti, vt confirmet cum chrismate per Episcopum consecrato, Conc. Florent. & fere omnes, qui negant Sacerdoti delegari posse, vt consecret chrisma. Henriq. *lib.* 3. *de Confirmatione, cap.* 2. §. 2. dicens, ex consuetudine Ecclesiæ consecrationem materiæ huius Sacramenti competere ordini Episcopali, & Concilia prohibere diuina authoritate Sacerdotibus ne materiam consecrent. ita Toletan. 8. *cap.* 7. Cyprian. *sermo. de vnct. chrismat.* neque vnquam hoc commissum esse simplici Sacerdoti. Bellarm. *de Confirmatione, cap.* 8. *col.* 5. Concil. Rom. sub Syluestro *Actor.* 1. *Canon.* 5. Henriq. *supra d. cap.* 2. § 3. *lit. t. & lit. u. & cap.* 6. § 4. *lit. b. & c.* Chemerot. *tract.* 3. *de confirmat. cap.* 5. in fine, & Barthol. ab Angelo *Dial.* 3. §. 12. *&* 13.

151. Sed quid dicendum de simplici Sacerdote, an possit ex delegatione Papæ conferre Presbyterium? Affirmat Vasquez *de Sacramento Ordinis. disp.* 248. *cap.* 4. *vers. itaque. sub num.* 41. ex Concilio Antiocheno *Canon.* 10. & ex Concilio Ancyrano *Canon.* 13. vbi Chorepiscopi, qui non erant Episcopi, ex delegatione Ordines sacros vsque ad Presbyterium conferebant. Hæc opinio est singularis, quia inauditum est in Ecclesia posse committi Sacerdoti simplici, vt Sacerdotes ordinet: quare nullo modo est admittenda, sed contraria, quæ negat posse Sacerdotium à simplici Sacerdote etiam vigore delegationis conferri: ita D. Thomas *in* 4. *dist.* 25. *quæst.* 1. *ad* 2. *& in supplement. ad* 3. *p. quæst.* 38. *art.* 1. *&* 3. Turrecremata *in cap. peruenit, dist.* 95. Collectarius *in cap. quanto, de consuetudine.* Martin. de Ledesm. 2. 4. *quæst.* 40. *art.* 1. *concl.* 2. Sot. *in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 1. *art.* 1. *ad* 2. Couar. *lib.* 1. *variarum, cap.* 10. *num.* 10. Saytus *de Sacramentis, lib.* 6. *cap.* 3. *quæst. vnicâ, num.* 5. inclinat Suar. *de Sacramentis, quæst.* 72. *disput.* 36. *sect.* 2. §. *secunda sententia*; sed expresſè eam tradit Ægidius *de Sacramento Ordinis, disp.* 20. *dubio* 9. *num.* 36. & alij communiter. Ratio rationis est, quia ad dignitatem Episcopalem spectat Sacerdotium conferre propter eminentiam illius Ordinis, cui inest immediata potestas ad conficiendum verum Christi corpus, & verum Christi sanguinem: igitur id competit Episcopis dumtaxat, non verò simplici Sacerdoti demandari potest, Azor. 2. *p. lib.* 5. *cap.* 1. *vers. decimo tertiò quæritur*, vbi concludit maiores Ordines non posse Presbyterum conferre ex commissione Papæ, quamuis Glossa *in cap, manus, de consecrat. dist.* 5. generaliter doceat ex delegatione Papæ, quemuis posse dare ordinem, quem habet, non autem illum quo caret, sed non placet Glossæ decisio.

152. Posse tamen Papam committere Sacerdoti simplici potestatem conferendi Subdiaconatum, & Diaconatum, est valde probabile; imo probabilissimum, Vasquez *vbi supra*, vbi allegat Aureolum apud Capreolum *in* 4. *dist.* 25. *quæst.* 1. *art.* 2. Victoria *in summa. n.* 235. tradit hanc facultatem fuisse datam Abbatibus Cisterciensibus in quadam Bullâ. Sequitur Maior *in* 4. *dist.* 7. *quæst. vnic.* §. 2. *arguitur, propè finem*, vbi refert se vidisse aliam Bullam super eadem re, Vasquez addit, se etiam habuisse aliam Bullam in manibus concessam ab Innocentio octauo Cisterciensibus, quæ prædictum indultum continebat, quod hodie asseruatur in Collegio Complutensi nostræ Societatis, datum Romæ anno 1489. & 4. Pontificatus Innocentij Octaui, cuius meminit Nauarrus *lib.* 5. *tit. de priuilegiis, cons.* 14. quorum authoritate & pars confirmatur.

153. Quod non placet D. Thomæ *in* 4. *distinct.* 25. *quæst.* 1. *art.* 1. *ad* 3. dicenti maiores Ordines non posse Presbyterum ex delegatione summi Pontificis conferre, quidquid contra affirmet Glossa *in d. cap, manus.* cùm authoritas D. Thomæ magis præponderet, quàm ipsa Glossa: Etiam si Pala-

cius *in 4. diſt.24. verſ. Porro, quod maximè premit,* dicat ſententiam non eſſe tam paradoxam, eam tamen veluti talem arbitratur Azor, *vbi proximè,* & Durandus *in 4. diſt.7. quæſt. 4.* putat manifeſtè falſam. Nihilominus poſſe Presbyterum ex commiſſione Papæ, Diaconum, & Subdiaconum creare, non eſt negandum, ex Bullis memoratis, quia non eſt concedendum Summum Pontificem errare poſſe in re tanti momenti, præſertim, quoniam Innocentius, Abbas, & alij *in cap. quanto, de conſuetudine*; arbitrantur ſententiam Gloſſæ eſſe ſequendam: ideo tamquam valde probabilem, imo probabiliſſimam admitti poſſe dicendum eſt, teſte Sapientiſſimo Primate *in cap. peruenit, n.9. diſtinct. 95.*

154. Quid de Presbytero ex commiſſione Summi Pontificis conſecrante Epiſcopum? Paludanus *in 4. & diſt.7. quæſt.4. art.4. poſt concluſ.2. in reſponſione ad.* 1. ait validam eſſe conſecrationem. Durandus tamen *in 4. diſt.7. quæſt.2. num.7. &* 10. negat eſſe validam, & contra Scripturam Sacram; idque probat ex Apoſtolo *ad Hebræos, cap. 7.* dicente, maiorem à minori non benedici, ſed Epiſcopus iure diuino eſt maior Presbytero; ergo non poteſt conſecrari à Presbytero. Cui obiectioni reſponder Paludanus poſſe, Epiſcopum à ſimplici Sacerdote conſecrari, non poteſtate ordinariâ, ſed delegatâ à Chriſti Vicario; Paludano videtur accedere Capreolus *in 4. diſt. 7. quæſt. 2. art. 3. in reſponſione ad* 1. Probatur, quia ſecundùm iuris Pontificij interpretes Papa ſolo verbo dicens, ſis Sacerdos, vel ſis Epiſcopus, fit Sacerdos, fit Epiſcopus. Felin. *in cap. 1. num. 23. col.6. de conſtitut.* Angel *in l. 1. Cod. de ſenten. paſſis. & in l. 2. C. de crimin. ſacril.* & Rebuf. *in praxi, p.1. tit. de Clericis, & à quibus, & quomodo creentur, num.9.* Iacobat. *de Concil. lib 4. verſ. hæc tamen intelligerem*, dicentes poſſe Papam ſolo verbo presbyterum facere; eò quòd ipſe introduxit formam, quam tollere poteſt. *l. ſi puellæ, ff. de ſponſal.* ergo poteſt committere Presbytero, vt conſecret Epiſcopum.

155. Dicendum tamen eſt non poſſe Papam delegare Sacerdotibus, vt Epiſcopum conſecrent: iure diuino Epiſcopus Presbytero maior eſt, & habet poteſtatem ordinis, qua caret Presbyteratus: proinde poteſtatem Ordinis dare non poteſt Sacerdos, eo quod illam non habet. Azor. *p.2. lib. 3. cap.30. verſ.4. quæritur.* Ad id autem quod dicitur poſſe Papam ſolo verbo facere Sacerdotem, vel Epiſcopum dicendo, *ſis Sacerdos, ſis Epiſcopus?* Reſponde hoc fieri poſſe, quoad poteſtatem iuriſdictionis Forenſis, non quoad poteſtatem Ordinis: Nam hæc conferri non poteſt ſine ordinatione, & conſecratione. Azor. *d. lib 3. cap. 29. verſ. 4. quæritur.*

156. Quæſtionis tamen eſt, an queat Summus Pontifex decernere, vt Græci, & Latini in diuerſis Prouinciis diuerſis vtantur formis in Sacramentis miniſtrandis? Reſponde affirmatiuè, ſi formæ differant verbis, non tamen ſenſu, & ſignificatione, puta, ſi Græcus dicat, *baptizetur ſeruus Chriſti N. in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Latinus autem: *ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*, eſt communis. Imitat Sotus *in 4. diſt.4. quæſt 1. art.5. verſ. percunctabilis autem,* & Adrianus *in 4. de Baptiſmo. quæſt. 2. verſ. ad videndum autem*, dum volunt ſecundùm Innocentium, & alios ſcribentes *in cap.* 1. de Baptiſmo, poſſe miniſtrari Baptiſmum authoritate Romani Pontificis in diuerſis Prouinciis per diuerſam formam; quod intelligit Abbas, dummodo formæ verbo ſint diſſimiles, ſed eandem rem ſignificent, ſicut verba quibus Græci vtuntur in Baptiſmo, & Latini eundem ſenſum retinent, quamuis forma Græca, & Latina differant verbis, eò quòd Latini vtuntur verbis indicatiui modi magis, quàm imperatiui, quibus vtuntur Græci. Atque ita cùm idem ſit ſenſus verborum, nihil refert ſint verba imperatiui modi potiùs, quàm indicatiui.

Quid poſſit Papa in Sacramento Matrimonij.

EPITOME.

157. *Papa poteſt habiles de iure diuino, reddere inhabiles ad Matrimonium contrahendum.*

158. 159.160.161.162.163. *Matrimonium initum contra interdictum Papa ſit-ne validum?*

164. *Sponſalia contracta contra interdictum Pontificis an valeant?*

165. & 166. & 170. *Papa an poſſit ſtatuere, vt Matrimonium ratum dirimatur per ſubſequens copula conſummatum? aliqui affirmant, ſed meliùs alij negant.*

167.168. & 169. *Papa an poſſit ſoluere Matrimonium conſummatum; pars negans eſt certa.*

170.171. *Papā poſſe diſpenſare in Matrimonio rato, non conſummato, eſt multo probabilius.*

172. 173.174.175.176.177. *Papa non poteſt diſpenſare, vt clerici, & religioſi profeſſi ducant vxores.*

178. 179. 180. *Diſpenſatus ad Matrimonium contrahendum mortua vxore, an poſſit iterum contrahere.*

181. 182.183. 184. *Papa quando diſpenſat cum clericis, vel monachis, vt ducant vxores, an verè, & propriè diſpenſat.*

185.186. & 187. *Sed oppoſitum eſt probabilius.*

QVOD attinet ad Sacramentum 157.
Matrimonij dicendum eſt poſſe Romanum Pontificem efficere habiles iure diuino, & naturali, inhabiles ad matrimonium contrahendum, verbi gratiâ, contrahentes ſine Parocho, & duobus, vel tribus teſtibus; neque in hoc Pontifex mutat materiam Sacramenti: ſed ſolùm facit, ne contractus valeat, niſi celebretur ſeruato modo à Concilio Tridentino, *ſeſſ. 24. cap. 1. de reformat. matrimonij.* Quia ergo matrimonium eſt quidam contractus iuris diuini, & naturalis celebratus inter virum & fœminam: idcirco niſi contractus huiuſmodi aliquâ lege firmus ſit, non habet rationem Sacramenti. Proinde Eccleſia, ſeu Romanus Pontifex poteſt decernere, vt niſi ſeruentur Decreta de matrimonio per Eccleſiam, vel Summum Pontificem approbata, habiles ad matrimonium iure diuino, vel naturali fiant inhabiles. Sicut in Sacramento Pœnitentiæ requiritur, vt abſolutio ſit valida, quod detur pœnitenti ſubdito; quod ſi non ſit ſubditus iure communi, vel ex delegatione ſuperioris, abſolutio non prodeſt. cùm ſit ſententia iudicialis, quæ non valet lata in non ſubditum, vt patet ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 23. de reformat. cap.15.* Quod verò Pontifex, vel Eccleſia poſſit impedimenta dirimentia ſtatuere, tenendum eſt fide catholicâ, ſicque deciſum

decisum est in Concilio Trident. *sess. 24. de matrimonio, Canon. 3. & 4.* neque in hoc mutatur essentia, aut variatur materia, & forma Sacramenti, sed contractus humanus infirmatur, & fit irritus, qui praerequiritur in sacramento Matrimonij.

158. Ambigitur tamen, si quis contrahat matrimonium contra interdictum Pontificis, validè contrahat? Prima sententia tenet, si causa prohibitionis Papalis est perpetua, & non restricta ad certum tempus, matrimonium esse irritum: secus si causa non est perpetua, sed restricta ad tempus certum. Probatur prior pars ex *cap. tua fraternitas, de sponsa duorum*; ibi, *& si contra interdictum Ecclesiae publicè factum venire praesumpserint, matrimonium clam praesumptuosè contractum poteris irritare*, & ex *cap. penultimo, de desponsat. impub.* ibi, *Quod si contra interdictum nostrum, in praeiudicium ipsius aliquid fuerit attentatum, id irritum esse decernimus, & viribus omnino carere.* Posterior pars probatur *ex cap. 2. de matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiae*, iunctâ glossâ *in verb. obid*, vbi dicitur non esse matrimonium irritum, si contra prohibitionem temporalem ineatur, esto prohibitio sit Pontificia. Sequitur Reginal. *in praxi fori poenit. lib. 31. num. 189.* & ex antiquioribus Abbas *in cap. tua fraternitas, verb. poteris, de sponsa duorum, num. 4.* Decius *in cap. penultimo, de testib. col. 2. vers. & praedicta in noua editione, num. 17.* idem Abbas *in cap. penult. num. 9. de desponsat. impub.* Gutiertez *de tutelis. 2. p. cap. 12. num. 9.* siue prohibitio sit praecepti, siue constitutionis Pontific. ita Couarr. 4. *Decretalium 2. p. cap. 6. in principio, num. 6.* Matienzo *5. recopil. tit. 1. rubrica glossa 1. num. 146.* & Ludouic. Lopez *2. p. instruct. de Matrim. cap. 46. §. porrò aduertendum*, quibus accedit Augustinus Barbosa *in cap. 2. de matrimonio contract. contra interd. Ecclesiae, num. 1. & 2.*

159. Secunda sententia aliâ viâ incedens vult non esse validum matrimonium, si Pontifex alicui viuâ voce decreto irritanti interdicat contrahere, etiam si aliud impedimentum dirimens non subsit, dummodo causa prohibitionis Pontificiae sit perpetua, & multo fortius, si detur simul aliud impedimentum dirimens. Secus quando causa est temporalis, & non adiicitur prohibitioni decretum irritans, nec subest impedimentum dirimens. Hostiens. *in summa, tit. de matrim. contracto contra interdict. Eccles. & in cap. penultimo, ad finem, de desponsat. impub.* Praepos. *in cap. tua fraternitas, num. 3. de sponsa duorum.* Astensis *in summa 2. p. lib. 8. tit. 31. art. vnico, quaest. 2.* Iuuat glossa *cap. penult. in fine, de desponsat. impub.* dum tenet matrimonium contra praeceptum Pontificis celebratum valere, nisi obstet aliud impedimentum dirimens, etiamsi interdicatur cum decreto irritanti: quam glossam ibi ita intelligunt Abbas *num. 9.* & Card. *etiam num. 9.*

160. Vtraque tamen sententia foedere distinctionis temperanda est hoc modo. Matrimonium aduersùs simplicem prohibitionem Pontificiam initum, absque Decreto tamen irritanti, est validum ex ea ratione, quia multa prohibentur fieri, quae facta tenent, nisi aliud subsit impedimentum dirimens. *cap. ad Apostolicam, de regul.* Probatur ex glossa *in cap. ad dissoluendum, in verb. irritum, de desponsat. impub.* quam intelligunt Abbas, & Card. vbi proximè, ita vt caeteri contractus initi contra Pontificis decretum irritans, sint inualidi, secus eo Decreto irritante minimè addito prohibitioni: matrimonium autem aduersus huiusmodi prohibitionem contractum, sit validum, nisi adiiciatur clausula, quae faciat specificam mentionem matrimonij irritationis, eo quia cum matrimonium sit res tanti momenti, tantique negotij, vt irritetur, exigit specificam mentionem.

Prior pars, nimirum matrimonium esse validum non obstante, quod fuerit initum contra prohibitionem simplicem Pontificiam absque decreto irritanti, est communis, eámque tradunt Ricard. *in 4. dist. 32. art. 5. quaest. 2. in fine.* Palud. *ibidem, dist. 34. quaest. 1. art. 1. num. 10.* Syluest. *Matrimonium septimum, quaest. 1. art. 3.* Turrecremata *in cap. non oportet 1. 33. quaest. 4. num. 2. in solut. ad 2.* & August. Barbos. *in d. cap. ad dissoluendum, in textu, quod si contra interdictum nostrum*, vbi concludit matrimonium contra simplicem prohibitionem Pontificiam celebratum, videlicet sine decreto irritanti esse validum, ex eo, quia multa prohibentur fieri, quae facta tenent, de quo principio agit Scobar *de ratiocin. cap. 6. num. 38.* & Anton. Monachus *Bononiens. decis. 19. num. 22.* 161.

Posterior pars docens etiam matrimonium esse validum, quamuis in prohibitione addatur Decretum generale irritans, est glossae *in cap. penultimo, in fine, de desponsat. impub.* vbi manifestè loquitur quando est interdictum matrimonium cum Decreto irritanti. Quam sic intelligunt ibi Abb. *num. 9.* & Card. *num. 9.* eandem sequuntur Innocentius *ibi in fine*, Monachus *in cap. vnico, fine, de voto in 6.* & ibi Probus *in additionibus, fine*, quibus adhaeret Alexand. de Naeuo *cap. penultimo, de desponsat. impub.* & Sanch. *de matrimonio, lib. 7. disp. 2.* vbi probat non obstante Decreto generali irritanti, matrimonium esse validum, nisi specifica mentio fiat irritationis matrimonij. 162.

Quin etiam addit ibi suprà *num. 12.* quamuis apponatur clausula Decreti irritantis faciens specificam matrimonij mentionem, illúdque reddat irritum, si contrahatur aduersùs prohibitionem Pontificiam non esse irritum omnino, nisi causa prohibitionis sit perpetua: secus, si sit temporalis: tunc enim erit nullum non simpliciter, sed in quantum praeiudicat alicui liti, propter cuius pendentiam ad tempus est interdictum. Alexand. de Naeuo *d. cap. penult. num. 22. de desponsat. impub.* Atque ita durante lite super priori matrimonio ad secundas nuptias non est transeundum, *text. in cap. tua fraternitas, de spons. duorum, & in cap. duo pueri, de despons. impub. & cap. porro, de diuortiis.* Sanch. *lib. 7. disp. 2. num. 15.* 163.

Sed quid si Pontifex alicui interdicat sponsalia cum Decreto irritanti, quamuis generali, nec sponsalium mentionem facienti, decernens irritum si quid contra gestum fuerit? Innocentius *in cap. penultimo, in fine, de desponsat. impub.* & Alexand. de Naeuo *ibi num. 21.* indicant sponsalia sic contracta esse irrita, quia ad ea irritanda non requiritur clausula specifica, sed satis est generalis, cùm irritatio illorum non sit res tanti momenti. Sanchez *supra num. 9.* Augustin. Barbos. *in cap. ad dissoluendum, num. 2. de desponsat. impuberum*, siue prohibitio Pontificia cum Decreto irritanti generali fiat per modum constitutionis, siue per modum praecepti. Non enim distinguitur prohibitio hoc modo facta, nisi quoad durationem, nam prohibitio si fiat per constitutionem, durat perpetuò: praeceptum verò, seu mandatum morte praecipientis, seu mandantis extinguitur. Atque ita quoad rem propositam nihil interest fiat ne prohibitio per modum praecepti, aut per modum consti- 164.

constitutionis: siquidem vtroque modo potest Papa matrimonium interdicere, ac dirimere: & ob id nulla agnoscitur differentia, Couarr. 4. 2. *p. cap. 6. in principio*, *n.* 6. Viualdus *in Candelabro Sacramentorum* 1. *p. de matrimon. n.* 83. & Lopez 2. *p. Instruct. de matrimon. cap.* 46. §. *porro aduertendum.* Cæterùm si sponsalia ex simplici Pontificis prohibitione interdicantur, ne fiant nullo posito decreto irritanti, peccarent celebrantes sponsalia: ipsa tamen valerent ex illo principio, multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent. *cap. ad Apostolicam, de regul. ar.*

165. Insuper dubitatur de matrimonio rato nondum consummato, an possit dissolui à Summo Pontifice? Aliqui putant matrimonium ratum dissolui posse à Summo Pontifice per subsequens copulā consummatum, vt post Hostiensem *in c. fin. verb. volumus, de sponsa duorum.* Abbas ibi *num.* 5. Henric. *n.* 4. *cum sequent.* & Metina *lib.* 5. *de sacrorum hominum continentiâ, cap.* 87. Archid. *cap. quapropter* 27. *quæst.* 2. & probatur *ex cap. licet. de sponsa duorum, in fine*, vbi Alexander tertius decidit matrimonium ratum non dissolui per subsequens consummatum: addit tamen, licet aliquando à prædecessoribus nostris fuit aliter iudicatum. Ergo Papa potest statuere, vt matrimonium ratum dissoluatur per subsequens copulā consummatum.

166. Verius tamen est non posse Papam id statuere, quia hæc potestas non esset in ædificationem, sed in destructionem. Matienzo *in rubr. tit.* 1. *gloss.* 1. *n.* 76. *lib.* 5. *noua recopil.* Couarr. 4. *Decretal.* 2. *p. c.* 7. §. 4. *n.* 15. Gutier. *Canon quæst. lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 21. Veracruz 2. *p. speculi, art.* 28. *conclus.* 4. *in* 2. *ratione.* Sanch. *lib.* 2. *de sponsal. d. sp.* 14. & Augustin. Barbos. *in cap. licet, de sponsa duorum, n.* 5. vbi ex Couarr. *d. num.* 15. respondet ad *d. cap. licet.* nimirum ea iudicia summorum Pontificum non spectare ad institutionem canonum vniuersalium, sed ad decisionem quarundam litium. Quo etiam modo Azor. *p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 4. *quæst.* 3. *vers.* 3. *obiicitur.* respondet Alexandrum tertium *in cap. licet, de sponsa duorum*, non dixisse suos quosdam prædecessores diffiniuisse, sed iudicasse: & iudicare idem est, quod sentire, non autem diffinire, sequitur Barbosa *in d. cap. licet. n* 5. *ad finem.*

167. Hinc sequitur, an possit Romanus Pontifex dissoluere matrimonium consummatum? Affirmat posse dissolui, quoad vinculum. Socin. *consil.* 28. *vol.* 1. *col. penult.* cum quo transeunt Hieronym Gratus *cons.* 1. *num.* 31. & Sigismund. Lofredus *cons.* 50. *num.* 41. & Decius *in cap. quæ in Ecclesiarum, num.* 13. *de constitutionibus.* Nihilominus hæc sententia est falsa, & omnino reprobanda. Abbas *in cap. ex publico, de conuers. coniug. in fine*, Bald. *in cap. Lator, de re iudicata.* Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum, num.* 23. *de constitut.* Hieronym. Cagnol. *in l. nuptias, num.* 14. *ff. de regul. iur.* Couarr. *supra d. num.* 15. & Gutierr. *d. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 21. dicentes nullam posse causam constitui, ob quam id quod iure diuino, ac naturali prohibitum est, possit Pontifex permittere, quamuis ex causâ possit legem diuinam, & naturalem interpretari.

168. Quod adeo verum est, vt matrimonium consummatum neutiquam quo ad vinculum dissolui possit, etiam per solemne votum, seu religionis ingressum, & professionem, Gutier. *d. cap.* 17. *lib.* 1. *n.* 31. Matienzo *in rubric. tit.* 1. *de matrim. lib.* 5. *noua collect. gloss.* 1. *n.* 73. vbi latè probat cum communi omnium Theologorum sententiâ, hanc partem. Ratio tamen ob quam matrimonium ratum præferatur matrimonio postea consummato est, quia cùm ex primo matrimonio translatum sit in vxorem dominium corporis viri ad potentiam copulæ, non potest vir ille, qui iam non habet dominium sui corporis, illud transferre in aliam vxorem ad eandem potentiam copulæ, argum. *cap. quod autem, de iure patronat.* & ibi Panormit. *n.* 1. Bursatus *cons.* 270. *n.* 2. *lib.* 2. & Francisc. Marcus *decis.* 744. *n.* 7. quem sequitur sapientissimus Petrus Barbos. 2. *p. rubrice, ff. solut. matrim.* Item, quia certum est matrimonium de præsenti non posse dissolui etiam de consensu vtriusque partis, *cap. si inter, de sponsalibus*, eò quòd cùm sit ratum propter Sacramentum, non potest tamen dissolui, quia quatenus est Sacramentum, est indissolubile, atque ita consensus partium nequit illud dissoluere. Sut. *in* 4. *dist.* 27. *art.* 1. *col. penult. vers. quod si quis.*

Nec refert, si dicas matrimonium ratum per ingressum Religionis, & professionem dissolui, etiam quo ad vinculum, *cap.* 2. *& cap. ex publico, de conuersione coniugat.* & notant Panormit. *in cap. proposuisti, in fine, de probationibus.* Nauarr. *in Manual. cap.* 22. *num.* 21. *& num.* 26. *& cons.* 1. *num.* 1. *de conuersione coniugatorum.* Couarr. *de sponsalib.* 2. *p. cap.* 7. §. 4. *num.* 6. & decisum est in Concilio Tridentino *sess.* 24. *de Sacramento matrimonij, Canon.* 6. quia ideo professio solemnis soluit matrimonium ratum tantùm, non quòd sit fortius vinculum, sed quòd sit mors quædam ciuilis. Gutier. *lib.* 1. *Cano. cap.* 17. *num.* 33. Matrimonium enim habet hanc conditionem tacitam resolutiuam, nisi mors sequatur. Gloss. *verb. sub conditione, c. non solum* 32. *quæst.* 8. ibi loquitur de morte naturali, vt colligitur etiam ex mente D. Pauli 1. *ad Corinthios, cap.* 7. dum inquit, *Mulier viuente viro alligata est legi: si vero mortuus est maritus eius, soluta est à lege viri*, refertur *in cap. licitè* 32. *quæst.* 7. Idem subintelligitur de morte spirituali, nisi sequatur per solemne votum Religionis, quo quis moritur spiritualiter ingrediens in Religionem profitendo. D. Thom. *in* 4. *dist.* 31. *quæst.* 1. *ad tertium, & dist.* 39. *art.* 4. *ad* 2. subscripsit Durand. *in* 4. *dist.* 27. *quæst.* 2. *num.* 9. & Siluester *verb. diuortium, num.* 2. *&* 7. Gutier. *supra num.* 26. vbi addit matrimonium ex suâ natura, & institutione diuinâ dissolui non posse, nisi vbi ipsum ius diuinum, vel naturale id statuerit, prout statuitur *in d. cap. ex publico*, videlicet per ingressum Religionis, & professionem legitimam: quod diuortium quoad vinculum matrimonij non humanâ, sed diuinâ authoritate decretum fuit, quoniam indissolubilitas matrimonij à iure diuino fuit instituta *Matthæi* 19. Abbas *in d. cap. ex publico, in fine. text. in cap.* 2. *verb. Sanctis, de conuers. coniugat.* adiuncta Gloss. 169.

Ex dictis sequitur non posse Papam dispensare in matrimonio rato, non consummato, vt contrahatur cum alia pro pace reformandâ, aut pro conuersione vnius populi ad fidem. sic Palud. *in* 4. *distinct.* 27. *quæst.* 3. *art. vltimo, & dist.* 31. *quæst.* 1. *art.* 3. *conclus.* 4. ex eo, quia Pontifex non potest dissoluere vinculum matrimonij iam contracti, sicut non potest efficere quòd Hostia consecrata desinat esse consecrata. Confirmatur, quia Pontifex nequit dispensare contra ius naturale, & diuinum. *cap. sunt quidam* 25. *quæst.* 1. *& cap. sequenti.* sed indissolubilitas matrimonij rati est de iure naturali diuino: igitur fauet illud *Matthæi* 19. *quos Deus coniunxit, homo non separet.* 170.

Similiter non potest Papa in Sacramentis dispensare

pensare, neque eorum materias, aut formas mutare, sed matrimonium ratum est verum Sacramentum significans coniunctionem spiritualem inter Christum, & animam. D.Thom. *in 4.dist.27. quæst.1.art.3.* & patet ex Concilio Trident *sess.24. de matrimonio. Canone 6.* per verba: *Si quis dixerit matrimonium ratum non consummatum per solennem religionis professionem alterius coniugum non dirimi, anathema sit*; ergo extra hunc casum non dissoluitur matrimonium ratum, cùm habeat quandam indissolubilitatem, vt non nisi morte naturali, vel ciuili, quæ contigit per ingressum religionis, possit solui; quam sententiam tradunt Turrecrem. *cap. sunt, qui dicant, 27. quæst.2. art.3. num.5. in fine.* Couar. *4. Decret. 2.p. cap. 7. §. 4. num. 13.* Cucch *lib.5. Instit. maior. tit.12. num.275.* Gutierr *lib.1.quæst.Canon.cap.17.num.12. ad finem.* Cortasius *ff. solut. matrim. rubric. 2.lectura. num.10.* & ex Theologis Victoria *in summa de matrimonio, num. 281. & 304. & relectione de potest. Papæ, & Concilij, num.1. conclus.1. ad 1.* Petrus de Soto *lectione 12. de matrimonio, § post hoc.* Veracruz *2.p. speculi, art. 28. ante 4. conclusionem* Petrus de Ledesma *de matrimonio, quæst.67.art... dubio 1.* vbi ait oppositum esse improbabile, quod etiam addit Sotus *lib.7. de iustitia, quæst. 2. art.5. vers. & licet peregrè*, & expresse *in 4.dist.27. quæst.1. art 4. vers. his tamen nihil obstantibus*: quorum sententia meo iudicio est plusquam probabilis.

171. Opposita tamen est probabilior, secundùm quam dicendum est, cùm res sit valde dubia, posse Papam dispensare in matrimonio rato, vt eo soluto possit alter coniugum contrahere, vel vterque aliud matrimonium pro vt sibi magis expedire iudicauerit. Probatur, quia Papa secundùm sententiam probabilissimam potest dispensare in voto solenni castitatis, vel Religionis, vt Religiosus ex causâ magnâ communi, nem. e pro Regni conuersione, vel pro pace, contrahat matrimonium relicta religione, vt docent Paulus Borgas. *in tract. de irregularit. & dispens. 6.p. in tit. de sponsal. & matrim. num.64. in 7. ratione.* & Anton. Cordubens. *lib.1. sui quæstion. quæst 24.* & Gutier. *Canonic. quæst. lib.1. cap.17. num.5.* ergo in matrimonio rato, quia votum solenne est multo fortius vinculum cùm fiat Deo, & homini, & dissoluat matrimonium ratum, cuius traditio fit homini tantùm, igitur, qui dissoluit votum solenne, quod est maius, multo fortius soluit matrimonium ratum, ex causâ tamen. Henr. *de sacramento Ordinis, cap. 14. §. 8. lit. V.* vbi ait ita fuisse petitum à Boemis in Concilio Tridentino, vt ex causâ in quadam natione ad vsum matrimonij contracti dispensaretur. Ledesma *2.4. quæst.55. art.3. §. sed est dubium.* Vasquez *de Ordine, disp.249.c.3. ex num.21.* Filliucius *moralium quæst. tom.1. tractatione 9. cap.3. n.69.* vbi refert Bellarminum *de Clericis, lib 1. cap.9.*

172. Quin etiam pro hâc potestate Pontificia dispensandi in matrimonio rato confert quod traditur, & putatur à Soto *lib.7. de Iustitia, quæst.6. art.2. pag. 2. ad medium*, & ab Henriquez *de Sacramento Ordinis d. cap. 14. §. 8.* posse Romanum Pontificem generali constitutione decernere, vt omnibus clericis licitum sit matrimonium: quod statutum tradit Henr. *d.§.8. lit. e.* forte non acceptaretur sic generaliter pactum; cùm Ecclesia à tempore Apostolorum semper procurauerit splẽdorem castitatis in statu clericali conseruari: prout etiam docet sapientissimus Primas *dist 8. cap. si quis discernit, num.3.* igitur poterit Pontifex dispensare in matrimonio rato, siquidem potest maiora vincula dissoluere, hoc est, vinculum solenne castitatis ac legitimæ professionis Monachorum; quia nihil est negandum Pontificiæ potestati, quod absque absurdo concedi potest, & ad regimen Ecclesiæ fuerit expediens, præsertim, quia in dubiis, regulariter standum est potestati superiorum, *cap. ad aures, de tempor. ordin. & cap. quid culpatur 23. quæst. 1.* neque ea de re desunt exempla, teste Caietano *in opusculis tom. 1. tract. 28. de matrim. quæst. vnica*, vbi refert suo tempore sæpe Pontifices dispensasse, & Henriq. *lib. 11. de matrim cap.8. num.11. in commento, lit. f.* ait Gregorium XIII. cum vndecim dispensasse. Atque ita cùm ex vtraque parte adsint pro, & contra grauissimi Doctores, & rationes non vulgares, sequitur rem esse valde dubiam, & ideo standum esse pro parte affirmante, quam ex Theologis sequuntur Victoria *vbi supra* citatus pro priori sententia, Metina *lib. 5. de sacrorum hominum continentia, cap.8.* Martinus Viual. *1.p. de matrimon. num. 32.* Philiarcus *de officio Sacerdotis, tom. 1.p. 2. lib. 2. cap. 16.* Bellarminus *lib. 2. de monachis, cap.38.§. altera solutio est, iuncto §. ad tertiam dico*, & Sanchez *lib.2. de Matrim. disp 14. num.2.* multis ibi relatis: & ex Iuris peritis eandem probant Alexand. de Neuo *cap. ad dissoluendum, num.21. de despons. impub.* Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 10. de constitutionibus.* Loazes *tract. de matrim dubio 2. in 2. argumento pro parte affirmatiua, & tract. de noua conuersione paganorum, col.33.* Greg. Lopez *l.5. verbo orden. tit.10. part.4.* Menoch. *cons.15. num.9. vol.1. & de præsumptionibus, lib. 2. præsumptione 10 n.37.* qui omnes potestatem Pontificiam in hoc casu extendunt.

Non desunt tamen qui negent posse Papam dispensare in voto solenni castitatis, ex textu *in cap. cùm ad Monasterium, ad finem, de statu Monachorum*, inter quos est Siluester *verb. votum 4. quæst. 5.* Sotus *lib. 7 de Iustitia, quæst. 4. art. 2. & in 4. dist.38. quæst 2. art.2. conclus 2.* Probatur, quia consecratio rei durante re, durat, nec potest aboleri; ergo Papa durante Monachatu non potest dispensare cum Monacho, neque efficere, vt desinat esse Monachus, siquidem non potest facere, vt fidelis & baptizatus, non sit fidelis, aut desinat esse baptizatus; propter quæ argumenta D. Thom. huic adhæret, *2.2. quæst. 88. art.11.* Albertus Magnus *in 4. dist 38. art.16. & 18.* Almain. *tract. de potest. Papæ, cap 15.* & alij apud Sanchez *lib. 8. de Matrimonio, disp.8. num.6. ad finem*, vbi addit esse probabilem; oppositum tamen est probabilius; posse scilicet Pontificem dispensare in voto solenni Monachorum, seu Religiosorum, quia id naturali rationi non repugnat, vt probat Sanchez *sup. num.7.* quod etiam tradit Lessius *lib. de voto, c.40. dubio 14. per totum.* Quinimo Alexander III. dispensauit cum Nicolao Iustiniano Monacho professo, vt posset inire matrimonium, ne tam excellens familia deleretur; ex quo matrimonio susceptis filiis ad monasterium rediit, vt refert Volaterranus *lib.4. historiæ*, & Platina *in Cælestino III.* memorat cum Constantia filia Regis Siciliæ Moniali professa fuisse dispensatum, vt nuberet Henrico VI. sequitur Rebell *lib.2. quæst.2. n.7.* Valent. *2.2. disp.6. quæst.6. puncto 7. col.3.* Henriquez *lib. 12. de matrim. cap.5. num 7.* Sa *verb. votum*, vbi *de voti irritatione, & dispensatione, num.13.* Toledo *lib.4. Summæ, cap.18. num.5.* & alij plures, quos referens sequitur Azor *tom. 1. instit. moral.* 173.

lib.

lib.12.cap.7. quæst.1. Sanchez *d. num.7. verf. ideo huius sententiæ*, & sapientissimus Dominus Hispaniarum Primas *in cap. de illo, dist.32.num.5.*

174. Ex quibus deducitur posse Papam dispensare cum Diaconis, & Subdiaconis ad contrahendum matrimonium sine Ordini sacro sic annexa continentia iure Ecclesiastico tantùm; secundùm quod sacris initiati non possunt ducere vxorem, vt docent Gutierres *quæst. Canon. lib.2. cap.7. n.45.* Valent. *4. p. tract. de Sacramento Ordinis, disput. 9. quæst.5. puncto 5. §.1. paulo post principium, & in suis controuersiis, lib. vnico, de cælibatu, cap 2. paulo post principium.* Stunic. *de voto, quæst.4.* & Paleotus *de nothis, & spuriis, cap.16. num.15.* siue ea obligatio seruandi castitatem oriatur ex voto castitatis, quod Ecclesia annexuit suo præcepto Ordinibus sacris, quod emittunt promoti ad illos Ordines non expresse, sed pacto ipso & opere castitatem profitentes, quod est probabilius, vt sentiunt D. Thomas *in 4. dist 37. quæst.1. art. 1. corp.* & ibi Ricard. *art.1. quæst.1. corpore.* Henriq. *lib 10. de Sacramento Ordinis, cap.14 num.7. in fine, & lib.12. de matrim. cap.5. num.9.* Sà *in Summa, verb. Ordo, num.28.* Azor. *suprà*, impugnans contrariam sententiam *lib.13. instit. moral. cap.12. quæst.6. & cap.14. quæst.10.* Nauarr. *Summa, cap.22. num.52.* & Barbos. *rubrica soluto matrimonio. 2. p. num.100. & 101.* Cucch. *lib. inst. maiorum, tit.12. num.219* asserentes obligationem sacris Ordinibus initiatorum ad castitatem seruandam non oriri immediatè ex constitutione Ecclesiæ, vt priores censuerunt, sed ex voto castitatis quod Ecclesia, suo præcepto Ordinibus sacris imposuit.

175. Quomodocunque ergo sacris initiati sint obstricti ad seruandam continentiam, possunt dispensari à Summo Pontifice, vt matrimonium ineant: quo inito desertóque clericatu, mutatóque habitu non tenentur dispensati soluere officium diuinum. Nauarr. tamen *in cap. quando lat. cap.7. num.2.* tradit eum non teneri ad officium diuinum si concederetur sibi facultas contrahendi matrimonium ita, vt desineret esse Religiosus: quia eo ipso non desinit esse talis per solam licentiam ducendi vxorem. Attamen Manuel. *1. tom. Summa, in 2. editione, cap.141. n.14.* docet dispensatum ad vxorem ducendam, ante nuptias teneri ad horas dicendas, secus post contractas nuptias. Nihilominus dicendum est non teneri ad pensum horarum ab eo tempore quo mutauit habitum clericalem, seu Monachalem, & induit se veste secularis animo vtendi dispensatione, & incundi matrimonium, quia per dispensationem extincta est essentia status, siue clericalis, siue religiosi, Sanchez *de matrim. disp.8. n.11.*

176. Porrò si Pontifex dispensit cum Diaconis, & Subdiaconis, aut Sacerdotibus absque legitimâ causâ, vt vxores ducant, peccauit mortaliter. Sotus *in 4. dist.38. quæst.1. art.1. ad finem corporis. vers. quod si mihi.* Ledesm. *2.4. quæst.55. art.3. post principium.* Stunica *de voto, quæst. 6. num. 116. & 117.* Sanchez post alios *dict lib.8. num. 4.* addens matrimonium tenere eò quòd dispensatio ita est in solo iure humano, ratione cuius id matrimonium soluitur prout verior sententia docet, quam sequitur D. Thomas *in 4. dist.37. quæst.1. art.1. corpore*, & ex recentioribus Bellarminus *in suis controuersiis, lib.1. de Clericis, toto cap. 18.* Henriquez *lib.11. de matrim. cap.5. num 9.* Valensa *2.2. disp.6. quæst.6. puncto 5. col.2. §. hac sententia, & in suis controuersiis, lib. vnic de cælibatu*, & Sanchez cum multis de more suo, dicentes solo Ecclesiæ statuto dirimi matrimonium subsequens per Ordinem factum.

Subdunt Sotus *suprà*, & Ludouic. Lopez *2. p. instructory. vbi de matrim. cap. 49. col. 3.* paulo ante *versic quæritur deinde*, absque causâ sic dispensatum clericum posse petere debitum, ac reddere: Stunica verò vbi proximè *num. 119.* putat non posse petere, sed tantùm reddere. Quin Caietan. *opuscul. tom. 1. tract. 27. de dispensat. in matrimon. in Occidentali Ecclesiâ, quæst. vnicâ, vers. Quo ad tertium.* credit hunc dispensatum ducendo vxorem peccare mortaliter, consentit Petrus de Ledesma *de matrim. quæst.53. art. 3. dubio 1. in Corol. quod infert, ex 3. conclusione.* Sanchez tamen vtitur distinctione *in lib.8. disp. 8. num.4.* concluditque votum Ordini sacro verè annecti, & ideo Clericum sic dispensatum sine causâ validè inire matrimonium, peccare tamen mortaliter ineundo, & postea petendo, quamuis reddere teneatur. quæ sententia est Caiet. *opuscul. tom. 1. tract.27. de dispensat. matrimon. in Occident. Eccles. quæst. vni. vers. quo ad tertium*, & Petrus de Ledesm. *de matrim. quæst. 53. art. 3. dub. 1. in Corol. quod infert ex 3. conclus.* quorum sententia non displicet. 177.

Quòd si sequamur sententiam probabilem, quæ docet Clericum in sacris teneri ad continentiam seruandam ex merâ constitutione Ecclesiæ, non verò ex voto castitatis annexo Ordinibus sacris, cuius meminit Sanchez *lib. 7. de impedimentis, disp.27. num.9.* in hoc euentu cùm ex merâ Ecclesiæ constitutione teneantur clerici ad continentiam obtentâ dispensatione, quidquid sit de peccato dispensantis sine causâ, & contrahentis matrimonium, quia obligatio seruandi castitatem validè per eam dispensationem fuit sublata, nullatenus ad castitatem tenetur: & ideo potest hic petere, & reddere, Sanchez *d. disp. 8. num.4. fine.*

Ex quæstionibus hactenus decisis patet solutio cuiusdam hypothesis, quæ de facto ita se habuit: Fœmina nobilis simplici continentiæ, & religionis voto ligata a Summo Pontifice dispensationem obtinuit ad contrahendum matrimonium; vt hoc modo componerentur simultates inter duas familias: contraxit, vixitque aliquo tempore cum marito, quo mortuo dubitat, an ex voto teneatur seruare continentiam, & Religionem ingredi? 178.

Proposita quæstio duplici ex capite habet difficultatem. Primò; quia communis est sententia tam Iuristarum, quàm Theologorum, quorum meminit Couarr. *in Epitome 2. par. cap.6. §.9. num.3. & 4.* quos etiam refert Soto maior *quæst. 6. de voto*, existimantium Pontificem in iis, quæ sunt iuris naturalis, & diuini, non propriè dispensare, sed tantùm declarare, & interpretari, in simili casu non teneri eum ad voti solutionem. Quod ita est, si solùm ius naturale spectetur: quamuis mulier præfata propter maius bonum soluta sit ab obligatione voti, dum maritus viueret: attamen eo mortuo ius naturale exigit vt soluat, quod promisit.

Secundò, quamuis admittamus Papam habere potestatem propriam dispensandi, quod negauimus suprà in hac disputatione *§.2. n.13. & duobus sequentibus, & §.8. num.125. & 126.* nihilominus dispensatio est stricti iuris, & odiosa, vt habetur *in cap.1. & 2. de filiis presbyterorum*; idcircò extendi 179.

non

non debet, vt notat Hostiensis *in c.postulasti, de rescriptis.* Felin. *ibidem*, & Abbas *in c.at si clerici, § de adult. de iudic.* & probatur *ex c.si. de postul.prælat.* vbi dispensatio facta cum aliquo, quòd possit transire ad Archiepiscopatum si non habet locum in Episcopatu: ergo cùm prædicta dispensatio fuerit facta ad nubendum cum viro illius familiæ propter inimicitias tollendas, non est, quòd extendatur ad aliud matrimonium, maximè cùm dispensatio circa ea, quæ sunt iuris naturalis, non sit valida, si fiat absque causâ, vt est communis; ideo non debet extendi vltra causam. Quare cùm causa dispensationis cessauerit, dispensatio quoque cessate dicenda est.

180. Contraria tamen sententia, nempe fœminam esse omnino liberam ab obligatione voti, neque Religionem ingredi teneri, neque ex voto seruari continentiam, sed posse transire ad secundas nuptias, ex eo probari potest, dicendo Papam videlicet propriè, & strictè, posse dispẽsare in votis non solùm declarando, sed etiam relaxando, & tollẽdo obligationem. Dispensatio namque propriè sumpta cõmuniter diffinitur, *iuris relaxatio*, ita Turrecrem. *in c.sicut quædam 14. dist.* Siluest. *verb. dispens. n.1.* Monald. *in summ. verb. dispensatio.* Anton. *1.p. tit.17.§.20.& 2.p.tit.11.c.2.§.9.* & alij communiter, qui per dispensationem dicunt fieri alicui licitum, quod antea illicitum erat. Vnde ait Turrecrem. *d.c. sicut quædam, dist.14.n.3.* omne dispensabile illicitum esse illi, cum quo dispensatur: at si Papa solùm declarando dispensaret, esset quidem suapte naturâ licitum id, quod dispensat. Vnde D. Thomas *in 4.dist.38.quæst.1.art.4.* per dispensationem, inquit, deobligari à voti obligatione eum, qui aliàs de iure obligatus erat. quam opinionem fatetur Couar. *vbi suprà* esse communem Iuristarum, & Theologorum aliquorum expressè docentium Papam propriè dispensare in votis non solùm declarando, sed etiam relaxando: quibus accedit Cano *lib. 3. de locis cap. 4. §. tertia via, & in relectione, de pœnitentia, paulo ante finem*, habétque hæc sententia fundamentum in iure *tit. de voto, & voti redemptione*, vbi frequens vsus est verbi *dispenso*.

181. Quin etiam *in c.veniens, qui clerici, vel vouentes contrahere possint.* Pontifex dispensat cum fœminâ, quæ ex aliquo timore votum castitatis emisit propter metum fornicationis, vt contrahat matrimonium, sanè si solùm ius naturæ attendatur, cùm omnes teneantur vota sua Deo reddere, & nemo necessariò peccet, illa mulier tenebatur votum seruare: ergo aliqua fuit ibi relaxatio rigoris iuris ex plenitudine potestatis Papæ à Deo commissæ. Idem colligitur *ex c.venientis, de voto, & voti redemptione*, vbi Papa absoluit ab obligatione voti Clericum, qui in puerili ætate constitutus votum peregrinationis Hierosolymitanæ fecerat. Nec dicendum est non fuisse doli capacem, ideóque à Pontifice fuisse absolutum. Nam, vt rectè notat ibidem glossa, si non fuisset doli capax, non fuisset iniuncta commutatio voti.

182. Posse ergo Papam dispensare propriè, ac verè relaxare votum, sequitur ex vi dispensationis, & ex naturâ illius posse fœminam dispensatam ad contrahendum, inire matrimonium tamquam à voto omnino deobligatam. Eo, quia Papa dispensando cum fœmina non facit, vt illa habens votum contrahendo non peccet contra illud, sed tollit votum, & facit, vt quæ antea erat habens votum, modò illud non habeat post dispensationem. Quo etiam modo, qui censent Papam posse dispensare cum Religioso professo, vt ut communiter gatus, explicant dictum Innocentij *in cap. cùm ad monasterium, de statu Monachorum*, quòd abdicatio proprietatis, & custodia castitatis adeò est annexa regulæ monachali, vt contra eam, nec Summus Pontifex possit licentiam indulgere: inquiunt enim, non posse Papam dispensare, vt Monachus existens Monachus proprium habeat, & vxorem ducat, quod aliàs dicitur in sensu composito, id est, non posse dispensare cum Monacho manente Monacho, vt proprium habeat, & vxorem ducat. Secus in sensu diuiso ex rationabili causâ dispensando faciẽdóque de Monacho, non Monachum, & extrahendo eum à Religione. Vasquez *disp.165.n.104.* Azor. *inst.moral.p.1 lib.12.c.7.* Valensa *tom.3.disp.10 quæst.4.punct.2.* & Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.18.num.397. vers. neque verò*, quia hoc modo dispensatus non est ampliùs Monachus, sed omnino manet absolutus a monachatu, traductúsque ad vitam ciuilem, ita vt si vxor moriatur, non teneatur redire ad monachatum, sed possit secundas nuptias contrahere, vt in specie volunt Soto Maior *quæst 9. citata, num. 115.* & Angles *in floribus, in materia de voto, artic. 8. difficult.2. dub.1.*

Atque ita fœmina de qua est quæstio secundùm hanc contrariam sententiam cum fuerit dispensata verè, ac propriè in voto simplici continentiæ, & religionis, mortuo marito non tenetur ex vi voti iam extincti ad continentiam, neque ad religionis ingressum, cùm per dispensationem vtrumque votum sit sublatum, quoniam dispensatio semel facta canonicè non ampliùs reuocatur, vt est communis regula Doctorum, quam tradit Turrecrem. *cap.quod pro remedio 1.quæst.7.n.3.* & probat argum. *capitis ex tua, de filiis presbyterorum.* Archid. *eodem cap pro remedio.* Syluester *verbo dispensatio. num.6.* ex Federico *consil.78.* & probat ex *cap.decet, de regul.iuris in 6.* ibi, *decet concessum à Principe beneficium esse mansurum.* Quod autem dispensatio beneficij nomine contineatur, docet Alciatus *tom.2.p.1. in rubric. de liberis, & posthumis.* 183.

Nec refert quòd aliquis obiiciat, vbi cessat causa cessare dispensationem. Nam, vt rectè docet glossa regulæ allegatæ, si causa est impulsiua, quamuis illa cesset, non cessat dispensatio facta illius respectu: sufficit enim, quòd re verá daretur, cùm dispensatio concedebatur: alioquin dicendum erit eos, qui ob periculum incontinentiæ impetrant dispensationes, cùm ad maturiorem ætatem peruenerint, vbi cessat eiusmodi periculum, teneri ad continentiam seruandam ratione voti, quod nullatenus est dicendum. Quod idem locum habet in nostro casu, maximè cùm matrimonium sit vinculum suapte naturâ perpetuum, quod Abulens. & alij Doctores adeò verum putârunt, vt solum matrimonium absque dispensatione contractum, votum omnino tollere existimauerint: quod, etsi falsum sit, ostendit tamen sufficientem esse causam matrimonium, vt propter illud Pontifex per dispensationem omnino tollat votum. Idcirco eo sublato ipso iure sequitur posse fœminam transire ad secundas nuptias, & dispensationem, quamuis sit stricti iuris trahi in ea, quæ in consequentiam veniunt, vt docet idem Alciatus post glossam *capitis, quia in tantum, de præbendis*, & *ibi* Panormit. Hostiens. *cap. cùm in cunctis, de electione*, & alij communiter. Quemadmodum 184.

modum habens votum castitatis, si obtineat illius dispensationem, nullâ factâ mentione matrimonij, potest tamen contrahere, quoniam non haber iam impedimentum. Nec obstat quòd causa cessauerit, quia non requiritur, vt semper perseueret causa motiua.

185. Mihi tamen magis placet in casu huius fœminæ asserere mortuo marito, cum quo contraxit, vt simultates, & odia componerentur, & extinguerentur inter vtramque familiam, non posse transire ad secundas nuptias, sed teneri seruare continentiam, & Religionem ingredi, nisi ad eius ingressum præ ætate senili sit inepta, vel propter sobolem educandam, aut alendam. Ratio est, quia hæc dispensatio ad contrahendum matrimonium non fuit totalis, nec absoluta, sed partialis, & limitata: ideo debet intelligi de primis nuptiis, *ex cap. 1. § ille verò, de filiis presbyt. in 6.* vbi habetur illegitimum, cum quo dispensatur ad beneficium, non posse habere, nisi vnicum tantùm, ex eo, quòd dispensatio est stricti iuris. Cùm ergo sit exorbitans, & odiosa, non continet, nisi primum actum subsequentem, extinguitúrque eo adimpleto. Item, quia professus dispensatus, vt ineat matrimonium, intelligitur de primo. Henriquez *lib. 12. de matrim. c. 5. num. 7. in commento, lit. V.* iuuat *l boues, §. hoc sermone, ff. de verborum significat.* vbi decernitur sermonem prolatum simpliciter, intelligi de primâ vice, & ex consequenti, si loquitur de nuptiis, intelligi de primis.

186. Est enim etiam hæc dispensario partialis quo ad personas, quia est ad matrimonium ineundum cum personâ certæ familiæ, & ad extinguenda odia, quæ per matrimonium contractum omnino cessarunt inter vtramque familiam; ergo cessauit dispensario, & ex consequenti non potest iterum nubere. Confirmatur exemplo professi cum quo dispensatum est, vt contraheret matrimonium, ne deesset successor in Regno, qui si habeat sobolem ex primo matrimonio, non potest ad aliud facere transitum, quia iam non perseuerat causa dispensandi. Ita in nostro casu cùm odia iam non extant. Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 31. num. 6. & num. 12. ad finem*, conferunt exempla multorum Monachorum, qui vrgenti ex causâ dispensati à Summo Pontifice matrimonium contraxerunt, & post sobolem procreatam ad vitam monasticam reuersi sunt, inter quos fuit Nicolaus ex monasterio Sancti Nicolai, Ordinis Sancti Benedicti, qui dispensatus ab Alexandro III. contraxit matrimonium cum Anna filia vnica Vitalis Venetorum Ducis ad reparandam gentis suæ sobolem, ex quâ sex filiis masculis, & tribus filiabus susceptis ipse voti, & vitæ memor, ad monasterium ipsum reuersus est. Similiter Ramirus etiam II. Sancij primi Aragoniæ in Hispania Regis filius, Monachus à primis annis factus in monasterio Sancti Pontij de Tomeriis, in territorio Narbonensi ad Iauri fluminis ripas sub Frotardo Abbate, deinde deflexu temporis Petro, & Alphonso fratribus suis, Aragoniæ Regibus defunctis sine filiis, nec filiabus relictis, compulsus est ad sobolem procreandam, & ex vxore Agnete Gulielmi Comitis Pictauiensis sorore filia Petronilla susceptâ, cui Regnum reliquit reliquum vitæ tempus in habitu Monastico transegit, mortuúsque anno Domini 1147. in Cœnobio S. Petri fuit sepultus. Prout referunt Marinæus Siculus *lib. 8. de Memorabilibus Hispaniæ, cap. vlt.* Ioannes Vasæus *in Chron. cap. 18.*

Pro reliquis, qui ex causâ vrgenti impetratâ dispensatione à Summo Pontifice post professionem matrimonium inierunt, & liberos procrearunt, inuenies Casimirum, & Cæsarem Diaconum Cardinalem, qui vxorem duxit filiam Ducis Valentiniani Galli, vide & Arnoldum Vion, Belgam, & Monachum Cacinensem *lib. 4. de ligno vitæ, cap. 12.* & Azor. *p. 1. instit. moral. lib. 12. cap. 7. dubio 1.* Cenedum *ad Decretales collectan. 124. num. 5.* Sayrum *in claui lib. 6. cap. 11. n. 18.* Pinedam *in vitâ D. Ioann. Baptistæ, lib. 1. art. 1. cap. 6. pag. 84. & in Monarchia Ecclesiast. p. 4. lib. 25. cap. 7. §. 1. pag. 34.* & Barbos. *de officio & potestate Episcopi, allegat. 15. n. 24.* vbi referunt cum pluribus monachis fuisse dispensatum, vt relictâ Religione, & Episcopatu, aut Cardinalatu Regnum susciperent, & vxorem quorum aliqui prole susceptâ memores votorum, ac religiosæ vitæ ad monasterium redierunt. 187.

In quibus gradibus, siue in linea recta, siue in transuersali prohibitis possit Papa dispensare?

§. X.

EPITOME.

188. *Matrimonium inter consanguineos intra quartum gradum est irritum iure saltē Ecclesiastico.*
189. 190. *Matrimonium in primo gradu linea recta est irritum iure naturæ, & contra ius naturæ, & indispensabile.*
191. 192. *Gradus consanguinitatis, & affinitatis, in Leuit. 18 prohibiti, an hodie prohibeantur.*
Et quot fuerint gradus. ibid.
193. *Gradus in Leuit. prohibiti, hodie non prohibentur, eò quod olim fuerint prohibiti. ibid.*
194. 195. 196. *Coniugium inter fratres, & sorores est indispensabile omnino.*
Et qui fuerint fratres, qui vxores duxerunt. ibid.
196. *Matrimonia inter fratres, & filias, & inter fratres, & sorores, an possint cohonestari.*
197. & 198. *Infideles ducendo sorores, si conuertantur, an sint separandi.*
199. *Fratres infideles etiam conuersi quando non sint separandi, si erant coniugati cum sororibus.*
200. *Papa an possit dispensare in impedimentibus dirimentibus iure naturali, & quid de matrim. inter amitam, & consobrinum, vel patruum, & consobrinam.*
201. *Papa an possit dispensare in primo gradu affinitatis inter ascendentes, & descendentes.*
202. 203. 204. *Affinitas ex matrimonio orta, an interdicat matrimonium in linea recta iure naturæ, & irritet illud.*
205. *Affinitas in primo gradu linea transuersa non irritat matrimonium iure natura, vel diuino, & est indispensabilis.*
206. 207. *Matrimonium cum consobrina patris potest dispensari, non autem cum nouerca, vel cū nuru.*
Thamar non erat filia Dauidis ex generatione, sed ex adoptione. ibid.
208. *Papa an possit decernere ne quis contrahat cum hæretica.*
209. *Papa non potest dissoluere matrimonium copulâ consummatum, sed ratum dumtaxat, & infra.*

Papa,

210. *Papa, vt Papa, non potest statuere infidelibus impedimenta dirimentia matrimonium, sed, vt Princeps temporalis in terris suis.*
211. *Papa ex causa potest dispensare, vt fiat matrimonium inter fidelem, & infidelem.*
212. 213. & 214. *Matrimonium inter fidelem, an sit Sacramentum vndique.*
215. *Matrimonium infidelium quando fiat Sacramentum post conuersionem, & requiratur nouus consensus.*
216. *Infideles coniugati post conuersionem non tenentur renouare cōsensus coram parocho, & testibus.*
217. *Papa quomodo dispenset in radice matrimonij, & quando hoc cognoscatur.*
218. *Dispensatio in radice matrimonij operatur tam in vita contrahentium, quam post mortem eorum ad filiorum legitimationem.*
219. *Papa potest legitimare dispensando in radice matrimonij in locis sibi non subditis.*
222. *Papa non potest dispensare in radice matrimonij irriti ex defectu consensus.*
223. 224. 225. & 226. *Papa non potest dispensare in pluralitate vxorum, vt in lege veteri Deus dispensauit.*
227. *Infideles contrahentes cum variis fœminis, si conuertantur, quam debet ducere ex conuersis.*
228. *Papa an possit approbare leges seculares repudia concedentes.*
219. *Iudæi, & Gentiles peccant mortaliter repudiantes vxores.*
230. *Papa non potest statuere, ne error personæ dissoluat matrimonium, neque inter infideles valet matrimonium cum errore personæ.*
231. *Error personæ iure naturæ, dirimit matrimonium, & cur.*
232. *Papa ex causâ iustâ potest decernere, vt error qualitatis dirimat matrimonium.*
233. *Error in gradu coniunctionis, vel impedimento matrimonij vno superiore pro inferiore narrato, quando vitiat dispensationem.*
234. *Error in dispensatione explicato impedimento in secundo gradu affinitatis cum non sint coniuncti, nisi in secundo gradu consanguinitatis, dispensatio non valet.*
235. *Dispensatus ad contrahendum cum Bertâ non potest contrahere cum eius sorore.*
236. *Maioratum instituendi facultatem habens in filio, non potest instituere in nepote filio filij.*
237. *Pontifex ex causâ potest dispensare in sponsalibus etiam iuratis, secus dicendum de Episcopo.*

188. CERTI iuris est matrimonium celebratum inter consanguineos intra quartum gradum inclusiuè tam in lineâ rectâ, quàm in lineâ transuersali, saltem iure Ecclesiastico esse omnino irritum, *ex cap. non debet, de consanguinitate* Quæstionis tamen est, an sit etiam irritum matrimonium quando contrahitur in aliquo gradu cum consanguineâ, vel consanguineo in lineâ rectâ, vel transuersâ iure naturæ? Responde matrimonium ipso iure naturæ esse irritum in primo gradu consanguinitatis lineæ rectæ, hoc est, inter, parentes, & filios. Ratio ob quam sit irritum, est maxima reuerentia, quæ debetur parentibus, cui reuerentiæ repugnat actus matrimonialis secum habens quandam turpitudinem annexam, & irreuerentiam alterius, ad alterum, contrariam reuerentiæ, quæ parentibus debetur, secundùm quod habetur *Leuitici* 18. Quin & Aristoteles *lib. 2. politic. cap. 2. ob id.* carpit vxores esse communes: quia ex eo sequeretur filios, seu filias habere commercium cum parentibus. Quod adeò natura abhorret, vt gentes bene lumine naturæ eruditæ putauerint connubia inter parentes, & filios esse abominanda, cùm ea coniugia pugnent cum lege naturæ ita, vt etiam bruta animantia instinctu naturali rapta refugiant cum parentibus commisceri; vt de camelis, & equis testantur Aristot. *lib. 9 de historia animalium, cap 47.* & Plinius *lib. 8. naturalis Historia, cap. 42.*

Ex dictis sequitur matrimonium in primo gra- 189.
du consanguinitatis lineæ rectæ, non solùm esse iure naturæ irritum, sed etiam esse contra ius naturæ, & ex consequenti nulla potestate humanâ dispensari posse, vt inter illos licitè, & validè matrimonium contrahatur. Et quamuis D. Thom. *in 4. dist. 40. quæst. vnicâ, art. 3 corp.* cum vniuersa Theologorum familiâ non exprimat hoc matrimonium esse nullum iure naturæ, sed tantùm asserat esse contra ius naturæ, ex rationibus illorum apparet iure naturæ illud infirmari; quatenus concludunt tale matrimonium non esse dispensabile. Sotus *in 4. dist. 40. quæst. vnicâ, art. 3. conclus. 2.* Angles *Floribus 1. p. de matrim. quæst. 13. art. 3. difficult. 1.* Caiet. 2. 2. *quæst. 154. art. 9. circa solutionem ad 3.* Henriques *lib. 12. de matrim. cap. 9. num. 3.* & Valensa 4 *p. disp. 10. quæst. 5. punct. 3. vbi de cognationis impedimento, §. Quartò quæritur*; quibus accedit noster Bonacina *de matrim. quæst. 3. puncto 5. § 1. num. 7.* & Sanchez *lib. 7. disp. 51. num. 19.* Fundamentum est, quia ascendentes non sunt principium per se descendentium horum omnium; sed solùm respectu filiorum ab ipsis immediatè procedentium; & respectu aliorum descendentium remotiorum habent rationem principij per accidens dumtaxat; verbi gratiâ, respectu nepotum. Idcirco in primo gradu matrimonium in lineâ rectâ ascendentium, & descendentium iure naturæ est irritum, cùm nepotes possint esse sine auo. Proinde ea reuerentia per accidens quæ debetur auis à nepotibus, non debetur necessariò, & per se, sed per accidens quasi fundata in ratione principij per accidens; at respectu patris est reuerentia naturalis, & per se. Ex quibus deducitur cum Sanchez *supra, num. 10.* & cum Bonacina *supra, num. 7. vers. sed iuxta, ad finem.* matrimonium initum cum consanguineâ, absque iustâ causâ in quocumque gradu lineæ rectæ illicitum esse, non tamen esse inualidum iure naturæ vltra primum gradum, quod etiam tradit Perez *verb. consanguinitas, §. 40. fol. 150.* contra Reginaldum in praxi *lib. 31. num. 140. vers. aduerte tertiò.* Dixi, nisi aliquâ causâ iustâ cohonestetur, quia matrimonium sine illâ contractum indecentiam quandam præ se fert in aliis gradibus vltra primum. Non tamen sufficientem ad irritandum illud iure naturæ. Victoria *relect. de matrimonio, 1. p. secundæ partis, num. 6.* & Petrus de Ledesma *de matrim. quæst. 54. art. 3. difficult. 2. conclus. vnica.*

Porrò quamuis hæc prohibitio iure naturali 190.
attento in solo primo gradu ascendentium, & descendentium interdicat matrimonium, vt eodem iure sit irritum secundùm Sotum *in 4. dist. 40. quæst. vnicâ, art. 3. col. antepen. vers. vtraque verò opinio, & dist. 41. quæst. vnica, art. 3. col. antepenult. vers. faciamus,* & Valentiam 4. *p. disp. 10. quæst. 5 punct. 3.*

vbi de impedimento cognationis, vers. verùm in hac re; prohibitio iuris naturalis protrahitur in hac lineâ rectâ vsque ad secundum gradum dumtaxat, docéntque matrimonia inita inter parentes, & filios, & inter auos, & nepotes esse irrita eodem iure naturali, & vltra non protendi. Palarios tamen *in 4. dist. 40. disp. vnicâ, col. 22. fol. 925.* tenet esse probabile, iure naturæ esse irrita huiusmodi coniugia inter ascendentes, & descendentes vsque ad 4. gradum Fauer Henriquoz *lib. 12. de matrim. cap. 9. num. 3.* dicens, videri probabile esse in 4. gradu, & non vlteriùs ea matrimonia irrita iure naturæ, addens *cap. 1. num* 2. fortè ius naturæ irritari in secundo, & tertio gradu. Nihilominus ne discedas à sententiâ docente vltra primum gradum non prohiberi nuptias iure naturali irritanti, quamuis aliquo modo sint contra ius naturæ, quoties non est aliqua causa iusta cohonestans, Caier. 2.2. *quæst. 154. art. 9. circa solutionem ad 3. & cap. 18. in Leuiticum, ad finem*, Armilla *verb. dispensare, num. 9. &* 10. Loazes *de matrim. Regis Angliæ, dub. 1. in solutione ad primum fundamentum partis negantis à num. 1. vsque ad* 19. Veracruz 1. *p speculi, art. 43. conclus.* 1. & Clarius *conclus. vlt. & 2. p. art. 25.* Rossensis *de matrimonio Regis Angliæ, fol. 3.* & Sa *verb. matrim. vbi de impediment. dirimentibus, num. 4. vers. cum parentibus.*

191. Quid dicendum de gradibus consanguinitatis, & affinitatis, qui *Leuit.* 18. prohibentur lege diuinâ, nunquid hodie eodem iure prohibiti censentur? Responde hac de re duplicem esse sententiam. Prima docuit non omnes eos gradus iure naturali prohiberi: ideo ex dispensatione Summi Pontificis fieri poterat, vt inter illos darentur coniugia valida, esto se in illis gradibus attingerent. Secunda autem affirmabat omnes prædictos personarum gradus, ita esse iure diuino vetitos, vt etiam nunc hisce temporibus vigeat idem interdictum, & eadem prohibitio. quare sicut tunc Papa non poterat dispensare ad contrahendum in huiusmodi gradibus; sic etiam nunc non potest. Cæterùm, post Concilium Tridentinum diffinitum est ita *sess. 24. Canon. 3.* de Sacramento Matrimonij, his verbis: *Si quis dixerit, eos tantùm consanguinitatis, & affinitatis gradus, qui in Leuitico exprimuntur, posse impedire matrimonium contrahendum, & dirimere contractum, nec posse Ecclesiam in nonnullis eorum dispensare, aut constituere, vt plures impediant, & dirimant, Anathema sit.*

192. Ex quo constat vtramque sententiam habuisse rationem ante Concilium Tridentinum, non verò post illud; vt verò cognoscatur in quibus gradibus, *Leuit.* 18. expressis, possit Pontifex dispensare, vt matrimonia ineantur; oportet scire, quot sint gradus consanguinitatis, & affinitatis prohibiti *Leuit.* 18. lege diuinâ? Responde duodecim, vel tredecim personarum gradus ibi contineri, in quibus matrimonia initi à Deo prohibebantur. Primus inter patrem, & filiam, & inter matrem, & filium. Secundus inter vxorem patris, & filium. Tertius inter sororem, siue ex patre, siue ex matre, quæ procreata est ex patre tuo, ex aliâ vxore, vel ex matre tuâ, ex alio marito. Quartus prohibitum erat matrimonium cum nepte ex filiâ, vel filio, aut nepote ex filio, vel filia. Quintus cum filiâ nouercæ, hoc est, cum filiâ vxoris patris. Sextus prohibitum erat matrimonium cum amitâ, hoc est, cum sorore patris. Similiter cum sorore matris, quæ vocatur matertera. Octauus gradus prohibitus erat cum vxore patrui, siue relictâ, siue repudiatâ a patruo, dum viuebat. Nonus cum nuru, siue a filio repudiatâ in vitâ, siue post mortem à filio relictâ. Decimus cum vxore fratris, siue frater eam repudiasset, siue reliquisset cum filiis post mortem eius. Vndecimus cum filiâ vxoris vulgò *enteada*, Latinè *priuigna*. Duodecimus, qui prohibebatur, erat cum nepte ex filio, vel ex filiâ vxoris propriæ. Decimus tertius cum sorore vxoris, siue vir illam repudiasset, siue reliquisset cum filiis post obitum.

193. His positis certum est gradus illos non obligare hodie in lege Euangelicâ, eò quòd prohibiti sint in lege veteri. Quin etiam hæreticum esset asserere gradus hos ideo nunc esse prohibitos, quia in Leuit. fuerint interdicti, vt notat Sotus *in 4. dist. 40. quæst. vnica, art. 3. col. 4. vers. igitur Doctores*, & Victoria *in relect. de matrimon. secundæ partis, num. 3.* quoniam veterem legem expirâsse, de fide est. Item, quia nullus ex illis gradibus hodie iure diuino est interdictus, nisi aliàs sit interdictus iure naturæ. Atque ita tenendum est posse in omnibus hodie à Summo Pontifice dispensari, exceptis illis, qui matrimonia reddunt irrita attento iure naturæ. Quod diffiniuit Concilium Trident. *sess. 24. de matrim. d. Canon. 3.* ibi, *Si quis dixerit non posse Ecclesiam in nonnullis illorum dispensare, Anathema sit.* Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 52. num. 3. & duobus sequentibus, & lib. 8. disp. 6 num.* 11. Rebell. *lib. 3. de matrim. quæst. 15. n. 8. vers. quintò notandum, & num.* 11. & Gutier. *tract. de matrim. cap. 98. num. 19.*

194. Quid ergo dicendum de coniugio inter fratrem, & sororem? Responde ex communi Theologorum, & iuris Pontificij Interpretum aresto, talia coniugia lege naturali esse interdicta, neque Ecclesiam, vel Pontificem in eiusmodi nuptiis posse dispensare. Ratio, quia inter fratrem, & sororem est maximus pudor naturalis, cui actus coniugalis maximè aduersatur. Item, quia gentes bene institutæ abhorrent has nuptias, neque Summus Pontifex vnquam voluit cum fratre, & sorore dispensare, quod est argumentum, illum minimè posse, taléque matrimonium esse inualidum non solùm iure naturæ, sed etiam iure Ecclesiastico, Gutier. *de matr.* Quin imò coniugium inter fratres, & sorores nedum esse interdictum, sed etiam irritum iure naturæ, probatur ex Innocentio III. *in cap. gaudemus, de diuort.* dicente infideles conuersos ad fidem non esse separandos à coniugio contracto tempore infidelitatis in secundo, & aliis vlterioribus gradibus consanguinitatis: ex eo, quia legibus Ecclesiæ non tenentur. Ex quâ decisione colligitur quasi à contrario sensu apertissimè in primo gradu lineæ transuersæ coniunctos esse separandos. Confert authoritas D. Augustini *lib. 15. de ciuit. Dei, cap. 16. & lib. 22. contra Faust. cap. 35.* existimantis inter fratres, & sorores coniugia non esse licita, nisi in solo Mundi principio, cogente ad id generis humani propagandi natura ipsâ, ac necessitate. Idcirco tale matrimonium in primo gradu æquali lineæ transuersæ, hoc est, inter fratrem, & sororem esse inualidum iure naturæ, tradit Sotus *in 4. distinct. 40. quæst. vnicâ, art. 4. col. 3. conclus.* 1. Castro *lib. 3. de iustâ hæreticorum punit. c. 7. col.* 11. Henriq. *lib. 12 de matrim. c. 9. num.* 4. Toledo *lib. 7. Summæ, cap. 7. n. 2.* Sanchez *lib. 7. disp. 52. n. 12. vers. & ideo huius sententiæ.* Bonacina *de matr. quæst. 3 puncto 5. §. 1.*

§.1.num.12.vers.respondeo, & Azor inst. moral. p. 2. lib.5.cap.3.vers.secundò quæstio est.

195. Quare non sunt admittendi, qui censent inter fratres, & sorores ex Papæ dispensatione posse matrimonium iniri, quia is gradus non est interdictus naturali, & diuino iure, quales sunt Thomas Argentinas *in 4.dist. 4. quæst.1. art.4.* Caiet. teste Soto *in 4.distinct.40. quæst.1 art.2.* Nec obstat exemplum Abrahami viri sanctissimi dicentis *Genes.20.* Saram esse sororem suam, filiam patris sui,& non filiam matris suæ. His verbis: *verè soror mea est, filia patris mei, & non filia matris meæ*, quod quamuis id asserant D. Hieron. *quæst.Hebraica, in Genes.*& Caiet. *in verba Genes. proximè citata.* Nihilominus verius est Saram, non fuisse veram Abrahæ sororem, sed esse filiam Aram fratris Abrahæ, & neptem Thare patris Abrahæ, vt testatur D. August. *lib.16.de ciuitate Dei, c.12. & 19. & quæst.in Genesim,quæst.26.*D.Thom.*2.2.quæst.110. art.3.ad 3.* Lyra *in verba Genes. 10. verè soror mea est*, & ibi Abul. *& cap.11. quæst.22. & Leuitici 18. quæst.5.* & ex nostris Pereira *tom.2 in Genes.lib.16. disp.14.à num.314* & Bellarm.*lib.1.de matrim.c.28. in solut.ad 2.* Azor *d. p.2.lib.5.cap.3.vers.tertiò quæritur,& ante 2.quæstio est,fol.534.& duobus sequentibus, vers. argumenta verò opposita sententiæ, quorum auctoritate, hæc sententia verior esse apparet.*

196. Quòd si vrgeas dixisse Siluestrum sequutum Angelum *in verb. Papa, quæst.17.* ex Diuo Antonino *3.p.tit.1.cap.11.* Martinum Quintum dispensasse cum fratre, & sorore, vt matrimonio copularentur? responde Antoninum non id testari, sed tantùm referre Papam dispensasse,vt quidam duceret in matrimonium illam, cuius sororem germanam occultè carnaliter cognouerat.Quin imò Comes Armeniacus adulterinam dispensationem ostendens, sororem duxit, verámque nullo modo potuit impetrare; quam rem Rex admiratus ad Pontificem litteras misit, deprehensúmque est inscio Summo Pontifice omnino literas dispensationis falsò fuisse scriptas,& sigillo munitas.Ita Æmilius in vita Ludouici vndecimi Regis Francorum, cuius criminis luit pœnas:& Comiti Armeniaco, seu Areminiaco sororem quam perditissimè amabat, dimittere nolenti Rex bella mouit, superatúmque bonis,ac patrimonio spoliauit. hinc deducitur falsum esse,mendacium, & matrimonium æqualiter esse malum intrinsecè, quando contrahuntur in primo gradu, tam in lineâ rectâ, quàm in lineâ transuersâ æquali; quia mendacium ita est malum intrinsecè, vt nullo modo possit cohonestari;at verò matrimonia patris cum filiâ, vel matris cum filio,& inter fratrem, & sororem possunt cohonestari in casu extremæ indigentiæ ad conseruandam speciem humanam. Petrus de Ledesm. *de matr. quæst.52. art.3.* Bonacin. §. 1. & alij, *de matr. quæst.3. punct. 5. num. 12. vers. respondeo falsum esse matrimonium patris cum filiâ, vel matris cum filio ita esse intrinsecè malum, sicut mendacium, quia mendacium cohonestari non potest.*

197. Quid dicendum de infidelibus matrimonio coniunctis in primo gradu consanguinitatis lineæ transuersæ,quales sunt fratres,si ad fidem conuertantur? respondeo separandos esse,ex eo quòd inter illos matrimonium iure naturæ est irritum. Sot. *in 4.dist 40.quæst.vnica,art.4.in solut.ad 1.*Caiet. *dist.41.quæst.vnica.art.3.col.penult.vers.faciamus.* & Toledo *lib.7.Summæ,c.7.n.2.* Mihi tamen ex sententiâ, quæ docet ita iure naturæ matrimonium prohibitum esse,vt eodem iure attento irritum sit in illo gradu lineæ transuersæ,ac proinde attento solo iure naturæ validum esse matrimonium inter fratres,& sorores,valde placet esse probabile. Similia matrimonia solâ lege Ecclesiasticâ irritari, quoniam dum infideles erãt non suberant eidem; atque ita non debere separari, nisi sint irrita eadem matrimonia inter fratres, & sorores ex alio capite,nimirum,si consuetudine legitima,aut lege aliqua particulari essent irrita.Probatur,quia Romanis olim lege speciali connubium inter fratres,& sorores licebat,vt auctor est D.Greg.*responsione 6. ad Augustinum Angliæ Episcop.* & refertur *cap.quadam lex 35.quæst.3.*Proinde in hanc partem expressè aiunt Veracruz *1.p.speculi,art.22.concl.2. & art.25.pag. antepenult. §.ex omnibus istis.*Vega *2. tom. Summæ, cap. 34. casu 127. ad finem*, dicentes valde probabile hoc matrimonium solâ lege Ecclesiasticâ irritari,cui infideles dum contraxerunt, non subiacebãt, & ideo attentâ hac probabilitate non esse separandos,dum ad fidem conuertuntur.

Suffragatur *2. Regum 13.* Thamar filia Dauid dicens fratri suo Amon, *Noli me frater comprimere, noli facere stultitiam hanc, quin potius loquere ad Regem,& non negabit me tibi.* Ergo lumen naturale non docet hoc connubium esse interdictum inter fratrem,& sororem; siquidem in primordio Mundi nascentis fratres, & sorores matrimonia contraxerunt.Quare non est dicendum eos statim ius naturæ violare:quòd si esset cõtra ius naturæ, Deus aliter rem instituerer, ne ius naturæ infringeretur, fauet D.Thom.*2.2.quæst.154.art.9.in solutione ad 3.* his verbis,ibi: *in commistione personarum coniunctarum aliquid est, quod est secundum se indecẽs, & repugnãs naturali rationi:sicut quod commistio fiat inter parentes,& filios,quorum est per se,& immediata cognatio. Nam filij naturaliter honorem debent parentibus.* & infrà in eodem loco pergit hoc modo, ibi, *Aliæ verò personæ,quæ non coniunguntur secũdum se ipsas,sed per ordinem ad parentes,non habent ita ex se ipsis indecentiam. Sed variatur circa hoc decentia, vel indecentia secundum consuetudinem,& legem humanam.* Iuuat Caiet. *in eadem quæst. & articulo ad finem*, dum ait Papam posse dispensare cum omnibus personis coniunctis, nisi cum matre,& patre, vt matrimonium contrahant,quod D. Thomas insinuat in litera dicendo, quòd commistio fratrum, & sororum non naturâ, sed religione prohibente, facta est damnabilis:sic Caiet. ibi ex D.Thom.qui etiam *in 4.dist.40. quæst.vnicâ, art.3.* excitat quæstionem de gradibus consanguinitatis interdictis lege naturali, & in solutione quæstionis non refert nisi parentes,& filios, quam etiam partem tanquam veram docet idem Caietan. *in cap.18.Leuitici, ad finem*, Lipoman. *in Genes.c. 20.* in ea verba, *verè soror mea est*, Victoria *in relectione, de matrim. 2. p. partis secundæ, num.6.dict.2.* dicens forsan ita esse, Anton.Cucch.*lib.5 instit.maior.tit.1. n. 11.* ait fortè hanc esse veriorem. Henriq. tamen *lib.12. de matrim.c.9. num.4.* vult esse probabilem. 198.

Ex quibus deducitur fratres infideles matrimonio copulatos ad fidem postea conuersos non esse molestandos, nec cogendos ad separandum matrimonium, si id molestè ferant. Confert Darius Persarum Rex vltimus, ab Alexandro superatus, qui teste Iustino *lib. 11.* sororem suam duxit, & ante eum Ægyptij teste Diodoro *lib. 1.* legem tulere, quâ sororem à fratre ducendam vxorem sancitum est.Nec est omittendum quod Plat. *lib.5. de Repub.* ius fecerit omnes sibi matrimonio iungere, præterquam patres, filios,& filiorũ filios. 199.

Quin ipse *lib. 11. de legib.* iubet connubium iungi inter eos, qui sanguine proximi sunt: quibus omnibus probatur non esse insitatum, ac nefas matrimonium inter fratres, & sorores, imò validum attento solo iure naturæ, esse valde probabile; vt ex multis refert Sanchez *lib. 7. disp. 52. num. 10. & 13.* vide Azor. *2. p. instit. moral. lib. 5. cap. 3. vers. argumenta verò.*

200. Quamobrem placet asserere non posse Papam dispensare in impedimentis dirimentibus matrimonium iure naturali, quia non constat habere hanc facultatem, & colligitur *ex cap. literas §. sanè, in fine, de rest. tut. spoliatorum.* Gutierr. *de matrimon. cap.* 122. Petrus Ledesma *quæst. 55. art. 6.* Sanchez *lib. 8. disp. 6. num.* 10. Bonacina *de matrimon. quæst. 3. puncto 15. num. 1. & 2.* vnde in impedimentis dirimentibus solum iure humano potest dispensare, ex iustâ tamen causâ, quamuis alioquin validè dispenset.

Quæstionis tamen est, an Papa, vel Ecclesia dispensare possit ad ineundum matrimonium inter amitam, vel materteram, & consobrinum, aut inter patruum, vel auunculum, & consobrinam? Responde glossam *in cap. litteras, de rest. spol.* negare; quia, inquit, hos gradus in *Leuit.* 18. interdixit. Consonat Ambros. *lib. 9. epist. 66. quæ est ad Paternum*, insinuans hoc connubium patrui cum consobrina naturali iure esse reprobatum. Contrarium tamen est dicendum, puta patruum vel auunculum posse ex dispensatione Pontificia matrimonium contrahere cum consobrinâ, & amitam, vel materteram, cum consobrino. Azor. *suprà d. cap. 3. vers. 3. quæritur, pag.* 535. Sà *verb. impedimenta matrimony, num.* 4. Sotus *in 4. dist. 40. quæst. 1. art. 4.* & aliquos quos sequitur referens Bonacina *dict. quæst. 3. punct. 5. §. 1 num.* 13. patet exemplo in lege scripta *Leuitici* 18. vbi expressè tantum interdictum erat, vt amita, vel matertera non nuberet consobrino, non autem, vt patruus, vel auunculus contraheret cum consobrinâ: attamen par est in vtroque ius; idcirco hæc prohibitio non est iuris naturalis, sed iuris diuini dumtaxat ad tempus constituti populo Israëlitico in lege illâ antiquâ, conducit Innocentius *in cap. gaudemus, de diuortiis*, dicens infideles contrahentes in secundo gradu, si ad fidem migrent nostram, non esse separandos. Confirmatur ex vsu quotidiano, quia Romanus Pontifex solet dispensare, vt patruus, vel auunculus ducat vxorem consobrinam, hoc est, filiam fratris sui, vel sororis suæ, vt sæpe in hoc Regno Lusitaniæ visum est, quam partem docent Azor. *2. p. lib. 5. cap. 3. § tertiò quæritur.* & Bonacina *quæst. 2. punct. 5. num. 13. §. 1.*

201. Ambigi potest de primo gradu affinitatis inter ascendentes, & descendentes, an ita sit naturali iure interdictus, vt nulla ratione posset validè contrahi matrimonium etiam interuedente Pontificiâ authoritate? Responde affinitatem dirimere matrimonium iure naturæ imtem cum affine in primo gradu lineæ rectæ, quando proficiscitur ex matrimonio. Ex eo, quia vniuersim gentes omnes huiusmodi matrimonia videntur refugere, ita Vasquez *3. p. quæst. 91. art. 1. dub. 4 num.* 12. Petrus Ledesma *quæst 55. art 6.* Valent. *tom. 4. disp. 10. quæst. 5. punct.* 2. Coninch *disp. 32. dub. 4. n.* 53. & ante illos Sot. *in 4. dist. 41. artic.* 3. Couarr. *2. p. cap. 6. §. 10 num 6.* Ludouic. Lopez *2. p. instructory*, vbi *de matrim. cap. 50. fol. 1148. vers. igitur pro decisione.* Catharin. *in Caiet. lib. 5. cap. de matrim, fol.* 493. Nauarr. *lib. 4. consil. in secunda edit. tit. de sponsal. consil. 14. num. 8. ad finem.*

Quæ pars secundùm aliquos tradit in ea lineâ recta affinitatem ex matrimonio consurgētem dirimere iure naturæ matrimonium in quocunque gradu in infinitum inter ascendentes, & descendentes, quia omnes ascendentes habent rationem principij iure naturali, ac subinde rationem superioris, & eadem reuerentia debetur affinibus, & consanguineis: idcirco eodem modo ab vtrisque abstinendum est. Sic Ioannes Andreas *in arbore affinitatis*, & *ibi* Præpos. *num. 10. & 16.* Lambert. *de iure patron. lib. 2. part. 1. quæst. 9 art. 18. num.* 10. Ant. Cucch. *lib. 5. instit. maiorum. tit. 12. num.* 239. Siluest. *verb. matrim. 8. quæst. 15. dicto 6.* Gregorius Lopez *l. 5. in fine, tit. 6. part. 4.* & Philiarc. *de officio Sacerdotis, tom. 1 p. 2. lib. 2. cap. 12. vers. consanguinit.*

Nihilominus magis placet sententia dicentium affinitatem consurgentem ex matrimonio in nullo gradu lineæ rectæ ita interdicere matrimonium iure naturæ, vt illud irritet: ideo illud esse validum in quocunque gradu, iure ecclesiastico minimè attento. Probatur, quia tale matrimonium potest ordinari ad propagationem, & ad remedium concupiscentiæ, & mutuum obsequium in rebus honestis coniugum, neque debitus coniunctionis ordo infringitur in eo connubio, quamuis matrimonium contrahatur in primo gradu lineæ rectæ, puta inter vitricum, & priuignam, vel inter nouercam, & priuignum: quæ violatio accidit in matrimonium in primo gradu lineæ rectæ inter consanguineos, vt inter parentes, & filios, in quibus datur, & accipitur naturale esse per naturalem generationem: secus in matrimonio in primo gradu lineæ transuersæ inter affines inito. Nam attento iure naturæ est validum, nimirum cum vxore fratris, atque ita certum est nullum gradum affinitatis in lineâ transuersâ, ita esse interdictum iure naturæ, vt eo attento infirmet matrimonium, esto aliquam indecentiam secum afferat; nisi ex aliquo capite cohonestetur, ac proinde secluso iure Ecclesiastico non est dubium esse validum in quocunque gradu lineæ rectæ inter affines ex matrimonio tales: necnon in primo gradu lineæ transuersæ, vt cum vxore fratris. Bonacina *d. quæst. 3. punct. 12. n. 5. & 9.* 202.

Prior pars huius asserti diffinientis affinitatem ex matrimonio natam in nullo gradu lineæ rectæ esse irritū, est D. Thom. *2. 2. quæst. 154. art. 9. in solut. ad 3.* Caiet. *ibi. circa solut. ad 3.* Henriquez *lib. 12 de matrim. cap. 1. num. 2. & cap. 9. num. 5.* Sà *in Summa, verb. matrim.* vbi *de impedimentis dirimentibus, num. 4. vers. cum parentibus*, Loazes *de matrimon. Regis Angliæ, dub. 2. in solut. ad 2. fundamentum partis negantis, à num. 1. ad 19. & num. 20.* Posterior autem pars, quæ ait in nullo etiam gradu affinitatis lineæ transuersæ matrimonium esse prohibitum ita iure naturæ, vt eo considerato fiat irritum, asseritur ab eisdem Doctoribus modò relatis: quibus accedunt Caiet. *tom. 3. opusc. tract. 13. de coniugio cum relicta fratris, ad Regem Angliæ, & tract. 14. de eodem coniugio ad Clement. septimum.* Sot. *in 4. dist. 41. quæst vnic. a, art. 3. conclus.* 2. Valent. *4. p. disp. 10. quæst. 5. punct 3. vbi de impedi. cognationis, vers. in aliis autem gradibus*, & Bellarm. *lib. 1. de matrim. cap. 28. in principio, & infra notabili* 2. Confirmatur ex sacrâ paginâ *Genes.* 29. vbi de Iacobo qui duxit Liam, & Rachelē sorores, & *Deuteronomy* 27. vbi lex præcipiebat, vt frater contraheret cum vxore fratris sui sine liberis decedētis. 203.

N n

Non tamen licitum erat fratri ducere vxorem fratris viventis, vt fecit contra omne ius Herodes vivente fratre Philippo, qui filios ex propriâ vxore genuerat, & cùm esset Herodes filius Iudæi, tenebatur lege Moysis, quæ nondum eo tempore expirarat; sed vsque ad mortem Christi Domini perseuerauit, & similia connubia viuente marito, eóque repugnante prohibebat, & ob eam rem ipse reprehensus fuit à Ioanne Baptista, quòd fratris sui adhuc viuentis haberet vxorem. Ita locum Matthæi, & Marci Ecclesia intelligit in officio eiusdem Sancti quod dicitur die Decollationi sacto, Azor *instit. moral. p. 2. lib. 5. cap. 4. quæst. 4. vers. ad secundum respondeo.* Sanchez *suprà, disp. 6. n.* 8. Bonacin. *d. quæst. 3. punct.* 12.

204. Si autem malueris adhærere sententiæ asserenti in primo gradu affinitatis lineæ rectæ interdictum, ac irritum esse matrimonium iure naturæ, vt inter socerum, & nurum, socrum, & generum, nouercam, & priuignum, consequenter teneris dicere in eo gradu fideles coniunctos si ad fidem redeant, separandos esse, quod tradit Sot. 4. *dist. 41. quæst. vnicâ, art. 3. col. vlt vers. At verò;* secus dicendum, si sequaris affinitatem ex matrimonio surgentem in nullo gradu lineæ rectæ interdicere matrimonium iure naturæ, ita vt illud dirimat. Secundùm quam infideles matrimonio copulati, si baptizentur, non sunt separandi, nisi per leges infidelium matrimonia dirimantur ex ratione suprà redditâ, quia ea matrimonia non sunt irrita iure naturæ, sed solo iure Ecclesiastico, cui infideles non erant subditi. Henriquez *lib. 12. de matrim. cap. 9. num.* 5. & Veracruz 2. *p. speculi, art. 25. col. antepenult. vers. ex omnibus istis.*

205. Quid de affinitate in primo gradu lineæ transuersæ? Responde, vt iam dictum est, illam non irritare matrimonium iure naturæ, vel diuino: & ex consequenti interueniente Pontificiâ dispensatione posse vxorem defuncto viro nubere fratri viri sui mortui, & virum demortuâ primâ vxore posse ducere sororem illius, vt dispensauit Iulius secundus cum Catharina, vt nuberet Henrico fratri sui primi mariti demortui, & Alexander sextus concessit Emmanueli Regi Portugalliæ, vt secundam vxorem duceret sororem prioris, quæ ambæ erant filiæ Regum Catholicorum Hispaniæ Ferdinandi, & Elisabethæ, Azor vbi proximè §. 4. *quæst. est. vers. tertio.* Bonacin. *suprà vers. dixi in primo*, & Sanchez *d. disp. 66. num.* 7.

206. Ex his sequitur validum esse matrimonium iure naturæ initum cum concubinâ patris, etiam si hoc matrimonium illicitè fiat ob naturalem quandam indecentiam, & turpitudinem, prout benè notat Pet. Ledesma *quæst. 55 art. 6. conclus.* 3. Reb. *lib. 3. de matrim quæst.* 15 *num.* 9. Perez *de affinitate*, quos referens sequitur Bonacina *d. quæst.* 3. *num. 6 & 7. vers. Dixi quando affinitas.* Sed contrà Sotus *in 4. dist. 41. quæst. 1. art. 3. vers. Quæritur ergo*, dicens in matrimonium priuigni cum nouercâ, vel nurus cum socero, non cadere dispensationem, teste Paulo 1. *Corinth.* 5. dicente ibi. *Omnino auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter gentes, ita, vt vxorem patris sui aliquis habeat.* Item quia nunquam legitur Ecclesiam dispensasse, nec Papam in tali gradu, vt contraheretur matrimonium.

207. Nec refert asserere apud Persas, teste Augustino *lib. 3. quæstionum in Leuit. quæst.* 6. esse in vsu, vt mortuo patre filius nuberet nouercæ: nec quod ait Plutarchus in vitâ Demetrij de Seleuco, tradidisse Stratoni filio suo illam, quam duxerat vxorem. Multò minùs facit ad rem, quòd Adonias filius Dauidis perierit in vxorem Abisag Sunamitidem patris sui vxorem: Quia ad hæc respondetur Persas esse, & fuisse spurcissimos, cóque, vt tales arguisse Chrysostomum *homil.* 26. *de Pentecoste*, Seleucúmque ius naturæ turpiter violâsse. Necnon Adoniam quid peteret fuisse assecutum: ideò repulsam fuisse passim. Multò minùs facit ad rem argumentum ex Thamar depromptum, dicente ad Amnon, *loquere ad Regem, & non negabit me tibi:* quia perturbata stultitia fratris, & rei atrocitate locuta fuit, vt eo modo euaderet è periculo, in quo erat: seu, vt aliis placet, Thamar non erat filia Dauidis, sed soror Absalon genita ex matre illius ex alio viro, aut fortassis Dauidis filia ex adoptione, non ex generatione, quare hæc exempla non vrgent. Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 5. cap. 3. §. argumenta verò opposita sententiæ.*

Dicendum nihilominus posse Papam dispensare cum filio, vt ducat vxorem concubinam patris sui, quia nullâ sufficienti ratione probari potest hanc affinitatem dirimere matrimonium iure naturæ; cuius doctrinæ non leue est robur, concessisse scilicet Pium Quintum Cardinali nostro Henrico facultatem dispensandi in affinitate proueniente ex fornicariâ copulâ occultâ in quocunque gradu. Non diffiteor tamen ob quandam naturalem indecentiam hoc matrimonium esse illicitum iure naturali, nisi cohonestetur ex causâ iustâ. Rebell. vbi suprà *num.* 9. Bonacina, & alij loco suprà allegato.

Ad argumenta ergo ex D. Paulo desumpta responde procedere quo ad vxorem patris, ibi: *ita vt vxorem patris sui quis habeat*, referturque dictum Pauli ad incestum simul, & adulterium, ita vt viuente patre intelligatur, vt ibi notat Caiet. vxorem dixisse Paulum, non relictam patris, & ex consequenti non concubinam. Couar. 2. *p. cap* 6. §. 7. *num.* 3. vide & §. 10. *à num. 6. ad* 10. Azor. *suprà, §. quinta quæstio est.*

Quæri potest an Papa possit præcipere, ne quis contrahere possit matrimonium cum hæreticâ? Responde posse irritando matrimonium, si fortè post præceptum contraheret secundùm verum sensum *capitis caue, & capitis non oportet* 28. *quæst.* 1. nisi tot concurrant circunstantiæ iustæ, quæ tale decretum faciant iniustum. ita Nauar. *consil. lib. 4. tit. de matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiæ, cons. 2. num. 1. in 2. editione*; præcepto autem secluso contrahere cum hæreticis non licet catholico, sed contractum tenet. idem Nauar. *in manu. cap. 22. num.* 4 licèt contrahendo peccet iuxta glossam receptam *in cap. non oportet* 28. *quæst.* 1. & secundùm D. Thomam *in 4. dist.* 59. idem dicitur si contrahatur cum schismatica. Idem Nauarr. *consil. lib. 1. tit. de constit. consil. 1. num.* 63. 208.

Dubium tamen est, an possit Papa dissoluere matrimonium consummatum ab infidelibus? Pars negans, ex eo probatur, quia Papa non debet prætermittere tertio sine ipsius consensu. *leg. 2. §. si quis à principio, ff. ne quid in loco publico fiat, cap. super eo, de officio delegati, regul. Cancell. de non tollendo iure quæsito.* Item, quia licèt Papa possit dispensare in matrimonio per verba de præsenti contracto, & nondum consummato ex iustâ causâ, vt de Martino Quinto, & Eugenio Quarto refert dispensâsse D. Antoninus 3. *p. tit. 1. cap. 21. §. 3. ad finem*, & Nauar. *in Summa, cap. 22. num* 21. vbi refert à Paulo III. & Pio IV. ter, vel quater ad 209.

petitiones de suo factas consilio fuisse dispensatum. Non tamen posse dispensare in matrimonio consummato, vt tam Iuristarum, quàm Theologorum tenet decisio firmans consummatum esse omnino indespensabile, quod multis probat Couar. *Epitom. 2. p. cap 7. §. 4. n. 15.* & Rebell. *lib. 2. de matrim. quæst. 15. num. 6. sectione 3.* Ergo non potest Papa dissoluere matrimonium infidelium consummatum, cùm sit de lege naturæ inseparabile, nec tolli potest, vt probat D. Thomas communiter receptus *in 4. dist. 33. quæst. 2. art. 1.* & deducitur ex diffinitione matrimonij positâ in princip. *Institut. de patria potest.* ibi: *indiuiduam vitæ consuetudinem continens.* Et, *Quos Deus coniunxit, homo non separet, Matthæi* 19. Nauar. *cons. tit. de conuersione infidelium cons. 3. n. 6. ad num. 12. & sequentibus.* Atque ita hæc pars est tenenda; limitanda tamen, posse dissolui de consensu vtriusque coniugis, cùm matrimonium inter infideles fuerit confirmatum solùm concubitu, non tamen consummatum fuit Sacramento, quod significat mirabilem coniunctionem, ex quo sequitur posse ex iuxtâ causâ solui à Summo Pontifice, iuxta ea, quæ tradit Felin. *in cap. qua in Ecclesiarum, de constit.* & Nauar. *vbi suprà. d. cons. 3. de conuers. infidelium, lib. 3. pag. 877. in 2. edit.*

210. Non tamen inde inferas posse Ecclesiam, vel Papam infidelibus impedimenta matrimonium dirimentia statuere, quia infideles non tenentur, nec ligantur constitutionibus Pontificiis, cùm sint extra Ecclesiam. Innoc. III. *in c. gaudemus, de diuort.* ex testimonio D. Pauli 1. *Corinth. 5.* ibi, *Quid enim mihi de iis, qui foris sunt, iudicare?* Fateor tamen posse Pontificem tanquam Principem temporalem impedimenta decernere dirimentia infidelibus, qui in oppidis Pontificiæ iurisdictioni temporali subditis habitauerint. Sanchez *de matrim. lib 7. disp. 1. num 3.* ex eo fundamento, quia Princeps infidelis potest hodie statuere impedimenta dirimentia in terris suis, ne infideles subditi possint inter se matrimonio copulari; ergo similiter Summus Pontifex. Quod etiam ex natura sua integrum foret Principibus secularibus fidelibus, nisi Ecclesia id sibi reseruâsset; Victoria *relect. de matrim. p. 2. secunda partis, num. 12.* Sot. *in 4. dist. 40. quæst. vnicâ, art. 5. col 4. vers. interrogationis, col. sequent. vers. nihilominus.* Bellam. *lib. 1. de matrim. cap. 32. ad finem,* & Angles *Floribus 1. p. de matrim. quæst. 13. de impedimento consanguin. art. 3. difficult. 4.* Quæ reseruatio probatur *ex cap. tuam, de ordine cognit.* vbi deciditur causas matrimonij ad forum Ecclesiasticum spectare. Item quoniam contractus matrimonij cùm hodie excedat naturam aliorum contractuum, & accedat ad naturam Sacramenti supernaturalem, dispositio illius non competit Principi seculari, sed Summo Pontifici. Henriquez *lib. 12. de matrim. cap. 1. n. 4.* Petrus de Ledesma *de matrim. quæst. 50. art. 1. dub. 1.* Victoria *vbi proximè,* & Barthol. à Ledesma *dubio 29. de matrim conclus. 1. in fine.* & alij, quos referens sequitur August. Barbos. *in d. cap. gaudemus, num. 7.*

211. Posse autem Pontificem ex causâ iustâ dispensare, vt coniugium celebretur inter fidelem, & infidelem, tradunt Sotus *in 4. dist. 39. quæst. vnicâ, art. 2. in fin. Corporis.* Siluester *verb. matrimon. 8. quæst. 10. dict. 3.* Graffis *p. 1. decis. lib. 2. cap 85.* Barthol. de Ledesma *de matrim. dub. 54. post 3. conclus.* & Petrus de Ledesma *de matrim. quæst. 59. art. 1. dub. 2. in Corollario,* quod infert *ex tertia conclusione,* Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 71. num. 10.* quibus nouissimè accedit Illustrissimus Hispaniarum Primas *prima parte Decreti, cap. quoniam, num. 3. distinct. 32.* ex eo, quòd Pontifex possit dispensare in omni iure Ecclesiastico, secundùm quod matrimonium hoc est irritum, puta inter fidelem, & infidelem: non tamen aliquo iure naturali diuino, aut diuino positiuo, sed solo iure Ecclesiastico, vt tanquam verius, docent Victoria *in Summa, vbi de matrim. num. 294.* Veracruz *1. p. speculi, art. 32 dub. 1. conclus. 3.* Barthol. de Ledesma *dub. 54. de matrim. conclus. 2. & 3.* Graffis *1. p. decis. lib. 2. cap. 85. num. 11.* Angles *Floribus 1. p vbi de matrim. quæst. 12. art. 1. in principio.* Couar *4. Decret. 2. p. c. 6. §. 11. num. 1.* Matienzo *lib. 5. recopil. tit. 1.* glos. 1. *num. 150.* & ex nostris Valentia *4. disp. 10. quæst. 5. punct. 3.* vbi de cultûs disparitate. Bellarm. *lib. 1. de matrim. cap. 23. conclus. 2. & 3.* & Henriquez *lib. 12. de matrim. cap. 13. num. 2. & 3.* & quamuis nullus detur in specie textus, qui hoc matrimonium reddat irritum, satis est receptissimus vsus Ecclesiæ totius, qui vim legis inducit, Bellarm. vbi proximè, Valensa, & Henriquez suprà scripti, & est communis, ac omnino certa, Sanchez *d. disp. 71. num. 5. 8. & 9. cum sequent.* & Bonacina *de matrim. quæst. 3. puncto 15. num. 2. vers. Dixi in propositione,* vbi vult Pontificem in impedimentis dirimentibus matrimonium iure naturæ non posse dispensare; secus in dirimentibus solùm iure humano ex iustâ causâ, quamuis alioquin validè dispenset. quod ante eum dixit Sanchez *suprà num. 10. ad finem.*

Non tamen erit hoc matrimonium inter fidelem, & infidelem Sacramentum omnino ex vtraque parte contrahentium; sed ex parte fidelis tantùm. Basilius *de impedimentis, cap. 2. §. 2. vers. quod si quis,* & Ægidius *disp. 31.* Ex parte verò infidelis non est Sacramentum, quia deficit Baptismus, qui est ianua Sacramentorum. P. de Ledesma *quæst. 59. art. 2. dubio 1. vers. quo.* Speculum *tertia parte, art. 35.* Sot. *in 4. dist. 26. quæst. 2. art. 3.* & alij apud Bonacinam *quæst. 2. punct. 2. num. 2.* & latiùs apud Sanchez *de matrim. lib. 2. disp. 8.* 212.

Quin etiam matrimonium contractum ex dispensatione Pontificiâ à fideli cum Catechumenâ ex parte fidelis est Sacramentum, nisi fidelis intendat illud non recipere, quia tunc verè illud non recipit. Sot. *suprà d. art. 3.* Vasquez quem referens sequitur Bonacina *dict. puncto 2. num. 3.* contra Sanchez asserentem *lib. 2. disp. 8 num. 2.* ex parte neutrius in hoc casu nostro esse Sacramentum ex eo, quia matrimonium in vtroque coniuge est vnum numero Sacramentum, sicut est vnum numero matrimonium. Quare si in vno, hoc est, in Catechumenâ, non est Sacramentum, cùm adhuc non sit baptizata, nec erit Sacramentum in alio, hoc est, ex parte fidelis. 213.

Nihilominus magis placet ex parte fidelis esse Sacramentum, matrimoniùmque dici vnum numero Sacramentum adæquatum, quemadmodum omnes Ordines appellantur vnum Sacramentum numero: idcirco non sequitur hinc posse vnum recipere Sacramentum, altero non recipiente. Vnde Catechumena quamuis non recipiat Sacramentum, quia non est baptizata, fidelis tamen recipit, vt sentit Illustrissimus Primas *1. p. Decreti, cap. quoniam, num. 3. dist. 32.* Bonacina *d. quæst. 2. puncto 2. num. 3. fol. 54.* Basilius, & Ægidius *suprà,* quæ procedunt quando contrahitur matrimonium ex Pontificiâ dispensatione inter fidelem, 214.

&

& Catechumenam, quia fidelis solus est Sacramenti capax, atque ita dum alter ex infidelibus coniugatis conuertitur, resultat ex parte illius ratio Sacrameoti, quod ei gratiam confert, ita Echius *tom.4. homil.73. de Sacramentis.* Bonacina *d.puncto 2.num.4.* quoniam non est priuandus gratiâ sacramentali matrimonij, qua concupiscentia reprimitur, & officia coniugalia rite peraguntur, qui sunt effectus Sacramenti matrimonij. Gutier. *de matrim. cap.42. num.5.* vide tamen August. Barbos. *in cap. gaudemus, num.4. & 5. de diuort.*

215. Difficilius tamen nodus est, quando matrimonium infidelium, si conuertantur, fiat Sacramentum? Sanchez *lib.2.disp. 9.* pro vtraque parte nodum implicando, & explicando concludit *num.5. vers. tertia sententia*, fieri Sacramentum matrimonium infidelium, gratiámque conferre, dum ipsi baptizantur, nec requiri aliquem nouum consensum, sed statim ac baptizantur, effectum tunc subsequi, pro qua sententia allegat Veracruz *2.p. speculi, art.36. conclus.2.* Vega *lib.4. Summæ, casu 113.* & alios. Magis tamen placet dicere hoc matrimonium fieri Sacramentum quandocunque post Baptismum susceptum accedunt noui consensus, vel præcedentes ratificantur, vel per verba, vel per nutus, aut per aliqua alia signa externa, aut per accessum maritalem: ratio, quia nouum Sacramentum non fit nisi accedente noua forma, & materia: atqui Matrimonium prout est Sacramentum distinguitur à Baptismo; ergo quando suscipitur Baptismus, non fit Sacramentum Matrimonij, nisi accedat noua forma, & materia requisita. hæc autem forma, & materia sunt noui consensus, vel ratificatio præcedentium: igitur non fit Sacramentum, nisi quando materia, & forma concurrunt, aut ratificatio præcedentium; ita Capreolus *in 4. dist.26. quæst vnicâ, art.3. & 5.* Bellarm. *lib.1. de matrim. cap.5. ad finem.* Petrus de Ledesma *de matrim. quæst. 59. art.2. dub. 3.* Echius *de matrim homilia 73* quos referens sequitur Rebell. *lib.2. de matrim. quæst. 6. num. 2.* & Bonacina *dict. punct.2. quæst 2. num.5.*

216. Non tamen huiusmodi coniugati tenentur renouare consensus coram Parocho, & testibus, quia Concilium Tridentinum requirit affirmatas conditiones, vt contractus validè celebretur: supponendúmque est infideles ante Baptismum validè contrahere, ideo satis est ratificatio eiusdem contractûs per externa signa, & renouatio consensuum aliquo ex modis supradictis, vt fiat Sacramentum Matrimonij, & recipiatur gratia. Rebell. *suprà, num.5. vers. fit 3. conclusio.* Gutier *de matrim. cap.41. num.6.* Sanchez *disp.9. num.1.* Nauar. *lib.1. cons. tit.35. de pactis, cons. 4. ad finem, in priori edit. & in secunda, lib.3. tit. de conuers. infidelium, cons.2. in fine*, & alij quos ibi sequitur Sanchez, & Bonacina *in d. puncto 1. ad finem.*

217. Consequens est dicere, an, & quomodo possit Summus Pontifex dispensare in radice matrimonij: Responde matrimonium inter consanguineos nulliter contractum censeri à Papâ dispensatum in radice, quando Papa declarat legitimos filios natos ante dispensationem, & post dispensationem nasciturus, nec requiri nouum consensum adueniente dispensatione, sed satis esse primum cum affectu maritali præstitum. Rot. *decis. 487. num.12.* apud Farin. *p. 2. recent.* vbi *num.13.* arbitratur posse Pontificem dispensare in radice matrimonij etiam mortuo altero coniuge: dummodo per parentes adhuc superstites dispensatio petita fuerit, & ita sine dubio tollendo Pontifex impedimentum iuris positiui, potest dispensare etiam illo sublato in eius radice, & in terminis priorum consensuum relinquere matrimonium ita validum, ac verum, prout ex tunc perinde, ac si præcessisset illud dispensatio, Augustin. Barbos. *4. Decretal. cap. super eo, Vrbani tertij, de conditionib. apposit. & in cap. per venerabilem, num.4. & tribus sequentibus, qui filii sint legitimi, & in cap. tanta, eodem titulo, num.40.*

Quin imò tantæ est potentiæ dispensatio hæc in radice matrimonij, vt operetur, siue obtineatur in vita contrahentium, siue post mortem eorum ad filiorum ligitimationem in præiudicium tertij alioquin vocati ad succedendum, dummodo in vita petatur. idem Barbos. *in d.c. tanta, vers. filius incestuosus, num.38. & 39.* post Stephanum Gratian. *disceptat. cap.138. num.48.* Iacob. de Grafiis *tom.1. consil. sub tit. de consanguinitate, & affinitate, cons. 1. num. vltimo.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. §. 9. num. 57.* atque ita fuisse resolutum in Rota in vnâ Tarraconensi illegitimitatis 22. *Octob.* 1546. *per Consilium Ancharani 409. Viso diligenter.* & postea in vnâ Siracusana illegitimitatis 19. *Octobris* 1579. coram Clemente VIII. tunc Hippolyto Aldobrandino Rotæ Auditore, quæ decisio est 207. *incipit, Domini tenuerunt dispensationem, part.1. diuersorum per totam.* Addit tamen Rota *eadem decis.174. post lib.2. Concil.* Farin. dispensationem in radice matrimonij comprehendere tantùm prolem natam in figurâ matrimonij, non autem susceptam, & conceptam ante matrimonium. Quod etiam censuit in vna Leodien. Canonicatus 23. *Februarij* 1601. coram Illustrissimo Ludouisio, postea S. Gregorio XV. nisi in dispensatione aliud explicetur, vt de facto solet explicari. 218.

Quæstionis tamen est, an Pontifex possit legitimare indirectè quo ad temporalia dispensando in radice matrimonij nulliter contracti in locis sibi temporaliter non subditis? Pars negans est aliquorum dicentium non posse Pontificem dispensare extra loca sibi temporaliter subiecta in iure ciuili: ex eo, quia sicut Princeps secularis nequit ligitimare quo ad Ecclesiastica ex defectu iurisdictionis, sic nec Pontifex extra sua loca quo ad temporalia. Molin. *tom. 1. de iust. tract. 2. disp 173. in principio.* alter Molina *lib. 3. de primogeniis, cap. 2. num. 11. ex cap. per venerabilem. qui filij sint legitimi.* Confirmatur, quia dispensare in radice matrimonij, aut est facere, vt matrimonium illud reddatur ab initio validum; aut est effectus ex illo matrimonio nullo exortos auferre, sed vtrunque non subest Pontificiæ potestati, præsertim, quo ad effectus ciuiles extra loca suæ iurisdictionis temporalis: eò quòd idem esset, atque ligitimare directè illegitimos quo ad secularia. Molina *suprà disp.173. in principio.* 219.

Similiter non poterit Papa dispensare in radice matrimonij irriti ex defectu consensûs vnius saltem contrahentis, quia est nullum iure naturæ, nec potest supplere consensus, & ex consequenti non potest tolli radix illius, quod procedit quando impedimentum iuris naturalis, & defectus consensus certa omnino essent. Quòd si esset dubium, an impedimentum subsisteret nec ne, aut causa legitima atque contrahentium consensus interueniret, potest Pontifex dispensare in radice matrimonij, Molin. *lib.3. de primog. cap. 2. num. 12.* quia super his, quæ sunt iuris diuini, non potest aliter Pontifex dispensare, aut disponere. Anton: 222.

de

de Roſellis *de legitimat.lib.2. in principio, num.22.* & Ioannes Andreas,& Abbas *in cap.per venerabilem, §. quod autem, qui filij ſint legitimi* Sanchez *lib.8. diſp.7.num.10. poſt alios.*

223. Sequitur deinde illa dubitatio, an poſſit Papa diſpenſare in vxorum pluralitate, & an id fuerit in lege ſcriptâ licitum? Quo ad primum, reſponde negantet; quia non poteſt diſpenſare in iure naturæ,vel diuino. Probatur, quia non datur verum matrimonium, quin detur mutua corporum traditio: ſed ſi quis ducat duas vxores eodem tempore viuentes, vnam poſt alteram, non poteſt ſe vni traditum, alteri poſtea tradere:ergo cùm hoc naturæ matrimonij omnino aduerſetur, nullo modo poteſt contrahi verum matrimonium cum ſecundâ vxore, eo quòd vir per matrimonium obligatur ad reddendum debitum vxori petenti quotieſcunque illa petierit. Atqui poteſt contingere,vt ſimul illæ petant eodem tempore quibus ipſe non poterit ſatisfacere:igitur non poteſt diſpenſare, vt vnus vir habeat plures vxores. Sanchez *de matrim. lib. 7. diſp.* 80. *num.* 8. Henriquez *lib.12.de matrim.cap.*6. *num.*1. Bellarm. *lib.1.eodem tit.cap.*11.*propoſit.*2. Valenſa 4. *p.diſp.* 10. *quæſt.*1. *punct.*3.*col* 3.*verſ.quinto*, & Pereira *in Geneſ.c.*16. *diſp.*1. *num.*22.

224 Quo ad ſecundum dic in veteri lege fuiſſe licitam pluralitatem vxorum ex diſpenſatione Dei. Quia quamuis interdictum ſit iure naturæ plures ſimul habere vxores, non eſt tamen hoc primarium ius naturæ, ſed ſecundarium, in quo Deus poteſt diſpenſare. Atque ita nunquam Patriarchæ, & alij viri iuſti in lege veteri plures ſimul habuerunt vxores, niſi ex diuinâ reuelatione, quæ diſpenſatio non fuit conceſſa per aliquam externam ſcripturam, aut loquutionem, ſed per inſpirationem internam factam Patriarchis, quæ deſcendit virtute exempli,& conſuetudinis ad reliquos Iſraeliticos, quibus omnibus pluralitas vxorum licebat, vt conſtat ex *Deuteronomy* 21. ibi,*Si habuerit homo vxores duas*,&c. neque in hoc peccârunt, vt notat Innocent. III. *in cap. gaudemus, de diuortiis.* ſequitur D.Thomas *in 4. diſt.* 33. *quæſt.*1.*art.*2. *in Corp.* Bellarm. *de matrim.toto c.*11. *propoſ.*3. & 4. Valenſa 4 *p.diſp.*10.*quæſt.*1.*punct.*3. *col.*3 Bonacin. *de matrim.quæſt.*2. *punct.*10.*num.*4. *& ſequentibus.* vbi *num.* 8. addit nec conſuetudine hodie poſſe legitimè introduci pluralitatem vxorum,quoniam non introducitur conſuetudo contra ius naturæ, & diuinum.

225. In veteri autem lege pluralitas licebat, quæ deriuata eſt vi exempli, & conſuetudinis licitè ad reliquos Hebræos, neque eſt improbabile hanc diſpenſationem, & conſuetudinem fuiſſe extenſam ad Gentiles, atque ita fuiſſe licitam iiſdem antiquitus vxorum pluralitatem. Bellarm. *lib.* 1. *de matrim.cap.*11.*propoſit.*6. Valentia 4.*p. diſp.*10. *quæſt.*1.*col.*4. Gutier.*de matrim.cap.*106.*num.*2.Sanchez *lib.7.diſp.*80. *num.*13. Sed iuxta eoſdem probabilius eſt eam facultatem contrahendi cum duabus, non extendi ad Gentiles,nec poſſe licitè vti polygamiâ,hoc eſt,pluralitate vxorum. Idcirco non eſſe immunes à peccato, ſicut erant Iſraelitæ vtentes polygamiâ. Ratio rationis eſt, quia populo Dei eà diſpenſatio fuit indulta, vt valde multiplicaretur, quæ ratio non militabat in populo gentilico, vt docent plures apud Sanchez *vbi ſuprà, num.* 13. quibus accedit Gutier. de matrim.*d.cap.*106.*num.*2.*fol.* 299. *& lib.* 2. *Canonicar. cap.*7.*num.*36.vbi ait Patriarchis, & Iſraelitis licitum eſſe plures vxores accipere, vt cultores Dei veri multiplicarentur,& hoc modo vt citiùs Angelorum ruinæ repararentur, & reædificarentur muri cœleſtis Hieruſalem,qui peccantibus Angelis rupti fuerant, quæ ratio expreſsè traditur à Caſtro *lib.* 11. *aduerſus hæreſes, verb. nuptiæ, in* 4. *hæreſi.* dicebantur autem interdum in veteri lege vxores concubinæ, cùm non eſſent veluti vxores minimè principales, quæ poterant eiici, iuxta illud, *eiice ancillam, & filium eius*; quam tamen Sara dederat Abrahæ viro ſuo vxorem;talis etiam dicitur fuiſſe Bala ipſi Iacob, *Geneſ.cap.*35. item vocabantur concubinæ, quia ducebantur non ſeruato more ſeruari ſolito in recipiendis iuſtis vxoribus principalibus, quarum filiis non dabatur hæreditas,nec primogenitura,ſed munera duntaxat recipiebant. Couar. *de ſponſal.* 1. *p. cap.* 4. *in principio, num.* 9. Menoch. *de arbit. iud. centur.*5. *caſu* 418.*num.*15.*&* 16.& Lippoman. *ſuper Geneſ. cap.*22.

226. Quare nullo modo poſſe diſpenſare Papam in polygamiâ non ſolùm quod lege naturali,& lege Chriſti ſit interdicta propter veram Sacramenti ſignificationem, ſed etiam, quia nunquam licuit citra diuinam diſpenſationem, vt deciditur *in d. cap. gaudemus, de diuort.*D.Thom.4.*diſt.*33.*quæſt.*1. *art.*2.*corpor.*Driedo *lib.*1 *de libert.Chriſtiana,cap.*2. D.Anton.3.*p.tit.*14.*cap.*10.§.4. Couar. 4. *Decret.*2. *p. cap.*7.§.3.*num.*1.Bellarm.*lib.*1.*de matrim. cap.*11. *propoſ.*1. & Henriquez *lib.*12.*de matrim. concluſ.*5. Poteſt tamen Deus diſpenſare in hâc polygamiâ, & vxorum pluralitate, quoniam in eo nulla datur repugnantia,neque eſt contra prima principia iuris naturæ, quamuis aliquo modo aduerſetur iuri naturæ, quatenus aduerſatur concluſionibus deductis ab ipſis primis principiis, non tamen repugnat matrimonij naturæ,neque fini illius principaliori, atque ita poteſt diſpenſari à Deo, non tamen à Summo Pontifice, poſtquam Dominus *Matthæi* 19. reduxit matrimonium ad primæuum ſtatum, in quo vnica tantùm vxor licebat: vt vltra citatos teſtatur Gutier. *de matrim.cap.*106. Regiual. *in praxi, lib.*31. *num.* 4. Ægid. de *Sacrament.& cenſuris,tom.*2.*diſp.*26.*dub.*2.*num.*20.& alij quos ſequitur Bonacina *de matrimon. quæſt.*2. *puncto* 10. *num.*4. vbi *num.* 6. docet infideles contrahentes matrimonia cum variis fœminis nulliter contrahere, tenerique cum priori habitare,ſi ipſa voluerit ſine iniuriâ Creatoris cum illo habitare, cæteris remanentibus in infidelitate.

227. Quin etiam quamuis omnes vxores vnius infidelis conuertantur, vir ipſe non tenetur vllam ex conuerſis ducere vxorem, in rigore loquendo, excepta prima, quia nulla ex illis eſt vera vxor, niſi prima, quæ ſi noluerit cum ipſo permanere, aut voluerit, ſed cum pertractione ad peccatum, vel cum iniuriâ Creatoris, non tenetur aliquam aliam ex conuerſis traducere, ita præcitati, quos referens ſequitur Auguſt. Barboſ. *in cap. gaudemus, de diuort.num.*11.*verſ. vnde Summus Pontifex,* vbi *num.*18. ſubdit per conuerſionem infidelis ad fidem non diſſolui ſtatim matrimonium, donec fidelis ad alias nuptias tranſeat, ita vt generatio vnius ſit corruptio alterius. Ex quo ſequitur durare primum matrimonium, donec fidelis aliam ducat. Quòd ſi contingat vxorem infidelem, aut virum conuerti, fidelis ſi adhuc non mutauerit ſtatum, tenebitur illum tanquam verum coniugem recipere. Couar. 4.*Decret.*2. *p.cap.* 7. §.4.*n.* 5. Nauar. *in Manuali, cap.* 22. *num.* 49 *& conſil.* n 6.

&

& 9.& conf.2.n.5.in antiquis,per conf.1.n.5. & conf. 3.n.6.& 9. in nouis, sub tit.de conuersione infidelium, &ex nostris, Valentia 4.*p.disp.10.quæst.1.punct.7. col.2.& in suis controuersiis, lib.vnico,de indissolubilitate matrimonij,c.2.*Emman. Sà *in Summa,verb.matrimonium, vbi de impedimentis dirimentibus,num.8. vers. conuersus ad fidem.* Henriquez *lib.11.de matrim. cap. 8. num.4.* & Sanchez post plures *lib. 7. disp.75.& num.4.*quibus accedunt Basilius *de impedimento matrimonij, cap. 11. vers. sed explicandum, pag. 171.* & Cañedo *Summa Sacram. vbi de matrim. cap.7.num.66.*

228. Quid dicendum de repudio: diximus primâ parte,*lib.2 disp.4.§.16.à num.177.*Nunc autem dicendum est Iustinianum repudium concessisse, vt constat ex *C. Iustiniani tit.de repudijs,*vixque à culpâ posse excusari,cùm verius videatur errâsse, nisi dicatur illum concessisse repudium, non tamquam licitum, sed tamquam minus malum, vt grauiora damna præcaueret,vt notat D.Chrysost. *hom.32.super cap.19. Matth.* ibi, *Permittimus, quod nolentes indulgemus, quia priuatam hominum voluntatem ad plenum prohibere non possumus. Permittitur ergo fieri mala,ne fiant peiora;* sic ille:quod habetur *in cap.hac ratione 31. quæst.1.* Alciatus tamen *lib.6. Parerg. cap.20.* opinatur posse Papam approbare leges Iustiniani repudia permittentes,sed fallitur, quia si matrimonium iam est consummatum, nullatenus potest Pontifex in eo dispensare, vt dixi *suprà,num. 167. & num.168.* quæ opinio tamquam certa traditur ab insigni Præceptore Petro Barbosa *secundâ parte rubrica, ff.solut.matrim.n.17.* quæ est sentent. glossæ,Hostien. Ioann. Andreæ, Cardin.Abbat.& aliorum *in cap.ex publico,de conuers.coniugat.*Archid.*in cap.quia propter 27. quæst.2.* Bald.*in l.Deo nobis.num.7 C.de Episcop.& Cleric.& in cap.lator.ante n.2. de sentent. & re iudic.* Anchar. *cons.219.num 2. in fine, & cons.409.num.4. vers.circa autem matrimonia.* Præpos.*in cap.final.in fine,*vbi post longam disputationem concludit, *extra de spons. duor.* non posse Papam dissoluere matrimonium copulâ consummatum, quod etiam habet *decis. diuersorum. p. 2. decis.* 101. *num. 7.* ergo non poterit Pontifex Iustiniani leges repudia permittentes approbare,Sanchez *de matrim.lib.10.disp.1. num.12.*vbi addit non posse legem generalem indicere,vt matrimonium ratum dirimatur per subsequens consummatum,quamuis in vno,vel altero euentu possit dispensare in matrimonio rato. Sanchez *lib.2.de matrim.disp.14.num.4.& d.lib.10. disp.1.num.12.ad finem.*

229. Ex dictis infertur peccare mortaliter tam Iudæos,quàm Gentiles repudiantes vxores,cùm repudium sit contra ius naturæ propter declarationem factam per Christum Dominum, nisi Gentiles ex ignorantiâ inuincibili excusentur, nam ius naturæ ad omnes extenditur. Abulens.*cap 19. Matth quæst.63.* Barbos.*supra, num.10.* nec quo ad Iudæos hodie minimè matrimonium quo ad vinculum soluitur per repudium, cùm lege diuinâ reperiatur interdictum, quamuis olim licitum fuisse repudium Hebræis ante aduentum Christi fuerit multo probabilius, non tanquam minus malum ad vitanda maiora, vt putarunt Couar.*de sponsal.p.2.cap.7.§.4. num 4.* Nauar. *cons.3. in fine, sub tit.de conuersione coniugatorum, in nouis.* & Tiraquel. *l. 9 connub.num.5.* Sed Deo dispensante in lege naturali, cui repudium aduersabatur, putat Veracruz *p.2. art.10.conclus.1* Angles *in Florib.1. p. de matrim. quæst.7. de bigamia, art. 2. difficul. 2. conclus.1.* Henriq. *in summ. lib.11.cap.8.num.13. in fine;* idem Barbos. *suprà,num.9 cum sequent.* & alij apud Augustinum Barbosam *in d. cap. gaudemus, num.18. de diuort.* infideles autem si tempore infidelitatis legitimas vxores repudiauerint, & postea ad fidem conuertantur,tenentur repudiatas accipere,& de nouo ductas dimittere,quia istæ non sunt legitimæ, dum adhuc repudiatæ supersunt in vitâ hâc,vt habetur *in d. cap. gaudemus*, Abulens. *cap.19. Matth.quæst.63.* Sot.*4. dist.35. quæst.3.* D. Antoninus *3.p. tit.1. cap. 6. paulo post principium, punct.3.* Monaldus *summæ, tit.de matrim.vbi de dispari cultu, vers.item patet ex his,* nisi fortè sit casus de quo *in d. cap. gaudemus, vers. Qui autem in quo matrimonium infidelitatis tempore celebratum dissoluatur per conuersionem alterius.* Sanchez *de matrim. lib.10. disp.1.num.11.*

230. Porrò de errore dicendum est non posse Ecclesiam statuere, ne error personæ dissoluat matrimonium.Eò,quia non potest facere, vt matrimonium valeat sine consensu, quem error personæ aufert. Quinimo Papa nequit supplere consensum requisitum ad matrimonium, vt ait Panormit.*in cap.per venerabilem, num.21.qui filij sint legit.*Nam quamuis Pontifex supplere potest defectus iuris positiui humani, iuxta *cap 1. & ibi notam, de transact.* nequit tamen defectus naturales supplere, vt vult Speculat. receptus *tit.de legat. §. nunc ostendendum.vers.*18.& notat Cardin *in Clement.pastoralis, §. cæterùm, de re iudicata.* dicens Papam non posse supplere defectum citationis, quia iuris naturalis est. Nec non posse supplere discretionem,nec potentiam iure naturali ad matrimonium necessariam ad tantum Sacramentum, negat Nauar. *cons. lib. 4. de despons. impub. cons. 4. num.6.* Ergo non potest statuere, ne error personæ dirimat matrimonium, cùm error hic tollat consensum.Ita Alexand. de Næuo, Veracruz 1.*p. spec. art. 29. paulo post principium, conclus. 2.* Gaeta *repetitio. cap.ad limum 30.quæst.1.§.4.num.321.322. & 328.* Ioann. de Friburgo *summa Confessorum, lib. 4.tit. 3. quæst. 4.* Monaldus *summa, vbi de matrim.tit. de impedimento conditionis.*quod adeò procedit,vt non consistat matrimonium inter infideles contractum cum errore personæ, ex eo quòd non valeat matrimonium inter illos cum impedimento iuris naturalis, quale est inter infideles initum cum errore personæ, *cap. gaudemus,de diuortiis.* Veracruz 1. *p. speculi,art.29 paulo post principium,ante primam conclusionem.*

231. An autem error personæ dirimat matrimonium iure naturæ, dubitatur? Pars negans probatur *ex Genesis 27.* vbi valida censetur benedictio Isaaci impensa filio suo Iacob existimantis esse Esau, & tamen errauit in personâ. Nec obstat sacra Pagina *ibi*; imò iuuat valde dum ait, *Benedixitque ei,& erit benedictus.* Quia mens Isaaci fuit dirigere benedictionem ad filium suum præsentem. Quare non obstante supra dictâ benedictione,dicendum est errorem personæ in nostro casu iure naturæ dirimere matrimonium, ex eo,quia qui errat,non consentit. *l. cum testamentum, & l. non idcirco. C. de iuris, & facti ignorantia.* Item, quia error tollit consensum:ergo matrimonium sine consensu est irritum iure naturæ. ita ex Theologis Sotus 4. *dist.30.quæst.1. art.1. conclus.1. ad finem.* Ouandus *ibidem, dist 30.disp. vnica, propositione tertia,in fine.* Veracruz *vbi proximè.*Ludouic.Lopez *2.p. instruct. de matrim. cap. 47. vbi de impedimento conditionis, col. 8. vers. postremò autem.* Petrus de Ledesma *de matrim.*

matrim quæſt. 51 *.art.*2*.dub.*2 *concluſ.vnicâ.* & Henriquez *lib.*11*.de matrim.cap.*10*.num.*3*.& lib.*12*.c.*4*. num.* 1. Quæ omnia probant non poſſe Pontificem efficere, ne error perſonæ matrimonium diſſoluat. Ad benedictionem autem Iſaaci ad filium ſuum Iacob. reſponder etiam Auguſtinus *lib.* 6. *de ciuitate Dei, cap* 37. *in fine*, benedictionem illam fuiſſe inualidam ob errorem perſonæ, poſtea verò ex inſpiratione diuinâ cognoſcens Iſaac eam fuiſſe diuinam voluntatem, eandem benedictionem confirmaſſe; ſed magis placet Abulenſ. *in d. cap.*27. *Geneſis, quæſt.*7. & communi ſententia aſſerens mentem Iſaaci fuiſſe benedictionem illam impendere filio præſenti argumento Epiſcopi ordinantis, dicentiſque ſe nun intendere ordinare excommunicatos, vel irregulares, quod procedit, ſi ſciat aliquem talem eſſe: quare ſi ordinet aliquem neſciens talem eſſe, vere eſt ordinatus. Sà *ſumma, verb. Ordo, num.*38. Nauar.*conſil. lib.*5 *.de eo, qui furt.Ord. ſuſcepit, conſil.*1*. num.*4*. & duobus ſequentibus, & num.*7. vbi de hoc latè per totum, *& conſil.*7*.num.*3. ergo ſimili modo in noſtro caſu dicendum eſt, quia error perſonæ tollit omnino conſenſum; ſecus in benedictione impensâ ob rationem Abulenſ. & D. Auguſtin.

232. Ex causâ tamen iuſtâ poteſt Papa ſtatuere, vt error qualitatis diſſoluat matrimonium. Ratio, quia Pontifex poteſt alia impedimenta dirimentia vltra ea, quæ hodie dirimunt, decernere, ita Antonin. 3*. p. tit.* 1*. cap.* 3*. in fine.* Veracruz 1*. p. ſpeculi, art.* 29*. concluſ.* 2. Monald. *ſumma, vbi de matrim. tit. de impedimento conditionis, ad finem.* Nam hodie error qualitatis, ſeu dolus antecedens non irritat matrimonium, Couar. *de ſponſ. p.* 2. *cap.*3*. §.*7*.num* 3*. & lib.* 1*. variarum, cap.*5 *. num.* 1. Molin. *de iuſt. tract.* 2*. diſp.* 259*. verſ. illud poſtremò, & diſp.* 352*. num.* 5. Valenſa 2. 2*. diſputat.* 5*. quæſt.* 20*. punct.*4*. §.* 2. Probatur concluſio Sanchez *d. lib.*7*. diſputat.* 18. Gutier. *de matrimon. cap.* 89*. num.*4. Flamin. *de reſignat lib.*13*. quæſt.*3*. num.* 11. niſi tantus eſſet dolus, vt tolleret conſenſum: tunc enim irritaret matrimonium. Abbas *in cap. cùm dilectus, num.*13*. de his quæ vi.* Perez *lib.* 5*. ordinamenti, tit.* 1*. lib.* 1*. folio* 15*. §. dubitatum vtrùm matrimonium dolo contractum*, & Silueſter *matrimonium* 8*. quæſt.*1*. ad finem*, & alij, quibus accedit Auguſtin. Barboſ. *in cap. cùm in Apoſtolicâ, de ſponſalibus, num.*3. Nihilominus dicendum eſt dolum iſtum antecedentem matrimonium quantumcumque magnus ſit circa accidens, non poſſe auferre conſenſum circa matrimonij ſubſtantiam, ſed tantùm circa accidens, illæsâ ſemper manente ſubſtantia matrimonij, exceptis duobus caſibus. Primò, ſi qualitas non apponatur per modum conditionis, nempe ſi quis dicat, *Duco te vxorem, ſi es diues, vel nobilis, vel iuuenis*; tunc enim matrimonium eſt nullum, ſi fœmina eſt pauper, vel vilis, vel eſt vetula, eò quòd deeſt qualitas, quæ fuit poſita tanquam conditio, ſine qua non: ideo deficiente conditione, hoc eſt, qualitate ſub conditione appoſitâ corruit matrimonium; quoniam contractus eſt firmus, vel infirmus, ex voluntate contrahentium. Ludouic. Lopez 2*. p. inſtructorij matrim. cap.* 47*. col.*3 *.notabili* 1. Petr. de Ledeſma *de matr. quæſt.*51*. art.*2*. dubio* 3*. poſt ſecundam concluſionem, §. aduertendum eſt etiam.* Gutier. *de matrim. cap.*89*. num.*6. Coninch *diſp.*31*. dub.*1*. num.*6*.&* 11. & Reginaldus *lib.*31*.n.*92. quos referens ſequitur Bonacin. *de matrim. quæſt.*3*. punct.* 2*.num.*5.

Secundò, ſi error qualitatis migret in errorem perſonæ, inualidum eſt matrimonium, quia deficit conſenſus cùm erratur circa perſonam. Dicitur autem error qualitatis tranſire in errorem perſonæ, & dirimere matrimonium, quando quis volens contrahere, dixit ſe eſſe filium talis Ducis, vel Comitis, & in hoc mentitur, conſenſus alterius coniugis directè, & formaliter in perſonam illam apprehenſam fertur; ac propterea error circa illam eſt error circa perſonam, & conſentiens cenſetur conſenſiſſe in eam perſonam, puta in filium Ducis, vel Comitis, quem ſibi in mente propoſuit, non verò conſenſiſſe in hominem præſentem directè, & formaliter; ſed in perſonam illam indiuiduam apprehenſam ab intellectu mediâ illa qualitate, quâ indicatur; proinde error circa illam, eſt error circa perſonam: ſecus ſi erretur non circa indiuiduam perſonam, videlicet ſi quis ſe fingat filium vnius Ducis, aut Equitis nobiliſſimi, tacens cuius Ducis, aut cuius Equitis filius ſit, eſt error qualitatis, non verò perſonæ, quia error debet eſſe circa quid indiuiduum, vt ſit perſonæ, Matienſo *lib.*5*.recopil.tit.*1*.rubr.gloſſ.*1*. num.*116. Anton. Cucch. *lib* 5 *inſt.maior.tit.*12*.n.*46. Silueſt. *ſupplementum ſummæ Piſanæ.* Viuald. *Candel. Sacrament.* 1*. p. de matrim. num.*117. & alij, quos referens ſequitur Bonacin. *quæſt.*3*. punct.*2*.num.*6*. &* 7. Sanch. *lib.* 7 *de impedimentis, diſp.* 18*. à n.* 25*. ad num* 31. & Rebel. *lib.*3*. de matrim. quæſt.*2*. per totam, & maximè num.* 5*. & ſequenti.*

Non hoc loco omittendum dubium de erro- 233.
re commiſſo in petendâ diſpenſatione narrato gradu ſuperiore conſanguinitatis, vel affinitatis pro inferiore, in quo euentu, ſi orator explicet in ſupplicatione per errorem gradum ſecundum conſanguinitatis, cùm debeat exprimere tertium, vel quartum gradum, diſpenſatio non vitiatur; ratio, quia error eſt circa qualitatem accidentalem contentam à fortiori in gradu ſuper quo diſpenſatur; item quia valet diſpenſatio, quando tacetur id, quod ſi exprimeretur, redderet Principem proniorem ad diſpenſandum. Sicut, qui impetrat beneficium, narret illud eſſe curatum, cùm tamen ſit ſimplex, valet diſpenſatio: conſtat ex *lege falsâ, ff. de condit. & demonſtrat.* & *ex cap. tuæ, de ſponſ.* ex quibus teſtibus patet falſam demonſtrationem non nocere, quando conſtat de corpore, Sanchez *lib.*8*.diſp.*21 *.num.*35. ergo in noſtro caſu valet diſpenſatio, quia quamuis non concedatur in particulari pro tertiu gradu conſanguinitatis, ſed pro ſecundo, conceditur tamen ſimpliciter pro conſanginitatis impedimento, quando minus impedimentum includitur in maiori, ita Petrus de Ledeſma *in ſumma Sacrament. vbi de matrim. cap* 27*. poſt* 7*. concluſ. dubio* 1*.* & Vega *ſummæ, tom. cap.* 34*. caſu* 98*. in principio.* Sanch. *lib.*8*. diſp.* 24*. num.* 17. vbi addit ad finem adhuc non vitiari diſpenſationem, ſi ex induſtria erretur diſpenſatio in 2. gradu, cùm petenda foret in tertio, vel quarto gradu. Secus ſi error contingeret petendo diſpoſitionem in gradu inferiore, cùm debuiſſet peti in ſuperiore, tunc enim eſſet falſa diſpenſatiu, ex eo quòd error eſt circa ſubſtantiam diſpenſationis, nec formaliter, & virtualiter gradus inferior includitur in maiori: iuuat intentionem diſpenſantis non fuiſſe diſpenſare niſi in illo gradu ſuperiori, qui non clauditur in inferiori, nec comprehenditur verbis reſcripti.

Quòd ſi in diſpenſatione error accidat expli- 234.
cando

cando manus impedimentum, dicendo esse coniunctos sibi in secundo gradu affinitatis, cùm non sint, nisi in secundo gradu consanguinitatis, dispensatio non valet; quia sunt diuersa impedimenta, neque impedimentum consanguinitatis clauditur in impedimento affinitatis, neque vniuersa: ideo dispensatio super vno non accommodatur alteri, ita Ludou. Lopez 2. *p. instruct. vbi de clauibus, cap.9.col.5.& 1.p.cap.50.col.2.* vbi in hoc posteriori loco vult dispensationem in consanguinitatis gradu certò extendi ad dispensandum in simili affinitate, quia affinitas est minus quid, quod non est dicendum, quia affinitas, & consanguinitas differunt specie; nec casus affinitatis clauditur sub casu consanguinitatis. Bald. *in cap. innotuit, n.17. de electione.* Afflict. *dec.*320.*n.*12. idem Bald. *in Leam quam. C. de fideicommissis.* & Oldrad. *in cons.*247. *incipiẽte, Quidam Rex*, dicentes dispensationem super vno defectu, non esse dispensationem super alio defectu diuerso, nec ad illum protrahi. Item, quia gratia admissa in vno, non est admissa in alio, secundùm Andr. *in c. 1. §. donare. 1. col. qualiter olim feud. alien. poterat.* Atque ita potestas dispensandi, quamuis sit latè interpretanda tamquam fauorabilis, per *c. fin. de simonia*, non tamen extenditur ad quoscunque casus, sed ad illos dumtaxat, qui sunt adaptabiles casibus in potestate expressis. Felin. *in cap. final. num 8. limit. 1. de simonia*, & Gambara *de author Legati, lib.*10. *n.*103. vbi concludit dispensationem non protogari de casu ad casum non contentum sub latâ significatione verborum.

235. Ex dictis sequitur dispensatum ad nubendum personæ certæ, ac determinatæ, nempe Bertæ, non posse ducere eius sororem; ratio, quia quando Princeps facit facultatem Petro, vt maioratum instituat in persona Pauli filij sui specialiter nominati, eo mortuo in vitâ patris sui, non potest Petrus instituere maioratum in persona nepotis, quem Paulus filius reliquit. Molin. *lib.* 2. *de primog. cap.* 12. *num.*40. Gregor. Lopez *l.* 3. *tit.* 9. *part.*6. gloss. *in verbo, no valdra*, quoniam quamuis verbum filij in aliis casibus extendatur ad nepotes, non tamen extenditur ad eos quando filius proprio nomine est vocatus; sed in hoc non consentit Molin. credens non finiri maioratum, cùm debeat esse perpetuus; ideo filio mortuo posse institui maioratum in personâ nepotis. Mihi tamen magis placet tanquam tutius nouam facultatem impetrare, ex traditis à Bartolo *in l. si quis it. 1, in principio, ff de testam. tutel.* iuncta gloss. *num.* 1. dicente appellatione filij factâ expresso nomine proprio, non contineri alium quàm filium, ita
236. specialiter nominatum, iuuat idem Molin. *num.*42. post Gregorium suprà, dicens obtentâ facultate ad creandum maioratũ in personâ filij specialiter nominati, non posse eo mortuo maioratum creare in persona alterius ex filiis suis, cùm hæc facultas sit specialiter concessa ad vnum certum filium, nec possit extendi ad alium non nominatum specificè. Cùm ergo dispensatio sit impetrata ad ducendum Bertam specialiter, non potest virtute eiusdem dispensationis dispensatus ducere sororem illius, quia in materià restringibili non veniunt, nisi expressa, Hostiens. *in cap. postulasti, de rescriptis, text in l. penult. Cod. de legat.* per quem text. Bald. *cons.*262 *lib.*1. *& cons.*456. *lib.* 5. consuluit quòd vbi aliqua dispositio est restrictiua, restringit omnem dispositionem etiam fauorabilem, neque ad alias personas extendi posse, vt notant scribentes *in l. coheredes, § cum filia, ff. de vulgar. & pupill.* Aymon. *cons.*98. *à num.*6. quibus probatur dispensationem impetratam ad contrahendum cum Berta matrimonium, non esse extendendum ad contrahendum cum sorore illius, Sanch. *lib.8. de dispensat. disp.* 1. *num.* 3. *& sequent. & num.* 31. *&* 32.

Quid dicendum de potestate Papæ circa spon- 237.
salia dissoluenda? Certum est posse Pontificem ex causâ iustâ dispensare in sponsalibus etiam iuratis: siquidem potest dispensare in matrimonio rato, vt dictum est *suprà in 9. §. num.*170. *&* 171. ergo à fortiori poterit in sponsalibus. Secus dicendum est de Episcopo, vt notat Palud. *in 4. distinct.*27. *quest.*1. *art.*2. *num.*14. quia est ius quæsitum tertio, quod non potest tolli, nisi à supremo Principe. Nec obstat vulgare proloquium asserens posse Episcopum in suâ Diœcesi quidquid potest Pontifex in toto Orbe, vt docet Victor. *in relect. de matrim. p.*1. *num.*7. Veracruz 2. *p. speculi, art.*28. *post* 3. *conclusionem, vers. ex ista conclusione* & Henriquez *lib.6. de pœnit. cap.*14. *num.*7. *in commento, lit. K. & lib.* 10. *de Sacrament Ordinis, cap.* 35. *num.*2. *& lib.*12. *de matrim. cap.* 3. *num.* 2. *in commento, lit. N.* quia hoc procedit nisi iure Pontificio id reseruetur, vt de facto reseruatur *in cap. ex literis, el 2. de sponsal.* vbi Papa præcipit Episcopis, vt cogant contrahentes ad seruandam sponsalium fidem: quod præceptum cùm sit Pontificis, non possunt Episcopi in illo dispensare. Sanch. *lib.*1. *de sponsalibus, disp.*61. *per totum.*

Quæ egeant dispensatione Papali?

§ XI.

EPITOME.

238. *Iurisdictio Papæ iure diuino à Christo Domino instituta, & ab eo immediatè accepta, Episcoporum a Papa suscepta, & in Episcopos deriuata.*
239. *Papa quomodo possit absoluere excommunicatos defunctos.*
240. *Papa potest concedere Indulgentias per modum suffragij defunctis.*
241. *Reseruata summo Pontifici quæ sint.*
242. *Legata ad pias causas solus Papa potest ad alios vsus conuertere.*
243. *Papa apponendo manum in aliquo negotio, nullus potest in illud se intromittere.*
244. *Papa solus potest eximere seculares, & Ecclesiasticos a potestate Episcoporũ, non tamen à seipso.*
245. *Papa, non vero Episcopi potest aliquẽ canonizare.*
346. *&* 247. *Papa potest erigere Ecclesias Collegiatas in Cathedrales, & Episcopales in Metropolitanas, & illis dare Prælatos.*
248. *Papa solus potest dare curatorem Ecclesiæ Cathedrali ad effectum agendi secundùm aliquos.*
249. *Papa habet administrationem supremam omnium Ecclesiarum.*
250. *Papa quid possit circa leges Apostolorum, & traditiones eorundem.*
251. *Episcopi possunt dispensare in irregularitate ex bigamiâ quoad Ordines minores suscipiendos, & quo ad vsum susceptorum, non autem quoad maiores.*
252. *&* 253. *Papa potest dispensare in omni irregularitate proueniente ex quocunque homicidio, quamuis contradicat Borgas.*
254. *Et quid dicendum ex Concilio Tridentino.*

255. *Irregularitatem esse de iure diuino, & habere originem ex lege veteri, quomodo sit intelligendum.*
256. *Papam posse solum dispensare cũ homicidio iusto, non autem Episcopum ad Ordines dicendum est.*
257. *Irregularitas ex homicidio iusto, & iniusto differunt: ex iusto si fuit occulta potest dispensari ab Episcopo.*
258. *Dispensatio an sit valida in homicidio tacito quòd occisus fuerit Sacerdos.*
259. *Dispensatio commissa Ordinario cum clausulâ,* Si res ita se habeat vt petitur, *an expiret mortuo Papa.*
260. *Irregularitates, quæ egent Papali dispensatione.*
261. *Interdictum generale personale, locale ob culpam personæ priuatæ, solus Papa potest ponere.*
262. *Papa solo actu interiori potest relaxare interdictum, secus dicendum de cæteris Prælatis.*
263. & 264. *Interdictum generale personale, aut speciale quando possit poni pro debito pecuniario.*
265. & 266. *Dispensatus ad omnes Ordines est dispensatus ad minores tantùm, nisi addatur ad sacros.*
267. 268. 269. & 270. *Dispensatus ad Ordines sacros, vel ad dignitates, vel ad Episcopatum ad quid censeatur dispensatus.*
271. 272. *Dispensatus quando videatur posse succedere patri in eadem Ecclesia, & an possit succedere in Ecclesia filiali patris.*
273. 274. 275. 276. 277. *Dispensatus ad Sacerdotium quæ beneficia possit retinere.*
278. & 279. *Et quid de dispensato ad beneficium simpliciter, ad quid censeatur dispensatus.*

238. PApæ iurisdictio in tota Ecclesia est iure diuino à Christo Domino cõstituta, & ab eo accepta immediatè: Episcoporum autem iurisdictio est à Christo Domino instituta, à Romano tamen Pontifice, vt à Christi Vicario, & summo totius Ecclesiæ Pastore suscepta, & ab eo veluti à fonte in illos deriuata. Hoc posito quæritur vtrùm Papa possit absoluere excommunicatos in excommunicatione defunctos? Pars negans ex eo probatur, quia non habet potestatem aliquam in personam defuncti, quâ illam possit liberare ab eo vinculo, cùm sit defunctus extra iurisdictionem Ecclesiæ. Item quia non potest Pontifex excommunicare defunctos, vt notat Sot. *in 4. dist. 22. quæst. 2. art. 2. ad finem.* Alphons. de Castro *lib. 2. de iusta hæret. punit. cap. 19. & 20.* Couarr. *in cap. Alma mater, de sent. excommun. p. 1.*
239. *§. 11. num.* 8. vbi ait esse communem sentent. tam Theologorum, quàm iuris Pontificij Interpretum. Ergo si non potest excommunicare defunctos, multò minus poterit absoluere.

Dicendum tamen est excommunicatum post mortem posse absolui ab Ecclesiâ, vt de licentiâ illius sepeliatur, & vt à viuis adiuuetur suis suffragiis: atque ita potest Ecclesia vinculo, quo viuum ligauit, post mortem eundem soluere, quod fit satis, concedendo illi Ecclesia sepulturam Ecclesiasticam, & viuis licentiam ad offerendum pro illo Missarum sacrificia, ac preces, & hoc modo, cùm defunctum soluit excommunicationis vinculo. Conceditur mortuo sepultura, & viuis facultas offerendi pro eo Sacrificia, & preces, & licentia communicandi cum defuncto. Non potest tamen Pontifex, seu Ecclesia mortuos excommunicare, quia crimina morte extinguuntur, & cum vita finiuntur, vt vltra præcitatos sentit Syluest. *excommunicatio. 2. §. 7.* & Azor. *2. p. instit. moral. lib. 5. c. 26. vers. secundo quæritur.* Quòd si vrgeas glossam, & Paoor. *in c. si quis, de hæret.* asseruisse posse mortuos hæreticos excommunicari? Responde posse post mortem declarari, in vitâ hunc, vel illum lapsum fuisse in hæresim, ac proinde tanquam excõmunicatum esse indignũ, Ecclesiasticâ sepulturâ, & suffragiis ac precibus omnino esse priuãdum, sicque esse explicandam glos. *in c. si quis, de hæreticis,* & alteram glos. *in c. Iudæi 2. de Iudæis,* dum volũt posse hæreticos mortuos excommunicari, hoc est, posse post mortẽ declarari cũ hæresi ex hac vita abiisse.

Quo etiam modo dubitari potest de eo, quod af- 240.
seritur planè posse Papam, vel Ecclesiam indulgẽtias concedere mortuis per modum suffragij? Cui Sot. *in 4. dist. 21. quæst. 1. art. 3.* Respondet huiusmodi Indulgentias non tam certè prodesse defunctis, quàm viuis; subdit tamen magis pium esse sentire oppositum, hoc est, æqualem fuisse à Deo datam potestatem applicandi indulgentias per modum suffragij demortuis, & per modum absolutionis viuis: sicut offerũtur sacrificia pro viuis, & defunctis; sed melius respondetur ex certâ, & firmâ lege indulgentias prodesse defunctis per modũ suffragij, quia decesserunt in charitate, & gratiâ Dei, & ideo in eos eo modo cõferuntur à Summo Pontifice per modũ suffragij, quæ soluũt, & satisfaciunt pro defunctis ex thesauro Ecclesiæ: quẽadmodum indulgentiæ concessæ viuẽtibus fauant eisdem in modum absolutionis, defunctis autem in modum suffragij eadẽ Christi Domini lege certâ, & firmâ.

Sed petes quænam sint Summo Pontifici reser- 241.
uata ita, vt alius sine ipsius speciali commissione, vel dispensatione possit efficere? Responde esse casus prope innumeros. Nihilominus breuiter non nullos perstringam ordine minimè seruato. Inprimis nemo potest agere in iudicio nomine Ecclesiæ Romanæ super bonis quæ fratribus ex familiâ Franciscanâ relinquuntur sine speciali Papæ mandato, vt constat ex *Extrauag. si conditorem, de verborum significat. Ioan. XXII.*

Item legata ad pias causas relicta solus Pontifex 242.
Romanus potest ad alios vsus conuertere *Clem. quia contingit, de religiosis domibus.* Similiter testamenta pia solus ille mutare potest, Nauar. *cons. 2. n. 6. de rebus Ecclesiæ non alien.* Pinel. *in rub. C. de rescin. vendit. p. 1. c. 2. num. 19.* Graffis *de arbit. confess. lib. 2 c. 69. n. 1.* Henriq. *in summa, lib. 7. c. 37. §. 2. lit. f. & lib. 9. c. 22. §. 6. lit. m.* Cened. *pract. quæst. lib. 1. quæst. 35. n. 12.* & Phœbos *decis. 47. n. 12. cum sequent. tom. 1.*

Similiter Papa apponendo manum in aliquâ 243.
commissione signandâ, per talem signaturam totum negotium ad se reuocat, & nullus alius se potest in eo negotio expediẽdo intromittere, propter reuerentiam debitam Papæ *text. in c. vt nostrum. de appellat* Rot. *decis. 33. eod. tit. in antiquis, & decis. 6. n. 2. de concess. præben. in antiq.* Marches. *in suo tract. de commissionibus 2. p. de commiss. appellat. c. 6. num. 37.* Petrus Barbos. *in l. 1. ff. de iudiciis, tract. 4. n. 41.* Menoch. *cons. 349.* & Camill. Borrel *in summa omnium decis. tit. 4. n. 11.* Quin etiam ordinatus à Papa sine ipsius licentiâ non potest vlteriùs promoueri, scribentes *in c. cùm in distribuendis, de temporibus ordinat.* Cocchi. *de iurisd. ordin. in exemptos. p. 1. quæst. 21.*

Eodem modo ipse solus potest eximere à iure, 244.
& potestate Episcoporum aliquos tam seculares, quam Ecclesiasticos, seu regulares. gloss. *in c. frater. 16 quæst. 1.* glossa *in c. quod translationem, in verbo reseruata post principium, de officio legat.* Mandos. *de signatura gratiæ, tit. exemptiones, vers. eximere propriè, est Apostolicæ Sedis,* quoniã à Sede Apostolica,

vel

vel à Romana Curia nemo se eximere potest. Abbas *in cap. si quis, num. 2. de maior. & obed.* & Selua *de beneficiis, p. 3. quæst. 8. num. 16. & tract. de iureiurando, p. 4. num.* 39. non potest tamen Papa aliquem eximere a se ipso, & à Curiâ Romanâ, vt Abb. & Selua *vbi proximè*, ita, vt non teneatur sic exemptus venire ad Pontificem, vel vt nequeat ab ipso excommunicari: probatur, quia eo ipso videretur exemptus à potestate diuinâ, cùm Papa sit loco Dei in terris, *cap. 2. de translat. Præl.* alioquin diceretur posse Pontificem abiicere à se claues, & sibi manus ligare, *c. innotuit, de elect.* gloss. *in c. final. de sentent. excommun. lib. 6.* Nam ea est potentia Papæ, vt contra illam nulla detur præscriptio. Innocent. *in cap. bona 2. de postulat. Prælat.* Felin. *in cap. cùm non liceat, num. 14. in fine, de præscript.*

245. Item solus Papa potest aliquem in album ac numerum Sanctorum referre, quod Alexander Tertius *in cap. 1. de reliquiis, & venerat. Sanctor.* de quo *suprà, §. 3. num. 29.* Quamuis id olim aliqui arbitrati sunt fuisse integrum Episcopis in suâ Diœcesi de iure, *argumento cap. 1. de consecrat. dist. 3.* vbi sic habetur: *Et illa festiuitates quas singuli Episcopi in suis Episcopatibus cum populo collaudauerint.* Nihilominus hoc esse reseruatum Summo Pontifici testatur gloss. *in d. cap. 1.* & tradunt Paul. Fusc. *de visit. lib. 1. cap. 8. num. 11.* Læl. de Zanch. *de priuil. Eccles.* 130. *priuil. ex num. 4.* Michael. Timoth. *de visit. Eccles. lib. 2. tract. 1. c. 36.* Humad. *in l. 66. tit. 4. part. 1.* gloss. 3. Gambar. *de offic. & potest. legat. de lat. lib. 2. ex num.* 233. Azor *inst. moral. p. 2. lib. 5. cap. 6. quæst. 1.* Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepis. Neapol. cap. 51. in fine.* Couar. *lib. 4. variar. cap. 19. num. 8. vers. præter has*, & Mascard. *de probat. conclus. 262. num. 50.* Ex quibus sequitur hos relatos in numerum Sanctorum à Summo Pontifice, pro talibus possumus colere, & non alios secundùm præcitatos.

246. Solus item Pontifex potest erigere Collegiatam Ecclesiam in Cathedralem, & Episcopalem in Metropolitanam, *cap. 1. ne sede vacante.* Azor. *instit. moral. p. 2. cap. 29. quæst. 25.* dicens, Legatum non posse erigere in Prouincia sibi demandatâ Ecclesias Cathedrales, quia hoc est Papæ reseruatum, *& lib. 6. c. 30. quæst. 2. & 4.* vbi id confirmat; secus de cæteris Ecclesiis inferioribus, Parochialibus scilicet, aut simplicibus: nam ad has erigendas Episcopi ius habent; ex causa tamen possunt Ecclesiam simplicem incuratam, & Parochialem erigere. Rebuf. *in praxi, tit. de erectione in curatam, & Parochialem.* Azor. *d. cap. 29. quæst. 25. & d. cap 3. quæst. 3. & 4.* Nihilominus sacra Congregatio, teste Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. decis. 492. in 1. ed t. & resol. 383. n. 6. & 7. in 2. edit.* censuit beneficia simplicia non posse ab Ordinario mutari in curata: sicut neque Ecclesia curata mutari potest ab Ordinario loci in simplicem, vt notat Mari. Anton. *var. lib. 1. resol. vlt. casu* 69. ex quibus sequitur has mutationes esse Pontifici reseruatas.

247. Similiter nemo potest sine speciali Papæ commissione date Prælatum, vel Pastorem Ecclesiæ Cathedrali sibi qualitercumque exemptæ, quæ careat clero, & Pastore Catholico. *Clem in plerisque de electione* iuuat *c. felix 50. c. præcipimus 54. 16. quæst. 1.* vbi dicitur Papæ solùm esse integrum Ecclesiam erigere, & constituere in Cathedralem, & eam de loco ad locum transferre, vel aliâ ratione mutare, gloss. *verb. Cathedralem, in cap. cùm inferior, de maioritate, & obedientia.* Quemadmodum solus Papa potest date Curatorem Ecclesiæ Cathedrali, & eius bonis quo ad effectum 248.
agendi ex eo, quia iudicium agitatum cum Ecclesiâ vacante, regulariter nullum est. *cap. fin. ne sede vacant.* Innoc. *in c. 1. ne sede vacant.* quem Abb. sequitur *in d. cap. final. col. 1. in fine.* vbi voluit solum Papam quo ad effectum agendi, posse dare Ecclesiæ Cathedrali, & eius bonis curatorem, per text. *in argumentum, in cap. is cui, de elect. in 6.* & per textum *in cap. pastoral. de officio Ordinary.* sequitur Gig. *de pensionibus, quæst. 65. num. 5. & 6.* fauet *cap. is cui 42. de elect. in 6. cap. Ecclesia Cathedrali, de supplen. neglig. Præl. eodem lib.* ex quibus solus Papa potest dare administrationem Ecclesiæ Cathedrali. vide Azor *supra d. lib. 6. cap. 30.* vbi de mutatione, translatione, erectione, & suppressione Ecclesiarum per totum.

Papa enim tanquam caput omnium Ecclesiarum, & Conuentuum Ecclesiasticorum habet supremam omnium administrationem. Nauarr. *in cap. non liceat, de spoliis clericorum, §. 3.* Lessius *c. 4. lib. 2. dub. 7.* addens *n. 51.* posse Pontificem ad alios vsus, & etiam ad alias Diœceses bona Ecclesiæ transferre, interueniente tamen causâ iustâ: ea autem non existente, nullo modo: cùm non sit dominus, sed administrator, & ex consequenti debet leges fidelis dispensatoris custodire. Less. *suprà.* quamuis *ex c. licet. de præben. in 6.* aliqui arbitrentur Pontificem Romanum habere dominium, esséque dominum beneficiorum bonorúmque immobilium Ecclesiæ, Azor *instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 1. vers. sunt qui putent*, sed de his infrà suo loco *disp. sequenti, §. 1. & sequentib. §. 4. num.* 116. & 117. 249.

Sed quid de Romano Pontifice circa leges Apostolorum? Responde secundùm communem sententiam Theologorum, Apostolos aliqua tradidisse tamquam ministros Christi, & viua Spiritus sancti instrumenta, & sic tradita, existere tamquam traditionem diuinam, quo modo tradiderunt, vel ediderunt Scripturas canonicas: & Baptisma paruulorum, cultum, & venerationem sacrarum imaginum, suffragia viuorum pro defunctis, perpetuam Deiparæ virginitatem, Symbolum fidei, & inuocationem Sanctorum, qui in cœlis visione beatificâ perfruuntur: à quibus omnibus, vel ab aliquibus eorum Papa nequit aliquem soluere, cùm sint iuris diuini, cuius auctor, & conditor extat Deus ipse? Apostoli autem sunt Prædicatores, & denuntiatores. Cæterorum tamen Apostoli fuerunt Pastores, ac Præsides à Christo Domino instituti, & vocati ad ferendos Canones, qui Apostolis tribuuntur. Hos denique potest Pontifex mitigare, & relaxare, qualia sunt præcepta de bigamo non promouendo ad Ordines, de homicida non assumendo ad Clericatum. iuuat *cap. Presbyter. dist. 82. & c. lector. dist. 34.* & ideo potest Pontifex dispensare in bigamiâ etiam ad Ordines sacros, vt volunt Iacobat. *de Concilio, lib. 7. art. 7. vers. octanò facit, col. 4. pag.* 499. Marta *de iurisd. p. 2. c. 37. n. 14.* Nauarr. *in manual. c 27. n. 197.* Suar. *de censuris, disp. 49. sect. 6. num. 1.* Ratio, quia quamuis hæc irregularitas sit inducta à D. Paulo, est tamen de iure humano, quoniam Apostoli, vt Apostoli sacram Scripturam ferebant, & vt Episcopi leges Ecclesiasticas condebant: atque ita posse Pontificem dispensare cum bigamo, vt gloss. *in d. c. lector, verb. fiat, & ibi* Archid. & Turrecr. *art. 1. n. 2.* Hostiens. *in c. 2. n. 4. de bigamis, & ibi* Innoc. *num. 2.* Abb. *n. 6.* Cou. *Clem. si furiosus, de homicidio 1. p. §. 2. n. 4.* & ex Theologis Sot. *in 4 dist. 27. quæst. 3. art. 3.*

*conclus.*1.& *ibi* Ricard. *art.*4.*quæst.*4. Medina *cap. de ieiunio, quæst. de dispensatione in Quadragesima, vers. his tamen non obstantibus*,& alij, quibus accedit Hispaniarum Primas *in d. cap. lector, num.* 4. ex ea ratione, quia impedimentum bigamiæ non est ex iure diuino, aut naturali: ergo est dispensabile, quamuis ab Apostolis sit inductum, quoniam eius institutio non transuolat ius humanum, vt notat Suar. *de censuris, disp.*49. *sect.*6. *num.* 1. Nec refert decisio *cap.* 2. *de bigamis*, vbi dicitur non licere cum bigamis dispensare: quia verbum *non licere*, inducit difficultatem dumtaxat, non autem infert impossibilitatem, Suar. *num.*2.

251. Quin etiam Episcopi possunt dispensare in irregularitate ex causa bigamiæ consurgente, quo ad Ordines minores suscipiendos, vtendúmque susceptis, Hostiens. 2. *p. lib.* 6. *tit.* 7. *quæst.* 7. D. Thomas *in* 4. *dist.*27. *quæst.*3. *art.* 3. *& in additionibus ad* 3. *p. quæst.* 66. *art.*5. Graff. *decis.*1. *p. lib.*4. *cap.* 27. *num.* 38. Burgasius *de irregularitate, p.*5. *tit. de bigamis, num.*8. qui loquuntur de bigamia vera, vel interpretatiua, quod probant ex *cap. lector. dist.* 34. quod est ex Martino Papa, vbi Martinus sic loquitur: Lector, inquit, si viduam alterius vxorem acceperit, in lectoratu permaneat, aut si fortè necessitas sit, Subdiaconus fiat, vbi conceditur Episcopo licentia dispensandi ad recipiendum Subdiaconatum vrgente necessitate, qui Ordo non erat sacer eo tempore: consonat Reginal. *lib.* 30. *tract.* 2. *cap.* 8. *num.* 89. firmans non posse Episcopum dispensare cum bigamo ad maiores Ordines, quamuis velit ingredi Religionem; quam partem sequitur etiam Henriquez *lib.* 12. *de matrim. cap.* 6. *num.* 11. Petrus de Ledesma *de matrim. quæst.* 66. *art.* 5. *conclus.*3. & alij, quos referens sequitur Sanchez *lib.* 7. *de imped. disp.*26. *num.*11. pro reliquis hac de re lege Sayrum *de censuris, lib.*6. *n.*7.8. *&* 9. & Sanch. *suprà à n.*12. *vsque ad num.*18.

252. Pro irregularitate ex homicidio voluntario orta, certum est Pontificem dispensare posse in qualibet irregularitate procedente ex homicidio iusto, vel iniusto, voluntario, vel casuali. Quare reiiciendus est omnino Borgas. *in tract. de irregularitate, p.*1. *in principio*, dicens, remerè non posse Papam dispensare in irregularitate consurgente ex homicidio voluntario, cùm oppositum sit omnium ex eo; quia omnis irregularitas est inducta à iure Ecclesiastico. ita Couar. *in Clem. si furiosus, p.* 2. *§.*3. *num.*3. Henriquez *lib.* 14. *cap.*1. *§.*3. Molin. *de iustitia, tom.* 4. *disp.*79. Suar. *de censuris, disp.*44. *sect.*4. *num.*55. Auila *eodem tract. p.*7. *disp.*6. *sect.*3. Bonacin. *de censuris, disp.*7. *quæst.*1. *puncto* 1. *num.*1. *& quæst.*4. *puncto vltimo, num.*1.

253. Quòd si dicas cum Borgas. *in tract. de irregularitate, p.* 1. *in principio, quæst.*3. existimante non esse licitum summo Pontifici dispensare in irregularitate procedente ex homicidio voluntario. Dico illum errasse, & malè sensisse. Nam posse dispensare, probatur ex ratione suprà scripta, nempe quòd irregularitas solo iure humano est introducta, non autem iure diuino, etiam si glossa *in cap. sicut dignum. §. vltimo, in verb. consilium*, & *ibi* Panormitanus *num.* 12. *& in cap. ad audientiam*, & *ibi* Marian. Socinus *tertia quæstione principali, de homicidio*, velint esse de iure diuino illam irregularitatem, propter illud 1. *Paralip.* 22. ibi, *non ædificabis mihi domum, quia vir sanguinis es.* Quoniam respondetur non quæcunque in sacra pagina dicuntur, esse de iure diuino, & indispensabilia; sed ea duntaxat, quæ à Deo fieri præcipiuntur, vel ab iis, qui scripserunt Scripturas, & à Deo ipso immediatè tanquam præceptum diuinum susceperunt tradendum Ecclesiæ. Atque ita dicendum est capita, & textus, qui aliquo modo indicant non esse dispensandum cum homicida voluntario, esse intelligenda ab inferioribus Prælatis, non autem à summo Pontifice, vt communiter tradunt Doctores, addúntque cum homicida Papam posse dispensare; difficulter tamen, & non nisi ex magna causa dispensare solere, additis quibusdam conditionibus. Couar. *in Clement. si furiosus, p.* 2. *§. tertiò, num.*3. *de homicidio.* Staphilæus *de literis gratiæ, & iustitiæ, fol.*193. Sayro *de censuris, lib.*7. *cap* 7. *n.* 4.

Quæ dispensatio post Concilium Tridentinum, *sess.* 14. *de reformat. cap.* 7. difficilior facta est, cùm ibi dicatur his verbis: Qui per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab Altari auelli debet; & infrà, ibi: omni ordine, ac beneficio, & officio Ecclesiastico perpetuò careat; & paulo antè, nullo tempore ad sacros Ordines promoueri possit. & *sess.* 24. *de reformat. cap.*6. ibi, liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus, ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum, dispensare. Quibus omnibus probè expensis ostenditur difficultas dispensandi cum homicida voluntario: quæ etiam demonstratur ex *cap. ad audientiam, de homicidio*, iuxta quod indicatur non esse dispensandum, hoc est, cum homicida, nisi difficulter. Confirmatur ex *Numerorum* 25. *& Exodi* 2. nam Panorm. *in d. cap. sicut dignum, num.*12. *de homicidio*, notat, in veteri Testamento fuisse dispensatum cum Phinees Aaronis nepote, cui datum fuit post duplex homicidium patratum diuina peragere, Moysique occisori Ægyptij permissum Pontificalia exercere, consecrareque Aaronem, & filios eius Leuitas in Sacerdotes. Confert huic Paulus homicida consentiens neci consanguinei protomartyris Stephani *Actor.* 7. qui tamen postea ad Apostolatum euectus est, *Act.* 9. *&* 13. 254.

Vnde quando dicitur aliquas irregularitates esse de iure diuino, intelligendum est hoc propterea dici, quatenus habent originem ex lege veteri, ad cuius imitationem Ecclesia illas induxit. Quòd si adiungas irregularitatem traxisse originem largo modo à lege naturæ, & ideo esse indispensabilem: Respondet gloss. *in c. sicut dignum, §. clericos*, in illis verbis, *& cum tali nunquam dispensatur, de homicidio*, videri Papam non posse dispensare cum homicida voluntario, quia est de iure diuino, vbi allegat illud 2. *Regum* 7. ibi, *non ædificabis mihi templum, quia vir sanguinis es.* Attamen hoc non vrget, quia etiamsi irregularitas principium afferat à lege naturæ lato modo, pro vt nititur naturali æquitate, non propterea dicitur ius naturæ, eò quòd si diceretur, ex consequenti leges omnes quatenus conueniunt æquitati naturali, dicerentur leges naturales, quod non est admittendũ. Quo ad glossam verò, responde cum Hostiens. *in d. cap. sicut dignum, de homicidio*, illam nihil aliud velle significare, nisi quòd Papa soleat difficulter dispensare cum homicida voluntario, non autem quòd homicidium tale sit omnino indispensabile, cùm Papa in omni irregularitate ex homicidio voluntario, etiam notorio, possit dispensare, vt ex antiquioribus docent Innocentius, 255.

Hostiensis,

Hostiensis, Ananias, & Panormitanus *in cap. sicut dignum, de homicidio.* Antoninus *3.p.tit.29.c.2. §. vlt. in fine.* summa Pisanella *verb. homicidium.4. §.2.* Albertus Trotius *tract. de vero, & perfecto clerico, lib.2.cap.27.* Maiolus *lib.5.cap.51.num.2.& 3.* & alij suprà relati.

256. Multo fortiùs dicendum est solum Papam dispensare tam ad sacros Ordines, quàm ad minores, non autem Episcopum posse cum homicida iusto, quamuis contradicat Caietanus *in summa verb. irregularitas*; sed minus bene, cùm contraria sit communis. Viualdus *de irregularitate, num.323,* Valentia *tom.4.disp.7.quæst.18. punct.3.§. 4. in fine.* Aragon. *2. 2. quæst. 64. art. 8. in fine.* Michael Salon. *ibi controuers. 4. in fine.* Nauarr. *in manuali, cap. 27. num. 194. §.7. & num. 218.* Petes tamen rationem quare homicidium iustum inferat irregularitatem? Dico, quia omnes Ordines referuntur ad sacram Synaxim, quod est Sacramentum Pacis impetratæ sanguine Christi Domini. Item, quia in Eucharistia continetur Christus Dominus pacificus, ac mitissimus; quam mansuetudinem, ac pacem non repræsentat homicida etiam iustus. Auila *de censuris 7.p. disp. 5. sect. 1. vers. secundo notandum est.*

257. Differt autem homicidium iniustum, & iustum, & irregularitas ex homicidio iniusto ab ea, quæ oritur ex homicidio iusto. Nam hæc dicitur irregularitas ex defectu lenitatis, & contrahitur absque vlla culpa, vt contrahit iudex per sententiam mortis, aut mutilationis: illa verò contrahitur cum peccato, & oritur ex delicto homicidij: irregularitas hæc ad dispensandum est difficilior multo, illa verò facilior: vtraque tamen dispensatur à Summo Pontifice, quando est notoria. Quòd si irregularitas ex defectu lenitatis sit occulta, poterit dispensari ab Episcopo, quando occisio fuit occulta; puta si in bello iusto miles occidat hostem nemine vidente. Concil. Trident. *sess. 14. de reformat. cap. 6.* quia ibi excipitur irregularitas ex homicidio voluntario proueniente etiam occulto: ergo irregularitas ex homicidio iusto, & sine peccato orta, qualis est ex defectu lenitatis, potest dispensari ab Episcopo, quando occisio verè fuit occulta. Quin etiam si homicidium occultum non fuerit in se voluntarium, sed vel iustum, vel casuale exequutum sine diligentia, potest Episcopus pro minoribus Ordinibus, & simplicibus beneficiis etiam in foro exteriori dispensare cum huiusmodi homicidis. Ex ea ratione, quia Concilium *d. sess. 24. cap. 6.* prohibet, ne Episcopi dispensent cum homicida voluntario. Quare hæc prohibitio ad alios homicidas occultos non extenditur. Sic Henriquez *supra d. lib. 14. cap. 9. §. 3. & cap. 19. §. 2. lit. X.* Ludouicus Miranda *in man. Prel. tom. 2. quæst. 8. art. 13.* Garc. *de beneficiis, part. 7. cap. 11. n. 34.* Campanil. *in diuers. iuris Canonici, rubr. 11. cap.13. num. 132.& 142.* & alij.

258. Sed quid dicendum de presbytericida, dicente in literis dispensationis simpliciter se hominem occidisse, nulla facta mentione, quòd fuerit Presbyter? Respondet Nauarr. dispensationem esse nullam, *consil. lib. 5. consil. 4. tit. de homicidio, in 1. edit.* quia tacuit non exprimendo, quod de iure tenebatur exprimere; & quia si exprimeret, sine dubio retraxisset Papam à concedenda dispensatione; quod sufficit ad reddendam gratiam surreptitiam. *cap. postulasti, & cap. super literis, de rescriptis.* Mol. tamen *de iust. tract. 3. disp. 79. num 9. pag. 2242.* censet esse validam ex eo, quia occisor Presbyteri propterea præcisè incurrit irregularitatem, non quia interfecit Presbyterum; sed quia interfecit hunc hominem, cui contigit esse Presbytero, & irregularitas non contrahitur nisi ex homicidio, siue occisus sit ecclesiasticus, siue laicus, non considerato sacrilegio commisso à presbytericida; quare dispensatio est valida, tacito quòd fuerit Presbyter, quoniam expressa solùm ratione homicidij in genere, expressa fuit tota radix vnde prouenit irregularitas illa, quam incurrit homicida simpliciter, non propter homicidium Presbyteri, sed propter homicidium hominis illius, cui est annexum Presbyterium. In confessione autem tenetur homicida exprimere, se occidisse hominem Presbyterum, ratione sacrilegij facientis nouam speciem vitij, quod est de necessitate confessionis; ratione cuius speciei sacrilegij superadditæ, homicida incurrit excommunicationem, non verò irregularitatem diuersam ab ea, quam incurreret, si occisus non esset Presbyter.

Porrò si Papa concedat Ordinario facultatem dispensandi, si res ita se habeat, vt petitur, & ante dispensationem executioni mandatam ipse expiret re integra. Nauarrus *in manuali, cap. 27. n.213. vers. 9.& in cap. placuit, num.162. & seq. de pœnitent. dist. 6.* affirmat expirare, quæ opinio est verior. Ratio, quia commissiones, & mandata expirant mortuo mandante, vel committente. *l. mandatum. C. mandat. & l.& quia, ff. de iurisdictione omnium iudic.* quamuis sit iudiciale, *cap. relatum*, & *ibi* gloss. *in verb. consultata, de officio iudicis delegati.* Nec refert si dicas gratiam, & priuilegia non expirare per mortem concedentis, sicuti non expirat gratia facta alicui ad testandum, vel ad prædicandum, vel ad non residendum; quia commissiones factæ Ordinario, vel Confessario ad dispensandum veritate cognita, si ita est, vt petitur, non sunt gratiæ, nec priuilegia, sed mandata, quæ expirant nondum facta dispensatione; quare non est gratia facta Ordinario, sed facta illi, cum quo est dispensandum: proinde commissio mortuo committente expirat, si nondum facta sit dispensatio. Henriquez tamen *de impedimentis matrim. lib.2. c.3. num. 10. fol.1058.* censet, quando Pontifex committit Episcopo facultatem dispensandi cum nominatis personis, dummodo verificari faciat narrata in supplicatione, re integra non expirare commissionem factam Episcopo, quia illa clausula, *Si est, vt petitur,* non habet vim conditionis, sed monitionis, cum instructione, & præcepto quodam. Sanch. *lib.3. de matrim. disp. 30. num.7.& 11.* idem Henriquez *lib.14. de irregularitate, cap.17. num.7. vers. si Pontifex.* confert quòd in dubio dispensatio præsumitur valida. Riminald. *cons.275. num.12. vol.3.& cons.561. num.26. vol. 5.* quia in dubio iudicandum est in fauorem actus, vt valeat potius, quàm, vt pereat. *cap. Abbate, de verbor. signific. l. quoties, ff. de rebus dub.* Sanch. *lib.8. de matrim. quæst.21. num.25.* secundùm quem hæc pars placet, & in praxi potest admitti, quia operari iuxta opinionem probabilem licet. quod sequitur Sanch. *lib. 1. in præcepta Decalogi, cap.9. n.14.* post alios. 259.

Quæri potest, in quibus nam necessaria sit dispensatio Pontificia? Respondetur in irregularitate proueniente ex Baptismi iteratione solum Papam posse, quando crimen non est occultum. Concil. Trident. *sess.24. de reformat. cap.6.* quæ ir- 260.

regularitas posita est in odium, & detestationem hæreticorum; non tamen est imposita solis hæreticis, sed omnibus hæreticos in repaptizatione imitantibus. Quinimo imposita est hæc pœna propter Sacramenti reuerentiam. Ideo secundum communem reseruata est Pontifici soli. Summa Pisanella *verb. dispensatio.* §. 6. Maiol. *lib.* 3. *de irregular. cap.* 24. *in fine*, Syluest. *verb. irregularitas, n.* 6. *quæst.* 4. Viualdus *tract. de irregul. num.* 46. & summa Confessorum *lib.* 3. *tit.* 24. *quæst.* 7. Quòd si crimen sit occultum, potest etiam Episcopus dispensare. Concilium Tridentinum *vbi supra*, Tolet. *in summa, lib.* 1. *c.* 70. Auila *de censuris p.* 7. *quæst.* 3. *punct.* 3. *num.* 9. quamuis incurratur ab aliquo baptizante publicè, dummodo nesciatur an, qui baptizatur, fuerit antea baptizatus. Sanch. *lib.* 2. *matr. disp.* 37. *num.* 11. quod extenditur ad omnes irregularitates ex occultis delictis prouenientes, nisi expressè excipiantur in ordine ad suos subditos. vide August. Barbos. *de officio, & potestate Episcopi, allegat.* 39. *à num.* 2.

261. Quo ad interdictum, nullus præter Papam, vel de illius commissione, potest interdictum generale personale, nec locale, ob culpam personæ priuatæ ponere. Couar. *in cap. alma mater, p.* 2. §. 2. *n.* 6. Sot. *in* 4. *dist.* 22. *quæst.* 3. *art.* 1. *conclus.* 2. Syluest. *verb. interdictum* 3. *quæst.* 5. Henriquez *c.* 51. *lib.* 13. *de excommunicatione, num.* 3. Commissio autem non nisi rarò concedi solet: modum concedendi ponit Couarruuias *num.* 4. ita vt primò ponatur interdictum in Parochiam delinquentis, & in aliam, vel Parochialem, vel Collegiatam: quòd si adhuc delinquens perseueret contumax, decernatur interdictum in duo Monasteria, vel Ecclesias collegiatas: tertiò in totam Diœcesim, ac denique durante contumacia adhuc interdicatur Ecclesia Cathedr.

262. Cæterùm Papa solo actu interiori potest interdictum relaxare. Probatur, quia potest legem reuocare per solam interiorem voluntatem, prout vult Medina 1. 2. *quæst.* 90. *art.* 2. Henriquez *de interdict. cap.* 5 1. *num* 4. & ante *in cap.* 47. *num.* 1. cum aliis. Confirmatur, quoniam, vt censura operetur validè, requiritur in ferente illam interior animus, ac voluntas, nec sufficit verbum, aut signum externum deficiente voluntate ligandi in interiore: igitur, vt cesset interdictum, satis est, quòd dicat Papa sola voluntate interiori, ac mentali loquutione, Nolo quod interdictum habeat vim. Proinde antequam constet de voluntate interiori Papæ, qui egerit contra tale interdictum, peccabit quidem, non tamen ligabitur pœnis quibus percutiuntur violantes interdictum, sequitur Auila *de censuris* 5. *p. de absolutione interdicti, disp.* 6. *dub.* 6. *conclus.* 2. *pag.* 196. subdens *vers. hinc sequitur*, cessante interdictum, concedente Papa facultatem celebrandi Officia diuina in Ecclesia à se interdicta, quod non sufficit in Prælatis inferioribus, nisi exprimant se id velle, & intendere, dum concedunt licentiam celebrandi diuina Officia in Ecclesia à se ipsis interdicta. Syluest. *verb. interdictum* 3. *quæst.* 9. *p.* 1. & Henriquez *d. cap.* 51. *num.* 4. quia Prælati inferiores non sunt supra ius, & ideo debent impendi absolutiones interdicti verbaliter secundùm ius; sicuti per verba exteriora imponitur. Syluest. *supra.*

263. Attamen quamuis non possit locus interdici pro debito pecuniario, Syluester *verb. interdictum*, 3 § 5. Bonifac. VIII. *Extrauag. Prouidè, de sent. excommun.* Sà *verb. interdictum, num.* 8. sine speciali Papæ consensu, siue debitum sit domini loci, vel officialium, vel priuatarum personarum, Couarr. *in cap. Alma. p.* 2. §. 1. *num.* 5. Augustin. Barbos. *de officio, & potest. Episc. allegat.* 50. *num.* 42. Auila *de censuris, p.* 5. *de causa interdicti, disp.* 3. *dub.* 3. qui omnes videntur loqui de interdicto locali generali, non autem de speciali. Sed probabilius est Extrauagantem illam prouidè extendi ad interdictum locale speciale, ita Couar. *suprà, num.* 5. & est de mente Soti *dist.* 22. *quæst.* 3. *art.* 1. *post* 3 *conclusionem*, vbi ait propter debitum pecuniarium non esse interdicendum locum, quia locus æqualiter continet locum generalem, & specialem; confirmatur ex eadem Extrauagante, vbi dicitur, *Ciuitas, Villa, locus, territorium*, &c. Atqui locus, & territorium æqualiter includunt locum, & territorium generale, & speciale; ergo non minus loquitur Extrauagans de vno, quàm de altero interdicto, Auila *supra*, Sayro *de censuris, lib.* 5. *cap.* 11. *num.* 17. & duobus sequentibus.

Similiter sine speciali Papæ consensu, non potest poni interdictum propter debitum pecuniarium generale personale, ita Sotus *d. art.* 1. post tertiam conclus. dicens nec locum, nec populum posse generaliter interdici, nisi de licentia Papæ, propter debitum pecuniarium. Iuuat Henriquez supra *cap.* 50. *num.* 3. dum ait interdictum speciale personale posse poni pro debito pecuniario; ergo interdictum generale personale non potest poni. Sayro *d. cap.* 11. *num.* 19. Auila supra *vers.* 4. *conclus.* post Henriquez, vbi concludit interdictum personale generale non posse poni: personale autem speciale authoritate ordinaria ob debitum pecuniarium posse vtique. 264.

Quod verò attinet ad Ordines, vel beneficia, dicendum est dispensatum à Summo Pontifice cum clausula, *Ad omnes Ordines*, si tempore, quo obtinuit dispensationem, iam Ordines minores habebat, dispensationem extendi ad Ordines sacros: quòd si nondum omnibus Ordinibus minoribus erat initiatus, restringi concessionem ad omnes dumtaxat minores, ita Maiol. *lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 6. cum Panorm. *in cap. litteras, num.* 6. *de filiis Presbyt.* si verò Pontifex in dispensatione dicat Legitimamus Petrum quo ad omnia; intelligitur ad Ordines minores solùm, & quo ad beneficium simplex, nisi aliunde intelligatur mens illius esse, quòd ad sacros Ordines possit promoueri, quia dispensatio est res odiosa, & est restringenda; ideo sufficit aliquid operari verbum, *quoad omnia*, quæ clausula intelligitur quo ad honores, & famam. Maiol. *de irregul. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 4. 5. & 6. præsertim Henriquez *lib.* 14. *c.* 8 §. 10. Quare dispensati simpliciter ad Ordines, non intelliguntur dispensati ad sacros Ordines, sed ad minores. glossa *verb. ad omnes, in cap. vltimo, de filijs Presbyterorum, in* 6. Campanil. *in diuersorio iuris Canonici, rubrica* 11. *cap.* 13. *num.* 95. Azor *instit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 3. *quæst.* 6. Suar. *de censu. tom.* 5. *disp.* 41. *sect.* 3. *à num.* 3. & Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 1. *num.* 26. ex communi fundamento, quia dispensationes sunt stricti iuris, & recipiunt arctam interpretationem. Azor *supra lib.* 7. *cap.* 33. *quæst.* 9. Garcia *de beneficiis, p.* 1. *cap.* 6. *num.* 58. Suar. *de legibus, lib.* 11. *cap.* 11. *num.* 10. & *cap.* 17. *num.* 2. & *sequentibus.* Gironda *de priuileg. omnium, seu exemptionum explicatione, num.* 1111. Matienzo *l.* 10. *gloss.* 1. *num.* 7. *tit.* 8. *lib.* 5. *noua recopil.* & Sayro *de censuris, lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 16. 265.

Porrò dispensatus ad Ordines sacros, à fortiori censetur 266.

censetur dispensatus ad minores Ordines, vt vult Carolus de Graffalis *de effectibus clerical.effectu 4. num.* 205. quia Ordines maiores non recipiuntur nisi susceptis minoribus: ideo dispensatio ad maiores, retrotrahitur ad minores. Secus dicas oportet de dispensato ad Ordines: is enim non censetur dispensatus ad beneficia cùm sint inter se differentes res, & executio Ordinum non dependet à beneficiis, & vnum potest sine altero subsistere. Sayro *de censuris. lib.6. cap.*11. *num.*21. Henriquez tamen *lib.*13. *cap.*57. §. 5. ait habilem ad Ordines sacros, esse habilem ad beneficium citatum: sed alij credunt non extendi ad aliquod beneficium obtinendum: sic Azot *instit.moral.p.*2. *lib.9. cap.3.quaſ.5.* Mari. Antonin. *variar.resol.lib.*1. *resol.* 19. *num.* 11. quamuis Azot extendat id ad dispensatum, vt ad omnes sacros Ordines possit promoueri, adhuc enim censet non posse virtute huius dispensationis beneficium obtinere.

267. Hinc colliges dispensatum ad dignitates Ecclesiasticas quascunque, non esse dispensatum ad Episcopatum, ita glossa *in cap.* 2. *in verb. dignitatum, de prabend.in* 6. deducitur ex *cap. dilectus filius*, & *ibi* Panormit. *num.2.de concessione prabend.* idem *in cap.cùm Vintoniensis, num.8.de elect.* Syln. *verb.legitimus, quaſt.7.verſ. Quartum*, summa Astens. *p.* 2. *lib.8.tit.* 38. *art.* 4. *quaſt.*3. Oldrad. *conſ.*14. Roman. *conſ.*138. Maiol. *lib.*1. *cap.*6. *num.*4. Tabien. *verb. beneficium* 2. §.20. *num.* 24. Ratio est ex glossa *in d. cap.2. de prabendis, in* 6. & ex Panorm. *in d.cap. dilectus*, dicentibus Episcopatum non esse simplicem dignitatem, sed esse culmen, ac caput dignitatum, vt dicitur *in cap. penultimo, de prabendis*. Item quia dispensatio est odiosa, & ideo restringenda, *cap. quod dilectio, de consanguin. & affin. & cap.* 1. *& 2. de filiis Presby. lib.* 6. Confirmatur exemplo Ioannis Andreæ de se scribentis *in additionibus ad Speculator. in tit. de filiis Presbyt.* nunquam potuisse impetrare à Papa Ioanne XXII. vt legitimaretur ad Episcopatum, cùm legitimatus esset ad omnes dignitates. Henriquez tamen *lib.* 10. *cap.* 8. §. 10. existimat, minus tamen bene dispensatum ad dignitates Ecclesiasticas quascunque censeri habilem ad Episcopatum.

268. Hodie tamen dispensatus ad dignitates non censetur habilitatus ad maiorem dignitatem post Pontificalem, prout notat Rebuff. *in concordata in form mand. Apost. in gloſſ. verb. aut dignitate, & in praxi, tit. dispensatione super defectum natal. num.*86. quem refert, & sequitur Bellet. *p.* 1. *tit. de discipl. clerical.* §. 2. *num.* 39. & Azot. *d. lib.6. cap.3. quaſ.*8. proinde in dispensationibus hisce temporibus adiicitur clausula, *Legitimamus Titium ad dignitates, exceptis dignitatibus in Cathedralibus, & principalibus dignitatibus in Collegiatis.* Similiter dispensatus ad beneficium curatum, non censetur habilis ad obtinendam dignitatem, Azot. *d.cap.*3. *quaſ.*7. Bellet. *p.*1. *supra* §.3. *num.*38. etiam si clausula dispensationis esset ampla, nempe ad quæcunque beneficia, quia nec tunc extenderetur ad dignitates, nisi expressis verbis fiat mentio dignitatum, ita Campanil. *in diuerſorio iuris Canon. rubrica* 11. *cap.*13. *num.*101. quia nomine beneficiorum non clauduntur dignitates. *Clemen.*1. *de sequest.poſſ.* Bellet. *p.*1. *tit. de disciplina clerical* §. 2. *num.* 38.

269. Maior difficultas est de dispensato ad Episcopatum, an censeatur dispensatus ad Archiepiscopatum? negat Felin. post Innocent. *in cap. veniens, de accusat.* Panorm. *in cap.cùm Vintoniens. num.8.de elect. & in cap. dilectus filius, num.*1. *de concess. praben.* Tabien. *verb. beneficium* 2. *n.*24. §.2. Similiter habilitatus ad Archiepiscopatum, non dicitur dispensatus ad Patriarchatum, nisi exprimatur; nec sufficiunt ad istas dignitates verba generalia. Sylu. *verb. legitimus, quaſt.7.verſ.quartum*, Paleoth. *lib de nothis, & spuriis, cap.*57 *num.*6. & 7. Sayro *de censuris, in lib.6.cap.*11. *num.*29. Hispaniarum Primas 1. *p. Decreti, cap.*13. *num.2. dist.*56.

270. Hinc fit dispensatum ad omnes Ordines, etiam Episcopatum, non censeri habilem ad Episcopatum, si fuerit genitus ex Canonico etiam non existente in sacris. Maiol. *lib.*1. *cap.*9. *num.* 12. ex eo fundamento, quia si exprimeretur fuisse procreatus à patre Canonico, difficiliùs impetrasset dispensationem. Nec mirum, quia necessaria esset vberior facultas, *cap. cùm de tua, de corpor. vitiat.* quod procedit primò in Episcopatu etiam dissimili ab Ecclesia, in qua pater Canonicus fuit: nam in eadem Ecclesia nullo modo obtinuisset dispensationem, vt constat ex Concil. Trident. *seſſ.* 25. *de reformat. cap.*15. ibi, *longissimè arceatur*, etiam si persona media interueniat, argumento *cap. cùm decorem, de filiis Presbyterorum.*

271. Quòd si per triginta annos alius mediatè successerit, videtur filius clerici posse succedere patri in eadem Ecclesia, vt notant Achilles *decis.* 1. *n.*1. *& per totam, de filiis Presbyterorum*, & Puteus *decis.* 225. *lib* 3. dicentes, quamuis in beneficiis non detur successio, *cap. de prabendis.* Concil. Trident. *seſſ.* 25. *de reformatione, cap.* 7. ita vt neque filius legitimus succedere possit in beneficio per patrem possesso. *cap. ad extirpandas, de filiis Presbyterorum*, & Rebuff. *in praxi, tit. de dispensatione super defectu natalium*, hoc tamen esse intelligendum in beneficiis immediatè possessis: secus, si per aliquot annos mediate alius possederit; sequitur Gonzal. *de mensibus, glossa* 5. *num.*33. quem sequitur Augustinus Barbos. *de officio, & potestate Episcopi, allegat.* 65. *num.*19. docens posse filium succedere patri in beneficio, si alius mortuo patre per triginta annos ante ipsum filium mediate successit. Mihi tamen magis placet negare ex Concilio Tridentino *seſſ.*25. *cap.*16. ibi, *non liceat filiis clericorum, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio, in Ecclesiis, vbi eorum patres beneficium aliquod Ecclesiasticum habent, aut habuerunt, quodcunque, etiam dissimile, beneficium obtinere, nec in dictis Ecclesiis quocunmodo ministrare* quæ sanè verba nulla ratione ostendunt posse succedere mediatè.

272. Non tamen prohibentur filij illegitimi assequi, ac retinere Ecclesiam, quæ accessoriè erat vnita Ecclesiæ parentis, modò vnicè fuerit facta accessoriè, & per viam subiectionis, & pater in ea non ministrauerit: secus si sit vnita æque principaliter, aut parens in vtraque ministrauerit, ita Garcia *de beneficiis, p.7.cap* 3. *num.*62. Campanil. *in d. nersor. iur Can. rub.*11. *cap.*13. *num.*67. *verſ. cùm vero.* Augustinus Barbos. *d. allegat.*65. *num.*11.

273. Quid dicendum de dispensato ad Sacerdotium? Responde non esse habilem ad beneficium curatum, quidquid repugnet Henriquez *lib.* 14. *cap* 8. §.10. ita Campanil. *d. cap.*13. *num.* 101. Sayro *de censuris, lib.6. cap.*11. *n.* 27. & 28. Quin etiam qui dispensatur ad vnum beneficium curatum, non potest per virtutem illius dispensationis obtinere simul duo beneficia, *c.*1. §. *ille vero, de filiis Presbyterorum, lib.*6. Quòd si insuper postea idem dispensatus obtineat dispensationem ad duo, vel plura beneficia curata, & taceat defectum natalium, sub-

reptitia erit hæc secunda dispensatio, cap. fin. de filijs Presbyterorum, lib.6. D. Antonin. 3.p. tit. 29. cap.4. in fine, Couar. in Epitome, p. 2. cap. 8. §. 8. num. 5.

274. Dispensatus etiam ad vnum beneficium tantùm de rigore iuris, potest illud permutare cum alio subrogato loco illius, Franch. in cap. non potest. §. illud, num.6.& 7 de præbendis, in 6. sequitur Gambarus in cap. 1. de rerum permutatione, lib.6. num. 79. Crescentius decisione 1. num. 6. de rebus Eccles. non alienandis. Contraria tamen sententia de stylo Curiæ est in praxi, Crescent. vbi proximè, & Rota decis. 1. de filiis Presbyterorum, in nouis. Gonzales de mensibus gloss. 14. num. 56. & sequenti. Contrà verò si fuerit dispensatus ad vnum beneficium incertum; tunc enim potest aliud, & aliud eo dimisso obtinere sine dispensatione noua, ita Henriquez de excommunicatione, & interdicto, cap. 57. ad finem, cum Molina de primogeniis, lib. 4. cap. 5. num. 27. vsque ad num. 30. Graff. lib. 4. decis. cap. 27. num. 58. Oppositum tamen sentit, nempe vno beneficio consecuto, aliud non posse obtinere sine noua dispensatione, quem sequitur Sayro d. cap. 11. num. 32.

275. In proposito tamen casu de iure dispensatus ad certum beneficium, potest via permutationis subrogatum retinere loco primi obtenti. l. idem servandum, ff. de legat. 2. reputatur enim idem. l. donata, §. si sponsus, ff. de donatio. inter virum, vt in specie sentit Bald. in c. dudum, el secundo, col. 1. de electione, quem sequitur Tiraquel. in l. boues, §. hoc sermone, in principio limitat. 14. num. 1. de verborum significatione. Vnde, qui obtinet ex dispensatione beneficium, potest permutare; quia non refert quo iure habeat, dummodo plene habeat; & quia quod subrogatur loco alterius, reputatur pro eodem: vide Tiaquel. in d. l. boues, vbi num. 31. refert plures pro hac parte, qui respondent ad rationes Archidiaconi in cap. non potest, de præbendis, in 6. & Rotæ 339. primo dubio, in nouis.

276. Iuuat Aloysius Riccius in praxi aurea, resolut. 64. & Campanil. in diuers. iuris Canonici, rubrica 11. cap. 13. num. 98. vbi volunt dispensatum ad beneficium simplex, esse habilem ad cætera simplicia, atque ita dispensatum à Summo Pontifice ad beneficium simplex obtinendum ante quartum decimum annum, qui requiritur à Concilio Tridentino sess. 23. de reformat. cap. 6. posse aliud beneficium simplex assequi ab Episcopo absque noua dispensatione, quia obtinens dispensationem ad beneficium simplex, censetur habilis ad cætera simplicia, vt vult Campanil. dummodo ius non repugnet, vt sunt duo simplicia beneficia, August. Barbos. d. allegat. 45. num. 35.

277. Petes tamen, an habens mandatum de prouidendo in aliqua Ecclesiarum ciuitatis & diœcesis, possit prouidere in Ecclesia Cathedrali? Responde neganter, quia propter honoré Cathedralis sub generalitate beneficiorum non continentur beneficia Ecclesiæ Cathedralis. Rota decis. 8. de concess. præbendæ, in nouis, & decis. 5. & 35. eod. tit. in antiquis. Gomez de expectat. num. 94. in fine, & num. 95. vnde dispensatus à Pontifice ad obtinenda beneficia, non est habilis ad Canonicatum in Cathedrali, nisi id declaretur aliquo modo, cap. quamuis, de præbendis, in 6. & Rebuff. in praxi, tit. de dispensat. ætatis, vers. in Cathedralibus. Ratio, quia Ecclesia Cathedralis in odiosis non comprehenditur sub appellatione Ecclesiarum ciuitatis, Oldrad. cons. 183. Couar. in cap. Alma mater, p. 2. §. 1. num. 4. in fine, & Felinus in cap. in nostra, coroll. 39. num. 40. de rescriptis, secus in fauorabilibus: tunc appellatione quarumcunque beneficiorum venit Cathedralis. Rota 895 num. 1. lib 3. p. 3. diuersor. & decis. 21 num. 6. par 1 & decis. 133. num. 14. part. eadem. Sunt enim Cathedrales Ecclesiæ speciali nota dignæ. cap. quamuis, de præbendis, in 6.

278. Quid de habilitato a Pontifice ad beneficium simpliciter? Responde non posse virtute huius dispensationis obtineri beneficium curatum. Felin. in cap. postulasti, col. 6 vers. circa glossam 2. de rescriptis, & colligitur ex cap vltimo, num. 3. de præbendis, & ibi Panorm. num. 3. ratio, quia in literis ad beneficia impetratis strictè interpretandum est cap. quamuis, de præbendis, lib. 6. Requiritur etiam in literis specialis mentio de cura, alioquin non intelligitur beneficium curatum, ad quod maior idoneitas requiritur, quàm ad simplex. Ex consequenti dispensatus ad beneficium, præbendam, vel aliud, non censetur habilis ad curatum. Maiol. lib. 1. cap. 9. num. 2. & est communis opinio, teste Panormit. in cap. vlt. num. 7. de præbendis. Probatur ex dispensato, quo ad omnes Ordines, etiam sacros; non inde intelligitur habilis ad Ecclesiam curatam. Couar. in 4. par. 2. cap. 8. §. 8. n. 5. Maiol. vbi proximè, lib. 1. cap. 9. num. 1. post Speculat. tit. de dispensat. §. iuxta, vers. contrahitur autem; ergo in nostro casu non censebitur dispensatus ad beneficium curatum habilitatus ad beneficium simpliciter, vel ad præbendam, nisi fiat expressa mentio de cura, vt colligitur ex cap. pro illorum, de præbendis, vbi habetur, quòd nisi fiat expressè mentio de cura, non venit beneficium curatum.

279. Quin etiam habilitatus ad omnes Ordines, & ad beneficium Ecclesiasticum etiam curatum, non proinde est habilitatus ad Prælaturam, & dignitatem, ad quam per electionem proceditur. Panorm. in cap literas, num. 6. de filiis Presbyterorum, summa Astensis p. 2. lib. 6. tit. 22. art. 4. quæst. 7. & 8. Anton. 3. p. tit. 29. cap. 4. vers. tertio fit dispensatio, Maiol. lib. 1. cap. 9. num. 2. & 3. & Syluest. in verb. beneficium 3. num 15. quæst. 12. & in verb. illegitimus. num. 7. quæst. 5. ex eo, quia non censetur Papa velle præiudicare habentibus ius ad eligendum. Proinde dispensatus ad beneficium curatum, non censetur habilis ad obtinendam dignitatem, etiamsi non procedatur per electionem ad illam, vt in specie dicunt Gregor. Syntagm. lib. 17. cap. 6. num. 36. quia non comprehenditur dignitas nisi apertis verbis illius fiat mentio. Clem. 1. de sequest. poss. & alij, quos referens sequitur Beller. p. 1. tit. de disciplina clerical. §. 1. & Campanil. in diuersorio iuris Canon. rub. 11. cap. 13. num. 101.

De vtroque gladio Summi Pontificis.

§ XII.

EPITOME.

280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. *Papa an habeat vtrumque gladium, & quomodo intelligatur illum habere, duplex proponitur quæstio, & explicatur vtraque.*

288. *Papa potest per se efficere quidquid per leges humanas fieri potest.*

289. *Episcopi leges ad bonum spirituale conducentes ferre potest.*

290. *Potestas condendi leges à quo Pontifici concedatur.*

Papa

291. *Papa an possit causas Ecclesiasticas submittere Principi laico.*

292. *Lusitania leges quæ videntur aduersari libertati Ecclesiasticæ, quomodo sint excusandæ.*

293. *Papa an possit abrogare Canonem, si quis suadente diabolo.*

294. *Papa an possit tollere leges humanas manantes à iure diuino.*

295. *Papa absque causa non potest tollere priuilegium Canonis, si quis suadente.*

296. *Papa non potest facere statutum generale, vt festa non celebrentur.*

297. *Papa non potest statuere, vt clerici in sacris non recitent Officium diuinum, & cur.*

298. *Papa an possit statuere, vt communicantes cum excommunicato declarato non incurrant Excommunicationem minorem.*

299. *Papa non potest statuere, quòd ipse non accusetur de hæresi.*

300. *Papa extra casum hæresis an possit se submittere iudicio alieno.*

301. *Gladij vtriusque, spiritualis, & materialis, decisio, & resolutio.*

302. *Papa in his quæ concernunt peccatum, & animam, potest temporalem iurisdictionem, & secularem ad actum reducere.*

280. ROMANVS Pontifex an in temporalibus habeat vtrumque gladium, quæstio est in vtramque partem disputari solita? quæ est bipartita.

Prima docet in temporalibus non esse Pontifici iurisdictionem ex iure diuino, nec posse vllo modo Principibus imperare secularibus: in primis enim non est dominus totius Orbis, cùm non habeat dominium in Regnis, ac Prouinciis possessis ab infidelibus, cùm non sint oues Christi, quas solùm Petro commisit: infideles autem non sunt oues, item Pontifex non iudicat infideles, 1. *Corinth.* 5. *Quid ad me de his, qui foris sunt, iudicare?* sic ibi. Neque infideles Reges quatenus tales sunt, desinunt esse viri Principes suorum Regnorum; eo quòd dominium regnorum non consistit in fide, aut in gratia, neque ortum habet ex iure diuino, sed ex iure gentium. Daniel. 2. *Tu es Rex Regum, & Deus cœli dedit tibi regnum, & imperium.* Atque ita Pontifex cùm non sit princeps, nec rex regnorum, quæ subsunt infidelibus, non habet iurisdictionem temporalem in vniuersum Orbem, & ex consequenti non habet in temporalibus vtrumque gladium. gloss. *in c. quoniam, verb. discreuit. dist.* 10. & Baldus *in proœmio ff.* vbi vult Imperatorem in temporalibus non habere superiorem; sequitur Albericus *in l. cunctos populos, num.* 9. *&* 20. *C. de summa Trinit.* Cardin. *in cap. noui, de iudic.* Victoria *in relect.* 2. *de potest. Ecclesia, in propositione* 4. 7. *&* 8. Driedo *de libertat. Christiana, c.* 15. quam partem tradit Couar. *practicar. cap.* 31. *n.* 1. *&* 2. dicens, clericos exceptis spiritualibus, in reliquis habere exemptionem iure positiuo tantùm, quod asserit Mench. *lib.* 1. *controuer. illustrium, c.* 20. *num.* 2. *& cap.* 21. *num.* 1.

281. Secundò facit Papam non esse Dominum totius populi Christiani. Probatur, quia Christus Dominus non aufert regna Catholicis, quorum erant, & ideo cùm non venerit dissipare ea, quæ bene se habebant, sed proficere, non regna suis dominis abstulit. Ambrosius confirmat *in oratione, de tradendis basilicis*; ibi, si tributum (inquit) petit Imperator, non negatur, agri Ecclesiæ soluunt tributum. Et in Epistola Athanasij ad Eremiticam vitam colentes, Hosius Episcopus ait Imperatori. Tibi, Deus Imperium, nobis autem ea; quæ sunt Ecclesiæ, Christus commisit. Igitur cùm Papa non sit Dominus temporalis vniuersi mundi, nec totius Orbis catholici, non potest habere vtramque potestatẽ, neque vtrumque gladium, ex textu *in cap. licet, de foro competenti.* vbi laicus laicum non potest conuenire pro re ciuili coram iudice Ecclesiastico, nisi deficiat iudex secularis. Ex quo sequitur Pontificem in temporalibus tantùm habere iurisdictionem subsidiariam, simpliciterque illam non habere in temporalibus.

282. Tertiò ex eo colligitur, quia Pontifex soluit tributum Imperatori, vt *in cap. tributum* 23. *quæst.* 8. *& in cap. magnum quidem* 11. *quæst.* 1. sed qui soluit tributum, non præest in temporalibus, sed magis subest, vt *in c. omnis anima, de censibus.* Ergo. Item Christus Dominus interrogatus à Iudæis, vtrùm liceret censum dare Cæsari, an non? respondit, *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.* Quare cùm ea quæ sunt Dei, & ea quæ sunt Cæsaris, differant inter se, bene sequitur in temporalibus non esse iurisdictionem Pontifici: constat, quia temporalia, & spiritualia sunt inter se distincta, nec communicantur, nec clauduntur sub eodem genere: igitur iurisdictio temporalis non subest alteri; nec legitur fuisse concessa iurisdictio temporalis Principi Apostolorum, sed tantùm spiritualis, *Tibi*, inquit, *dabo claues Regni Cælorum*, & Apostolis, *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.*

283. Confert Innocentius Tertius *in c. solita, de maioritate, & obedientia.* ibi, *Ad firmamentum* (ait) *cœli, hoc est, vniuersalis Ecclesiæ, fecit Deus duo luminaria magna, id est, duas instituit dignitates, quæ sunt Pontificalis authoritas, & regalis potestas; sed illa, quæ præest diebus, id est, spiritualibus, maior est: quæ vero temporalibus, minor, vt quanta est inter solem, & lunam, tanta inter Pontifices, & Reges differentia cognoscatur.* Atque ita quantum differt Sol a Luna, tantum distat Pontificatus, & Imperium: fauet *cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi*, dicens Pontificem in patrimonio Ecclesiæ solùm habere plenam in temporalibus potestatem. In aliis verò regionibus non item. Confirmat Alexander Tertius *cap si duobus §. denique, extra de appellationibus*, vbi rogatus an appellatio à iudice seculari ad Papam teneat, sic respondet. Tenet quidem in his, quæ sunt nostræ temporali iurisdictioni subiecti: in aliis verò secundùm iuris rigorem credimus non tenere.

284. Quartò suffragatur huic sententiæ *cap. suscipitis, & cap quoniam* 10. *dist.* vbi mediator Dei, & hominum, homo Christus Iesus, ita vtriusque potestatis officia ac munia distinxit, vt Reges pro spiritualibus ad Pontifices ducerentur, & Pontifices pro temporalibus tantummodo rebus, legibus imperialibus vterentur. Ergo Imperator est dominus mundi in temporalibus; Pontifex autem in spiritualibus. Pro quo intelligitur illud Psalmi 2. *Ego constitutus sum Rex ab eo, super Sion montem sanctum eius*, quod interpretatur Sotus 4. *de iustitia, & iure, art.* 1. *&* 8. super Ecclesiam prædicans præceptum eius, & illud *Matthæi cap.* 28. ibi, *Data est mihi omnis potestas in cælo. & in terra*, hoc est, iuxta verba, quæ sequuntur ibi, *Docete omnes gentes.* Ex quibus extenditur hæc potestas ad solam

solam iurisdictionem spiritualem docendi, & prædicandi, non verò ad iurisdictionem temporalem. Adde verba Ioannis *cap.* 3. in Euangelio. *Non venit* (inquit) *filius Dei in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluaretur mundus per ipsum*, quod etiam repetitur *Luca* 7. ibi, *Dicimus, vt descendat ignis de cœlo, & consumat illos; & dixit: Non misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluaretur mundus per ipsum.* Ex quibus manifestè sequitur regnum Christi non fuisse temporale, sicut aliorum Regum, & ex consequenti non reliquisse Petro temporalem iurisdictionem.

285. Secunda sententia affirmat summum Pontificem habere supremam potestatem ciuilem, iurisdictionémque temporalem, quæ vocatur gladius temporalis, ex illo verbo discipulorum dicentium: *Ecce duo gladij hic*, & Dominus respondit, *satis est.* Qui duo gladij vtramque potestatem apud summum Pontificem residentem significant, ostendúntque posse summum Pontificem vti vtraque, quando voluerit contra quemcunque, cùm potestatem temporalem iure diuino habeat plenissimam in vniuersum Orbem terrarum, tam io rebus Ecclesiasticis, quàm in politicis. Sic volunt Aluarus Pelagius *lib.* 1. *de planctu Ecclesia.* Augustinus Triumphus *in summa de potestate Ecclesiæ, quæst.* 1. *art.* 1. & ex Iureconsultis docent Hostiensis *in c. quod super his, de voto, & voti redemptione.* Panormit. *in cap. nouit, de iudiciis.* Syluest. *in summa, verb. Papa*, §. 2. Inoocent. *in d. cap. nouit, de iudiciis*, & *ibi* Ioannes Andreas, Felin. & Decius *num.* 7. & est communis, teste Nauarr. *in d. cap. nouit, notabil.* 3. *num.* 20. Menchaca *lib.* 1. *controuers. illustr. cap.* 21. *num.* 2. *& cap.* 2 . & Turrecremata *de potest. Ecclesia, lib.* 2. *cap.* 16. Palac. Rub. *de obtentione Regni Nauarra*, 2. *p.* §. 6. sequitur Couar. *in regul. peccatum*, § 9. *num.* 7 *de regul. iuris, lib.* 6. quæ sententia est communis secundùm Hostiensem *in summa, tit. de appellationibus*, §. *quoniam, & §. a quo*, & iuxta Abbat. *in c si duobus*, §. *fin. de appellationibus.*

286. Quin etiam Hostiensis *in d. cap. quod super his*, tradit per aduentum Christi Domini omne dominium Principum infidelium transiisse in Ecclesiam, & mansisse penes summum Pontificem Vices Regis Christi in terris habentem; proinde posse Pontificem Regna infidelium diuidere, & ea donare fidelibus prout voluerit. Quia Christus Dominus, quatenus homo est, est Dominus Orbis, & habet supremam potestatem in temporalibus ita, vt omnes res creatæ illi omnino subditæ sint: sed Christus suo Vicario reliquit quam habuit iurisdictionem temporalem: igitur summus Pontifex potest illa vti non minus quàm Reges, & optimates in suis regnis, ae Prouinciis, qui in temporalibus sunt omnino summo Pontifici subiecti: alioquin si non essent in temporalibus Principes Pontifici subiecti, gubernatio Ecclesiasticæ Reipublicæ non ad vnum caput supremum, sed ad plura quasi monstruosum corpus tenderet.

287. Confirmatur hæc pars, quia Christus Dominus vtroque gladio vsus est, & vtrũque exercuit, vt ait D. Thomas *lib.* 3. *de regim. Principum, cap.* 12. Syluest *verb. Papa, quæst.* 10. Castro *de iusta heretic. punit. lib.* 2. *cap.* 23. Ex quo videtur Dominum tradidisse Petro eius Vicario vtrumque gladium, vt tenet Guerreiro *in specul. Princip. cap.* 16. *& cap.* 55. *in principio*, quatenus ait Imperatorem esse Vicarium Pontificis, in temporalibus etiam. Confert factum Innocentij Quarti *in Concilio Lugdunensi*, qui dedit coadiutorem Regi Lusitanorum, vt *in cap. grandi, de supplenda neglig. Prælat. lib.* 6. ex eo fundamento, quia omnis creatura subiecta est Christi Vicario, vt colligitur ex verbis expressis *in cap.* 1. *de constitutionibus.* quæ sic habent: *Papa Christi Vicario omnis creatura subiecta est.* Item probatur ex eo aresto quod ait, concesso aliquo censeri concessa omnia, sine quibus concessum expediri non potest: sed iurisdictio spiritualis concessa est Pontifici, nec potest commodè expediri, & exerceri sine iurisdictione temporali: ergo hæc concessa est Pontifici. Quòd autem concesso vno, cætera sine quibus illud exerceri non potest, censeantur concessa, habetur *in l.* 2. *ff. de iurisdict. omnium iudic. & in cap. præterea, de officio delegati*, & ex *l. penult.* idem deducitur, *ff. de vsufructu*, & ex *lege, cuicunque.* §. *si ei, qui ad vendendum, ff. de institor. actione.* Igitur cùm iurisdictio temporalis spiritualem valdè adiuuet, concessa spirituali, censetur concessa temporalis. De probabilitate harum sententiarum aliis iudicium relinquo.

288. Quid de legibus? Dic Papam, quidquid fieri potest lege humana, posse per se ipsum facere, cùm ipse sit pater, & conditor iuris Canonici. *cap.* 1. *de constit. cap. si Romanorum* 19. *dist.* penes quem est prima potestas legum Ecclesiasticarum ab ipso Deo descendens. Eo enim ipso quòd Christus voluit esse in terris Pontificem maximum suum Vicarium, illi concessit potestatem condendi leges spirituales, quia conuenit capiti posse statuere normam, ac formam, per quam subditi dirigantur, & à malo deuient. Molin. *de iust. tract.* 5 *disput.* 46. *num.* 4. vbi tradit Pontifici Maximo conuenire eas omnes leges ferre, quæ expedierint, & vtiles fuerint ad finem supernaturalem absque vlla dependentia ac receptione, & approbatione subditorum, & ex consequenti poterit Pootifex leges seculares huic fini aduersantes abrogare, eo quòd legibus spiritualibus repugnant.

289. Non propterea inde sequitur non posse Episcopos leges spirituales ferre, cùm sint Pastores, & Rectores animarum, & bono spirituali teneantur incumbere. Atque ita possunt leges condere, vt in specie Vasquez 1. 2. *disp.* 152. *cap.* 3. *num.* 25. & Suar. *lib.* 4 *de legibus, cap.* 3. *à num.* 10. *& sequentibus, & cap.* 4. *num.* 5. post alios docens, hanc potestatem accepisse à Romaoo Pontifice Episcopos, Archiepiscopos, Primates, & Patriarchas, noo autem à Christo Domino immediatè, vt putant Castro *lib.* 2. *de iusta hereticor. punit. cap.* 24. & Vict. *in* 2. *relect. de potest. Ecclesia, quæst.* 2. quos sequitur Vasquez 1. 2. *disp.* 152. *cap.* 3. *num.* 28. *& disput.* 153. *cap.* 1. *num.* 4.

290. Sed penes Pontificem ab ipso Deo deriuata est potestas condendi leges Ecclesiasticas, vt vltra præallegatos volunt Suar. *de legibus, lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 9. Modern. *de iurisdictione, p.* 1. *cap.* 37. Cardoso *in praxi iudicum, verb. lex, n.* 5. Augustinus Barbosa *allegat.* 50. *num.* 32. ex eo, quia, qui iura regalia possident, possunt leges ferre secundùm Lucam de Penna *in l. contra publicam, vers.* 1. *C. de re milit. lib.* 12. Corrad. *in Templo iudic. lib.* 1. *c.* 1. *de Imperat.* §. 4. *in verb. legem condere, sub num.* 6. Auiles *in cap. Prætor, in proœmio, in verb. ordmanzas.* Moila *in Empor. tit.* 1. *p.* 1. *num.* 10. & Mastril. *de Magistratibus, lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 40. *& sequentibus.*

291. Ambigi potest, an Papa possit statuere, vt causæ Ecclesiasticorum alicui Principi laico submittantur? Cardin. *in cap. perpendimus, de sententia excommunicationis*, oegat hoc fieri posse. Grammat. *in decis.*

*decif.29.num.*1.vbi ait, ſi Papa hoc ſtatueret, iudicem ſecularem minimè poſſe de Clericis ſe intromittere; idem repetit *in decif.*61.*num.*10.Ratio eſt, quia hoc priuilegium eſt de iure diuino, aduerſùs quod Pontifex non diſpenſat: prout habetur *in cap.ſunt quidam*,& *ibi* Archidiac. 25. *quæſt.*1. Vaſquez *de ſucceſſ. creatione*, §. 22. *limitatione* 17. *num.*58. Andr.Barbat.*in cap.*2.*de maiorit. & obedientia.* Arnaldus Albertin. *in cap. quoniam, quæſt.* 11. *num.* 99. *de hæreticis.* Hinc fit, vt Clerici nequeant ſe ſubiicere iuriſdictioni laicorum, quoniam laici circa clericos reputantur tanquam priuati, in quos non poteſt fieri iuriſdictionis prorogatio. Iaſon *in l. eſt receptum, num.* 6. *ff. de iuriſdictione omn. iudic.* Quin etiam Clerici nequeunt prorogare iuriſdictionem iudicis ſecularis, etiam de expreſſo conſenſu Epiſcopi, text.*in c. ſignificaſti, & c. ſi diligenti, de foro competenti*, ſequitur Bald.*in l.*1.*ad finem, C. de indict. viduit. tollenda.* Riminal.iunior *conſ.*619 *n.*35. Bartol. *in l.ſi quis pro eo, ff.de fideiuſſ.* Marta *de iuriſdict.p.*2.*cap.*7.Grammat.*in decif.*29.*n.*11. *& decif.* 61. *num.* 16. neque circa hoc præualet contraria conſuetudo, vt eſt communis; Iulius Clarus *in praxi*, §. *final. quæſt.* 36. *num.* 3. *verſ. ſed ea retenta*; eò quòd hæc ordinaria iuriſdictio non poteſt præſcribi cùm ſit contra ius diuinum, & nullo tempore firmata conualere poteſt. *cap. final.* & *ibi* Curt.*de conſuetudine*, Innocent. *in cap. poſtulaſti, de foro competenti.* Ioan. Andr. & Gemin. *in cap.* 2. *de præbend.in* 6. quos ſequitur Mart. *de iuriſdict. p.* 4. *caſu* 64. ſed de his 1. *p. diſp.* 4. § 4. *n.* 347. & 348. vbi de his fuſiùs.

292. Eſt namque valde perniciosum de cauſis Clericorum Principes ſeculares cognoſcere, vt oſtenditur ab Athanaſ. Patriarcha Alexand. *in Epiſt. ad ſolitariam vitam agentes*, & à D. Ambroſ. *Epiſt.* 33. *ad ſororem, & in oratione de tradendis Baſilicis*, & à D.Gregorio *lib.*5. *epiſt.* 21. Hinc S.Martinus Turonenſis Epiſcopus Maximo Imperatori dixit nouum eſſe, & inauditam nefas, vt cauſas Eccleſiæ iudex ſæcularis iudicaret, propterea Theodoſ. iunior Imper. *in Epiſtol. ad Synodum Epheſinam.* Illicitum (inquit) eſt illum, qui non ſit ex Ordine ſanctiſſimorum Epiſcoporum, Eccleſiaſticis immiſceri tractatibus.

293. Nihilominus Papa poteſt in certis cauſis clericorum fori priuilegio derogare; neque hoc tollit quin priuilegium prædictum ſit de iure diuino, quoniam quamuis in totum, & generaliter Papa illud nequeat derogare, Grammat. *decif.* 29. *n.*11.& *decif.*61.*num.* 10. Couarr. *pract. cap.*31.*n.*4. *verſ.*1.Roland. *conſ.*4. *num.* 15. *volum.* 1. & *conſ.*12. *num.*46.& *conſ.*23. *num.* 11.*vol.*2. Felin. *in cap. Eccleſia S. Mariæ.num.*6. *de conſtitutionibus.* & Clarus § *final. quæſt.* 41. *verſ. ſed quid dicendum.* Attamen, quia facilius eſt legem in vno, vel altero caſu ius diuinum interpretari, mutare, reſtringere, declarare, amplificare, quàm in totum abrogare, vt vult Felin. *in cap. quam Eccleſiarum, num.* 19. *hoc tit.* Farinac.*p.* 5. *quæſt.* 8. *num.* 2. quàm in totum illud abrogare. Couar.*de ſponſal p.*2.*cap.*6.§. 9. *num.* 2. & *ſequent.* Baldus *de præſcript. p.* 5. *principal. quæſt.* 7. *num.*11. Azor *inſt.moral.p.*2.*lib.*4 *cap.*18.

294. Fauet lex Luſitana *lib.*2.*ordinationis, tit.* 1. §. 20. in quo Clerici poſſunt conueniri coram iudice ſeculari pro pœna pecuniaria, & damno dato ab animalibus, ibi, *Item nos feitos de Coimas, que pertencen à almotoçaria os Clerigos epeſſoas Eccleſiaſticas ponden è ducem ſer citados per ante os almotaſeis, o abi demandados no que toca à pœna ciuil.* Nam hæc lex eſt contra ius commune, *cap. at ſi clerici, de iudic. cap. ſi diligenti, de foro competenti*, vbi deciditur Clericos nec criminaliter, nec ciuiliter, poſſe iudicari per iudicem laicum. Attamen ex hoc apparet poſſe Pontificem ius diuinum interpretari, & declarare, non tamen poſſe omnia Eccleſiaſtica negotia ſubmittere cognitioni alicuius Principis ſecularis; bene tamen poſſe aliquas cauſas committere illi, eiúſque miniſtris; quia in hoc conſtituit illos delegatos, quod fieri poſſe docet Marta *p.* 2. *de iuriſdict. cap.* 9. *num.* 32. & *ſequent.* Accedit, quòd leges Luſitaniæ *d.* §. 20. procedunt ex concordia habita cum Rege Ioanne I. *art.* 86. *num.* 159. & cum Rege Petro *art.* 16. *num.* 156. de qua doctiſſimus Gabriel Pereira meminit 2. *p. manus Regia, cap.*39.*in principio*, vt diximus *p.*1.*lib.*2. *diſp.*4.§.4 *membro* 2. *num.* 350. Adde ordinationes fuiſſe confirmatas circa has dubitationes in concordatis in Curia Romana inter clerum, & Regem Dionyſium, prout voluut, & referunt inſignis præceptor Petrus Barboſa *in priuatis ſcholiis ad legem filius famil. ff. de legatis* 1. *verſ. ad ordin.* Caldas Pereira *de emp. & vendit. cap.* 6. *num.* 36. *verſ. Addo*, & Ægidius *in l.*1.*p.*5.§.2.*à num.*3. *vſque ad num.*12.

Et quamuis ſint, qui dicant illas ordinationes Luſitanas, poſſe defendi, ex ſcientia & patientia ſummi Pontificis ſupra hominum memoriam, ſempérque fuiſſe ita obſeruatas, ac proinde validas cenſeri, ac ſi conſtaret ſpeciali indulto fuiſſe confirmatas, argum. *l.* 3. §. *ductus aquæ, ff. de aqua quotid. cap. ſuper quibuſdam*, §. *præterea, de verbor. ſignific.* Nihilominus prædictas ordinationes verius eſt, non poſſe defendi ex longiſſimi, aut etiam immemorialis temporis conſuetudine; neque ex tacito, vel expreſſo conſenſu Prælatorum, & Clericorum, nec denique ex vlla præſcriptione, ſeu Regis poteſtate; præſertim quando leges ciuiles Eccleſiis pœnam imponunt; tunc enim nullo modo, nec ex poteſtate Regis, nec ex tempore immemoriali, nec ex præſcriptione defendi poſſe, tradit Ægidius *ſuprà num.*13. niſi accedat confirmatio Summi Pontificis. 295.

Quæri poteſt, an Pontifex poſſit eximere percutientes Clericum, vt non incidant in excommunicationem Canonis, *ſi quis ſuadente diabolo*? Item, an poſſit eximere Clericos in ſacris ab onere recitandi preces horarias? Quo ad primum Reſponde Pontificem non poſſe vniuerſaliter tollere priuilegium Canonis *ſi quis ſuadente.* Ita ſcribentes *in cap.nulli, de ſenten.excommun.* Ratio, quia ſi vniuerſaliter auferret illud priuilegium, decoloraret ſtatum clericalem, & quodammodo deturbaret. Ob quam cauſam non poterit deponere omnes Epiſcopos, nec priuare omnes Clericos, *gloſſ.* 9. *quæſt.* 3. *cap. per principalem*, Anton.de Roſell.*de Concil.*§. *quanto tempore debeat durare Concil. num.*16.*verſ. & hinc ſequitur.* 296.

Probatur non poſſe Papam tollere hunc Canonem, quia quamuis lex excommunicationem ferens contra percutientes Clericum, ſit humana, & Pontificia, manat tamen è iuris diuini fonte, vnde ſi Papa illum tolleret, abrogatio illius cenſuræ Reipubublicæ Chriſtianæ non erit conueniens: neque expediet authoritati, quæ debetur clericali ordini. Attamen ſine dubio ſublato Canone hoc percutiens Clericum nexu excommunicationis liber exiſteret: non tamen Papa à culpa, & peccato excuſaretur, niſi id ex magna cauſa (quam non aſſequor) cum Cardinalium conſilio efficeret. 297.

efficeret. Couar. in pract. quæst. cap. 31. num. 4. vers. nam etiamsi, & Germon. de sacror. immunitatib. lib. 3. cap. 1. n. 42. ex eo fundamento, quia Papa habet amplissimam potestatem, rationi tamen, & iuri naturali subditam. cap. proposuit. §. licet autem, de concess. præbend. Abb. in cap. per venerabilem, n. 22. vers. aut non tenuit impediente lege Canonica, qui filij sint legitimi. Farin. p. 1. decisionum, decis. 166. n. 5. ad finem.

298. Absque tamen causa non potest Papa statuere, vt Clerici priuentur priuilegio Canonis, c. si quis suadente, 17. quæst. 4. sicut non potest reuocare statuta quæ tendunt ad vtilitatem communem, aut ad dicta Patrum, text. in cap. quæ ad perpetuam, & cap. contra statuta 15. quæst. 1. sic non potest tollere priuilegium, cap. si quis suadente. Abbas, & Felin. in c. nulli, de senten. excommun. vbi allegat glossam in d. cap. quæ ad perpetuam Secus si detur causa,
299. Felin. vbi proximè, & patet ex cap. vt fecit in Concilio generali, per text. in cap. 1. de vita, & honest. Clericor. in 6. Ideo, quia non dabitur causa, vt festa non seruentur, non poterit Papa generaliter statuere, vt illa non celebrentur, notatur in cap. 1. de feriis, iuxta illud, Sabbata sanctifices; Abbas autem per textum in cap. licet, de feriis, vult ex causa posse statui, vt festa non seruentur, quod poterit procedere, non generaliter, sed in aliquo casu.

300. Quoad secundum, Azor. instit. moral. p. 2. lib 4. cap. 20. vers. fol. 517. ex scribentibus, in Clement. 1. de celebrat. Missar. tradit nullum, nisi Papam posse liberare Clericos in sacris ab onere recitandi Officium diuinum: Abbas tamen in cap. 1. col. 2. de celebrat. Miss. sentit non posse Pontificem dispensare, vt quis non teneatur dicere Officium diuinum, cùm sit de iure diuino recitatio horarum, iuxta illud, septies in die laudem dixi tibi. Vt ergo vtrumque concordetur, dici potest, non posse Papam facere constitutionem generalem de horis non dicendis, bene tamen ex causa posse dispensare cum aliquo, vt non dicat Officium diuinum, Ioan. de Selua de iureiurando 4. p. num. 36. post Felin. in cap. final. de maior. & Cardin. Florent. in Clement. 2. in 6. notabili, de celebrat. Missar.

301. Sed quid dicendum de Papa statuente, vt communicantes cum excommunicatis declaratis non incurrant excommunicationem minorem? Videtur dicendum ex cap. nulli, de senten. excommunicationis, non posse statuere, quod declarat Abbas ibi, in primo notabili, sine causa: secus si detur causa, & hoc modo procedit cap. cum voluntate, & cap. respons. de senten. excommun. Ex quo Felin. ibi, ait quando lex positiua concurrit cum lege naturali, aut diuina, non posse Papam dispensare sine causa: sed Ioan. de Selua aliter respondet vbi supra, n. 7. ideo non posse statuere Papam, vt communicantes cum excommunicatis, non ligentur excommunicatione minori, quia non potest dari hæc excommunicatio, nisi incurratur peccatum. cap. sacris, quod metus causa. Papa autem non habet potestatem peccandi, c. 1. dist. 40. igitur

302. Similiter non poterit Papa legem condere, quòd ipse non possit accusari de hæresi, aut alius quilibet Papa, gloss. in cap. si Papa, ad finem, dist. 40. quam sequitur Decian. tract. crimin. lib. 5. c. 52. num. 11. & communiter recepta. Tusc. tom. 2. conclus. 522. num. 27. neque potest legem condendo se subiicere suæ legi. l. penult. ff. de arbitr. & à fortiori non potest se alteri ita arctare, quin sibi liceat ab hac sua subiectione liberare se, cùm sit supra omnia iura positiua, vt notatur in cap. proposuit, de concessione præbend. Sequitur Ioan. An. in cap. Ecclesia sancta Maria, de constit. ex regul. cap. cum inferior, de maior. & obed. vbi dicitur inferiorem non posse parem, vel maiorem iudicare. Ego tamen puto posse Papam, si voluerit, se submittere iudicio alieno; sed non in iudicio contentioso, Anton. de Rosell. de potest. Papæ, §. Nunc tertiam partem, num. 33. in medio, & num. 35. in principio, vbi concludit Papam posse se subiicere alieno iudicio etiam, vt deponi possit, quòd etiam admittit in quolibet alio Principe non recognoscente superiorem.

Ex his omnibus habemus, amplissimam esse spiritualem potestatem Pontificiam, quæ tamen nihil omnino potestati temporali Principum deroget, cùm hæ duæ potestates, origine, fine, subiecto, obiecto, legibus, actionibus, & iuribus differant, & in orbe regendo amico fœdere consentiant, quod ipsimet Pontifices sæpiùs affirmant, Nicol. I. Epist. ad Michael. Imperat. vbi docuit ante Christum quosdam fuisse simul Reges & Sacerdotes, quod de Melchisedecho sacra prodit historia. Idque Diabolum æmulatum apud Paganos, quorum Imperatores Pontifices maximi dicerentur. Addit Christum Iesum qui & verus Rex, & Pontifex fuit, sic actibus propriis & dignitatibus distinctis officia potestatis vtriusque discreuisse, vt & Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum Imperialibus legibus vterentur; quatenus spiritualis actio carnalibus distaret incursibus, & ideo militans Deo minimè se negotiis sæcularibus implicaret, ac vicissim non ille rebus diuinis præsidere videretur, qui esset negotiis sæcularibus implicatus, vt & modestia vtriusque ordinis curaretur ne extolleretur vtroque suffultus, & competens qualitatibus actionum specialiter professio aptaretur. Gelasius I. Epist. ad Anastas. Augustum. Duo quippe sunt quibus principaliter mundus hic regitur, authoritas sacra Pontificum, & regalis potestas, quæ referunt Patres Parisienses Concil. VI. cap. 3. aliáque adducunt ex Fulgent. lib. 2. de verit. prædest. Quantum pertinet ad huius temporis vitam in Ecclesia nemo Pontifice potior, & in sæculo Christiano Imperatore nemo celsior inuenitur. Similia repetuntur in Concil. apud S. Macram Ludouico, & Carolomanno regnantibus ann. 881. cap. 1. & 2. & in Concil. Trosleiano Carolo simplice Rege ann. 909. quibus consentit Innocent. III. Epist. ad Constant. Imperat. vt refertur cap. sollicita, de maioritate, & obedientia. Accipe denique Magni Osij qui toties Pontificias vices in Synodis sustinuit, Imperatorem alloquentis verba apud Athanasium. Tibi Deus Imperium commisit, nobis quæ sunt Ecclesiæ contradidit, & quemadmodum qui tuum Imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi diuinæ, ita & tu caue ne quæ sunt Ecclesiæ ad te trahens magno crimini fias obnoxius. Date, scriptum est, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ Dei Deo neque igitur fas est nobis in terris imperium tenere, neque thimiamatum, & sacrorum potestatem habere Imperatori.

DISPV

DISPVTATIO II.

De gladio Summi Pontificis circa excommunicationes illi reseruatas.

De prima censura reseruata.

§. I.

EPITOME.

1. *Papa censuris compescit fideles vt à peccatis grauioribus abstineant eas sibi reseruando.*
2. *Censura prima ex reseruatis continetur in cap. si quis suadente, de qua hic agendum est.*
3. *Manus violentas iniicere in clericum, vel ad id consulere, vel dare auxilium, seu fauorem, eadem censura punitur.*
4. *Mandantes percutere clericum, si pœniteant quando excusentur.*
5. *Quinam comprehendantur in hoc canone sub hac voce, si quis suadente?*
6. *Non baptizati, & non habentes vsum rationis, non incidunt in hunc canonem.*
7. *Præceptores percutientes discipulos, & patres filios etiam in sacris, excusantur ab hac censura.*
8. *Prælatus potest percutere subditos per se, vel per alium, non tamen per laicum, & quando per laicum.*
9. *Episcopus per alium, non verò per se ipsum percutere debet clericos delinquentes.*

10. & 11. *Percutientes per iocum, & non ex odio, neque ex inimicitia, excusantur. Item qui percutiunt ex imperfectione actus non pertingentes ad mortale.*

12. *Pueri clerici impuberes sese percutientes, quando excusantur à canone, si quis suadente.*
13. *Clerici inter se digladiantes districto ferro, non tamen se tangentes, an excommunicentur?*
14. *Conatus, & impetus ad percutiendum etiam cum intentione sine effectu non parit excommunicationem.*
15. *Manuum appellatione in hoc canone veniunt pedes, brachia, pugni, calces, & genua.*
16. *Incurritur in hunc canonem, si clericus detineatur in carcere, vel in domo aliqua, vel si proiiciatur aliquid in illum iniuriosè.*
17. *Furari crumenam non per vim, sed per fraudem clerico, non incurritur excommunicatio.*
18. *Veneno interficiens clericum est excommunicatus, quidquid contradicat Auila.*
19. *Monialis procurans aborsum non incurrit, secus si in alia fœmina procurat.*
20. *Clericus se ipsum percutiens irrationabiliter est excommunicatus.*
21. *Percutiens clericum volentem, & consentientem excommunicatur, sed clericus consentiens vt percutiatur est excommunicandus.*

22. 23. *Clericorum nomine qui veniant in canone, si quis suadente.*

24. *Vxor clerici coniugati an gaudeat priuilegio mariti.*
25. *Clerici bigami in minoribus, vel in sacris, an gaudeant priuilegio canonis?*

26. 27. 28. 29. 31. 32. *Clerici in quibus casibus priuentur priuilegio Canonis.*

33. 34. 35. *Clericum inuentum turpiter cum vxore, vel sorore, vel cum matre, vel cum filia, vel etiam cum sponsa, occ.dens non est excommunicatus, idem si inueniatur osculando, vel amplexando, vel in loco suspecto.*

36. *Vtrum intendens percutere Petrum clericum, percutiens Paulum Clericum sit excommunicatus? Pars negans est probabilior.*

1\. SVMMVS Princeps Ecclesiæ, & Christi Vicarius sicut potest legibus, & constitutionibus fideles ad finem supernaturalem conducentibus inducere, ac promouere, sic etiam censuris compescere, vt à peccatis abstineant, casque sibi reseruare, ita, vt nefas sit de illis ab aliquo absolui sine speciali eius indulto; hæ autem censuræ reseruatæ continentur in corpore iuris, & in diuersorum Extrauagantibus, quas in vnum colligere curarunt Syluest. & alij Summistæ *verb. excommunicatio*. Tolet. *in instruct. Sacerd. lib. 1. à c. 19. vsque ad c. 24.* Suar. *tom. 5. disp. 21. vsque ad disp. 24.* Iacob. Graffiis *in aureis decisionibus, p. 1. lib. 4. c. 19.* Sayro *de censuris, lib. 3. ex c. 26. vsque ad c. 31.* post Nauarrum *in summa c. 27. à n. 25. & alij.*

Cùm autem omnium prima censura ex reseruatis summo Pontifici in ordine sit ea, quæ fertur in Clericorum percussores, ab ea incipiendum nobis est, vti à frequentiori, neque nobis mens est omnes ex professo commentari plenè; ideo breuiter aliquas percurremus, vt illis exceptis, ac reseruatis, deprehendatur cæteras in potestatem Episcoporum venire, & ab illis posse absolui.

2\. Hæc tamen habetur *in cap. si quis suadente diabolo 17. quæst. 4.* sub his verbis. *Si quis suadente diabolo manus violentas in Clericum, vel Monachum iniecerit, anathematis vinculo subiaceat, & nullus Episcoporum illum præsumat absoluere (nisi mortis vrgente periculo) donec Apostolico conspectui præsentetur, & eius mandatum suscipiat.* Sic ibi. Huius etiam fit mentio *in cap. mulieres, de sentent. excommunicationis*, vbi rigor Canonis, *si quis*, temperatur, & extenditur. iuuat *cap. quanta, eodem titulo 47.*

3\. Requiritur tamen quòd manuum iniectio fiat suadente diabolo, & sit mortalis. Quo ad personas est vniuersalis materia huius canonis; quo ad actiones verò, vna est principalis: videlicet imponere manus violentas seriò in clericum diabolo suadente. Non tamen censuram euadunt consulentes, fauorem dantes, & auxilium, si sequatur percussio, ita Syluest. *verb. excommunicatio. 7. n. 24.* Auil. *de censuris, p. 2. cap. 5. disp. 3. dub. 6.* Suar. *eodem titulo, disp. 22. sect. 1. num. 55.* Molin. *de inst. tomo 4. disp. 52. num. 2.* Bonac. *eodem tract. disp. 2. quæst. 4. punct. 3. num. 1.* Ægid *de Sacramentis & censuris, tom. 2. disp. 15. à num. 27.* & Farinac. *in praxi, p. 5. quæst. 129. num. 57.* quia fauentes, & consentientes pari pœna puniũtur, si cooperentur ad delictum, saltem præstando auctoritatem, pro vt volunt Auil. *ad c. 1. prætor. n. 7. fol. 58. verso.* Flores de Mena *variar. lib. 2. quæst. 18. num. 41.* Confert gloss. *in c. 1. de offic. & potest. iudic. deleg. verb. pari pœna*, per quam præstans auxilium in delicto punitur, sicut ipse delinquens eadem pœna. Mascard. *de probationib. conclus. 159. num. 18.* Menoch. *de arbitrar. casu 249. num 7.* Iul. Clar. *in pract. §. final. quæst. 90. num. 1.* & Bonacos. *commun. crimin. p. 1. verb. agentes. fol. 9.*

4. Excusatur tamen ab hoc canone mandans percutere clericum, si post mandatum pœnitentia ductus reuocauit mandatum, & mandatario intimatio facta fuit, priusquam percuteret clericum: tunc enim non tenetur mandans, si post intimationem percussio sequatur, ita Menoch. *de arbitrar. casu* 352. *num.* 7. Decian. *in tract. crimin. lib.* 9. *cap.* 36. *num.* 32. Iacob. Ayret. *in tractat. de homicidio*, *p.* 2. *cap.* 48. & Gomez *variar. tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 40. Porrò si reuocauit in animo mandatum, & procurauit, vt mandatario reuocatio innosceret, non tamen re ipsa mandatario innotuit, incurritur excommunicatio. gloss. *in d. cap. mulieres*, *in verb. ibi, sed pone*, Molin. *de iust. tomo* 4. *disputat.* 52. *num.* 3. Carol. de Grassis *de effectibus clericalib. effect.* 9. *num.* 30, Lessius *de iust. lib.* 2. *cap.* 13. *dub.* 3. *num.* 17. quos referens sequitur Bonacin. *vbi suprà*, *disputat.* 2. *d. puncto* 3. *num.* 2. Farinac. *in praxi*, *p.* 5. *quæst.* 135. *num.* 174. & *num.* 175. addit mandatum posse reuocari etiam tacitè, puta quando mandans contraxit affinitatem, & parentelam, aut deposito odio amicitiam, & pacem cum inimico suo fecit. Quin etiam si mandans percuti clericum moriatur, & mandatarius mortuo mandante clericum percusserit, mandans non excommunicatur, ex ea ratione, quia per mortem mandantis tacitè censetur mandatum reuocatum. Carol. de Grass. *de effectib. clerical. effect.* 9. *num.* 40. Azor. *p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 26. *quæst.* 2. *vers. sed dubia quæstionis est*. & Farinac. *supra d. quæst.* 135. *num.* 180. quibus accedit Bellet. *disquisitione clerical. p.* 1. *tit. de fauore clericor.* §. 1. *numer.* 6. *versicul. qui tamen*, vbi ait id procedere, si constiterit mandantem ante mortem pœnituisse.

5. Sed petes, quinam comprehendantur sub hac voce, *si quis?* Responde vocem hanc esse vniuersalem: ideò subintelligi omnes tam viros, quàm fœminas. Cuiuscumque dignitatis, dummodo excommunicationis capaces sint. gloss. *ibi* communiter recepta. Nauar. *in summa*, *cap.* 27. *num.* 76. Gabriel *commun. lib.* 6. *tit. de verbor. signific. conclus.* 6. *num.* 5. Nam masculinum comprehendit sub se fœmininum, per legem, *si, ita scriptum*, *ff. de leg.* 2. quamuis sit in rescriptis, vt *in cap. significauit*, *de rescriptis*. Auiles *Prætorum cap.* 1. *in glossa de ninguna persona*, *num.* 8. *fol.* 70. vbi id extendit etiam in pœnalibus iuribus communibus, vt *in Clementina* 1. cum gloss. & *ibi* Cardinal. *quæst.* 7. *de Regularibus*, & in specie docent Sebast. Medic. *in summa peccatorum*, *p.* 2. *tit.* 9. *quæst.* 78. *num.* 39. Ioan. Garc. *regul.* 209. *num.* 4. & Carol. de Grassis *d. effectu* 9. *num.* 2. Quare omnes percussores Clericorum regulariter excommunicatione hac ligantur, nisi ex aliquo cap. liberentur, Molin. *de iust. tract.* 3. *disputat.* 50. & 51. & Paul. Layman *in Theologia morali*, *lib.* 2. *tractat.* 5 *p.* 2. *cap.* 5. *num.* 3. *vers. vocula*.

6. Excipiuntur tamen percutientes, qui non sunt baptizati, vt habetur *in cap. postulasti* 14. *de Iudæis*; & volunt Antonius Ricciulus *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium*, *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 3. Spinus *in speculo testam. gloss.* 11. *rub. num.* 55. Barbos. *in d. cap. postulasti*, per textum, *In Christianis omnibus per censuras*. Ex quo patet infideles non posse excommunicari. Socin. *in cap. peruenit*, *num* 28. *cum sequentibus*, *vers. septimò principaliter*, *de sentent. excommunicationis*, & Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis*, *p.* 1. *cap.* 9. *sub num.* 2. *vers. hinc Iudæus*. Marquard. *de Iudæis*, *p.* 2. *tit.* 5. *cap.* 5. *num.* 5. *lib.* 1.

Similiter non incurrunt in hunc canonem 6.
pueri ante vsum rationis, quique non habent iudicium ad peccandum. Nauar. *d. cap.* 27. *in summa*, *num.* 76. ex Hostiens. & Abbate *in cap.* 1. *de sententia excommunicationis*, resoluit Bellet. *disquisit. clericalium*, *p.* 1. *tit. de fauor. clericor. canon.* §. 3. *num.* 21. Ratio, quia excommunicatio non incurritur nisi propter culpam mortalem, proinde destituti iudicio, & vsu rationis, cùm non possint peccare mortaliter, ab hoc canone liberantur, Sousa *in relect. de censuris Bullæ Cœnæ*, *cap.* 2. *disp.* 16. *num.* 2. & *cap.* 8. *disputat.* 51. *num.* 3. Salas *de legibus*, *disp.* 16. *sect.* 9. *ad finem*, Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici*, *decis.* 464. *num.* 2. *in* 1. *edit.* aliàs *resolut.* 438. *in* 2. *edit.* Ioseph. Sesse *Aragoniæ decis.* 220. *num.* 2. & Bonac. *de censuris*, *quæst.* 1. *punct.* 3. *à principio*, vbi firmant doli incapaces, vsúque rationis carentes non ligari excommunicatione hac.

Eodem modo præceptores percutientes disci- 7.
pulos clericos correptionis gratia, vel intuitu disciplinæ, non incidunt in hunc Canonem, modò non percutiant principaliter ex odio, vel ex iracundia, quod intellige si correptio, & punitio sit moderata, & non excedat notabiliter rationem culpæ. Quòd si excessus sit notabilis, non excusabitur percussor ab excommunicatione, Suar. *de censur. disp.* 22. *sect.* 1. *num.* 49. Molin. *de iustitia*, *tract.* 3. *disp.* 56. *num.* 10. Auila *de censuris*, *p.* 2. *cap.* 5. *disp.* 3. *dub.* 13. Bellet. suprà *tit. de fauore clericorum canon.* §. 2. *num.* 4. Bonacin. *de censuris*, *disp* 2. *quæst.* 4. *puncto* 4. *n.* 4. & Ægidius Coninch *disp.* 14. *num.* 192.

Idem resoluunt de patre respectu filij, etiam in sacris constituti. S. Antoninus 3. *part. tit.* 24. *cap.* 1. §. 2. *casu* 12. Suar. *de censuris*, *disput.* 22. *sect.* 1. *num.* 49. Auila *p.* 2. *cap.* 5. *disputat.* 3. *dub.* 13. Sayro *de censuris*, *lib.* 3. *cap.* 27. *a num.* 14. *vsque ad num.* 16. Syluest. *verb. excommunicatio* 6. *casu* 8. & Nauar. *d. cap.* 27. *num.* 82. ex ea ratione, quia pater maiorem habet in filios potestatem, quam præceptor in discipulos, sed præceptor per *cap. super eo*, & per *cap. ex tenore*, *de sententia excommunicationis*, absolutè, & sine vlla restrictione significatur posse discipulum correctionis causa percutere moderatè: ergo & pater poterit castigare filium in sacris sine metu excommunicationis, quam partem, vt probabilem, tradit Augustinus Barbos. *in d. cap si quis*, *num.* 67.

Ego tamen non tanquam probabilem, sed vt probabiliorem in priuatis scholiis semper fui sequutus in Academia Eborensi, & contrariam veluti probabilem censui; & quamuis Molin. *de iustitia*, *tractat.* 2. *disputat.* 228. *in* 6. *effectu*, & *tractat.* 3. *disputat.* 59. negatiuam sententiam amplectatur, quia sacer Ordo liberat à potestate patris saltem quo ad percussionem, quem sequitur Paulus Laymann *in Theologia morali*, *lib.* 1. *tract.* 5. *p.* 2. *cap.* 5. *vers. de patre*. Nihilominus non est negandum patribus, quod conceditur magistris, nempe posse cædere filios clericos in sacris, vt expresse docet Grassis *lib.* 2. *decisionum*, *cap.* 49. *num.* 39. & *duobus sequentib.* ex eo fundamento, quia quamuis Episcopalis dignitas liberet à potestate patria, *cap. per venerabilem*, *qui filij sint legit.* Ordo autem sacer etiam Sacer-

dotalis

dotalis non liberat, prout vult Abbas *in cap. indecorum, de ætate, & qualitate. gloss. penult. in cap. circumcelliones* 23. *quæst.* 5. Vnde infert Ioan. de Arno. *Dialogo* 69. correptionem competere partibus ratione patriæ potestatis, à qua Sacerdos non liberatur; vide quæ diximus *infra in p.* 3. *lib.* 1. *de obligat. parentum, disp.* 15. §. 4. *à num.* 60. vbi de hac re plenè.

8. Quid de Prælato? Responde bono zelo motum, & causa correptionis posse clericum subditũ percutere per se ipsum, vel si necessitas exigat, per aliquem clericum, vel Monachum, vel Religiosum, etiam conuersumque ad Prælatum probat textus *in cap. vniuersitatis* 24. *de sententia excommunicationis*, & notat, prout solet, bene Suarez *tom.* 5. *de censuris, disp.* 22. *sect.* 1. *num.* 42. Atque ita si Prælatus percutiat per laicum, nisi forte necessitas excuset, vt ipse ait *ibi num.* 43. tam verberans, quàm mandans incidunt in excommunicationem. Ita Layman *vbi suprà, vers. porrò.* Aldret. *lib.* 1. *cap.* 17. *de relig. discipl. tuenda, num.* 20. *vers. huiusmodi autem verberatio.* Ægid. Coninch *de sacramentis & censuris, tom.* 2. *disp.* 14. *num.* 190. *vers. tertio,* Frater Manuel Rodriguez *tom.* 2. *regular. quæst.* 19. *art.* 8. & nouissimè Aloys. Ricc. *in praxi Ecclesiastica, decis.* 355. Et quamuis text. *in d. cap. vniuersitatis*, loquatur de solis Prælatis Regularium, communiter tamen scribentes hoc ampliant ad omnes Prælatos Ecclesiasticos, nempe illos non posse verberare per laicos, Ægidius *suprà d. num.* 190. *vers. tertio.* de his *in* 3. *p. disp.* 1. §. 4. *à num.* 61. *vsque ad num.* 66.

Vbi autem fuerit consuetudo ab antiquo, prout est in Gallia, vt Clerici per laicos verberentur, non ligabuntur Prælati excommunicatione verberantes per laicos, vt vult frater Manuel *d. quæst.* 19. *art.* 8. *in medio*, & prax. Episcopal. *p.* 1. *verb. excommunicationis causa efficiens*, §. 8. dicens ex consuetudine introducta posse Ordinarios locorum verberare, vel torquere clericos per laicos, quando non reperiuntur clerici, qui sciant colligare, soluere, & extollere torquendum clericum: quam etiam consuetudinem persuasisse in Italiam satis testatur Panormitanus *in cap. vt famæ, de sent. excommunicationis*, vt in Curiis Episcopalibus Ecclesiastici passim verberentur, & torqueantur per laicos, quæ sententia non est abs re, & abs ratione, quidquid contradicant Panormitanus, & Felinus *in d. cap. vniuersitatis*, quia vti ad hoc laicorum opera non est contra ius naturale, & diuinum: imò decens est, & honestum vt Clerici, & Religiosi abstineant ab officio adeò abiecto, & vili, Graffis *lib.* 2. *de explicatione canonis, cap.* 49. *num.* 43.

9. Porrò Episcopus clericos delinquentes per alium clericum, non verò per laicum corrigere debet, nisi aliter se habeat consuetudo legitima, Iulius Clarus *lib.* 5. §. *final. quæst.* 64. *num.* 25. Nauar. *commento* 3. *de regularib. circa finem, & cons.* 28. *de sentent. excommunicationis, in nouis*, Ægidius de Coninch *suprà, disp.* 14 *num.* 191. *in fine.* Iuuat *cap. non liceat, distinctione* 86. vbi dicitur Episcopum non teneri, nec debere castigare propriis manibus clericos subditos sibi, Suarius *tom.* 5. *de censuris, disp.* 22. *sect.* 1. *num.* 45. Sayro *de censuris, lib.* 3. *cap.* 27. *num* 12. nisi quando deesset alius clericus per quem clericum verberet, ex glossa *in d. cap. non liceat, in verb. non licet*, & Nauar. *in manuali, cap.* 27. *num.* 86. *vers. vigesima quarta*, in quo euentu non ligabitur excommunicatione canonis, *si quis suadente*. Quin etiam seclusο scandalo non peccabit grauiter, quoniam actio illa per Episcopum propriis manibus exercita non est ita intrinsecè mala, nec ita prohibita, vt in necessitate, & ex causa non reddatur licita. Quòd si Episcopus per laicum percutiat clericum, ex glossa *in d. cap. non liceat*, incidit in excommunicationem, quod intelligitur quando præsens fuerit clericus, qui verberet; secus quando defuerit ad faciendum, sequitur Illustrissimus Hispaniarum Primas 1. *p. Decreti, in cap. non liceat, dist.* 86. *num.* 2. præsertim si ita ferat consuetudo. Layman *in Theologia morali, lib.* 1. *tract.* 5. *p.* 2. *cap.* 5 *num.* 8. *vers. quarta, propè finem*, vbi post Auil. *de censuris, p.* 4. *disp. vnica, dubio* 1. adiicit excusari ab excommunicatione nauis præfectum, aut ab eo potestatem habentem, dum percutit clericos verbaliter degradatos, & ad remigandum damnatos in triremibus, sicut reliquos remiges.

10. Excusantur item à censura huius canonis percutientes clericos non ex odio, neque ex inimicitia, sed per iocum. Hæc resolutio patet ex particula, *si quis suadente diabolo*, quia ibi prohibetur iniectio manus in clericum ex odio, vel ex inimicitia, vel ex indignatione cum effectu mortali. id enim important verba, *si quis suadente diabolo, in clericum, vel Monachum manus violentas iniecerit, anathematis vinculo subiaceat.* Vbi prohibetur sacrilegij crimen fieri personæ sacræ violenter, *cap.* 1. *de sentent. excommunicationis*, glossa *verb. de familia, in cap. cum voluntate*, §. *final.* vbi Hostiens. *num.* 12. *eodem tit.* dicentes percussionem cum ioco, & non ex odio, neque ex indignatione non subiacere anathemati huius canonis; sequitur Coriolan. *de casibus reseruatis, p.* 2. *casu* 10. *de indic. Regul.* §. 10. *n.* 23. Carol. de Graffia *de effectib. clerical. effectu* 8. *n.* 306. & Bellet. *disquisit. clerical. p.* 1. *tit. de fauore clericorum canonis*, §. 2. *n.* 1. Ratio potissima, quia percussio facta per iocum non est facta suadente diabolo, cùm fiat absque animo iniuriandi. Graff. *de explicatione canonis, d. cap.* 49. *num.* 6.

11. Item excusantur à censura huius canonis percussores clerici ex imperfectione actus non pertingentis ad culpam mortalem, nempe propter repentinam, & subitam passionem iracundiæ animo non plenè, nec perfectè aduertente ad id, quod fit, Layman *suprà d. cap.* 5. *num.* 8. *vers. altera.* Secus quando datur plena aduertentia ad id, quod agitur, & actus interior, quo manus violenta iniicitur, est culpa mortalis, incurritur excommunicatio huius canonis, quamuis per actum exteriorem leuis, ac modica læsio inferatur, ita Molin. *de iust. tract.* 3. *disp.* 51. *num.* 6. Contrà verò, si actus interior non est mortalis, etiamsi exterior actus, aut percussio sit grauis, & considerata conditione personæ iniuria est grauis, si ex aliqua causa excusatur à mortali percussio in foro conscientiæ, non incurritur hæc censura. Idem dico in foro externo, si id probetur, Molin. *vbi proximè.*

12. Ex dictis colliges, pueros in rixa se inuicem percutientes præ iracundia pugnis, aut alia simili re, ita tamen quod attenta nocumenti quantitate, & considerata leui iniuria, qua se inuicem afficiunt, non peccare mortaliter, & ex consequenti non ligari hoc canone; quod intellige regulariter de pueris, clericis, impuberibus inter se inuicem rixantibus non ligari tunc; quod traditur *in cap.* 1. *de sent. excommunicationis*,

nicationis, dum dicitur per ætatem excusari Clericos impuberes in se inuicem rixantes: dummodo alter alteri non intendat malum graue irrogare, puta interficere, vel saltem mutilare, aut vulnerare: nam tunc delinquent mortaliter, & consequenter incident in hanc censuram. Quare quando leue malum pueri impuberes inferunt, & considerata eorum ætate, & qualitate iniuria non est notabilis, nempe quando se pugnis percutiunt, regulariter non peccant mortaliter, neque subiacent excommunicationi, Molina *vbi suprà, num.*8.

13. Quæstionis tamen est, quando duo clerici se se inuicem gladiis districtis inuadunt, & digladiantur alter in alterum irruendo, intentione, & animo se percutiendi; nullus tamen percussus fuit, sed vterque ictus in se coniectos ensibus sustinuit, vtrùm sint excommunicati? Pars affirmans ex eo videtur probari, quia qui animo deliberato per vestes clericum apprehendit, aut percutit suadente diabolo aliquid corpori clerici adhærens, puta equum cui clericus insidet vulnerat, aut ei iniuriam infert, est excommunicatus, vt tradunt communiter Philiarchus *lib.* 2. *de officio sacerdotali, cap.*35. Angles *in* 4. *quæst. de excommunicatione, art.*6. *difficult.* 3. *concl.*8. Ergo qui mutuis ictibus percutiunt enses, quibus se defendunt, incidunt in hunc canonem, quia adhæret manibus clericalibus. Confirmatur, quia si quis de manibus clerici per vim auferat ensem, aut illum de latere; per iniuriam eripiat, aut galerum, seu pileum de capite, non est dubium incurrisse in supradictam censuram: igitur in nostro casu idem dicendum est.

Pars tamen negans est sequenda, quia re ipsa, vt supponitur, neuter ex illis percussus fuit, nec tactus ab ense alterius, quamuis animo percutiendi alter in alterum multiplicatos ictus coniecisset, & vibrasset. Ratio, quia excommunicatio hæc non fertur, nisi ob percussionem realiter factam, & ob iniuriam re vera illatam, non verò inferendam, ita colligitur ex Hostiens. *in summa, lib.* 5. *tit. sent. excommunicationis*, §. *in primis, num.*9. Palud. *in* 4. *disp.*18. *quæst.*3. *art.*3. summa Astensis *p.*2. *lib.*7. *tit.*3. *art.*2. *quæst.*7. & 19. Angelica *verb. excommunicatio* 5. *num.* 29. & alij, quos referens sequitur Sayro *de censuris, lib* 3. *cap.* 26. *num.* 21. quia in hoc casu non est iniectio manus in clerici personam, vel in res clerico adhærentes; & exceptis quibusdam casibus expressis, in reliquis verba sunt intelligenda cum effectu, argumento *cap. relatum, de clerico non residente.*

14. Nec sufficit, vt incurratur excommunicatio conatus sine effectu, seu metus verbalis tantùm sine tactu aliquo violento, aut realis, quamuis adsit intentio percutiendi; proinde si quis absque manuum iniectione, vel detentione corporali compellat clericum ad se redimendum, vel aliquid illi largiendum, aut vibret hastam, aut gladium euaginet, volens eum percutere, & non percutiat, non incurret in hunc canonem, vt vltra præcitatos tradit etiam Syluester *verb. excommunicatio* 6. *num.* 5. *vers.* 8. & Tabiena *verb. eodem quinto, casu primo, num.* 41. *vers. quid de eo*, eo quia hoc non est iniicere manus in clericum, neque in res sibi adhærentes. Sayro *suprà*, Tolet. *lib.* 1. *p.* 31. & Molin. *tom.* 4. *de iustitia, tract.* 3. *quæst.* 51.

Faciunt tradita per Suarium *de censuris, disp.*4. *sect.* 1. *conclus.* 1. *num.* 4. dicentem, si lex absolutè pronunciet censuram propter aliquod delictum sub verbis importantibus aliquem effectum vltimum, si non sequatur effectus, non incurrit censuram. Probatur, quia licèt actio ex parte delinquentis perficiatur, si effectus non sequatur etiam per miraculum, censura non incurritur, argumento *ex cap. perpetuo, de electione, in* 6. vbi notatur, quòd suffragium ferens pro indigno, si non sortitur effectum, non incurritur pœna: & verba legis in materia odiosa præsertim, propriè sunt accipienda, & strictè. Quamobrem volens percutere clericum gladio, vel sagitta, vel ictu, & casu aberret, illúmque non attingat, etiamsi sagittam emittat, vel ictum in illum dirigat; tunc enim in effectu, & re ipsa manus violentas illi non infert, pro vt verba legis in materia odiosa præsertim, propriè sunt accipienda, sequitur Vgolin. *de censuris, tabul.* 1. *cap.* 9. §. *vltim.* Barbos. *hic* post alios *num.*29.

Quæri etiam potest, quid veniat appellatione manuum in hoc canone? Responde per manus subintelligi omnes partes corporis, aut instrumenta quælibet, quibus solet homo vti ad percutiendum; ratio, quia manus est organum organorum. glossa *hic in verb. manus*, & Turrecremat. *ibidem.* sequitur Graffis *disputat. huius canonis, lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 10. Intelliguntur etiam nomine manus, pedes, brachia, pugni, calces, & genua, Nauarr. *cap.* 27. *num.* 77. Caietanus *in verf. excommunicatio, cap.* 10. *notabili* 1. Philiarchus *lib.* 3. *de officio Sacerdotis, cap.* 33. & Sebastian. Medices *p.* 2. *summæ, tit.*9. *quæst.*78. *num.* 39. 15.

Item manus violenta dicitur non solùm quæcumque percussio immediata facta manu, sed etiam quæ fit medio instrumento, puta baculo, vel ense, vel aliqua alia re.

Similiter incurritur excommunicatio, si clericus detineatur in carcere publico, vel priuato, vel in domo aliqua ab aliquo, vel si ponantur custodes, vt capiatur, si de domo exeat, ita vt clericus nequeat exire liberè, *cap. nuper, & ibi glossa* 1. Abbas *num.* 1. & 2. & Felin. *num.* 1. *de sent. excommunicationis*, & Doctores *in cap. cum non ab homine, de iudiciis, & in cap. si iudex laicus, de sent. excommun. lib.* 6. Graffis *d. cap.* 49. *num.* 13. & Sayro post alios *d. cap.* 26. *num.* 13. Bonacin. *de censuris, d. quæst.* 4. *punct.* 1. *num.* 16. quod extendunt ad iudicem secularem, qui detinet clericum, vel curat detineri in aliqua domo, vel custodia, etiam sine iniectione manuum, incurritur excommunicatio: secus si per metum absque vlla vi, vel actu compellit clericum egredi ex prædio, quia tunc non datur manus violenta in clericum, sed solis verbis illum terret; proinde non incurritur excommunicatio, sicut quando obsidetur castrum, aut domus ad hæc obtinenda, & non ad iniuriam inferendam clericis ibi existentibus, non incurritur censura, ex Anton. 3. *p. tit.* 25. *cap.* 1 §. *tertiò notandum.* & ex Syluestro *verb. excommunicatio* 6. *num.* 5. *vers. secundo*, Sayro *d. cap.* 26. *num.* 13. Augustinus Barbosa *in hoc cap. num.* 31. *ad finem.* 16.

Porrò qui conspuunt in clericū, vel aquam, aut aliquid aliud super eum effundunt, incidunt in excommunicationem huius capitis, quia fit iniuria personæ, sicut incurrit, qui vestes illius dum eas habet indutas lacerat, aut frenum equi cui insidet, iniuriosè apprehendit, aut frangit, vel est in causa persequendi clericum furiosè, & clericus fugiens

fugiens cadit, & læditur, aut fugiens coactus vt euadat persequentis manus, se præcipitat in aquam, vel alij periculo se exponit; Sayro post plures, quos ibi refert, ac sequitur *d.cap.26.n.13. & 14.lib.3.* Graffis *d. cap.49. num.* 17. Barbosa *hic, num.* 32. *& duobus sequentibus.* Secus si nulla violentia facta vestes ex domo clerici aufetat latro, aut cingulum, quo actualiter cinctus est, furtiuè
17. abstulit, aut pecuniam ex crumena ab eo gestata arripuerit subdolè, & sine vi, quia non est hoc propriè violentia, sed actio furtiua, ideo fur non est excommunicatus, Caiet. *verb.excommunicatio, cap.10.vers.nota secundò;* summa Astensis *p.1.lib.7. tit.3. cap.1.quæst.*10. & Angel. *verb.excommunicatio 5. num.* 29. Molin. *d tract.* 3. *disp.* 51. Ægid.de Coninch *de censuris, disp.* 14. *dub.* 15. *num.* 166. & Sayro *d. cap.26. num.*16. contra S. Antoninum *3.p.tit.25.cap.*1. *§ tertiò notandum, ante finem.* vbi minus bene opinatur per has actiones incurri excommunicationem: sed ne recedas ab opinione Caietani, & aliorum, quam etiam tenet Suarius *de censuris, disp.22.sect.*1. *num.* 34. quem referens sequitur Augustinus Barbosa *hic num.* 34. cùm actiones, seu præcisiones illæ non violentæ, sed furtiuæ sint.

18. Multo fortiùs incurret in hunc canonem, qui clerico venenum propinauerit, vel cibo miscuerit, sequuto effectu, cùm actio ista sit multo magis violenta, & iniuriosa, quàm quæuis alia manus iniectio. Auila *2.p.cap.5.disp.* 3. *dub.* 11. Non putat tamen incurrisse, qui ita clericum occiderit veneno, vel potu, quoniam non infert vim personæ, sed naturæ. Sed contrarium est dicendum, vt notat Bonacin. *de censuris, disp.2.quæst.4.punct.*1. *num.*13. quem sequitur Barbos. *in d.cap. si quis suadente, num.*35. Longe aliter de Moniali, quæ pro-
19. curat abortum per potionem aliquam: hæc autem non incurrit in hanc censuram, ita Caietan. *verb.excommunicatio, cap.*10. *notabil.*3. & Angles *in floribus, in quæst.de excommunicatione, art.* 5. *difficult.* 3. *conclus.* 7. vbi inquit Monialem non sibi, sed fœtui iniuriam inferre, sequitur Sayro *d. lib.3.d cap.26.num.*17. Auila *d.dub.11.versic.quinto sequitur, fol.*67. *col.*1. & Barbosa *vbi supra n.* 35. post Molin. *d. tract.*3. *disp.*51. *num.*4. Incurret tamen illam Monialis, si procuret abortum in alia fœmina, ex constitutione Sixti Quinti contra procurantes abortum, si sequatur effectus, quæ non comprehendit fœminas in se ipsis abortum procurantes, Auila *suprà*.

20. Quid de clerico se ipsum iniuriosè percutiente ob vitæ tædium, vel ob aliam causam irrationabilem? Respondet Panormit. *in cap.contingit* 1. *num.* 7. *de sentent. excommunicationis*, affirmatiuè, sequitur Nauar. *in manuali, cap.* 15. *num.* 11. *& cap.* 27. *num.* 78. Iason *in l.* 1. *num.* 8. *C. de seruis fugitiuis*, Menoch. *de arbitrariis casu* 284. Catol. de Graffis *de effectib. clericalib. effectu* 9. *num.* 82. Suarez *de censuris, disp.22. sect.1.num.*59. & Layman. *in Theologia morali, lib.*1. *tract.* 5. *p.2. cap.5. num.* 5. *in fine, vers. his adde*, & Sayro *d. cap.* 26. *num.*10. post alios.

21. Idem esto iudicium de clerico consentiente, vt à laico, vel clerico percutiatur sponte. Is enim ligatur excommunicatione huius canonis percutiendo clericum volentem, & consentientem, quia ad hoc clericus non potest consentire cum iniuria totius Ordinis clericalis, vt scribentes *ex cap. contingit, de sentent. excommunicationis*, inferunt, & tradunt, Mantua *Dialogo* 35. Gutierr. *de iur. confir. part.* 1. *cap.* 16. *num.* 53. Suarez *de censuris, disp.* 22. *sect.* 1. *à num.* 57. Graffis *decisionum p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 49. *num.* 6. *ex cap. contingit* 1. *de sentent. excommunicationis.* Nam quamuis volenti, & consentienti non fiat iniuria, fallit tamen ratione dignitatis Ecclesiasticæ, propter quam fuit tale priuilegium emanatum: proinde non clerico, sed dignitati Ecclesiasticæ infertur iniuria. Item, quia clericus non est dominus membrorum suorum. *l. sed si, §. si ipse seruus, & l. liber homo, ff. ad legem Aquil.* glossa *in cap. ex parte, de corp. vit.* Couar. *in regul. peccatum* 2. *p.* §. 5. Atque ita non potest clericus huic priuilegio fundato super fauore dignitatis Ecclesiasticæ renunciare, quo ad pœnam canonis, poterit tamen remittere priuatam iniuriam quo ad proprium interesse, & commodum, Antonius de Butrio *in cap. si diligenti, num.* 18. *de foro competenti*, & habetur *in cap. cùm desideres, de sentent. excommunicationis.*

An verò clericus se subiiciens sponte percussioni incurrat in hunc canonem, vel in aliquam aliam censuram latam alibi? Syluest. *verb. excommunicatio 6. versic. sciendum, & numer.* 81 opinatur clericum ipso iure non esse excommunicatum, sed posse excommunicari, eo quòd se submiserit percussioni. Auila 2. *p. cap.* 5. *disputat.* 3. *dub.* 12. *versic. ex dictis sequitur primò.* Nec obstat dicere clericum consentientem, vt verberetur, communicare cum percutiente in crimine criminoso; ergo incurrisse ipso facto excommunicationem? quia respondetur ad incurrendam excommunicationem ob participationem in crimine criminoso necesse esse, vt participet post crimen patratum, & quòd sciat delinquentem esse denuntiatum, habetur *in cap. nuper, de sentent. excommunicationis*, Nauar. *in d. cap.* 27. *num.* 33. *&* 112. Ideirco in casu præsenti, vt subiacens se percussioni incurrat ipso facto excommunicationem, opus est, vt consentiat percussori, qui iam iterum percussisset, & quòd talis percussio esset notoria, & manifesta, & consentiens consentiret percussioni iniuriosæ non animo satisfaciendi iniuriam percutienti irrogatam. Nam tunc percutiens etiamsi iam iterum, & iterum percussisset, consentiens non ipso facto ligabitur excommunicatione, si hæc patiatur animo satisfaciendi iniuriæ illatæ, vt notat Panormitanus *in d.cap.contingit, num.*8. quia aliud est subiicere se clementiæ alicuius, & aliud est participare cum aliquo in crimine criminoso, quod non participat se submittens misericordiæ alicuius, qui de facili solet parere subiectis, & prostratis.

Sed quæstionis est, quid sub nomine clerici in hac materia veniat? communis resolutio est venire etiam prima tonsura initiatos, & omnes personas, siue seculares clerici sint, siue regulares, etiam vtriusque sexus: quo ad initiatos prima tonsura volunt Nauarrus *d. cap.* 27. *num.* 79. Bellug. *in speculo principis, rubric.*11. *§. videndum, num.* 5. *versic. & certè.* Bonacin. *d. quæst.* 4. *punct.*1. Carol. de Graffis *dicto effectu* 9. *num.* 68. 22.

Quo ad seculares, vt gaudeant priuilegio huius canonis, verius est non requiri necessaria ad priuilegium fori, quæ requirit Concilium Tridentinum *sess.*23. *de reform.cap.*6. quia illud innouauit, nec iuri communi derogauit. Quare clericus tonsuratus, vel in minoribus, gaudet priuilegio

Canonis, *si quis suadente*, vt testatur Gonzales *de mensibus. gloss.* 5. §. 5. *num.* 7. declarasse sacram Congregationem his verbis: *Clerici, qui in hoc decreto Concilij priuilegio fori priuantur, priuilegio tamen Canonis non intelliguntur priuati*, & Bellet. idem refert *disquisition. clerical. p.* 1. *tit. de fauore clericorum personali*, §. 8. *num.* 19. & Nauar. *consf.* 24. *de priuilegiis, in nouis*, Garcia *de benefic. p.* 2. *cap.* 2. *num.* 20. Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici, decis.* 607. *in* 1. *edit. & resolut.* 531. *num.* 7. *in* 2. *edit.* contra Felicianum *de censibus, lib.* 2. *cap. vlt. n.* 14. & alij, quos referens sequitur Augustinus Barbosa *de potest. Episcopi, p.* 2. *alleg.* 12. *num.* 32. *& in cap. si quis, num.* 9.

23. Item Clericus coniugatus non bigamus, si dimittat habitum, & tonsuram, & postea illam reassumat, gaudet priuilegio Canonis, quoniam nulli auferenda est pœnitentia iusta, Syluest. *verb. excommunicatio* 6. *num.* 4. & S. Antonin. 3. *p. tit.* 25. *cap.* 1. Sayro *lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 4. & Bonacin. *d. quæst.* 4. *de censuris, punct.* 1. *num.* 2. dummodo deferat habitum, & tonsuram clericalem copulatiuè, vt vult Couarr. *practicarum cap.* 31. *num.* 7. *vers. aut incedit*, Clarus §. *final. quæst.* 36. *num.* 7. & Bellet. *d. p.* 1. *tit. de fauore Clericorum personali*, §. 8. *num.* 8.

24. Dubitatio non vulgaris occurrit, an vxor Clerici coniugati gaudeat priuilegio mariti incedentis in habitu, & tonsura? glossa *in cap. Cler.* 11. *quæst.* 1. ait vxores Clericorum sortiri forum ex personis virorum, gauderéque iisdem priuilegiis vxores, & filios, quibus Clerici gaudent, vt *in l.* 1. *&* 2. *C. de Episcopis, & Clericis*. Idem vult gloss. *in c. eos* 32. *distinct.* quam sequitur Panormit. *in c. nullus, de foro compet.* 2. *col. num.* 6. *&* 7. Contrarium volunt Ioan. Andr. *in d. cap. vnico, de Clerico coniugato in* 6. & Ioannes de Imola *in d. cap. nullus.* Mihi tamen magis placet vxorem Clerici coniugati, quo ad forum duntaxat, in criminalibus gaudere priuilegio Clericali, deberéque conueniri coram Ecclesiastico iudice: non tamen gaudere priuilegio Canonis, *si quis suadente*: atque ita iniiciens manus violentas in vxorem Clerici coniugati, non est excommunicatus, ita Dominicus de S. Geminiano *d. cap.* 1. *de Clerico coniugato, in* 6. & Francisc. de Aretio *in consf.* 131. *col.* 2. *&* 3. vbi addit secundùm multos recentiores vxorem hanc non gaudere priuilegio etiam fori: sed multo verius est de priuilegio Canonis, etiamsi vxor sit legitima. Quoniam cùm priuilegium Canonis sit datum toti Ordini Ecclesiastico, non debet protrahi in materia pœnali ad personam non Ecclesiasticam, & ideo non debet fieri extensio. *l. Iulia*, §. *hoc caput, ff. de rit. nuptiar. & cap. quod Dei, de stat. Monach. & cap. Canonica, de sentent. excommunicationis*, sequitur Tiraquel. *glossa* 2. *in l. connub. n.* 61. & Perez *l.* 1. *vers. est & aliud Clericis, tit.* 3. *lib.* 1. *ordin. pag* 58. Auil. *in procem. Prætor, num.* 28.

25. Hinc fit, vt Clerici bigami, de quibus *in cap.* 1. *lib.* 6. qui prima tonsura, vel minoribus tantùm initiati contraxerunt matrimonium, & consummarunt, vel cum vidua, aut ab altero cognita, vel cum duabus, non gaudeant priuilegio aliquo clericali, non tamen Clerici in sacris constituti, quamuis inualidè contrahant, aut matrimonium contractum præsumpserunt consummare. Nam tales verè bigami esse non possunt, sed incurrunt similitudinariam bigamiam, text. *in cap. nuper, de bigamis*, propter similitudinem ad verè bigamum, & quamuis Clericus in sacris ducens in vxorem vnicam, & virginem, secundùm veriorem fiat irregularis, quia in hoc casu datur quædam similitudo bigamiæ ob affectum ad duplex matrimonium cum opere subsequuto, vt volunt Couar. *in Clement. si furiosus, de homicidio, p.* 1. §. 2. *vers.* 3. Nauar. *in manuali, cap.* 27. *num.* 195. *vers. similitudinaria, & consf.* 1. *num.* 7. *vers. ex quibus, de bigamis*, Flamin. *de resignat. lib.* 5. *quæst.* 3. *num.* 190. *& sequent.* & alij, quos referens sequitur Sanchez *lib.* 7. *de matrimonio, disp.* 85. *num.* 5. *vers. at verius est.* Nihilominus si percutiatur ab aliquo, percutiens non excusatur à censura huius Canonis, quia non potest esse verè bigamus, Bonacin. *de censuris, disputat.* 2. *quæst.* 4. *punct.* 1. *num.* 5. Ægid. Coninch *de censuris, disp.* 14. *dub.* 15. *num.* 157. Layman *in Theologia morali, lib.* 1. *tract.* 5. *p.* 2. *cap.* 5. *num.* 4. Sayro *d. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 31. vbi concludit contrahentem cum secunda in sacris non amittere priuilegium clericale. Item, quia talis non potest redire ad seculum, *cap. tua, & ibi glossa final. de apostat.* sicut Religiosus bigamus non priuatur priuilegio canonis. Quare illum percutiens excommunicatur, sequitur Archidiaconus *in cap. quisquis, dist.* 84. Antonin. 3. *p. tit.* 25. *cap.* 1. §. 4. *notandum, vers.* 14. & multo fortiùs id vult Henriquez *lib.* 12. *cap.* 6. §. 10. *lit. H. & lib.* 14. *cap.* 4. *in principio*, cum aliis relatis, existimans clericum ducentem vnicam virginem, non fieri bigamum, aut irregularem, quia textus *in cap. à nobis, de bigamis non ordinandis*, loquitur de constituto in sacris, qui bis contraxit matrimonium, alterum ante Ordinem sacrum, & alterum postea, vt *in cap. nuper, eodem titulo*, vel quando post Ordinem ducit vnicam, sed viduam, vt *in d. cap. à nobis*: sed magis placet contrarium, ex traditis à Sanchez *d. disp.* 85. *num.* 5. *ad medium, vers. referendi*, docentes Clericum in sacris ineundo matrimonium fieri irregularem.

Excusantur primò percutientes Clericos se immiscentes enormitatibus, puta, si sint seditiosi, & prælia, & rixas, & aggressiones facere solent in populo vbi viuunt, quia hi priuantur fori priuilegio, & canonis, Molin. *tract.* 3. *disp.* 54. *n.* 6. Bellet. *disquis. clerical. p.* 1. *tit. de fauore clericorum Canonis*, §. 7. *num.* 2. & Layman. *d. cap.* 5. *num.* 4. *vers.* 4. *in fine*. Sed meliùs dicitur Clericum dimisso habitu, & tonsura clericali in enormitatibus se intromittentem priuilegium canonis perdere, non tamen priuilegium fori, quia priuilegium fori est indultum à iure diuino, *cap. quamquam, de censibus, in* 6. *glossa penult. in cap. si Imperator.* 96. *dist.* Socin. *consf.* 12. *num.* 20. *vol.* 1. Roland. *consf.* 4. *num.* 30. *volum.* 1. & alij, quibus accedit Bellet. *d. p.* 1. *tit. de fauore Clericorum Canonis*, §. 2. *num.* 44. Deperdi autem priuilegium Canonis propter enormitates, quibus Clericus se immiscet, illa est ratio, quia est priuilegium à iure positiuo indultum, ita citati, & volunt Paulus Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *quæst.* 96. Tiraquel. *de pœnis temper. caus.* 49. *num.* 36. *&* 37. Carol. de Grassis *de effectibus clerical. effectu* 9. *n.* 212. Sayro *de censuris, cap.* 27. *n.* 9. & alij, quos sequitur Barbosa *in cap. perpendimus* 23. *de sentent. excommun.* 26.

Secundò. Similiter Clerici in minoribus constituti, qui demisso habitu, & censura negotiis secularibus se applicant, si ter ab Episcopo moniti non desistant, priuantur priuilegio Canonis, Bonacin. *disp.* 2. *quæst.* 4. *punct.* 4. *num.* 6. Auila *p.* 2. *c.* 5. *disp.* 3. *dub.* 13. *casu* 4. Eodem modo percutiens clericum coniugatum non deferentem habitum, nec tonsuram, non incidit in hunc Canonem, Sayro 27.

post

post plures d.cap. 27. num.9. Gregor.Tolos.p. 2. in Syntagm.iuris, lib.9. cap. 26. num.16. vbi ait talem Clericum sine aliqua monitione ligari priuilegio canonis; secus de elerico non coniugaro se immiscente negotiis secularibus: is enim per solam dimissionem habitus elericalis non priuatur priuilegio caoonis, nisi ter fuerit ab Episcopo suo monitus, Bonacin. d.disp.2.quæst.4. punct.4. num.6.

28. Tertiò excusatur à censura percutiens elericum exercentem per annum artem aliquam infamem, puta histrionis, & simillimam, nempe ioculatoris, aus buffonis, ipso iure talis priuatur priuilegio clericali: quinimo si ante annum ter monitus ab Episcopo oon desistat, amittet priuilegia, cap.vnico, de vita & honest. clericorum, lib. 6. Carol.de Grassis d. effectu 9. num. 208. Layman. d.cap. 5. num.4.vers.6. Idem dicendum est de elerico coniugato si publicè vtatur officio lanionis, aut cauponis, vel habitum clericalem dimittat, aut ter mooitus non desistat, aut reassumat postquam destitit, omni priuilegio cletieali spoliatur. Quòd si non sit coniugatus, & in habitu clericali incedat, destituitur priuilegio quo ad res tantùm, & veluti laicus tributis soluendis subiacebit: non tamen, quo ad personas, circa quas gaudebit priuilegio fori, & canoois, per textum in Clementina 1. de vita & honestate clericorum, Molin.d.tract. 3. disp.54. n.7. Bonacin. de censuris, disp.2.quæst.4. punct.4. num.9.

29. Quartò excusatur ab excommunicatione officialis dum turbam tenet, si percutit Clericum fortuito casu irruentem; secus si lædat consulto animo maligno iotendens clericum offendere sine necessitate sufficienti, poterit tamen absolui ab Episcopo, nisi Clericum grauiter vulneret, Sayro lib.3. de censuris, cap.28. num.27. cap. si verò 1. de sentent. excommunicationis, Bonacin. de censuris, disp.2. quæst.4. punct.5. num. 2. vers. secundus. Ægidius de censuris, tom.2. disp.14. num 193. & Beller. disquisit. clerical. p. 1. titulo, de fauore clericorum Canon. §.3. num.28.

30. Quintò excusatur percutiens elericum in suam necessariam defensionem, vel in alieni corporis defensionem, dummodo notabiliter non excedat modum in defendendo, & incontinenti aggressionem subsequatur, Anton.Gomez variar.tom.3. cap. 3. num. 20. ad medium, Vgol. de censur. p. 2. cap.11.§. proposuimus, num.1. & 2 Iacob. Ayter. de homicidio necessario, p. 1. n. 63. Carol. de Grass. de effectibus clericalibus, effectu 9. num 196. cum sequentibus, per textum in cap. si verò el 1. vbi Abbas n. 14 de sentent. excommun. & tradit Couar. in Clementina si furiosus, p. 3. § vnico, num.5. in princ. & Farinac. in prax: criminal. p. 5. quæst. 125 n 32. & Sayro d. lib. 3. cap. 27. num. 17. quod intelligit incontinenti cum moderamine inculpatæ tutelæ, quamuis scienter, & deliberate id operetur. Dicitur autem moderamen inculpatæ tutelæ, quando quis agit illud, sine quo aliter se, vel alios, vel res suas, vel alienas defendere non potest, ex Bartol. in l. 1. C.vnde vi, & in l furem. ff. ad legem Corneliam de sicariis.

31. Quinimo Iunocent.in d.cap. si verò 1. addit non excommunicari, qui percusserit clericum pro defensiooe illatum personarum, per quas illi fit iniuria, puta pro defendendis seruis etiam, & sociis, argumento capitis, non in inferenda 23. quæst. 3. & pro defensione familiæ. Ita Panorm.in c.olim 1.de restitut spoliat. Astens.p.2.lib.7 tit.3.art.1.quæst.9.& pro defensione rerum suarum: non tamen debet percutere ad vindictam, nec postquam iniuria iam est facta, sed dum actu impugnatur, aliàs noo est licita percussio etiam incontinenti, quia non esset defensio, sed vindicta. Tabien. verb.excommunicatio.5.casu 1. num.10. Vindicta enim non est licita singulis, sed iudici. glossa in l. si ex pedagio. ff. ad leg. Aquil. Quare percussus, & iniuria affectus non debet insequi percussorem suum, ex quo non vult amplius percutere, nisi fortè timeretur geminata percussio. Quòd si quis per vim eiiceret elericum de domo sua quam occupauerat, nec aliter eam posset recuperare, nō incideret in hanc censuram, Iunocent in d. cap.olim 1. de restitut. spoliat. & Syluest. verb. excommunicatio 6. num.6. notabil.4. vers.9. quia iure naturali insitum est vnicuique se defendere, D.Thom.in addit ad 3.p.quæst. 24.art.1. Hostiens. in summa, lib. 5.tit.5.de sentent. excommun.num.4.§. super illo, vers.10.summ. Astens. p.2.lib.7.tit.3.art.1.quæst.8.versic. decimo. Angelica verb.excommunicatio.5.n.13.& n.14. addit, si causa defensionis aliqualiter excedat modum inculpatæ tutelæ, percutiens clericum non ex proposito, & ex deliberatione, sed inaduertenter, & ex surreptione, non incidere in excommunicationem, quod etiam tradit Syluest supra notabili 4. vers. 9. quia ad excommun. incurrendam exigitur dolus, gloss.in cap. significasti 2.in verb.moderamine, de homicid & in cap. cum voluntate, in verb. voluntate, de senten.excommun. §. si qui.

Sextò excusatur ab hac excommunicatione mulier impetita à clerico de turpitudine illum 32.
percutiens zelo castitatis, quamuis aliquis excessus reperiretur. Non tamen poterit illa percutere, si clericus eam verbis duntaxat tentaret, vel aggrederetur: nam tunc sufficit illum verbis repellere, nisi molestus vehementer sit, & importunus; ita vt ab eo aliter nequeat se expedire, quàm fuste, aut verbere, Suar. de censuris, disp. 21. sect. 1. num.33. Ægid. supra dub.15.num.194.& Auila p 2. cap.5.disp.3.dub.13. casu 18. post plures, quos ibi refert, ac sequitur, quibus accedit Sayro d. cap.27. num. 24. cum aliis dicentibus id esse licitum fœminæ, quando aliter eum repellere non poterat, nempe, quia nec fugere potuit, nec clamare licuit, aut existimabat infamiam esse clamare: fauet Caietanus verb. excommun. cap. 10. §. nota sextò, vers. secundus; in quo euentu licitè potest clericum percutere, vt expresse docent Philiarchus lib. 3. de officio Sacerdotis, cap.33. notab. 3. casu 15.& Angles in floribus, in quæst.de excommun.art.5.disp.4.

Septimò excusatur ab hoc canone percutiens 33.
elericum, vel occidens turpiter agentem cum vxore, vel sorore, vel cum matre, vel filia, modò percutiat incontinenti, & non ex interuallo, Couar.de sponsal p.2. cap.7.§.7. num.12. Nauar. in manuali, cap.27. num.84. Anton. Gomez l. 8. Tauri. num.55.Clar.§.homicidium, num.48.& lib.5.§. final. quæst.77.n.9. Ceual. commun. contra commun. quæst. 833 num.30. Molin.de iust.tom.4 tract.3.disp.7 n.3. & disp.55.num.6.Bonacin.de censuris, disp.2.quæst.4. punct.4. n.5. vbi volunt in his casibus percutientem clericum peccare grauiter; eximi tamen ab excommunicatione propter vehementem passionem, qua mouetur ad percutiendum.

Nomine vxoris intelligitur etiam sponsa de 34.
præsenti, cum qua matrimonium iam est initum, quamuis nondum sit consummatum, & ideo percutientem elericum turpiter inuentum cum sua sponsa de præsenti, non incidit in hunc canonem, Clarus suprà lib. 5. §. homicidium, num. 49.

Perez *l. 1. gloss. 1. pag. 5. vers. hinc etiam*, *tit. 1. lib. 5.* Couar. *de sponsal. p. 1. cap. 1. num.* 8. Sanchez *de matrim. lib. 1. disp. 1. num.* 6. & Bonacin. *de censuris, disp. 2. quæst. 4. punct. 4. num. 5. vers. respondeo nomine vxoris.* Nihilominus Couar. nomine *vxoris* intelligit sponsam de futuro, & ex consequenti excusari si fornicantem cum sponsa de futuro clericum percutiat, vt apparet ex *d. cap. si verò, de sententia excommunicationis*, ratione iniuriæ, quæ fit sponso ex hoc crimine, sic Couar. *supra num. 12. ad finem*, cùm excusetur percutiens clericum inuentum turpiter agentem cum sorore, quæ sententia est valde probabilis, & mihi ferè vera omnino: illam tamen Gutier. *de matrimonio, cap. 1. num. 13. cum duobus sequentibus*, & Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol.* 228. reiiciunt, censéntque etiam incidere in excommunicationem sponsum de futuro percutientem clericum cum sponsa turpiter inuentum. Ratio illorum illa esse potest, quia verba dicti capitis *si vero*, sunt propriè accipienda, maximè cùm simus in materia pœnali, & odiosa restringente priuilegia clericorum, vnde sequitur percutientem turpiter inuentum clericum cum filia adoptiua, vel cum auia, vel nepte, non excusari à censura huius canonis; ita Molina *de iustitia, d. tract. 3. disp. 55. ad finem*, Ægidius *de Sacramentis & censuris, tom. 2. disp. 14. num.* 196. & Bonacin. *de censuris, disp. 2. quæst. 4. punct. 4. num. 5. vers. rogabis primò.* quia textus loquitur de filiis propriè dictis, & de matre, non verò de auia, vel nepte.

35. Quid si clericus non inueniatur in actu turpissimo, sed in osculis duntaxat, vel in amplexibus, aut in loco suspecto, vt si reperiatur solus cum sola, in loco accommodato ad turpia exercenda, & de illo detur rationabilis suspicio? Suarez *tomo 5 de censuris, disp. 22. sect. 1. num.* 37. affirmat excusari percutientem, sequitur Praxis Episcopalis *verb. excommunicatio* §. 4. Ægidius *supra d. disp. 14. num.* 196. & Bonacin. *d. num. 5. vers. rogabis secundò*, vbi excusat maritum, si percutiat clericum colloquentem cum vxore sua citra turpem actum alium postquam ter clericum admonuit, ne loqueretur, & ille noluit desistere. Quin etiam maritus excusatur ab excommunicatione, etiam si consultò domi se occultet, & expectet clericum huius occultationis inscium, vt cum in fraganti delicto inuentum interficiat; dummodo clericum per aliquam personam clam non faciat inuitari ad veniendum, vt sic deprehendatur in actu turpi, Nauar. *cons. 41. de sententia excommunicationis*, quem sequitur Molina *disp. 55. num. 6. ad finem*, & Bonacin. *d. num. 5. vers. hinc sequitur.* Ratio, quia in prima occultatione defuit dolus, & in secunda interfuit, quia curauit, vt clericus clam inuitaretur ad redeundum ad vxorem suam, vt ille turpiter inuentum cum eadem occideret. Barbos. *hic num. 63. ad fin.*

36. His accedit dissimilis, sed difficilis, ac nodosa difficultas, vtrùm laicus intendens percutere Petrum clericum, & facta diligentia percussit Paulum clericum, sit excommunicatus? Pars affirmans ex eo probatur, quia occidens re ipsa, & animo clericum percussit, ergo non excusatur ab excommunicatione; ita Couarr. *in cap. alma mater. 1. p. §. 10. num 15. vers.* 8. siquidem in hac specie nulla datur ignorantia, quæ faciat percutientem inuoluntarium, quo ad clerici iniuriam, & percussionem, quod etiam probatur per *l. eum qui, §. si iniuria, ff. de iniuriis*, sequitur Cordub. *in quæst. lib. 2. quæst. 26. §. 2. probatur eadem pars, fol.* 124. Barth. à Ledesm. *de pœnitentia, dub. 17. de excommunic. §. sed dubium oritur, fol.* 1061. & Vega *1. tom. summæ, cap. 85. casu* 107. Nam opus illud externum illius percussiones fuit omnino voluntarium, & iniustum, & affectus percutiendi clericum adfuit, & sequutum est opus intentum: igitur nihil excusat a censura. Idem tenet Molina *de iustitia, tract. 3. disp. 53. num.* 2. quamuis erret inuincibiliter circa personam, nihilominus ligatur censura, quoniam hæc lata est contra percussorem clerici, non verò contra percussorem huius, aut illius clerici, & percutiens scit hunc esse clericum: nam actus iste est iniuriosus statui clericali, propter cuius reuerentiam imposita est excommunicatio, & intentio etiam erat iniuriosa, & re ipsa percussit clericum, propterea non excusatur à censura, ita Placa *in Epitome delict. cap. 27. num.* 17. Sanchez *lib. 10. de matrim disp 32. num.* 27. Bonacin. *de censuris, disp. 1. quæst. 2. punct. 6. num.* 20. & alij quos sequitur Barb. *in cap. si verò 2. num. 4. de sentent. excommun.*

Pars tamen negans est probabilior, si occidens facta diligentia, vt occideret Petrum, occidit Paulum; ratio, quia, vt suppono, sufficientem adhibuit diligentiam, ne occideretur alia persona, nisi Petrus: cùm ergo actio illa exterior respectu Pauli non fuerit voluntaria, sed merè casualis, & inculpabilis, non induxit censuram, cùm non fuerit causa illius. Item solus affectus percutiendi clericum Petrum, fuit voluntarius; sed affectus malus non est sufficiens ad excommunicationem, seu irregularitatem inducendam: atqui opus externum respectu Pauli fuit inuoluntarium, igitur affectus voluntarius non sufficit, quando opus externum inuoluntarium sequitur, Suar. *de censuris, disp. 22. sect. 1. num.* 54. Confirmatur argumento proiicientis lapidem, vt percuteret Sempronium clericum, & casu, & inculpabiliter percussit Titium etiam clericum illac tunc transmeantem; is enim nec incidit in censuram, nec morte inde sequuta contraxit irregularitatem. Iuuat Molina *d. disp. 53. num.* 3. vbi putat tamquam probabilius non incidere in excommunicationem illum, qui credens se occidere Sempronium clericum, occidit Titium clericum, ignorans inuincibiliter illum esse clericum. Nam quamuis voluerit clericum interficere, ignorabat inuincibiliter hunc esse talem: sicut etiam excusatur à censura volens percutere hunc clericum, si aberret ab eo, & præter intentionem percutiat alterum proximè adstantē, Ægidius Coninch *dub. 15. num.* 197. ita in nostro casu, cùm respectu alterius clerici actus ille exterior fuerit inuolunarius, & merè casualis, ac præter intentionem. Probatur tandem, quoniam, si percuteret tunc laicum, in eo casu non incideret in censuram, quamuis intentio esset percutiendi clericum. Couar. *in cap. alma mater, 1. p. §. 10. n. 15. vers. vlt.* Ergo similiter in nostro casu.

Quinam veniant in hoc capite, si quis suadente, *sub nomine Monachi?*

§. II.

EPITOME.

37. *Monachi appellatione in præsenti omnes vtriusque sexus verè Religiosi.*

Religiosi

38. *Religiosi iure sunt profitentes Religionem à Sede Apostolica approbatam.*
39. *Viri conuersi, & fœminæ Moniales conuersæ, an gaudeant priuilegio canonis?*
40. *Eremitæ an gaudeant priuilegio Canonis si non profiteantur aliquam Religionem?*
41. *Fratres tertij Ordinis Sancti Francisci quando non sunt Ecclesiastica persona, non gaudent hoc priuilegio.*
42. *Nouitij Religionis approbatæ gaudent priuilegio canonis, & fori.*
43. *Equites ... Diui Iacobi, & Sancti Benedicti, & Sancti Ioannis in communi viuentes, gaudent priuilegio canonis.*
44. *Militares Religiosi etiam si professi non sint, an gaudeant priuilegio canonis, & fori?*
45. *Qui se, & sua offerunt monasterio in perpetuum, gaudent priuilegio canonis.*
46. *Oblati in seculari Ecclesia, an gaudeant priuilegio canonis.*

37. QVo ad primum quæsitum certi iuris est gaudere priuilegio canonis, sub nomine Monachi, omnes vtriusque sexus Religiosos qui profitentur Religionem à Sede Apostolica approbatam, *cap. Monachi, cap. parochiani, cap. de monialibus, cap. cum illorum, de sententia excommunicationis.* summa Astensis *p. 2 lib. 7. tit. 3. art. 2 quæst. 3.* S. Antoninus *3. p. tit. 25. cap. 1.* Syluest. *verb. excommunicatio 6. num. 5.* Nauarr. *in manuali, cap. 27. num. 79. vers. octaua.* Grassis *decis. lib. 2. cap. 49. num. 22.* Carol. de Grassis *de effectibus Clericalibus, effectu 9. a num. 68. & num. 73.* Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de fauore clericorum canonis, §. 1. num. 3.* Sayro *de censuris, lib. 3. cap. 26. num. 5. & 6.* vbi reddit rationem ob quam priuilegium canonis, & fori clericis fuerit concessum, & Monachis, nempe ad coërcendum violentiam laicorum, & in tutelam clericorum, & Monachorum.

38. Quare si quis percutiat fœminas, seu viros in aliquam congregationem canonicè ingredientes, quæ non fuerit approbata à Sede Apostolica, non incidit in hunc canonem, Bellet. *vbi supra §. 2. num. 35.* Aufret *de potestate secul. regul. 3. num. 3.* & ex consequenti non sunt exempti a potestate seculari, nec priuilegio fori gaudent, si nullo ordine clericali sunt insigniti, Dueñas *regul. 100 limit. vlt.* Armendar. *in addit. ad recopil. leg. in Nauarra, lib. 4. tit. 29. l. 1. §. 1.* Molin. *de iustitia, tr. 2. disp. 141. vers. Eremitæ, & tract. 3. disp. 50. num. 4. in fine,* Sanchez *in præcepta Decalogi, lib. 4. cap. 16. n. 10.* & Augustinus Barbosa *in d. cap. si quis suadente, n. 22.* vbi loquitur in specie de hoc quæsito.

39. Quo ad secundum quæsitum de conuersis siue fœminis, siue masculis, dicendum est esse verè Religiosos, & Religiosas, cùm emittunt tria vota paupertatis, castitatis, & obedientiæ; gaudereque priuilegio Canonis, *si quis suadente,* ita, vt eos percutientes incurrant excommunicationem, Suarez *de censuris, disp. 22. sect. 1. a num. 19.* Henriquez *in summa, lib. 13. de excommunicatione, c. 49. §. 1. in commento, litt. G.* Ægid. *de Sacrament. & censur. tom. 2. disp. 14. num. 164.* Paulin. Berti Lucens. *in praxi crimin. Regul. tit. 1. cap. 3. num. 2.* & Miranda *in manual. Prælat. tom. 1. quæst. 29. art. 3.* quibus accedunt Carol. de Grass. *d. effectu 9. num. 70.* & Layman. *in Theologia morali, lib. 1. tract. 5. p. 2. cap. 5. num. 4. vers. nomine Monachi.*

Quo ad priuilegium fori, ac exemptionis à potestate seculari, & à tributis, certum est conuersos, vel conuersas gaudere huiusmodi immunitatibus, vt probat Flores *variar. lib. 2. disp. 21. n. 419.* quia communiter professionem faciunt, & promittunt tria vota, & sunt omnes de foro Ecclesiæ, Felin. & alij, *in cap. si diligenti, & cap. cùm sit, & cap. postulasti, & cap. 1. de foro competenti,* traditque Nicol. Festas. *in tractatu de extimo, & collectis, p. 4 cap. 1. num. 8.* & Augustinus Barbos. *de offic. & potest. Episcopi, allegat. 12. num. 38. & in cap. parochianos, num. 2. de sentent. excommunicationis, & hic num. 23.*

40. Quo ad tertium quæsitum de Eremitis, dicendum est, si nullam profiteantur Religionem, nec sint Ordine clericali insigniti, nec habeant normam viuendi ab Ecclesia approbatam, non gaudere priuilegio canonis, nec esse exemptos à potestate seculari. Ita Couar. *practicarum, cap. 34. n. 4. vers. secundo intelligitur,* cùm sint simplices Eremitæ, & nullo gaudeant priuilegio. Boër. *in tract. de statu, & vita Eremit. num. 13. & 14.* Carol. de Grass. *effectu 2. a num. 102.* Morla *in emporio iuris, p. 1. tit. 2. in præludio. num. 141.* Sanchez *in præcepta Decalogi, lib. 4 cap. 16. num. 10.* & in specie hos Eremitas non gaudere priuilegio Canonis, tradunt ex nostris Molina *d. tract. 3. disp. 50. num. 4.* Suarez *de censuris, disp. 22. sect. 1. num. 11.* Reginaldus *in praxi fori pœniten. tom. 1. lib. 1. num. 214.* nec non a gabellis ac collectis non esse exemptos, Gutier. *de gabell. quæst. 95. num. 7.* frater Manuel Roiz *tom. 3. Regul. quæst. 74. art. 11.* Auendan. *de exequend. mandat. lib. 1. cap. 14. num. 24.* & Flores de Mena *quæst. 21. num. 195. & 204.*

Contra verò de Eremitis professionem in communitate, seu congregatione aliqua sub aliquo Prælato facientibus emisso voto paupertatis, & obedientiæ, & castitatis, quique ex tacita, vel expressa summi Pontificis facultate viuunt. Tunc enim gaudere priuilegio fori, & exemptionis à tributis, non est dubium, cùm sint personæ religiosæ, vt latè cum pluribus notat Lassarte *cap. 1. de gabel. num. 89.* & Nauarr. *vbi supra, c. 27. num. 79.* sicque conciliandæ sunt opiniones inter se contrariæ de Eremitis, quas refert Boërius *in d. tract. de vita, & statu Eremitarum, n. 13.* quem referens sequitur Flores *supra n. 196.* iuuat Ordinatio Lusitana *lib. 2. tit. 11. in principio,* ibi, *eas Prouincias emque ha Ermitaens, que fazem voto de profissam,* & *ibi* Manuel Barbosa *in remissionibus ad hunc locum, num. 3.* qui excusantur à tributis, & à potestate seculari eximuntur, & gaudent priuilegio Canonis, Molina *d. tract. 3. disp. 51. num. 24.* Suarez *disp. 22. de censuris, sect. 1. num. 22.* Iacob. de Graffis *p. 1. lib. 1. cap. 49. num. 27. ad medium.* Ægid. Coninch *de Sacramentis, & censuris, disp. 14. dubio 15. num. 164.* & Layman. *d. cap. 5. num. 4. vers. secundo dubitatur.*

41. Quo ad quartum quæsitum, dicendum est fratres Tertiarios sancti Francisci, qui viuunt collegialiter sub aliquo voto, & sub habitu certo, gaudere priuilegio fori, & Canonis, quia sunt personæ Ecclesiasticæ, iuuat Ordinatio Lusitana *lib. 2. tit. 2.* ibi, §. 1. *Porem se algus da terceira ordem viuerem em communidade em algum oratorio, &c. Auemos por bem quelhe secam guardados seus priuilegios segundo for achado per directo.* Sequitur Graffis *lib. decisionum, cap. 49. n. 27.* Molin. *de iust. tom. 4. tract. 3. disp. 50. num. 4. in principio,* frater Emanuel Roiz *de Regular. tom. 2. quæst. 65. art. 5.* Suarez *de censuris,*

censuris, disp.22.sect.1. num.20. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decis.663. in 1. edit.* & alij, quos referens sequitur Augustinus Barbosa *de offic. & potest. Episcopi, allegat. 12. num. 41. & in cap. si quis suadente, num. 25.* & eius pater *in remissionibus ad ordinationem Regiam Lusitanam. lib. 2. tit. 2. ad §. primum, num. 12.* vbi concludunt fratres tertios in communitate viuentes esse personas Ecclesiasticas, & ex consequenti gaudere vtroque priuilegio tam fori, quàm canonis. Quod etiam confirmatur ex priuilegio Eugenij Tertij, Innocentij Tertij, & Sixti Quarti, vt referunt, Syluest. *verb. Ecclesia 1. num. 6. vers. 6. num. 8. in fine*, & Graffis *d. cap. 49. num. 27.*

Idem dicendum est de Sororibus Tertij Ordinis Sancti Francisci, & Sancti Dominici, modò viuant simul in communi. Felin. *in cap. dilecta, de maiorit. & obedien. & in cap. nullus, de foro competenti.* & Rota *decis.332.* & Graffis *supra, num.26.* vbi extendit priuilegium canonis etiam ad eas, quæ suscipiunt habitum Professarum in domo propria, dummodo se subiiciant alicui regulæ, & careant proprio, & voueant in manu publicæ personæ, scilicet Episcopi, vel Abbatis, aut alicuius Presbyteri. de quo vltimo valde dubito, nec placet, nisi aliunde ex aliquo priuilegio contrarium ostendatur.

Ex dictis sequitur fratres Tertiarios non viuentes in communitate, sed in propriis domibus, vel in cælibatu, vel in matrimonio, non gaudere hoc priuilegio, cùm non sint personæ Ecclesiasticæ, nec Religiosæ, quidquid nitatur frater Emanuel *d. tom.2. quæst. 65. art. 4.* Petr. de Vbald. *de portione canonica, quæst.17. n.13.* & Beat. Ioann. Capistr. *in tract. quem scripsit, Defensorium terti. Ordinis Diui Francisci*, & alij, quos allegat pro vtraque parte Cardin. Tuschus *tom. 4. lit. F. conclus.470.* Sed nostra opinio est communissima, & in praxi sequenda, ex dispositione ordinationis Lusitanæ *d. lib.2. tit.2. §.1.* ibi, *E por quanto algumas pessoas*, vbi excludit ab omni exemptione fratres tertiarios in propriis domibus viuentes, eo quòd sunt merè laici, & nulli superiori, vel regulæ astricti, & recedunt ad sui libitum, nec sunt exempti à potestate seculari, nec à tributis, nec habent modum viuendi approbatum per Sedem Apostolicam, vt ait glossa *verb. obedientiam, in Clementin. 1. de religiosis domibus*, nec habent regulam propriè quo ad tria vota substantialia.

Suffragatur text. *in Clementina tertia*, communiter approbata, *de sentent. excommunicationis*, quatenus vult huiusmodi tertiarios tanquam cæteros laicos admitti non posse à Fratribus minoribus tempore interdicti ad officia diuina: quibus omnibus pensatis negatiuam partem hanc tradunt Bonacin. *de censuris, disp.2. quæst.4. punct.1. num.8.* Layman *in Theologia morali, lib.1. tract.5. p.2. cap.5. n.4. vers. dubitatur autem primò de tertiariis*, & alij quos referens sequitur August. Barbos. *in cap. si quis suadente, num. 25. & allegatione 12. num. 31. per totum.*

42. Quo ad quintum quæsitum de nouitiis, dicendum est illos gaudere priuilegio canonis, ita vt incidant in excommunicationem illi, qui eos percusserint, Henriquez *in summa, lib. 13. de excommunicatione, cap.49. §. 1. in commento, litt. G.* Palat. Rub. *in repet. rubricæ, de donat. inter vir. §. 38. vers. quamuis autem.* Camil. Borrel. *in Regia Arag. §.2. glossa 4. num. 112.* & alij, quos referens sequitur Cened. *ad Decretum collect.24. num.12.* quibus adde Carol. de Graffis *de effectib. clerical. effectu 9. num.82.* Azor *p.1. lib. 12. cap.3. quæst. 2.* frater Emmanuel *de Regularib. tom.3. quæst.11. art.4.* Ægid. *de sacrament. & censur. tom.2. disp.14. dub.15. n.164.* Bellug. *in speculo Principis, rub.11. §. viuendum, vers. & simili modo*, & ostenditur *in cap. Religioso, de sentent. excommunicationis, in 6.* quod etiam ait Plac. *de delictis, cap.42.* Barthol. de Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouit. disp.11. dub.10. sub num.1.* & Decian. *lib.6. cap.17. num. 9.* etiamsi nouitius sit vnius diei, ex Coriolan. Capuccin. *de casib. reseruatis, p.2. cap.10. de iudic. regul. §. 10. num. 19. pag. 803.* vbi subdit non gaudere priuilegio canonis de proximo vestiendum habitu religioso, qui est in Monasterio in habitu seculari sub cura magistri nouitiorum. Quod fallit in nostra Societate, si iam est in prima probatione, quia ab eo die, quo fuit receptus in primam probationem, quamuis sit in habitu seculari, est propriè nouitius, & ab eo die incipit primus annus probationis, seu nouitiatus. Quod etiam in cæteris Religionibus est dicendum, si incepit sub cura magistri notiorum annus probationis in habitu seculari, sed in hoc sicut in aliis pluribus standum est consuetudini cuiusuis Religionis. Quod ad forum dicendum est, non posse conueniri nouitios coram iudice seculari, quia sunt de foro Ecclesiæ, gloss. *in d. cap. Religioso, §. quamuis non possit, de sentent. excommun. in 6.* quamuis dici nequeant Religiosi, vt tradit Angel. *verb. Relig. num.24.* Vt verò nequeant conueniri coram seculari, satis est quòd nominentur personæ Ecclesiasticæ, ita Iason *in Auth. si qua mulier num.59. Cod. de sacros. Eccles.* Curia Philip. *p. 3. §.1. num. 12.* Campanil. *in diuersorio iuris canonici, rubr. 12. cap. 3. num. 27.* Gutier. *de gabel. quæst.95. num.22. cum sequentib.* Sayro *in florib. decis. lib.2. tit.2. decis.3.* Azor *p.1. lib.12. cap. 2. quæst. 2.* & Cephal. *commun. contra commun. tom.4. quæst. 897. num. 1026.* vbi concludunt nouitios priuilegio fori gaudere, nec posse conueniri coram iudice seculari. facit *cap. aduersus, ex quo aliqui, de immunitate Ecclesiæ*; sed minus bene colligunt nouitios esse immunes à gabellarum solutione, quod affirmant, Bertachin. *de gabell. p. 7. princip. num.56.* Gutier. *eodem tractatu quæst. 95. à num.22.* Flores de Mena *quæst.21. num.198.* Sanchez *in præcepta Decalogi, tom.2. lib.6. cap.10. num.16.* Quamuis id pendere putent ex futura professione, Gironda *de gabell p. 7. in principio, num.46.* Parlador. *rer. quotid. lib.1. cap.13. § 1. num.21. in 2. edit.* quos referens sequitur Augustin. Barbos. *in d. cap. aduersus 7. de immunitate Ecclesiarum, num. 11. fol. 1112.* & diximus *1. p. de obligationibus Principum secularium, lib.3. disp.8. §.5.*

Quo ad sextum quæsitum, dicendum est Equites Christi Domini & reliquos cæterorum Ordinum militarium, qui viuunt in communi, gaudere priuilegio canonis, quia vouent solenniter paupertatem, castitatem, & obedientiam, ita Molin. *d. tract.3. disp.50. num.5.* Bellet. *disquisit. clerical. p.1 tit. de fauore clericorum canonis, §.1. num. 37.* Carol. de Graffis *d. effectu 9. num.131.* & alij, quos referens sequitur Augustinus Barbosa *in tractatu de appellatiua verborum vtriusque iuris significatione, verb. Religiosus, & in d. cap. si quis suadente, num. 27.* 43.

Quo ad Commendatarios Sancti Ioannis, qui extra communitatem viuunt, dicendum est illos ex ipsorum Bullis clericalia priuilegia habere, & ex

ex cap. canonica, de sententia excommunicationis, vers. nos ergo ad vos, vbi notatur, quòd magister, & fratres Hierosolymitani, si sunt Sacerdotes, posse suos subditos sese percutientes absoluere, vt per Syluestrum *in summa, verb. absolutio 4. num 3.* & Bellet. *d. p. 1. tit. de fauore clericorum canonis. §. 3. num. 6.* quibus accedit Augustinus Barbosa *in d. cap. canonica, num. 3.*

44. Quo ad reliquos Equites Diui Iacobi, Calatrauæ, Alcantaræ, & in Lusitania Christi Domini, & Diui Benedicti, qui laicaliter viuunt, & non absolutam, sed coniugalem castitatem habent, nec absolutam obedientiam, & paupertatem vouent, controuersum est, an sint verè Religiosi: quamuis dici possit illos esse veros Religiosos, siquidem vouent hæc tria vota sub regula à Sede Apostolica approbata, etiamsi non tam strictè voueantur, sicut in aliis Religionibus promittuntur; attamen ipsa sedes Apostolica, cui competit instituta Religionum approbare, & confirmare, dispensauit, ne tam strictè promitterentur, & emitterentur, atque ita illos esse verè Religiosos, volunt Fortunius Garcia *in quodam consilio pro militia S. Iacobi 2. p. vers. præterea.* Couar. *4. decret. 2. p. cap. 3. §. 1. n. 28.* Belluga *in speculo Principum, cap. 1. rubr. 7. n. 76.* Nauar. *lib. de reditibus, quæst. 1. n. 95. & q. 3. n. 29. & 30. & in Apologia monito 55. & lib. 3. tit. de regular. in 1. editione toto consilio 23. & in 2. toto consilio 10.* Auendan. *cap. Prætorum, lib. 2. cap. 26. num. 11.* Bobadil. *in sua politica, lib. 2. cap. 19. num. 11.* & alij, quos referens sequitur Mota *de confirmatione ordinis militiæ, lib. 2. toto cap. 1. & 2.* & Sanchez *in præcepta Decalogi, lib. 4. cap. 16 num. 11. vers. secundo quia.*

Contrarium opinantur Sarmiento *de reditibus 4. p. cap. 1. num 13. & 1. p. defensionum, monito 55. num. 1. & 5. & monito 56. num. 1. & 4.* Gironda *de gabellis, p. 7. num. 46.* Lassarte *de decima venditionis, cap. 19. num. 92.* Molin. *tom. 3. disp. 623. num. 5.* & multo ante *tom. 1. disp. 141. vers. est vero rigida admodum,* Gutier. *in practicis, lib 2. quæst. 111. num. 2.* & alij, vbi ex Diuo Thoma *2. 2 quæst. 186. art 4. ad 3.* probant prædictos milites non esse Ecclesiasticas personas, sed secundùm quid, cùm participent quædam, quæ ad statum religionis pertinent; & ideo magis laicis, quam clericis, & religiosis sunt affines, sequitur Gregor. Lopez *in l. 1. tit. 7. partita 1.* gloss. magna, & Molina *de primogeniis, lib. 1. cap. 13. num 98.* Proinde quod attinet ad præsens institutum Iacob. de Graffis *in cap. si quis suadente, num. 33.* tradit milites de Spata gerentes rubriensis signum in pectore, gaudere priuilegio canonis, secundùm Syluestrum *in verb. Ecclesia 1 num. 6. in fine, & in verb excommunicatio 6. num. 3. & sequent. & num. 6. casu 13.*

Molina tamen *d. disp. 50.* concludit *n 5.* Commendatarios Diui Ioannis gaudere hoc priuilegio, vt dictum est: cæteros autem Hispaniæ, & Lusitaniæ a principio ipsorum Ordinum habuisse idem priuilegium ex Alexandro III. *in Bulla edita anno* 1175. in fundatione Ordinis Beati Iacobi, quod etiam constat ex Bulla Iulij II quæ habetur in regula Ordinis Dauis compilata per Dominum Georgium Ioannis secundi Lusitaniæ Regis filium *fol. 25. pag. 2.* Cùm autem in præsentiarum, vt Molina ait, multis iam ab annis non fiat scrupulus, si fortè percutiatur Commendatarius prædictorum Ordinum, qui instar laicorum viuunt: ideo non gaudere priuilegio canonis opinatur; sed præscriptum iam esse in hoc Regno aduersùs illos. Addit tamen, si intra quadraginta annos antecedentes inueniatur alicui eorum fuisse seruatum priuilegium canonis, dicendum esse Commendatarios adhuc, & milites eorum Ordinum eo gaudere. Mihi tamen magis placet absolutè asserere illos, si percutiantur, non destitui hac immunitate, quia secundùm graues Doctores sunt personæ simpliciter Ecclesiasticæ, vt probatum est, & tradit August. Barbos. *d. allegat. 12. num. 46.* Flores *variar. lib. 2. disp. 21. num. 205.*

45. Quo ad septimum quæsitum de illis, qui se, & sua offerunt alicui Religioni, seu Monasterio in perpetuum, dicendum est illos gaudere priuilegio canonis, dummodo gestent habitum diuersum ab habitu seculari; prout vult glossa *in cap. vt priuilegia, de priuilegiis.* Archidiaconus *in cap. sunt, 12. quæst. 1.* Graffis *d. lib. 2. de explicatione canonis, c. 49. num. 25.* Marta *de iurisdict. p. 4. casu 113. num. 37.* Cardin. Tusch. *tom. 5. littera O. conclus. 16.* Ratio; quia, qui se, & sua in totum Religioni tradiderunt, censentur Ecclesiasticæ personæ, gaudéntque priuilegio, vt moderni tradunt, Azeued. *ad legem 1. num. 8. tit. 14. lib. 6. nouæ recopilationis* Fr. Paulin. *in praxi crimin. regular. tit. 1. cap. 3. num. 3.* Manuel Barbosa *in remissionibus ad legem Regiam, lib 2. tit. 2. num. 9 ad §. 1. vers. limita secundò,* & eius filius *in cap. cùm plantare, de priuilegiis, num. 43. vers. si non se prædictis, & in cap. vt priuilegia, de priuilegiis, num. 4. vers. qui vel adhuc manentes in seculo,* 46. vbi tradit personas deputatas, & donatas perpetuò alicui Ecclesiæ, siue seculari, siue regulari, saltem si gerant habitum aliquo modo religiosum, quamuis non voueant tria substantialia vota, censeri Ecclesiasticas personas, & gaudere priuilegio Ecclesiastico canonis, & fori, & ad hoc allegat Nauarrum *in tract. de reditibus monit. 55. n. 44.* Couar. *in cap. alma mater, p. 2. § 2. num. 8.* & frater Emmanuel *quæst. Regul. tom. 2. quæst. 123. art. 1. in fine.* idem Barbos. *in cap. aduersus, de immunitate Ecclesiæ, num. 8.* vbi oblatos in perpetuum alicui Religioni, vel Ecclesiæ, quia sunt Ecclesiasticæ personæ, eximit à tributis, & à gabellis, cum aliis.

De reliquis quæ spectant ad explicationem capitis, si quis suadente, *& qui possint absoluere ab hoc Canone?*

§. III.

EPITOME.

47. *Ecclesiastici in hæresim incidentes an gaudeant priuilegio canonis?*
48. *Clericus assassinus an sit omni priuilegio priuatus?*
49. *Clerici verbaliter, vel realiter degradati an denudentur priuilegio canonis?*
50. *Clericus deprehensus in delicto an detineri possit sine metu excommunicationis?*
51. *Clericus suspectus a fuga, an possit a creditore capi sine metu excommunicationis?*
52. *Percussio clerici modica, siue leuis facta, aliquando dicitur atrox, ratione loci, vel personæ.*
53. *Et quæ sit percussio leuis, mediocris, & enormis. & infra num. 70.*
54. *Quis possit absoluere percutientes clericum ab excommunicatione?*
55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. *Et Episcopus quando possit absoluere, & Delegati ab excommunicatione huius Canon.*
69. *Et an requiratur satisfactio.*

QVÆSTIO

47. QVÆSTIONIS est, an clerici hæretici percussor incurrat in excommunicationem Canonis? Negat Carrer. *in tractatu de hæret. num.* 148. Decian. *tract. crimin. lib.* 5 *cap.* 41. *num.* 12. *ante finem, vers. duodecimo, & cap.* 42. *num.* 1. *in principio*, & alij, quos referens sequitur Farinac. *de hæresi, quæst.* 189. *num.* 33. Sed huic resolutioni obest, quod dicitur subiacere excommunicationi huius canonis, qui percutit, aut vulnerat Clericum suspensum, interdictum, vel excommunicatum, vel irregularem, quia per irregularitatem, suspensionem, interdictum, vel excommunicationem, non deperditur nomen clerici, nec priuatur Canonis priuilegio, *cap. dictum, & ibi* glossa 81. *dist.* Abbas *in cap. Ecclesia, num.* 8. *de immunit. Eccles.* Molin. *tract.* 3. *disp.* 56. *num.* 12. Farinac. *in praxi crimin. p.* 1. *quæst.* 28. *n.* 40. Bonacin. *de censuris, disp.* 1. *quæst.* 1. Bellet. *disquisition. cleric. p.* 1. *tit. de fauore Clericor. canon.* §. 1. *num.* 41. & Coriolan. *de casibus reseruatis, p.* 2. *casu* 10. *de iudic. Regul.* §. 10. *num.* 26. ex ea ratione, quia supradicti retinent ordinem, non obstantibus irregularitate, suspensione, interdicto, & excommunicatione, ratione cuius immunitas inducitur, vt probat Carol. de Graffis *de effectibus clerical. effectu* 9. *n.* 120. Iulius Clarus § *final. quæst.* 77. *vers. sed nunquid clericus excommunicatus*, cum aliis ab eo relatis.

48. Non tamen hoc extenditur ad clericum assassinum, quoniam bannitus, & perpetuò diffidatus, vt est, si statuatur, & præcipiatur, vt impunè occidatur, sic diffidatus, non peccat, qui bono fine, hoc est, zelo iustitiæ id faciat; ratio, quia lex in hoc casu constituit vnumquemque iustitiæ ministrum propter commune bonum Reipublicæ. Syluest. *verb. homicidium* 1. §. 6. Ideo persona Ecclesiastica, si diffidata sit, & occidatur, vel percutiatur, percussor non incurrit excommunicationem, Syluest. *verb. assassinus*, §. 3. *vers.* 4. *vtrum percutiens*, & Abbas *in cap. at si clerici, num.* 41. *de iudic.* Item, quia taliter diffidati iure Canonico sunt degradati eo ipso à iure, & ius dat cuicunque potestatem capiendi, Gemin. *in cap. per humani*, §. *sacri, num.* 12. *de homicidio, lib.* 6. & dicitur *in cap. vnic. de schismat. eod. lib.*

Ex quibus constat iudicem laicum se interponentem in causa criminali contra clericum assassinum diffidatum, vel bannitum, non incurrere excommunicationem, cùm sit omni priuilegio priuatus. Secus dicendum est, si iudex laicus se immisceat in causa criminali contra clericum excommunicatum, suspensum, interdictum, vel irregularem, quia huiusmodi censuræ non priuant clericum priuilegio fori, seu canonis, *si quis suadente*, Nauarr. *in manuali, cap.* 27. *num.* 79. Marius Alter. *de censuris, lib.* 1. *disp.* 1. *cap.* 6.

49. Priuatur autem priuilegio fori clericus actu degradatus, quare iudex laicus non ligatur excommunicatione, si causam Clerici degradati cognoscat, sententiam ferat, & exequatur. *cap.* 1. *in fine, de pœn. lib.* 6. *& cap. non minus, de verbor. signific.* vbi sic dicitur: Vt clericus, qui propter hoc, vel aliud flagitium graue non solùm damnabile, sed damnosum, fuerit degradatus, tamquam exutus priuilegio clericali seculari foro per consequentiam applicetur. Vnde, vt inquit Geminianus *in cap.* 1. §. *sacri, num. final. de homicidio, lib.* 6. & Syluest. *verb. degradatio*, §. 8. degradatio est spoliatio omnium priuilegiorum clericalium, quod intelligitur de degradato realiter. Is enim nullo priuilegio gaudet, quod est probabilius, ex glossa *in c.* 2. *vers. priuilegio clericali, de pœn. lib.* 6. vbi nec priuilegio canonis gaudere, nec aliis priuilegiis traditur. Non tamen tenendum est, quod ait, Sacerdotem degradatum non posse conficere Sacramentum Eucharistiæ, quod est omnino falsum, & erroneum, quia quomodocumque sit degradatus, verè conficit Sacramentum, vt est communis Theologorum *in* 4. *sententiarum, dist.* 13. D. Thomas 3. *p. quæst.* 82. *art.* 8. Syluest. *verb. degradatio*, §. 9. gloss. *in cap.* 2. *de clerico excommunicato*. Nec obest text. *in cap.* 1. *de pœn. lib.* 6. vt videtur sentire glossa *ibi*; quæ est omnino repudianda, Marius Alterius *de censur. lib.* 2. *disp.* 1. *cap.* 6. *fol.* 182. *vers. de deposito, seu degradato.*

De degradato autem verbaliter dicendum est illius percussorem affici excommunicatione, cùm gaudeat priuilegio canonis. Est enim degradatio verbalis, quæ fit per solam sententiam simplicem, per quam clericus ab Ordinum ministerio, vel ab executione eorum depositus declaratur, ob aliquod crimen commissum, *cap. qualiter, & quando, de accusat. cap.* 1. *de pœnis, lib.* 6. Hæc autem pœna depositio potius dicitur propriè, quàm degradatio, & per eam non deperditur priuilegium fori, nec canonis, Menoch. *de arbitrar. casu* 415. *num.* 5. & 9. Carol. de Graffis *de effect. cleric. effect.* 1. *n.* 817. Henriquez *in summa, lib.* 13. *cap.* 55. §. 3. Sayro *de censuris, lib.* 5. *cap.* 20. *num.* 12. Valença *tom.* 4. *disp.* 7. *quæst.* 19. *puncto* 4. Bonacina *de censuris, disp.* 4. *puncto vnico, num.* 3. & Augustin. Barbos. *in cap. si quis suadente* 17. *quæst.* 4. *num.* 11. *& de officio, & potestate Episcopi*, 3. *p. allegat.* 110. *num.* 5. & Marius Alterius *de censuris tom.* 2. *disp.* 2. *cap.* 1. *vers. praeterea dixidi.*

Porrò clericus in delicto perseuerans, si aliter emendari nequeat, sine metu excommunicationis, à quouis laico capi, ligari, & retineri potest, vt præsentetur quam primum Prælato suo. 50.
Ob quod officiales iustitiæ excusantur à censura inuenientes clericos in crimine patrato, vel patrando, si eos capiant, vt præsentent suis superioribus, Innocentius *in cap. si verò, el secundo*, & *ibi* Abbas, *num.* 6. & Alciatus *num.* 58. *de sent. excommun.* Abbas *in cap. cùm non ab homine, de iudiciis num.* 11. & 12. vbi Felin. *num.* 1. Caiet. *verb. excommunicatio, cap.* 10. §. *nota quartò*, Nauarr. *in manuali, cap.* 27. *num.* 82. *vers. decima sexta.* Quare, si iudex laicus reperiat clericum de nocte, & verisimiliter timeat delictum committendum, non ligatur censura, si illum retineat, vt præsentet Prælato. Panorm. *in cap. cùm non ab homine, de iudiciis.* Menoch. *de arbitr. casu* 180. *num* 20. & alij, quos referens sequitur Bellet. *disquisition. clerical. p.* 1. *tit. de fauore clericorum canonis*, §. 2. *num.* 24 & Saytus *de censuris, lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 28. post alios, vbi addit clericum suspectum de fuga posse retineri à creditore, sicut etiam si fecerit aliquod delictum, & in eo reperiatur, potest detineri per viginti quatuor horas, vt vocentur testes, ne fit locus inficiationi: facit lex *vocandos, ff. de adulteriis*, Angelica *verb. excommunicatio*, 5. *num.* 12. Auendan. *de exequen mandatis, p.* 1. *cap.* 22. *num.* 2. *versic. Item.* Marta *de iurisdict. p.* 4. *casu* 41. Camil. Borrell. *de præstantia Regis Catholici, cap.* 71. *num.* 185. *& in summa decis. tit.* 43. *de foro competenti, n.* 126.

Pro clerico autem debitore suspecto de fuga retento à creditore suo, notandum est à creditore quamprimum deducendum esse ad superiorem, 51.

nec

nec vltra viginti horas esse retinendum, quin præsentetur iudici Ecclesiastico. Quin etiam non excusabitur ab excommunicatione creditor, si clericus offerat cautionem idoneam, & creditor eam repudiat, sed malit debitorem deducere ad iudicem. Bald. *in cap. cum non ab homine, num. 7. de iudic.* Augustinus Barbosa *d. cap. si quis suadente, num. 74.*

52. Ambigi item potest, quisnam possit absoluere percussores clerici? Vt verò quæstioni fiat satis percussionem clerici posse esse modicam, seu leuem, aut grauem, vel attocem, notandum est. Dicitur autem percussio leuis secundùm omnes illa, quæ non peruenit ad peccatum mortale, sed hoc loco non est sermo, nisi de percussione mortifera, quia si non est talis, non incurritur hæc excommunicatio. Erit ergo leuis percussio, quæ respectu percussionum mortiferarum, nec est enormis, nec mediocris. Et quamuis Nauarr. *in manuali cap. 27. num. 91.* innuat leuem percussionem esse, quæ fit pugno, id est, palma, baculo, vel lapide, & vbi nullum membrum secatur, aut dens euellitur, nec multum sanguinis effunditur, nihilominus hoc non semper est verum, nec circa hoc dari potest certa regula: proinde iudicio boni viri, seu prudentis iudicis, iudicanda est leuis percussio, ex circunstantiis personarum, locorum, temporum, & ex modo percutiendi, ac lædendi, ita Hostiens. *in cap. peruenit, de sententia excommunicationis,* & ibi Panormit. *& in cap. cum illorum, eodem titulo,* Couarr. *in cap. alma mater, p. 1. §. 9. n. 2.* Molin. *de iust. tract. 3. disp. 57.* Sayro *de censur. lib. 3. cap. 28. num. 34.*

Quapropter si clericus solenniter ministrando in altari, vel sacrificando etiam leuiter percutiatur, non erit iniuria leuis, quæ alias esset leuis, similiter non erit leuis, sed atrox percussio facta clerico etiam leuiter, vel in Ecclesia, vel in platea, ex quo fuit notoria, gloss. *verb. mutilationem, in cap. cum illorum, de sententia excommunicationis,* vbi Abbas *num. 6.* Bellet. *disquisit. clerical. tit. de fauore cleric. canon. §. 3. à num. 36.* & Bonacina *de censuris, disp. 2. quæst. 4. punct. 5. num. 2. vers. mediocris.*

53. Contra verò erit leuis percussio illata puero, vel in dorso, aut manu, aut baculo, aut in occulto, quæ non esset leuis facta seni, vel in facie, pugno, aut ense, vel in publico. Regulariter denique censetur percussio leuis, quæ fit à Prælato in subditum, à magistro in discipulum Clericum, à patre in filium, à domino in seruum clericum.

Porrò mediocris percussio censebitur illa, quæ non est leuis, neque enormis, de qua iudicabit Episcopus, vel Abbas, quibus conceditur in certis casibus absolutio, & ideo cognoscere possunt, an eorum sit iurisdictio argumento *cap. super litteris, de rescriptis, & in l. si quis ex aliena, ff. de iudiciis.* Caueant tamen ne leuem pronuncient, quæ est enormis, nam in dubiis potius percussiones debent iudicari graues, & enormes, quàm leues, ne detur occasio offendendi statum Ecclesiasticum. Idcirco hoc viro bono, ac prudenti decidendum relinquendum est.

Enormis autem percussio illa dicitur, quæ peruenit ab decisionem, aut mutilationem membri, aut ad effossionem oculi, aut si quis clericus ex læsione fiat inutilis ad præstandum munus suum, aut si vulnus notabile inferatur, quod vt sanetur, eget remedio chirurgiæ, aut aliorum medicinalium: non tamen erit enormis magna effusio sanguinis solùm e naribus, nec etiam ex vulnere modico. Item dicetur enormis si laicus officialis auctoritatiue percutiat clericum. Aut si quis iniciat manum in Episcopum, vel Abbatem, vel etiam in Priorem, qui est caput Monasterij, vel est in eius loco. Item erit enormis percussio ratione loci, nempe, si vulneretur clericus in oculo, vel in facie. Item ratione scandali, si subditus percutiat Superiorem, & inde nascatur scandalum, vel si Monachus percutiat clericum secularem, & ex eo detur scandalum. Item erit enormis ex irreuerentia, nempe si in conspectu Prælati, aut iudicis percutiatur clericus, *Inst. de iniuriis, § atrox.* Similiter, si quis percutiatur in Ecclesia, cœmeterio, dormitorio, vel in platea, argumento *cap. pro causa, de sentent. excommunicationis, & cap. quisquis 17. quæst. 4.* Eodem modo erit enormis ex facti notorietate, præsertim, si percutiatur clericus in magno aliquo concursu, puta in foro, in magna festiuitate, aut in nundinis, vel mercatu celebri, Caiet. *in verb. excommunicatio, cap. 10. ante finem,* Astensis *p. 2. lib. 7. tit. 13. art. 4. quæst. 2.* & Syluest. *verb. absolutio quarto, in principio.* Et quamuis Nauarrus dicat *in manuali, cap. 27. num. 92.* non sine probabilitate vltra mediocritatem, non esse dicendam semper percussionem enormem, quæ fit in locis publicis, aut in Ecclesia, aut cœmeterio, vel dormitorio, aut in præsentia iudicis, aut quæ fit in oculo, vel vultu, nisi quando percussio est grauis, vel in se notabilis, vel quando ex ea magnum oritur scandalum: nihilominus opposita sententia est tenenda vti verior, & secutior, quam docent communiter Doctores, quos referens sequitur Molina *dicto tract. 3. disp. 57.* Sayro *l. b. 3. cap. 28. num. 6.* Bellet. *dicto §. 3. num 34. & num. 36.* quos referens sequitur P. August. Barbos. *in cap. peruenit 17. de sentent. excommunicationis, num. 3. & 4. & in cap. si quis suadente, num. 76. 79. & 90.* quia in dubiis percussiones iudicandæ potius sunt graues, quàm leues.

Suffragatur supradictis de percussione leui, mediocri, & enormi, Extrauagans quædam, quæ incipit, *Perlectis*, de qua Nauarr. *in manual, cap. 27. num. 91.* per hæc verba: *Respondemus percussionem leuem esse pugni, palmæ, manus, pedis, digiti, aut baculi, aut lapidis, quæ nullam maculam, aut sugillationem carnium relinquit, neque abscondit membrum, sine effractione dentium, sine auulsione multorum capillorum, sine effusione multi sanguinis. Nolumus tamen dicere, quòd huiusmodi lenis percussio, vt pugni, aut vnguis, fiat atrox, ob multi sanguinis effusionem. Ad iudicandum tamen, quæ læsio sit leuis, mediocris, aut enormis, volumus diligenter perpendi non solùm factum, sed etiam qualitatem eius, & modum percutiendi, & lædendi, cum omnibus suis circunstantiis loci, personæ, & aliis. Persona, si est Magister, Iudex, Prælatus, Pater, Patronus, aut Dignitas, percussus iniustè à subdito, aut ab alio se viliori, quia ex hoc interdum censentur graues iniuriæ, quæ ex se sunt leues, aut mediocres. Et quia conditio negotij non patitur integram determinationem huius rei, relinquimus tuo arbitrio, vt declares, quæ sit leuis, & quæ enormis iniuria, admonentes, vt potius declares in dubio esse percussionem grauem, & ab ea non posse absoluere, quam declarando leuem esse occasionem*

prębeas lędendi ſtatum Eccleſiaſticum. Hactenus extrauagans.

54. His poſitis ſit prima concluſio. Excommunicatus propter clerici percuſſionem regulariter à ſolo Papa debet abſolui, vt habetur *in dicto cap. ſi quis ſuadente 17. quęſt. 4. & nullus Epiſcoporum illum prę ſumat abſoluere, niſi mortis vrgente periculo, donec Apoſtolico conſpectui prę ſentetur, & eius mandatum ſuſcipiat*; ſic ibi. & ſcribentes. Graff. *lib. 2. de explicatione huius canonis, cap. 49. in principio, fol. 146.* Duennas *regul.* 99. Saytus *de cenſur. lib. 3. cap. 26. & 27.* Auila *in eodem tit. p. 2. cap. 5. diſp. 3. dubio 12.* & Carol. de Graſſis cum aliis *ibi* relatis, *de effectibus clerical. effectu 9. à num. 148.*

55. Secunda concluſio, nonnullæ vtriuſque ſexus perſonæ non ſolùm à leui iniuria, ſed etiam à mediocri, & aliquando in aliquibus caſibus ab enormi percuſſione clerici poſſunt abſolui ab Epiſcopo, eſt communis. Quæ verò ſint hæ perſonæ, & quinam caſus in quibus Epiſcopi poſſunt abſoluere, in his quatuot carminibus continentur.

Regula, mors, ſexus, hoſtis, puer, officialis,
Delicioſus, inops, agérque, ſenéxque. ſodalis,
Ianitor, aſtrictus, dubius, cauſa, leuis ictus,
Debilis, abſolui, ſine ſumma Sede merentur.

Nomine *regula* comptehenduntur viuentes ſub regulari ordine, ac diſciplina, vnde, ſi cletici in communi Societate viuentes ſub aliqua regula, vel abſque illa, & ſe mutuo percutiant, ab Epiſcopo ſuo poſſunt abſolui, ita *cap. quoniam, de vita, & honeſtate clericorum*, niſi facti atrocitas aliud ſuadear, & exigat; Layman *in Theologia morali, lib. 1. tractat. 5. p. 2. cap. 5. num. 10. verſ. 11.* Nauarr. *in manual., dicto cap. 27. num. 91. in principio.* Bellet. *diſquiſitio. p. 1. tit de fauore clericorum canonis, §. 3. num. 5.* & Bonacin. *de cenſur. diſput. 4. quęſt. 4. puncto 5 num. 3. in principio.* Similiter Regularis, ſi percutiat Regularem eiuſdem Ordinis non enormiter, à Prælato proprio abſolui poteſt: ſin verò Abbatis diſcterio non ſufficiat ad corrigendum delinquentem, adhibendus eſt Epiſcopus, *cap. Monachi, cap. cùm illorum, cap. canonica, de ſentent. excommunicationis*, Nauarrus *vbi proximè*, Carol. de Graſſis *de effectibus clerical. effectu 9. num. 171.* Bonacin. & Bellet. *in ſuprà ſcriptis locis*, & Layman *dicto cap. 5. num. 10. verſ. 11.* Si autem contingat Prælatum Regularem non eſſe Sacerdotem, reperiri Regularem Sacerdotem in Monaſterio, vel ſi reperiatur ſit excommunicatus, aut impeditus ex caſu aliquo, debet abſolui percuſſor clerici ab Epiſcopo, ſi clerici læſio ſit minor. Rodriguez *tom. 1. Regularium quęſt. 20. art. 19.*

Si autem Regularis percutiat Regularem alterius Religionis, poteſt abſolui à proprio Prælato, quando percuſſio non fuerit enormis, præſente tamen Prælato eius, qui paſſus eſt iniuriam, vt eam condonet, ac pœnam in ſatisfactionem diffiniat, vt colligitur *ex cap. cùm illorum, de ſentent. excommunicationis*; quod aliqui communiter ita intelligunt, vt ſcilicet Prælatus illius, qui iniuriam percutiendo intulit, iuramentum recipiat, & abſoluat, & ſaltem ſemel percutiat delinquentem. At verò Prælatus percuſſi, qui paſſus eſt iniuriam ipſum percuſſorem verberabit, eo quia Prælato percuſſi ſatisfaciendum eſt de iniuria illata ſuo ſubdito, & conuentus percuſſoris non deber ſatisfactionem pro percuſſore ſuppeditare: non enim crimen ſubditi in detrimentum monaſterij cedere, nec retorqueri debet, argumento capitis, *cùm venerabilis, §. intelleximus, de except.* neque abs re erit, ſi alter Prælatorum in hoc caſu vices ſuas alij committat, argumento *cap. vltimi, de officio ordinarij, & cap. vltimi. §. cęterùm, de officio delegati.* Ex ea regula, quia quando Ordinarius poteſt abſoluere ab excommunicatione, poteſt aliis abſolutionem demandare, vt Couar. *lib. 3. variar. cap. 20. num. 5.* Menoch. *de arbitrar. quęſt. 54. num 43.* Morl. *in Emper. iuris ciuilis, p. 1. tit. 2. quęſt 17. num. 32.* & Petrus Barboſ. *in l. cùm Prętor, §. 1. num. 526. ff. de iudiciis*, quod intelligitur quando abſolutio committitur Ordinario ex officio ſuo, non autem ex delegatione: tunc enim non poteſt alteri delegare, vt *dicto cap. vltimo, §. cęterùm, de officio delegati*, vbi per delegationem commiſſum eſt nudum miniſterium, quod alteri non poteſt delegari: ſecus in noſtro caſu, *& cap. & canone, ſi quis ſuadente.* Quin etiam quando Epiſcopo competunt caſus Pontifici reſeruati, ſolùm ratione imminentis neceſſitatis, poteſt eos delegare, vt per Sanchez *de matrimonio, lib. 1. diſp. 40. num. 14* Auguſtinus Barboſa *dicto cap. vltimo, de officio iudicis Ordinarij, & cap. vlt. de officio iudicis delegati*, quos textus conciliat Nauar. *conſilio 15. de ſentent. excommunicationis, in antiquis, alias 11. de priuilegiis in nouis*, & Sanchez *de matrimonio, lib. 2. diſp. 40. num. 13. cum ſequentibus, pręſertim n. 17.*

Idem dicendum eſt de Monialibus, ſi aliqua aliquam, vel conuerſam, aut clericum percuſſerit, poteſt abſolui ab Epiſcopo in cuius Diœceſi Monaſterium fuerit, *cap. de Monialibus, vbi gloſſ. fin. de ſentent. excommunicationis*, & ibi ſcribentes Sylueſt. *in ſumma verb. abſolutio 4. num 3.* Saytus *de cenſuris, lib. 3. cap. 28. num. 12.* & Bellet. *ind §. 3. num. 4.* vbi hoc extendit tam ad Moniales exemptas, quàm ad non exemptas.

De nouitiis autem Monialibus idem dicendum eſt, ſi percutiatur ab aliqua Moniali, & ab altera nouitia poteſt abſolui ab Epiſcopo. Nouitius autem ſi intra annum probationis alterum percutiat, poteſt abſolui à ſuo Prælato, niſi percuſſio ſit enormis; tunc enim, nec Abbas ſuos Monachos, nec Epiſcopus prædictos abſoluere poſſet, niſi in caſibus in quibus Summum Pontificem non poſſunt adire. *cap. cùm illorum, de ſentent. excommunicationis.* Hodie tamen Regulares ferme omnes habent priuilegia, vt etiam ab enormi læſione abſoluantur à Prælatis ſuis, ne detur occaſio vagandi, ſi ad Papam pro abſolutione debeant recurrere. Idem intelligitur de Superiore percutiente ſuum ſubditum regularem: is enim ab alio Sacerdote ſecundùm priuilegia ſubdito ſuo electo ab eodem in Confeſſorem poteſt abſolui. Quòd ſi Prælatus, & ſubditus ſe mutuo, & ad inuicem percuſſerint, & non reperiatur in Monaſterio, qui eos poſſit abſoluere, poſſunt alter ab altero abſolui. Fr. Emman. *de regular. tom. 1. quęſt. 20. art. 12.* Coriolan. *de caſibus reſeruatis, p. 1. caſu 10. de indic. Regul. §. 10. num. 17. verſ. nam licèt*, vbi ſubdit in caſu neceſſitatis poſſe quando non datur alius, qui non ſit excommunicatus, excommunicatum abſoluere excommunicatum, quamuis ex traditis *in cap. audiuimus 24. quęſt. 1.* excommunicatus non poſſit alium pariter excommunicatum abſoluere, neque excommunicare, quod intelligitur de excommunicato declarato; nam occultè excommunicatus poteſt validè excommunicare, Couar. *in cap. Alma mater, p. 1. §. 11. num. 4.* Antonius Gabr. *tom. 3. communium opinion.*

lib.

lib. 1. *tit. de probat. conclus.* 8. *num.* 36. & Mascard. *de probat. concl.* 648. *sine* 649. *n.* 42. & alij, quos referens sequitur Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disputat.* 22. *num.* 34. *vers. caterùm*, & ex consequenti validè absoluere, quia talis non est de necessitate vitandus, vt notant Socin. *in cap. sacris, num.* 267. *de sentent. excommunicationis*. & Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium, lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 14.

Quid si Nouitius ante Religionis ingressum percusserit clericum? Tiraquell. *de retract. lig.* §. 1. *glossa* 8. *num.* 31. negat posse absolui à Prælato Religionis. Meliùs tamen affirmat Syluest. *verb. absolutio.* 5. *in* §. 9. dicens hunc Nouitium non esse admittendum ad Religionem, nisi priùs absoluatur: si tamen admittatur, tenere ingressum, & valere percussionem, & absolui posse à Prælato Religionem etiam intra annum nouitiatus, quia nouitij sunt personæ Ecclesiasticæ, ex glossa *in cap. Religioso, in verb. non possit, de sentent. excommunicationis*, ideo absolui potest nouitius in eo casu, vt etiam notat Bonacin. *de censuris, disputat.* 2. *quæst.* 4. *punct.* 5. *num.* 1. *prope finem*, Paulus Layman *in Theologia morali, lib.* 1. *tractat.* 5. *p.* 2. *cap.* 5. *in fine, vers. caterùm*, gaudétque priuilegio canonis, vt ex *d. cap. Religioso*, Sayro *dicto cap.* 28. *num.* 14. Nauarr. *conf.* 5. *de foro competenti.* Marius Alterius *tomo* 1. *de censuris, disput.* 16. *cap.* 1. *fol.* 671. *col.* 1. & ex consequenti gaudet priuilegio contento *in cap. Monachi, de sentent. excommun.* Ratio, quia mens illius capitis est, ne Monachi ob absolutionem vagentur extra Monasterium, quod periculosius est in nouitio, quanto est minus expertus. Sayro *vbi suprà.*

Quòd si contingat nouitium, qui in hunc canonem incurrit, egredi à Religione non dum facta professione? Astensis *p.* 2. *lib.* 7. *tit.* 13. *art.* 5. *quæst.* 10. autumat reincidere in eandem excommunicationem, eo quia propter fauorem Religionis, & propter temporale impedimentum absolutus fuit: atque ita præsentare se teneri illi, qui alias eum posset absoluere, argumento *cap. eos, qui, de sentent. excommun. lib.* 6. Mihi tamen magis placet hanc doctrinam solùm procedere in nouitio, qui ante nouitiatum contraxit excommunicationem canonis, *si quis suadente*, non autem, si in eam incurrit durante anno probationis, nisi percussio fuerit enormis; tunc enim si ante professionem egrediatur, debet se præsentare illi, qui potest absoluere ab enormi. Nam ab incursa excommunicatione tempore nouitiatus, quæ non erat propter enormem læsionem contracta, fuit absolute, & sine aliqua conditione absolutus: à censura autem contracta ante ingressum, & à censura propter enormem, fuit sub conditione, si perseuerauerit in Religione absolutus. Vide Augustinum Barbosam *in cap. Monachi.* 2. *de senten. excommun.* præsertim *num.* 5. *& in cap. si quis suadente*, vbi videtur sibi contrarius, ex Tiraquelli sententia.

56. Secunda exceptio continetur in hoc nomine *Mors.* tunc enim in articulo, seu periculo mortis conceditur potestas absoluendi à censura capitis, *si quis suadente*, intelligitur autem mortis periculum, quando quis est in quocunque periculo vicino morti; eo enim periculo, & articulo nulla est reseruatio, etiam si pœnitens habeat peccata enormia, & reseruata, aut sit excommunicatus, & denuntiatus etiam ob hæresim, vel ob aliud quodcunque delictum; ideo potest absolui à quolibet simplice Sacerdote, per Concilium Tridentinum *sess.* 14. *de Sacramento pænitentiæ, cap.* 7. *vers. vt nulla sit reseruatio in articulo mortis:* sub quo articulo dicitur periculum mortis probabile quodlibet, quod datur quotiescumque datur periculum, ex quo, vt plurimum mors solet contingere, Vasquez *de pænit. quæst.* 93. *art.* 1. *dub.* 5. *num.* 2. Coriol. *de casib. reseru. p.* 1. *sess.* 2. *art.* 16. *à num.* 2. Marius Alter. *de censuris, disp.* 6. *lib.* 1. *cap.* 6. *fol.* 70. *col.* 2. *& fol.* 71. *col.* 1 vbi vult in articulo, vel periculo mortis excommunicationem huius canonis absente superiore, ad quem ex officio absolutio ab excommunicatione pertinet, tunc temporis posse licitè absolui a simplici Sacerdote vltra articulum mortis, vt mors statim est futura, quando instat probabile periculum mortis naturale, aut ciuile per iudicis veram sententiam, vel quando frequenter mors solet accidere, puta, quando miles prælium ingreditur, vel aggreditur longam, & periculosam nauigationem, vel per loca periculosa est transiturus, vel propter infirmitatem mortiferam. Barbos. post plures in hoc canone, *si quis suadente, num.* 96. *&* 97.

Tertia exceptio continetur in verbo *Sexus*, sub 57.
quo veniunt mulieres, cuiuscumque conditionis, ac qualitatis illæ fuerint, quæ incidentes in hunc canonem possint absolui per Episcopum ab hac excommunicatione, tum periculosum sit fœminas peregrè proficisci, & virorum cœtibus se immiscere, Carol. de Grassis *de effectib. clericalib. effectu* 9. *num.* 159. Beller. *disquisit. clerical. p.* 1. *tit. de fauore clericorum canonis*, §. 3. *num.* 17. Sayro *de censuris lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 18. *ver. tertius casus est.* Hieronymus de Monte *quæst.* 15. *num.* 6. Bonacin. *de censuris, disp.* 2. *quæst.* 4. *punct.* 5. *n.* 3. *vers. sextus*, & Tiraquel. *l.* 10. *connubiali, glossa* 1. *p.* 10. *num.* 33. quod ampliant, etiamsi fœminæ sint diuites, sui iuris, & idoneæ ad conficiendum iter, Augustinus Barbosa *in dicto cap. si quis suadente, numer.* 95. *& in cap. mulieres* 6. *num.* 2. *de sentent. excommun.*

Quarta exceptio venit sub appellatione huius 58.
verbi *Hostis*, vbi dicitur excommunicatum propter percussionem clerici posse absolui ab Episcopo, si propter capitales inimicitias, vel ob aliud legitimum impedimentum nequeat recurrere ad Sedem Apostolicam pro beneficio absolutionis. *cap. de cætero, cap. quod de his, de sentent. excommun.* etiamsi huiusmodi capitales inimicitiæ, vel impedimenta ex culpa sua contigissent. *l. nec timore, ff. quod metus causa*, *& cap. veniens, de sponsalibus.* Absoluendus tamen debet absolui ab Episcopo sub præstito iuramento, vt quamprimum potuerit, Romanum Pontificem recepturus mandatum Apostolicum adeat. Sayro *de censuris, lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 38. Molin. *de iust. tom.* 4. *& tract.* 3. *disp.* 63. *num.* 2. & Henriquez *in summa, de pænit. lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 15. Sanchez *in precept. Decal. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 9. Suarez *tom.* 4. *disp.* 30. *sect.* 3. *num.* 4. Zambran. *de casibus in articulo mortis, cap.* 4. *dub.* 4 *num.* 14.

Censebitur autem habere iustum impedimentum, vt absoluatur ab hac excommunicatione, & excusetur ad proficiscendum ad Papam pro absolutione, si habeat curam animarum, & timeat iustè illas propter suam absentiam damnum notabile recepturas, vel si vxorem, & familiam in graui necessitate sit relicturus, quamuis

tam Parochus, quàm paterfamilias facilè poſſint mittere Nuntium pro abſolutionis beneficio. Non enim tenentur mittere, ſed Apoſtolicam Sedem adire. Henriquez *d. lib. 6. cap 9. num. 7. de pœnitentia*, Vgol. *de cenſur. Pontifici reſeruatis, p. 3. cap. 2. verb. niſi in mortis articulo, §. 4. num. 1. verſ. Item habet locum, & de cenſuris, tab. 1. cap. 4. §. 5. num. 3. in fine*, & Sanchez ſuprà *lib. 2. cap. 13. num. 41.*

Quæſtionis tamen eſt, an Confeſſarius teneatur iniungere pœnitenti excommunicato duntaxat per Canonem, *ſi quis ſuadente*, vt ceſſante impedimento ſe præſentet ſuperiori? Reſponde omnibus abſolutis in articulo, vel periculo mortis, aut ratione cuiuſuis impedimenti à quacumque excommunicatione, ſiue iuris, ſiue hominis, Papæ, aut cuicumque inferiori reſeruata, teneri Confeſſarium iniungere onus ſe præſentandi ad hoc ſub iuramento, non vt rurſus abſoluantur, quia iam ſunt abſoluti, ſed vt ſuperior ſatisfactionem imponat, ſi fortè ſit imponenda, & alia remedia medicinalia iniungat, ita Suarez *tom. 4. diſp. 30. ſect. 3. num. 6. & tom. 5. diſput. 22. ſect. 1. num. 62.* Henriquez *de pœnit. lib. 6. cap. 6. num. 6.* dicentes ceſſante morbo, vel impedimento, ſe præſentare huiuſmodi ſic abſolutos teneri, aliàs reincidere in eandem excommunicationem, quod iuramentum omnibus eſt iniungendum, exceptis pueris, Nauarr. *in ſumma Latina, cap. 27. num. 89.* Corduba *ſumma, quæſt. 18. punct. 1. dicto 2. & punct. 2. dicto 2.* & alij, quos referens ſequitur Sanchez *dicto cap. 13. num. 26.* addens *num. 28.* quamuis *cap. eos qui, de ſentent. excommunicationis* dicat, ſe non præſentantem ſuperiori ceſſante impedimento, reincidere in eandem cenſuram, non incidere in eandem numero cenſuram, nec propter eandem cauſam; quoniam prior omnino fuit ablata, incidere tamen in aliam ſimilem eo quòd non comparuerit coram ſuperiore ſublato impedimento, nec illi obediuerit, ita Abbas *in cap. de cætero, in fine, de ſententia excommunicationis*, & Suarez *tom. 5. de cenſuris, diſputat. 22. ſect. 1. num. 62.* vbi ſubdit non ſe præſentantem eatenus dici incidere in eandem cenſuram, quatenus incidit in aliam ſimiliter reſeruatam, ſicut erat prior. Quòd ſi poſtquam eſt abſolutus, tandem abſque præſentatione præmoriatur, cùm onus præſentandi ſe fuerit perſonale; quamuis hæres teneatur ad reſtitutionem, ſi fortè defunctus tenebatur, non tenebitur ſe præſentare loco defuncti, quia id nullo iure cauetur, vt hæres ſe præſentet mandatum recepturus, Suarez, & Sanchez *vbi proximè*, adiicientes non eſſe admittendum, quod volunt, Nauarrus *in ſumma Latina, cap. 16. numer. 26.* & Henriquez *lib. 13. de excommunicatione. cap. 19. numer. 3.* non teneri ſcilicet excommunicatos ſe præſentare ſuperiori, ſi parti ſatisfecerunt. Ratio, quia onus præſentandi ſe, & comparendi coram ſuperiore, eſt quaſi pars pœnæ ab Eccleſia tali delicto impoſitæ, ita Sanchez *ſuprà, num. 29.* & Suarez *tom. 4. in tertiam partem, diſp. 30. ſect. 3. num. 6.*

59. Quinta exceptio continetur ſub hoc nomine *Puer.* Nam pueri impuberes, & ſic minores quatuordecim annis, & puellæ puberes incidentes in hunc canonem, *cap. ſi quis ſuadente.* & in alium quemcumque, poſſunt abſolui ab Epiſcopis Diœceſanis. *cap. pueris 60. de ſententia excommunicationis*, Sylueſt. *verb. abſolutio 4. num. 3. verſ. quintus*, dummodò ſint doli capaces, nec tenentur ſe poſtea Sedi Apoſtolicæ præſentare, quia beneficium ſemel indultum minori, ex quo cœpit habere locum, non extinguitur per ætatem maiorem ſuperuenientem, Panorm. *in cap. final. de ſentent. excommun.* Vnde quamuis pueri impuberes, doli tamen capaces, non petant abſolutionem ante pubertatem, poſſunt tamen abſolui poſt pubertatem, ſi poſtulent ab Epiſcopo, nec tenentur ſe præſentare Sedi Apoſtolicæ, quia illos excuſat ætas à labore itineris, quamuis læſio facta tempore impubertatis ſit enormis. *d. cap. vltim. de ſentent. excommun.* Sayr. *de cenſuris, lib. 3. cap. 28. numer. 20.* Bellet. *diſquiſition. clerical. p. 1. tit. de fauore clericorum canonis, §. 3. num. 20.* Carol, de Graſſis *de effect. lib. clerical. effectu 9. num. 172.* Bonacin. *de cenſuris, d. quæſt. 4. punct. 5. num. 3. verſ. quintus caſus*, Barboſa *in d. cap. pueris, de ſentent. excommunicationis, num. 2. & in cap. ſi quis ſuadente, num. 87.* vbi loquitur de pueris duntaxat, qui peruenerunt ad maiorem ætatem, hoc eſt, pubertatis ante beneficium abſolutionis; & tamen Summus Pontifex reſpondit, ſi poſtulent abſolutionem, ſiue ante, ſiue poſt pubertatem, poſſe abſolui ad Epiſcopo, Marius Alterius *tom. 1. de cenſuris, lib. 1. diſp. 10. cap. 4. fol. 365.*

Sexta exceptio continetur in verbo *Officialis*, 60.
videlicet iudex, Prætor, vel Apparitor alicuius poteſtatis, qui ſub prætextu ſui officij remouendo, vel arcendo turbam animo aliquo modo maligno, & ex propoſito percutit clericum, ſi læſio fuerit leuis, aut mediocris, poteſt abſolui ab Epiſcopo. *cap. ſi verò, de ſentent. excommun. el 1.* per textum *ibi*, alicuius poteſtatis oſtiarius. Ita Sayr. *de cenſur. lib. 3. cap. 28. num. 27.* Ægid. *de Sacramentis, & cenſuris, tom. 2. diſput. 14. numero 193.* Bonacin. *de cenſuris, diſputat. 2. quæſt. 4. puncto 5. num. 2. verſ. ſecundus*, Bellet. *diſquiſit. clerical. p. 1. tit. de fauore clericorum canonis, §. 3.* niſi clericum fortè grauiter vulnerauerit; tunc enim à ſolo Papa abſoluetur, quòd ſi caſu fortuito arcendo turbam ſine animo maligno lædat clericum, ab excommunicatione excuſabitur; ita præcitati.

Septima exceptio venit in verbo *Delicioſus*, 61.
ſub quo veniunt nobiles, & potentes domini terrarum, qui non poſſunt abeſſe à vaſallis ſuis ſine magno periculo, & viri debiles, ac delicati, qui laborem eundi ad Sedem Apoſtolicam pati nequeunt; quod tamen remittitur ad arbitrium Epiſcopi. *cap. mulieres*, per textum, *& ita delicati, de ſentent. excommun.* & gloſſa *ibi verb. laborem*; tunc enim poſſunt abſolui ab Epiſcopo ab excommunicatione canonis, *ſi quis ſuadente*, intimato prius quàm abſoluantur Pontifici ſtatu, perſonæ, & veritate negotij, & tunc ſecundùm eius conſilium impendenda eſt abſolutio, niſi periculum mortis vrgeat: in quo euentu cautionem hic ſufficientem præſtabit abſoluendus, quòd Pontificis reſponſioni obtemperabit, *d. cap. mulieres, de ſentent. excommunic. & cap. de cætero, eodem titulo.* Quin etiam iuramentum ab excommunicato quocumque propter crimen enorme ante abſolutionem exigendum eſt, Henriq. *in ſumma, lib. 13. c. 28. §. 4.* Suarez *tom. 5. diſp. 19. ſect. 2. num. 10.* Sanch. *in præcept. Decal. lib. 2. cap. 13. num. 17. & num. 18.* addit cum Couarr. *in cap. Alma mater, part. 1. §. 12. num. 11.* Hoc iuramentum exigendum eſſe, quamuis excom

excommunicatus iam parti satisfecerit, quia iuramentum, quod exigitur ab excommnicato ante absolutionem, est de parendo mandatis Ecclesiæ, & iudicis, Sanch. *vbi proximè, num.* 20.

62. Octaua exceptio continetur in verbo, *Inops*, hoc est, pauperes, ij enim si tanta paupertate grauentur, vt ob eam nequeant adire Summum Pontificem pro beneficio absolutionis, si incurrant excommunicationem, *cap. si quis suadente*, possunt absolui ab Episcopo, *cap. quod de his, cap. quamuis, de sententia excommunicationis*, Hieronym. de Monte suprà *dicta quæst.* 15. *à num.* 6. Host. *in d. cap. quod de his, num.* 1. & Abbas *in cap. ea noscitur, num.* 5. *de sentent. excomm.* vbi loquitur de paupere viuente ex suo artificio. Quia non tenetur quis mendicare, nec ostiatim stipem quærere, vt ad Curiam Romanam eat pro absolutione, nisi aliàs mendicus esset. In quo euentu docent auctores etiam mendicando teneri Romam proficisci, vt absoluatur, si bona sit valetudine, nisi fortè soleat sibi, & vxori consulere ex eleemosynis ostiatim quæsitis, secus si possit ire, & mendicando sibi, & suis prouideat, vt notat Syluest. *verb. absolutio* 4. *n.* 3. §. 8. qui hac in re ait arbitrio boni viri standum esse. Quòd si contingat percussionem clerici propter enormitatem esse reseruatam Summo Pontifici, hodie tamen virtute Concilij Tridentini, *sess.* 24 *de reformat. cap.* 6. potest absolui ab Episcopo, modò delictum sit occultum, nec sit deductum ad forum contentiosum, Bonac. *de censuris, disp.* 2. *quæst.* 4. *punct.* 5. *num.* 4. subdens prædictum excommunicatum ab Episcopo ex priuilegio Concilij Tridentini omnino absolutum, non teneri postea recurrere ad Sedem Apostolicam, vel ad Legatum de latere.

63. Nona exceptio continetur sub verbo *Æger*. Ratione cuius infirmi, seu valetudinarij, aut præpediti, quacumque alia impotentia corporis incidentes in excommunicationem canonis *si quis suadente*, possunt absolui ab Episcopo, etiamsi infirmitas sit temporalis, nempe febris tertiana, vel quartana, vel podagra, Syluest. *d. verb. absolutio* 4. *num.* 3. *vers. nonus*, Abbas, & Innocent. *in d. cap. quod de his, de sentent. excommun.* Carol. de Grassis *de effectib. clerical. effectu* 9. *num.* 162. Sayr. *d. c.* 28. *num.* 24. Bellet. *disquisit. clerical.* §. 3. *num.* 25. & multo fortiùs, si infirmitas sit incurabilis, & diuturna, Astens. *in summa, p.* 2. *lib.* 7. *tit.* 13. *art.* 3. §. *octauus*, & Nauarrus *in manuali, cap.* 2. *num.* 88. & Barbosa *in cap. ad hæc, de sent. excommun. num.* 4. *& in cap. si quis suadente, num.* 92. vbi ait infirmos, & valetudinarios, ex consilio Medicorum esse dicendos, Farinac. *in praxi, part.* 1. *lib.* 1. *tit.* 5. *quæst.* 41. *num.* 93. & Menoch. *de arbitrar. casu* 60. Infirmis accedunt membris destituti, qui si incidunt in excommunicationem pro clerici percussione, Sedem Apostolicam adire non tenentur, & possunt à suo Episcopo absolui. Sayr. *d. cap.* 28. *num.* 32. Carol. de Grassis *d. effectu* 9. *num.* 162. & patet *ex cap. ea noscitur* 13. *in verb. seu membrorum, de excom.*

64. Decima exceptio habetur in verbo *Senes* per dictum *cap. ea noscitur*, vbi senibus propter clerici percussionem excommunicatis impenditur absolutio ab Episcopo, quamuis sint fortes ad iter agendum, Carol. de Grassis *de effectibus clerical. effectu* 9. *n.* 160. Bellet. *disquisit. clerical. p.* 1. *tit. de fauore clericorum canonis*, §. 3. *num.* 26. Sayr. *de censur. lib.* 3. *cap.* 18. *num.* 25. Et quamuis qui dicantur senes relinquitur iudicis arbitrio, vt volunt Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 46. & Flaminius *de resignat. lib.* 5. *quæst.* 6. *n.* 17. ex Barb. *cons.* 21. *col. penult. lib.* 2. *& cons.* 27. *col.* 3. *lib.* 3. *cons.* 45. *col. penult. lib.* 4. cum aliis: nihilominus secundùm Farinac. *in praxi, p.* 3. *quæst.* 92. *num.* 21. senex dicitur ab anno quinquagesimo perfecto vsque ad annum septuagesimum, secundùm glossam *proœmio sexti, in verb. perfectus*, Ioannes de Anania *in rubric. de delictis puerorum, num.* 1. *vers. sexta ætas*, & Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *casu* 59. *sub num.* 1. vbi etiam addit *num.* 3. in casibus à iure non determinatis, senes, qui dicantur, remissum esse iudicis arbitrio, Nouell. tamen *in tract. ad defens. part.* 1. *post num.* 45. docet senem communiter reputari sexagenarium, & aliàs etiam septuagenarium: sed mihi satis est, vt senex dicatur, quòd habeat quinquagesimum annum completum, quod etiam Grammaticus tradit *decis.* 34. *num.* 4. & Corras. *in l. precibus, num.* 29. *C. de impub. & aliis substit.*

Vndecima exceptio habetur in verbo *Sodalis*; sub quo veniunt clerici collegialiter sub eodem tecto viuentes, ac dormientes, & in eadem domo habitantes: hi enim ob clerici percusionem, nisi facti atrocitas, aut enormitas aliud exigat, possunt absolui ab Episcopo; si verò percusio sit grauis, aut enormis, recurrendum est ad Sedem Apostolicam. *cap. quoniam, de vita, & honestate clericorum*, ex ea ratione, quia communio, & frequens communicatio inter domesticos facilè parat discordiam. *l. cùm pater*, §. *dulcissimis. ff. de legat.* 2. Idcirco casus iste excipitur, nisi facti atrocitas aliud ostendat, Nauarr. *in manuali, cap.* 27. *num.* 91. Sayr. *lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 26. Paulus Layman *in Theologia morali, lib.* 1. *tract.* 5. *p.* 2. *cap.* 5. *num.* 10. *vers.* 11. & Bellet. *disquisit. clerical. p.* 1. *tit. de fauore clericorum canonis*, §. 3. *num.* 5. 65.

Duodecima exceptio continetur in verbo *Ianitor*, quod coincidit cum verbo *Officialis*, qui prætextu sui officij potest percutere clericum, vel casu fortuito, vel animo iniuriandi leuiter, vel enormiter, & ideo, quæ diximus de officiali percutiente clericum, facilè possunt accommodari ianitori, seu ostiario prætextu sui officij clericum non enormiter percutienti, qui potest absolui ab Episcopo suo, *cap. si verò, de sentent. excommun.* quamuis aliqui discrimen ponant inter officialem, & ostiarium. Sayr. suprà *num.* 17. 66.

Decimatertia exceptio continetur sub verbo *Astrictus*, quod excipit seruos, & filiosfamilias, seu quosuis alios sub potestate alterius existentes, qui propter percusionem clerici possunt absolui ab Episcopo in duobus casibus, vt colligitur *ex cap. relatum, de sentent. excommun.* Primus, si delinquant in fraudem domini, vel patrisfamilias, vt eant Romam, & se subtrahant obsequio debito domino, vel patri, recurrendo ad Sedem Apostolicam pro beneficio absolutionis. Secundus, si dominus, vel pater graue damnum patiatur propter absentiam, nisi percusio sit tam grauis, vel enormis, & scandalosa, vt propter exemplum tollendum necessaria sit profectio ad sanctam Sedem, Gama *de Sacramentis præstandis vltimo supplicio damnatis, quæst.* 5. *n.* 22. Sayr. *de censuris, lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 28. vbi ait, quando absoluuntur ab Episcopo iniungendam esse illis satisfactionem aliquam pro recompensatione laboris in itinere, puta Orationem aliquam, ieiunium, vel disciplinas, pro aliquo tempore. Hostiens. *in d. cap. relatum*, 67.

de sentent. excommun. & Astens. *in summa p. 2. lib. 7. tit. 23. arg. tertio. §. vndecimus* Idem dicendum est de viro, qui in fraudem vxoris clericum percuteret, & de liberto, qui in fraudem patroni sui in hunc canonem incideret, vt Romam irent, cùm non sint sui iuris, & ex eorum absentia vxor, & patronus in graue damnum incurrerent. Quòd si prædicti fiant deflexu temporis sui iuris, vel liberi, tenebuntur adire Sedem Apostolicam. Quod non puto verum, nisi quando excessus fuerit grauis, & enormis, quia absolutè, & sine conditione poterant absolui ab Episcopo ex prædictis causis de percussione leui, vel mediocri, quando dominus, paterfamilias, vxor, & patronus ex eorum absentia sine culpa sua graue damnum paterentur, vt deducitur *ex cap. mulieres, ex cap. relatum, de sentent.* Bonacin. *de censuris, d. quast. 4. punct. 5. n. 3.* Carol. de Grassis *dicto effectu 9. num. 167.* Bellet. *d. §. 3. num. 29.* & alij, quos referens sequitur August. Barbos. *in d. cap. relatum, num. 2. & in cap. si quis suadente, num. 94.*

68. Decimaquarta exceptio habetur in verbo *dubius*, quòd comprehendit illum, de quo est fama publica, quòd clericum percusserit; is enim vitandus est, donec ab Episcopo suo in tali dubio absoluatur, sicut potest, quoniam in dubio censendus est quispiam excommunicatus, vt per Syluest. *verb. absolutio tertio, num. 14. dub. 10.* Cordub. *in suo quastionar. lib. 3. quast. 6. col. 2. vers. 4. probatur*, Salas 1. 2. *quastione 21. tractat. 8. disputatione vnic. sect. 5. num. 60. in solut. ad* 4. Quod intellige hoc procedere in dubio facti; secus in dubio iuris, in quo non censetur excommunicatus, vt putat Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 2. cap. 19. quæs. 10. in fine, & quæs. 11.* Sayr. *in claui Regia, lib. 1. cap. 13. num 23 & 24.* Attamen Vasquez 1. 2. *quast. 19. art. 6. disp. 65. num. 9. & 13. & disp. 66. cap.* 1. in vtroque dubio, & in vtroque foro, hunc censeri excommunicatum docet, quod non placet, nisi in dubio facti. Tenebitur tamen clericus ita infamatus à populo, vel laicus de percussione in dubio innocentiam suam purgare, vel absolui ab Episcopo, vt dictum est. Quia dubitans de facto, propter quod excommunicatio, aut irregularitas incurritur, partem tutiorem amplecti debet, & se excommunicatum, & irregularem in dubio existimabit, & à celebratione, & ab hominum communione abstinebit, Sayr. *vbi proximè, cap. 13. num. 23.* & Henriq. *lib. 14. cap. 3. §. 4.* quando dubium est practicum, cùm tunc non sit consilium, sed verè præceptum, vt sequitur Sanchez cum multis de more relatis *lib. 2. de matrim. disput. 41. num 9.* Augustinus Barbosa *in cap. illud 5. num. 7. de clerico excommunicato deposito.*

69. Decimaquinta exceptio continetur in verbo *causæ*. per quam intelligitur causa iusta non adeundi Summum Pontificem, vel eius Legatum à latere. In quo euentu percussores clerici possunt absolui ab Episcopis, cum duplici onere. Primò, vt fiat satisfactio clerico percusso à delinquente. Secundò, vt cessante temporali impedimento absolutus præsentabit se Sedi Apostolicæ, vt illius mandato obediat. Quæ autem sint iustæ causæ, & iustum impedimentum, ob quæ illam, vel illud habentes non teneantur Romam adire, & possint absolui ab Episcopis, arbitrio boni, ac prudentis viri diffiniendum est, & tradit Augustinus Barbosa *in cap. si quis suadente, n. 89. & 90.* Sayr. *d. lib. 3. de censuris, cap. 28. num. 30.*

Porrò satisfactio facienda clericis iniuriam passis necessariò exhibenda est, nec Confessarius siue per Bullam Cruciatæ, siue per priuilegium, licitè absoluit, nisi priùs parti sit exhibita satisfactio, habetur *in cap. ex parte 1. de verb. signif. & in cap. venerabilibus, §. porro, vers. similiter, & in cap. solet, §. in prima igitur dubitatione, de senten. excommun. lib. 6.* glossa *in cap. quamquam, in verb. satisfecerint, de censibus, lib. 6. & in cap. quoniam, in verbo satisfactionem, de immunit. Ecclesiæ, eod. lib.* Hostiens. *in summa, lib. 5. tit. de sentent. excommun. §. & qualiter, vers. secundum etiam requiritur.* S. Anton. *3. p. tit. 24. cap. 77. vers. secundum*, Syluest. *verb. absolutio tertio, num. 3. §. secundum*, Couar. *in cap. Alma mater, p. 1. §. 11. num. 11. vers. verum, de sentent. excommun. lib. 6.* & Vgol. *de censuris, tabul. 1. cap. 19. §. 6. num. 1.*

Non est tamen Ecclesiæ exhibenda satisfactio propter percussionem clerici secularis, nisi fortè percussio in iniuriam Ecclesiæ, & in contumeliam cedat. Vnde quando clerico, & Ecclesiæ fit iniuria, & vtrique actio oritur, non potest Ecclesia remittere actionem in hoc casu competentem clerico, nec clericus actionem conuenientem Ecclesiæ, sed Ecclesiæ suam tantùm, & clericus suam remittere valet, argumento capitis, *cùm desideres. §. final. & cap. contingit, de sentent. excommun* Hostiens. *lib. 5. tit. de sentent. excommun. §. & qualiter, vers. secundum*, & summa Astensis *p. 2. lib. 7 tit. 15. & tit. 2. quast. 10.*

Pro percussione autem Monachi satisfactio pecunaria, si-fortè fiat, facienda est Monasterio, quamuis si fiat læso, censeatur facta Monasterio, quoniam, quod soluitur Monacho, Monasterio acquiritur, *c. cùm ad Monasteriũ, de statu Monachorum*, nec Monachus contra iniuriantem agere potest validè, nec iniuriam remittere, sed Monasterium. Nam Monacho facta iniuria, censetur etiam facta Abbati, vel Monasterio. Nauarr. *comment. 2. de Regular. num. 64.* Farinac. *in praxi criminal. p. 3. quast. 105. num. 2 5. cum sequentib.* & Molina *de iustitia, tom. 4. tract. 3. disp. 2. num. 7.* ex gloss. *in cap. Parochianos, in verb. in monachos*, ibi: *sed nunquam Monachus poterit agere ratione iniuriarum, de sentent. excommun.*

Impensa ergo absolutio sine satisfactione est illicita, & simul inualida, si impendatur virtute Bullæ, aut priuilegij sine satisfactione reali, cùm pars ab absoluente offendatur, nec Papa intendit per Bullam, seu priuilegium nocere parti læsæ, argumento *cap. super eo, de officio delegati, & cap. quamuis, de rescriptis, lib. 6.* ita Caietan. *in summa, in verb. excommunicationis absolutio, vers. & simile est de emenda*, Vgol. *de censuris, tabul. 1. cap. 19. §. 6. num. 6.* & Henriq. *lib. 13. de excommun. cap. 28. à §. 1.* Sotus *in 4. dist. 22. quast. 2. art. 3. conclus. 2.* & Ledesma 2. *quarti quast. 26. art. 1. dubio vltimo.*

Hæc tamen opinio ita absolutè sumpta non est omnino vera. Ex ea ratione, quia si excommunicatus sit impotens soluendo realiter, potest absolui ab Ordinario, vel à delegato, per Bullam, vel priuilegium, præmissa cautione pigneratitia, siue fideiussoria, vel saltem iuratoria, quando iudex, vel pars longè abest, & hoc modo debent intelligi præcitati, dum dicunt esse inualidam absolutionem, nisi fiat satisfactio realis, vel pigneratitia, vel fideiussoria, vel saltem iuratoria. Quando realis fieri non potest: sed adhuc claudicat etiam hæc limitatio, quia absolutio sic impensa ab Ordinario ante satisfactionem non seruata forma valet, si ille habebat ordinariam potestatem absoluendi

soluendi à censura, ita Auila *de censuris, part.2. cap.7. disp.3.dub.5.conclus. 4. fol.* 195. Nauarrus *in manuali, cap. 27. num.* 37. dicentes valere absolutionem quando præcipitur habenti ordinariam potestatem, vt satisfacta parte, vel sub certa forma absoluat, etiamsi formam noo obseruet. Quod etiam constat *ex cap. venerabilibus, §. porrò, de sentent. excommun.* glossa *Clement prima, de iure patronatus,* & sequitur Abbas *in cap. dilectus, 2. de prabend.* quia in hoc habente ordinariam potestatem absoluendi noo extinguitur eius potestas, propter non seruatam formam in rescripto præfixam. Suar. *de censuris, disp. 7. sect. 5. num.* 41. & Henriq. *de excommunicatione, lib. 13. cap. 26. n.3.* Valebit ergo absolutio non seruata forma, impensa, sed erit iniusta.

Quòd si Confessor erat delegatus, & absoluit virtute priuilegij, vel Bullæ Cruciatæ, & facultas absoluendi fuit concessa, sub ea forma satisfacta parte, forma non seruata absolutio est inuita atque irrita. Ratio, quia concedens limitauit potestatem, & aliter eam non concessit, nisi sub ea conditione; ideo absolutio erit nulla non præstita satisfactione, cùm non seruetur forma mandati. Ita glossa singularis *verb. inhibentes, in Clement 1. de iure patronat.* Felin. *c. ex parte, de constit.* Cessatque iurisdictio, & consequenter est nulla absolutio, si non seruetur forma in Bulla, seu priuilegio posita. Idem est dicendum, si in priuilegio dicatur, absoluat præmissa satisfactione, alias absolutio sit irrita, vel nulla, vel aliter non posit absolui; vel absolue eom, si satisfecerit, semper in his, & similibus casibus absolutio est irrita: secus si potestas fiat sine huiusmodi limitationibus, Suar. *cit. num.* 43. *ad fin.*

Non desunt tamen aliqui, qui tenent non esse improbabile absolutionem virtute Bullæ concessam non præstita satisfactione, esse quidem validam, licet iniustam; quia non vitiatur actus ob omisionem formæ a iure communi requisitæ, sed concesio ad absoluendum satisfactione præmissa, est forma requisita de iure communi, ergo si satisfactio omittatur, adhuc absolutio ab excommunicatione a deleg.to impensa virtute Bullæ sustinebitur, ita Manuel Rodriguez parum sibi constans *in summa, tom. 1. in noua editione, cap.* 83. *num* 4. Henriq. *lib.7. de indulgentiis, cap. 13. num 2. & in commento l.it. S.* Non enim ponitur illa absolutio modo insolito, sed eo, qui inest iuri communi, nempe absoluendum satisfacta prius parte, quæ forma esto omittatur, non proinde vitiatur absolutio, Sanchez *de matrim. lib.3. disp. 33. num 3. & 6.* hoc etiam vti probabilissimum probat exemplis. Quare si dicatur in rescripto, vel in Iubilæo, Absolue Petrū, si satisfecerit, vel satisfacta parte, quamuis non satisfaciat, cùm hæc expressio insit iuri, non importat conditionem, sed modum, quo omisso adhuc stabit absolutio: quoniam expresio illius clausulæ satisfacta parte tacitè inest iuri, & quod tacitè inest, nihil prorsus operatur. *l. conditiones, quæ extrinsecus, ff. de conditionibus, & demonstr.* atque ita valet absolutio omissa illa forma, quod est satis probabile.

Denique potest absolui percussor clerici ante satisfactionem, si pars offensa actionem iniuriarum intra annum non intentet, quia censetur anno elapso remissa iniuriarum actio, ex eo quòd non possit à læso intentari actio à die percusionis post annum. Hoc tamen videtur procedere in foro externo, non autem in foro conscientiæ, in quo non censetur remissa iniuria, nec damnum illatum. Ideo non est absoluendus, nisi satisfacta priùs parte. Ita Gregor. Lopez *in lege 22. tit. 9. partita 7. glossa 1.* post Panor. & Butr. *in cap. ea noscitur, de sentent. excommun.* Vel parte dicente se nolle quicquam ab eo, eique iniuriam remittere, & probatur, quia præscriptio actionis illius intra annum aduersùs offensum iure prætorio est introducta, vt habetur *Inst.t. de perpetuis, & temporal. actio. in principio.* Actio tamen ad damna in bonis externis ex iniuria profecta, non finitur anno. cùm non sit actio iniuriarum, sed valde ab ea distet, & durat viginti annis: ita Gomez *3. variar. cap. 6. num.* 10. iuxta legem *querelam, C. ad l. Corneliam de falsis.* Molin. *tract. 3. de iustitia, disputat. 42. num. 9.*

Vltima denique exceptio habetur in verb. *le-* 78.
uis ictus. Qui enim leuiter percutit Clericum, potest absolui ab Episcopo, vt deducitur *ex cap. peruenit, de sentent. excommun.* quod continet ius commune, & non priuilegium, & ita absoluens Episcopus vtitur iure suo, vt notat Astens. *p. 2. lib. 7. tit. 13. art. 4. in principio.* S. Antonin. *3. p. tit. 25 cap. 1. §. quinto notandum, vers vltim.* & Syluest. *verb absolutio quarto num. 3. §. sextusdecimus.* Leuis autem iniuria iudicanda est arbitrio Episcopi, quia ex circunstantiis personarum, locorum, temporum, modi percussionis, & læsionis arbitrari poterit. Dicetur autem leuis percussio, quæ fit à Magistro, Prælato, Patre, Domino in discipulum, Clericum, filium, aut seruum, regulariter erit leuis percussio, quæ fit pugno, palma, manu, pede, digito, baculo, vel lapide, quæ nullam carnium maculam relinquit. Censebitur denique grauis percussio, si quis manum iniiciat in faciem personæ grauis, aut illi impingat alapam, aut percutiat in platea, vel coram populi frequentia. Bonacin. *de censuris, disp. 2. quæst. 4. puncto 5. num. 4.* Augustinus Barbosa *in d. cap. peruenit, a num. 2. ad 4. de sentent. excommun.*

De excommunicationibus Romano Pontifici reseruatis in iure contentis.

§ IV.

EPITOME.

1. *Excommunicatio prima Papa reseruata est excommunicatus à delegato. si per annum integrum in ea perseueret.*
2. *Delegatus lata sententia non potest illam exequi, nisi intra annum.*
3. *Clericus scienter admittens ad diuina Officia. vel ad Sacramenta excommunicatos a Papa, non potest absolui nisi a Papa.*
4. *Excommunicatio hac Papalis, vt incurratur, debet esse clericus, & participare scienter, & spontè, & in diuinis, & participare nominatim excommunicato a Papa.*
5. *Laicus participans non incidit in excommunicationem Papalem.*
6. *Incendiarij quando sunt locorum sacrorum, antè denunciationem possunt absolui ab Episcopo.*
7. *Effractores cum spoliatione Ecclesiarum post denunciationem non absoluuntur nisi a Papa.*
8. *Incendiarij locorum profanorum non sunt ipso iure excommunicati, sed solum locorum sacrorum, & quid de consuetudine.*

9. *Litteras falsas Papa obtinentes, nisi illas destruant, non possunt absolui, nisi à Papa.*
10. *Absoluti propter mortis periculum non recurrentes postea ad Papam, reincidunt.*
11. *Absoluti intra quod tempus se præsentare teneantur.*
12. *Excommunicantur assentientes nominationi, electioni, vel assumptioni ad aliquod officium Romanæ vrbis.*
13. *Inquisitores quando incidant in excommunicationem Papalem.*
14. *Episcopi & alij superiores Episcopo, si mittant procedere contra iustitiam, & conscientiam suam contra hæreticos, suspenduntur.*
15. *Pecunias extorquentes prætextu officij Inquisitionis quomodo punientur.*
16. *Bona Ecclesiæ ob delicta Clericorum fisco applicantes excommunicatione Papali innodantur.*
17. *Inquisitores in quibus casibus non possunt sese mutuo absoluere, & in quibus possint.*
18. *Excommunicantur concedentes potestatem occidendi, capiendi, persequendi aliquos, aut occupandi eorum bona, & qui vtuntur tali potestate; & qui veniant sub nomine* factum.
19. *Religiosi administrantes Sacramenta Extremæ vnctionis, Eucharistiæ, vel matrimonij sine licentia Parochi, excommunicantur, si id faciant scienter, secus si ex ignorantia, vel ex credulitate, & non præsumptiuè.*
20. *Religiosi non seruantes interdictum, vel cessationem à diuinis, quando incurrant excommunicationem Papalem.*
21. *Interdictum quando dicatur generale, quando speciale.*
22. *Domini temporales, qui in terris suis interdictis, cogunt clericos celebrare diuina Officia, excommunicantur, similiter ad id conuocantes, vel prohibentes, ne excommunicati exeant ab Ecclesia.*
23. *Cogentes celebrare Officia in loco non interdicto, vel in terris non suis, non excommunicantur.*
24. *Officij diuini nomine, quid veniat in Clementina* Grauis?
25. *Talleas imponentes clericis, & clerici illas soluentes, excommunicantur, sed in clericos censura sublata est.*
26. *Excommunicationem Papalem per Bullam Cruciatæ possunt absolui contrahentes semel in vita, & iterum in articulo mortis, quòd si reincidat, potest absolui sumpta secunda Bulla durante anno.*
27. *Excommunicatus an possit absolui à censura extra confessionem? aliqui negant, alij probabilius affirmant.*
28. *Habens priuilegium dispensandi cum aliquo in votis, aut in illis commutandis, potest id facere extra confessionem.*
29. *Clausula posita refertur ad omnia suprà in ea contenta, quando eadem ratio militat in omnibus.*
30. *Casibus in quibus possit absolui a censuris, & non à peccatis ostenditur.*

1. PRIMA ergo excommunicatio reseruata Romano Pontifici in iure
contenta post excommunicationem capitis, *si quis suadente 17.*
quæst. 4. habetur *in cap. quærenti, de*
officio delegati, vbi excommunicatus à delegato
Papæ, si per annum integrum in excommunicatione perseueret, non nisi a Papa, potest absolui,
quia delegatus expleta delegatione potest intra annum absoluere excommunicatum à se volentem obedire, non tamen anno elapso. Suar. *tom. 5. de censuris, disp. 7. sect. 2. num. 7.* Bonacin. *eodem tract. disp. 1. quæst. 3. puncto 1. num. 2. vers. addo.*
Iul. Lauor. *de Iubilæo, & indulgent. part. 2. cap. 21. n. 7.* 2.
Item, quia delegatus lata sententia non potest illam exequi, nisi intra annum, Praxis Episcopal. *part. 1. verb. Delegatus §. septimo*, vbi concludit elapso anno Ordinarium debere exequi sententiam à delegato latam, quod intelligitur de delegato ad causam principaliter. Cùm ergo non possit à se excommunicatum delegatus nisi intra annum absoluere, sequitur absoluendum à Summo Pontifice.

Secunda excommunicatio Papalis continetur 3.
in cap. significauit 18. de sentent. excommun. vbi clericus scienter, & spontè recipiens excommunicatos à Romano Pontifice, ad Diuina nempe officia, vel ad Sacramenta, in iis communicando cum eis est excommunicatus excommunicatione reseruata eidem, Couarr. *in cap. Alma, p. 1. §. 3. num. 4. de sentent. excommun.* Soar. *de censuris, tom. 5. disp. 22. sect. 2. num. 22.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 6. quæst. 29. num. 5.* Ægid. *de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 14. num. 33. & num. 136.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnitent. lib. 32. num. 94.* etiamsi Pontifex non declaret extendi ad participantes, Henriq. *in summa, p. 2. lib. 13. de excommunicatione, c. 8.*
§. 2. & Sayr. *de censur. lib. 3. cap. 29. num. 5.* vbi ex 4.
Panorm. *in dicto cap. significauit, num. 3.* & ex Syluestro *verb. excommunicatio 7. num. 12. §. sexta*; & ex Nauarro *in manuali, cap. 27. num. 93.* narrat, requiri quinque ad hoc, vt incurratur ista excommunicatio. Primum est, vt participans sit clericus. Secundum, vt scienter participet. Tertium, vt sponte participet. Quartum, vt in diuinis participet. Quintum, vt cum excommunicatis à Papa. Requiritur etiam, vt iudicialiter, & nominatim excommunicato à Papa participet, & talis excommunicatus à Papa, cuius participatio prohibetur hîc, sit denunciatus, iuxta Extrauagantem, *Ad euitanda scandala*, Martini Quinti. Istæ autem conditiones copulatiuè sumptæ requiruntur, vt quis ligetur excommunicatione habita *in dicto*
cap. significauit; quare laicus participans non in- 5.
cidit in hanc excommunicationem, neque qui participat cum excommunicato à Papa in rebus temporalibus, neque, qui ignoranter, neque, qui iusto metu, & cadente in virum constantem cum excommunicato à Papa communicatet in diuinis, quæ tam in Ecclesia, quàm extrà celebrantur: nec non, qui participat etiam in diuinis excommunicato ab alio, quàm à Papa, liberatur ab hac excommunicatione Papali. Tabien. *verb. excommunicatio 5. casu 8.* & Caiet. *verb. excommunicatio, cap. 58.* vbi loquitur de clerico recipiente ad diuina, non autem de clerico, qui interest, ibi: tanquam aliquis de populo; proinde, vt incurratur hæc excommunicatio, non sufficit qualiscumque participatio in diuinis, sed exigitur participatio receptatiua. Caiet. *suprà.*

Tertia excommunicatio habetur *in cap. tua nos* 6.
19. de sentent. excommun. quæ ligat incendiarios excommunicatos, & publicatos, qui ab alio, quàm à Papa absolui nequeunt. Porrò incendiarij locorum sacrorum ante denunciationem absoluuntur ab Episcopo. Quin etiam effractores Ecclesiarum cum spoliatione sunt excommunicati, *cap. conquesti, de sentent. excommun.* & ante denuntiationem

possunt

possunt absolui ab Episcopo, sed post denunciationem a solo Papa, Syluest. in vtroque casu. In primo *verb. excommunicatio* 7. in 7. excommunicatione, in secundo dubio. In secundo *in verb. excommunicatio 6. in* 8. excommunicatione, Iulius Clarus *in praxi §. final. quæst.* 77. *num.* 20. vbi ex Remigio *de immunit. Ecclesiæ, fol.* 205. *fallent.* 33. addit non sufficere effractionem Ecclesiæ solùm, nec spoliationem solùm, sed vtrunque esse necessarium ad hanc pœnam incurrendam.

8. Illud etiam aduerte, incendiarios, de quibus loquimur, debere esse locorum Ecclesiasticorum, non autem aliorum locorum, quia hi non sunt ipso iure excommunicati, nisi sint incendiarij Ecclesiæ, seu aliorum locorum religiosorum, Farinac. *in praxi. p.* 3. *quæst* 110. *ex num.* 15. *vsque ad num.* 23. Nauarr. *in manuali, cap.* 27. *num.* 100. Salzed. ad Bernard. Dias *cap.* 108. in nouissima editione, dicentes incendiarios sacrorum locorum, vel religiosorum, ipso iure excommunicari, aliorum autem locorum posse excommunicari. De consuetudine autem ipso facto censeri excommunicatos aliorum locorum incendiarios, sentit Azor. 1. *p. lib.* 9. *cap.* 27. *quæs.* 11. Contrà verò Sayr. *d. cap.* 29. *de censuris, num.* 8. *lib.* 3. *vers. mihi tamen magis placet*, opinatur, minus tamen bene, neque *in cap. tua nos*, neque alibi excommunicari de facto incendiarios Ecclesiarum; sed solùm in eo cap. haberi, quòd excommunicatus incendiarius, & denunciatus ab Ordinario non nisi à Papa postea possit absolui, quod extendit etiam ad incendiarios rei profanæ, nisi in articulo mortis; nec Legatus à latere potest absoluere huiusmodi Incendiarios denunciatos, quamuis possit absoluere percussores clericorum, vt habetur *in cap. ad eminentiam, de sentent. excommun.*

9. Quarta excommunicatio habetur *in cap. dura, de crimine falsi*, vbi excommunicati à Diœcesano, eò quòd litteras falsas Papæ habuerint, nisi infra viginti dies, postquam cognouerint se habere litteras illas falsas, illas destruant, aut resignent, non possunt absolui semel excommunicati ab alio, præterquam in mortis articulo, nisi a Papa, Marius Alterius *de censuris, tom.* 1. *de excommunicatione, lib.* 5. *c.* 5. *disp.* 7 *vers. rursus, & in vers. quamobrem*, dicens *in d. cap. dura*, duplicem contineri excommunicationem, alteram latæ sententiæ, quam incurrunt ipso iure, qui litteras Apostolicas accipiunt, nisi de manu Papæ, vel de manu officialium illius, nisi sint personæ insignes; alteram sententiæ ferendæ ab Ordinario contra habentes litteras falsas, si eas intra viginti dies a die scientiæ non lacerauerint, vel resignauerint, quòd si ob id excommunicentur, absolutio est Papæ reseruata, & de hac loquitur text. *in dicto cap. dura*; de priori autem illud aduerte, hodie per desuetudinem non esse in vsu in Curia Papa sciente, & tolerante, vt vult Syluest. *in verb. excommunicatio 6.* in quarta excommunicatione, *in fine*, quem referens sequitur Clarus *d. §. final. quæst.* 77. *num.* 17. neque in ea comprehendebantur quando erat in vsu, nisi illi tantùm, qui apud Sedem Apostolicam commorabantur, vt habetur *in dicto cap. dura, & in vers.* 3. notant Doctores communiter.

10. Quinta excommunicatio habetur *in cap. eos, de sentent. excommun. lib.* 6. vbi absoluti propter mortis periculum, & eo cessante ad Papam tenebantur recurrere, & non recurrerunt, nec obseruarunt, quod in absolutione promiserant Syluest. *verb. excommunicatio* 8. *num.* 5. *vsque ad* 10. Tempus
autem quàm primum in foro exteriori intelligitur sublato impedimento, & aliquo modico tēpore indulto, vt possit sibi de necessariis prouidere, & se Pontifici præsentare. Atque ita relinquitur
arbitrio boni viri tempus intra quod sic absolu- 11.
tus, quàm citò commode potest se præsentare, Nauarr. *d. cap.* 27. *num.* 113. *vers declara primò*, Graff. *lib.* 4. *decis. cap.* 19 *num.* 1. vbi tradit quoad forum interius standum esse conscientiæ absoluti circa tempus intra quod sublato impedimento, recuperataque valetudine debeat se præsentare Sedi Apostolicæ.

Sexta excommunicatio habetur *in cap. fundamenta, de electione, lib.* 6. vbi excommunicatione ligantur omnes cuiuscumque qualitatis, præeminentiæ, & dignitatis, potestatis, vel excellentiæ, quocumque nomine censeantur: & fratres, filij, vel nepotes horum prædictorum, qui assentiunt sine facultate Sedis Apostolicæ nominationi, electioni, vel assumptioni in Senatorem, Capitaneum, Patritium, aut Rectorem, ad Regimen Romanæ vrbis, vel ad hoc per se, vel per alium se intromittunt. Est vniuersalis hæc censura, quoad personas, de qua Caiet. *in verb. excommunicatio, cap.* 53. Excipiuntur tamen continui habitatores, & incolæ ipsius Vrbis, & Romani ex ipsa Vrbe naturaliter oriundi, qui quamuis fratres, filij, vel nepotes sint prædictorum, possunt tamen saltem per annum, vel ad breuius tempus huiusmodi officia administrare, modò non habeant Comitatum extra territorium ipsius Vrbis, aut Baroniam excellentem. Quòd si vltra prædictos eligunt, nominant, vel assumunt ad prædicta officia aliquos, vel consentiunt nominationi, electioni, vel assumptioni de se factæ vltra annum, aut obtemperant sic electis, & assumptis fauent, vel auxiliantur, aliquo modo excommunicantur, & ab alio, quàm a Papa nequeunt absolui. 12.

Septima excommunicatio habetur *in Clementina Multorum*, §. *verum, de hæreticis*, vbi excommunicantur Inquisitores Episcopis inferiores, qui odij, gratiæ, amoris, lucri, aut commodi temporalis prætextu contra iustitiam, & conscientiam suam procedere omiserint, contra quem, aut quam fuerit super prauitate hæretica procedendum; aut eodem obtentu prauitatem ipsam, aut impedimentum officij sui alicui imponendo, eum super hoc præsumpserint, quoquomodo vexare; a qua censura, nisi per Romanum Pontificem nequeant (præterquam in mortis articulo, & tunc satisfactione præmissa,) absolui. Vt autem incurratur hæc excommunicatio, requiritur non solùm, vt illa omissio sit contra iustitiam, sed etiam contra conscientiam, & scientiam ipsius Inquisitoris, & debet tam omissio procedendi, quam vexatio innocentis vestiri prætextu odij, gratiæ, amoris, lucri, aut commodi, vt colligitur aperte ex textu *in d. Clement.* 1. §. *verùm, de hæreticis*, & expresse vult Caiet. *in summa, verb. excommunicatio, cap.* 3. & colligi potest ex S. Antonin. *p* 3. *tit.* 24 *cap.* 7. Pegna 3. *p. Directory, comment.* 73. *vers. hoc seruandum tamen est.* 13.

Non incidunt in hanc Papalem sententiam Episcopi, & alij Prælati superiores, si omittant prædicto obtentu; sed suspenduntur per triennium *d §. verùm.* ita Angel. *in summa, verb. excommunicatio* 5. *casu* 11. Syluest. *verb. excommunicatio* 7. *num.* 29. §. *decima tertia*; Nauarr. *in manuali, cap.* 17. *num.* 100. Eymeric. 3. *part. directory; quæst.* 24. *num.* 2. Inquisitores autem Episcopis inferiores 14.

inferiores excusabuntur ab hac censura, si omittant ex timore, ignorantia, vel ad vitandum scandalum, cùm requiratur omissio, aut factio contra iustitiam, & conscientiam copulatiuè, quasi conscientia dictet non esse omittendum, aut imponendum, esto amor, odium, lucrum, & commodum inducant ad omittendum, vel imponendum.

15. Sunt etiam alij duo casus *in cap. nolentes, Clementin. de hæreticis, §. & tam ipsorum*, vbi sic dicitur contra extorquentes modis illicitis pecunias per hæc verba: *& tam ipsorum, quam Episcoporum, seu Capitulorum Sede vacante super hoc deputatis commissariis quibuscumque, districtius inhibentes, ne prætextu officij Inquisitionis, quibusuis modis illicitis ab aliquibus pecunias extorqueant.* Item in censuram incurrunt si bona Ecclesiæ ob deli-
16. cta clericorum scienter fisco applicent, à qua delinquens non potest absolui præterquam in mortis articulo, & pecunia sic extorta priùs restituta illis, à quibus fuit ablata, nullis priuilegiis, pactis, aut remissionibus super hoc valituris.

17. Ex quibus habes tres casus, in quibus Inquisitores sese mutuò non possint absoluere, non obstantibus litteris Vrbani Quarti, quæ sic habent: *Vt negotium fidei valeatis liberiùs promouere, vobis auctoritate præsentium indulgemus, vt, si vos, & fratres vestri Ordinis, Socios vestros excommunicationis sententiam, & irregularitatem incurrere, aliquibus casibus ex humana fragilitate contingat, vel recolatis etiam incurrisse; quia propter iniunctum vobis officium ad Priores vestros de leui super hoc recurrere non potestis, mutuo vos super his absoluere iuxta formam Ecclesiæ, & vobiscum auctoritate nostra dispensare possitis in casibus in quibus dictis Prioribus, (vt dicitur) est ab Apostolica Sede concessum. Nulli ergo*, &c. Vbi conceditur Inquisitoribus, vt ipsi & socij possint se mutuò absoluere. Nihilominus in supradictis tribus casibus non possunt absolui, nisi per Dominum nostrum Papam, nempe cùm omittunt procedere contra quem super prauitate hæretica est procedendum, vel, cùm imponunt falsò crimen alicui hæreseos, qui casus continetur *in dicta Clement. 1. de hæreticis. §. verùm*, vel quando modis illicitis pecunias extorquent, qui est secundus casus *in dicto cap. nolentes §. & tam ipsorum, de hæreticis, in Clementina*, & tertius, quando bona Ecclesiæ propter delicta clericorum scienter fisco applicant. Qui casus in quatuor diuidit Pegna *dicta 3. p. directorij, comment. 73.* quorum primus, qui censetur quando Inquisitores omiserunt procedere contra quem procedere debuerant: & secundus, qui est cùm imponunt falsò crimen hæresis alicui, vel aliquid simile, continentur *in Clement. 1. de hæret. §. verùm quia*. Etiam si Eymeric. vnum tantùm casum ibi doceat contineri: alij autem duo, ordine tertius, qui est quando illicitis modis pecuniæ extorquẽtur prætextu officij Inquisitionis, & quartus, quando bona Ecclesiarum ob delictum clericorum scienter fisco applicantur, continentur *in dicto cap. nolentes, in dicta Clemẽtina 2. de hæret.* & de his loquitur Campegius apud Zanchinum *cap. 31. in princ.* neque in his casibus Inquisitores possunt se mutuo absoluere.

18. Octaua excommunicatio continetur *in cap. quicumque, de sententia excommunicationis lib. 6.* in qua excommunicantur cõcedentes alicui potestatem occidendi, capiendi, aut persequendi personas aliquorum, aut eorum facultates, aut suorum, eo quòd tulerint sententiam excommunicationis, suspensionis, vel interdicti aduersùs Reges, Principes, & Barones, Nobiles, & Balios, vel quoslibet ministros eorum, aut contra alios quoscumque. Similiter excommunicantur illi, qui vtuntur tali potestate, aut motu proprio faciunt aliquid ex huiusmodi prædictis, qui si per duos menses persistant in ea excommunicatione, ab ea ex tunc nequeunt absolui, nisi per sedem Apostolicam. Hæc autem censura quo ad personas est vniuersalis: actiones autem prohibitæ sunt occidere, capere, aut vexare, in personis, vel bonis suis, aut suorum, aut sententias huiusmodi ferentes. vide Syluestrum *verb. excommunicatio 7. num. 27. §. 12.* sub appellatione suorum intelliguntur omnes qui sunt sub eorum potestate. Item omnes consanguinei, argumento capitis, *cum illi, de elect. in 6.* Hæc autem intelligenda sunt, quando iniuste fit vexatio, sed si fiat iustè, non incurritur censura; non enim grauatur, qui iustè patitur, quamuis ex vindicta, & odio vexetur, Nauarr. *in manuali cap. 27. num. 99.* Caiet. *verb. excommunicatio. cap. 36.* Sebastianus Medices *p. 2. summæ tit. 9. quæst. 78. num. 73.*

Nona excommunicatio habetur *in Clementina Religiosi, de priuilegiis*, vbi Religiosi, qui clericis, aut laicis Sacramenta Extremæ Vnctionis, vel Eucharistiæ ministrare, vel matrimonium solemnizare, non habita super his Parochialis Presbyteri licentia, &c. excommunicationis sentẽtiam ipso facto a sede Apostolica, &c. dũtaxat absoluẽdi incurrunt; requiritur tamen quòd hæc faciant ex præsumptione, vt communiter volunt Doctores, & colligitur ex verbis ipsius canonis, vbi dicitur *præsumpserint*. Requiritur item, vt sit Religiosus Religionis approbatæ, siue sint exempti, siue non exempti. Religiosi autem Religionis non approbatæ, quia non sunt Religiosi, *cap. vnico, de voto lib. 6.* non incurrunt hanc sententiam, cùm in materia pœnali strictè procedendum est. 19.

Ex quo sequitur excusari Religiosos ex ignorantia, vel credulitate existimantes Parochos illud ratum habere, & æquo animo ferre aliquid horum facere, saltem in foro conscientiæ, ita ministrantes non ligabuntur excommunicatione, quia in veritate non præsumunt, neque datur contemptus, Sà *verb. excommunicatio Papæ reseruata, num. 9. fol. 237.* Non etiam procedit hæc censura quando Religiosus ministrat Sacramenta alteri Religioso exempto. Caiet. *verb. excommunicatio, casu 64.* contra Syluest. *in verb. excommunicatio septimo casu 14.* Nauarr. *cap. 27. num. 102.* Graff. *decis. lib. 4. cap. 12. num. 7.* vbi *num. 8.* subdit non incurrere hanc sententiam, qui Sacramẽta administrat Parochiano asserenti se habere licentiam à plebano suo. Ex Soto etiam *in 4. sent. dist. 23 quæst. 2. art. 1. col penult.* ratihabitio plebani præsumitur, quando quis iam vult animam efflare, quia eo tempore non adest plebanus, qui possit vngere infirmum: potest tunc & debet quicumque alius Sacerdos, etiam Religiosus infirmum vngere. Videtur sequi Saa *dicto num 9.* vbi aufert Religioso potestatem ministrandi Eucharistiam, aut Extremam vnctionem extra mortis articulum sine Parochi licentia. Similiter non incurritur hæc censura à Religioso ministrante sacramentum Baptismi, vel Pœnitentiæ, sine licentia Parochi, ex Nauarr. *supra dicto cap. 27. à numer. 100.* Syluest. *verb. excommunicatio 7.*

num.

num.42. dub.14. eo quia hîc non exprimuntur: & quia hæc Sacramenta maioris necessitatis sunt.

Porrò, quamuis ex Cardinali *in dicta Clementina Religiosi, quæst. 11.* incurratur hæc censura à Religioso in articulo mortis Eucharistiam ministrante, etiam quando non adest copia Parochi: oppositum est dicendum, quando alius, non adest, nec copia Parochi datur, Hostiens. *in cap. omnis, de pœnitentiis, & remissionibus*, Angelica *verb. excommunicatio 5. casu 12.* Tabiena *eodem verbo 5. casu 11.* & Sabastianus Medices *parte 2. summa, tit.9.quæst.78. num.164. & seq.*

20. Item incurrunt excommunicationem Papalem omnes Religiosi, etiam mendicantes, non seruantes interdictum, vel cessationem à diuinis, quam seruat Ecclesia Cathedralis, vel Matrix Parochialis oppidi, habetur *in Clementina 1. tit. nostro, de sentent. excommun.* quod hodie fortiùs cogit Concilium Tridentinum *sess.25.cap.12.de Regularibus*, vbi decernitur, quòd Religiosi publicent, & seruent censuras, & interdicta, ne dum à Sede Apostolica manantia, sed etiam ab Ordinariis promulgata mandante Episcopo. Ita Viual. *de interdicto num.162.fol.126.* Graff. *lib.4. cap. 10. num.1.* Auila *de censuris, p.5.disp.5.dub.3. vers. sit tamen secunda conclus. fol. 289.* dummodo interdictum sit generale, non autem speciale, & cessa-

21. tio etiam sit generalis: esto interdictum, vel cessatio sit inualida, & iniusta, adhuc Regulares tenentur seruare, seruante Cathedrali, vel Matrice, vel Parochia oppidi, vbi Religiosi habitant, vt patet ex *dicta Clementina, & glossa ibi*, quia non pertinet ad Regulares iudicare de validitate, vel nullitate interdicti. Viuald. *vbi suprà conclus. 3.* Henriq. *lib.13.cap.46.num.4.* Oportet ergo, vt seruetur saltem ab aliquibus Canonicis, & ab aliquibus portionariis, Nauarr. *d.cap.27. num.146.* Syluest. *verb. interdicto 6.§.3. excommun.9. num.90. & 94.* Idem dicendum, si in aliquo oppido sint aliquæ Parochiæ vltra cathedralem, quæ non interdicitur, sed interdicatur Parochia, vbi viuunt Religiosi, cum toto suo ambitu. Ratio, quia tale interdictum est locale generale, Suarius *de interdicto, disp. 32. sect. 2. à num.4 vsque ad num.7.* vbi tradit interdictum totius Parochiæ esse generale, quatenus comprehendit totum ambitum, seu districtum Parochiæ: nam tale interdictum habet obiectum collectiuum, sequitur Nauarrus *cap.27. num. 166.* Secus quando interdicitur templum duntaxat alicuius Parochiæ, non verò totius ambitus illius. Quin etiam ex gloss. communiter recepta *in dicta Clementina, in verb obseruare, & in verb.obiicere*, tenentur regulares seruare interdictum etiam quando Matrix, siue Cathedralis non seruat, si constet Regularibus illud esse validum. Nauarr. *dicto cap.27.num.146.* & Viualdus *de interdicto, num.162.conclus.6.* non tamen tunc non seruantes incurrunt excommunicationem, quando Matrix Ecclesia non obseruat, sed ligantur pœnis *cap.final. de excess. Prælatorum, in antiquis, & in cap. auctoritate, cap. Episcoporum, de priuilegiis, lib.6.* de quibus Sayro *de censuris lib 3.cap. 33.n.48.* vbi Religiosi sunt suspensi ab officio, & beneficio, & omni iurisdictione, & eis est interdictus ingressus Ecclesiæ, & sunt irregulares, & ineligibiles actiuè, & passiuè.

22. Decima excommunicatio Papæ reseruata continetur *in Clementina, Grauis, de sentent. excommun.* quæ comprehendit dominos temporales, esto sint Prælati iurisdictionem temporalem, vel dominium habentes, qui in terris, vel locis eorum suppositis interdicto, cogunt aliquem quomodolibet diuina Officia celebrare: siue compulsio fiat à persona clericorum, siue eorum consanguineis; similiter conuocantes ad audienda Officia diuina in tali loco, populum voce præconis, aut sonitu campanæ, præsertim, si excommunicatos, vel interdictos vocauerint, vel prohibentes ne excommunicati publicè, aut interdicti eiiciantur ab Ecclesia, quandiu Missarum solennia celebrantur à celebrantibus moniti, vt exeant. Et denique excommunicati publicè, & interdicti qui in ipsis Ecclesiis nominatim à celebrantibus, vt exeant moniti, remanere præsumpserint; quorum omnium absolutio Sedi Apostolicæ reseruatur.

Excusantur ab hac excommunicatione cogentes celebrare Officia diuina in loco non interdicto: similiter si cogant eadem facere non in terris suis, sed in terris alienis, vt colligitur ex illis verbis ibi: *in terris, vel locis eorum*; contrà verò si iubeant subditis non excommunicatis, vel non interdictis in loco interdicto, incidunt in hanc censuram, siue interdictum hominis sit, siue iuris, ex glossa *in dicta Clementina*, & siue compulsio sit realis, vel personalis, siue directa, vel indirecta. Dicitur incurrere prohibens, ne excommunicati publicè, &c. quia excommunicati occultè publicè non vitantur, *cap. 2. 6. quæst.6. & cap. cum non ab homine, de sentent. excommun.* 23.

Quo ad Officia diuina in hac Clementina *Grauis, de sentent. excommun.* secundùm glossam *ibi: verb. Missarum*, & Zabar. & Paul. Dicendum est solùm intelligi Missarum solennia, ita vt in aliis officiis diuinis præter Missas, non habeat locum hæc pœna, quamuis Caietanus, quem refert, ac sequitur Sayro *de censur. lib.3 cap. 19. vers. quo ad officia diuina, ex num. 41.* arbitretur in primo, & secundo casu huius Clementinæ non solùm intelligi Missam, sed etiam alia Officia diuina, & deducitur ex verbis ibi: *Officia diuina*, quæ verba absolutè prolata continent non solùm Missarum solennia, sed etiam alia, quæ ab Ecclesia celebrantur vt horæ Canonicæ. In tertio autem casu, in quo, qui prohibent ne excommunicati publicè, aut interdicti ab Ecclesia eiiciantur, quandiu Missarum solennia peraguntur, à celebrantibus moniti, vt exeant; credit Caietanus solùm intelligi de sacrificio Missæ, & ad hoc sufficere monitionem generalem, vt exeant: quare, qui ita monitos egredi prohibet, ligatur hac censura. vide Sanch. *de matrim. lib.4.disp.4.num.8.* 24.

Vndecima excommunicatio contra imponentes talleas clericis, & in clericos illas soluentes, *cap. clericis, de immunitate Ecclesiæ, lib. 6.* Quo ad clericos soluentes hæc censura sublata est per Clementinam *Quoniam, eodem tit.* Contra autem imponentes huiusmodi onera clericis, & eorum bonis, non solùm est in vsu, sed etiam refertur in Bulla Cœnæ *casu 18.* Similiter incurritur excommunicatio alia reseruata ab habentibus dominium temporale; si prohibeant subditis ne quidpiam vendant Ecclesiasticis, neque eorum frumenta molant, Nauarr. *in manuali, cap. 27. num. 130* Suarez *de censuris tom. 5. disp.23. sect.4. num.14.* sed hæc vltima nulli est reseruata, ex *cap. final. de immunit. Ecclesiæ, lib.6.* Sayro *de censur. lib.3. cap 34. num.16.* 25.

Quæstionis tamen est, an huiusmodi excommunicati possint absolui per Bullam Cruciatæ; vel ab habente priuilegium, & quoties? Responde 26.

per

per Bullam posse quem absolui à reseruatis Papæ etiam in Bulla Cœnæ, semel in vita, & iterum in articulo mortis, Auila *de censur. 2. p. c. 7. disp. 1. dub. 7.* Henriq. *lib. 8. de Eucharistia, c. 60. num. 4.* Quòd si postea reincidat, potest sumere secundam Bullam, vt absolui possit per illam. Henriq. *lib. 6. de pœnit. cap. 16. num. 2.* Nec poterit sumere plures Bullas intra annum, sed duas duntaxat, & illis vti durante anno publicationis, Henriq. *de indulgent. cap. 20. num. 7. fol. 538.* & Auila *vbi proximè fol. 179.* & Manuel Rodrigues *in explicatione Bullæ Cruciatæ, §. 12. num. 2.* vbi tradit Papam concessisse, quòd duabus duntaxat Bullis possint fideles frui durante anno publicationis. Semper tamen excipitur casus hæresis, à quo non potest absolui, nec per Bullam, nec per Iubilæum, nec per priuilegium, nisi de illo fiat expressa mentio, Henriq. *d. lib. 6.* & Auila *suprà*, quidquid innuat tanquam probabile, Sâ *verb. excommunicatio Bullæ Cœnæ, num. 18.*

27. Difficultas tamen est, an possit absolui ab excommunicatione Papali siue per Bullam, siue per Iubilæum, siue per priuilegium extra confessionem sacramentalem? Negat Nauarr. *in summa cap. 26. num. 31. & lib. 1. consiliorum, de senten. excommun. cons. 28 ad 4. quæst.* Corduba *in summa quæst. 19. & 187.* Manuel Rodrigues *in Bulla §. 9. num. 54. dicto 5.* Ratio est, quia in Bulla, & Iubilæo, & priuilegiis dicitur posse pœnitentem eligere Confessarium approbatum ab Ordinario, à quo possit absolui à peccatis, & censuris, audita diligenter confessione. Item, quia per priuilegia non potest absolui pœnitens, nisi in foro conscientiæ.

Nihilominus contraria opinio est multo probabilior, quæ docet posse pœnitentem absolui à censuris extra confessionem sacramentalem. Ita Rodrig. mutata priori sententia postea, *tomo 1. Regularium quæst. 61. art. 7.* Auila *d. p. 2. cap. 7. disp. 3. dub. 13. vers. secunda opinio, fol. 204. ad finem, & 205. in principio*, post Victoriam, Pennam, & alios Magistros Salmanticenses, quos *ibi* refert, ac sequitur, etiam quando dicitur in Bulla quòd audita confessione possit absoluere à peccatis, & censuris, quia nulla datur connexio inter absolutionem à peccatis, & à censuris, & verba illa, *audita confessione*, referuntur ad absolutionem à peccatis, non autem ad absolutionem à censuris. Item ex Nauarr. *dicto cap. 26. num. 32.* mortuus excommunicatus cum signis contritionis absque absolutione sacramentali, potest absolui post mortem à censura ab habente facultatem absoluendi à reseruatis Papæ, non verò ab illo, qui id tantùm poterat in mortis articulo, vnde colligit Reginaldus *lib. 8. tom. 1. de sacramentali absolutione sect. 2. num. 58. fol. 378.* bene posse impendi absolutionem ab excommunicatione extra confessionem homini non confesso sine absolutione à peccatis, & posse vnam absolutionem ab altera diuidi.

28. Confirmatur, quia priuilegium dispensandi cum aliquo in votis, vel in illis committendis non restringitur, vt vota commutentur auditis confessionibus, quia absolutio à peccatis exigit necessariò confessionem sacramentalem: non autem votorum commutatio, cùm distent inter se absoluere à peccatis, & dispensare in votis, & vota commutare. Nec obest, quod dicitur, clausula posita in vna parte dispositionis, siue ponatur in
29. principio, siue in fine, censetur referri ad omnia in ea clausula contenta. *cap. secundò requiris, de appellationibus*, quia id intelligitur quando eadem ratio militat in vno casu, atque in alio diuerso, Menoch. *de præsumptionibus lib. 4. præsumpt. 181. num. 2. & consilio 334. ex num. 8. vsque ad num 17.* quod in nostro casu non reperitur, quam etiam partem docet Sanchez *lib. 8. de Matrim. disp. 15. num. 25. vers. vltima difficultas, & disp. 16. num 11.* Neque Suarius hoc negat omnino *tom. 5. de censuris disp. 7. sect. 5. num. 37. fol. 221. §. quocirca*, posse accidere, dum ait posse impendi absolutio-
nem à censuris per Iubilæum, vel Bullam homini 30.
absque absolutione à peccatis, & manere liberum ab illis, nempe si repentè moriatur pœnitens post absolutionem à censuris, & ante absolutionem à peccatis: aut, quia pœnitens post absolutionem à censuris mutata voluntate dixit Sacerdoti, Volo absolui à peccatis; aut Sacerdos noluit, vel non potuit formam perficere. In quibus casibus credit Suarius absolutionem excõmunicationis esse validam, & peccata illa non manere reseruata, & posse absolui à quocumque Cõfessario habente iurisdictionem absoluendi. Nam quamuis illa absolutio impendatur in ordine ad absolutionem à peccatis: non tamen impenditur sub conditione, sed absolutè, & simpliciter, & statim obtinuit suum effectum, Suarius *suprà*. Quare in praxi tutò admitti potest hæc doctrina, cùm nulla detur connexio inter absolutionem à censuris, & inter absolutionem à peccatis, absolutio ab illis extra confessionem impendi potest, quod tradit etiam Ledesma 2. 4. *quæst. 29. art. 9.* & Armilla *verb. excommunicatio num. 20.* quos etiam referens sequitur Rodrigues *tom. 1. regular. quæst. 61. art. 7. ad finem*, & Sanch. *vbi proximè*.

De censuris Summo Pontifici reseruatis, quæ cõtinentur in Extrauagantibus, & in aliis constitutionibus iuri non insertis.

§. V.

EPITOME.

1. *Exenterantes corpora demortua, vel membratim concidentes, aut in aquis coquentes, sunt excommunicati, & quomodo id intelligatur.*
2. *Religiosi mendicantes sine licentia Papæ transeuntes ad non mendicantes, & tales recipientes, excommunicantur.*
3. *Absoluentes ab aliquo ex quinque votis reseruatis summo Pontifici excommunicantur.*
4. *Simoniam committentes, & mediatores in ordine, vel beneficio, à solo Papa possunt absolui, & est vniuersalis censura, quo ad personas, & quid veniat nomine beneficij.*
5. *Simoniaci mentales & conuentionales non excommunicantur, sed reales ex vtraque parte.*
6. *Confidentiarij non possunt absolui nisi à Papa in mortis articulo, & à quibus possit peti absolutio.*
7. *Mediatores simoniæ quare excommunicantur hac excommunicatione, & quid requiratur vt dicantur mediatores.*
8. *Simoniacus in ordine est etiam suspensus, etiamsi occultus sit, & perpetuò deponendus.*

Reci

9. 10. *Recipiẽtes ad Religionem simoniacè, & recepti sunt excommunicati, & debent detrudi in locum arctioris regulæ, & quomodo liceat aliquid recipere?*

11. *Professio tamen facta à Simoniaco valet.*

12. 13. 14. 15. 16. 17. *Excommunicantur dantes, promittentes, & facientes aliquid pro gratia, vel iustitia obtinenda in Curia Romana, & quomodo intelligitur Extrauagans id prohibens.*

18. *Excommunicantur omnes, qui Montium pietatis, aliorumve locorum piorum iurisdictionem, & bona in proprios vsus conuertunt, & occupant.*

19. *Excommunicantur ministri Cameræ Apostolicæ rationem administrationis non reddentes integrè.*

20. *Excommunicantur, quicumque occultant, & retinent libros, & scripturas Cameræ Apostolicæ.*

21. 22. 23. 24. 25. *Excommunicantur ingredientes prætextu facultatis Monasteria Monialium, & quid intelligatur nomine Monasterij, & clausuræ?*

26. *Excommunicantur ingredientes Monasteria Monialium, & fœminæ Monasteria virorum siue ingrediantur prætextu facultatum, siue non.*

27. *Fœminæ ingredientes Monasteria virorum, seu Monialium, an possint absolui ab Episcopo? negatiua est verior.*

28. *Ingredientes per duos pedes, vel exeuntes à clausura, incidunt in excommunicationem, & quando dicatur paruitas materiæ?*

29. *Ingrediens in prædia Monasteriorum separata, non est excommunicatus, secus de hortis contiguis, & septis.*

30. *Ingredi in Sacristiam Religiosorum fœminis an liceat?*

31. *Excommunicantur impugnantes institutum Societatis, & qui recipiunt Religiosum Societatis, & Religiosi ingredientes aliam religionem à Carthusiana.*

32. *Religiosi sancti Francisci appellantes ad Tribunalia secularia, vel procurantes pro se, vel pro alio subornando in electione maiorum superiorum excommunicantur.*

33. *Religiosi sancti Dominici procurantes fauorem ad consequendum officium generalis excommunicantur.*

34. *Carmelitæ recurrentes ad Tribunalia secularia, & fratres Augustini excommunicantur.*

35. *Regulares ex Philippinis, vel ex Indiis occidentalibus transeuntes ad Iaponicas, & finitimas insulas, & Prouincias, excommunicantur.*

36. *Excommunicantur, qui se pro aliis examinant ad consequenda beneficia, & qui se fingunt Cardinalium nepotes, familiares, & commensales, vt gratis litteras expediant.*

37. 38. 39. *Excommunicantur tractantes Pontifice viuente de futuro eligendo, & reuelantes aliquid de actis in Consistorio, si adest præceptum de non reuelando, & qui litteras, Nuntium, aut signum mittunt ad Cardinales, qui sunt in conclaui, vel recipiunt.*

40. *Excommunicantur auocantes causas beneficiales ad laica Tribunalia, & lædentes libertatem Ecclesiasticam.*

41. *Excommunicantur Christiani, qui Christianos in terris Turcarum vti mancipia capiunt, aut eius bona diripiunt.*

42. *Confessionis sacramentum posse fieri inter absentes affirmantes excommunicantur.*

43. *Religiosi solicitantes in confessione non aliis, quàm Inquisitoribus, sunt denunciandi.*

44. *Excommunicantur extrahentes delinquentes de locis sacris, & qui non gaudeant immunitate Ecclesiæ, & quomodo sint extrahendi.*

45. *Duellantes fauentes, campum dantes, & c. excommunicantur, neque eximuntur Principes, siue publicè, siue priuatim fiat duellum.*

46. *Prædicare miracula falsa, & prophetias falsas audientes, & detrahentes in Concionibus de Prælatis scandalosè sunt excommunicati.*

PRIMA excommunicatio ex contentis in Extrauagantibus iuri insertis continetur in Extrauaganti quadam Bonifacij Octaui sub rubrica, *de sepulturis*, incipit, *Detestãdæ*, in qua excommunicãtur omnes, etiam Pontifices, exenterantes mortuos ad eos conseruandos, aut eos in frusta, seu membratim concidentes, aut in aquis coquentes, vt ossa carnibus denudata deferant, & sepeliant in alio loco, & qui hæc fieri iubent; & absolutio à Papa reseruatur, de qua Caiet. *verb. excommunicatio c.* 70. Est ergo materia huius canonis secundùm illum crudelis immanitas in cadauera humana; requiritur tamen, vt hæc excõmunicatio incurratur, vt exerceatur hæc crudelitas in corpore defuncto; vnde non incurritur si fiat corpori viuo. Item requiritur, vt fiat defuncto in terra fidelium: secus si fiat in terris infidelium, vbi non est locus sacer ad sepeliendum, & ideo fit, vt ossa in terras fidelium deportentur: sicut non incurritur ab eo, qui hoc facit, ne cadauer fœteat, aut vt anatomiam Medici faciant, Nauarr. *c.* 27. *n.* 105. *& cons.* 54. *de sent. excomm.* Vnde qui hisce temporibus corpora exenterant, & excerebrãt, vt possint à populo sine odore diu venerari, non faciunt cõtra hunc canonem, neque exenterant, vt transferant de loco ad locum, sed ne fœteãt: pœnæ autem extra proprios casus non sunt extendendæ, Sanch. *in præcepta Decalogi lib.* 2. *c.* 28. *n.* 5. ex vulgari regula, Odia sunt restringenda, & lex non pœnalis pendet à ratione, & leges pœnales non omnino pendent à ratione, sed à voluntate legislatoris, Sayro *de censuris lib.* 3. *c.* 30 *n.* 1. cum aliis ibi relatis, & Augustinus Barbosa *de officio, & potest. Episcopi, allegatione* 50. *n.* 103. 1.

Secunda excommunicatio habetur in Extrauagante Martini Quinti, sub rubrica *de Regularibus*, incipit, *Viam ambitiosæ*, vbi excommunicantur omnes Religiosi mendicantes, qui sine licentia Papæ transeunt ad Ordinem non mendicantium, excepta Religione Carthusiana: nec non & tales recipientes, Suarez *tom.* 5. *de censuris disp.* 22. *sect.* 5. *n.* 16. Aldrete *de religiosa disciplina tuenda, lib.* 2. *c.* 18. *à n.* 11. & Azor *p.* 1 *lib.* 12. *c.* 14. *q.* 12. *vers. iuxta Extrau. & q.* 16. & ex antiquioribus, Antonin. 3. *p. tit.* 24. *c.* 71. Syluest. *verb. excommunicatio.* 7. *n.* 82. Caiet. 2. 2. *q.* 12. *art.* 1. Nauarr. *cap.* 27. *n.* 106. Hæc tamen censura solùm ligat Mendicantes transeuntes ad Religiones non Mendicantes, ita, vt recipientes, & recepti sint excommunicati (exceptis Carthusiensibus) sine speciali licentia Papæ, nec satis est licentia generalis ipsius, vt apparet ex eadem Extrauagante, & volunt D. Antonin. 3. *p. tit.* 25. *c.* 71. Angelus *verb. excommun.* 5 *casu* 52. Syluester *eodem verbo* 7. *n.* 82. Caiet. *eodem verbo c.* 74. & Nauarr. *in summa. c.* 27. *n.* 106. §. *vigesima secunda.* Memoriale clericorum *c.* 3. *excomm.* 5. & Sayr. *de censuris lib.* 3. *c.* 30. *n.* 8. & Sebastianus Medices *p.* 2. *summæ. tit.* 9. *q.* 78. *n.* 114. 2.

Tertia excommunicatio continetur in Extrauagant. Sixti Quarti sub rubrica; *de pœnitentiis, & remissionibus*, quæ incipit, *Et si Dominici*, vbi 3.

excommunicantur cum reseruatione, qui ex priuilegio Papæ Sixti Quarti absoluunt ab aliquo istorum quinque votorum, videlicet peregrinationis in Hierusalem, & Romam, & Compostellam, Religionis, & Castitatis, nisi in dictis confessionalibus fiat mentio illorum de certa scientia, cum derogatione illios Extrauagantis. Nauarrus tamen *in d. cap. 27. n.* 105. §. *decimaoctaua*, tradit hanc Extrauagantem hisce temporibus non habere vim, cùm ea confessionalia non sint in vsu. Inde tameo habetur, quòd dispensatio quinque votorum, quæ in ea continentur, reseruatur Papæ, sequitur Memoriale clericorum *c. 5. excommunicatio secunda*, Sayr. *d. c.* 30. *n.* 14.

4. Quarta excommunicatio habetur *in Extrauagante Pauli secundi*, incipit, *Cùm detestabile, de simonia*, vbi excommunicantur omnes, quacunque dignitate præditi, etiamsi Cardinalatus, Patriarchali, Episcopali, Regali, vel alia quauis ecclesiastica, seu mundana dignitate præfulgeant, qui quomodolibet dando, vel recipiendo, simoniam commiserint, aut qui fuerint mediatores, vt ipsa fiat in ordine, vel beneficio, & à solo Papa possuut absolui.

Hæc censura est vniuersalis quoad personas; quoad actionea, continet duas, nempe dare, & recipere, & committitur in ordine, vel in beneficio. Nomine autem *beneficij*, continentur electiones, postulationes, confirmationes, & quæuis prouisiones Ecclesiarum, Monasteriorum, Dignitatum, Personatuum & officiorum. Item Prælaturæ inter Regulares, & similia officia pastoralia in quibus tam dantes, quàm recipientes, & qui sint mediatores, ligantur excommunicatione Papali.

5. Excusantur ab hac censura simoniaci mentales, & conuentionales, & ligantur simoniaci reales, quando conuentio ex vtraque parte completur. Et quamuis sunt, qui putent conuentionem ex vna tantùm parte exequutam transire in realem, si complementum fiat ex parte illius, qui spiritualia promisit; contrarium est tenendum in iudicando, & coosulendo, vt nunquam fiat realis simonia, nisi ab vtraque parte compleatur conuentio, & promissio, & sufficiet, si ex vna parte compleatur in totum, & ex altera saltem in parte, quia hæc est realia. *cap. Presbyter, c. quisquis, c. Sanctorum*, 1. *q.* 1. Nauarr. *in summa c.* 23. *n.* 103. *& cons.* 40. *n.* 1. *de simonia*, quem referens sequitur Flamin. *de confidentiis q.* 1. *ex n.* 142. *vsque ad n.* 147.

6. Confidentiarij item sunt excommunicati. Nauarr. *in manuali cap.* 23. *num.* 111. *vers.* 11. & expressè probatur ex constitotione Pij Quinti, incipit, *Intolerabilis, in §. sed ne quisquam*, ibi: *Et in iuris subsidium excommunicationis sententia immodamus, à qua nullus nisi in mortis articulo constitutus ab alio, quam à Romano Pontifice absolutionis beneficium valeat obtinere*; & facit, quod scribitur *in cap pastoralis, c. præterea, de officio delegati*. Proinde debet peti absolutio, vel à Dataria in foro interiori, & exteriori, vel à Pœnitentiaria in foro interiori duntaxat, vel virtute Bullæ Cruciatæ, vel Iubilei plenissimi. Quo ad primum, Nauarr. *cons.* 21 *n.* 7. *&* 23. *de simonia, & cons.* 69. *num.* 4 *eodem tit.* Quo ad secundum idem Nauarr. *cons.* 18. *de simonia*, quem sequitur Flamin. *de confidentiis q.* 59. *à n.* 1.

7. Quoad Mediatores simoniæ, vel confidentiæ dicendum est illos incidere in excommunicationem. Ratio, quia mediatores criminum dicuutur ipsum delictum committere. *cap. mediatores*, & *ibi* Geminianus, & Franch. *de testibus, lib.* 6. Item quia agentes, & consentientes pari pœna puniuntur. *cap. notum.* 2. *quæst.* 1. *cap. facientes, distinct.* 86. *c.* 1. *de officio delegati*. Ea ergo ratione, qua mediatores simoniæ inciduut in excommunicationem, eadem etiam mediatores confidentiæ debent ligari huiusmodi excommunicatione, arg. *l. illud. ff. ad legem Aquil. l. a Titio. ff. de verb. oblig.* Et aduerte ad hoc, vt quia censeatur mediator simoniæ, seu confidentiæ, non est opus, vt ipse ob eam aliquid recipiat, sed sufficit, quòd fuerit mediator, vt expressè patet ex secunda Extrauagante *de simonia*, & vult Nauarrus in specie *cons.* 59. *vers. respondetur* 1. *tit. de simonia*. Ex quibus concluditur mediatorem simoniæ committere simoniam, & mediatorem confidentiæ committere confidentiam, vt probat Maiol. *de irregul. lib.* 5. *c.* 45. *vers. supradictis omnibus*, & Masc. *de probat.* 1306. *conclus. n.* 32. & ex consequenti incidere in excommunicationem.

Vltra hanc pœoam simoniacus in Ordinis sus- 8.
ceptione suspenditur ad Ordinis exequutiones, *cap. inquisitionis, de accusationib. cap. qui studet.* 1. *quæst.* 1. & deponitur perpetuò ab officio, & beneficio. *cap. cum super, de confessis, cap. de hoc, de simonia*. Estque ipso iure suspensus, etiamsi occultus sit. *Extrauag.* 2. *de simonia, cap. sancta, eodem tit.* Syluest. *verb. suspensio, num.* 7. Couarr. *in Clement. si furiosus* 1. *p.* §. 1. *num.* 7. Atque ita non solùm est excommunicatus ipso iure, ita *Extrauag.* 2. Suar. *tom.* 5. *disp.* 22. *sect.* 5. *num.* 22. *& lib.* 4. *cap.* 55. *num.* 5. *de Religione*; sed est suspensus, & perpetuò deponendus, idem Suar. *d. lib.* 4. *cap.* 55. *&* 56. Iulius Clarus *in praxi, lib.* 5. §. *simonia*, & Menoch. *casu* 401. & constat ex constitut. Pij Quinti, *Cùm primum*, per hæc verba: *Quicunque igitur detestabile crimen simoniacæ prauitatis commisisse conuictus fuerit in consequendis Ordinibus, eo ipso sit ab illorum exequutione per decennium sine spe dispensationis suspensus, & per annum carceribus mancipetur.*

Quinta excommunicatio continetur *in Extra-* 9.
uag. 2. *inter communes*, vbi excommunicantur recipientes aliquem in Religionem simoniacè, & recepti; & vtrique debent à Monasterio expelli sine spe restitutionis, & detrudi in locum arctioris regulæ ad agendum pœnitentiam, *c. quoniam, cap. de Regularibus, de simonia*. Hoc tamen non habet locum quando Monasterium ita est tenue, & pauper, vt non habeat reditus sufficientes ad Religiosos alendos: in quo euentu potest Monasterium pacisci cum eo, qui vult ingredi, vt aliquid secum deferat, vel donet, vnde sustentetur, Azor *instit. moral p.* 3. *lib.* 12. *cap.* 16. *à principio*. Suar. *de Religione, tom.* 1. *lib.* 4 *de simonia, cap.* 17. *num.* 14. & Menoch. *cons.* 93. *n.* 4. Non enim censetur ingredi per simoniam, quæ consistit in accipiendo, vel exigendo aliqoid quasi pretium pro iogressu monasterij, quod est illicitum; non autem, quando Mooasterium est tenue, & gratis quidem exhibet ingressum Monasterij: accipit tamen aliquid pro victu, & vestitu illios, qui recipitur in Monasterium, quando illud eget. D. Thom. 2. 2. *quæst.* 100. *art.* 3. *ad* 4. *& in* 4. *dist.* 25. *quæst.* 3. *quæstiunc.* 2. *ad* 7. & Azor. *suprà d. lib.* 12. *c.* 16. *quæst.* 1. Antonin. 2. *p. tit.* 1. *cap.* 5. §. 18. Sot. *lib.* 6. *de iustitia, quæst.* 6. *art.* 2. Sayr. *de censuris, lib.* 3. *cap.* 30. *n.* 4.

Esse autem excommunicatos recipientes, & 10.
receptos simoniacè in Religionem, constat manifestè ex 1. *Extrauag. de simonia*, quæ incipit, *Sanè*, seu, *Ne in vinea, Vrbani Quinti*, & non nisi a Papa absolui posse, tradút Nauar. *in c.* 27. *n.* 106. Toletus

in

in instruct. lib. 1. cap. 36. vers. Octauo, Syluest. *tit. de simonia, n.15.* asserentes etiam, vt hæc excommunicatio non extenderetur ad Moniales statuisse Vrbanum Quintum, quæ consuescunt dotes recipere vigore consuetudinis, præsertim, cùm Moniales sint pauperes: proinde siue Monasterium egeat, siue non, non incurritur excommunicatio, si quid recipitur bono animo, & sine præsumptione ex consuetudine ad sui sustentationem, vt cum aliis probat Caietanus *verb. excommunicatio, c.73.* Antonin. *3.p.tit.25.cap.67.* Viuald. *tit. de suspensione, num.45.* & alij, quos referens sequitur Sayr. *de censur. lib.3.cap.30.num.3 & 4.* Aldret. *lib.2.cap.16. §.5.num.46. de relig. discipl. tuenda.*

11. Ex dictis sequitur professionem in Religione factam per simoniam esse validam, cùm tantummodo in pœnam prohibeatur huiusmodi Religiosum permanere in Monasterio, in quo sic fecit professionem. Quin etiam si propter nimiam multitudinem simoniacè professi alibi nequiuerint commodè in aliis Monasteriis esse, retineri possunt in Monasteriis vbi professi sunt, ita tamen, vt inferiora loca illis tribuantur, & prioribus locis cedant, ita D. Thomas *in 2. 2. quæst. 100. art.6. & 5.* Azor. *instit. moral. p.3. lib.12. cap.19. propè finem, vers. si vero*, vbi vult, si recepti Religiosi ignorabant inesse simoniam in ea receptione postquam renunciauerint, posse de nouo recipi locis prioribus mutatis, sequitur Augustinus Barbosa *cap. de Regularibus, num. 4. & 5. & cap. quoniam, num. 2. de simonia.*

12. Sexta excommunicatio continetur in Extrauagante Bonifacij Octaui, sub rubrica *de sentent. excommun.* quæ incipit, *Excommunicamus.* In qua excommunicat omnes facientes promissionem, vel pactum temporalium pro aliqua gratia, vel iustitia obtinenda in Curia Romana; & contra dantes, & recipientes aliquid paruum, aut magnum ex pacto, aut promissione occulta, vel manifesta facta etiam sub generalibus verbis, & Papæ reseruatur absolutio. Est *in Bull. 1. in ordine, pag.139. tom.1.* quam renouauit Gregorius XIII. etiam maioribus pœnis anno Domini 1574. die 8. Nouembris, *in sua constit. 18.* incipit, *Ab ipso Pontificatus nostri principio*, & eandem exposuit Nauarr. *in tract. de datis, & promissis*, vbi refert fuisse reuocatam per Clementem Quintum ex aliorum testimonio: nunc autem auctam non solùm à dicto Gregorio XIII. sed etiam à Clemente Octauo anno eius primo 1592. in constitutione *de bono regimine, ante finem*, & quoad substantiam commentatus est Virgil. Boccac. *in tract. de pactis, p. 1. à principio.*

13. Est ergo eius absolutio reseruata Summo Pontifici, vel alij ad id speciale mandatum habenti, præterquam in articulo mortis, text. *in dict. Extrauag. in §. decernimus.* Virg. Boccac. *vbi suprà, part. 1. n.1. in 1. notabili, & num. 58. & 59.* vbi describit formam specialis mandati per Papam faciendi ad effectum impendendi absolutionem in hoc casu.

Nec absolui potest delinquens in hoc crimine, nisi priùs quantum dedit, vel recepit, integrè pauperibus distribuat, prout continetur *in d. Extrauag. 1. §. decernimus, in fine.* & *ibi* Ioan. Monach. *in verb. Largiatur*, vbi declarat causam propter quam recipiens tenetur reddere, & dans nequit repetere, Nauarr. *in d. constitut. in 23. notabili*, declarat excusare inpotentiam restituendi. Quin etiam Ioan. Monach. *ibi, in verb. recepit*, motus adiicit, qui non habet in bonis, vt possit pauperibus largiri, quod dedit, vel recepit, pro gratia, vel iustitia obtinenda apud Sedem Apostolicam, debere luere in corpus, nec aliàs absoluatur. Nihilominus cum Nauarro *in dicto notabili 23. num. 38. versic. Tertiò, quod huic est consequens*, dicito, quòd isto casu impotentia restituendi excusat.

14. Nec ab hac excommonicatione eximontur Cardinales ita dantes, & recipientes pro gratia, seu iustitia obtinenda apud Sedem Apostolicam secundùm Ioannem Monachum *ibi, in verb. clericos, vers. & hoc argumento.* Ducitur ea ratione, quia quando quod fit, malum in se est, quanto maior est committens illud, tanto grauius peccat. *cap. homo, dist. 40.* Abbas *in cap. cum quidam, de iureiurando, & ibi* Felin. vbi ponunt conclusionem, quòd dignitas personæ regulariter auget delictũ. At verò Virg. Boccac. *in tract. de pactis, p.1. n.13.* meritò ait se vix credere posse, quòd veniat in mentem Eminentissimorum Cardinalium cogitatio aliqua paciscendi, promittendi, dandi, aut recipiendi pro obtinenda gratia, vel iustitia apud Sedem Apostolicam: attamen propter generalitatem verborum *in d. Extrauag. 1. de sentent. excommun.* positorum, opinatur quidem Ioan. Monach. *ibi in verb. clericos*, contineri Episcopos, si contra illam delinquant. vide Nauarrum *in const. Gregory XIII. num.11.* & Boccac. *suprà n.12. & 13.*

15. Quæstionis esse potest, an hi dantes, vel recipientes priuentur beneficiis? Responde vigore constitutionis Gregorij XIII. omnium beneficiorum priuationem imponi; constat ex illa *in vers. quin etiam eos omni beneficio, & officio Ecclesiastico, &c.* & *ibi* Nauarr. *notabil. 31. n.44.* Boccac. *suprà de pactis, par.2. n.36.* vbi declarat, quæ in proposito dicantur beneficia Ecclesiastica, quorum priuatio incurritur ipso iure, prout pariter cauetur *in d. constit. Gregoriana, in fine*, ibi: *ipso iure priuamus, ac priuatos esse declaramus*, quod extenditur ad officia etiam secularia, & temporalia, prout expressè habetur *in eadem constitutione, in fine, vers. Quin etiam, & ibi* Nauarr. *notabil. 31. num. 40.* Requiritur tamen sententia declaratoria, Virgil. Boccac. *de pactis, p.2. num.43.* Sanchez *in præcepta Decalogi, lib.2. cap. 26. num. 7.* Menoch. *de arbitrar. casu 416. n.61.* Azor *tom. 1. lib.8. instit. moral. c.13. quæst.8.* Henriquez *lib.13. de excommun. cap.56. n.2. & lib.14. de irregul. cap.4. num.6.* quæ sententia est communior, traditque priuatos ipso iure beneficiis non teneri ea dimittere, vsque ad sententiam criminis declaratoriam. Quod etiam intelligitur *in eadem constitutione Gregoriana de officiis secularibus, & temporalibus, in vers. quin etiam, & ibi* Nauarr. *notabil. 31. num. 40. & 44.* vbi concludit in foro conscientiæ non priuari beneficiis, nec officiis.

Item ligantur eadem excommunicatione ij, qui scienter vtuntur gratia, seu iustitia obtenta propter aliquod datum, vel receptum, vt statuitur *in dicta Extrauag. 1. §. final. de sentent. excommun.* & *ibi* Ioann. Monach. *in verb. vtentes*, vbi pro hac parte alia similia iura concordantia adducit, Nauarr. *in dicta Gregoriana de datis, & promissis notabil. 25. n.38. in fine*, Virg. Boccac. *in tract. de pactis, p.1. n.1. in 1. notabil. & num.72. & 73.*

16. Item ionodātur hac excommunicatione ex receptione, seu datione pecuniæ pro obtinēda gratia apud Sedem Apostolicā mediatores, vt colligitur *ex d. Extrauag.* ibi, *pro se, aut pro alio*, Nauarr. *de dat. & promiss. in 10. notabil. num. 30. vers. tertiò dico,*

& ex verſ. ex quo infertur, Virg. Boccac. *p.* 1. *n.* 40. *& 41. n.* 79. *& par* 3. *n* 94. *in fine*. Similiter, qui auxilium, conſilium, vel fauorem præſtant in datione, ſeu receptione pecuniæ, vt expreſsè cauetur *in dicta Gregoriana*, ibi, *Deméque illis, & aliis ſupradictis auxilium, conſilium, vel fauorem*, Nauarr. *ibidem in* 7. *notabil num.* 12. vbi ampliat excommunicationem ad mandantes, perſuadeotes, ratificantes, & inſtruentes. Quinimo recipientes pecuniam pro obtinenda gratia, & re vera nihil procurant, & nihil operantur, etiamſi multa ſe facere iactent, & confingant, Nauar. *ſub n.* 49. *in verſ. non autem poſſunt*, Virg. Boccac. *in tract. de pactis, part.* 2. *n.* 10. *& n.* 21. *& n.* 35. Nomine autem *pecunia* intelligitur quæuis alia res, vel vtilitas, prout expreſsè cauetur *in d. Extrauag.* 1. *de ſent excomm.* ibi, *de quacunque re, aut vtilitate*. Nauar. *in d. Gregoriana, de datis, & promiſſ. in* 12. *notabil num.* 28. vbi vult conſtitutionem illam habere locum ne dum in promiſſione dādi, ſed etiam in promiſſione faciendi, niſi fortè promittat pro recepto beneficio depreceari Deum, & ſimilia, Virg. Boccac. *vbi ſupra p.* 1. *num.* 33. *&* 34.

17. Eodem modo incidunt in excommunicationem propter dationem, ſeu receptionem pecuniæ etiam ſi gratia, ſeu iuſtitia, non impetretur pro qua data, promiſſa, ſeu recepta fuit pecunia: vnde conſtitutio Gregoriana videtur punire affectum ſine effectu ſequuto, ſi pondeteiur illud verbum, *audentes*, in ipſa conſtitutione poſitum, quod defendit Nauarr. *in dicta conſtit. Gregorij XIII. in* 8. *notabil. num.* 13. *verſ.* 3. *quod ad incurrendas*, & fauet Virg. Boccac. *in tract. de pactis, part.* 3. *num.* 31.

Vide tamen ſupradictam Bullam Clementis Octaui *de bono regimine*, editam anno 1592. die 15. Auguſti, *prope finem Bulla*, vbi conſtitutiones Bonifacij Octaui, & Gregor XIII. pro gratia, aut iuſtitia obtinenda extendit non ſolùm à Sede Apoſtolica, ſed etiam à quocumque tribunali, aut iudicio etiam ſeculari, & tam in Curia Romana, quàm extra in quacumque Prouincia, aut oppido, aut loco ſtatus Eccleſiaſtici. Farinac. *in praxi quæſt.* 111. *num.* 343. *in* 3 *part.*

Quando autem dicatur iuſtitia, ſeu gratia obtineri apud ſedem Apoſtolicam, declarat Virg. Boccac. *in tract. de pactis, part.* 1. *num.* 48. dicens prædictas conſtitutiones verificari in omnibus cauſis delegatis à Papa, & in omnibus iudicibus Romanæ Curiæ, & in Auditoribus Rotæ, & in Auditore Cameræ, & in aliis ordinariis Vrbis, vel in clericis Cameræ, ſiue cauſæ ſint ſpirituales, ſiue profanæ, ſiue criminales, ſiue mixtæ. Nam quamuis huiuſmodi conſtitutiones cenſeantur pœnales, quia tamen intercludunt aditum peccatis committendis, iudicandæ ſunt fauorabiles, c. 1. & *ibi* Dominicus, & Præpoſitus *diſtinct.* 4. Illa igitur gratia, ſeu iuſtitia dicitur obtenta apud Sedem Apoſtolicam, quæ obtinetur apud Gubernatorem Vrbis, vel Burgi apud iudices Capitolij, vel eorum delegatos, vel ad Pœnitentiarium, Vicarium, Auditores Rotæ, contradictarum, Auditorem Cameræ, aut alios quoſcumque Miniſtros Papæ, aut Sedis Apoſtolicæ, Nauarr. *in d. conſtit. Gregoriana de datis, & promiſſis, notabil.* 18. *num.* 29.

18. Septima excommunicatio continetur in Concil. Trid. *ſeſſ.* 22. *de reformatione, cap.* 11. vbi excommunicantur omnes clerici, vel laici, quacunque dignitate etiam Imperiali, aut Regali præfulgeāt, qui alicuius Eccleſiæ, ſeu cuiuſuis ſecularis, vel regularis beneficij Montium pietatis, aliorúmque piorum locorum iuriſdictiones, bona, cenſus, ac iura etiam feudalia, & emphyteutica, fructus, emolumenta, ſeu quaſcumque obuentiones, quæ in miniſtrorum, & pauperum neceſſitatem conuerti debent, per ſe, vel alios, vi, vel timore incuſſo, ſeu etiam per ſuppoſitas perſonas clericorum, aut laicorum, ſeu quacunque arte, aut quocumque quæſito colore in proprios vſus conuertere, illóſque vſurpare præſumpſerint, ſeu impedire, ne ab iis, ad quos iure pertinent, percipiantur. Nec priuſquam iuriſdictiones, bona, res, iura, fructus, & redditus, quos occupauerint, vel qui ad eos quomodocumque etiam ex donatione ſuppoſitæ perſonæ peruenerint, Eccleſiæ, eiúſque adminiſtratori, ſiue beneficiato integrè reſtituerint, abſolui debent, & tunc à ſolo Romano Pontifice abſolutionem obtineant. Vbi etiam aliæ pœnæ appoſitæ ſunt.

Actiones prohibitæ, ſunt occupare, in ſuos vſus conuertere, impedire ne percipiantur fructus ab eo ad quem pertinent, & reliquæ ibi contentæ per ſe aliòſve, vi, vel timore incuſſo, ſeu quacumque arte, aut colore vſurpare præſumpſerit, &c. Azor. 1. *part. lib.* 9. *cap.* 27. *quæſt.* 10. *in medio*. Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 6. *quæſt.* 23. *num.* 2. Suar. *de cenſur tom.* 5. *diſp.* 22. *ſect.* 6 *n.* 22. Sayr. *de cenſuris lib.* 3. *c.* 31. *n.* 26. & Salzed. *in pract. c.* 3. *verſ. & nota*.

Similis excommunicatio Papæ reſeruatur, in qoam incidunt Præſidentes, & officiales omnes Montium Pietatis ſtatus Eccleſiaſtici, qui pecunias ad dictos Montes quomodolibet pertinentes conuertere, vel diſponere in alios, quàm in pauperum vſus præſumpſerint, vt conſtat ex conſtit. Pauli Quinti, quæ incipit, *Onerosa Paſtoralis*, edita anno Domini 1615. vt refert Memoriale clericorum *cap.* 8. *excommunicat.* 3.

Octaua excommunicatio habetur *in Extrauag. Pauli Papæ*, quæ incipit, *Cum, ſicut accepimus, nonnulli*, & eſt 46. in ordine eiuſdem, in qua excommunicantur miniſtri quicunque Cameræ Apoſtolicæ rationem adminiſtrationis fideliter, & integrè ſub quibuſcumque prætextibus, & colotibus non reddentes, à qua niſi per Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, niſi in mortis articulo abſolui nequeant. Sayr. *de cenſuris, lib.* 3. *cap.* 31. *num.* 1. vbi contra facientes vltra excommunicationem, etiam periurij, & falſi, pœnæ imponuntur ipſo facto. Sequitur Auguſtinus Barboſa *de officio, & poteſtate Epiſcopi. alleg. quinquageſima, num.* 123. *ad fin.* 19.

Nona excommunicatio habetur in conſtitutione Iulij ſecundi, in ordine 14. incipit, *Cum ſicut ius*, Kalendis Septembris anno 1507. in Bull. *tom.* 1. *pag.* 42. *& conſtitut.* 56. Sixti Quinti, incipit, *Non ſine maxima*, die 27. Aprilis 1587. in Bullario *pag.* 573. *tom.* 2. contra quoſcuuque Cameræ Apoſtolicæ libros, vel ſcripturas occultantes, aut retinentes. Memoriale clericorum *cap.* 9. *excommun.* 15. Nec non contra detinentes iocalia, & alia quæcumque bona quæ pertineant ad Sedem Apoſtolicam. Item contra ſcientes, & non reuelantes, habetur *in conſtitut.* 4. *Pij Quarti*, incipit, *Paſtoralis officij*, edita tertio Aprilis 1563. *in Bullario, pag.* 5. *tom.* 2. 20.

Decima excommunicatio contra illos qui prætextu facultatum Sedis Apoſtolicæ, quæ à Pio Quinto, & Gregor. XIII. ſublatæ ſunt, Monialium Monaſteria ingrediuntur. Item contra ſuperiores Regularium, qui prætextu earumdem facultatum eò aliquem ingredi permiſerint, & qui prætextu facultatum Epiſcopalium ingrediuntur in Monaſteria Monalium neceſſitatibus non vrgentibus, habetur 21.

habetur in constitut. Gregotij XIII. 28. incipit, *Quæ Sanctimonialium*, edita anno 1584. & in alia Sixti Quinti anno 1589. incipit, *Sanctimonialium.*

22. Quæri hoc loco potest quid veniat nomine *Monastery Monialium*, vt illud ingredi non liceat? Respondetur limites, intra quos clausura Monialium continetur, & quos prætergrediendo clausura violetur, explicari à Gregorio XIII. in quadam constitutione edita anno 1571. quæ incipit, *Deo sacris Virginibus*, per hæc verba. *Declaramus prætereà, nullis Monialibus etiam Tertiariis, licere habere ostium, per quod ex Monasterio interiori introiri possit ipsarum Monialium Ecclesiam exteriorem, in quam secularibus ad Missas, & diuina Officia patere solet accessus, sed omnino muro obstruendum. Nec itidem licere Monialibus etiam Tertiariis, egredi ad ianuam Monastery, quæ est pro clausura monastery ipsius, etiam ad claudendum aliam vlteriorem ianuam, quæ patere solet aditus secularibus venientibus, vel ad Rotam, vel ad crates, seu loca colloquiis destinata, quæ vulgò* parlatoria *vocantur, vel ad pulsandum ipsam ianuam clausuræ, quæ loca cùm saltem pro causis prædictis patere soleant secularibus, extra clausuram censeri debent etiam quo tempore clausa sint.* Hæc ibi.

23. Ex quo colligitur expresse clausuræ fines esse illos, qui ianua clausa continentur, ad quos secularibus non est integrum accedere. Idcirco loca ad quæ seculares recipiuntur, sunt extra Monialium clausuram, & ad illa Moniales egrediendo clausuram violant. Item in omni Monasterio Monialium datur sepimentum aliquod, vel murus per totum circuitum Monasterij, & intra sepimentum, seu murum censetur claustrum Monasterij, intra quos limites contineri debent Moniales, & loca omnia, seu cubicula, & officinæ interiores, & claustrum, & hortus, si quem habent, & denique omnia loca, in quibus ipsæ ordinariè versantur, sub clausuræ nomine comprehenduntur. Atque ita si quæ ex ipsis locis Monialis extrà egrediatur, violat clausuram: sicut qui intra illud sepimentum, vel murum, vel ianuam Monasterij ingreditur, eo ipso præceptum transgreditur, ita Suar. *tom. 4. & vltimo, de Religione, lib. 1. cap. 10. à n. 6.* & Sanchez *in præcepta Decalogi, lib. 6. cap. 15. num. 6. & 7.* vbi addit minimè violari clausuram à Monialibus ascendentibus supra tegulas tecti, quod ad ipsas pertinet; secus si prætergrediantur, & transeant ad alienam tecti partem, quæ non pertinet ad Monasterium, nec est intra clausuram.

24. His positis, Suar. *de censuris, disp. 22.* vbi de excommunicationibus Papæ reseruatis, *sect. 6.* opinatur per Extrauagantem Pij Quinti, quæ incipit, *Regularium*, innodari omnes fœminas excommunicatione, quæ ingrediuntur præsumptione, & prætextu facultatum abrogatarum, & adhæret verbis Pij Quinti tenaciter, quibus standum esse ait. Religiosos autem, & Superiores, si admittunt etiam fœminas, sub prætextu duntaxat earum facultatum, & suspendi ipso iure, & inhabiles fieri alia declaratione non secuta: quibus etiam Gregor. XIII. apposuit Papalem excommunicationem, non verò incurrere has pœnas, si fœminas non sub prætextu earum facultatum, sed quocumque alio modo eas ingredi permiserint.

Nauarrus autem *in cap. statuimus 19. quæst. 3. n. 62.* fatetur fœminas ingredientes Monasteria virorum virtute facultatum ipso iure esse excommunicatas, & Prælatos, & Religiosos incurrere etiam supradictas pœnas, si eas introducant, vel admittant, docétque etiam alias omnes facultatibus carentes, si ingrediantur, ligari excommunicatione Papali, cùm grauiùs videantur peccare illæ, quæ sine vlla facultate ingrediuntur, & magis admittentes, quàm quæ sub prætextu facultatis ingrediuntur, & similiter admittentes sine prætextu, ne sint melioris conditionis, sequitur Rodriquez in explicatione Motus Pij Quinti Regularium personarum, & in explicatione Motus Gregor. XIII. incipit, *Vbi gratiæ, & indulta, n. 7.* dicens ingredientes sub prætextu facultatum, & sine illis; itémque admittentes fœminas in Monasteria virorũ ligari excommunicatione Papali, quod seruat sacra Pœnitentiaria, vt resoluit Congregatio Cardinalium super Concilium Tridentinum *sess. 25. cap. 5.* ex dicto Nauarri. Idem sequitur Perestrellius *1. p. responsionum, casu 30.* sicque fuisse explicatum à Pio Quinto, & Gregor. XIII. ait Nauarrus etiam *c. 27. n. 150. §. sexagesima prima*, Pium Quintum declarasse, mentem suam fuisse includendi etiam ingredientes sine licentia. Attamen, vt rectè aduertit Philiarchus *lib. 3. de officio Sacerdotis, c. 30. casu 31. in fine Bullæ*, d. Pius Quintus, & Gregorius XIII. non loquuntur, nisi de ingredientibus sub prætextu facultatum, & pœnæ non debent extendi vltra proprios casus. *cap. odia, de regul. iuris, lib. 6.*

Suffragatur huic opinioni Gregorius XIII. in alia sua constitutione, incipit, *Dubiis quæ emergunt.* Anno Domini 1581. 23. die Decembris, quæ est 74. eiusdẽ in ordine, vbi declarat Prælatos quoscumque Regulares, aut Episcopos, quibus tributa est facultas ex officio ingrediendi Monasteria Monialium, ea vti non posse, nisi in casibus necessariis, & à paucis, iisque senioribus, ac Religiosis personis comitati. Et contrà facientes pro prima vice ingressu Ecclesiæ interdicuntur, pro secunda à munere Pontificali, & à diuinis suspensi sunt, deinceps verò ipso facto absque alia declaratione excommunicantur. Regulares verò omni officio, ac ministerio priuari excommunicationem similiter incurrunt. Sic ibi. Ex quibus colligitur oppositum, neque omnino voluisse loqui suprà in supradictis constitutionibus, nisi de illis, qui sub prætextu facultatum ingrediebantur.

Ex his duabus opinionibus Sanchez sequitur Suarij sententiam, existimantis solùm ingredientes, & admittentes prætextu facultatum comprehendi in supradictis constitutionibus, non verò qui ingrediuntur absque vlla prorsus licentia, qui tamen incurrunt excommunicationem non reseruatam in Concilio Tridentino *sess. 25. c. 5.* Rationem reddit *lib. 6. in præcepta Decalogi, cap. 16. n. 19.* quia Gregorius XIII. in suo Motu proprio, vbi excommunicat quascumque personas Monasteria Monialium intrantes, aut fœminas in virorũ Monasteria ingredientes, & personas regulares, quæ admittunt ita ingredientes, solùm agit, & loquitur de illis, qui ingrediuntur virtute facultatum sibi vsque tunc concessarum, & de illis, qui sic admittunt ingredientes. Contrà verò considerato Motu proprio Pij Quinti, quo fœminæ dũtaxat excommunicatione innodantur ingredientes Monasteria virorum, aut, qui eas ingredientes admittunt, docet Pium Quintũ loqui etiam de fœminis, quæ non ingrediuntur virtute illarum facultatum, & de admittentibus illas. Ex eo fundamento, quoniam Pius Quintus se declarauit in quodam Motu proprio edito anno 1570. die 16. Iulij, incipit, *Romanum Pontificem.* vbi expressis verbis sic ait: *Auctoritate Apostolica tenore præsentium dicimus, & declaramus fuisse, & esse mentem, & intentionem* 25.

nostram, quòd dicta littera non solùm comprehenderent, & comprehendant mulieres habentes, & prætendentes facultatem, & indulta ingrediendi Monasteria; sed etiam omnes, & quascumque mulieres alias, tam in genere, quam in specie. Neque ex hac declaratione Pij Quinti sequitur ita esse explicandum Motum proprium Gregorij XIII. credit Sanchez *vbi suprà*, quia Gregorius plures casus accumulat, videlicet ingredientes in Monasteria, tam virorum, quàm fœminarum: & ingredientibus illicitè in Monasteria Monialium iam est imposita excommunicatio in Tridentino: proinde non impunè ingrediuntur, quando non ingrediuntur virtute prædictarum facultatum: atque ita Gregorius XIII. personas virtute facultatum duntaxat ingredientes voluit pœnis afficere, sicut & ingredientes duntaxat, non verò admittentes punit Concil.

26. Mihi tamen magis placet indistinctè asserere non solùm sub Motu proprio Pij Quinti, sed etiam sub Motu proprio Gregorij XIII. comprehendi quascúque personas ingredientes Monasteria Monialium, aut fœminas Monasteria virorum, & personas regulares, quæ sic ingredientes admittunt, siue ingrediantur, vel admittantur virtute illarum facultatum, siue absque vlla facultate, & de omnibus fœminis sic vniuersaliter Motum proprium Gregorij esse intelligendum. Ducor, quia ita intelligitur, & declaratur Motus proprius Pij Quinti, vt probatum est, quem ad verbum refert Confectius *in priuilegiis Ordinum Mendicantium, inter litteras Apostolicas, fol.* 179. vbi explicauit suum priorem Motum: igitur ita est explicandus Motus proprius Gregorij XIII. tum quia eodem prorsus verborum tenore, & contextu vtitur: tum etiam, quia in vtroque Motu proprio eadem ratio tribuitur, vt nimirum attendatur honori, & tranquillitati regularium personarum, præsertim Monialium, & vt amputétur scandala, quæ oriuntur ex quocumque introitu fœminarú in virorum Monasteria, & assurgunt ex quarumcumque personarum ingressu in Monasteria Monialium, quæ perturbationes, & quæ scandala in quocunque ingressu illicito, & illicita admissione, quamuis nullius facultatis prætextu fiant, renascuntur. Nec obest leges pœnales esse odiosas, nec esse extendendas ex identitate rationis, quia id non intelligitur in legibus, quæ in animæ fauorem feruntur ad vitanda peccata, tunc enim ampliantur, vt probat Sanch. *lib.* 1. *de matrim. disp.* 39. *num.* 5. *& lib.* 3. *disput.* 1 *num.* 8. Item, quia grauiùs peccat, qui ingreditur sine facultate, aut sic ingressum admittit, quàm qui ingreditur, vel ingressum admittit prætextu alicuius facultatis, quam partem amplectuntur non solùm Nauarrus, & Beja *vbi suprà*, sed etiam Villagut *in tract. de vsuris, quæst.* 35 *n. vltimo*, dicens se ita audiuisse à viro fide digno, ita respondisse Gregorium XIII. interrogatum à S. Cardinali Borromæo, quam sententiam tamquam tutiorem tradit Lælius Zecch. *de Republica Ecclesiastica, tit. de Regularib. num.* 11. *vers.* 8. Sed Graff. 1. *par. decisionum, lib.* 4. *cap.* 23. extendit contra Moniales præsumentes admittere quascumque personas prætextu licentiarum; sed meliùs Azor. *tom.* 1. *instit. moral. lib.* 13. *cap.* 8. *quæst. vltimo*, & Manuel *in expositione prædicti Motus proprij Pij Quinti, n.* 7. *&* 8. respondent ingredientes propria auctoritate etiam contrahere censuras, & pœnas in constitutionibus irrogatas, & similiter eos, qui eas personas admittunt, eisdem pœnis subiici, cùm grauiùs peccent.

An verò mulieres incurrentes in hanc censuram, sint mittendæ pro absolutione ad Sedem Apostolicam? Negat Henricus *in c. mulieres, n.* 4. *extra de sentent. excommun.* Affirmat Nauar. *lib.* 5. *de senten. excomm. cons.* 14. nisi sit mulier pauper; quæ viuit ex suo artificio: magis tamen placet non esse mittendas Romam, ex ratione tradita, quia vagatio mulierum, & marium secura non est, nec decens, *cap. perniciosum.* 18. *quæst.* 2. *& l. maritum, C. de procuratoribus.* Mulieres tamen ignoranter ingredientes non excommunicantur, propter verba illa, *postquam notitiam habuerint, & præsumpserint*, Capua *vbi suprà, d. cap.* 23. *num.* 9. *ad finem*, & probatur ex Motu proprio Gregoriano, his verbis, ibi: *ne ipsarum licentiarum prætextu Monasteria huiusmodi quouis modo ingredi audeant.* Atque ita verbum *audere*, temeritatem notat; ideo excusabuntur ex ignorantia quantumcumque culpabili, & crassa huius decreti has pœnas imponétis, ingredientes, nisi tam crassa sit ignorátia, vt reputetur temeritas ingens, quæ sufficit, vt dicatur audacia ad contrahendas pœnas impositas audentibus. Similiter excusabuntur, qui per obliuionem omnimodam, aut incogitantiam, aut animi simplicitatem prorsus obliuiscuntur pœnarum harum: nam lex imponens pœnam præsumenti, vel audenti, non ligat facientem per obliuionem, incogitantiam, vel simplicitatem sine dolo, iuxta doctrinam Cardinalis *in Clement.* 1. *quæst.* 38. *de priuilegiis.* Nauarrus *in oppositione* 8. *repet. capitis accepta, de restitut. spoliatorum.* quem sequitur Rodericus *in Bulla Cruciata*, in explicatione Constitutionis Pij Quinti Regularium personarum, & Gregor. XIII. incipit, *Vbi gratia, & indulta, num.* 11. *dubitatio.* 1. quia sic ingredientes non peccant mortaliter. 27.

An verò violenter clausuram exeuntes, vel ingredientes per duos pedes, vel quasi, & postea retrogrediuntur? Negat Capua *lib.* 4. *cap.* 23. *n.* 15. quia modicum semper excusat à mortali; sicut excusantur ab excommunicatione aliqua ignorantes ignorantia iusta, vel quasi iusta esse in hoc, vel illo casu excommunicationem impositam: quemadmodum non incidunt, qui ingrediuntur clausuram scientes causam esse iustam, vel quasi iustam, propter quam ingrediuntur, ex Nauarr. *in manuali, cap.* 27. *n.* 9. quia nemo debet excommunicari maiori excommunicatione, nisi propter cótumaciam mortalé. Sanchez autem *vbi suprà lib.* 6. *n.* 70. fatetur transgredientes clausuram modico ingressu, vel egressu excusari à culpa mortali, & à censuris contra transgressores latis, non tamen credit opinionem Capuæ esse veram, cùm ingressus intra clausuram, vel egressus ex ea per duos pedes, sit verus ingressus, & verus egressus, sufficiens ad culpam mortalé, & ad censuras incurrendas, eo quòd perfecta transgressio clausuræ in hoc ingressu, & egressu reperitur. Quinimo Lælius Zecch. *de casibus reseruatis, casu* 10 *num.* 1. vult consistentem in solo ostio posito intra claustra innodari his censuris: quoniam, qui consistit in ostio, reputatur esse in domo, & afficitur pœnis ingredientis domum, Bart. ita *in l.* 1. *§. hoc interdictum, n. vnico, ff. de cloacis.* Alex. *cons.* 137. *n.* 14. *vol.* 2. & Iason *in leg. plerique, num.* 20. *& l.* 4. *ff. de in ius vocando.* Atque ita concludit modicum ingressum, & egressum insufficientem ad hanc censuram incurrendam esse, quando quis est intra cum parte corporis, & extrà cum alia parte corporis, dummodo corpus non sit totum intrà, aut totum extrà: tunc enim non datur perfectus, & consummatus ingressus, aut egressus, 28.

fus: sicut enim, qui est in ostio, non dicitur esse perfecte vel extra, vel intra, quia ostiũ partim est intrà, & partim extra clausuram, vt docet glossa *in c. etiam sanctum, verb. vir ergo, de pœnitentia distinct. 6.* Bald. *rubrica paulo post principium vers. Hic adde. ff. soluto matrimonio,* & Iason *in l. cætera. §. Hoc Senatusconsultum, num. 11. ff. de legatis 1.*

29. Porrò nomine Monasterij virorum, in quod fœminarum ingressus prohibetur, non veniunt prædia, horti, & quæcumque Religiosorum domus à Monasterio separata, qua huiusmodi domus, prædia, & horti non sunt intra clausuram Monasterij, ita Nauarrus *commentario 4. num. 62. notabili 1. de regularibus, & lib. 1. in 1. edit. de Regularibus, cons. 66. à num. 3 vsque in finem, & in 2. edit. lib. 5. de verborum signif. atione cons. 5. num. 3.* Manuel *in expositione Motus proprij Pij Quinti num. 1.* & Llamas *in metho do curationis, in appendice,* quam ponit *in fine, in §. 12. vers. circa quam primo aduertimus.* Secus de illis locis quæ sunt intra septa, & intra murum Monasterij, ita Nauarrus *in vtroque cons. allegato num. vltimo,* & meliùs & clarius, Paz *in sua practica tit. 1. part. 5. cap. 3. §. 3. num. 32.* concludens nomine Monasterij contineri omnia, quæ sunt intra sepimentum, & ambitum Monasterij, quæ vna clausura clauduntur.

Idem dicendum est de hortis contiguis cum ipsis Monasteriis virorum, ad quos est ingrediendum per claustra Monasterij. Quin imò etiamsi in huiusmodi hortis sit ianua per quam ad illos patet aditus absque ingressu claustrorũ, quamuis Manuel *in expositione Motus proprij Pij Quinti num. 2.* dubitet, addit tamen tutius, & verius esse comprehendi ex Motu proprio Gregorij XIII. qui incipit, *Vbi gratia,* dicentis ibi: *Ne in Monasteria, domos, & loca sua, fœmina scilicet ingrediatur,* at non est dubium illos hortos esse loca Monasterij, quod sint intra Monasterij clausuram tamquam partes illius, nec de hortis Monialium ambigendum est consistere intra clausuram, quibus clausura tam stricta est, proinde huiusmodi horti contigui tam respectu regularium virorum, quàm Monalium sub nomine officinarum interiorum intelliguntur.

30. Maius dubium est de Sacristia Religiosorum, quando est contigua Ecclesiæ, quæ diuiditur ab eadem Ecclesia solo pariete intermedio, quando ad illam patet aditus ex Ecclesia; nam quando ad illam non ingreditur, nisi per claustrum Monasterij, nemo dubitat aditum intercludi fœminis sub censura & pœnis suprà contentis, quia continetur intra clausuram Monasterij. Manuel tamen *in expositione Motus suprà num. 14.* tradit Sacristiam in Religione Minorum censeri Monasterij officinam interiorem, & ex consequenti ingressum ad illam fœminis interdictũ, cùm non sit pars Ecclesiæ: ait tamen, se vidisse in Monasterio D. Augustini fœminas in Sacristiam admissas, vt ibi confiterentur de peccatis.

Alij autem, inter quos est Sanchez *lib. 9. de matrim. disp. 15. num. 31.* vbi existimat Sacristiam esse quasi alias cameras Ecclesiæ adhærentes ad vestium sacrarum custodiam deputatam, & reputari esseque clausuram, necesse pattem Ecclesiæ, sicut sunt Sacella Ecclesiæ, cùm sit illo medio pariete distincta ab Ecclesia: quare nullo modo posse fœminas in illam admitti. Nihilominus hæ rationes, quibus Sanchez vtitur, non vrgent, nec probant fœminas in Sacristiam Religiosorum separatam ab Ecclesia solo illo pariete intermedio admittentes ad confessiones, vel illas ingredientes subiici censuris in constitutionibus summorum Pontificum contentis, atque ita non esse damnandos Religiosos, qui fœminas solent in Sacristiam admittere ex consuetudine, cùm videatur esse extra clausuram, quamuis maximè deceat fœminas non illac admitti propter aliquod scandalum si ex eo, quòd admittantur, sequatur.

Vndecima excommunicatio habetur in constitutione Gregorij XIII. centesima, quæ incipit, *Ascendente Domino,* contra omnes cuiuscumque status, & præeminentiæ existant, qui institutum, & constitutiones Societatis IESV, directè, vel indirectè, etiam sub prætextu disputandi, vel etiã veritatis indagandæ impugnare audent. Item ex constitutione Pij Quinti, quæ est in priuilegiis Societatis, & incipit, *Æquum reputamus,* excommunicantur Religiosi omnes, exceptis Carthusianis, qui recipiunt aliquem Religiosum Societatis IESV sine facultate sui Superioris: quæ censura extenditur contra ipsos Religiosos Societatis ingredientes Religionem aliam à Carthusiana, & contra dantes auxilium, &c. Vtraque continetur in litteris Apostolicis Societatis *fol. 33. & 94.* Nec alias ingressus tenet, *pag. 95.* Nec licet secundò ad Carthusienses transire, *pag. 242.* 31.

Duodecima excommunicatio contra Religiosos Sancti Francisci de Obseruantia, qui neglectis superioribus suis ad tribunalia secularia appellauerint, & ad ea confugerint, ita Gregorius XIII. *constitut. 27.* incipit, *Quoniam nostro.* die octauo Aprilis anno 1575. continetur que in Bullario *tom. 2. pag. 393.* Similis censura Papæ reseruata continetur in Constitut. Pij Quinti 170. in ordine vbi excommunicatur quicumque frater Sancti Francisci de Obseruantia, qui in electione Superiorum maiorum, nempe Ministri Generalis, Prouincialium, & custodum pro se, aut pro alio subornauerit, & qui subornatus est, qui subornanti non detulerit, qui denique pro hac re extra Religionem quemuis fauorem procurauerit. 32.

Decimatertia excommunicatio lata fuit à Paulo Quinto *in constitutione 39.* incipit, *Admonemur,* die septimo Ianuarij anno Domini 1608. in Bullario *tom. 3. pag. 228.* vbi excommunicantur Religiosi Prædicatores Ordinis Sancti Dominici, qui extra Religionem fauores procurant pro se, vel aliis, vt officium, & dignitatem generalis Magistri consequantur. 33.

Decimaquarta excommunicatio est contra fratres Ordinis Sanctæ Mariæ de Carmelo, qui ad iudicia secularia quouis prætextu, aut colore quæsito appellare, confugere, & recurrere audent, vel præsumunt. Habetur in constitutione centesima decima Clementis Octaui, incipit, *Quoniam.* die vigesimo Septembris 1604. in Bullario *tom. 3.* Sed recurrere possunt ad Priorem Generalem, vel Protectorem Ordinis, aut ad Summum Pontificem. 34.

Similis excommunicatio reperitur contra fratres Eremitas Sancti Augustini recurrentes ad secularia Tribunalia, quibus permittitur recursus ad Generalem Protectorem, seu viceprotectorem aut ad Romanum Pontificem, non autem ad Tribunalia secularia quouis prætextu, aut quæsito colore. Quam excommunicationem eo ipso incurrunt non solùm huius Ordinis Regulares personæ contra facientes, sed etiam eorum quomodolibet directè, vel indirectè fautores, & consultores, à qua, nisi à Romano Pontifice pro tempo-

re exiſtente, præterquam in mortis articulo, abſoloi poſſint: nec nō priuationis perpetuæ officiorum per eos obtentorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia quæcumque dicti Ordinis officia, ac vocis tam actiuæ, quàm paſſiuæ, eo ipſo incurrentes. Clemens Octauus *conſtitut.* 113. incipit, *Quoniam noſtro Paſtoral.* edita die 23. Nouembris 1604. & habetur in Bullario *tom.* 3. *pag.* 162.

35. Decimaquinta excommunicatio Papæ reſeruata eſt eiuſdem Clementis Octaui *in conſtitutione* 74. incipit, *Onerosa Paſtoralis officij cura.* edita die 12. Decembris anno 1600. in Bullario *pag* 106. *tom* 3. contra Regulares, *qui ex inſulis Philippinis nuncupatis, ſiue ex qualibet alia Indiarum Occidentalium, vel quæ pro partibus Indiarum Occidentalium nunc habentur, parte ad illas pertinente in Iaponicas, ac alias illis proximas adiacentes & finitimas Inſulas, Prouincias, & Regiones prædictas, etiam quorumcumque priuilegiorum, eis, vel ſuis Ordinibus à nobis, & Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, in genere, vel in ſpecie, etiam ſuper facultate prædicandi verbum Dei per vniuerſum Mundum, hactenus conceſſorum, ſeu in poſterum etiam concedendorum, approbandorum, & innouandorum, niſi in illis de præſenti prohibitione & interdicto ſpecialis. ſpecifica, & expreſſa mentio cum ſufficiēti derogatione fiat: aut quouis alio prætextu, & quæſito colore proficiſci, & tranſire audeant, vel præſumant. Et ſi qui hactenus, vel in poſterum ſecus fecerint, poſtquam moniti fuerint, ſtatim ſub eiſdem pœnis omni mora, & excuſatione ceſſante ad dictas Inſulas Philippinas, vel alias partes Indiarum Occidentalium reuerti, & redire omnino teneantur, & ad id per quoſcumque iudices Eccleſiaſticos ſub eiſdem, & alijs eorum arbitrio infligendis pœnis cogi, & compelli poſſint.* Ita ibi.

36. Decimaſexta excommunicatio Papæ reſeruata habetur in Motu proprio Pauli Quarti 12. incipit, *Inter cæteras*, die 25. Nouembris 1574. & in Bullario continetur *in tomo* 1. *pag.* 731. vbi excōmunicantur illi, qui pro obtinendis beneficiis ſe alios eſſe ſimulauerint, & tamquam tales ſe in examine ſuppoſuerunt, vel annuas penſiones offerunt, aut beneficia impetrant pro aliis, vt ab eis aliquid conſequātur, vel pro ſe ipſis, vt aliis poſtea cum penſione reſignent. A qua excommunicatione non eximuntur cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtant, etiamſi ſint Epiſcopi, vel Cardinales, vel Reges, & priuantur eo ipſo abſque alia deſuper facienda declaratione omnibus, & ſingulis beneficiis Eccleſiaſticis cum cura & ſine cura ſecularium, & quorumuis Ordinum Regularium per eos quomodolibet obtentis, & inhabiles fiunt ad illa, & alia in poſterum obtinenda.

Decimaſeptima excommunicatio continetur in conſtitutione Leonis Decimi 27. incipit, *Iubemendo*, die 20. Februarij anno 1517. in Bullario *tom.* 1. *pag.* 520. contra mentiētes perſonas in litteris Apoſtolicis, vt earum expeditionem gratis aſſequantur, & contra officiales eorum complices, per quam ſummus Pontifex voluit obuiare fraudibus multorum, qui ſe ad hunc finem fingebant Cardinalium nepotes, & quandoque Germanos eſſe: interdum verò familiares continuos commenſales fuiſſe affirmabant, & ſe in eiſdem litteris tales inſcribi faciebant: contra quos, & contra officiales præmiſſa fieri procurantes, ſeu permittentes excommunicationis ſententiam, à qua non niſi per Romanum Pontificem poſſint abſolui; tulit non ſolùm Leo Decimus, ſed etiam Innocentis Octauus *conſtitutione* 7. aliàs 11. incipit, *Cum ſicut*, die 18. menſis Auguſti, anno 1487. in Bullario *tom.* 1. *fol.* 382. excepto mortis articulo, ac debita ſatisfactione præuia Romanæ Curiæ, officialibus ſcilicet defraudatis, Memoriale *clericor. cap.* 9. *excom.* 13.

Decimaoctaua excommunicatio contra eos, qui Pontifice viuente de futuro eligendo tractant, 37.
habetur *in conſtitutione decimaſexta Pauli Quarti.* incipit, *cùm ſecundum*, 17. Kalend. Ianuarij. 1558. in Bullario, *tom.* 1. *pag.* 735. quæ cenſura extenditur ad eorum complices, & fautores, & contra omnes cuiuſcumque gradus exiſtant, etiamſi imperatoria, Regiáve dignitate præfulgeant, aut Cardinalatus honore ſint præditi, ſi fecerint promiſſiones, conuentiones, ſtipulationes, aut contractum aliquem ſuper vita, aut morte, aut ſuper creatione futura Papæ, vel Cardinalium: qua etiam cenſura innodantur permittentes hæc fieri, etiam tacitè in terris ſuis, vel ad id conſilium, auxilium, vel fauorem dantes; habetur in conſtitutione Gregorij XIV. edita vigeſimo primo die Martij anno 1591. incipit, *Cogit nos deprauata miſeri huius ſeculi corruptela.* in Bullario *tom.* 2. *pag.* 688.

Decimanona excommunicatio contra Cardinales, qui reuelant aliquid de actis ſecretè in Con- 38.
ſiſtorio exiſtente præcepto Papæ, vt non reuelerent, habetur in Concilio Lateranenſi ſub Leone X. *ſeſſ.* 9. cuius meminit Nauarrus *in manuali cap.* 27. *num.* 110. *verſ. Vigeſima nona.*

Vigeſima excommunicatio habetur *in conſtitu-* 39.
tione 81. aliàs 62. *Pauli Quarti*, incipit, *In eligendis*, Idibus Octobris 1562. in Bullar. *tom.* 2. *fol.* 91. vbi excommunicantur quicumque litteras, aut ſcripturas cuiuſuis generis, aut Nuntium, aut ſignum ad eos, qui ſunt in conclaui, mittunt, & illi, qui receperint, & qui è conclaui ad eos, qui foris ſunt, mittunt, vel ſcribunt, etiamſi Cardinales ſint, & contra facientes pœnæ excommunicationis latæ ſentētiæ ſubiaceant, abſoluendi facultate ſummo Pontifici reſeruata, præterquam in mortis articulo, à quo etiam pro qualitate delicti vltra excommunicationem prædictam puniendi erunt. Memoriale clericorum *cap.* 9. *excommunicat.* 19.

Vigeſima prima excommunicatio incurritur ab 40.
illis, qui auocāt cauſas beneficiales, & Eccleſiaſticas, ſiue ſpirituales à iudicibus Eccleſiaſticis, & iudices laici trahentes perſonas Eccleſiaſticas ad ſua tribunalia, vel libertatem Eccleſiaſticam lædentes. Item qui ſtatuta, ordinationes, leges, ſiue decreta cōtra Eccleſiaſticam libertatem promulgant, aut iudicum Eccleſiaſticorum iuriſdictionem impediunt. Item qui iudicum Eccleſiaſticorum decreta, ac ſententias ludentes ad curias ſeculares recurrunt: ac denique qui appellāt à Romano Pontifice ad futurum Concilium: Vniuerſitates autem & Collegia interdicto Eccleſiaſtico ſubiiciuntur. Hæc omnia habentur *in conſtitutione* 81. *Gregorij XIII.* in Bullario *tom.* 2. *fol.* 464. & *in conſtitut. Pauli Quinti* 63. aliàs 41. incipit, *Paſtoralis Romani Pontificis vigilantia*, in Bullario *tom.* 3. *pag.* 251. Sed de his in ſpecie agemus §. *ſequenti*, vbi de excommunicationibus in Bulla Cœnæ contentis.

Vigeſimaſecunda excommunicatio habetur in 41.
conſtitut. Pij Quinti 149. incipit, *Licet omnibus*, die primo Maij 1572. de qua in Bullario *tom.* 2. *pag.* 361. vbi excommunicantur omnes, & ſinguli Chriſtiani,

Christiani, qui alium Christianum in terris Turcarum morantem tanquam mancipium cœperit, aut eius bona diripuerit, à qua excommunicatione nisi a Pontifice Romano absolui possunt, præterquam in mortis articulo, & vlterius puniri poterunt a Superioribus suis seuerè, & grauiter, iuxta contrauentionis qualitatem. Quæ censura extenditur contra non permittentes, vt Christiani captiui apud Turcas, postquam illos ceperint, liberè abeant cum filiis suis, & vxoribus, ac bonis, Pius Quintus *ibidem*, & in Bullario *supra §. 1. ad finem.* Memoriale clericorum *cap. 9. excommun. 36.*

42. Vigesimatertia excommunicatio contra affirmantes confessionem, & absolutionem sacramentalem inter absentes per litteras fieri posse, vt constat ex constitutione Clementis Octaui publicata Romæ 19. Iulij, Anno Domini 1602. quam refert praxis noua Episcopalis *part. 2. cap. 1. num. 6. in fine.* Habetur in Bullario *tom. 3. pag. 135.* incipit, *Sanctissimus.* vbi *ad minus vti falsam, temerariam, & scandalosam damnauit ac prohibuit banc propositionem, videlicet licitum esse per litteras, seu internuntium Confessario absenti de peccatis sacramentaliter fateri, & ab eodem absente absolutionem obtinere. Præcepit etiam ne ista doctrina, & propositio doceatur, nec publicè, nec priuatim, neque in concionibus, neque extra, neve vnquam in aliquo casu tanquam probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxim quouis modo deducatur. Si quis autem illam docuerit, defenderit, imprimi fecerit, aut de ea etiam disputatiuè tractauerit (nisi forsan impugnando) vel ad praxim directè, seu indirectè deduxerit, prater excommunicationem lata sententia, quam ipso facto incurrat, & a qua non possit, præterquam in articulo mortis, ab alio, quacumque etiam dignitate fulgente, etiam sancta Romana Ecclesiæ Maiori Pænitentiario, nisi a pro tempore existente Romano Pontifice absolui, aliisque etiam pœnis arbitrio infligendis, subiaceat.* Hæc ibi.

43. Vigesimaquarta excommunicatio contra Superiores Religionum, qui non obediuerint præcepto Pauli Quinti imposito in sua constitutione edita anno 1606. incipit, *Romanus Pontifex*, vbi præcipit ne Religiosi de hæresi suspecti, quales sunt sollicitantes mulieres in confessione aliis, quàm ipsis Inquisitoribus denuncientur, ita vt Superioribus suspectorum non sit amplius locus præuentioni: de qua re extat Pij Quarti *constitut. 31.* incipit, *Cum sicut nuper*, in Bullario *tom. 2. pag.* 46. Memoriale clericorum *cap. 3. excommun. 11.*

44. Vigesimaquinta excommunicatio contra omnes extrahentes à sacris locis eò confugientes, præterquam in casibus ibi concessis. Gregorius XIV. in sua constitutione, quæ incipit, *Cum alias*, & in ordine septima, edita anno millesimo quingentesimo nonagesimo primo, oono Kalend. Iunij. Exceptis publicis latronibus, viarumque grassatoribus, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidiis aggrediuntur, depopulatores agrorum, quive homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis, eárumve cœmeteriis committere verentur, aut qui proditoriè proximum suum occiderint, aut assassinij vel hæresis, aut læsæ reus Maiestatis in personam ipsiusmet Principis, quibus omnibus immunitas Ecclesiastica non suffragetur.

Non tamen per hoc conceditur potestas Curiæ seculari, vt per se, & propria auctoritate supradictos delinquentes possit extrahere sine expressa licentia Episcopi, his verbis: *Volumus, & aliàque auctoritate decernimus, & declaramus, vt Curia secularis, eiusque iudices, & officiales, ab Ecclesiis, Monasteriis, locisque sacris laicum aliquem delinquentem in nullo ex casibus supradictis sine expressa licentia Episcopi, vel eius officialis, & cum interuentu personæ Ecclesiasticæ ab eo auctoritatem habentis, ad quos solos, & non alios Episcopis inferiores, etiamsi alij Ordinarij sint, aut nullius Diœcesis, aut Conseruatores ab hac sede specialiter, vel generaliter deputati prædictam licentiam dandi facultas pertineat. Occurrente autem casu in loco exempto, & nullius Diœcesis, tunc ad Episcopum viciniorem deuoluatur hac cognitio, & non ad alios*, &c. Et infrà ibi, *Delinquentes laici postquam, vt præfertur, ab Ecclesiis, locisve sacris extracti, & capti fuerint, ad carceres Curiæ Ecclesiasticæ reponi, & inibi sub tuto, & firmo carcere, ac opportuna custodia, data illis, si opus fuerit, per Curiam secularem detineri debent, nec inde extrahi, nec Curiæ seculari tradi possunt, nisi cognito prius per Episcopum, seu ab eo deputatum, an ipsa verè crimina, vel aliquod, superiùs expressa commiserit: tuncque demum de mandato Episcopi per iudicem Ecclesiasticum Curiæ seculari, quacumque appellatione postposita, consignetur.*

Quod si quis quicquam præter, aut contra huius nostræ constitutionis tenorem attentare præsumpserit, declaramus eum ipso facto censuras, & pœnas easdem incurrere, quæ contra libertatis, iuris, & immunitatis Ecclesiasticæ per sacros canones, & constitutiones generalium nostrorumque prædecessorum constitutiones sunt promulgata. Hæc ibi.

Vigesimasexta excommunicatio contra duellantes, de quibus diximus prima parte de gubernatoribus Reipublicæ secularis *lib. 1. disp. 2. §. 10. ex num. 12. vsque ad num. 174.* Quo ad præsens institutum lata est hæc censura à Pio Quarto in sua constitutione, quæ incipit, *Eaque*, in ordine 21. anno 1560. Idibus Nouembris: sed multo priùs duellorum prohibitionem in statu Ecclesiastico indixit Iulius Secundus in constitutione sua 19. incipit, *Regis pacifici*, anno 1509. sexto Kalend. Martij, quæ habetur *tom. 1. in Bullario pag. 433.* & deinde Leo Decimus *in constitutione sua 31.* incipit, *Quam Deo, eodem tomo primo, fol. 523.* extendit extra statum Ecclesiasticum, & ad omnes complices, & auxiliatores. Nihilominus generalis prohibitio primò promulgata fuit à Pio Quarto *vbi proximè*, & habetur *in Bullario tom. 2. pag. 31.* ac postea à Concilio Tridentino *sess. 25. cap. 19. per totum*, & *ibi* P. Augustinus Barbosa, Gregorius item XIII. *in sua constitutione* 78. incipit, *Ad tollendum*, & habetur *in Bullario tom. 2. fol.* 461. vbi Concilij Tridentini prohibitionem de duellis ampliauit ad duella priuatim commissa. Quam denique censuram, & pœnas in supradictis constitutionibus contentas confirmauit Clemens Octauus *in sua constitutione* 11. incipit, *Illius vices*, edita anno 1592. 16. Kalend. Septembris, sui Pontificatus anno 1. vbi excommunicantur in duello pugnates, campum dantes, auxilium ferentes: item, qui non publicè solùm, sed etiam priuatim ex condicto statuto tempore, & in loco conuento duellum commiserunt, nullis patrinis, sociisve ad id vocatis: item qui monomachiam committunt, nulla loci securitate habita, nullis prouocatiuis litteris, aut denunciationis, chartulis præcedentibus. In eandem etiam incurrunt 45.

locorum

locorum domini, si duellum ex condicto committant, aut non impediunt, nec prohibent quantum potuerint, item mandantes fieri, & instigatores auxilium, consilium vel fauorem præstantes, aut subministrantes equos, arma, pecuniam, & alia similia scienter, necnon ex composito expectatores, & socij, si aliquo modo comites se exhibuerint, quamuis qui ad locum deputatum ad pugnam accesserunt, impediti pugnam non committant, & per se ipsos non steterit, quo minus certamen committeretur.

Neque ab hac censura eximuntur Reges, Imperatores, & alij quicumque, qui hoc crimen inciderint siue publicè, siue priuatim, vel si conuenerint, vt non singuli cum singulis, sed bini, terni, aut plures hinc inde pugnent, vt refert Quaranta *in summa Bullarij, verb. duellum*, à qua excommunicatione nemo potest absolui, nisi à summo Pontifice, vt constat ex cōstitutione eiusdem Clementis Octaui, Bonacina *de censuris disp. 2. quæst. 6. puncto 2. à num. 1.* vbi *num. 15.* tradit posse Episcopum absoluere duellantes quando delictum est occultum, iuxta Concilium Tridentinum *sess. 24. de reformatione cap. 6.* eo, quia per hanc constitutionem Clementis Octaui non videtur Concilium abrogatum. Pro reliquis vide quæ diximus suprà *1. part. lib. 1. disp. 2. dicto §. 10. à num. 12.* & Sanch. *in præcepta Decalogi lib. 2. cap. 39. à num. 12. cum sequentib.* Molin. *de iustitia tract. 3. disp. 17.* Paul. Comit. *respons. moral. lib. 6. quæst. 13. & sequent.* & Valerius Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 21. cap. 7. ex num. 75.*

Vigesimaseptima excommunicatio cōtra Prædicatores, qui in sermonibus, & prædicationibus miracula falsa, & incerta populo euulgant, & prophetias ex sacra Scriptura non desumptas prædicare audent, & Prælatis Ecclesiæ scandalosè detrahunt. Ita Leo Decimus *in Concilio Lateranensi sess. 9. & 11.* incipit, *Superna Maiestatis.* de qua tractat Memoriale clericorum *cap. 5. excommunic. 5.*

DISPVTATIO III.

De casibus reseruatis in Bulla Cœnæ ab Vrbano VIII. nostro Domino.

EPITOME.

1. *Bulla Cœnæ quando inceperit, & cur ita vocetur?*
2. *Bullæ Cœnæ finis.*
3. *Bullæ Cœnæ censuræ, an sint à iure, vel ab homine, ostenditur*
4. *Dictio posita in litteris, ad perpetuam rei memoriam, quid importet.*
5. *Excommunicationes latæ in certum genus hominum, non ligat alios.*
6. *Actiones principales an extendantur ad accessorias, & quotuplex sit actio accessoria?*
7. *Bullæ Cœnæ censura, & reliquæ constitutiones Pontificiæ quando incipiant obligare? duplex est opinio.*
8. *Opinio Auctoris circa hanc dubitationem.*
9. *Bulla Cœnæ promulgata in Vrbe, non obligat in partibus ante duos menses regulariter.*
10. *Bulla Cœnæ in partibus valde remotis non obligat nisi quando scitur de eius promulgatione.*
11. *Bulla noua quandiu non peruenit ad aures absentium longe, durat Bulla antiqua.*
12. *Bullæ promulgatio, quæ fit à Prælatis in suis ciuitatibus, ea ratione fit, vt in ea contenta notiora fiant.*
13. *Prælati negligentes in publicandis Bullis Cœnæ in suis Ecclesiis, peccant grauiter.*
14. *Bullam Cœnæ non explicari à Prælatis in suis Ecclesiis ex causa rationabili, non est peccatum.*
15. *Impedientes publicationem Bullæ Cœnæ in odium fidei, & in contumeliam auctoritatis Ecclesiasticæ, peccant grauiter.*

ANTEQVAM in specie ad casus Bullæ Cœnæ veniamus, aliqua oportet meminisse. In primis de origine illius hallucinantur, qui putant Bullam cœpisse tempore Martini Papæ Quinti circa annum Domini 1420. quo tempore Bohemorum hæreses fuerunt damnatæ in Concilio Constantiensi: neque id probant alia ratione, nisi quòd Scholastici scriptores etiã D. Thoma antiquiores nullam de origine Bullæ Cœnæ mētionem fecerint, cùm eius origo multo antiquior sit; nam Clemēs Papa Quintus creatus fuit Pontifex anno Domini 1305. & obiit anno 1315. & *in Clement. 1. de iudiciis*, manifestè ostenditur in solemnibus quibusdam anni diebus Romanos Pontifices consueuisse generales facere processus. Quare vt minimum trecentis abhinc annis, & eo ampliùs promulgatio huius Bullæ erat in vsu: pro qua in Bibliotheca Vaticana, vt ait Toletus *lib. 1. Instruct. Sacerd. cap. 18.* extat Bulla Cœnæ edita à Greg. XI. qui sedebat in Cathedra D. Petri, anno millesimo tercentesimo septuagesimo. Non est tamen negandum à Martino Quinto post Concilium Constantiense processus Bullæ Cœnæ fuisse adauctos, & multa deflexu temporis à Paulo Secundo, & Sixto Quarto adiecta esse, & multo plura addidisse contra Lutherũ Leonem Decimum, & Paulum Tertium aduersùs Regias Curias impedientes litteras Apostolicas, ex quibus liquet de antiquitate huius Bullæ, quæ pro temporis diuersitate, & necessitate aliquando variari solet. 1.

Dicitur autem Bulla Cœnæ à die in quo solet promulgari Romæ semel tantùm in anno, nempe in feria quinta maioris Hebdomadæ, in qua Christus Dominus cum discipulis suis Cœnam celebrauit: olim etiã promulgabatur ter in anno, in die videlicet supradicto, & in die Ascensionis Domini, & in die Dedicationis Basilicarum Petri, & Pauli, quæ celebratur mense Nouembris die decimooctauo. Ita etiam Ioannes Andr. *in cap. quod olim, de Iudæis, & in cap. vt officium, in principio, de hæreticis, lib. 6.* Sed ante multos annos obtinuit vsus, vt tantùm semel in anno, nimirum dicta feria quinta Cœnæ Domini promulgaretur hæc Bulla, vt aiunt Cardinal. & Anan. *in d. cap. quod olim*; & idcirco vocatur communiter Bulla in Cœna Domini, vel Cœnæ Domini.

Porrò finis propter quem publicè singulis annis promulgatur hæc Bulla à Romano Pontifice, desumitur ex proœmio Bullæ, qui eò tendit, vt vnio fidelium, cum Christo Domino, qui est caput, & cum Romano Pontifice eius Vicario, integrè conseruetur, quæ necessaria est ad Religionis puritatem, & integritatem retinendam, & ad 2.

custo

costodiendam animarum salutem, Rempublicámque Christianam, libertatémque Ecclesiasticam, nec non auctoritatem Apostolicam, quæ sunt bona Sedis Apostolicæ, tuendam. Nauarrus *lib. 2. de sentent. excommunicationis, cons. 25. num* 15. & 17. Graff. *in expositione Bullæ Cœnæ, lib. 4. decisionum, cap.* 18. *num.* 8. Mar. Alter. *de censuris, lib.* 5. *disp.* 1. *cap.* 2. vbi addit ad hunc finem referri omnes excommunicationes, quæ in hac Bulla continentur, ne dissensio in fide, & in his, quæ credenda sunt, detur, & ne vnio fidelium violetur, sed in vinculo charitatis coniuncti omnes in hac vita sub suo capite, pace gaudeant, & futuram beatitudinem acquirant.

Et quamuis contra multa crimina, quæ in Bulla Cœnæ damnantur, & acriùs puniuntur, in iure etiam excommunicationibus inuehatur, per nouas censuras, & per speciales reseruationes Summus Pontifex ab illis criminibus committendis delinquentes arcere, cupiens ingrauescente eorum malitia, timore tam acerbæ pœnæ, qualis est excommunicatio, absolutiones sibi in hac Bulla reseruat, præterquam in articulo mortis, adeò vt Bullæ Cœnæ sententias incurrens etiam defuncto Summo Pontifice, qui eas tulit, excommunicatus maneat, quousque ab habente potestatem absoluatur, vt Doctores communiter.

3. Hinc sequitur excommunicationes in Bulla Cœnæ contentas dicendas esse à iure, quia, quæ à iure sunt, in canone, aut statuto aliquo Ecclesiastico continentur, neque est dubium hunc processum esse canonem. Item quia quæ sunt ab homine, cum suo auctore pereunt, hoc est, defuncto eo, vel deposito ab officio, excommunicatio ab eo lata cessat, nec ligat. Proinde Syluest. *in verb. excommunicatio 7. num.* 76. *vers. trigesima prima*, vbi de Bulla Cœnæ Martini Quinti, opinatur esse sententias iuris ex titulo Bullæ, qui incipit, *Ad perpetuam rei memoriam*; atque ita est perpetua, & habet vim iuris. Idem colligitur ex fine eiusdem Bullæ, vbi Martinus Quintus vocat suum processum constitutionem, quod nomen constitutionis dicit ius, sequitur Nauarr. *in summa Latina*, in expositione Bullæ Cœnæ Gregor. XIII. & Vgol. *de censuris tabula* 1. *cap.* 9. §. 4. Viuald. *in Candelabro de excommunicatione, num.* 54. *& in explicatione Bullæ Cœnæ, num.* 129. dicentes post Bullas Pij Quinti, Gregorij XIII. & Sixti Quinti esse sententias iuris, eo quia omnes hi voluerunt habere vim obligandi donec à successoribus aliæ litteræ, & alij processus promulgati essent.

Contrà verò Sotus *in 4. sententiarum, dist.* 22. *quæst.* 2. *art.* 3. tradit excommunicationes Bullæ Cœnæ non à iure, sed ab homine esse, quod etiam tenuit Nauarr. *in manuali Hispano, cap.* 27. *num.* 53. vt ipsemet docet *in manuali Latino, c.* 27. *num.* 73. dum Bullam Iulij III. explicaret, cui sententiæ adhæsit noster Toletus *in explicatione Bullæ, in fine proœmij*, ex ea ratione, quia hæ excommunicationes assimilantur regulis Cancellariæ, quæ non durant perpetuò, sed reuocantur ab vnoquoque Summo Pontifice. Pro quo facit, quod dicitur in principio ipsius Bullæ, *Ad futuram rei memoriam*, non autem, *Ad perpetuam rei memoriam*, vt dicebatur in Bullis antiquis, nimirum in Bulla Martini Quinti, de qua D. Antoninus 3. *part. summæ, tit.* 24. *cap.* 72. quod fuit in vsu vsque ad Paulum III. qui cœpit dicere, *Ad futuram rei memoriam*; ob quam Petrus Rebuff. rationem in expositione eiusdem Bullæ in principio in verb. *Ad futuram*, notauit in Bulla contenta cum suo auctore cessare.

Confirmatur, quia huiusmodi excommunicationes latæ sunt per verba præceptiua, præcepta verò terminari cum præcipiente, secus de legibus, quæ non pereunt cum legislatore, vt patet ex *leg. mandatum, C. mandati, & §. rectè quoque, Institut. eodem tit.* Molina *de iustitia, tract.* 2. *disput.* 263. *pag.* 58. *lit. D.* Marius Alterius *d. disp.* 1. *cap.* 4. *ex cap. final. de officio delegati.* Leges autem perpetuò durant regulariter, donec specialiter reuocentur saltem tacitè, videlicet priores per posteriores: quia leges habent intrinsecè clausulam derogatoriam ad condendum, & sic leges posteriores tollunt priores, etiamsi de illis non faciant specialem mentionem, Spino *de testamentis, glossa 30. princip. num.* 17. & 18. vbi addit leges priores tolli per posteriores, sine speciali derogatione: at verò rescripta, vt primum tollatur per secundum, requiri expressam clausulam derogatoriam, cùm sint contra ius. *l. final. C. si contra ius, l. rescripta, C. de precibus Imperator. offerendis.* Bartol. *in Extrauganti, Ad reprimendam, verb. non obstantibus quomodo in crimine læsæ Maiestatis procedatur*, & gloss. *in l.* 1. *C. de naturalibus liberis.*

Dicendum tamen est excommunicationes Bullæ Cœnæ esse à iure. Quòd si quis contendat dicendas esse ab homine, responde nihilominus habere vim, quam habent excommunicationes à iure latæ. Ita Episcopus Scalensis *de censuris, c.* 16. *in expositione Bullæ*, Toletus *in summa, lib.* 1. *instruct. Sacerd. cap.* 18. Syluest. *verb. excommunicatio 7. n.* 76. *vers. trigesima prima*, Caiet. *in summa, verb excommunicatio, cap.* 2. contra hæreticos, dicentes habere vim iuris, quatenus non finiuntur cum morte Papæ, sed durant vsque ad nouam Bullam successoris, & ideo dicuntur à iure quòd cum morte conditoris non finitur; sequitur Summa Corona *de excommunicatione, par* 3. *cap.* 10. *num.* 4. & Marius Alterius *vbi supra, cap.* 4. §. *dico secundo.* Probatur, quia mortuo Summo Pontifice processus huius Bullæ durat, donec alius processus fiat, sicut alia Iura; ergo excommunicationes sunt latæ à iure, non verò ab homine. Item, quia hic processus est inclusus in corpore iuris, nimirum *in Extrauagante* 3. Pauli secundi, *de pœnitentiis, & remissionibus*, vbi postquam quarundam excommunicationum sibi reseruatarum meminit, addidit etiam contentas in Bulla Cœnæ Domini, quod etiam fecit Sixtus Quartus *in Extrauag.* 5. *eodem tit.* Ergo dicendæ sunt huiusmodi excommunicationes Bullæ à iure, vel absolutè, vel saltem dicendum est habere easdem conditiones, & vires, quas habent excommunicationes latæ à iure. Hæc resolutio est satis probabilis.

Probabilior tamen est sententia, quæ tradit processum Bullæ, quamuis aliquid iuris contineat, ac vim habeat, absolutè non à iure, sed ab homine esse. Ratio, quia processus Bullæ Cœnæ prior statim, ac subsequens promulgatur, & publicatur, expirat ipso facto; quod significant verba posita in fine processus Bullæ: ibi, *Volentes præsentes nostros processus.* Quod non contingit quando excommunicatio fertur per legem, nam hæc non tollitur per legem posteriorem circa eandem rem, promulgatam tamen, cum diuersis circunstantiis, nisi expressè reuocetur. Marius Alterius *vbi suprà.* Item, quia huiusmodi processus sunt annales, & singulis annis renouantur, cessántque sine noua reuocatione: imò olim processus illi,

illi, neque per annum durabant, sed ter in anno promulgabantur, quòd si ante annum Papa expirabat, ipsi expirabant: quòd constat ex eo, quia si nunc durant post mortem Pontificis, id habent ex tempore Gregorij XIII. qui *in clausula* 21. addidit, vt processus prædecessoris durarét vsque ad nouos processus, vel eiusdem Pontificis, vel successoris Quibus probè perspectis, patet processus Bullæ esse ab homine, quia quamuis durent post mortem Auctoris, non durant simpliciter, sed per tempus limitatum vsque ad nouos processus: atque ita non sunt sententiæ iuris omnino, & si participant de natura iuris, non proinde habent omnia iuris, sed multo plura participant de natura, ac vi sententiarum hominis. Nam bonum ex integra causa, &c. concordat Graff. *d. lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 4. dicens Bullam alio nomine vocari Processum, quia non est lex, nec statutum, sed hominis sententia, vnde olim mortuo Papa expirabat, per textum *in cap. à nobis, el primo, de sentent. excommunic.* & glossa *ibi in verb. non durat vltra*; vel illo ablato ab officio, qui eam tulit, Sanchez *de matrim. disp.* 28. *num.* 74. Augustinus Barbosa *in dicto cap. a nobis, num.* 12. Sed hoc per Pium Quintum in nostro casu fuit correctum, statuens processum Bullæ nunquam intelligi cessare nisi postquam à successore fuerit reuocatus: idem tradit doctissimus Fr. Antonius de Souza *in sua relectione de censuris Bullæ Cœnæ cap.* 1. *disp.* 1. *n.* 5. & Sayr. *de censuris, lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 18. *vers. Tertium est*, ex eo, quia adhuc hæ posteriores Bullæ vocantur processus, & nomine, & re processus sunt, sed sententiæ in processu latæ, & pronunciatæ non sunt iuris, sed hominis sententiæ; ergo, &c.

4. Ex dictis patet, quid dicendum sit aliis contraria sentientibus, præsertim iis, qui nituntur illa particula, *Ad perpetuam rei memoriam*, qualis est Syluester. quæ quidem non fuit posita, nisi ad perpetuam memoriam dandam Bullæ apud homines duntaxat; secus quando Pontifex vtitur his verbis, aut aliis similibus. *Hac perpetuò constitutione*, aut his verbis: *Hac perpetuo valitura constitutione.* Tunc enim vult Summus Pontifex Bullis suis perpetuam firmitatem, ac robur concedere. Quòd autem aliter Summus Pontifex intendat hos processus durare apud homines, ostenditur ex Bulla Gregorij XIII. *num.* 21. his verbis: *Volentes præsentes, ac omnia, & quæcumque his literis contenta, quousque alij huiusmodi processus a nobis, aut a Romanò Pontifice pro tempore existente, fiant, aut publicentur, durare, suósque effectus omnino sortiri.* quæ verba habentur etiam in aliis Bullis postea promulgatis à sequentibus ad id vsque tempus eisdem omnino verbis, vt videre est in processu Bullæ Clementis Octaui, edit. anno Domini 1598. & in processu Gregorij XV. promulgato anno 1621. & 1622. §. *volentes.* Quibus probatur hos processus esse annuales, & ex consequenti non esse perpetuas constitutiones, sed ad tempus limitatum habere vim, quod repugnat constitutioni iuris, & quamuis participent aliquid iuris, simpliciter tamen hominis sententiæ dicendi sunt. Ita Sotus *dicta distinct.* 22. *quæst.* 4. *artic.* 2. *post conclus.* 5. Nauarr. olim *in manuali Hispanico, cap.* 27. *num.* 74. vt ipse ait, *in Latino, cap.* 27. *num.* 73. dum explicaret Bullam Iulij III. quòd etiam docuit Toletus *in explicatione Bullæ Cœnæ procemij, in fine.*

5. Illud etiam non est omittendum, in Bulla Cœnæ contineri viginti excommunicationes latas contra varia genera personarum, in quibus si excommunicationes feruntur in Clericos absolutè, non ligantur laici illa excommunicatione, quamuis faciat opus illud, propter quod Clerici facientes excommunicantur. Ratio, quia pœna solùm fuit lata contra Clericos, non autem contra laicos. Ex quo infertur esse excommunicationem vniuersalem, ita vt omnes status hominum includat, aut esse particularem, colligendum esse ex contextu verborum ipsius excommunicationis. Secundò considerandæ sunt actiones pro quibus excommunicatio lata est. Nam si feratur contra agentes, non includit mandantes, aut consulentes; quia pœnæ non sunt extendendæ. Ideo videmus in aliquibus sententiis nedum agentes, seu facientes excommunicari, sed etiam mandantes, consulentes, fauentes, & auxilium dantes. Quare quando hæc non continentur in excommunicatione, neque hæ personæ explicantur, non est mens, & intentio Summi Pontificis, vt incurrant excommunicationem, nisi qui in sententia nominantur. Caietanus *in summa, verb. excommunicatio, in principio.* & Ledesma *secunda quarti, quæst.* 26. *artic.* 2. *in tract. de excommunicatione, pag.* 354. *col.* 2. vbi docent in omni clausula Bullæ Cœnæ semper esse consideranda hæc duo, personas videlicet, contra quas feruntur sententiæ, & actiones, pro quibus latæ sunt.

Quin etiam circa actiones aduertendum est, 6.
duplex posse esse genus illarum, puta principalium, & accessoriarum, verbi gratia, mandare, dare auxilium, præbere consilium, & huiusmodi, ad aliquid agendum, sunt actiones accessoriæ. Nihilominus actio accessoria potest prohiberi sub excommunicatione per modum extensionis, quando scilicet excommunicatio actionis principalis prorogatur à lege, vel à iure ad accessorias, quod colligitur ex textu, qui non loquitur de omnibus vniformiter, sed primo loco de fauente loquitur, & secundariò de consulente, vt videmus *in cap. si quis suadente*, 17. *quæst.* 4. vbi principalis actio est iniectio manuum violentarum in clericum, sed per extensionem est mandare, vel consulere, vt clericus percutiatur: atque ita non habet locum excommunicatio, si actio principalis, hoc est, percussio Clerici non habuit effectum. Secus quando actio accessoria subest excommunicationi per modum actionis principalis, scilicet, quando Religiosus in concione aliquid dixit animo retrahendi populum audientem à soluendis decimis Ecclesiæ, vt *in Clementina Cupientes*, § 1 *de pœnis*. In quo euentu etiamsi neminem retraxerit a soluendis decimis, nihilominus Religiosus incidit in excõmunicationem etiam non sequuto effectu, nec actione principali, quia talis actio subest per se, & non per extensionem excommunicationis, sicut subsunt actiones consulentis, mandantis percussionem clerici, qui non incurrunt, nisi principalis actio sequatur, Marius Alterius *vbi suprà, disp.* 1. *cap.* 5. vbi addit quando excommunicatur occidens Christianum, non excommunicari inferentem vulnera, quantumuis lethalia, non sequuta morte, requiritur enim actio consummata, & perfecta, sicut non excommunicatur volens percutere clericum de facto, si illum non tetigit, nec illius vestes, quia actio prohibita non habuit effectum.

Quando autem Bulla Cœnæ incipiat obligare 7.
ambigitur?

ambigitur? Nam secundùm aliquos obligat omnes fideles in quacumque parte Orbis versentur, vbi primum in Vrbe,& in Romana Curia publicè,& solemniter fuerit promulgata, sicut quæuis alia constitutio Summi Pontificis,quæ non est in corpore iuris,vbi publicè promulgatur in Romana Curia solet obligare vbique terrarum Christianos commorantes.Ita ex antiquioribus, Ioan. Andr. cum glossa *super Data Sexti*, *vers. Anno quarto*, Anch.*cap.2. de constit.* Abbas *in cap. Pastoralis num.1.vers.Sed contra hoc dictum,de fide instrumentorum*, Henricus *in cap. cognoscentes, de constitutionibus*, & ex recentioribus, Gomez *de regulis Cancellariæ, in proœmio quæst.2.lit.D,E,F.* Syluester *verb. lex.* §. 6. Sotus *lib.1.de iustitia quæst.1.art.* 4. *conclus.* 3. *vers. At verò,de Summo Pontifice*, Nauarr.*consil.* 1.*tit. de constitutionib num.* 14. Frater Emmanuel Rodrig. *tom.* 1. *Regularium quæst.* 6. *art.* 2. *in fine*, Azor. *instit.moral.par.* 1.*lib.* 5. *cap.*3. *quæst.* 3.& Valent. *tom.*2 *disp.* 7.*quæst.*3*o*.*puncto* 5. *dubio* 2. dicentes leges Summi Pontificis obligare quam primum in Romana Curia publicantur, & in valuis Ecclesiæ Sancti Ioannis Lateranensis,& Basilicæ Principis Apostolorum de vrbe affixæ sunt.

Quod verò attinet ad constitutiones Pontificias indistinctè, quando incipiant obligare, contraria sententia tradit non sufficere promulgationem publicam,& solemnem, nisi promulgatio fiat in singulis Prouinciis : imò volunt nonnulli non ligare in Prouinciis constitutiones Pontificias, nisi post duos menses completos à promulgatione in Prouinciis, Abbas *in cap. cognoscentes, num.* 7. *de constitutionibus*, primum dubitat; nihilominus videtur tandem accedere, probatur quia in constitutione Imperatoria requiritur ad obligandum spatium duorum mensium elabi post legitimam promulgationem in Prouinciis factam : igitur constitutio Pontificia non habebit vim obligandi in Prouinciis, nisi post duos menses exactos à legitima promulgatione. Confirmatur per textum *in cap. quod dicitis, dist.* 16. vbi asseritur non esse licitum ignorare ea,quæ in Concilio Sardicensi publicè contigerunt, cùm hoc Concilium in illis Regionibus esset celebratum,& ab omni Ecclesia receptum : proinde dici potest,si non fuisset in illis Regionibus legitimè, ac solemniter promulgatum,& publicatum, Clerici ibi viuentes iustam ignorantiam potuissent opponere, ac prætendere. Ita opinantur Franciscus Coscius Senensis *in dicto cap. cognoscentes num.*100. *de constit.* Caiet. *t.* 2. *quæst* 90. *art.* 4. & *ibi* Bart. Medina *in dub.* 1. *post conclusionem secundam, & dubio vltimo*, & Angelica *in verb. lex, num.* 13. quia eadem videtur esse ratio de legibus Imperatoriis, quæ ad obligandum in singulis Prouinciis exigunt post promulgationem earum duos menses ergo idem requiritur in legibus Pontificiis, cùm Imperium Pontificis latiùs, ac longiùs pateat quocùque Imperio alicuius Regis, vel Imperatoris. Atque ita non sufficiet in Romana Curia promulgatio, sed etiā necessaria erit in Prouinciis,& Ecclesiis Cathedralibus publicatio.

Porrò quamuis aliqui curent has opiniones temperare ita, vt prima procedat de consuetudine recepta, & approbata : secunda autem de iure sit magis consentanea, & magis congruere videatur cum ipso iure scripto, quo ad casum nostrum Bullæ Cœnæ dicendum est illam obligare vbique terrarum, postquam in die Iouis sancti solemniter publicatur, ita omnes qui docent, & recent leges Summi Pontificis obligare quamprimum in Curia Romana publicantur, & ad valuas Basilicæ Apostolorum sunt affixæ, quos in nostro casu Bullæ Cœnæ sequitur Sayr.*in claui Regia lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 10. quo argumento Bullæ Cœnæ probat leges Pontificias non egere in singulis Prouinciis ad obligandum particulari promulgatione, sed sufficere promulgationem, quæ fit in Curia solemniter. Conueniunt tamen omnes in aliis constitutionibus à Bulla Cœnæ semper habere locum ignorantiam inuincibilem, quæ excusat à culpa, & à pœna, non solùm in foro conscientiæ, sed etiam in foro exteriori, si probetur ignorantia : idem Sayr. *in tomo* 1. *thesauri lib.* 1. *cap.*18. quod etiam procedet quoad aliquos casus de nouo additos in Bulla Cœnæ. Nam cùm in legibus Ecclesiasticis tempus non sit constitutum, vt aliquid Romæ promulgatum esse deprehendatur, illud tempus sufficiet, quod in lege ciuili statutum est, duorum scilicet mensium spatium, quod tempus satis rationabile videtur, intra quod lex promulgata ad omnium aures perueniat, nisi tanta sit distantia loci, vt impossibile sit omnibus innotescere ; secus de casibus consuetis in Bulla Cœnæ, quæ singulis annis solent publicari, in quibus non habet locum ignorantia, præsertim in Parochis, & Confessariis, qui illam habere penes se, & legere debent, atque diligenter examinare, & hoc sub peccato mortali, vt videre est in Bulla Pij quinti, quamuis hodie consilium sit Graff. *lib.*4. *decisionum cap.* 18. *num.* 9. Sousa *vbi suprà cap.* 28. *numero* 2. ad calcem Bullæ Cœnæ, quamuis ex alio capite credat Episcopos, Curatos, & Confessarios, qui negligunt Bullam Cœnæ penes se habere, peccare mortaliter, non ratione constitutionis, vel præcepti, cùm ablatum fuerit à Pontificibus post Pium Quintum, sed ratione officij, cùm teneantur scire ea, quæ in Bulla Cœnæ continentur,sine quibus suum officium integrè nequeunt exercere : ideo ratione officij quo funguntur, sub præcepto peccati mortalis ad Bullam habendam tenentur, Marius Alterius *in explicatione Bullæ Cœnæ disput.* 22. *lib.* 5. *cap.* 7. *fol.* 801.

Cæterùm, vt omnia hæc meliùs percipiantur, sit

Prima conclusio,leges,& constitutiones Pontificiæ de iure communi, vt obligent, non solùm 8.
debent publicari solemniter in Romana Curia, sed etiam in singulis Prouinciis,imò in eisdē Prouinciis non nisi post duos menses exactos à promulgatione ligant. Abbas *in dicto cap.cognoscentes, de constitutionibus*, Angel. *verb.lex.*§.12.Bart.Medina 1.2.*quæst.*90.*art.*4.*vers.Sed quæritur.* Probatur ex iure ciuili,quòd quando iuri Canonico non repugnat, ab Ecclesia admittitur,& seruatur,ex *cap.* 1. *de nou.oper.nunc.*vbi dicitur: Sicut leges non dedignantur sacros Canones imitari, ita sacrorum Canonum statuta constitutionibus Principum adiuuantur. Idem habetur *in cap.si in adiutorium, dist.* 10. in textu, Imperij leges ex quo leges in adiutorium Ecclesiæ licitè allegantur, & *ibi* glossa ait sic: Vbi desunt Canones, leges citari possunt, concordat Doctissimus Hispaniarum Primas *in dicto cap. si in adiutorium num.* 1. & 2. Atqui ius ciuile in hac re iuri Canonico non aduersatur,& disponit,vt Imperatoris constitutio non habeat vim, nisi post promulgationē factam in

in Prouinciis, neque obliget, nisi post duos menses elapsos à legitima promulgatione, vt decernitur *in Auth Vt facta nouæ constitutiones, circa princip. collat.* 5. Ergo idem tenendum est de legibus, & constitutionibus Pontificiis. Esset enim satis durum, si vbi primum Romæ promulgaretur constitutio aliqua Pontificia, confestim omnes Catholici per vniuersum mundum dispersi ligarentur, antequam ad eorum aures promulgatio deueniret, quos excusat *cap. propofuisti, distinct.* 82. per hæc verba: Si ad aliquos forma Ecclesiasticæ vitæ, quæ ab Episcopo Siruio ad omnes Prouincias commeauit, non probatur peruenisse, ignorantibus venia non negatur. Ex quibus sequitur ignorantes non ligari vbi culpa non reperitur, cùm ignorans consensu carere dicatur, per textum *in l. qui vas.* 49. *§. vetare. ff de furtis.* Sed de his diximus *prima parte lib.* 1. *disp.* 5. *§.* 4. *ex n.* 151.

9. Secunda conclusio, Bulla Cœnæ in Vrbe promulgata, in remotis partibus degentes regulariter non ligat, nisi post duos menses à publicatione in Vrbe facta, Nauarr. *lib.* 1. *consiliorum, consil.* 1. *de constitut onibus, quæst.* 4. docens ex vsu Romanæ Curiæ transgressores legis promulgatæ post duos menses exactos vti reos puniri solere, nisi probet ignorantiam, aut detur aliquod signum, ex quo colligatur à quo tempore obligari incipiant. Nec requiritur post promulgationē Romæ factam, vt in aliis locis, & Prouinciis, vt obliget, prumulgetur, Abbas *in cap. nouerit, num.* 3. *de sentent. excommunic.* & est communis Theologorum, & Canonistarum, teste Mario Alterio *supra disp.* 16. *lib.* 5. *cap.* 2. *fol.* 686. *col.* 2. *lit. E* Sed sufficit spatium duorum mensium esse transactum, vt degentes in partibus remoris obligentur, quod conceditur, vt omnibus innotescat extra Vrbem morantibus, quidquid contradicat Alterius *disp.* 1. *cap.* 6. *fol.* 453. *col.* 1.

10. Tertia conclusio, Bulla Cœnæ, quo ad existentes in partibus valde remotis, non incipit obligare illos, nisi quando nouerint illam solemniter promulgatam fuisse. Ratio, quia lex non obligat, nisi quando est promulgata sufficienter, teste D. Thoma 1. 2. *quæst.* 90. *art.* 40. sed non dicitur sufficienter talis, nisi quando ad aures omnium regulariter venit. Nauarrus de lege Pontificia loquendo, *dicto consilio* 1. *de constitut. quæst.* 4. Igitur ante tempus requisitum ad hanc notitiam habendam non ligabit ignorantes, qui in remotissimis partibus versantur, etiamsi sit elapsum duorum mensium spatium.

Probatur, quia semper ignorantia simpliciter cùm datur, culpa non reperitur; ergo nec pœna, cùm excusat à peccato, ratione cuius imponitur. Castro *de lege pœnali lib.* 2. *cap.* 14. *folio* 302. *de iuris, & facti ignorantia.* nisi id procedat ex ignorantia affectata, quæ in se malitiam continet, & sicut talis magis appellatur scientia, quàm ignorantia, *l. qui contra*, ibi: *errore non affectato, C. de incestis nuptiis*, Tiraquel. *de retract.* §. 35. *numero* 28. propterea qui affectant ignorantiam, non excusantur à pœna: sicut scientia non excusat delinquentem. Quin etiam ignorantia crassa, seu supina, non excusabit delinquentem, nec transgressorem legis in totum, sed pro parte huiusmodi ignorantia excusabitur à pœna legis, siquidem illa ignorantia minuit voluntarium, ac subinde pro parte excusare debet. Castro *de lege pœnali lib.* 2. *cap.* 14. *fol.* 306.

Quarta conclusio, quandiu nouus processus Bullæ non deducitur ad aures absentium, antiquus est in suo robore; eo quia tandiu obligat, quandiu nouus non publicatur, vt constat ex §. *volentes*, eiusdem Bullæ, ibi: *volentes præsentes nostros processus, &c.* quo vsque alij huiusmodi fiant, aut publicentur durare, suóque effectus omnino sortiri: non dicitur autē processus sufficienter promulgatus de nouo, donec eius notitia ad loca remotiora feratur: igitur respectu morantium in remotioribus partibus, non censetur nouus processus sufficienter publicatus, & ideo antiquus adhuc obligat, & numquam datur tempus, quo homines non ligentur processu huius Bullæ, cùm teneantur obedire clausulis præcedentium processuum donec sciatur de nouo. 11.

Quinta conclusio, promulgatio Bullæ Cœnæ, quæ fit à Prælatis, & Episcopis in suis ciuitatibus, non requiritur, vt Bulla vim habeat obligandi, sed ea solùm ratione fit, vt omnia, & singula, quæ ibi continentur, notiora efficiantur. Non tamen facienda est publicatio à Prælatis in omnibus Ecclesiis suæ Diœcesis, sed tantùm in Ecclesia Cathedrali, seu in Matrice, & Maiori, vbi non extat Cathedralis Ecclesia, Marius Alterius *vbi suprà disp.* 22. *lib.* 5. *c.* 6. *fol.* 797. *col.* 2. *lit. E. & 798. lit. D.* 12.

Sexta conclusio: Episcopi, & Prælati, qui negligunt publicare in suis Ecclesiis processus huius Bullæ, peccant ex genere suo grauiter, & mortaliter, nisi ex iusta, & legitima causa id omittant. Prior pars probatur, quoniam hoc præcipitur illis in virtute sanctæ obedientiæ, proinde, qui negligunt obedire huic mandato, committunt actum inobedientiæ formalis, quod est peccatum graue. D. Thomas 2. 2. *quæst.* 102. *art.* 2. gloss. *in cap. dolentes, vers. Diuinum officium, de celebratione Missarum*, vbi Innoc. Tertius in virtute obedientiæ præcipit clericis, vt diuinum Officium studiosè, & deuotè celebrent, vult peccato infidelitatis innodari, qui Sedi Apostolicæ contendit non obedire. Quod etiam constat ex *cap. si qui sunt Presbyteri, distinct.* 81. *in fine*, his verbis, ibi: *Peccatum igitur Paganitatis incurrit, quisquis dum Christianum se asserit, Sedi Apostolicæ obedire contemnit.* Sed quamuis textus non intelligatur de quocumque inobediente mandatis Papæ, sed de illo, qui contemnit; adhuc tamen, qui non obedit formaliter præcepto summi Pontificis, hoc in loco districtè præcipientis Episcopis, & Prælatis, in virtute sanctæ obedientiæ, vt solemniter publicent in suis Ecclesiis Bullam Cœnæ, si id omittant sine causa, peccant grauiter, & mortaliter contra obedientiam formalem debitam summo Pontifici, cùm contemnant illi parere sub præcepto peculiari virtutis obediētiæ publicationem præcipienti, & possunt excommunicari maximè cùm appareant contumaces contra formale præceptum obedientiæ, Marius Alterius *vbi suprà lib.* 5. *c.* 6. *fol.* 799. *disp.* 22. *lit. C.* ex aliis. Diximus *sine causa*, quia si ex illa iusta, & rationabili non publicetur, tunc excusabuntur à mortali, vt eos excusat Graff. *vbi suprà lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 7. & Sayr. *lib.* 3. *de censuris, cap.* 25. *num.* 12. vbi ab hoc præcepto deobligat Prælatos à potestate seculari impeditos, quo minus processus Bullæ publicent, cùm in eo casu publicatio non posset fieri sine maxima perturbatione, ac tumultu; nisi in odium fidei Catholicæ, & in iniuriam Ecclesiasticæ auctoritatis publicatio à potestate seculari impediatur, in quo euentu etiam cum vitæ periculo publicatio fieri debet, & impedientes incurrunt in pœnas Bullæ. 13. 14.

De

De prima excommunicatione Bullæ Cœnæ, CLAVS. I.

§. I.

HIs prælibatis sequitur explicatio excommunicationum, quæ in ambitu, & corpore Bullæ Cœnæ continentur per clausulas viginti, quarum prima est.

1. Excommunicamus, & anathematizamus ex parte Dei Omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus sancti, auctoritate quoque Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac Nostra, quoscumque Hussitas, VVichlephistas, Lutheranos, Zuinglianos, Caluinistas, Vgonottos, Anabaptistas, Trinitarios, & à Christiana fide Apostatas, ac omnes, & singulos alios hæreticos, quocumque nomine censeantur, & cuiuscumque sectæ existant, ac eis credentes, eorumque receptatores, fautores, & generaliter quoslibet illorũ defensores, ac eorundem libros hæresim continentes, vel de Religione tractantes, sine auctoritate nostra, & Sedis Apost. scienter legentes, aut retinentes, imprimentes, seu quomolibet defendentes, ex quauis causa, publicè, vel occultè, quouis ingenio, vel colore, nec non schismaticos, & eos, qui se à nostra, & Romani Pôtificis pro tempore existentis, obedientia pertinaciter, subtrahunt, vel recedunt. Sic *in Bulla Cœnæ.*

Materia huius primæ excommunicationis est circa hæresim, & circa ea, quæ sapiunt hæresim, & faciunt suspicionem de hæresi. Comprehenditque vndecim personarum genera, & primo loco excommunicantur hæretici omnes, & singuli quocumque nomine vocentur, & censeantur, & cuiuscunque sectæ existant, triplici nimirum auctoritate, Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti: deinde auctoritate Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli: tertiò auctoritate propria, quam habet in terris tanquam Christi Vicarius. Additur etiam auctoritas S. Pauli, qui Romanæ Ecclesiæ cum S. Petro cooperator, & fundator fuit, quique vna, & eadẽ die Romæ vigesima nona Iunij, iussu Neronis gloriosum subiit Martyriũ, vt notat Eusebius Chron. Epiph. *hæresi* 27. S. Irenæus *lib.* 3. *cap.* 1.

Cùm ergo in hac clausula hæretici omnes excommunicentur, & anathematizentur, operæpretium erit, quid sit hæresis, & qui nomine hæreticorum veniant in præsentiarum? & quæ requirantur, vt quis censeatur formaliter hæreticus, explicare.

EPITOME.

2. *Hæresis diffinitiones plures.*
3. *Hæresis plures sunt species, & variis modis committitur.*
4. *Hæresis quomodo diffiniatur à Theologis.*
5. *Hæresis Etymologia plures, & à quo verbo dicatur.*
6. *Hæresis mentalis, & interna non sufficit ad incurrendam excommunicationem.*
7. *Hæresis omnis exteriùs manifestata regulariter excommunicationem inducit.*
8. *Hæresim suam in confessione manifestans non incurrit excommunicationem Bullæ Cœnæ.*
9. *Hæreticus purè mentalis, mentalem hæresim consilij capiendi gratia reuelans amico, vel boni alicuius operis exercitio, aut mali operis omissione manifestans, non incurrit in censuras contra hæreticos latas.*
10. *Hæreticus purè mentalis, qui per iocum se hæreticum esse, vel fuisse narrat, an incurrat in censuram Bullæ Cœnæ?*
11. *Hæresis purè mentalis an reseruari possit.*
12. *Hæresiarcha pressè, quis dicatur? Et Dogmatista hæreticus. ibid.*
13. *Hæreticus propriè quis sit, & quæ requirantur, & quas pœnas incurrat.*
14. *Hæreticum se fingens in solo actu externo pœnas hæreticorum non incurrit.*
15. *Hæreticus non est, qui sine pertinacia errat circa fidem ex ignorantia crassa.*
16. *Infidelis errans, aut catechumenus nondum baptizatus, hæreticus non dicitur.*
17. *Hæreticus nõ dicitur, qui assentitur alicui operi externo infidelitatis sine aliquo errore in intellectu.*
18. *Pertinacia plus ad hæresim, quàm error facit, & quid nomen erroris importet, & quis propriè pertinax dicatur.*
19. *Hæreticus est dubius in fide, quando quis in dubitatione habet pertinaciam, animi deliberationem, & placentiam in dubitando: secus si in dubitatione non se firmat pertinaciter.*
20. *Hæreticus non est dubius in fide, quando dubitat in aliquo articulo in quo sunt diuersæ opiniones.*
21. *Dubius in fide quando non dicitur hæreticus?*
22. *Hæreticus an sit, qui tenet, Imagines Sanctorum non esse venerandas.*
23. *Hæreticus an sit, qui asserit decimas non esse soluendas Episcopo, & Clericis.*
24. *Hæreticus est qui tradit peccatum mortale non esse peccatum, puta fornicationem, vel vsurã, secus si dubitaretur in aliquo casu, vtrùm sit vsura.*
25. *Hæreticus non est regulariter, qui credit falsum, sed putat non credere falsum, sed id quod credit opinatur teneri ab Ecclesia.*

HÆresis pluribus modis definitur. Primò, Hæresis est electio falsarum, vel nouarum opinionum de fide, vel per inuentionem, vel per sequelam alicuius commodi gratia, maximè vanæ gloriæ, principatúsque sui. Hæc diffinitio deducitur ex *cap. hæreticus* 24 *quæst.* 3. vbi ostenditur, quis propriè censeatur hæreticus, ab Augustino *in lib. de vtilitate credendi, cap.* 1. *ibi* relato D. Thoma 2. 2. *quæst.* 11. *art.* 1. Secundo modo dicitur hæresis falsa, & erronea opinio in intellectu, per quam falsè, & erroneè intellectus opinatur de aliquo contra fidei veritatem. Sic Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisit. quæst.* 2. *comment.* 26. *vers. Ac hæresis, fol.* 246. *col.* 2. *post medium.* Tertiò hæresis est error fidei Catholicæ contrarius cum pertinacia in eo, qui est fidem Christi in Baptismo professus, ita Turrecremat. *lib.* 4. *summa, part.* 2. *cap.* 1. ex communi mente Doctorum *in* 4. *dist.* 13. Quæ diffinitio parum differt ab ea, qua vtitur Azor *in summa, part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 9. *rubr. de hæresis crimine, in* 1. *quæst.* his verbis: *Hæresis est error intellectus, siue mentis voluntarius ex electione, & pertinacia, contra aliquam sententiam fidei.* vbi explicat singula definitionis verba, nec multum discrepat Paramus *de origine Sanctæ Inquisitionis, lib.* 3. *quæst.* 3. *num.* 6. vbi ita. *Hæresis est falsa opinio, & erronea in intellectu assertio contra Catholicam veritatem ab eo, qui fidem Christi accepit, pertinaciter defensam, vel in dubium reuocatam.* Quæ definitiones quamuis differant verbis, re tamen ipsa in eadem substantia concurrunt, vt notat Pegna 2.

Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquisitor. part.2. comm.26. fol.246. col.2. vers. Ac haresis.*

3. Nec mirum, quòd hæresis tot definitionibus describatur, cùm hæresis ipsius plures reperiantur species, & pluribus modis committatur, vt constat ex *cap.3. de hareticis.* quod etiam colligitur ex *l. quicumque. C. eodem.* & ex *Clementina final. extrà eodem titulo,* vbi damnantur octo hæreticorum errores, & secundùm Goffredum *in summa de hareticis, num. 1.* vbi ait sex modis hæreticos reperiri, sequitur Armilla *in verb. haresis, num.16. & sequenti,* & Raynerius *in verb. haresis, cap. 2. vers. sexta conclusio est*; quibus adde Lælium Zecch. *in summa, part. 1. tit. de fide. rubr. de haresi, cap. 11. num. 2. & 3.* vbi plures casus, in quibus potest quis dici hæreticus: vnde plures emanasse sectas hæreticorum, videre est *in cap. quidam autem. 24. quæst. 3.* in quo enumerantur septuaginta hæreticorum sectæ, *& in cap. sicut, extrà de hareticis, & in cap. excommunicamus, el 2. extrà eodem.* Turrecremat. *in tractat. de potest. Papa, lib. 4. cap. 23. & sequent.* vbi meminit omnium hæresum damnatarum ab Ecclesia tam in Conciliis, quàm in Decretalibus, & Extrauagantibus. Et in specie Eymericus *in Director. Inquisit. 2. part. quæst. 6. fol. 243.* vbi de hæresibus damnatis in Decreto, *& quæst. 7. fol. 248.* vbi de hæresibus damnatis in Decretalibus, *& fol. sequentib.* vbi de erroribus damnatis in Decretalibus, & in 6. & in Clementinis, & in Extrauagantibus, in quibus meminit Auctorum prædictorum errorum, & hæresum.

4. Porrò quamuis definitiones supradictæ declarent, quo ad rem, & substantiam, malitiam, & naturam hæresum, secundùm Theologos, sic hæresis definiri potest. Est error intellectus voluntarius, contra aliquam fidei veritatem, cum pertinacia assertus ab eo qui fidem recepit, Suar. *de triplici virtute, disp. 19. sect.5. num.13.* Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.2. cap.7. num. 1.* & alij communiter, post Sayr. *lib. 3. de censuris, cap.4. num.9.* quæ deducitur ex D. Thoma 2. 2. *quæst. 11. art. 1. & 2.*

5. quem sequitur Bannes ibi, *Dicitur haresis error à verbo erro, erras,* teste Ioan. Andr. *in cap. firmissimè, num. 2. extrà de hareticis, & ibi* Butr. *num.6.* & Abbas *num. 3. vers. & dicitur haresis,* secundùm quam significationem, & Etymologiam hæreticus dicitur, qui errat à recto, hoc est, hæreticus, est errans à recto, vt volunt Zanchin. *de hareticis, cap. 1. num. 1.* & Decian. *in tract. criminal. lib. 5. cap. 7. num. 5.* quæ Etymologia quamuis non placeat Pegnæ *in additionib. ad Eymericum in Director Inquisitor. part.2. quæst.1. vers. alias autem Etymologias, & versib. sequentib. fol. mihi 231. colum. 2.* Nihilominus non omnino displicent, siquidem, qui errat à recto in rebus fidei, satis errat.

Differt autem error ab hæresi tanquam genus ab specie, quoniam omnis hæresis est error, sed non omnis error est hæresis, Roias *in tract. de hareticis, part.2. num.466.* & priùs *num.268.* vbi tangit alias differentias inter errorem & hæresim, & inter propositionem erroneam, & hæreticalem. Aliis autem placuit hæresim dici à verbo, *adhæreo,* quia hæreticus firmiter adhæret suæ opinioni, Ioan. Andr. *in dicto cap. firmissimè, num.2. de hareticis,* Turrecremat. *in cap. haresis, num.1. vers. alij dicunt, el 12. 24. quæst. 3.* Tabiena *in verb. hareticus, num. 1. vers. secundo modo dicitur. & num. 26. vers.* competit ei nomen hæresis, Zanchin. *in tract. de hareticis, cap. 1. num. 5.* Sed hæc Etymologia non placuit etiam Mariano Socin. *in rubrica extrà de hareticis, num. 6. vers. vel etiam, & num. 10. in fine*; sed parum refert, cùm placeat viris grauissimis, admirum, Syluestro *in verb. haresis, §. 1. num. 1 vers. & sic haresis,* & Antonio de Butrio *in dicto cap. firmissimè, num. 6.* & Abbati *num. 3. vers. & dicitur haresis.* Alij denique dicunt hæresim dici à verbo *Ercisco*r, quod est diuiduo, quia hæretici per hæresim diuisi sunt ab his, qui rectam Ecclesiæ Catholicæ doctrinam amplectuntur. Ita Ioan. Andr. Butri. Zabarel. *in dicto cap. firmissimè,* & alij, quos sequitur Eymericus *dicta part. 2. quæst. 1. de nomine haresis, fol. 230. & ibi* Pegna *comment. 26.* vbi ait veram hæresis Etymologiam descendere à verbo Græco, & Græcè hæresim ab electione vocari, eo quòd vnusquisque eligit sibi id quod sibi melius videtur. In qua electione decipitur hæreticus, quia Catholicis non licet quidquam arbitrio suo eligere in rebus ad fidem spectantibus, sed tenemur sequi, quæ sunt diuinitus tradita; Tertullia *in lib. de præscriptionibus aduersùs hareticos,* & Isidorus *lib. octauo, cap. 3. Etymologiarum.*

Quæstionis ergo sit, an prima excommunicatio Bullæ Cœnæ comprehendat hæresim mentalem, quæ in mente retinetur, neque vllo signo externo manifestatur? Affirmant comprehendi sub hac excommunicatione hæreticum purè mentalem, Arnald. Albert. *de agnoscendis assert. har.* Carrer. *de hareticis, num.138.* Bonifacius de Vitalis *de maledicis, in tit. de crimine haresis, sub num.6.* Tiraquel. *in l. si vnquam, verb. reuertatur, num. 240. C. de reuocandis donat.* Spino *in Speculo testam. gloss. 7. a num.13.* Menoch. *de arbitr. casu 360. n.6. & 7.* Azeued. *l.1 num.151. & sequent. tit.3 lib.8. noua recopilationis,* Tiberius Decianus *in tract. crimin. prima part. lib.5. cap.42. num.2.* & alij, quos referens sequitur Ceuall. *commun. contra commun. quæst.698. à num. 9.* vbi hanc partem in fauorem fidei Catholicæ tuetur. Ratio, quia in Bulla Cœnæ fertur excommunicatio contra hæreticos absolutè; nec arcet hæreticum mentalem ab hæretico verbali, & vterque est hæreticus: igitur vterque incidit in censuram. Nam quotiescumque pœna imponitur ipso iure, statim in foro conscientiæ ligat delinquentem, vt vult Abbas *in cap. 1. de constit. & ibi* Felin. *num.58.* 6.

Nec obest si dicatur Ecclesiam non iudicare de occultis, quia id intelligunt huius sententiæ Patres, quo ad punitionem temporalem, non autem, quo ad spiritualem, qualis est excommunicatio, quod etiam tradit Cantera *in quæstionibus criminalibus 2. part. cap. 1. num. 8.* & Vela *in tractatu de punitione delictorum, cap. 14. vers. iure verò canonico.* Atque ita vbi excommunicatio sequitur hæresim ex sola voluntate, cum pertinacia, nihil interest, quòd hæreticus sit mentalis, vel manifestus respectu excommunicationis: non enim defuit ius, sed probatio, vt ait Roias *de hareticis 1. part. à numer. 240. vsque ad numerum 276.* vbi respondet argumentis contrariæ partis.

Pars negans, cui adhæreo, est multo probabilior, quæ tradit excommunicationem in clausula prima Bullæ Cœnæ contra quoscunque hæreticos latam, non extendi ad hæreticum purè mentalem, qui solùm in mente est hæreticus. Ratio, quia Ecclesia non habet iurisdictionem in actus purè internos,

internos, & ex consequenti nullam potest pœnam imponere propter delictum omnino occultum, quod in corde latet, & nunquam ad exteriorem actum externum processit, Castro *lib. 2. de potest. legis pœnalis, cap. 15. in principio, & num. 1.* Simanchas *de institutionib. Catholic. tit. 42.* Couarr. *in regul. peccatum. 2. p. regul. 1. n. 7. de regul. iuris, in 6.* & ex consequenti nedum liber est hæreticus purè mentalis ab excommunicatione lata contra hæreticos, sed etiam ab aliis pœnis contra eosdem impositis, Azor. *1. part. instit. moral. lib. 5. cap. 10. & lib. 8. cap. 10. quæst. 3. cum tribus sequentibus, & cap. 19. quæst. 4.* Auila *de censuris, part. 1. dub. 10. concl. 1. & part. 7. disp. 2. dub. 1.* Vasquez 1. 2. *disp. 160. n. 20.* Valent. 2. 2. *disp. 7. quæst. 5. puncto 7. & quæst. 11. puncto 3.* Suar. *tom. 5. disp. 21. sect. 2. n. 1. & lib. 3. de legibus, cap. 13. & lib. 4. cap. 11. & de fide, disp. 21. sect. 2. num. 4.* Sanchez *lib. 2. in præcepta Decalogi, cap. 8. num. 2. & 3.* vbi multis rationibus concludit nullum hæreticum incurrere in excommunicationem, aut in alias pœnas, nisi aliquo signo externo hæresim in mente retentam manifestet aliquo modo.

Confirmatur, quia hæresis mentalis potest absolui à quocunque Sacerdote, qui à peccatis mortalibus non reseruatis potest absoluere, nisi vbi in aliqua Diœcesi fortè ab Episcopo fuerit reseruata, ex ea ratione, quoniam non est affecta excommunicatione huius Bullæ, vt in specie volunt Tolet. *in summa, lib. 1. cap. 19.* Sayrus *de censuris, c. 4. num. 21.* & Suarius *tom. 5. disp. 21. sect. 2.* & reliqui omnes, qui tenent Ecclesiam non habere in actibus purè internis iurisdictionem. Quin etiam secundùm probabiliorem sententiam, non potest ferri per Ecclesiam contra hæreticum purè mentalem sententia excommunicationis, quoniam nulla potestas potest aliquid præcipere contra aliquem, de quo non potest cognoscere, nec punire, quæ non potest iudicare. Atqui Ecclesia non iudicat de internis directè actibus, sed solus Deus, qui est cordium, & renum scrutator, *1. Reg. 16. & Psalm. 7.* Ergo non potest excommunicare hæreticum purè internum. D. Thom. *1. 2. quæst. 91. art. 4. & quæst. 100. art. 9. & 2. 2. quæst. 104. art. 5. & in 4. dist. 18. quæst. 2. art. 2.* D. Antonin. *3. part. tit. 25. c. 4. in principio,* Sotus *in 4. dist. 22. quæst. 2. art. 3. post conclusionem quintam.* Nauarr. *in manuali, cap. 27. num. 50. vers. quinto.* Quare hæreticus purè mentalis non potest excommunicari, cùm Ecclesia nequeat præcipere, aut prohibere actus de quibus nequit sententiam ferre, sequitur doctissimus Fr. Antonius de Sousa *vbi supra, cap. 2. disp. 4. num. 2. vers. sit nihilominus certa conclusio.* An verò hæresis purè mentalis reseruari possit? dicetur *num. 11. infra in hoc §. 1.* in quo sumus.

Cæterùm cùm in hac prima clausula Bullæ in Cœna Domini feratur sententia excommunicationis contra hæreticos suam hæresim in corde latitantem manifestantes, certi iuris est excommunicationem latam esse maiorem, & nullo modo minorem; patet primò ex verb. *Excommunicamus,* quod simpliciter prolatum significat maiorem, non verò minorem, quia quamuis excommunicatio dicatur de maiori, & minori, nihilominus quando est sermo de excommunicatione sine alia additione de maiori, interpretatio debet fieri tanquam de principaliori specie. Nam quælibet dictio in potiori significatione est accipienda, glossa *in l. 1. ff. de verb. obligat.* Couar. *in cap. Alma 1. part. §. 8. num. 5.* & ante ipsum Abbas *in cap. penult. num. 4. de senten. excommunic.* dicens vsu receptum esse, vt nomine excommunicationis in dubio maior intelligatur. Qui vsus habet maximam vim in interpretatione cuiuslibet vocis, *l. Labeo, ff. de supel. leg. l. librorum. §. quod tamen Cassius,* & *ibi* glossa, *ff. de legatis 3.*

Sed contra opponitur Summum Pontificem frustrà dixisse *excommunicamus, & anathematizamus,* quia anathematizo semper sumitur pro maiori excommunicatione; ergo si anathematizo nihil addit pœnæ verbo *excommunicamus*, sufficiebat dicere, *excommunicamus* dumtaxat. Quo argumento ducti plerique opinati sunt in hac Bulla in Cœna Domini mentem Summi Pontificis esse excommunicare delinquentes, non solùm excommunicatione maiori, per verbum *anathematizamus*, sed etiam minori, per verbum *excommunicamus*, & ideo post verbum *excommunicamus* addidisse *anathematizamus.* Quia verbum *excommunico* prolatum, à iure potest accipi pro minori excommunicatione; ita Decius *in cap. cùm non ab homine, num. 13. de iudiciis,* vbi clericus accusatus de crimine primùm excommunicatur, deinde crescente contumacia anathematizatur; hoc est, mucrone excommunicationis maioris traiicitur. Idem sentit Innocentius, vt refert Abbas *in d. cap. cùm non ab homine.* Et quamuis verbum *excommunico* sumatur pro maiori excommunicatione, vt verum esse fatetur Decius, & est communis, quando ponitur simpliciter tantùm: nihilominus quando fertur *excommunico*, verbum copulatum, cum *anathematizo*, primum sumitur de minori, secundum de maiori excommunicatione intelligitur, sic Decius, & Nauarr. *in Extrauagante Gregor. XIII. de datis, & promissis pro iust. & grat. notabil. 4. num. 9. vers. Addo septimò*, vbi probat auctoritate glossæ *in d. cap. cùm non ab homine, verb. excommunicationis*, quam ego non inuenio, dicens, quoties cap. vtitur his verbis, *excommunico,* & *anathematizo*, excommunico de minori, anathematizo de maiori intelligi. Quoniam copula, *&*, inter illa duo verba, ostendit copulata esse diuersa, glossa *in rubrica, de iuris, & facti ignorantia, & in cap. querelam, de simonia*: alioqui, si illa duo verba accipiantur tanquam synonyma ad significandum excommunicationem maiorem dumtaxat, repetitio est superflua, quæ fugienda est. glossa *in verb. tanquam, cap. solitæ, de maior. & obed.*

Probabilius tamen est verba *excommunicamus,* & *anathematizamus* inter se differre, quo ad accidentalia, ita vt *excommunicamus* intelligatur de excommunicatione maiori sine solennitatibus, & ceremoniis. At verò *anathematizamus* intelligatur de eadem excommunicatione maiori, quæ fertur cum omnibus ceremoniis, & solitis solennitatibus. Quasi dicat, qui in hanc excommunicationem Bullæ Cœnæ incurrerit, maiori excommunicatione sit excommunicatus, & postea possit declarari adhibitis consuetis solennitatibus anathematizatus. Atque ita geminatio illorum verborum non est superflua, cùm inter vtramque detur differentia saltem ceremoniarum extrinsecarum. Accedit, quia aliquando copula, *&*, inuenitur inter similia idem significantia, Felin. *cap. ex parte 1. de rescriptis, num. 32. vers. copula*, & Bartol. & Iason *in l. 1. ff. de iust. & iure.*

His positis regula sit huiusmodi. Omnis

hæresis exteriùs manifestata,&,Omnis hæreticus exterior, quamuis sit omnino occultus, ligatur excommunicatione Bullæ Cœnæ, est communis. Dictum est, licèt sit occultus omnino, quod est, quando est per accidens occultum, nempe, si nulli crimen fuerit notum, adhuc incurritur excommunicatio, quantumuis occultè, ac nemine præsente hæresis verbo *signo*, vel *facto* fuerit manifestata: eo quòd per se, & suapte natura potest Ecclesiæ constare, & per accidens tantùm dicitur occulta, quoniam nemo tali manifestationi externæ interfuit, ita Simanch. *de Catholicis institutionibus, tit.42.num.7.* Tiraquel. *in l.si vnquam, verb. reuertatur, in noua editione, num. 295. vers. tertium, quod non longè*, Sayr. *de censuris, lib.3.cap.4.num.26.* Suarez *tom.4.in 3 p.disp.29 sect.2.num.2. & de triplici disp. 21. sect.2.num.6.vers. Dico secundò*, Gutier *lib.1.canonicar cap.13.num.18.* Couar. *in regul. Peccatum, 2.p.in principio,num.7.* Sanch. *in precepta Decalogi, lib.2.cap.8. num.6.* post plures, quos ibi referens sequitur, & est certa inter Theologos. Ratio, quia talis actus eo ipso quòd externus, & sensibilis est, quantumcunque sit occultus,& nemine præsente factus, cadit sub iurisdictionem Ecclesiæ: Ecclesia autem ponit censuram hanc ipso facto pro omni peccato hæresis externo: ergo, qui sic hæresim, quam amplectitur, profert, ligatur hac censura.

Quin etiam non solùm incurrit in hanc censuram hæreticus ita per accidens occultus, sed etiam obnoxius manet ad cæteras pœnas incurrendas hæreticis impositas, Sotus *lib. 1. de iust. quest.6.art.6.conclus.4.* Aragon. *2.2.quæst.11. art.3. fol.344.§.Iam dicendum nobis erit*, sequitur Vgolin. *tract.de censur.tabula 1 cap.9.§.12. num. 6.* vbi decidit hæreticos per accidens occultos puniri legibus, ex consequentique amittere bona sua, & ligari cæteris pœnis, Simanch. *vbi proximè num.7.* Cordub. *in suo quæst. lib.1. quæst. 36. opinio.3. vers. Confirmatur secundo*, Nauarr. *in manuali Latino, c.27. n.56.* & alij, quos referens sequitur Sanch. *vbi supra, num.6.*

8. Limita primò non incurrere in hanc censuram, qui hæresim suam internam manifestat in confessione Confessario, siue hæreticus deseruerit suam hæresim mentalem, siue non. Nam hic actus non est malus, sed est bonus de se, & pius, nec profertur ab hæretico asserente illam, & est extra iudicium humanum. Propterea non detegi à Confessario, sed si pœnitens est contritus, potest absolui ab hæresi mentali, quia ex ea manifestatione nulla incurritur excommunicatio. Etenim si ex hac confessione incurreretur censura, contineretur sub Bulla Cœnæ Domini, & nulla ratione absolui posset, quod est absurdum, ita Theologi communiter, Sayr. *vbi suprà, cap.4.n.28.* Samanch. *d. tit.42.num.14.* cum aliis Doctissimus Fr. Antonius de Sousa *supra, cap 2. disp.7.*

Sed quid si hæreticus in foro pœnitentiæ fateatur se hæreticum esse, & nolle de eo crimine agere pœnitentiam, nec socios criminis manifestare? Simanch. *vbi supra* opinatur Sacerdotem in eo casu obligari sigillo sacramentali, nec posse illud frangere, cuius opinionis est etiam Sayr. *vbi proximè*, dum ait, etiamsi hæreticus hæresim non deserat, nec corrigi paratus sit. Ex ea ratione, quia violare sigillum sacramentale est grauius quocunque alio periculo, quod Ecclesiæ imminere possit. Sanchez autem credit contrarium, dicens non esse sigillum in hoc casu seruandum, cùm hæc confessio non sit vera, sed simulatio confessionis. At verò requiri, vt qui se fatetur hæreticum esse, bono animo cōfiteatur, esto non requiratur, vt dolens fateatur, nec ab hæresi resipiscens, sed sufficere, vt licèt non doleat de peccato hæresis, nec illam deserat, veniat bono animo, eámque illi aperiat consilij gratia, quod solùm videtur petere, Cordub. *vbi suprà*. Nam quamuis non satis sit ad sigillum seruandum sola voluntas, & intentio capiendi consilium, vt animæ bono consulatur, sed requiratur voluntas se accusandi apud Confessarium præsentem, vt ait Suar. *tom.4. de pœnitentia, disp.33. sect.2.num.7.* Attamen actus hic bonus est, proinde non manifestatur hæresis per actum malum.

Vnus tamen excipitur casus in quo integrum est Confessario reuelare, quod ei aperitur sub prætextu, vel sub specie confessionis, puta, cùm hæreticus suas hæreses persuadere curat ipsi Confessario, in quo euentu crimen hæresis, & auctor illius detegi potest, vt fertur fuisse tentatum olim ab hæreticis Lutheranis, vt venena sua ad hæreses clam, & in occulto Catholicis communicarent, fingentes se esse Catholicos, vt Catholicos deciperent, Simanch. *vbi suprà, num. 15. & 16.*

Limita secundò, non incurrere in excommunicationem, qui inquisitionibus suam hæresim 9.
mentalem aperiret, non animo affirmandi hæresim, sed capiendi consilij, vt bono animæ suæ consuleret: similiter non erit hæreticus externus, qui hæresim mentalem boni alicuius operis exercitio, aut omissione mali operis detegeret, vel vt peteret consilium, quia est actus bonus, & ad bonum finem exercitus, Gutier. *canonicarum, lib.1. cap.13.num.9.* Sayr. *d.cap.4.n.30.* Ratio, quia hæc opera ex sua natura non sunt signa, quæ manifestent hæresim; quinimo exercitium bonorum operum, & omissio malorum operum sunt signa Christiani pectoris, & ideo per similia opera non manifestatur hæresis interna, sed tegitur. Sayr. *vbi suprà, num. 30.* vbi subdit, si quis hæreticus purè mentalis nunquam ingrederetur Ecclesiam ad audiendum sacrum, vel si dum est in templo, & dum eleuatur Eucharistia, non genuflectat, nec pectus percutiat, incurrere excommunicationem latam contra hæreticos supposita hæresi mentali in corde, quia hæc signa sunt hæresis internæ manifestatiua, & sufficiunt ad incurrendam excommunicationem. Suar. *de triplici, disp.21. sect.2.n.11. ad finem*, eo quòd nunquam Missam audire, neque Eucharistiam adorare, quando eleuatur, secundùm communem vsum fidelium, sunt signa, quæ hominem vehementer de hæresi suspectum faciunt, nisi ex circunstantiis temporis, vel personæ ea significatio impediatur.

Non sufficiunt tamen ad manifestandam hæresim internam ea signa, quæ reddunt hominem leuiter suspectum de fide, sed requiruntur, quæ regulariter faciunt vehementer, vel violenter suspectum. De leuiter suspectis, & quæ sint signa, & exempla leuis suspectionis loquitur *l. 2. C. de hæreticis, in fine*, vbi dicitur sic. Hæreticorum vocabulo continentur, & latis aduersùs eos sanctionibus debent succumbere, qui vel leui argumento à iudicio Catholicæ Religionis, & tramite detecti fuerint, deuiare. Dicitur autem leuis suspicio quæ leui defensione tollitur, & quæ oritur ex leuibus coniecturis, nimirum si aliqui reperiantur occulta conuenticula celebrantes, vt patet

extrà

extrà *de hæreticis, cap. excommunicamus* 1 *in fine*, & qui similia exercent: tales namque leuiter de hæresi suspecti censentur, de ea scribunt Gerson *in tractatu de protectione, consideratione* 12. Eymericus 2. *p. director. quæst.* 55. vbi *num.* 3. de leuis suspicionis exemplis, & de maxima, ac vehementi suspicione, & Pegna *ibi commento* 46. vbi etiam Pegna *fol. mihi* 378. vbi concludunt vehementes, seu violentes suspiciones sufficere ad condemnandum. Quæ autem sint ista signa, quæ vehementer, vel leuiter faciunt hominem suspectum de fide, tradunt Simanch. *in Enchiridion. tit.* 41. Albertin. *de agnoscendis, quæst.* 34 Syluest. *verb. indicium, & verbo præsumptio*, & Patam. *de origine Inquisitionis, lib.* 3. *quæst.* 10.

10. Limita tertiò. Excusatur hæreticus purè mentalis, si per iocum narret se hæreticum esse, vel fuisse, ita Victor. apud Simanch. *vbi suprà, d. tit.* 41. *num.* 10. eo, quia non asserit hæresim illam, sed tantùm narrat, aut refert; Simanch. tamē non omnino probat, nisi benignitatis gratia posse defendi hanc opinionem fortassis tradit, quia in re tam graui iocus non habet locum, vt dicitur, non patitur ludum fama, fides, oculus. Dicendum tamen est, si quis ioco, vel ex ignorantia se olim aliquid contra fidem tenuisse tradat: nunc autem non tenere, non esse hæreticum externum, quia, vt sit hæreticus, requiritur, quòd vtatur verbis, quibus hæresis interna vri præsens, & existens declaretur, & hoc modo verum est, quod tradit Victoria, sequitur Azored. *lib.* 8. *recopil. tit.* 3. *l.* 1. *n.* 157. Sayr. *de censuris, lib.* 3. *cap.* 4 *n.* 31. Azor. *tom.* 1. *instit. moral. lib.* 8. *cap.* 10. *quæst.* 6. & Suar. *de censuris, disput.* 4. *sect.* 2. *num.* 14. & Sanch. *d. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 21. & *num.* 22. addit hæreticum internum dicentem se habere intentionem incidendi in hanc, vel in illam hæresim, non fieri hæreticum externum, quia per hoc propositum non exprimitur hæresis iam existere, sed propositum tantùm futuræ sectæ.

11. Ambigi tamen potest, an hæresis mentalis possit reseruari? Constat non reseruari per Bullam Cœnæ, vt dictum est, quia ius Pontificium non solet reseruare culpas, nisi habentes censuras reseruatas annexas, Suar. *tom* 4. *in* 3. *partem, disp.* 19. *sect.* 1. *num.* 8. *& de triplici, disp.* 21. *sect.* 4. *num.* 2 Nihilominus ibi fatetur de consuetudine, & vsu Episcopos hæresim mentalem solere reseruare, & de rigore iuris id facere posse. Quia integrum est Ecclesiæ peccata purè interna, ac solo corde retenta reseruare, eo quòd reseruatio non est vsus iurisdictionis fori exterioris, sed est negatio, & ablatio iurisdictionis pro foro sacramentali: ideo potest Ecclesia reseruare peccatum hæresis. Ita Suar. *suprà*, addens non esse laudabilem talem reseruationem, & regulariter non expedire, si autem alicubi fiat talis reseruatio, non esse reprobandam, quia fieri posse est multorum, nimirum Caietan. *in* 2. 2. *quæst.* 11. *art.* 4. *in fine*, & Aragonis *in eadem quæstione, art.* 3. *col.* 8. Vgolini *in tractatu de censuris Summo Pontifici reseruatis*, 2. *p. cap.* 1. §. 1. *num.* 11.

Mihi tamen magis placet dicere in reseruatione peccatorum purè internorum generaliter facta non venire peccatum hæresis mentalis, nisi expressis verbis declaretur, vel addatur dictio aliqua per quam idem explicetur; puta dictio *quomodocumque*, vel *quomodolibet* peccata sint interna; nam dictiones istæ sunt generales, & omnia comprehendunt, sicut dictiones *quicumque, quæcumque*, Tiraquel. *de retractu lig.* §. 1. *glos.* 3. *num.* 10. Menoch *remed.* 6. *recup. num.* 5. Octauian. Vulpell. *de præpositionum, & aduerbiorum signific. in dictione Quicumque, pag.* 93. & Cardinalis Tusch. *tom.* 2. *lit. D. conclus.* 351. per textum *in cap. solitæ.* 6. *de maior. & obed.* ibi, nihil excipiens, qui dixit *quodcumque*, & *quæcumque*. Sunt enim generalia, & qui dixit omnia, nihil excipit. Burg. de Pace *cons.* 25. *num.* 28. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell gloss.* 9. *num.* 21. & Marchesan *de commiss. part.* 1. *pag.* 241. *num.* 2. Item, quia dictio *quomodolibet* operatur vltra expressa, vt notat Angelus *in l. quod si nolit.* §. *si quid ita. ff. de ædilitio edicto.* gloss. *in Clementina* 1. *de re iudicata.* Flamin. *de resignatione, lib.* 9. *quæst.* 15. *n.* 48. *cum sequentibus*: igitur si Prælati reseruent peccata interiora, non intelligitur reseruata hæresis, nisi specialiter exprimatur, vel apponantur in reseruatione dictiones *quomodocumque, quomodolibet*, seu, *quouis modo* interiora. Faciunt tradita à Sanchez *in præcepta Decalogi, lib.* 2. *c.* 8. *n.* 4. *vers. cæterùm, quamuis*, vbi vult, licet à quouis Prælato fieri possit reseruatio, nullo modo sub ea reseruatione intelligi peccata merè interna, nisi expressis verbis declarentur, & in dubio non est præsumendum id de superiore, cùm peccata interna sint frequentissima, & occultissima. Quare absurdum esse ea reseruare tradit Sotus *in* 3. *dist.* 18. *quæst.* 2. *art.* 5. *column.* 11. *vers. vtrùm verò*, & Ledesma *summa Sacrament.* vbi de confessione, *dub.* 16. *in fundamento secundo, ad finem.*

Quid de Hæresiarchis, & Dogmatistis? Non est dubium multo fortiùs ligari excommunicatione Bullæ Cœnæ, & multo grauioribus pœnis esse obnoxios. Est enim Hæresiarcha Princeps hæreticorum, ab hæresi, & Archi, quod est verbum Græcum significans Principem, siue principium, sicut Patriarcha est Princeps Patrum. Hæresiarcha dicitur, qui aut hæreses inuenit, aut inuentas alios docuit, Paramus *de origine sanctæ Inquisitionis, lib.* 3. *quæst.* 9. *num.* 143. Eymericus *in Directorio Inquisitorum, part.* 2. *quæst.* 39. post Albertin. *in tract. de agnoscend. assert. catholic. & hæret. quæst* 29. *n.* 23. *& quæst.* 30. *num* 60. Dicuntur etiam Hæresiarchæ alio nomine Magistri errorum, vel Dogmatistæ, seu Dogmatizatores, & Concilium Biterrense *cap.* 16. vocat hæreticos perfectos, Pegna 2. *part. comment.* 64. vbi de Dogmatistis, & Hæresiarchis dicens grauius peccare, quàm alij hæretici, & ideo grauiùs puniri. 12.

An verò hi Magistri errorum si verè pœnitentes sint, debeant admitti ad misericordiam à Dominis Inquisitoribus? Affirmat text. *in cap. Ego Berengarius, de consecrat. distinct.* 2. qui fuit Hæresiarcha, & admissus ad pœnitentiam, & ad abiurationem, sequitur Eymeric. *in Director. Inquisitor. part.* 3. *rubr. de Octauo modo terminandi processum fidei, num.* 188. *vers. circa istum, & num.* 196. *fol. mihi* 541. *col.* 1. aliàs *fol.* 330. & Pegna 2. *p. commentario* 64. *fol.* 129. *& sequent.* Quam sententiam puto veram, si pœnitentia vera est; & non ficta, & isti Magistri errorum voluntarij, non autem inquisiti, nec vocati, nec citati adeunt Dominos Inquisitores, & misericordiam, & veniam implorant. Secus si post frequentes admonitiones se conuertunt; tunc enim præsumitur de illis potius ob metum mortis, quàm ob studium veritatis ad petendam misericordiam induci, ita Pegna *in additionibus ad Eymericum, part.* 3. *quæ.* 1. 39. *commentar.* 64. *versic. Item hæc sententia de recipiendis Hæresiarchis.* Ratio, quia plerunque horum conuersiones sunt fraudulentæ Ideo puro corde simulant

mulant se resipiscere, vt in concepto errore persistant, & ampliùs in suos errores alios inducant. Atque ita prudentissimi, vt solent, Inquisitores debent inquirere, an puro corde, & non fictè conuertantur: difficile namque est perfectos hæreticos extremæ impietati subitò terga vertere voluisse, ac propterea in illis multo clariora pœnitentiæ signa, quàm in aliis pœnitentibus sunt exigenda.

Adde etiam in hoc casu posse admitti Dogmatistas ad pœnitentiam, & pariter ad misericordiam, si vbi primum capiuntur, statim ad pœnitentiam conuolant, & consentiunt abiurare errores, & hæreses, easque omnino deponere, ac deserere ex animo demonstrant, nisi Regi, Principi, Reginæ, aut eorum filiis hæreticos errores persuadere ausi sunt: his enim nullo modo parcendum est, sed Curiæ seculari tradendi, Lælius Zecch. *in summa part. 1. tit. de fide, rub. de heresi cap. 11. num. 17. vers. fallunt tamen predicta*, post Simanch. *de Catholicis institutionibus tit. 47. n. 68. 69. & sequent.* Nam hæresis in hoc casu cum crimine læsæ Maiestatis concurrit: proinde sine vlla miseratione Magistri errorum coërcendi sunt, nec illis indulgendum, qui Principes, & eorum familiam deprauare, aut corrumpere tentant, Pegna *dicto commentario 64. vers. postremò id mihi maximè probatur, fol. 330. col. 2.* Ex eo quoniam Rege incolumi mens omnibus vna est: impiis regnantibus, ruinæ hominum, Seneca *lib. 1. de clementia, vers. animus Reipublicæ Princeps est.*

13. Sequitur videamus, quis sit hæreticus propriè, & quæ requirantur, vt sit talis ad incurrendam excommunicationem contentam in prima clausula Bullæ Cœnæ? Dico primò requiri, vt sit hæreticus, quòd fuerit professus fidem Catholicam per Baptismum, vnde Iudæi, & infideles non sunt propriè hæretici, quia non sunt baptizati, D. Thomas 2. 2. *quæst. 10. art. 5. & quæst. 11. art. 2.* quia hæresis est negatio fidei susceptæ per Baptismum, vel error fidei Catholicæ contrarius cum pertinacia in homine qui professus est fidem Christi in Baptismo. Quæ sententia est D. Augustin. *lib. 18. de ciuitate Dei, cap. 51.* vbi vocat hæreticum, qui sub nomine Christiano falsa dogmata in fide Christi docet, vel sequitur: quod etiam Origenes *circa tertium caput ad Titum*, vt refert Pamphilus *in Apologia*, & alij, quos referens sequitur Suar. *de triplici, disp. 16. sect. 5. num. 8. vers. Probatur antecedens, & disp. 19. sect. 5. num. 3. vers. secunda conditio*, vbi sub nomine Christiano fatetur ad propriam hæresim requiri, quòd persona sit baptizata, vt incurratur in censuram Bullæ Cœnæ, quod etiam sentit Caietanus 2. 2. *q. 11. art. 2.* Aragon *ibi*, Sayr. *lib. 3. de censuris cap. 4. num. 10. & 11.* Sanch. *in Decalogo lib. 2. cap. 7. num. 34.* Toletus *in summa lib. 4. cap. 3.* Ratio, quia per Baptismum fit homo Christianus, & est membrum Ecclesiæ Catholicæ, & ante Baptismum non intrat Ecclesiam.

Hinc fit, vt nec Iudæi transeuntes ad Saracenos, aut ad alios infideles, innodentur hac censura, nec possint puniri propter hoc aliis pœnis ab Ecclesia, vt refert Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 10. num. 34.* vbi testatur de communi, Farin. *de heresi quæst. 178. num. 16. & num. 132. & n. 155.* vbi id extendit ad Iudæos, vel infideles Catechumenos, qui fidem, & Religionem animo susceperunt, sed nondum baptizati sunt: ij si postea contra fidem scienter aliquid credant, non incurrunt in censuram huius canonis, ita ex traditis à Sanchez *in d. cap. 7. lib. 2. Decalogi*, vbi probat *n. 34.* non esse verè hæreticos, neque innodari hac excommunicatione, neque illius esse capaces ante Baptismum, cùm nondum Ecclesiæ subditi sint, Aragon. 2. 2. *quæst. 11. art. 2. dubio 3.* Vgolin. *de censuris Pontifici reseruatis 2. part. cap. 1. §. 1. num. 2. & 3.* & Toletus *lib. 4. summa cap. 3. num. 5.* Oppositum opinatur Castro *lib. 1. de iusta hereticorum punitione cap. 8.* & Suar. *tom. 5. in 3. p. disp. 21. sect. 2. num. 4.* vbi volunt Catechumenos fidem semel receptam relinquentes esse verè hæreticos. Sed verius est non esse, & ex consequenti non esse puniendos pœnis hæreticorum, quod innuit Simanch. *de Catholicis institutionibus tit. 31. rubr. de hereticis*, & Farinac. *supra num. 131. in d. quæstio. 178.*

Porrò Iudæi baptizati sponte, si postea à fide recedant, ligantur hac censura, & tanquam hæretici puniuntur. Sic Ioannes Andreas *in c. quidam, extrà de Apostatis*, & Ioannes Anan. *ibidem*. text. *in cap. contra Christianos, de hereticis in 6.* Albertinus *in rubrica de hereticis in 6. quæst. 11. num. 6. vers. tamen ad eam pertinet*, Gundisal. *in tract. de hereticis quæst. 5. num. 6. vers. unde subiungit.* Quod extenditur ad infantes Iudæos baptizatos, si postea ad Iudaismum redeant, neque excusantur ex eo, quòd Baptismum susceperunt ignorantes. text. *in cap. contra Christianos, de hereticis in 6.* ibi, *Etiamsi huiusmodi redeuntes, dum erant infantes*, &c.

Quòd si aliquis non sponte, sed coactè, aut fictè baptizetur, & postea à fide deuiet, dicendum est, si coactio fuerit præcisa, ita vt interiùs noluerit baptizari, non innodari hac censura, neque pœnis hæreticorum, quia verè baptizatus non est. Idem dic de fictè baptizato recedente à fide, cùm Baptismus fuerit irritus; poterit tamen Ecclesia coactionis, aut fictionis ignara illum tamquam hæreticum punire; in foro tamen interno nullis pœnis subiicitur. Sayr. *de censuris, lib. 3. c. 4. num. 11.* quem sequitur Sanchez *dicto lib. 2. cap. 7. num. 35.*

Dico secundò ad perfectum hæreticum requiri errorem intellectus cum pertinacia assertum ab eo, qui fidem recepit circa aliquam fidei veritatem, nam error in aliis non est hæresis. Ex quibus duo tantùm requiri ad perfectum hæreticum duntaxat, aliqui affirmarunt, errorem nimirum, & pertinaciam, Rosell. *in summa in verb. hereticus, in principio.* Repertor. Inquisit. *in verb. hereticus, vers. Quid propriè faciat hereticum*, Campeg. *in addit. ad Zanchin. in tract. de hereticis cap. 1. lit. A. in fine additionis*, Iulius Clarus *in §. heresis, vers. Ad hoc autem.* Quare Alexander Pezan. *in commentar. ad D. Thomam 2. 2. quæst. 11. art. 1. disp. 1. in 3. conclusione, vers. secundò colligitur*; credit non dici hæreticum, qui sine errore intellectus aliquod verbum contra fidem pronunciat, consonat Conarr. *variar. resolut lib. 3. cap. 1. num. 2. vers. Exigit profectò multa*, & Sanchez *d. cap. 7. num. 1.* vbi errorem intellectus dicit assensum falsum intellectus esse.

Pertinacia autem ad hæresim requisita reperitur, quando quis sciens, & prudens credit aliquid contra Ecclesiam Catholicam, habetur *in Clementina in §. porrò, de summ. Trinitate*, ibi, *Quisquis defendere, seu tenere pertinaciter præsumpserit.* Atque ita pertinaciam, seu contumaciam esse de ratione hæresis, conueniunt omnes, Suar. *de triplici,*

disp.

disp. 19. *sect.* 3. *num.* 9. Sanchez *d. cap.* 7. *num.* 5. Sayr. *de censuris lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 18. dicens pertinaciam plus conducere ad hæresim, quàm errorem, & ideo illam necessariò requiri ad hæresim. Idcirco, qui sententiam suam, quamuis falsam, atque peruersam, nulla pertinaci animositate defendunt, præsertim, quam non audacia suæ præsumptionis pepererunt, sed à seductis, atque in errorem lapsis parentibus acceperunt, quærunt autem cauta solicitudine veritatem, corrigi parati, cùm inuenerint, nequaquam sunt inter hæreticos deputandi. Ita Augustin. *Epistol.* 162. & refertur *in cap. dixit Apostolus* 24. *quæst.* 3. Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 4. vbi *num.* 11. per text. *in cap. dixit Apostolus* 24. *quæst.* 3. ait de hæresis substantia esse pertinaciam, nec sufficere solum errorem, quia, vt quis censeatur in hæresi perfecta lapsus, necesse est, quòd in ea hæresi sit pertinax. Nam quousque non datur pertinacia, non obstante, quòd adsit error intellectus voluntarius, forma hæresis non est consummata. D. Antonin. *in summa part.* 2 *tit.* 12. *cap.* 1. *in principio.* Simanch *de Catho. instit. tit.* 31. *num.* 7. & Franc. Torreblanca *in Epitome de delictione lib.* 3. *cap.* 8 *num.* 23. dicentes, qui cognoscunt errorem, & se corrigunt, vel corrigi parati sunt, non dici hæreticos pertinaces.

Ex quo sequitur simplices rusticos non esse de facili præsumendos hæreticos, ex quo animo pertinaci suum errorem defenderint, si Ecclesiæ se submittant, nisi appareat in illis nimia sagacitas, & simulatio, Decian. *in suis tract. crimin. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 37. *num.* 62. Farinac. *in praxi crimin. part.* 3. *quæst.* 98. *num.* 42. August. Barbos. *cap.* 2. *de summa Trinit. num.* 3. *& in d. cap. dixit Apostolus*, 24. *quæst.* 3. & Sayr. *de censuris*, *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 18. *vers. Alterum est* Quibus accedit Nauarr. *in summa cap.* 11. Hispane *num.* 17. Latine *n.* 22. Castro *lib.* 1. *contra hæreses cap.* 9 *ad finem*, & Torres *de Trinitate quæst.* 32. *art.* 4 *in* 6. *part. commentary in fine.* vbi volunt pertinacem, & verum hæreticum esse, qui non credit, quòd sit ab Ecclesia definitum, quamuis asserat se paratum ab Ecclesia corrigi, quia mentitur se paratum corrigi, cum manifeste contradicat definito ab Ecclesia. Nam pertinacia consistit in eo, vt quis repugnet, & resistat auctoritati Ecclesiæ, quæ repetitur in eo, qui non vult auctoritati illius acquiescere, Petrus de Ledesma 2. *tom. summæ tract.* 1. *cap.* 6. *post secundam conclusionem, difficultate* 1. Vasquez 1. 2. *quæst* 76. *art.* 3. *disp.* 126. *cap.* 3. *in princip. num.* 9. & Torres *eodem art.* 4. *in* 3. *commentary parte col.* 2. Denique pertinacia requisita ad hæresim non consistit in temporis diuturnitate, sed potest momento temporis perfici instar aliorum peccatorum, Caietan. 2.2. *quæst.* 11 *art* 2. *notabili* 1. Cordub. *in suo quæstionario lib.* 1. *quæst.* 17. §. 7. *vers. vbi notat*, Valentia 2.2. *disp.* 1. *quæst.* 11. *punct.* 1. *difficultate* 4. Azor. *tom.* 1. *lib* 8. *instit. moral. cap.* 9. *quæs.* 1. & Canus *lib.* 12. *de locis Theologicis cap.* 9. *col.* 19. *vers. ratio igitur col.* 21. *vers. illud deinde*, & Azor. *tom.* 1. *lib.* 8. *instit. moral. cap.* 9. *quæs.* 1. & ideo in eo momento, quo pertinax quis est sentiens aliquid contra Ecclesiam, ligatur excommunicatione contra hæreticos lata.

Quinimò in eandem censuram incurrit tamquam pertinax, qui falsò credens aliquid esse determinatum ab Ecclesia, contrarium sibi persuadet, & sentit Bannes 2.2. *quæst.* 11. *art.* 2. *col.* 4. *corollario* 3. Aragonius *ibidem art.* 1. *col.* 6. *vers. hoc constituto*, & Sayr. *vbi supra cap.* 4. *num.* 14. vbi *num.* 15. excusat ab excommunicatione, qui sine pertinacia errat circa fidem ex ignorantia crassa; quia ad hæresim non sufficit ignorantia etiam crassa, seu vincibilis, quæ non excusat à peccato; quamuis eam sufficere ad hæresim tradat Sotus *in* 4. *distinct.* 22. *quæst.* 2. *art.* 3. *post conclusionem quintam*; minus tamen bene, cùm sit contra communem. Ita Canus *lib.* 15 *de locis Theologicis cap.* 9. & Domin. Bannes 2. 2. *quæst. vndecima art.* 1. & Valent. *in* 2. 2. *quæst.* 11. *disp.* 1. *puncto* 5. & alij, quos sequitur Sanch. *d. cap.* 7. *num.* 19. & 20.

Hinc etiam sequitur, qui se fingit in solo actu 14.
externo hæreticum, non ligari pœnis contra hæreticos latis. Est communis, & certa, quam docet Antonin. 2. *part. tit.* 18 *cap.* 1. & 6. Tabiena *verb. hæreticus num.* 2. & *verb. Apostasia num.* 3. Nauarr. *cap.* 27. *num.* 56. & ex nostris Azor. *tom.* 1. *lib.* 8. *instit. moral. cap.* 9. *quæs.* 9. 10. & 11. & *cap.* 51. *quæs.* 5. & 6. Toletus *lib.* 4. *summæ cap.* 4 *num.* 6. & Suar. *de triplici, disp.* 14 *sect.* 6 *num.* 4. & *disp.* 21. *sect.* 2. *num.* 1. Fundamentum, quia fingens se hæreticum, cùm non sit, non recedit vere à fide & Religione Catholica; ergo non innodatur pœna excommunicationis contra hæreticos lata. Item, quia pœnæ sunt restringendæ, neque comprehendunt delinquentes imperfectos, sed perfectos, quales non sunt fingentes se hæreticos, cùm fidem retineant, & ideo simpliciter non manifestarunt hæresim
exteriùs, cùm eam non habuerint in animo, sed 15.
tantùm ficto animo fidem negarunt, negantibus
autem fidem hoc modo, & actiones confessioni
fidei contrarias exercentibus non apponuntur 16.
censuræ latæ simpliciter contra hæreticos, sicut non eas incurrunt errantes circa fidem sine pertinacia ex ignorantia crassa, vt dictum est: quemadmodum nec infidelis errans, nec catechumenus nondum baptizatus, si à voluntate suscipiendi Baptismum recedat, & ad infidelitatem redeat; non enim sunt hæretici: sicut non sunt, qui assen-
tiuntur alicui operi externo infidelitatis, sine ali- 17.
quo errore in intellectu, Farinac. *de hæresi*, *quæst.* 178. §. 1. *num.* 16. *& sequent.* & Sayr. *lib.* 3. *de censuris*, *cap.* 4 *num.* 13. ex D. Antonino 2. *part. tit.* 12. *cap.* 16. Syluest. *verb. Apostasia, num.* 4. *quæst.* 1. *vers.* 2. *& in verb. hæresi* 1, Toletus *in explicatione Bullæ Cœ-*
næ. §. 1. *concl.* 2 Quare thura idolis ex timore offe- 18.
rentes sine vllo errore intellectus committunt peccatum infidelitatis externum; non tamen incurrunt in censuram contra hæreticos latam. Nec dicendi sunt habere pertinaciam, cùm non teneant aliquid contra Ecclesiam Catholicam, cùm fidem retineant, & hæresis errorem fidei contrarium importet, & pertinacia in eo consistat, vt quis sciens, & prudens teneat aliquid in animo contra Ecclesiam Catholicam, vt habetur *in cap. vnico, de summa Trinitate, in* 6. *& Clement. vnica, eodem tit* D. Thomas 1. *part. quæst.* 35. *art.* 4. *in fine.* At non dicuntur tales facientes, & exercentes aliquod opus externum infidelitatis sine vllo errore intellectus, Sanchez *d. cap.* 7. *num.* 8. 9. & 10.

Ambigitur, an hæreticus sit dubius in fide? 19.
Regula sit: Dubius in fide non est hæreticus quando est dubius in aliquo articulo in quo sunt diuersæ opiniones. Ita Felin. *in cap.* 1 *num.* 4. *extrà de hæreticis*, & *ibi* Ioan. de Anan. Quia dubitat in iis, quæ non dum sunt definita ab Ecclesia, & sunt opiniones, quo vsque per Ecclesiam determinetur quid sequendum sit, Archidiac. *in cap. hæresis num.*

num.2.verſ.Item dubius,14. *quaſt*.3. & Bellamer. *ibi poſt num. 4. verſ. Idem in dubiis*, Armil.*in ſumma,in verb.hæreſis, num.1.verſ. Aliqua autem ſunt ambigua*, vbi tradit non eſſe hæreticum, qui eſt dubius in his,quæ ſunt ambigua,& nondum definita ab Eccleſia, niſi fuerit adeò pertinax, & contumax, vt non crederet etiamſi ab Eccleſia eſſet definitum, ſequitur Roias *in tract. de hæreticis, part.1 num.53.* & Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Directorio Inquiſitorum p. 2. & cap. 1. extrà de hæreticis, verſ. vndecimò, & poſtremò, & ſequenti*, vbi firmat hanc regulam dummodo, qui eſt dubius, paratus ſit amplecti, quod ab Eccleſia in poſterum fuerit definitum.

Ampliatur ad dubium in fide, qui firmiſſimè tenet veram eſſe Catholicam fidem, quamuis pro maiori claritate veritatis circa expoſitionem alicuius loci ſacræ Paginæ dubitet, quiſnam ſenſus, & intellectus in eo loco comprehendatur,& qualis ſit magis germanus. Ita Pegna *d. part.2.ad cap. primum,extra de hæreticis,col.1.verſ.ſecundo modo, & col.2. verſ. in ſecundo genere dubitandi*, & Lælius Zecch. *in ſumma,part.1.rubric. de fide, cap.11.n.6. verſ. Dubitans tamen de credibilibus*, dicentes non eſſe hæreticum, nec peccare procedentes ad indagandas fidei veritates per modum dubitationis, quando credunt fidei aſſertiones, & reſolutiones ſacræ Paginæ eſſe veriſſimas, conſonat Decian. *in tract.crimin.lib.5. cap.18.in verſ. ſeptimò dubitantes, & verſic.ſequent.*

Limita, eſt hæreticus dubius in fide, qui non magis ad vnam, quàm ad aliam partem mentem applicat dubius,probat text.*in cap.dubius 1.de hæreticis*, vbi dubius in fide infidelis eſt.Quæ reſolutio intelligitur quando dubitans reflectitur ſupra ſuum actum.hoc eſt,quando dubius, qui eſt pendulus vtriuſque partis rationibus perpenſis, iudicat illam fidei rem eſſe dubiam, aut ſub opinione, quia tunc vltra dubium admouet conſenſum, & iudicium intellectus, affirmátque rem fidei non eſſe certam, quod eſt hæreſis manifeſta, Bannez 2.2 *quaſt* 11.*art.2.col.2.verſ. reſpondetur, quòd ſicut.* Canus *lib.12.de locis Theologicis, cap.9.col.12.verſ. errare autem*, Vaſquez 1. 2. *quaſt*.19. *art*. 6. *diſp*.65. *cap.1.num.4.* Ratio, quia cum dubitatione intellectus circa res fidei,coniungitur actualis error,quo iudicat res fidei non eſſe omninò certas, & ex conſequenti hæreſis communiter adeſt, Valentia 2.2.*diſp.1.quaſt.11. puncto 1.difficult.2.*& Canus *eodem cap.9. col.15. verſ. quid ergo.*

Sublimita,dubius in fide eſt hæreticus,quando in dubitando eſt pertinax deliberatè, ſecus ſi dubitatio prouenit ex ſcrupulis conſcientiæ ex primis motibus conſurgentibus contra voluntatem, quia dubitans talibus motibus reſiſtit,Ioan.Andr. *in cap.1.de hæreticis, num.1.* Anton. de Butr.*num.5.* Roias *in tract. de hæreticis, p. 1. num. 272. cum ſequentib & ſingul.56.num.5.* Roſell. *in ſumma, verb. Hæreticus,n.1.*& Syłueſt.*in verb. hæreſis,§.1. n.6.* & Carrer. *in tract.de hæreticis, num.8.verſ. quod tamen declarat, & limitat.* Secus ſi deliberatè dubitat. Soar. *d diſp* 19. *num.*10.

20. Non dicetur tamen hæreticus dubius in fide, quando dubitat in non determinatis ab Eccleſia, in quibus hinc inde diſſident Doctores.Similiter ſi dubitet de credibilibus,quæ indirectè ad fidem ſpectant, & quæ non proponuntur explicitè omnibus credenda. Pegna *in additionibus ad Eymericum in Directorio Inquiſitorum,part.2. ad c. primum, extra de hæreticis*, niſi poſt legitimam admonitionem in dubitatione perſeueret. *verſ. poteſt item*,8. *& ſequentibus, & verſ. item* 10. Sed hoc non placet, quia qui dubitat de credibilibus indirectè iam per Eccleſiam diffinitis, ſine dubio reputatur hæreticus. Probatur,quia ſicut dubitans pertinaciter circa ea,quæ ſunt diffinita expreſsè ab Eccleſia in rebus directè ad fidem pertinentibus, eſt hæreticus, vt poſt multos probat Suarius *de triplici,d.diſp.19.à num.10.ſect.4.*Sic etiam eſt hæreticus dubitans circa indirectè credibilia iam per Eccleſiam determinata,præſertim ſi non eſt paratus corrigi, atque ita,ſi id verbo,aut ſigno externo declaret, ligatur excommunicatione Bullæ in
Cœna Domini.Secus ſi declaret mentem ſuam in 21.
iis, quæ adhuc ſunt ſub iudice, & ſub opinione, quamuis in animo ſit hæreticus. Doctiſſimus Fr. Antonio de Souza *de explicatione Bullæ Cœnæ c.2. diſp. 7. num. 4. & 5.*

Quando autem dubitatio verſatur circa credibilia tam iis, quæ ad fidem directè, vel indirectè pertinent, & eſt deliberata,& pertinax ſecundùm omnes in homine Chriſtiano eſt hæreſis, ex D. Thoma 1. *part.quaſt.32.art.4.& 2.2. quaſt.11 art.1. & 2.* & ex ſectatoribus illius *ibidem*, Turrecremat. *lib. 4. ſumma. 2. part. cap.* 12. Toletus *lib.4.ſumma cap.4.*& de Bulla Cœnæ *cenſura 1.num.6.* Azor.1. *part. inſtit. moral. lib. 8. cap. 9. quaſ. 5. & 6.* Ex quibus aliqui loquuntur abſolutè, & ſine vlla diſtinctione; alij autem exponunt, quando dubius manet ſuſpenſus, & firmiter credere non audet, quia error in fide cum pertinacia eſt hæreſis, & dubius hic erat in fide, cùm certa pro incertis, & dubiis habeat,quæ omnia procedunt, quando dubius format iudicium, rem ſcilicet illam fidei eſſe dubiam,& non eſſe certam,Sanch. *ſuprà d.lib.2.cap.7.n. 12. verſ. & hæc ſententia eſt.*

Amplia eſſe hæreticum, qui tenet eſſe pecca- 22.
tum venerari Sanctorum imagines.Repertor. Inquiſit. *in verb.hæreticus,verſ. An frangens iconas,vel imagines, & ibi in additionibus lit. B.la 2. & in verb. adorare, verſ. ſed pictura, & verſ. ſequenti*, vbi quomodo adorentur imagines, Squillacen.*de fide Catholica cap.*50. Durandus *in Rationali Diuinorum lib. 1. cap.* 3. Menoch. *de arbitrar. caſu* 376. Suar. *in defenſione fidei lib. 2. cap. 11.per totum,& c.* 12. vbi Iacobi Britanniæ Regis argumenta contra imaginum adorationem diſſoluit, & alij dicentes imagines Sanctorum, ſicut & Reliquias eſſe venerandas. Et conſtat ex ſeptimo Concilio Nicæno, in quo fuerunt Epiſcopi 350. è quibus Patriarcha vnus fuit Tharaſius Conſtantinopolitanus; cæterorum autem Legati, præfuit Adrianus Papa per Legatos ſuos, fuitque coactum anno octauo Conſtantini, & Irenæ, teſte Paulo Diacono *lib. 23. rerum Romanorum*: ibi damnati ſunt Iconomachi hæretici, qui ſacras Chriſti, & Sanctorum imagines ſpoliabant omni honore. Cuius erroris execrandi auctor fuit Xenias Perſa ſeruus, & non baptizatus, qui Epiſcopus creatus fuit à Petro Gnafeo, vt eſt auctor Nicephorus *lib. 16.hiſtoriæ c.* 28.vide Azor. *in ſumma p. 2.c.16. verſ.ſeptimum generale*,& Bellarm.*tom.1. de controuerſiis,in præfat. de Eccleſia triumphante, & lib.2. de imaginibus Sanctorum*,vbi ex Paulo Diacono *lib.21. rerum Romanorum*, caſum rarum refert per hæc verba.*Cùm Iconomachus quidam conſpecta ſtatua B. Virginis,lapides in eam iecisset, eamque comminuiſſet, per quietem virginem ipſam ab eo viſam terribiliter his verbis comminantem,in caput tuum hoc feciſti,*Deinde paulo pòſt eundem ingenti lapide percuſſum,

atque

atque ita contritum esse, vt ipse statuam commmnerat; sic ibi.

Est ergo hæreticus, qui asserit peccatum esse mortale, venerari sacras imagines Sanctorum. Si quis autem aliquid commiserit contra sanctas imagines, nihil asserens de peccato, erit de hæresi valde suspectus, nisi ex aliqua alia circunstantia ab hac suspicione liberetur, quia extat Concilium Tridentinum *sess.* 25. *rub. de inuocatione*, &c. *de sacris Imaginibus, ver. Imagines*, ibi: *Imagines Christi, Virginis, & aliorum Sanctorum in templis, præsertim habendas, & retinendas, eisque debitum honorem, & venerationem impartiendam, non quod credatur inesse aliqua in iis diuinitas, vel virtus, propter quam sint colendæ, vel quòd ab eis sit aliquid petendum, vel quod fiducia in imaginibus sit figenda, veluti olim fiebat à Gentibus qui in Idolis spem suam collocabant, sed quoniam honor, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quæ illæ repræsentant, ita vt per imagines, quas osculamur, & coram quibus caput aperimus, & procumbimus, Christum adoremus, & Sanctos, quorum illæ similitudinem gerunt, veneremur.* Valent. 2. 1. *quæst.* 94. *punct.* 6. *aduer.* 6. Vasquez *de adoratione imaginum lib.* 3. *di p.* 3. *à num.* 78. Archang. Rubeus *in suo opere Incarnat o is diss. 9. vers. Imagines Christi*, & alij, quos referens sequitur Farinac. *de hæresi quæst.* 178. *num.* 53. Grafsis *lib.* 2. *decis. cap.* 2. *num.* 14. & 15. Suar. *de defens. fidei lib.* 2. *cap.* 11.

Diximus esse de hæresi suspectum committentem aliquid contumeliosum contra sacras imagines, quia si errorem habeat in fide pertinacem contra doctrinam Ecclesiæ, erit hæreticus perfectus, Simanch. *de cathol. eis instit. utionibus tit.* 33. *num.* 18. & eius criminis cognitio non nisi ad Inquisitores pertinet, præsertim postquam Lutherani, & Sacramentarij damnatam iam olim Iconomachiam superioribus annis reuocarunt ab inferis, ita Simanch. *vbi supra* Quib s autem pœnis sint afficiendi sacras imagines violantes, & irridentes, præsertim, si error e pertinaci intellectus delinquentes talia crimina patrasse reperiatur, certum est procedendum esse ab Inquisitoribus contra illos tanquam contra quoslibet hæreticos, vel suspectos. Quin etiam Ang. *in l. ex Senatusconsulto. ff. ad l. Cornel. de sicar.* & in sua disputatione, incipit, *In refulgenti dele arum*, quem sequitur Marsil. *in pract. crimin.* § *& quam n.* 25. & Farinac. *in praxi crimin. lib.* 1. *quæst.* 20. *num.* 68. volunt pœna mortis naturalis plectendos esse, sequitur Franc. Marq. *decisione* 509 Nam quamuis non appareat de errore pertinaci in intellectu in deturpantibus, & percutientibus imagines Sanctorum, tale factum de se est hæreticale, & sapit hæresim manifestam, ita Castro *de iusta hæreticorum punit. cap.* 15.

23. Hæreticus item est, qui asserit decimas non esse soluendas Episcopis, & Clericis, & esse peccatum oblationes dare eisdem, ita Syluester *in verb. hæresis* §. 1. *num* 7 *vers. ex promissis*, Anchar. *in Clement.* 1. §. *fanè, de vsuris*, vbi ait quendam Concionatorem id asserentem in concionibus fuisse à Doctoribus tam Theologis, quàm vtriusque iuris Professoribus pro hæretico damnatum. Idem sentit Repertor. Inquisitor. *in verb. hæreticus, vers. An pertinaciter asserens, quod decimæ non sint soluendæ.*

24. Similiter erit hæreticus, qui asseruerit fornicationem simplicem, vel vsuram non esse peccatum, secus si dubitaretur in aliquo casu; an sit vsura, quo ad fornicationem, tradit Arnald. Albertin. *in rubric. de hæreticis in 6. quæst.* 1. *num.* 11. *in fine, vers. hinc est, quod quicunque dicit, & quæst.* 13. *post num.* 8. Idem de eo, qui asserit non esse peccatum mortale osculari fœminam ex causa libidinis. Repett. Inquisit *in verb. hæreticus, vers. Item osculum*, Vmbert. Locat. *in iudiciali Inquisitorum, in verb. fornicatio, & in verb. suspicio, num.* 27. Simanch. *supra tit.* 96. *rubr. de vsuris num.* 5. Atque ita sit hæreticus, qui tenet facere vsuras non esse peccatum, Farinac. *de hæres quæst.* 178. *num.* 85. Syluest. *in summa, in verb. hæresis* §. 1. Repertor. Inquisitor. *in verb. hæreticus, vers. pertinax hæreticus ex mente, & vers. Item asserens pertinaciter exercere vsuram non esse peccatum.* Secus si dubitet in aliquo particulari casu, vtrùm sit vsura, nec ne: tunc enim non reputabitur hæreticus, si sequeretur partem negatiuam fortè non veram, ita Syluest *in summa in verb. hæresis* §. 1. *num.* 7 *vers. & intellige*, Cardinalis *in Clementina* 1. §. *fanè, in tertio notabili, circa finem, de vsuris.*

Regulariter tamen non erit hæreticus, qui credit falsum, non tamen putat se credere falsum, sed opinatur id quod credit, retineri ab Ecclesia, dummodo paratus sit corrigi, vbi primum se in errore esse deprehenderit, Ioann. Andr. *in cap* 1 *de summa Trinitate, in verb implicitè, num.* 26. Innol. *n.* 11. *ibi.* 25.

Erit tamen hæreticus falsò credens aliquid esse determinatum ab Ecclesia, & tenet contrarium. Ratio, quia formaliter deuiat à fidei ratione, existimans non esse regulariter vera ea, quæ ab Ecclesia definita sunt. Ita Bannes 2. 2. *quæst.* 1. *art.* 2. *col.* 4. *coroll.* 3. & Aragonius *eadem quæst. art.* 1. *col* 6. *vers. hoc constituto.* & quamuis Simanch. teneat *tit.* 31. *de Cathol. instit. n.* 9. tradatque hunc non esse hæreticum, sed peccare tantùm mortaliter, quia nihil contra fidem dicit, meliùs volunt hunc esse hæreticum, Henriq. *lib.* 13. *de excommun. cap* 17. & Sayr. *tom.* 1. *de censur. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 14. eo quòd aliquid de fide negat, nimirum Ecclesiam esse certam fidei regulam, & id negando incurrit pœnas hæreticorum, ita Sanch. *lib.* 2. *in Decalogo cap.* 2. *num.* 30. licèt oppositum, cum Simanch. teneat Farinac. *de hæresi, quæst.* 179 §. 1. *num.* 1 *vers. limita quinto*, dicens excusari in foro a crimine hæresis, non tamen in foro pœnitentiæ, à peccato: sed meliùs Sanch. cum Henriq. & aliis *vbi proximè.*

De reliquis criminosis, qui continentur in prima clausula Bullæ Cœnæ, & quales sint?

EPITOME.

26. *Hæreticorum credentes innodantur excommunicatione Bullæ Cœnæ, & qui tales censeantur?*
27. *Receptatores hæreticorum excommunicantur in Bulla Cœnæ, & qui propriè receptatores dicantur?*
& qui excusentur à censura. ibid.
28. *Hæreticorum fautores excommunicantur in Bulla Cœnæ, & qui tales censeantur?*
29. *Fautores hæreticorum quibus modis fiant tales.*
30. *Hæreticorum defensores excommunicantur per Bullam Cœnæ.*
31. *Hæreticorum libros hæresim continentes, qui legerint*

legerint excommunicantur Bulla Cœnæ, & quæ requirantur,ne illa incurratur?
32. *Hæreticorum libros retinentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes,excommunicantur, & qui tales censeantur?*
33. *Legentem libros hæreticorum,qui audierit,quando dicatur incurrere in excommunicationem Bullæ Cœnæ?*
34. *Legentes libros prohibitos,quam excommunicationem incurrant?*
35. *Libros Chiromantiæ, Phisionomiæ,legentes,vel natiuitates tenentes, excommunicati sunt. & quid de libris Magiæ? ibid.*
36. *Legentes in libris Catholicorum conclusiones hæreticorum non excommunicantur.*
37. *Hæreticorum annotationes legentes,an incurrant excommunicationem? & an possint legi cum licentia Inquisitorum libri hæreticorum de heresi ex professo tractantes?*
38. *Legentes, tenentes, imprimentes epistolam hæretici, an incurrant excommunicationem?*
39. *Legentes indices, proœmium, præfationes, Epistolas ad lectores librorum hæreticorum, an incurrant.*
40. *Quibus in casibus defendentes libros hæresim continentes,non excommunicentur?*
41. *Schismatici, qui incurrunt in censuram Bullæ Cœnæ,qui dicantur?*
42. *Fautores schismaticorum, & defensores, qua pœna puniantur?*
43. *Schismaticorum appellatione an veniant schismatici largo modo dicti. & quæ pœnis incurrantur à schismaticis, remissiuè. ib.d.*

26. HÆRETICORVM credentes, qui incurrunt in censuram Bullæ Cœnæ, sunt illi, qui explicitè, & in specie nullum habent errorem, aut hæresim in mente, sed implicitè assentiuntur erroribus hæreticorum, quorum sectam sequuntur, ex qua descriptione apparet discrimen inter hæreticum & hæreticorum credentem: nam hæreticus est, qui sciens, & videns damnatum per Ecclesiam errorem eligit: credens autem propriè hæreticorum est, qui tenet solùm id, quia alius, cui credit, dixit, ita D. Antonin. *part.* 3. *tit.* 25. *cap.* 4. §. *final.* Sylucst. *verb. heresis* 1. *num.* 10. *quæst.* 7. Nauarr. *in manuali cap.* 27. *num.* 55. *ver. Tertia*, Vgolinus *de censuris Pontifici reseruatis, part.* 2. §. 1. *num.* 3. *& per totum*, Toletus *in expositione Bullæ Cœnæ* § 1. & Graff. *in expositione Bullæ Cœnæ cap.* 18. *verb. credentes, num.* 28. vbi ait hæreticorum credentes dici propriè posse ex verbis, vel factis; verbis quidem, dicendo se credere talium erroribus: factis autem, qui ea committunt in quibus hæreticorum ritus continentur, Suar. *de triplici, disp.* 24. *sect.* 1. *num.* 3. vbi vocat propriissimè credentes hæreticorum, qui audiunt doctrinam hæreticorum, & illi consentiunt. Quod etiam extendit ad eos, qui quamuis nondum consentiant erroribus, accedunt tamen eo anno ad audiendum, vt parati sint credere, & consentire si hæretici rationes placeant. Ratio, quia eo modo accedens iam dubitat de veritate suæ fidei, & est hæreticus; consonat doctissimus Fr. Antonius de Sousa *in explicatione Bullæ Cœnæ cap.* 2. *disp.* 8. *num.* 7. *verf. secunda conclus.* quia sunt vere credentes hæreticorum in iis, quæ Catholicæ fidei repugnant, quod intelligitur si id externo signo huius credentiæ manifestatiuo ostendant.

Vltra hanc excommunicationem Bullæ incurrunt excommunicationem editam in constitutione Martini Quinti Anno 1418. incipit, *Inter cunctas, verf. nec non præsentes*, cuius meminit Pegna *in Directorio Inquisitorum, inter litteras Apostolicas*, & in constitutione Pauli Quarti edita Anno de 1558. incipit, *Cum ex Apostolatus officio, verf. & insuper*, quam refert idem Pegna *vbi proximè*. Nec non excommunicantur, *in cap. excommunicamus, el primo*, §. *credentes, de hæreticis*, quando scilicet credentiam suam,& fidem hæreticis habitam verbo aliquo, aut signo exteriùs ostendunt. Nam si intra mentem hæc fides, seu credentia hæreticis habita contineatur, nec foras pullulet, nulla incurritur excommunicatio, Azor. *tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 9. *quæst.* 10. Suar. *de censuris disp.* 4. *sect.* 2. *num.* 11. doctissimus Fr. Antonius de Sousa *vbi suprà num.* 5. vbi addit actum internum posse cognosci, si credens dicat fidem, & doctrinam, quæ docetur, esse bonam, & similia verba proferat: aliquando ex factis cognoscitur credens hæreticorum, quando consolationem ab hæreticis, vel communionem recipit, vel reuerentiam eis suo more exhibet, & sermones eorum, & conciones frequenter audit. Quia ex factis cognoscitur affectus, vel de eo saltem præsumitur, argumento *cap. is, qui viderit*, 32. *quæst.* 5. nec refert, an quis exprimat mentem suam verbis, aut factis. *l.contra legem. ff. de legib.* imò magis staodum est factis, quàm verbis, vt vult Concilium Narbonense *cap.* 29. vbi declarat omnes modos, quibus credentes hæreticorum iudicari possunt,Marius Alter. *lib.* 5. *disp.* 2. *de excommunic. Bullæ Cœnæ cap.* 3. *fol.* 465. Pegna *in additionib. ad Eymericum*, 2. *part. comment.* 75. *fol.* 367. *col.* 1. *verf. factis autem.*

Diximus, qui audiunt frequenter conciones hæreticorum censeri credentes; quia ex communi sententia, qui semel, vel bis interest concionibus hæreticorum, aut vadit ad congregationes eorum, non reputatur credens,quoniam ex vno, vel bino actu audiendi sermones hæreticorum non censetur credens, nec assurgit credentia,nisi pluries audiat, Pegna *vbi proximè*, quamuis multi opinentur posse aliquem censeri credentem ex actu geminato: nam ex duplici actu delictũ trahi videtur ad consuetudinem.*l. nemo, C.de Episcopali audientia*, sic Geminianus *in c. quicumque* §. *hæretici. verf. credentes, de hæreticis lib.* 6. Zanchin. *tract. de hæreticis cap.* 3. *num.* 6. *verf. sed pone*, Nicol. Arelat. *tract. de hæreticis, notabil.* 16. & alij, sed meliùs dic ex geminato actu non dici credentes, nec præsumi, Marius Alterius *vbi proximè*, & Eymericus *quæst.* 51. 2. *part.* & Pegna *ibi comment.* 75. *verf. sermones eorum, & sequent.* vide Azor. *part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 15.

Similiter non sunt hæreticorum credentes, de quibus non apparet clarè, quòd credant eorum erroribus, sed videntur credere verbis hæreticorum; iussionibus, & operibus, & mandatis eorum obediunt, & præcepta exequuntur, eosque visitant, & alia agunt, ex quibus fanè de eorum erroribus nihil apparet, quia hæc interdum fiunt ex amicitia,vel ex consanguinitate,& sæpe sæpius ob mercedem, & pecuniam. Tales ergo non censentur credentes hæreticorum, & ex consequenti non innodantur censura hac Bullæ Cœnæ. Non carent tamen suspicione,vel vehementi, vel leui,

leui; prout maiora, vel minora indicia in illis apparuerint, Marius Alter. *vbi proximè cap. 3. ad finem*, ex Eymerico *dicta quæst. 50. num. 5. fol. 366. col. 2. vers. tales enim*, & ex consequenti est illis abiuratio, seu purgatio indicenda, iuxta *cap. excommunicamus 1. §. qui verò inuenti fuerint sola suspicione notabiles, de hæreticis*, quia sunt tales suspecti, quòd fidem habeant hæreticorum erroribus, *cap. quicumque, de hæreticis in 6.* quod etiam videre est apud Archidiaconum *ibidem num. 4. in fine, vers. & credo*, Farinac. *de hæresi quæst. 182. §. 3. num. 55.*

Quæstionis est, an sint credentes hæreticorum, qui credunt non erroribus hæreticorum, sed in aliis? Negat Sanchez *in præcepta Decalogi lib. 2. cap. 10. num. 2.* probatur exemplo defendentis personam hæretici, non autem errores illius, qui non punitur vt hæreticus, nec hæreticus reputatur, secundùm Ioannem Monachum *in cap accusatus. §. Sacerdos, n. 12. vers. vel dic. de hæreticis in 6. & ibi* Ioann. Andr. *num. 5. in verb. Crimine.* Gemin. *in §. si verò, num. 1. vers. Nota quòd Inquisitores, & num. 4. in 2. oppositione*; sic etiam in nostro casu, qui non credunt hæreticorum erroribus, quamuis eorum personis credant, atque illis obediant in iis, quæ ad fidem non pertinent, non ligantur censura huius canonis, Nauarr. *in summa, cap. 17. n. 55.* Tolet. *in summa Bulla Cœnæ, excommunic. 1. num. 17.* & alij, quos sequitur Sanchez *d. num. 2.* & Sousa *dicta disp. 8. num. 6. concl. 1.* censebuntur tamen, prout dixi, de hæresi suspecti.

Eodem modo excusantur credentes in his, quæ sunt extra fidem, à pœna excommunicationis, nimirum in aliqua propositione philosophica, aut in contractibus, Vgolin. *de censuris Pontifici reseruatis, part. 1. in glossa, Actorum credentes §. 1. versicul. Vbi extra fidem, column. 2.* Sicut etiam excusantur credentes hæreticorum, si propter simplicitatem, & ignorantiam credunt eorum erroribus, maximè quando sunt hæretici ignoti, nec sunt declarati, Vgolinus *vbi proximè, eadem parte, & glossa, Actorum credentes §. 1. vers. excipiuntur tamen*, dummodo credulitas ista non sit circa errores articulorum fidei, quos quis explicitè scire tenetur, & credere. Arnald. Albertin. *in rubrica de hæreticis in 6. quæst. 13. num. 13. & num. 24.*

Item credentes hæreticorum non sunt qui credunt hæreticos esse Catholicos, & nullum errorem eorum explicitè credunt, dummodo sine pertinacia credant, & hi nec hæretici sunt, nec pœnam merentur, Simanch. *de Catholicis institutionibus, tit. 15. num. 4.* vbi *num. 6.* addit, qui hæreticis credunt, sed nulli errori scienter accedunt, etiamsi aliquo modo censeantur hæretici, non esse puniendos pœnis hæreticorum, sed incidere in excommunicationem. Quòd multo fortiùs incidet in excommunicationem huius canonis, qui generaliter credit hæreticos habere bonam fidem, quia tunc vt hæreticus est puniendus. Nam credentes hæreticos esse bonos viros, & rectè de fide sentire, ex hac generali credulitate fiunt hæretici, credúntque esse vera, quæ manifestus hæreticus credit, Simanch. *vbi suprà numer. 3.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 51. post num. 5.* Pegna *in additionibus ad Eymeric. in director. Inquisitor. 2. part. quæst. 50. comment. 55. sub litt. A.* vbi vult hæreticorum credentes censeri illos, qui dicunt hæreticos in sua secta saluari posse, eosque viros sanctos, Dei amicos, & similia, *vers. si crediderunt eos, fol. 367. col. 2. in principio*, & ex consequenti incidere in hanc censuram, Palud *in 4. disp. 13. quæst. 3.*

27. Porrò receptatores hæreticorum excommunicantur in Bulla Cœnæ Domini, qui in duplici differentia esse possunt. Nam propriè receptatores dicuntur à receptando, quod est verbum frequentatiuum, ex quo sequitur quòd recipientes frequenter hæreticos, scientes eos esse tales, & credunt erroribus hæreticorum, esse hæreticos, & vt tales excommunicati: si autem non credunt, suspectos esse vehementer de tali hæresum credentia, & vt receptatores excommunicari. Quòd si non frequenter hæreticos recipiant, nec pluries, sed semel, vel bis latenter, quos sciunt hæreticos esse ne perueniant ad manus iudicis Ecclesiastici, incurrunt excommunicationem contra receptatores etiam hæreticorum latam, ita Zanchin. *tract. de hæreticis cap. 6. num. 2.* Archid. *in cap. quicumque, de hæreticis lib. 6.* Syluest. *verb. Hæresis 1. §. 10. vers. receptator verò*, Simanch. *de catholicis instit. tit. 15. num. 14.* Conrad Brunus *lib. 1. de hæreticis cap. 4.* Palud. *distinct. 13. quæst. 3.* Eymericus *2. part. director. Inquisitor. quæst. 51. num. 3. & ibi* Pegna *lit. B. vers. quidam autem, fol. 369. col. 2.* Marius Alterius *disp. 2. lib. 5. cap. 4. tom. 1. fol. 466. col. 1. ad finem*, Tolet. *in summa lib. 1. cap. 19.* Sayro *de censuris lib. 3. cap. 5. num. 3.* Graff. *lib. 4. decis. cap. 18. num. 23.* Suar. *de triplici, disp. 24. sect. 1. num. 4.* Lælius Zech. *in summa part. 1. tit. de fide, cap. 11. rubric. de hæresi num. 13. versic. Septima conclusio, & vers. Quinta conclus.* & Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis part. 2. in glossa Receptatores num. 1. in fine vers. Receptator igitur, & in §. 1. & 2. per totum, in discursu, fol mihi 63. & 64.*

Quare siue receptatores receptent frequenter, siue semel, aut bis hæreticum, incurrunt in censuram Bullæ Cœnæ. Ratio, quia in iure ille est receptator, qui aliquem recipit, & occultat vt hæreticum: nec requiritur frequentatio actuum, sed sufficit semel hæreticum tamquam hæreticum recipere, vt seruatus euadat iudicis manus. *l. 1. ff. de receptatorib. l. congruit, ff. de officio Præsidis l. vltim. C. de his, qui latronem occultant.* Syluester *verb. hæresis 1. num. 10. §. receptator.* Consistit enim hoc crimen receptatoris in eo, quòd hæreticus vel occultetur, & custodiatur per receptationem, ne cadat in manus ministrorum Ecclesiæ, vel iuuetur, vt aufugiat, vel recipiatur, vt viuat in domo, aut in ciuitate securus in suo errore. Suar. *vbi suprà.*

Requiritur etiam, vt incurratur hæc censura, vt sciens hæreticum, vt hæreticum recipiat, & recipiat principaliter animo recipiendi, vel occultandi. Vnde receptans hæreticos, non quia hæretici sunt, sed ex alia causa, non punitur pœna receptationis hæreticorum, sed excusatur, vt per Martinum V. *in sua constitutione edita anno* 1418. incipit, *Inter cunctas*, quam refert Pegna *inter litteras Apostolicas, versicul. receptatores quoque*, vbi cauetur receptatores hæreticorum non contemplatione hæresis, sed causa amicitiæ, vel alia huiusmodi occasione non vt hæretici puniuntur, esse plectendos, grauiter tamen. Nauarr. *in manuali cap. 27. num. 55. vers. Quarta quod fautores*, nisi receptatio hæretici redundet in fauorem, quia tunc receptans non excusatur à pœna: colligitur ex traditis per Vgolinum *in tract. de censuris Pontifici reseruatis, in glossa Receptatores, in principio n. 2.*

vers. postremò, vbi ob aliam causam, column. 1. vbi æquiparat receptionem ex causa hæresis receptioni in fauorem hæresis redundanti, & ponit exemplum in receptante hæreticum, ne capiatur: & idem repetiuit in eadem glossa *receptatores n.* 1. *vers. hac tamen vera sunt, col.* 2.

27. Mihi tamen magis placet receptatores euadere hanc censuram, si recipiant hæreticos ratione amicitiæ, aut consanguinitatis, non prout hæretici sunt, etiam si ea receptatio in receptati veniat vtilitatem, nimirum ne ad manus ministrorum iustitiæ veniat. Ratio, quia hæc excommunicatio Bullæ Cœnæ primariò tendit in hæreticos ratione hæresis: ideo non comprehendit in foro conscientiæ nisi receptatores hæreticorum recipientes illos ratione hæresis, Caiet. *in summa verb. excommunic. cap.* 1. Sotus *in* 4. *dist.* 22. *quæst.* 2. *art.* 3. *post conclus.* 5. *casu primo*, Sayro *de censur. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 3. Suar. *de censur. disp.* 21. *sect.* 2. *num.* 8. Tolet. *in summa in Bulla Cœnæ excommunic.* 1. *n.* 22. Emmanuel de Saa *verb. excommunicatio, in Bulla Cœnæ num.* 1. Azor *tom.* 1 *lib.* 8. *instit. moral. cap.* 15. *quæst.* 2. & 3. idem Suarius *de triplici, disp.* 24. *sect.* 1. *num.* 4. *vers. addidi* necessarium esse, vt recipiatur hæreticus, vt hæreticus est, nam si recipiatur vt amicus, consanguineus, vel proximus indigens, & receptatio non redundat in protectionem hominis, quatenus hæreticus est, non dicetur receptator. Atque ita receptans hæreticum, & motiuum receptationis non est ipsa hæresis, sed amicitia, vel consanguinitas, non incurritur hæc excommunicatio, quamuis receptio redundet per se, & proximè in fauorem hominis, qui est hæreticus: proinde, quia fauor soli personæ fit alia ratione, quàm hæresis, non est formaliter receptare hæreticum, nec illi fauere prout est hæreticus, sed prout est amicus, & consanguineus. Idcirco huiusmodi receptatores, quando receptatio venit in fauorem hæresis, puniri possunt, non tamen ordinaria excommunicationis pœna, sed alia. Ita censent Caiet. *vbi suprà*, Aragon. 2. 2. *quæst.* 11. *art.* 3. *post principium*, dicentes excusari ab excommunicatione, qui fauent hæretico, non ratione hæresis, quod etiam sentit Sotus *in* 4. *dist.* 22. *quæst.* 2. *art.* 3. *post* 5. *conclusionem casu* 1. docens tunc incurri quando fit fauor hæretico propter hæresim, quasi dicat non sufficere fauere hæretico ad incurrendam censuram, sed requiri, vt faueatur ea ratione qua hæreticus est; sequitur Sanch. *in Decalago lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 5. *post medium, vers. sed contrarium.*

Sed contra id stat nullam cognationem præferendam esse Religioni, *cap. legi* 33. *quæst.* 8. & *cap. si infidelis* 28. *quæst.* 1. Igitur non excusantur à culpa & ab excommunicatione parentes, si receptent filios, & vxores si receptent maritos hæreticos, & eos occultent. Probatur, quia parentes tenentur denunciare filios, & filij parentes, & ex praxi sanctæ Inquisitionis parentes, & filij, vxores, & mariti se adinuicem non denuntiantes, habentur pro diminutis, igitur si se adinuicem receptent, & occultent in causa fidei, incident in censuram huius canonis.

Respondetur receptantes parentes, filios, vxores, & maritos hæreticos, quatenus tales incidere in excommunicationem Bullæ Cœnæ, ita Vgolin. *in verb. receptatores* §. 2. *vers. sexto.* Repert. Inquisit. *verb. receptatores.* §. *sed tamen receptatus*, & Grilan. *de hæreticis quæst.* 9. *num.* 2. prout volunt receptatores consanguineorum hæreticorum eodem modo esse puniendos, sicut si alios receptarent. Vnde non habet locum in hæreticis *lex* 2. *ff. de receptatoribus*, quæ vult receptatores consanguineorum minus puniendos, sed in hoc casu non excusantur à pœna receptatores hæreticorum. Ob quam rationem Vgolin. *vbi suprà*, dixit prædictos ratione sanguinis non excusari à censura Bullæ Cœnæ. Nec discordat Sanch. *d. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 8. dicens in foro conscientiæ neutram rationem liberare ab excommunicatione, quia non incurritur, nisi ratione hæresis faueatur hæretico, quod in nullo casu licitum esse potest.

Alij tamen excusant huiusmodi receptantes à pœna receptationis hæreticorum, nisi in receptatione adsit periculum peruersionis, ita Simanch. *de catholicis institutionibus, tit.* 15. *rubr. de credentibus, num.* 25. Pegna *in additionib. ad Eymericum in Director. Inquisitor. part.* 3. *quæst.* 111. *comment.* 160. *vers. Num autem*, vbi dixit ab hac sententia non esse recedendum, & Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 79. & hæc pars poterit habere locum in foro fori, non autem in foro poli, vt indicat Sanch. *in præcepta Decalogi lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 24. dicens vxorem ex eo, quòd virum propter hæresim condemnatum comitetur, non perdere dotem.

Inter hæc duo extrema, media via incede, dicens excusari parentes receptantes filios, & filios parentes, & coniuges, & fratres se inuicem receptantes, non ab omni pœna, sed ab aliqua, & ideo mitiùs puniri debere propter sanguinis coniunctionem, quod voluit Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Director. Inquisitor. part.* 2. *quæst.* 56. *comment.* 81. *lit. B. vers. rursus consanguineorum, fol.* 382. *col.* 2. dicens filium receptantem parentes hæreticos, & vxorem virum, fratrem fratres, leuiùs puniendos esse: consonat Simanch, *suprà tit.* 15. *n.* 21. dum ait in isto casu, aut nullam, aut leuissimam pœnam esse imponendam, quem sequitur Azor *p.* 1. *lib.* 8 *c.* 15. *rubr. de credentibus receptatoribus*, &c. *q.* 4. & Decian. *dicto lib.* 5. *c.* 51. *n.* 68. & scribit Paulus Iurisconsultus *l.* 2. *ff. de receptatoribus*, in hæc verba: Eos, apud quos affinis, vel cognatus latro conseruatus est, neque absoluendos, neque seuerè admodum puniendos, non enim par est eorum delictum, & eorum, qui nihil ad se pertinentes latrones recipiunt. Secundùm quam distingui potest, receptantes consanguineos ex sola sanguinis, & coniunctionis affectione non incidere in censuram huius canonis; secus si ex causa hæresis, vel in fauorem hæresis, hoc est, ad effectum occultandi ne ad manus Curiæ deueniant. Ita ex traditis ab Vgolino *in tract. de censuris Pontifici reseruatis, p.* 2. in glossa *receptatores, in principio, vers. postremò*, vbi *ob aliam causam, fol.* 64. *col.* 1. & §. 2. *num.* 1. *vers. Quare qui hæreticum*, & *vers. hæc tamen vera sunt*; non enim textus est, qui decernat eum qui fauet criminoso non vt tali, sed vt proximo incurrere in excommunicationem in foro conscientiæ, in quo consideratur sola veritas. *c. tua, de sponsalibus*, Marius Alterius *tom.* 1. *de censuris disp.* 2. *lib.* 5. *c.* 4. *fol.* 466. *col.* 2 *lit. C.*

Hoc tamen limita, nisi consanguinei receptantes participent in crimine cum receptatis: nam si participent, pœna ordinaria, puniendi sunt, vt verè probat Gandinus *tract. de maleficiis, tit. de furibus, & latronibus n.* 13. quem referens sequitur Pegna *dicto comment.* 81. *fol.* 382. *col.* 2. *lit. D. vers. postremo, vt hæc sententia locum habeat.* Nam in eo euentu receptans consanguineos, non eos recipit, vt formaliter sunt consanguinei, & vt materialiter sunt hæretici, sed vt formaliter tales sunt. Atque ita quidquid teneamus,

neamus, quo ad alias pœnas debitas receptatoribus, si loquamur de excommunicatione, quæ pœna spirituals est, quamuis in dubio pater filium receptans, & è contra frater fratrem, & vxor maritum, & è contra præsumantur ratione sanguinis potius, quàm ratione hæresis receptasse, & ex consequenti excusari ab excommunicatione huius canonis, ex traditis à Simanch. *de Catholicis institut. tit.* 15 *n.*21. & ab Vgolin. *vbi suprà part.* 2. *in glossa Receptatores* §. 2. *num.* 2. *fol.*68. *col.*2. Nihilominus tutius est duriorem partem sequi, quæ tradit tales receptantes consanguineos hæreticos, vt liberent eos ne deueniant ad manus Curiæ Ecclesiasticæ, indigere absolutione huius censuræ, quia in foro conscientiæ timenda est culpa, vbi non est culpa, *cap. consilium, de obseruatione ieiunij*. Anchar. *consi.* 179. *prima facie*, & Felin. *in cap. dudum, de præsumpt. col.* 5. quibus accedit Marius Alter. *de censuris disp.* 1. *lib.* 4. *cap.* 4. *fol.* 387. *col.* 1. *ex medio, & disp.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *fol* 466. *col.* 2.

Probabile tandem valde est receptatores parentum, filiorum, vxorum, & maritorum, nec non & fratrum, qua tales sunt, & non in fauorem hæresis, non excommunicari per hunc canonem. Ita Candelabrum aureum *in expositione Bullæ Cœnæ, n.*9. pro qua refert Nauarrum, & eam sequitur Doctissimus Fr. Antonius de Sousa *in expositione Bullæ Cœnæ, cap.* 2. *disp.* 10. *n.* 3. *vers. Secunda conclus.* ex ea ratione, quia receptantes, & receptati huiusmodi reputantur vna, & eadem persona suo modo propter coniunctionem, & sicut integrum est receptantibus se ipsos occultare sine metu excommunicationis; sic etiam videtur dicendum de occultante patrem, vel matrem; aut vxorem, & è contra, atque ita non incurrent excommunicationem, si sibi inuicem auxilientur ducti tantùm amore naturali occultando consanguineos, vt ab infamia, & morte liberentur, non autem, vt erroribus eorum auxilium præstent principaliter. Atque ita quidquid sit de foro externo, in quo mitiùs agendum est cum receptatoribus consanguineorum, ex traditis per Eymericum 2. *p. Director. Inquisit. q.* 56. *n.*8. & *ibi* Pegna *comment.* 81 & Simanch. *vbi suprà tit.* 15. *num.* 20. & 21. & *in Enchirid. tit.* 16. *num.* 8. si constet in foro conscientiæ receptantes consanguineos non illos receptasse, vt hæresi fauerent, non incurrunt in censuram huius canonis.

Nec obest opinio, quæ docet parentes debere denunciare filios de casu hæresis, & filios parentes, vt volút Vmbert. Locat. post Iudic. Inquis. *q.* 5. Castro *de iusta hæreticor. punit. lib.* 2. *c final.* Nauarr. *in c. inter verba laudantium, q.* 3. quam sententiam probat Simanch. quamuis illam non sequatur in tractatu *de patre hæretico, n.*1. & *seq.* quam Mascard. *de probationibus lib.* 2. *concl.* 857. *n.*18. approbat tamquam veriorem, & tutiorem, reiecto Simancha, quia potius Deo, quàm parentibus obediendum est, *c. relatum, de sententia excommunicationis, & cap. quisquis metu* 11. *q.* 3. ex ea ratione, quia fas est patrem oppugnantem patriam impunè interficere, *l. minimè ff. de Religios. & sumpt. funer.* Ergo multo magis licebit patrem fidei catholicæ contrarium denunciare, quod etiam tradit Ludou. à Paramo *de origine sanctæ Inquisitionis lib.* 3. *quæst.* 8. *num.* 83. & *sequent.* & Petr. Binsfeld *de confess. malefic. membr.* 2. *post princip.* §. *pro parte negatiua*, dum ait parentes teneri filios denunciare maleficos, & è contra, si non sint emendati, nec parati, vt corrigantur priuata monitione, & quando non adsunt alij qui denuncient: quod extendit ad fratres contra fratres, & sorores, &c.

Quoniam Doctissimus Simanchas *de Catholicis institutionibus tit.* 29. *rubr. de filiis, & minoribus num.* 47. & *sequent.* & pleniùs *in tract. de patre hæretico, num.* 14. & *sequentib.* probat contrarium, & respondit contrariis argumentis, docetque non teneri patrem reuelare filios hæreticos, neque è contra, & hanc sententiam tamquam probabiliorem, & humaniorem tradit. Limitat tamen tribus modis. Primò, quamuis filius non teneatur accusare patrem hæreticum, nec denunciare, posse tamen, ait, si voluerit. Secundò quando pater hæreticus est pestifer, & eius hæreses perniciem, & exitium afferre possunt Reipublicæ: tunc etiam filius tenebitur reuelare patrem. Tertiò quando filius interrogatur iuridicè à iudice, præsertim iuratus dicere verum, non potest vllo modo tacere veritatem, ita Simanch sed, vt dixi *part.* 1. *de obligat. moderatorum Reipublicæ disp.* 12. §. 5. *ex n.* 154. *cum sequent.* verius est indistinctè filios teneri reuelare patrē hæreticum, & è contra, & non solùm posse, sed e[illegible] ebere, Farin. *de hæresi quæst.* 197. *n.*42. *fol. mihi* 350. *col.* 2.

Sed quid dicendum, si quis receptator hæreticum occultet, & illi faueat, vt faciliùs hæreses euulget, vel ne capiatur, & nihilominus nec docuit hæreses, & tandem captus est? Sayr. affirmat innodari excommunicatione huius canonis etiam effectu non sequuto, esse valde probabile, ex ea ratione, quia principaliter receptatores continentur in hoc canone: atque ita cùm hæreticus recipiatur animo occultandi, quamuis realiter non occultetur, incurritur excommunicatio, quæ principaliter fertur contra receptatores. Probabilius tamen est receptatores reali occultatione non secuta non incurrere excommunicationem contentam *in cap. sicut ait, de hæreticis*, vbi dicitur ita: *Sub anathemate prohibemus, ne quis eos in domo, vel in terra sua tenere, vel fouere præsumat.* Nec in excommunicationem Bullæ Cœnæ. Ratio, quia hæc excommunicatio principaliter lata est contra hæreticos, & minus principaliter, & quasi accessoriè trahitur ad receptatores, seu fautores, & defensores. ita Suar. *de censuris tom.* 5. *in* 3. *partem disput.* 21. *sect.* 2. *n.* 8. quem referens sequitur Sanchez *in præcepta Decalogi lib.* 2. *c.* 10. *n.* 9. 27.

Sunt tamen aliqui casus, in quibus receptatores hæreticorum excusantur à censura huius canonis. Primò, si quis hæreticum excipiat metu mortis; nam leges humanæ non obligant cum probabili vitæ discrimine, & qui metu mortis receptat hæreticum, non recipit illum tamquam hæreticum, sed vt euadat mortem. Marius Alterius *suprà disput.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *ad finem*; quod antè scripsit Simanch. *de catholicis institutionibus titul.* 15. *rubr. de credentibus, &c. numer.* 17. Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis, part.* 2. *in glossa Receptatores* §. 2. *num.* 3. vbi extendit siue coactio fuerit præcisa, hoc est, propter metum mortis, Azor *part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 15. *tit. de credentibus, & receptatoribus, quæst.* 5. quod declarat Sanchez *d. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 8. posse procedere in foro exteriori, non autem in foro conscientiæ, à quo nec vis, nec metus liberabit ab excommunicatione Bullæ Cœnæ. Sed meliùs consulit Graff. *lib.* 4. *decis. c.* 18. *n.* 33. vbi excusat, qui coactè receptat hæreticos, auctoritate Baldi *in l. in delictis ff. de noxal.* & Socin. sen. *consi.* 262. *col. final.* dicentiū non esse puniendum, qui coactè reciperet bannitum.

Secundò excusantur receptatores hæreticorum, si ignorent eos esse hæreticos, per glossam *in cap. accusatus* §. *illi quoque*, *in verb. non possis*, per textum *ibi*, *de hæreticis in* 6. & Calderin. *in tract. de hæreticis. rubr. de hæreticis credentibus*, &c. *num.* 14. Vgolin. *in tract. de censuris Pontifici reseruatis part.* 2. *in glossa receptatores*. §. 2. *num.* 4. & Graff. *vbi suprà num.* 32. quod intelligit, nisi superuenientes iustitiæ ministri affirment receptatos esse hæreticos. Non recipere hominem in suo genere, non est malum, ideo requiritur scientia, vt incurratur censura huius canonis, Simanch. *vbi suprà tit.* 15. *num.* 17. Carrer. *in tractatu de hæreticis num.* 170. Pegna *in additionibus commentario* 76. *lit. A. vers. & tales*, *fol.* 369. *col.* 1. præsumitur in illis ignorantia, nisi probetur scientia, Godofredus *in l.* 4. *C. de hæreticis*: atque ita receptantes ignoranter non incidunt in pœnas receptatorum. *l.* 1. *C. de deserto. lib.* 12. Bartol. *l.* 1. §. *vltimo. ff. de receptatoribus*, Marius Alter. *vbi suprà disp.* 2. *lib.* 5. *c.* 4. *fol.* 466. *col.* 1. *ad finem, vers. aut carent omni culpa.*

Quartò excusantur item caupones, stabularij, & similes, qui hospites, & viatores recipiunt, eisque cibaria pro pretio exhibent, & ministrant, quia non tenentur perscrutari mores iter agentium *l.* 1. *ff. furti aduers. naut. caup. & stabul.* Nisi receptati fuerint publicè damnati, aut denunciati hæretici, ita Locatus, & verè, *in opere iudiciali*, *verb. receptatio. numer.* 6. tunc enim præsumitur scientia, non autem ignorantia, glossa, & Bartol. *in l.* 1. §. 1. *ff. de receptat.* & Carrerius *de hæreticis*, *numer.* 170. vbi plures in hanc sententiam refert, & Farinac. *de hæresi quæst.* 182. *numer.* 164. post Vgolinum *suprà in glossa receptatores* §. 2. *numer.* 4. *vers. & scientia in dubio non præsumitur*, vbi de excommunicatione Bullæ Cœnæ ponit conclusionem, in dubio præsumitur ignorantia, nisi receptatus esset notorius, aut denunciatus in vrbe, vel oppido, quæ tamen opinio non procedit, quando tempore receptationis, receptator erat absens, aut æger in lecto decumbens, vel vir simplex aliena negotia minimè curans, in quo euentu excusabitur receptator à pœnis contra receptatores latis, & ab excommunicatione Bullæ Cœnæ Azot 1. *part. lib.* 8. *cap.* 15. *quæst.* 8. & 9. Graff. *d. cap.* 18. *numer.* 32. & 33. Marius Alter. *vbi suprà tom.* 1. *d. cap.* 4. *versicul. sed si ex ignorantia*, vbi addit de ignorantia, regulariter credendum esse receptatori per suum iuramentum, quod puro verum in foro externo, dummodo receptatus, non sit hæreticus publicè denunciatus, & notorius, tunc enim præsumitur scientia in receptante. De cæteris, quæ ad receptantes pertinent, diximus *part.* 1. *lib.* 1. *disp.* 2. §. 7. *numer.* 217. *cum duobus sequentibus*, & §. 9. *numer.* 251. *cum sequentibus*, & antè §. 5. *n.* 154. 155. & *sequentibus*, vbi de obligatione reuelandi parentes, & reliquos coniunctos hæreticos.

28. Sequitur dicendum de hæreticorum fautoribus, qui excommunicantur per Bullam Cœnæ: hi autem sunt, qui quouis modo hæreticis, vt hæretici sunt, subueniunt, & auxilium præstant, & illis in sua hæresi tuenda, aut docenda opem ferunt, ne à ministris iustitiæ capiantur, aut comprehensi puniantur, Tabiena *verb. excommunicatio* 5. *num.* 9. *vers.* 8. Sayro *de censuris lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 5. Fr. Antonius de Sousa *in Bulla Cœnæ cap.* 2. *disp.* 11. cum aliis, quos ibi referens sequitur, & Marius Alterius *in eadem explanatione Bullæ disp.* 2. *lib.* 5. *cap.* 5. & Graff. *eodem tit. lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 20.

Tribus modis potest quis fauere hæreticis, videlicet omissione, vel negligentia, cooperatione, & facto, consilio denique, & verbis. Ex omissione, & negligentia dicuntur fauere, & ligari excommunicatione huius canonis personæ publicæ, quales sunt magistratus, & iustitiæ ministri, quando contra hæreticos negligunt operari secundùm quod ratione sui officij præstare debent. Nam cùm Inquisitores sint inermes, non possunt hæreticos compellere, & comprimere, nisi à dominis temporalibus adiuuentur: quare grauiter delinquunt magistratus, & potestates, si negligant, aut omittant contra hæreticos ea exercere, quæ sacri Canones, & leges decernunt: & ex hac negligẽtia, & omissione hæreticis fauere videntur, & incurrunt hæresis suspicionem, *cap. negligere* 2. *quæst.* 7. & *cap. qui potest* 23. *quæst.* 3. vbi sic dicitur: *Qui potest obuiare, & perturbare peruersos, & non facit, nihil aliud est, quàm eorum fauere impietati. Nec enim caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare.* Quod etiam docet Viualdus *in explanatione Bullæ Cœnæ numer.* 4. Eymericus *in director. Inquisitor.* 2. *part. quæst.* 53. *numer.* 1. *vers. quidam namque sunt*, & *ibi* Pegna *commento* 78. *lit. A.* Toledo *lib.* 4. *summæ cap.* 5. *numer.* 3. & *in Bulla Cœnæ casu* 1. *numer.* 20. Azor. *tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 15. *quæst.* 7. Zanchin. *in tract. de hæreticis cap.* 5. *numer.* 1. & 2. & Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *casu* 548. *n.* 3. vbi pariter tradit dici tribus modis hæreticorum fautores, omissione, negligentia, cooperatione, seu facto, consilio, seu verborum prolatione, quibus accedit Sanch. *in præcepta Decalogi. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 11. & 16 & 18. 29.

Porrò priuati homines regulariter per omissionem, & negligentiam non censentur hæreticorum fautores, sicut Magistratus sola omissione dicuntur: quia ex officio non pertinet ad priuatos hæreticos errores extirpare, neque hæreticos capere, nisi eos requirant ad præstandum auxilium in captura hæreticorum à magistratibus publicis, vel à familiaribus Sancti Officij, & priuati, si requisiti sine causa nolint eos adiuuare; tunc enim fautores erunt, Conradus Brunus *lib.* 1. *de hæreticis cap.* 4. & est communis. Item priuati fautores hæreticorum dici possunt, si hæreticos denunciare negligant, cùm omnes teneantur denunciare hæreticos etiam occultos; quinimo accusare, si opus fuerit, apud Episcopos, aut Inquisitores, Alexander de Ales 3. *part. quæst.* 42. Sotus *de iustitia, & iure quæst.* 5. *art.* 1. Conradus Brunus *vbi proximè lib.* 1. *de hæreticis cap.* 7. & Roias *in singularibus fidei*, *singul.* 5. & *de hæreticis, part.* 2. *assertione* 3. sed non denunciantes non sunt propriè fautores hæreticorum.

Eodem modo dicentur fautores hæreticorum testes in casu hæresis examinati, & iuridicè interrogati, qui in fauorem hæreticorum veritatem tacent, aut negant, aut dissimulant. Nam dicere tenentur veritatem ex quo examinati sunt. Similiter Cruce signati, quos familiares vocamus, & reliquæ personæ priuatæ, quæ obligantur ex officio ad tempus dato, aut iuramento, per omissionem, & negligentiam incurrunt in censuram huius canonis, quia obligantur

ex

ex officio, & ex iuramento ad procedendum contra hæreticos tamquam ministri. Secus de reliquis personis priuatis, quia istæ non tenentur concurrere ad hæreticorum causas: & ideo si omittant ea, quæ ad eorum capturam, & ad procedendum aduersùs illos necessaria sunt, non incurrunt in censuram Bullæ Cœnæ, Simanch. *in Enchiridion. tit.* 15. *num.* 3. Graff. *lib.* 4. *cap.* 18. *numero* 17. Toled. *in summa*, *lib.* 1. *cap.* 18. quos sequitur Sousa *suprà numero* 9. *vers. quinta conclusio.*

Non liberantur tamen personæ priuatæ ab excommunicatione lata ab Inquisitoribus contra omittentes denunciare hæreticos, quæ solet promulgari in actu fidei, quia non denunciando peccant contra charitatem, & contra obedientiam, & ipso facto manent excommunicati: non tamen per omissionem denunciandi censentur fautores hæreticorum, sicut censentur ministri publici, qui ad procedendum contra hæreticos deputantur, Eymericus *in directorio Inquisitorum* 2. *part. quæst.* 53. & *ibi* Pegna, Syluest. *verb. hæresis* 1. *num.* 10. & Repertor. Inquisit. *verb. fautores*, & alij communiter, quos referens sequitur Sanchez *dict. cap.* 10. *ex numero* 11. *vsque ad* 15.

Per commissionem dicuntur fautores hæreticorum tum publicæ, tum priuatæ personæ, dum hæreticos defendunt, Ioann. de Ananias *in cap. excommunicamus el primo.* §. *credentes, de hæreticis*, Simanch *de Catholicis institutionibus tit.* 15. *rubr. de credentibus*, &c. *numero* 11. Nam qui hæreticos defendit, dicitur illis fauorem præstare, sequitur Pegna *in additionibus ad Eymericum p.* 2. *quæst.* 53. *comment.* 78. *vers. primum*, *& secundum*, & Farinac. *de hæresi quæst.* 82. §. 1. *numero* 2. vbi vult fautores dici eos, qui fauent hæreticis, & in omnibus, & per omnia defensoribus æquiparantur: vnde, qui hæreticis fauorem exhibent, realiter eos tuentur. Quare omnia statuta in defensoribus, habent locum in fautoribus hæreticorum, consonat Graff. *decis. l b.* 4 *cap.* 18. *num.* 20. *rubr. fautores eorum*, dicens fautores dici eos, qui sublenant hæreticos fauore, vel pecunia, vel qui procurant aliquid, vel subministrant pec quæ liberentur.

Insuper commissione duobus modis præstare possunt fauorem hæreticis publici, & priuati homines, verbis scilicet, & factis. Verbis, si dicant, isti sunt viri boni, & iniustè Domini Inquisitores procedunt contra illos, & iniustè illos condemnant, Syluest. *in summa*, *in verb. hæresis num.* 10. *vers. ex commissione*, Angelica *in verb. hæreticus num.* 24. *ante finem*, *vers. ex commissione*, dicuntur fautores, Vgolin. *de censuris Pontifici reseruatis part.* 2. *in glossa fautores, in principio*, *num.* 10. vbi agit ad effectum incurrendi in excommunicationem Bullæ Cœnæ, aitque huiusmodi laudantes hæreticorum esse fautores, si eos laudant seriò, secus si per iocum, aut ex simplicitate credunt illos esse bonos viros, & non hæreticos, sequitur Graff. *lib.* 2. *de pœnis hæreticorum cap.* 9. *num.* 11. vbi asserit seriò hæreticos laudare, qui ausi fuerint, aut excusare, aut eorum sententias commendare, incurrere sine dubio quasi fautores in Cannonem Bullæ Cœnæ, post Syluest. *in verb. hæresis* 1. *vers. fautores.* Similiter si eorum causas excusent, aut consilium illis præstant, vt aufugiant, & ad id docent viam fugiendi, aut detegunt eisdem accusatores, denunciatores, aut testes, si hæc faciant, & dicant consultò, & de industria. Secus si ex lapsu linguæ, vel per iocum habita semper ratione, & consideratione personarum, temporis, & locorum. Archidiaconus *in cap. quicumque num.* 6. *vers. si quis enim excusat*, *de hæreticis lib.* 6. quem sequitur *ibi* Ioann. Andr. *num.* 5. *col. penultima.* Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *casu* 548. *sub num.* 3. Repertor. Inquis. *in verb. fautores*, *versiculo secundo*, incip. *Item posset quis fauere*, *& vers. verbis autem.* Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 44. vbi loquitur de illis, qui dicunt, hæreticos non esse tam malos homines, quales prædicantur, & quòd non deberent ita atrociter puniri. Sayro *de censuris lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 8. Sanch. *lib.* 2. *in præcepta Decalogi*, *cap.* 10. *num.* 16. *in principio.*

Factis autem dicuntur fautores hæreticorum, qui hæreticos scienter associant, aut visitant, aut præstant auxilium ad euadendum, vel illis alimenta præstant, vel arma, vel pecuniam mutuant, quibus iuuentur ad sui liberationem, Ioann. de Anania *in cap. excommunicamus el* 1. §. *credentes*, *num.* 11. *vers. ex quo infert*, *extrà de hæreticis*, Simanch. *de catholicis institutionibus tit.* 15. *num.* 11. Vgolin. *vbi suprà in glossa, fautores*, *in principio*, *num.* 14. Sayru *dicto cap.* 5. *num.* 8. *vers. factis etiam fauere censentur*, vbi addit esse fautores, qui conferrent hæreticis quatenus tales sunt, honores, dignitates, & beneficia, vel ad illa eos præsentarent, Sanchez *vbi supra*, post plures, quos *ibi* referens sequitur, quinetiam erunt fautores, & incurrent in censuram Bullæ Cœnæ, qui præstiterint fauorem hæretico mortuo, vt hæreticus est, putà si quis impediret Inquisitores ne procederent contra hæreticum mortuum, aut vocatus in testem fauorem hæresis negaret delictum hæretici defuncti, aut si negaret delictum hæretici iam emendati eadem intentione, contra quem procedunt Inquisitores ob hæresim præteritam, qui omnes ligantur hac censura Bullæ Cœnæ; sicut ligatur sepeliens hæreticum, vt hæresi faueat, Vgolin. *vbi proximè*, *eodem verb. fautores* §. 1. *n.* 18. Sanch. *vbi proximè n.* 17.

Excusantur autem à censura huius canonis Bullæ Cœnæ Domini, fautores hæreticorum, siue illos defendentes, non ex causa hæresis, sed ex alia causa, Nauarr. *in secundam partem Decreti*, *tit. de censuris cap.* 27. *num.* 55. *vers. quarta*, *quod fautores*, vbi tradit fautores hæreticorum tunc ligari censura excommunicationis Bullæ Cœnæ, quando illis fauent quatenus sunt hæretici, sequitur Vgolin. *dicta part.* 1. *in glossa fautores*, *in principio*, *num.* 115. Nam ad incurrendam censuram requiritur, quòd faueat propter hæresim, vel quòd fauor redundet in fauorem hæresis: non autem incurritur, quando fauetur hæretico ob aliam causam, quàm ex causa hæresis, & in glossa, *& generaliter quoslibet illorum defensores*, *num.* 2. *vers. Excipitur tamen primò*, vbi agit de defensoribus hæreticorum, vtiturque exemplo, quando quis tuetur hæreticum, ne ab hoste suo occidatur, vel offendatur, sequitur Azoc *part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 15. *tit. de credentibus receptatoribus*, &c. *quæst.* 6. Sanch. *dicto cap.* 10 *num.* 4. *&* 5. vbi multis probat non ligari excommunicatione Bullæ Cœnæ, qui fauorem præstiterit alia intentione, quàm quia hæreticus sit, etiam quòd fauor, seu defensio redundet

redundet in hæretici fauorem, quod etiam firmat *num.* 19. exemplo defendentis hæreticum extra causam hæresis, quem negat incurrere in hanc censuram, nisi in casu hæresis, & propter hæresim. Nam extra hæresim non est defendere hæreticum, sed defendere proximum, illique fauorem præstare, & ad hoc allegat Sayr. *eodem cap. 5. num* 10. Toled. *in summa, in prima excommunicatione Cœna num.* 18. idem multis probat nouissimè Farinac. *de heresi, quest.* 82. §. 1. *num.* 12. vbi concludit post Graff. *lib.* 4. *decis. cap.* 18. fauentem hæreticis propter causam miserationis, paupertatis, & cognationis, in foro conscientiæ non innodari excommunicatione Bullæ in Cœna Domini. lege Graff. *d.c.* 18. *n.* 23. & Farin. *suprà n.* 127. 128. *& n.* 159.

Adde posse Catholicos hæreticis in extrema necessitate positis ne fame pereant aliquid dare. Henric. Boich *in cap. si quis Episcopus, num.* 1. *vers. Aut causa pietatis, extrà de hereticis*, & *ibi* Abbas *num.* 2. *vers. & potest adduci*, Hostiens. *in cap. in eos, in verb. Nihil conferant, num.* 1. etiam de hæreticis, vbi negat posse dari hæreticis ne fame pereant in vltima voluntate, sed inter viuos dumtaxat ex causa pietatis, quod non probo, si re vera sunt in extrema necessitate, in qua tam inter viuos, quàm per vltimam voluntatem extremè indigentibus est subueniendum, fortè viuentes ad fidem reuertentur, quia extremè indigentibus tenetur quis subuenire, non extremè autem, sed grauiter, non tenetur, potest tamen subuenire, si vult, Decian. *in tractatu criminal. lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 39. Sanchez *vbi suprà lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 7. *vers. caterum verius*, vbi concludit filium non teneri alere patrem hæreticum, nisi extremè indigeat qua de re egimus *tertia parte*, vbi de obligationibus parentum in filios, & è contra *disp.* 2. §. 2. *num.* 115. 116. 117. *lib.* 1.

30. Item hæreticorum defensores per Bullam Cœnæ Domini excommunicantur: dicuntur autem defensores, qui quocumque modo, vel arte, aut via hæreticos, vt hæreticos tuentur, vt tutò viuant, aut ne ad manus iudicis veniant ad puniendum, vel examinandum. Item, qui eos adiuuant, vt liberentur, & vt non in illos exerceatur pœna, vel aliquod supplicium. Siue defensio contingat in iudicio, siue extrà, vt Aduocati, qui suscipiunt patrocinium in causis illorum, & notarij, seu tabelliones conficientes instrumenta, ita Paludan. *in* 4. *distinct* 13. *quest.* 3. *art.* 1. *conclus.* 7. Viuald. *in Bulla Cœna Domini, num.* 7. Sayr. *d. cap.* 5. *num.* 9. Marius Alterius *tom.* 1. *disp.* 2. *de excommunicatione Bulla Cœna, lib.* 5. *cap.* 5 *fol.* 467. *lit. D. vers. defensores hereticorum*, & Sanchez *lib.* 2. *c.* 10. *n.* 18. vbi alios refert, ac sequitur.

Hi autem defensores sunt in duplici differentia. Sunt enim defensores, qui hæreticorum errores defendunt, & isti peiores sunt, quia non solùm sunt hæretici dicendi, sed possunt vocari hæresiarchæ, & Magistri errorum, vt deducitur apertè ex *cap. qui aliorum*, 24. *quest.* 3. Sed hoc loco non est sermo de huiusmodi defensoribus, quia isti non differunt ab hæreticis. Graff. *d. lib.* 4. *in expositione Bulla cap.* 18. *num.* 38 sed sunt Principes hæreticorum, Hostiens. *in cap. si aduersùs, num.* 1. *in verb. defensoribus, de hereticis*, Anchar. *ibidem num.* 1. & Zabarel. *num.* 2. quod idem vult Archidiac. *in cap.* 2. *num.* 4 *de hereticis in* 6. Geminian. *ibi num.* 9. Calderin. *in tractat de hereticis, rubr. de hereticis credentibus*, &c. *num.* 15. Eymeric. *in Director. Inquisitor. part.* 2. *quest.* 32. *num.* 1. & *ibi* Pegna *comment.* 77. *lit. A.* & Simanch. *de Catholicis, titul.* 15. *num.* 8. qui omnes excommunicantur per censuram huius canonis, sicut hæretici, non tamen vt defensores propriè hæreticorum.

Alij tamen defensores, qui vt tales sub hoc canone comprehenduntur, sunt, qui defendunt personas hæreticorum. Hi autem non puniuntur vt hæretici, neque hæretici reputantur, secundùm Ioannem Monachum *in cap. accusatus §. Sacerdos, num.* 12. *vers. vel dic, de hereticis in* 6. & *ibi* Archidiaconus *num.* 6. *post medium, in verb. hereticus*, Gemin. *in §. si verò, num.* 1. *vers. nota quòd Inquisitores, & num. quarto in* 2. *oppositione*, Vgolin. *de censuris Pontifici reseruatis, part.* 2. *in glossa, & generaliter quoslibet illorum defensores, num.* 3. & Graff. *suprà d. cap.* 18. *num.* 37. requiritur autem, vt defendant hæreticorum personas, vt hæretici sunt, & ea intentione, ac ratione, vt tutò viuant, vel ne in manus incidant iudicum; quia in hoc sensu declarant communiter Doctores particulam, *Defensores*.

Limita decisionem hanc. Non incurrit in canonem Bullæ Cœnæ Domini, qui defendit hæreticum extra causam fidei, quamuis sciat illum esse hæreticum, Caietan. *in cap.* 1. vnde si medicus hæretico ægroto medicinam adhibeat, non excommunicatur, quia non medetur illi prout est hæreticus, Nauarr. *cap.* 27. *num.* 55. & alij, quos referens sequitur Marius Alter. *d. disput.* 2. *lib.* 5. *cap.* 5. *fol.* 468. *col.* 1. *&* 2. Fr. Anton. de Sousa *in Bulla Cœna Domini cap.* 2. *disp.* 12. *conclus.* 2. vbi addit nullibi inueniri hanc defensionem prohibitam extra casum hæresis, atque adeò non ligari excommunicatione hac subuenientem hæretico prout est proximus. Quinimo non excommunicari, qui scit illum, qui quæritur vt hæreticus, esse innocentem. quia non excommunicantur, nisi defensores hæreticorum; sed hic non est hæreticus: ergo eius defensor non est excommunicatus. Nec etiam ligabitur censura defensor illius, quem credit esse hæreticum, si à parte rei hæreticus non est, quia solum hæreticum, vt hæreticum defendere est prohibitum; & hunc comprehendit Canon Bullæ Cœnæ Domini, nec sufficit conscientia erronea, vt excommunicatio incurratur, sicut non incurritur censura, si occidatur laicus, quem occisor credebat esse clericum, vt est communis, & tradit Sayr. *de censuris lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 6. quia non debet quis iudicari iuxta intentionem, sed secundùm factum, ac proinde, quamuis intentio erat percutere clericum, non tamen occidit nisi laicum, & ideo excommunicatus non est percussor, ita tradunt Federic. *cons.* 13. Antonin. 3. *part. tit.* 25. *cap.* 1. §. 4 *notandum*, & Sylnest. *verb. excommunicatio sextò, num.* 6. *notabili* 4. *vers. secundo*, post Panormit. *in cap. si verò* 2. *num.* 7. *de sentent. excommunicationis*, & Astensis *in summa, part.* 1. *lib.* 7. *tit.* 3. *art.* 2. *quest.* 30. *&* 32. Secus si percutiens habeat intentionem percutiendi clericum, vel hunc hominem, siue sit clericus, siue laicus, tunc enim si percutiat clericum, ligatur excommunicatione: quia actus externus est malus, & efficaciter dependet ab illo actu interno, quo percutiens vult hunc hominem occidere: ideo si occidat clericum, incurrit excommunicationem, Auila *part.* 2. *cap.* 5. *disput.* 5. *dub* 6. *ad finem*, Sanch. *in precepta Decalogi, lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 14. quos referens sequitur Bonac. *de censuris,*

disp. 1.

disp.1. puncto 1. num.21. non autem si occidat laicum, quem credebat esse clericum, quia consideratur factum, nec sufficit intentio, Couarr. *in cap. Alma mater, part.1. §.10.num.15.vers.12.* Graff. *decis. part.1.lib.4. cap.9. num.43.* Sanchez *de matr.lib.10. disp.32.num.27. & 28.& sequent.* Farinac. *in praxi criminal. parte 5. quæst. 125. num. 164.* & alij, quos sequitur Barbosa *in cap. si verò 2. ex num.4. & 5. de sentent. excommunicationis*; sed de bis aliqua suprà *disp.2.in cap. si quis suadente, §.1.num.36.*

31. Quod attinet ad legentes hæreticorum libros hæresim continentes, vel de Religione tractantes, qui legerint, retinuerint, vel typis mandauerint, vel aliquo modo defenderint, siue publicè, siue occultè, sine auctoritate Sedis Apostolicæ, incurrunt in primæ clausulæ Bullæ Cœnæ Domini censuram, vt constat ex tenore Bullæ, vltra quam altera excommunicatio continetur in Indice librorum prohibitorum in fine, auctoritate Pij Quarti edito. Vt verò incurratur censura huius canonis, quatuor requiruntur conditiones. Prima, vt tales libri sint hæreticorum hominum. Secunda, vt præfati libri contineant hæresim, vel tractent de Religione, & hæresi ex professo, & ex instituto: proinde, si de alia re agerent, & obiter interponererut, vel miscererut aliqua hæresis, non incurreretur in excommunicationem huius canonis. Tertia conditio est, vt scienter legantur libri isti. Quarta, & vltima, vt hæc omnia fiant sine licentia Sedis Apostolicæ. Et quod dictum est de legētibus huiusmodi libros, de retinentibus, imprimentibus, & defendentibus eosdem, intelligendum est, cùm hæc quatuor personarum genera ibi contineantur, & excommunicentur; à qua censura nonnisi Summus Pontifex potest absoluere, & Sacerdotes absoluentes grauissimè puniuntur, vt apparet ex tenore ipsius Bullæ Cœnæ, *ad finem, §.illos autem.* Martin. del Rio *de disquisitionibus Magicis, lib. 5. sect. 17. vers. hæc absolutio reseruata est habentibus potestatem absoluendi a casibus Bullæ Cœnæ Domini,* Azor. *instit. moral. part. 1.lib.8.cap.16 rubr de legentibus, & retinentibus libros hæreticorum, quæs.1. & quæs 5.* vbi declarat hoc non habere locum in excommunicatione lata in Indice librorum prohibitorum, cuius absolutio non reseruatur Summo Pontifici.

Excusantur à censura, qui legunt, retinent, imprimunt, aut defendunt libros infidelium continentium errores contra fidem, quia infideles non sunt hæretici, Vgolin. *de casibus Papæ reseruatis, part. 2.cap.1. verb.ac eorundem libros, §.1.num.3.* Nam quamuis infideles, & Iudæi in aliquo sentiant contra fidem, non dicuntur hæretici propriè, de quibus loquimur, Farinac. *in praxi criminal.quæst. 128. num.178.* sed dicuntur hæretici largo modo, vt *ibidem, num.130.*

Similiter excusantur à censura legentes, & retinentes libros eorum, qui verè baptizari voluerunt, ac baptizati sunt; sed Baptismus fuit nullus ex defectu legitimæ materiæ, aut ex defectu intentionis ministri, si postea à fide recedant, quia non sunt hæretici, eo quòd vero Baptismo non fuerunt abluti; quare nec excommunicationem, nec alias pœnas hæreticorum contrahunt, Vgolin *suprà 2.part. cap. 1. §.1. num. 3. in fine,* Sayr. *thesauro casuum, tom. 1. lib.3. cap. 4 num. 11.* Idem dicendum est de Catechumenis, qui à fide recesserunt, si libros componant errores contra fidem continentes, si legantur, retineantur, imprimantur, aut defendantur à Catholicis, quia non sunt verè hæretici, cùm solenniter non sint professi fidem in Baptismo, & ideo dicendi sunt infideles, non verè hæretici per recessum à fide, Aragonius *2. 2. quæst. 11. art. 2. dub.3.* Toled. *lib.4. summæ, cap.3. n.5.* Sanchez *lib. 2. supr. cap. 7. num. 34.* post alios, quos *ibi* refert, ac sequitur.

Dictum est, libri hæreticorum, hæresim continentes, vel de Religione tractantes: quia si Auctor sit hæreticus, & liber non contineat hæresim, neque tractet de Religione, legentes non incurrunt in excommunicationem Bullæ. Cæterùm, vt incurratur excommunicatio Bullæ, satis est, si liber hæretici contineat vnam duntaxat hæresim, neque ea deleta legi potest talis liber, quia prohibetur absolutè. Quòd si liber sit hæretici, quamuis neque hæresim contineat, nec de Religione tractet, legentes incurrent censuram contra illos lata à Pio Quarto, quæ habetur in Indice librorum prohibitorum Concil. Trident. per Clementem VIII. confirmato *regula 10. circa finem*, sub hac forma verborum, ibi: *Quòd si quis libros hæreticorum, vel cuiusuis Auctoris scripta ob hæresim, vel ob falsi dogmatis suspicionem damnata, atque prohibita legerit, seu habuerit, statim in excommunicationis sententiam incurret. Qui verò libros alio nomine interdictos legerit, aut habuerit, præter peccat mortalis reatum, quo afficitur, iudicio Episcoporum securè puniatur.*

Ex quibus apparet discrimen inter excommunicationem Bullæ Cœnæ contra legentes libros hæreticorum, quæ incurritur quando liber est hæretici, & continet hæresim; vel agit de Religione; & inter excommunicationem Indicis, quæ comprehendit omnes legentes libros hæreticorum, quamuis hæresim non contineant, nec tractent de Religione: & insuper extenditur ad legentes aliorum Auctorum libros, qui non sunt hæretici, sed catholici, si libri propter hæresim, vel propter suspicionem falsi dogmatis fuerint damnati, aut prohibiti.

Simili modo excusantur à censura Bullæ legentes Catholicorum libros, quamuis in illis inserantur errores alicuius hæretici; cùm libri sint Auctoris Catholici, Sayro *vbi supra, lib. 3. cap. 5. num.73.* Viuald. *in expositione Bullæ Cœnæ, num.12.* & Sebastianus Medices *in summa, par.2 tit. 9. quæst.78. num.88.* Vgolin. *verb. ac eorundem libros, §. 1. numer.1. vers.3.* Azor *tom.1 instit moral.cap.16. quæs.2.* Nec propterea incurrent legentes libros Catholici, quamuis Catholicus aliquas hæreses in illis propter ignorantiam proferat, quia adhuc non est liber hæretici, Vgolin. *eodem verb. ac eorundem libros, §. 1. num. 2. vers. 5.* Innodabitur tamen excommunicatione Bullæ legens librum hæretici, si constet hæreticum esse, quamuis adhuc non sit damnatus, Sanchez *dicto lib.2 cap.11. num 24.* quia verè liber est hæretici. De reliquis, quæ excusant legentes hæreticorum libros, dicetur infra *num.40.*

Quæstionis est, an requiratur ad incurrendam censuram Bullæ Cœnæ Domini, quòd libri ex professo tractent de Religione? Pro maiori explicatione sciendum est libros de Religione tractantes dici, qui pertinent ad expositionem fidei: item libri, qui disserunt de cultu Deo, ac Sanctis debito, & de Clericis, & Monachis. Item, qui totam Theologiam scholasticam, vel partem eius declarant. His positis dico primò in hac clausula Bullæ Cœnæ per libros de Religione tractantes significari omnes libros in genere compositos ab hæreticis, qui pertinent ad explanationem fidei catholicæ, & Religionis Christianæ: quales sunt libri quibus diuina Scriptura explanatur; qui de cultu Deo, ac

Sanctis debito, ac de eius ministris agunt, & qui ad Theologiam scholasticam spectant. Quare legentes libros, qui ex professo tractant de rebus Philosophicis, vel de spectantibus ad alias facultates inferiores, aut de continentibus historiam, non incurrent in censuram Bullæ Cœnæ Domini. Secus si de aliis priori modo explicatis: sub quibus intelligi debent libri, qui de moribus Christianis tractant, & non solùm politicis. Item, si agerent de quæstionibus conscientiæ, quia hæc maximè ad Religionem Christianam pertinent, ac propterea generaliter lectio horum librorum hæreticorum de Religione tractantium in Bulla Cœnæ Domini prohibetur, ne hæreticorum errores in libris de Religione tractantibus diffundantur, ac dissiminentur. Quin etiam libri, qui ex professo de aliis facultatibus inferioribus agunt, cauendum est si ibi hæretici suos errores, & hæreses obiter misceant, Marius Alterius *disp.* 2. *lib.* 5. *cap.*6. *fol.*470. *col.*1. post alios, Sanch. *dict. lib.* 2. *cap.* 10. *num.*21. cum aliis, quos *ibi* referens sequitur.

Dico secundò opus esse, vt huiusmodi libri prohibiti, vt incurratur per lectionem eorum censura huius canonis, tractent de Religione, & hæresi ex professo, ita Sayro *dict. cap* 5 *num.* 12. Vnde si tractent alia de re, esto obiter misceatur hæresis aliqua, non incurritur censura huius canonis. Idem vult Graffis 1. *p.decis.lib.*4.*c.* 18. *num.*40. dicens ad incurrendam hanc censuram requiri, vt isti libri hæreticorum non neant hæresim ex professo, aut tractent de Religione ex instituto, hoc est, vt habeant aliquid pro argumento de Religione; vt opera Caluini, & Lutheri, qui sine dubio continentur sub prohibitione Bullæ Cœnæ Domini, & legentes, tenentes, & imprimentes ligantur excommunicatione illius canonis. Qui verò agunt de alio argumento, nec continent hæresim ex professu, nec ex instituto tractant de Religione, sed in eis inseruntur hæreses, legentes, tenentes, vel imprimentes, aut defendentes istos innodantur excommunicatione Indicis, à qua possunt absolui per habentem potestatem absoluendi ab excommunicatione, Graffis *supra n.* 42. & Azor. 1. *part. lib.* 8. *cap.* 16. *quæst.* 5. quia hæc non est reseruata Summo Pontifici.

Sanchez autem, cui adhæreo, *d.lib.*2 *cap.*10.*n.*34. post initium optimè docet cum Suario *de censuris, disp.*21.*sect.*2.*num.*10. quamuis liber tractet de quacumque re, si in eo vnica hæresis contineatur, esse tamen prohibitum per hunc canonem Bullæ, & qui librum legerit etiam in ea parte, quæ hæresim non continet, incurret in illius censuram, quia legit librum hæretici hæresim continentem. Clausula enim Bullæ sic ait: *Libros hæresim continentes, aut de religione tractantes.* Atque ita circa hæresim solùm vult, vt liber hæresim contineat, nec petit, vt hæreses contineat, sed hæresim: sufficit ergo ad incurrendam censuram legere librum hæretici vnicam hæresim continentem, etiamsi hæresim illam non legat. Quoniam Bullæ Auctoris mens est intercludere ostium his libris legendis, Vgolin. *de censuris Papæ reseruatis*, 2. *p.cap.*1.*verb.ac eorundem libros,initio,n.*1.*vers.*7.& Suar. *vbi proximè, dict.num.*10. & dixi *supra n.* 31. *vers. Dictum est.*

Illud etiam adde, vt liber dicatur agere de Religione, non opus esse, quòd totum argumentum illius sit de Religione, sed sufficit, si notabiliter in eo tracteiur de ea, vt arbitrio prudentis æstimaturis ex professo censeatur tractari de ea, non autem obiter, quia quando semel, & iterum obiter de Religione agitur, non verificatur librum illum de Religione agere: secus quando sæpe de Religione sermo instituitur, aut frequenter, tunc enim quando argumentum est de Religione, vel de alia re, & agitur non obiter de ea, sed semel, bis & ter, etiam si liber nullam hæresim contineat, qui legerit incidet in hanc censuram Bullæ Cœnæ, vt patet ex illa, Marius Alterius *tom.*1.*disp.*2.*de expositione Bullæ, lib.*5. *cap.*6.*fol.*469.*col.*1.*vers. legentes igitur*, & Farinac. *de hæresi, quæst.*180.§.1. *num.* 32. post Sanch. *d c.*10.*num.*21.

Requiritur item ad incurrendam censuram Bullæ quòd sciant libros esse hæreticorum, qui hæresim continent, aut de Religione tractent, per text. Bullæ ibi: *Ac eorundem libros hæresim continentes, vel de Religione tractantes, sine auctoritate nostra, & Sedis Apostolicæ scienter legentes, aut retinentes*, &c. Ex quibus verbis deducitur hæreticum legentem librum suum, aut retinentem, qui hæresim continet, aut de Religione tractat, ligari hac excommunicatione. Ita Vgolin. *de censuris reseruatis* 2 *p.cap.* 1. *d.verb.ac eorundem,num.*1.*vers.*6. quinimò innodabitur duplici excommunicatione, altera quatenus hæreticus est, altera legendo, aut retinendo suum librum hæresim continentem, vel de Religione tractantem, Sanch. *d. lib.*2. *in præcepta Decalogi*, *cap.*10. *num.* 37. Suar. *de triplici, disp.*20.*sect.*2.*num.*26.

Quod extenditur etiam ad libros manuscriptos, libri enim non solùm impressi, sed etiam manu scripti libri sunt, & in vtrisque vrget ratio ob quam prohibentur, videlicet ob periculum, ne legentes hæresi contaminentur, vt in terminis Bullæ Cœnæ volunt Vgolin. *d. glossa, Ac eorundem libros, versic. Quartò in excommunicationem incidunt*, Sanch *d.lib.*1.*c.*10.*num.*28.*&* 29. & Farinac. *de hæres. quæst.*80.§.1.*num.*30.

Ob ignorantiam igitur excusantur à censura Bullæ in Cœna Domini legentes libros hæreticorum, nescientes esse ab hæreticis conscriptos, quia ignorantes non afficiuntur pœna, *l. generali, C. de tabular. lib.* 10. *l. Barbarius, ff. de officio Prat.* Vgolin. §.2. *vers. Primum*, Marius Alter. *de censuris Bullæ, tom.*1.*d.sp.*2.*lib.*5.*cap.*6.*fol.*469. *col.*1.*in principio*, & Fr. Antonius de Souza *in explanatione Bullæ Cœnæ, cap.*2.*disp.*13. dicens particulam, *scienter*, ad incurrendam censuram petere, vt qui legit sciat Auctorem libri esse hæreticum, & librum hæresim continere, ex Vgolin. *d. versic. Ac eorundem libros*, § 1 *num.*1. Sanch. *d.lib.*2. *cap.*10. *num.*39. Faciunt tradita à Farinacio *de hæresi quæst.*192. *n.*51. vbi excusat ab excommunicatione Bullæ sepelientem hæreticum si ignoret illum esse hæreticum, Propterea in nostro casu quæcumque ignorantia, quantumuis crassa, excusat legentes, nisi adeò crassa sit, vt sit ingens temeritas: quinimo etsi ignorantia sit affectata, quia Bulla petit scire. Ita Sanch. *lib.*9 *de matri.d.sp.*32 *num.*36. *&* 39. *& lib.* 2. *in præcepta Decal. c.* 10. *n.*38. & vbi est ignorantia, non datur scientia, quia re vera non dicitur hic scienter legere.

Nec satis est licentia quorumcumque Prælatorum ad legendum libros hæreticorum, quia requiritur licentia Summi Pontificis, vt ex verbis Bullæ constat, ibi, *sine auctoritate nostra, & Sedis Apostolicæ scienter legentes, aut retinentes*, &c. Ex quibus patet neque Episcopos hanc licentiam dare posse ad legendum libros hæreticorum hæreses continentes, vel de Religione tractantes, quia inferiores non habent ius in iis, quæ superioris decreto

creto stabilita sunt. Neque Inquisitores possunt hanc facultatem facere, quando libri hæreses habent, vel de fide, aut de Religione tractant. Ita Azor. *instit. moral. 1. part. lib. 8. cap. 16. quæst. 7. & quæst. duodecimo*, Suarius *de triplici*, *disp. 20. sect. 2. num. 27.* vbi ait idem in terris hæreticorum esse obseruandum à Catholicis, ex Sanch. *in lib. 2. in præcepta Decalogi, cap. 10. n. 43.* Nam quamuis ibi possit esse maior necessitas, nihilominus etiam ibi periculum legentibus imminet, Marius Alterius *disp. 2. de Bulla Cœnæ, lib. 5. cap. 7. fol. 471. col. 2. versic. Respondeo Episcopum*, quoniam per constitutionem Iulij Tertij, quæ incipit, *Cùm meditatio*; denegatur illis huiusmodi licentiam posse concedere ad legendum libros de fide, & Religione tractantes ex instituto, vel hæreses continentes, & Graffis 1. *p. decisionum, lib. 4. cap. 18. num. 46.*

Dixi non posse Episcopos concedere licentiam ad legendum prædictos libros hæreticorum, quod intellige extra casum necessitatis, licet loquuntur præcitati. Nam eo dato, ita, vt non possit expectari recursus ad Summum Pontificem, possunt Episcopi eam licentiam impertiri ex communi sententia per epichiam. Ita Suar. *de triplici, disput. 20. sect. 2. num. 27.* & Sanchez *lib. 2. in præcept. Decal. cap. 10. num. 43.* concludens in casu magnæ necessitatis, quando est periculum in mora, posse Episcopos circa casus Pontificios.

Quin potiùs Collegium Cardinalium Sede vacante credit Sanch. *d. cap. 10. num. 44.* non posse concedere licentiam prædictam, nisi prout illi fuerit impertitum, vt possit circa casus Pontifici reseruatos, per text. *in cap. vbi periculum, de electione, in 6.* vbi decisum est, vt nullo modo se in aliam causam intromittat quàm electionis, nisi tam graue, & tam euidens periculum imminet, vt omnibus, & singulis Cardinalibus præsentibus concorditer videretur illi celeriter occurrendum. Sed hic text. innuit Sacrum Collegium vrgente necessitate aliqua posse licentiam prædictam concedere, atque ita posse, tradit Vgolin. *de censuris reseruatis, 2. p. cap. 1. d. verb. ac eorundem libros, §. 1. num. 1. vers. 2.* Ratio, quia durante Sede vacante Collegium Eminentissimorum Cardinalium gaudet omni iurisdictione, vt opinantur aliqui, quorum tacite meminit glossa *in cap. vnico, verb. Sede, de sch. smat. in sexto*, & in specie ait Hostiensis Collegium succedere Pontifici saltem in his, quæ de grandi necessitate euidenti, & imminenti expediri oportet, mouetur ad hoc docendum, quia Capitulum Sede vacante gaudet iurisdictione Episcopali: & alia Collegia, *c. his, quæ, de maior. & obed.* tum quia necessitas non habet legem, *c. quod non est. de regul. iur.* tum quia non est verisimile, quòd placeat Deo contrarius intellectus, ne videatur gregem, & Ecclesiam suam sine pastore reliquisse. Sequitur Henriq. *lib. 14. de irregularitate, cap. 18. num. 2. in fine.* Nec obest textus *in d. cap. vbi periculum*, quia ibi cauetur, ne Cardinales dum sunt in Conclaui ad eligendum Pontificem, ad alia diuertant, sed ex hoc non infertur non posse Collegium Cardinalium Sede vacante prædictam licentiam concedere, vt docent Vgolin. & Henriq. *locis citatis*, contra Sanch. *suprà num. 44.* quem sequitur Suar. *d. disp. 20. sect. 2. n. 27.* negans posse Collegium Sede vacante illam licentiam concedere, cùm non habeat Pontificiam iurisdictionem, cui hoc reseruatum est, sed magis placet quoad nostrum casum contraria sententia.

Porrò per hanc clausulam Bullæ Cœnæ nulli Prælati quicumque illi sint infra Summum Pontificem possunt legere libros hæreticorum hæresim continentes, aut de Religione tractantes, quia Bulla generaliter loquitur. Nam Iulius Tertius in Motu proprio, incipit, *Cùm meditatio*, & Paulus Quartus, & Pius Quartus, ea priuilegia reuocarunt in suis constitutionibus, quarum meminit Pegna *in directi. Inquisitor.* inter litteras Apostolicas pro officio Inquisitionis; vbi Pontifices abrogarunt facultates legendi, vel habendi libros Lutheranos, aut alios hæreticos, vel de hæresi suspectos concessas, Azor 1. *p. instit. moral. lib. 8. cap. 16. quæst. 13.* Sanch. *d. lib. 2. cap. 10. num. 45.* vbi addit, si post hanc abrogationem aliqui priuilegia obtinuerint legendi tales libros, standum esse illis, donec iterum abrogentur, sequitur Suarez *d. disp. 20 sect. 2. num. 26.* quia clausula est generalis, & sub hac prohibitione comprehenduntur omnes Ecclesiastici infra Summum Pontificem, & omnes laici cuiuscumque conditionis, ac status sint, quamuis Imperatoria, ac Regia dignitate præfulgeant. Quin etiam omnes hæretici, quia sunt subditi, quamuis rebelles, nisi facultatem habeant à Sede Apostolica.

Quod attinet ad Inquisitores legentes huiusmodi libros, Graffis 1. *p. decis. lib. 4. cap. 18. num. 45.* excusat illos ab hac excommunicatione Bullæ, & eorum quoque substitutos, ne dum à Sede Apostolica institutos, sed etiam ab ipsis quoque Inquisitoribus deputatos ex rescripto Iulij Tertij, quod incipit, *Cùm meditatio*; sed illud rescriptum circa hoc nihil decernit, nec concedit: sed non abrogat priuilegia ipsis fidei Inquisitoribus indulta ad legendum huiusmodi libros, & eorum Vicariis, & Commissariis à Sede Apostolica super hæretica prauitate datis durante eorum commissione, sequitur Azor *d. cap. 16. quæst. 13.* & Sanch. *d. cap. 10. num 46. ad finem*, vbi Inquisitores, & Commissarios eorum non excusat ab excommunicatione Bullæ, si hos libros legant absque priuilegio, & auctoritate Sedis Apostolicæ.

Nihilominus Inquisitores, & Episcopos posse retinere, & legere libros hæreticorum prædictos ad confutandum eorum hæreses, & errores, etiam vult Arnald. Albertin. *in tract. de agnoscendis assertionibus catholicis, & hæreticis, quæst. 28. num. 6. & sequentib.* & Farinac. *de hæresi, quæst. 80. §. 1. num. 43.* qui tradit ibi: *non Episcopis, vel Archiepiscopis, sed solùm Inquisitoribus, seu commissariis super hæretica prauitate ab Apostolica Sede pro tempore deputatis durante ipsa deputatione licitum esse hos hæreticorum libros retinere, & legere hodie ex vi, & vigore rescripti Iulij Tertij*, vt notat Pegna *in Additionibus ad Eymericum in director. Inquisitor. part. 2. comment. 3. ad cap. fraternitatis, extra de hæreticis, vers. Iam hac prohibitio.* vbi hoc extendit ad substitutos, seu cõmissarios ab eisdem Inquisitoribus deputatos.

Excusabuntur tamen ab excommunicatione Bullæ Cœnæ, qui memoriter dictos hæreticorum libros recitarent, ita Vgolin. *dict. verb. Ac eorundem libros, in §. 1. num. 4. versic. 10.* Nam recitare etiam ob malum finem non est legere. Quare non est audiendus Sayr. *d. lib. 3. cap. 5. num. 13.* dicens non incurrisse censuram, qui bono fine recitaret quasi contrarium teneat de eo, qui malo fine recitat; quia Bulla non respicit finem, sed actum ipsum, hoc est, legere, & legentes excommunicatione punit. Nec item admittenda est sententia Graffis *d. lib. 4. cap. 18. num. 45.* dicentis incurrere

memoriter

memoritet pronunciantem ea, quæ priùs ſciebat, vt bene norat Sanch. *dict. cap.* 10. *num.* 47. Quia pronunciare non eſt verè legere.

Qui verò legentes hæreticurum libros audiunt, nec ſunt cauſa huius lectionis, minimè incurrere in cenſutam Bullæ Cœnæ, ſentiunt Azor *tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 16. *quaſ.* 4. Graffis 1. *p. deciſ. lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 45. Non eſt autem cauſa talis lectionis, qui non curauit, nec conſuluit, neque induxit, vt liber legeretur: ſecus autem ſi conſuluit, ſuaſit, præcepit, aut quouis alio modo fuit cauſa, vt coram eo liber legeretur, tunc enim iuxta ptæcitatos incurrit in cenſutam, quia dicitur moraliter legere, cùm legat per famulum, vel amicum, cuius opera, & facto in hac lectione vtitur. Contrà verò Vgolin. *dicto verb. Ac eorundem libros.* §. 1. *num.* 4. *verſic.* 8. 9. *&* 10. meliùs opinatur audientem, ſiue ſit cauſa, ſiue non, talis lectionis, non incurrere in cenſuram, ſequitur Sanchez *dict. cap.* 10. *num.* 48. *verſic. At neutrum,* ex ea ratione, quia audiens quocumque modo concurrat ad eam lectionem, non dicitur proptiè, nec verè legere, ſed improptiè, & metaphoricè. Probatur, quia verius eſt cenſuram latam contra committentes aliquod crimen, non extendi ad mandantes, conſulentes, vel aliter conſenſum præſtantes, niſi in canone ferente cenſutas exptimantur, vt de excommunicatione volunt, Caiet. *verb. excommunicatio, poſt principium, verſ. & perſonas quidem,* Nauarr. *in manuali, cap.* 27. *num.* 51. Henriq. *lib.* 13. *de excommunic. cap.* 17. *num.* 2. *ad finem, & cap.* 21. *num.* 1. *in commento, litt. G.* & Metina *lib.* 1. *ſumme, cap.* 11. §. 2. *fol.* 36. *col.* 1. & Atmil. *verb. excommunic. num.* 2.

Suffragatur ex vulgari regula, quæ tradit excommunicationem, & cæteras pœnas odioſas, non extendi de caſu ad caſum, ſed conſulens, ſuadens, præcipiens, aut aliquo modo inducens ad legendum librus prohibitos, vt ipſe audiat, non proprié dicitut legere, & excommunicatio Bullæ fertur propriè contra legentes: ergo non extenditur contra mandantes, conſulentes, ſuadentes, & aliquo modo ad legendum inducentes; ſunt enim diuerſa facere, & mandare, *cap.* 2. *de Clericis pugnam. in duello,* vbi pugil verè homicida dicitur, non autem mandans, quamuis de homicidio teneatur. Item, quia quoties canon vult excommunicare ne dum facientes, ſed etiam mandantes, ſuadentes, & conſulentes, id ſolet exprimere, vt patet ex *cap. felicis, de pœnis, in* 6. *& Clementin. ſi quis ſuadente, eodem tit.* Cùm ergo mandantes, ſuadentes legi librum, non verè legant, non comptehenduntur ſub canone Bullæ Cœnæ, niſi audiant, vt fauerent hæreſi. Tunc enim non legentis, ſed fautorum hæreticotum excommunicatione ligarentur.

Porrò famuli legentes etiam de mandato dominorum, non excuſantur ab hac excommunicatione; quia ſcienter legunt, nec mandatum liberat. Azor *tom.* 1. *inſtit. moral. lib.* 8. *cap.* 16. *verſic. Quartò quæritur*; eo quòd quamuis legant iuſſu dominorum, re vera tamen legunt ſcienter librum hæretici, hæreſes continentem, vel de Religione tractantem, Sanch. *d. cap.* 10. *num.* 48. *& ſequent.* quibus accedit Farinac. *de hæreſi, queſt.* 180. §. 1. *num.* 2. *ad finem.* Excuſabuntur autem ſi metu graui cogantur legere non in fidei, aut Eccleſiæ contemptum: nam in eo caſu non incident, quia præcepta Eccleſiaſtica non obligant cum tanto detrimento. Dixi, *non in fidei contemptum, aut in odium Eccleſiæ,* quia ſi quiſquam alicui minetur mortem in Religionis Chriſtianæ odium, aut Eccleſiæ contemptum, niſi tranſgrediatur aliquod præceptum, teneri potius mortem ſubire, quàm tranſgredi quodcumque præceptum humanum, ne dum diuinum. Fundamentum eſt non ex ratione, ac virtute præcepti humani, quod non obligat, cum vitæ periculo: ſed ex vi præcepti diuini, quod tunc concurrit, & obligat ad defendendum cum vitæ periculo auctoritatem Religionis Chriſtianæ, & ad reprimendum Eccleſiæ Catholicæ contemptum, ita Sotus *in* 4. *d.* 22. *quaſt.* 1. *art.* 4. *col. penult. & lib.* 1. *de iuſtitia, quaſt.* 6. *art.* 4. *ad finem corporis,* Henriq. *lib.* 13. *de excommunic. cap.* 21. *num.* 2. *in fine,* Azor. *tom.* 1. *lib.* 1. *inſtit moral. cap.* 11. *quaſ.* 1. Suar. *tom.* 5. *in tertiam partem, diſp.* 6. *ſect.* 3. *n.* 7. Aragon. 2. 2. *quaſt.* 62. *art.* 3. in primo dubio, quod mouet circa ſolutionem ad 4. & Valentia 1. 2. *diſp.* 7. *quaſt.* 5. *punct.* 6. *quaſt.* 4. Quinimò quamuis peccaret mortaliter, quando cogeretur in odium fidei, vel in Eccleſiæ contemptum metu graui legendo, non ligaretur excommunicatione Bullæ Cœnæ, quia hic ſimpliciter non delinquit contra præceptum purum Eccleſiæ prohibentis hanc lectionem librorum, cuius transgreſſioni indicta eſt excommunicatio, ſed peccat contra præceptum diuinum defendendi fidem Catholicam, & auctoritatem Eccleſiæ, vt in ſpecie docet Vgolin. *de cenſuris Pontifici reſeruatis, dict. verb. Ac eorundem libros,* §. 1. *in fine.*

Similiter non ligabitur hac excommunicatione, qui legerit libros huiuſmodi ſcriptos in lingua, quam omnino non intelligit, quia finis huius prohibitionis debet attendi, ne ſcilicet ex tali lectione hæreſis aliqua imbibatur, quæ addiſci nequit, ſi lingua, in qua ſcripti ſunt libri, penitus ignoretur. Item excuſantur legentes duas, tres, aut quatuor lineas in libro hæretico, quia Bulla non ait incidere in cenſuram, qui legerit aliquid in libro hæretico, ſed qui legerit librum hæreticum: at verò, qui legit tres, vel quatuor, aut decem lineas, non dicitur legere librum hæreticum. Ita Sayr. *de cenſuris, lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 12. *verſic. Alij tamen,* poſt Viuald. *in expoſitione Bullæ Cœnæ, num.* 11. Datur enim paruitas materiæ, quæ excuſat à mortali, & ex conſequenti ab excommunicatione. Fr. Antonius de Souſa *in Bulla Cœnæ, cap.* 2. *diſp.* 13. *verſ. quarta concluſio, num.* 8. & Marius Alterius *tom.* 1. *diſp.* 2. *de expoſitione Bullæ Cœnæ, lib.* 5. *cap.* 6. *fol.* 471. *col.* 2. *verſ. Reſpondeo aliquando, & verſ. Reſpondeo certum eſſe dari paruam aliquam quantitatem, quæ legi poteſt abſque peccato mortali, & incertum eſſe, quando incipiat eſſe peccatum mortale legendo partem notabilem; quare ſtandum eſt indicio duorum, vel trium bonorum hominum, qui indicent partem notabilem fuiſſe lectam.* Sed meliùs Viualdus *in penult. edit. part.* 2. *in prima excommunicatione Cœnæ, num.* 11. & Emanuel Sá *verb. excommunicatio Bullæ Cœnæ, num.* 2. quibus accedit Sanch. *d. c.* 10. *num.* 31. dicunt paruitatem materiæ in hoc caſu legendi non ſolùm eſſe pauca verba, & decem lineas, ſed etiam, quando eſt vna ſola pagina, quamuis liber ſit ex voluminibus maioribus, vulgo *de marca maior,* adhuc enim vna ſola pagina eſt materia inſufficiens ad incurrendum tam grauem cenſuram, ſed requiritur maior quantitas.

Non eſt tamen admittenda ſententia Toleti ſuper Bulla Cœnæ, & aliorum opinantium legentem vnam, vel alteram lineam ligari excommunicatione hac, dummodo in illis contineatur integra

integra, & perfecta hæresis, ex eo fundamento, quia in Bulla habetur particula *quomodolibet*, quæ accommodatur quatuor illis personarum generibus, nempe legentibus, tenentibus, imprimentibus, & defendentibus libros hæreticorum. Quia particula *quomodolibet*, refertur ad defendentes libros hæreticorum, quia isti peccant mortaliter quomodolibet libros hæreticorum defendendo, cùm nulla detur causa, vel ratio eos excusans. Ob quam rationem in libris Toleti, Lugduni, & Mediolani impressis anno Domini 1599. opinio illa fuit omissa, ita Sayr. *vbi suprà.*

32. Quod dictum est de legentibus, retinentibus applicandum est: ideo retinentes libros hæreticorum scienter siue in sua, siue in aliena domo retineant, incurrunt, Vgolin. *de censuris Papæ reseruatis, 2. p. cap. 1. verb. aut retinentes, in principio, n. 3. vers.* 3. Graffis *dict. cap.* 8 *num.* 48. Sayr. *d. lib. 3. cap. 5. num.* 16. & Sanch. *d. cap.* 10. *num.* 52. vbi subdit Bibliopolas eos retinentes, vt conglutinent, ligari cùm vere retineant eos apud se, ex ea ratione, quoniam excommunicatio retinentibus imposita est à Pontifice, qui vult tales libros penitus aboleri; nec retinens excusatur, si linguam, in qua scripti sunt, prorsus ignoret. Nec item liberat retinentes libros hæreticorum etiam quando in illis continentur aliqua vtilia, & bona, quia his non obstantibus, retentio est illicita. glossa *in cap. fraternitatis, in verb. calestinus, extrà de hæreticis*, & *ibi* Hostiens. *num.* 1. Simancli *de Catholicis institutionibus, tit.* 30. *num.* 17. & Pegna *in additionibus ad Eymericum in Director. Inquisitor. part. 2. comment.* 3. ad dictum *cap. fraternitatis, extrà de hæreticis, vers. Rursus idem axioma*, quia hæretici mens est bona multa docere, vt falsa postea misceat faciliùs, & decipiat, Farinac. *d. quæst.* 80. *num.* 24. post alios.

Adde etiam ligari retinentes hos libros curiositatis causa, aut pro ornatu Bibliothecæ, aut animo permutandi cum libris Catholicis, siue confutandi errores. Vgolin. *suprà, eodem verbo, aut retinentes, in principio à num.* 1. *&* 4. Nec refert, si dicas retentionem librorum hæreticorum non prohiberi, quando retinentur, vt eorum opiniones refutentur, prout vult Felin. *in cap. si quis Episcopus, in fine, vers. pro quo infertur, extrà de hæreticis*, dicens non esse inconueniens libros damnatos legi, & euolui, vt vera fides fortiùs elucescat. Q ia hoc intelligitur in habente facultate retinendi libros huiusmodi, secus si careat licentia: tunc enim talis excusatio hodie non proderit retinenti sine licentia, Vgolin. *de censuris, in glossa, Aut retinentes, in pr nc pio, vers. quarto ex communicatio hac.* vbi tradit ligari excommunicatione Bullæ Cœnæ Domini, retinentes libros hæreticales non malo animo, sed vt errores eorum confutent. Idem voluit Tolet. *de instructione Sacerdotum, lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 9. & nouissimè Farinac. *d. quæst* 180. *num.* 39.

Felini autem doctrina admittens retentionem hæreticorum librorum tamquam licitam ad eorum errores confutandos, habet locum in eo, qui legerit libros Catholicorum continentes aliquos errores hæreticorum ad eos confutandos. Is enim eos legens, & confutans, non incurrit excommunicationem huius canonis. Nauarr. *in manuali, cap.* 27. *num.* 56. quem referens sequitur Azot 1. *part. instit. moral. cap.* 16. *quæst.* 2. quia tales libri, etiamsi in illis sint inserti errores, & hæreses alicuius hæretici, sunt libri catholici: ac proinde legens illos non incurrit excommunicationem, Sanch. *d. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 13. *&* 24. & Farinac. *d. quæst.* 180. *num.* 40. *&* 50. & Emmanuel *in Bulla Cruciata*, §. 9. *num.* 78. Etiamsi Catholicus habeat intentionem cognoscendi errores hæreticales, & rationes quibus hæretici nituntur. Nec refert, si in libro Catholici reperiantur etiam aliquæ hæreses, quas protulit Catholicus auctor propter ignorantiam; adhuc enim non dicitur liber hæretici, & ideo illum legens, aut retinens, non incidit in excommunicationem Bullæ Cœnæ, Sanch. *d. cap.* 10. *num.* 25. *&* 26. post alios, quos ibi referens sequitur Farinac. *suprà d. n.* 50.

Secus si liber sit hæretici, tunc enim incurritur censura à legente Indicem, Procemium, vel præfationem, siue epistolam ad lectorem. Sunt enim hæc pars libri, & index est summarium rerum, quæ in libro continentur, & in eo tractantur, & mentem Auctoris declarant, Vgolin. *de censuris Pontifici reseruatis, part* 2. *cap.* 1. *in verb. ac tenentes libros, in principio. num.* 1. *vers.* 8. quem sequitur Sanch. *lib.* 2. *in præcepta Decalogi, cap.* 10. *n.* 30. 33.

Sed quid dicendum de legentibus, & retinentibus libros prohibitos? Responde, si Auctor est Catholicus, & in eo continentur scholia, & annotationes hæreticorum, & ea legat, non incurrere excommunicationem Bullæ. Nauarr. *in summa, cap* 27. *num.* 56. Manuel *in Bulla Cruciata*, §. 9. *n.* 78. & Graff. *d. cap.* 18. *num.* 43. non euadet tamen legens, retinens, aut imprimens libros hos, censuram contentam in catalogo librorum prohibitorum nulli reseruatam, Toled. *in summa, in Bulla Cœnæ, num.* 25. Azot *tom.* 1. *lib* 8 *instit. moral. c.* 16. *quæst.* 5. & Vgolin. *vbi proximè*, §. 1. *num.* 2. *versic. Quinto.* & Sayr. *d. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 15. *versic. Demum.* 34.

Dubitatur etiam, an incidant in excommunicationem legentes, retinentes, vel imprimentes libros Hydromantiæ, Geomantiæ, Aeromantiæ, & similes, aut in quibus continentur auguria, auspicia, veneficia, sortilegia, & incantationes artis magicæ, & illius partis Astrologiæ, iudiciariæ, quæ de futuris contingentibus tractat, & prædicit, vel prædiuinat certò euenturum aliquid? Respondendum est, si Auctores sunt Catholici, & libri non continent errorem hæreticalem, non incurri excommunicationem Bullæ Cœnæ ex lectione, aut retentione, sed affici inficique culpa lethali, vt habetur *in regula* 10. *Indicis*, & retinentes, ac legentes possunt puniri aliis pœnis ab Episcopis, vel ab Inquisitoribus ad arbitrium, habita ratione personarum, & secundùm qualitatem librorum, quia Bulla hæc Cœnæ non comprehendit magos, nisi sint hæretici. Quòd si Auctores horum librorum sint hæretici, vel contineant hæresim; tunc ex retentione, vel ex lectione incurritur excommunicatio Bullæ, aut Indicis, vt explicatum est, id est, incurretur excommunicatio contenta in Indice librorum prohibitorum, quæ nulli reseruata est, quando liber non est hæretici, aut si est hæretici, non continet hæresim, nec tractat de Religione. Ita Graff. *d. cap.* 18. *num.* 43. Azot, & Vgolin. *vbi proximè*, & Sayr. *de censuris, lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 5. Marius Alterius *tom.* 1. *disp.* 2. *de excommunicatione Bulla Cœna, lib.* 5. *c.* 7. *fol.* 472. *col.* 2. *versic. Tertiò dubitari potest*, vbi *versic. dico tertio*, addit Sixtum Quintum in constitutione, incipit, *Cœli, & terra Creator Deus*, edita Nonis Ianuarij. Anno primo sui Pontificatus statuisse, vt Episcopi, & Inquisitores procedant contra exercentes artem iudiciariam, & contra facientes iudicia, 35.

dicia, & natiuitates hominum, quamuis nihil certi aliquid euenturum esse assererent. Quare hæc Bulla Magos non comprehendit, nisi hæretici sint, vt docet Nauarr. *in summa Latina, cap. 27. num. 55.* quamuis *in summa Hispana, cap. 28. addit. ad numerum 56. cap. 27.* tradiderit secundùm Bullam Cœnæ Pij Quinti olim libros Magicæ artis habentes, & illa vtentes, excommunicari per hunc canonem, qui in præsenti Bulla non continentur, nisi libri hæretici hæresim continentes, vel de Religione tractantes. Quare non incurritur hæc censura, quamuis legantur, teneantur, imprimantur, vel defendantur libri hæreticorum, si nec hæresim continent, nec de Religione tractant, quia disiunctiuè Bulla loquitur, & alterum sufficiet, quia alterum illorum postulat, Vgolin. *de censuris Pontifici reseruatis, part. 1. cap. 1. verb. vel de Religione, initio, num. 2.*

36. Legentes autem in libris Catholicorum conclusiones hæreticorum, non incurrunt hanc excommunicationem, quia libri non sunt hæreticorum. Nauarr. *in summa, cap. 27. num. 26.* Suar. *de censuris disp. 21. sect. 2. num. 10.* Azor. *tom. 1. lib. 8. moralium institutionum, cap. 16. quæst. 2.* & Sayr. *d. cap. 5. num. 13. versic. hac autem.* Nec etiam si quis legeret libros Catholicorum habentes annotationes hæreticorum, esset excommunicatus per Bullam in Cœna Domini, Nauarr. *d. cap. 27. n. 56.* quamuis, vt ipse notat, possit ligari censura lata à Pio Quarto in Bulla Indicis, præsertim propter clausulam, quæ ibi apponitur per hæc verba: vel cuiusuis auctoris scripta propter hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem damnata legerit. Nauarri tamen mens est intelligenda nisi huiusmodi annotationes, & scholia in ea sint copia, vt potius videantur assimilari libro magis, quàm simplicibus annotationibus. Tunc enim ex earum lectione, vel retentione, si continerent hæresim, vel de Religione tractarent, non est dubium incurri excommunicationem secùdùm illum, quem sequitur Marius Alterius *disp. 2. de Bulla Cœna, lib. 5. cap. 6. fol. 470. colum. 2. liter. C.* & Suarez

37. *de censuris, disp. 21. sect. 2. num. 10.* quam tamen limitationem non approbo: quia liber in quo reperiuntur illæ annotationes, est Catholici, vt suppono, & non dicitur hæretici commentantis, atque ita legens eas non innodatur excommunicatione Bullæ. Ita Sanchez *in precept. Decalogi, lib. 2. num. 10. cap. 25.* & Farinac. *de hæresi q. 180. §. 1. num. 50.* Non tamen euadunt censuram Indicis scienter legentes huiusmodi annotationes hæreticorum, libris Catholicorum insertas, aut legentis libros hæreticorum de Religione tractantes, qui nondum sunt ab Ecclesia damnati, sed de hæresi tamen suspecti, puta Erasmi Roterodami. A qua excommunicatione, vt dictum est, possunt culposi absolui per habentem potestatem absoluendi à quacumque excommunicatione: Graffis *de excommunic. Bulla Cœna, lib. 4. & 18. num. 43.*

Et quamuis Inquisitores non possint concedere facultatem legendi libros hæreticorum hæresim continentes, vel de Religione tractantes, vt dictum est, quia Pontifex sibi illam reseruauit, & est communis, Suarez *de triplici, disp. 20. sect. 2. n. 27.* Sanch *suprà d. c. 10. n. 43.* possunt tamen concedere facultatem legendi libros hæreticorum de Religione non tractantes, neque hæresim continentes: hi autem permittuntur habita licentia ab Ordinario, & Inquisitore. Marius Alterius *disp. 2. de Bulla Cœna, lib. 5. cap. 6. fol. 469. col. 1. vers. Tertio in indice permittuntur, & col. 2. vers. Aliorum.* Vbi ait aliorum librorum lectionem non esse damnatam, licèt prohibeatur sub aliis pœnis, & libros Catholicè conscriptos tam ab aliis, qui postea in hæresim inciderunt, quàm ab illis, qui lapsi redierunt ad gremium Ecclesiæ approbatos, ab aliqua Vniuersitate, Theologorum, vel ab Inquisitore Generali posse concedi. Azor. *1. p. instit. moral. lib. 8. cap. 6. quæst. 12.* iuxta regulam secundam Indicis librorum prohibitorum auctoritate Concilij Trident. editi, & à Pio Quarto confirmati, & iussu Clementis Octaui renouati.

Legentes item, aut retinentes, aut imprimentes Epistolam, Concionem, aut papyrum aliquam solutam hæretici non redactam in figuram, ac formam tractatus, credit Vgolin. *de censuris Papæ reseruatis, p. 1. cap. 1. verb. Ac eorundem libros, initio, num. 2. vers. 9.* ligari excommunicatione Bullæ, sed non placet Sancio *d. cap. 10. num. 29* quia, communiter loquendo, hæc non dicuntur libri: secus dicendum de proœmio, vel de præfatione, vel de Epistola ad lectorem, aut de Indice si legatur, cùm quodlibet eorum contineat summam totius tractatus, rerúmque in corpore libri contentarum. Sanch. *d. lib. 2. Decalogi, cap. 10. num. 30.* 38.

Quo ad retentionem, vt incurratur censura Bullæ, requiritur pars libri retineri. Et quamuis ex sententia Vgolini sufficiat retinere folium vnicum ipsius libri ad incurrendam censuram, vt ipse credit de censuris Papæ reseruatis. *1. p. cap. 1. verb. Ac retinentes, in principio, num. 3. versic. 6.* Ego verò non credo, cùm minor culpa sit retentio, quàm lectio. An verò proœmium, seu præfatio, aut Index libri sit pars libri, aut epistolæ ad Lectorem sint pars libri quo ad effectum incurrendi censuram si retineantur? Non est dubium esse si hæc tria pariter retineantur: si tamen diuisim vnumquodque eorum retineatur, & sit in parua quantitate, videtur materia insufficiens ad tantam pœnam retentio vniuscuiusque. Secus si in magna quodlibet eorum sit quantitate. 39.

Vltra legentes, & retinentes hæreticorum libros, excommunicatio Bullæ Cœnæ afficit Typographos imprimentes libros hæreticorum scienter, contra quos latæ sunt aliæ etiam pœnæ in Concilio Lateranensi sub Iulio secundo *sess. 10.* in hunc modum, & sub Leone Decimo *ibi*, statuimus, & ordinamus, quòd de cætero perpetuis futuris temporibus nullus librum aliquem, seu aliam quamcumque scripturam, tam in Vrbe nostra, quàm aliis quibusuis ciuitatibus, & diœcesibus imprimere, seu imprimi facere præsumat, nisi priùs in Vrbe per Vicarium nostrum, & Sacri Palatij Magistrum in aliis verò ciuitatibus, & diœcesibus per Episcopum, vel alium habentem peritiam scientiæ libri, seu scripturæ huiusmodi imprimendæ ab eodem Episcopo ad id deputandum, ac Inquisitorem hæreticæ prauitatis ciuitatis, siue diœcesis, in quibus librorum impressio huiusmodi fieret, diligenter examinentur, & per eorum manu propria subscriptionem, sub excommunicationis sententia gratis, & sine dilatione imponendam approbentur. Qui autem secus præsumpserint, vltra librorum impressorum amissionem, & illorum publicam combustionem, & pœnam pecuniariam, & anno continuo exercitij impressionis suspensionem excommunicationis sententia innodari existant, hæc Concilium.

Contra eosdem etiam lata est excommunicatio à

à Concilio Tridentino *sess.* 4. in decreto de editione sacrorum librorum, his verbis. Nulli liceat imprimere, vel imprimi facere quosuis libros de rebus sacris sine nomine auctoris, neque illos in futurum vendere, aut etiam apud se retinere, nisi primum examinati, probatique fuerint ab Ordinario, sub pœna anathematis, & pecuniæ in canone Concilij nouissimi Lateranensis apposita. Et quamuis Concilium solùm loquatur de libris sacra tractantibus, ad reliquos de rebus sacris non agentibus, extenditur. Ea enim de causa meminit sacrorum librorum, & illorum de rebus sacris tractantibus, propter maius periculum, etiamsi idem incommodum inueniri possit in aliis: propterea idem statuendum est in vtrisque, *lege, illud. ff. ad legem Aquil.* Marius Alterius *tom.* 1. *de censuris disp.* 2. *lib.* 5. *cap.* 8. *fol.* 473. *column.* 1. *ad finem, & column.* 2. *in principio,* Azor 1. *part. instit. moral. lib.* 8. *cap.* 17. *quæst.* 1. *fol.* 786. *col.* 1. *ad finem.*

Accedit Synodus Prouincialis. Salisburgensis edita anno Domini 1569. *constitutione quinta, cap.* 5. vbi cauit, vt quotannis Typographi, & Bibliopolæ coram Ordinariis locorum deputatis fidei Catholicæ professionem facere teneantur, simulque obedientiam sanctæ Sedis Apostolicæ polliceantur, cum renunciatione, & abnegatione omnium hæresum. Quod hisce temporibus vbique planè obseruandum esse tradit Pegna *in additionibus ad Eymericum* 2. *part. cap.* 49. *de sententia excommunicationis, comment.* 17. *fol.* 119. *versic. imo amplius, litera D.* & Azor. *vbi proximè d. cap.* 17. *quæst.* 1. *ad finem.*

Nomine autem Typographorum, qui libros imprimunt, & ob id incurrunt in censuram Bullæ, intelliguntur quicunque ad impressionem proxime cooperantur, id est, dominus, & magister impressionis, cuius auctoritate libri imprimuntur, & qui typos ordinant, & componunt, quique typos ita compositos atramento attingunt, qui torcularia premunt, qui chartas madefactas supponunt torculari, aut eas madefaciunt, qui exemplar impressum, aut typos corrigunt, & reliqui omnes, qui ad eorum impressionem proxime concurrunt, ita Graffis 1. *part. decisionum lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 50. Vgolin. *de censuris Papæ reseruatis part.* 2. *cap.* 1. *verb. imprimentes, initio, num.* 1. *&* 2. *&* §. 1. *num.* 1. Marius Alterius *de censuris tom.* 1. *disp.* 2. *de excommunicatione Bullæ Cœnæ lib.* 5. *cap.* 8. *pag.* 474. *column.* 1. *versic. Responderem ego,* & Fr. Antonius de Sousa *in Bulla Cœnæ cap.* 2. *disp.* 17. *conclus.* 1. qui credit eum Sayro *de censuris d. cap.* 5. *num.* 17. & cum Graffi. *vbi suprà*, contra Vgolinum *eodem* §. 1. *ad finem,* & contra Sanchez *d. lib.* 2. *cap.* 10. *numero* 57. Correctores excommunicari, & bene, qui proximè concurrunt ad impressionem, nam omnes, qui conueniunt ad aliquod opus construendum, & ad eius perfectionem concurrunt, censentur constructores illius operis: similiter Correctores, qui inspiciunt exemplar impressum, & illud emendant, & limant, & ab erroribus impressionis expurgant, censentur impressores; quare Correctores sub Bullæ censura continentur, quòd si adhuc neges, fateri debes saltem incurrere Correctores censuram Bullæ ob actionem legendi, cùm non possint corrigere, nisi legendo. Suarez *de triplici, disput.* 20. *sect.* 2. *numero* 24. *ad finem.* Secus de facientibus expensas pro impressione, quod putat Sayro; sed meliùs negat Sanchez *vbi suprà numer.* 57. *vers. At id non credo, si nihil aliud quàm sumptus præstent*; cui adhæreo, si facientes expensas non sunt Typographi, neque impressores, neque auctores eorundem librorum, tunc enim comprehenduntur præsertim auctores, qui immediatè concurrunt in illa actione, & sunt quasi primi motores, quod etiam constat ex edictis Inquisitorum, vbi non solùm imprimentes, sed etiam imprimi facientes, siue curantes, nominatim exprimuntur, Suarius *vbi suprà dicto numero* 24.

Quoad defendentes, certum est quomodoli- 40.
bet defendant, ex quauis causa publicè vel occultè, quouis ingenio, vel colore incurrere censuram Bullæ, quando libri sunt hæreticorum, & continent hæresim, vel de Religione tractant, vt videre est in eadem Bulla. Defendere censentur, qui asserunt libros istos esse bonos, nec esse comburendos, aut qui aliquo modo curant, ne ab Inquisitoribus capiantur, aut comburantur. Ita Sayr. *de censuris lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 18. Sanchez *in præcepta Decalogi cap.* 10. *citato num.* 58. Toledo *in summa in Bulla Cœnæ, excommunicatio* 1. *num.* 26. Vgolin. *de censuris Papæ reseruatis* 2. *part. cap.* 1. *verb. Ac eorum quomodolibet defendentes, numero* 2. Suarius *de triplici, dicta sect.* 2. *numero* 25. Siue defendant opere, siue argumentis confirmando malam doctrinam, quod extendunt etiam ad defensionem sub prætextu inquirendi veritatem, siue publicè, siue priuatè, siue scripto, siue tantùm verbo fiat disputatio: esto disputatio, siue Apologia in publicum non exeat, sed apud se retineat auctor ipse; quia Bulla publicè, vel occultè defendentem ligat. Demum incurrit, qui ait, hic liber non est prohibitione, vel combustione dignus per verba Bullæ, quomodolibet ac quouis quæsito colore. Item excommunicator, qui dixerit se velle defendere prædictos libros, & ad hoc esse paratum, si defensionem aggrediatur. Fr. Antonius de Sousa *in Bulla Cœnæ cap.* 2. *disput.* 17. etiamsi hoc dicat disputationis gratia, si accedat ad disputandum publicè, vel occultè, per verba quomodolibet, vel verba quouis quæsito colore, quæ habentur in Bulla, & quamuis Toletus *in summa lib.* 1. *cap.* 18. §. *sextum genus*, innuere videatur dictionem *quomodolibet* referri posse ad Legentes, retinentes, imprimentes, & defendentes; meliùs tamen alij dicunt referri tantùm ad particulam defendentes, Sousa *vbi suprà num.* 5. *versic. Duo tamen, fol.* 67.

Excusantur à censura Bullæ, qui non placente sibi hæresi dixerint: Hic liber optimus est, quia hoc non est defensio, Vgolin. *dicto verb. Ac eorum quomodolibet defendentes, num.* 2. *versic.* 3. Sanch. *in præcepta Decalogi lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 58. quod etiam Suarius *de triplici*, extendit ad librum tractantem de Religione, sine erroribus, *d. num.* 25. vbi si quis dicat de doctrina libri non esse malam, nec prohibitam, quia potest esse vera; non est defensio libri, dummodo laus non sit tanta, vt ex illa vel auctor, vel doctrina illius simpliciter commendari videatur: similiter non erit defensio, si liber contineat malam doctrinam dicere de illo, quòd habet stylum, vel eloquentiam, vel ingenium auctor, quia hoc non est defendere librum hæretici, Sanchez *vbi proximè n.* 58. *ad finem,* & Suar. *de triplici, disp.* 20. *sect.* 2. *num.* 25. *fine.* Denique non incurrunt qui in libris hæreticorum, quod catholicè scriptum est, tuentur, non quasi contentum in talibus libris, sed, quia id in se continet veritatem catholicam; tunc

enim nullo habito respectu ad librum hæretici, defenditur veritas. Vgolin. *eodem cap. 1. verb. vel de Religione, ad finem.* Neque enim hoc est defendere libros hæreticorum, vt putat Marius Alterius *tom. 1. de censuris disp. 2. de excommun. Bull. Cœna, lib. 5. cap. 8. fol. 474. column. 2. à principio, lit. B.*

41. Sequitur dicendum de schismaticis, qui incurrunt in censuram Bullæ Cœnæ. Hi autem sunt in duplici differentia, quidam dicuntur schismatici hæretici consummati, qui à Summo Pontifice, & ab Ecclesia vnitate discedunt, asserentes non esse vnitatem in Ecclesia Catholica, nec esse obediendum Romano Pontifici; sed de his non est locus, sed comprehensi iam sunt sub priori parte Bullæ, in principio primæ clausulæ, ibi; excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos alios hæreticos, quocumque nomine censeantur, & cuiuscumque sectæ existant. Quidam autem sunt schismatici, qui hæretici non sunt, & ab illis distinguuntur, dicuntúrque, qui recedunt ab obedientia Ecclesiæ, cum rebellione; sed hi qui recedūt ab obedientia Ecclesiæ cum rebellione, dicentes pertinaciter Ecclesiam Græcam aliam esse à Romana, nec illam à Romana dependere, etiam sunt hæretici, vt notat Abbas *in rubrica de schismaticis*: eo quia non solùm separati sunt ab Ecclesia, quo ad obedientiam, sed etiam, quo ad credentiam. Non enim credunt decisionibus Ecclesiæ tamquam de fide factis: nec credunt esse in Ecclesia Catholica vnitatem: atque ita hæretici consummati sunt, ita Contadus *lib. 5. de hæreticis cap. 16.* & Turrecremat. *lib. 4. de Ecclesia, part. 1. cap. 16.* Simanchas *de schismaticis, tit. 58. n. 4.* vbi eos vocat cæteris hæreticis deteriores.

Schismatici tamen puri, & non hæretici, qui sub canone Bullæ continentur, sunt, qui non constituunt sibi aliam Ecclesiam à Romana: imò credunt Ecclesiam Romanam esse veram, & Pontificem Romanum esse caput illius: attamen per solum actum voluntatis, vel per actum externum executiuum actus voluntatis propter aliquam animi passionem subtrahunt se ab obedientia Summi Pontificis, dummodo schisma illorum dictis, vel factis, vel signo aliquo externo foras prodeat; aliter enim non incurritur excommunicatio. Sayr. *lib. 3. de censuris, cap. 5. num. 22.* Sousa *de Bulla Cœna cap. 2. disp. 18 verf. prima conclusio*, post Toletum *in summa lib. 1. cap. 19. §. decimum genus*, quem referens sequitur, vbi vocat schismaticos purè esse, qui alium Pontificem à vero Romano eligunt, & ipsum electum: item qui negant Romanum Pontificem esse caput Ecclesiæ, dummodo in animo id sibi non persuadeant, Marius Alterius *de excommunicatione Bullæ Cœnæ, disput. 2. lib. 5. cap. 9. fol. 475. column. 2. versic. secundo modo fit schisma.*

Quando duo, vel tres de Papatu contendunt, & se habent pro summis Pontificibus, & quisque illorum credit Ecclesiæ vnitatem, eamque esse apud se, & nō constat quis eorum ritè, vel canonicè electus fuerit, qui obediunt Pontifici, non verò credentes esse verum, aut non obtemperant vero, putantes non esse verum, schismatici dici non possunt propriè, & ex consequenti nullà iuris pœna ligantur, cùm iustam excusationem habeant, & culpa careant, Simanchas *de schismaticis, tit. 58. num. 9.* Graff. *vbi supra, verb. schismatici, num. 54.* & Marius Alterius *suprà d. cap. 9. verf. si postules*, vbi subdit, si constet vnum illorum fuisse canonicè, ac verè electum, alium verò non esse legitimè electum, tam iste illegitimè electus, quàm eius sequaces omnes sunt schismatici, præsertim, si sint viri docti, quos non latet regula, & modus eligendi. Quo ad reliquos de plebe, qui non sunt periti, tenentur consulere viros peritos, & eorum consiliis acquiescere. Si autem electio est dubia, & apparet ex vtraque parte res incerta, debet vterque submittere se Concilio generali, vt res decidatur; qui verò ex duobus pertinaciter renuerit se subiicere iudicio Concilii, censeatur schismaticus, cum omnibus, qui illius partes sequuti fuerint, nec immunes erunt ab excommunicatione capitis, *licet, de electione, cap 1. de schismaticis, cap. nulli fas, distinct. 19.* quæ non est reseruata. Quin etiam valde probabile est incurrere omnes in sententiam huius Canonis, Marius Alterius *suprà*, exemplo Petri de Suna, qui noluit se submittere, & ideo fuit declaratus schismaticus, & sequaces eius, Sayr. idem tradit *dicto cap. 5. num. 19.*

Petes in quo consistat ratio germana schismatis? Respondetur consistere non in quacumque Papæ inobedientia, sed in ea inobedientia cum rebellione quadam in Pontificem. D. Thomas 2. 2. *quæst. 39. art. 1. & 2. & ibi* omnes: immò nec sufficit quæcumque rebellio ad id, sed in ea, quæ est ex parte officij ipsius Pontificis, nimirum quando quis recusat subesse Pontifici, vt eo officio fungitur Pontificio, & sic, vt est Ecclesiæ caput. Ex qua decisione colligitur schismatis descriptio in hunc modum: Schisma propriè dicitur inobedientia Papæ, quæ habet annexam rebellionem in eum, non ex parte rei præceptæ, sed ex parte officij ipsius Pontificis, nempe, quando quis renuit subesse Pontifici vti capiti Ecclesiæ, & sic ratione officij, quo fungitur, Syluest. *verb. schisma, paulo post principium*, Caietan. 2. 2. *quæst. 39. art. 1. in fine, & ibi* Bannes *fine*, Vgolinus *de censuris Papæ reseruatis, p. 2. cap. 1. verf. nec non schismaticos. §. 1. num. 4.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 8. cap. 20. quæst. 4.* Petrus de Ledesma *2. tomo summæ, tract. 3. cap. 12. conclusione 5.* Sanchez *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 2. cap. 36. sub num. 3.* & Augustinus Barbosa *cap. inter hæresim 24. quæst. 3.* Quamobrem non erunt schismatici, qui recusant obedire Pontifici, propterea quòd probabiliter putant, eum non esse legitimè electum. ita Caietan. *in summa, verb. schisma*, Valentia *2. 2. disputat. 3. quæst. 15. puncto 1. propositione 3.* & Azor *eodem quæst. 4.* Erunt tamen schismatici, qui absque Pontificis auctoritate Concilium generale congregant, aut legitimè destructum prosequuntur, quia se subtrahunt ab obedientia Pontificis saltem indirectè, Caietan. *2. 2. quæst. 39. artic. 1. versic. ad tertium autem dubium*, Valentia *suprà quæst. 15. post 3. propositionem*, Suar. *5. tomo in 3. partem, disputat. 21. sect. 2. num. 13.* cùm schisma sit diuisio ab Ecclesia vniuersali, aut eius capite. Nam schisma vox Græca est, quæ latinè scissuram significat, ex *cap. schisma 24. quæst. 1.* Sanchez *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 2. cap. 36. num. 1.* Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium, lib. 9. cap. 1. num. 1.*

Ex dictis infertur non esse verè schismaticos, qui se ab Episcopis separant, renuentes subesse iurisdictioni Episcopali, vel à solis fidelibus membris illius Diœcesis se diuidunt: quamuis possint impropriè

impropriè dici schismatici, Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 8. cap. 20. quæst. 4.* Vgolin. *de censuris Papæ reseruatis 2. part. cap. 1. vers. nec non schismaticos, initio, num. 3.* & ex consequenti dicere oportet non comprehendi in illa clausula Bullæ Cœnæ, sed comprehendi solos schismaticè recedentes ab obedientia Papæ, aut se separantes schismaticè à reliquis Ecclesiæ membris. Ratio, quia in materia pœnali recedentes ab obedientia Episcopi, aut se separantes à reliquis illius diœcesis membris, non sunt verè, & propriè schismatici, & idcirco non ligantur Canone Bullæ lato contra schismaticos veros, ac proprios. Quin etiam schismatici impropriè, quales sunt renuentes subesse auctoritati Episcopali, aut se separantes à reliquis illius diœcesis membris, non excommunicantur censura iure communi lata contra schismaticos, quia verum schisma dicit disiunctionem, qua quis se ab vnitate Ecclesiæ seiungit, in quantum Ecclesia est corpus quoddam mysticum ex vniuersis fidelibus, & ex Romano Pontifice tamquam capite constans; ac propterea aliter schismatici renuentes se submittere auctoritati Episcopali, non incurrunt censuram aliquam iure communi contra schismaticos latam, vt docent Hostiens. *cap. 1. num. 1. de schismaticis.* Abbas *rubric. eodem tit. numero 1. & 2. & ibi* Ananias *num. 3.*

42. Nec etiam incurrunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ fautores, defensores, receptatores schismaticorum, etiam quando sunt verè, ac propriè schismatici, quia solùm excommunicantur fautores, defensores, & receptatores hæreticorum: cùm ergo non exprimantur, non debet extendendi ad fautores schismaticorum, Sanch. *lib. 3. de matrimonio, disp. 49. num. 2. & dicto cap. 36. num. 16.* post Suar. *de censuris disp. 21. sect. 2. numero 17.* Sousa *in Bulla Cœnæ cap. 2. disp. 19. versic. secunda conclusio, fol. 75. col. 1. num. 6.*

Incurrentes autem schismaticis veri, & proprij in canonem huius Bullæ, si non fuerint hæretici, possunt absolui ab Episcopo, si delictum est occultum, virtute Tridentini *sess. 24. cap. 6. de reformatione*, concedentis Episcopo casus occultos. Henriq. *lib. 3. de excommunicatione cap. 56. num. 1. in commento lit. F.* Item possunt absolui virtute Bullæ Cruciatæ, semel in vita, & semel in morte, & virtute Iubilei, si concedat absolutionem à casibus Bullæ Cœnæ, quia casus hæresis tantùm habet, vt non contineatur sub generali casuum Cœnæ concessione. Sanch. *lib. 2. in præcepta Decalogi cap. 12. num. 12. & cap. 36. num. 17.* Similiter possunt absolui fauentes schismaticis denunciatis post incursam excommunicationem in causa schismatis, ipsósque receptantes, & defendentes cùm incurrant eandem excommunicationem Papæ reseruatam, argumento *cap. nuper. de sentent. excommunic.* vbi habetur eadem excommunicatione ligari participantes in crimine criminoso cum excommunicato denunciato, cum eadem reseruatione, vt per Henriq. *d. lib. 13. cap. 9. §. 1.* Vgolin. *de censuris tabul. 1. cap. 13. §. 8.* Sayr. *eodem tit. lib. 2. cap. 11. num. 5.* Bonacin. *eodem tractatu disp. 2. quæst. 2. puncto 6. §. 1. num 8.* Sousa *vbi proximè d. disp. 19. versic. tertia conclus. n. 7.* & alij, quos referens sequitur August. Barbosa *in d. cap. nuper. num. 3.* & latiùs *num. 10. vers. in secundo verò casu*; sed receptatores schismaticorum, & fautores, seu defensores post incursam excommunicationem, & denunciationem factam, participant cum illis in crimine criminoso, & excommunicatio ob participationem incursa reseruatur ei, cui complicis excommunicatio est reseruata; igitur, qui potest absoluere complicem, potest absoluere etiam participantes cum eo, Couarr. *in cap. alma mater, part. 1. §. 3. n. 5. vers. secundo loco*, Nauarr. *in manuali cap. 27. n. 112.* Sayr. *suprà lib. 2. cap. 11. num. 9.* & Bonacina *d. punct. 6. §. 1. n. 10.*

Ab hac excommunicatione, & à cæteris pœnis in quas incurrunt verè schismatici, de quibus Sanchez *d. cap. 36.* Azor. *d. lib. 8. cap. 20. quæst. 8.* & Suar. *de censuris disp. 43. sect. 2. num. 7.* excusantur schismatici largo modo dicti, quales sunt non solùm quicumque criminosi, *cap. Sacerdotes, 1. quæst. 1. cap. dixi 25. quæst. 3. & cap. resecandæ, 24. quæst. 3.* sed etiam excommunicati ob alia crimina, qui pariter dicuntur schismatici largo sumpto vocabulo, *cap. Apostolicæ 24. quæst. 3. cap. tam sacerdos, de excommunicatione*, & tradunt Armilla *in verb. schisma num. 4.* Tabien. *eodem verb. num. 1. vers. secundo modo sumitur schismaticus*, Ioannes à Roias *in tract. de hæreticis part. 1. num. 504.* Grilland. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 6. num. 3. vers. Largè etiam dicuntur omnes excommunicati*, & Vgolin. *de censuris Papæ reseruatis part. 2. in glossa, nec non schismaticos, in principio, num. 6.* 43.

Eodem etiam modo non incurrunt pœnas contra schismaticos veros, conspirantes & coniurantes contra Episcopos, quia largo modo sunt schismatici, ac proinde non sunt suspensi ipso iure, sicut verè schismatici, sed suspendendi, eorúmque ordinationes non irritæ, sed irritandæ, *cap. coniurationum 11. quæst. 1. cum quatuor sequentibus*, ita Innocentius *in cap. 1. ad medium, versic. dicuntur*, etiam Hostiens. *post numerum primum versic. dicuntur etiam schismatici*, Antonius de Butrio *num. 4. versic. Tertiò magis strictè, de schismaticis*, Barbos. *ibi in verb. Ordinationes. & num. 8.* Pro cæteris pœnis schismatici strictè sumpti, vide Farinac. *de hæresi tit. de pœna schismatis, quæst. 182. ex n. 38. vsque ad n. 56.*

Secunda clausula Bullæ Cœnæ continet excommunicationem, & interdicti pœnas contra appellantes ad futurum Concilium Generale à Romano Pontifice, per hæc verba:

§. II.

ITem excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos cuiuscumque status, gradus, seu conditionis fuerint. Vniuersitates verò, Collegia, & Capitula quocumque nomine nuncupentur, interdicimus: ab Ordinationibus, seu mandatis nostris, ac Romanorum Pontificum pro tempore existentium ad vniuersale futurum Concilium appellantes: nec non eos, quorum auxilio, consilio, vel fauore appellatum fuerit. 44.

EPITOME.

45. MAteria huius canonis est sacrilegium contra auctoritatem, & principatum Romani Pontificis, vt vult Caiet. *in summa verb. excommunicatio*
46. *cap. 25.* Nam appellans à Romano Pontifice ad Concilium futurum, fatetur Concilium esse maius Pontifice, cùm de substantia appellationis sit, vt fiat à minori ad maiorem iudicem ratione grauaminis illati, vel inferendi, textus *in cap. anteriorum*, ibi: *Illo videlicet*, 2. *quæst.* 6. & scribit glossa prima *in cap. 1. versicul ad quem 2. quæst.* 6. Papien. *in practica in forma appell. à sententia diffinitiua in gloss. & ad quemcumque, fol.* 415. Marches. *tract. de commiss. part. 2. de commiss. appell. cap. 1. num. 25. fol.* 7. Superioris enim est corrigere factum ab inferiore, & non è conuerso, *cap. si quis amodo, distin.* 81. *cap. cùm inferior, de maior. & obed.* Dec. *in rubr. num. 7. de appellationibus.* Quia quæritur subsidium apud maiorem auctoritatem habentem quando inferior grauamen infert, vel comminatur, Lancellot. *tractat. de attent. part. 2. cap. 12. de attent. & innouat. appell. pend. in præfatione numero 2. tom. 5. fol.* 346. Sed Papa est caput Ecclesiæ, & non recognoscit in terris superiorem; ergo ab eo non est appellandum ad Concilium etiam generale. Ex ea ratione, quia assertio contraria est hæretica, quoniam esset construere duo capita in Ecclesia, & fateri Romanum Pontificem habere superiorem in iurisdictione, quod est falsum, Iacobat. *tract. de Concilio lib. 10. artic. 1. num. 35. & sequenti vsque ad num. 90. fol.* 352. & Cardinalis Albanus *tract. de potest. Papæ part. 2. num. 82. & 83. fol.* 76. vbi asseuerat asseuerantem licitum esse appellare à Pontifice, sed vniuersale Concilium esse hæreticum, ex Bulla *in Cœna Domini* refert, & sequitur Ruginel. *tract. de appellationibus §. 2. cap. 2. sub numero 10. versic. Regula.*

Confirmatur ex eo, quia à Concilio Generali 47.
etiam legitimè congregato de voluntate Papæ, si in eo Papa non præfuerit, si detur appellatio, ad ipsum Papam est appellandum, secundùm Cardinalem Iacobatium *tract. de Concilio lib. 10. artic. 2. in fine num. 7. fol.* 354. si præest alius loco Papæ, idem Cardinalis *lib. 1. art. 1. num. 19. vers. quot autem, fol.* 192. Secus si Papa præfuit Concilio, tunc à Concilio non potest appellari, cùm facta in eo tribuantur Papæ, qui non habet superiorem ad quem liceat appellari. Cardinal. Alexandrin. *in rubrica num. 36. in fine*, ibi: *prædicta intellige de appellationibus*, & Cardin. Iacobat. *de Concilio lib. 10. art. 2. num. 4. & art. 1. sub numero 74. in responsione ad quartum argumentum fol.* 354. His positis, sit

Prima conclusio, Appellantes à sententiis 48.
Romani Pontificis, & ab eius ordinationibus, vel mandatis ad futurum Concilium vniuersale, excommunicantur per hunc Canonem. Est communis, & constat ex hac secunda clausula Bullæ, quæ, quo ad personas est vniuersalis, & omnes continet, quocumque nomine nuncupentur. Hæc autem excommunicatio à Gregorio XIII. primum fuit apposita inter canones Bullæ Cœnæ Domini contra appellantes, & meritò, quia si Papa est pastor vniuersalis, & totius Ecclesiæ caput, vt de fide est, a quo deriuatur iurisdictio Episcoporum, & aliorum Prælatorum, nullo modo integrum est appellare ab eo ad alium, quicunque ille sit, cùm Pontifex sit supra omnes, & nullum supra se habeat, & appellatio secundùm suam substantiam fertur ad superiorem. *l. Præfecti §. final. ff. de minor. & l. Imperatores ff. de appellationibus.*

Cùm ergo Pontifex supremum Ecclesiæ totius Principatum teneat, qui appellat ab eo, eximitur à iurisdictione, & potestate eius à quo appellat, *cap. proposuit, cap. cùm teneamur, cap. ad hæc, de appellat.* Sed nullus Christianus vnquam in aliquo casu exemptus est à iurisdictione Pontificis, vt patet ex verbis Christi Domini ad Petrum dicentis, *Pasce oues meas*, vbi neminem excepit. *cap. solitæ, de maioritate, & obed. & in Extrauagante, Vnam sanctam.* Nec distinxit inter oues, sed vniuersaliter fuit loquutus; igitur nec nos distinguere debemus, Surd. *cons. 51. num. 7. & cons. 18. num. 15.* Tusch. *tom. 3. littera D. conclus.* 508. & Armend. *in proœm. addit. ad recopil. legum Nauarræ numero* 27. Iuuat Chrysostomus *in verba Ioannis vltimo*, vbi explicat eadem verba, *Pasce oues meas*, hoc est, loco mei esto

Præpositus,

Præpositus, & caput fratrum, vt ipsi loco mei te assumentes vbique terrarum te in throno tuo sedentem prædicent, & confirment. Quare cùm Christus Dominus posuerit Petrum loco sui, & caput fratrum, & totius Ecclesiæ Pastorem vniuersalem, nullo modo ab eo est appellandum. *cap. cuncta per mundum. 9. quæst. 3.* vbi dicitur ita: *Romana Ecclesia fas habet iudicandi de omnibus, nec cuiquam de eius licet iudicare iudicio*; & infrà subiungitur: *Si quidem ad illam de qualibet mundi parte appellandum est, ab illa autem nemo est appellare permissus.* Sic ibi.

49. Confert argumentum Tribunalis Episcopi, & Vicarij illius, quod est vnum, & idem. *cap. 1. de officio Vicarij, lib. 6. & cap. 2. de consuetudine, eodem libro*, atque ita, qui appellat à Vicario Episcopi, censetur appellare ab Episcopo, *dict. cap. 2. de consuetudine, lib. 6.* Igitur, qui appellat à Vicario Christi, appellat à Christo Domino ad Concilium vniuersale, & ex consequenti statuit Tribunal Christi multo inferius esse ipso Concilio: quod est plus quàm absurdum, & summa dementia asserere. Quinimo Pontifex iudicat de Concilio, & abrogat eius ordinationes, & à Concilio dum eius gesta non sunt approbata per Sedem Apostolicam, appellatur ad Pontificem, Turrecremat. *lib. 3. summæ de Eccles. cap. 47. 48. 49.* Iacobat. *lib. 10. de collatio. art. 1. & cap. ipsi sunt. 9. quæst. 3.* vbi Gelasius Papa ita loquitur: *Ipsi sunt Canones, qui appellationes totius Ecclesiæ ad huius sanctæ Sedis examen voluerunt deferri, ab ipsa nusquam prorsus appellari debere sanxerunt.* Vnde Nicol. Papa *in cap. patet. 9. quæst. 3.* ait nullum maius reperiri iudicium auctoritate Sedis Apostolicæ. Accedit, quòd Concilium generale accipit auctoritatem iudicandi, & ferendi leges à Pontifice, *cap. significasti, de electione.* Igitur à Romani Pontificis sententiis, & mandatis appellare non licet, Sayr. *de censuris, lib. 3. cap. 6. num. 2. & 4.* vbi ait hanc appellationem continere palliatam quandam rebellionem, & esse speciem schismatis, quia præsupponit Concilium esse super Papam: sequitur Graff. *1. p. decisionum, lib. 4. cap. 18. n. 55. tit. appellantes ad futurum Concilium.*

50. Extende non esse appellandum ab ordinationibus, mandatis, & sententiis Pontificis indubitati ad futurum vniuersale Concilium, etiam quando illa sint dubiæ iustitiæ, quia in rebus dubiis potest Pontifex ex causa eligere vnam partem. Nam quamuis appellatio in dubio sit admittenda, Speculator *tit. de appellat. §. nunc dicamus, num. 2. in fine, & sub num. 6. & num. 8. versic. item appellatione, lib. 2. fol. 194.* Rebuff. *tract. de sentent. execut. art. 7. gloss. 1. num. 3. tom. 1. fol. 359.* Marchesi. *tract. de commissis, part. 2. commiss. appell. cap. 1. num. 7. fol. 5.* dicentes, quòd in dubio debet fieri interpretatio, quòd appellatio procedat potius, quàm non procedat, id est intelligendum quando datur superior ad quem sit appellandum: at verò Concilium est inferior, vt probatum est; ergo in dubio iustitiæ non est appellandum à sententiis, vel mandatis ad Concilium futurum, Souza *in Bulla Cœnæ, cap. 2. disp. 20. conclus. 1.* dicens etiam in hoc casu appellantem incidere in excommunicationem huius Canonis. Quod adeò verum est, vt nec appellatio detur ab ipso Papa ad Deum, quia Dei, & Papæ est idem Consistorium, Ioannes Andreas *in cap. 3. quanto, num. 3. de transl. Episcop.* Cardin. Iacobat. *tract. de Concilio, lib. 10. art. 1. num. 52. tom. 13. part. 1. fol. 353.* & volunt Abbas *in eodem cap. quanto, num. 4 & 5.* & Cardin. Alban. *tract. de potest. Papæ, part. 2. num. 81. fol. 76.* ex eo quòd factum à Papa vti Vicario Christi, attribuitur factum à Deo, cuius locum Papa tenet in terris. Item habere Papam, & Christum Dominum idem Consistorium tenet, Mar. Lauden. *tractat. de Principe, quæst. 474. tom. 16. fol. 211.*

Vnde deducitur multo fortiùs non dari appellationem à Papa ad Concilium futurum, quia esset constituere duo capita. Quare non est audiendus Nicel. *tract. de concord. glossa. concord. 6. fallen. 19. sub num. 60. tom. 18. fol. 193.* dicens appellandum esse ad Concilium generale: contra quem inuehitur Sigismund. *de appellat. quæst. 16. limit. 1. num. 134.* vbi ait cauendum esse à Nicello, quia in hoc lapsus est. Poterit tamen pars grauata appellare sine metu excommunicationis à Papa malè informato de veritate ad eandem bene informandum, vt ipse Pontifex bene informatus corrigat mandatum suum: tunc enim appellatio debet admitti, Decius *in cap. 5. si quando, num. 13.* ibi, *& ad prædicta de rescriptis*, Gabriel *in conclus. lib. 2. conclus. 1. num. 6. limit. 3.* & Cardin. Alban. *tract. de potest. Papæ, part. 2. num. 80. tom. 13. part. 1. fol. 76.* & Mart. Lauden. *tract. de Princip. quæst. 42. tom. 16. fol. 205.* qui loquuntur de appellatione à Principe malè informato de veritate, neque hoc est appellare à Principe, sed à mala relatione, seu informatione data Principi, vt tradit Ruginell. *tract. de appellat. §. 2. cap. 2. num. 5. & num. 11. & 12. vers. appellari tamen.* 51.

Secunda conclusio. Excommunicatio hæc non comprehendit appellantes à Concilio ad Summum Pontificem, neque appellantes ab Episcopis ad futurum Concilium: nec appellantes ad aliquod Concilium Prouinciale futurum, aut præsens, nec denique, qui appellat ad Concilium generale præsens, non futurum, Sayr. *de censuris Bullæ Cœnæ, lib. 3. cap. 6. num. 4.* Graffis *d. lib. 4. cap. 18. num. 60.* per textum *ibi* eiusdem Bullæ, qui loquitur de Concilio vniuersali futuro. Item, quia pœnæ sunt restringendæ, & non ampliandæ. *cap. odia, de regul. iur. in 6.* Nam ex appellatione à mandato, vel sententia Summi Pontificis, ad futurum generale Concilium sequuntur maxima incommoda, plura inconuenientia, & multo plura scandala, vt videre est in appellatione facta à Parisiensibus, qua à Concilio Lateranensi Tertio, sub Leone Decimo ad futurum Concilium appellarunt, ex qua appellatione initium multæ hæreses habuerunt, Bannez *2. 2. quæst. 1. art. 10. dub. 2. §. Preterea.* Ob quæ inconuenientia Summus Pontifex appellantes per hunc canonem compescuit, & excommunicauit, non autem appellantes ad cætera Concilia præsentia, vel futura: ex quibus nec tot inconuenientia, nec incommoda prodeunt, Doctissimus Souza *vbi suprà, cap. 3. disput. 20. & num. 13. cum sequent.* Quare nec tamquam probabilis admitti debet conclusio, quæ ab eodem innuitur. *disp. 21. num. 1.* quam etiam tenet Vgol. *§. 1. versic. 5.* dicens appellantes ad Concilium generale præsens, vel ad Prouinciale, siue præsens, siue futurum, excommunicari per hunc canonem, quia lex pœnalis non transgreditur proprium casum. Atqui excommunicatio in hoc canone lata est duntaxat contra appellantes 52.

ad vniuerſale Concilium futurum;ergo non extenditur contra appellantes ad alia Concilia,ſiue præſentia, ſiue Prouincialia.

53. Habet enim pœna locum in caſibus expreſſis duntaxat. *l. pœn. ff. de pœnis cap. pœna, de pœnitentiis, diſtinct.* 1. & non debet extendi de vno caſu ad alium, gloſſ. *in Clementina* 1. *de ſepulturis*; ideo contrafacientes non comprehendit conſentientes, & auxilium dantes, Caietanus *in ſumma, in verb. excommunicatio*, Tabiena *in eodem verbo, in* 5. *caſu.* Hinc pœna impoſita contra contrahentes, non extenditur contra conſulentes. *Clement.* 1. *de conſanguinitate, & aſſin.* & lata ſepelientibus excommunicatum, non afficit conſulentes, *Clement.* 1. *de ſepulturis.* Probatur id apertè ex *cap. is qui, de ſentent. excommunic. in* 6. *& in lege, & ſi quis, §. Diuus, Reeff. dligiſo.* vbi receptum eſt, pœnas non habere locum niſi in caſibus à iure expreſſis: atque ita ſunt reſtringendæ, Bartol. & alij *in l. ſi verò, §. de viro, ff. ſolut. matrim.* Cardin. Pariſ. *conſil.* 16. *num.* 17. *volum.* 3. Flamin. Pariſ. *de confidentiis, quæſt.* 22. *ex n.* 12. *& quæſt.* 36. *num.* 42. *& quæſt.* 58. *num.* 6. Sunt enim denique odioſa, & pœnalia ita ſtrictè accipienda quatenus proprietas verborum ſuadet, & regulariter verba poſita & in lege, verè propriè capiuntur, *l.* 1. *§. ſi is qui nauem, ff. de exercit. l. quod conſtitutum, ff. de teſtam. milit. cap. ad audientiam, de decimis.* Igitur ſub hoc canone intelliguntur duntaxat appellantes à Romano Pontifice ad vniuerſale Concilium futurum, non autem cæteri appellantes: ex ea potiſſimum ratione, quia tales in Eccleſia ſchiſma inducere videntur.

54. Comprehenduntur in hoc canone quædam perſonæ principales, & quædam acceſſoriæ. Principales ſunt omnes, & ſingulæ perſonæ particulares cuiuſcumque gradus, ſtatus, dignitatis, & conditionis ſint, ſiue ſint Eccleſiaſticæ, ſiue laicæ, vir, vel fœmina, plebeia, vel nobilis, dignitate prædita, vel nullam habens dignitatem. Quare comprehendit Reges hic Canon, Imperatorem, & Epiſcopos. Nec refert *cap. quia periculoſum, de ſentent. excommun. lib.* 6. vbi habetur ſub canone generaliter imponente ſuſpenſionem non comprehendi Epiſcopos, niſi in ſpecie exprimantur. Probatur, quia in hoc canone non ſolùm ſunt verba generalia, *excommunicamus, & anathematizamus omnes*, ſed etiam dictiones quædam, & clauſulæ præcipuæ, quibus declarantur omnes perſonæ cuiuſcumque ſtatus ac conditionis, & cuiuſcumque dignitatis: proinde non excluduntur Epiſcopi ab excommunicatione, ſi delinquant, quamuis, quo ad ſuſpenſionem, non includantur ſub Canone capitis, *quia periculoſum.* Item propter eandem rationem comprehenduntur Cardinales, quamuis non nominentur, propter verba poſita in Canone iſto, quibus ſignificatur contineri omnes perſonas in quacumque dignitate exiſtentes. Item, quia ea quæ in hoc Canone prohibentur, ſunt prohibita, quia mala, nimirum, quia repugnant iuſtitiæ. Vnde etiamſi Cardinales non comprehendantur ſecundùm communem, teſte Gomezio *in proœmio reg. Cancell. quæſt.* 4. ſub reg. Cancel. odioſis diſponentibus circa ea, quæ mala non ſunt de ſe, & ſtylo, & conſuetudine Curiæ potius, quàm iure, nihilominus veniunt ſub lege generali Pontificis fauorem continente, & comprehenduntur etiam ſub lege pœnali prohibente ea, quæ de ſe ſunt mala, qualia ſunt hæc, quæ prohibentur in hoc Canone, & prohibita *in cap. ſi quis ſuadente*, 17. *quæſt.* 4. *& in cap. omnis, de pœnitentiis, & remiſſionibus, & in Clementina, ſi quis ſuadente, de pœnis*, in quibus tamen Cardinales non nominantur.

Vniuerſitates autem, Collegia, & Capitula quocunque nomine nuncupentur, & communitates interdicuntur, ſi appellent modo ſuprà dicto. 55. Vniuerſitas ſignificat multitudinem hominum, nec poteſt in vno conſiſtere: Collegium eſt congregatio, & ſocietas quorumcunque hominum: duo autem, vel tres faciunt Collegium. *l. Neratius. ff. de verborum ſignific.* qui poſſunt eligere Prælatum, *cap.* 1. *de electione*; atque ita debent ſimul viuere. Capitulum aliquando ſumitur pro congregatione multorum, præſertim Eccleſiaſticorum, Ioannes Andreas *in cap. capitulum, de reſcriptis.* Poteſtas Capituli reſidet in maiori parte illius congregationis, ideo dicitur fieri à Capitulo, quod fit à maiori parte. *cap. cùm in cunctis, de his, quæ fiant à maiori parte capituli.*

Quamuis enim in hoc canone fiat mentio duntaxat Vniuerſitatum, Collegiorum, & Capitulorum, & ea interdicat Summus Pontifex, ſi appellent ad vniuerſale futurum Concilium ab ordinationibus, ſeu mandatis Romanorum Pontificum pro tempore exiſtentium, ſub his tribus nominibus collectiuis intellexit omnem multitudinem, congregationem, & quamcumque communitatem, ſiue Rempublicam, ſiue ſocietatem, ſiue Senatum, tam ſecularium perſonarum, quàm Eccleſiaſticarum, quia non poſſunt excommunicari. Nam excommunicatio non fertur in communitatem, ſed debet ferri in perſonam ſingularem. D. Thomas *in addit. ad* 3. *part. quæſt.* 22. *art.* 4. *ad* 2. *& quæſt.* 23. *art.* 3. *ad* 3. *& in* 4. *ſententiarum, diſt.* 18. *quæſt* 2. *art.* 3. *in reſponſ. ad ſecundum*, Sotus *diſt.* 22. *quæſt.* 2. *art.* 5. Syluester *excommunic.* 1. §. 10. Nauarr. *in man. cap.* 27. *num.* 13. Couarr. *in cap. Alma mater. §.* 9. *num.* 9. *ad finem, &* 2. *part.* §. 1. Ratio, quia nemo excommunicari poteſt niſi pro peccato mortali; peccatum verò conſiſtit in actu: actus denique non eſt communitatis, ſed perſonarum ſingularium: proinde ſinguli de communitate poſſunt excommunicari, non autem ipſa communitas; poſſunt ergo communitates interdicto puniri, vt in hoc canone. Sayr. *de cenſuris, lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 20. poſt alios *ibi* relatos.

Quæſtionis eſt, vbi interdicitur communitas, 56. vniuerſitas, vel capitulum aliquod pro tranſgreſſione huius Canonis, an interdictum locale, vel perſonale ſit? Videri perſonale ex eo oſtenditur, quia nomine Collegij, vniuerſitatis, ſeu communitatis, non intelligitur locus, ſed perſonæ veniunt, per textum *in cap. ſi ſententia, §. cùm vero, de ſent. excom. lib.* 6. vbi populo interdicto, ſinguli de populo cenſentur interdicti, iuuat text. *in cap* 1 *de vſuris, lib.* 6. vbi fit diſcrimen inter interdictum Collegij, & inter interdictum locorum. Nihilominus dicendum eſt interdicto Collegio, intelligi etiam interdictum locum, & ex conſequenti interdictum huius canonis eſſe locale, & comprehendere locum, ita Couar. *in cap. Alma mater.* 2. *p* §. 1. *num.* 7. *verſ. eſt præterea*, vbi id tamquam probabilius defendit, & tamquam tutius, quam etiam partem docent Florentinus 3. *p. tit.* 26. *cap.* 3. *colum.* 3. & Syluest. *verb. interdictum.* 2. *quæſt.* 8. ex eo, quòd Vniuerſitas, ſeu Collegium, quæ interdicuntur, ipſum locum repræſentant, ſequitur Marius Alterius *tom.* 1.

diſp.

disp. 3. de excomm. Bull. Cœnæ lib. 5. cap. 3. fol. 428. col. 2. lit. E.

Vbi excitat, an huiusmodi interdictũ possit esse personale etiam, ita vt intelligantur interdictæ pariter personæ illius Collegij, vel Vniuersitatis, ex quibus illa Vniuersitas constat tamquam ex partibus? Negat Nauarr. *in tract. de Iubilæo, notabili 28. num.* 14. asserens ciuitate interdictâ locum ipsum esse interdictum, non autem ipsi ciues, quæ fuit sententia Paludani *in 4. distinct.* 18 *quæst.* 8. *in 4. articulo principali §. quantum ad vigesimum*, Antoninus 3. *p. tit.* 27. *de interdicto cap.* 3. *in fine, vers. Item interdicto loco*, Calderin. *tract. de interdicto, membro 2. col. 4. fol.* 3 Felin. *in cap. Rodulphus col.* 1. *de rescriptis*, Siluest. *verb. interdictum 2. vers. Sextum*, Couarr. *in cap. Alma mater part.* 1. §. 1. *num.* 6. *vers. his denique elucidatis, & num.* 8. *vers. quarto. de sent. excomm. lib.* 6. Henriques *lib.* 13. *de excomm. cap.* 42. §. 1. Vgolin. *de censuris tabul.* 5. *cap.* 6. §. 2. *num.* 6. & *cap.* 21. §. 9. *num.* 1. nisi ciues, qui fuerunt culposi, & dederunt causam interdicto, quia isti tam in ciuitate, quàm extra sunt interdicti. Secus de illis, qui non fuerunt in culpa, nec in causa interdicti, quia possunt extra ciuitatem Sacramenta sumere, diuinis interesse, & sepeliri licitè in loco sacro. Panormitanus *in cap. non est vobis, num.* 8. *de sponsalibus*, & alij quibus adhæret Sayr. *de censuris lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 11.

Esse autem personale hoc interdictum positum Vniuersitati, Collegio, & Capitulo, appellantibus ad futurum generale Concilium, probatur, quia verba legis sunt accipienda secundùm vulgatem eorum acceptionem, Surdus *consil.* 313. *num.* 87. & *cons.* 454. *num.* 18. Cardinal. Mantic. *de coniecturis vlt. volunt. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 1. Peres *l.* 12. *glossa Cornudo, in principio glos.* 3. *tit.* 9. *lib.* 8. *Ordin.* & Couarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 5. *num.* 1. sed vulgaris, & communis acceptio illorum verborum Vniuersitas, Collegium, & Capitulum, in materia interdicti non intelligitur de locis, sed de personis, vt constat ex contextu Bullæ; ergo interdictum, de quo loquimur, est personale. Item, quia Collegium, vel Capitulum, vel vniuersitas est corpus quoddã fictum, ex pluribus hominibus constans in vno nomine comprehensum, Sayr. *de censuris lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 18. & colligitur ex *l. rerum mixtura, ff. de vsu*; ergo nomine Vniuersitatis, Collegij, & Capituli, non est intelligendus locus, sed personæ, quæ exercent Officia diuina; quare omnes personæ Collegij, aut Capituli, & Vniuersitatis, si in Canonem incurrunt istum, censentur interdictæ, doctissimus à Sousa *d. disp.* 23. *cap.* 3. *conclus.* 1. *num.* 6. & *conclus.* 2 *num.* 7. vbi *num.* 8. addit hoc interdictum esse generale, personale, & non particulare ab homine latum, & incurri ipso facto.

Confirmatur esse interdictum personale, quia si latum esset interdictum in Vniuersitatem, seu Collegium, ita vt personam fictam, & repræsentatam afficeret, nullius esset effectus. Ne ergo interdictum sit inane, & nihil operetur, fatendum est singulos de Collegio, aut de Vniuersitate affici interdicto, quemadmodum interdictâ ciuitate censentur interdicta suburbia, Sayr. *de censuris lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 6. & *num.* 9. post plures, quos *ibi* referens sequitur, *cap. si ciuitas, de sentent. excom.* non quia suburbia sint partes vrbis, vt habetur *in eodem cap. si ciuitas*, dum vult nomen ciuitatis ad suburbia trahi, sed ne interdictum maneat sine effectu, ex quibus concludit Marius Alterius, cui adhæreo, *disp.* 3. *de excomm. Bull. Cœnæ lib.* 5. *cap.* 3. *fol.* 485. *col.* 1. *ad finem. lit. E.* interdictum huius canonis contra Vniuersitatem, Collegia, & Capitula non solùm esse locale, sed personale, & comprehendere etiam singulos Vniuersitatis ipsius, vel Collegij, vel Capituli; etiam non culpabiles; cùm non sit interdictum locale tantùm, nam si esset locale tantùm, non culpabiles poterant extra locum diuinis interesse, & Sacramenta percipere; *cap. si sententia §. cæterùm, de sentent. excommun.* & extra locum interdictum poterant sepeliri in Ecclesia.

Contra verò cùm sit personale simul, vt dictum est, ligat omnes illos quosque, qui non fuerunt in culpa, pro vt vult Syluest. *verb. interdictum.* 2. §. 13. ex sententia Ioannis Andr. *in cap. si sententia, de sentent. excommun. citato.* ex eo etiam, quòd interdicto Capitulo, vel Collegio, vel Vniuersitate, censentur interdicti omnes, & singuli, qui sunt de Capitulo, seu Collegio, etiamsi absentes sint, & ignorantes. Nam quamuis regulariter absentes, & ignorantes non teneantur ad pœnam, quæ procedit ex delicto, *cap. aliquis* 15. *quæst.* 1. speciale tamen est in interdicto, vt teneantur illud seruare etiam non delinquentes, eo quòd sic interdictos quocumque se conferant, interdictum sequitur; prout volunt, Gemin. *in d. cap. si sententia, de sentent. excommun. lib.* 6. Maiolus *lib.* 3. *de irregul. cap.* 20. *num.* 1. Angelus *in verb. interdictum* 1. *num.* 7. & Sayr. *lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 26. Et ratio est, quia quamuis interdictum sit censura, & pœna Ecclesiastica, non est propriè spiritualis: non enim affligit, nec afficit animam, neque excludit interdictos à communione suffragiorum, vt probat Couarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 8 *num.* 10. Quod etiamsi æquitati resistat, vt innocens ob delictum alterius plectatur spirituali pœna, secundùm glossam *in d. cap. si sententia, verb. interdicti*, vbi illud spiritualem pœnam vocat, non est tamen extra rationem, & extra rem puniri aliquem temporali pœna propter crimen alienum, secundùm quod habetur *in Deuteron. cap.* 5. & *in Exod. cap.* 20. per hæc verba: *Ego sum Dominus Deus tuus reddens iniquitatem patrum super filiis in tertiam, & quartam generationem.* At verò, quo ad Deum, qui non fuerunt in culpa, sunt omnino exempti à pœna spirituali, & sola interdicti pœna puniuntur.

Ampliatur etiam, vt interdicta Vniuersitate 57.
aliqua, si postea de nouo accedant aliqui, & fiant de Vniuersitate, esse interdictos sicut & alios. Ratio, quia facti sunt partes, & membra illius communitatis, proinde debent eodem iure censeri, Calderin. *tract. de interdicto, membro* 2. Antonin. 3. *part. lib.* 17. *de interdicto cap.* 3. Ioann. Andr. *in cap. si sententia, de sentent. excommun. lib.* 6 & *ibi* Franch. Vgulin. *tabul.* 5. *cap.* 20. §. 3. *num.* 1. & Henriq. *lib.* 13. *de excommun. & interdicto cap.* 42. §. 2. & Sayr. *de censuris lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 8. & 20. vbi concludit interdicta Vniuersitate, etiam qui studiorum gratia in ea, vel alibi commorantur, interdictos esse, quamuis tempore interdicti lati præsentes non adsint, secus si interdicatur populus, vbi est vniuersitas: tunc enim qui studiorum causa in eo populo morabantur, extra illum populum interdicti non erunt, atque idcirco extra illum populum officiis diuinis poterunt interesse.

Quid, si interdicto Collegio, vel Capitulo, vel 58.
Vniuersitate aliqua aliqui exeant de Collegio, vel Capitulo, vel Vniuersitate non reuersuri, & mutent domicilium?

Dico primò populo interdicto, vel vniuersitate, vel Collegio, qui non sunt de illo populo, vel de illo Collegio, aut vniuersitate, sed ibi morantur ad tempus propter aliquod negotium, non esse interdictos, Antonin. 3. *p. tit.* 27. *de interdicto cap.* 3. *vers. Item si talis*, Nauarr. *in manuali cap.* 27. *num.* 167. *vers. & quando interdicitur solus populus*, Maiolus *lib.* 5 *de irregul. cap.* 20. *num.* 2. Henriq. *lib.* 13. *dicto cap.* 42. §. 3. & Vgolin. *de censur. tabul.* 5. *cap.* 20. §. 3. *num.* 3. Excipe tamen illos, qui sunt culpabiles, ex eo, quia interdicto populo generaliter, culposi specialiter interdicti censentur. Vgolin. *tabul.* 5. *cap.* 20. §. 4. *num.* 1. *in fine*.

59. Dico secundò interdicto populo, vel Collegio, qui de nouo veniunt, & de Collegio, vel de populo fiunt, censeri interdictos, Paludanus *in* 4. *dist.* 18. *quæst.* 8. *in art.* 1. *principali. §. quantum ad secundum, conclus.* 1. Panorm. *in cap. quoniam, num.* 5. *de officio Ordinary*, Tabien. *verb. interdictum.* 1. §. 10. Ratio, quia facti sunt membra illius populi, vel Collegij, Viual. *tit. de interdicto num.* 185.

60. Dico tertiò exeuntes de populo, vel de Collegio ad alium locum, vt omnino mutent domicilium, eo ipso non esse interdictos, vbi desinunt esse de illo populo, vel Collegio, quia generale interdictum populi, vel Collegij, vel vniuersitatis ligat omnes, & singulos, prout faciunt vnum corpus; secus quando specialiter sunt interdicti: nam tunc quocumque se transferant, & mutent domicilium donec absoluantur, sunt interdicti, quia speciale interdictum comprehendit personas in se, & non quatenus sunt aliquid populi, vel Collegij. Quare existens in populo interdicto generaliter, si egrediatur, & ingrediatur Religionem animo perseuerandi, desinit esse interdictus, præsertim per professionem solemnem, per quam omnino desinit esse de populo, vel Collegio, interdicto, Syluest. *verb. interdictum.* 2. §. 9. *&* §. 11. Viuald. *de interdicto num* 170. 172. 185 & alij, quos referens sequitur Sayr. *de censuris lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 4 vbi de mutante domicilium, *& num.* 7. vbi de ingrediente Religionem, & de faciente professionem.

61. Diximus de personis principalibus, sequitur dicendum de accessoriis, contra quas fertur excommunicatio huius canonis, quales sunt dantes auxilium, & fauorem, ibi, *Nec non eos quorum auxilio, vel fauore appellatum fuerit.* Sic ibi. Non incurrunt tamen dantes auxilium, vel fauorem in excommunicationem, nisi subsequatur appellatio, ita Nauarr. *in manuali cap* 27. *num.* 58. Sebastian. Medices *in summa cap.* 1. *tit.* 9. *quæst.* 78. *num.* 13. Viuald. *in explanatione Bullæ Cœnæ num.* 19. Graff. *decis. lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 47. Vgolin *hoc loco Bullæ, Nec non eos, vers. Quo ad tertiam*, Suar. *de censuris disp.* 21. *sect.* 2. *num.* 16. Sayr. *de censuris Bullæ Cœnæ cap.* 6. *num.* 5. & Marius Alterius *disp.* 3. *de excommun. Bull. Cœnæ l b.* 5. *cap.* 5. qui omnes concludunt dantes auxilium, vel fauorem ad appellandum ad futurum generale Concilium, appellatione non secuta non ligari hoc canone, secus si appellatio re ipsa sequatur.

62. Nomine *Auxilij* venit omne subsidium, ministerium, vel adiutorium, quod aliquis alteri præstat ad appellandum. Vnde non incurrit hanc censuram, qui auxilium, vel fauorem præbet post interpositam appellatioñe à sententia Papæ, quia non præstat opem ad appellandum, sed ad alia, quæ post appellationem sequuntur, quæ inter se differunt, & ex vno ad aliud in pœnis non datur illatio. Quare, qui post appellationem auxilium, vel fauorem præstat appellanti, vt possit tueri appellationem positam, & suam contumaciam defendere, non ligatur excommunicatione huius canonis, Suarius *vbi suprà d. sect.* 2. *num.* 16. Marius Alterius *vbi proximè, d. cap.* 5. *vers. dubitari potest secundò fol.* 487. & doctissimus Fr. Anton. de Sousa *in Bulla Cœnæ cap.* 5. *disp.* 22. *conclus.* 3. *num.* 3. *fol.* 89.

Sed quid si præstetur fauor, & auxilium, ad appellandum, & sequatur appellatio, dummodo tali auxilio, & fauore nihil cooperari fuerint ad appellationem, eo quòd sine tali auxilio, & fauore appellatio fuit secuta? Responde, auxilium dantes, vel fauorem, nihil cooperantes non ligari hoc canone, neque auxilium fuisse efficax ad appellationem, quia Bulla debet intelligi non de auxilio simplici, vel fauore inermi, sed de fauore efficaci, sine quo appellatio interposita non fuisset, ita Syluest. *verb. excommunicatio* 10. §. 5. *& excommunicatio* 8. §. 12. Marius Alterius *d. cap.* 5. *fol.* 487. *col.* 2. *lit. C.* & probatur ex verbis Bullæ dicentibus *ibi: Quorum auxilio appellatum fuerit.* Si ergo non fuit appellatum tali auxilio, vel fauore, & sine illo appellatio fuit sequuta industria, & diligentia appellantium dantes auxilium, vel fauorem non incurrerunt excommunicationem, quia nullo modo fuerunt causa talis appellationis, nec ad eam censentur concurrere. 63.

Quo ad consulentes, seu consilium dantes opinatur Nauarr. *in manuali cap.* 27. *num.* 58. nomine *auxilij* comprehendi consilium, nec negari posse eum, qui consulit auxiliari, & fauere, iuuat textus *in cap. sicut dignum* §. *Clericos, de homicidio*, vbi æquiparatur in causa homicidij auxilium consilio, sequitur Toletus *in summa lib.* 1. *in fine cap.* 20. & id probat ex Bartol. *in l. non solum* §. *si mandato num.* 17. *ff. de iniuriis*, quæ opinio est probabilis. Opposita tamen, quæ tradit nomine auxilij, & fauoris non venire consilium, est multo probabilior; ac proinde si non exprimatur, numquam debet intelligi, sub auxilio, vel fauore consilium contineri: tatio, quia consilium fauet ab intrinseco dirigendo rationem eius; auxilium verò, & fauor solùm dirigunt ab extrinseco, ita Viualdus *in expositione Bullæ Cœnæ num.* 18. Marius Alterius *d. cap.* 5. *vers. dubitari igitur primò, fol.* 487. *lit. D.* & in pœnis stricta facienda est interpretatio, nec vltra proprios casus sunt extendendæ: nam si Pontifex voluisset comprehendere consulentes, illos profectò nominaret, vt de facto nominat in canone septimo, decimo, vndecimo, duodecimo, decimoquarto, decimosexto, decimooctauo, & vigesimo, vt infra videbimus. Quare nudi Consiliarij non excommunicantur hoc canone, vt vltra præcitatos volunt, Suarius *de censuris disp.* 21. *sect.* 2. *num.* 17. quem refert, ac sequitur Doctissimus Sousa *cap.* 3. *in Bulla Cœnæ disp.* 24 *num.* 2. *conclus.* 1. quia quamuis consulentes non parum conferant ad operandum, non tamen de illis fit mentio in hac clausula, quæ est pœnalis, & de expressis duntaxat est accipienda. 64.

Cæterùm quamuis consilium dantes, vt appellentur ad futurum Concilium, non innodentur censura Bullæ Cœnæ, incurrunt tamen excommunicationem latam à Pio Secundo, & Iulio Secundo *in suis constitutionibus*, vt notat Nauarr. *in commen. super constitutione Gregorij XIII. de datis, & promiss. pro iustitia, vel gratia, notabili* 8. *n.* 15. quia 65.

quia prædicti Pontifices non solùm excommunicarunt appellantes, sed etiam consulentes, per hæc verba, ibi: *Quicumque decreuerint, consuluerint, seu deliberauerint, seu aliorum dicta approbauerint, consilium, aut votum dederint, vt ad futurum vniuersale Concilium, si nobis, vel successoribus nostris Romanis Pontificibus contra prædictam constitutionem appellari liceat, possit, vel debeat.* Quas constitutiones Pij secundi, & Iulij secundi refert Syluester *in verb. excommunicatio fin.* & meminit idem Nauarr. *cons. 5. tit. de regularib.* & Marius Alterius *dicto c. 5. supra ad finem, versic. Verum licet consulens.*

Excommunicatio tertia Bullæ Cœnæ contra piratas, & eorum receptatores, & fautores. Eius tenor est huiusmodi:

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes piratas, cursarios, ac latrunculos maritimos discurrentes mare nostrum, præcipuè à Monte Argentario vsque ad Terracinam, ac omnes eorum fautores, receptatores, & defensores.

§. III.

EPITOME.

66. *Materia huius clausulæ tertiæ est latrocinium maritimum.*
67. *Personæ principales sunt piratæ, & latrones, minus principales, sunt fautores, receptatores, & defensores.*
68. *Piratas discurrentes per mare Ecclesiasticum incurrere solùm excommunicationem probabilius est.*
69. 70. *Piratæ discurrentes per mare, incurrunt censuram non secuta actione deprædandi secundùm aliquos, sed negant alij melius.*
71. *Piratæ, vel cursarij deprædantes in fluminibus non ligantur hoc canone.*
72. *Latrones deprædantes titulo belli iusti, vel iniusti, excusantur ab hac censura.*
73. *Nauigantes ob negotiationem, si surripiant aliquid in sua, vel aliena naui, non ligantur hoc canone.*
74. *Qui deprædantur Mauros, vel infideles siue iustè, siue iniustè, non incurrunt in canonem Bullæ Cœnæ.*
75. *Piratæ deprædentes ex naui infidelium bona infidelium, vel hæreticorum, non autem fidelium, non excommunicantur.*
76. *Fideles nautæ, & remigantes in nauibus infidelium contra Christianos, quando incidant in censuram Bullæ Cœnæ.*
77. *Fideles coacti in nauibus infidelium seruientes eisdem contra fideles, an peccent mortaliter?*
78. *Pirata Christianus alium piratam in mari Pontificio deprædando incidit in canonem Bullæ Cœnæ.*
79. *Receptatores, fautores, & defensores piratarum incidunt in censuram Bullæ Cœnæ.*
80. *Receptatores, fautores, & defensores piratæ, qui semel, vel bis non ex officio, sed casu deprædantur, an incurrant in censuram?*
81. 82. *Pirata qui ex officio semel, & qui non ex officio pluries deprædatus est, incidit in censuram Bullæ Cœnæ.*

Materia huius canonis, vt notat Caietan. *in summa verb. excommunicatio cap. 18.* est latrocinium maritimũ, quod exercetur in mari, maximè à Monte Argentario vsque ad Terracinam. 66.
Olim piratæ subdebantur excommunicationi latæ sententiæ, iuxta caput, *excommunicationi, de raptoribus*, si capere, aut spoliare præsumebant Christianos pro negotiatione, aut pro aliis honestis causis nauigantes. Hodie tamen per clausulam huius Bullæ excommunicantur, & anathematizantur omnes piratæ, cursarij, ac latrunculi maritimi discurrentes mare Ecclesiæ, præcipuè à Monte Argentario vsque ad Terracinam.

Personæ principales sunt piratæ, & latrunculi, minus principales, & accessoriæ sunt piratarum fautores, receptatores, & defensores. Actio principalis est discurrere ipsum mare. Actiones accessoriæ sunt receptare ipsos piratas fauere, & defendere, ita habetur in hoc canone. 67.

Quamuis enim aliqui hoc loco opinentur non solùm excommunicari discurrentes mare Ecclesiæ, sed etiam omnes piratas in mari Christianorum deprædantes, de quorum numero est Iacob. de Graffis *decis. part. 1. lib. 4. cap. 18. num. 67. in expositione Bullæ Sixti Quinti*, & Suar. *in explanatione Bullæ Clementis Octaui tom. 5. de censuris disput. 21. sect. 2. num. 18.* & Francisc. Coriolan. *in explicatione Bullæ in Cœna Domini, excommunicatio tertia, in principio*, exponens Bullam Gregorij XV. Probabilius tamen est latrones duntaxat maritimos excommunicari, qui discurrunt Ecclesiæ mare, præcipuè à Monte Argentario vsque ad Terracinam, ita Vgolin. *de censuris Papæ reseruatis, super illa verba Bullæ, Item excommunicamus §. 2 vers. tertio*, Cardinal. Tolet. *in instruct. Sacerd. lib. 1. cap. 20. vers. Aduertendum autem est*, & Fr. Antonius de Sousa *in relectione Bullæ Cœnæ cap. 4. disp. 25. num. 2. vers. sit tamen conclusio.* Probatur, quia olim in Bullis ante Sixtum Quintum sic legebatur. *Excommunicamus omnes piratas*, &c. Et illos præcipuè, qui mare nostrum à Monte Argentario vsque ad Terracinam discurrere præsumant. Quæ ostendebant omnes piratas, & cursarios excommunicari; & præcipuè illos qui discurrerent à Monte Argentario vsque ad Terracinam. Nihilominus sublata coniunctione, *& illos*, variatur sensus, & dictio sequens, *præcipuè*, restringit id, quod præcedit, nimirum ligári excommunicatione tantùm omnes piratas, qui discurrunt per mare Terris Ecclesiæ adiacens, præcipuè à Monte Argentario vsque ad Terracinam, secundùm quam expositionem, quæ modò verior est, latrones, & cursarij maritimi in aliis locis maritimis deprædantes non excommunicari in hoc canone. Accedit, quia Summus Pontifex in clausula quarta huius Bullæ excommunicat surripientes bona naufragantium tam in mari Tyrrheno & Adriatico, quàm in cæteris maris regionibus, & in hac clausula tertia solùm dicit discurrentes mare nostrum, præcipuè à Monte Argentario vsque ad Terracinam, & ita non est lex pœnalis intelligenda de quocumque mari, sed de mari Ecclesiæ, præcipuè à Monte Argentario vsque ad Terracinam. 68.

Excusantur ab hac censura maritimi latrones, qui nullam deprædandi actionem exercent in mari Ecclesiæ, ita Sayr. *de censuris Bullæ Cœnæ cap. 7. num. 5.* etiamsi intentione deprædandi ingrediantur mare, quia excommunicatio non fertur, nisi propter actionem externam. Caietan. *in verb. excommunicatio, in principio*, Martin. Ledesm. 69.

Ledeſm. 2. 4. *quæſt.* 26. *artic.* 2. *pag.* 358. *col.* 3. & in ſpecie docent Viuald. *in explicatione Bullæ Cœnæ n.* 20. Fr. Anton. de Souſa *d. c.* 4. *diſp.* 26. & Franciſc. Coriolan. *in Bulla Cœnæ Domini, excommunicatio tertia, in principio.*

70. Oppoſitum defendunt Toletus *dicto lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 7. Vgolinus *de cenſuris Papæ reſeruatis*, ſuper illa verba Bullæ, *Item excommmnicamus* §. 2. *verſic. tertio*, & Suar. *de cenſuris tom.* 5. *diſp.* 21. *ſect.* 2. *num.* 18. nimirum excommunicari maritimos latrones, qui nullam deprædandi actionem exercent; ex ea ratione, quia percurrunt mare, & habent intentionem furandi; ergo incurrunt excommunicationem committendo actum lege prohibitum ſub cenſura excommunicationis. Nihilominus prior ſententia eſt probabilior: non enim excommunicantur piratæ, & curſarij abſolotè, ſed in ordine ad actiones illas deprædandi, & ideo nulla ſecuta actione non incurrunt excommunicationem, etiamſi intentione deprædandi diſcurrant, ſi re ipſa nihil deprædati ſunt. Item quia latrones non cenſentur, nec vocantur, niſi à latrocinio; ideo, qui nulla actione latrocinij ſunt infecti, non debent vocari latrones ſaltem in actu, & foro externo, quod intellige, niſi latrones cum intentione deprædandi inuadant in mari nauigantes, eóſque, aut eorum naues perſequantur, & deprædari nitantur occidendo, mutilando, & vrendo: tunc enim nequeunt excuſari ab excommunicatione, etſi de facto deprædatio non ſequatur, ſecus ſi nec inuaſerunt nauigantes, neque eos occidendo, vel mutilando fuerunt inſequuti, Fr. Anton. de Souſa *vbi ſuprà diſp.* 26. *num.* 2. Sayr. *dicto cap.* 7. *num.* 5. *verſ. quo ad actiones*, & Marius Alterius *diſput.* 4. *de excommun. Bull. Cœnæ lib.* 5. *cap.* 2. *fol.* 491. *col.* 1. *verſic. Dicendum eſt*; quamuis inferiùs oppoſitum ſequatur, in quo non placet.

71. Excuſantur etiam qui in ſolis fluminibus deprædantur, non enim ſunt latrunculi maritimi, ſed fluuiales: ideo non excommunicantur hoc canone. Eſt communis, quam tradit Nauarr. *in manuali cap.* 27. *num.* 59. Molin. *de iuſtitia tract.* 2. *diſp.* 694. *num.* 3. Vgolin. ad illa verba, *Item excommunicamus* §. 3. *art.* 4. Suar. *de cenſuris tom.* 5. *diſp.* 21. *ſect.* 2. *num.* 25. Graff. 1 *part. deciſ. lib.* 4. *cap* 18. *n.* 66. Sayr. *lib.* 3. *de cenſur. cap.* 7. *num* 6. Toletus *in ſumma lib.* 1. *cap.* 20. Secus ſi è fluminibus exeant ad deprædandos mare Pontificium diſcurrentes, & nauigantes, vel loca adiacentia in littore eiuſdem maris, ita Fr. Anton. de Souſa *dicta diſp.* 27. *fol.* 103. *& ſequenti, verſic. Tertia concluſio, num.* 4. quæ ſententia quo ad deprædantes in fluminibus, ſi inde exeant ad deprædandum in mari Pontificio nauigantes, placet; quo ad loca in littore eiuſdem maris ſita, quantumcumque ea deprædentur, non incurritur in cenſuram huius canonis, quia Bulla non loquitur, niſi cum piratis, & latrunculis diſcurrentibus mare, nauigantéſque deprædantibus; non autem cum ſpoliantibus, & diripientibus loca, aut oppida in littore eiuſdem maris. Marius Alt. *ſup. cap.* 3.

72. Similiter non incurrunt in cenſuram huius Bullæ deprædantes titulo belli, ſiue iuſti, ſiue iniuſti, Nauarr. *d. cap.* 27. *num.* 59. Syluest. *verb. excommunicatio* 7. *num.* 56. Tabien. *verb excommunic.* 5. *caſu* 25. *num.* 4. Iacob. de Graff. *d. cap.* 18. *num.* 65. Tolet. *in ſumma lib.* 1. *cap.* 20. Suar. *de cenſuris diſp.* 21 *ſect.* 2. *num.* 24 & Viuald. *in explanatione Bullæ num.* 23. Ratio, quia propriè latrones non dicuntur ita deprædantes, & in pœnalibus vltra propriam, & germanam verborum acceptionem non eſt exeundum.

73. Item excuſantur nauigantes propter negotiationem, ſi aliquid furtim ſurripiant in ſua, vel in aliena naui, quia hîc non excommunicantur ſimplices fures, ſed piratæ, & latrones maritimi: piratæ enim nomine hoc loco venit omnis latro marinus, quamuis ſtrictè pirata dicatur Græcè ab igne, nam Græcè ignis dicitur πῦρ. Et primus latro Latinè prædo, dicebatur Græcè πειρατὴς pirata, qui priùs mare infeſtauit, & naues incendebat, & inſulas, quas capiebat, admoto igne abſumebat. Rebuff. *in explanatione huius canonis*, putat ita vocari à nomine primi latronis maritimi, à quo cæteri hanc nomenclaturam acceperunt, quique hodie piratæ dicuntur, & in mari verſantur. Marius Alter. *vbi ſuprà diſput.* 4. *in principio.*

74. Non incidunt autem in hunc canonem piratæ, qui deprædantur Turcas, & Moros, cum quibus gerimus bellum perpetuum iuſtè, & legitimè, nec deprædantes infideles, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè id fiat, ita Toletus *in ſumma lib.* 1. *cap.* 20. Suar. *de cenſuris diſp.* 21. *ſect.* 2. *num.* 21. Viualdus *in expoſitione Bullæ Cœnæ num.* 23. Nauarr. *in manuali cap.* 27. *num.* 59. dummodo tamen infideles, aut Iudæi noo viuant inter Chriſtianos pacificè, & in terris Chriſtianorum, quod eſt probabile, quia hoc venit in Sedis Apoſtolicæ ioiuriam. Quòd ſi infideles in ſuis terris viuant, & piratæ Catholici deprædentur naues eorum, non excommunicantur, vt expreſsè tradit Cardinalis Toletus *vbi ſupra in expoſitione Bullæ Cœnæ* §. 2. *in fine*, & Sayr. *de cenſur. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 9. & Marius Alterius *dicta diſp.* 4. *cap.* 3. *fol.* 492. *col.* 1. ex ratione, quia non videtur credibile Summum Pontificem tam graui cenſura velle punire ſuos fideles ſi ſpolient infideles.

75. Porrò ſi nauis eſt infidelium, & deferat merces fidelium, puta ab vrbe Oliſipone Venetias, ſi pirata Chriſtianos nauem inuadat, & eam capiat, & ex ea bona infidelium, vel Turcarum, ſi quæ ibi fuerint, deprædetur, & ipſos Turcas capiat, ſed non deprædetur bona alicuius fidelis, non incidit in hunc canonem, quia non deprædatur Chriſtianos, nec bona illorum: quemadmodum non incidit, qui ex naui fidelium bona infidelium deprædatur, relicta fidelibus naui, Marius Alter. *vbi proximè, dicta diſp.* 4. *de excommunicatione Bullæ Cœnæ lib.* 5. *cap.* 3. *fol.* 492. *col.* 2.

Sed quid dicendum de hæreticis Angliæ, & Flandriæ, ſi inuadantur, & capiantur à Catholicis animo eos deprædandi? Non enim iuſtum eſt, vt Catholici deprædantes huiuſmodi hæreticos feriantur hoc canone, Viualdus *in explanatione Bullæ Cœnæ num.* 30. Sayr. *dicto cap.* 7. *num.* 9. fauet *caput excommunicationi, de raptoribus*, Fr. Antonius de Souſa *ſupra diſp.* 30 *num.* 2. *fol.* 111. quia caput illud Chriſtianorum tantùm meminit. Quare qui ſpoliant Turcas, Mauros, infideles, Gentiles, non excommunicantur hoc canone.

76. Circa nautas, vel remigantes, qui nauigant in nauibus piraticis infidelium, qui fidelium naues inſequuntur, vel inuadunt ad deprædandum, nodoſa eſt difficultas, an incidant in hanc cenſuram huiuſmodi nautæ, & remigantes, ſi Chriſtiani ſunt? Affirmant aliqui huiuſmodi Chriſtianos, vt plurimum peccare mortaliter, ita remigando contra infideles, & cooperando ad deprædationem,

mutila

mutilationem,& occisionem fidelium,& si coactè hæc faciant,in excommunicationē tamen non incurrere. Ratio,quia peccati mortalis ratio ex iure naturæ dependet;contrà verò ratio censuræ ex iure humano desumitur:ius autem naturæ cum euidenti periculo vitæ obligat;secus de iure humano dicendum est,non obligari ex sua natura cum tanto periculo. Atque ita cooperantes contra ius naturæ peccant mortaliter,non tamen ligantur censura,quæ est iuris humani. Nec credibile est velle Ecclesiam remigantes hos,& cooperantes in hoc casu cum tali periculo mortis excommunicare, cùm propter solam vitæ conseruationem remigare,operari,& cooperari censeantur,alioquin occidendi ab infidelibus, sic Nauarr.*in manuali cap.27. num. 63. versic. septima, & in cap.ita quorundam,de Iudæis notabil.* 11. *num.* 11. *& num.* 14. *& num.* 19. *& consilio* 31. *de sentent. excommun.* in quam sententiam inclinat Cardinal. Tolet. *in explanatione Bullæ Cœnæ* §. 5. *in fine* , & Sayr.dicit esse probabilem *dicto lib.* 3. *de censuris cap.* 7. *num.* 8. & Marius Alterius *vbi suprà , disp.* 4.*lib.*5.*cap.*3.*fol.* 492. *col.*1.*lit.D.*absolute illam probat,& Suar.*de censur. disp.*21.*sect.*2.*ex num.*60.

77. Contraria sententia,quæ tradit huiusmodi remigantes , & cooperantes coactè non peccare mortaliter, multis valde placet,& ex consequenti excusari ab hac censura captiuos remigantes in triremibus Turcarum Christianos inuadentium. Ratio,quia remigare , & cooperari in rebus de se indifferentibus, in se non est malum , sed indifferens, nec à captiuis fit ad finem infidelium , nec propter eum finem,sed ad notabile damnum proprium declinandum , Molin. *de iustitia disp.* 115. *conclus.*1. Azor *tom.*1.*lib.*1.*instit.moral. cap.*17.*quæst.*6. Eman. Sà *in summa verb.peccatum,num.*9.*vers. Ego quidem puto posse tales excusari , & vers. Sic licet in triremi Turcarum remigare contra Christianos,& parare arma illis,& offerre,* sequitur Leonardus *lib.* 2. *de iust.cap.*9.*dub.*18.*num.*113.*& sequent.& cap.*13. *dubio* 3. *num.* 30. & ex antiquioribus Cordub. *in summa quæst.*137.*dub.*2. Nauarra *lib.* 3.*de restit.c.*4. *dub.*4.*in fine*,in noua edit.*n.*31.

Quinimo Sà, & Azor ob eandem rationem excusant captiuos ministrantes infidelibus arma, & tela ab eis petita ad occidendos fideles,Cordub. excusat nauiculariuin à peccato transuehentem naui quosdam duellum ituros,si ex eo,quòd eos non transuehat,graue malum sit subiturus.Eadem ratione excusat Sa *ibidem* à peccato admouentem scalas volenti furari , & ministrati ensem paranti alterum occidere , & reddere gladium furioso, quem in manu depositum habebat , & in specie tradit Marius Alterius *vbi suprà,dicto fol.*492.*col.*1. *vers.Respondeo,vel isti in nauibus,lit.D.*

Peccant nihilominus , qui liberè exercent , & non coacti,artem piraticam ad vtilitatem,& commodum infidelium contra fideles , & incurrunt excommunic. Bull. Cœnæ. Quia non coacti , sed voluntatij contra fideles in mari Pontificio infideles adiuuant propter lucrum,præsertim quando sunt nauium gubernatores,Fr.Antonius de Sousa *disp.*31.*num*.1.*& num.*6.sunt enim conducti pretio aliquando,& poterant non facere.Imò hi voluntarij , & nullo modo coacti , qui artem piraticam exercent in nauibus infidelium , incurrunt in excommunicationem latam ab Alexandro Tertio *in Concilio Lateranensi cap.* 24.*part.* 1. & refertur *in cap. ita quorundam,de Iudæis*,his verbis.Sunt etiam, qui pro sua cupiditate in galeis , & piraticis Saracenorum nauibus regimen , & curam gubernationis exercent. Tales igitur à communione Ecclesiæ præcisos, & excommunicationi pro sua iniquitate subiectos fore censemus. Ex quo loco vltra censuram Bullæ Cœnæ subiiciuntur etiam huic excommunicationi contentæ *in d. c. ita quorundam,in principio.*

Adde piratam Christianum deprædantem , & spoliantem alium piratam in mari Pontificio, incurrere excommunicationem huius canonis, Marius Alterius *dicta disp.* 4.*lib.* 5.*cap.* 3.*fol.*493.*col.*1. vbi *vers. septima dubitatio* , subdit secundùm illos, qui putant ex sola maris discursione incurri hanc excommunicationem , si per mare discurratur ad finem furandi,& intentione,vtrunque piratam ligari excommunicatione , quamuis alter ab altero fuerit spoliatus, quoniam vterque exercuit actionem , cui est apposita excommunicatio. 78.

Pro receptatoribus,fautoribus, & defensoribus piratarum certum est eos ligari canone huius Bullæ, inter quos continentur dantes auxilium. nam fauere,receptare, & defendere,nihil aliud significant , quàm auxiliari ; est enim idem fauor, seu adiutorium,& auxilium, idemque important. Vnde si quis locauerit piratæ domum in quam se recipiat, dicitur fautor , *l. qui domum ff. ad leg. Iul. de adult.* aut si pecuniam mutuet piratis, vel præstet alimenta,vel equos,& arma, dicitur auxilium præstare *l.cum dominus , ff. ad Senatusconsult.Sylla.* proinde, qui hæc faciunt,incurrunt excommunicationem:nec liberantur ab illa,qui associant , & comitantur piratas,Corset.*in singul.incipiente,Auxilium*,Salic. *l. vni.num.*12.*Cod. de raptoribus*.quod procedit in quocumque opem, & auxilium ferente piratis,quatenus piratæ sunt,nimirum si faueant illis,& eos recipiant,aut defendant, ne puniantur à iudice,vel ne contra illos sententia feratur. Excusabuntur autem à censura huius canonis fauentes, receptantes, vel defendentes ob alium finem, nempe ratione consanguinitatis , vel amicitiæ, Marius Alterius *dicta disp.*4 *de excommun. Bull. Cœn. lib.* 5. *cap.*3.*ad finem*,vbi concludit fautores, receptatores , & defensores piratarum ligari excommunicatione,si post fauorem,receptationem, & defensionem sequatur exequutio artis piraticæ, hoc est , si pirata discurrit per mare Pontificium animo deprædandi , & de facto deprædetur , vel saltem nauem aliquam inuadat , insequatur , vel mutilet , aut occidat , vel malè tractet ipsam nauem. Ratio,quia fauere,receptare , aut defendere non est actio principalis,sed accessoria,quæ dicit relationem essentialem ad actionem principalem, *cap. accessorium , de regul. iur. lib.*6. Igitur , si non præcesserit actio principalis,non habet locum excommunicatio. 79.

Sed petes,quando incurrant fautores, receptatores,& auxilium dantes,hanc pœnam?Responde, vbi primum piratæ exercuerunt actionem principaliter prohibitam; non autem quando fauorem, vel defensionem præstiterunt , nec quando illos receptarunt : actione autem principali sortiente suum effectum,excommunicatio secum tulit suam executionem,quia crimen fuit commissum,quando piratæ fuerunt occultati, ne ad manus iudicis venirent , siue postea euadant ministrorum iustitiæ manus , siue non , Marius Alterius *vbi suprà.*

Quæres denique , an incurrant hanc censuram fautores, receptatores, & defensores veius piratæ , qui semel , aut bis , non ex instituto, 80.

neque

neque ex officio nauticum lattocinium exercuit, sed casu nauigantem deprædatus est? Responde negatiuè, ita Nauarr. *in manuali cap.* 27. *num.* 59. Vgolin. *hoc loco* § 3. *à principio*, Sayt *lib.* 3. *de censuris*, *cap.* 7. *num.* 4. *&* 6. Toletus *in summa lib.* 1. *cap.* 20. & Suarez *de censuris disp.* 20. *sect.* 2. *num.* 15. dum aiunt eos, qui ex officio, & primaria intentione officium piraticum non exercent, non ligari excommunicatione, si aliquos nauigantes casu spoliauerint. Ratio, quia quod principaliter agitur, considerandum est. *l siquis nec causam ff. si certum petatur.* Item, quia per vnicum actum, vel duplicem, non dicitur quis negotiator, text. *in lege* 1. §. 1. & *ibi* gloss. & Bald. *ff. de tribut. actio.* & clariùs *in l. procuratores* §. *quæritur, eodem tit.* Anchar. *in cap. canonum statuta* 14. *quæst. principali*, & alij quos referens sequitur Tiraquel. *de temperand. pœn. causa* 51. *num.* 161. Similiter in nostro casu non dicetur pirata, qui non ex instituto, neque ex officio semel, aut bis nauticum latrocinium casu commisit.

81. Contrà verò dicendum est de pirata, qui ex primaria intentione nautico lattocinio studet, si semel tantùm aliquam nauem deprædatus est, ita Suar. & Tolet. *vbi proximè*, ex quorum sententia incurrit iste censuram huius canonis, sequitur Nauarrus *vbi proximè*, & probatur ex verbis Bullæ dicentis piratas, cursarios, & latrunculos, vt omnes in mari deprædantes comprehendat, & excommunicet, eo ipso quòd mare intentione furandi fuerunt ingressi, sequuta actione principali deprædandi, per quam latronum nomen actu fuerunt consecuti.

82. Idem dicendum est de illis, qui quamuis non primaria intentione nauigantes deprædantur, non semel tantùm, sed pluries latrocinio nautico dant operam, quia ex multis actibus quos exercent, latronum nomen, & cognomen adepti sunt. Igitur propriè, & verè ligatur hac censura, qui secundaria intentione nauigantes deprædatur non semel, & bis, sed pluries; eo quia secundaria intentio non aufert denominationem, quæ ex multiplicatis actibus oritur, Nauar. Toletus, & Suarius suprà scripti: confert materiam huius censuræ esse latrocinium maritimum, teste Caietan. *in summ. verb. excommunicatio, cap.* 18. & qui multos deprædandi actus exercet, verè latro dicitur. Quare fautores, receptatores, & defensores supradictorum ligabuntur etiam hac excommunicatione, si principales personæ, quibus fauent, & dant aliquod auxilium, actionem aliquam prohibitam exercent.

Excommunicatio quarta Bullæ Cœnæ, contra rapientes bona Christianorum naufragantium, sic habet:

§. IV.

83. EXCOMMVNICAMVS, & anathematizamus omnes, & singulos, qui Christianorum quorumcumque nauibus, tempestate, seu in transuersum (vt dici solet) iactatis, vel quoquo modo naufragium passis, siue in ipsis nauibus, siue ex eisdem eiecta in mari, vel in littore inuenta, cuiuscumque generis bona, tam in nostris Tyrrheni, & Adriatici, quàm in cæteris cuiuscumque maris Regionibus, & littoribus, surripuerint; ita vt nec ob quodcumque priuilegium consuetudinem, aut longissimi etiam immemorialis temporis possessionem, seu alium quemcumque prætextum excusari possint.

EPITOME.

83. *Excommunicatio quarta Bullæ Cœnæ contra rapientes bona naufragantium.*
84. *Excommunicatio contra rapientes bona naufragantium in multis limitatur.*
85. *Constitutus in extrema, vel quasi extrema necessitate de bonis naufragantium rapiens, an incurrat censuram.*
86. *Extrema necessitas simpliciter, & extrema necessitas secundum quid.*
87. *Vniversitates, Collegia, Capitula, & communitates, si rapiant ex bonis naufragantium, non incurrunt in excommunicationem.*
88. *Bona naufragantium infidelium, & Maurorum rapientes non ligantur censura.*
89. 90. 91. *Bona naufragantium, quæ erant statim peritura, si quis rapiat, an incurrat in censuram Bullæ.*
92. *Bona, quæ habentur pro derelictis rapientes, non ligantur censura.*
93. *Bona habita pro derelictis, quæ sint?*
94. *Bona habita pro derelictis quibus modis deprehendi possint?*
95. *Bona naufragantium in fluminibus rapientes non excommunicantur.*
96. *Bona proiecta in mare ad exonerandam nauim, an possint esse sine metu censuræ?*
97. 98. *Bona capientis ex naui, quæ igne, vel vetustate perit, an excommunicentur per Bullam Cœnæ?*
99. *Bona ex naufragio capientes iniustè incurrunt censuram Bullæ; censura autem capitis excommunicationi de raptor. non incurritur per solam iniustam acceptionem, sed per morosam retentionem.*
100. *Excommunicatio à lege posita, vt incurratur, non eget monitione.*
101. *Differentia inter excommunicationem Bullæ Cœnæ, & excommunicationem* cap. excommunicationi, de raptorib. *circa bona naufragantium.*
102. *Bona naufragantium accipientes de manu surripientium titulo gratuito, vel oneroso an ligentur censura?*
103. *Bona naufragantium rapientes in modica quantitate excusantur à censura.*
104. 105. *Bona naufragantium rapiens, cum mora in restituendo, an ligetur excommunicatione Bullæ Cœnæ, & excommunicatione* cap. excommunicationi, de raptorib. *pars negans est probabilis, affirmans est probabilior.*
106. *Excommunicatus semel an possit iterum excommunicari pro eadem causa.*
107. *Pars affirmans est certa.*

Regula, & conclusio huius quartæ excommunicationis Bullæ in Cœna Domini sic habet. 84
Subripientes bona eorum, qui naufragium passi sunt, in excommunicationem incidunt. In multis limitatur hæc conclusio.

Primò quando susceperint bona naufragantium bono animo, vt restituant vero domino.

Secundo,

Secundò, quando ignoranter ea esse talia, nempe naufragantium, existimantes esse aliorum.

Tertiò, quando Dominus bona proiecisset ea è naue animo non recuperandi, aut si habuerit ea pro derelictis: tunc enim fiunt primi occupantis.

Prior pars est Vgolini hoc loco §. 1. *vers. item excommunicatio.* Sayr. *de censur. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 5. Graffis *lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 72. Fr. Antonius de Sousa *disp.* 33. *num.* 1. *vers. secunda conclusio num.* 2. Toletus *in summa lib.* 1. *cap.* 21. Suar. *de censuris disp.* 21. *sect.* 2. *n.* 29. & Aogustinus Barbosa *in c. excommunicationi, de raptoribus n.* 7.

Posterior pars eisdem placet, eamque tuetur Vgolinus *suprà* §. 2. *vers. octauò in excommunicationem non incidit.* Graff. *vbi supra num.* 74. *& sequentibus,* Sousa *vers. prima conclusio.* Ratio, quia actus accipiendi ea bona animo reddendi, ac seruandi vero domino, sunt actus virtutis. Neque Summus Pontifex intendit prohibere acceptionem, vel retentionem horum bonorum animo ea seruandi, ac reddendi veris dominis.

85. Quartò limitatur hæc regula in constituto in extrema, vel quasi extrema necessitate: is enim potest sine metu huius canonis, accipere ex bonis naufragantium, quantum satis sit ad sibi subueniendum: sunt namque omnia communia extremè indigentibus, ita vt considerato iure naturæ possit vnusquisque liberè vti rebus omnibus, nec ius gentium, quod diuisionem rerum introduxit, iure naturæ potest præualere.

Quin adde constitutum in extrema necessitate simpliciter, quando nullibi habet quicquam, quo sibi subueniat, nec habet moraliter spem habendi aliquid, non incidere in censuram huius canonis, quamuis non restituat bona accedens postea ad pinguiorem fortunam. Ratio, quia extremè indigens simpliciter non tenetur accepta, & consumpta restitoere: igitur si non restituat, non incurret excommunicationem, Aragon. 2. 2. *quæst.* 32. *art.* 5. *dub. vlt.* Bannes *ibidem eadem quæst.* 32. *art.* 6. *dubio* 3. & Petrus de Ledesma *in summa tom.* 2. *tract.* 4. *cap.* 3. *conclus.* 1. *dub.* 5. Confirmatur, quia existenti in extrema necessitate simpliciter, tenetur quisque sub præcepto largiri eleemosynam. sed qui confert eleemosynam, donat gratis accipienti, & transfert in illum dominium: igitur quidquid accepit egens extremè, non tenetur restituere, & ex consequenti non excommunicatur per acceptionem, vel retentionem rerum quæsitatum ex

86. naufragio. Secus si non sit constitutus in extrema necessitate simpliciter, sed in extrema necessitate secundùm quid, quæ tunc datur, quando extremè egens de præsenti, in alio loco habet, vnde sibi possit succurrere, quibus rebus in præsenti caret. Idcirco quamuis possint licitè ex naufragio bona accipere, tenentur tamen postea restituere, Bannes, & Petrus de Ledesma *vbi proximè*, & Sotus *lib.* 4. *de iustitia quæst.* 7. *art.* 1. *ad* 4. ergo si retineat, nec restituat, incurrit in excommunicationem Bullæ, Fr. Antonius de Sousa *hoc loco cap.* 5. *disp.* 33. *conclus.* 2. *num.* 2. & clariùs *conclus.* 3. quod etiam volunt Suarez *de censuris disp.* 21. *sect.* 2. *num.* 31. & Vgolin. *eodem loco* §. 1. *vers. vndecimò, ad finem.*

87. Quintò excusantur item ab hac excommunicatione Vniuersitates, Collegia, & similes communitates, vt vult Vgolinus §. *secundo, num.* 1. *vers. primum igitur*, si talia bona naufragantium surripiant, quia per Bullam communitates non excommunicantur, *cap. Romana.* §. *in Vniuersitatem, de sentent. excommun. lib.* 6. & constat ex textu Bullæ his verbis, *anathematizamus omnes, & singulos.* Ex quibus verbis singulares personæ, non verò communitates excommunicantur.

88. Sextò excusantur rapientes bona ex naufragio, quæ sunt infidelium, puta Turcarum, vel Iudæorum, vel Gentilium, Viuald. 2. *part. in explanatione Bullæ casu* 4. *num.* 29. etiamsi pacem cum Christianis habeant, adhuc enim non ligabuntur hac censura, ita Vgolin. *dict.* §. 2. *vers. secundo.* Quia priuilegium ob gratiam Religionis Christianæ indultum est, & ideo in infidelibus non procedit. Tenebuntur tamen subripientes restituere infidelibus ablata, Viuald. *vbi proximè d. casu* 4. *num.* 29. & Armilla *in verb. excommunicatio, cap.* 78.

89. Septimò limitatur in accipientibus de naufragio ea, quæ nisi accipiantur, erant statim peritura, vt saccharum, farina, papyrus, & similia, dummodo ea eripiat cum periculo vitæ: secus si absque illo periculo ea occupauit. Angel. & Syluest. *verb. naufrag.* Mar. Alterius *sup. disp.* 5. *lib.* 4. *cap.* 2. *fol.* 499.

90. Alij autem aliter respondent, si accipiens ea eripiat sine periculo mortis, teneri restituere accepta mercede sui laboris, & industriæ, & incurrere excommunicationem prædictam, si ea capiat animo retinendi sibi, & non restituendi. Contra verò si eripiantur cum probabili vitæ periculo, & nisi ita eripiantur, certè essent peritura, neque dominus volebat se exponere illi periculo, neque habebat alium, qui vel mercede, vel gratis vellet se exponere periculo in vtilitatem domini, in hoc casu non teneri eripientem erepta restituere domino, neque incurrere ob id in excommunicationem, dicunt Nauarrus *cap.* 17. *num.* 98. Syluest. *verb. naufragium quæst.* 2. Capua *lib.* 4. *part.* 1. *cap.* 18 *n.* 74. & ante illos innuit Caietan. 2. 2. *q.* 66. *art.* 5. *vers. nota tertium,* & sequuntur alij. Ratio, quia eripiens in eo casu illa bona, neque ex charitate tenetur ea eripere domino illorum, & cùm illa sint peritura omnino absque aliqua spe, nulla fit iniuria domino, siquis voluerit se exponere illi periculo, vt ea sibi eripiat, & dominus erit irrationabiliter inuoluntarius, si id prohibeat. Quare ita eripiens non peccat, nec incurrit excommunicationem, & comparat bonorum dominium.

91. Opposita sententia est probabilior: quia durum est sine consensu domini dominium rei alienæ acquiri, etiam si alter ea eripiat, semper dominus retinet dominium rerum, quandiu res suæ non pereunt. Item si duo se offerant domino ad bona eripienda cum periculo tali, potest dominus concedere vni eorum, vt det sibi certam partem, & retineat certam: ergo quamuis sint res in eo pericolo, non propterea dominus amittit dominium earũ, quod procedit etiam quando dominus non esset habiturus bona illa, quia erant peritura. Vgolin. *de censuris Pontifici reseruatis p.* 2. §. 2. *n.* 3. *vers. quare ratione hac, qui lignum, ligna, aut id generis alia vi fluminis lata ab impetu fluminis rapit, & versic. excipitur tamen.* Capua *d. c.* 18. *n.* 73. *& seq.* Mar. Alter. *in d. c.* 2. *fol.* 499. *col.* 2. *vers. quintum dubium,* vbi vult in euidenti periculo naufragij nauium ab omnibus desertam, & etiam à domino, non acquiri nautæ, qui in ea remansit, & suo labore, & industria eam conseruauit, sed teneri eam reddere domino cum suis bonis, & si non restituat, incidere in excommunicationem, quia non habetur nauis, nec bona illius pro derelicto.

92. Octauò limitatur in accipientibus ex naufragio bona, quæ habentur pro derelictis. Ratio, quia bona derelicta quamuis ex tempeſtate è naui proiiciantur, aut dilabantur, licitè capi poſſunt abſque metu excómmunicationis. Porrò bona habita pro derelictis cenſentur ea, quæ dominus eo animo proiecit, vt noluerit illa eſſe in numero ſuorum bonorum, vt habetur *in § final. Inſtitut.*
93. *de rerum diuiſione*, vbi gloſſa vult duobus modis poſſe dominum bona ſua proiicere hoc animo, & hac intentione. Primò per actum propriæ voluntatis, vt dictum eſt. Secundò, per interpretationem iuris, nempe quando is, qui ſeruum ægritudine periclitantem è domo ſua publicè eiecit, nec ipſe eum procurat, nec alteri commendat, prout dicitur *in l. vnica, C. de Lat. lib tol. § ſed ſcimus*; nam tunc iuris interpretatione dicitur ſeruus abiectus animo derelinquendi. In quo euentu ſi ſeruus ſanitatem conſequatur, libertate donatus videtur.

94. Quando autem res habeatur pro derelicta, multis modis deprehendi poteſt. Primò, ſi dominus inuenienti rem ſuam dicat, proſit, vel valeat, Vgolinus *de cenſuris Pontifici reſeruatis part.* 2. § 2. *num.* 2. *verſ. pro derelicto*. Secundò, quando quis proiicit in mare metalla, quæ propter pondus deſcendunt in profundum, hæc cenſentur haberi pro derelictis, non enim poſſunt recuperari. *l. falſus. ff. de furtis.* Tertiò, ſi proiiciantur in mare vaſa plena ſaccharo. Item, qui ante naufragium in ipſa trepidatione proiicit in mare libros apertos, gloſſa *in l.* 2 *§. final. ff. ad leg. Rhod. de iactu.* Abbas *in cap. cùm dilecti*, *num.* 11. *verſ. in gloſſ. in verb. dilapidatione*, *de accuſat.* Quartò, ſi aliquid proiiciatur in mare extra præſens periculum magnæ tempeſtatis, & extra vrgentem neceſſitatem ad proiiciendum: præſumitur enim proieciſſe rem derelictam. Quintò, ſi in intempeſtate, aut extrà proiiciantur ſaccharum, farina, aut piper, aut ſimilia, quæ raró ad littus exeunt ſalua; talia enim habentur pro derelictis à proiiciente: quare qui ea inuenerit ad littus proiecta, non ligabitur excommunicatione hac. Quòd ſi non habeantur pro derelicto, quia fortè incorrupta, & integra erant, reſtituentur, ſi dominus compareat facta diligentia, quòd ſi non comparuerit, tradantur Epiſcopo loci, vt inter pauperes diſtribuantur, ſoluta pro ſuo labore inuentoribus mercede, Vgolin *vbi ſupra d. §. 2. num. 2. per totum*, & Sayr. *de cenſuris lib.* 3. *cap.* 8. *&* 9. Vide, ſi placet, quæ diximus 1. *p. lib.* 3. *diſp.* 5. §. 2. *num.* 15. *&* 16. vbi de bonis naufragantium quid faciendum, quando non comparet dominus ſecundùm legem noſtram *lib.* 2. *titul.* 32. Cabed. 2. *part. deciſion.* 48. 51. 54. vbi de Regalibus.

95. Sed quid dicendum de re rebus ereptis ex naufragio in fluminibus facto, quando domini non comparent? Certum eſt peccare capientes animo retinendi, tenerique reſtituere ſi compareat, niſi ea habeat pro derelicto, quod cognoſcitur, ſi dominus non veniat ad quærendum bona ſua cùm facilè poſſit. Vgolin. *vbi proximè num.* 5. Ratio, quia hic canon loquitur de naufragio facto in mari, non verò in flumine. Cùm ergo lex ſit pœnalis, non debet extendi ad bona naufragantium in fluminibus, *reg. odia. de reg. iur. in* 6.

96. Quid de ſurripientibus bona, quæ tempore tempeſtatis in mare proiiciuntur ad exonerandam nauem? Sylueſt. *verb. naufragium, num.* 2. & Armilla. *eodem verbo*, *& numero*, Graff. *dicto cap.* 18. *ex num.* 70. *cum ſequentib.* Viualdus *de Bulla Cœna num.* 35. putaut incurrere excommunicationem ſurripientes, quæ pro derelictis non habentur: ſecus ſi pro derelictis habeantur. Habentur autem res pro derelictis, quando quis proiicit res ſuas, & cùm poſſit, nullo modo poſtea quærit illas, Vgol. *vbi ſuprà*, & Fr. Antonius de Souſa *in Bulla Cœna cap.* 5. *diſp.* 36. *num* 4. *fol.* 132.

Porrò accipientes bona ex nauibus, quæ in ma- 97.
ri igne abſumuntur, vel vetuſtate pereunt, non incurrere in canonem hunc, ex eo poteſt probari, quia canon loquitur de bonis illorum qui naufragium in mari paſſi ſunt, & naufragium, ex *l. deprecatio ff. ad legem Rhod. de iactu. l.* 2. *C. de naufrag.* Item, quia materia huius canonis eſt furtum, & rapina bonorum Chriſtianorum naufragantium, ex Caietano *verb. excommunicatio c.* 23. Sayr. *hoc loco cap.* 8. *num.* 2. Marius Alterius etiam *hoc loco*, *excommunicatione* 4. *in principio.* Naues autem, quæ igne, vel vetuſtate in medio mari pereunt, non dicuntur propriè pati naufragium, ſecundùm propriam, & germanam verbi conceptionem.

Nihilominus verius eſt, accipientes aliquid de 98.
nauibus incendio, vel vetuſtate in medio mari abſumptis, vel demerſis, ligari hac cenſura, ita Viualdus *in Bulla Cœna n.* 28. ſequitur Fr. Antonius de Souſa *ſuprà diſp.* 37. *n.* 2. *verſ. hoc poſito*, & probatur ex verbis huius canonis, ibi: *qui Chriſtianorum quorumcumque nauibus tempeſtate, ſeu in tranſuerſum iactatis, vel quoquo modo naufragium paſſis.* quibus verbis, *quoquo modo paſſis*, oſtenditur incurri excómunicationem à recipientibus bona ex nauibus deperditis vetuſtate in mari, vel incendio abſumptis, ſi ea capiant prauo animo retinendi, & non reſtituendi veris dominis quando apparuerint, vel ſi acceperint bona ex nauibus, intentione quidem reſtituendi, ſed poſtea ſint in mora culpabili reſtituendi. Nauarr. *in manuali c.* 27. *n.* 118. vbi exiſtimat hoc modo incurri excommunicationem *cap. excommunicationi, de raptoribus, & incendiariis.* Idem
ſentit Caietanus *verb. excommunicatio c.* 23. dicens 99.
excommunicationem non incurri per ſolam acceptionem, niſi adſit malus animus non reſtituendi dominis, aut ſi animus non fuit malus, ſaltem detur mora, & contumacia ad reſtituendum ex eo fundamento, quia acceptio de ſe non eſt mala, & poteſt eſſe aliquando actus charitatis, retentio autem inuito domino intrinſecè eſt mala. Proinde ſi oblata occaſione reſtituendi, non reſtituatur, retentio eſt iniurioſa, & retinens inde eſt in mora, & contrahitur iuris excommunicatio.

Quare quamuis ex Nauarro ad incurrendam excommunicationem non ſufficiat iniuſta acceptio, ex *dict. cap. excommunicationi*, *de bonis naufragantium*, niſi detur mora in reſtituendo; nihilominus Iulius Clarus abſolutè ſentit *in §. final. quæſt.* 77. *num.* 24. excommunicari per dictum cap. ſpoliantes Chriſtianos naufragium paſſos rebus ſuis, modò competens monitio præcedat, ſecundùm opinionem Innocentij *ibi*, quem ſequitur Syluest. *in verb. excommunicatio* 8. *in vigeſima excommunicat. in* 2. *dubio.* Magis tamen placet per dictum cap. *excommunicationi*, *de raptoribus*, dicere ſpoliantes rebus ſuis naufragantes, ipſo facto eſſe excommunicatos, eo ipſo, quòd fuerint in mora reſtituendi, & abſque mora reſtituendi, etiamſi eripuiſſent de naufragio bona, non incidiſſe in cenſuram, quamuis à principio aliquid accepiſſet animo non reſtituendi per verba eiuſdem capitis, vbi dicitur ita: Qui damnata cupiditate ſpoliaut,

quæ

quæ verba vtique demonstrant iniustam fuisse acceptionem, non ideo excommunicatio infligitur, nisi detur mora restituendi; quod ostenditur ex verbis sequentibus, quæ sic habent, *nisi ablata reddiderint*, quæ denorant ad incurrendam illam excommunicationem tanquam conditionem necessatiam requiri, vt bona ablata non restituantur habita notitia domini, & occurrente occasione restituendi: tunc enim si ablata non restituantur, sequitur mora, & excommunicatio incipit locum habere.

100, Non est autem monitio necessatia post moram, quia lex ipsa satis sufficienter admonet, cùm contineat excommunicationem ipso iure, vt patet ex verbis ipsius canonis in hunc modum, ibi: *Excommunicationi se nouerint subiacere.* Atque ita non est necessaria alia monitio ab homine facienda, prout volunt Abbas *in eodem cap. excommunicationi, de rapt. & incend. num.* 3. Caietan. *cap.* 23. Nauarr. *num.* 118. *in d. cap.* 27. & Molina *tractatu secundo, de instit. disputat.* 694. *fol.* 1194. *col.* 2. *num.* 6. quorum sententia est probabilior quàm glossæ vlt. *dict. cap. excommunicationi*, quam sequitur Innocent. *in cap. extirpanda, de prabendis*, §. *qui verò*, dicens, quando pœna imponitur negatiuè sine præfiaione temporis certi, non incurri talem pœnam, nisi præmissa monitione, vt si lea dicat ita: Quicumque non egerit residentiam, sit excommunicatus; sed hæc ratio non valet. Vera ergo ratio est, quia excommunicatio, vt lata à lege vim suam habeat, & effectus essentiales educat, satis est, vt reus scienter legem violet, quamuis transgressio, & violatio ab aliis ignoretur, statim incidit in excommunicationem. Attamen, vt possit euitari, necessaria est scientia, & notitia, & ad hunc finem præcedere debet monitio, Marius Alterius *in Bulla Cœna, disp.* 3. *lib.* 5. *cap.* 1. *fol.* 496. *vers. probabilior.*

101. Hodie verò ad incurrendam censuram Bullæ Cœnæ, quæ differt à censura prædicti capitis *excommunicationi*, sufficit iniusta acceptio de rebus animo sibi eas retinendi, quamuis accipiens non sit in mora eas restituendi, quia non comparet dominus, cui res restitui debeant. Quare licèt postea surripiens muter animum, & eas primo quoque tempore restituat, iam incurrit excommunicationem, Molin. *d. disput.* 694 *fol.* 1195. Non enim in hoc canone excommunicantur simpliciter, qui accipiunt: sed qui sibi accipiunt, quod explicatur per subripientes, quales sunt, qui accipiunt sibi, Marius Alterius *vbi proximè, vers. posterior pars, & vers. Ex his colligendum est*, vbi ponit differentias inter vtranque excommunicationem: quarum prima est, quòd excommunicatio dicti capitis *excommunicationi*, non incurritur ea sola iniqua acceptione, nulla intercedente mora.

At excommunicatio Bullæ incurritur absque vlla mora ex sola iniqua acceptione. Item excommunicatio dicti capitis *excommunicationi*, quæ est Concilij Lateranensis, non est reseruata, Caiet *supra d. c.* 23. *verb. excomm* dicens suo tempore esse casum Episcopalem; excommunicatio autem Bullæ est reseruata, vt constat, Summo Pontifici.

Quæstionis est, an incidant in excommunica-
102. tionem Bullæ, qui scienter bona ab aliis rapta in naufragio receperint? olim includebantur. Nunc autem a tempore Pij Quinti, & Gregorij XIII. solùm incidunt in hunc canonem rapientes, Capua *lib.* 4. *decis. c.* 18. *num.* 78. nisi fortè eo loco, & tempore quis accipiat illa bona, quod potiùs censeatur illa immediatè surripere, quàm ab alio accipere, sequitur Viualdus *in explanatione Bulla Cœnæ. n.* 33. Vgolinus *hoc loco* §. 2. *vers. sexto, fol. mihi* 130. & Sayr. *lib.* 3. *de censuris, c.* 8. *n.* 4. constat ex tenore Bullæ, quæ loquitur de surripientibus primis, non autem de secundis. Atque ita non incidit in hanc excommunicationem tertius, qui hæc bona ex naufragio titulo gratuito, vel oneroso, ea scienter ab eo qui surripuit, aut emit, aut dono accepit: restituere tamen ea tenetur. Quare minus bene Suar. aliàs doctissimus, & sacræ Theologiæ lumen clarissimum, putat accipientem gratuitam per donationem bona naufragantium ab eo, qui ea primò surripuit, ligari hac excommunicatione, quod non placet, nisi ea vi alicuius pacti antecedentis accipiat illa bona à primo surripiente, ita vt ratione illius pacti censeatur concurrere ad surripiendum tamquam particeps illius furti Fieret igitur particeps, si det auxilium ad faciendum primum furtum, nimirum si ad nauim ascendendum ministrauit scalam surripienti primo, aut eum humeris subleuauit, vel mandauit, vel fuit primi surripientis receptator, quando receptatio erat necessaria ad furtum faciendum, & sine qua non perficeretur. Proinde extra has circunstantias, quamuis non incurratur censura, tenentur tamen secundi, vel tertij latrones restituere, quia datur furtum; non tamen sufficiens ad contrahendam excommunicationem; sicut non datur in surripientem bona in ipsis nauibus, vel de ipsis nauibus, non tamen naufragantium, sed extra
naufragium, Graffis *vbi proximè n.* 76 *vers sexto.* 103.

Postremò non incurrunt subripientes quantitatem ex bonis naufragantium modicam, Graff. *vbi proximè n.* 77. dummodo quantitas non perueniat ad mortale, vel quando sunt plures conscij, & quisque illorum modicum quid scienter surripuerit, vt vult Sot. *in* 4. *sententiarum, dist.* 22. *quæst.* 2. *art.* 1. & Couarr. *lib.* 1. *variarum resol. cap.* 3. *n.* 12. Tunc enim vnusquisque incurrit, quia scienter damnum notabile omnes dederunt, secus quando minima, leuiáque quisquis surripuit aliorum inscius. Non enim excommunicatio fertur, nisi pro mortali commisso, argumento capitis *nemo Episcoporum, & cap. nullus*, 11. *quæst.* 3: Item; quia de minimis non curatur, argument. *l. scio, ff. de in integ. restitutione.* Vgolin. *vbi suprà d.* §. 2. *vers. septimo.*

Quæri potest, an surripiens bona, & postea est 104.
in mora in eis restituendis, duas incurrat excommunicationes, primam ex *cap. excommunicationi, de raptoribus*; secundam, ex canone Bullæ Cœnæ? Negat Marius Alterius *disp.* 5. *de excommun. Bull. Cœna, lib.* 5. *cap.* 2. *col.* 1. *vers. oppositum tamen censeo probabilius*, ea ea ratione, quia vtraque excommunicatio pronunciatur contra surripientes; prima, quando fuerint morosi in restituendo: secunda, quæ est Bullæ Cœnæ, statim incurritur, dum acceptio est iniusta nulla expectata mora.

Dicendum tamen est, probabilius esse duas in- 105.
curri excommunicationes, quia diuersæ sunt causæ, seu peccata, ob quæ feruntur. Nam excommunicatio iuris imposita est ob iniustam retentionem bonorum naufragorum. Excommunicatio autem Bullæ lata est propter iniustā acceptionem eorundem bonorum: item quia absolutio excommunicationis à iure hodie videtur Episcopalis: absolutio verò naufragorum bona surripientium reseruatur Summo Pontifici, Nauarr. *cons.* 1. *sub tit.*

de pœnitent. & remiſſ.in antiquis, aliàs *conſ.* 39. *tit. de ſentent. excommun. in nouis.* Sayr. *in florib. deciſ. ſub tit. de pœnit. deciſ.* 1. quos referens ſequitur Auguſtinus Barboſ. *in d. cap. excommunicationi, num. 6. de rapt.* Item quia certi iuris eſt non ſolùm poſſe hominem excommunicatione ligatum iterum, & ſæpiùs ligari cenſuris diuerſarum ſpecierum, vt ſuſpenſione interdicto, ſed etiam eadem cenſura excommunicationis, vt cenſent Bonar. *in 4. diſtinct.* 18. 2. *p.diſt. quæſt.*4. Riccard. *artic.* 5.*quæſt.* 2. gloſſ. *in cap ita quorundam, de Iudæis*, & *ibi* Abbas, & Nauarr. *not.* 11. *in gloſſa vltima.* Quin etiam diuerſis cenſuris, vt qui ratione vnius contumaciæ eſt excommunicatus ab Epiſcopo, poteſt iterum excommunicari à Papa, propter crimen commiſſum ſine contumacia, & mora in reſtituendo. Poſſe autem vnum excommunicatum pro vna cauſa excommunicari pro alia contumacia, conſtat ex *cap. cum pro cauſa, de ſentent. excommun.* Imò propter vnum, & idem crimen ad maiorem ipſius terrorem poteſt quis iterum excommunicari. Quoniam ipſamet obſtinatio, qua quis inſordeſcit in excommunicatione ſine alio nouo delicto, à priori eſt digna reprehenſione. habetur *in cap. quicumque, de ſentent. excommun. lib. 6.*

106. Nec obeſt ſemel excommunicatum iam priuatum eſſe cunctis bonis ſpiritualibus, quæ ex inſtitutione Eccleſiæ omnibus membris huius corporis myſtici ſunt communia, nec manere bonum aliquod, quo priuari poſſit per ſecundam excommunicationem. Quia quamuis ex inſtitutione Eccleſiæ nequeat magis priuari per ſecundam, & tertiam excommunicationem: cùm ea priuatio ſecundùm ſe non recipiat magis, & minus, recipit tamen magis, & minus in cauſa, quia pluries excommunicatus eſt pluribus cauſis, quo caſu, quamuis delictum ſit vnum materialiter, diuerſum tamen eſt formaliter, quia excommunicatio à iure, *in d.c. excommunicationis*, eſt iuris, & excommunicatio Bullæ eſt ab homine, vt dictum eſt *in prima clauſula*, Abbas *in c. grauem, n.*5. *de ſentent. excommun.* Atque ita formaliter ſunt diuerſæ cauſæ, ſiquidem excommunicatio iuris hoc loco requirit contumaciam, & moram in reſtituendo, & eſt abſolutio Epiſcopalis: excommunicatio autem Bullæ non exigit moram in reſtituendo, ſed vt incurratur ſufficit iniuſta acceptio, & abſolutio reſeruatur Papæ, ideo duplici excommunicatione delinquens innodatur; ſicut, ſi duæ leges ferantur prohibentes aliquid ſub pœna excommunicationis, altera à Papa, altera ab Epiſcopo intendente cenſuram imponere; qui opus prohibitum fecerit duplicem excommunicationem incurret, idem Abbas *in c. grauem, n.*5. *de ſent. excommun.* faciunt tradita à Sayro *de cenſuris, lib.* 1. *c.* 10.

107. *à n.*5. vbi ait poſt plures, quoties quis tranſgreditur leges imponentes eandem pœnam excommunicationis, toties ligari excommunicatione pro eodem delicto, inter quos eſt Vgolinus *de cenſuris, tabula* 1. *cap.* 16. § 3. *num.* 9. & gloſſa *in cap. quod olim, in verb. ſupponimus*, idem Sayr. *n.* 9. vbi addit percutientem vno actu, & vna percuſſione tres clericos, tribus excommunicationibus ligari, ex Ioanne Andrea *in cap. delictum, de regul. iur. lib. 6. in Mercur.* & Nauarr. *in manuali, cap.* 6. *num.* 18. & Vgolin. *dict. cap.* 16. *tabul.* 1. §. 3. *num.* 8. ſicut ter excommunicaretur, qui ſeparatim illos tres Clericos percuteret, quia non eſt maior ratio, cur ob vnius potius, quàm cæterorum percuſſionem excommunicatio incurratur.

Excommunicatio quinta Bullæ Cœnæ contra imponentes noua pedagia, & gabellas, vel eas augentes ſic habet.

ITEM excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in terris ſuis noua pedagia, ſeu gabellas, præterquam in caſibus ſibi à iure, ſeu ex ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia permiſſis imponunt, vel augent, ſeu imponi, vel augeri prohibita exigunt. 108.

§. V.

EPITOME.

109. *Materia huius Canonis quo ad perſonas eſt vniuerſalis, quo ad actiones eſt triplex.*
110. *Noua pedagia, quæ dicantur propriè?*
111. *Et quæ intelligantur ſub pedagio?*
112. *Pedagia noua, vel gabellas, qui nam poſſint imponere ſine licentia Papæ, aut Regis?*
113. *Reges omnes in ſuis Regnis licitè poſſunt imponere pedagia noua, & Imperator.*
114. *Romanus Pontifex, & Concilium generale poſſunt imponere noua pedagia.*
115. *Reſpublica, quæ non recognoſcit ſuperiorem ad quem de eius ſententia appelletur, poteſt imponere pedagia noua, & gabellas.*
116. *Duces, Marchiones, Comites, Barones, & Domini terrarum, an poſſint in terris ſuis gabellas, & pedagia noua imponere?*
117. *Noua pedagia imponentes quibus pœnis olim, & quibus hodie puniantur?*
118. *Noua pedagia imponentes, vel augentes incurrunt excommunicationem Bullæ Cœnæ.*
119. *Pedagia, vel gabella de rebus cauſa negotiationis aſportatis licitè poſſunt imponi.*
Secus de rebus quæ quis emit ad vſum vitæ, ac familiæ. ibid.
120. 121. *Pedagia licita à perſonis exigens, an ligetur excommunicatione huius Bullæ? & quid propriè ſit exigere, & exactores?*
122. *Imponentes taxas, talleas, & alia ſimilia onera, an incurrant in hanc cenſuram?*
123. *An poteſtas dari poſſit ex conſuetudine præſcripta ad imponenda noua pedagia, ſeu gabellas?*

MAteria huius canonis iuxta Caietanum *in ſumma, verb. excommunicatio, cap.* 71. eſt 109.
oppreſſio libertatis humanæ ſubditorum conſtituta à Principe per impoſitionem pedagiorum, vel gabellarum. Quo ad perſonas eſt vniuerſalis, comprehenditque hæc cenſura imponentes gabellas, ſeu pedagia. Secundò augentes. Tertiò exigentes prohibitas imponi, & augeri. Actiones denique ſunt triplices ſub excommunicatione prohibitæ. Prima eſt, noua pedagia, ſeu gabellas imponere ſine auctoritate iuris communis, vel ſine facultate particulari ſupremi Principis. Secunda eſt augere pedagia, & tributa inconſulto Principe. Tertia actio eſt exigere pedagia prohibita, ſeu gabellas prohibitas imponi, vel augeri. Sayr. *lib.* 3. *de cenſuris, cap.* 9. *num.* 2. Fr. Antonius de Souza *hoc canone,* in

in principio, & Marius Alterius *in eodem loco*, etiam *in principio*.

110. Cùm ergo non omnes, qui imponunt noua pedagia, innodentur excommunicatione Bullæ Cœnæ, sed illi tantùm, qui sine potestate legitima illa imponunt, & de his nobis est agendum, operæ pretium erit explicare quid sit pedagium, & quæ tributa sub hoc nomine veniant. Quo ad primum pedagium à pede dictum, est tributum, quod soluitur à transeuntibus in locis deputatis à Principe ratione personæ, vt vult glossa *in cap. super quibusdam, in verb. pedagia, de verb. signific.* Syluest. *verb. gabella num.* 3. *vers. quarto*, & Cardinal. Toletus *in explicatione Bullæ Cœnæ* §. 3. *dub.* 1. & quamuis Anchar. *in cap. quamquam, num.* 1. *de cens. lib.* 6. tradat vectigal idem esse, quod pedagium non placet, quia propriè pedagium vocatur tributum, quod soluitur pro transitu viarum ratione personarum per aliqua loca, vt sentit Rebuff. *in praxi benefic. in expositione Bullæ Cœnæ Domini art.* 3. *in verb. pedagia*, & sic pro ipsis personis, quamuis non omnes, sed quædam tantùm personæ illud præstent. Vgolin. *de excommunicatione Bullæ c.* 5. *n.* 1. vbi ait verbum *pedagium* Latinum non esse, sed barbarum, vsitatum tamen: concordat tamen cum vectigali, quia soluitur pro his, quæ vehuntur.

111. Quid autem sub nomine *pedagium* strictè sit accipiendum, ita vt nullum aliud tributum sub eo intelligatur? Respondetur, quamuis nomina *pedagium*, & *gabella* habeant speciales significationes, accipi vsitata, & vulgati significatione pro quacúque exactione non libera, sed quæ ex obligatione, & legali ordine ex priuato in publicum, siue in perpetuũ, siue ad tempus soluitur, Capua *de Bulla Cœna lib.* 4. *cap.* 18. *n.* 79. *vers. pedagia*, Syluest. *verb. gabella, in principio*, vbi de gabella, & notat Bertachinus *in tract. de gabell. in principio, num.* 5. Quam ob rem, is, qui pedagium recipit, tenetur præstare illa, alioquin tenetur ad restitutionem, Hostiens. *in summa tit. de censib.* §. *ex quibus causis, vers. sed nunquid sine causa*, sequitur Guid. Pap. *consil.* 65. *Viso themate, cap. cum Apostolus*, §. *prohibemus, de censibus.* Pedagia item imponi debent ob aliquam iustam causam, nempe, pro reparandis pontibus, pro sternendis viis, vel etiam custodiendis, quæ soluuntur etiam à transeuntibus per pontes, per flumina, per confinia ciuitatum, gloss. *in c. super quibusdam, verb. pedagia, de verbor. significat.* & Abbas *in cap. innouamus num.* 3. *de censib.*

Sub nominibus ergo *pedagium* & *gabella* comprehenduntur in latiori significatione omne genus exactionis, & tributi quomodocumque vocentur, quamuis pedagium propriè significet speciem quandam exactionis, & tributi, quæ soluitur pro transitu, vel ratione personarum, aut ratione bonorum, quæ portantur, aut vehuntur, sub eo continetur guidagium, quod soluitur ad habendum aliquem viæ ductorem, qui ducat ipsum transeuntem securum, & sine periculo ad locum, quò iturus est, gloss. *in d. c. super quibusdam, ver. pedagia, de verbor. signific.* Quod intellige quando itinerantes, seu viatores compelluntur ad soluendum, siue nolint, siue velint secum ferre ductorem aliquid taxatum: soluitúrque guidagium, sicut & pedagium simili modo, vel ratione personæ, vel ratione rerum, quæ asportantur.

Porrò sub nomine *gabella* continentur omnes tributorum species, vectigal scilicet, quod soluitur pro rebus, quæ vehuntur, nec te differt à pedagio quod soluitur etiam non solùm ratione personæ, sed etiam ratione rerum, quæ portantur. Item gabella latiùs patet, & comprehendit omnes tributorum species, & exactiones publicas, & quamuis in hoc canone quinto non fiat mentio, nisi de duobus nominibus, pedagio scilicet, & gabella, sub illis duobus comprehendũtur aliæ tributorum species, Capua *d. cap.* 18. *in verb. pedagia num.* 19. Fr. Anton. de Sousa *hoc loco disp.* 39. *cap.* 6. *n.* 1. & fusiùs Marius Alterius *in Bulla Cœnæ Domini disp.* 6. *c.* 1 *per totum*, præsertim *vers. quare hoc tempore.* Non tamen sub hoc canone comprehenduntur exactiones, quæ vocantur Taxæ, nec collectæ, quæ imponuntur semel tantùm pro necessitatibus loci occurrentibus, vt dicetur infrà *num. penult. huius* §. *quinti.*

His positis regula sit, Quicumque in terris suis quodcumque genus tributi imponit, siue sit vectigal, siue portorium, siue pedagiũ, siue guidagium, siue aliquid aliud quocũque nomine vocetur, præterquam in casibus à iure permissis, vel de speciali Sedi Apostolicæ facultate, innodatur Papali hac excõmunicatione. Est communis, & ad omnes vniuersos, ac singulos extenditur, argumẽto *leg. Iulianus ff. de legatis* 3. & *c. si Romanorũ* 1. *dist.* 19. Nam, qui dicit omnia, nihil excludit, vt ex hoc c. notat Gregorius Lopez *tit.* 2. *l.* 2. *partit.* 5. Abbas *in c. vlt. n.* 15. *in fine, de præscriptionibus*, & Surdus *decis.* 150. *n.* 6. Proinde siue laici, siue clerici, siue masculi, siue fœminæ, si noua vectigalia imponant, incurrunt hanc censuram, Caiet. *in summa verb. excommunicatio cap.* 71. *vers. sed ad hoc.* Nauar. *in manuali c.* 27. *n.* 61. Viualdus *in explanatione Bullæ Cœnæ, n.* 37. Suar. *de censuris disp.* 21. *sect.* 2. *num.* 41. & Toletus *lib.* 1. *in summa c.* 21. vbi addit hoc procedere etiam quando imponuntur noua vectigalia iusta per se ex parte causæ, quem sequitur Vgolin. hoc canone §. 2. *vers. primo quicumque.* 112.

Probatur, quia censura hæc propterea imponitur, ne populus nouis exactionibus oneretur, sed eadem est ratio in vno tributo, atque in alio, quo ad hoc onus, & grauamen, proinde ad omnes exactiones huiusmodi censura extenditur. Item, quia lex pœnalis, qualis est excommunicatio, quando per eius ampliationem occurritur periculo animarum, & homines ab illicitis conuentionibus arcentur, amplè accipienda est: atque ita per hanc clausulam, & censuram comprehenduntur omnes imponentes quascunque exactiones, quæ dicuntur tributa, quæcumque illa sint, præterquam in casibus sibi à iure permissis, Vgolinus hoc loco §. 2. *versic. secundo*, afficit imponentes, Nauarr. *cap.* 27. *num.* 61. *vers. pedagia*, & Graff. *lib.* 4. *decis. cap.* 18. *num.* 80 & *sequent.* Marius Alterius *disp.* 6. *lib.* 5. *cap.* 1. *tom.* 1. *fol.* 504.

Ex hac regula non sequitur neminem posse in terris suis pedagia, seu gabellas, & tributa noua imponere, quia integrum est supremis Principibus, quales sunt Imperator, & Reges, quibus licet intercedente causa iusta nouas gabellas imponere, vt constat ex *cap. super quibusdam, de verbor. signific.* vbi Innocent. Tertius sic decreuit, ibi: *Duximus declarandum illa esse pedagia, guidagia, salinaria interdicta, quæ non apparent Imperatorum, vel Regum, vel Lateranensis Concilij largitione concessa, vel ex antiqua consuetudine, à tempore, cuius non extat memoria, introducta.* Ex quibus verbis colligitur integrum esse Imperatori nouas gabellas imponere, cùm sit Princeps, & Dominus Orbis. Quod etiam habetur *in l. vectigalia, Codice de vectigal. & commiss.* & præest omnibus, arg. *leg. deprecatio ff. ad leg. Rhod. de iact.* 113.

Est enim ius imponendi tributa maximi Imperij, idcirco competit propriè Imperatori,& inferioribus hæc potestas non reperitur à iure concessa. *l. vectigalia*, *& l. non solent*, & *ibi*, Salic. *in princip. C. noua vectigalia instit. non poss.* Quo loci nomine Principis dicitur Imperator, prout vult Syluest. *verb. gabella* 3.§.2.Sayt. *de censuris lib.3.cap.9.n.*14. Vgolin *de censuris,hoc loco*,§.2.*num*.1.Fr. Antonius de Sousa *in Bulla Cœnæ disp*. 40. post plures ibi relatos,quos sequitur & Graff.*d.cap*.18.*n*.80.

Reges item imponere possunt noua tributa in suis Regnis,& ex consequenti Rex Romanorum, qui electus est antequam coronetur Imperator, Rex Romanorum dicitur.Quinimo hanc potestatem conuenire solùm Regi Romanorum, putauit Hostiens. *in dicto cap. super quibusdam,de verbor. signific.* pro quo facit text. *in l. vectigalia.ff. de public.* & in eandem sentent. Syluest. *gabella* 3. §. 2. Angelum allegat, additque nomine Regum in dicto capite *super quibusdam*, subintelligi Romanorum Regem.

Verius tamen est potestatem imponendi noua tributa simpliciter competere omnibus Regibus in Regnis suis per interuentum causæ iustæ, qui non recognoscunt superiorem, glossa *in cap. innouamus, verb. Regum, de censibus.* Innocen. *in dicto cap. super quibusdam* Abbas *ibi,num*.6. Salic. *in dicta leg. vectigalia, C. noua vectigalia*, & Abbas *in d. cap. innouamus,num*.6.subdit Reges præscripsisse in suis Regnis iura imponendi pedagia, & posse illa imponere, sicut potest Imperator.Idem tradit Ioannes Andreas *in d. cap. super quibusdam*,obtinuisse quasdam ciuitates in Italia, & Syluester *gabella*,3. § 2. Bertach. *de gabell. part*. 1.*num*.3. & Nauarr. *in manuali cap*.27.*num*.61. vbi verba illa canonis, *ad id potestatem non habentes*,accipit pro omnibus illis Principibus, qui in temporalibus recognoscunt superiorem,ad quem ab eis debet appellari. Vnde non agnoscens superiorem, potest imponere tributa,Sayt.*de censuris Bullæ Cœnæ cap*. 9. contra impugnantes noua pedagia,Bald.*in rubric. ff. de rerum diuisione*,& Salicet *in l*.3.*C.de naut.fœnor*.& Decius *consil*. 534 *Initium est procedendo.* Quare Romanus Pontifex per hanc clausulam non vult auferre Imperatori,nec Regibus supremis potestatem imponendi tributa,sed solùm ne potestatem non habentes illam vsurpent, & nouis gabellis populum grauent.Salon *de tributis art*.3.*controuer*.1.Rodrig. *in summa tom*. 2. *cap*. 72. *num*. 1. Petrus Ledesma *in summa tom*. 2. *tract*. 7. *cap*. 2. *conclus*. 2.& Molina *de iustitia tract*. 2.*disp*. 666. *num*.1. *vers. nomine Regum.*

Diximus posse noua vectigalia imponere interueniente causa iusta. Nam, vt tributum debeatur in conscientia, necessaria est causa iusta: item ne plus exigatur,quàm causa postulat,& vt cessante causa, propter quam fuit impositum tributum, cesset etiam ipsum tributum; aliter enim tributa sunt iniusta,nec debentur:sicut sunt iniusta,quando sunt imposita ab eo,qui non habet ius indicendi, vel quando sunt immoderata, & causam excedunt, secundùm Petr. de Vbald. *in tract. de duobus fratribus* 5.*part.num*.37.& Carb.*de restitut.quæst*.32. *vers. quarta conclusione*,& in nona conclusione,vbi refert nonnullas causas, ob quas integrum est nouas gabellas imponere,de quibus etiam Anton. 3. *part. cap* 13.§. 2. Gabriel *in* 4. *distinct*. 15. *quæst*. 5. *art*.2.*conclus*.3.& alij,quibus accedit Gutierres *de gabellis quæst*.2.*num*. 24. vbi concludit ex sententia Alphonsi à Castro *lib*. 2. *de lege pœnali cap*. 11. si tributa sunt iniusta ex omni parte, posse omnino non solui,& defraudari in totum. Si verò sunt ex parte iniqua,posse ex parte non solui ratione proportionis,sequitur Carbo *d. quæst*. 32. *vers. quarta conclusione*, & Aragon. *de iustitia, & iure,quæst*. 62. *art*.3.*pag*.232.*col*.2.

Quin etiam si dubium sit, an tributa nouiter imposita fuerint iniusta,& ex longa consuetudine recepta iam ab antiquo tempore, non sint damnanda, non obstante hoc dubio, quia melior est conditio possidentis; secus quando tributa de nouo imponuntur, & dubitatur de eorum iustitia, quia tunc non tenentur ciues in conscientia illa soluere.Castro *lib*. 2.*de lege pœnali,cap*.10.vbi loquitur de tributo antiquo.Carb. *vbi suprà dicta q*. 33. *in* 1. *&* 2. *dicto*, vbi de tributis nouiter impositis, Molina *tract*. 2. *disp*. 674. *in* 5. *conclusione.*

Quæstionis est,an quando Principes imponunt tributa iniusta nouiter, incurrant in excommunicationem Bullæ Cœnæ? Tabien. *verb. Pedagium num*. 6. existimat habentes potestatem ad imponenda tributa, ligari hac excommunicatione, si imponant tributum iniustum, siue iniustitia oriatur ex causa finali, hoc est, si tributum pro bono publico non imponatur, siue illa iniustitia proueniat ex causa materiali, hoc est,si tributum imponatur super materiam indebitam, vt sunt illa,quæ non causa negotiationis, sed ob necessariam sustentationem emuntur, Tabienam sequitur Graff. *lib*.4 *decis. cap*.18 *num*.80. vbi addit etiam requiri causam formalem, quæ est æqualitas in oneribus, vt non plus grauetur pauper,quàm diues. Nihilominus,Nauarr.*in manuali cap*. 27. *num*. 61.§.*tertia*, tradit non excommunicari per illa verba, *ad id potestatem non habentes*,nisi eos, qui carent potestate imponendi tributa.Quare si iniustitia prouenit ex parte alterius causæ, quàm efficientis Bullæ, excommunicatione non ligatur, sequitur Toletus *in summa cap*.21.*lib*.1 & Sayt.*de censuris lib*.3.*cap*.9. *num*.7.vbi concludit illos solùm, qui carent auctoritate imponendi noua tributa, aut illa augendi,si ea imponant, aut augeant, vel exigant,in hoc canone excommunicari,ita, vt ex verbis Bullæ constet comprehendi omnes,siue dominos singulares, siue communitates. Et quamuis excommunicatio communitatem collectiuè sumptam non attingat, singulos tamen de communitate culpabiles comprehendit, vt habetur *in cap. Romana*,§. *vniuersitatem,de sent.excommun.lib*.6.

Dixi *culpabiles*,quia innocentes de illa communitate vere in conscientia non essent excommunicari,vt colligitur ex Paludan.*dist*. 18.*quæst*. 2. *ad finem*,& ex Couarr.*variarum lib*.2.c.8 *num*.9. Quinimò quamdiu non apertè constat de alicuius innocentia,semper in foro externo seruari debet excommunicatio, saltem ad euitandum scandalum. Nec obest quòd Pontifex *in d. cap. Romana* §. *in vniuersitatem,de sentent.excommun. lib*. 6. interdicat vniuersitates excommunicari,non declarat tamen irritam esse talem excommunicationem, quia multa fiunt contra prohibitiones, quæ facta tenent,idem Sayt.*vbi proxime num*.7.*& lib*. 1. *cap*. 8. *num*. 18.

Vt autem certa ab incertis distinguamus,conclusio sit,excommunicationem huius canonis prolatam esse contra omnes,qui imponunt noua tributa in casibus sibi à iure, aut ex priuilegio speciali Sedis Romanæ simpliciter non permissis,hoc est, quando ius denegat tam laicis,quàm clericis posse imponi noua tributa siue sint Principes, & potestatem

statem habeant imponendi ea, siue non sint supremi Principes, & careant hac potestate. Marius Alterius *de censuris Bullæ Cœnæ, disp. 6. lib. 5. cap. 3. fol. 507. col. 1.* Fr. Antonius de Sousa *hoc loco disp. 41. num. 4. vers. probatur.*

Secunda conclusio, multo probabilius est, non incurri excommunicationem huius canonis, quando iniustitia procedit ex parte causæ formalis, ita Martinus Viuald. *in Bulla Cœnæ num.* 39. & Suarius *de censuris disp. 21. sect. 2. num. 39. &* 40. Ratio, quia hoc non est imponere tributum in casu sibi oon permisso, sed modo sibi non permisso. Vnde sequitur imponentem tributa clericis quando potest licitè illa indicere laicis, non ligari hoc canone, quamuis incidat in excommunicationem aliam, eo, quia violat libertatem Ecclesiasticam, vt habetur *in cap. quamquam, de censibus lib. 6.* quæ non est reseruata, Nauarr. *in d. cap. 27. num. 61. vers. quinta,* & Suar. *vbi suprà,* & alij, quibus accedit Sousa *vbi proximè num. 6. ad finem.*

Tertia conclosio, imponentes tribota noua iniusta ex parte causæ finalis, materialis, & efficientis incurrunt in canonem huius Bullæ. Ratio, quia iniustitia est manifesta, quando tributum imponitur in casibus sibi noo permissis, quales sunt, quando deficit potestas, item quando deficit materia debita, & quando deest finis requisitus, ita Tabiena *verb. pedagium num.* 6. vbi meminit harum trium causarum, & quartæ nullam fecit mentionē. Graff. concinit, probans tres priores causas, & addens causam formalem, sed minus bene addit; cum prioribus concordat Fr. Antonius de Sousa *suprà d. disp. 41. num. 5. vers. secunda conclusio,* asserens ex quacumque istarum trium causarum, si tributum sit iniustum, imponentem innodari excommunicatione, quod intelligit, siue tributum sit reale, siue personale.

114. Simili modo, Summus Pontifex potest imponere noua tributa, & antiqua augere in terris suis, & hoc est in terris temporali dominio sibi subditis, cùm in illis sit supremus Rex, & Imperator. Imò potest examinare gabellas à supremis Principibus impositas, & de earum iustitia, vel iniustitia cognoscere, & permittere, vt vel de nouo indicant tributa, vel imposita prohibeant. Vgolin. *de censuris Pontifici reseruatis, part. 2 §. 2. num* 1 ex sententia Abbatis *in d. cap. super quibusdam, §. præterea, num. 3. versic. Not. textum singularem de verbor. signif.* Sayt. *de censuris lib. 3. cap. 9. num.* 16. Nec de hoc potest esse dubium; quinimo eadem potestas indicendi tributa noua, tribuitur Concilio generali, ita præcitati Vgolin. *suprà vers. Tertio Concilium generale, cuiusmodi est Lateranense, & Concilium Trident.* quod ipse probat ex eo quòd hanc facultatem Concilium Lateranense potuit aliis concedere: ergo Concilium generale potest vectigalia noua imponere, & ab aliis Principibus imposita, an sint iniusta, examinare, Sayr. *suprà.*

115. Quinimo Respublica libera merum, & mixtum imperium habens, nec non quælibet ciuitas idem imperiom exercens independenter possunt imponere noua pedagia, & gabellas, Sayr. *suprà num.* 19. Graff. *d. cap. 18. num.* 81. vbi addit etiam ea præscripta consuetudine immemoriali posse acquiri ius imponendi vectigalia, vt dicitur *in d. cap. super quibusdam §. præterea,* & *ibi* communiter Doctores, *de verbor. signific.* Vgolin. *suprà §. 2. versic. postremo,* vectigalia noua imponere potest, qui hanc potestatem præscripsit tanti temporis consuetudine, cuius memoria non extat. Similiter ciuitates subditæ alteri tributa imponunt, vel ex hac consuetudine legitimè præscripta, vel ex priuilegio à superioribus concesso. Barbos. *in c. innouamus, de censib.*

116. Quare Duces, Marchiones, Comites, Barones, & Domioi terrarum non habentes imperium merum, & mixtum absque licentia Sedis Apostolicæ, aut Regis, nequeunt pedagia noua, aut gabellas inducere. Vgolin. & Sayr. *vbi suprà,* nisi ex consuetudine præscripta ius habeant. Nam consuetudo cuius memoria non extat, ius, seu priuilegium inducit, & facit potestatem imponendi gabellas, Bertach. *in suo tractatu part. 1. num. 26. de gabellis.* Consonat doctrina Abbatis *in d. cap. super quibusdam, num.* 2. dicentis reseruata Principi in signum specialis priuilegij posse acquiri consuetudine tanti temporis, de cuius principio iam non extat in contrarium memoria, quod idem declarat *ibi* ex sententia Bartol. *in l. si publican. §. vltimo, de public.* quando præscribitur contra Principem: longè aliter, si detur præscriptio contra priuatum, qui ex priuilegio, aut ex consuetudine iura Principis comparauerit, tunc enim satis est tempus decem annorum ad præscribendum cum titulo, vel triginta annorum sine titulo, gloss. & textus *in d. cap. dilectus, de capell. Monach.* Marius Alterius *disp. 6. de excomm. Bull. Cœnæ lib. 5. cap. 1. fol. 505. col. 1. &* 2. vbi de hac re fusè.

117. Portò noua pedagia imponentes, olim de iure ciuili pœna centum aureorum cum infamiæ nota puniebantur *l. vna. ff. ad leg. Iul. de ambitu,* & iure canonico, veluti excommuoicati communione fidelium carebant, donec impenderent satisfactionem, *cap. si quis Romiperas 24. quæst. 3. & cap innouamus, de censibus, cap. quamquam, eodem tit. lib. 6.* in quam censuram incidebant, qoamuis subditi præstitissent consensum. Ex ea ratione, ne terrarum domini pecunias subditorum penitus extorquerent, eosdemque ex actionibus iniustis vehementer grauarent: quæ pœnæ non comprehendebant superiores, quibus ab ipsomet iure reperitur concessa potestas imponendi gabellas, quod ius ad multos pertinet, ex *d. cap. super quibusdam, de verbor. signific. & ex d. cap. innouamus, de censibus,* vbi Augustinus Barbosa ex *num. 2.* post plures *ibi* relatos hac de re satis loquitur.

118. Hodie autem noua pedagia imponentes plectuntur per hunc canonem excommunicatione Papæ reseruata in omnibus Bullis Summorum Pontificum iam à tempore Martini Quinti, in cuius Bulla excommunicabantur solùm imponentes noua pedagia, & in Bulla Iulij Secundi ligabantur solùm noua pedagia imponentes, & exigentes pedagia interdicta. postea verò defluxu temporis in aliis Bullis recentiorum Pontificum additum est contra augentes ea pedagia, vel contra exigentes augere prohibita: cùm non solùm iniquum sit sine causa pedagia noua indicere, & gabellas nouas imponere, sed etiam ea augere, & prohibita augeri exigere. Angelica *in verb. pedagium, numero 6.* Cardinal. Tolet. *in explicatione Bullæ Cœnæ §. 3. dub. 3.*

119. Ex dictis seqoitur integrum esse imponere gabellas, vel pedagia de his rebus, quæ causa negotiationis; vel mercaturæ asportantur *l. omnium. C. de vectigal.* non tamen possunt imponi super rebus quas quis facit portare pro necessitate ad vsum suæ vitæ, & familiæ, nec possunt exigi, quin etiam nec valet consuetudo in contrarium, ita Hostiens. *in d. cap. super quibusdam, de verbor. signific.*

Caiet. *verb. excommunic. cap.*71. Tabiena *verb. pedagium, num.* 4. §. *tertio*, Syluest. *verb. gabella num...* Angelica *eodem verbo & numero*, Molina *de iustitia, & iure disp.*664. vbi vult deberi tributum ex rebus venditis, & permutatis negoriationis causa, non tamen ex his, quæ quis ad suum suæque familiæ vsum affert, est soluendum de iure communi, per legem *vniuersi*, *Cod. de vectigal.* quod etiam ait *disp.*669. *in principio*, Sà *verb. Gabella, num.*4. docens gabellas pro rebus delatis ad proprium vsum communiter esse iniquas, easque damnat Sotus 3. *de iustitia, quæst. vltima, art. vlt.* & Ledesma 2. 4. *quæst.* 18. *art.* 3. & Petrus Nauarr. *lib.*3. *de restitut. num.* 237.

120\. Exigentes pedagia licita ab aliquo, an incurrant in excommunicationem huius Canonis, disputari potest: nam Caietanus *in summa verb. excommunicatio cap.*71. & Nauarr. *in manuali cap.* 27. *num.*61. *vers. quinta*, dicunt exigentes pedagia licita à personis prohibitis, hoc est, priuilegiatis, siue clerici sint, siue laici, non incurrere in hanc excommunicationem quintam, sed in decimamoctauam, quia non exigunt pedagia prohibita, sed licita, licèt ab his, qui non tenentur soluere. Contrà verò exigentes pedagia in se vetita simpliciter exigi siue à laicis, siue à clericis, videlicet, quæ sine legitima facultate imponuntur, ligari hac excommunicatione, sequitur Viualdus *in Bulla Cœna Domini numero* 39. & Sayr. *vbi suprà lib.* 3. *cap.* 9. *numero* 11.

Restat explicandum quid sibi velint verba canonis huius, *vel augent, seu imponi, vel augeri prohibita exigunt*, ea de causa, quia ante Sixtum Quintum per alias Bullas ex vi huius canonis ligabantur excommunicatione non simpliciter exigentes gabellas quocumque modo iniustè impositas, vel auctas, sed illos duntaxat, qui illas exigebant, iniustas tamen ex defectu potestatis ipsius imponentis. Nunc autem ex tenore verborum huius canonis, quæ sic habent, *vel augent, seu imponi, vel augeri prohibita exigunt*, excommunicantur omnes imponentes, vel augentes noua tributa in casibus simpliciter sibi à iure non permissis. Idem quoque dicendum est de ipsis exactoribus, nempe excommunicari omnes exigentes nouas gabellas, vel antiquas auctas in casibus, in quibus non licebat eas imponere, aut augere, siue imponens ius habuerit ad illas imponendas, siue non. Sic Toletus *lib.*5. *instruct. cap.*73. *vers. secundum est*, Fr. Antonius de Sousa *hoc loco disp.*41. *num.* 10. dicens de imponentibus tributum, idem esse intelligendum de exigentibus, vt habetur in Bulla, his verbis, *Prohibita exigunt*, quæ particula, *prohibita*, non est intelligenda de tributis quomodocumque vetitis, sed de illis, quæ in hoc canone prohibentur. Quam ob rem ligantur hac excommunicatione omnes ministri exigentes ea tributa. Item conductores, & hæredes imponentis, qui ea mandant exigi. Nauarr. *d. cap.* 27. *num.* 61. §. *quarta.* Sebast. Medices *part.* 2. *tit.* 9. *quæst.* 78. *num.* 86. & Suarr. *de censuris disp.* 21. *sect.* 2. *num.* 43. & Sayr. *d. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 8.

121\. Hinc infertur verbū *exigere* coactionem quandam importare, & exigentes quicumque illi sint excommunicari hoc canone. Vnde, si Princeps in casu non permisso imposuit gabellam, si eius successor eam exigit, incidere in hunc canonem, quod intelligit Nauarr. *d. cap.* 27. *num.* 61. per hæredem imponentis. Eodem modo, si magistratus sine facultate indixit noua pedagia, & successor in magistratu procurat ea exigi, tam imponens, quàm exigens innodatur excommunicatione, Marius Alterius *d. disp.* 6. *lib.* 5. *cap.* 4. *fol.* 508. *col.* 2. *lit. D.*

Dicitur autem coactus soluere hæc tributa, qui vel imperio, vel minis, vel quacumque alia vi, ac modo malè tractatus soluat. Item dicitur coactus, qui soluit rogatus tamquam ex debito, & vix reperietur, qui sponte solluat. Caietan. *verb. excommunicatio cap.*39. & 71. Nauarr. *in manuali num.*61. *vers. quarta*, Marius Alterius *vbi proximè fol.* 509. *column.* 1. *in principio.* Iuuat sententia Vgolini hoc loco, super verbis, *seu imponi, vel augeri prohibita exigunt, num.* 1. *per totum, fol. mihi.* 147. & *sequent.*

Infertur secundò non incurrere excommunicationem huius canonis, qui recipit hæc tributa à laico sponte soluente, quia Bulla excommunicat exigentes, hoc est, extorquentes ab iniusto, qui non vult soluere. Ita Angelus *in verb. excommunicatio quintò, casu* 19. Tabiena *eodem verbo quintò, casu* 19. *num.* 1. Nauarr. *in manuali cap.* 27. *num.* 61. *vers. quarta ab inuito laico.* Secus si à clericis sponte dantibus quis accipiat hæc tributa, quia quamuis non incurrat censuram huius canonis quinti, incidit tamen in canonem decimumoctauum, Vgolin. *vbi proximè, de censuris Pontifici reseruatis.* §. *vltimo. num.* 2. & Sayr. *d. num.* 11. *vers. notandum præterea*, ex Tolet. *in Bulla Cœna Domini, excommunicatio* 3.

Infertur tertiò non ligari hac excommunicatione, qui exigunt inuiti, videlicet quando præcipiuntur à Principe, & inuoluntarij ea tributa exigunt, quia non audent resistere, argumento eorum, quæ tradunt scribentes *in c. sacris, de iis, quæ vi, metusve causa fiunt*, Angelica *in verb. Pedagium, num.*6. *vers. est, quòd subditus.*

Infertur quartò excusari ab incursu huius canonis exactores laborantes probabili ignorantia huius canonis, vel saltem, si habeant ignorantiam facti, quando videlicet putant probabiliter noua pedagia esse licita imposita à Principe, & in casu à iure permisso. In quo euentu exigens excusatur à culpa, & ex consequenti à censura huius canonis, *cap.* 2. *de constit.* saltem in foro conscientiæ, quia debet præsumere Principem iustè agere, Marius Alterius *d. cap.* 4. *ad finem, fol.* 509. Nauarr. *eodem cap.* 27. *num.* 61. *versic. quarta*, Vgolin. §. *vlt. num.* 4.

Infertur quintò non incidere in excommunicationem hanc priuatam personam, quæ cùm non habeat obligationem ad præstandum operas suas ex officio, accipit ab aliquo pecuniam, vt eum ducat tutum per aliquem locum minus tutum. Ratio, quia non tenetur gratis operas suas præstare. Abbas *in cap. super quibusdam, citato, numero* 7. *versic. sed dubitari posset*, Syluest. *suprà in verb. gabella* 3. *numero* 6. *vers. Tertium quod priuatus*, & Tabien. *in verb. pedagia num.* 5. *versic. quartò dubitatur.*

Infertur sextò non ligari hac excommunicatione exigentes vectigalia fraudulenter, aggredientésque itinerantes in via, eósque cogentes soluere gabellas, dicendo se esse officiales, & exactores, vel conductores tributorum, cùm reuera non sint ad hoc præpositi: hi namque tenentur pœna concussionis, argument. *tit. ff. de concuss.* non autem tenentur excommunicatione, quæ fertur contra eos, qui iure suo tributa hæc exigere sibi persuadent, Vgolin. *vbi suprà ad finem vers. postremò.*

Ambigi

122. Ambigi potest, an innodentur hoc canone quinto imponentes taxas, talleas, præstantias, & alia onera id generis? Caietan. *verb. excommunicatio cap.* 71. negat imponeutes nouas collectas, vel taxas innodari. Ratio, quia pœnæ oon debent extendi vltra casus expressos, *cap. odia, de regul. iuris lib. 6.* Item, quia hæc, & similia onera tam ex fine, quàm ex constitutione differunt à pedagiis, & gabellis, nam pedagia propriè dicuntur vectigalia, seu tributum, quæ imponuntur, & soluuntur ratione transitus viarum, & solent imponi pro reparandis, & fabricandis pontibus, ac itineribus: gabella autem est tributum quod solet solui pro mercibus asportandis, aut asportatis. Taxæ autem, seu talleæ, collectæ, præstantiæ, & impositiones sunt idem, hoc est, summa quædam. vel pretium, quod soluitur à singulis subditis proportionaliter ad totam cuiusque substantiam, atque ita nun incurritur ab imponentibus illa præsens excommunicatio, Panormitan. *in cap. innouamus, de censibus,* Viuald. *in Bulla Cœnæ num.* 37. Tabien. *verb. pedagia, in principio,* post Hostiensem *lib. 3. tit. de censib. 9. ex quibus causis,* Sayr. *de censuris lib. 3. cap. 9. num.* 10. cùm non sint propriè tributa, quæ Principi soluantur ab omnibus, sed sunt portiunes pro rata à singulis de ciuitate conferendæ in vnum ad subueniendum necessitatibus communibus, vt singuli adiuuent vti membra totum corpus. Proinde imponentes non incidunt in censuram huius canonis, punientis duntaxat indicentes nouas gabellas. Quinimò indicere taxas, seu collectas, & alia similia onera, competit magistratibus, quibus commissa est cura super bono statu ciuitatis, glossa *in Authent. quib. mod. nat. effic. sui § si quis igitur secundo,* Bald. *in l. 4. § actor. ff. de re indic.* & *ibi* Imol. & Bertach. *de gabell. part. 1. num.* 20. Phœbos *decis.* 34. *n.* 13. Flores de Mena *var. lib. 2. quæst.* 21. *n.* 45. Diximus 1. *p. disp. 7. n.* 68.

123. An potestas dari possit ex consuetud ne præscripta ad imponendum noua pedagia, & nouas gabellas? Diximus posse, *supra num.* 115. *&* 116. quod tradunt Vgolinus *de censuris Papæ reseruatis,* §. 2. *vers. postremò*; dicuntur autem noua pedagia, nouæque gabellæ illæ, quæ numquam impositæ fuerunt, saltem ibi; vbi modò imponuntur, quamuis alibi licitæ sint. Postremò, quæ impositæ ab iis sunt, qui non habent ius imponendi eas, & tantum temporis non effluxit, vt earum impositionis memoria non extet, vt colligitur *in d. cap. super quibusdam § præterea, de verbor signific.* quare ius hoc imponendi noua tributa præscribi potest tanti temporis consuetudine, cuius memoria non extat, vt dicitur *in eo §. præterea*, Sayr. *de censuris lib. 3. cap. 9. num.* 17. & Marius Alterius *de censuris Bullæ Cœnæ disp. 6. lib. 5. cap. 2. fol. 505. col. 2. versic. quarto hoc ius.*

Contra omnes falsarios litterarum Apostolicarum Excommunicatio sexta sic habet.

§. VI.

ITem excommunicamus & anathematizamus omnes falsarios litterarum Apostolicarum, etiam in forma Breuis, ac supplicationum gratiam, vel iustitiam concernentium, per Romanum Pontificem, vel S. R. E. Vicecancellarios, seu gerentes vices eorum, aut de mandato eiusdem Rom. Pont. signatarum, néc non falsò fabricantes litteras Apostolicas, etiam in forma breuis, & etiam falsò signantes supplicationes huiusmodi sub nomine Romani Pontificis, seu Vicecancellarij, aut gerentium vices prædictorum.

EPITOME.

124. *Materia huius canonis est sacrilegium, quo offenditur Sedes Apostolica in falsitate suarum litterarum.*

155. *Quo ad personas canon hic est vniuersalis, comprehendit falsificantes supplicationes signatas per Romanum Pontificem, vel Vicecancellarium vel gerentes eorum vices, aut signatas de mandato Summi Pontificis concernentes gratiam, vel iustitiam.*

126. *Falsificantes litteras Apostolicas etiam in forma Breuis ligantur hoc canone.*

127. *Falsò fabricantes litteras Apostolicas etiam in forma Breuis, & falsò signantes huiusmodi supplicationes sub nomine Summi Pontificis, vel Vicecancellarij, vel vices eorum gerentium.*

128. *Actiones hoc canone prohibitæ sunt falsificare litteras Apostolicas, seu supplicationes.* *Item fabricare easdem litteras, vel falsò signare supplicationes. ibid.*

129. *Litteræ Apostolicæ, quanam propriè dicantur.*

130. *Appellatione falsariorum, qui nam veniant?*

131. *Falsificantes quas pœnas incurrant vltra excommunicationem ipso iure?*

132. *Litteris Apostolicis aliquid addentes, aut mutantes, vel corrigentes, an incurrant excommunicationem?*

133. *Abradens litteras Apostolicas, illásque reddens falsas, quibus pœnis puniatur?*

134. *Rasura in litteris Apostolicis, quando inducat falsitatem.*

135. *Excommunicatio extenditur ad falsificantes per se, vel per alios, non tamen ad mandantes, vel iubentes.*

136. *Clerici per se vel per alium litteras Apostolicas falsantes, quas pœnas incurrant.*

137. *Mutantes, vel detrahentes aliquid modicum in litteris Apostolicis, an incurrant in Excommunicationem?*

138. *Ampliores litteras emendans ad sensum minutæ, quæ fuit oblata Pontifici, an incurrat in Bullæ Cœnæ censuram?*

139. *Excommunicatio* cap. ad falsatinrum, *quomodò differat ab excommunicatione Bullæ Cœnæ?*

140. *Litteras Apostolicas detens, aut scindens, quandò incidat in excommunicationem.*

141. *Literis Apostolicis falsis vtens non incidit in excommunicationem, nec falsans litteras priuatas Romani Pontificis.*

142. *Falsificans litteras antequam signentur à Romano Pontifice, non excommunicatur.*

143. *Litteras alterius, quam a Romano Pontifice, non ligatur hoc canone.*

MAteria huius canonis sexti Bullæ Cœnæ est sacrilegium, offendens Sedem Apostolicam, Caietanus *in summa verb. excommunicatio cap.* 26. Sayr. *hoc loco n.* 2. Fr. Anton. de Sousa *ibidem n.* 1. & Mar. Alt. *disp. 7. de excommunicatione hac lib. 5. in principio quæstionis fol.* 509. & est communis. 124

Diuiditur

Diuiditur autem hæc quæstio in tres partes, quarum prima est contra falsatios litterarum Apostolicarum, ac supplicationum. Secunda contra fabricantes falsò litteras Apostolicas etiam in forma Breuis. Tertia contra falsò signantes supplicationes huiusmodi sub nomine Summi Pontificis, vel Vicecancellarij, aut gerentium vices prædictorum. Quare quo ad personas falsificantes litteras Apostolicas, vel supplicationes signatas, vel falsò fabricantes easdem litteras, & falsò signantes huiusmodi supplicationes sub nomine Summi Pontificis, vel reliquorum, est vniuersalis, & extenditur ad omnes in hac materia delinquentes.
125

Porrò litteræ Apostolicæ dicuntur, quæ emanant à Romano Pontifice, quibus decernit, statuit, & concedit aliquid, quod ad iurisdictionem, vel ordinem spectat. Hæ autem simpliciter dicuntur litteræ Apostolicæ, quia emanant à Romano Pontifice, & ab eo proficiscuntur, prout tenet locum, & cathedram Petri Apostoli. Sunt ergo Apostolicæ litteræ Bullæ plumbeo sigillo signatæ, vulgò ita nuncupatæ, quæ à Datario, hoc est, à Notario Ecclesiæ cum sigillo, & subscriptionibus solitis expediuntur. Graff. *d. cap.* 18. *in hac excommunicatione sexta, num.* 88. Sousa *ibidem cap.* 7. *disp.* 42. *n textu, num.* 3. Breuia vocantur rescripta sub nomine Papæ expedita, non tamen amplo stylo, sed breuiori methodo descripta. Inter hæc duo est descrimen, quòd Breuia ceta rubricata signantur: litteræ autem Apostolicæ cum plumbeo sigillo bullantur, Rebuff. *in additionibus ad regulas Cancellariæ regul.* 24 *fol.* 490. *&* 491. & Graffis *hoc loco, in verbis, ibi, litterarum Apostolicarum*; vbi meminit alias litteras dici subreptitias, quando exprimitur falsitas, vel tacetur veritas. Alias obreptitias, quando sub inuolucro verborum ita supplicatur inuolutè, vt Pontifex veritatem non percipiat, quamuis hi termini pro eodem aliquando æstimentur, & confundantur, & sic vnum pro alio ponitur. Differunt litteræ obreptitiæ, & subreptitiæ à litteris falsis, eo quòd falsæ dicuntur, quæ non emanarunt de Cancellaria Pontificis, sed aliquis priuatus illas fabricatus est, Graff. *supra.*

Supplicationes de quibus in hoc canone, sunt preces, & petitiones, quæ offeruntur superiori in scriptis, dicunturque ita, siue fiant ad instantiam partis, siue motu proprio. Sunt item in duplici differentia: quædam concernunt gratiam, quibus petitur aliquid gratiosè sibi concedi, quando scilicet petitur quod ius non concedit, vnde gratia est quoddam quasi priuilegium contra legem indultum, argum. §. *sed & quod Principi, versic. planè, in Institut. de iur. nat. gen. & ciuil.* Supplicationes autem, quæ concernunt iustitiam, sunt illæ, in quibus quis petit id, quod ius concedit, sed alio modo, puta, vt concedatur sibi iudex, & vt causa alicui committatur, quoniam superior iudicem ei dare non tenetur, ex quo habet iudicem. Dicuntur etiam de iustitia, quia vult supplicans, vt iudex datus secundùm iustitiam causam expediat. Insuper supplicationes dicũtur signaturæ posteaquam à Summo Pontifice, aut à Vicecancellario admittuntur, & ponitur, *Fiat*, vt ex Nauarr. *in manuali cap.* 27. *num.* 62. docet Graff. *in hoc canone sexto num.* 91. Vgolinus *de censuris Pontifici reseruatis part.* 2. *in hoc canone sexto, vers. Ac supplicationum num.* 1. *vers. Hic excommunicantur.* Sousa *hoc loco*, circa notationes textus, *num.* 4. & Marius Alterius *in hoc canone c.* 1. *d. lib.* 5. *ex versiculo, secundo notandum est, fol.* 510. *col.* 1. *&* 2.

His positis, certi iuris est falsificantes litteras Papæ ipso iure incidere in hunc canonem, Vgolinus *de censuris Bullæ Cœnæ part.* 2. *cap.* 6. *in principio, n.* 2. vbi ait falsificare litteras, nihil aliud esse quàm aut addere, aut detrahere, aut corrumpere, aut mutare contra dispositionem Romani Pontificis aliquid in litteris contentum circa substantiam, vel qualitatem, aut totam, aut ex parte nonnihil tollere. Vnde sub nomine falsariorum veniunt omnes, qui radunt veteres scripturas, aut qui aliquid noui in litteris Apostolicis scribunt, aut secant, lauant, aut conglutinant papyrum ad falsificandum. Item, qui Bullas plumbeas de veris litteris extrahunt, aut litteris falsis illa affigunt, aut qui faciunt Bullas plumbeas falsas: denique, qui falsificant Annulum Piscatoris, & similia. Sayr. *de censuris Bullæ cap.* 10. vbi *num.* 11. excitat quæstionem, an incurratur excommunicatio à mutante, vel corrigente in litteris Apostolicis aliquid modicum. Et affirmant Panormit. *in cap. ex litteris, de fide instrumentorum*, Syluest. *verb. excommunicatio septim num.* 8 *excommunicatione* 4. *vers. corrigentes*, & Caietanus *verb. excommunicatio cap.* 26. dicentes ligari hac excommunicatione mutantes etiam litteram vnam in litteris Apostolicis.
126.

Dicendum tamen est non omnem mutationem in litteris Apostolicis esse peccatum mortale, sed illam duntaxat, per quàm sensus, & substantia earum mutatur, contra mentem Pontificis. Proinde quotiescumque contra mentem Pontificis mutatur sensus litterarum Apostolicarum, etiamsi mutatio fiat per vnam litteram, vel punctum, incurritur excommunicatio huius canonis, dummodo mutatio sit in re graui, quia est vera, & formalis falsificatio litterarum Apostolicarum, quando variatur sensus ipsarum, quem ex mente Pontificis litteræ habebant, videlicet si ex tali mutatione afferant aliquid, vel negent contra mentem Pontificis, vel magis vtiles reddantur, quàm esset mens Pontificis. In quibus casibus non est dubium, quòd incurratur excommunicatio huius canonis, etiamsi mutatio modica fiat in vnica littera, aut in vnico puncto.

Ratio, quia excommunicatio hæc est simpliciter, & absolutè prolata sine aliqua distinctione contra falsarios, sed, qui mutat aliquid etiam modicum in eisdem litteris, per quod varietur sensus litterarum, verè est falsarius, & peccat mortaliter: ergo est excommunicatus. Item, quia litteræ Apostolicæ tunc destituuntur suis viribus, & vitiantur, quando earum sensus mutatur, & peruertitur, quamuis ex defectu solius litteræ hoc contingat, vt habetur *in cap. inter dilectos, de fide instrumentorum*, vt tradit Abbas *in cap. ex parte, num.* 1. *eodem tit.* Ergo excommunicatio hæc incurritur, ita doctissimus Sousa *hoc loco cap.* 7. *disp.* 42. *conclus.* 1. *num.* 4. Marius Alterius *tom.* 1. *disp.* 7. *de excommun. Bullæ Cœnæ lib.* 5. *cap.* 1. *fol.* 512. *col* 2. concordant Nauarr. *d. cap.* 27. *num.* 61. *versic. sexta*, Vgolin. *de censuris Pontifici reseruatis part.* 2. §. 2. *vers. Secundo pœnam hanc euadit*, Viualdus *in Bulla Cœnæ, casu sexto, num.* 55. Salzedo *in additionibus ad Diaz in sua praxi crimin. can.* 117. *versic. Erit etiam à dicta pœna*, Coriolan. *hoc loco excommun.* 6. *versic. interrogabis*, Suar. *in Bulla Cœnæ disp.* 21. *sect.* 2. *n.* 46. *&* 47. & alij, quos referens sequitur August. Barbos. *in c. ad falsariorum, de crimine*

crimine falsi, num. 5. *&* 6. dum ibi volunt excusari ab excommunicatione, qui in litteris Apostolicis aliquid modicum mutant, vel corrigunt, quando non mutatur: substantia igitur quoties ea mutatur, etiam per mutationem vnius litteræ, vel vnius puncti, incurritur censura.

Falsitas autem in dubio non præsumitur, Peres *l.* 3. *in medio, vers falsitas ergo, tit.* 6. *lib.* 8. *Ordin. &* *l.* 5. *gloss.* 4. *pag.* 691. *vers. quæro* 11 *tit.* 12. *lib.* 3. *eiusdem Ordin.* Valasc. *consultatione* 181. *num.* 10. ex Bartul. *in l quoties* §. 1 *num.* 3. *ff. de hæred. instit.* Præsumitur enim potius error, quàm falsitas, & nemo præsumitur falsarius, Mascard. *de probationibus, conclus.* 745. Menoch. *de arbitrar. casu* 309. *num.* 8. & Farinac. *in praxi crimin. part.* 4. *quæst* 67. *num.* 5 Sed hoc procedit in foro externo, non verò in foro conscientiæ, in quo standum est veritati falsificantis pro se, & contra se.

127. Item incurrunt in censuram falsò fabricantes litteras Apostolicas, etiam in forma Breuis, vt constat ex hoc canone 6. Fabricare enim est, aliquid construere, vel facere, vt nouum quid construatur, vel vt antiquum reficiatur, & in specie fabricare falsò litteras nihil aliud est, quàm litteras conscribere sine consensu, & mandato Romani Pontificis, aut illius ad quem tale mandatum de mandato Pontificis spectat. Duobus tamen modis falsò fabricantur litteræ. Primò, quando omnia sunt falsa ex quibus litteræ conficiuntur, nimirum, quando quis litteras conficit, & signat, & reliqua, quæ solent apponi in veris litteris, falsò apposuit. Secundò falsæ fabricantur, quando conficiuntur litteræ contra mentem Pontificis, & additur, & apponitur in illis aliquid de veris litteris, vt filum de vera Bulla, & sigillum cereum, vel plumbeum, vt dicitur *in cap. licet, de crimine falsi, & in cap. quàm graui, eodem tit.* Atque ita excommunicantur litteras Apostolicas fabricantes falsò, qui nomine Romani Pontificis eas fabricant, cùm tamen ad id mandatum non habeant, & ita falsum est illas esse Apostolicas, quæ excommunicatio extenditur ad fabricantes tales litteras, siue sint in forma Breuis, siue sint in forma ordinaria, & siue gratiam, siue iustitiam contineant. Nam verba, *Littera Apostolica*, sunt generalia, idcirco generaliter sunt accipienda, argumento *l.* 1 § *& generaliter ff. de leg. præst.* quod etiam ostenditur ex illo verbo, *etiam in forma Breuis*, quod explicat casum magis dubium, Vgolin. *de censuris hoc loco, vers nec non falsò fabricantes num.* 2. *&* 3. Marius Alterius *suprà disp.* 7. *lib.* 5. *cap.* 3. *in principio*, vbi falsò fabricare litteras dicit esse conficere litteras sine mandato Summi Pontificis, quæ falsitas committi potest etiam in Bulla, filo, charta ac stylo scribendi, vt dicitur *in dict. cap. quàm graui, ad finem, de crimine falsi.*

128. Differt autem falsificare litteras Papæ, & fabricare falsò litteras Apostolicas: nam falsantes dicuntur, qui falsant, ac vitiant litteras, quæ verè Apostolicæ sunt, & eas corrumpunt. Fabricantes autem falsò litteras dicuntur, qui litteras tales sibi confingunt, & componunt, habentes illas pro veris litteris Apostolicis; item, qui falsò signant supplicationes prædictas sub nomine Romani Pontificis, aut Vicecancellarij, vel eorum vices gerentium, Vgolin. *vbi proximè, vers. Nec non falsò fabricantes*, Marius Alterius *vbi proximè cap.* 3. *vers. quare hæc excommunicatio*, vbi volunt tam falsantes, quàm falsò fabricantes litteras Apostolicas excommunicari per hunc canonem. Omnes enim sub nomine falsariorum veniunt, & ex consequenti comprehenduntur sub hac excommunicatione, vt indistinctè docent, Graff. *part.* 1 *decis. lib.* 4. *cap.* 18. *ex num.* 87. Suar. *suprà disp.* 21. *sect.* 2 *n.* 44. *cum sequentib.* Bonacin. *de censuris in Bulla Domini*, & alij, quos referens sequitur Augustin. Barbos. *in d. cap. ad falsariorum num.* 3. *de crimine falsi, & num.* 5. *&* 6. Farinac. *de falsitate quæst.* 151. *num.* 7. cum aliis.

Vnde excommunicantur nedum litteras totas falsò fabricantes, sed etiam, qui ex parte falsas fabricant, nimirum, si apponant falsis litteris verum signum, vt dicitur *in d. cap. licet, de crimine falsi.* nam diuersitas manus in scriptura falsitatem arguit, Menoch. *cons.* 199. *num.* 7. *vers. tertio arguitur, & de præsumptionib. lib.* 5. *præs.* 20. *num.* 9. 18. *&* 19. Similiter, qui in litteris Apostolicis postquam illas recipit ab officiali, mutat aliquid substantiale, verè illas falsas reddit, Marius Alter. *disp.* 7. *citata cap.* 2. *col.* 3. *littera D.* Item afficitur excommunicatione fabricans, quamuis deinceps illis non vtatur, quia Bulla excommunicat fabricantes, & sufficit fabricatio.

Sed quid si incepit fabricare falsò litteras, & postea mutato animo, & pœnitens facti non perfecit opus? Vgolin. *d. vers. Nec non falsò fabricantes*, negat incurrere ex sententia aliorum: ex sua tamen affirmat incidere, quia non est dubium fabricasse, qui incepit fabricare: ergo incurrit, siquidem Bulla fabricantes excommunicat. Nihilominus magis placet negare, eo quòd litteræ Apostolicæ non vocantur, nisi postquam sunt perfectæ, vt nihil illis desit ex necessariis, ad perfectionem. Probatur, quia sicut non incurritur excommunicatio huius canonis à committente falsitatem in litteris nondum completis, & perfectè absolutis, vt probat Marius Alterius *lib.* 5. *cap.* 4. *vers. sexta dubitatio, fol.* 518. sic etiam non incurretur propter fabricationem inchoatam, & nondum perfectam. Iuuat in pœnalibus accipienda esse verba in pro-
pria significatione, Graff. *d. cap.* 18. *num.* 93. Proinde 129.
qui cœpit fabricare litteras, si ab opere cessauit antequam vltima manus apponeretur, non incurrit excommunicationem. Sed petes quænam litteræ Apostolicæ propriè censeantur? Gomezius *lib. de Breuibus, pag.* 3. & Nauarr. *in manuali cap.* 27. *num.* 62. *vers. Tertiò*, volunt dici illas, quæ nomine Summi Pontificis expediuntur, quales sunt Bullæ plumbatæ, & Breuia Apostolica. Vnde falsarius litterarum Episcopi, vel Nuntij non incurrit excommunicationem dicti capitis *ad falsariorum*, & multo minus in censuram huius canonis. Vgolin.
hoc loco § 2. *num.* 6. *vers. Septimò*, & multo minus 130.
incurret falsans litteras Principis, aut Imperatoris, quandoquidem litteræ Apostolicæ non sunt, nec falsantes illas veniunt sub nomine falsariorum, de quibus hoc loco, vbi excommunicantur falsarij litterarum Apostolicarum, & nulla fit mentio falsariorum literarum Regum, neque Imperatorum, & quibus verba legis non conueniunt, nec dispositio conuenire debet; argumento *legis* 4. § *toties ff. de damno infecto, & cap indemnitatibus*; §. *supradicta, de electione lib.* 6. Qui verò veniant sub nomine falsariorum, ex dictis hoc loco patet, & dixi suprà *num.* 126. *in principio.*

Porrò falsificantes, seu falsò fabricantes litteras Papæ vltra excommunicationem contentam *in d. cap. ad falsariorum*, quam incurrunt, cum suis fautoribus, & defensoribus, vt notant Toletus *in instruct.*

instruct. Sacerd. lib. 1. cap. 22. Aloys. Ricc. *in decisio. Curiæ Neapol. part. 1. decis. 36. num.* 1. & Farinac. *de falsitate quæst.* 151. *num.* 7. ligantur etiam excommunicatione huius canonis, inter quas est discrimen, quòd sub illa includantur vtentes litteris falsis Papæ: sub hac verò Bulla in Cœna Domini non includantur. Nauar. *in manuali cap.* 27. *num.* 62. Graff *hoc loco num.* 99. Vgolin. §. 3. *versic.* 8. Suar. *de censuris disput* 21. *sect.* 2. *num.* 48. Coriolao. *in explicatione sextæ Bullæ Cœnæ, vers. qui verò.*

131. Vltra quas pœnas falsificantes litteras Papæ, aut eas falsò fabricantes, si clerici sint, omnibus beneficiis ipso iure sunt priuati, & degradantur, traduntu rque Curiæ seculari, vt pœnis puniantur legalibus, quibus plectuntur laici, Goffred. *in summa rubric. de crimine falsi num. 7. in principio, gloss. in cap. licet, in verb. falsitatis, vers. quicumque, eodem titulo* Gardin. Zabarel. *in summ. num.* 1 *& num.* 3. & alij, quos referens sequitur Farin. *de falsitate quæstio.* 151. *num.* 1. vbi *num.* 2. limitat quando est spes de correctione; tunc enim non esse tradendum necessariò, sed posse deponi à iudice Ecclesiastico, & in perpetuum carcerem mancipari, iuxta dispositionem capitis *nouimus*, §. *final. extra de verbor. signific.*

Quòd si tradatur Curiæ seculari, pœna clerico imponenda est vltimi supplicij, quod est de mente glossæ *in cap. de falsariorum, in verb. legitimas, de crimine falsi*, & volunt Duennas *regul.* 290. *versic. limitatio primo, ad finem*, Boët. *decis.* 82. *num.* 6. Farin. *de falsitate quæst.* 151. *num.* 4. vbi *num.* 12. addit pœnam vltimi supplicij, & degradationis locum habere in mandantibus falsificare litteras Papæ, per glossam *in d. cap. ad falsariorum*, ibi: *& hæc pœna imponitur*, & *ibi* Anchar. *num.* 1. *in fine, in secundò notabili*, vbi ponit generalem conclusionem, quod pari pœna punitur, qui per se, vel per alium fabricat litteras falsas, neque habere dubium in laicis esse puniendos mandantes, sicut & falsificantes, tradit, & quo ad clericos cogitandum relinquit Marian. Socin. *in d. cap. ad falsariorum num.* 19. vbi pro vtraque parte quæstionem excutit, & *num.* 20. *& sequent.* nihil decidit.

132. Ex dictis constat dantes, mutantes, vel corrigentes aliquid in litteris Apostolicis contra mentem Summi Pontificis si mutetur sensus litterarum, etiamsi fiat mutatio vnius litteræ incurrere hanc excommunicationem. Vgolin. *de censuris Papæ reseruatis cap. 6. in principio, num. 2. vers. quo ad alterum, & sequentib.* Sousa *hoc loco cap. septimo disp. 42. conclus.* 1. *num.* 4. Sayr. *de censuris cap.* 10. *n.* 11. & Marius Alterius *de Bulla Cœnæ disp.* 7. *lib.* 5. *cap.* 2 *per totum.*

Hoc tamen fallit, quando solùm in litteris Apostolicis grammaticalis error emendatur; tunc enim non incurritur censura huius canonis. Ratio, quia corrigens errorem grammaticalem, qui datur contra regulas linguæ Latinæ, vel bonæ ortographiæ, non est verè falsarius, nec de crimine falsi puniri potest. Atqui in hoc canone prohibetur litterarum falsificatio vera, & formalis, non autem materialis, ergo non incurritur excommunicatio. Confirmatur, quia vt quis puniatur de crimine falsi per additionem, mutationem, vel correctionem litterarum, debet dari mutatio veritatis cum dolo, & iactura, sed qui corrigit errorem grammaticalem, non mutat veritatem, cùm sensus idem maneat, nec facit cum dolo, cùm non mutet, neque addat, nec emendet Grammaticam ad decipiendum; nec denique ex additione, nec ex emendatione circa Grammaticam sequitur præiudicium: ergo non est falsarius, & ex consequenti, non incurrit excommunicationem, quia, vt puniatur de falso, opus est, quòd interueniat mutatio veritatis cum dolo, & iactura, secundùm Syluestrum *verb. falsarius num.* 1. Armilla *ibidem, num. eodem*, & Viualdus *in Bulla Cœnæ Domini n.* 47. & colligitur *ex cap. conscientia, de crimine falsi*, vbi notatur per rasuram Bullæ in loco non suspecto non dari falsitatem: secus si fiat rasura in loco suspecto, ita Menoch. *de arbitrar. casu* 187. *num.* 34. Brunot. à Sole *in locis communibus, verb. apostilla*, Mascard. *de probat. conclus.* 494. Fr. Antonius de Sousa *hoc loco cap. 7. disp. 42. num.* 7. & alij, quos referens sequitur Augustinus Barbos. *in d. c. ex conscientia*, per textum ibi: *nisi paucarum litterarum rasuras, de crimine falsi*; pro quo etiam faciunt tradita ab eius parente *in remiss. ad ordin. Regiam lib.* 1. *tit.* 78. §. 4. *num.* 7. *&* 8. & Marius Alterius *dict. disput.* 7 *lib.* 5. *cap.* 2. *fol.* 512. *versicul. hanc opinionem probat Nauarr.*

Quando tamen mutatio fit secundùm mentem Pontificis, sed aduersùs id quod in litteris habetur, dicendum est, tamquam probabilius, incurri sententiam huius canonis, Suar. *de censuris disp.* 21. *sect.* 2. *num.* 46. *&* 47. eo quòd talis mutatio est grauis, & quamuis Pontifex in mente habuerit concessionem facere secundùm mutationem factam, non vult tamen, vt error litterarum per alios, quàm per officiales ad hoc deputatos error emendetur; item quia non licet nouas litteras construere in supradicto negotio, & supponere loco aliarum: igitur nec iam expeditas ita mutare, Sousa *d. disp.* 42. *conclus.* 4 *num.* 8. de quo valde dubito, quia non mutatur sensus, nec veritas, ideo in foro conscientiæ non probo. 133.

Quo ad abradentes idem traditur de detruncante Bullas de litteris Papalibus, quia per abrasionem litteræ Apostolicæ redduntur falsæ, & vt falsarius puniri debet, & excommunicari. text. *in cap. licet, de crimine falsi*, per textum ibi, *vel abrasæ.* Abrasio enim reperta in aliquo instrumento, falsitatem arguit, Menoch. *de arbitrar. casu* 187. *n.* 41. Mascard. *conclus.* 1254. Farinac. *de falsitate quæst.* 151. *a num* 41. *& sequenti, & quæst.* 153. *a num.* 64. *vsque ad num.* 71. nisi abrasio fiat ab officiali ad id deputato. Goffred. *in summa, in rubric. de crimine falsi num.* 9. Hostiens. *in eadem summa de crimine falsi num.* 3. *vers. quinto*, cum litteris Bullatis, glossa *in cap. licet, in verbo tenuem, §. si verò littera, extrà eodem tit. de crimine falsi*, dicentes rasuram quamlibet etiam modicam, & vnius syllabæ, vnius litteræ, vel puncti factam ab alio, quàm ab officialibus Cancellariæ deputatis efficere litteras falsas, & abradentes ligati excommunicatione, quod intelligitur, quando per talem abrasionem litteræ, vel syllabæ vnius mutaretur sensus, vel substantia verborum, Imola *in cap. ex litteris num. 3. in fine, de fide instrumentorum*, & Ioannes Andreas *in cap. inter dilectos, num.* 11. *eodem titulo*, Marius Alterius *dict. cap.* 2. *vers.* 1. *excommunicatio huius canonis, & vers. secundo probatur, quoniam qui radit*, vbi absolutè tuetur tamquam probabilius radentem integram propositionem in rescripto Papæ immutando solùm verba, & alia elegantiora apponendo eiusdem prorsus sensus, & sententiæ, quem, & quam priora rasa, & extincta significabant, vtique falsarium censendum esse, & ligati excommunicatione.

Nihilominus quoad hoc sententia hæc non placet omnino, saltem in foro conscientiæ, quia 134.

si

si sensus non mutatur, nec aduersantur verba mutata dispositioni Summi Pontificis, non video, cur radentes incurrant in crimen falsi, nec in excommunicationem huius Canonis. Secus in foro externo, in quo crimen falsitatis, vt inquit Abbas *in cap. ex litteris, num. 3. de fide instrumentorum*, committitur regulariter, etiam si corrigantur literæ in ea parte, in qua expresse constaret de errore: igitur idem erit quoties corrigitur vnica littera, vel figura, quia consideratur actus fabricationis rasuræ, & immutationis, non verò sensus, secundùm Goffredum *in d. summa, in rubrica, de crimine falsi*, practica Monteleon. *fol. mihi 270. num.* 818. Baiard. ad Clarum *in §. falsum, num. 275.* & Farinac. *de falsitate, quæst.* 151. *num.* 42. vbi tenent rasuram in litteris Apostolicis etiam vnius syllabæ inducere falsitatem, quod intellige in foro externo. Secus in foro conscientiæ, nisi quando variatur sensus verborum. Item quando fit abrasio dispositione iuris, tunc etiam illa reddit falsas litteras Apostolicas: secus in narratione facti. Afflictis *decis.* 404. *n.* 5. vide Farinac. *de falsitate, quæst.* 153. *à num. 72. vsque ad numerum* 80. *cum tribus sequentibus.*

135. Quid de iubentibus, vel mandantibus falsificare litteras Apostolicas, Graff. *hoc loco cap.* 18. *in verb. supplicationem, n.* 95. negat hos incurrere in hunc canonem Bullæ Cœnæ, *vers. limitatur verò*, nec fautores præstantes auctoritatem huiusmodi falsifiantibus, quia nulla mentio fit, hoc loco, de mandantibus, nec de iubentibus. Quod etiam tradit Vgol. *de censuris Pontifici reseruatis, §. 2. vers. tertio, & n. 3.* de consulentibus videlicet, qui litteras huiusmodi falsandas consulunt, quia Bulla in Cœna Domini neutros excommunicat. Cùm autem versemur in pœnis, cùm non exprimantur, debent excusari à censura Bullæ Cœnæ tam mandantes, quàm consulentes: non tamen erunt immunes à censura capitis *ad falsariorum, de crimine falsi*, pro vt volunt Vgolinus, & Graffis suprà scripti. Marius Alterius *disp. 7. de excom. Bull. Cœn. lib. 5. cap... fol. 516. col. 2.*

136. Porrò Clerici per se, vel per alios litteras Apostolicas falsificantes, vt dixi, vltra excommunicationem ipso facto, beneficiis sunt priuati ipso iure, etiam si faciant falsificare, Farinac. *d. quæst.* 151. *num. 1. & sequentib. vsque ad num.* 10. Sayr. *de censuris Bullæ Cœnæ, cap. 10. num. 6. & sequenti*, quod extenditur ad mutantes, vel detrahentes aliquid modicum in litteris Apostolicis, quando modica mutatio, vel additio variant sensum Bullarum, & dispositionem Summi Pontificis mutaret. Hoc tamen distinctione temperandum est, nimirum falsificantes per se ligari censura huius Canonis, Graff. *lib. 4. cap. 18. n. 92.* & Suar. *de censuris, disp. 21. sect. 2.*

137. *n.* 48. quos referens sequitur Souza suprà *disp. 45. n. 1.* Falsificantes tamen per alios non excommunicari per hunc canonem, ex eo patet, quia Bulla hoc loco non meminit falsificantium per alios litteras Apostolicas, quòd si voluisset eos comprehendere, expressisset quidem; sicut expressit *in d. cap. ad falsariorum, de crimine falsi*, in cuius censuram incurrunt falsificantes litteras Apostolicas per alios, quæ tamen censura nulli est reseruata.

Confirmatur, quia nomine falsariorum in hoc canone non veniunt nisi, qui falsitatem committunt per se, non verò, qui mandant, vel consulunt falsitatem fieri: idcirco, qui faciunt per se actum prohibitum, incidunt in hanc censuram, non verò agentes per alios, etiamsi dent causam falsificandi. Ratio, quia sumus in materia pœnali, quæ debet restringi potiùs, quàm ampliari. *cap. in pœnis, de regulis iur. s, in 6.*

Nec obest regula iuris, *qui per alium, de regulis iuris, lib. 6. Qui per alium fac. t, perinde est, ac si per se ipsum faceret.* Ex qua per alium falsificate, per se falsificare dicitur; quia ad hoc respondetur mandantem falsificare, propriè non falsificare, sed dici falsificare ex iuris interpretatione Ius enim interpretatur illum falsificare, quamuis non falsificet verè, ac realiter, considerata propria significatione: atque ita regula illa, *Qui per alium facit, perinde est ac si faceret per se ipsum*, accipienda est non secundùm rei veritatem, sed secundùm iuris interpretationem, seu fictionem, quæ iuris interpretatio, seu fictio non procedit in pœnis, neque in censuris: proinde quando pronunciatur contra facientes, non ampliatur ad mandantes, vt notat Marius Alterius *lib. 3. de censuris, disp. 2. cap. 2.* post Caietanum *verb. excommunicatio, in principio, c. 47.* Syluest. *excommunicatio 10. dubio* 4. Tabien. *excommun. 5. casu* 44. & Nauarr. *in manuali, c. 27. n. 51.* negantes in censuris comprehendi mandantes, consulentes, & alios similes, sed solùm facientes.

Nec etiam obest caput *si quis suadente 17. quæst.* 4. vbi mandans percussionem clerici, declaratur incidisse in excommunicationem Papalem, sicut ipse percutiens, vt est communis, per textum *in cap mulieres 6. §. vltimo, de sentent. excomm.* & docent Suarez *de censuris, disp. 21. sect. 1. num. 55.* Auila *part. 2. cap. 5. disp. 3. dub. 6.* Belanus *de sacrament. & censur. tom. 1. disp. 15. num. 27. cum sequent.* Molin. *de iustitia, tract. 3. disp. 52. num. 2.* & Farinac. *in praxi crimin. part. 5. quæst.* 129. dicentes mandantem verberari clericum, sequuta percussione, ligari excommunicatione. Quia dictum caput *mulieres*, non declarat excommunicatum mandantem percutere clericum ex decreto dicti cap. *si quis suadente 17. quæst.* 4. quo sunt excommunicati percussores clerici; quasi, qui mandet, verè percutiat; sed quia aliis constitutionibus iuris canonici statutum erat mandantem percutere, ligari excommunicatione, vt *in cap. quanta, de sentent. excommun. & cap. sicut dignam, de homicidio.* Et quamuis in his iuribus non fuisset sancitum excommunicationem latam contra percussores clericorum, includere etiam mandantes, potuit Pontifex in illo cap. *mulieres*, explicare hoc modo, *cap. si quis suadente*, & ampliare illud, vt comprehenderet etiam mandantem, quamuis ex vi canonis antea mandans non comprehenderetur. Quæ extensio aliquando datur de vno casu ad alium, ne lex fraudetur suo fine, vt habetur *in cap. significauit, de Iudæis*, quod statuit, mittentes arma ad Sarracenos ligari excommunicatione, sicut ligantur deferentes per canonem latum contra facientes: alioqui lex suo effectu frustraretur, Nauarr. *cap. 27. num.* 51. argument. *cap. si ciuitas, de sentent. excommun.* vbi interdictum ciuitatis extenditur ad suburbia, ne lex careat suo effectu.

Quamobrem cùm prohibitio nostri Canonis facta sit in falsarios litterarum, & in iure non reperiatur mandans falsificationem, comprehensus non continetur in hoc canone, nisi qui est verè falsarius; non autem talis per iuris fictionem, & idem dicendum est in cæteris odiosis, quoties in iure non exprimuntur mandantes, vel consulentes. Nam quamuis

committunt contra legem quantum ad culpam criminis, noo tamen quo ad pœnam; ſi in iure non exprimitur; quia re vera aliud eſt facere, aliud mandare, vt fiat: idcirco lex loquens de faciente, non debet extendi ad mandantem, eo quòd mandans committit delictum iuris fictione, non ex natura rei, & lex noo eſt extendenda ad caſus iure fictos, ſed ad veros: igitur excommunicatio lata contra falſantes, vel cootra facientes, non comprehendit mandantes, niſi in lege id exprimatur. Neque rone comprehenditur mandans, quaſi io eo euentu mandare ſit, facere; ſed quia legiſlatori tunc placuit æquiparare facientem, & mandantem, quo ad pœnam, ita Marius Alterius *tom. 1. de cenſuris, diſp. 2. de cauſis excommunicationis, lib. 3. cap. 2. fol. 291. & ſequenti, & diſput. 7. de excommunicatione Bullæ Cœnæ, lib. 5. cap. 3. verſ. tertia dubitatio*, & Vgolin. *vbi ſup. d. §. 2. num. 3.* cum aliis.

138. Sed quid dicendum, ſi quis corrigat litteras ampliores ad ſenſum minutæ Pontifici oblatæ, quod fieri poteſt, quando ſcriptor in ſcribendis amplioribus litteris muter in ipſis litteris ſeoſom, qui cootinebatur in minuta illa, quæ Pootifici offerebatur, & illæ in cuios gratiam factæ ſunt, ſciens veritatem mioutæ, mutaret, & corrigeret litteras illas ampliores ſecundùm verum ſenſum ipſius minutæ? Placet non incurrere in hunc Canonem, quia re vera non fuit falſarius, ſed potiùs reſtitutor veritatis, iuxta ſenſum, & mentem Pontificis, ita Sayr. *de cenſuris, lib. 3. cap. 9. num. 12.* Diſplicet tamen doctiſſimo Fratri Anton. de Souſa *diſp. 42. num. 8. verſic. quarta concluſio*, vbi tanquam probabilius com Suario vult, incurri cenſuram huius Canonis, quoniam, quamuis mutatio fiat ſecundùm Pontificem, intentio illius eſt, vt error litterarum per officiales ad hoc diſputatos corrigatur.

Vtraque ſententia defendi poteſt. Prima, in foro conſcientiæ, quando nullum interuenit peccatum ſaltem mortale io ea motatione; puta quando non datur facilis recurſus ad officiales Curiæ, quibus hoc ex officio competit, nimirum corrigere errores Notariorum, vel Scribarum. Tunc enim in vtroque foro, qui mutauerit litteras, non incidit in hanc cenſuram, vt beoe notat Graff. *in hoc Canone*, dicens illum non procedere contra mutantes in litteris ea, quæ priùs erant expreſſa in ſupplicationibus, & per errorem Notarij fuerant variata, quod probat exemplo impetrantis diſpenſationis Breue à Pontifice in tertio gradu conſanguinitatis, & loco illius poſitum fuit à Notario in litteris, affinitatis, aitque non incurrere hanc cenſuram, ſi mutauit in Bulla, ſicut in ſupplicatione dicebatur. Secunda autem ſententia habebit locum in foro externo, quia mutatio hæc eſt magni momenti, & non debet emendari propria autoritate cuiuſque, ſed per officiales ad id deputatos. Probatur, quia ſicut non eſt integrum in caſu propoſito nouas litteras conficere; ſic etiam non licet iam expeditas ita mutare: atque ita in foro externo timeri poteſt excommunicatio contra falſantes, ſeu mutantes litteras Apoſtolicas, quod in caſu prædicto videtur contingere, Fr. Antonius de Souſa *vbi proximè, num. 8.*

139. Ex dictis ſequitur diſcrimen inter excommunicationem contra falſantes litteras Apoſtolicas contentam *in d. cap. ad falſariorum, de crimine falſi*, & inter excommunicationem contra eoſdem falſarios in hoc canone Bullæ Cœnæ impoſitam. Primò, falſificantes litteras Papæ ipſo iure cum ſuis fautoribus excommunicationem incurrunt, per dictum caput *ad falſariorum*, Cardinalis Toletus *in inſtruct. Sacerd. lib. 1. cap. 22.* Sayr. *de cenſuris, lib. 3. cap. 10. num. 4. cum ſequentib.* Fr. Antonius de Souſa *hoc loco, cap. 7. diſp. 45.* & Farinac. *in praxi crimin. part. 6. de falſitate, quæſt. 151. num. 7.* per textum clariſſimum *in d. cap. ad falſariorum, verſ. Nos enim*, io illis verbis: *Anathematis vinculo decernimus innodatos.* & *ibi* gloſſa in figuratione caſus, *verſic. ipſi etiam, & in verſic. Nota, quod omnes falſarij.* Item, quia ſub illo cap. *ad falſariorum*, includuntur, qui per alios falſificant, vel exercent falſitatis vitium, Goffredus *in ſumma, rubric. de crimine falſi, num. 7.* & Hoſtienſis *in ſumma, eodem tit. num. 8. verſ. nam falſarius*, & conſtat ex *d. cap. ad falſariorum, verſ. nos enim*, io illis verbis: *Qui per ſe, vel alios*, & *ibi* gloſſa in figuratione caſus, Hoſtienſ. *num. 4. in verb. per alios*, Ioannes Andreas *in ſumma, & num. 2. in verb. vel alios, & num. 3. in verb. per ſe*, dicentes per hoc caput non ſolùm falſificantes per ſe, ſed etiam fautores eorum, necnon falſificantes per alios incurrere in excommunicationem ipſo iure. Secus per Canonem Bullæ Cœnæ, per quem innodantur excommunicatione falſificantes per ſe, non verò alij, vt per Iacob. de Graffis *d. cap. 18. num. 93. & 95.* Suarez *d. diſp. 21. ſect. 2. num. 48.* Coriolan. *in explicatione Bullæ Cœnæ, circa ſextam excommunicationem, verſ. qui vero*, & Marius Alterius *d. diſp. 7. cap. 5. in principio, lit. B. & C.*

Differunt etiam, quia *in d. cap. ad falſariorum*, excommunicantur mandantes, & conſulentes, qui non afficiuntur excommunicatione huius canonis. Et latiùs patet excommunicatio dictâ capitis *ad falſariorum*, quàm excommunicatio huius canonis, quæ non extenditur ad vtentes litteris falſis, ad quos extenditur excommunicatio iuris communis, ſiue vteotes fuerint auctores falſitatis, ſiue alius, vt dicetur infrà *numero* 141.

Similiter non incidit in aliquam excommunicationem, qui litteras Apoſtolicas delet, aut ſcindit, dummodo, qui delet, aut lacerat, ſit ille, in cuius fauorem litteræ fuerunt impetratæ, & ad quem litteræ ſpectabant, Vgolin. *de cenſuris Pontifici reſeruatis, §. hoc loco, fol. 156. num. 4. col. 2.* ex eo fundameoto, quia fauori ſuo quiſque poteſt renunciare, textus *in cap. ex conſcientia 9. de crimine falſi*, ibi: *Cùm quilibet ad renunciandum iuri ſuo*, &c. concordat lex, *ſi quis in conſcribendo, C. de pactis*, ibi: *omnes licentiam habere his, quæ pro ſe introducta ſunt, renunciare*, Gail. *lib. 1. obſeruat.* 40. Menoch. *de præſumptionibus, lib. 6. præſumpt. 41. & conſ. 910. num. 1.* D. Barboſ. *in lege alia, §. eleganter, à num. 12. ff. ſolut. matrimon.* Motla *in Emporio iuris ciuilis, part. 1. tit. 1. in præludio, numer. 19.* Surd. *conſ. 198. numer. 2.* & Azor *part. 1. lib. 5. cap. 22. quæſ. 10.* & Tab.en. *in verb. excommunicatio, quinto, caſu 5. num. 5. verſ. poſſet tamen impetrans.* 140.

Eodem modo non ligantur excommunicatione hac ſexta vtentes litteris falſatis, quia eorum nulla fit mentio, oiſi falſificantium, vel fabricantium litteras falſas, non autem vtentium illis. Nam aliud eſt litteras falſare, vel falſò fabricare, & aliud vti illis. Atque ita pœna in vno caſu poſita ad alium non traosfertur, argumento *l. Papinianus exuli. ff. de minor.* Quare vtentes excuſantur ab hoc canone, non 141.

autem

autem ab excommunicatione lata *in d. cap. ad falsariorum, de crimine falsi.* Vgolin. *vbi suprà d §.2. num.7. vers. octauo,* in excommunicationem hanc non incidit, qui hisce litteris falsatis vtitur, ex Caietano *in summa, in verb. excommunicatio, c.27. num. 62. vers. quarta,* & Graffis *hoc loco d. cap. 6. num. 99. vers. sextò,* vbi addit eos dici vtentes, qui sciunt litteras Papæ esse falsas, & vtuntur illis, non tamen propterea incidit, qui vtitur, in nostrum hunc Canonem, sed in censuram dicti capitis *ad falsariorum, de crimine falsi,* Suarez *de censuris, disputat. 21. sect. 2. num. 48.* & alij, quibus accedit Sousa *disputat. 43. num. 3. vers. tertia conclusio,* Farinac. *de falsit. quæst. 151. ex num. 65.*

142. Idem dicendum est de falsificantibus litteras Apostolicas antequam perficiantur, & signentur à Romano Pontifice, si qui eas falsent, non ligari hac excommunicatione. Nam adhuc non dicuntur propriè litteræ Apostolicæ, ex quo à Papa non sunt signatæ, nec approbatæ. Vgolin. *de censuris Bulla Cœna, d §.2. num.7. vers. postremò in excommunicationem hanc non incidit,* post Syluestrum *in verb. excommunicatio 7.§ 4. num.10. vers. & tertio,* & Viuald. *in hoc canone, num. 52.* & Marius Alterius *tom. 1. disputat. 7. de excom. Bull. Cœn. lib.5. cap 4. vers. Sexta dubitatio fol. 518. col. 1.*

Secus si falsentur litteræ postquam sunt Bullatæ, seu signatæ, & omnino expeditæ, ita, vt officiales nihil habeant addendum, quales sunt litteræ, quibus non deest aliqua qualitas substantialis ad illarum veram expeditionem; tunc enim vocantur veræ litteræ Apostolicæ, Alexand. *consil. 215. Visis probationibus, lib.2.* vbi probat Bullam imperfectam non censeri propriè Bullam; sicut testamentum defectuosum non est testamentum. *l. Paulus respondet falsum, ff. de verbor. signif.* Quinimo si quis falset litteras habentes omnia requisita ad germanam illarum expeditionem, sed ex aliquo defectu essent inualidæ, puta ratione surreptionis, vel ex aliqua alia causa: tunc committens aliquam falsitatem in eisdem, incurreret censuram huius Canonis, & cæteras pœnas falsariis impositas, quia erant verè litteræ Apostolicæ, quod requiritur ad excommunicationem incurrendam, esto destituerentur omni valore. Confirmatur, quia hæc sexta censura, vt incurratur, nihil disponit de valore litterarum, sed, vt litteræ, quæ falsantur, habeant omnia necessaria ad veram illarum expeditionem, Cassad. *decis. 2. circa medium, de restruat.* vide Gonzal. *de mensib. gloss. 51. num. 45.*

143. Non ligabitur tamen excommunicatione huius canonis falsans litteras alterius quàm à Romano Pontifice, videlicet Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, vel Nuntij Apostolici, vel Legati, vel Delegati Romani Pontificis, vel Pœnitentiariæ, vel Collegij Eminentissimorum Cardinalium, quia huiusmodi litteræ, non sunt litteræ Papales, nec dicuntur propriè Apostolicæ: & ideo cùm sint diuersa, diuersa fit illatio. *l. Papinianus exuli. ff. de minor.* Nauar. *cap. 21. num. 6.* Graff. *hoc loco, num. 96. & 98.* quem sequitur Vgolin. *de censuris Pontifici reseruatis, cap. 6. §.2. num.6. vers. septimo,* & probatur ex traditis à Farinac. *de falsitate, quæst. 151. part. 1. ex num. 60. 61. 62.* vbi agit de falsificantibus litteras non Papæ, sed Capituli ac aliorum Prælatorum, qui diuersis pœnis temporalibus puniuntur, & multo mitioribus, quàm falsificantes litteras Papæ, ac Regum, qui pœna vltimi supplicij puniri solent. Nec item incurrit falsificans litteras Cardinalis scribentis nomine Papæ. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ, part. 1. decis. 36. num. 3.* nec falsificans litteras priuatas Papæ, quas amicis, vel priuatis personis mittit, & vt priuata persona scribit, Vgolin. *d. cap. 6. hoc loco, §. 2. num. 5. vers. sexto.*

Denique non afficiuntur censura huius canonis impetrantes à Romano Pontifice litteras surreptitias, aut obreptitias, quamuis tacita veritate, & falso expresso concessæ fuerint, quia ipsæ litteræ propriè non censentur falsatæ, vt per Viuald. *hoc loco, num. 51.* Graffis *d. cap. 18. num. 89.* vbi illum liberat ab excommunicatione, non tamen à peccato mortali, & impetratis carere debere, ait *cap. super litteris, de rescriptis,* quia non sunt falsæ litteræ, & ideo non incurritur excommunicatio, Soar. *de censuris, disp. 21. num. 50.* Vgolin. *eodem titulo, & loco §.2. num. 3. vers. quarto,* & Sousa *disputat. 44.* Nam quo ad expeditionem huiusmodi litteræ non sunt falsæ, cùm procedant a Cancellaria Papæ: atque ita impetrantes non afficiuntur censura huius Canonis, nec ligantur excommunicatione, de qua *in cap. ad falsariorum, de crimine falsi,* vt per S. Antonin. *part. 3. tit. 25. cap. 13.* Syluest. *verb. excommunicatio. 7. num. 8 excommun. c. 4. vers. & secundo.* Caiet. *eodem verbo, cap. 26.* quos refert, & sequitur Coriolano *in explicatione sexta Bullæ in Cœna Domini, vers. dubicatur.* Ratio rationis est, quoniam eas impetrantes non peccant committendo falsitatem in Apostolicis litteris ritè, & rectè expeditis, neque falsò fabricantes eas litteras vti Apostolicas; sed vtuntur falsitate, veluti medio, vt obtineant à Romano Pontifice litteras, quæ nuncupantur litteræ Apostolicæ, quo ad expeditionem, etiam si in illis reperiatur falsa narratio ex falsa partis suggestione: atque ita nulla incurritur excommunicatio, prout vult Riccard. *dist. 18. art. 12 quæst. 3.* Non enim dicuntur impetrantes falsarij, quia veras litteras impetrant, quamuis falsum dicant, Rebuff. *in explicatione huius canonis, vers. & supplicationum,* proinde non coercentur pœna excommunicationis, Toler. *in summa, lib. 1. cap. 22. vers. tertio impetrantes,* & est communis.

Quod diximus hactenus de falsificatione, & mutatione litterarum, extende ad mutationem, & falsificationem sigilli, & ad falsantes supplicationes signatas à Romano Pontifice, vel à sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellario, vel ab eorum vicegerentibus. Idem dicas de obsignantibus falsò supplicationes sub nomine Romani Pontificis, aut gerentis vicem eius sine eorum licentia, quæ duobus modis falsò signari possunt. Primò adulterino signo, quando signantur fabricato signo falso, simili verò signo. Secundò quando signantur signo vero, furtim tamen; & sine consensu illius ad quem hoc pertinet. Et vtroque modo signantes afficiuntur excommunicatione huius canonis, Vgolinus *hoc loco, d. §. 2. vers. etiam falsò signantes,* & Marius Alterius *vbi suprà hoc loco lib. 5. cap. 3. vers. falsò signare, fol. 516. col. 1.* Hactenus de capite sexto huius canonis, Nunc ad septimum veniamus. 145

***

Septima excommunicatio Bullæ Cœnæ contra deferentes arma & alia vsui bellico ad infideles, sic se habet.

§. VII.

146. ITEM excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sarracenos, Turcas, & alios Christiani nominis hostes, & inimicos, vel Hæreticos per nostras, siue huius sanctæ Sedis sententias expressè, vel nominatim declaratos, deferunt, seu transmittunt equos, arma, ferrum, filum ferri, stannum, chalybem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica instrumenta, lignamina, canapem, funes, tam ex ipso canape, quàm alia quacumque materia, & ipsam materiam, aliaque huiusmodi; quibus Christianos, & Catholicos impugnant, nec non illos, qui per se, vel alios de rebus statum Christianæ Reipublicæ concernentibus, in Christianorum perniciem, & damnum ipsos Turcas, & Christianæ Religionis inimicos, nec non hæreticos in damnum Catholicæ Religionis certiores faciunt, illisque ad id auxilium, consilium, vel fauorem, quomodolibet præstant. Non obstantibus quibuscumque priuilegiis, quibusuis personis, Principibus, Rebuspublicis, per nos, & Sedem prædictam hactenus concessis, de huiusmodi prohibitione expressam mentionem non facientibus.

EPITOME.

147. *Materia excommunicationis septimæ Bullæ Cœnæ est sacrilegium commissum contra Christianum principatum.*
148. *Excommunicatio septima Bullæ in tres partes diuiditur.*
149. *Deferentes arma, & alia vsui bellico vtilia hostibus Christianæ Reip. quicumque sint excommunicantur.*
& est vniuersalis. ibid.
150. *Sarracenorum nomine, qui veniant? ad quos prohibetur arma ferri.*
151. 152. 153. *Hæretici ad quos prohibentur deferri vsui bellico vtilia sunt declarati per Sedem Apostolicam.*
154. 155. 156. *Hæretici declarati in Curia per sententiam officialium Papæ censentur declarati à Papa.*
157. *Hæreticis declaratis extra Curiam Romanam arma deferentes non afficiuntur excommunicatione Bullæ Cœnæ.*
158. *Hostes Christiani nominis in Bullæ Cœnæ excommunicatione, qui vocentur?*
159. *Equorum nomine, qui prohibentur ad hostes Christiani nominis deferri, qui veniant?*
160. *Equis prohibitis censentur prohibita omnia accessoria annexa, & connexa.*
161. *Equum vnum ad hostes deferens an afficiatur excommunicatione.*
162. *Arma prohibita deferri ad infideles, quænam sint?*
163. *Cultri parui, & gladioli, quibus vtimur ad vsus domesticos, an veniãt nomine armorũ prohibitorũ?*
164. *Arma donantes infidelibus viuentibus in locis remotissimis à Christianis, an incurrant excommunicationem Bullæ?*
165. *Equum vnum, vel gladium donans infideli, quando excusetur ab hac censura?*
166. *Ferrum prohibitum ad hostes deferri quid comprehendat?*
167. *Filum ferri, stannum, chalybs prohibentur deferri ad hostes, & vena ferri.*
168. *Aurum, argentum, æs, & plumbum, & quodcumque metallum prohibentur deferri.*
169. *Fideles pendentes tributa infidelibus an incidant in excommunicationem?*
170. *Instrumenta bellica lignamina, linum, & funes prohibentur deferri ad hostes.*
171. *Verba hæc, quibus Christianos, & Catholicos impugnant, quid prohibeant ad hostes deferri.*
172. *Secreta fidelium reuelantes per se, vel per alios infidelibus, incidunt in excommunicationem Bullæ.*
173. *Fideles potius mortem pati debent, quàm reuelare secreta in communem perniciem Christianorum.*
174. *Auxilium, consilium, vel fauorem præstantes circa prohibita deferri ad hostes, excommunicantur.*
175. *Auxilium, fauor, & consilium quibus modis potest ferri infidelibus?*

MAteria huius excommunicationis septimæ est sacrilegium patratum contra Christianum Principatum, teste Caietano *in summa verb. excommunicatio cap.* 20. Graffis *hoc loco num.* 100. & lata est hæc excommunicatio ad tuendam fidem Catholicam à Summo Pontifice, cui competit Christianæ Reipublicæ cura, ac defensio tanquam Christi vicario, & totius Christianæ Reipublicæ Capiti. Finis autem est ne quis inimicis, & hostibus Christiani nominis auxilium præstet in perniciem Catholicorum. 147.

Diuiditur hic canon in tres partes, in prima prohibetur deferre, vel transmittere ad infideles, nec non ad hæreticos arma, & alia omnia, quibus possint vti ad impugnandos Catholicos, videlicet equos, arma, ferrum, filum ferri, &c. In secunda prohibetur certiores facere Turcas, & alios Christianæ Religionis inimicos, quicumque illi sint, per se, vel per Nuntios de rebus ad statum Christianæ Reipublicæ pertinentibus in Catholicorũ damnum, ac perniciẽ. Quæ prohibitio exprimitur in hoc canone, his verbis. *Nec non illos, qui per se, vel alios de rebus statum Reipublicæ concernentibus in in Christianorum perniciem,* &c. *certiores faciunt.* In tertia prohibetur eisdem infidelibus, vel hæreticis propter eundem finem, nimirũ in perniciẽ Christianæ Religionis, ac nominis cõsilium, auxilium, vel fauorem quomodolibet præstare, non obstantibus quibuscumque priuilegiis, ibi: *Illisque ad id auxilium, consilium, vel fauorem quomodolibet præstant.* Ex quibus verbis constat reuocari omnia priuilegia, si fortè à Summo Pontifice, vel à Sede Apostolica hactenus Principibus, aut Rebuspublicis fuerunt indulta, in quibus huiusmodi prohibitionis mentio expressa non fuerit, vt expresse in eodem canone continetur. 148.

In hanc ergo excommunicationem incurrunt deferentes arma, ac reliqua hoc loco prohibita ad hostes Christianæ Religionis, & nemo ab ea excluditur propter dictionem illam, *omnes*, quæ est vniuersalis, & includit singulos, & nullum excludit, argumento *c. si Romanorum, dist.* 19. ibi: *Dicendo verò omnia decretalia constituta, nullum de Decretalibus constitutis prætermisit, quod non mandauerit esse custodiendum.* Et rursus asserendo, *omnium Decessorum nostrorum,* nullum Põtificum Romanorum, 149.

qui

qui ante se fuerunt, excepit. Vnde patet verbum *omnes*, omnes generaliter comprehendere, quo ad personas, & quo ad ibi contenta. Quare incidunt in excommunicationem delinquêtes, etiamsi Reges sint, vel Imperator, & multo fortiùs priuati homines, siue laici, siue clerici existant, Nauarr. *in cap. ita quorundam, notabili octauo, num. 8. de Iudæis*, Vgolin. *de censuris Pontifici reseruatis, hoc loco cap. 7. num. 1.* Marius Alterius *disput. 8. de excommunic. Bull. Cœna lib. 5. cap. 1.* vbi addit sub hac excommunicatione comprehendi personas eminentiores, siue Ecclesiasticas, vt Episcopos, Archiepiscopos, & superiores Prælatos, siue laicales, vt Duces, Reges, & Regibus, si qui sunt, superiores, vt probat Marius Alterius *vbi proximè*, & antè *disput. 10. de causis excommunicationis lib. 3. cap. 5.* & deducitur ex gloss. *in cap. vt circa, versic. Aliorum, de electione lib. 6.* & pluribus confirmat Couarun. *lib. 1. variar. resol. cap. 13.* ex vi ac virtute huius dictionis, *omnes*, & *omnia*, quibus declaratur omnes comprehendi, & neminem excludi.

150. Excommunicantur omnes Christiani per dictionem, *omnes*, & *soli*, quia excommunicationis Christiani sunt capaces, *cap. omnis Christianus. 11. quæst. 3. & cap. Romana. § in vniuersitatem*, vt vult *ibi* Domin. *de sentent. excommunic. lib. 6.* Idcirco esto infideles, qui subduntur Catholicis, deferant prohibita, possunt plecti aliis pœnis inductis *in l. 2. C. quæ res export. non debeant.* & tradit Calderin. *in consilio 2. de Iudæis*, & Felin. *in cap. 1. limit. 5. de constitutionibus.* non incurrunt tamen in hanc censuram, Nauarr. *in cap. ita quorundam, notab. 8. n. 8. de Iudæis.*

151. Nomine Sarracenorum comprehenduntur, qui nefariæ Mahometi perfidiæ accedunt, siue sint Turcæ, siue Mauri, siue Arabes, siue Persæ, siue Tartari, siue Ægyptij, ita Fr. Antonius de Sousa *in explicatione Bulla Cœnæ cap. 8. num. 3.* Azor *Instit. moral. lib. 8. cap. 13. quæst. 4. tom. 1.* vbi vult ligari excommunicatione hac Christianos, qui non solùm ad Turcas, & Mauros, sed etiam, qui ad paganos, ad Iudæos, seu ad Ethnicos deferunt arma, & prohibita instrumenta; modò sint Christianæ religionis inimici, qui actu, vel habitu bella Christianis inferant, idem Nauarr. *in d. cap. ita quorundam, notabil. 4. num. 17.* ex verbis huius canonis, ibi, *& alios Christiani nominis hostes, & inimicos.* Iudæos autem esse Christiani nominis inimicos, est in confesso, adeò, vt si potentia Iudæorum prauæ eorum voluntati, quam in Christianos habent æquipararetur, Turcas nobis infensos longè superarent.

152. Nomine hæreticorum hoc loco veniunt nominatim, & expressè à Sede Apostolica declarati, etiamsi non sint hostes nominis Christiani, cùm nomen Christi Domini profiteantur: nihilominus Religionem Catholicam intestino odio prosequuntur, & Ecclesiam Romanam detestâtur, grauiusque peccant in illam, quàm Sarraceni, & infidelitas eorum detestabilior est, quàm aliorum infidelium, & paganorum, ex Diuo Thoma *2. 2. quæst. 10. art. 6.* Sayr. *in hoc canone 7. num. 16.* Vgolin. *de censuris, hoc loco, versic. qui ad Sarracenos, num. 6.* vbi loquitur de hæreticis nominatim declaratis à Romano Pontifice.

Quare ab eisdem Auctoribus excipiuntur, qui arma deferunt ad eos hæreticos, qui à Sede Apostolica non sunt expressè, nominatimque declarati, etiamsi hæretici notorij sint, quia Bulla loquitur duntaxat de hæreticis nominatim expresséque declaratis: proinde non extenditur ad hæreticos alios, esto sint notorij de facto.

Sed Vgolinus non omnino firmat hanc decisionem, nec eam probat, imò improbat per verba huius canonis, ibi: *& alios Christiani nominis hostes, & inimicos.* per quæ verba vult comprehendere etiam hæreticos nondum denunciatos, & hæreticos de facto notorios, quod notat etiam Marius Alterius *dicta d. sp 8. cap. 1. lib 5. fol. 527. col. 1. vers. Respondeo in hoc casu*, dicens tales hæreticos non comprehendi nomine hæreticorum, quia non sunt nominatim denunciati per sententiam Sedis Apostolicæ, sed comprehendi sub illa clausula, *& alios Christiani nominis hostes, & inimicos*, quando hæretici notorij sunt, qui actu, vel habitu impugnent Catholicos, quia in eo casu sunt hostes Christianæ Religionis, concinit Nauarrus *in manuali cap. 27. num. 63. versic. sexta*, quod per aurum, ibi, *pro Turcis*, &c. 153.

Per hæreticos nominatim expresséque denunciatos per sententiam Sedis Apostolicæ, ad quos prohibetur arma deferri, intelliguntur declarati non solùm per sententiam latam à Sede Apostolica, sed etiam per sententias latas ab officialibus Papæ. Quicumque enim declarati sunt hæretici per officiales Papæ, censentur declarati à Romano Pontifice, eo quia habent ab ipso potestatem officiales, & Delegati, & quidquid agunt, eius iurisdictione exercent, dummodo sententiæ ferantur ab eisdem officialibus Papæ, vel in Curia, vel vbi Papa residet, etiamsi Curia ibi non adsit, semper enim Curia est vbi Papa adest, vt *in Clementina. Ne Romani. §. sanè, vers. eo tamen adiecto, de elect.* ibi, *Eo tamen adiecto, quod si in certo loco causarum, & litterarum Apostolicarum Audientia remanente Papam alibi mori contingat*, &c. Per quæ verba ostenditur Sedes Apostolica esse, & in loco vbi Papa moratur, & in loco vbi Curia residet. 154.

Quapropter si in hac censura veniunt omnes hæretici declarati per sententiam Sedis Apostolicæ, non est dubium venire omnes declaratos hæreticos per sententias latas in loco vbi residet Papa, quamuis ibi non adsit Curia, & illos, qui tales declarantur per sententias latas in Curia. Nomine autem Curiæ Romanæ intelligitur Curia Papæ, siue locus Sedis Apostolicæ, *cap. 2. cap. præsenti, de præbendis lib. 6.* Mandosius *in regul. 5. Cancellariæ quæst. 1. num. 16. & regul. 16 quæst. 27. num. 3. in fine*, Gonzal. *de mensib. gloss. 13. §. 1. numero 1. & 2. cum sequentibus vsque ad numerum 12.* 155.

Dixi intelligi nomine hæreticorum omnes declaratos per sententias pronunciatas per ipsum Papam, aut per officiales, seu delegatos, vel subdelegatos Papæ; quod intellige in Curia, vel vbi Papa residet. Ex quo sequitur non venire sub hoc canone hæreticos, qui non fuerunt declarati in Curia, neque in loco vbi Papa residet, sed extra Curiam, aut extra locum, vbi moratur Papa, quamuis sint pronunciati, & declarati per sententias auctoritate Papæ, & Sedis Apostolicæ latas, nimirum quando declarati sunt tales à Legatis Papæ, aut à Nunciis, vel ab Inquisitoribus, vel ab aliis Delegatis, & Commissariis Apostolicis. Ratio, quia huiusmodi sententiæ ab his pronunciatæ non dicuntur latæ à Sede Apostolica. 156.

157. Vnde sequitur non affici excommunicatione Bullæ Cœnæ tradentes arma, & alia prohibita hæreticis declaratis per sententias extra Curiam, vel extra locum, vbi Papa residet, nec declaratis per sententias ob ordinariis extra Curiam Romanam, eo quòd expresè prohibetur traditio facta hæreticis expresè, nominatimque declaratis per sententias immediatè à Papa, aut Sedis Apostolicæ, aut ab eius officialibus lata intra Curiam Romanam, vel vbi Papa residet, cùm de his hæreticis specificè hic canon loquatur, non verò de aliis, & multo minus loquitur de hæreticis, qui declarat sunt tales per sententiam Episcopi, vel alterius Prælati, aut Iudicis.

158. Per versiculum, *alios Christiani nominis hostes, & inimicos*, comprehenduntur sub hoc canone, Pagani, nempe idola, & Deos multos colentes, quique alio nomine Gentiles dicuntur: dummodo Christianis infensi sint, secus si nobis non sint infensi, neque odiosi, ita Nauarr. *in cap. ita quorundam, not. 4. num. 21. vers. Decimotertiò infertur.* Nam hodie in Indiis Indi plures aduersùs alios Indos Christianis auxilium præstant, & è contrario Christiani eisdem Indis contra Indos fauent, & olim in Africa Mauri, qui tributa Regibus Lusitaniæ pendebant contra Mauros pro Lusitanis acriter pugnabant. Quare, qui tunc hisce prohibita traderent, excommunicatione non afficerentur. Vgolinus *de censuris Pontifici reseruatis, hoc loco, vers. qui ad Sarracenos num. 4. vers. Tertiò comprehenduntur etiam Pagani.*

Comprehenduntur item sub eodem versiculo, *& alios Christiani nominis hostes, & inimicos*, Apostatæ Fidei, qui post Baptismum à Christi fide defecerunt, & sectam aliam sequuti sunt. Nauarr. *vbi proximè num.* 11. Vgolin. *suprà versiculo, quartò comprehenduntur*, Sayr. *hoc loco cap.* 11. *num.* 16. Nec ambigi potest; sunt enim hostes, & inimici Christiani nominis. Secus dicendum putat Vgolin. *ibidem*, si Christianis subditi essent, & periculum non daretur, quòd contra Christianos prohibitis deferri vterentur, vel ad hostes delaturi essent; in quo euentu tradentes illa prohibita non ligarentur hac excommunicatione. De quo valdè dubito, non enim confidendum est iis, qui infideles sunt Deo, vt passim docet experientia.

159. Quæstionis est, quid veniat sub prohibitione deferendi, seu transmittendi equos, & arma ad Sarracenos, Turcas, & alias personas in hoc canone memoratas? Quo ad equos primo loco positos dicendum est, nomine equorum prohiberi, non solùm equos, sed etiam equas deferri, nam equorum nomine ipsæ veniunt, argumento *le. is prima ff. de verbor. signific.* Sunt enim illæ tum ad bellum, tum ad sobolem procreandam vtiles, & ideo deferri non possunt, Rebuff. *in praxi beneficiali, in expositione Bullæ Cœnæ art. 5. in verb. equos.* Graff. *lib. 4. decis. cap.* 18. *eodem verbo, num* 101. vbi per equos intelligit etiam debiles, & mulos, & asinos, Nauarr. *cap. 27. num 63. & in d. cap. ita quorundam, de Iudæis*, quem Graffis *ibi* referens sequitur, Vgolin. *eodem vers. equos, arma, ferrum*, &c. *num.* 1. vbi meminit pullorum, & equarum, *& num.* 2. vbi sub nomine equorum intelligit, arma, & alia necessaria ad equos armandos, & ideo ligari excommunicatione huius canonis ea deferentes ad hostes Christiani nominis, vt freuum, habenas, ephippia, & soleas ferreas, quibus pedes equorum muniuntur, & reliqua ornamenta, quibus equi exornantur. Nam principali prohibito, accessoria censentur etiam interdicta, cùm ea sequantur naturam principalis: sicut principali concesso, censetur concessum accessorium veniens in necessariam consequentiam principalis. *l. 2. ff. de iurisdictione omnium iudicum*, Tusch. *tom. 1. lit. A. conclus.* 77. Menoch. *de interdictis, remedio 6. recuper. num.* 45. D. Barbos. *in l. cùm Prætor §. final. num.* 211. *ff. de iudiciis.* Item, quia aliquo prohibito, prohibetur omne id, per quod peruenitur ad illud, ex glossa *in cap. præterea 5. de officio, & potest. iudic. deleg.* Mascard. *de probat. conclus.* 102. & Surdus *cons.* 301. *num.* 74.

160. Suffragatur, quod dici solet, annexorum idem esse iudicium, vt volunt Cotta *in memorabil. verb. connexorum pag.* 166. Hippol. *sing.* 251. *num.* 1. Surd. *de alimentis tit. 9. quæst.* 31. *num.* 16. *cum sequentib. & cons.* 196. *num.* 9. *& cons.* 338. *num.* 3. maximè quando prohibitio est generalis, tunc enim ad minima extenditur, vt per D. Barbos. *in d. l. cùm prætor §. 1. num.* 112. *ff. de iudiciis.* Item, quia connexa dicuntur indiuidua, Surdus *decis.* 199. & reputantur vnum, Sigismum. Scacc. *de appellat. quæst.* 17. *limit.* 21 *sub num.* 25. & ab vno connexorum fit extensio ad alterum. *l. 3. §. iudicio contrario. ff. de contraria actione tutelæ l. proinde. ff. ad legem Aquil. l. cùm astum ff. de negotiis gestis, cap præterea, infra de officio delegat.* Mendez à Castro *in praxi Lusitana lib. 5. cap.* 1. *num.* 43. Tusch. *tom. 2. litt. C. conclus.* 626. & Gironda *de priuilegiorum, & exemptionum explicat. num.* 751. quibus omnibus probatur sub equis prohibitis censeri prohibita omnia quibus equi induuntur, & armantur, & instruuntur etiam ad onera ferenda in bello, & ad bombardas ferendas, & ad currus. Vgolin. *hoc loco, vers. equos num. 2. ad finem.* Marius Alterius *disput. 8. de excommunic. Bull. Cœnæ lib. 5. cap. 7. in principio*, vbi nomine equorum censet non sulùm comprehendi equos domitos, & disciplinatos, sed etiam indomitos aptos ad trahendos currus, & ad commeatus ferendos; item camelos, & cætera bruta, quæ in bello ad onera ferenda sunt vtilia, quamuis non sint apta ad pugnandum: proinde deferentes illa, vel similia ligantur excommunicatione.

161. Satisque erit ad censuram hanc incurrendam tradito vnius equi infidelibus, nisi equus esset adeò ineptus, & debilis, vt nulla arte reparari possit. Vgolin. *suprà d. num.* 2. & Marius Alterius *dict. cap. 7 in verb. per equos*, vbi subdit etiam ligari excommunicatione huius canonis transmittentes ad Sarracenos equos deductos ab ipsismet Sarracenis ad terras Christianorum, vtpote si quis emat in terris Christianorum à Sarracenis equos, & eos ad alios Sarracenos vendendos deferat, vel transmittat, quia Bulla hos deferentes, vel transmittentes excommunicat simpliciter, nec distinguit, nec considerat, à quibus deferentes eos emerint.

162. Quo ad verbum *Arma*, dicendum est sub illo intelligi ea, quæ tam ad defendendum, quàm offendendum, & pugnandum sunt vtilia, & idonea: vt scuta, galeæ, loricæ, gladij, hastæ, sagittæ, tela, & alia id generis multa. Item, fustes, & lapides, ad machinas bellicas compositi: nec non pilæ, siue globi, lapidei, aut ferrei. qui tormentorum bellicorum vsui sunt. Azor *instit. moral. part. 1. lib 8. cap* 23. *quæst.* 10. Qui ergo subministrauerint infidelibus arma hæc, & alia similia, incidunt in excommunicationem huius loci, est communis, Vgolin. *vbi proximè, verb. arma, num. 2.* & sequenti, Viualdus *in explicatione Bullæ Cœnæ cap. 7 num.* 67. Sayr. *d. lib.* 3.

de

de censuris, *cap.* 11. *num.* 28. ex quacumque materia arma sint fabricata, vbi id extendit ad deferentes ligones, rastra, secures, malleos, & huiusmodi alia multa instrumenta militaris artis, gloss. *in Clementina, Ne in agro,§. qui verò, ver. Arma, de statu Monachorum*, cuiuscumque sint figuræ, qualitatis, & speciei, & quouis nomine nuncupentur. Quare, qui tradiderit infidelibus etiam arietes, clauas ferreas, arcus furaros, bombardulas, ocreas ferreas, chirothecas eiusdem materiæ, innudantur excommunicatione. Fr. Antonius de Sousa *hoc loco in notationibus circa textum, num.* 4. P. Augustinus Barbosa *in cap. ita quorundam, de Iudæis, num.* 4. vbi *num.* 5. addit non comprehendi deferentes vaginas vacuas ad enses recondendos, ex Deciano *in tractatu criminal. lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 57. quem sequitur Barbosa parens *in remissionibus ad ordinationem Regiam, lib.* 5 *tit.* 109. *in principio, in textu*, ibi: *nenhumas armas*, dicens statutum prohibens deferri arma ad terras Maurorum, non comprehendere asportantem vaginas ad enses recondendos.

163. Hinc sequitur difficultas, an deferentes paruos cultros, quibus vtimur in mensa ad panem incidendum, vel ad calamos præparandos, ad Sarracenos, incurrant censuram huius canonis? Videtur negandum, non solùm propter paruitatem materiæ, sed quia propriè non vocantur arma, neque in prælio vtuntur illis pugnantes. Quinimò sub prohibitione deferendi arma per ciuitatem, non comprehenduntur deferentes similes cultros, aut gladiolos pennis aptandis vtiles, glossa singularis *in Authent. de armis ad finem, ver. Minores*, quem sequitur Bartol. *in l.* 1. *num.* 2. *ff. ad legem Iuliam de vi publica.* Arma enim simpliciter dicta sunt, quæ feruntur ad inferendam, aut propulsandam iniuriam, Caiet. *in summa verb. excommunicatio cap.* 20. & Armil. *eodem titulo excommunic.* 14. & Toletus *in summa casuum lib.* 1. *cap.* 23. vbi fatetur communem hanc esse opinionem, quam confirmat *l. armorum, ff. de verbor. signific.* Probatur ex *cap. clerici* 1. *de vit. & honest. cleric.* vbi habetur interdici clericis simpliciter delationem armorum, sub pœna excõmunicationis, non tamen extenditur ad deferentes cultellos paruos ad panem incidendum, & ad alia necessaria. Abbas *ibi num* 7. concordat Angel. *excommunic.* 7. §. 59. & Syluest. *eodem verb. & num. in principio.* Sayr. *hoc loco, num.* 29. Non enim huiusmodi cultri, & gladioli sunt ferrum mediatè, vel immediatè bello accommodatum, nec infideles illis vtuntur contra Christianos ad bellum.

Nihilominus Nauarr. *in Bulla Cœna cap.* 27. *num.* 63. *vers. quarta*, vult etiam cultrorum delationem, & transmissionem ad Turcas, & Sarracenos prohiberi, cuius hæc sunt verba: *Cultri, & etiam cultelli, quia suapte natura sunt ad pugnam apti, quamuis ob paruitatem aliquando pro subiecta materia non dicantur arma.* Quæ opinio mihi non improbatur, & eam sequitur P. Comitolus *in suis responsis moralibus lib.* 6. *quæst.* 10 *num* 3 Ex ea ratione, quia licèt nomine armorum cultri parui non veniant, veniunt tamen appellatione metallorum, eo quòd propter artificiosam figuram cultri isti non desinunt esse metallum. Accedit hæc de re consultum fuisse Clementem VIII. à mercatoribus Venetis, respondisseque deferentes magnam vim cultrorum in hunc canonem incidisse. Nam mercatores magnam vim cultrorum ad Turcas deferebant, non sub nomine armorum, sed sub nomine mercium, neque hos posse deferri, respondit Clemens. Ita Comitol.

Quare excusari possunt ab hoc canone deferentes ad Christiani nominis hostes paruam quãtitatẽ paruorum cultrorum sine dolo, lucri causa, & sic puto esse intelligendos, qui dicunt gladiolos armorum nomine in Bulla Cœnæ minimè contineri, quales sunt Abbas *in cap. Lator. num.* 3. *de homicidio, & in cap. clerici* 1. *de vita, & honest. clericor. num.* 6. Angel. *excommunicatio* 5. *casu* 21. *num.* 1. & 10. Syluest. *in verb. excommunicatio* 7. *num.* 59. & Tabien. *excommunicatio* 6. *num.* 2. & alij, quia arma efficiuntur, vt gestentur animo offendendi, vel defendendi, non autem, quæ fabricantur ad panem incidendum, & ad calamos aptandos, vt etiam vult Vgol. *verb. Arma. n.* 10. *hoc loco.*

Quando autem tanta fuerit copia horum cultrorum, vt ex illis possint arma conflari, sicut ex alia materia metalli infecta conflari solent, non est dubium exportantes eos ad infideles affici hac excommunicatione, & eodem modo qui lebetes, phiolas, scutellas, ligones, rastra, & alia similia instrumenta ferrea etiam rustica, quia hæc omnia sub nomine metalli comprehenduntur, ita P. Comitol. *supra num.* 3. & 4. post Nauarr. *in cap. ita quorundam, de Iudæis notab.* 10. *num.* 40. vbi conceptis verbis sic loquitur. Decimò infertur ex corollario præcedenti, omnes, qui animo formali, vel virtuali iuuandi Sarracenos contra Christianos deferũt eis aliqua vtilia bello, vel prælio mediatè, vel immediatè, incidere in censuras Bullæ Cœnæ Domini: quod maximè animaduertant Confessarij.

Sequitur illa difficultas, an donans infidelibus 164.
arma bellica longè remotis à locis Christianorum, incidat in hunc canonem? Respondet Nauarr. *in d. cap. ita quorundam, notabil.* 10. *num.* 9. *vers. ex quibus, de Iudæis*, negantes; si credit infideles non esse vsuros ferro, vel armis ad bellum; sed putat ex illis facturos clauos ad construendam domum, quam cœptam habent, Sayr. *hoc loco, de censuris Bullæ Cœnæ, lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 23. idem firmat, additque ab huiusmodi donationibus Christianos cauere debere propter periculum, quod inde timeri potest.

Similiter excusantur ab excommunicatione 165.
donantes gladium vnum, equum, hastam, sclopum, vel frameam alicui Duci, aut Dynastæ infidelium, vel propter gratitudinem, vel propter amicitiam conciliandam, vel ex liberalitate, ita Nauarr. *cap.* 27. *num.* 63. *vers. sexta.* Graff. *lib.* 4. *decis. cap.* 18. *num.* 104. non quidem ex defectu verborum, sed mentis, Viualdus *in Bulla Cœna num.* 61. vbi eos excusat ex paruitate materiæ ab excommunicatione. Sed magis placet ratio Nauarri, & Iacobi Graff. per illa verba, *quibus Christianos impugnant.* Non enim Princeps, Dux, vel præfectus vrbis, vel castri, cùm donat vnum, vel alterum equum, aut ensem, propter beneficium acceptum, vel accipiendum malo animo donat. Sed hæc ratio non conuincit, sed ea, quæ mittitur intentioni Pontificis, cuius mens non est in hoc casu ligare viros hos primarios supradictas donationes facientes, ob rationes suprà positas. sequitur Fr. Antonius de Sousa *in hoc canone disp.* 47. *num.* 4. *versic. circa secundam.*

Item ferrum prohibetur deferri ad infideles, 166.
quod intelligitur de ferro tã facto, quàm infecto, ex Angelo *in verb excommunicatio* 5. *casu num.* 21. Tabien. *verb. excommunicatio* 6. *num.* 3. §. *secundo.* Nauarr. *in manuali cap* 27 *num.* 63. *vers. Quinta, & in cap. ita quorundam, notabil.* 7. *num.* 2. & *num.* 5. *de Iudæis*, & Sebast. Medices *in summa peccator. capital.*

tit. 9. quæst. 78. & alij, vbi nomine *ferri*, intelligit ferrum ex quo aliquid fabricatum est, quo quis pugnare, aut munire se possit.

167. Caietanus autem *in summa verb. excommunicatio cap. 20. vers. Aduerte*; deinde insinuat nomine ferri intelligendum esse quamcumque materiam propriam primariam, seu secundariam armorum. Syluest. tamen nomine *ferri*, intelligit terram vnde ferrum fit, proinde in excommunicationem incidit, qui ad hostes illam defert, sic in verb. *excommunicatio septimo, num. 59. vers. & secundò*, vbi nomine *ferri* infecti declarat comprehendi terram, id est, venam ferri: quæ opinio sequenda est, non quòd propriè comprehendatur sub nomine ferri, sed ex mente Romani Pontificis, qui si de hoc interrogaretur, an fas esset deferri hanc terram ad hostes Christiani nominis? negasset quidem, vt tradit gloss. communiter recepta *in l. tale pactum, § final. ff. de pactis*. Nam ferrum de proximo conficiendum pro confecto habetur. Vgolin. *hoc loco, verb. Ferrum, num. 4.* Quare non solùm ferrum prohibetur deferri ad hostes, sed etiam terra hæc, contra Iacobum Graff. *dict. cap. 18. num. 103.* & Nauarr. Nam vena ferri nullum alium habet vsum, nisi vt ex ea ferrum fiat, idcirco non est dubium esse materiam, qua bellatores alios inuadant. Proinde venam ferri deferentes incurrunt hanc excommunicationem, Fr. Antonius de Sousa *hoc loco, circa notationes text. num. 4. vers. Tertiò ferrum.* Marius Alterius *disp. 8. de excommun. Bull. Cœn. lib. 5. cap. 6. fol. 540. col. 2. vers. contrariam sententiam, & cap. 7. fol. 543. colum. 1. in principio*, vbi ait venam ferri esse materiam ex qua eruitur ferrum, & ideo ex delatione ferri facti, seu infecti ad Saracenos incurri excommunicationem Bullæ.

Sub nomine *fili ferri* veniunt ea instrumenta, & arma, quæ ex filo ferri fabricantur, nimirum pilæ, quæ filo ferri armantur, & bombardis sclopetisque pilæ plures simul iunctæ, & inclusæ iaciuntur, emissæque in hostes irruunt, & magnam perniciem afferunt. Quin etiam ex filo ferreo arma alia finguntur, puta spicula sagittarum, & alia armorum genera, vbi quantitas magna suppetit. Quod extende ad omne filum cæterorum metallorum, propter identitatem rationis, & quamuis de solo filo ferri Bulla loquatur, non excludit aliud filum in quo reperitur eadem ratio, etiamsi rariùs accidat, iuxta glossam notabilem *in Clementina 1. verb. Præsidentes, de rescriptis.* Marius Alterius *d. cap. 7. vers. filum ferri.* Vgolin. *hoc loco verb. filum ferri.*

Nomine stanni, quod est notissimum metalli genus, intelligitur illud metallum, quod in fodinis reperitur cum argento, & in fornace primum colliquescit, & multos habet vsus, diciturque à Plinio *lib. 3. cap. 16.* plumbum album, & ad bombardas conficiendas satis accommodatum, idcirco eius delatio prohibetur hoc loco sub excommunicatione. Vgolin. *supra verb. stannum*, & Alterius *eodem verbo*, cùm sit metallum satis vtile ad instrumenta bellica.

Nomine chalybis, quod prohibetur deferri, intelligitur genus ferri magis purum, & purgatum, Lusitanè dicitur *Asso, ou acerro*, ex quo fiunt instrumenta valde apta, & accommodata ad vulnerandum, diciturque vulnificus chalybs per excellentiam, quasi instrumenta ex chalybe fabricata, vim habeant maximam ad infligendum vulnus, Vgol. & Alterius *vbi proximè, hoc verbo.*

Item, vt vno verbo concludam, prohibetur delatio omnium metallorum, scilicet auri, argenti, electri, æris, & plumbi. Quicumque igitur detulerit ad infideles ferrum, filum ferri, stannum, chalybem, aurum, argentum, & reliquas metallorum species, afficitur hac excommunicatione, nisi paruitas materiæ excuset à mortali. Prohibito enim metallo, prohibentur omnes illius species, *l. si quid eorum, §. inter emptum ff. de legatis. 3.* & quamuis reperiretur aliqua species metalli minime apta ad instrumenta bellica conficienda, non propterea deferens illam speciem immunis esset ab hac censura. Quia remoto genere, remouentur omnes species illius, Iason *in l. filius à patre, num. 10. ff. de liberis, & posthum.* Quamobrem neque plumbum ad infideles deferri potest, neque aurum, neque argentum factum, neque infectum, & ex consequenti, nec pecuniæ deferri possunt: sunt enim nerui bellorum, quibus arma habentur, exercitus fiunt, commeatus parantur, & arces etiam munitissimæ expugnantur. Nauarr. *in manuali cap. 27. num. 63. vers. sexta*, Vgolin. *hoc loco, verb. omniaque alia metallorum genera, num. 4. & sequent.* quibus accedit Marius Alterius *d. cap. 7. fol. 543.* & Viuald. *in 2. part. in explanatione Bullæ Cœnæ, casu septimo, num. 58.* 168.

Excipiuntur ab hac censura Christiani, qui sub imperio infidelium morantur, si pro tributis præstent pecuniam, censentur enim præstare coacti; sicut non ligatur Princeps, viribus impotens ad resistendum Turcæ, si illi ne ab eo vexetur, pecunias offerat ad redimendam vexationem. Quin etiã vasalli Principis Christiani possunt pecunias elargiri hostibus nominis Christiani, vt eos à bello contra Christianos excitando remoueant, Vgol. *vbi supra, ad finem.* 169.

Sed quæri potest quid significetur sub prohibitione bellicorum instrumentorum? Sayr. *d. cap. 11. num. 30.* per bellica instrumenta intelligit tympana, tubas, fistulas, lituos, cornua, & similia, ex Nauarro *in manuali cap. 27. num. 63. vers. per bellica instrumenta.* Similiter veniunt bombardæ, seu colubrinæ, balistæ, arcubalistæ, & sclopi, vt vult Rebuff. *in hoc canone, vers. bellica instrumenta*, quod extenditur ad alia tormentorum genera, quæ varia sunt, non solùm nomine, sed etiam materia, & forma, & vsurpantur ad muros ciuitatum diruendos, turres expugnandas, & ad hostes fugandos; quæ omnia veniunt sub nomine bellicorum instrumentorum, & latiùs patent, quàm arma, quia omnia arma sunt bellica instrumenta, non tamen omnia bellica instrumenta, sunt arma. Propriè namque arma ab armis dicuntur, hoc est, ab humeris, à quibus dependent, & armos tegunt, vt inquit Festus, & Seruius. 170.

Lignamina etiam prohibentur deferri ad infideles in hoc canone, quamuis *in cap. ita quorundam, de Iudæis*, habeatur ligamina, sed hoc loco non ligamina, sed lignamina expressè posita sunt. Constat enim verbum *ligamina* significare ligaculum, seu ligamentum, quo aliquid colligatur, & non significat materiam, ex qua aliquid efficitur, quam expressè voluit Pontifex in Bulla prohibere, ne ex illa naues, triremes, & alia vtilia bello ad infideles deportarentur, hoc est, ne ligna, quæ sunt apta ad ædificandas naues, triremes, & alia nauigia, nec non ad faciendos currus, & alias machinas construendas deportentur. Et multo fortiùs sub hoc vocabulo prohibentur deferri naues ipsas, & triremes iam factas, vt notat Nauarr. *in d. cap. ita quorundam*,

rundam, notabil. 7. *num.* 20. intelligi multo magis ipsas naues, & galeas factas. Ratio, quia excómunicat deferentes materiam ad construendas naues, à fortiori excommunicat deferentes res ipsas ex materia prohibira factas. Quod etiam expressè docet Anchar. *in cap. ad liberandam col.* 1. *de Iudæis.* Sunt namque naues, & triremes iam factæ lignamina ligata, & compacta, & ex consequenti vtiliora, & aptiora ad bellum, quàm soluta, & impacta. Quare si deferentes lignamina soluta ad infideles, hoc est, ligna ex quibus fieri possunt naues, & alia bello vtilia, incurrunt in hunc canonem, vt est communis, nemine discrepante, Nauarr. *dict. cap.* 27. *num.* 63. *vers. sexta*, Vgolin. *verb. lignamina num.* 1. Sayr. *d. cap.* 11. *num.* 31. post alios, à fortiori incurrent, qui deferent ad infideles naues, triremes, rotas ad vehenda tormenta bellica, currus, remos, malos, antennas, hastas, & similia, Marius Alterius *d. cap.* 7. *vers. ex his euidenter fol.* 544. *col.* 2. *ad finem*, & Vgolin. *hoc loco dict. verb. lignamina, num.* 2.

Limitatur rigor huius canonis quo ad deferentes ligna ad comburendum necessaria. Hæc autem non prohibentur deferri ad infideles. Syluest. *verb. excommunicatio* 7. *excommunicatione* 21. Tabien. *verb. excommunicatio* 6. §. 3. Nauarr. *suprà dicto vers. sexta*, quos referens sequitur Vgolin. *suprà num.* 3. & Sayr. *dict. num.* 31. *ad finem.* Secus si ligna deferantur ad hostes eo tempore, vt ab ipsis aliqua vrbs Christianorum incendatur, aut vallum contra Christianos extruatur, aut etiam dum actu Christianos oppugnant, vel à Christianis oppugnantur. Tunc enim incurrunt deferentes per verba in Bulla posita, scilicet, *Quibus Christianos, & Catholicos impugnant*, quæ verba interdicunt ea, quibus formaliter, vel virtualiter Catholici impugnantur. Quare si quis deferret tamquam merces ligna sine vlla deprauata intentione formali, aut virtuali ad comburendum nesciens, nec scire debens consideratis circunstantiis temporis, loci, & personarum illa fore vtilia bello contra Christianos, non ligaretur hac censura, esto postea hostes illa conuerterent ad vsum bellicum, Marius Alterius *d. cap.* 7. *versic. Respondeo ex tali delatione, fol.* 545. *col.* 1.

Per verbum *canapem*, & *funes* ex ipso canape, & ex alia materia, intelligitur prohibita dilatio in specie canapis, & funium ex quacumque materia, & ipsa quoque materia prohibetur deportari. Nomine *canapis* intelligitur herba ex qua conficiuntur chordæ, & generaliter sub nomine *funium* veniunt, quicumque funes ex canape, vel ex lino, vel etiam ex lana, vel serico efformati, qui possunt seruire in bello, siue mari, siue terra faciendo. Proinde prohibetur deferri non solùm canapis, seu canabis, sed etiam vela nauium, & pannus vnde fiunt vela, Vgolin. *vbi suprà verb. canapis, vel canabis. num.* 1. *&* 2. *& verb. funes, per totum*, Sayr. *d. cap.* 11. *num.* 32. post Nauarrum *d. cap.* 27. *num* 63. §. *sexta, vers. per funes*, vbi ait comprehendi non solùm lineos, & canapeios, sed etiam laneos, & sparteos, per legem *de pretio, ff. de publ. in rem act.* vbi generaliter dictum, generaliter est accipiendum, sequitur Alterius *vbi proximè, vers. funes*, dicens per *funes* significari omnes funes tam crassiores, quàm graciliores, qui formari solent vel ex canape, vel ex lino, vel ex stupa, vel ex alia quacumque materia. Horum enim omnium delatio ad infideles sub excommunicatione hac prohibetur. Quin addit Vgol. *in eodem verb. canabem*, incidere in excommunicationem deferentem semen canabis malo animo, vt Christianis noceat: sicut incidit deferens terram ferri. Secus si deferatur aliqua materia, ex qua communiter non formantur funes, quamuis infideles redacti in angustias postea illam materiam ad funes construendos accommodassent, quoniam materia funium hoc loco duntaxat interdicitur, & verba propriè sunt accipienda. *l.* 1. §. *si is qui nauem. ff. de exerc. act. & leg. ille, aut ille*, §. *cùm in verbis. ff. de legatis* 3.

171. Sequitur dicendum de reliquis, & in primis de illis verbis, quæ sic habent: *Quibus Christianos, & Catholicos impugnant*, quæ verba ad multa se extendunt. Primò prohibentur deferri ad infideles ea omnia, quibus infideles vtuntur in bello contra Catholicos, inter quæ prohibentur deferri homines ad bellandum, ad remigandum, & ad alia officia obeunda contra Christianos. Item prohibentur deferri omnia, quæ ad victum pertinent, quibus in bello hostes nominis Christiani sustententur. Item deferri prohibentur medicinæ ad vulneratos curandos, nec non Medici, & Chirurgi. Similiter, qui lapides quoque, arenam, calcem, & fabros ad arcem extruendam, vt inde faciliùs Christiani oppugnentur, detulerint, incidunt in hunc canonem, ex traditis à Caietano, quem sequitur Nauarrus *in dict. cap. ita quorundam, notabili* 7. *num.* 13. *vers. Materiam autem secundariam*, Vgol. *vbi suprà, vers. alia denique huiusmodi, fol.* 202. *num.* 3. *vers. Tertio præter.* Marius Alterius *d. cap.* 7. *ad finem fol.* 546 vbi tradit prohiberi pulueres sulphureos, nitrum, & sulphura, ex quibus fiunt huiusmodi pulueres ad tormenta bellica vtiles, Vgolinus, & Marius *vbi proximè.*

172. Circa secundam partem huius canonis, vbi excommunicantur illi, qui per se, vel alios de rebus statum Christianæ Reipublicæ concernentibus in Christianorum perniciem faciunt certiores infideles, & hostes Christianæ Religionis, aduertendum est, morte naturali puniendos vltra pœnam excommunicationis, Graff. *hoc loco d. cap.* 18. *&* 7. *huius canonis, verb. nunciantes num.* 105. Vgolin. *hoc loco, & hoc versic. num.* 2. *& vers. quo ad tertium*, tradit non intelligi nunciantes de statu alicuius priuati hominis etiam in perniciem illius. Quia Bulla non plectit, nisi nunciantes de statu Christianæ Religionis, vel de statu vnius Regni, Prouinciæ, ciuitatis, vel terræ, modò in perniciem Christianorum hoc redundet. Graff. *vbi suprà*; propterea si quis faceret infideles certiores de transitu mercatorum fidelium per certa loca, & ibi capi posse, non afficeretur hoc canone. Sayr. *d. cap.* 11. *num.* 35. Sousa *hoc loco c.* 8. *disp.* 50. *num.* 4. *vers. tertia conclusio.*

Ex dictis sequitur in hac secunda parte huius canonis ad incurrendam excommunicationem requiri duas conditiones. Prima, vt illa, de quibus nunciatur ad Turcas, aut ad hæreticos, sint de concernentibus statum Reipublicæ Christianæ, & de pertinentibus ad eius curam, & gubernationem. Secunda, vt id, quod illis nunciatur, redundet in perniciem Christianæ Religionis. Nec immeritò, quia coërcere voluit Summus Pontifex huiusmodi nunciantes vti proditores Christianæ Religionis: siquidem tales grauissimè delinquunt in Deum, & in homines reuelando secretum in perniciem Ecclesiæ, & Reipublicæ Christianæ, quod seruare tenentur *cap. de forma.* 22. *quæst.* 5. vbi iubetur seruo, quòd sit fidelis Domino in

secreto

ſecreto ſeruando,*& l.omne deliƈtũ.§. exploratores.ff.*
de re militari.Et quamuis hoc loco non fiat mẽtio,
niſi Turcarum, nomine illorum intelligũtur om-
nes infideles,& omnes Chriſtiani nominis hoſtes.
Quare facientes certiores de rebus ſtatum Reipu-
blicæ Chriſtianæ concernẽtibus in damnum ipſo-
rum Chriſtianorum, incidunt in hanc excommu-
nicationem,ſiue qui fiunt certiores,à fidelibus ſint
Turcæ, ſiue hæretici, ſiue quicumque alij Chri-
ſtianæ Religionis hoſtes,ſiue per ſe,ſiue per alios
id faciant, vt habetur *in hoc canone*, Vgolinus *hoc*
loco §. 1.*num.* 1.*fol mihi* 205. & multo fortiùs ex-
communicationem incurret, ſi perſonaliter cum
iis perſonis ore ad os loquantur, qui hoſtibus ea
nuncient,argumento *cap quanta,de ſentent. excom-*
munic & eſt ex coniecturata,ac veriſimili Romani
Pontificis intentione. Nec refert Nuntium eſſe
Chriſtianum,vel infidelem, ſemper enim incurri-
tur excommunicatio à mittente. Vgolinus *vbi*
proximè,verſic. ſecundò afficit. fol. 206.*columm.* 1. *ad*
finem.

Similiter incurritur excommunicatio ab ipſo
Nuncio faciente certiores infideles,quamuis oar-
ret ſimpliciter, quæ ſibi fuerunt iniuncta ab ipſo
mandante,dummodo ſit fidelis,quia nunciat infi-
delibus ea, quæ pertineot ad ſtatum Reipublicæ
Chriſtianæ,quæ infideles neſciunt,vel credit illos
ignorare.Idem dicendum eſt de Nuntio deferente
litteras ad infideles, in quibus confusè cognoſcit
contineri aliqua circa ſtatum alicuius caſtri, aut
ciuitatis, quamuis in ſpecie neſciat, quæ ſcriban-
tur, nempe ligari excommunicatione, atque ita
vterque afficitur hoc canone,eſto nihil damni in-
de redundet in Rempublicam Chriſtianam. Vgo-
linus *diƈt.* §. 1. *verſic. ſextò excommunicatio*, Alte-
rius *vbi ſuprà cap.* 9. *fol.* 551. *columm.* 2. *& ſequenti*
fol. 552.*col.*1.

Excuſantur ab hoc canone mittentes litteras,
vel Nuntios, ſi ad hoſtes non peruenerunt ex
aliqua cauſa, quia non conſequutæ ſunt litteræ
ſuum effeƈtum, aut Nuntij mandato non ſatisfe-
cerunt,quod fuerint captiui, vel occiſi in itinere,
non tamen mittentes Nuntios,vel litteras,immu-
nes ſunt à peccato,Vgolin. *diƈt.*§.1. *num.* 2. *verſic.*
primum igitur, Marius Alterius *diſput.* 8. *lib.* 5.
cap. 9. *fol.* 552. *columm.* 2. *in principio, verſic. quartò*
infertur.

Sed quid dicendum, quando nunciantes red-
dunt certiores infideles rerum, quas ipſi infideles
iam nouerant,& nihil noui accipiunt à nuncian-
tibus? Non incurri hanc cenſuram anunciantibus,
ex eo patet,quia ille,qui certus eſt,certiorari vlte-
riùs non poteſt. *reg. eum, qui certus, de regul. iuris*
in 6.vnde,qui certus eſt,non fit certior:igitur nun-
cians nihil noui detulit illi, qui rem iam nouerat,
& ideo non incurrit denunciando excommunica-
tionem huius canonis?

2 Nihilominus denuncians afficitur excommu-
nicatione, quamuis infideles iam omnia optimè
nouiſſent.Ratio,quia aƈtio principalis,quæ inter-
dicitur, eſt facere certiores infideles de rebus ad
ſtatum Reipublicæ Chriſtianæ ſpeƈtantibus, ar-
gumento deferentium arma ad infideles, qui non
egent armis eo tempore, cùm ſint armis muni-
tiſſimi; attamen propter delationem incurritur
excommunicatio:igitur pro aƈtu denunciandi,vel
reuelandi ea, quæ concernunt ſtatum Reipublicæ
Chriſtianæ,incurritur excommunicatio, quamuis
omnia infideles plenè cognouerint alia via. Item,
qui certiores facit infideles, ſcienter violat hunc
canonem, & id agit quod per ſe prohibetur, &
per accidens eſt, quòd infideles per aliam viam
id cognouerint, & quòd denunciatio infidelibus
non profuit infidelibus in damnum Chriſtiano-
rum, tamen afficiuntur excommunicatione, qui
nunciant, Vgolin. *ſuprà num.* 2. *verſic. At quid de*
iis,quia per illos non ſtetit, quin ſequeretur damnum;
ſequitur Alterius *vbi proximè cap.*9. *fol.*552. *col.* 2.
verſic. reſpondendum eſt, vbi *fol. ſequent verſic. Re-*
ſpondeo abſque vllo dubio, aſſerit Chriſtianum ca- 173.
pium à Turcis, ſi vrgeatur tormentis, vt reuelet
ſecreta Reipublicæ Chriſtianæ, incidere in hanc
excommunicationem.Nam quamuis iuſtus metus
mortis, aut alicuius grauiſſimi periculi imminen-
tis excuſet à tranſgreſſione humani præcepti, &
liberet violatorem à pœna contra violatores im-
poſita, quando non datur alius modus euadendi:
nihilominus in noſtro caſu nullo modo integrum
eſt Chriſtiano reuelare ſecretum, vt ſe eximat à
tormentis,neque à morte,cùm reuelatio tendit in
perniciem ſtatus Reipublicæ Chriſtianæ:quinimo
debet potiùs patienter mortem ferre, quàm veri-
tatem dicere in communem perniciem Chriſtia-
norum,ea traditis à Soto *lib.* 5. *de iuſtitia quæſt.* 1.
*art.*7. *verſic. vnde ad ſecundum*, dicente Innocen-
tem teneri ex charitate offerre ſe Tyranno, vt ci-
uitatem à communi periculo liberet, quia publi-
cum bonum priuato commodo eſt præferendum.
Igitur captiuus Chriſtianus debet patienter tole-
rare quodcumque malum potius, quàm aperire
ſecreta,quæ pertinent ad ſtatum Chriſtianæ Rei-
publicæ: proinde, ſi patefaciat, incurret in hanc
cenſuram.Souſa *diſp.*50.*n.*4.

Poterit tamen in hoc caſu interrogatus vti am-
phibologia,vt ſe eximat à periculo mortis, & di-
cere ſe omnino neſcire, etiamſi optimè omnia
teneat,eo quòd verbum *neſcio* habet hunc ſenſum,
neſcio,vt tibi reuelem modò:probatur,quia iudi-
ci ſciſcitanti à ſubdito,vt aperiat rem aliquam ſe-
cretam, reſpondere poteſt amphibologicis verbis,
ſe neſcire; ergo multo fortiùs licebit captiuo ita
reſpondere infideli per iniuriam interroganti:eſto
captiuo præſtetur iuramentum de reuelando ſe-
creto, adhuc enim poteſt vti eadem amphibolo-
gia,Marius Alterius *vbi ſuprà cap.* 9. *ad finem*, &
inſinuat Souſa *hoc loco cap.*8.*diſp.* 51.*num.* 5.*verſ.*
dummodo tale Eccleſia, vel Republica bonum non in-
terueniat, tunc enim non licet aperire ſecretum
quando bonum commune præponderat bono
particulari.

Nec ſunt prætermittenda verba huius canonis 174.
oƈtaui,quæ ſic habent:*Illiſque ad id auxilium,conſi-*
lium,vel fauorem quomodolibet præſtant.Per quæ ver-
ba oſtenditur incurrere in hanc cenſuram fideles
auxilium, conſilium, vel fauorem quomodolibet
præſtantes infidelibus circa ea omnia, quæ ad in-
fideles deferri prohibentur,quæ expoſitio in hunc
locum eſt planior, & aptior, quàm ea, quæ aliis
placet, nimirum illos incidere in hanc cenſuram,
qui faciunt Turcas certiores de ſtatu Reipublicæ
Chriſtianæ,& auxilium dant,conſilium,aut fauo-
rem Chriſtianis, vt reuelent ſecreta Chriſtianæ
Reipublicæ Turcis; magis ergo placet referre illa
verba ad omnes,qui adiuuant Sarracenos, infide-
les,& hæreticos quomodocumque auxilio, conſi-
lio,vel fauore ad id,hoc eſt,ad perniciem,& dam-
num Catholicæ Religionis, de quo hactenus di-
ximus.

Secundùm quam conſequenter dicendum eſt
non ligari excommunicatione auxilium, conſi-
lium,

lium, vel fauorem alteri præstantes, vt aperiret secreta Turcis, aut hæreticis, quod interdicitur præcedenti particula huius canonis; sed solùm ipsos reuelantes. Ast ex vi huius clausulæ credit Sayr. non excludi ab hac excommunicatione consilium, auxilium, vel fauorem præstantes, vt aperiantur secreta Christianæ Reipublicæ Turcis. Vide illum suprà *dict. lib.* 3. *dict. cap.* 11. *num.* 35. Ratio, quæ vrget, quia Bulla considerat auxilium, fauorem, & consilium præstitum: ergo non est dubium præstantes incidisse in hunc canonem. Item confert, quia fauorem, consilium, & auxilium dantes, vt aperiantur secreta infidelibus, concurrunt ad perniciem Christianæ Reipublicæ: atque ita quatenus ad hoc damnum, & perniciem properant, qui auxilium, fauorem, & consilium præstant, sub hac censura continentur, Vgolin. *de censuris Pontifici reseruatis part.* 2. *versic. illisque ad id auxilium*, *num.* 1. Marius Alterius quodammodo sibi contrarius, *disp.* 8. *de excommunic. Bull. Cœnæ lib.* 5. *cap.* 10. *folio* 553. *versicul. ex qua interpretatione, & fol. sequent. in principio, versic. sequitur quartò.*

175. Quæstionis esse potest, siquidem auxilium ferentes, consilium dantes, vel fauorem præstantes innodantur excommunicatione huius canonis, quibus modis dicatur consilium, fauor, & auxilium dari infidelibus in perniciem Christiani nominis, & in damnum Catholicæ Religionis? Respondetur primò ligari, qui per se auxilium ferunt pugnando pro ipsis hostibus, fabricando eisdem arma, & ferendo omnia necessaria ad bellum contra Christianos, nec non remigando in eorum nauibus, & nautica officia, ac munia exercendo, nisi coacti id faciant, vt captiui. Nauarr. *in c. ita quorundam*, *notabil.* 11. *de Iudæis*, Vgolin. *suprà n.* 1. *vers. qua excommunicatio.* Secundò per alios auxilium fertur, puta si hostibus milites Christianus subministret, & magistros nauium, nec non fabros, ad machinas bellicas extruendas. Tertiò afficiuntur excommunicatione auxilium ferentes indirectè Turcis, videlicet quando Dux Catholicus bellum mouet contra obsidentes Christiani nominis hostes, eo animo, vt obsidentes discedant ab obsidione, qua hostes nostræ Religionis opprimebant, ac vexabant, Vgolin. *vbi supra.* Quartò si præbeant victualia, ac commeatus, & milites in arte militari peritos, Decius *in cap.* 1. *de efficie delegati num.* 11. & 12. Marius Alterius *d. cap.* 10. *versic duobus modis*, vbi *versic. rursus*, in eandem excommunicationem, vbi vult etiam incidere, qui defendit alium ea intentione, vt possit auxiliari Turcis contra Christianos. Quintò denique dicitur auxilium, vel fauorem præstari infidelibus, Turcis, & hæreticis à Principe Christiano permittente, vt Turcæ transeant per loca sua, vel terras ad vexandos Christianos, si id potest impedire commodè; in quibus omnibus casibus auxiliantes, fauentes excommunicantur.

EPITOME.

176. *Fauens hosti Christianæ Religionis contra Regem Christianorum, ne fortior fiat, incidit in excommunicationem.*

177. *Suadentes hostibus, vt in prælium reuertantur contra Christianos, incurrunt excommunicationem, vel consilium præstantes.*

178. *Consulentes non incurrunt censuram, nisi sequatur effectu, nec mandantes.*

179. *Defendentes aliquem, vt faueat Turcis, est excommunicatus.*

180. *Consentientes, vt aliqui præstent auxilium infidelibus, & hæreticis in damnum Christianorum, afficiuntur hac censura.*

181. *Audiens deferri arma, vel victualia ad Sarracenos contra Christianos, & id ratum habens, an incidat in hunc canonem?*

182. *An qui Sarracenis vendunt, aut donant ea, quæ non licet ad eos deferre, excommunicentur?*

183. *An Princeps Christianus remiges Christianos mittens ad Turcas triremes, vt ibi remigent contra inimicos eiusdem Principis, incidat in hunc canonem?*

184. *Princeps Christianus nolens defendere Principem Christianum à Turcis cùm possit, an incidat in excommunicationem?*

185. *Quid sibi velit particula vltima*, Non obstantibus quibuscunque priuilegiis?

186. *Priuilegia deferendi merces ad infideles extra tempus belli concedi possunt à Sede Apostolica.*

187. *Quæ requirantur ad validitatem horum priuilegiorum?*

188. *Mercatores de licentia Principis secularis merces ad Turcas, & infideles deferendo, an incurrant in hanc censuram?*

& an Pontifex possit concedere, vt deferantur arma ad Turcas?

PRIMA dubitatio, an fauens hostibus contra Principem Christianum ne fiat potentior inter Christianos, afficiatur excommunicatione huius loci? 176.
Pars negans ex eo constare potest, quia licet cuilibet se, & sua tueri à potentioribus, argumento *legis, vt vim ff. de iust. & iur.* & Principes Christiani contra Principes Christianos vicinos bella mouent: igitur licebit fauere hostibus alicuius Principis Christiani, ne fortior fiat, & contra alios Christianos inualescat.

Pars tamen affirmans est verior, videlicet fauentem hostibus supradictis incidere in excommunicationem, quia fauere hostibus Christiani nominis cedit in damnum Christianæ Religionis: ergo in hanc censuram incidit. Nec obest Nauarr, *in cap. ita quorundam, notabili* 4. *num.* 27. *de Iudæis*, referens de Rege quodam fœdus faciente cum Turcis, vt potentiam Christiani Principis prosterneret, quia ad id respondetur fœdus Regem iniisse, vt se oppugnatum defenderet, quod non cernitur in nostro casu, Vgolinus *de censur. Pontifici reseruatis part.* 2. *versic. illisque ad id auxilium, num.* 4.

Porrò si fauor fiat hostibus pro necessaria defensione vitæ propriæ, aut consanguineorum, aut pro conseruatione sui Regni, aut rerum, quæ sunt magni momenti, & in graue detrimentum suum redundaret, nec aliter res proprias tueri posset, nisi per medium prædicti fauoris; tunc præceptum Ecclesiæ non videtur obligare cum tanto periculo, & cum tanto detrimento, vt expresse volunt Ioann. Andreas, Hostiens. & Anchar. *in cap. significauit, de Iudæis*, & confert Nauarr. *tom.* 2. *consil.* 31. cautè tamen in hoc euentu agendum est, & de consilio prudentum procedendum, antequam huiusmodi res fiant, ne in causa propria quis aberret, & in excommunicationem incurratur. Excipe semper casum in quo quis pro cõmuni bono Reipublicæ Christianæ tenetur se exponere potius omni

omni periculo, quàm fauere eisdem hostibus in perniciem Christianæ religionis; tunc enim, nisi faciat quod tenetur, incurrit excommunicationem, Vgol. *vbi supra*, & Sayt. *de censuris, hoc loco, lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 34. *versic. quarto*, & *num.* 35.

177. Secunda dubitatio circa suadentes hostibus, vt in prælium redeant contra Christianos, facilè deciditur incurrisse in hanc censuram, qui id suadent in damnum Christianæ Religionis, vel Christianorum, vel animum faciunt iisdem hostibus, vel dant consilium, vt constat ex verbis Bullæ, consilium, vel fauorem quomodolibet præstant. Nauarr. *in c. ita quorundam, notab.* 1. 11. *num.* 9. & *notab.* 4. *n.* 8. *de Iudæis*.

178. Illud adde, non ligari excommunicatione consulentem, aut mandantem, nisi sequuto effectu, hoc est, nisi postquam consilio ductus est, aut mandatarius virtute mandati ad opem ferendam, vel fauorem infidelibus motus fuit. Ratio, quia mandatum, aut consilium fuerunt causæ, vt contra Christianos infideles auxilium reciperent. Nam sic mandare, aut consulere, non est actio principalis, quæ prohibetur, nempe quouis modo adiuuare infideles, aut hæreticos; sed est actio accessoria ad principalem actionem, quæ per se prohibetur: idcirco exigitur, vt effectus actionis principalis ponatur in actu, vt incurratur excommunicatio. iuuat gloss. *in Clement.* 1. *verb. mandauerit, de pœnis*, vbi de mandante percutere Episcopum, & gloss. *in cap.* 1. *verb. mandauerit, de homicidio lib* 6. vbi de mandante interfici aliquem per assassinos. Semper enim requiritur, quòd sequatur effectus actionis principalis ad incurrendam censuram, quando actio est accessoria, glossa *in Clement. si quis, in verb. mandauerit*, & *ibi* Ioann. Andr. *de pœnis*, Antoninus 3. *part. tit.* 25. *cap.* 3. Tabien. *verb. excommunicatio* 5. *casu* 2. § *quarto*, & Syluester *eodem verb.* 7. *num* 44. *excommunicat.* 15. *versic. primo*, qui omnes exigunt factum consummatum, vt scilicet sequatur effectus ex tali consilio, vel mandato ad hoc vt incurratur excommunicatio. Quare si quis mandet alicui Christiano, vt opera ferat alicui, vel deferat arma, vel alia prohibita ad infideles, vel eos adiuuet in perniciem Christianorum, & te integra reuocet mandatum, aut consilium, immunis erit à censura, secundùm quod dicitur *in c. quicunque, de sentent. excommun. in* 6. Dummodo non mandet Christianum interfici per assassinos, quia etiamsi non sequatur effectus, mandans, eo ipso quòd mandauit principaliter excommunicatur, vt habetur *in cap. pro humani, de homicidio lib.* 6.

179. Tertia dubitatio est circa defendentes aliquem, vt valeat adiuuare Turcas contra Christianos, an incidat in hunc canonem? Placet affirmare, si per modum auctoritatis protegendo eum qui vult adiuuare infideles, vel hæreticos, vt sine damno suo faciat, quod intendit, vel verbis excitando, & laudando eum, vel affirmando rem esse licitam, Decius *in cap.* 1. *num.* 13 *de officio delegati*, cùm protegat, ac tueatur opus prohibitum, & defendat delictum, quod prohibetur, vt ostenditur *in cap. qui aliorum* 24. *quæst.* 3. ibi: *qui alterum defendit errorem, multo amplius damnabilior est illis, qui errant. cap. qui consentit*, 11. *quæst.* 3. ibi, *Siquis peccantem defendit acrius, quàm ille, qui peccauit, coerceatur*, Sayr. *in claui lib.* 10. *tract.* 2. *cap.* 11. *num.* 3. idcirco, qui ita defendit, absque dubio est excommunicatus, cùm non solùm erret, sed etiam aliis offendicula erroris præparet, & confirmet, & censeri potest vnus socius fraudis, & criminis. S. Augustinus suffragatur *Epist.* 54. *ad Macedonium*, & refertur *in cap. si res aliena* 14. *quæst.* 6. vbi sic ait: *Illud fidentissimè dixerim, eum, qui pro homine ad hoc interuenit, ne malè ablata restituat, & qui ad se confugientem (quantum honestè potest) ad reddendum non compellit, socium esse fraudis, & criminis*. Sic in nostro casu: igitur defendens ea intentione afficitur hac censura.

Quarta dubitatio circa consentientes dicendum est ligari hoc canone si consentiant, vt aliquod subsidium afferatur infidelibus, & hæreticis in detrimentum Christianorum, per textum *in cap quia quæsitum, in verb. sicut agentes, de officio iudicis delegati*, vbi sicut agentes, & consentientes pari pœna puniuntur. confert *cap. qui cum fure, de furtis, cap. quanta, de sentent. excommunic.* quod intelligitur si consentientes coopententur ad delictum saltem præstando auctoritatem, vt per Auiles *ad cap.* 1. *Prætor. numero* 7. *fol.* 58. *verso*. Flores de Mena *lib.* 2. *quæst.* 18. *num.* 41. Couar. *in regula peccatum, part.* 2. §. 12. *à num.* 1. & Molin. *de iustitia tract.* 2. *disp.* 732. *sub num.* 1. Quod multo fortiùs procedit, quando consentientes cooperantur cum agentibus positiuè præbendo causam efficacem, & propinquam principali actori, qui delinquit, Menochius *de arbitrar. casu* 348. *cum sequenti*, Flaminius *de confidentiis quæst.* 22. Atqui agentes contra hunc canonem non est dubium affici excommunicatione. Igitur, & consentientes modo supradicto pari pœna puniuntur: sicut etiam præstantes auxilium puniri solent pœna, qua punitur ipse delinquens, Clarus *in pract.* §. *final. quæst.* 90. *num.* 1. Mascard. *de probationibus conclus.* 159. *num.* 18. Bonacos. *commun. crimin. part.* 1. *verb. agentes fol.* 9. & Farinac. *in praxi crimin. part.* 5. *quæst.* 131. *num.* 1. *cum sequentib.* 180.

Quinta dubitatio de audientibus deferri prohibita ad Sarracenos contra Christianos, idque ratum habentibus, videtur dicendum quòd incurrerint in hanc censuram, quia ratum habens percussionem Clerici, est excommunicatus, vt patet ex *cap cùm quis, de senten. excommunic. lib.* 6. vbi statuitur contra ratum habentem percussionem clerico illatam. Contraria tamen pars ex eo probatur, quoniam ratum habens homicidium iniustum, irregularis non est, si nihil iuuit, aut non consuluit, sed post factum illud nomine suo commissum esse solum approbauit nutu, vel signo aliquo externo, quæ sententia est verior ex sola ratihabitione homicidij non contrahi irregularitatem, fauet gloss. *in cap si quis viduam, in verb. aut consilio, dist.* 50. ita Archidiaconus *in cap. omnes.* 17. *quæst.* 4. Angelica *in verb. homicidium* 2. *num.* 7. Couar. *in Clementina si furiosi. part.* 2. §. 1. *num.* 4. *de homicidio*, Viuald. *tract. de irregul. num.* 299. & *num.* 301. & Henriq. *lib.* 14. *cap.* 16. §. 2. Probatur, quia vt irregularitas incurratur, requiritur actualis culpa homicidij. *cap. si aliquis, de homicidio.* Qui verò ratum habet homicidium, quod non præcepit fieri, nec consuluit, quamuis peccet voluntate, voluntas tamen non sufficit ad contrahendam irregularitatem in eo casu, quo in exteriorem actum non fuerit deducta. Item, quia non contrahitur irregularitas, nisi in casibus à iure expressis. *cap. is, qui, de sentent. excommunicationis lib.* 6. Sed in iure non exprimitur incurri irregularitatem propter ratihabitionem. Ergo. 181.

His positis dicendum est audientes deferri arma, & subsidium ad Sarracenos, quamuis ratum habeant, si nihil operati sunt, nec cõsilio, vel mandato, nec aliquo alio modo fuerunt adiumento contra

contra Christianos, non ligari excommunicatione huius canonis. Ratio, quia finis huius prohibitionis est, ne infideles animentur, & adiuuentur in aliquo, quo possint Christianos oppugnare, & vexare, quod per ratihibitionem non fit: idcirco non incurritur excommunicatio. Nec facit ratihabitionem retrotrahi, & mandato comparari, *reg. ratihabitio, de regul. iur. lib. 6.* Quia respondetur hanc regulam procedere in iudiciis, non autem in delictis, nisi quando delicta sunt commissa nomine ipsius ratum habentis. Tunc enim retrotrahitur ratihabitio, & mandato non est dubium comparari, & ex consequenti Titius si intelligat arma, aut aliqua prohibita deferri ad infideles, & delata fuisse eius nomine ad eosdem a Sempronio, & hoc ratum habeat, innodatur excommunicatione, propterea quòd reputatur causa moralis huius delationis, sicut de mandante, & consentiente diximus, Nauarr. *in manuali c. 21. n. 78.* vbi vult ligari censura canonis *si quis suadente*, 17. *quæst.* 4. illum, qui coram amicis dixit se optare vindictam de quodam clerico sumere, præuidens, vel præuidere debēs amicos inde capturos occasionem percutiendi clericum, si illum postea percutiant, quod expressè definitur *in c. cùm quis, de sent. excom. lib. 6.* his verbis. *Cùm quis absque tuo mandato manus iniicit in clericum tuo nomine violentas, si hoc ratum habueris, excōmunicationem latam a Canone incunctanter incurris.* Eodē modo si quis excitet, vel sit causa ad excitādum infideliū animos contra Christianos, & ipse factum eius nomine ratū habeat, afficitur excommunicatione à tempore ratihabitionis, & nō antea, nisi fortè dicatur trahi retro ob causam, quæ fuit fundamentū incurrendi excōmunicationem.

Probatur ex glossa *in cap. cùm quis, de sentent. excommunic. lib. 6. vers. incurris*, dicente ligari excommunicatione ratum habentem, quando ratum habet, & approbat delictum eius nomine patratum, & non antea in eo instanti, in quo fuit commissum: eo quòd excommunicatio non sortitur suum effectum, nisi secuta ratihabitione, & approbatione. Non enim sententia excommunicationis retrotrahitur, sed statim ligat, & non suspendit suum effectum, *c. licèt, de sent. excommun. lib. 6. & c. Pastoralis, de appell.* gloss. *in c. venerabilibus, §. porrò, vers. Appellatum, de sentent. excommun. lib. 6.* Trahit itaque excommunicatio secum executionem, vt per Rebuff. *in concord. tit. de excommun. non vitan. vers.* 54. Marant. *de ordine iudic. part. 6. tit. de appellat. n.* 178. Gutier. *canonic. lib. 1. c. 1. n. 90. & 95.* Nau. *in man. c. 25. num.* 124. Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib. 4. cap. 64. à princ.* Campan. *in diuersorio iuris Canonici. rub. 11. cap. 15. num.* 53. Farinac. *in praxi crimin. quæst.* 101. *limit.* 13. *num.* 66. & 68. & plenè Sigism. Scacc. *de appell. quæst.* 17. *limit.* 22. *num.* 1. vbi ponit *num.* 34. aliquas limitationes, quæ non faciunt ad casum nostrum. Quare regula illa ratihabitionem retrotrahi, habet locum in conditionalibus contractibus, in quibus post purificatam conditionem obligatio retrotrahitur ad tempus contractus: contrà verò dicendum, quando obligatio incipit à die ratificationis. Item, qui cùm excommunicatio est pœna delicti, non potest afficere non delinquentem, nisi delinquat, non autem delinquit, nisi quando ratum habet. igitur cùm ratificat, tunc primò ligatur. Gemin. *in d. regul. ratihabitionem, num.* 5. Anchar. *num.* 3. Philip. Franc. *num.* 5.

182. Sexta dubitatio de vendentibus Sarracenis ea, quæ non licet ad eosdem deferri, an incidant in canonem hunc? Negat Nauar. *in d. cap. ità quorundam, de Iudæis, notab.* 10. *n.* 41. aitque posse sine metu excommunicationis vendi Turcis triremes, vel naues, cùm non fiat prohibitio vendendi in hac Bulla. Quamobrem vendentes, donantes, permutantes, commodantes illa, quæ deferri prohibentur, non incidunt in hunc canonem, quia cùm ista materia sit pœnalis, verba sunt accipiēda in propria significatione. Huius partis etiam sunt Caiet. *in summa, in verb. excommunicatio c.* 10. Tolet. *lib. 1. c. 23. dub. 1.* & Sayr. *de censuris lib. 3. c. 11. n.* 26. dicentes non excommunicari vendentes per hunc canonem, quando Christiani in terris suis ea vendunt infidelibus ad se venientibus, quia vendere non est deferre, & Summus Pontifex si noluisset, quòd non venderentur, id exprimeret in Bulla. Idem dicendum est de commutantibus arma pro armis, non solùm eiusdem generis, sed etiam diuersi. Sed Vgolin. *cap. 7. n. 5. & sequent.* contrarium putat verius, *fol.* 165.

Nihilominus non est negandum incurrere vēdentes, quatenus vendendo præstatur fauor infidelibus contra Christianos. Et de commutantibus loquitur Silu. *verb. excomm. 7. n.* 64. quod puto verum, quando ex commutatione horum armorū meliùs infideles notabiliter Christianos impugnarent; secus si sine notabili excessu eos, vt antea, inuaderent. Sousa *hoc c. disp.* 47. & Comitol. post alios *lib. 6. resp. mor. q. 11. in principio n.* 3.

183. Septima dubitatio, an Princeps mittens ad Turcas remiges Christianos, vt ibi remigent contra inimicos Christianos eiusdem Principis, incidat in hunc canonem? De hac re vide suprà, quæ diximus in 3. excommunicatione Bullæ in Cœna Domini *num.* 76. & 77. Nunc autem secundò dico Principem affici excommunicatione mittendo remiges Christianos, vt adiuuent Sarracenos in damnum Christianorum. Idem dico de remigantibus in triremibus infidelium cōtra Christianos voluntariè, vel ex cupiditate, vel ex lucro operādo, eo, quia auxiliantur Turcis in perniciem Christianorum, quæ est ratio formalis huius excommunicationis. Secus dicendum de coactis remigibus in triremibus Turcarum, qui remigant metu mortis incusso, vel ad fugienda verbera, & alia tormenta: hos namque nō peccare lethaliter credit Cord. *in sum. qu.* 173. dicens remigare in eo periculo non esse rem intrinsecè malam, sed indifferentem, neq; Christianos seruos teneri cum tanto vitæ periculo tueri vitam, aut bona proximi, præsertim quando Christiani non liberarentur à damno, quod illis imminet, si nonnulli ex remigibus Christianis cessarent à remigando. Atque ita non est ratio aliqua ob quam Christiani remiges se exponant euidenti periculo mortis sine euidenti commodo aliorum Christianorum.

Omissa ergo opinione Nauarri *in manuali c. 27. num. 63. in fine, vers. 7. & in cap. ita quorundam, notabil. 11. num.* 11. existimantis remiges Christianos in triremibus Turcarum etiam ad euitandum periculum vitæ non excusari à mortali, quia censet contra Christianos remigare esse per se malum, & ideo nec metu mortis remigare posse, cùm sit cooperari cum infidelibus ad rem secundùm se malam. Sed, pace tanti viri, opinio contraria est probabilior, & remigare de se est opus indifferens in illis, qui tanquam serui officio remigandi sunt mancipati. Nec potest dici actio

remigandi intrinsecè mala, quando fit contra Christianos inuoluntariè, ac per vim, quia tunc remigant coacti, nec domini iubent, vt remigent contra Christianos, sed vt absolutè remigent, & operentur in eo officio, cui addicti sunt, quod non est per se malum, sed indifferens: atque ita non peccant mortaliter.

Et quamuis à Turcis præcipiatur in malum finem contra iustitiam, & à captiuis accommodatè fiat ad finem infidelium, cùm tamen remigare sit de se indifferens, non fit à captiuis propter finem infidelium, sed ad proprium notabile damnum euadendum, ita Molin. *tom.1. de iust. disp.*115. *concl.*1. Lessius *lib.2. de iust. c.9. dub.*18 *num.*122. & 123. & *c.13. dub.3. n.*30. Sà *in summa verb. peccatum, n.9.* & Azor. *tom.1. instit. moral. lib.2. cap.17. quæst.6.*

Probatur argumento Nahaman 4. *Reg.* 5. qui Principi suo inseruiebat in templo Idola colenti, dum Regem suis manibus sustentans simul cum eo se se inclinans suum officium exercebat. Sicut non peccat famula, quæ comitatur Dominam Gentilem, & simul cum ea in templo Gentilium genuflectit, non quidem vt Idolo reuerentiam exhibeat, sed quia Domina, quæ ancillæ nititur, genuflectit. Similiter captiui Christiani traditi officio remigandi non peccant remigando, cùm exerceant officium indifferens non intendendo peccatum dominorum, neque cum eisdem cooperando, sed vitæ suæ consulere, & præstare simpliciter ministerium, cui sunt addicti, quod de se est indifferens, vt multis exemplis probat Sanch. *in precept. Decalogi, lib.1. cap.7.* præsertim *à num.* 18. vbi cum Azor, & Sa excusat hos captiuos porrigentes Turcis arma ab eis petita ad Christianos occidendos, & asportantes sarcina, & machinas ad muros admouendas, neque incidere in excommunicationem Bullæ Cœnæ, aut iuris communis.

Ratio, quia cùm prohibitio Bullæ, & iuris communis sint præcepta humana, non obligant cum tanto periculo, quod etiam tradit Nauarrus *d. cap.27 num.63. vers. septima, quod Christiani, & in cap. ite quorundam, notabili* 11. *num.*18. *de Iuda.* Quin adde, esto mortaliter peccarent remigandu, quod negatum est, adhuc excusari ab excommunicatione huius canonis; sicut non ligatur excommunicatione percutiens clericum turpiter inuentum in fragranti delicto cum matre, filia, vxore, vel sorore, vt est communis, Tabiena *excommunicatio* 1. *num.* 31. Couarr. *de sponsalib. part 2. cap.7. §.7. num.* 12. Nauarr. *d. c.27. num.*84. Ceuall. *commun. contra commun. quæst.*833. *num.* 30. & Farin. *in praxi crimin. part.* 5. *quæst.* 121. *num.* 6. & *num.* 73. quoniam tantum dolorem compescere difficillimum est. Ex quo constat posse interuenire peccatum mortale sine excommunicatione, quia non videtur voluisse Ecclesiam imponere Christianis captiuis infidelium obligationem non remigandi cùm tanto periculo tormentorum, aut mortis, nisi in aliquo particulari casu damnum Reipublicæ Christianæ publicum vrgeret, quod nullo modo potuisset impediri, nisi cessarent à remigando: tunc enim si non desisterent captiui à remigando ad seruandam vitam propriam, in censuram incurrerent, eo quia bonum commune priuato præferendum est. D. Thomas 2.2. *quæst.*25 *art.*4.

Vrgebis argumentum Nahaman non vrgere, neque concludere, quia Eliseus 4. *Reg.* 5. concessit Nahaman adorare Idolum simulatè, dum Dominum suum in templũ euntem comitaretur, quod affirmat Adrianus IV *trac. de Baptismo, quæst.1. ar.1. in solutione ad 5. paulo ante §. contra primam partem,* hoc licitum esse ex causa vrgenti, & cessante scandalo. Sed multo meliùs responde petẽti Nahaman ab Eliseo, vt impetraret à Deo fas esse id obsequiũ præstare domino suo eunti in templum Idoli, cõcessisse Eliseum non dispensando in lege diuina, sed declarãdo eo modo comitari dominum suum non esse interdictum, ita Lyra *ibidem*, & Azor. *tom.1. Instit. moral. lib.8. cap.27. quæst.7.* Est enim obsequium hoc de se indifferens, ac proinde possunt famuli, & famulæ illud exhibere dominis infidelibus, quando commodè non possunt se excusare, quia non exhibentur à famulis, vt dominorum intentioni conniueant, sed vrgente necessitate obediunt illis rem indifferentem præcipientibus, Sanch. *vbi suprà d. c.7. n.21. & sequent lib.1. & lib.2. c.4. num.*13. & *n.*14. Igitur in nostro casu remiges nullo modo incident in censuram huius canonis, cùm magis necessitate, quàm voluntate remigent, nec dicuntur violare eo tempore præceptum Ecclesiæ, quo eius mandatum obligat.

Octaua dubitatio an Princeps, qui noluerit de- 184
fendere à Sarracenis Principem Christianum, incidat in hunc canonem, si commodè potest. De iure ciuili non est reus detrimenti illati, qui cùm potuit commodè tueri proximum ab aliqua iniuria, illum tamen non defendit, ita Abbas *in cap.1. n.5. de officio delegati*, nisi proximus sit subditus Principis, qui potest impedire, vel nisi delictum sit cõtra personam illius Principis, cui alter est subditus. Nihilominus de iure canonico tenetur quis, si commodè potest, defendere proximum ab iniuria sibi inferenda, per *cap. sicut dignum. §. illi etiam, de homicidio*, cuius hæc sunt verba. *Qui potuit hominem liberare a morte, & non liberauit, eum occidit; & in fine illius §. nec caret scrupulo Societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare.* Iuuat *c. non inferenda* 23. *quæst.*3. ibi: *Qui enim non repellet a socio iniuriam, si potest, tam est in vitio, quam ille, qui faciat.*

Confert *cap. dilecto, post medium, vers. & quidem cùm liceat, de sentent. excommun. lib.6.* vbi sic dicitur: *Cùm liceat cuilibet suo vicino, vel proximo pro repellenda ipsius iniuria suum impertiri auxilium: imò si potest, & negligit, videtur iniuriam omnem fouere, & esse particeps eius culpæ.* Quare cum omni iure attento teneatur obuiare delicto, & proximum defendere, si absque periculo potest, peccat mortaliter contra charitatem grauiter, quamuis non teneatur ad restitutionem, nisi obligatio proueniat ex iustitia, Sotus *de iust. lib.4. quæst.7. art.3.* Valensa *tom.3. disp. 5. quæst 6. punct.3.* Sayr. *in Claui Regia, lib.10. tract.2. cap.4. n.2.* Rebell. *de oblig. iustitiæ, part.1. lib.2. quæst 2. num 2.* & Molin. *de iust. tract.4. disp.18. n.2.* quam contrahunt officiales, & ministri publici ex lege iustitiæ assumpti ad omnem etiam periculosam aliorum defensionem, iuxta textum *in l.1. §. tulisse, & §. si vulnerati. ff. ad Syllan.*

Nihilominus in nostro casu multo magis erit reus criminis Princeps, qui nõ vult liberare à Turcis Principem Christianum, si commodè potest, cùm sit damnum publicum, cui magis occurrere debet, & ex consequenti ligabitur huius canonis excommunicatione: dummodo habeat cũ Principe aliquam societatem, vel ius in illum tamquam in vasallũ, vel ratione alicuius superioritatis: tunc enim obligatus est ex iustitia ratione subiectionis, vel superioritatis: ideo si desinit impedire, cùm possit, incidit in excommunicationem, Caietan. *in summa verb. excommun. cap.* 10. *vers primò nota,*

de

de non impediente percussionem clerici, Sayr. *de censuris, lib.3.cap.26.vers.Quibus addo, num.* 24. Nauarr. *in manuali,cap.27.num.*78. Henriq. *in summa, lib.14. cap.* 12. Molin. *de iustitia, tom. 4. disp* 33. *memb. 5. num.* 6. Auil. *de censuris, part. 2. cap. 5. disp. 3. dub.* 8. quos referens sequitur Bonacin. *de censuris,disp. 2. quæst.4. punct. 3. num.5.*

Quinimo erit excommunicatus Princeps, quamuis non teneatur defendere, nec prohibere ex officio, si manifestè constet non defendere, nec prohibere dolose, id est,quando ex intentione non vult obuiare, & cognoscens se absque periculo, & damno posse obuiare, Innocent.*in cap. quanta,de sentent.excommun* vbi docet esse excommunicatos dolosè permittentes clericum percuti, ex quo prohibere poterant, & non prohibuerunt, ait enim, eos delinquentibus fauere interterpretamur, qui cùm possint manifesto facinori desinunt obuiare. Ex quo textu patet, qui potest obstare, & non obstat,vocari fautorem,& socium criminis, idcirco excommunicatum esse: quod etiam tradit Sayr. *in claui, lib.10.tract.2.cap.14. de muto, num. 3. vers. ad textus autem*; ex ea ratione, quòd excommunicatio non solùm ferri potest propter peccata contra iustitiam, sed etiam pro peccato mortali contra charitatem,quando scilicet quis dolosè obuiare desinit, *& d.cap.26.de censuris*; sic enim videtur moraliter consentire.

Mihi tamen non placet,quod asseritur incidere in excommunicationem,qui dolose noluit obuiare,cùm possit, nisi accedat obligatio iustitiæ, quæ ex officio obligat, non autem quando obligatio manat ex sola charitate:tunc enim sicut nõ obligatur ad restitutionem omittens defendere etiam ex odio, vt tradunt Alexand. de Ales *part. quarta, summa quæst.24 memb 5.art.3. §.4.in fine.* D. Thom. 2. 2. *quæst.* 62. *art.*7.& *ibi*, Aragon,& Michaël Salon. *ibi controuersia* 1. *&* 2. Ioann. Medin. *C.de reb.restit.quæst* 9. & Barthol.Medin.*lib.1. instr.confess.cap.*14 §.30. Sic etiam non incurritur excommunicatio propter peccatum contra charitatem. Nec obstat *cap. sicut dignum*, §. *illi etiam, de homicidio*,vbi:*qui potuit hominem liberare à morte, & non liberauit,eum occidit*; Quia respondetur:ibi non fuisse puram damni permissionem, aut negatiuam causalitatem, sed positiuam, quoniam comitati sunt interfectorem,& auctoritatem,& animum eidem præstiterunt ad homicidium committendum,vt Medina notat,quem referés sequitur Sayr.*in claui,lib.10.tract.2.c.14.n.3.*& probatur ex glossa *in d.c.quanta, verb.interpretans, in fine, de sent.excommun.* vbi nemo excommunicatur ex facto alterius, nisi in exteriori participet cum illo aliquo modo. Secus si merè negatiuè se habeat,& multo fortiùs, si noluerit se immiscere rumoribus,vel ex timore etiam irrationabili, vel ex negligentia non prohibeat.Sic Ioan. Andr.*in nouella*,Ioan.de Lignan. quem sequitur Angelica *verb. excommun.5.n.35.* Antonin. *3.p.tit. 25.cap.1 §.3. Notandum*, Caietan.*verb.excommun. cap.* 10. *vers. primo*, & Syluest. *eodem verbo 6. n. 5. vers. quinto.* & Nauarr. *in manuali d. cap.27. num.* 78.*vers.sexta, & in cap. non inferenda.23. quæst.3. num.26.*

Nec obstat excommunicatum esse,dolosè permittentem clericum percuti, ex quo prohibere poterat,& non prohibuit,per textum *in d. c. quanta, de sentent.excommun.in principio*, quod docent Caietan. *verb. excommunicatio* 10. Suar. *tom. 5. de censuris, disp. 22. sect.* 1. *num.* 56. Beia *part.* 1. *casuum conscientiæ, casu* 60. Sayr. *in claui Regia,*
lib. 10.*tract.2. cap.* 14. *num.2. & de censuris, lib.* 3. *cap.26.num.* 24. quos refert, ac sequitur P. Augustinus Barbosa *in d. cap. quanta, num.* 2. vbi addit hanc opinionem esse veriorem, & magis conformem illi textui.Quia respondetur textum dicti c. *quanta*, loqui de Clerico in specie, quem ex dolo percuti passus est, & non prohibuit, & ideo consentire visus est.Item,vt inquit gloss. *in d. c quanta,in verb. interpretans*, hoc pertinet ad publicum ius, *cap. ius publicum, dist.*1. ibi, *Ius publicum est in sacris, & in Sacerdotibus, & in Magistratibus*;atque ita, cùm clerici pertineant ad statum Reipublicæ Christianæ, voluit Summus Pontifex non solùm excommunicari facientes, & consentientes, vt Clerici percutiantur, sed etiam qui cùm possint manifesto facinori desinunt obuiare.

Attamen hoc solùm probat locum habere in foro externo, vt constat ex verbis dicti capitis *quanta, de sentent. excommun.* ibi: *Ne autem solos violentia huiusmodi auctores aliquorum præsumptio existimet puniendos, facientes, & consentientes pari pœna plectendos Catholica condemnat auctoritas*:eos delinquentibus fauere interpretans,qui,cùm possint,manifesto facinori desinunt obuiare.Nam illud verbum, *cum possint*, intelligitur de illis, qui ratione potestatis,quam habent in illos,tenentur defendere,siue sint Prælati, siue iudices, siue alij habentes potestatem aliquam,aliàs consentire videntur,præstareque auctoritatem,si vident percuti clericum,& non prohibent, gloss. *in d. c. quanta,verb.interpretans,ad finem.* Quamobrem opinio *d. cap quanta*, procedit in foro externo ex præsumptione in quo præsumitur fauere, & consentire,qui cùm possit,manifesto facinori desinit obuiare.Item procedit in vtroque foro contra obligatos defendere alios lege iustitiæ,videlicet contra Reges, & alios Superiores, quibus incumbit defensio suorum subditorum, & contra alios habentes publicam potestatem, ratione cuius ad hoc tenentur: secus de aliis,qui ex sola charitate defendere proximum debent, etiam si dolosè cùm possint non prohibeant, quod intellige in foro conscientiæ. Pœna enim non debet egredi amplius,quàm delictum reperiatur: proinde non est excommunicatus ex facto alterius, nisi, qui participat in crimine aliquo modo cum illo. Beia *d.1.part.casu 60.ad finem, vers. Nam opinionis*, vbi concludit in foro interiori non incurri excommunicationem,nisi per verum, & realem consensum:secus de præsumpta excommunicatione, & in foro externo, iuxta quam resolutionem accipienda sunt,quæ diximus de Principe Christiano nolente tueri alium Principem Christianum cùm possit.

Nona dubitatio, vtrùm reuocentur priuilegia 185.
concessa olim aliquibus Principibus, Rebus publicis, aut aliis personis priuatis ad deferendum quædam prohibita ad Turcas, & Sarracenos. Nam à Nicolao Papa concessum fuit priuilegium Genuensibus,& Venetis,à Martino Quinto,Sylu. *excommunicatio 7.num.58.excommunic.*21. Tabien. *eodem verb.excommunicatio* 6.§.6.& Toletus *in explicat. Bull.Cœnæ* §.5. *dub.* 1. Nunc autem virtute huius clausulæ omnia priuilegia quomodocunque concessa abrogantur, nisi de concessione specialis mentio fiat, quia priuilegia contra Bullam Cœnæ Domini nullam vim habent,propter clausulam generalem, & amplissimam,quæ est in fine in §.*non obstantibus priuilegiis*,qua abrogantur omnia indulta quibuscunque concessa,& reuocantur

omnes conſuetudines etiam immemoriales, & præſcriptiones longiſſimi temporis aduersùs ea quæ Bulla comprehendit. Quæ omnia conſtant ex vltimis verbis, ibi: *Non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis quibuſuis perſonis Principibus, Rebus publicis, per nos, & ſedem prædictam hactenus conceſſis de huiuſmodi prohibitione expreſſam mentionem non facientibus.* Probatur, quoniam derogatio generalis appoſita ex motu proprio Papæ rollit anteriora priuilegia, eorúmque ſpeciales derogationes ad futura, Paulus Caſtrenſ. *conſ. 3. num. 5 lib. 1.* Thomas Grammaticus *deciſ. 65. Excellens, n 23. & in deciſ ſequent. Cauſa Excellentis, num. 27.* Antonius Gabriel tit. *de clauſulis, concluſ. 2. effectu 2. num. 58.* & Menoch. *de præſumptionibus, lib. 6. præſumpt. 40. num. final.*

186. Non continentur ſub hac particula non obſtantibus, priuilegia conceſſa à Sede Apoſtolica ad deferendum merces, & victualia ad Turcas, & Sarracenos extra tempus belli, ex eo fundamento, quia per hanc clauſulam non obſtantibus tantùm abrogantur priuilegia quæ aliquo modo repugnant prohibitioni huius canonis, in quo prohibetur delatio ſolùm, vel traditio armorum, & reliquarum rerum, quæ ſunt vtiles mediatè, vel immediatè vſui bellico. Quare reuocantur ſolùm priuilegia deferendi res vtiles bello, non autem abrogantur priuilegia deferendi merces, & victualia, Antonin. 3. *part. tit. 24. cap. 30 in fine*, & Toletus *lib. 1 inſtruct. Sacerd. cap. 23. in fine.* Cæterùm Iacob. Graff. *deciſ. lib. 4. cap. 18. num. 106.* credit per hanc particulam *non obſtantibus*, derogari priuilegium deferendi merces, & victualia, niſi expreſſè iterum tale priuilegium concedatur. quæ reſolutio placet, eo quia non ſolùm ſublata ſunt priuilegia conceſſa à Sede Apoſtolica, quibus Sarraceni adiuuentur, ſed etiam priuilegia deferendi aliqua, quibus vel actu, vel habitu Chriſtiani à Sarracenis impugnari poſſint, hanc enim vim habet clauſula hæc *non obſtantibus*, ita vt neceſſe ſit de huiuſmodi prohibitione expreſſam mentionem fieri: aliàs priuilegia nihil valent.

187. Requiritur ergo ad validitatem ſimilium priuilegiorum, vt in illis ſpecialis mentio huius canonis facta ſit, & ad ipſum Pontificem refert abrogare, vel modum ponere priuilegiis per Sedem Apoſtolicam conceſſis. gloſſ. *in cap. clericis, §. Non obſtantibus, ver. eodem, de immunit. Eccleſiæ, lib. 6.* & habetur *in cap. nè aliqui, de priuilegiis, eodem lib.* Hinc ſequitur poſſe Pontificem tollere, & moderari priuilegia per Sedem Apoſtolicam conceſſa; & concedere, & prohibere commercium cum infidelibus, & ius debellandi eos, Auguſtinus Barboſa *de officio, & poteſt. Epiſcopi, part. 1. titul. 2. cap. 2. & in cap. quod olim, de Iudæis, & Sarracenis. num. 3.*

Quinimò ſuper Concilium Pontifex diſpenſare cenſetur, ſi faciat de eo mentionem ſpecificam, non autem per clauſulas derogatorias generales, ex eo, quòd conſtitutio conciliaris tacitè, & virtualiter includit clauſulam derogatoriam; ac proinde Concilio non derogatur per clauſulas generales. Ita Corta *in memorabil. verb. clauſula, Non obſtante*, Rebuff. *in Auth. Habita, verb. examinatione, C. ne filius pro patre*, Gutier. *pract. lib. 3. quæſt 17. num. 31.* Flores de Mena *variar lib. quæſt. 10. num. 50.* ex Anania *in cap. ſicut olim, de accuſat* Abbas *in cap non magno, in fine, ne clerici, vel Monachi*, & ex Innocentio *in cap. penult.* quod intelligitur, niſi conſtet de voluntate Pontificis. Aliter enim exigitur, vt mentio fiat expreſſa derogationis conſtitutionis conciliaris, Caputaq. *p. 1. deciſ. 268.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part. 4. collect. 849. & collect. 1367. & in praxi fori Eccleſiaſtici, deciſ. 556. in 1. edit. & reſol. 478. num. 4. in 2. edit.*

Nec obeſt regula illa: *Decet conceſſum à Principe beneficium eſſe manſurum, de regul. iuris in 6.* quia loquitur de congruitate, & ſecundùm conuenientiam rationis, quæ poſtulat, vt ſine legitima cauſa priuilegia non reuocentur; non tamen propterea aufertur à Principe poteſtas reuocandi, ſi voluerit, quemadmodum ſponte conceſſit, vt habetur *in cap. quia ſæpe, in fine, de electione*, & ideo Principi integrum eſt priuilegia conceſſa diminuere, moderari, & omnino tollere. *d. cap. clericis, de immunit. Eccleſiæ, lib. 6.*

Decima dubitatio, an Principes poſſint facere facultatem mercatoribus ſubditis, vt deferant ad Turcas non arma, & alia prohibita in hac excommunicatione, ſed merces, & victualia ſine metu excommunicationis? Reſponde deferentes non effugere excommunicationem iuris communis, contentam *in cap. quod olim, de Iudæis, verſ. Quamdiu inter nos*, vbi tempore belli prohibetur omne commercium, & omnes merces ſunt prohibitæ deferri ad hoſtes: quòd ſi non vigeat bellum, non cenſetur merces prohibita deferri ad Sarracenos, niſi ſit de genere mercium, quæ continentur *in cap. ita quorundam, de Iudæis*, vt notat Nauar. *allegat. 18. num. 3. & conſil. 2. de nauibus tranſuehendis, num. 3.* & Gregor. Lopez *l. 22. verb. Trigo. tit. 5. part. 5.* Quia Princeps ſecularis nequit concedere facultatem contra legem Summi Pontificis, neque poteſt eximere ſubditos ſuos ab obedientia debita Eccleſiæ, & ex conſequenti ab excommunicatione; quamuis à pœnis de iure ciuili impoſitis valeat liberare. Nauarr. *in cap ita quorundam, notabil. 1. num. 13. & 14. de Iudæis.* 188.

Vltima dubitatio, an poſſit Pontifex licitè Principi ſeculari concedere facultatem tranſmittendi ad Sarracenos arma, & cætera prohibita in hoc Canone, ita, vt tranſmittens non incurrat hanc excommunicationem quocumque tempore tranſmittat? Pars negans etiam quando fit facultas nulla exiſtente cauſa. Ex eo probatur, quia hæc cenſura eſt de iure poſitiuo humano, ſuper quo eſt Summus Pontifex, & ideo poteſt quem voluerit ab illo eximere, vt notat Couar. *regul. peccatum, 2. part. § 8. num. 9. ex verſiculo, Hinc etiam expendi poterit*, poſt Felinum *in c. nulli, de ſententia excommunicationis.* Atque ita non peccabit deferens virtute eiuſdem priuilegij, ſi ex iuſta cauſa priuilegium concedatur. Non enim delatio, vel tranſmiſſio eorum, quæ prohibentur in hoc canone, eſt intrinſecè mala ex ſe, nec damnata iure naturæ, ſed eſt quid indifferens, niſi delatio, vel tranſmiſſio rerum, quæ prohibentur, exerceatur intentione, & animo auxiliandi Mahometanis contra Chriſtianos: igitur integrum erit Pontifici ex rationabili cauſa in hoc Canone diſpenſare in eis, quæ ſunt iuris poſitiui, gloſſ. *in cap. propoſuit, verb. diſpenſare, de conceſſ. præben.* Abb. *in cap. ſignificaſti, num. 3. & 9. de elect.* D. Thomas *quodlib. 4. art. 13.* 189.

Quin etiam ſi concedamus delationem, ſeu tranſmiſſionem rerum prohibitarum in hoc canone de ſe eſſe malam intrinſecè, & reſiſtentem iuri naturæ, ac diuino, quamuis nequeat Papa diſpenſare in legibus diuinis, poteſt tamen

meo

men ex causa aliqua iusta,& vrgente non dispensando, sed declarando, vel interpretando permittere, vt prohibita hoc loco transueherentur ad Sarracenos, & qui in hoc casu transmitteret de licentia Pontificis, non delinqueret, vt deducitur ex traditis à Couarr. *de sponsalibus, part.* 2. *cap.* 6. §. 9. *num.* 2. *& in regul. peccatum, part.* 2. §. 11. *num.* 3. Hoied. *de incompat. benefic. part.* 2. *cap. vlt. num.* 5. *in fine*, & alij, quos referens sequitur Sayr. *in claui, lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 9. Pontifex namque habet potestatem interpretandi, & declarandi ius diuinum. Quæ quidem interpretatio Pontifici non est neganda: aliàs non dedisset Dominus sufficientem potestatem ad regimen suæ Ecclesiæ, contra illud, Deus, & natura non deficiunt in necessariis.

Porrò si absque causa rationabili daretur priuilegium deferendi res prohibitas ad Mahometanos, deferens ex virtute priuilegij non esset immunis à culpa, non tamen excommunicatione afficeretur, quod procedit, nedum secundùm existimantes hanc delationem, vel transmissionem rerum prohibitarum ad Sarracenos iure naturæ, & diuino esse interdictam; sed etiam, si affirmant esse quid indifferens iure tantùm humano positiuo prohibitum. Confirmatur ex faciente aliquid sine causa rationabili dispensato à Pontifice contra ius humanum, qui non est tutus in conscientia, & peccat ratione scandali, quod sequi potest inde Christianis, D. Thomas 1.2. *quæst.* 97. *art.* 4. gloss. *in cap. non est voti, verb. adimplere, de voto.* valet tamen dispensatio, quia in Principe est pro ratione voluntas.

Adde dispensationem cuiuscumque etiam Summi Pontificis in voto, vel iuramento concessam sine causa esse irritam, Sanchez *de matrimonio, lib.* 8. *disp.* 17. *num.* 3. Fr. Emmanuel *tom.* 3. *regul. quæst.* 46. *art.* 5. Reginald. *in praxi fori pœnitentialis, lib.* 18. *num* 341. & multo fortiùs non tenebit dispensatio, facta ab Episcopo circa leges Pontificias sine iusta causa, si intelligat causam esse iniustam, Couar. *de sponsalibus, part.* 2. *cap.* 6. §. 9. Sotus *de iustitia, lib* 1 *quæst. vltima, art. vltimo, vers. postremo.* Ripa *lib.* 2. *responsorum, cap.* 30. Suar. *de Sacram. quæst.* 72. *art.* 11. *disput* 36. *sect.* 2. *vers. Tertia pars, & de Relig. tom.* 1 *tract.* 2. *lib.* 2. *cap.* 33. *num.* 3 Lessius *de iustitia, cap.* 46 *dub.* 12. *ex n.* 101. & Sayr *in claui*, cum multis, *lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 12. Secus si fiat à Principe in iis, quæ sunt iuris positiui, quæ pendent à suo arbitrio, propterea valet dispensatio etiam sine vlla causa, quamuis malè faciat concedendo, Bartol. *in l. relegati. ff. de pœnis.* Innoc. *in cap. cùm ad Monasterium, de statu Regul.* Felin. *in cap. quæ in Ecclesiar num.* 6 *de constit.* & Caiet. 1.2. *quæst.* 96. *art.* 5. *ad finem.* Quamobrem si quis ex facultate Pontificis deferat prohibita in hoc canone ad Turcas, & actio sit indifferens, hoc est, interdicta solùm pœna Ecclesiasticæ legis sub excommunicatione, & priuilegium deferendi prohibita obtineatur absque vlla legitima causa, excusabitur non à peccato, sed ab excommunicatione, & ab aliis pœnis à iure ciuili impositis.

***

Octaua excommunicatio Bullæ Cœnæ contra impedientes, seu inuadentes eos, qui victualia, & alia necessaria conuehunt ad Curiam Romanam, sic ait:

§. VIII.

ITEM excommunicamus, & anathematizamus omnes impedientes, seu inuadentes eos, qui victualia, seu alia ad vsum Romanæ Curiæ necessaria adducunt, ac etiam eos, qui ne ad Rom. Curiam adducantur, vel afferantur, prohibent, impediunt, seu perturbant, seu hæc facientes defendunt per se, vel alios cuiuscumque fuerint ordinis, præeminentiæ, conditionis, & status, etiamsi Pont. seu Regali, aut alia quauis Ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate.

EPITOME.

190. *Materia huius canonis qualis sit, & contra quos feratur hæc censura?*
191. *Impedientes dolo malo eos, qui victualia, & alia necessaria ad vsum Curiæ adducunt, incidunt in censuram huius canonis.*
192. *Dolo bono impedientes ne victualia adducantur ad Curiam, non incidunt in censuram.*
193. *Nomine Romanæ Curiæ hoc loco quid intelligatur?*
194. *Impedientes victualia deferri ad aliquem particularem Romanæ vrbis non ligantur excommunicatione.*
195. *Gubernatores ciuitatum ex causa impedientes ne victualia ad Curiam deferantur, non incidunt in censuram.*
196. *Impedientes propter odium particulares ne deferant, an incidant in excommunicationem?*
197. *Nolens vendere victualia ea intentione, ne ad Curiam deferantur, an excommunicetur?*
198. *Latrones, qui spoliant pecunia quærentes similia victualia, an incurrant excommunicationem?*
199. *Victualium, & aliarum rerum appellatione hoc loco quæ veniant?*
200. *Impedientes, inuadentes, seu perturbantes eos, qui victualia deferunt, an puniantur aliis pœnis præter excommunicationem huius canonis?*
201. *Verba*, seu hæc facientes, defendunt per se, vel alios, *quid significent?*
202. *Verba* cuiuscumque fuerint ordinis, præeminentiæ, conditionis, & status, *quid importent?*

MAteria huius canonis octaui iam refertur in Bulla Martini Quinti, illiusque meminit 190.
Antonin. 3. *part. titul.* 24. *cap.* 72. *casu quinto*, estque sacrilegium, quo offenditur Sedes Apostolica in suis victualibus, & in aliis ad vsum Romanæ Curiæ necessariis, Caietanus *verb. excommunicatio cap.* 19. *versic. canonis istius materia*, quem sequitur Sayr *hoc loco. numero* 2. Sousa *in notationibus circa textum num.* 1. & Marius Alterius *cap.* 1. *in octauo canone.*

Prima dubitatio petit, contra quos feratur hæc

censura? Responsio sit contra impedientes, seu inuadentes eos, qui victualia, seu alia ad vsum Romanæ Curiæ necessaria conuehunt. Patet ex eodem Canone, qui intelligitur si iniustè impediant deferri victualia ad Romanam Curiam, ita Caiet. *suprà*, Nauar. *in manuali, cap.27.n.64.* Viuald. *in expositione Bullæ Cœnæ, n.71.* & Toletus §. *sext*, *in fine*, & alij, quibus accedit Sayr. *hoc loco, cap.12.n.4.* & Suar. etiam *in hoc Canone, num.63.* quod declarant Vgolin. *de censuris Pontifici reseruatis, part.2. cap.8. num.2.* iniustè impedire, qui dolo malo curat impedire, ne victualia ad Rumanam Curiam deferantur, & Marius Alter. *vbi proximè d. cap. t. vers. sit igitur*, vbi concludit dolo malo impedientes, ne necessaria ad Curiam adducantur, incidere in hanc censuram.

191. Dicitur autem dolo malo impedire, qui impedit adduci necessaria ad Vrbem per mendacium, fraudem, vim, metum, fallaciam, blanditias, suasiones, consilium, aut per quamuis alium modum, & idcirco incidit in censuram huius canonis. Quare si quis volenti Vrbem adire cum necessariis narret dolosè falsum, vt illum à proposito, & ab intentione eundi reuocet, dicitur impedire dolo malo, etiam si mendacium, quod narrauit, & finxit, nihil operatetur, nec retraheret ab incepto, nec ab itioere faciendo cum victualibus ad Vrbem, Marius Alterius *ibidem fol. 561.* quod tamen non placet, quia censura non incurritur, nisi secuto effectu.

192. Hinc sequitur dolo bono impedientes, ne deferantur necessaria ad Curiam, non incidere in hanc censuram, Vgolinus *suprà num.2. vers. non dolo malo*, dicens impedientes propter causam iustam, ne victualia ex suis terris extrahantur, & ad vrbem deferantur, fortassis, quia vrbs contagiosis morbis affligitur, non incurrere excommunicationem. Item si ob aliquam aliam causam iustam id impediatur, non esse locum huic Canoni, Nauar. *in manuali, num.64. vers. secundo.* Suar. *hoc loco, disp.21. sect.2. num.63.* vbi addit impedientes ita non solùm non ligari excommunicatione, sed nec malè agere. Ratio, quia hæc excommunicatio fertur contra impedientes iniustè, ne victualia deferantur. At hæc ratio cessat, quoties datur causa iusta, nec intercedit dolus malus, sed bonus: idcirco excommunicationi non est locus, Caiet. *d.cap 19.* Sousa *hoc loco, disp.53. num.4. vers. Secunda conclusio*, ex eo fundamento, quoniam vnicuique integrum est absque fraude, & dolo malo suam vtilitatem curare, & sibi proximisque suis consulere.

Nec obstat textus *in cap. bonæ memoriæ 1. de postulatione Prælatorum*, *in verb. præferentes*, vbi dicitur communem vtilitatem speciali præferendam esse, Surd. *decis.255. num.11.* Mexia *in tract. taxæ panis*, *conclus.4. num.17.* Gironda *de priuilegiorum*, *seu exemptio. explicat. num. 901.* Mench. *illustr. cap.5. num.16.* Cabed. *decis.74. num.5. part.1.* Quia hoc procedit quando in vtilitate communi priuata etiam includitur, vt bene notat Thomas de Thomass. *in floribus legum, regul.308.* nec non quando vtilitas publica Romanæ Curiæ venit principaliter, non autem quando venit secundariò, vt cernitur in nostro casu. Surd. *decis.62. num.9.* atque ita, cùm priuata vtilitas particularium impedientium non veniat sub vtilitate publica, & communi Romanæ Curiæ, neque vtilitas publica appareat principaliter respectu vtilitatis impedientium, non ligantur impedientes ex causa iusta deferri victualia ad Romanam Curiam.

Secunda dubitatio, Quid veniat hoc loco sub nomine Romanæ Curiæ? Responsio sit, sub nomine Curiæ intelligi non solùm familiam Papæ, sed etiam omnia, quæ spectant ad Tribunalia huius Sedis, ita, vt Curia contineat locum, in quo negotia, & lites tractantur: ideo appellatione Romanæ Curiæ non comprehenditur Roma vrbs, aut Romanus Populus; sed locus vbi moratur Apostolica Sedes, & vbi aguntur, & expediuntur lites, Vgolinus *de censuris Pontifici reseruatis, c.8. §.2. in principio, vers. Quartum propositum*, dicens Curiam Romanam nihil aliud esse, quàm locum vbi Sedes Apostolica moratur, & domicilium habet Pontifex cum iudicibus, & Magistratibus suis, sequitur Sayr. *lib.3. de censuris, cap.12. num.3.* Graff. *lib.4 decis. cap.18 num.109.* Sousa *hoc loco, circa textus notationes, num.2.* & Marius Alterius *disp.9. de excommun. Bull. Cœn. lib.5. cap.3. vers. his præmissis, fol.566. col.1.* 193.

Ex quo infertur Romanam Curiam esse Romanam vrbem quoties in se habet Sedem Apostolicam, & vbi tractantur lites, & negotia. Quare si Summus Pontifex eiúsque Tribunalia alibi, quàm Romæ existerent, non incidérent in huoc canonem impedientes, ne prædicta victualia Romam asportarentur: incurrerent tamen censuram impedientes, ne victualia adducerentur ad locum vbi Sedes Apostolica resideret. Siue igitur Romæ, siue Neapoli, aut in alio loco, Audientia Sedis Apostolicæ fuerit, ibi dicetur esse Curia Romana, Vgolin. *vbi suprà d.§.2.n.1. vers. dixi demum.* Graff. *d.cap.18. n.109.* Quinimò Curia Romana nedum dicitur esse ibi, vbi Romanus Pontifex est, dum est apud viuos, sed etiam post mortem, vbi morantur Cardinales, dummodo ibi Audientia Papæ moretur, nimirum iudices, & Magistratus Apostolicæ Sedis, sicque intelligendi sunt Castrensis, & Oldrad. *in l. suggestioni*, quos ibi referens sequitur Iason *num.20. Cod. de verbor. signif.* Nam vbi Sedes Apostolica habet suam Audientiam, ibi dicitur esse Curia, teste Iacobo de Graffis *vbi suprà d.cap.18. num.110.*

Infertur secundò Romanam Curiam in duobus locis esse posse. Primò vbi est Papa, ibi dicitur esse Roma, Abbas *in c. dura notab.2. de crimin. falsi. & in c. Ego N. ante fin. de iur. iur. n.6.* & ibi Felin. *n.9. vers. censetur Roma vbi est Papa*, & Bald. *in rubr. ff. de rer. diuis. n.24. vers. & in mensa*, dicens Romam esse vbi est Papa, esto in Tugurio Vaticano sit inclusus. Habétque hæc Curia in longum duas dietas legales, quarum vnaquæque continet viginti milliaria. Secùdò Romana Curia dicitur esse vbi moratur Audientia Papæ. Card. *in Clementina Auditor, in principio, de rescriptis.* Vnde Curia Romana non propterea ita vocatur, quòd necessariò debeat esse Romæ, sed dicitur Romana Curia, vel quia eam facit præsentia Papæ cũ Cardinalibus, & officialibus, & Audientia auctoritate ipsius Pontificis instituta, quamuis Papa absens sit.

Quocirca impediens ne necessaria adducantur ad vsum Curiæ, vel ad locum vbi Audientia Papæ residet, vel ad locum vbi Papa moratur, siue sit Romæ, siue alibi, incurrit in hunc Canonem, quoniam vterque locus sub appellatione Romanæ Curiæ intelligitur. Hinc venit vt impedientes ne necessaria Romam asportétur, quando ibi non residet Pôtifex, nec eius Tribunalia, non afficiantur hac censura: afficientur tamen impedientes, ne

ne necessaria ducerentur ad locum, vbi Sedes Apostolica moraretur, Graff. *d.cap.18.num.110.* & Sousa *circa textum hoc loco num.2.*

Similiter si pars Curiæ Romæ remansisset, impedientes incurrerent. Vgolin. *vbi supra §.3. vers.8.* Secus de impedientibus necessaria deferri ad locum vbi est Pontifex sine sua Curia, & sine Audientia, nimirum quando aliquò proficiscitur ad deambulandum relictis suis Magistratibus, & sua Audientia: tunc enim, cùm transeat, & non resideat in loco per quem transit obiter, impedientes necessaria eò deferri excommunicatione non ligantur. Eodem modo immunes erunt impedientes, si ibi Pontifex moriatur, & remaneant Cardinales, cùm ibi Curia non resideat, Vgolin. *suprà §.4.vers.4.*

194. Item censuram euadent impedientes victualia deferri Romam ad aliquem priuatum hominem eiusdem vrbis, Viualdus *hoc loco num.74.* quia in pœnalibus verba sunt accipienda in sua propria significatione. Non enim, quæ deferuntur ad vsum particularis personæ, censentur deferri
195. ad Curiam Romanam. Quin potiùs Gubernatores impedientes, ne victualia ad Curiam Romanam adducantur, non incurrunt excommunicationem, si id faciant ob bonum regimen loci, quem gubernant, cùm teneantur suæ Reipublicæ de necessariis prouidere ex iustitia, quod intelligitur, quando indigentia reperitur, ac necessitas rerum probabiliter timeri potest, Sousa *hoc loco disp.53 num.3 vers.1. conclusio*, concordat Vgolin. *hoc loco cap.8. in principio num.2. vers non dolo malo*, & Sayr. *de censuris lib.3. cap.12. num.4. vers. Alterum est*, vbi addit etiam excusari à censura impedientes tempore pestis, ne quis Romam adiret reuersurus, quia hoc est prouideri sanitati patriæ, & vtilitati.

196. Tertia dubitatio, an impedientes deferri victualia ad Romanam Curiam propter odium, quo exardent contra deferentem ne ex dilatione lucrum reportet, incidant in hunc canonem? Responsio est affirmatiua, quando ad vsum Curiæ victualia deferuntur, Sousa *disp.53.num.6. vers.4. conclusio.* Secus, si victualia deferantur ad vsum priuatum aliquarum personarum, vt vendantur, aut donentur, dummodo priuatæ personæ non sint officiales Curiæ, aut famuli, vel familiares alicuius officialis, vel denique non sint ex ministris, qui pertinent ad Curiam, seu ad Curiales, Vgolin. *de censuris Pontifici reseruatis*, *cap.8. §.4. vers.3.* Marius Alterius *hoc loco disp.9. lib.5. cap.4. ad finem vers. Respondeo, & vers. Secundò*
197. *dico.*

Non etiam comprehenditur sub hoc canone, qui non vult suas res vendere, vt Romam deducantur, quamuis aliæ deficiant, quæ deferantur. Nam propriè non est impedire: neque per hunc Canonem impediuntur homines rebus suis vti. Quin imò, quando remota omni fraude, ac vi, si quis priùs sibi emat victualia, & ita impediat, ne Romam asportentur, nullo modo ligabitur hac censura, Suar. *de censuris disp.21.sect.2.num.64. vers. Addo verò*, quem sequitur Sousa *disp.54.n.3. vers.1.conclusio.*

Adde non ligari etiam excommunicatione, quamuis nollet quis vendere expresè ad hunc finem, ne victualia deducerentur ad Curiam Romanam, & palàm prauum animum verbis ostenderet: quia ad incurrendam censuram, non sufficit prauus animus contra finem Summi Pôtificis, nisi violetur constitutio huius Canonis per actionem prohibitam, qualem non facit, qui non vult vendere, cùm neminem impediat. Quamobrem, cùm non faciat actionem positiuam, sed potiùs negationem actionis, non afficitur pœna huius Canonis imposita impedientibus, aut prohibentibus, ne victualia deferantur ad Curiam; quæ verba propriè sunt accipienda *l. quicquid astringendæ, ff. de verb. obligat.* Bartol. *in l. ita vulneratus, vers. Item nota quod verba legis. ff. ad Legem Aquil.* nisi appareat de voluntate contraria legislatoris; Dyn. *in cap. final. de regul. iuris, lib. 6.* 198.

Quarta dubitatio circa latrones spoliantes pecunia illos, qui victualia volunt emere ad deferendum Romam, an incidant in hunc Canonem? Responsio est negatiua, si clam furentur eisdem mercatoribus, quia constitutio solùm ligat impedientes, aut inuadentes, non autem spoliantes, nec furantes, Vgol. *de censuris supra §.4. vers. Tertio*, Sousa *disp.55. num.4. vers. Tertia conclusio*, ex eo, quia ita spoliantes non intendunt impedire, ne victualia deferantur ad Curiam. Secus si ea intentione spolient pecuniis euntes ad emenda victualia, ne ea deferant, quia realiter sunt impedientes, & impediunt delationem victualium, & inferunt iniuriam Sedi Apostolicæ, afferúntque dolo malo impedimentum, & directè agunt contra hunc canonem, Marius Alterius *disp 9.lib.5.c.4. fol.567. col. 2. & fol. 568 col. 1.* Idem Sousa *vbi proximè, num.3. vers secunda conclusio.*

Dictum est, si clam furentur, aut, si vt fures deferentes pecuniis spolient: quia, si eos in itinere aperto spolient tamquam latrones viarum, qui itinera obsident, & deprædantur, incidunt in hunc Canonem, quia inuadunt deferentes pecunias ad emendum victualia, vt ea Romam deducant, Vgolin. *suprà d. §. Tertio*, quia hi inuadere dicuntur deferentes necessaria ad Curiam, qui ab incepto itinere, & officio deferendi cessabunt, Marius Alter. *d cap 4 vers. Respondeo, fol. 568. col 1.* Secus si ex odio, vel passione percutiantur, aut occidantur in itinere victualia deferentes: tunc enim non per se, sed per accidens necessaria ad vsum Curiæ deferri impediuntur, Sousa *d.disp.55. ad finem.*

Quinta dubitatio continet, quænam veniant sub appellatione victualium, & aliarum rerum huius Canonis, quorum delationem impediens incurrit excommunicationem? Responsio sit. Victualia continent omnes species rerum, quæ conferunt ad vitam humanam, & sine quibus nemo viuere potest, Vlpianus *in l. verbo victus, ff de verb. signific.* idem declarat per verbum *victus*, sub quo continentur, quæ esui, & potui, cultuique corporis, quæque ad viuendum homini necessaria sunt: Vestem quoque victus, habere vicem Labeo ait. Vnde sub hoc nomine veniunt omnia, quibus communiter vescimur. Item omnia quibus regimur, & ab iniuriis temporis defendimur; vt etiam habetur *in lege, instratum, ff. de verbor. signific. & in lege. vestis. ff. de auro, & argent. legat.* Item sub eodem verbo *victualia* comprehenduntur medicinæ, & medicamenta. Bart. *in l. si cùm dotem. §. sin autem, in fine ff. solut. matrim. & in l. legatis, ff. de alimentis præstandis*, Vgolin. *de censuris Pontifici reseruatis, part. 2. cap.8. §.1. num.1. & 2.* vbi ait concesso aliquo principali censeri concessa etiam alia sine quibus concessum haberi nô potest; atque ita sub nomine *panis*, & sub nomine *carnium* addit venire ligna; 199.

quibus panis, & carnes coquuntur, vt etiam notat Viualdus *in explicatione Bullæ Cœnæ casu* 8. *num.*33. Marius Alterius *vbi supra cap.*2 *vers. quantum ad primum*, subdens, ligna comprehendi, quia necessaria sunt, & ad frigus in bieme ascendunt, & ad cibos parandos.

Quin etiam sub necessariis ad vsum Curiæ intelliguntur vniuersa, quæ pertinent ad vtilitatem, & decorem eorum, qui resident in Curia, cuiusmodi sunt equi, muli, & cæteræ animantes, & earum cibaria, puta paleæ, fœnum, hordeum, spelta, & id generis alia, quando quidem & hæc ad humanum victum necessaria sunt, Vgolin. & Alterius suprà scripti. Et quamuis de supradictis nemo dubitet ligari excommunicatione impedientes hæc deferri ad Curiam, & inuadentes, sunt tamen, qui censeant non excommunicari impedientes deferri pecunias, neque spoliantes deferentem eas, quia nec victualia dici possunt, neque referri debent inter res necessarias ad Curiam.

Nihilominus Vgolin. *d* §. 1. *num.*3. per verba huius Canonis (seu alia ad vsum Romanæ Curiæ necessaria adducunt) opinatur incurrere, dicens pecunias esse ex maximè necessariis ad vsum Curiæ, si quidem pecuniæ ad omnia coëmenda, & paranda valde conducunt, sine quibus Magistratus, & officiales Curiæ viuere nequeunt, & appellatione pecuniæ omnes res continetur, Aristot. *lib.* 1. *polit. cap.* 6. *& l. pecuniæ nomine, ff. de verbor. signific.* ibi, pecuniæ nomine non solùm numerata pecunia, sed omnes res, tam soli, quàm mobiles, & tam corpora, quàm iura continentur. Quare non ambigitur ex rebus ad vitam necessariis pecuniam esse maximè necessariam, & ex consequenti impedientes deferentem ad Curiam pecunias, vel illum inuadentes incidunt in hunc canonem; secus dicendum est, si quis deferat pecunias non ad Curiam, sed ad proprium commodum, tunc surripiens non ligateur excommunicatione, quia non impedit euntes ad Curiam cum rebus necessariis, Sayr. *de censuris lib.*3 *c.*12 *num.*4. *ad finem*, post Viualdum, quem referens sequitur Souza *d. d sp.* 55. *num.* 3. & Marius Alterius *d. disp.*9. *lib.*5. *cap.*2. *vers. sed dubitari posset de pecuniis.*

Ex dictis sequitur non ligari excommunicatione impedientes non necessaria ad vsum Curiæ, nimirum psittacos, aut simias, & id generis alia, nec similiter, qui impedirent cursores, & tabellarios, qui litteras deferant, quia litteræ non veniunt sub nomine victus, nec videntur conferre ad vsum Romanæ Curiæ. Ego tamen puto litteras esse de necessariis ad vsum Romanæ Curiæ. Fauet particula illa, *seu alia ad vsum Romanæ Curiæ necessaria impedientes, seu inuadentes*: & quamuis Vgolin. *supra* §.4. dicat dictionem, *alia*, non significare similia antecedentibus, eo quòd antecedentia ad victum pertinebant, & litteras non esse de victualibus, nihilominus non est negandum litteras, & tabellarios non esse de iis, quæ sunt ad vsum Romanæ Curiæ valde necessaria. Tolleretur enim recursus ex variis partibus ad Romanam Curiam, & negotia, quæ ex Curia dependent, ac lites retardarentur. Quare litteras, & tabellarios sine iusta causa impedientes incident in hunc Canonem.

200. Sexta dubitatio quot pœnis puniantur impedientes, inuadentes, perturbantes, & prohibentes, ne victualia, & alia necessaria ad Curiam deferantur? Responsio fit ex supradictis eruta, prohibentes sicut impedientes, & inuadentes incidere in excommunicationem. Est tamen hoc discrimen inter primam actionem principalem damnatam in hoc canone, & inter secundam: nam prima actio principalis, quæ prohibetur, est impedire, seu inuadere homines afferentes victualia ad Curiam, &c. quæ actio respicit personas adducentes. Secunda autem actio, scilicet prohibere, seu impedire, ne victualia, & alia necessaria ad vsum Curiæ Romanæ ad eandem Curiam deferantur, respicit res, quæ afferuntur, hoc est, res asportandas. Per primam actionem prouidetur hominibus adducentibus: per secundam rebus adducendis. Item datur etiam aliud discrimen inter primam, & secundam actionem, quoniam ex impedimento tradito personis est locus excommunicationi, etiamsi homines à voluntate, & ab animo deferendi necessaria ad Curiam non recedant. Contra verò, quando res asportandæ impediuntur, non incurritur censura, nisi effectu secuto, hoc est, nisi victualia ad Curiam non deferantur. Quare, vt incurratur excommunicatio, opus est, vt victualia non deducantur, Marius Alterius *supra in hoc canone, disput* 9. *lib.*5 *cap.*3. *in principio*. Vide Vgolinum *supra* §. 4. *vers. ac etiam eos, per totum*, vbi ponit aliud discrimen, *fol.*221.

Vltra excommunicationem huius canonis contra impedientes eos, qui triticum, legumina, & cuiusuis generis frumenta Romam adducunt, sunt pœnæ aliæ satis graues, vt videre est in Constitutione Clementis septimi, vbi declarat similia impedientes priuatos omnino dominio rerum, quas habent, & eorum terras, oppida, ac villas subiecit ipso facto Ecclesiastico interdicto, quòd si perseuerent in eo proposito, ac contumacia, ex tunc post semestre ipso iure omnibus terris suis, ac iuribus, quæ à Romana, aut ab aliis Ecclesiis habuerint, priuat, & ad illa, & ad alia obtinenda incapaces reddit, vt notat Marius Alterius *supra c.*5 *fol* 569.

Septima dubitatio circa verba illa contextus, *seu hæc facientes defendunt per se, vel alios*? Responsio fit, hanc actionem esse accessoriam. Atque in primis ligari excommunicatione, qui prædictos impedientes, ne victualia deferantur, defendunt, siue hos per se, siue per alios defendant, dummodo non detur casus in quo de iure illos defendere teneantur, Vgolin. *supra hoc loco, & hoc versiculo, n.* 1. Marius tamen Alterius *vbi proximè d. cap.* 5. ad finem addit, & bene, non incurri hanc excommunicationem, nisi quando actio principalis fortita fuerit effectum, nimirum, quando quis defendit illum, qui inuadit venientes, & deferentes ad Curiam victualia, aut defendit impedientes, ne necessaria ad Curiam re ipsa deducantur. Quare, qui impedientibus, vel inuadentibus quoquo modo auxiliatus fuerit, aut subuenerit, vel tribuerit homines, quibus deferentes prædicta obsideant in itinere, & intercipiant, ac spolient, incidunt in hunc canonem, quia hi omnes dicuntur defendentes, qui protegant illos, vt sine timore, quod intendunt, ad exitum perducant. Exigitur tamen, vt incurratur excommunicatio propter defensionem hanc, vt defensio fiat, & ordinata sit ad actiones supradictas prohibitas sub hac excommunicatione: ex quo sequitur non ligari excommunicatione hac, qui defendit ipsos impedientes post præstita impedimenta: tunc enim non est defensor commissi criminis, sed personæ delinquentis, Marius Alterius *vbi proximè, ad finem*, quæ resolutio non placet, non enim 201.

est

est negandum, qui ita defendit esse defensorem delicti, qui defendit personam delinquentem, nisi defensio personæ contingat post longum interuallum à delicto commisso.

202. Octaua dubitatio circa personas impedientes, inuadentes, prohibentes, seu perturbantes quomodo sit intelligenda? Responsio sit, hanc excommunicationem esse vniuersalem, & extendi ad omnes cuiuscumque ordinis, & conditionis fuerint, vt habetur in extrema parte, & particula huius canonis ibi, *cuiuscumque fuerint ordinis, præeminentiæ, conditionis, & status, etiamsi Pontificali, seu Regali præfulgeant dignitate, quo clariùs extensio illius explicari nequit*. quibus verbis voluit summus Pontifex concludere omne personarum genus nemine excepto.

Nam quamuis non vteretur his verbis, sufficeret clausula in principio, OMNES IMPEDIENTES, eo quòd dictio illa *omnes*, est vniuersalis, & continet singulos, nullo excluso. *l. textoribus, & l. Iulianus. ff. de legatis* 3. gloss. *in cap. vt circa, ver. aliarum, de electione lib.* 6. & pluribus confirmat Couarr. *lib. 1. variar. cap.* 13. iuxta illud Psalmi 8. *Omnia subiecisti sub pedibus eius*, eo quia omnia ei subiciens, nihil dimisit non subiectum ei. Vt ergo omnino adimatur omnis ambiguitas an personæ in dignitate regali, aut Ecclesiastica constitutæ comprehenderentur sub hoc canone? Propterea expressè nominati sunt etiam illi, qui Pontificali, seu regali dignitate præfulgerent. Idcirco quicumque contra hunc canonem violator extiterit, excommunicatione percutietur cuiuscumque fuerit ordinis, ac dignitatis, etiamsi non sit Romano Pontifici Iure ordinario in temporalibus subiectus, Caietan. *in summa verb. excommunicatio cap* 19. est enim quo ad personas vniuersalis, Marius Alterius *disp.* 9. *lib.* 5. *cap.* 1. *vers. cuiuscumque fuerint ordinis, præeminentiæ, conditionis, & status.*

Nona excommunicatio contra eos, qui lædunt venientes ad Curiam Romanam, vel ab ea recedunt, & contra vexantes sine iurisdictione residentes in Curia, sic habet:

§. IX.

ITEM excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apostolicam venientes, & recedentes ab eadem, sua, vel aliorum opera interficiunt, mutilant spoliant, capiunt, detinent: nec non illos omnes, qui iurisdictionem ordinariam, vel delegatam, à Nobis vel nostris iudicibus non habentes, illam sibi temere vendicantes, similia, contra morantes in eadem Curia, audent perpetrare.

EPITOME.

203. *Quæ sit materia huius canonis, & quæ sint partes primariæ*
204. *Quot personæ contineantur sub hoc canone, & quot sint actiones prohibitæ contra venientes ad Curiam, & ab ea recedentes, aut in Curia morantes.*
205. *An incurratur verberans, aut vulnerans venientes, & recedentes à Sede Apostolica.*
206. *Apostolicæ Sedis appellatione quid veniat hoc loco?*
& an differat à Curia? ibid.
207. *Quinam dicantur venire ad Sedem Apostolicam, & ab ea recedere, & in Curia morari.*
208. *An interficiens Infideles incidat in excommunicationem.*
209. *An mandantes, consulentes, vel suadentes aliquid contra venientes, &c. ligentur excommunicatione?*
210. *Quid intelligatur sub verbo* mutilant?
211. *Quid intelligatur sub verbo* spoliare, capere, & detinere?
212. *Morari in Curia, quinam dicantur, quo ad hunc locum, & canonem?*
& quid significetur nomine Curiæ *hoc loco? ibid.*
213. *Venientes ad Curiam Papæ, vt est Princeps temporalis, an veniant sub nomine venientium ad Sedem Apostolicam?*
214. *Veniens ad Sedem Apostolicam, quando quis dicatur ad effectum incurrendi excommunicationem, si quis illos mutilet?*
215. *Clausula illa,* Sua, vel aliorum opera, *an habeat locum in omnibus actionibus prohibitis?*
216. *Clausula secunda, nec non illos omnes, qui iurisdictionem ordinariam, vel delegatam non habentes, quid significet ostenditur?*

PRIMA dubitatio circa materiam huius canonis facilè soluitur ex Caiet. *verb. excommunicatio cap.* 14. dicente esse sacrilegium, quo offenditur Sedes Apostolica in iis personis, quæ sub sua protectione sunt, sequitur Sayr. *de censur. hoc loco cap.* 13. *num.* 2. Diuiditurque hic canon in duas partes: in prima excommunicantur omnes, qui offendunt venientes ad Sedem Appostolicam, vel ab ea recedentes occidendo, mutilando, spoliando, capiendo, & detinendo. In secunda autem parte excommunicatione feriuntur omnes, qui læduut commorantes in eadem Curia sub specie iurisdictionis illam sibi temere vēdicantes, & exercentes in illos easdem quinque actiones superiùs damnatas, nimirum occidunt, mutilant, spoliant, capiunt, & detinent. Per quæ verba extenditur hæc censura ad illos qui prædictas actiones exercent contra illos, qui in Curia resident, non simpliciter tamen, sed sub prætextu iurisdictionis temerè vsurpatæ. ita præcitati, quibus adhæret Suar. *hoc loco censur.* 9. *num.* 66. 203.

Secunda dubitatio circa personas, quæ continentur sub hoc canone, & circa actiones, quæ prohibentur. Quo ad primum, hæc censura est vniuersalis, comprehenditque omnes tam laicos, quàm clericos, item viros, & mulieres, dominos, & seruos, nobiles & ignobiles, & quoscumque, qui actionem aliquam exercuerint ex prohibitis in venientes ad Sedem Apostolicam, & recedentes ab eadem, & in morantes in Curia. Probatur ex particula posita in hoc canone, *omnes illos*, sub qua continentur quicumque, qui occiderint, mutilauerint, spoliauerint, ceperint, & detinuerint venientes, & recedentes & in Curia morantes. Quia dictio, *omnis*, includit quoscumque, Bald. *in l. omnia priuilegia. C. de Episcopis, & Clericis*, & patet ex *l. Iulianus in principio, ff de leg* 3. & ex *l.* 3. *ff de officio Præsidis*, *gloss. vlt in. in cap solitæ, de maior & obed.* Nam, qui dixit, *omnia*, nihil excipit, Burg. de Pace *cons.* 25. *num.* 28. Surd. *decis.* 265. *num.* 30. Tiraquel. 204.

in l. si vnquam, verb. totam, num. 1. Cod. de reuocandis donationibus, & Gonzal. *ad regul. octauam Cancel. gloss. 9. num. 21.* Ex quo sequitur omnes, & quoscumque huius canonis violatores sine dubio, & sine descrimine ligari excommunicatione.

205. Quod ad secundum, patet quinque esse actiones prohibitas, nimirum interficere, mutilare, spoliare, capere, & detinere. Ligantur ergo omnes censura, qui efficiunt aliquam ex his actionibus prohibitis. Vnde, qui verberaret euntem ad Sedem Apostolicam, non incideret in hunc canonem, quia non fit mentio de verberante, neque de vulnerante. Et verba sunt accipienda in propria significatione. Item vbi canones volunt comprehendere verberantes, & vulnerantes, eos declarant, vt *in Clementina 1. de homicidio*, ibi: *percusserit*, quod significat idem, quod verberaret, seu vulneraret. Facit caput *in pœnis*, & caput *odia. de regul. iur. in 6.* Vgolin. *de censuris Pontifici reseruatis*, hoc loco, *versic. Mutilant. num. 5.* & Marius Alterius *hoc loco disp. 10. lib. 5. in principio, versic. & primò in Bulla Martini, & cap. 4. fol. 579. vers. rursus quid dicendum.*

206. Tertia dubitatio quid contineatur sub hoc nomine *Sedis Apostolicæ*? Responsio sit, ex gloss. *in Extrauag. Ad onus. Ioann. XXII. ver. Sedem Apostolicam, de electione*, Sedem Apostolicam consistere, vbi Pontifex viuens trahit moram, atque ita vbi Papa moratur, ibi Sedes dicitur esse. Nam Cathedra non facir Sacerdotem, sed Sacerdos Cathedrã, nec locus sanctificat hominem, sed homo locum, *c. multi, dist. 40.* & gloss. *in Extrauag. si fratrum. Ioann. XXII. ver. vel Apostolica Sedis, ne sed. vac. aliquid innou.* vbi inquit, quòd vbi Papa, ibi Sedes dicitur. Nihilominus si Papam mori contingat, dicitur Sedes Apostolica esse in eo oppido, in quo successoris electio est facienda, quæ communiter solet fieri, vbi mors contigit, nisi Audientia Papæ alibi remanserit. Tunc enim dicetur Sedes esse vbi Audientia causarum, & litterarum Apostolicarum remanserit, & ibi fiat electio successoris, quia per obitum Pontificis Sedes non moritur, sed adhuc permanet, *Clementina ne Romani. §. sanè, de electione*, gloss. *in Extrauag. execrabilis, inter communes, versic. Sedis Apostolicæ, de praben.*

Ex quo sequitur Sedem Apostolicam considerata propria significatione in vnico tantùm loco consistere posse, videlicet dum Pontifex viuit in eo loco vbi ipse residet, illo autem cuiuis sublato, vbi celebranda est futuri Pontificis electio, iuxta *Extrauag. Ad onus, de electione.* Contrà verò Curia Romana in duobus locis simul potest consistere, nimirum in loco, vbi est Papa, & in loco, vbi est Audientia, atque ita quodammodo differunt inter se Curia Romana, & Sedes Apostolica, accepta secundùm propriam significationem. Hoc tamen loco, cùm Sedes Apostolica latiùs accipiatur, idem est, quod Romana Curia, & vbi est Curia Romana, ibi dicitur esse Sedes Apostolica, siue Romæ, siue alibi existat, & pro eodem accipiuntur, sicut *in cap. præsenti, de praben. lib. 6.* Vgolin. *de censuris supra cap. 9. ver. Sedes Apostolica, num. 1.* Toler. *in Bull Cœna, excommunicatio. 7. num. 2.* vbi volunt hoc loco idem esse dicere in Curia, quod apud Sedem Apostolicam. Confunditur enim nomen Sedis Apostolicæ cum Romana Curia. Idcirco in prima parte huius canonis excommunicantur omnes illi, qui ad Sedem Apostolicam venientes, & ab ea recedentes occidunt, mutilant, spoliant, capiunt, & detinent; & in secunda excommunicantur in eadem Curia occidentes, mutilantes, spoliantes, capientes, & detinentes, non simpliciter, sed sub prætextu iurisdictionis vsurpatæ temerè, cùm in prima parte de sola Sede Apostolica sermo fiat, & in secunda parte de Curia Romana: hinc sequitur, quòd Sedes Apostolica in hoc sensu accipienda sit in duobus locis, quemadmodum accipirur Curia ipsa Romana, videlicet vbi Pontifex residebit, & vbi fuerit causarum Audientia, si fortè remaneat in aliquo loco, vbi Papa non moretur.

Quare nomine Curiæ non intelligitur vrbs Roma, nec ciues Romani, sed Sedes, & Curia Apostolica, & ideo requiritur, vt incurratur excommunicatio, quòd personæ offensæ veniant ad Apostolicam Sedem, aut ab illa redeant, aut in loco, in quo Curia manet, morentur propter aliquod negotium in Curia expediendum, Caietan. *in verb. excommunicatio cap. 14.* Nauarr. *in manuali. cap. 27. num. 65. vers. secunda*, Tolet. *hoc loco §. septimo, dubio primo*, & Sebast. Medic. *in 2. p. summa tit. 9. quæst. 78. n. 178.*

Quarta dubitatio continet venientes, & recedentes à Sede Apostolica, siue maneat Romæ, siue foris. Per quæ verba responsio est in promptu, venientes ad Curiam Romanam, & ab ea recedentes, & in ea existentes, illos intelligi solùm qui propter Pontificem, & ratione illius veniunt, & commorantur, Caietan. *in summa verb. excommunic. cap. 14. vers. sed sunt*, Tolet. *in summa lib. 1. cap. 25. dubio 1.* Suar. *de censuris, hoc loco, disp. 21. sect. 2. num. 65.* Ex quo non comprehenduntur venientes ad vrbem, nec Romam, nec ad sua negotia secularia expedienda, sed ad Sedem Apostolicam, hoc est, ad negotia, causas, vel res, quæ ad Sedem Apostolicam, & ad Curiam spectent, Vgol. *vbi suprà verb. Sedes Apostolica num. 2. ad finem*, & Sayr. *d. cap. 13. num. 3.* Sousa *cap. 9. disp. 57 num. 2. versic. secunda conclusio*, vbi concludit illos, qui venientes interficiunt, &c. siue peracto negotio recedentes, siue eo durante in Curia commorantes incurrere excommunicationem. Quare interficientes, &c. propter alias causas, venientem, vel recedentem, vel in Curia commorantem excusantur: sicut non ligantur occidentes propter delictum, si aliquem occidant siue publica, siue auctoritate priuata, Viuald. *in Bulla Cœna num. 81.* quia non puniuntur vti venientes, sed vti malefactores, Sayr. *cap. 14. num. 8.* Ratio, quia Pontifex non habet animum defendendi delinquentes, & criminosos: fauet Panor. *in cap. Ego N. de iureiurando, fol. 130. col. 2.* vbi ait iurantem securitatem non teneri illam præstare de nouo delinquenti. 207.

Quæstionis tamen est, quando quis dicatur venire, aut recedere à Sede Apostolica, & quanto tempore duret aduentus, & recessus, vt violator huius canonis dicatur labi in excommunicationem? Responsio sit, venientem ad Sedem Apostolicam hominem dici, vbi primum quis domo exit, & tradit se itineri ea intentione, vt ad Sedem Apostolicam veniat ad peragendum apud eam negotiũ aliquod. A quo egressus puncto incipit gaudere priuilegio huius canonis, quousque completo itinere ad ipsam Sedem accesserit. Eodem modo dicitur recedens à Sede Apostolica, vbi primũ quis proficiscitur è loco vbi Sedes Apostolica moratur vsque ad propriam patriam. Quare si aliquis interim, dùm ipse est in via tam venientem, quàm recedentem aliqua iniuria ex præcitatis affecerit, statim ligatur hac excommunicatione.

Quin

Quin etiam, quamuis in hoc canone non fieret mentio expressa de recessu à Sede Apostolica, sed solùm de accessu, adhuc priuilegium securitatis datum euntibus censeretur concessum reuertentibus ab eadem Sede, & ibi morantibus. *cap. quia diuersitatem, de concess. praben. cap. statutum §. praeferendo, de rescriptis lib. 6.* Nam ire, & redire communiter æquiparantur in iure, Abbas *in cap. final. de treug. & pace*, ex textu *in c. magna, in fine, de voto*, Bartol. *in lege, vtimur. ff. de sepulchro violato*. Confirmatur argumento vouentis peregrinationem Hierosolymitanam, in quo voto commutando habenda est ratio expensarum in eundo, commorando, & redeundo, vt volunt Sayr. *in claui Regia lib. 6. cap. 12. num. 20. vers. item consideranda*, Comitol. *Respons. moral. lib. 2. quaest. 13. per totam*, Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 11. cap. 18. quaest. 13.* Suar. *de voto lib. 6. cap. 19. num. 19. in fine*, & Sanch. *in praecepta Decalogi tom. 1. lib. 4. cap. 56. num. 11. cum sequentib.* sic in nostro caso, non enim securè venit, qui tutò redire nequit. Atque ita etiamsi Pontifex excommunicaret omnes illos, qui iniuriam afferrent venientibus ad Sedem Apostolicam, & non faceret mentionem de redeuntibus, adhuc ligarentur, qui offenderent recedentes, cùm ire, & redire habeat idem priuilegium, ex *l. si cui. ff. ex quibus causis.*

Faciunt tradita ab Alcozer *in summa cap. 16.* vbi de potentibus irritare, *conclus. 1. fol. 55.* Syluest. *verb. votum. 3. quaest. 1.* dicentibus in votis peregrinationis expensas eundi, & redeundi esse soluendas dum commutantur non alia ratione, nisi quia virtualiter, qui vouit ire, vouit redire, nisi expressè apud se statuat ad patriam nun redire, vt patet ex *cap. magna, de voto.* ibi, *vt expensa, quas vouens in eundo, morando, & redeundo facturus est*, Sanch. *vbi suprà dict. cap. 56. ex num. 16. vsque ad num. 21.* vbi *num. 17.* addit, *si quis peregrinetur ad locum certum, & mutata voluntate nolit redire, nulla expensarum reditus commutatione indigeret.* Ex quo in nostro casu dici potest de recedente à Sede Apostolica, si in via aliò diuertat, & ibi longo tempore commoretur, non vocari ampliùs recedentem, & ex consequenti non gaudere priuilegio securitatis, neque ligari excommunicatione illum, qui diuertentem aliò, & ibi longo tempore commorantem offenderit, quia terminus recedendi censetur locus ille, vbi longo tempore permansit.

208. Quinta dubitatio est, An Infideles gaudeat hoc priuilegio securitatis, ita vt ligentur excommunicatione, qui illos venientes, &c. offenderint? Responsio est affirmatiua, etiamsi offensi sint Iudæi, vel hæretici, aut alij à Christiana Religione remoti. Ratio, quia hic canon loquitur absolutè de venientibus ad Sedem Apostolicam, & ab ea recedentibus, & ibi commorantibus; ergo quicumque illi sint, manent sub protectione, ac priuilegio, vt sine periculo accedant venientes occasione, & intuitu Sedis Apostolicæ, quæ benignè, & humaniter tanquam mater etiam infideles, & hæreticos pœnitentes excipit, *cap. duo ista 23. quaest. 4. & cap. Sedes Apostolica* vbi Innocentius Tertius ait consueuisse Sedem Apostolicam se exhibere petentibus liberalem: proinde, qui infideles offenderit aliquo ex supradictis modo, incider in hunc canonem, Vgolin. *de censuris Pontifici reseruatis part 2. cap. 9. §. 1. num. 2.* Sousa *disp. 57. num. 2. versic. intelligitur hac censura*, vbi extendit hoc priuilegium etiam ad seruos, & ad familiam eorundem, ex sententia Angeli *in l. vltimo ff. de sepulchr. viol.* dicentis habentem saluum conductum pro se, & sociis, illud etiam habere pro sociis Iudæis, quoniam priuilegium datum domino extenditur ad familiares, & domesticos, quando dominus nequit sine domesticis, & familiaribus illo vti, Franch. *in cap. licet, vers. cùm conceditur, num. 2. de priuil. lib. 6.* Felin. *in cap. ego N. num. 11. in fine, de iur. iur.* & ex consequenti, qui offenderint seruos, & alios, qui comitantur venientes ad Sedem Apostolicam, &c. incurrunt in hunc canonem.

Sexta dubitatio, quid intelligatur sub verbò 209.
mutilant? Et in primis, an veniant mandantes, consulentes, aut suadentes, vt mutilentur? Pars negans solùm probatur ex verbis huius canonis, vbi excommunicantur mutilantes, non autem mandantes. Nihilominus comprehendi mandantes sequuto effectu, & non antea probabilius est, ex verbis ipsius canonis, ibi: *Sua, vel aliorum opera interficiunt, mutilant, & spoliant*, quæ verba *sua, vel aliorum opera*, faciunt hunc sensum, qui per se, vel per alios interficiunt, seu mutilant, incurrunt excommuniationem, si venietes scilicet ad Sedem Apostolicam, vel ab ea recedentes gratia tractandi aliquid cum Pontifice tamquam cum capite, & Præside Sedis Apostolicæ, aut cum eius officialibus mutilent, vel mutilare faciant, siue mutilatio sequatur, vt impediatur aduentus ad Sedem Apostolicam, siue propter inimicitias, siue vt surripiantur bona venientis, aut recedentis, siue ad alias causas, incurritur excommunicatio huius loci, Viuald. *in explicatione Bull. Cœna casu 9. n. 81.* Vgolin. *de censuris Papa reseruatis cap. 9. §. 1. versic. Octauò afficit.*

In eadem excommunicatione est, qui mutilat famulum, vel comitem itineris, cuius opera opus est venienti ad Sedem Apostolicam, vel ab ea recedenti. Vgolin. *vbi suprà num. 1.* & mandantes sicut & agentes tenentur ex delicto, vt inquit Ioann. Andr. & refert Abbas *in cap. sicut dignum num. 11. de homicidio.* Iuuat, quòd mandans, & mandatarius plerunque eadem pœna puniuntur, Gomez *variar. tom. 3. cap. 3. num. 30.* Menoch. *de arbitrar. casu 353. ex num. 2.* Decian. *tract. crimin. lib. 9. cap. 31. cum sequentib.* & Petr. Cabal. *in tract. de omni genere homicidij, num. 264. cum sequentibus.*

Quo ad consulentes, vel suadentes aliquid ex prædictis actionibus contra venientes, recedentes & morantes, videtur negandum ligari excommunicatione, si principales eorum opera non vtantur. Nam hoc nomen *opera* strictè secundùm propriam significationem sumitur pro actione, vel labore, vel industria ipsius agentis, & operantis, non autem vsurpatur pro consilio, suasione, aut fauore, vel auxilio: igitur excommunicantur, qui propria actione, vel actione & opera aliorum mutilant, atque ita non extenditur censura ad alios, quamuis non excusentur consulentes, & suadentes à peccato, neque à pœna pro ratione delicti. Quare dicendum est consulentes, suadentes, fauentes, & auxiliantes incidere in hunc canonem, si consilium, suasio, fauor, aut auxilium sint id generis, vt contineant cooperationem, aut operam ad aliquam actionem ex prohibitis. Nam tunc isti omnes dicerentur propriè cooperatores ad actionem non tanquam consulentes, vel suadentes, vel fauentes; sed tanquam socij, & consortes criminis, Marius Alterius *disp. 8. lib. 5. cap. 10. per totum, & disp. 10. lib. 5. cap. 3. vers.*

versic. quamobrem, & Vgolin. *d.* §. 1. *versic. qui ergo mandat*, Suar. *d. disp*, 21. *sect.* 2. *num.* 66. vbi ait auxiliantes, vel fauentes, quod idem dicendum est de consulentibus, & suadentibus, ligari excommunicatione, quando hæc talia sint vt contineant cooperationem ad eandem actionem.

210. Nomine autem *mutilationis*, venit membri abscissio, vt probatur *in Clementina* 1. *de homicidio*, & clariùs *in cap. penultimo, de corp. vit.* ibi, *manu altera mutilatus*. Quare mutilare nihil aliud est, quàm membrum corporis abscindere. Maiol. *in tract. de irregul. cap.* 14. *num.* 1. Nauarr. *cap.* 27. *num.* 206. & *num.* 208. Qui igitur debilitat membrum venientis ad Sedem Apostolicam, vel ab ea recedentis, etiamsi membrum fiat inhabile, non incurrit excommunicationem, quia debilitare non est propriè mutilare, vt est communis sententia, & probat Abbas *in cap.* 1. *num.* 9. *qui clerici, vel vouentes*, & *in cap. clericis, num.* 3 *ne cleri, vel Monach.* Præpos. *in d. cap* 1. *num.* 2. *qui clerici, vel vou.* Felin. *in cap. cùm illorum, num.* 14. *de sentent. excommun.* Et quamuis Abbas sibi contrarius *in d. cap. cùm illorum, num.* 8 *in fin.* opinetur mutilationem membri esse, quando debilitatur membrum, & non separatur à corpore ex toto, sed impeditur eius officium: oppositum est probabilius, quoniam mutilatio est particularis occisio membri, & sicut per homicidium separatur anima à toto corpore; sic separatur anima ab illa parte membri abscissa, vt ait Præpos. *cap.* 1 *num.* 25 *dist.* 5. Quæ separatio animæ non contingit per debilitationem membri: manet enim anima in membro debilitato, & pertinet ad integritatem corporis, *cap. sicut vrgeri.* 1. *quæst.* 1. ibi, *vt si cuius manus esset arida, verum quidem esset membrum, quamuis sine sanguine & inefficax esset, & mortuum.*

Secus in mutilatione membri, per quam separatur membrum à corpore. Quare mutilatio non est debilitatio membri, sed integra separatio, & mutilare significat abscindere. *cap. siquis absciderit, dist.* 55. Vgolin. *suprà vers. mutilant, num.* 3. *vers. quo ad primam quæstionem*, Sousa *hoc loco disp.* 57 *num.* 4. *versic. Quarta conclusio*, vbi addit, vt quis dicatur mutilare, satis esse, quòd partem membri abscindat, quia mutilare abscindere est, sequitur Vgolin. *vbi proximè*, & Marius Alterius *disput.* 10. *de excommun. Bull. Cœnæ. lib.* 5. *cap.* 4. *versic. reliquum est.*

Sed quid dicendum de abscindente digitum, vel euellente dentes, vel barbam, vel de abscindente auriculam, vel mamillas venientibus ad Sedem Apostolicam, & ab ea recedentibus, an incurrant excommunicationem huius canonis? Quo ad digiti mutilationem videtur negandum ex Bartolo *in l. publicorum, n.* 13. *ff. de publ. iudic.* & ex Imola *ibidem*, asserentibus digitum non esse membrum, sequitur Abbas *in cap. cùm illorum, num.* 8. *de sentent. excommunic.* Felin. *in cap. Ego N. num.* 5 *de iur. iur.* Cardin. *in Clementina vnica, num.* 11. *de homicidio*, Couarr. *in Clement. si furiosus* 3. *part. in principio, num.* 8. *vers. Tertiò ab eadem radice*, & reliqui Canonistæ, qui membra principalia vocant manum, pedem, oculum, nasum, & reliqua, quæ habent officium in corpore separatum ab aliis partibus, *l. non sunt liberi. ff. de statu hominis.* Igitur, qui digitum absciderit venientibus ad Sedem Apostolicam, non incidet in excommunicationem huius Canonis

Nihilominus, quamuis abscindens alteri digitum, puta pollicem, aut indicem, non censeatur irregularis, vt ait gloss. *in cap.* 3. *in principio, de homicidio lib.* 6. Cardin. *in Clem. vnica, tit. eodem*, Abbas *in c. cùm illorum, n.* 8. *de sentent. excommun.* Bald. *in l. seruis, ff. de seruis fugitiuis*, & *in l. reos, Cod. de accusat.* ad contrahendam tamen excommunicationem huius canonis abscindens digitum comprehenditur sub verbo *mutilant*, vt colligitur ex *l. idem Offilius, ff. de ædil. edict.* vbi clarè dicitur habentem amputatum vnum digitum, habere abscissam partem membri. Nam mutilare hoc loco non sumitur pro amputatione membri principalis, quæ requiritur ad incurrendam irregularitatem, sed pro mutilatione cuiuscumque membri, etiam minus principalis, quale est digitus, qui vocatur membrum minus principale, glossa *in cap. cùm illorum. ver. mutilationem membri, de sentent. excommun.* quæ non distinguit inter membrum, & membrum. Item, quia hoc loco datur à Principe indultum securitatis euntibus ad Sedem Apostolicam, & ab ea recedentibus, quod est latissimè interpretandum. *l. beneficium, ff. de constit. Princ.* Hippol. *sing.* 483. *ex cap. cùm dilecti, de donat.* Tiraquel. *in l. si vnquam, verb. donatione largitus, num.* 48. Suar. *de Religione, tract. de voto, lib.* 4. & alij, quos referens sequitur Siluan. *cons.* 98. *num.* 13. & Augustinus Barbosa *in d. cap. cùm dilecti*; per textum ibi: *plenissima est interpretatio adhibenda*, & *in libello de principiis vtriusque iuris, lit. B. numero* 6.

Quo ad dentis euulsionem venienti ad Sedem Apostolicam, & recedentem, Sousa opinatur non incidere in excommunicationem hanc, qui dentem euulserit. Vgolinus tamē suprà *vers. mutilant*, contrarium putat verius. Sunt enim dentes organa vocis, & habent proprium officium in corpore secantes alimenta, & cibos conterentes, atque ita si quis percutiendo eruat dentem, erit mutilator, & contrahet excommunicationem, quamuis verè membra non sint, neque contrahatur irregularitas ex euulsione eorum, sicut non contrahitur propter mutilationem digiti regulariter, quod limitant Syluest. *in verb. homicidium*, 3. *quæst.* 3. *vers. quartum*, Maiolus *lib.* 5. *cap.* 50. *num.* 2. & Tolet. *lib.* 1. *instruct. Sacerd. cap* 27. *notabili* 3. in mutilante illos digitos, nimirum pollicem, & indicem, quibus Eucharistia contractatur, & sine quibus decens Altaris ministerium peragi nequit. Ex quo sequitur multo fortiùs ligari excommunicatione, qui barbam euelleret venienti, vel recedenti à Sede Apostolica, quia quamuis non sit membrum propriè, vocari potest membrum ad ornamentum hominis à natura concessum ad decorem, & ornatum corporis; item, quia maiori afficitur iniuria propter barbæ euulsionem, quàm si venienti, vel recedenti digitus amputaretur, vel dens euelleretur; quare hoc loco, quo ad effectum seruandi securitatem latiùs est sumenda mutilatio, quàm sumitur in materia irregularitatis.

Idem dicendum est de amputantibus auriculas, seu mamillas venientibus ad Sedem Apostolicam, vel ab ea recedentibus. nam Maiolus *lib.* 1. *de irregularitate cap.* 25. *num.* 5. & 9. Toletus *lib.* 1. *instruct. Sacerdot. cap.* 76. *versic. dubitauit aliquis de auricula*, fatentur auriculas esse membrum, habereque officium distinctum ab aliis partibus, hoc est, præparare sonos, & voces, vt meliùs, & clariùs audiantur, quamuis Couarr. *in Clementina, si furiosus, part.* 3. *in principio, numero* 8. *versic. primum*, neget esse membrum: nihilominus, quo ad effectum incurrendi irregularitatem,

tatem, auricula non videtur membrum, cùm neceſſaria non ſit auditui, ſed tutela potiùs,& ornamentū auris. At verò in noſtro caſu,qui amputat auriculam ſupradictis venięntibus,& recedentibus, ligatur excommunicatione,cùm ſit verè mutilator illius cartilaginis,quæ eſt circa aurem, cuius officium eſt præparare ſonos, & voces,vt verba meliùs percipiantur. Aliter enim non eſſet mutilator,qui amputaret naſum alicui,quia manet olfactus,quod non eſt dicendum;igitur quamuis maneat auris,cenſebitur mutilator,qui abſciderit auriculam,ſicut cenſetur, qui naſum abſciderit.

Similiter oportet dicere de amputantibus mamillas, quæ in fœminis ſunt membra,quæ habent officium ſatis notum in corpore, atque ita ſi fœminis venięntibus ad Sedem Apoſtolicam mamillæ amputentur, mutilator erit excommunicatus, & inſuper irregularis,Baldus *in l.data opera*, *Cod. qui accuſ.non poſſ num.*75. quamuis minus bene, & ſub dubio de irregularitate dicant, Couarr. *in Clementina, ſi furioſus, part.* 3. *in principio, num.* 8. *verſ.* 2. *de homicid.o*, & Henriquex *lib.* 14. *cap.* 8. §. 3. Qui verò mutilauerit mamillas in viro eunte, aut redeunte à Sede Apoſtolica, non erit mutilator incurrens excommunicationem, cùm mamillæ in viro non ſint membra, quæ habeant oſficia in corpore, Baldus *in l data opera, num.*75. *C. qui accuſ.non poſſ.*& Felinus *in cap.cum illorum,n.*11. *de ſentent.excommun.*quamuis minus bene, & abſque ratione contrarium teneat Couarr.*vbi proximè, verſ.ſecundo.*

211. Sequitur actio ſpoliare quid ſibi velit, & quot modis poſſit contingere? Quo ad primum, ſpoliare propriè eſt aliquem exuere rebus mobilibus,nimirum veſtibus, pecuniis, & ſimilibus. Hinc dicuntur ſpolia omnia mobilia, quibus hoſtes ſpoliantur,dum in bello expugnantur, & ſpoliarium dicitur locus in quo hoſtes ſuperati exui ſolent, Plinius *in Panegyr.*ibi: *Hunc templum nunc verè Deus,non ſpoliarium ciuium,cruentarumque ſ radarum ſaeuum receptaculum*; dicuntur etiam ſpolia, quæ latro detrahit iter agentibus, *l.bona. ff.de depoſ.verſ.latro ſpolia, quæ mihi abſtulit.* Quocirca incurrit excommunicationem huius loci quicumque aliquem ex venientibus ad Sedem Apoſtolicam, aut ab ea recedentibus ſpoliat iniuſtè pecuniis,veſtibus, aut quacumque alia re mobili, niſi excuſet paruitas materiæ,eſt communis, Vgolin. *verſ.ſpoliant, num.* 3. *&* 4. Sayr. *de cenſuris, lib.* 3. *cap.*13.*num* 4. & eſt communis.

Quoad ſecundum duobus modis poteſt contingere ſpoliatio. Primò iuſtè, nimirum quando hoſtes ſpoliantur, aut ex mandato iudicis legitimè procedentis. Secundò iniuſtè:tunc enim ſpoliatus à iudice nulliter ante omnia eſt reſtituēdus, modò nullitas ſit euidens, & ſpoliatus haberet aliquod ius,Gozadin.*conſ.*93.*num.*16.*verſ.ad quartum*,Mantica *deciſ.*29.*num.*3. Menoch. *remed.*8.*recup.num.*20. *& conſilio* 301. *num.*45.*&* 48. Lancelot *de attentatis,part.*1.*cap.*2.*num.*89. Azeued.*l.*2. *num* 25. *cum ſequentib. tit.*13. *lib.*4. *nouæ recopilationis*, & Maſcard.*de probationib. concluſ.*489. *num.* 7. Quamobrem ſi iudex nulliter, videlicet non præcedente cauſæ cognitione, vel contra iuris formam ſpoliet venientes ad Sedem Apoſtolicam, vel aliquem ex eorum familia re aliqua mobili, incidet in excommunicationem, dummodo nullitas ſit euidens, ita vt in dubium reuocari non poſſit.

Hinc ſequitur ligari excommunicatione, qui euntibus ad Sedem Apoſtolicam, vel ex ea venientibus adimeret vxorem, quam ſecum ducerent, Vgolin. *ſupra verſ. ſpoliant.* An verò mulier ſpoliata à viro ſit ante omnia reſtituenda, & incurratur excommunicatio ab ſpoliante, quando matrimonium fuit clandeſtinum? videtur negandum,quia non reſtituitur ante omnia,gloſſ *in cap. ex tranſmiſſa, verb. legitimè, de reſtitutione ſpoliatorum*,requiritur enim ad hanc reſtitutionem, quòd matrimonium ſit contractum in faciem Eccleſiæ, & matrimonium clandeſtinum eſt odioſum; cùm ſit celebratum contra Eccleſiæ interdictum; atque ita clam poſſidens poteſt propria auctoritate ſpoliari, Bartol. *l.*1.§.*interdictum,num.*3.*ff vti poſſidetis*, Beroius *cap.in litteris,num.*53 *de reſtitut. ſpoliat.* idcirco ne maritus ſpoliari poſſit, tenetur oſtendere titulum matrimonij,& dum non oſtenditur titulus matrimonij non clandiſtini,non dicitur coniux ſpoliatus,neque eſt ante omnia reſtituendus, Gutier.*de matrimonio, cap.*75. *num* 1. & Sanchez *lib.*3. *de matrimonio, diſp* 45. *num* 1. Nihilominus hæc non faciunt ad noſtrum caſum, in quo conceditur priuilegium ſecuritatis venientibus ad Sedem Apoſtolicam,& eorum familiis, ne iniuſtè ſpolientur pecuniis,veſtibus, armis,equis, & famulis, & quacunque alia re mobili ſub excommunicatione latæ ſententiæ, ſiue res ſint propriæ, ſiue ipſis accommodatæ, Vgolinus *vbi ſupra, verſ.ſpoliant, num* 5. vbi de vxore, *& n.*6. vbi de rebus accommodatis, vbi addit ipſum accommodantem res ipſas ituro ad Sedem Apoſtolicam, ad eum finem incidere in excommunicationem,ſi eundem ſpoliauerit, quia ex quo a contractu commodati reſiluit,iniuſte facit illi in ſpoliando. Nam contractus à principio eſt actus voluntatis, poſtea verò eſt actus neceſſitatis, argumento legis *ſicut, Cod.de act.& oblig.*& accommodans tenetur ſtare promiſſis, alioqui peccat, ex *cap.*1. *de commodato*, Nauarr. *in manuali, cap.* 17. *num.* 182.

Difficultas eſt,quando veniens ad Sedem Apoſtolicam, vel ab ea recedens ſpoliatur à proprio domino de rebus ſibi furto ſublatis per ipſum venientem, vel recedentem? Reſponſio eget diſtinctione, nam ſi dominus ſpoliat illum rebus ſuis furto ablatis auctoritate propria, quia ſi adierit iudicem, fur aufugiet cum rebus, non ligabitur dominus excommunicatione.Ratio, quia debitorem ſuſpectum de fuga propria auctoritate creditor capere poteſt, vt habetur *in l.ait prætor.§.ſi debitorem ff de his quæ in fraud. creditor.* Iaſon *in l.vinum,num.*3.*ff. ſi cert.petat.*Marc Anton.Genuen. *in praxi Archiepiſc Neapol.c.*3.*n.*16.& Auguſt.Barboſ. *in cap.vt fama,num.*3.*de ſenten.excomm.* vbi ait,clericum ſuſpectum de fuga poſſe carcerari, & ab ipſo creditore capi, ſi aufugiat cum bonis. Clar. *lib.*5. § *final. quæſt.*28. *num.*3. Secus ſi auctoritate iudicis poteſt ſuum recuperare: tunc enim cenſuram incurret, quia iniuſtè vtitur propria auctoritate, ex quo poteſt auctoritate iudicis ſua conſequi,ex lege *Gracchus, ff. de adulteriis*, confert *cap. primum, de reſtitutione ſpoliatorum.* Vgolin. *vbi ſuprà num* 6.

Septima dubitatio quid dicendum de ſpoliante, & ſimul mutilante, an incurrat vnicam tantùm,vel duplicem excommunicationem? Reſponſio primo intuitu ſit vnicam incurrere, ſicut qui primum inuadat clericum, illúmque ſpoliet, & pugnis percutiat,vulnera inferat,& tandem interficiat, vnica tantùm ligatur excommunicatione,

ſi abſque vlla interpellationa has omnes actiones in illum exerceat; habent enim omnes iſti actus, quamuis diſtinguantur in genere entis, vnicam tationem in genere moris, à qua vnitate in genero moris deſumitur vnitas exeommunicationis; ſecus ſi diuerſo tempora, & noo eodem impenu hæc faciat, Vgolinus *de cenſuris, verſic. detinent, hoc loco.*

Quòd ſi propter plures cauſas has actiones exerceat, nimirum ſi datineat, vt illum ſpoliet, & vt mutilet, & vt tandem interficiat, in plures incurrat exeommunicationes, ſi perfecit omnes has actiones prohibitas, eo quòd pro ſingulis actionibus excommunicatio fuit impoſita, & actiones, nimirum occiſio, mutilatio, ſpoliatio, captio, & detentio plures ſunt, & differunt ſpecie, & vna ſub alia non continetur, Bartol. *in l. 1. in fine, ff. de iis, qui not. infam.* Vgolin. *in tract. de cenſuris, cap. 16. §. 3. num. 4. & num.* 8. Confirmatur exemplo duorum hominum, qui concurrunt ſimul; ad ſpoliandum alter eundem Sacerdotem duntaxat, & alter ad mutilandum tantùm; qui incidunt in diuerſas excommunicationes: ergo vnus & idem in duas excommunicationes incurret, ſi Sacerdotem detineat, vt ſpoliet, & vt mutilet. Similiter poteſt vnus incurrere plures excommunicationes, qui vnico actu tranſgreditur legem habentem plures circũſtantias vetitas ſub cenſura excommunicationis tales, vt mutent ſpeciem actionis motalis: tunc tot ligatur excommunicationibus, quot circunſtantiæ violantur; ſecus ſi circunſtantiæ non mutent ſpeciem, ſed ſolùm aggrauent in eadem peccati ſpecie; tunc vna contrahitur excommunicatio, quoniam vna aſt ſolùm violatio. Quare, qui capit clericum euntem ad Sedem Apoſtolicam, duabus ligatur excommunicationibus, prima propter caput, *ſi quis ſuadente diabolo* 17. *quæſt.* 4. ſecunda; quia ad Sedem Apoſtolicam vadit, in quẽ incurrit ob hunc canonem, Vgolin. *d. verſ. detinent, n.* 4. vbi concludit detinentem plures euntes ſimul ad Sedem Apoſtolicam in tot incidere excommunicationes, quot ſunt capti, vel ſpoliati, ſicut dicitur de vulnerante ſimul plures clericos, Marius Alterius *de cauſis excommunicationis diſp.* 10. *lib. 3. cap. 8. per totum.*

Idem quod dictum eſt de ſpolianta, & capiente, dicendum eſt de detinente, proinde regulariter exercentes has actiones incidunt in excommunicationem huius canonis. Non tamen incident in cenſuram, qui ſpoliant rebus, quas euntes, ſeu venientes domi reliquerunt: quia priuilegium conceſſum eſt pro rebus, quas ſecum aſportant. Item non incident capientes euntes, vel venientes, ſi id faciunt, vt puniantur iuridicè propter aliquod delictum, val ne in manus hoſtium incurrant. Quinimò ſi dederunt operam, vt venientes ad Sedem Apoſtolicam, & ab ea recedentes caperentur, ſed non potuerunt capere, non incurrunt cenſuram. Nam quando pœna ipſo iure imponitur, non incurritur, niſi ſequuto effectu, Ioann. Andr. *in cap. in pœnis, in Mercur. lib.* 6. quem ſequitur Anchar. *in Clementina Multorum, num. 5. de pœnis,* Vgolin. *dict. verſic. capiunt, num. 2. verſ. poſtremò excipitur.* Non enim conatus reputatur pro actu perfecto, Boërius *deciſ.* 316. *num.* 2. idcirco affectus non punitur, niſi ſequatur effectus, Duen. *regul.* 35. Aloyſ. Rice. *in collect. deciſionum part. 5. collect.* 1895. Cardin. Tuſch. *tom. 2. lit. C. concluſ.* 544. Thomas de Thomaſſ. *in floribus legum regul.* 18. & Farinac. *in praxi part.* 1. *quæſt. 17. n.* 49. quod aliqui limitant in delictis atrociſſimis, quod non admittit ipſe Farin. de generali conſuetudine, dicens attentatum; ſicut conſummatum hodie nunquam puniti in quocumque etiam grauiſſimo delicto, pro quo ibi refert, ac ſequitur grauiſſimos vtriuſque iuris vates, & interpretes, & ex conſequenti non incurrent excommuoicationem procurantes capere captura non ſecuta, iuuat Zabar. *in Clementina Cupientes, §. final. verſ. tertiò quæro,* vbi vult de pœnis non ligari excommunicatione Religioſos ſuadentes ſecularibus, vt eligant ſepulturas in ſuis domibus, ſi ipſas non elegerunt, *regul. odia, de regulis in* 6. Zabarel. *vbi proximè, de pœnis.*

Octaua dubitatio, quid ſignificetur nomine Curiæ, & qui dicantur morari in Curia? Cardinalis *in Clementina Auditor, in principio, de reſcriptis,* ait, Curiam Romanam eſſe vbi moratur Papa, & quamuis Nauarr. *in comment. de datis, & promiſſis pro gratia, & iuſtitia, notab. 17. verſ. Tertiò quod reſolui, circa finem,* cenſeat non ſemper vbi eſt Papa, ibi eſſe Curiam: contrarium eſt probabilius, vt ſentit Rebuff. *ſuper concord. in for. mandat. Apoſt. verſ. extra Romanam Curiam pag.* 604. ſiue ſit vrbs Roma, ſiue alibi, ibi dicitur eſſe Curia, vbi moratur Pontifex cum Cardinalibus, & aliis officialibus, ſimul etiam locus, vbi remanet Audientia Papæ eo abſenta. Marius Altarius *diſp. 9. de excommun. Bull. Cœna lib. 5. cap. 3. verſ. his præmiſſis, & diſp. 10. lib. 5. cap.* 1. Souſa *hoc loco cap. 9. diſp. 57. num.* 1. & Sayr. *hoc loco cap. 13. num. 3. verſ. primo.*

Dicuntur autem morari in Curia Romana, qui ratione, & intuitu negotiorum in Curia verſantur pro cauſis, ad Curiæ bonum ſpectantibus. Qui igitur huiuſmodi venientes ad Curiam, aut peracto negotio ab ea recedentes, aut eo durante ſunt in Curia, eos afficiunt aliqua actione prohibita, in cenſuram incidunt huius canonis. Contrà verò, ſi non veniant, recedant, aut morentur ratione negotiorum agendorum in Curia vtentes in eos aliqua actione ex prohibitis excommuoicatione non ligantur. Colligitur ex Nauarr. *c. 27. n.* 65. Toled. *in explicatione Bullæ Cœnæ. §. 7. dubio* 1. quos referens ſequitur Sayr. *ſuprà cap.* 13. *n.* 3. & Suar. *de cenſuris diſp. 21. ſect. 2. num. 65. & 66.*

Hinc ſequitur venientes ad Curiam Papæ pro 213.
vt eſt Princeps temporalis, ſi occidantur, vel mutilentur, val ſpolientur, *&c.* interfectorem, val mutilatorem, val ſpoliatorem non ligari excõmunicatione, quia canon hic loquitur da veniẽtibus ad Sedem Apoſtolicam, per quam intelligitur Põtifex prout eſt paſtor, & pater totius Eccleſiæ Romanæ, vel per Sedem Apoſtolicã ſubintelligitur Pontificis Audientia, prout continet officiales, & miniſtros Sedis Apoſtolicæ, qui vtuntur iuriſdictiona ſpirituali ab ipſo Papa illis conceſſa. Quam obrem iniuria afficiens venientes ad Pontificem, prout eſt Princeps temporalis & ad expediendum negotium temporale, non ligatur hac excommunicatione, Mar. Alt. *d. diſp. 10. lib. 5. c. 2. verſ. Quarta* 214.
dubitatio. Secus quando occiduntur, mutilantur, & ſpoliantur venientes ad Sedem Apoſtolicã, vel ab ea recedunt, hoc eſt, ad negotia, cauſas, vel res, quæ ad illam pertinẽt, quia multi poſſunt ire Romam, qui non eunt ad Sedem Apoſtolicam, ſed ad ſua negotia ſecularia peragenda. Suar. *vbi ſuprà.*

Nona dubitatio, an clauſula illa, ſua vel aliorum 215.
opera interficere, mutilare, ſpoliare, capere, vel detinere, habeat locum in omnibus actionibus his prohibitis? Reſponſio eſt affirmatiua, quia omnes, qui exercẽt aliquam ex his actionibus prohibitis,

aut

aut præcipiont illam fieri,ligâtur excommunicatione;sunt enim socij,& participes criminis,proinde conttahunt excommunicationem. De agête non est dubium,quòd afficiatur excommunicatione:similiter,& mandans sequuto effectu,quoniam mandato sunt causa,vt mâdatarius actionem prohibitam exerceat : secus si mandans re iotegra reuocet mandatum, cùm ex solo mandato non perficiatur delĩctû.Idcirco si reuocato mandato mandatarius non desistat, sed exerceat actionem prohibitam, mandans non incidet in excommunicationem, sed mandatarius, *cap. quicumque, de sentent. excommunic. lib. 6.* sequitur Hostiensis *in cap. ad audientiam, de homicidio*, & *ibi* Innocentius.

216. Decima dubitatio circa secundam partem huius canonis, vbi excommunicantur omnes non habentes iurisdictionêm, neque à Romano Pontifice, neque à suis iudicibus; at illam tamen temerè veodicantes interficiunt,mutilant,spoliant, capiunt,& detinent morantes in Curia? Responsio ergo sit ad incurrendam hane excommunicationem opus esse, vt exercens aliquam ex prædictis actionibus prohibitis non habeat iurisdictionem, & illas exerceat tamquam iudex legitimus. Vnde, qui furando spoliat aliquem in Curia morantem,vel, qui suborta rixa aliqua illum interficit,non incidit in excommunicationem huius canonis. Suar.*d.disp.21.sect.2.num.66.*& Marius Alterius *d.disp.10.lib.5.c.5.fol.585.col.1.* Ratio, quia non furatur, neque interficit tamquam iurisdictionem habens, sed vti priuatus homo, & hæc censura lata est contra illos,qui non habent iurisdictionem, & tanquam iudices eam temerè vsurpant, & veluti iudices hæc faciunt. Caietan. *in verb.excommunicatio,cap.14.* Sousa *cap.10.hoc loco, disp.58.num.3.vers prima conclusio*, vbi id extendit *num.* 4. siue interficiens auctoritatiuè per se, vel per alios ministros has actiones exerceat:censentur enim ministri voa, & eadem persona cum mandante auctoritatiuè,& nomine illius operantur,& tam mandans, quàm ministri incurrunt in hanc censuram, Suar. *vbi proximè, ad finem, vers. Nihilominus.*

Nec obest dicere in textu id non exprimi;ergo solùm illi qui per se has actiones prohibitas exerceent, ligantur excommunicatione. Quia respondetur execntores mandati etiam ligari, eo quòd in priori parte huius canonis est illa clausula, *Sua,vel aliorum opera*, quæ censetur repetita in hac posteriori parte eiusdem canonis. Quòd si replices,clausulam in fine positam referri ad omnia præcedentia, *l.talis scriptura. §.final. ff.de legatis* 1. hanc autem non esse in fine positam, sed in medio versùs principium?Quoniam adhuc habet locum in posteriori parte huius canonis,ex traditis *in eadem l. talis scriptura. §. final.* his verbis: *Hanc autem scripturam non solùm ad præcedentia legata, sed, & ad vniuersa, quæ testamento adscripta sunt, extendi verum est.* sic ibi, & tradit Iason *n.36.* Quinimò clausula in fine posita, etiam si concedatur,quòd ad præcedentia referri debeat;clausula in medio posita, vt hoc loco præcedentibus,& sequentibus seruire potest, per textum *in cap. secundo requiris,de appellationibus*,vt volunt Burg.de Pace *l.3.Tauri, part.1. conclus.2. num.67.* Garc. *de nobilit. glossa 2.num* 11. Cardin.Tusch.*tom.1. lit.C. conclus.290.à principio*, Mariens. *ad l.2.gloss.2. n.8. tit.4. lib.5.noua Recopil.* & Mar. Alter. *de censuris, tom.1. disp.13. lib.5. cap. 3. littera E. & de censuris Bullæ Cœnæ, disp.10.lib.5.cap.5. fol.586.colum.2.* vbi concludit clausalam illam, *sua, vel aliorum opera*, referri ad mandantem, & operantem, vel executorem.

Quæstionis tamen est, an incidat in hunc canonem habens iurisdictionem,non tamen in Curia Romana, si illam exerceat auctoritatiuè in subditum suum in Curia commorantem?Responsio est affirmatiua, quia dum subditus in Curia moratur, est sub protectione Sedis Apostolicæ, vbi gaudet priuilegio securitatis, sicut gaudent venientes ad Sedem Apostolicam, & recedentes ab ea. Ratio, quia hic canon solùm excipit habentes iurisdictionem ordinariam, vel delegatam à Summo Pontifice,vel ab eius iudicibus: igitur etiam si iurisdictionem habeant aliunde, & velint eam exercere contra morantes in Curia,contrahunt hanc excommunicationem, cùm sint sub protectione Sedis Apostolicæ.

Hinc sequitur iudices Romanæ Curiæ,& officiales, cùm habeant iurisdictionem legitimam, noo ligari excommunicatione huius canonis, quamuis iniustè, & iniquè vexent commorantes io Curia; eo quia excipiuntur omnes habentes iurisdictionem à Summo Pontifice, vel ab eius officialibus, & non vexent commorantes ex auctoritate temerè vsurpata. Dicitur autem temerè aliquid operari,qui scienter facit id,quod non licet ei operari, glossa *in l.cùm quem temere, ff.de iudic.* gloss.*in Clementina prima, ver.vel temerè,de pœnit.* Quare incidunt in hanc censuram, qui scientes non habere iurisdictionem aliquam, eam temerè vsurpant, & procedunt contra morantes in Curia, & audent similia perpetrare. quæ verba supponunt dolum,ac præsumptionem. Præsumere enim dolum importat,ac temeritatem,Hippol. *in l.de minore,in principio,n.39. ff.de quæstion.* Sanch. *de matrimonio, lib.9. disp.42. num.38.* vt constat ex prædictis verbis huius canoois in fine positis.Sequitur decima censura.

Excommunicatio decima contra vexantes Romipetas, seu peregrinos venientes ad Vrbem,vel ab ea recedentes, sic habet:

§. X.

ITEM excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes,capientes,seu deprædantes Romipetas, seu peregrinos ad Vrbem causa deuotionis, seu peregrinationis accedentes,& in ea morantes, vel ab ipsa recedentes, & in his dantes aoxilium, consilium, vel fauorem.

EPITOME.

217. *Materia huius canonis, quæ sit? quot actiones prohibitæ? & quæ conditiones vt censura incurratur?*

218. *Romipeta,vel peregrinus, quis censeatur hoc loco, vt incurratur excommunicatio ab interficiente,mutilante, vulnerante, detinente,capiente, vel deprædante.*

219. *Percutientes Romipetas deuotionis, & negotij*

in l. si vnquam, verb. totam, num. 1. *Cod. de reuocandis donationibus*, & Gonzal. *ad regul. octauam Cancel. gloss.* 9. *num.* 21. Ex quo sequitur omnes, & quoscumque huius canonis violatores sine dubio, & sine descrimine ligari excommunicatione.

205. Quod ad secundum, patet quinque esse actiones prohibitas, nimirum interficere, mutilare, spoliare, capere, & detinere. Ligantur ergo omnes censura, qui efficiunt aliquam ex his actionibus prohibitis. Vnde, qui verberaret euntem ad Sedem Apostolicam, non incideret in hunc canonem, quia non fit mentio de verberante, neque de vulnerante. Et verba sunt accipienda in propria significatione. Item vbi canones volunt comprehendere verberantes, & vulnerantes, eos declarant, vt *in Clementina* 1. *de homicidio*, ibi: *percusserit*, quod significat idem, quod verberaret, seu vulneraret. Facit caput *in pœnis*, & caput *odia. de regul. iur. in* 6. Vgolin. *de censuris Pontifici reseruatis*, hoc loco, *versic. Mutilant. num.* 5. & Marius Alterius *hoc loco disp.* 10. *lib.* 5. *in principio, versic. & primò in Bulla Martini, & cap.* 4. *fol.* 579. *vers. rursus quid dicendum*.

206. Tertia dubitatio qoid contineatur sub hoc nomine *Sedis Apostolicæ*? Responsio fit, ex gloss. *in Extrauag. Ad onus. Ioann. XXII. ver. Sedem Apostolicam, de electione*, Sedem Apostolicam consistere, vbi Pontifex viuens trahit moram, atque ita vbi Papa moratur, ibi Sedes dicitur esse. Nam Cathedra non facit Sacerdotem, sed Sacerdos Cathedrã, nec locus sanctificat hominem, sed homo locum, *c. multi, dist.* 40. & gloss. *in Extrauag. si fratrum. Ioann. XXII. ver. vel Apostolica Sedis, ne sed. vac. aliquid innou.* vbi inquit, quòd vbi Papa, ibi Sedes dicitur. Nihilominus si Papam mori contingat, dicitur Sedes Apostolica esse in eo oppido, in quo successoris electio est facienda, quæ communiter solet fieri, vbi mors contigit, nisi Audientia Papæ alibi remanserit. Tunc enim dicetur Sedes esse vbi Audientia causarum, & litterarum Apostolicarum remanserit, & ibi fiat electio successoris, quia per obitum Pontificis Sedes non moritur, sed adhuc permanet, *Clementina ne Romani. §. fanè, de electione*, gloss. *in Extrauag. execrabilis, inter communes, versic. Sedis Apostolica, de preben.*

Ex quo sequitur Sedem Apostolicam considerata propria significatione in vnico tantùm loco consistere posse, videlicet dum Pontifex viuit in eo loco vbi ipse residet, illo autem cuiuis sublato, vbi celebranda est futuri Pontificis electio, iuxta *Extrauag. Ad onus, de electione*. Contrà verò Curia Romana in duobus locis simul potest consistere, omnium in loco, vbi est Papa, & in loco, vbi est Audientia, atque ita quodammodo differunt inter se Curia Romana, & Sedes Apostolica, accepta secundùm propriam significationem. Hoc tamen loco, cùm Sedes Apostolica latiùs accipiatur, idem est, quod Romana Curia, & vbi est Curia Romana, ibi dicitur esse Sedes Apostolica, siue Romæ, siue alibi existat, & pro eodem accipiuntur, sicut *in cap. præsenti, de preben. lib.* 6. Vgolin. *de censuris supra cap.* 9. *ver. Sedes Apostolica, num.* 1. Tolet. *in Bull Cœna, excommunicatio.* 7. *num.* 2. vbi volunt hoc loco idem esse dicere in Curia, quod apud Sedem Apostolicam. Confunditur enim nomen Sedis Apostolicæ cum Romana Curia. Idcirco in prima parte huius canonis excommunicantur omnes illi, qui ad Sedem Apostolicam venientes, & ab ea recedentes occidunt, mutilant, spoliant, capiunt, & detinent; & in secunda excommunicantur in eadem Curia occidentes, mutilantes, spoliantes, capientes, & detinentes, non simpliciter, sed sub prætextu iurisdictionis vsurpatæ temerè, cùm in prima parte de sola Sede Apostolica sermo fiat, & in secunda parte de Curia Romana: hinc sequitur, quòd Sedes Apostolica in hoc sensu accipienda sit in duobus locis, quemadmodum accipitur Curia ipsa Romana, videlicet vbi Pontifex residebit, & vbi fuerit causarum Audientia, si fortè remaneat in aliquo loco, vbi Papa non moretur.

Quare nomine Curiæ non intelligitur vrbs Roma, nec ciues Romani, sed Sedes, & Curia Apostolica, & ideo requiritur, vt incurratur excommunicatio, quòd personæ offensæ veniant ad Apostolicam Sedem, aut ab illa redeant, aut in loco, in quo Curia manet, morentur propter aliquod negotium in Curia expediendum, Caietan. *in verb. excommunicatio cap.* 14. Nauarr. *in manuali, cap.* 27 *num.* 65. *vers. secunda*, Tolet. *hoc loco §. septimo, dubio primo*, & Sebast. Medic. *in* 2. *p. summa tit.* 9. *quæst.* 78. *n.* 178.

Quarta dubitatio continet venientes, & recedentes à Sede Apostolica, siue maneat Romæ, siue foris. Per quæ verba responsio est in promptu, venientes ad Curiam Romanam, & ab ea recedentes, & in ea existentes, illos intelligi solùm qui propter Pontificem, & ratione illius veniunt, & commorantur, Caietan. *in summa verb. excommunic. cap.* 14. *vers. sed sunt*, Tolet. *in summa lib.* 1. *cap.* 25. *dubio* 1. Suat. *de censuris, hoc loco, disp.* 21. *sect.* 2. *num.* 65. Ex quo non comprehenduntur venientes ad vrbem, nec Romam, nec ad sua negotia secularia expedienda, sed ad Sedem Apostolicam, hoc est, ad negotia, causas, vel res, quæ ad Sedem Apostolicam, & ad Curiam spectent, Vgol. *vbi suprà verb. Sedes Apostolica num.* 2. *ad finem*, & Sayr. *d. cap.* 13. *num.* 3. Sousa *cap.* 9. *disp.* 57 *num.* 2. *versic. secunda conclusio*, vbi concludit illos, qui venientes interficiunt, &c. siue peracto negotio recedentes, siue eo durante in Curia commorantes incurrere excommunicationem. Quare interficientes, &c. propter alias causas, venientem, vel recedentem, vel in Curia commorantem excusantur: sicut non ligantur occidentes propter delictum, si aliquem occidant siue publica, siue auctoritate priuata, Vivald. *in Bulla Cœnæ num.* 81. quia non puniuntur vti venientes, sed vti malefactores, Sayr. *cap.* 14. *num.* 8. Ratio, quia Pontifex non habet animum defendendi delinquentes, & criminosos: fauet Panor. *in cap. Ego N. de iureiurando, fol.* 130. *col.* 2. vbi ait iurantem securitatem non teneri illam præstare de nouo delinquenti. 207.

Quæstionis tamen est, quando quis dicatur venire, aut recedere à Sede Apostolica, & quanto tempore duret aduentus, & recessus, vt violator huius canonis dicatur labi in excommunicationem? Responsio fit, venientem ad Sedem Apostolicam hominem dici, vbi primum quia domo exit, & tradit se itineri ea intentione, vt ad Sedem Apostolicam veniat ad peragendum apud eam negotiũ aliquod. A quo egressus puncto incipit gaudere priuilegio huius canonis, quousque completo itinere ad ipsam Sedem accesserit. Eodem modo dicitur recedens à Sede Apostolica, vbi primũ quis proficiscitur è loco vbi Sedes Apostolica moratur vsque ad propriam patriam. Quare si aliquis intrinm, dùm ipse est in via tam venientem, quàm recedentem aliqua iniuria ex præcitatis affecerit, statim ligatur hac excommunicatione.

Quin

Quin etiam, quamuis in hoc canone non fieret mentio expreſſa de receſſu à Sede Apoſtolica, ſed ſolùm de acceſſu, adhuc priuilegium ſecuritatis datùm euntibus cenſeretur conceſſum reuertentibus ab eadem Sede, & ibi morantibus. *cap. quia diuerſitatem, de conceſſ. præben. cap. ſtatutum §. præferendo, de reſcriptis lib.* 6. Nam ire, & redire communiter æquiparantur in iure, Abbas *in cap. final. de treug. & pace*, ex textu *in c. magnæ, in fine, de voto*, Bartol. *in lege, vtimur. ff. de ſepulchro violato*. Confirmatur argumento vouentis peregrinationem Hieroſolymitanam, in quo voto commutando habenda eſt ratio expenſarum in eùndo, commorando, & redeundo, vt volunt Sayr. *in claui Regia lib.6.cap.12.num.20.verſ. item conſideranda*, Comitol. *Reſponſ. moral. lib.2.quæſt.13. per totam*, Azor. *inſtit. moral. part.1. lib.11.cap.* 18. *quæſ.*13. Suar. *de voto lib.6.cap.19.num.19.in fine*, & Sanch. *in præcepta Decalogi tom.1.lib.4.cap.56.num.11. cum ſequentib.* ſic in noſtro caſo, non enim ſecutè venit, qui tutò redire nequit. Atque ita etiamſi Pontifex excommunicaret omnes illos, qui iniuriam afferrent venientibus ad Sedem Apoſtolicam, & non faceret mentionem de redeùntibus, adhuc ligarentur, qui offenderent recedentes, cùm ire, & redire habeat idem priuilegium, ex *l. ſi cui. ff. ex quibus cauſis.*

Faciunt tradita ab Alcozer *in ſumma cap.* 16. vbi de potentibus irritare, *concluſ.* 1. *fol.* 55. Syluest. *verb. votum.3. quæſt.* 1. dicentibus in votis peregrinationis expenſas eundi, & redeundi eſſe ſoluendas dum commutantur non alia ratione, niſi quia virtualiter, qui vouit ire, vouit redire, niſi expreſsè apud ſe ſtatuat ad patriam non redire, vt patet ex *cap. magnæ, de voto.* ibi, *vt expenſa, quas vouens in eundo, morando, & redeundo facturus eſt.* Sanch. *vbi ſupra dict. cap.* 56. *ex num.* 16. *vſque ad num.* 21. vbi *num.* 17. addit, *ſi quis peregrinetur ad locum certum, & mutata voluntate nolit redire, nulla expenſarum reditus commutatione indigeret.* Ex quo in noſtro caſu dici poteſt de recedente à Sede Apoſtolica, ſi in via aliò diuertat, & ibi longo tempore commoretur, non vocari ampliùs recedentem, & ex conſequenti non gaudere priuilegio ſecuritatis, neque ligari excommunicatione illum, qui diuertentem aliò, & ibi longo tempore commorantem offenderit, quia terminus recedendi cenſetur locus ille, vbi longo tempore permanſit.

208. Quinta dubitatio eſt, An Infideles gaudeāt hoc priuilegio ſecuritatis, ita vt ligentur excommunicatione, qui illos venientes, &c. offenderint? Reſponſio eſt affirmatiua, etiamſi offenſi ſint Iudæi, vel hæretici, aut alij à Chriſtiana Religione remoti. Ratio, quia hic canon loquitur abſolutè de venientibus ad Sedem Apoſtolicam, & ab ea recedentibus, & ibi commorantibus; ergo quicumque illi ſint, manent ſub protectiune, ac priuilegio, vt ſine periculo accedant venientes occaſione, & intuitu Sedis Apoſtolicæ, quæ benignè, & humaniter tanquam mater etiam infideles, & hæreticos pœnitentes excipit, *cap. duo iſta* 23. *quæſt.* 4. *& cap. Sedes Apoſtolica* vbi Innocentius Tertius ait conſueuiſſe Sedem Apoſtolicam ſe exhibere petentibus liberalem: proinde, qui infideles offenderit aliquo ex ſupradictis modo, incidet in hunc canonem, Vgolin. *de cenſuris Pontifici reſeruatis part 2.cap.9 §.1.num.1.* Souſa *diſp.* 57. *num.2. verſic. intelligitur hæc cenſura*, vbi extendit hoc priuilegium etiam ad ſeruos, & ad familiam eorundem, ex ſententia Angeli *in l. vltimo ff. de ſepulchr. viol.* dicentis habentem ſaluum conductum pro ſe, & ſociis, illud etiam habere pro ſociis Iudæis, quoniam priuilegium datum domino extenditur ad familiares, & domeſticos, quando dominus nequit ſine domeſticis, & familiaribus illo vti, Franch. *in cap. licet, verſ. cùm concedit ur, num. 2. de priuil. lib.6.* Felin. *in cap. ego N. num.* 11. *in fine, de iur. iur.* & ex conſequenti, qui offenderint ſeruos, & alios, qui comitantur venientes ad Sedem Apoſtolicam, &c. incurrunt in hunc canonem.

209. Sexta dubitatio, quid intelligatur ſub verbo *mutilant?* Et in primis, an veniant mandantes, conſulentes, aut ſuadentes, vt mutilentur? Pars negans ſolùm probatur ex verbis huius canonis, vbi excommunicantur mutilantes, non autem mandantes. Nihilominus comprehendi mandantes ſequuto effectu, & non antea probabilius eſt, ex verbis ipſius canonis, ibi: *Sua, vel aliorum opera interficiunt, mutilant, & ſpoliant*, quæ verba *ſua, vel aliorum opera*, faciunt hunc ſenſum, qui per ſe, vel per alios interficiunt, ſeu mutilant, incurrunt excommuniationem, ſi veniētes ſcilicet ad Sedem Apoſtolicam, vel ab ea recedentes gratia tractandi aliquid cum Pontifice tamquam cum capite, & Præſide Sedis Apoſtolicæ, aut cum eius officialibus mutilent, vel mutilare faciant, ſiue mutilatio ſequatur, vt impediatur aduentus ad Sedem Apoſtolicam, ſiue propter inimicitias, ſiue vt ſurripiantur bona venientis, aut recedentis, ſiue ad alias cauſas, incurritur excommunicatio huius loci, Viuald. *in explicatione Bull. Cœnæ caſu 9.n.* 81. Vgolin. *de cenſuris Papæ reſeruatis cap. 9.§.1. verſic. Octauò aſſicit.*

In eadem excommunicatione eſt, qui mutilat famulum, vel comitem itineris, cuius opera opus eſt venienti ad Sedem Apoſtolicam, vel ab ea recedenti, Vgolin. *vbi ſuprà num.* 1. & mandantes ſicut & agentes tenentur ex delicto, vt inquit Ioann. Andr. & refert Abbas *in cap. ſicut dignum num.11. de homicidio*. Iuuat, quòd mandans, & mandatarius plerumque eadem pœna puniuntur, Gomez *variar. tom.3. cap. 3. num.* 30. Menoch. *de arbitrar. caſu* 353. *ex num.2.* Decian. *tract. crimin. lib.9. cap.* 31. *cum ſequentib.* & Petr. Cabal. *in tract. de omni genere homicidij, num.264. cum ſequentibus.*

Quo ad conſulentes, vel ſuadentes aliquid ex prædictis actionibus contra venientes, recedentes & morantes, videtur negandum ligari excommunicatione, ſi principales eorum opera non vtantur. Nam hoc nomen *opera* ſtrictè ſecundùm propriam ſignificationem ſumitur pro actione, vel labore, vel induſtria ipſius agentis & operantis, non autem vſurpatur pro conſilio, ſuaſione, aut fauore, vel auxilio: igitur excommunicantur, qui propria actione, vel actiones & opera aliorum mutilant, atque ita non extenditur cenſura ad alios, quamuis non excuſentur conſulentes, & ſuadentes à peccato, neque à pœna pro ratione delicti. Quare dicendum eſt conſulentes, ſuadentes, fauentes, & auxiliantes incidere in hunc canonem, ſi conſilium, ſuaſio, fauor, aut auxilium ſint id generis, vt contineant cooperationem, aut operam ad aliquam actionem ex prohibitis. Nam tunc iſti omnes dicerentur propriè cooperatores ad actionem non tanquam conſulentes, vel ſuadente, vel fauentes, ſed tanquam ſocij, & conſortes criminis, Marius Alterius *diſp. 8. lib.5. cap.10. per totum, & diſp. 10. lib.5. cap* 3.

verſ.

causa ad Vrbem euntes, an incurrant excommunicationem?

220. *Vulnerans, mutilans, & interficiens Romipetas, quot excommunicationes contrahit? & quid si percutiat sine vulnere?*

221. *Percutiens peregrinum, quem esse talem ignorat, an veniat sub hoc canone?*

222. *Percutientes Romipetam, & peregrinos, quando excusentur ab hac censura.*

223. *Percutiẽs Iudæum, vel alium infidelem, aut hereticum veniẽtem ad Vrbem, an excommunicetur?*

224. *Verberantes Romipetas, an incidant in excommunicationem?*

225. *Deprædantes, spoliantes Romipetas, vel aliquid eisdem furantes, an ligentur excommunicatione.*

226. *Offendentes Romipetas aliquo modo ex dictis dum sunt in Vrbe, an incidant in hunc canonem.*

227. *Romipeta Vrbẽ deuotionis gratia profectus, si mutet voluntatem, an priuilegiũ peregrini amittat?*

228. *Verba*, dentes auxilium, consilium, vel fauorem malè tractantibus peregrinos, *quomodo intelligantur?*

229. *Nomine peregrinorum, an veniant omnes familiares, & serui, qui comitantur dominum?*

217. PRima dubitatio circa materiam huius canonis est sacrilegium, quo inuaduntur ad sanctam Vrbem pergentes, ex Caietano *verb. excommunicatio cap.* 13. & quo ad personas est vniuersalis in fauorem vrbis Romæ, vt liberum sit vnicuique Romam accedere causa deuotionis, Iacobus de Graffis *hoc loco lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 111. Vrbis verò nomine Romana vrbs accipitur, in qua maximè pia loca insunt, quæ deuotionis causa visuntur. Non tamen comprehenditur solùm ciuitas, quæ muro cingitur, sed etiam continentia ædificia extra vrbem, & alia pia loca, quæ iuxta vrbem sunt. Quare cùm sit beneficium Principis, largè est accipiendum, argumento *l. 2. ff. de constitutionibus Principum*, maximè, quia agitur de pia causa, accedere scilicet ad vrbem propter deuotionem, & propter id amplificandum est, argumento *l. sunt personæ ff. de Religiosis, & sumpt. funer.* ac proinde per Vrbem intelligitur Roma continens Basilicas, domicilia, & reliqua ædificia: esto Romæ non sit Pontifex, nec etiam Curia, & qui vexaret peregrinos Romam accedentes, absente Pontifice, & tota Curia, adhuc incideret in hunc canonem, Caietanus *in verb. excommunicatio cap.* 13. *ad finem*, quia præcipuè consideratur Vrbs propter eius sanctitatem. Viualdus *in Bulla Cœnæ num.* 78 Tolet. *in summa lib.* 1. *cap.* 25. Sayr. *hoc loco cap.* 14. *num.* 4. vbi volunt canonem istum non Papam, aut Curiam respicere, sed vrbem Romam ob eius sanctitatem.

Quo ad actiones sunt sex principales, & tres accessoriæ: principales sunt interficere, mutilare, vulnerare, detinere, capere, deprædari. Accessoriæ sunt tres, auxiliari, consulere, fauere. quæ omnia patent ex contextu huius canonis. Quo ad conditiones, quæ requiruntur, vt incurratur excommunicatio, opus est, quod offendantur, primò Romipetæ, seu peregrini accedentes Romam: secundò, vt causa deuotionis, vel peregrinationis Romam veniant: tertiò, vt ad Vrbem accedant, vel ab ea recedant, vel in ea morentur, Sorsa *in hoc canone circa notationes text. n.* 1. & Sayr. *d. c.* 14. *n* 6. *& duob. sequent.* Vnde, qui habitantem Romæ propter deuotionem loci offenderet aliqua actione ex prohibitis hoc loco non incideret in hunc canonem, quoniã non vt Romipeta, aut, vt peregrinus in Vrbe residet. Similiter non ligatur excommunicatione, qui læderet habentem domicilium Romæ, si ex Gallia in domum suam rediret, cùm non veniat Romam deuotionis, aut peregrinationis causa. Eodem modo non innodabitur hoc canone, si quis offenderet aliquem antequam sit in accessu, vel post reditum, vt notat Sebast. Medices *in secunda parte summæ tit.* 9. *quæst.* 78. *n.* 149. Sayr. *vbi supra num.* 8. vbi addit, si peregrinus, aut Romipeta Romæ, vel extrà committat aliquod delictum, posse puniri à iudice, vel ab alio percuti, & non incidet in excommunicationem iudex, nec percutiens, eo quia non punitur, nec percutitur tamquam peregrinus, nec vt Romipeta, sed tamquam malefactor. quæ sententia est Viualdi *in tractatu Bull. Cœnæ, num.* 82.

Secunda dubitatio circa Romipetas, vel peregrinos hoc loco sic explicari potest, quòd Romipeta censeatur, qui Romam pergit causa deuotionis, siue equestri, siue pedestri itinere, siue cum habitu peregrino, siue absque illo. Peregrinus autem is vocatur, qui pedestri itinere cum habitu peregrino Romam vadit causa deuotionis. Iacobus de Graff. *d. cap.* 18. *num.* 112. Sayr. *suprà num.* 6. Vgol. *cap.* 9. *de censuris Pontifici reseruatis num.* 1. *&* 2. vbi vult ciuem Romanum in castris suis, & oppidis extra Vrbem aliquando morantem, si deuotionis causa Romam petat, posse dici Romipetam, non verò peregrinum, quia peregrinus dicitur, qui à sua patria peregrè proficiscitur, hoc est, qui extra suam patriam propter deuotionem Romam vadũt. 218.
Quare, qui ad alia loca peregrinantur deuotionis causa, non gaudent hoc priuilegio, vt constat ex hac clausula, quæ loquitur de Romipeta, & de peregrinis ad Vrbem accedentibus: secus de aliis, vt deducitur ex *l. cum prætor ff. de iudiciis, & ex c. nonne, de præsũptionibus*, ex ea ratione, quia inclusio vnius est exclusio alterius, de quo Thom. de Thomass. *regul.* 148. Menoch. *de arbitr. casu* 9 . *n.* 12. *& conf.* 106. *n* 314. Card. Tusch. *tom.* 4. *lit. I. concl.* 71. Surd. *decis.* 291. *n.* 20. *& decis.* 295. *n.* 12. vbi subdit, quòd inclusio vnius, non est exclusio alterius habentis eandem rationẽ, sequitur Flam. *de confid. quæst.* 29. *n.* 52. Cùm ergo in hac clausula includantur Romipetæ, & peregrini ad Vrbem accedentes, vt hoc priuilegio fruantur, excluduntur ad alia accedentes loca etiam deuotionis causa, ita præcitati.

Tertia dubitatio, an percutientes Romipetas, aut peregrinos ad Vrbem accedentes non solùm deuotionis causa, sed ob alias etiam incurrant excommunicationem? gloss. *in c. cupientes, in principio, vers. periculosis, de elect. lib.* 6. & gloss. *in c. tantum, vers. sociale* 32. *qu.* 7. volunt causam principalem esse, qua cessante, cessat effectus, sed quo ad præsẽs negotium, dicendum est finem principalem esse illũ cuius gratia fit opus, finem verò minus principalem esse impulsionem ad faciendum aliquid, ob aliud, etiamsi absque illo fine nullo modo fieret. In quo euentu percutientes non est dubium ligari excommunicatione dũ percutiunt venientes Romam causa deuotionis, quamuis accedãt simul ob alios fines minus principales, & secundarios: adhuc enim percussi gaudent priuilegio peregrinorum, & ideo locus est excõmunicationi. Non enim Pontifex vtitur aliqua restitutione in hoc canone, sed loquitur sine limitatione excommunicando generaliter omnes, qui offendunt Romipetas, & peregrinos deuotionis causa Romam venientes. 219.

Quin etiam neque hic canon exigit, vt veniatur

tur ad Vrbem propter solam deuotionē,& non ob alium finem; tunc enim vix daretur peregrinus, qui gauderet hoc priuilegio. Quare satis est, vt accedant primò, & principaliter propter finem peregrinationis, quamuis simul accedant propter alia peragenda, minus tameo principaliter. Quia attenditur in vnoquoque actu, quod principaliter fit. Vnde non excommunicatur pater filium percutiens clericum correctionis gratia, Menoch. *de præsumpt.lib.5.præsumpt.14.num.6.* Azor. *institut. moral.part.2.cap.2.lib.2.cap.21.quæst.6.* Aloys.Ricc. *in praxi aurea, resolut.453.num.4.* Sicut etiam non excommunicantur clerici seniores ex officio, quod habent in Ecclesia corrigentes cum moderamine clericos in minoribus in Ecclesia turbantes officium, vt ait glossa *in cap.cum voluntate, verb. in minoribus ordinibus, de sentent.excommun.* & Host. *num.7. & 8.* Bart. *in tract. de carcer. num.22* quos refert Bellet. *disquisit. clerical. part.1. tit. de fauore clericorum canonis §.2. n.4.* non alia ratione, nisi quia percussio est correctionis gratia, quæ licet: igitur in nostro casu, cùm finis principalis peregrinationis sit deuotio, & causa adæquata ad hunc finem, gaudent peregrini priuilegiu, ne offendantur, & actio speciem, & denominationem accipit à fine principali. *l. quod Reipublica 33. ff. de iniuriis, l. qui iniuria, in principio, ff. de furtis.*

Quin adde si quis propter aliquos fines æquè principales Romam accedat, adhuc gaudebit priuilegio peregrinorum, & offendentes incurrent excommunicationem. Ratio, quia vnus, & idem actus potest habere multas causas principales, ac fines, nec ratio vnius causæ potest facere, quin actus vnus, & causa vna excludat alios fines. Ex quo fit vt sicut quis potest interesse sacro ex præcepto Ecclesiæ, & ex voto audiendi sacrum quotidie, & vnico actu diuersis præceptis satisfacere, puta vnico ieiunio satisfacere voto, & pœnitentiæ sacramentali, & præcepto ieiunij, si fiat ieiunium in vigilia alicuius Sancti, vt notat Sanch. *lib.1. in præcepta Decalogi c.13. ex n.5.* sic etiam potest quis ad Vrbem accedere principaliter, & deuotionis causa, ob quam verè dicetur peregrinus, & propter alios fines: neque hoc potest illi esse impedimento ad alios fines sibi proponendos.

Confert regula, quæ ait posse vno, & eodem tempore diuersis actibus duplici præcepto satisfieri, quando vnum alij non obest, nimirum potest recitare pensum horarum ratione Ordinis, si est in sacris, simul Missam in festo audire, inter quos est Caiet. *verb. festorum violatio, & in opuscul. tom.2. tract.4. de valore orationum*, Nauarr. *cap. quando, Concord distinct. 1. cap.19. n. 178. & in summa c.21. n.8.* Henriq. *lib.9. de Missa, cap.25. n.5.* Suar. *4. tom. in 3. part. disp.38. sect.6. n.5.* Valentia *2.2. disput.6. quæst.2. punct. vltimo, tit. quando recitandum sit officium*, & vtrique præcepto satisfacere potest attendendo ad Deum, resque diuinas, & ita vna eademque attentione, quamuis Azor *tom.1. instit. moral. lib. 1. cap.5. quæst.3. & 4.* teneat difficile posse quempiam vtrique præcepto simul satisfacere, si ad verba vellet attendere, & fortè illum non satisfacere. Iuuat, quod dicitur illum, qui tenetur ex voto, duplici sacro interesse, posse ea simul audire vnica attentione ad Deum relata, cùm possit esse præsens corpore vtrique, ita Maior *in 4. d. 12. quæst 8. dub.1. in solutione ad primum*, & Petrus de Ledesma *in summa Sacram. de Eucharistia in c.27. paulo ante conclusionem nonam fol. 343.* Igitur potest quis Romam accedere propter plures fines æquè principales, puta ob peregrinationis deuotionem, & simul, vt apud Sedem Apostolicam dispēsationem, aut beneficium impetret, & ob alia similia, & singula æquè principaliter apud se statuat expedire, neque peregrinum priuilegio carebit, quia vnus, & idem actus potest habere multos fines principales, vt ostensum est. Alioquin negabis euntem Romam ad persoluendum votum videndi limina Apostolorum, non lucrari indulgentias Sanctissimi Iubilæi, si tradat se itineri Anno illius sancto, etiamsi intendat simul Iubilæum consequi: sed posse voto satisfacere, & lucrari Indulgentias, tradit esse probabilius Cordubens. *quæst.18. de Indulgentiis, propositione 3.* & Valentia *in lib. de Indulgentiis cap 7.* quia non repugnat operanti per actum ex debito obligationis posse simul eundem actum referre ad alium finem voluntarium, atque ita Romam petens propter deuotionem, & propter alios fines, bene potest tanquam peregrinus gaudere priuilegio securitatis, etiamsi proponat alia Romæ negotiati, quia Summus Pontifex excommunicat hoc loco offendentes illos, qui veniunt ad Vrbem causa deuotionis, nec addit causa tantùm deuotionis, sed simpliciter loquitur sine aliqua dictione taxatiua: ergo verba simpliciter accipienda sunt, & latissimè interpretanda, cùm contineant priuilegium Principis concessum peregrinantibus ad Vrbem propter deuotionem.

Sed quid dicendum de accedente ad Vrbem causa negotiandi aliquid temporale principaliter, & ob id primò tradat se itineri, & secundariò dum in Vrbe fuerit, velit loca, & Basilicas Vrbis deuotionis causa visitare? Respondeo non esse peregrinum, neque gaudere priuilegio securitatis. Nam omnis actus denominatur à voluntate agentis, vt Socin. notat *in regul.30. vers.3* Couarr. *in c. cùm esses, n.7. de testamentis, & lib.3. variar. cap.6. num.9.* Item, quia actio non sumit denominationem à fine secundario, sed à primario, & sicut datur Simonia, quando quis seruit alicui Prælato principaliter, vt ab eo consequatur beneficium Ecclesiasticum; secus si minus principaliter, Couarr. *lib.1. variar. cap.20. num.3. vers. secundo.* Nauar. *in cap. inter verba 11. quæst. 3. Corol. 2. num.14. & cons. 9. num.4. tit. de Simonia in antiquis, & in manuali cap.23. num 100. vers.5. & tractatu de finibus humanorum actuum n. 39.* Suar. *de Religione tom.1. tract. de Simonia lib.4. cap. 39. num.5.* & Azor *instit. moral part. 3. lib.12. cap.11. quæst. 2.* Sic etiam in nostro casu non dicitur peregrinus, qui propter temporale principaliter Romam pergit, quia id quod principaliter agitur, semper attenditur, Bald. *in l. reos col. 5. de accusat.* Iason *in l. siquis nec causam, col.11. vers.11. adde. ff. si certum petatur.* Confirmatur argumento accedentium ad Ecclesias principaliter, vt consequantur destributiones quotidianas, qui peccant, cùm debeant esse præsentes Choro, & horis canonicis principaliter, vt seruiant Deo, & secundariò propter destributiones lucrandas, gloss. communiter recepta *in cap.1. de clericis non residentibus lib. 6.* & ibi scribentes, Abbas *in cap. ex parte 1. de officio delegati*, Zabarel. *in Clement. 1. notabil. 6. de celebrat. Miss.*

Suffragatur ex eo, quod dicitur actus agentis iudicari ex intentione, an sit bonus, vel malus. D. Thomas 1. 2. *quæst. 18. art.9.* Antonius de Butr. *in cap. cùm ex officij, de præscriptionibus*, Felin. *in cap. auditis, eodem titulo.* Non enim actus agentium iudicatur vltra intentionem, *l. non omnis, ff. si cert.*

pet. Iason *cons.32. col. 4. circa medium, lib.3.* & habetur *in l. agris, ff. de acquir. rer. dom. cap. vlt. de præbendis*, & communiter est receptum leges humanas non ligare vltra finem intentum a legislatore, Nauar. *cons. 7. num. 2. de constitut. & cons. 1. n. 4. vt lit. pend.* ex dicta ratione, quòd actus agentium sunt iudicandi secundùm intentionem principalem eorum, *l. si quis nec causam, ff. de rebus creditis.* Inteotio autem eundi Romam, principalis est propter negotium temporale, non autem deuotionis causa: igitur cùm attendatur, quod principaliter agitur, non gaudebit priuilegio securitatis, qui propter negotium temporale principaliter Romam accedit, neque illum offendens ligabitur excommunicatione.

Secus dicendum est de peregrino, qoi Romam deuotionis causa sanus accessit, & ab ea recessit correptus graui morbo, nec potuit pedibus iter inceptum perficere, vt constat ex verbis huius Canonis, ibi: *Peregrinos ad Vrbem causa deuotionis, seu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel ab ipsa recedentes.* Sed hic accessit ad Vrbem: ergo gaudet priuilegio peregrini euntis causa deuotionis. Confirmatur ex Bullis Gregor. XIII. & Clementis VIII. per eos editis indictionis Iubilæi Anni sancti, oe peregrini, quo Romam profecti sunt ob Iubilæum lucrandum, & ex causa ad Vrbem non peruenerunt, destituerentur fructu, & commodo Iubilæi ibi declararunt proficiscentem ad Vrbem animo firmo, ac voluntate eundi ae perficiendi omnia requisita, & expressa in rescripto Iubilæi lucrari fructum illius, etiamsi postea legitimè impeditus non potuisset omnia adimplere.

110. Quarta dobitatio, quot excommunicationes contrahat vulnerans peregrinum, & mutilans, & ioterficiens Romipetas, & quid si percutiat sine vulnere? Responsio fit, quo ad primam partem dubij, si vnico impetu, & eadem actione moraliter non interrupta vulneret, & mutilet, & interficiat, vnicam excommunicationem incurrere, quia omnes illæ actiones prohibentur sub vnica excommunicatione, & censentur omnes vnica actio in genere moris, & vnum factum, & vnum delictum, quamuis omnes illi actus sint distincti in genere entis; sunt tamen partes componentes vnam integram actionem, ex qua oritur vnica transgressio eiusdem canonis ratione vnitatis, & temporis. Secus si vulnus infligatur, & post aliquod interuallum sequatur mutilatio, & tandem post aliud tempus interiectum detur occisio: tunc enim, cùm lex violetur sæpiùs per interualla, sæpiùs contrahitur pœna à lege imposita, & plura sunt delicta, habetur *in leg. illud, §. final. ff. ad leg. Aquil.* his verbis: *Si idem eundem seruum vulnerauerit, postea deinde etiam occiderit, tenebitur & de vulnerato, & de occiso; duo enim sunt delicta, aliter atque si quis vno impetu pluribus vulneribus aliquem occiderit, tunc enim vna erit actio de occiso;* sic ibi. Secus quando ex interuallo delictum committitur, nam tunc delictum nouum est eiusdem criminis ex interuallo iteratum.

Sed quid si diuersæ actiones prohiberentur à diuersis legibus, nimirum, si vna prohiberet vulnerare peregrinum, & altera prohiberet mutilare, & altera deprædari? Iulius Clarus *in praxi §. final. q. 48. num. 4. vers. alius est casus,* opinatur quando delicta sint diuersi generis, & fiant ex interuallo, omnia esse punienda, per legem *nunquam plura, ff. de priu. delict.* Si verò fiant eodem tempore, & tendant ad eundem finem, delinquentem esse puniendum pœna maiori delicto respondenti. Ex quo colligi potest, delinquentem posse ligari variis censuris multo fortiùs, si ob varia delicta essent impositæ delinquenti, & violanti varias, ac diuersas constitutiones, atque ita si vna prohiberet detinere, & altera deprædari, & tertia occidere, incurreret delinquens omnes pœnas earum, cùm delicta plura committeret.

Quo ad secundam partem, quando datur percussio sine vulnere, vel vulnus sine effusione sanguinis, an incurratur hæc excommunicatio? Ratio dubitandi, quia tunc datur vulneratio, quando cutis corporis scinditur: proinde quando pars corporis non scinditur, non dicitur vulnus infligi, & ex consequenti Auctor non ligabitur excommunicatione, nimirum, si peregrioum, vel Romipetam virgis, ac loris, vel pugnis percusserit, si percussio sine scissura fiat in corpore, sed tantùm tumor, aut tumefactio appareat, quia non dicitur vulnerasse. Similiter non dabitur vulnus sine effusione sanguinis: idcirco censuram euadet, qui vulnerauerit sine effusione sanguinis. Quinimo minima gutta sanguinis non facit vulnus, quia percussio erit minima, & leuissima, & de minimis non curat Prætor, nec sunt in consideratione, *l. si oleum, §. final. cum l. sequent. ff. de oleo legato l. in rebus. §. possunt, ff. commodat. l. r. s, ff. de contrahenda empt. l. scio, ff. de in integrum restitutione.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici, decis. 39. num. 3. in 1. editione, & resolut. 36. in 2. edit.* Non enim nocent modica, *glossa t. in cap. si proponente 41. de rescriptis.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 6. cap. 10 vers. tertio quæritur*, & Tiraquel. *in lege, si vnquam, verb. donatione largitus, num. 107. Cod. de reuoc. donationibus*

Nihilominus ad incurrendam hanc censuram, non sufficit percussio sine scissura corporis, sed requiritur vulnus; percussio autem non est vulnos. Bartolus *in l. Prætor edixit. §. final. de iniuriis*, vbi vult de ratione vulneris esse scissuram in corpore: quare vbi nulla est scissura, non potest vocari vulnus, nec vulnus dicitur sine aliqua effusione sanguinis, præsertim, quia facili negotio ex qualibet etiam modica corporis scissura sanguis fluit. Potest tamen esse tam minima sanguinis effusio, ex percussione manans, & vulnus tam minimum, vt non videatur esse mortalis culpa: tunc enim delinquens solùm venialiter non incidet in hunc canonem, quamuis in dubio semper tutior pars est eligenda, & vulnerans opinari debet se incidisse, Henriq *in summa lib 14. cap. 3. §. 4.* Sayr. *in Claui Regia, lib. 1. cap. 13 num. 23.* quod intelligitur de dubio practico: tunc enim non est consilium, sed verè præceptum, vt volunt, Syloest. *in summa, verb dubium, quæst. 2. § 4.* Nauarr. *in cap. si quis autem, de pænitentiis, dist. 7. num. 42.* Cordub. *lib. 2. quæstionary, quæst. 3. propositione 3.* & alij, quos referens sequitur Sanch. *de matr. lib. 2. disp. 41. n. 9.*

Quinta dubitatio de percutiente peregrinum, quem esse talem ignorat, an incidat in hanc excommunicationem? Responsio est negatiua, si iusta, & probabili ignorantia existimabat esse peregrinum ad Vrbem, Couar. *in c. Alma mater, p. 1. §. 10. n. 15.* eo quia ignorantia facit actum illum, quo ad illam qualitatem inuoluntarium. argum. ex *c. si vero 2. de sentent. excomm. un. de percussore clerici*, quem probabiliter ignorabat esse clericum, qui non ligatur excommunicatione, vt volunt Vi- 111.

Ctoria

ctoria *de excommunicatione*, n.8. Suar. *de censuris, tom.5. disp.22.sect.1. num.54.* Carol. de Grassis *de effectib. clericalib. effectu 9. num.* 189. Bonacin. *de censuris, disp.1.quæst.2.punct.1.num.* 16. & alij.

Probatur etiam argumento contrahentis matrimonium cum consanguinea in gradu prohibito, quam ignorabat esse talem, gloss. *in Clement. vnica, versic. scienter, de consanguinitate, & affinitate*, qui propter ignorantiam excusatur à censura, si sit probabilis, vt dicitur *in cap. Apostolica*, & *ibi* glossa *verb. probabilis, de clerico excommunicato ministrante*, vbi sola probabilis ignorantia excusat, quasi ignorantia crassa, & supina non excuset, vt inquit gloss. *in dicto verb. probabilis*, text. *in cap. illud, de cleric. excommun. ministrante.* Nihilominus non incurri excommunicationem ab illo ignorante etiam crassè, & lata culpa clericatum vult. Fr. Emmanuel *in summa tom.* 1. *cap.* 80. *conclus.* 1. *num.* 11. & alij relati à Sanch. *de matrim. lib.* 9. *disp.* 32. *num.* 41. vbi tradit percussorem clerici non excusari ex lata culpa, & crassa ignorantia, quoniam ignorans non excusatur defectu doli, sed quia culpa lata caruit: imò probabiliter, & iustè ignorauit esse illum clericum, qui contra solitam clericorum consuetudinem prolixa barba vtebatur, cum quisque præsumitur esse talis, qualis ex habitu apparet, secundùm *l. item apud Labeonem. §. si quis virgines ff. de iniurijs*, Sayr. *de censuris lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 3. *&* 4. Sanch. *vbi suprà lib.* 9. *disp.* 32. *num.* 41. & Augustinus Barbos. *in cap. si verò* 2. *num.* 3. *de senten. excommunic.*

Quidquid ergo sit de existimante illum non esse peregrinum ex probabili ignorantia, quando lex imponit pœnam facienti aliquid scienter: in nostro casu ignorantia quantumque crassa, & lata culpa, excusat à pœna imposita scienter aliquid facienti, nisi ignorantia esset tam crassa, vt potiùs videretur ingens temeritas, quàm ignorantia, quia tunc non liberaret à pœna legis contra scienter facientes promolgata. Prior pars ex eo patet, quia deficit animus in delinquente ad incurrendam pœnam canonis interueniente aliqua ignorantia. Quoad secundam constat ex traditis ab Anton. *cap.* 2. *num.* 9. *de constitutionibus*, vbi non excusat à pœna legis intercedente ignorantia tam crassa quæ rationem induit temeritatis, sequitur Sanch. *lib.* 9. *disp.* 32 *ex num.* 36. *vsque ad num.* 39.

Quando autem habetur probabilis ignorantia ex qua excusentur, qui exercent actiones prohibitas contra Romipetas, & peregrinos, si loquamur in foro interno, standum est dicto exercentium actiones illas, quam habuerint ignorantiam, probabilem ne, an crassam, vt colligitur ex gloss. singular. *in Clementina* 1. *verb. non habita, de priuilegiis* Abbas *in cap. inter alia num.* 15. *de senten. excommun.* In foro tamen externo probari potest ignorantia probabilis per iuramentum, *cap. cùm in tua*, ibi: *nisi proprio firmauerit iuramento*, vbi gloss. *de his, qui matri. accusar. poss.* Sayr *in claui Regia lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 4. Nam ea, quæ in animo omnino latent, non possunt probari testibus, gloss. *cap. si vero el* 2. *de sentent. excommun. verb. propria*, Nauarr. *lib.* 1. *consiliorum in priori editione, tit. de constitutionibus consil.* 1. *num.* 6. *&* 7. Gregor Lopez *l.* 12. *tit.* 1. *part.* 7. *verb. que lo no supiera.* Salzed. ad Bernardum Diaz *regul.* 323. Mascard. *de probationibus conclus.* 831. *num.* 1. Couarr. 2. *variar. cap.* 10. *num.* 1. *vers. Tertiò admittenda est.* Ideo statur iuramento in rebus, quæ pendent à conscientia alicuius, quando aliter veritas haberi non potest: Non tamen excluditur probatio in contrarium. Tiraquel. *de retract. tit.* 1. §. 4. *gloss.* 1. *num.* 4. Sanch. *lib.* 9. *de matrimonio disp.* 31. *num.* 5. nisi lex, vel statutum decerneret, quòd stetur iuramento alicuius pro plenaria probatione; tunc enim non recipitur probatio in contrarium, quoniam habet vim præcepti, Auiles *in cap. Pretorum, cap.* 51. Secus si disponat, vt sufficiat iuramentum ad probandum: nam tunc bene potest probari contrarium, vt *ibidem num.* 13. *&* 14. *versic. En la tierra fol. mihi* 272. *verso*, & Marius Alterius *disput.* 10. *de excommun. Bull. Cœnæ lib.* 5. *cap.* 4. *fol.* 579. *col.* 1. *ad finem* Quo fit, vt non credatur iuramento, si contrarium probetur.

Sexta dubitatio circa vulnerantes Romipetas, 222.
vel peregrinos, quando excusentur à censura huius canonis, cùm ex textu constet interficientes, mutilantes, & vulneratores ad Vrbem deuotionis causa accedentes ligari excommunicatione? Responsio sit non ligari offendentes, si ad id habeant auctoritatem à Romano Pontifice, Vgolin. *de censuris, in hoc canone.* §. 2. *in principio*, Sousa innuit *cap.* 11. *in principio num.* 5. Secundò non ligari vulnerantem, qui vulnerat visitantes Basilicas, & loca pia Vrbis, si Romæ habitant. Non enim dicuntur Romipetæ, nec peregrini, & ex cõsequenti non habent hoc priuilegium, quo gaudent exteri, vt inuitentur ad loca sacra deuotionis causa inuisenda. Tertiò non incidunt in censuram percutientes eos qui propter aliquam litem, vel curiositatem Romam accedunt, & postea deuotionis causa visitant limina Apostolorum, Graff. *in Bulla Cœnæ cap.* 9 *verb. accedentes, num.* 114. *vers. Quatuor requiruntur*, Sousa *supra num.* 5. *vers nec excommunicatur*, & ex ea ratione, quia hoc priuilegium conceditur venientibus ad Vrbem deuotionis, vel peregrinationis causa, & non aliis, Nauarr. *in manuali cap.* 27. *num.* 66. Caiet. *in summa verb. excommunicatio cap.* 13. Nam inclusio vnius, est exclusio alterius, & negatio vnius, est affirmatio alterius, Barbos. *in l. cùm Prætor, in principio num.* 37. *& num.* 53. *cum sequent bus. ff. de iudiciis*, Perez per text. *ibi in l.* 9. *gloss.* 2. *post princip. tit.* 3. *lib.* 4. *Ordin. & l.* 1. *glossa* 5. *tit.* 15. *lib.* 8.

Ex quibus sequitur mercatores Romam accedentes, & negotiatores non gaudere hoc priuilegio, neque clericos Romam euntes ad beneficia obtinenda, cùm non eant deuotionis causa, cessat enim finalis causa; ergo dispositio cessare debet, argumento capitis *cùm cessante, de appellatione.* Cùm ergo hoc priuilegium nitatur deuotione, & peregrinatione, illis cessantibus, cessat priuilegium. Quin etiam si lex, vel priuilegium duabus causis nitatur, vna remota non cessat priuilegium, vt Palat. *in repetit. cap. per vestras, de donat. inter virum, & vxorem, notabil.* 3. §. 20. *num.* 4. *ad finem & num.* 5. Atque ita malè tractantes Romipetas, seu peregrinos ad Vrbem causa deuotionis, seu peregrinationis accedentes, incurrunt in hunc canonem, etiamsi cesset iter causa deuotionis, dummodo non cesset causa peregrinationis. Contrà verò vtraque causa cessante, cessat effectus, ex *d. cap. cùm cessante*, & *ibi* Barbos. *num.* 2.

Septima dubitatio, an in hoc canone compre- 223.
hendatur vulnerans, aut interficiens Iudæum, vel infidelem, aut hæreticum venientes Romam causa deuotionis, vel peregrinationis? Responsio est affirmatiua, nimirum si Romam accedat, vt instruatur in fide catholica, aut vt recipiat lauacrum

Baptismi, quo casu digni sunt, qui gratiis, & priuilegiis peregrinorum gaudeant fauore fidei, ac Religionis Christianæ. Quin imò eadem prætogatiua possunt frui schismatici, & hæretici, si moueantur Dei spiritu, & pergant ad Vrbem, vt abiurent syncerè errores, quibus tenaciter adhæserunt. Idcirco qui afficeret iniuria, & exerceret aliquam actionem prohibitam in infidelem, vel hæreticum, ligaretur hoc canone, Marius Alterius *disp. 1. de excommun. Bull. Cœna, lib. 5. cap. 4. col. 1.* vbi id extendit ad excommunicatum, qui quidem vti pergrinus potest ad Vrbem accedere deuotionis causa, etiam antequam ab excommunicatione sit absolutus, & quamuis non sit capax Indulgentiarum: nihilominus potest agere illa opera, pro quibus indulgentia tribuitur, & hoc modo consequi Indulgentias per modum suffragij, & absolutionis. Idem Alterius *tom. 1. de censuris. disput. 5. lib. 1. cap. 6. fol.* 48. dicens secundùm probabiliorem, excommunicatum omni fructu priuare, & participatione indulgentiarum directè, & per modum absolutionis; posse tamen lucrari fructum indulgentiarum, si ab alio acquiratur indulgentia, & excommunicato applicetur: tunc enim est donum primatum, quod vnus potest alteri applicare, & cedere. Quare poterit peregrinationem, & alia opera peregrinationis causa præstare, videlicet orare in Ecclesia, & recitare Officium diuinum, quamuis non possit recipere Sacramentum, nec Ecclesiasticis officiis interesse à quibus prohibetur.

224. Octaua dubitatio circa verberantes Romipetas an incurrant censuram? Responsio est negatiua, quia verberare non est vulnerare, & excommunicatio non imponitur verberanti, sed vulneranti, Vgolin. *hoc loco, vers. vulnerantes, n. 2.* Quare peregrinum percutiens, aut verberans, non excommunicatur, si vulnus non infligat; potest tamen aliis pœnis plecti, non tamen excommunicari, & verba sunt accipienda in propria significatione. Bartol. *in l. ita vulneratus, vers. Item nota quòd verba legis, ff. ad legem Aquil.* maximè in pœnis, *cap. in pœnis, de regul. iur. lib. 6.*

225. Similiter sub verbo *Depradantes peregrinos*, non excommunicantur, qui Romipetas, & peregrinos rebus suis spoliant clam, & occultè, quoniam deprædari dicitur, qui rem violenter, & iniustè aufert à Romipetis, & peregrinis, quod propriè tribuitur, prædonibus, & latronibus, qui vias obsident, & apertè adoriuntur peregrinos, & per vim bona eorum rapiunt: non enim ligaretur excommunicatione, qui vestibus suis spoliaret peregrinum iacentem in via demortuum, quem alij interfecerunt, Vgolin. *vbi supra, vers. depradantes, num. 4. & 5.* & Marius Alterius *hoc loco, disp. 11. lib. 5. cap. 1. fol. 589. & sequent.* quod extendit Vgolin. ad deprædantes eos, qui muliones spoliant rebus peregrinorum, quas deferunt in equis suis, siue muliones periculum rerum in se suscipiant, siue non, quia semper bona peregrinorum deprædantur.

226. Nona dubitatio circa offendentes Romipetas aliqua ex prohibitis actione dum sunt in Vrbe, an incidant in hunc canonem? Ratio dubitandi faciunt verba, *in ea morantes.* Responsio est affirmatiua, si percutiantur morantes Romæ deuotionis causa, qui peregrini dicuntur, & Romipetæ. Quandiu enim sunt Romæ, gaudent hoc priuilegio, quod datum est ad eundum, & ad redeundum, & pro tempore, quo ibi morantur. *cap. statutum, §. in praferendo. de rescriptis, in 6. & cap. quia diuersitatem, de concess. prabend.* Sunt enim excommunicati omnes offendentes eos peregrinos toto tempore, quo vocantur, & sunt peregrini. Sousa *de Bull. Cœna, cap. 11. disp. 59. num. x.* Marius Alterius *d. disp. 11. lib. 5. cap. 5. in principio.* Igitur vbi primum Romipetæ, seu peregrini domicilium Romæ elegerint, non gaudent hoc priuilegio, eo quia peregrini non habent domicilium in ea parte, vbi sunt peregrini, & desinunt esse peregrini eo ipso, quòd elegerunt domicilium, ita præcitati, cessante enim causa priuilegij, cessat & priuilegium. *cap. cùm cessante, de appellationibus.* & Vgolinus *hoc loco, vers. & in ea morantes, ad fin.* Sicut non gaudent priuilegio hoc Romipetæ, & peregrini antequam sint in accessu, hoc est, antequam proficiscantur; vel post reditum, ex Caietano *verb. excommunicatio, c. 74.* & ex Sayr. *cap. etiam 74. num. 8.* vt dictum est; non desinit tamen esse Romipeta, qui post susceptum iter domum suam redit quærendi aliquid causa, cuius oblitus fuit: quemadmodum non desinunt esse peregrini, qui in itinere ad aliquem locum diuertunt visitandi amici gratia, Sousa *vbi suprà, num 4.*

Decima dubitatio de eo, qui Romam petit deuotionis gratia, & postquam iter arripuit, mutata voluntate eundi Romam aliò diuertit? Responsio sit non gaudere priuilegio peregrinorum, neque illum ligari excommunicatione, qui vulnerauerit: sicut non ligatur vulnerans accedentem ad Vrbem, si postquam accessit ad illam, mutata voluntate non visitat loca pia, neque exercet se in aliis piis operibus, quæ adimplent Romæ peregrini, quia cessante causa cessant omnia indulta peregrinis cóncessa, propter finem peregrinationis, Vgolin. *de censuris Pontifici reseruatis, hoc loco, c. 10. §. 2. vers. tertio, fol. 149. colum. 1.* & Marius Alterius *disp. 11. de excom. Bull. Cœna. lib. 5. cap. 5. fol. 599.* vbi probat cessante fine cessare omnia concessa ratione illius finis: & ideo principali sublato, tollitur accessorium. *l. 1. & ibi* Bald. *C. de codicillis*, glossa notabilis *in lege, si patronus. §. patronum. verb. Fabiana. ff. si quid in fraudem patron.* 227.

Coofert quod dicitur priuilegium concessum ratione certi loci, vel certæ rei, extincta re extingui, nec prodesse respectu alterius, *cap. cùm capella 16. de priuilegiis*, quia recurrendum est ad intentionem concedentis priuilegium, & illi standum est, Titaquel. *in l. si vnquam, verb. libertis, num. 55. C. de renocand. donat.* Cùm ergo constet de mente Pontificis esse, quòd gaudeant priuilegio securitatis peregrini, dum in ea sunt voluntate eundi Romam deuotionis causa, & in proposito adimplendi ea, quæ peregrini adimplere solent, sequitur non gaudere priuilegio vbi primum voluntatem mutant. Consonat mereri priuilegium amittere, qui illo abutitur, vt habetur *in cap. tuarum 11. ibi, priuilegium meretur amittere, de priuilegiis*, argumento scholarium, qui non student, neque frequentant scholas, qui non gaudent priuilegiis scholasticorum. Card. Tusch. *tom. 6. lit. P. conclus. 754.* & Suar. *de legib. lib. 8. cap. 36.* argumento *cap. licet, de prabendis*, vbi absentes causa studij in sacra pagina iustè percipiunt fructus beneficij sui; non autem distributiones quotidianas, Couarr. *lib. 3. variar. cap. 13.* Gratian. *discept. forens. cap. 166. num. 17.* Gonzal. *de mensib. §. 7. proœmial. num. 178.* Aloys. Ricci. *in praxi rerum fori Eccles. decis. 495. in 1. edit.* aliàs *resolut. 386. num. 3. in 2. edit.* & Monet. *de distribut quotid. p. 2. quæst. 10. conclus.*

conclus. 1. *&* 2. Quo tamen priuilegio non gaudent, si absunt à beneficio, & ab studio : igitur in nostro casu amittunt priuilegium eo ipso, quòd noluerunt esse peregtini, nec Romiperæ.

228. Vndecima dubitatio circa dantes auxilium, consilium, vel fauorem, vexantibus peregrinos aliqua ex prohibitis actione, quomodo sint hæc verba intelligenda? Responsio sit, primò non ligari adiuuantes auxilio,consilio,vel fauore, nisi effectu sequuto, & delicto perfecto, argumento *cap. cùm in cunctis* 7. §. *final.* ibi : *beneficia, quæ habebat, de electione*; vbi dicitut beneficia obtenta non vacate ipso iure per promotionem ad Episcopatum, nisi post adeptam possessionem, & consecrationem sequutam, vel postquam præfixum tempus ad consecrationem petendam fuerit lapsum. Concil.Trident. *sess.* 7. *& sess.* 23. *de reformat. cap.* 2. Flamin. *lib.* 3. *quæst.* 1. *num.* 76. Anastas. Germon. *de indultis Cardinal.* §. *si verò, à num.* 20. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 16. *quæs.* 12. Vgolin. *de offic. & potest Episcop. cap.* 1. §. 12. *num.* 3. Aloys. Ricc. *in collect. decisio. part.* 4. *collect.* 866. & Gonzal. *de mensib. gloss.* 15. *num.* 53. Vnde si quis persuaserit alicui,vt Romipetas, vel peregrinos vulneret, vel deprædetur,& ille non potuit nec vulnetari,uec deprædari, quamuis conatus sit,neuter in censuram incurret,ita Vgolin. *hoc loco, versic. Et in his auxilium dantes,consilium, vel fauorem.* quæ verba cum effectu sunt accipienda. *l. prima*, §. *hæc autem verba ff. quod quisque iur.* Graff. *de Bull. Cœnæ cap.* 9. *verb. dantes auxilium,* & Marius Alterius *dict. dispus.* 11. *cap.* 5. *fol.* 599. *versic. & in his dantes auxilium*, &c. subdens non incidere in excommunicationem auxiliantes, consulentes, nec fauentes, nisi sequatur aliqua actio principalis ex prohibitis, quantumuis quis auxilium, consilium, vel fauorem dederit ad aliquam in peregrinos exercendam. Non tamen excusabitur ab excommunicatione consulens alicui,vt interficeret peregrinum,dum solùm vulnerauerit, & non interfecerit,quia qui mandauit interficere,censetur mandasse vulnera infligere, qui enim vult consequens, antecedens velle necesse est. *l. ad rem mobilem ff. de procuratorib.* sicuti, qui vult antecedens,intelligitur etiam velle id, quod ex eo sequitur, *l.* 1. §. *final. ff. si vsusfruct. pet.* Mantica *de tacit. & ambig. tom.* 1. *lib.* 3. *titul.* 11. *num.* 17.

229. Vltima dubitatio, an sub nomine peregtinorum, qui hoc loco gaudent priuilegio securitatis, veniant famuli,familiares,& serui eorundem, qui eos comitantur,dum eunt,aut recedũt,aut morantur in Vrbe? Responsio est affirmatiua : atque ita si quis eos officeret aliqua ex prohibitis actione, excommunicatione afficeretur, etiamsi famulorum seruorumque esset duntaxat intentio famulari dominis, quia priuilegium concessum dominis extenditur ad famulos, & domesticos peregrinantium, vt habetur *in cap. licet, versic. cùm conceditur*, & *ibi* glossa *verb. admittuntur, de priuilegiis lib.* 6. vbi Franch. *num.* 2 dicens priuilegium esse inutile, nisi ita intelligatur, Marius Alterius *hoc loco, de Bull. Cœnæ, disput.* 10. *lib.* 5. *cap.* 2. *fol.* 575. *col.* 1. *in principio.*

***

Excommunicatio vndecima, contra offendentes S.R.E. Cardinales, & alios Prælatos, sic habet:

§. XI.

ITem excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes,mutilantes,vulnerantes, percutientes,capientes,carcerantes,detinentes, vel hostiliter insequentes S. R. E. Cardinales,ac Patriarchas, Archiepiscopos,Episcopos,Sedisque Apostolicæ Legatos, vel Nuncios,aut eos à suis Diœcesibus, Territoriis, Terris,seu Dominiis eiicientes : nec non ea mandantes,vel rata habentes,seu præstantes in eis auxilium,consilium,vel fauorem.

EPITOME.

230. *Materia huius canonis; quot actiones principales? quot accessoria?*
231. *Personæ,quæ prohibentur offendi in hoc canone? & loca de quibus non sunt eiiciendi?*
232. *Quæ personæ debeant intelligi sub illa voce* omnes?
233. *Cardinales,qui dicantur hoc loco? & qui Patriarchæ? & Archiepiscopi? & Episcopi?*
234. *Cardinalis, & reliqui Prælati se ipsos interficientes,seu mutilantes,vel percutientes,an excommunicentur?*
235. *Offendentes Episcopos quot censuris teneantur?*
236. *Quibus pœnis subiiciatur ciuitas,vel vniuersitas, quæ occideret Cardinalem, vel Patriarcham, vel illos eiiceret è locis in hoc canone memoratis?*
237. *Interficiens Cardinalem nondum habentem capellum, aut Episcopum non consecratum, aut Archiepiscopum carentem pallio, an incidat in hunc canonem?*
238. *Capere Cardinalem, vel hostiliter insequi, qui dicantur ad incurrendam censuram?*
239. *Prælati an gaudeant hoc priuilegio securitatis, si fuerint aliqua censura innodati?*
240. *Actiones verbales exercentes simul, quot excommunicationes incurrant?*
241. *In quibus casibus excusentur à censura percutientes,vulnerantes,*&c. *Cardinales?*
242. *Exercentes actiones accessorias contra Prælatos quando incurrant in hunc canonem, & quando dicantur ratum habentes,seu consilium,auxilium, vel fauorem præstantes?*
243. *In quibus casibus exercentes actiones accessorias non ligentur excommunicatione?*
244. *Verum percutientes familiares clericos, vel seculares de familia Cardinalium, incurrant in censuram huius canonis?*
245. *Reliquæ dubitationes de rebus ad hunc canonem pertinentibus.*

PRima dubitatio in tribus versatur. Primò in materia huius canonis, quæ est sacrilegium, quo Ecclesia in suis principalioribus membris offenditur, vt vult Caiet. *verb. excommunicatio cap.* 11. *&* 12. quem tamquam ducem sequuntur Graff. *lib.* 4. *decis. cap.* 18. *num.* 115. Nauarr. *cap.* 27. *num.* 67. 230.

num. 67. Sayr. *de censuris lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 2. Secundò in actionibus principaliter prohibitis, ratione quarum exercentes illas incidunt in hunc canonem, & sunt nouem, videlicet interficere, mutilare, vulnerare; percutere, capere, carcerare, detinere, hostiliter insequi: denique eiicere à suis Diœcesibus, territoriis, terris, seu dominiis. Tertiò denique in actionibus accessoriis, quæ ad omnes prædictas principales referuntur: hæ autem sunt quinque: mandare nimirum, ratum habere, auxiliari, consulere, & denique fauere.

231. Porrò personæ, quæ prohibentur offendi hoc loco, sunt in primis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, secundò Patriarchæ, tertiò Archiepiscopi, quartò Episcopi, quintò Sedis Apostolicæ Legati, sextò Nuncij eiusdem Sedis. Loca autem è quibus non sunt eiiciendi, sunt quatuor, nimirum, primus Diœceses: secundus Territoria: tertius Terræ, quartus dominia, patent hæc omnia ex hoc canone, ibi: *à suis Diœcesibus, territoriis, terris, seu dominiis eiicientes.*

232. Quo ad personas, hic canon est vniuersalis, & afficit quascumque personas cuiuscumque generis, & conditionis, ac status, & præeminentiæ. Hæc autem vniuersalitas ostenditur à dictione *Omnes*, quæ neminem excludit, *l. testatorem* 58. *in principio*, ibi, *prædium Seianum omne*, *ff. de legatis* 3. Nihil enim excludit, qui dicit omnia, Gutierr. *cons.* 5. *num.* 4. *&* 5. Cæsar de Grassis *decis.* 1. *num.* 1. *&* 5. *&* 6. *& decis.* 2. *num.* 3. *&* 4. *de priuilegiis*; atque ita, cùm sit vniuersalis, continet in se vniuersalem significationem, *l. omnes populi*, & *ibi* scribentes, *ff. de inst. & iur. l. Gallus* §. *in omnibus*, *ff. de liberis*, *& posthumis*, Abbas *in cap. qualiter, & quando, el secundo, num.* 8. de accusationibus, gloss. *in Clementina* 1. *verb. omnimodam*, *de foro competenti*, & Roland. *cons.* 84. *num.* 2x. *lib.* 1. & confirmatur, quia lex generalis, vt est hic canon, loquitur sine distinctione, & ideo generaliter est accipienda sine distinctione personarum: habet enim generale nomen, & generale verbum vim specialis expressionis, quantum singulare in singulis, vbi nominatio specifica requiritur, Aym. Crauet. *consilio* 294. *verb. transactionis*, *num.* 1. 2. *& sequentibus*, *& cons.* 397. *num.* 7. Tiraquell. *de retract. l gnag.* §. 1. *gloss.* 14. *num.* 101. *& sequentib. & de legib. connubial, glossa* 7. *num.* 89. vbi vult verbum generale tantum valere in omnibus, quantum singulare in singulis. *l. si duo, in fine, ff. de administratione tutorum, cap. si Romanorum* 19. *dist. cap. solita, de maior. & obed.* Laurentius Siluanus *consil.* 66. *num.* 13. *&* 14. *& cons* 88. *num.* 4 *&* 5. *lib.* 2. dicens verba generalia comprehendere omnia, quæ possunt dici, & excogitari etiam in materia stricta.

Iuuat constitutio generalis, quæ si contineat pœnam excommunicationis, solet extendi ad omnes quacumque dignitate præfulgentes, quamuis sint ex illis quorum mentio expressa requiritur, vt sub generali dispositione veniant. Ratio, quia vbi agitur de præiudicio tertij, vel de excommunicatione, quæ est pœna spiritualis, nemo excipitur quantumcunque sit persona in dignitate constituta. Quare etiam sub hoc canone comprehenduntur ipsi Cardinales, Patriarchæ, & reliqui, qui gaudent hoc priuilegio securitatis, si forte alios Cardinales, Patriarchas, & Archiepiscopos, & Episcopos, Sedisque Apostolicæ Legatos, vel Nuncios aliqua ex prohibitis actione male tractent, & sine dubio incident in hunc canonem non obstante dignitate personarum, quæ nihil operatur in excommunicatione, Bald. *in cap. inrauit, de probationibus*, sequitur Felin. *in cap. quod super his, num.* 8. *de fid. instrument.* dicens sub constitutione generali comprehendi Episcopos, Decius *in c. præterea n.* 6. *post medium, vers. Quinto prædicta regula, de offic. delegati.*

Nec obstat gloss. *in cap. quia periculosum*, *verb. suspensionis, de sentent. excommun. lib.* 6. vbi dicitur Episcopos, & Superiores Prælatos non ligari ipso iure sententia suspensionis, nisi exprimantur, quia id solum haber locum in suspensione, & *cap. quia periculosum*, loquitur in casibus expressis in iure, in quibus Episcopi non comprehenduntur sub generali constitutione, vt *in cap. Inquisitores, de hæreticis lib.* 6. *& c. fin. de re iudic. eodem libro* Qui casus speciales firmant regulam in contrarium, & ostendunt omnes hos Prælatos ligari generali constitutione, nisi in specie excipiantur, Franc. & Anchar. *in d. cap. quia periculosum*, *num.* 1. *in fine*, quibus adde Palud. *in* 4. *distinct.* 18. *quæst.* 7. *art.* 1. dicentem priuilegium, ne scilicet Episcopi, & reliqui Superiores Prælati suspensionis, aut interdicti censuras incurrant, nisi de illis expressa mentio facta sit, non extendi ad excommunicationem; imò posse illam incurrere siue ab homine, siue à iure feratur, quamuis de illis specifica mentio non fiat, quod etiam docet glossa *in cap.* 1. *in verb. Prælatus, de homicidio lib.* 6. vbi non eximit illos à pœna excommunicationis. Ex quibus deducitur sub hoc verbo generali omnes comprehendi Cardinales, Patriarchas, & reliquos Prælatos maiores Episcopis, & ipsos Episcopos, & multo fortiùs omnes laicos cuiuscumque sint dignitatis, ac præeminentiæ secularis.

Quin etiam extendi excommunicationem ad Imperatorem, & Reges hoc loco ex eo probari potest, quia ligantur excommunicatione, *c. quicumque, de sentent. excomm. lib.* 6. vt ibi inquit Archidiaconus, & gloss. *verb. quicumque*, *in addit.* Quamuis non fiat expressa mentio de Imperatore, & Regibus illos subintelligi in generali dictione *quicumque*, cùm hæc dictio *quicumque* sit generalis, & propter generalitatem ad omnes trahatur, Tiraquell. *de retract. lignagier* §. 1. gloss. 7. *n.* 20. 22. *& sequenti*, August. Barbos. *in Extrauagante* 1. *de electione Ioan. XXII. num.* 4. *pag.* 139. vbi tradit dictionem *quicumque* continere omnes, & quascumque personas, etiam exemptas, & priuilegiatas, quod etiam vult *in Extrauagante Execrabilis, eiusdem Pontificis num.* 22. *pag* 145. *de præbendis.* Atqui dictio *omnes*, est vniuersalis, & omnes comprehendit: igitur & ad omnes sæculares superiores trahi debet, quia Imperatoria, & Regia dignitas nemini fauere debet ad delinquendum; idcirco, si sub hoc canone veniunt Cardinales, & reliqui Prælati Ecclesiastici, non est ratio ob quam excipiantur Imperator, ac Reges, qui quanto cæteris hominibus excellunt, tanto grauiùs delinquunt, *c. homo, distinct.* 40. Abbas *in cap. cùm quidam, de iur. iur.* & *ibi* Felin. vbi asserunt, quòd dignitas personæ regulariter auget delictum.

Secunda dubitatio, quinam sub nomine Cardinalium in hoc canone veniant? Responsio constat ex textu, comprehendi scilicet Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales. Ex quo colligitur non gaudere hoc priuilegio Cardinales Ecclesiæ Compostellanæ, nec Cardinales Rauennates, Gonzal. *ad regulam* 8. *gloss.* 24. *num.* 162. Azor 233.

iuste.

instit. moral. part.2.lib.3. cap.29. quæst.3. vers. quæst. igitur est, & lib.4.cap.1. prope fin. Ideo appellatione Cardinalium veniunt duntaxat Eminentissimi S. R. E. Cardinales, Abb. in cap. accedentes, num.2. & ibi addit. in verb. Cardinales, de præscriptionibus. Stephan. de Gaiet. in cap. ad limina, 30. quæst. 1. in proœmio, num.13. Anastas. Germon. de sacror. immunit. lib.3.cap.6.num.29. & 30. proinde constitutio simpliciter loquens de Cardinalibus, semper est intelligenda de Cardinalibus S. R. E. qui per antonomasiam ita vocantur, vt ab aliis distinguantur, Barbatius tract. de præstan. Cardinalium, quæst. 8. num.9.11.& 18. Anton. Scap. in responso de Birreto Rubeo dando S. R. E. Cardinalibus Regularibus, n.3. & alij, quos referens sequitur Ioan. Vasæ. in Chronic. Hispaniæ, cap.21. vers. Compostellanus. & Andr. Gammar. in Extrauag. Iulij secundi, de simoniaca Papæ elect. n.70. & sequent.

Sed quid si quis inuaserit Cardinalem Sede vacante in electione Papæ? Responsio est excommunicari. Sic Ioannes de Lignano de censuris, num.7. fol.233. volum. 16. tractatuum, & Nicolaus Ploue. de excommunic. num.9. fol.188. eodem volumine, impressione antiqua, vbi volunt, qui inuaserit Ecclesiam Romanam, vel illius Cardinales, excommunicari. Nam electio Pontificis fit instinctu Spiritus sancti, vt habetur in cap. vbi periculum, de electione, lib.6. & ostendit Marcus Mantica in Dialogo, de Concilio. a num.51. fol. 83 vol.2. tractatuum. Item, quia Bulla Cœnæ durat adhuc mortuo Papa, vt dictum est suprà, & Cardinales vocantur etiam mortuo Papa S. R. E. Cardinales, quæ semper durat, cap. nulli fas. 19. distinct.

Tertia dubitatio, qui Patriarchæ intelligantur sub hoc canone? Ratio dubitandi est, quia nomine Patriarcharum strictè, & propriè non veniunt Patriarchæ minus principales; sed tantùm quatuor principales, Constantinopolitanus scilicet, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus, & eorum Sedes esse præcipuas, & verè Patriarchales, tradunt Hostiens. in summa, de auctoritate, & vsu Pallij, num. 4. Zabatell. in Clement. in plerisque, de electione, quæst. 8 num. 9. Cassan. in Catal. gloriæ mundi, part. 4. consid. 9. Gaspar. Valasc. in l. imperium, de iurisdict. omni. iud. Cucch. instit. maior. lib. 2 tit. 7. num. 2. Gigas in tract. de residentia Episcop. cap. vlt. num.8. Gomez in c. cùm in multis, num.92. de rescriptis, lib.6. Rebuff in concord. rub. de collatio. in §. si quis verò, verb. Patriarchalis, Lancellot. Contad. in templo omnium Iudicum, lib.1. cap.2 §.3 num.2. & cap.3. num.4. Quare vbi in iure fit mentio de Patriarchis, intelliguntur tantùm quatuor hi principales, & non alij Patriarchæ minores. Augustin. Barbos. in cap. Prouinciæ, dist. 99. num.1. & in tract. de appell. verborum vtriusque iuris significat. verb. Patriarcha.

Dicendum tamen est sub hoc canone comprehendi generaliter, & sine distinctione omnes Patriarchas tam maiores, quàm minores, vt patet ex hoc canone loquente simpliciter de Patriarchis, atque ita, cùm non exprimantur maiores solùm, nec minores tantùm, de omnibus est intelligendus hic canon, Marius Alterius disp. 12. de excom. Bull. Cœnæ, lib. 5. cap. 2. fol. 608. col. 2. vers. Respondeo.

Nomine autem Archiepiscoporum veniunt omnes Metropolitani, quia ciuitas Archiepiscopalis est Mater aliarum ciuitatum Prouinciæ. cap. de his 12. dist. Abbas in cap. suffraganeis, 2. notab. de electione. Et quamuis Beatus Isidorus lib.7. etymologiarum, cap.12. supponat Archiepiscopum differre à Metropolitano, dum posuit gradus quatuor Episcopalis ordinis, primum in Patriarchis, qui lingua Græca summi Patres interpretantur, secundum in Archiepiscopis, qui dicuntur Principes Episcoporum, vt vult Homobonus de bonis humanæ vitæ statibus, part. 1. cap.6. vers. hi dicuntur, Azor instit. moral. part. 2. lib.3. cap.33. quæst. 1. in principio, & Galganet. de iure publico, lib. 3. tit. 18. Tertium in Metropolitanis, qui ita dicuntur à matrice ciuitate, vt docent Gambar. de officio Legati de latere, lib. 2. tit. de variis ordinariorum nomin. num.34. Dionys. Paul. de vera quatuor Patriarchalium Sedium erectione, cap. 1. num.25. & Forcat, dialog.61. num.4. & quartum in Episcopis.

Nihilominus Metropolitanum, & Archiepiscopum nullo modo differre, volunt Bartol. in l. vnica, num.2. C de Metropoli Beryt. lib.11. Raban. Maur. de instit. clerical. lib.1. cap. 5. de ordine Tripartito Episcoporum, Rebuff. in concord. rubr. de collationib. in §.1. in principio, gloss. verb. Metropolitana, Petrus Gregorius Syntagm. iuris, part.2. lib.15. cap.11. num.1. Ludouic. Gomez in cap.1. num. 20. de constit. lib.6. & Azor instit. moral. part.2. lib. 3. cap. 33. quæst. 4. quæ sententia est sequenda, cùm sit magis conformis iuri canonico, ex notatis in cap.1. de noui operis nunciatione; & quoniam illam innuit Ordo Romanus, tit. qualiter Episcopus in Romana Ecclesia ordinetur. Nec refragatur quòd Iustinianus oppositum videatur sentire in Authen. de priuilegiis Archiepisc. Iustin. in principio, ibi: non solùm Metropolitanus, sed etiam Archiepiscopus fiat; quia præualere debet decisio iuris Canonici, cui standum est in foro ciuili, quando casus est dubius, Menoch. de arbitr. lib. 2. quæst 30. num 3. & quæst.74. num 54. & casu 185. n.11. & 12. & cons.93. num.31. & 32.

Quibus positis quoad nostrum casum, siue Archiepiscopus differat à Metropolitano, siue non, certi iuris est vtrumque gaudere hoc priuilegio securitatis, & incurrere censuram quicumque afficeret illos iniuria aliqua ex prohibitis in hoc canone. Est communis sine vllo dubio, etiamsi Archiepiscopus nondum habeat pallium. Quia quamuis nequeat Prælatus sine pallio Episcopos consecrare, clericos ordinare, Basilicas dedicare, Chrisma conficere, & reliqua munera obire, quæ sunt potestatis Ordinis, vel iurisdictionis, & careant ipso Archiepiscopali nomine ante pallij susceptionem, c. nisi specialis 3. de vsu, & auctoritate pallij, quia per pallium plenitudo Pontificalis officij confertur. Quaranta in summa Bullarij, verb. Archiepiscopi auctoritas vers.32. auctoritas. Anast. Germon. lib.3. de sacr. immun. c.5. de Hebræorum Pontificibus ex n.86 fol.164. & c.7. num.24. hoc tamen priuilegio gaudet, dummodo sit consecratus Episcopus. Vgol. hoc loco, vers. ac Patriarchas, Archiepiscopos. n.3. vers. non itidem. Sed de hoc infra n.237.

Quarta dubitatio, an Cardinales, & reliqui
Prælati sibi ipsis manus inferentes, vel necem, in- 234.
currant hanc excommunicationem? Placet affirmare non ligari illa, quia non videtur mens Pontificis obstringere censura Cardinales, & Prælatos sibi ipsis iniuriam inferentes, sed eos duntaxat ab iniuriis ab aliis illatis tueri: igitur censura non debet extendi vltra mentem Pontificis. Item, quia actiones prohibitæ non conueniunt omnes eisdem; quoniam propriè nemo potest se eiicere ex propria diœcesi, nec se capere, nec se detinere, nec hostiliter insequi; ergo reliquæ actiones, interficere

terficere scilicet, mutilare, vulnerare, & percutere, debent intelligi quo ad alios, quibus interdicuntur sub excommunicatione, ne male tractent supradictos Prælatos.

Probabilius tamen est hanc censuram trahi ad ipsos priuilegiatos cùm sit vniuersalis, sicut trahitur excommunicatio contenta *in cap. si quis suadente*, vbi clericus se ipsum percutiens incidit in censuram. Nauar. *in manuali, c. 27. n. 79.* si percossio est mortalis, Vgolinus *in hoc canone, §. 1. fol. mihi 257. n. 2. & sequentib. vers. Sexto*, & testatur Tabiena *in verb. excommunicatio, quinto, casu 1. n. 32.* Marius Alterius *disp. 12. lib. 5. c. 1. hoc loco, fol. 505.* Nec obest textus *in cap. contingit 36.* cùm ait, ibi: *Si quis autem clericus post prohibitionem huiusmodi sponte se subiecerit, excommunicetur*, hoc est, venit excommunicatus, vt Nauarr. *suprà c. 27. num. 77.* & alij, quos referens sequitur Augustinus Barbosa *in d. cap. contingit, n. 9. de sentent. excommun.* Quia ad hoc respondetur, quando clericus se subiecit sponte, vt ab alio percutiatur ad illum placandum, non cooperari cum illo ad percussionem, sed illam tantùm pati ad euadendum maius malum; non tamen excusari ab excommunicatione clericum, si pluribus ictibus, ac verberibus cum interuallo notoriè se subiiciat, tunc enim in secundo ictu participat in crimine cum excommunicato notorio, Henriq. *in summa, lib. 5. c. 5. in commẽto lit. T.* At verò quando quis se ipsum cum peccato mortali interficit, aut mutilat, ipse est agens, & ex consequenti incidet in excommunicationem, sicut incidit se ipsum percutiens iniuriosè *cap. si quis suadente.* Nauarr. *suprà n. 88.* Suar. *de censuris, disp. 22. sect. 1. num. 59.* Menoch. *casu 284. num 37.*

235. Quinta dubitatio, quot censuris obstringantur offendentes Episcopos, si eos mutilent, vel hostiliter insequantur, ac detineant simul? Responsio huius dubitationis habetur suprà hoc loco *in canone decimo, n. 220. per totum.* Illud tamen aduerte, quamuis nomine Episcoporum in rebus ad officium Pontificale pertinentibus subintelligantur Antistites Episcopis superiores, tam in odiosis, quàm in fauorabilibus, vt notat gloss. *in cap. quia periculosum, verb. de Episcopis, de sent. excomm. in 6.* & *ibi* Barbos. *n. 3.* dicens appellatione Episcoporum etiam in materia stricta, & pœnali comprehendi regulariter Patriarchas, & Archiepiscopos. Nihilominus hoc non procedit in priuilegiis respicientibus dignitatem, & personas; atque ita non eo ipso quòd conceditur priuilegium Episcopis, censetur concessum Archiepiscopis. Non enim extenditur ad personas non expressas, quamuis nõ expressæ habeant eandem rationem.

Ratio, quia in priuilegiis extensio non datur de persona ad personam, etiam ex tacita mente disponentis, vt habetur *in c. fin. de priuilegiis.* Abbas *cons. 57. col. penult. lib. 1.* Ias. *in l. cum seruus, col. 3. n. 6. de legatis 1.* Alexand. *cons. 81. col. 1. ad finem*, & alij, quos referens sequitur Cabed. *1. part. decis. 140. num. 2.* & Ioseph. Sesse *Aragon. decis. 43. num. 14.* & probatur, quia priuilegia priuatæ sunt leges, quæ singulis, & non omnibus conceduntur, neque fauent, nec etiam communem legem constituunt, & ideo non possunt esse exemplo, nisi illis duntaxat, quibus tribuuntur, *cap. hinc est, vers. quod priuilegium 16. quæst. 1. cap. non exemplo 26. quæst. 2.* Hinc fit quòd priuilegium personaliter parentibus cõcessum, non extendatur ad filios, ex *l. in honoribus. §. vacationum, ff. de vacationibus, & excusationibus munerum, & l. priuilegio, in principio, & ex l. in filiis, C. de decurionib. l. 10.* & notat *glossa vltima, in l. ex pluribus, ff. de administrat. tutor.* Sicut non extenditur ad vxorem priuilegium personaliter marito concessum, vt tradit Ioan. Andr. per textum *ibi in cap. ne aliqui, de priuilegiis, lib. 6.* Barbos. *in l. quia tale, a num. 22. vers. vltima ampliatio. ff. soluto matrimonio,* Sanch. *de matrimonio, lib. 7. disp. 47. n. 1. & 3.* & Suar. *de legibus, lib. 8. c. 11. n. 7.* Nec refert maritum, & vxorem esse correlatiua, in quibus de vno ad alterum datur extensio, quia hoc non procedit in Indulgentia facta à Principe, vni ex correlatiuis, vt docet Baptista de S. Blasio *in tract. de correlatiuis n. 57.* & Card. Tusch. *tom. 2. lit. C. conclus. 1041. num. 25.* Ex quibus probatur priuilegia personalia Episcopis concessa, non extendi ad Archiepiscopos, nam quatenus à iure communi exorbitant, odiosa censentur, & necessariò restringenda, iuxta regulam, *quæ à iure communi, & regul. odia, lib. 6.*

Sexta dubitatio, quibus pœnis subiiciatur com- 236.
munitas, vel ciuitas aliqua occidens, vel detinens, vel eiiciens Cardinalem, vel Patriarcham, vel Episcopum, &c. Ratio dubitãdi, quia Vniuersitas non potest excommunicari, sicut nec Collegium, nec Conuẽtus collectiuè simul, hoc est, vt Vniuersitas, seu Collegium, seu Capitulum, seu Conuentus, vt Conuentus est, vt docent tam Theologi, quàm Iuris Pontificij interpretes Alex. de Ales *4. p. summæ, quæst. 22. memb. 1. art. 4. §. 1. in fine*, Palud. *in 4. d. 18. quæst. 2. quæstiuncula secunda, art. 3.* Gabriel *in 4. dist. 18. quæst. 2. art. 1. concl. 5. corol. 2.* S. Anton. *3. p. summæ, tit. 24. c. 75.* Sotus *in 4. distinct. 22. quæst. 2. art. 2. conclus. 2.* Nauarr. *in manuali, cap. 27. n. 13.* Couarr. *lib. 2. variar. cap. 8. num. 9. & in cap. alma mater, de sentent. excommun. lib. 6.* Syluest. *verb. excommunicatio 1. n. 9.* & Vgolinus *de censuris tabul. 2. cap. 26.* & deducitur ex *cap. Romana. §. in vniuersitatem, de sentent. excommun. lib. 6.* vbi interdicitur omnino ferri excommunicationis sententiam in Vniuersitatem, vel Collegium: quamuis non ita facilè sit inter eos rationem huius rei reddere. Illa tamen reddi potest, excommunicationem scilicet ferri non posse nisi propter peccatum mortale, quod in actu personali consistit; actus autem, & passiones, vt consistunt in facto, & ad factum referuntur, non sunt Vniuersitatis, aut communitatis, sed personarum singularum, & propterea singuli de vniuersitate ligari possunt excommunicatione, non autem ipsa communitas.

Ex dictis sequitur, si communitas, seu Vniuersitas committat contra Prælatos suprà dictos aliquod delictum ex prohibitis, priuari Pontificali dignitate, & pœnam excommunicationis in hanc mutari, ita ex *cap. felicis, de pœnis, lib. 6. & ex cap. tua nos 25. quæst. 2. & ex Clementina 1. vers. Ciuitas autem, de pœnis*, ibi, *Ciuitas, quæ in Episcopum suum commiserit, interdicto subiicitur.* Vnde patet non extendi particulam *omnes*, quæ est vniuersalis, ad Vniuersitatem, aut Collegium, neque ad Congregationem aliquam, quæ excommunicari non possunt, cùm sint personæ fictæ, & ideo incurrent in pœnas *d. cap. felicis, & dicta Clement. de pœnis §. ciuitas.* S. Anton. *3. p. tit. 27. de interdicto, cap. 2. in principio, vers. 6.* Nauarr. *c. 27. num. 169.* Vgolin. *de censuris tabul. 5. cap. 3. num 6.* Tolet. *lib. 1. cap. 21. § quintus,* & alij, quos sequitur Sayr. *de censuris, lib. 5. c. 12. num. 7.* vbi *n. 8. vers. tertius est,* addit ciuitatem consentientem, vel fauentem percutientibus Cardinalem S. R. Ecclesiæ ipso facto esse interdictam, in quam etiam pœnam incidit ciuitas, si Cardinalis percussores intra mensem non punierit, prout

atrocit.s

atrocitas casus postulauerit, Syluest *verb. interdictum 4.quæst.1.§.2.* Paludan. *suprà dist.18. quæst.8. art.1.in principio,concl.4.* Tabien.*verb interdictum 2.in principio,vers.quinto*, & Vgolin. *tab. 5.c.3.n.6.*

237. Septima dubitatio contra percutientes Cardinalem non habentem capellum, aut Episcopum nondum consecratum, an incurrant excommunicationem huius loci? Ratio dubitandi est, quia Episcopi appellatione non venit electus, & canonicè confirmatus, nondum tamen consecratus in spectantibus ad ordinem Episcopalem, vt notat Barbos. *in cap. 2. de tempor. ordin. in 6. num. 6. pag.*121. Quin etiam Episcopus ante consecrationem electus tantùm appellatur, non autem Episcopus, illique consecratio dat nomen, Anastas. Germon.*de sacror.immun.lib.3.cap.9.num.6.*

Dicendum ergo est Cardinalem ante susceptum capellum gaudere priuilegio huius canonis, reúmque esse, qui illum offenderit, Sayr. *de censuris, lib.3.cap.15.n.3.* dummodo sit nominatus in Cardinalem, & assensum præstiterit, quia ex eo puncto verè Cardinalis est, vt notat Paludanus *in 4.dist.18.quæst.3.art.2.casu* 16. Nam capellum est quid accidentarium, & non pertinet ad essentiam, & constitutionem, seu creationem huius dignitatis. Sousa *cap.12.disp.60.num.1.& 2.*

Quo ad Episcopum, qui non est consecratus, etiam non gaudet protectione huius Canonis, quia nō est Episcopus, si tantùm est electus, quamuis sit administrator, Sayr. *vbi proximè, n.4.* Tolet. *in summa, lib.1.c.25.* Viuald.*in expositione Bull Cœn. n.*88.ex Armil.*verb.excomm. excomm.3.* & ex Nauar.*c.27.n.67.§.8.* etiāsi præsentatus, confirmatus, institutus, aut prouisus, & in possessionem missus sit, quia hic nō est simpliciter Episcopus, sed secūdùm quid. Nec refert Episcopum electum, & confirmatum posse iam actus Episcopi exercere, iuxta *c.at si clerici.§.de adulteriis, de iudiciis.* Item Episcopus nondum consecratus si sit electus, & confirmatus, ac possessionem Episcopatus adeptus, potest interesse Concilio, ac proinde de necessitate ad illud vocari debet, vt resoluit Prosp. de August.*in addit.ad Quarant.verb.Concilium Prouinciale,quæst.6.* Quia respondetur Episcopum confirmatum, quamuis quoad ea, quæ iurisdictionis sunt, sit verè Episcopus, adhuc carere consecratione, quam respiciunt hæc priuilegia protectionis; & propter consecrationem concessa sunt. Quare dum non est consecratus, non gaudet hac immunitate. Suar. *de censur. disp.21. sect.2. num.69.* post Caietanum *verb.Excommunicatio,cap.*12.

Sed petes à quot Episcopis consecrari debeat? Responsio sit, saltem à tribus Episcopis, text.*in c. Episcopi*, ibi: *Tres Episcopi, dist.64 & c.Episcopum, in glossa verb. constitui, dist.*61. Sicut tres Apostoli Petrus, Iacobus, & Ioannes ordinauerunt Iacobum primum Archiepiscopum, *c.porrò 66.dist.* & habetur *in cap.ne Episcopi, de tempor.ordin.* Henriq. *in summa, lib.10.cap.24.§.1.* Paul. Comitol.*respons. moral.lib.1. quæst.48. num.13.* quos referens sequitur August. Barbos.*de offic.& potest.Episcopi,part.2. alleg 1. n.45.* Quare Episcopus aliter consecratus sine tribus Episcopis, non est consecratus, glos.*in d.c.ne Episcopi*, ibi, *sine tribus*, aliàs non esset consecratus, text. *in cap. fraternitatem, cap. Episcopi* 80. *dist.* Azor.*tom.2. lib.3. cap.30. quæs.* 3. Bellar.*lib.4. de notis Ecclesiæ,c.8.ante medium*, Ægid. Bellan. *de Sacramento ordinis, disp.20. dub.9.n.*82. Alagona *in compendio Iuris canonici, pag.*98. & ex consequenti offendens illum non ligabitur hoc Canone.

Octaua dubitatio circa capientes, vel hostiliter insequentes Cardinalem, dicendum est non ligari capientes, nisi cum effectu capiant, hoc est, cum reali captura. Ideo quamuis curent Cardinalem capi in aliquo loco, vt afficiatur iniuria, aut, vt sit pudore suffusus, si tamen captus non fuit, non incurritur excōmunicatio, ita Antonin. *3.part.tit.25.c.2.* & Angelica *verb excommunicatio, casu 9.* Vgol.*de censuris Pontifici reseruatis, hoc Canone, vers.capientes, in principio*, & Sayr.*in eodem tit. c.15.n.6.* 238. Idem dicitur de carcerātibus, qui scilicet Cardinales, vel reliquos Prælatos, de quibus hoc loco, ponunt in carcere deputato delinquētibus, vt ibi custodiatur, & ne inde exire possit, siue sit carcer publicus, siue priuatus; quæ censura extēditur ad detinentes aliquem ex priuiligiatis; quoniam, quāuis carceratio non fiat sine detentione: detentio tamen dari potest sine carceratione, & propriè detinere ad priuatas personas pertinet. Vnde constat ex sola detētione corporali, & personæ priuilegiatæ detinentē ligari excōmunicatione, quamuis non tradat personam carceri, Vgol. *suprà vers. capientes, carcerantes, n.3.& 4.* Marius Alter.*de excomm. Bull.Cœnæ, disp.12.c.4.fol.615.col.1.* nisi fortè detineat, ne damnum aliquod subeat: cùm enim detentio non fiat cum peccato mortali, nō incurritur censura, ex quo non fit detentio dolo malo.

Incurritur tamen ab insequente hostiliter priuilegiatum iniustè, vt scilicet interficiat, vel mutilet, aut vulneret, aut percutiat, aut capiat, aut in carcerem coniiciat, vel vt rebus suis spoliet. Idcirco, qui insequendo lapidem proiiciat in aliquem priuilegiatum, quamuis illū non attingat, nihilominus censuram incurret; non autem ille, qui cōtendit capere, & non capit, excommunicatur, Vgolin.*suprà vers.vel hostiliter insequentes, §.1.n.2.* vbi *n.4.* tradit illum qui vult insequi Cardinalem, & pœnitentia ductus non insequitur, non incidere in hunc canonem: secus autem si aliquid facere incepit, nimirū si fures ruperit, aut ipsum fugientem fuerit insequutus animo nocendi. S. Antonin. *3.part.tit.25.cap.2* & Syluest.*verb.excommunicatio 7.n.23.excommun.11.vers.primo*, & multo fortiùs, si insequatur eusdem priuilegiatus, vel aliquem eorum publicè, & manifestè, quia tali insecutione manifestam iniuriam patitur. Vgolin. *suprà*, & Graff.*d. cap.11.num.*116. ibi, *hostiliter insequentes.*

Nona dubitatio, an Prælati supradicti gaudeant priuilegio protectionis, si fortè fuerint aliqua censura irretiti. 239. Responsio est affirmatiua, argumento clerici excommunicati, qui non propterea exuitur priuilegio clericorum, præsertim canonis: vt notat gloss.*in c.contingit 1.verb.ordinati, de sentent.excommun.* Innocentius *in cap.si verè num.3 de sentent.excommunic.* Ioan. Andr. *in regul.delictum, in Mercuria.* ex ea ratione, quia priuilegiū Canonis non conceditur fauore personæ, sed ordinis clericalis, Syluest.*excommunicatio 6.§ 4. vers.de excommunicato verò.* Nauar.*in manuali, cap.27.n.79.* Quod etiam est affirmandum de priuilegio fori, & de aliis priuilegiis clericorum, quæ sunt concessa ordini, non personæ: sic in nostro casu per excommunicationem non deperditur priuilegium protectionis concessum insignioribus Ecclesiæ personis, quia priuilegium respicit principaliter fauorem Ecclesiæ, vt insigniores Prælati debito honore exornentur, & nullo dedecore afficiantur.

Similiter per depositionē verbaliter, hoc est, per sententiam Episcopi, vel Cardinales non priuātur hoc priuilegio: secus si actualiter sint degradati,

tunc enim deinceps non gaudebunt, argumento *cap. secundi, vers. priuilegio clericali*, & gloss. *ibi, de pœnis, lib.* 6. quam omnes sequuntur. Vnde fit, vt Episcopum actualiter degradatum percutiens, non incidat in hunc canonem; secus si percutiat depositum verbaliter tantùm: hic enim gaudet priuilegio protectionis, & Canonis; quamuis secus sit de percutiente degradatum realiter, ex *cap. degradatio, de pœnis, lib.* 6. Hippol. *singul.* 107. *num.* 1. *& singul.* 179. *num.* 4. Valentia *tom.* 4. *disp.* 7. *quæst.* 19. *punct.* 4. Barbos. *de officio, & potest. Episcopi, part.* 3. *allegat.* 110. *num.* 3. *& sequent. & in cap. si quis suadente* 17. *quæst.* 4. *num.* 11. *vers. deinde infertur*, & Marius Alterius *de excommun. Bull. Cœnæ, disp.* 12. *c.* 3. *fol.* 613. *col.* 1. *vers. Quæres.*

140. Quòd si contingat afficere variis simul actionibus iniuriosis verbaliter aliquem, non incidere in hunc Canonem, tradit Viu. *in sua Syl. opinio.* 88. quem referens sequitur Vgol. §. 1. *vers. hostiliter insequentes, num.* 6. *fol. mihi* 278. *col.* 2. idcirco, qui aliquem ex priuilegiatis contumeliis affecerit, non ligabitur excommunicatione huius canonis, quæ lata est contra facientes, non autem contra verba contumeliosa proferentes, atque ita, quamuis simul multis contumeliis verbaliter percusserit, non incidet in hunc canonem.

141. Decima dubitatio, in quibus casibus excusentur à censuris percutientes, vel malè tractantes Cardinalem, & reliquos priuilegiatos? Responsio sit in multis. Primò, si de mandato Romani Pontificis aliquem ex priuiligiatis interficiat, aut mutilet, potest enim Pontifex percutientes eximere ab excommunicatione, cùm eam ponere possit, eam simul potest tollere, argumento capitis, *cùm inferior, iuncta glossa, de maioritate, & obedientia, & glossa in cap. inferior, dist.* 21. Vgolin. *de censuris, hoc loco*, §. 2. *num.* 1. vbi excusat, qui interficit Clericum legitimè se ab eo defendentem, quando aliter non potest vitam suam tueri. Secundò, quando timet probabiliter, & iusto metu se interficiendum à Cardinale, vel ab Episcopo: tunc si priùs percutiat, non incidet, si alia ratione periculum vitare non poterat, glossa *in cap. si perfodiens, in verb. secularibus, de homicidio*, ibi: *nunquid possum eum præuenire?* Ex qua infertur, si Episcopus aliquem inuadat, & vulneret, & post vulnus inflictum capiat fugam, vulneratum fugientem insequi non posse, neque occidere sine excommunicatione, & esse reum homicidij, nam eo ipso, quòd Episcopus in fugam se dedit, vulneratus ab eo insequendo illum, aut vulnerando, non censetur vim vi repellere, sed vulnus inflictum, & iniuriam acceptam vlcisci, Mascard. *de probat. conclus.* 490. *num.* 23. *& conclus.* 1126. *num.* 40. Clar. §. *homicidium, num.* 33. Couar. *in Clement. si furiosus part.* 3. §. 7. *num.* 3. *vers.* 2. *de homicidio*, P. Comitol. *respons. moral. lib.* 9. *quæst.* 10. *num.* 1. Farinac. *in praxi criminal. part.* 5. *quæst.* 125. *num.* 385. Sousa *hoc loco, disp.* 62. *num.* 2. cum aliis.

Tertiò excusantur ab excommunicatione accedentes ad domum Cardinalis, vel Episcopi, vt ibi illos obsideant, dummodo id non faciant ad custodiam, sed ad verecundiam, quia lex pœnalis intelligenda est in propria significatione; atque ita, cùm hi non adeant domos illorum, vt eos offendant, capiant, vel aliquo alio modo ex iniuriis prohibitis prosequantur, non incident in hunc canonem. Item, quia ita accedentes ad eorum Palatia etiam hostili odio, non censentur eos insequi, quoniam verbum *insequor*, ex vi propria denotat motum, & progressionem vnius post alium præeuntem, & fugientem ad iniuriam inferendam, sed qui faciunt impetum ad domum priuilegiati non animo detinendi illum in carcere, quia tunc excommunicationi esset locus, sed, vt hoc vertatur in ignominiam, & in dedecus, & in infamiam illius, quæ actio non reperitur prohibita in hoc canone: igitur non incurritur ob illam excommunicatio. Sic Geminian. *in cap. felicis num.* 6. *de pœnis, lib.* 6. & *ibi* Franch. *num.* 5. Syluest. *verb. excommun.* 7. §. 23. & Antoninus 3. *part. tit.* 24. *cap.* 2. *vers. aperit*, & Nauarr. *cons.* 32. *num.* 6. *de sent. excommun.* quæ sententia est valde probabilis, ex traditis ab Innocentio *in c. nuper, de sent. excomm.*

Probabilius tamen est, quando quis vadit domum Cardinalis, vel Episcopi, & illum obsidet eo tantùm animo, vt illum verecundia, & infamia afficiat, incurri excommunicationem, argumento *cap. si quis suadente* 17. *quæst.* 4. vbi censetur excommunicatus, qui obsidet clericum in domo, ne inde possit exire. *cap. nuper, & ibi glossa* 2. Abbas *num.* 1. *&* 2. & Felin. *num.* 1. *de sentens. excommun.* Sayr. *de censuris, lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 13. Bonacin. *de censuris, disp.* 2. *quæst.* 4. *puncto* 1. *num.* 16. & alij, quos refert, ac sequitur Barbos. *in cap. si quis suadente, num.* 30. *& sequent.* igitur in nostro casu erit excommunicatio, quia re vera datur ibi carceratio, & detentio, quæ sunt actiones prohibitæ, & quamuis non essent, obsessio illa cum tumultu facta, & insultu ad domum priuilegiati, est valdè eidem iniuriosa. Quamobrem dicendum est incurri hanc excommunicationem ab eo, qui hostiliter insequitur Prælatum, siue præeuntem, & fugientem, siue domi manentem, aut in alio loco si facto impetu conetur illum iniuria afficere. Ratio, quia non est dubium contineri in hoc canone priuilegium in gratiam Prælatorum, quod respicit dignitatem Ordinis, & fauorem dignitatis Ecclesiasticæ, ac proinde latissimè est interpretandum, cùm sit beneficium Principis, vt habetur *in cap. cùm olim* 16. *de verbor. signific.* ibi: *cùm beneficia Principum sint interpretanda largissimè.* Valasc *consult.* 58. *num.* 11. Cotta *in memorab. verb. priuilegia, pag.* 704. Monet. *de distribut. quotidian. part.* 2. *quæst.* 14. *num.* 6. *&* 39. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 103. *num.* 31. & Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 1. *num.* 4.

Nec refert si dicas, qui tentat, & conatur lædere Prælatum, & de facto non lædit, non affici excommunicatione, quæ lata est contra facientem? Quia ad hoc respondetur *ex cap. nuper, de sentent. excommunic.* retinentem clericum non ligatum, sed intra parietes inclusum inuitè, quamuis non tangatur in corpore affici excommunicatione, vt notat Decianus *in tract. crimin. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 10. *num.* 22. & Barbos. *in d. cap. nuper. num.* 2. & quamuis regulariter insequens clericum, & vibrans telum, si non percutiat non incidat in censuram *cap. si quis suadente* 17. *quæst.* 4. vt notat Antonin. 3. *part. tit.* 24. *cap.* 1. §. 1. *vers. item reputatur*: attamen, qui insequitur hostiliter Cardinalem, aut aliquem ex memoratis in hoc Canone, licèt nihil aliud agat, per solam insecutionem ipso facto est excommunicatus, argumento *c. sicut qui* 17. *quæst.* 4. quia insecutio est actio principalis per se prohibita in hoc Canone: idcirco, qui hostiliter insequitur Prælatum, non censetur tentare, & conari ad delinquendum, sed completè delinquit contra legem, siue insecutio fiat in fugientem, siue contra domi manentem obsidendo illum cũ insultu, Vgol. *suprà de censuris*

Pontifici

Pontifici reseruatis,§. 1. *num*.5. & Marius Alterius *disp*.12.*lib*.5.*cap*.4. *fol*.616.*vers. hac opinio*.

Quartò hinc sequitur non incurri excommunicationem, quando quis statuit apud se hostili animo insequi Cardinalem, vel Patriarcham, vel alium priuilegiatum,& ad hoc se expediuit,& parauit necessaria ad insequendum, si tamen non accedat ad actualem insecutionem, sed mutato animo ab incepto cessauit, quia per solum conatum non incurritur excommunicatio. Similiter, qui aliquò se contulit, vt prælegiatum interficeret, & postquam illuc accessit propositi pœnituit,nec interfecit, non est excommunicatus. Vgolin. *vbi proximè,dicto* §. 1. *num*.4.Marius Alterius *d.cap*.4. *vers. ad hanc obiectionem, ad finem*. Nam conatus non reputatur pro actu perfecto,nec punitur,nisi sequatur effectus,Duen.*regul*.35.Thomas de Thomass.*in floribus legum*, *regul*. 18. Cardinal. Tusch. *tom*.2.*lit.C. conclus*.544. & Aloys. Ricc. *in Collect. decisionum, part*.5.*collect*.1895.

Quintò mandantes exequi actiones prohibitas, si non sequatur effectus, non incidunt in hunc canonem, Graff.*lib*.4.*decis.cap*.18. *num*.117. Viualdus *in expositione Bullæ Cœnæ, num*.189.Sayr. *de censuris, lib*. 3. *cap*. 13. *num*. 9. ex glossa *in Clementina, si quis suadente,in verb. mandauerit*, & *ibi* Ioannes And.*de pœn*. S.Antonin.3.*part. tit*.25.*c*.3. & Tabien. *verb. excommunicatio* 5. *casu* 2. §.4. vbi omnes volunt mandantes excusari donec perficiatur actus, excepto casu,quo mandetur fieri homicidium Christiani per assassinos,quamuis non sequatur effectus,vt habetur *in cap. pro humani,de homicidio,lib*.6. in quo euentu mandantes excommunicantur eo ipso, quòd mandarunt interfici Christianum per assassinos, etiam nondum sequuto effectu;secus,quoad irregularitatem,quam non contrahit mandans, nisi sequatur mutilatio, seu homicidium.*cap.is qui,de homicidio,in* 6.Ratio, quia verba indefinitè pronunciata accipienda sunt cum effectu,Vgolin.*de officio,& potest.Episcopi, cap*.36.§.1.*n*.2. Cardos. *in praxi Iudicum, verb. verbum, num*. 5. Ignat. del Villar *in Sylua respons. resp*.1.*num*.25.Cardin. Tusch.*tom*.8. *lit.V.concl*.90. & Aloys.Ricc.*Curia Archiep.decis*.41.*n*.3.*part*.2.& constat apertè ex glossa *in cap.innotuit,de electione*, ibi; *quia verba intelligenda sunt cum effectu*; proinde mandantes percutere priuilegiatos,non ligantur excommunicatione nisi effectu secuto.

Sextò excusantur ab excommunicatione, si mandatum reuocent, & illius pœniteat re integra, dummodo mandatarium de reuocatione, ac pœnitentia certiorem faciant mádantes. Nam ex quo legitimè mandatum est reuocatum, & mandatarius de mandato reuocato factus est certior, non est cur mandantes incidant in excommunicationem, cùm mandatum sit sublatum,& mandatarius ex vi mandati non occidat, aut mutilet deinceps,neque mandantes fiunt irregulares post reuocatum mandatum, Speculator,quem refert, ac sequitur Socinus senior *in cap. ad audientiam, num* 293.*quæst*.73.*de homicidio*. Vgolin. *d*. §.2.*n*.2. *fol*.282. Sayr.*d.cap*.15.*num*.9. *ad finem*.

Eodem modo non erit excommunicatus mandans percuti priuilegiatum, si mandatarius post mortem mandantis mandatum fuit executus, Azor.*instit.moral.part*.2.*lib*.5. *cap*.26. *quæst*. 2. *vers. sed dubia quæstionis est*. Carol. de Graffis *de effect.lib. Clericul.effect*.9. *num*.40. & Sayr. *de censuris*, *lib*.1. *cap*.9.*num*.12. quia per mortem mandantis censetur tacitè reuocatum mandatum,vt notat Farin.

in praxi crim.quæst.135.*n*.180.secus erit si quis post datum mandatum ita negligenter, & tardè mutet voluntatem,& reuocet mádatum,vt prius mandatarius occiderit,quàm certior factus fuerit de reuocatione, ita Innocentius *in c. mulieres, de sent. excommun*. Similiter excusabitur ab excommunicatione, qui vult offendere Franciscum Episcopum, & ea intentione percussit alium non Episcopum, nec priuilegiatum. Nam ad incurrendam hanc censuram, requiritur actus externus prohibitus contra personam priuilegiatam: percussio autem illa fuit inuoluntaria respectu tam percutientis, quàm percussi:sicut,qui voluit percutere Petrum Clericum,& percussit Paulum laicum, quem credebat esse clericum, non innodatur excommunicatione;eo quòd, quamuis intentio fuisset iniuriosa statui clericali; opus tamen externum minimè nocuit clerico, Farinac.*in praxi crimin.part*.5.*quæst*.125.*num*.164. & Barbos. *in cap. si verò* 2. *num*.4. *de sentent. excommunic*. Quemadmodum immunis est à censura percutiens clericum,volens percutere laicum.Couar.*in cap. Alma mater, part*.1.§.10 *num*.15.*vers*.12.Graff.*part*.1.*decis.lib* 4.*cap*.9.*num*.43. Vega *tom*.1. *summa, cap*.85. *casu* 107. & Sanch. *de matrimon. lib*. 10. *disp*. 32. *num*. 28.

Vndecima dubitatio,quando incurrant in censuram huius canonis exercentes actiones accessorias contra Prælatos priuilegiatos, quæ sunt 242.
quinque, mandare scilicet, ratum habere, auxiliari, consulere, & denique fauere? Diximus de mandante, sequitur de ratum habente, quæ est secunda actio accessoria prohibita sub excommunicatione huius canonis. Ille autem dicitur ratum habens, qui factum contemplatione, & nomine ipsius approbat, & quouis modo declarat rem ab alio gestam sibi placere,& gratam esse *l. quo enim*.§.1.*ff. rem ratam haberi cap.ratum, & cap. ratihabitionem, de regul.iur. lib*.6. gloss. *in cap. felicis,in verb.ratum habuerit,de pœnis, eodem libro*, & *ibi* Ioann. Andr. Antonin.3. *part. tit*. 25.*cap* 2. & *cap*.3. Sylucst.*verb.excommunicatio* 7.*n*.23. *excommunicatione* 11.*vers.primo*,Vgolin.*hoc loco,vers.vel rata habentes*, Suar.addit *disp*.21.*de censuris, sect*.2. *num*.7. propriè ratihabitionem tum propriè dari, quando ipsa est virtuale quoddam mandatum,ex Nauarro *in manuali, cap* 27.*num*.67.§.*septima*, dicente nomine mandantis comprehendi ratum habentem.

His positis sit prima responsio,ratum habentes delictum commissum in priuilegiatos incidunt in hanc censuram,modò illud nomine suo factum ratum habeant,& approbent signo aliquo externo,verbis nimirum,dicendo,gratum mihi fecisti, vel nihil mihi gratius fuit. Factis autem, si deinceps delinquentem chariorem, quàm antea habeat, illiúmque aliquo beneficio, vel officio plus solito afficiat, & hoc modo commendatur opus factum, & comprobatur, atque declaratur illud placuisse. Vgolin.*vers.vel rata habentes, num*. 2. & Alterius *disp*.12.*de excommunic. Bull.Cœnæ, cap*.6. *vers.vel rata habentes,& vers. Requiritur autem*.

Hinc fit non incidere in hunc canonem ratas habentem actiones, quæ hoc loco prohibentur,si nomine illius gestæ non sunt, quia requiritur, vt delictum commissum sit nomine illius;qui postea illud ratum habet,non enim satis est, approbare factum alienum, vt alienum est,vt incurratur excommunicatio;sed exigitur quòd sit commissum nomine illius, qui postea factum approbauit,

quoniam consensus in factum alienum quatenus alienum est, non est ratihabitio, nec illius causa est locus excommunicationi, vt colligitur ex *reg. ratum, de regul. iuris, in 6.* ibi, *Ratum quis habere non potest, quod ipsius nomine non est gestum*; quoniam ratihabitio est tacitum mandatum, & virtuale, & ideo dicitur æquiparari mandato, eo quòd non est mandatum expressum, sed tacitum, nam si esset mandatum expressè, non diceretur ratihabitio, sed mandatum, atque ita habet vim mandati virtualis, vt constat ex *cap. cùm quis, de sentent. excommunic. lib. 6.* quod sic habet. *Cum quis absque tuo mandato manus iniecit in clericum tuo nomine violentas, si hoc ratum habueris, excommunicationem latam à Canone, incunctanter incurris*, vbi glossa *verb. tuo nomine*, ait, si seruus vel amicus nomine, & intuitu domini, vel amici, quia clerico iniuria affectus fuerat, percutiat dictum clericum, & deinde dominus, aut amicus ratum habeat percussionem, tunc excommunicatione innodatur. Ergo si delictum nomine, vel intuitu domini factum minimè sit, ratum habens non ligatur excommunicatione, Sousa *hoc loco, cap. 12. disp. 64. num. 3. & 4.* cum aliis, quamuis factum ratum habeat, Vgolin. supra *num. 5.* & Sayr. *de censuris, lib. 3. cap. 15. num. 11. vers. Octauo.*

Similiter non incidet in censuram, etiamsi delictum nomine suo fuerit commissum, si ratum non habuit, sed illud improbauit, Syluester *verb. consensus, num. 6. §. 2.* Sousa *suprà num. 4.* Vgolin. *num. 5.* Nec ligabitur censura, quamuis postea factum probet, Ancharanus *in d. cap. cùm quis, num. 5. vers. quæro*, & Geminianus *num. 7.* Ratio, quia sicut incurritur excommunicatio approbando, & ratum habendo statim delictum suo nomine commissum, quamuis postea illud iterum atque iterum reprobet: sic etiam excusatur ab hac excommunicatione, si in principio factum non probauit, quamuis deinceps illud probauerit, dummodo non dolo malo id faciat, quia factum intelligitur de prima vice, argumento *l. boues §. hoc sermone, ff de verbor. signific.* Quando tamen quis in principio tatum habuit delictum suo nomine factum, statim incurrit censuram, quia tunc peccauit mortaliter, Tabien. *excommun. 5. casu 1. num. 43. vers. Sed quando erit iste excommunicatus*, gloss. *in d. cap. cùm quis, in verb. incurris*, & ibi Franch. *vers. in gloss. in verb. incurris.* quia excommunicatio non trahitur retro, cùm non incurratur, nisi quando ratum habuit, & antea non peccauerat, saltem per actum externum, & quamuis corde ratum habuerit delictum, ex hac ratihabitione interiori non incurritur censura, vt inquit gloss. *in d. cap. cùm quis, in principio, de sentent. excommun.* & Sousa *d. disp. 64. num. 8.*

Sed obest regula *ratihabitionem, de regul. iur. lib. 6.* ibi: *Ratihabitionem retro trahi, & mandato non est dubium comparari*, Bettachin. *in Repertor. iur. part. 4. verb. Ratihabitio*, Surd. *decis. 70. à num 20.* Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib. 1. conclus. 47. consid. 1.* Si ergo ratihabitio retrotrahitur, & mandato æquiparatur, sicut mandans effectu secuto ligatur statim censura; sic etiam ratum habens, alioquin non est vera regula ratihabitionem retrotrahi. Dicendum tamen est hanc regulam, quando agitur de excommunicatione, non intelligi respectu temporis, sed ratione causæ excommunicationis, quæ cùm sit pœna delicti, non procedit, nisi quando delictum committitur per ratificationem, tunc enim delinquit, quando ratum habuit, & antea minimè, Anchar. *in d. cap. cùm quis, verb. incurris, de sentent. excommun. lib. 6. num. 3.* & Franch. *num. 5.* Regula autem illa quòd ratihabitio retrotrahatur, habet locum in contractibus conditionalibus, in quibus adueniente conditione obligatio retrotrahitur ad tempus contractus celebrati, per textum *in c. quoties 2. de pactis*, vbi, ratihabitio retrotrahitur ad diem celebrati contractus, & mandato æquiparatur, nisi agatur de præiudicio tertij. Surd. *decis. 245. n. 8.* Brun. à Sole *in locis communibus, verb. ratificatio, num. 2.* Bernard. Græuæ. *d. consid. 1. n. 10.*

Censentur item ratum habentes delictum commissum contra Cardinales, & reliquos priuilegiatos, & ex consequenti ligari excommunicatione ministros, siue sæculares, siue Ecclesiasticos, qui ratione officij, & potestatis, qua funguntur, prohibere possunt, ne priuilegiati offendantur, & non prohibent, sed permittunt offendi. Probatur in textu *in cap. quanta 47. de sentent. excommun.* vbi, qui tenentur ex iustitia impedire, ne clericus percutiatur ex quo poterant prohibere, & non prohibent, incurrunt in censuram dolosè permittentes percuti, ita Molin. *de iustitia, tom. 4. disp. 33. membro 5. num. 6.* Auil. *de censur. part. 2. c. 5. disp. 3. dubio 8.* quos referens sequitur Bonacin. *de censuris, disp. 2. quæst. 4. punct. 3. num. 5.* Non ita tamen, quando tenentur ex sola charitate impedire, sic præcitati, & Nauarr. *in manuali, cap. 27. num. 78.* & Henriquez *in summa lib. 14. cap. 12.*

Confirmatur, quia consentientes & agentes pari pœna puniuntur, ex *eodem c. quanta*, ibi, *fauentes, & consentientes*, quod intelligitur, si consentientes cooperantur ad delictum, præstando saltem auctoritatem, vt notat Auiles *ad cap. primum Prætor. num. 7. fol. 58. verso*, Flores de Mena *variar. lib. 2. quæst. 18. n. 41.* Azeued. *l. 4. tit. 20. lib. 6. nouæ recopil. & l. 2. n. 218. tit. 13. lib. 8.* Thom. de Thom. *regul. 21.* Couarr. *in regul. peccatum, part. 2. §. 12. à n.* &c. & Farinac. *in praxi crimin. part. 4. quæst. 66. num. 18.* aut si præbeant causam efficacem, & propinquam principali actori delinquenti, Menoch. *de arbitrar. casu 348.* Molin. *de iust. tract. 2. disp. 732. n. 1.* & alij.

Confert textus *in d. cap. quanta*, ex quo Caiet. *verb. excommunicatio. 10.* Suar. *tom 5. de censuris, disp. 22. sect. 1. num. 56.* & Sayr. *in claui Regia, lib. 10. tract. 2. cap. 14. num. 2. & de censur. lib. 3. cap. 26. num. 24.* arguunt esse excommunicatione ligatum, qui dolosè permisit clericum percuti, etiamsi non habeat officium, nec sit minister iustitiæ, nec pater, nec curator, nec tutor, nec superior percussi. Dicitur autem permittere dolosè percuti, quando ex intentione non vult prohibere, & cognoscit se absque vllo periculo, & damno posse obuiare, secus si nolit obuiare, quia non vult se immiscere rumoribus, & tumultibus popularibus: tunc enim non est excommunicatus, argumento *d. cap. quanta.* sequitur Palud. *4. dist. 18. quæst. 3. art. 3.* Antonin. *3. part. tit. 25. cap. 1. §. tertiò notandum*, Syluest. *verb. excommun 6. num. 5. vers. 5.* Cosmus Philiarch. *lib. 3. de officio Sacerdotis, c. 24.* Et ex antiquioribus idem docet Innocentius *in d. cap quanta.* & Abbas *ibi num. 7.* & Felin. *num. 2. & in cap. 1. num. 5 de officio delegati*, & Syluest. *excommunicatio 6. § 5 propè finem, vers. Quintò, quando*, ibi, *Collige ergo*, vbi ait secundùm communem ligari excommunicatione, qui non defendit clericum si est officialis, & potest obuiare, & quando dolosè omittit defendere.

Sed

Sed quid dicendum de defendentib vs. aut receptantibus percussores Cardinalium,& aliorum priuilegiatorum:Responsio sit,si eorum defensio, vel receptatio est, vt crimen committatur, vel quando est in fieri,defensores, & receptatores incidunt in hunc canonem.Nauarr.*in manuali c.27. n.67.§.sexta*, Sousa *hoc loco disp.65 n.3. vers.hoc posito*; secus, si post patratum delictum percussores defendantur, & recipiantur tanquam amici, vel etiam vt delinquentes, tunc enim non censentur præstare illis auxilium post delictum commissum, quod nõ est in fieri,neque in fieri perseuerat,Suar. *de censuris,disp.21.sect.2 n.72.*& Sousa *vbi proximè.*

Sequitur quid sit hoc loco præstare auxilium delinquentibus contra hos priuilegiatos ad effectum incurrendi censuram?Auxilium præstans in delicto punitur eadem pœna,qua ipse delinquens. Iulius Clarus *in pract.§. final. quæst.90. num.1.*Nauarr.*in manuali,cap.11.num.12 & cap. 17.à n.17.* Bonacos. *commun.crimin.part.1.verb. agentes,fol.9.* Menoch. *de arbitrar. casu 249. num 7.* post Bartolum *in l.his qui opem,num.5. ff. de furtis*, & est communis, Corneus *cons. 8. in litera A. lib. 3.* quod extenditur, etiamsi auxiliator manum non apposuerit maleficio, adhuc enim eadem pœna punitur,prout testatur Decius *in cap.1. num.12. de officio delegati.* vide Farinac. *in praxi crimin. part. 5. quæst.131.num.1.cum sequentib.* Mascard. *de probationib.conclus.159.num.*18. Molin. *de iustitia tom.4. tract.3.disp.6.*& Surdum *cons.40.n.45.*vbi loquuntur de auxilium præstante, delinquenti ante delictum:secus si præsteatur post delictum;tunc enim non tenetur eadem pœna, quia non dicitur tunc auxilium præstitisse. Ex quibus constat incidisse in hanc censuram, qui ante delictum præstitit auxilium,Vgolin. *hoc loco vers.seu præstantes eis auxilium, num. 3.* quacumque ratione auxilium feratur, Sousa *disp.65. n.4 vers. præstantes in eis auxilium*.secus si post delictum, Farin. *supra quæst.132.*

Porrò auxilium multis modis præstari potest, videlicet, si venenum detur illi, qui Cardinalem interficere cupit,sciens, vel scire debens id habere in animo. Similiter, si arma sciens obtulerit ad offendendum Cardinalem, vel socios adhibuerit. Excommunicantur ergo omnes, qui præstant auxilium alteri, vt sacrilegium intentum contra priuilegiatos faciliùs, & commodiùs exequatur. Accipitur ergo auxilium pro quocumque adiumento,quod & opem latinè vocamus. Imò auxilium delinquenti præstare quis dicitur eo ipso, quòd assistit cum delinquente armatus propè, vt per Mascard.*de probationib.conclus.159.num.1. cum sequentib.* Farinac. *3. part. crim. quæst.631. num.67. cum sequentib.*Campan.*in diuers.iuris canon.rubr.11. cap. 23. num.74.* Et vt dicatur auxilium præstati, exigitur assistentia animo doloso, & cogitato, & auxiliatores ad hoc coadunati,Barz. *Bononien. decis.179.*quod procedit siue eant cum eo, qui delictum committere voluit, & simul adiuuent vulnerando, vel capiendo, vel aliquid agendo : tunc enim censuram incurrunt,sicut & principalis : siue eant quidem, & præsentia sua assistant,parati tamen ad auxiliandum, si opus fuerit : in quo euentu dicuntur præstare auxilium,& excommunicatio locum habet cùm auxilium ea ratione ferant, Vgolin. *de censuris hoc loco, vers. seu præstantes in eis auxilium, num. 2.& 3.* Nauarr.*in manuali, cap. 27. num.67. vers. septima, in fine, quod per hanc clausulam* : facit glossa *in Clementina 1. vers. defensauerit, de pœnis*, & Marius Alterius *d. disp. 12. cap. 6. vers. seu præstantes in eis auxilium*, vbi vtitur eadem distinctione, dicens auxiliatores, si concurrant, & cooperentur ad ipsum actum, esse socios, & ex consequenti incidere in excommunicationem primò, & principaliter, non autem secundariò,& accessoriè:si autem non concurrant, nec cooperentur ad actum aliquem, sed arma accommodauerint ad offendendos priuilegiatos, vel pecunias, vt arma emant ad eundem finem, vel equos, vel instrumenta aliqua, vel comitentur illos, qui parati sunt offendere, vel assistant illis, incidunt tanquam auxiliatores secundariò & accessoriè in censuram, dummodo sacrilegium intentum sequatur : aliter enim non incurritur, quia mandare, ratum habere, auxilium ferre,consilium,vel fauorem ministrare, sunt actiones accessoriæ, quæ non puniuntur, nisi principalis actio sequatur, Vgolin. *vbi suprà, num.4. & vers. Consilium,num etiam 4.ad finem.* Marius Alterius *d.disp.12. c.6.fol.630.col.2. vers.Respondeo non incurri.*

Quid de consilium præstante, vel fauorem? Responsio sit ex verbis huius canonis dantem consilium, aut fauorem, vt contra priuilegiatos aliqua actio ex prohibitis committatur, ligari excommunicatione. Dicitur autem dare consilium, qui suadet, monet, instigat, suggerit, vt aliquid ex prædictis in priuilegiatos quis moliatur, vel machinetur, subsecuto tamen effectu. Fauor autem hoc loco dicitur præstare, qui præter auxilium, & consilium fauet, nimirum, qui parati sunt ad delinquendum, laudando eos, vel retinendo, vel recipiendo domi, vel aliqua alia ratione fouendo quousque intentum, & delictum fuerit commissum, dummodo sint priuatæ personæ, quæ non dicuntur fautores, nisi quando adiuuant illos, qui præsumont aliquid moliri contra hos priuilegiatos : secus,si ex negligentia, vel socordia nolunt eosdem delinquentes à crimine committendo deniare,Vgolin. *supra vers. Consilium, vel fauorem, per totum*, Sayr. *lib. 3. de censuris, cap. 15. num. 12.* vbi ait consilium debere esse fraudulentum ad incurrendam hanc censuram, nec sufficere consilium nudum, sine quo delinquens crimen esset facturus, & *num. 13.* addit requiri fauorem non nudum,& simplicem,sed dolosum, qui aliquid operatur ad perficiendam aliquam actionem prohibitam ex principalibus, sequitur Marius Alterius *d cap.6.vers.Consilium*,quarta actio, *& vers.vel fauorem*, hæc est vltima actio.

Duodecima dubitatio in quibus casibus exer- 243
centes actiones accessorias,non incurrant excommunicationem?Responsio sit ex Card.*in Clement. 1.n.17.de pœnis*,non incurri,si effectus non sequatur : atque ita si quis consilium reuocauit, quod dederat, vt offenderetur priuilegiatus ante factũ, non incurrit excommunicationem,dummodo rationibus contrariis efficaciter, ac vehementer suadeat contrarium : sicut rationibus consilium dedit, sic etiam oppositis consilium debet extingui, ideo non sufficit verbis reuocare consilium, nec certiorem facere consulentem de mutatione sui consilij;sed necesse est suadere rationibus contrarium, sic Innocentius *in cap. ad audientiam, num.3.vers. In eo autem,qui mandasset*, & Sociu. *ibi num. 317. de homicidio*, & Bartol. *in l. non solùm. §.si mandato meo, num.21. vers. Quæro quare. ff de iniuriis*, & Felin.*in cap.sicut dignum, num.11.de homicidio.*

Quo ad fauentem dicendum est excusari à censura ex simplici, & nudo fauore, quando scilicet sine illo fauore delinquens erat sine dubio sacrilegium in priuilegiatos facturus, eo quia talis fautor nihil addidit, nec apposuit ad crimen. gloss. *in dict. Clement. 1. vers. defensauerit, & versic. circa tertium, de pœnis*, gloss. *in cap. nuper 2. in verb. consilium impendendo, de sentent. excommun.* S. Antonin. 3. *part. tit.* 25. *cap* 2. & 3. Syluest. *in verb. excommunic.* 7. *num.* 44. *excommun.* 15. *versic.* 1. & Tabien. *verb. excommunicatio* 5. *casu* 2. §. *quinto*, vbi de consilio, & casu tertio *num.* 2. §. 1. vbi de fauore; Sayr. *suprà num.* 12. & 13.

Similiter liberatur ab excommunicatione, si faueat delinquenti post crimen commissum, si fortè fauor impendatur ne delinquens patiatur aliquod detrimentum, & ob eam causam occultetur, ne à Ministris iustitiæ capiatur, Mar. Alter. *vbi suprà c.6. fol.632.col.2.* Nec obest *cap. excommunic.* §. *credentes, de hæreticis*, vbi fauentes hæreticis etiam post delictum, & post sententiam, inuoluuntur excommunicatione; quia in illo cap. latiùs accipiuntur fauentes, hoc tamen loco strictiùs intelliguntur: non enim propriè dicitur fauere: quemadmodum liberatur, qui non consentit, quia, vt dicatur fauere, requiritur, vt dolus intercedat, & consensus. Vgolin. *suprà vers. vel fauorem num.2. & 3.* Quòd si pòssit opem ferre clamando, qui potuit, & non clamauit, in excommunicationem incidit, si animaduertit hoc modo potuisse auxiliari priuilegiato in hoc periculo posito, & non auxilium tulit: non tamen excusaretur à censura, si re ipsa potuit auxiliari, & clamauit dontaxat, Vgolin. *suprà n. 4. arg. l. 1. §. si tamen, ff. ad Syllan.*

244. Decimatertia dubitatio, an percutientes familiares de familia Cardinalium siue laici, siue clerici sint, incurrant in censuram huius canonis? Responsio est negatiua, si loquamur de familiaribus laicis tam Cardinalium, quàm cæterorum priuilegiatorum. Ratio, quia *cap. felicis, de pœnis in sexto*, non ligat familiares laicos Papæ, nec Cardinalium, & in eo fit tantùm mentio de clericis, ac Religiósis: ergo multo minus excommunicatio huius canonis inuoluet percutientem familiares laicos priuilegiatorum. Quinimo *in d. cap. felicis*, non comprehenduntur familiares omnium priuilegiatorum, sed Papæ duntaxat, & Cardinalium. Ideo non debet extendi ad alios familiares cæterorum, quæ excommunicatio non est Papæ reseruata, Gemin. *ibi*, ex sententia, Archid. & Syluest. *excommun. septimo* §. 202.

Adde excommunicationem huius canonis non extendi ad familiares horum priuilegiatorum percutientem, nec etiam ad offendentes clericos, & Religiosos ex familia Papæ, quia priuilegium huius protectionis indultum fuit Cardinalibus, Patriarchis, & cæteris priuilegiatis, non autem eorum familiaribus: atque ita quod Bulla Cœnæ non loquitur, nobis loqui integrum non est. Nam quando verba legis cessant, eius dispositio cessare debet, *l* 4. §. *Prætor.* & *ibi* Alexander. *ff. de damn. infect.* quare non receditur à proprietate verborum vbicumque de mente dubitatur, *l. non aliter, in principio 69 ff. de legatis* 3. Francisc. Molin. *de ritu nupt. lib.1. comp.20. num.7.* Moneta *de distribut. quotid. part 2. quæst.11 num.100.* Cùm ergo hoc priuilegium Cardinalibus & reliquis Prælatis expressè concessum sit, non debet extendi ad eorum familiares, & semper tenor priuilegij est inspiciendus, ne dum quo ad verba, sed etiam quo ad mentem, quando de illa apparet, vt hoc loco, siquidem Prælatos expressit nulla facta mentione de familiaribus: idcirco à verbis non est recedendum, textus *in cap. quante 26.* vbi glossa *verb. sola, de priuilegiis*, Bertius, & Socin. *in cap. porrò, num.2. de priuilegiis.*

Vltima dubitatio inuoluit quæstiunculas aliquas, quæ ex dictis emergunt. 245.

Prima. Episcopus renuncians Episcopatui gaudet priuilegio protectionis, proinde offendens illum ligatur excommunicatione, quia retinet adhuc Episcopalem dignitatem, & ex consequenti priuilegium, constat ex traditis *in cap. requisiuit 1. de Ordinatis ab Episcopo, qui renunciauit Episcopatui*, vbi dicitur retinere dignitatem, & ea quæ sunt ordinis Episcopalis, potéstque alienum subditum de licentia proprij Episcopi ordinare, Abbas *in cap. ad supplicationem, num. 10. de renunciat.* Flamin. *de resignat. lib. 1. quæst. 17. num. 15.* Barbos. *de offic. & potest. Episcops, alleg. 113. num. 1.* quia renunciauit loco tantùm, hoc est, administrationi.

Quin etiam, quamuis renunciet loco, & dignitati, & nequeat tunc Ordines conferre etiam ex licentia alicuius Episcopi, quia tamen si aliquem ordinauerit, ordinatus recipit characterem, ideo Episcopus gaudet priuilegio ne offendatur, & percussor ligatur excommunicatione, Vgolinus *de censuris Pontifici reseruatis, vers. Ac Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, num.2. versic. tertio locum habet*, & Marius Alterius *de excommun. Bull. Cœnæ, disp.12. cap.3. fol.611. & 612.* Ratio, quia non obstante renunciatione etiam simpliciter, non censetur renunciasse quo ad potestatem, & habitum, sed solùm quo ad executionem, & exercitium. Atque ita non abdicauit à se potestatem conferendi Ordines, sed solùm administrationem. Porrò, qui scienter susceperit sacros Ordines ab Episcopo, qui loco simul, & dignitati Episcopali renunciauit, nequit Ordines exercere sine Papali dispensatione, Nauarrus *in manuali cap. 27. num. 24. versic. tertio*, Sayr. *de censuris lib. 7. cap. 10. num.27.* Azor *instit. moral. part.2. lib.3. cap. 48. quæst. 13.* Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. num. 27. versic. quartum. num. 190. & lib. 32. tract. 2. num. 69.* Barbosa post plures, *de offic. & potest. Episcopi, part. 2. alleg. 48. num. 1.* secus, quando non scienter Ordines susceperit, in quo euentu nisi crassa, & supina fuerit ignorantia, dispensabit Episcopus, Bonacin. *de censuris disput. 7. quæst. 3. punct. 4. num. 8.* Marius Alterius *de censuris tom. 2. disp. 9. cap. 1. versic. dubitari*, & Francisc. Leon. *in thesaur. fori Ecclesiast. part 3. cap.8. num.39.*

Nec obest si dicas ab Episcopo renunciatũ fuisse Ordini, & dignitati: igitur renunciatum est priuilegio protectionis, quod promanauit ex dignitate? Responde priuilegium hoc fuisse concessum Episcopis principaliter ob fauorem publicum dignitatis Ecclesiasticæ, etiamsi minus principaliter consideret commodum priuatarum personarum. Quare priuatæ personæ nequeunt renunciare huic priuilegio. Iuri enim publico priuatorum pacto non derogatur, vt per Nauarrum *tom. 2. suorum operum tract. de finibus human. act. num. 29.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ in proœm. num. 23.* Quæ est ratio ob quam clericus nequeat fori priuilegio renunciare, quia videlicet est introductum non in fauorem priuatarum personarum, sed in fauorem publicum totius ordinis

clericalis,

clericalis, Couarr. *in cap. quamuis pactum part. 2. in principio num.9.* Sigismund. Scacc. *de iudic causar. ciuil. lib. 1. cap. 11. num. 35. & 36.* Surd. *cons. 396. num. 14. & sequent.* & Bellet. *disquisit clerical. part. 1. tit. de fauore cleric. personali §. 2. num. 21.* Vnde sequitur non posse clericos, nec sponte, nec inuitè priuilegio fori renunciare, & Iudici laico se submittere, Couarr. *vbi proximè, ac practicar. cap. 33. num. 2.* Salzed. *in practica Bernardi cap. 65. num. 3. in nouiss. edit.* Menoch. *de arbitrar. casu 430. num. 2.* Anastas. Germon. *de sacror. immunit. lib. 3. cap. 15. num. 51.* & plenè Carol. de Grass. *de effect. lib. clerica. lib. effect. 1. num. 42.* Barbos. *in l. alia. §. eleganter, num. 14. ff. solut. matrim.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 22. quæst.* 10. & Cardin. Tusch. *lit. C. conclus.* 387. Cùm ergo priuilegium toti Ordini fuit concessum in fauorem publicum illius, nequeatque renunciari; sic etiam in nostro casu non amittitur ab Episcopo, qui renunciauit loco, & dignitati Episcupali. Sicut canonis priuilegio non potest renunciari, vt Doctores communiter deducunt, & *cap. contingit 36. de sentent. excommunic.* & tradunt Gutierr. *de iuramento confirm. part. 1. c. 16. num. 53.* Soar. *de censur. disp. 22. sect. 1. à num. 57.* Sayr. *eodem tit. lib. 3. cap. 26. n. 18.* Mantica *dialog. 35.* & Grass. *decis. part. 1. lib. 2. cap. 49. num. 6.* & est communis.

Secunda quæstiuncula de eiicientibus Cardinales, & alios Prælatos à locis vbi iurisdictionem suam exercent; illius solutio est ligari excommunicatione huiusmodi eiicientes, ita Grassis *lib. 4. cap. 18. num. 116.* & Suar. *de censuris disp. 21. sect. 2. num. 70.* Vnde si eiiciantur à suis territoriis, vbi habent iurisdictionem, locus est excommunicationis contra eiicientes, *cap. 9. de officio legati, cap. vt animarum, de electione,* & *ibi* gloss. *in verb. territorium.* Quare Legatus, seu Præses in duabus Prouinciis si eiiciatur ex altera incurritur excommunicatio, dummodo territoria non sint inter se coniuncta, sed inter vtrumque territorium aliud interiaceat, quod ad neutrum pertineat. Tunc enim Legatus cum per egressum suæ Prouinciæ nequeat causam inchoatam finire, *cap. 9. de officio delegati*, eo quia exeundo Prouinciam priuatur dignitate, quam habebat, *l. 3. ff. de officio Præsidis*, Flamin. *de resignation. lib. 1. quæstio. 11.* bene sequitur eiicientem Legatum ex altera Prouincia non excusari ab excommunicatione.

Dictum est, dummodo vtraque Prouincia distent per aliquod interuallum inter se, quia si habeant connexitatem territoriorum, duæ illæ Prouinciæ quo ad ipsum Legatum censentur vna Prouincia: licèt habeant diuersos limites, & Legatus potest expedire negotia vnius Prouinciæ in alia, Capic. *decis.* 151. *num.* 8. & 9. Daniel. Venator. *in analysi methodica iuris Pontificij lib. 1. tit. 30. axiomate 5.* Gambar. *de officio legati extra Prouinciam num. 2. & 3.* & ex consequent. non videntur eiicientes incidere in censuram, cùm Legato eiecto integrum sit expedire negotia illius Prouinciæ, à qua fuit eiectus: secus, si eiicientes simul impedierint, ne negotia suæ Prouinciæ ad Legatum recurrant, neque ab eo expediantur: in quo euentu non est dubium eiicientes affici excommunicatione, cùm eiiciatur Legatus ex loco vbi habet iurisdictionem, quod etiam dicendum est de eiiciente Nuncium Apostolicum, quamuis nullam habeat iurisdictionem, sed nudum ministerium, Sousa *hoc loco disp. 67. per totum.* puto tamen eiicientem ex altera Prouincia ex connexis excommunicari.

Tertia quæstiuncula circa mandantes eiectionem prædictorum priuilegiatorum à suis Diœcesibus, Territoriis, Terris, seu Dominiis? Responsio sit mandantes eiectionem, vel factam ratam habentes, vel ad ipsam auxilium, consilium, vel fauorem præstantes incurrere excommunicationem, etiamsi aliàs non sint domini in temporalibus eorum locorum, à quibus eiiciuntur. Nam ad eam incurrendam satis est iurisdictionem spiritualem in illis habere, & curam, vti Episcopi habent, cùm Bulla indistinctè loquatur; quod extende etiam ad possidentes ea loca iniustè. Non enim debent de facto eiici prius quàm per Iudicem suum spolientur. In eandem sententiam incidunt eiicientes priuilegiatos à parte sui territorij, seu dominij: valet enim argumentum de toto ad partem, argumento *l. quæ de tota, ff. de rei vend.* quando datur eadem ratio. Euerard. *in topicis legalibus loco* 80. Cantiunc. *loco* 5. Thom. de Thomass. *in floribus legum, regul.* 46. Menoch. *de præsumpt. lib. 3. quæst. 35. num. 27. & consil. 72. num. 5.* Flamin. *de confidentiis quæst. 28. num.* 106. Cardinal. Tusch. *pract. conclus. tom. 1. lit. A. conclusio. 499. num. 1. cum sequentib.* Surd. *consil.* 193. *num.* 6. & Bertazol. *tract. clausul. instrument. clausul. 21. gloss. 19. num. 1.* & Barbos. cum aliis *in cap. maiorib. 8. de præbendis num.* 4. quod intelligitur quando est eadem ratio in parte quod ad partem, tunc enim valet argumentum de ratione totius ad partem, & ideo, qui eiicit à parte, incidit in censuram, perinde ac si eiiceret ex toto, Vgolin. *de censuris Pontifici reseruatis, versic. Aut eos à suis Diœcesib. eiicientes §. 1. versic. tertio afficit*, vbi *versic. quarto*, addit ligari excommunicatione, qui eiicit Episcopum suffraganeum si eiiciatur à sua Diœcesi, cuius cura ad ipsum pertinet.

Excusabitur ab excommunicatione eiiciens priuilegiatos à Diœcesibus, vel locis non suis, Nauarr. *in manuali cap. 27. num. 67. versic. quinta*, item si eiecerit à locis quidem suis, non tamen pertinentibus ad illos ratione dignitatum, nec ratione iurisdictionis dignitati annexæ, sed ratione patrimonij sui; quia priuilegium habent duntaxat ratione dignitatum. Similiter non ligatur, qui eiicit legitimè, vel de licentia Romani Pontificis, vel si timeatur graue scandalum, & periculum Reipublicæ; nisi expellatur, & Romanus Pontifex consuli nequeat. Denique liberabitur ab excommunicatione, qui venientes non receperit, cùm Bulla non loquatur nisi de eiicientibus, non autem de non recipientibus, quia

Turpius eiicitur quàm non admittitur hospes,

gloss. *in cap. quemadmodum, de iur. iur.* Surd. *de alimentis tit. 7. quæst. 17. num. 4.* Item quia potior est causa conseruationis, quam noua acquisitionis, ex Menoch. *cons. 32. num. 37.* & facilius ius quæsitum retinetur, quàm de nouo acquiratur. *l. patre furioso ff. de his, qui sunt sui.* Surd. *decis.* 40. *num.* 5. Quare cùm Bulla loquatur de eiicientibus, & maior fiat iniuria receptis, quàm non dum receptis, si non admittantur; bene sequitur excusari, qui venientes non receperit, cùm simus in pœnis. Vgolin. tamen *vbi proximè num. 4. versic. tertiò, in excommunicationem non incidit, ad finem,* credit incidere in hunc canonem, qui venientes ad ea loca non receperit propter verisimilem mentem Auctoris Bullæ; & propter fauorem Apostolicæ Sedis, fauet Extrauagans Ioan. XXII.

Super gentes, de consuet. vbi decernitur ipso facto ligari excommunicatione, qui Legatos, aut Nuncios Sedis Apostolicæ impedire præsumpserint, ne legationis officium exequantur, sublata quacunque consuetudine, quam vti irrationabilem reiicit, & regna, & communitates eo ipso Ecclesiastico subiecit interdicto, donec ab huiusmodi contumacia desistant. Hæc autem excommunicatio non est Pontifici reseruata.

Excommunicatio duodecima contra offendentes eos, qui eunt, & recurrunt ad Romanam Curiam super suis negotiis, sic habet:

§. XII.

ITem excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, vel per alios, personas Ecclesiasticas quascumque, vel seculares ad Romanam Curiam super eorum causis, & negotiis recurrentes, ac illa in eadem Curia prosequentes, aut procurantes, negotiorumque gestores, Aduocatos, Procuratores, & Agentes, seu etiam Auditores, vel Iudices, super dictis causis, vel negotiis deputatos, occasione causarum, vel negotiorum huiusmodi, occidunt, seu quoquo modo percutiunt, bonis spoliant, seu qui per se, vel per alios directè, vel indirectè delicta huiusmodi committere, exequi vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel fauorem præstare, non verentur, cuiuscumque præeminentiæ, & dignitatis fuerint.

EPITOME.

246. *Materia huius canonis qua sit? & quo ad personas an sit vniuersalis hac censura?*
247. *Persona offensa qua gaudent priuilegio protectionis, quot sint?*
248. *Actiones in hoc canone prohibita sub excommunicatione hac quales esse debeant?*
249. *Recurrentes ad Curiam Romanam qui dicantur? & Curia nomine qui locus veniat?*
250. *Occidentes ad Romanam Curiam confugientes pro suis negotiis, quando euadunt hanc censuram?*
Quid causa? & quid negotium ibid.
251. *Percutientes ad Romanam Curiam recurrentes, quando excommunicentur ostenditur.*
252. *Spoliantes bonis suis recurrentem ad Curiam Romanam, quomodo incidant in censuram?*
253. *Vox directè, & indirectè quid significent.*
254. 255. *Actiones accessoria quot sint, & quales, ostenditur, & quando incurratur excommunicatio ab offendente procurantes, negotiorum gestores, procuratores, & reliquos in hac excommunicatione contentos.*

246. PRima dubitatio hoc loco facilè soluitur à Caietano *verb. excommunicatio cap. 15.* dicente sacrilegium, quo offenduntur, qui sub protectione Sedis Apostolicæ sunt, esse materiam huius canonis, & causam illius: quod crimen directè committitur contra honorem, & dignitatem Sedis Apostolicæ, quoties offenduntur confugientes ad Romanam Curiam super eorum causis, & negotiis. Atque ita causa materialis huius canonis est offensio specialiter ex causa litis, vel negotij eorum, qui sub protectione sunt Sedis Apostolicæ. Idcirco non procedet hæc censura, quando offenduntur recurrentes ad Curiam Romanam ad agendum aliquid apud Papam prout Pastor est vniuersalis omnium, aut apud eius officiales, videlicet ad impetrandam beneficium aliquod, vel ad dispensationem petendam, de quo diximus *in canone nono*: nec habet locum quando offenduntur accedentes ad Vrbem causa deuotionis, seu peregrinationis, de quo in canone decimo: sed procedit contra illos, qui offendunt venientes ad Curiam Romanam super eorum causis, & negotiis tantùm: ac proinde non incurritur excommunicatio, si quis offendat recurrentes ad Sedem Apostolicam propter alium finem, vel propter aliam causam: nec similiter est locus excommunicationi, si veniens ad Romanam Curiam occasione tantùm suarum causarum, & negotiorum, offendatur ab alio non occasione litis, aut negotiorum, quorum gratia recursum habet, sed ex alia causa, quamuis non euaderet excommunicationem canonis noni lati contra offendentes proficiscentem ad Curiam Romanam ad agendum aliquid cum Summo Pontifice, vel cum eius officialibus.

Quoad personas offendentes hic canon est vniuersalis, extenditúrque ad omnes cuiuscumque sint dignitatis, ac præeminentiæ, siue per se, siue per alios actiones prohibitas exerceant, hoc est, occidant, seu quoquomodo percutiant, vel bonis spolient. Id enim dixit vox illa *omnes*, quæ neminem excipit, *l. Iulianus, in principio. ff. de legatis 3. cap. solite, de maior. & obed.* Sayr. *de censuris hoc loco, cap. 16. num. 1.* Sousa *hoc loco*, circa notationes textus, *in principio*, & probatur ex clausula ad finem huius canonis posita, cuiuscunque præeminentiæ, & dignitatis fuerint, quæ refertur ad omnia antecedentia, & neminem excludit, etiam si Imperiali, vel Regali dignitate præfulgeant, Sanchez *de matrimonio, lib. 3. disp. 7. num. 17. ex l. 1. C. de liber. prater. l. talis scriptura. § final. ff. de legatis 1. cap. secundo requiris, de appellat.* & ibi communiter scribentes, & tradit post plures, Gutier. *conf. 12. num. 27.* quam clausulam addunt habere locum in quacumque parte dispositionis ponatur, siue in principio, siue in medio, siue in fine, semper enim referri ad omnia contenta in illa dispositione, quando omnium est eadem ratio, docent Nauar. *conf. 34. num. 4. lib. 5. tit. de simonia, in prima editione, & in secunda, conf. 91. num. 4.* Menoch. *lib. 4. præsumpt. 181. num. 2. & num. 4.* subdit etiam habere locum d. clausulam in dispositione odiosa, *l. 3. § filius. ff. de liberis, & posthumis,* Sanch. *lib. 8. disp. 16. num. 11. & lib. 10. disp. 17. num. 15.* & priùs *lib. 6. disp. 22. num. 19.*

Secunda dubitatio circa personas offensas, quæ sunt numero nouem. Quarum primæ sunt recurrentes ad Curiam Romanam pro causis suis, vel negotiis. Secundæ prosequentes eadem in Curia easdem causas, vel negotia. Tertiæ procurantes in eisdem causis, & negotiis. Quartæ negotiorum gestores. Quintæ Aduocati. Sextæ Procuratores. Septimæ Agentes. Octauæ Auditores coram quibus causæ, & lites, vel negotia sunt expedienda. Nonæ Iudices, ad idem deputati. Quibus omnibus quicumque præsumpserit per se, vel per alios directè, vel indirectè nocere occidendo, percutien- 247.

des,

do, vel spoliando, occasione dictarum causarum, & negotiorum, eo ipso innodatur excommunicatione huius Canonis. Caietanus *verb. excommunicatio, cap.* 15. Toletus *in explicat. Bull. Cœna*, §. 9. *in principio*, Suar. *de censuris Papa reseruatis disp.* 21. *sect.* 2. *num.* 73. *vers. vnde solum*, & Sayr. *d. cap.* 16. *num.* 4. *vers. vna est*. Ex quibus sequitur actiones principales in hoc canone prohibitas esse numero tres; occidere scilicet, quoquo modo percutere, & bonis spoliare, siue fiant per se, siue per alios, siue directè, siue indirectè ab aliquo exerceantur; semper enim exercens afficitur excommunicatione.

248\.

249\. Tertia dubitatio, qui dicantur hoc loco recurrentes ad Curiam? Responsio sit, recurrentes significare confugientes ad Curiam Romanam; quo verbo ostenditur celeritas, qua vtuntur litigantes, vt eorum negotia terminentur quamprimum. Recurrere ergo non solùm intelligi debet, venire personaliter ad Curiam; sed etiam causam, vel negotium illò transferre, vt per Curiam cognoscatur, ac finiatur. Atque ita transferens ad Curiam negotium suum, si offendatur occasione, vel ratione illius negotij, offendens inuoluitur excommunicatione huius canonis. Nomine autem Curiæ Romanæ hoc loco non intelligitur Roma, sed Sedes, & Curia Apostolica, adeò, vt necesse sit, vt personæ offensæ veniant ad Sedem Apostolicam, aut ab illa recedant, aut in loco in quo residet Curia morentur, ratione & occasione negotiorum in Curia, Caiet. *verb. excommunicatio*, *c.* 24. Nauarrus *in manuali*, *c.* 27. *n.* 65. Sebast. Med. *in* 2. *part. summæ tit.* 9. *quæst.* 78. *n.* 178. & Toletus *in explanatione Bullæ Cœnæ*, §. *septimo, dubio primo*.

250\. Quarta dubitatio quando excusetur occidens recurrentem ad Curiam ab excommunicatione? Pro explicatione aduerte duo esse necessaria, vt incurratur hæc excommunicatio. Primum, vt offensus recurrat ad Sedem Apostolicam pro suis causis, & negotiis. Secundum, vt occasione suarum causarum, & negotiorum recurrens offendatur, & damnum subeat. Quare si quis accedat ad Romanam Curiam propter alios fines, & offendatur, offendens non ligatur excommunic. huius præsentis canonis. Similiter excusatur offendens confugientem ad Romanam Curiam occasione suarum causarum, vel negotiorum, si offendit ita venientem non ratione dictarum causarum, & negotiorum, sed propter odia intestina iam ab antiquo concepta, vel propter discordiam inter ipsos excitatam.

Nomine autem causæ, ob quam offendens recurrentem, incidit in censuram, accipitur res, quæ proponitur tractanda in iudicio. habetur *in cap. forus*, ibi: *causa est dum discutitur, de verbor. signific.* hoc est, dicitur causa ipsum ius deductum in iudicio, vt per Marant. *de ordine iudiciorum, part.* 5. *tit. & omnia fiant durante instantia, num.* 66. Iason *in l. postquam liti, num.* 10. *vers. veritas est. C. de pact.* quem sequitur Vgolin. *hoc loco, in principio, num.* 4. vbi ait causam dici, de qua lis est, quare Pontifex per causas in hoc canone intelligere voluit lites, & controuersias iudiciales, gloss. *in d. cap. forus*, ibi: *Est ergo causa res in iudicio posita cum interpositione certarum personarum, scilicet Actoris, & Rei, Iudicis, & testis*. Accipitur denique in hoc Canone nomen causæ generaliter pro quacunque controuersia ad iudicium delata, siue ante contestatam litem, siue pòst.

Appellatione autem negotiorum, quo ad rem nostram veniunt quæcumque causæ, quæ habentur coram iudicibus in Curia Romana siue lite, vt beneficij procuratio, vel impetratio absolutionis, vel dispensationis ab aliquo voto: vel ab irregularitate, & multo fortiùs quando negotia habent aduersarios, ita Vgolin. *vbi proximè, n.* 5.

Mihi tamen magis placet hoc loco nomen negotij sumi, vt significet idem, atque causa, siue lis, siue controuersia. Probatur voluisse Summum Pontificem vti his duabus vocibus, causarum scilicet, vel negotiorum, ad maiorem declarationem, quia verbum *negotiorum*, si poneretur tamquam distinctum quid ab illa voce, *causarum*, ita, vt causæ denotarent lites, & controuersias in iudicio discutiendas, & negotia significarent causas in Curia Romana sine lite, neque in iudicio expediri solitas, frustrà ponerentur in hoc canone, cùm iam in canone nono imponatur excommunicatio contra offendentes illos, qui recurrunt ad Sedem Apostolicam super negotiis sine lite expediendis cum Summo Pontifice circa beneficia obtinenda, vel circa dispensationes, vel similia ab eo impetranda, vel ab eius officialibus.

Quare Summus Pontifex ideo vsus est simul nomine *causarum*, vel *negotiorum*, vt ostenderet hoc loco fieri mentionem de illis negotiis, quæ habent ortum ex causis, hoc est, ex litibus, eo quia causa, est materia, & fons negotij, vt habetur *in d. cap. forus, de verbor. signific.* Idcirco nomine *causarum*, & *negotiorum* hoc loco veniunt omnes causæ, quæ in iudicio aguntur, & discutiuntur, ac per sententiam terminantur. Propterea offendens recurrentes ad Curiam Romanam pro huiusmodi suis causis, & negotiis incidit in censuram huius Canonis, si offensio fiat occasione earum causarum, & negotiorum; secus si fiat occasione, vel ratione alterius causæ, vel negotij, nimirum propter antiquas inimicitias, vel propter rixam casu aliquo diuerso excitatam.

Quinta dubitatio circa actiones principales prohibitas sub excommunicatione latæ sententiæ quomodo sit intelligenda? Responsio sit occidentem, siue per se, siue per alium, recurrentes ad Romanam Curiam, siue per litteras negotium transferant, ligari excommunicatione, dummodo ratione talis recursus occisio fiat. Nam recurrere super causis, & negotiis ad aliquod Tribunal, nihil aliud est, quam eò negotia, vel causas transmittere, vt de illis ibi agatur: ad quod sufficit recurrere per se, vel per alium, nam qui per alium recurrit, per se ipsum dicitur recurrere. Quare qui per alium ad Curiam Romanam recurrit, verè ad illam dicitur recurrere, & qui illum occidit, censuram incurrit, Sayr. *d. cap.* 16. *num.* 5. Vgolin. *hoc loco* §. 1 *num.* 1. & 2 siue recurrant pro suis causis inchoandis, vel prosequendis, siue causæ sint spirituales, siue non, siue criminales, siue ciuiles, quia in hoc canone nihil distinguitur. 251.

Sed quid si recurrentes occisi sint Iudæi, vel hæretici, aut infideles, nunquid occisores incident in hanc censuram? Responsio est affirmatiua, dummodo occisi recurrerent ad Curiam Romanam pro suis causis, & negotiis, patet ex hoc Canone, ibi: *qui per se, vel per alios personas Ecclesiasticas quascunque, vel sæculares occidunt*. Nam dictio *quascumque*, tollit interpretationem restrictiuam. Alexander *consil.* 118. *num.* 5. *volum.* 5. & comprehendit ea, quæ aliàs non comprehenderentur, Ruin. *consil.* 18. *n.* 19 *lib.* 2. Igitur infideles

recurrentes etiam veniunt hoc loco, ſicut & fideles, quia dictio *quecunque* eſt vniuerſalis, & includit omnes, Decius *conſil.* 599. *num.* 2. *&* 3. Flamin. *de reſignat. lib.* 3. *queſt.* 6. *num.* 43. *&* 44. *& de confidentiis queſt.* 27. *num.* 24. *& duobus ſequentibus*, Octauian. Vulpell. *de præpoſitionum, & aduerbiorum ſignificatione, in dictione, Quicumque, pag.* 93. Marcheſan. *de commiſſ. part.* 1. *pag.* 141. *num.* 2. Mar. Anton. *var. reſol. lib.* 2. *reſol.* 40. *num.* 2. & Menoch. *remed.* 6. *recup. num.* 15. Ideo cùm hic canon non diſtinguat, nec nos diſtinguere debemus. Thom. de Thomaſſ. *regul.* 300. Surd. *conſil.* 51. *num.* 7. *& conſil.* 182. *num* 15. *& conſil.* 301. *num.* 50. Tuſch. *tom.* 3 *lit. D. conclus.* 508. & Armendar. *in proœmio.* Addit. *ad recopil. legum Nauarræ num.* 27. Atque ita ſequitur quoſcunque recurrentes, ſiue fideles, ſiue infideles ad Curiam Romanam, vt ſuas cauſas ibi agant, gaudere priuilegio protectionis, & occiſores excommunicari, Vgolin. *vbi proximè num.* 2. vbi addit, dummodo venire ad Curiam poſſint, quòd ſi fuerint exules, egent publica fide, vt illuc ire valeant.

Adde recurrentes ſtatim gaudere beneficio protectionis vbi primum accinxerunt ſe itineri, domo propria exeundo: nam verbum illud *recurrentes* denotat actum præſentem, & ſucceſſiuum, ſignificatque iam recurrere, qui domo ſua egreſſus eſt. Vnde ſi quis egreſſum domo propria offendatur, vel occidatur, incurritur excommunicatio à delinquente.

Idem eſto iudicium de percutiente quoquomodo recurrentes, per quæ verba percutiens ligatur excommunicatione, ſiue percutiat inſtrumento ferreo, ſiue ligneo, ſiue manu ſola, ſiue pede, dummodo percuſſio fiat cum peccato mortali: idque oſtenditur ab illa dictione *quoquo modo*, quæ importat idem atque quomodolibet, & qualitercumque, quæ omnem modum percutiendi, ſeu verberandi, aut pulſandi includunt, & operantur vltra expreſſa, gloſſ. *in Clementina* 1. *de re iudicata*, Flamin. *de reſignatio. lib.* 9. *quæſtio.* 25. *num* 50.

Porrò euadunt hanc cenſuram percutientes ſi occidant, vel percutiant in ſuam defenſionem, quia quilibet poteſt ſe defendere vſque ad occiſionem iniuſti aggreſſoris, vt docent, Clarus §. *homicidium num.* 24. Gomez *variarum tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 20. Couarr. *in Clement. ſi furioſus, de homicidio part.* 3. §. *vnico, num.* 1. & eſt communis, quam docent, Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſionum part.* 4. *collect.* 792. & ex noſtris Suar. *de cenſuris diſp.* 22. *ſect.* 1. *num.* 33. Rebellus *de obligat. iuſt. part.* 1. *lib.* 3. *quæſt.* 12. *à principio*, Leſſius *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 41. Azor *inſtit. moral. part.* 3 *lib.* 2. *cap.* 1. *quæſ.* 1.

Quæ defenſio etiam eſt licita cum occiſione iniuſti aggreſſoris, non ſolùm pro defenſione propriæ vitæ; ſed etiam pro defenſione honoris, quando aliter non poteſt honori conſulere, puta quia eſt miles, vel Nobilis, quibus dedecus eſt fugere, Clarus §. *homicidium num.* 32. Menoch. *de arbitrar. caſu* 177. *num.* 14. Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 4. *quæſt.* 10 *n.* 16. & Farin. *in praxi quæſt.* 125. *à num.* 121. Similiter non incurret cenſuram ſi percutiat, vel occidat recurrentes propter defenſionem ſuorum bonorum, præcipuè, ſi ſint res magni momenti; nec aliter datur ſpes illas recuperandi, Gomez *var. tom.* 3. *cap. num.* 20. Maſcard. *de probat. concluſ.* 490. *num.* 9. *& concluſ.* 1126. Campan. *in diuerſor. iuris canonici rubr.* 11. *cap.* 23. *num.* 57. Sayr. *in claui lib.* 7. *cap.* 10. *& de cenſuris lib.* 6. *cap.* 17. *num.* 24. Comitol. *dict. quæſt.* 10. *num.* 17. vbi volunt licitam eſſe rerum, ſicut corporis defenſionem, etiam cum interitu iniuſti aggreſſoris. Quod extendunt etiam ad defendendum vitam, ſeu bona proximi, quando aliter defendi nequeunt, Molin. *de iuſt. tom.* 4. *tract.* 3. *diſp.* 18. *num.* 1. Leſſius *d. cap.* 9. *à num* 87. & Azor 3. *part. lib.* 2. *cap.* 1. *quæſ.* 21 & Gregor. Lopez *l.* 3. *gloſſ.* 1. *tit.* 8. *part.* 2. quæ quidem defendendi obligatio quo ad priuatas perſonas, procedit ex charitate, Leſſius *d. cap.* 9. *num.* 88. *&* 93. Menoch. *caſu* 355. quoad perſonas auctoritate publica conſtitutas, quæ ex officio tenentur obuiare criminibus, & iniuriis inferendis, obligatio oritur ex iuſtitia, Mench. *Illuſtr. cap.* 16. *num.* 6. *& cap.* 41. *num.* 22. Bonacin. *de cenſuris diſp.* 7. *quæſt.* 4. *punct.* 8. *num.* 37. & ex conſequenti, qui ex iuſtitia tenentur obuiare, niſi obuient, tenentur reficere damnum illatum vltra irregularitatem, quam contrahunt ſi voluntariè non impediunt occiſionem, aut mutilationem, Menoch. *dict. caſu* 355. *num.* 3. Leſſius *ſuprà lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 94. & Molin. *vbi proximè d. tract.* 3. *diſp.* 18. *num.* 4. *column.* 2. Quare ſi quis in his caſibus defendendo ſe, & ſua, aut vitam, ſeu bona proximi, occidat recurrentes ad Curiam Romanam ſuper eorum cauſis, vel negotiis, non incurrit excommunicationem, quandoquidem quocunque iure defenſio licita eſt.

Item excuſatur ab excommunicatione hac, qui occidit, vel percuſſit confugientes pro ſuis negotiis ad Curias aliorum Principum: eo quia priuilegium hoc indultum eſt recurrentibus ad Curiam Romanam duntaxat, non verò ad alias. Eodem modo non ligatur excommunicatione offendens recurrentes ad Curiam ob alias res diuerſas, vel vt videant Summum Pontificem, aut eius magnificentiam: ſicut non excommunicatur offendens habitantem in Curia Romana, & ibi negotia ſua proſequentem: priuilegium enim datum eſt habitantibus extra Curiam, & ad ipſam recurrentibus, Vgol. *hoc loco* §. 1. *n.* 3.

Quinimò Rebuff. *in explicatione Bullæ Cœnæ art.* 9. *verſio. in eadem Curia*, proſequentes opinatur, ſed minus bene, non ligari excommunicatione, qui percuſſerit recurrentem ad Curiam Romanam, quando ſine iure, hoc eſt, ſine cauſa, & iniuſtè recurrit. Ratio, quia hæc cenſura imponitur contra offendentem eos, qui recurrunt; cùm autem canon generaliter loquatur, generaliter etiam accipiendus eſt, Flamin. *de reſignat. lib.* 11. *cap.* 7. *num.* 15. nec debet reſtringi, niſi ad ea, quæ fuerint impoſſibilia, Tiraquell. *de iure primog. quæſt.* 55. *num.* 1. & Surdos *deciſ.* 233. *num.* 3. ideo gaudet priuilegio etiam ſine iure recurrens.

Difficultas tamen eſt, an hoc priuilegium extendatur ad recurrentes ad Curiam Romanam, poſtquam cauſæ eorum fuerunt expeditæ? Souſa *hoc loco, & canone, diſp.* 68. *num.* 3. *verſic. Secunda concluſio*, opinatur poſt cauſas expeditas recurrentem ſi quis percuſſerit, vel occiderit, non excommunicari propterea, cùm non iam dicatur recurrens, etiamſi offenſus ſit ratione præcedentis recurſus: addit tamen ipſis cauſis iam terminatis adhuc frui priuilegio recurrentis, donec ad propriam ſuam domum reuertatur. Nihilominus abſolutè dicendum eſt probabilius eſſe incidere in hanc cenſuram, qui non ſolùm offendunt recurrentes ad Curiam, ſed etiam manentes in ea, quàm ab ea recedentes expeditis cauſis, & negotiis,

dummodo

dummodo offendantur in Curia ratione, vel occasione causarum, vel negotiorum, ob quæ ad Curiam confugerunt. Probatur, quia priuilegium, quod alicui conceditur ad veniendum, censetur eo ipso ad recedendum. *cap. final. de treug. & pac.* & *ibi* Abbas, Felin. & alij. Item, quia hoc priuilegium datum est recurrentibus in gratiam Curiæ Romanæ, ne retardarentur habentes negotia apud illam, qui sine dubio retraherentur à recursu eiusdem Curiæ, si certò haberent non gaudere priuilegio securitatis, nisi recurrendo ad illam, non autem ibi morando, nec ab ea recedendo.

Suffragatur priuilegium concessum in Canone nono huius Bullæ, vbi conceditur priuilegium securitatis venientibus ad Sedem Apostolicam, & recedentibus ab eadem, & morantibus in eadem Curia, vt volunt Caiet. *in summa, verb. excommunicatio, cap.* 14. §. *sed sunt*, Toler. *in summa cap.* 25. *dub.* 1. Suar. *de censuris disput.* 21. *sect.* 2. *num.* 65. & alij, quibus accedit Sousa *in Bulla Cœnæ disput.* 57. *ex num.* 1. *vsque ad quartum*, vbi *verb. morantes*, ait non significare habentes domicilium; atque ita gaudere priuilegio, qui domicilium ibi non habet. Quare quamuis in hoc canone non sit sermo de recedentibus, neque de morantibus, satis est, vt in canone nono de illis fiat mentio, quia iura iuribus debent conuenire, *cap. cùm expediat, de electione lib.* 6. Marius Alterius *disp.* 13. *de excomm. Bull. Cœnæ lib.* 5. *cap.* 3. *fol.* 649. & *sequenti.*

252. Sexta dubitatio, quando spolians bonis suis recurrentem ad Curiam incidat, vel non incidat in censuram huius canonis? Responsio est affirmatiua incidere spoliantes recurrentem ad Romanam Curiam pro suis negotiis earum causarum, ac negotiorum occasione. Nomine autem bonorum quibus spoliantur, comprehenduntur non solùm bona mobilia, quæ secum deferunt, sed etiam, quæ domi reliquerunt, quoniam Bulla nihil distinguit. Quin etiam extendi potest canon ad bona immobilia, cùm generaliter loquatur nulla adhibita distinctione *cap. si Romanorum* 19. *dist.* Nam verba generalia, & generaliter prolata, generaliter debent intelligi, *l. si seruitus, ff. de seruit. vrb. prædio l.* 1. *vers. generaliter*, cum glossa *verb. in infinitum, ff. de legat. præstand.* nisi quando specialis mentio alicuius necessaria est, quæ non requiritur hoc loco, *cap. quid agendum*, & *ib* Franch. *num.* 1. *de procurat. lib.* 6. *cap.* 2. *de præbendis.* Igitur hoc loco generaliter canon debet intelligi, incurri scilicet excommunicationem ab spoliante recurrentem ad Curiam bonis suis, siue mobilibus, siue immobilibus, nisi paruitas materiæ excuset à mortali: tunc enim excusabit à censura, Marius Alterius *hoc loco disput.* 13. *cap.* 1. *fol.* 645. *col.* 2. dummodo recurrens pro suis causis, & negotiis propter hanc occasionem suis bonis spolietur. Nec ab ea censura excusatur iudex à quo ad Romanam Curiam est appellatum, si recurrentem spoliat bonis, aut agris suis, quæ in patria reliquit, Vgolin. *vbi proximè, versic. bonis spoliant.*

Ex dictis constat non ligari excommunicatione, qui spoliat recurrentem non occasione dictarum causarum, nimirum fures, aut latrones, quia cessat ratio formalis huius excommunicationis: sicut non ligatur creditor si, vt recuperet suum debitum, clam spoliat bonis suis recurrentem, quem non audet propter potentiam illius, vel propter fraudes in iudicium vocare. Nam in hoc casu integrum est creditori, quando debitum est liquidum, seruatisque seruandis vti compensatione, & clam, quod sibi debetur, accipere, ita Sot. *lib.* 4. *de iustitia art.* 4. Medina *quæst.* 3. *de rebus restituendis cauf.* 12. Rebell. *de iustitia lib.* 2. *quæst.* 18. Syluest. *verb. furtum* §. 16. & *verb. Bellum.* 1. §. 10. Vgolin. *de censuris, versic. bonis spoliant, num.* 2. *versic. Quare fures*, modò non accipiatur vltra debitum: tunc enim, si quod accipitur vltrà, est quantitas sufficiens ad mortale, incurretur censura, quia datur spoliatio iniusta, Viuald. *in suo candelabro in explicatione Bullæ Cœnæ, cauf.* 12. *num.* 93. sequitur Vgolin. *ibidem num.* 2. & Sousa *disput.* 71. *per totum.*

Octaua dubitatio oritur ex verbis occidere, percutere, & suis bonis spoliare per se, vel per alios, directè, vel indirectè recurrentes ad Curiam Romanam supra dictos? Responsio sit incurrere in censuram, qui per se, vel per alios exercent actiones hoc loco prohibitas directè, vel indirectè. Dicitur autem indirectè illas exercere, qui alios iniuria afficeret in personis, aut rebus, nisi huiusmodi actiones exerceret, ad eundem finem, vt recurrentes non recurrant ad Romanam Curiam pro suis causis, & negotiis. Item si consanguineos recurrentium molestaret, ac grauaret, ad eundem finem, vt notat glossa *in Clementina* 2. *versic. Quomodolibet, de sentent. excommunic.* tunc enim dicetur indirectè occidisse, &c. qui alios molestaret in personis, nisi huiusmodi delicta committeret. Similiter indirectè esset causa occisionis, vel percussionis recurrentium ad Curiam, qui eisdem persuaderet, vt iter facerent non per viam tectam, sed per loca in quibus assassini, vel prædones versarentur, qui recurrentes occiderent, vel suis bonis denudarent: tunc enim si occisio, vel spoliatio sequatur, incurritur excommunicatio. Marius Alterius *d. disp.* 13. *lib.* 5. *cap.* 2. *in principio.* 253.

Nona dubitatio circa actiones accessorias huius canonis, quæ prohibentur in illo sub eadem excommunicatione? Responsio sit, has esse numero quatuor. Primam, committere, exequi, vel procurare per se, vel per alios directè, aut indirectè huiusmodi delicta. Secundam, in his dare auxilium. Tertiam, consilium. Quartam, fauorem. Sed ante omnia quæri potest, an incurrat censuram, qui recurrentem verbis iniuriosis, vel libello infamatorio infamauerit? Ratio dubitandi, quia in hoc canone imponitur censura contra spoliantem bonis suis recurrentem: igitur spolians fama incidit in hanc censuram. Probatur, quia nomine bonorum nostrorum comprehenduntur omnia; quæ sunt sub dominio nostro, *l. bonorum ff. de verb. signific.* Imò fama bona est thesaurus siue pretio, & maximum bonum, Bald. *in l.* 1. *col.* 4. *C. de confessis*, Flamin. *de resignat. lib.* 5. *quæst.* 4. *num.* 92. & esse maximum bonum tradit Sousa *in Bulla Cœnæ cap.* 13. *disput.* 70. *num.* 3. ita, vt melius sit nomen habere bonum, quàm diuitias multas, *Prouerb.* 22. Sayr. *in claui Regia lib.* 11. *cap.* 3. *num.* 1. & Mascard. *de probat. conclus.* 234. *cum sequentib.* & *conclus.* 1219. *num.* 9. & 10. 254.

Iuuat spoliantem fama, & honore teneri restituere patienti eam læsionem ob viria falsò obiecta, vt notat Couarr. *variar. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 4. *in fine*, non alia ratione, nisi, quia fama bona præfertur bonis aliis fortunæ: sed qui spoliat recurrentes ad Curiã bonis suis modo supradicto; innodatur excom-

excommunicatione: igitur & ſpolians fama: quæ pars eſt probabilis, ita Souſa *d. cap.* 13. *quæſt.* 70. *num.* 3. Sed probabilior eſt pars negans, ex eo quoniam in hoc canone nulla fit mentio de ſpoliatione famæ; ſed de ſpoliatione bonorum: ergo infamans ex vi huius canonis non excommunicatur, Viualdus *in explanatione Bullæ Cœnæ num.* 91. Nomine enim bonorum intelliguntur bona mobilia, & immobilia, inter quæ non numeratur fama, cùm non poſſideatur ab homine, & ex conſequenti non poteſt ab ea ſpoliari, cùm ea non poſſideat, Souſa *vbi ſupra num.* 2. *&* 6. & quamuis homo dicatur eſſe dominus ſuæ famæ, eamque quaſi poſſideat: attamen ſecundùm communem nominis acceptionem, nemo dicitur ſpoliari fama ſua, quamuis dicatur ſpoliari bonis, & fama bonum quoddam cenſeatur. Ego tamen ſubdubius in partem affirmantem magis inclino, ſpoliantem ſcilicet recurrentes ad Curiam fama, aut bono nomine, innodari excommunicatione, quia ſecundùm vulgatem acceptionem dicimus ſpoliari fama ſua, & honore, cuius ſpoliatio cæteris ſpoliis grauior eſt. Et ſpoliatus fama, & honore dicitur ille, qui bonum nomen poſſidebat, vt colligitur ex reſponſo Vlpiani *in l.* 1. §. *obiicitur. ff. de vi, & vi armata*, & habetur *in cap. vltim.* §. *obiicitur, verb. non enim probatur.* 3 *quæſt.* 1. & qui non poſſedit, non poteſt dici ſpoliatus, Corneus *conſil.* 8. *lib.* 1. *num.* 2 *& conſil.* 117. *numer.* 7. *lib.* 4. Cùm igitur recurrens ſpolietur bono nomine, & fama; non eſt dubium locum eſſe excommunicationi contra ſpoliantem; & ſpoliato danda eſt reſtitutio probata poſſeſſione, Innocentius *in cap. ſæpe col.* 2. *ſub num.* 2. *verſic. imò plus, de reſtitut. ſpoliator.* Lap. *allegat.* 51. *num.* 6. Anchar. *conſil.* 42 *num.* 2. Alexand. *conſil.* 6. *column.* 3. *num.* 5. *lib.* 3. vbi atteſtatur de communi, quod procedit in foro exteriori, nam in foro interiori ſatis eſt ad incurrendam cenſuram, ſi recurrentem vere infamet, & bono nomine ſpoliet apud homines.

255. Decima dubitatio continet perſonas, quæ prohibentur occidi, percuti, vel ſpoliari bonis ſuis, videlicet procurantes negotiorum geſtores, Aduocatos, Procuratores, & Agentes, ſeu etiam Auditores, vel iudices. Dico igitur negotiorum geſtores propriè eſſe, qui ſine mandato dominorum res eorum, ac negotia, ne pereant, agunt vtiliter, Molin. *de Iuſtitia diſput.* 553. *per totum*, & quo ad præſentem materiam negotiorum geſtores dicuntur, qui aliena negotia non extra litem curant, in quibus non requiritur mandatum, & alio nomine dici poſſunt ſolicitatores negotiorum, cauſarum, vel litium. Aduocati dicuntur, qui apud illum, qui præeſt iuriſdictioni, oſtendunt, qui de iure in cauſa de qua agitur, ſequendum ſit, debent enim eſſe veraces in ſermone, iuſti in iudicio, & pleni in conſilio, Afflict. *lib.* 1. *conſtit. Neapol. rubr.* 81. *num* 4 & habetur *in l.* 1 §. *poſtulare, ff. de poſtulan. & l.* 1. §. 2 *Aduocatos, ff. de variis extra. cognit.* vbi Vlpianus ait Aduocatos eſſe omnes omnino, qui agendis cauſis quoquo ſtudio operantur, ac propterea cauſarum patroni appellantur, habetur *in l. Aduocato, C. de Aduoc. diuerſ. indic.* qui compelli poſſunt à iudice ad patrocinandum etiam pro pauperibus, & miſerabilibus perſonis, Suar. *in theſauro commun. opinionum lit. A. num.* 93. Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 1. *concluſion.* 45. *conſid.* 1. *numero* 4 *&* 5.

Procurator autem dicitur, qui habet mandatum ad lites excitandas, & ad iudicium exercendum, & ad cauſam defendendam, *l.* 1 *ff. de procur.* & ſine mandatu non poteſt officio Procuratoris fungi, non tamen poteſt cogi inuitus ſuſcipere mandatum, Bernard. Græuæ. *d. conſid.* 1. *num.* 17. & Stephan. Gratian *d. ſcept forenſium cap.* 56. *num.* 22. *&* 23. *& num.* 32.

Porrò agentes aliquando Procuratores ſunt, & pro eodem ſumuntur, *l. procuratorum, C. de procuratoribus.* Interdum tamen accipiuntur agentes pro accuſatoribus, qui reos ad iudicium vocant. Quare qui ſupradictos occidere, percutere, vel ſuis bonis ſpoliare præſumpſerit, ligabitur excommunicatione: ſicut qui has actiones prohibitas exercuerint in recurrentes ad Curiam, quia nomine recurrentium, veluti eorum negotiorum geſtores Aduocati, Procuratores, & Agentes prædictas cauſas, & negotia tractant, ac tuentur apud Romanam Curiam, ſi tamen occaſione prædictorum negotiorum malè tractentur, Vgolin. *hoc loco verſ. negotiorumque geſtores, num.* 4. Marius Alterius *dict. diſput.* 13. *cap.* 3. vbi extendunt hanc pœnam ad Auditores, qui hoc loco dicuntur iudices, quibus cauſa cognoſcenda committitur, non tamen diffinienda, & ad iudices, qui hoc loco dicuntur illi, qui de cauſa cognoſcunt, eamque definiunt, vt conſtat ex *rubrica, ff. de iuriſdict. omni. iudic.*

In eandem cenſuram incurrunt in eiſdem auxilium, conſilium, vel fauorem præſtantes delinquenti, ſiue per ſe, ſiue per alios directè, vel indirectè præſumpſerint, auxilium dare, vel conſilium, aut fauorem alicui, vt faciliùs exerceat aduerſùs recurrentes ad Curiam aliquam ex prohibitis actionem: dummodo faueant, vel conſulant, vel dent auxilium ante commiſſum delictum, & delinquens ex auxilio, vel ex conſilio, vel ex fauore moueatur ad delinquendum; ſecus ſi conſulens nihil conſilio ſuo induxit delinquentem, quia firmiter iam in animo ſtatuerat ſcelus illud committere. In dubio tamen conſilio delinquentem fuiſſe inductum ad delinquendum putandum eſt, & multo fortiùs id eſt opinandum, quando ambigitur, an delinquens operatus, fuerit ex auxilio, vel fauore oblato. Marius Alterius *vbi proximè cap.* 2. *fol.* 647. *col.* 2. Ratio, quia præſumitur quis auxilium, & fauorem delinquenti præſtare, eo ipſo quòd aſſiſtet prope delinquentem animo doloſo, & de induſtria. Maſcard. *de probat. concluſ.* 159. *num.* 1. *cum ſequentib.* & Farin. *in praxi crimin. part.* 3. *quæſt.* 131. *numer.* 67.

Excommunicatio decimatertia lata contra appellantes à grauamine, vel futura executione litterarum Apoſtolicarum ad Curias ſæculares, ſic habet:

§. XIII.

ITEM excommunicamus, & anathematizamus omnes tam Eccleſiaſticos, quàm ſeculares cuiuſcunque dignitatis, qui prætexentes friuolam quandam appellationem à grauamine, vel futura executione litterarum Apoſtolic.

Apoſtolic. etiam io forma Breuis, tam gratiam, quam iuſtitiam concernentium. Nec non citationum, inhibitionum, ſequeſtrorum, monitoriorum, proceſſuum executorialium, & aliorum decretorum à Nobis, & à Sede prædicta, ſeu Legatis, Nonciis, Præſidentibus Palatij noſtri, & Cameræ Apoſtolicæ Auditoribus, & Commiſſariis, aliíſque, Iudicibus, & delegatis Apoſtolicis emanatorum, & quæ pro tempore emanauerint, aut aliàs ad Curias ſeculares, & laicam poteſtatem recurrunt, & ab ea inſtante etiam Fiſci Procuratore, vel Aduocato, appellationes huiuſmodi admitti, ac litteras, citationes, inhibitiones, ſequeſtra, monitoria, & alia prædicta capi, & retineri faciunt; quíve illa ſimpliciter, vel ſine eorum beneplacito, & conſenſu, vel examine executioni demandari, aut ne Tabelliones, & Notarij ſuper huiuſmodi litterarum, & proceſſuum executione inſtrumenta, vel acta conficere, aut confecta parti, cuius intereſt, tradere debeant, impediunt, vel prohibent, ac etiam partes, ſeu eorum agentes, cooſanguineos, affines, familiares, Notarios, executores, & ſubexecutores litterarum, citationum, monitoriorum, & aliorum prædictorum capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex ciuitatibus, locis, & Regnis eiiciunt, bonis ſpoliant, perterrefaciunt, concutiunt, & comminantur, per ſe, vel alium, ſeu alios publicè, vel occultè, quíve aliàs quibuſcunque perſonis in genere, vel in ſpecie, ne pro quibuſuis eorum negotiis proſequendis, ſeu gratiis, vel litteris impetrandis ad Romanam Curiam accedant, aut recurſum habeaot, ſeu gratias ipſas, vel litteras à dicta Sede impetrent, ſeu impetratis vtantur, directè, vel indirectè prohibere, ſtatuere, ſeu mandare, vel eas apud ſe, aut Notarios, ſeu Tabelliones, vel aliàs quomodolibet retinere præſumunt.

EPITOME.

PRima dubitatio circa materiam huius canonis nihil dubij continet, cùm conſtet ex Caietan. *in ſumma verb. excommunicatio, cap. 29.* eſſe ſacrilegium quo offenditur auctoritas Sedis Apoſtolicæ in friuolis appellationibus, in ſuis executionibus, & in ſuis officialibus, propter quod excommunicantur qui prætextu friuolæ appellationis recurrunt ad Curias ſeculares, & laicas poteſtates in cauſis Eccleſiaſticis, vt ita impediant, & retardent aliquarum litterarum Apoſtolicarum executionem, quouis modo à Sede Apoſtolica emanantium, quæ excommunicatio breuiter habetur *in cap. quoniam, de immunit. Eccleſ. in 6.* & hoc loco latiùs extenditur, & explicatur, cuius etiam meminit Syluest. *excommunicatio. 7 §. 71.* & Nauarr. *cap. 27. numer. 60. cum ſequentibus.* Ratio, quia cùm Sedes Apoſtolica à nemine dependeat, à nemine iudicari debet. 256.

Diuiditur ergo in tres partes hic canon, in prima excommunicantur, qui lædunt iuriſdictionem Sedis Apoſtolicæ ſub ſpecie alicuius friuolæ appellationis, & recurrunt ad Curias ſeculares, & poteſtatem laicam, à grauamine, vel futura executione litterarum Apoſtolicarum appellando. Item in eandem pœnam incidunt, qui à poteſtate ſeculari etiam inſtante fiſci Procuratore, vel Aduocato huiuſmodi appellationes admitti faciunt: necnon qui capi faciunt huiuſmodi litteras Apoſtolicas, & detineri per laicam poteſtatem.

In ſecunda parte excommunicantur Magiſtratus, & officiales impedientes, vel prohibentes litteras Apoſtolicas habere executionem, ſiue impediant ſimpliciter, ſiue ſine eorum beneplacito, & conſenſu, aut examine ipſorummet iudicum ſæcularium executioni mandari. In tertia parte excommunicantur, qui recurſum ad Curiam Romanam pro negotiis eorum proſequendis, aut litteris, ſeu gratiis impetrandis eiſdem prohibent, ne accedant, aut recurrant. Quæ omnia patent ex eodem Canone. Requiritur tamen ad incurrendam hanc cenſuram, vt detur præſumptio in agentibus, prohibentibus, ſtatuentibus, vel mandantibus, atque ita debent præſumptuosè facere, vel præſumptuosè prohibere, vel ſtatuere, vel retinere. Vnde cùm in omnibus, & ſingulis perſonis in hoc canone numeratis exigatur præſumptio, vt deducitur ex *verb. p ꝛſumunt*, ad finem Canonis poſito. Sequitur excuſari à cenſura, qui ex ignorantia etiam culpabili, vel ex inaduertentia, vel ex ſimplicitate aliquam actionem ex prohibitis executus fuerit, Iacob. Graff. *hoc loco c. 18. num. 121. verſ. ad incurrendum.* Sayr. *ibidem cap. 17. lib. 3. num. 8.*

Secunda dubitatio circa actiones principales, quot ſint? Eſſe plures conſtat ex textu, quarum prima eſt recurrere ad Curias ſeculares prætextu friuolæ appellationis à grauamine, vel futura executione litterarum Apoſtolicarum. Secunda impedire eadem, ne ſimpliciter, vel ſine ipſorummet iudicum ſecularium ſaltem beneplacito, & conſenſu, vel examine executioni mandentur. Tertia, litteras Apoſtolicas capi, & retineri facere. Quarta prohibere, ne Tabelliones, & Notarij ſuper huiuſmodi litterarum, & proceſſuum executione inſtrumenta, vel acta conficiant, aut confecta ne parti cuius intereſt tradere 257.

debeant. Quinta, prædictarum litterarum executionem impedire, vel prohibere. Sexta, capere, percutere, vulnerare, carcerare, detinere aliquam perſonam ex numeratis in hoc Canone, item ex ciuitatibus, locis, & Regnis eiicere, bonis ſpoliare, timorem incutere, comminari, perterrefacere per ſe, vel per alium, publicè, vel occultè partes, vel eorum agentes, Notarios, executores, vel ſubexecutores litterarum, citationum, monitoriorum, & aliorum decretorum, vel præceptorum. Septima denique plures partes continet, nimirum directè, vel indirectè prohibere, ſtatuere, vel mandare quibuſcumque perſonis, ne recurrant ad Romanam Curiam pro quibuſcunque eorum negotiis proſequendis, & ne accedant ad impetrandum aliquid, & de impetrato vtantur; hæc autem omnia ſub excommunicatione in hoc canone interdicuntur, vt apertè conſtat ex tenore illius.

258. Tertia dubitatio, quando recurrentes, vel appellantes in cauſis Eccleſiaſticis, ad laicas poteſtates, incidant in hanc cenſuram? Dic ergo incidere primò, qui ab onere, vel futura executione litterarum Apoſtolicarum etiam in forma Breuis tam gratiam, quàm iuſtitiam concernentium, necnon citationum, & aliorum decretorum à Romano Pontifice, & à Sede Apoſtolica, ſeu Legatis, Nuntiis, Præſidentibus, Palatij Romani Pontificis, &c. ad Curias ſeculares, & ad laicam poteſtatem recurrunt nemine excepto, propter nomen *Omnes*, quod neminem excludit, & comprehendit tam Eccleſiaſticos, quàm ſæculares cuiuſcuoque dignitatis ſint, etiam ſi Regia, vel Imperatoria fulgeant dignitate, vt patet ex contextu, & ex tenore Bullæ, dummodo præſumentes hæc omnia, quæ in hoc canone interdicuntur, exequantur.

Extende non ſolùm ad perſonas publicas tam ſæculares, quàm Eccleſiaſticas, ſed etiam ad priuatas, ſi eadem facere, aut procurare audeant, etiam ſi nullam iuriſdictionem habeant, ſed ſolùm ſe intromittant, vt impedimenta in hoc Canone interdicta à Superioribus apponantur, quod ſufficit ad incurrendam hanc cenſuram, vt notat Nauarrus *in manuali, cap. 27. numer. 68. verſic. Quinta, quod non eſt neceſſe,* Vgolin. *in hoc canone, ad verba, Quive illa, verſic. Poſtremo,* & Souſa *in expoſitione Bullæ Cœnæ, cap. 14. diſputat. 72. numer. 3. verſic. ſit tamen,* vbi concludit non ſolùm Magiſtratus in hanc cenſuram incidere, ſed etiam perſonas particulares facientes actiones prohibitas exerceri, vt apertè deducitur ex verbis illis, ibi: *Faciunt capi, & retineri.* quibus verbis excommunicantur non ſolùm, qui prædicta procurant, ſed etiam, qui ad inſtantiam faciunt. Quare in nullo caſu integrum eſt à mandatis Apoſtolicis appellare ad Curiam ſæcularem, quia appellatio eſt recurſus à minori ad maiorem iudicem, *l. 1. §. ſi quis in appellatione. ff. de appellat. & relat.* Goffred. & alij Summiſtæ *in titul. de appellationibus,* gloſſ. *in cap. 2. in verb. officiali, de conſuet. in 6.* Cardin. Iacobat. *tract. de Concil. lib. 10. artic. 3. numer. 1. tom. 13. part. 1. fol. 355.* & eſt communis, teſte Rebuff. *tract. de appell. num. 1. tom. 3. fol. 475.* Ergo, qui à Summi Pontificis mandato per appellationem ad iudices ſæculares recurrit, eos conſtituit ſuperiores ſummo Pontifice, quod non bene audit, nec poteſt ſtare cum fide Catholica.

Porrò integrum erit ad Curiam ſæcularem recurrere, quando damnum ſequitur irreparabile, aut quod difficile reparari poteſt, & eſt difficilis aditus ad Summum Pontificem, nec adeſt Magiſtratus Eccleſiaſticus, qui poſſit, & velit tantam iniuriam arcere, tunc licitus eſt recurſus ad Curiam ſæcularem, quòd ex litterarum executione ſequatur damnum ſupradictum. Probatur, quia defenſio eſt licita, vt notant ſcribentes *in l. vt vim. ff. de iuſtitia, & in Clement. ſi furioſus, de homicidio,* vbi Couarr. *part. 3. §. vni. num. 1.* & eſt defenſio de iure naturæ, vt contra Accurſium bene ſcribit Couarr. *num. 1. citato,* & Scacc. *de appellationibus, quæſt. 16. num. 3.* & de conſuetudine ab antiquo introductus eſt recurſus huiuſmodi tam in Hiſpania, quàm in Luſitania ad Curiam Regiam, & ad Regem quando iudices Eccleſiaſtici vi, & cenſuris opprimunt laicos, vel Eccleſiaſticos, quæ conſuetudo probatur à Couarr. *pract. quæſt. cap. 35. numer. 3.* Gregor. Lopez *in l. 13. titul. 13. part...* & Zeual. *practic. quæſt. tom. 4. quæſt. 897.* & in Hiſpaniis, & Galliis eſſe hoc indubitatum tradit Sayr. poſſe ſcilicet Reges tueri poſſidentes beneficia Eccleſiaſtica quando illa poſſident titulo etiam colorato, ne illis ſpolientur virtute aliquarum litterarum etiam Apoſtolicarum, niſi præmiſſa cauſæ cognitione, ſic ille *cap. 18. num. 7.* quod non approbat omnino Nauarrus *in manuali, cap. 27. numer. 70. verſ. ſecunda,* dicens difficulter probari poſſe illam conſuetudinem eſſe iuri conformem, cui accedere videtur Sayr. *ſuprà num. 8. ad finem,* hanc opinionem, & conſuetudinem recurrendi ad Regem, videlicet, non eſſe probabilem: eo, quia poteſtas laica non eſt ſuperior Eccleſiaſtica, & ideo de iure naturæ non poterit auctoritatiuè contra poteſtatem Eccleſiaſticam tueri innocentem, ſed ſolùm per viam ſupplicationis.

Contrà verò, quando violentia eſt manifeſta, & iniuria clara, & iniuſta, fas eſt recurrere ad Reges, qui tenentur impedire executionem litterarum Apoſtolicarum, ſiue recurrentes laici ſint, ſiue Eccleſiaſtici, cùm Regum officium ſit liberare de manu calumniatorum vi oppreſſos, vt *in cap. Principes 23. quæſt. 1. & in cap. Regum, eadem, quæſt. 5.* & conſtat ex praxi, & conſuetudine tanti temporis, cuius non eſt memoria, quæ eſt inſtar priuilegij, & habet vim conſtitutionis, ſeu diſpenſationis, *l. 1. §. denique. l. 2. §. apud, verſic. planè, ſi foſſa, ff. de aqua pluuia arcenda. cap. ſuper quibuſdam, §. præterea,* vbi gloſſ. *verb. non extat memoria, de verbor. ſignificat.* Afflict. *deciſ. 254.* Menochius *conſil. 43. num. 7.* quod intelligitur data capacitate inducendi vim priuilegij, vel præſcriptionis. Abbas *in cap. nouit, numer. 22. de iudiciis,* Felin. *in cap. audientes, numer. 6. de præſcriptionibus.* Quinimò conſuetudo immemorialis habet vim tituli, vt per Guttier. *practic. lib. 3. quæſt. 14. à num. 21. & quæſt. 17. a num. 289.* Camil. Borrel. *conſil. 3. a numer. 21.* Nam titulus præſumitur ex curſu temporis immemorialis, & curſus temporis habet vim priuilegij poſt tempus immemoriale, Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 131. num. 43. & ſequent.*

sequent. & conf. 90. *num.* 66. Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 19. & Barbos. *in d. cap. super quibusdam* 26. *num.* 6. & 7. Atqui ex priuilegio, seu ex facultate à Pontifice concessa potest iudex sæcularis aliquas clericorum causas expedire, & Papa fori priuilegio derogare, etiam in quibusdam, *cap. verum* 22. *distinct. cap. illud* 10. *quæst.* 3. Couarr. *pract. cap.* 31 *num.* 4. & 6. & Clar. §. *final. quæst.* 41. *num.* 7. Igitur sæculares iudices extante consuetudine immemoriali, quæ habet vim priuilegij, possunt clericorum causas cognoscere, & laicos oppressos liberare à iudicibus Ecclesiasticis, & præcipere Ecclesiastico iudici vt excommunicationem latam reuocet.

Nihilominus non est negandum hanc praxim, & consuetudinem si alicubi obseruatur, esse contrariam iuri canonico, quod est obseruandum in omnibus casibus, in quibus vertitur periculum animæ, vel vbi agitur de conscientia, præsertim in causis Ecclesiasticis, & illis annexis, vt tradunt Felin. *in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, num.* 5. Surd. *de alimentis, tit.* 7. *quæst.* 29. *num.* 11. Azeued. *in titul.* 2. *numer.* 17. & 18. *lib.* 2. *noua recopil.* Perez *in proœmio ordinament. quæst.* 3. & nostra lex Regia *lib.* 3. *tit.* 64. *in principio*, ibi: *siendo materia, que traga peccado*, & *ibi* Barbos. parens, & Barbos. filius *ad cap. primum, de noui operis nunciat.* Probatur *ex cap. qualiter, & quando, de iudiciis*, vbi notatur clericos ad forum seculare non esse trahendos à laicis etiam data ipsorum Prælatorum negligentia, vt Bellug. *in speculo Principum, rub.* 11. §. *dubitatur, numer.* 14. & *numer.* 15. *vers. indifferenter*, & *rub.* 18. *numer.* 8. & *rub.* 11. §. *videndum, num.* 15. Segura Dauilos *in directorio Iudic. Ecclesiastic. part.* 2. *cap.* 7. *num.* 10. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 14. *quæst.* 2. ex textu *in cap. filiis, vel nepotibus* 16. *quæst.* 7. vbi non probatur Archiepiscopis, vel Episcopis negligentibus adeundum esse Regem, vt gloss. *ibi verb. Regis*, dicere videtur, sed solùm probare Metropolitano rebus Ecclesiasticis abutente, esse nunciandum Regi, vt Metropolitanum admoneat, vt suo officio rectè fungatur, quem intellectum præstat Beller. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de fauore clericorum personali.* §. 2. *numer.* 24. atque ita non esse trahendos clericos ad forum sæculare ob negligentiam suorum Prælatorum, concludunt Morla *in Emporio iuris, part.* 1. *tit.* 2. *de iurisdict. omni. iudic. quæst.* 14. *num.* 3. & Carol. de Graff. *de effectib. clerical. effectu* 1. *à numer.* 395.

Ratio, quia ex praxi supradicta apertè deducitur laicos esse meros iudices Ecclesiasticos esse duntaxat executores, quibus sub pœnis à laicis præcipitur, vt excommunicatos absoluant, & remittant ad laicum forum causæ cognitionem, quod improbatur per Concilium Tridentinum *session.* 25. *de reformatione, cap.* 3. his verbis: *Nefas sit sæculari cuilibet Magistratui prohibere Ecclesiastico iudici, ne quem excommunicet, aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet sub prætextu, quod contenta in præsenti decreto non sint obseruata, cùm non ad sæculares, sed ad Ecclesiasticos hæc cognitio pertineat.* quibus verbis ostenditur quando agitur de exequendo aliquo mandato Apostolico, & compelluntur Ecclesiastici desistere à vi inferenda à laica potestate, nihil aliud esse, quàm impedire executionem litterarum Apostolicarum, quarum impedientes innodantur excommunicatione in Bulla Cœnæ Domini contenta in hoc canone 14. ibi, *vel executionem litterarum Apostolicarum, siue executorialium.*

Quamobrem non potest non probari hæc sententia, & improbari immemorialis consuetudo cognoscēdi de huiusmodi causis Ecclesiasticis ex tacito Romanorum Pontificum consensu sæcularibus Magistratibus facultatem inducente, quæ consuetudo habet vim legis, *cap. final. de consuetudine.* Quia responsio est in promptu, nimirum Pontificem nunquam probasse hanc consuetudinem, sed semper obstitisse, & pœnis propositis, ac censuris laicos compescuisse, decreuisséque, vt talia audentes personaliter compareant, & contra consentientes pronuncietur sententia condemnatoria, & vltra excommunicationem Papalem, quam incurrunt Bullarum Apostolicarum executionem impedientes iniustè, tenentur ad fructus deperditos, & expensas factas, Barbos. *de offic. & potest. Episcopi, allegat.* 79. *num.* 3. & 4. & Farin. *part.* 4 *cons.* 68. *decis.* 212. *numer.* 3. *in* 1. *collect.* Semper enim tales recursus improbantur, & recurrentes declarantur excommunicati, nec excusantur ob consuetudinem, quam etsi in totum Pontifex non tollat, sed inuoluntarius permittat in aliquibus partibus, propterea tolerat ad euitandum maius malum, & propter scandalum, in quo euentu scientia Papæ non excusat. Abb. *in cap. clerici, num.* 6. *de iudic.* Felin. *in cap.* 2. *de præscriptionibus*, Surd. *cons.* 301. *num.* 57. & *sequent.* & *cons.* 396. *num.* 33.

Neque obest *d. cap. Principes* 23. *quæst* 1. quia ibi tantùm dicitur Principes teneri Ecclesiæ patrocinari, præsertim, quando illa impeditur, ne sua potestate, & iurisdictione in rebelles vtatur. Multo minus vrget *d. cap. Regum*, cùm procedat erga subditos, qui sub eorum cura, ac iurisdictione, & protectione sunt. Nec confert consuetudinem assimilari priuilegio; nam quamuis similis sit, non est tamen priuilegium, præsertim quando possidentes priuilegium, vel consuetudinem etiam immemorialem, sint inhabiles, & incapaces; quales sunt laici ad priuilegium obtinendum, & ad consuetudinem faciendam pro iudicandis clericis, cùm sint incapaces iuris, & potestate spirituales, quam nullo vnquam tempore possunt præscribere, vt per Cassan. *in consuetud. Burgundiæ, rub.* 1. §. 2. *fol.* 26. Rebuff. *de decimis, quæst.* 13. *à num.* 67. Anastas. Germon. *de Sacrorum immunitat. lib.* 3. *cap.* 19. *à numer.* 50. Monet. *de decimis, cap.* 5. *à num.* 114. Azor *instit. moral. part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 36. *quæst.* 11. Suar. *de religione lib.* 1. *de decimis, cap.* 27. *num.* 3. qui omnes docent nulla præscriptione etiam immemoriali posse laicum ius percipiendi decimas consequi, cùm tale ius spirituale sit, & dependens à Sacramentorum administratione cuius laici sunt incapaces: ergo in nostro casu eodem modo laicus est incapax iuris, & potestatis spiritualis, nec potest illam ciuiliter possidere, & ex consequenti nullo tempore præscribere, *cap. causam*, & *ibi* scribentes, *de præscriptionibus*, Ioannes Andreas, & omnes *in cap.* 2. *de prabend. in* 6. Decius *in cap. decernimus, num.* 38. *de iudiciis*; tum, vel maximè, quia secundùm

cundùm veriotem sententiam Ecclesiastici iure diuino, & naturali sunt exempti à legibus ciuilibus Regum, ac Principum, vt notat Innocentius, & Hostiens. *in cap. 2 de maior. & obedientia.* Sequitur Bellet. *disquisit. clericalium, part. 1. titulo de fauore Clericorum personali.* §. 1. *num.* 17. Syluest. *verb. immunitas* 1. *quæst.* 4. *vers. secundum ad munera*, Angel. *eodem verb. num.* 33. *vers.* 11. Bellarmin. *lib. 2. de membris Ecclesiæ militantis, lib. 1. de clericis, cap.* 28. *prop.* 5. Molina *de iustitia, tract. 2. disp. 31. conclus. 1. & 3.* Azor *instit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 12. quæs.* 10. Garc. *de nobilit. gloss. 9. num. 1.*

Quod procedit in causis spiritualibus, & Ecclesiasticis: tunc enim exemptio à iurisdictione sæculari inducta est de iure diuino, glossa *in cap. si Imperator 96. distinct. & in cap. quamquam, de censibus, in 6.* Abbas *in cap. si clerici num. 23. de iudiciis.* Roland. *consil. 12. num. 44. volum. 2. & consil. 23. num. 10. eodem volum.* Diximus in causis spiritualibus, & Ecclesiasticis, quia in rebus temporalibus, & criminalibus ad spiritualia noo pertinentibus clerici sunt exempti, & eorum res non iure diuino, sed humano ex constitutionibus Summorum Pontificum, Couarr. *pract. quæst. cap. 31. vers. prima conclusio, & versic. secunda conclusio.* Nec propterea consuetudine contraria hæc exemptio tolli potest. *cap. clerici*, vbi glossa, & scribentes, *extra de iudic. cap. placuit, & cap. inolita 21. quæst. 1.* Roland. *dict. cons. 23. num. 9. volum. 2.* Couarr. *pract. cap. 31. num. 5.* Villalob. *in commun. opin. vers. clericus, num. 8.* & Clar. *in pract. crimin. quæst. 36. versic. sed ea retenta.* Nec dici potest Summum Pontificem conscium talis consuetudinis eam aliquando etiam inuoluntario permisisse, cùm in die Cœnæ Domini quotannis Bullam sciam solenniter publicari, in quo die abrogantur huiusmodi consuetudines, & priuilegia quæcumque etiam Imperatoribus, & Regibus indulta reuocantur.

Nec confert si vrgeas sufficere consuetudinem in vim priuilegij allegatam, vt laicus exerceat iurisdictionem io causis profanis clericorum, quia non sufficit, nisi probetur priuilegium per scripturam, vt decreuit Rota in vna Spoletana beneficiorum 31. Ianuar. 1594. coram Illustrissimo Mantica *decis. 260. numer. 6.* Non enim est verisimile, similia priuilegia dari contra Bullam in Cœna Domini, per quam singulis annis omnino reuocantur. Quare non sunt audiendi, qui affirmant posse à magistratibus Ecclesiasticis per vim, sed licitè censuris affectos recurrere ad Magistratus sæculares, vt eos defendant, & obligent Iudices Ecclesiasticos ab ea vi cessare, quia in primis iudex sæcularis nequit ad se trahere causas Ecclesiasticas, etiam si Episcopi, & his superiores fuerint negligentes in causis iudicandi. Nec sequitur inde manere delicta impunita, nec innocentes ab hominibus iniquis vi, & iniuria vexari: eo quia si Episcopi se in officio negligenter gesserint, ad Achiepiscopos datur recursus, & ab his ad Legatos, & Nuncios, & ab illis ad Summum Pontificem, apud quem iustitia administrabitur. Quamobrem iure optimo recurrentes ad Curiam sæcularem in causis Ecclesiasticis excommunicantur in hoc decimoquarto Canone, Vgolinus *de censuris Pontifici reseruatis hoc loco, part. 2. §. 1. num. 1.* Graff. *lib. 4. decis. cap. 18. num. 124.* & Sayr. *lib. 3. de censuris, cap. 17. num. 5.* dummodo appellantes non prætexant friuolam quandam appellationem, vt constat ex eadem Bulla, ibi: *prætexentes friuolam quandam appellationem.* vide Axor suprà, *cap. 14. quæs. 2.*

Ex quo sequitur in casu violentiæ, & iniuriæ manifestæ, vt diximus suprà *in hoc* §. 13. *vers. Porrò integrum est*, non incurri in hanc censuram, qui ad necessariam sui defensionem contra iniuriam, sibi iniustè illatam, & quam alia via non potest euitare, nisi ad Curias sæculares appellando, si appellet, quia in hoc canone excommunicantur prætexentes friuolam appellationem: atque ita non omnes excommunicantur, modò sub nomine appellationis non detur recursus ad Curias sæculares, Graff. Sayr. *vbi suprà, disp. 74. in principio.*

Secundò excusatur à censura hac, qui appellat ab Episcopis, & ab eorum Vicariis ad Iudices laicos: non enim de his loquitur Bulla, sed de appellantibus à Romano Pontifice, seu Legatis, Nuntiis, Præsidentibus Palatij Romani Pontificis, & Cameræ Apostolicæ, &c. ergo secus de aliis, argumento capitis *non ne, de præsumptionibus*, vbi inclusio vnius est exclusio alterius, Menoch. *de arbitr. casu 37. num. 22. & cons. 106. num. 314. & cons. 141 à num. 9.*

Tertiò non incidit, qui appellaret, seu confugeret ad iudicem Ecclesiasticum, sed, qui ad iudicem sæcularem. Quartò excusabitur pars contra quam emanata sunt huiusmodi rescripta Apostolica, vel prædictæ litteræ citationis, & similia, si renuat his obtemperare, quamuis non impetrauerit consensum Magistratuum, vel Principum. Ratio, quia renuentes ita obedire litteris Apostolicis, non dicuntur propriè confugere ad Curias sæculares, quod interdicitur in hoc canone, quia aliud est impedire executionem litterarum non permittendo illas publicari, & aliud est non obtemperare litteris, vel mandatis Papæ. Quare à separatis non fit illatio. *l. Papinianus, ff. de minoribus*, Sousa *supra, disp. 75. numer. 15.* Marius Alterius *de excommunic. Bullæ Cœnæ, disp. 14. cap. 2. fol. 656. col. 2. & sequenti.*

Quarta dubitatio, qui dicantur prætexere fri- 259.
uolam appellationem à grauamine, vel futura executione litterarum Apostolicarum? Responsio sit illos, qui friuolam appellationem prætexunt, hoc est, velant, seu causam aliquam non veram afferunt: atque ita appellatio friuola dicitur appellatio vana, & inanis, vt vult Geminian. *in cap. 5. cum appellationibus, numer. 5. vers. quæro quid importet*, & Franch. *num. 1. de appellationibus, in 6* Item dicitur friuola in qua nulla exprimitur causa, vel exprimitur minus legitima: idcirco appellatio friuola significat appellationem vanam, inanem, & sine iusta causa interpositam. Quinimo iudex admittens appellationem friuolam, peccat. Ang. Aret. *tract. de malef. in verb. præsente dicto Caio. num. 19.* Card. Alex. *in cap. 31. de priore, sub num. 3. de appell.* Roland. *cons. 73. si vidissem, sub num. 26. lib. 3.* & Lancell. *tract. de attent part. 2. cap. 12. amplia. 4. princip. num. 12. fol. 352.* & debet puniri, Scaccia *de appell. quæst. 11. sub num. 4. sub illatione 1 & quæst. 17. limita. 36. num. 3.* & Iudex à quo appellatur item fri-

uolè

uolè potest excommunicare tanquam contumacem. Abbas, Franch. Card. Alex. *in cap. 54. solicitudinem, not. 1. num. 1. de appell.* Ideo qui prætexunt friuolam appellationem à grauamine, vel futura executione litterarum Apostolicarum, incurrunt in hunc Canonem. Quoniam appellatio fuit inuenta ad patrocinium innocentiæ, non autem ad præsidium malitiosi appellantis. *cap. suggestum, & cap. ad nostram, de appellationibus*, Couarr. *pract. cap. 23. num. 6. col. 1.* Girond. *de priuilegiis seu exemptionum explic. num.* 743. Quare si quis sentit se grauatum ex litteris Apostolicis, aut ex decreto Papæ, ad illum est recurrendum, *cap. meminimus, & cap. ad hæc, de appellationibus.*

Nomine autem appellationis hoc loco intelligitur quilibet modus, quo quis solet confugere ad Curias sæculares, & ad laicam potestatem, siue confugiat per appellationem, siue per recursum, siue per supplicationem, vel inuocationem brachij sæcularis, vel quouis alio modo, vt constat ex Bulla, ibi: *Aut alias ad Curias sæculares, & laicam potestatem recurrunt*; hoc est, alio casu, vel alio quocunque modo, Tiraquel. *de retract. 1. part. gloss. 7. §. 1. verb. ou autres, num. 3. vers. sed & aliàs.* Et idcirco sensus illorum verborum erit, qui prætextu friuolæ appellationis, aut aliàs quocunque alio modo ad Curias seculares recurrunt, aut confugiunt.

260. Quinta dubitatio, quot sint species litterarum Apostolicarum? Responsio sit hoc loco duas esse species, quarum prima continet Bullas munitas sigillo plumbeo ad figuram Bullæ, quibus principaliter competit nomen litterarum Apostolicarum, describiturque in membrana, seu pergameno ad differentiam signaturæ, quæ in papyro scribitur, requiriturque quòd Bulla sit plumbo decorata, glossa *in Clementina vnica, in fine, de iur. iur. & cap. licet, de crimine falsi.* item, quòd plumbum sit appensum funibus, seu chordis sericis, si Bulla est gratiosa; si verò est Bulla iustitiæ, siue executoria filo cannabis appensum sigillum, seu plumbum erit, *d. cap. licet, & c. quàm graui, de crimine falsi.* Item necesse est, quòd Bulla sit iure munita: quia si quis propria auctoritate plumbum apponat, Bulla erit falsa, *d. cap. licet, de crimine falsi*, Rebuff *in praxi 3. part. signatura, tit. Bulla noua declaratio, ex num.* 11.

Secunda species continet Breuia Apostolica. Est autem Breue Apostolicum scriptura modica in paruis negotiis concessa, in papyro scripta sæpè, cera rubricata, annulo Piscatoris sigillata, ac Secretarij signo subscripta. De vtraque specie litterarum, Marius Alterius *de excommunicatio. Bullæ Cœnæ, in disp. 1. cap. 1. per totum*, post Rebuffum *vbi suprà, tit. de Breui Apostolico, ex num.* 16. vbi *num.* 18. describit rationem ob quam Breue Apostolicum dicatur ita, nimirum, quia breuibus verbis fit, & in breuibus materiis soleat concedi, & summatim negotium contineatur, nimirum sine præfationibus; & ideo dicitur scriptura concessa in paruis negotiis: nam in arduis fit Bulla, dicitur in papyro descripta Breuis, vt distinguatur à Bulla, quæ non nisi in membrana describitur, quamuis aliquando Breue in membrana conscribatur, sed frequentiùs in papyro. Quare hoc loco prætexentes appellationem friuolam à grauamine, vel futura excutione litterarum Apostolicarum etiam in forma Breuis, tam gratiam, quàm iustitiam concernentium, qui ad Curias sæculares, & laicam potestatem recurrunt, incidunt in hanc censuram, quia hoc modò impediunt, ne partes exequi possint litteras Papæ, siue sint expeditæ per modum Bullarum, siue in forma Breuis.

Sexta dubitatio, vtrùm licitum sit examinare litteras Apostolicas priùs quam executioni tradantur? Pars negans ex eo probatur ex verbis huius canonis, quæ sic habent, ibi: *Qui eve illa simpliciter, vel sine eorum beneplacito, & consensu, vel examine executioni demandari debeant.* quibus verbis excommunicantur quicunque Magistratus, seu Iudices laici, vel Ecclesiastici impedierint, quacunque ratione, ne litteræ, & alia prædicta executioni tradantur. Probatur ex illo verbo *simpliciter*, per quod incurritur excommunicatio à prohibente generaliter, ne litteræ Apostolicæ habeant executionem, quia impediens hoc modo simpliciter dicitur impedire. *l. quotiens tutor. §. vltimo ff de administr. tutor. cap. Religiosus, §. sanè, verb. simpliciter.* At verò, qui prohibent, ne prædictæ litteræ mandentur executioni, nisi priùs videantur, & examinentur à Magistratibus, siue sæcularibus, siue Ecclesiasticis; & de eorum consensu, aut beneplacito expresso fiat executio tunc, qui hoc decernunt, dicuntur impedire non simpliciter, sed secundùm quid, & vtrique incidunt in hunc Canonem. in quam partem inclinat Azor. *instit. moral. 1. part. lib. 5. cap. 14. vers. quarto quæritur*, vbi docet litteras examinare, cùm sint dubiæ, & incertæ ne sint, an falsæ, nec ne; pertinere ad Ecclesiasticos; non verò ad profanos Iudices, cùm secundùm Canones, non verò secundùm leges iudicandum sit, an huiusmodi litteræ sint veræ, an subreptitiæ, an secus Quoniam laici iudices potestatem Ecclesiasticam iure non habent, nec habere possunt iure præscriptionis; eo quia iuris, & potestatis spiritualis, & Ecclesiasticæ capaces non sunt; nec consuetudo iure Canonico vim obtinet, nisi fuerit præscripta, *in cap. non est, de consuetudine, in 6.* atque ita ex priuilegio Papæ possunt laici id efficere, & tenentur si fecerint, priuilegium exhibere.

Pars autem affirmans in contrarium, videlicet integrum esse ciuilibus Magistratibus litteras Apostolicas de causis spiritualibus, & Ecclesiasticis examinare falsæ nec ne sint, vel subreptitiæ, an legitimæ, docet Couarr. *practic. cap 35. ex num.* 1. sequitur Viuald. *in explanatione Bullæ Cœnæ, à num.* 102. Zaualus *tom. 4 pract. quæst.* 897. *à num.* 292. & 319. & multo antè Driedo, quem ipsi referunt, ac sequuntur *lib. 2. de libertate Christiana, cap. 2.* dicentes id esse licitum ex vsu, & consuetudine in multis Catholicorum Principum Tribunalibus obseruata, probatúrque ex *cap. si quando, de rescriptis*, vbi dicitur, quando præceptum Superioris est iniustum, durum, aut asperum, nollo modo esse tradendum excutioni, & teneri impedientem illud secundam iussionem expectare, Padil. *in l. causas, num. 4. Cod. de transactionibus*, Bobadil. *in sua politica, lib. 1. cap. 13. num. 43.* Valdez. *ad Suar. ad leges Regni, §. est alius casus, notab. 1 2. vers. aliud est euidenter, pag.* 100. & Graff. *in decis. aure. part. 1. lib. 2. cap. 10. num. 21.* & Couarr. *vbi suprà cap. 35. num. 6.*

261. Fauet *cap. ad aures, de rescriptis; & cap. cùm teneamur, de prebendis*, vbi decernitur gratiam Apostolicam cum scandalo non esse exequendam, ibi:

ibi: Aut si non potest ei sine scandalo prouideri, Azeued. l.14.n.29.tit.3. lib.1. noua Recopil. Iuuat Graff. decis. part.2. lib.3. cap.25. num.8. textus in cap. si Dominus, & in cap. qui resistit. 11. quaest.3 glossa in cap.2. in verb. Principi, & in verb. Morte, de maior. & obed. quia quamuis mandatis Principis sit parendum, & non obediens pœna mortis puniatur, vt per Clar. §. final. quaest.60. vers. solet dubitari, Menoch. de arbitrar. casu 365. à num.1. & cons.28. num.3. & 4. Peres gloss.1. l.13. tit. 19. lib 8. ordinamenti, & Farin. in praxi crimin. part. 3. quaest.9. num. 2. id declaratur, dummodo praeceptum sit iustum, secus si iniustum, Marsil. in l.1. num.121. ff. ad l. Cornel. de sicar.

Quare dicendum est non esse omnino negandum integrum esse discutere interdum cum debita reuerentia, & humilitate litteras Apostolicas, quando sequi possunt ex earum executione damna aliqua, ad Summum Pontificem instruendum de huiusmodi damnis, ita Caiet. tom. 1. opuscul. tract. 1. cap. 27. §. ad secundam rationem, Victoria in relectione de auctor. Papae, & Concilij, propositione 22. ratio, qui Summus Pontifex potest aliquando propter importunitatem non concedenda concedere, vt ait gloss. in d. cap. si quando, verb. qualitatem negotij, ex quo deducitur rescripta ob importunas preces concessa, non executioni mandanda, quam intentionem voluisse habere concedentem notat Azeued l.14. num.44. tit.3. lib.1. noua recopil. & praesumuntur rescripta subreptitia per nimiam importunitatem petentium obtenta, Sousa de censuris Bullae Coenae cap. 14. disp. 76. num.3. Azor. instit. moral. part. 1. lib.5. cap. 13. quaes. 9. & Sanch. de matrimonio lib.4. d. disp.7. num.4. vers. & melius.

Suffragatur glossa in cap. sunt qui opes, verb. non iudicio 12. quaest.4. & cap. sua, verb. importunitatem, de praebendis, & ibi Imola num. 2. & Rebuff. tit. de rescriptis art. 2. glossa 3. versic. Item non valet electio, dum volunt electionem factam ad importunum clamorem populi, non subsistere. Quinimo votum per importunitatem, & impulsum aliorum emissum non tenere, vult glossa in cap. sunt, qui opes, verb. non iudicio 12. quaest. 4. & Peralta l. si quis, in principio num. 93. ff. de legatis 3. Sed verius est votum solum esse inualidum si fiat propter metum cadentem in constantem virum. Id tamen propterea asserunt, quia preces importunae aequiparantur metui viri constantis. Quae omnia quoad rem nostram, cùm rescripta per nimiam importunitatem aliquando extorqueantur, & ex consequenti non valeant, c. audacter 8. quaest.1. cap. vnusquisque 22. quaest.4. integrum erit litteras Apostolicas examinare, ac diligenter contemplari, vt Summus Pontifex cum omni humilitate, atque obedientia de inconuenientibus fiat certior, arg. cap. si quando, de rescript. & l. si vendicari, C. de poenis.

Accedit Regum proprium esse occurrere violentiis, & excessibus vasallorum, cap. Regum, 23. quaest.5. concordata cap.26. Cabed.1. part. decis. 76. num. 3. quando iniustè à iudicibus Ecclesiasticis ipsi opprimuntur, debent enim salua semper in omnibus Summi Pontificis auctoritate obuiare violentiis à potestate Ecclesiastica illatis, vt resoluit Gregorius Lopez, quando iniuste inferuntur, l. 13. verb. Nin fuersa. tit. 13. part. 2. Auendan. de exequen. mand. lib.1 cap.1. n. 32, versic. Nam cum. Ioseph. de Sesse de inhibit. cap. 8. §. 3. num. 25. & Morl. in emporio iuris, part.1. tit.2. quaest.14. ex n. 5. cum sequentibus, & num. 9. cum duobus sequentibus, vbi probat iure etiam posse defendi examen litterarum Apostolicarum, quarum executio aliquando differtur, vt interim Summus Pontifex fiat certior de multis grauaminibus, quibus Hispani opprimuntur ex impetratione ipsarum litterarum, quae falsis precibus impetrantur. Quod fieri posse tradunt Couar. in practicis quaest. cap. 35. num. 6. Non enim est inconueniens differri executionem litterarum, quando maius damnum timetur, aut scandalum ex earum executione sequitur, Nauarr. in cap. inter verba. 11. quaest. 3. corol. 53. Perez in l.2. tit.6. lib. 1 ordinamenti pag. 150. col.1. in fine, & Sotus de tegendo secretum, memb.3. quaest.2. conclus. 1. & 2. Adrianus quolibeto 2. verb. pro solutione. Nec obest mandari exequi ipsas litteras sub censuris, quia non videtur superioris mandatum spernere, qui ex causa iusta differt executionem, & ex consequenti non videtur incurrere censuram, iuxta Cardinalem in cap. si quando, de rescriptis, praesertim si interponatur supplicatio, quae de iure canonico suspendit effectum, vt tradit Hostiens. in cap. pastoralis, de appellationibus, & ibi Panormitanus in §. verum, num. 8. vbi Additionator, quod non puto verum, ex traditis in cap. ex litteris, de in integrum restitutione, vbi datur locus supplicationis ad Superiorem, sed pendente supplicatione mandatur sententia executioni praestita cautione, quòd omnia restituet, Afflict. dec. 341. Lancellot. de attentat. part.2. cap.19. num. 16. & 17. Bander. in tract. redditionum conclus. 20. num. 58. Caldas Pereira in l. si curatorem, verb. per quod, num. 32. de in integ. restit. & Velasc. consult. 51. num. 28.

Nihilominus interposita supplicatione, quando timetur scandalum, vel aliud graue damnum, differri potest executio litterarum, quo vsque fiat certior Pontifex de praeiudicio, quod sequitur ex litteris impetratis, si mandentur executioni, & non retineantur à Regiis Tribunalibus, vt fit in Hispania, teste Couarr. suprà cap.36. num.3. & apud Gallos, teste Rebuffo in praxi beneficiali 3. part. signatura, verb. nec non iure patronatus, num. 12. & 36. Cosin in pragmatic. sanct. in prooemio §. caeterùm, verb. eneruantur fol. 41. sicut etiam retinentur litterae contra decreta Concilij Tridentini, si quae concedantur à Pontifice Maximo. Secus quando litterae Apostolicae contra tertiam personam nullam continent violentiam, vel iniustitiam; de qua non est opus Pontificem de nouo informare: tunc enim, qui eas retinuerit, vel curauerit, vt non habeant executionem, nisi priùs approbentur, vel discutiantur, incidet in censuram huius canonis, cùm sine vlla causa eas retineat, Sousa cap.14. disp. 76. & patet ex verbis Bullae.

Septima dubitatio, quid importent verba illa, 262.
sine eorum beneplacito, & consensu, vel examine? Dic ad incurrendam hanc censuram non esse opus, vt haec tria, beneplacitum, scilicet, consensus, & examen simul concurrant, sed sufficere, vt aliquid vnum ex his tribus seorsum existat: cùm Bulla loquatur disiunctiuè, & vnumquodque eorum aequè Sedi Apostolicae praeiudicet, quamuis verba illa tria quasi idem sibi velint. Vbi nota non prohiberi hoc loco, ne Princeps, vel eius Magistratus discutiant, aut examinent litteras Apostolicas, sed solùm, ne prohibeant, vel impediant illarum executionem absque eorum consensu, vel
beneplacito, aut examine. Quam obrem si petatur 263.
à Principe, vel ab eius Magistratibus consensus, seu beneplacitum, debet apponi subscriptio: Placet, seu fiat, aut exequatur, quod si quis simpliciter

de

determinet, ne litteræ Apostolicæ habeant executionem, aut intendant omnes litteras examinare, etiamsi nihil contineant contra bonum cõmune, aut particulare, vel impediat, ne sine Principis, vel Magistratuũ examine quasi ipsũ ante executionẽ exigatur, executioni tradantur, inuoluitur censura huius canonis, Sousa *vbi supra disp. 76. num.* 10. Marius Alterius *disput. 14. cap. 2. verb. simpliciter fol. 656. & fol. 657. column. 1. versic. Respondeo, &*
264 *primò dico, & versicul. Quartò dubitatur*, vbi vult mandantem alteri, vt recurrat ad Curiam sæcularem ad impediendam executionem litterarum, & aliorum decretorum ligari hoc canone; sicut & mandatarium ex verbis Bullæ: Qui per se, vel per alios publicè, vel occultè prohibita commiserint; quamobrem non solùm mandantes, sed etiam rata habentes, quæ fuerint commissa nomine ipsius, incident in censuram saltem in foro conscientiæ, & in foro externo, si ratihabitio probari potest, argumento *cap. cùm quis, de sentent. excommun. lib. 6.*

Excommunicatio decimaquarta contra impedientes litterarum Apostolicarum, aut aliarum expeditionum executionem, & contra auocantes causas Ecclesiasticas ab Ecclesiasticis iudicibus, sic habet:

§. XIV.

ITEM excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, qui per se, vel alios authoritate propria, ac de facto quarumcunque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & litterarum Apostolicarum prætextu beneficiales, & decimarum, ac alias causas spirituales, & spiritualibus annexas, ab Auditoribus, & Commissariis nostris, aliisque Iudicibus Ecclesiasticis auocant, illorumve cursum & audientiam ac personas, Capitula, Conuentus, Collegia, causas ipsas prosequi volentes impediunt, ac se de illarum cognitione tanquam iudices interponunt. Quive partes actrices, quæ illas committi fecerunt, & faciunt ad reuocandum, & reuocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias litteras in eis decretas, & ad faciendum, vel consentiendum eos contra quos tales inhibitiones emanarunt, à censuris, & pœnis in illis contentis absolui per statutum, vel aliàs compellunt, vel executionem litterarum Apostolicarum, seu executorialium processuum, ac decretorum prædictorum quomodolibet impediunt, vel suum ad id fauorem, consilium, aut assensum præstant, etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætentionum, seu etiam donec ipsi ad Nos informandos, vt dicunt, supplicauerint, aut supplicari fecerint, nisi supplicationes huiusmodi coram Nobis, & Sede Apostolica legitimè prosequantur, etiamsi talia committentes fuerint Præsidentes Cancellariarum, Conciliorum, Parlamentorum, Cancellarij, Vicecancellarij, Consiliarij, Ordinarij, vel extraordinarij, quorumcunque Principum sæcularium, etiamsi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacunque præfulgeant dignitate, aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, commendatarij, seu Vicarij fuerint.

EPITOME.

265. *Summa huius canonis, & in quo differat à præcedenti.*
266. *Materia huius canonis, quæ sit, & quot sint actiones principales prohibitæ, & quot accessoria?*
Causa verò, quæ sint? ibid.
267. *Quot sint personæ contra quas fertur hæc censura.*
268. *Vtrùm feratur hæc censura contra personas Ecclesiasticas & sæculares?*
269. *Sæculares Magistratus, & alij priuati quomodo poterunt licitè se defendere, & causas suas contra Ecclesiasticos?*
270. *Aduocare causas de vno Tribunali ad aliud quid sit, & quando fiat cum excommunicatione, & quando sine illa?*
271. *Compellentes actorem, aut reum, qui apud iudices Romanæ Curiæ causas habent, vt acta facta reuocent, vtrùm incidant in hunc canonem? & quando non incidant?*
272. *Quæ causæ spirituales, vel Ecclesiasticæ possint tractari apud Magistratus sæculares sine excommunicatione?*
273. *An Magistratus laici cogentes iudicem Ecclesiasticum, vt cesset a vi illata, vel inferenda, incurrant in hanc censuram?*
274. *Causæ mixtæ in quibus quæstio facti tractatur, sed additur aliquid iuris spiritualis, an possint expediri sine metu excommunicationis a iudice laico?*
275. *Non est integrum sæculari auocare causas Ecclesiasticas ob negligentiam iudicis Ecclesiastici.*

HÆc excommunicatio est lata cõtra auocantes ad se spirituales causas à Summo Pontifice commissas virtute litterarum Apostolicarum, 265
& ita non obediunt mandatis illius prout debent, imò impediunt executionem tacitam litterarum. In quo hæc censura præcedenti est similis, Suar. *hoc loco num. 75.* quoniam vtraque fertur contra prohibentes, impedientes, & retardantes litterarum Apostolicarum executionem. Differunt tamen ob diuersos fines, quia in hoc canone propriè, & per se commendatur protectio, & defensio causarum beneficialium, decimarum, & aliarum causarum spiritualium, vel spiritualibus annexarum, vt iudex, cui earum cognitio non competit, de illis nullo modo præsumat cognoscere, nec audeat se in illis expediendis intromittere.

Canon est vniuersalis, cùm comprehendat omnes, & singulos, & neminem excludit, nam dictio *omnis*, & *singuli* includit omnes simul, & singulos separatim, & per se sumptos; & comprehenduntur tam sæculares, quàm Ecclesiastici cuiuscunque Ordinis, status, & dignitatis fuerint, glossa *in cap. vt circa, post medium, in verb. omnia, & singula, de electione lib. 6.* & Rebuff. *super concord. in forma littera. exec mandat. Apost. in verb. omnia, & singula, pag. 633.*

Nec obest dicere hanc excommunicationem latam videri contra Principes, & Dominos sæculares se ipsos constituentes iudices Ecclesiasticorum. Quia etiam extenditur ad personas Ecclesiasticas, si præsumpserint alia auctoritate, quàm

Ecclesiastica se ipsas constituere iudices personarum Ecclesiasticarum, Caiet. *in summa verb. excommunicatio cap. 29. in fine*, Nauarr. *in manuali cap. 27. num. 70. in principio*, vbi ait affici excommunicatione omnes committentes in hoc canone prohibita auctoritate iudiciali laica.

266. Materia huius canonis est sacrilegium contra Sedis Apostolicæ auctoritatem in causarum spiritualium, & spiritualibus annexarum cognitione, & in litterarum Apostolicarum executione, vt inquit Caiet. *in summa verb. excommunicatio cap. 30.* Sayt. *lib. 3. de censuris cap. 18. num. 2.* Marius Alterius *excommunicatio 14. in principio, versic. materia.*

Actiones principales sunt numero quinque, quæ prohibentur, siue per se, siue per alium exerceantur. Prima, auocare causas spirituales, vel spiritualibus annexas, à quibuscunque Auditoribus, vel iudicibus Ecclesiasticis auctoritate propria & de facto prætextu quarumcumque exemptionum, gratiarum, vel litterarum Apostolicarum. Secunda actio est impedire cursum, & Audientiam illarum causarum, vel impedire personas, Capitula, Conuentus, Collegia volentia causas ipsas prosequi, ac se de illarum cognitione tanquam iudices interponere. Tertia compellere partes actrices, quæ committi fecerunt prædictas causas ad reuocandum citationes, inhibitiones, vel alias litteras in eis decretas. Quarta compellere easdem partes actrices ad faciendum absolui à censuris, & pœnis, contra quos inhibitiones emanarunt, aut vt consentiant eos absolui. Quinta impedire quomodolibet executionem litterarum Apostolicarum, seu processuum executorialium, & decretorum prædictorum, etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel alia intentione, donec supplicauerint ad Summum Pontificem, aut supplicare fecerint ad ipsum informandum, nisi tales supplicationes prosequantur legitimè apud Sedem Apostolicam. Actiones autem accessoriæ prohibitæ, sunt tres. Prima præstare ad hæc enarrata fauorem. Secunda consilium dare. Tertia præbere assensum. Hæc omnia patent ex tenore huius canonis.

Causæ autem ad quas huiusmodi actiones interdicuntur, sunt tres, aut quatuor, beneficiales videlicet, Decimales, item causæ spirituales, aut spiritualibus annexæ. Quare, qui auctoritate propria ac de facto, id est, contra iuris dispositionem ex propria voluntate, quia sic illis videtur, & placet, iuxta illud cui pro ratione voluntas, aut prætextu exemptionum, vel aliarum gratiarum, & litterarum Apostolicarum quarumcunque auocant ad se causas beneficiales, spirituales, nec non spiritualibus annexas, incidunt in hanc excommunicationem.

Ex quo sequitur non solùm ligari excommunicatione exercentes aliquam actionem ex prohibitis in hoc canone etiam sub prætextu quarumcumque exemptionum, sed etiam, qui absque illo prætextu, & ex mera voluntate, vel ex consuetudine sui officij, vel alio quocunque modo aliquid ex prohibitis exercent, vt deducitur ex verbis, *Auctoritate propria, & de facto.* quibus verbis ostenditur etiam incidere in hunc canonem, qui sine vllo omnino prætextu delinquunt. Et quamuis Pontifex dicat, auctoritate propria, & de facto, prætextu exemptionum facientes contra hunc canonem, ligari excommunicatione, & non meminerit illorum, qui sine vllo prætextu priuilegiorum, & gratiarum auocant causas spirituales ab Auditoribus Sedis Apostolicæ: dicendum tamen est Summum Pontificem voluisse exprimere causam, quæ vtplurimum afferri solet ab auocantibus causas ad suum delictum tegendum, & cohonestandum, & ideo vsus est verbis, *qui prætextu exemptionum, priuilegiorum, & gratiarum prohibita committunt*, vt notum sit tales gratias, & litteras Apostolicas, vel esse falsas, & re vera minimè fuisse concessas, vel vt ostendatur nullius roboris esse, ac momenti. Adde vel à illa, *Auctoritate propria, & de facto*, in principio huius canonis posita, extendi ad illos, qui auocant causas sine vllo prætextu exemptionum, & ideo contra illos multo fortiùs excommunicatio locum habebit, ne ipsi sint melioris conditionis, cùm nullo prætextu se tueantur.

Porrò causæ spirituales coram Ecclesiastico iudice tantùm cognosci, ac finiri possunt, ac debent: aliqua enim sunt spiritualia per essentiam; & eorum quædam sunt incorporalia, vt sunt virtutes, & dona Dei. Quædam corporalia, vt Reliquiæ Sanctorum, *cap. 1. & 2. de Reliquiis, & vener. Sanctorum.* Quædam sunt spiritualia per causam, quia sunt causa gratiæ. Quædam dicuntur spiritualia, quæ dependent à potestate spirituali, vt absolutio à censuris, *cap. ad aures, de simonia*, & pretium recipere pro absolutione ab excommunicatione, materia est simoniæ, Suar. *de Religione tom. 1. lib. 4. de simonia cap. 19. num. 6. & cap. 50. num. 21.* Reginal. *in praxi fori pœnitentialis lib. 23. num. 112. in fine*, vbi idem docet de actu ferendi censuras, & quamuis glossa *in d. cap. ad aures, verb. absolutionis*, opinetur posse excommunicatum pecunia redimere vexationem, vt absolutionem obtineat ab excommunicatione: oppositum tradit Innocentius *in d. cap. ad aures*, quamuis Azor *instit. moral. part. 3. lib. 12. cap. 11. versic. quæres*, putat esse probabilem opinionem glossæ, si excommunicato immineat aliquod præiudicium ex absolutione dilata, nimirum, quia speratur eligi, vel debet eligere: secus quando nullum sequitur præiudicium excommunicato; ex eo quòd absolutio differatur, sed de his alibi.

Vltra hæc, alia etiam sunt spiritualia ratione officij, qualia sunt ministeria Ecclesiastica, quæ ad diuinum cultum feruntur, *cap. ad nostram, de simonia*, vbi omnes actus procedentes à potestate ordinis sunt materia simoniæ, Suar. suprà *cap. 13. num 2. & cap. 9. num. 6.* Denique reliqua, quæ cultui diuino per benedictionem addicuntur, sunt spiritualia, quia benedictio à sola potestate supernaturali, & spirituali manat, Nauarr. *in cap. non liceat 12. quæst. 2. §. 17. num. 7.*

Annexa autem spiritualibus ea dicuntur, quæ connectuntur cum rebus spiritualibus, & ad illarum vsum deputantur, puta ius patronatus. Quam obrem causæ omnes spirituales, & spiritualibus annexæ à iudice Ecclesiastico iudicari debent, quia annexorum, & connexorum idem est iudicium. Gitonda *de priuilegiorum, & exemptionum explicatione, num. 750.* & quamuis iurispatronatus causa non est simpliciter spiritualis, sed spirituali tantùm iuri coniuncta, non nisi à iudice Ecclesiastico iudicari debet, habetur *in l. Regia lib. 1. tit. 1. §. 7. & ibi* Barbos. parens, & apud Hispanos *l. 56. tit. 6. part. 1.* Couarr. *practicarum cap. 36.* Cabed. *de patronatibus Regiæ coronæ cap. 5. num. 5. & cap. 49. à num. 1. & decis. 120. num. 3. & arest. 91. part. 2.* & Caldas Pereira *in quæst. fore s. cens. 5. num. 6. & 7.*

quibus

quibus probatur esse competens iudex Ecclesiasticus in spiritualibus annexis, Marant. *de ordin. iudic. part. 4. distinct. 11. num.* 8. & Carol. de Graff. *de effectib. clericalibus effectu 1. num.* 401. Atque ita quicumque præsumit auocare à iudicibus commissariis Sedis Apostolicæ causam aliquam de decimis, de beneficiis, vel de iure eligendi, seu præsentandi, nec non conferendi, vel instituendi: similiter de iurisdictione Ecclesiastica, aut de Sacramentis, seu de censuris, vel de rebus rei spirituali annexis innodatur hac excommunicatione, etiamsi auocatio fiat sub prætextu quarumcumque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & aliarum litterarum Apostolicarum.

Prætextus autem sub quibus auocantes se possunt excusare ab hac censura iniustè, & ideo non excusantur ab illa, sunt sex. Primus est prætextus quarumcumque exemptionum. Secundus est prætextus gratiarum. Tertius prætextus litterarum Apostolicarum. Quartus prætextus violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætensionum. Quintus prætextus informandi Summum Pontificem. Sextus prætextus supplicandi, aut supplicare faciendi, nisi supplicationes apud Summum Pontificem & Sedem Apostolicam legitimè prosequantur, quæ omnia patent ex littera huius canonis, Sayr. *cap.* 18. *hoc loco num.* 2. *ad finem.*

267. Prima dubitatio contra quas personas feratur hæc censura? constat ex tenore illius, nimirum contra Præsidentes Cancellariarũ, Conciliorum, & Parlamentorum. Item contra Cancellarios, & Vicecancellarios. Similiter contra consiliarios tam Ordinarios, quàm extraordinarios quorumcumque Principum sæcularium, etiamsi Imperiali vel Regali dignitate præfulgeant. Fertur etiam contra Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, Commendatarios, & vicarios, siue ipsi per se, siue per alios auocent causas spirituales, aut earum cursum impediant, & cæteras actiones tam principales, quàm accessorias in hoc canone prohibitas exerceant.

268. Secunda dubitatio, an hæc censura feratur contra sæculares, & Ecclesiasticas personas? Responsio est affirmatiua. Vnde Ecclesiastici constituti à Principe sæculari iurisdictione laica, si causas Ecclesiasticas ad se auocauerint, incident in hanc censuram, Caiet. *in summa verb. excommunicatio cap.* 29. quem sequitur Suar. *de censuris disp.* 21. *sect.* 2. *num.* 76. quod etiam tamquam probabile sentit Sayr. suprà *num.* 5. quamuis cum Nauarro *in manuali cap.* 27. *num* 71. §. *declaratio* 1. credat hanc censuram non extendi, nisi ad seculares tantùm, qui propria auctoritate iudiciali, & laica exercent actiones hoc loco prohibitas, quæ sententia non omnino mihi satisfacit: quia hic canon indistinctè loquitur contra omnes auocantes causas Ecclesiasticas ad iudicium sæculare. Confirmatur ex verbis ad finem canonis positis, quæ sic habent: *Archiepiscopi, & Episcopi.* Igitur non euadunt hanc censuram Ecclesiastici, qui causas Ecclesiasticas ab Ecclesiasticis iudicibus auocant auctoritate sæculari ad se.

Non incidunt tamen in hanc censuram Ecclesiastici auocantes auctoritate etiam Ecclesiastica ad se causas Ecclesiasticas, eo quia auocatio, quæ hoc loco interdicitur; illa est, per quam libertas Ecclesiastica violatur: qualis non est per quam auocantur causæ Ecclesiasticæ ad Ecclesiasticum iudicium: tunc enim non offenditur libertas Ecclesiastica, nisi quando alia, quàm Ecclesiastica auctoritate auocatio exercetur auctoritatiuè, vt deducitur ex verbis illis huius canonis ibi: *Auctoritate propria, ac prætextu quarumcumque gratiarum, exemptionum, ac litterarum Apostolicarum*, Suar. suprà *numero* 75. Sayr. *numero* 5. citato.

Tertia dubitatio quomodo sæculares Magistratus, & alij priuati poterunt licitè se defendere, & causas suas contra Ecclesiasticos? Videtur respondendum de iure naturæ licitum esse protegere innocentes, præsertim Principibus, & Magistratibus contra potestatem Ecclesiasticam. Nihilominus hoc loco tollitur hic modus defendendi per verba hæc: *Etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætensionum.* Proinde talis prætextus non excusat ab hac excommunicatione, cùm ostendatur expressè in hoc canone alia via se defendendi, nimirum per supplicationem, atque ita non est integrum Principibus, & Magistratibus impedire executionem quarumcumque litterarum Apostolicarum, qui prætextu violentiæ prohibendæ, eo quòd in hoc casu per viam supplicationis violentia tolli potest. Sayr. *de censuris lib.* 3. *cap.* 18. *num.* 6. Nam quando violentia infertur à Magistratibus Ecclesiasticis, & ad illam tollendam sit eundum ad iudices sæculares, illicitum est causam auocare, nisi priùs Ecclesiastici iudices superiores requisiti, & rogati noluerint accurrere. Est enim in causis Ecclesiasticis gradatim ab inferioribus ad superiores eundum *l. Imperatores.* 21. *in principio, ff. de appellationibus*, Marantà *de ordine Iudiciorum part.* 6. *cap. de appellat. à num.* 368. Sigismund. Scaccia *de appellationibus quæst.* 7. *à principio*, ita nimirum, vt inter iudices Ecclesiasticos ab Archidiaconis, & aliis inferioribus detur appellatio ad Episcopum, & ab Episcopo ad Archiepiscopum, *cap. dilecti.* 66. *de appellat. & cap. Romana, eodem titulo, in* 6. Azor *instit. moral. lib.* 5. *cap.* 14. *part* 1 *quæst.* 6. Atque ita si iudex sæcularis prætermisso ordine hoc Ordinario in tali causa se interponat, facit contra libertatem Ecclesiasticam, ad cuius iudicem pertinet vim, & iniuriam illatam tollere, & ideo ad iudicem Ecclesiasticum per viam supplicationis recurrendum est, vel ad Sedem Apostolicam, vt patet ex verbis huius canonis, ibi: *donec ad Nos informandos supplicauerint, aut supplicari fecerint.* quæ clausula posita fuit à Pio Quinto in Bulla Cœnæ edita anno de 1568. ad tollendum hunc prætextum satis communem. Itaque Magistratus sæcularis, qui hoc prætextu violentiæ prohibendæ litterarum executionem impedierit; incidet in hanc censuram, si interrupto ordine seruando in processu Ecclesiastico auocauerit ad se causam, Sayr. *de censuris d. cap.* 18. *num.* 9. *&* 10. 269.

Quòd si vrget iudex Ecclesiasticus, & sequitur iniuria irreparabilis, vel quæ difficile reparari potest, & Summus Pontifex longè abest, & est periculum in mora, excusabitur à censura iudex sæcularis, si causam Ecclesiasticam ad se auocet, Couar. *practi carum quæstionum cap.* 35. *num.* 3. Gregorius Lopez *in l.* 13. *titul.* 13. *part....* Parlador. *lib.* 3. *differ.* 9. §. 4. *numero* 24. & probatur ex *Clementina Pastoralis, de sententia, & re iudicata, circa finem*, & deducitur ex *cap. cùm contingat*, & *ibi* Abbas; *numero* 27. *de foro compet.* vbi licita est defensio; sequitur Sousa *disput.* 75. *de Bulla Cœnæ num.* 3. *& sequentib. & disp.* 78. *n.* 3. *& n.* 5. vbi cum aliis vult quando iudex Ecclesiasticus Regis supplicationẽ noluerit audire; nec violentiam voluerit auferre; licitum

licitum eſſe illum compellere per bonorum temporalium ablationem, quæ doctrina eſt etiam Couarruuiæ *practicarum quæſt. cap. 35. num. 3. §. Aduerſus verò*, vbi pro hac parte refert Carolum de Graſſis *lib. 2. Regal.* & alios ab eodem Souſa relatos, dummodo cauſa ſit magni momenti, quia in paruis, & in modicis non eſt conueniens, nec decet, cùm maius inde ſequatur ſcandalum, quàm commodum, nec modica ſunt in conſideratione. *l. ſi oleum, §. final. ff. de oleo legato, gloſſ. 1. in cap. ſi proponente 41. de reſcriptis.* Azor ſupra *lib. 6. cap. 10. quæſ. 3.*

270. Quarta dubitatio auocare cauſas de vno Tribunali ad aliud, quid ſit, & quando fiat cum excommunicatione, & quando ſine illa? Hæc quæſtio duas partes continet: quo ad primam, auocare nihil aliud eſt, quàm trahere perſonas Eccleſiaſticas, & eorum cauſas ad Tribunalia ſæcularia, de quo loquitur tota ferè *cauſa 11. quæſt. 1.* præſertim *cap. inolita*, vbi Clericus, vel laicus, qui clericum conuenerit, & traxerit coram iudice ſæculari eſt excommunicandus, & cauſam perdere debet, per textum *in cap. ſi diligenti, de foro competenti*, Tuſch. *lit. C. concluſ. 338.* Marant. *de ordin. iudic. part. 4. diſt. 11. num. 2.* Carol. de Graſſis *de effectib. clerical. effectu 1. num. 413.* & Eraſm. à Cochier *de iuriſd. ordin. in exemptos, part. 4. quæſt. 94.* non tamen perdet cauſam ipſo iure, ſed per ſententiam. Roland. *conſ. 23. num. 14. lib. 2.* Roman. *conſ. 369. num. 39.* Villalob. *commun. opin. verb. clericus, n. 97.* Rebellus *de oblig. iuſtit. part. 1. lib. 1. ſect. 6. quæſt. 6. num. 44* Nam verbum *amittat*, vel *perdat*, non intelligitur ipſo iure, vt volunt Couarr. *in cap. ſi hæredes, num. 8. de teſtamentis.* Tiraquell. *in l. ſi vnquam. Cod. de reuocand. donat. verb. reuertatur, n. 39. & 152. & 216.*

Quod procedit quamuis actor, qui auocauit clericum, coram iudice ſæculari cauſam perdiderit: adhuc enim tantum ſoluere debet, quantum valebat ipſa cauſa, Socin. *in d. cap. ſi diligenti, n. 25. verſiculo, & prædicta, de foro competenti*, & ante illum Archid. *in cap. placuit, num. 1.* & Turrecremata *ibidem 11. quæſt. 1.* neque, qui traxit clericum coram iudice laico, poteſt ampliùs pœnitere ad hoc, vt euadat pœnam iam incurſam, ita Martin. Vran. *conſ. 32. à num. 28. lib. 2.* Carol. de Graſſ. *de effect. cleric. d. effectu 1. num. 418.* vbi *num. 432.* excuſat actorem, qui neſciebat reum eſſe Clericum, dum illum traxit coram iudice ſæculari.

Auocare ergo cauſas ſpirituales, aut illi annexas à iudicibus Romanæ Curiæ, non poteſt fieri ſine excommunicatione hac, etiamſi prætextu quarumcunque exemptionum fiat auocatio, & quacunque alia ratione cauſæ Eccleſiaſticæ auocentur ſiue dolo, ſiue metu, quia Bulla ſimpliciter excommunicat auocantes, nec modum præſcribit: ideo afficit excommunicatio hæc omnes auocantes cauſas antequam deductæ ſint, vt vult Nauarr. *in rubr. de iudic. num. 68. verſic. Qua ratione, & num. 69.* Igitur multo magis afficiet auocantes cauſas poſtquam ad Tribunal Eccleſiaſticum ſunt deductæ, eſt communis.

Limitatur hæc reſolutio in auocantibus de licentia Papæ, vel legitima alia ratione, ſecus, qui auocant auctoritate propria, ac de facto, contra quos lata eſt excommunicatio. Item non ligat auocantes à dictis iudicibus cauſas non ſpirituales, ſed temporales, & laicas, quia in hoc Canone eſt ſermo de cauſis ſpiritualibus tantùm, & vbi aliqua exprimuntur tanquam interdicta, alia cenſentur conceſſa, ſi in prohibitis, & omiſſis non eſt eadem ratio, *l. maritus, Cod. de procuratorib. l. cùm Prætor, ff. de iudiciis, cap. nonne, de præſumptionibus*, vbi negationem vnius eſſe affirmationem alterius habetur, & volunt D. Barboſ. *in d. l. cùm Prætor, in principio, num. 37. & 53.* Perez per text. *ibi in l. 9. gloſſa 2. poſt principium, tit. 3. lib. 4. ordin. & l. 1. gloſſa 5. tit. 15. lib. 8. eiuſdem ordin.* Confert quod dicitur de reprobatione vnius ex duobus propoſitis: tunc enim reprobans vnum ex duobus, videtur includere approbationem alterius, ita Surd. *deciſ. 195. num. 3. & conſ. 25. num. 3. & conſ. 56. num. 2. & conſ. 151. num. 55.* atque ita, cùm in hoc canone pœna feratur contra auocantes ſolùm cauſas ſpirituales; ſequitur non ligare auocantes cauſas non ſpirituales, Vgolin. *de cenſuris Pontifici reſeruatis, cap. 14. §. tres regulas, num. 1. verſ. item pœnam*, Marius Alterius *diſp. 15. cap. 1. fol. 662. col. 2. verſ. hinc ſequitur*, vbi addit, euadere hanc cenſuram Magiſtratum ſæcularem, qui auocaret ab Auditoribus, & Commiſſariis Apoſtolicis per Papam, non vt Pontifex, ſed vti dominus temporalis in ſuo dominio temporali virtute litterarum Apoſtolicarum commiſſam cauſam, quia hoc loco veniunt cauſæ Eccleſiaſticæ, aut ſpirituales, & ſpiritualibus coniunctæ, quas Papa committit ratione iuriſdictionis ſpiritualis, quam habet.

Similiter excuſantur ab hac cenſura auocantes cauſas ſupradictas à iudicibus, qui non ſunt Romanæ Curiæ, Vgolin. ſuprà *verſ. tertio in excommunicatione*, neque, qui eas cauſas auocare intendit, ſed non auocauit, quoniam verba cum effectu intelligenda ſunt: non enim ſufficiunt verba, vbi opus eſt facto. *l. qui decem, §. 1. verſ. idem reſponſum, de ſolut.* gloſſa per illum textum *in cap. 1. de eo, qui mittit. in poſſeſſ.* cum aliis, vt per Tiraquel. *in tract. de retract. §. 1. gloſſa 16. num. 9. circa finem*, & eſt commune dictum, ac prouerbium: atque ita verba intelliguntur cum effectu. *l. 1. §. hæc verba. ff. quod quiſque iuris, cap. relatum, de Clericis non reſidentibus*, Tuſch. *tom. 8. littera V. concluſ. 9.* Cardoſ. *in praxi iudicum, eodem verbo, num. 5.* & Thomas de Thomaſſetis *in floribus legum, regul. 304.* Et ideo ſi non auocauit, non incidit in hanc cenſuram, quia non ſufficit, vt auocare conetur, niſi re ipſa auocet.

Sed quid ſi iudices ſæculares iudicent debitores decimarum conuentos apud ipſos? videtur hac in re iudices gratiam præſtare Eccleſiis: ſecus ſi recuſent cauſas expedire. Quia maneret Eccleſia decimis priuata, quod cederet in detrimentum Eccleſiarum, & clericorum. Nam ſi iudex Eccleſiaſticus impediatur cognoſcere de cauſa decimarum, & debitor parui faciat cenſuras, patietur Eccleſia magnum detrimentum, ſi non ſit integrum Eccleſiæ recurrere ad iudices ſæculares, & ab illis implorer auxilium ad cogendum debitorem. Nauarrus tamen *conſ. 1. quæſt. 41. de conſtit.* putat poſſe clericum recurrere ſuper decimis ad ſæcularem Magiſtratum via poſſeſſorij, ſeu interdicti retinendæ, vel reſtituendæ poſſeſſionis, per ea, quæ priùs dixit in manuali *cap. 27. num. 69.* Nihilominus negat licitum eſſe Clericis recurrere ad iudices ſæculares ſuper decimis, & aliis ſpiritualibus cauſis directa via petitorij, per textum *in cap. decernimus*; ibi, *laicorum iudicio, de iudiciis*, per quem textum Clericus, nec de licentia Epiſcopi poteſt adire iudices ſæculares, nec illis ſe ſubiicere, Farinac. *in praxi crimin. quæſt. 8. num. 4. verſ. ſublimita*, Surdus *deciſ. 26. num. 4. & conſ. 122.* Nam quamuis Epiſcopus Romanus, id eſt, Summus Pontifex, negotia

negotia Ecclesiastica possit & alias causas laicis committere, vt notant Spino *in speculo testamentorum part.* 11. *rubr. num.* 47. & Bellet. *desquisit. cleric. part.* 1. *tit. de fauore clericorum personali* §. 1. *num.* 34. Qui etiam facultatem excommunicandi, Ioannes Andreas *in cap.* 2. vbi Gemin. *de prabendis in* 6. Episcopus autem nequit clericorum causas criminales sæculari delegare, Hostiens. *in d. cap. decernimus, num.* 1. Abbas *num.* 4. *&* 5. Decius *num.* 25. & Clarus §. *final. quæst.* 41. *vers. quæro.* imò nec clerico, & laico simul eas potest committere, Roland. *cons.* 4. *num.* 4. *vol.* 1. Scaccia *de iudiciis lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 39. *&* 41. & alij, quibus accedit Barbosa *de officio, & potestate Episcopi, allegat.* 108. *num.* 3. Sicut non potest delegare causas spirituales laico simul coniuncto cum clerico, Azor *instit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 32. Ex quibus sequitur laicum ita coniunctum, nec etiam de causa criminali clerici posse cognoscere, Abbas *in cap significasti, de foro competenti* Clarus, & Farinac. *supra* Decian. *tract. crimin. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 71. & Segura Daualos *in director. iudicum Eccles. part.* 2. *cap.* 11. *n.* 1. igitur multo minus poterunt sæculares magistratus auctoritatiuè auocare eorum causas super decimis, & cæteris rebus Ecclesiasticis, quin per solam auocationem earum incurrant censuram, quoniam hæc est actio principalis prohibita sub pœna excommunicationis, vt vult Caietan. *verb. excommunicatio cap.* 30.

Non incurrunt tamen in censuram, qui patiuntur pro decimis pertrahi ad iudices sæculares inuiti; secus si trahantur voluntarij, & consentientes, ita Nauarr. *dicto cons.* 1. *quæst.* 41. *de constit.* quia in canone sequenti excommunicantur trahentes, vel trahi facientes clericum, vt consentiat in suam iurisdictionem: ideo, si iudex vi, vel metu, vel suasionibus, vel quouis alio modo pertrahit clericum ad suum Tribunal, locus est excommunicationi: quòd si iudex nihil ad id cooperetur, & clericum sponte venientem recipiat ad suum Tribunal, non ligatur excommunicatione, Marius Alterius *de excommunicatione Bullæ Cœnæ disp.* 16. *cap.* 1. *fol.* 681. *column.* 1. *versicul. respondeo quando.*

271 Quinta dubitatio, vtrùm compellentes actorem, aut reum, qui apud iudices Romanæ Curiæ causas habent, vt acta facta reuocent, incidant, vel non incidant in censuram? Pars affirmans incidere ostenditur in hoc canone, ex verbis sequentibus, quæ sic habent: *Quiue partes actrices, quæ illas committi fecerunt, & faciunt, ad reuocandum, & reuocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias litteras in eis decretas, & ad faciendum, vel consentiendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, à censuris, & pœnis in illis contentis absolui, per statutum, vel aliàs compellunt.* quæ verba sunt accipienda ita, vt compellentes id faciant auctoritate publica, & iudiciaria, non autem auctoritate priuata. Quare priuata persona, quæ per vim, & metum cogeret partes ad reuocandum citationes, & inhibitiones, vel ad consentiendum, vt absoluatur aduersarius, non incideret in hunc canonem.

Nec refert verbum, *per statutum, vel aliàs compellunt*, quæ dictio videtur extendi ad omnem modum, quo dicta actio fieri potest, siue publica, siue priuata auctoritate ex vi, ac virtute dictionis *aliàs*, quæ diuersimodè intelligi potest, & varias habet significationes, quarum illa vna est, vt significet alium casum, & alium quemcunque modum. *l. qui testamento* §. *mulier, ff. de testamentis* Nihilominus, cùm ibi dicatur *per statutum, vel aliàs compellunt partes actrices*, accipienda sunt verba de compellentibus per statutum, quòd sit publica, & iudiciaria auctoritate, vel per alios similes modos compellendi eadem auctoritate iudiciali; nimirum per decretum, vel præceptum, vel alios similes modos, quia dictio *aliàs* posita post statutum alios modos vltra statutum expressos auget, & ostendit, Achill. *decis.* 1. *de claus.* Caputaquen. *decis.* 273. *lib.* 1. Flamin. *de resignatione lib.* 3. *quæst.* 6. *numero* 38.

Idem dicendum est de compellentibus, vel facientibus partes actrices consentire, vt absoluantur contrarij, contra quos tales inhibitiones emanarunt, à censuris, & pœnis in illis contentis, auctoritate videlicet iudiciali, vel saltem, vt consentiant illorum absolutioni, siue compellant directè, siue indirectè partes absolui, aut vt absolutioni consentiant. Quapropter, si sæcularis occupet bona partium, vel patribus, aut consanguineis earum metum, aut grauamen inferat ad hunc finem, vt obliget, absolui illos, contra quos emanarunt rescripta, aut vt faciat absolutioni consentire, incidet in hanc censuram, quia ex vi dictionis *aliàs*, intelligitur quicunque modus compellendi, vt deducitur ex *Clementin.* 2. *versic. quomodolibet, de sentent. excommun.* nimirum realiter, vel personaliter, directè, vel indirectè.

Hæc autem compulsio, seu coactio potest fieri multis modis. Primò per metum cadentem in constantem virum: is est, quando aut mors ipsa, aut corporis cruciatus grauis, aut vniuersorum bonorum, aut partis eorum amissio, aut magni emolumenti, aut lucri subtractio intentatur, Flaminius Parisius *de resignat. lib.* 13. *quæst.* 1. *num.* 54. *&* 56. vbi ait timorem iustum erga patrem esse periculum imminens filiis ob magnum amorem parentum erga filios, quod probatur ex Tiraquel. *in lege, si vnquam, in præfat. num.* 78. *Cod. de reuocand. donat.* Nam pater, & filius vna, & eadem persona censentur. *l. vlt. Cod. de impuber. & aliis substit.* Port. Imola *consil.* 92. sicut etiam iustus metus est timor mortis consanguineorum, Bartol. *in l. de pupillo.* §. *si quis ipsi, num* 19. *ff. de noui oper. nunciat.* qui metus directè incutitur filiis, & affinibus, indirectè autem patribus, & parti principali, cuius sunt affines, vel consanguinei, Flamin. suprà ex *num.* 66. *& num* 144. *cum sequentib. vsque ad num.* 159. & Francisc. Coriolan. Capucin. *de absolutione a casibus Bullæ in Cœna Domini num* 8. *in fine*, Menoch. *de arbitrar. casu* 135. *in fine, & consil.* 1. *a num.* 280. Mascard. *de probationibus conclus.* 1051. *num.* 54. & Sanch. *de matrimonio lib.* 4. *disp.* 5. *num.* 20. vbi volunt periculum amissionis omnium bonorum inducere iustum metum. Quin etiam amissionem maioris partis bonorum, & de amissione magnæ rei, licèt non sit maior bonorum pars, Couarr. *de spons. part.* 2. §. 4. *num.* 18. Aragonius *in* 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 3. § *pro explicat. huius difficultatis.* Quare, qui partes actrices compelleret per statutum, vel aliàs, scilicet per decretum, mandatum, vel præceptum, vel per alios modos similes, quamuis non compelleret per metum iustum, vel per vim absolutam, incurreret in hanc censuram, pro vt constat ex hoc canone, & ex verbis, *quiue partes actrices*, Marius Alterius *hoc loco, disp.* 15. *cap.* 2. *fol.* 663. *& sequenti.* Suar. *disp.* 23. *sect.* 4. *num.* 11. *&* 12.

Sed quid de non compellente partes, sed iudicem

cem ipsum Ecclesiasticum, vt reuocet pœnas, quas imposuit, & vt absoluat à censura, quam tulit? Marius Alterius negat incurrere compellentem in hanc censuram, quia textus loquitur contra compellentem partes, & nihil loquitur contra compellentem iudices: igitur non debet extendi ad alios, *cap. nonne, de præsumptionibus, & l. cum Prætor, in principio, ff. de iudiciis*, & ibi Petrus Barbos. *num.* 37. & *num.* 53. Perez *in l.* 1. *glossa* 5. *tit.* 15. *lib.* 8. *ordinamenti*, Flamin. Paris. *lib.* 5. *quæst.* 3. *num.* 202. post Felin. *in d. cap. nonne*, ex ea ratione, quia si voluisset comprehendere compellentem iudices, illud expressisset: atqui non expressit; ergo noluit, argumento *legis vnicæ. §. sin autem, Cod. de caducis, tollend.* Tiraquel. *in l. si vnquam, verb. libertis, num.* 3. Menoch. *cons.* 1. *n.* 178. & *cons.* 140. *n.* 4. Surd. *decis.* 276. *n.* 10. & *decis.* 322. *n.* 22. Gonzal. *de mensibus, gloss.* 9. §. 1. *n.* 33. vbi probat, quando legislator vult comprehendere aliqua, exprimit, sed non expressit; ergo noluit comprehendi, argum. *cap. ad audientiam, de decimis. l. apud Labeonem §. ea enim, ff. de iniuriis* Tiraquell. *de pœnis temperandis, caus.* 51. *num.* 87. Gutier. *pract. lib.* 3. *quæst.* 22. *num.* 7.

Extat tamen censura contra compellentes per vim, vel metum, iudicem, & ab eo extorquent absolutionem censurarum, quas pronunciauit. Habetur in Concilio generali Lugdunensi à Gregorio Decimo lata, & refertur *in cap. vnico, de his, quæ vi, metusve causa fiunt, lib.* 6. non est tamen reseruata eius absolutio; vt volunt Memoriale clericorum *cap.* 9. *excommunic.* 46. & Barbos. *de offic. & potest. Episcopi. alleg.* 50. *num.* 171. *vers. sexta*, post Suar. *de censuris disp.* 23. *sect.* 4. *de excommunicationibus non reseruatis in* 6. *num.* 11. & 12. vbi ait ad hanc censuram incurrendam satis esse qualemcunque metum illatum, quia lex non distinguit inter metum magnum, & paruum, vt docet Caiet. *cap.* 41. quem sequitur Nauarr. *in cap.* 27. *num.* 125. dicens verum esse in foro conscientiæ: sed meliùs Suar. non distinguit inter forum conscientiæ, & externum, quamuis concludat tandem ibi sermonem esse de metu graui: siquidem talis censura cadit in extorsionem absolutionis, quæ illam annullat ex vi illius capitis vnici: atqui non nisi vis, aut metus grauis facit absolutionem nullam, quæ cadit in constantem virum: ergo de vi, aut metu graui hoc est intelligendum, tam hoc loco, quàm suprà *vers. hæc autem compulsio.* Sed magis placet sententia Caietani *d. cap.* 41. dicentis de qualicunque metu id esse accipiendum, cùm lex non distinguat inter magnum, & paruum.

Non tamen sufficit ad censuram incurrendam, quòd metus inferatur, sed necesse est, vt absolutio cum effectu extorqueatur, quia textus non ligat inferentes metum ad hunc finem, sed per metum extorquentes absolutionem. Non dicitur autem extorsio plena, nisi, vbi primom absolutio concedatur: quod intelligitur tam de censura iusta, quàm iniusta, dummodo sit valida; quòd si censura simpliciter sit nulla, non ligabitur excommunicatione, qui reuocationem illius censuræ extorqueret per vim, vel metum, cùm non fuerit censura vera, nec valida, Suar. *vbi supra.* Quemadmodum non erit locus excommunicationi, quando partes ex promissione alicuius commodi, aut præmij mouentur ad consensum exhibendum sine vlla vi, aut metu, cum nulla detur compulsio, aut coactio, quæ requiritur ad incurrendam hanc excommunicationem, Marius Alterius *vbi suprà fol.* 664. *col.* 1.

Sexta dubitatio, quæ causæ spirituales, vel Ecclesiasticæ possint tractari apud Magistratus sæculares sine excommunicatione? Ratio dubitandi est, quia laici iura Ecclesiastica vsurpaores, & ipsis rebus Ecclesiasticis vim inferentes per iudicem Ecclesiasticum sunt compellendi, Fusc. *de visitat. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 28. Boss. *in praxi crimin. tit. de sacrileg. num.* 7. Cardin. Tosch. *tom.* 4. *littera I. conclus.* 445. *num.* 19. & *conclus.* 446. *num.* 10. & probatur ex *cap. sicut in iudiciis* 2. *de priuilegiis*, vbi dicitur posse Ecclesiam laicos violentiam rebus Ecclesiasticis inferentes coërcere, quod extendunt ad inuasores rerum mobilium, quæ in dominio sunt Ecclesiæ, ratione quarum Ecclesiasticus est competens iudex, non tamen excludendo sæcularem, cùm sit casus mixti fori huiusmodi sacrilegium, & ideo inter eos fit locus præuentioni, *cap. proposuisti, de foro competenti*, text. *in cap. cùm sit generale, de iudiciis, & in cap. felicis, vers. per hoc, de pœnis, in* 6. Farinac. *in praxi crimin. quæst.* 8. *num.* 132. & *quæst.* 172. *num.* 16. Gutier. *practicar. lib.* 3. *quæst.* 1. *num.* 13. Cardos. *in praxi iudicum, verb. Sacrilegium, num.* 15. D. Barbos. *in l. Titia, num.* 51. *ff. solut. matrim.* & Bobadill. *in sua politica lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 238. 272.

Confert caput *si clericus, de foro competenti*, ex quo deducitur laicos inuasores rerum clericorum coram ecclesiastico iudice conueniri posse, vt ab eo coërceantur, vt tradunt Abbas *in d. cap. si clericus num.* 3. & *in d. cap. cùm sit generale num.* 4. Decius *in cap. sicut, de priuilegiis num.* 9. & indicat Ordinatio Lusitana *lib.* 2. *tit.* 1. §. 5. *in principio*, Suar. *de pace in praxi tom.* 2. *prælud.* 2. *num.* 19. ex ea ratione, quia sicut laicus conuentus super re, quam fatetur esse Ecclesiæ, conuenitur coram Ecclesiastico: sic etiam conueniri debet coram eodem laicus, si fateatur rem esse clerici, & multo fortiùs procedet si conoeniatur pro patrimonio, ad cuius titulum clericus fuit promotus Quamuis non desint, qui fortioribus rationibus contendant minimè res clericorum gaodere priuilegio rerum Ecclesiasticarum, Couarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 4. *num.* 3. Decian. *in tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 30. *num.* 23. & Caldas Pereira *in l. si curatorem, verb. implorandum, num.* 32. *in fine, C. de in integrum restitut.* Igitur sicut in aliquibus casibus iudex Ecclesiasticus trahit coram se merè laicos, sic etiam apud iudices, & Magistratus ciuiles causæ aliquæ Ecclesiasticæ tractari, & iudicari possunt absque periculo huius excommunicationis.

His positis, dicendum est non esse integrum apud Magistratus sæculares tractari de causis, quæ simpliciter sunt spirituales, neque principaliter, neque incidenter, ita Abbas *in cap. litteras num.* 8. *de iuram. calumn.* Ratio, quia principaliter tractatur de re spirituali, nimirum de ipso iure, vt habetur *in cap. causam, & cap. lator, qui filij sint legitimi, & cap. tuam, de ord. cognit.* & *ibi* glossa *vers. ad forum Ecclesiasticum.* Id enim pertinet ad iudicem Ecclesiasticum, cognoscere scilicet de omnibus, quæ propriè, ac vere spiritualia, & Ecclesiastica sunt, & de illis, quæ spiritualibus sunt coniuncta antecedenter, & consequenter; insuper de sacris obseruationibus, beneficiis, iure patronatus, decimis, & similibus: nec non de causis temporalibus Ecclesiarum, & clericorum, & de eorum criminibus, *cap.* 2. *de foro competenti, cap. decernimus, cap. ac si clerici, de iudiciis*, Couarr. *in practicis cap.* 31. *num.* 2.

vbi

vbi tradit exemptionem clericorum à poteſtate ſæculari competere clericis de iure diuino in cauſis verè ſpiritualibus: in cauſis autem temporalibus Eccleſiarum, & clericorum, & in criminalibus competere de iure poſitiuo; atque ita cognitio rerum ſpiritualium nullo modo pertinet ad laicos Magiſtratus, nec rerum Eccleſiaſticarum, & clericorum, niſi ex delegatione Summi Pontificis, ex gloſſa *in d. cap. decernimus*; tunc enim per laicos cenſetur Summus Pontifex exercere ſuam iuriſdictionem, argumento *cap. qui per alium, de regul. iur. in 6.*

273. Septima dubitatio, an Magiſtratus laici cogentes iudicem Eccleſiaſticum, vt ceſſet à vi illata, vel inferenda, incurrant in cenſuram huius canonis? Reſponde id aduerſari ſacris conſtitutionibus, & ex conſequenti iudices ciuiles de cauſis ſpiritualibus, & Eccleſiaſticis non poſſe iudicare, neque Eccleſiaſticos ad ſua Tribunalia trahere pœnis propoſitis in iudices Eccleſiaſticos, & contrariam conſuetudinem repugnare iuri. Nam quando clericus, vel Epiſcopus aliquid commiſerit, clericus ab Epiſcopo, & Epiſcopus ab Archiepiſcopo puniri debet, & Archiepiſcopus coram Primate conueniri poteſt, *cap. ad reprimendam, de officio Ordinari., & cap. antiqua, de priuilegiis.* atque ita cùm præter Epiſcopos adſit Archiepiſcopus, nec non Nuntij Apoſtolici, vel Legati, ſi Epiſcopus ius non dixerit, datur locus recurrendi ad Superiores, ſeruato ordine, vt vexationem tollant, & iniuriam arceant. Quod ſi contingat omnes in vi, & iniuria propulſanda eſſe negligentes, recurratur ad Summum Pontificem, vt res Eccleſiarum negligenter adminiſtrantes coërceat. Nec propterea iudex laicus in hoc caſu de cauſa ſpirituali cognoſcet, ſed integrum erit illi cauſam ad Romanum Pontificem remittere.

Quapropter ſi ponamus Romanum Pontificem (quod nullo modo eſt credendum) fortè ex falſa informatione negligere canones ſacros, & innocentes opprimere, & ſæcularia iura vſurpare, neque velle tueri populum ab his oppreſſionibus: adhuc ſæculari iudici non competit ius in Romanum Pontificem, qui omnium in terris eſt ſuperior, & à ſolo Deo iudicatur. *cap. cuncta per mundum 9. quæſt. 3. & cap ſi Papa diſt. 40.* Decius *in cap. ſignificaſti, num. 9. de elect.* Felin. *in cap. nihil, num. 4. de præſcriptionibus*, Bellarminus *de Romano Pontifice cap. 26. in principio, & lib. 2. de Concil. auctoritate c. 17.* Quin etiam *lib. 2. de Romano Pontifice cap. 30. prope finem*, cum aliis quos referens ſequitur Illuſtriſſimus Hiſpaniarum Primas *d. cap. ſi Papa*, ſi conſtiterit ipſum fuiſſe hæreticum, poſt mortem poſſe condemnari per ſucceſſorem, non verò per Concilium: at verò, dum eſt in humanis à nemine iudicari poteſt extra caſum hæreſis. Bellarm. *vbi proximè lib. 2. c. 26. col.* 805.

Quid ergo remedij, ſi Pontifex deroget iuri ſcripto ciuili, ſeu canonico? adhuc à laico non poteſt iudicari, ſed humiliter certior fieri debet, & rogandus, cum debita reuerentia, vt deſiſtat ab incepto, & ne laicorum priuilegia, ac iura velit negligere, aut abolere, Turrecrem. *in ſumma de Eccleſia lib. 2. cap.* 106. & Syluest. *verb. Papa §. 4. vltra medium, verſ. & idem.* Quòd ſi addas, Victoriam *de poteſtate Papæ, & Concilij, viceſima ſecunda propoſitione, num.* 23. exiſtimaſſe reſiſtendum eſſe Papæ, ſi vellet ſuis moribus Eccleſiam deſtruere; verbi gratia, ſi concederet beneficia pro pecunia, & ſine cauſa abrogaret ius poſitiuum, & alia ſimilia in deſtructionem Eccleſiæ, ex eo, quia vim vi repellere licet iure naturali, licitum erit mandatis Papæ reſiſtere, & executionem impedire, intercedente præſertim auctoritate publica Principis. Dicendum eſt verum eſſe vim vi repellere poſſe, quando aliquis, ſiue ſuperior, ſiue priuatus homo extra iudicium violentiam infert auctoritate priuata: ſecus cùm publica iudicis auctoritate vtitur; vt ait gloſſa *in lege, vt vim, ff. de iuſt. verb. vt vim* ibi: *Vt vim ſcilicet iniuſtè illatam ab aliquo priuato, non illatam ab eo, cui ſubditi ſumus.* per legem; *iniuriarum, §. 1. ff. de iniuriis, l. qui reſtituere ff. de rei vendicatione.* Sed quid, ſi à poteſtate, & iniuſtè? Reſpondeo pati debemus ſecundùm M. &c. Sic ibi.

Idcirco ſi Summus Pontifex deroget ſine cauſa humano iuri ſcripto, & procedat publica auctoritate vti ſupremus iudex, nullam vim infert, peccabit tamen, ne propterea iniuria, quando fuerit illata vi, aut armis, aut ſimili modo repelli poteſt, ſed debet tanquam pœna patienter ſuſtineri.

Sed contrà ſtat ſententia Caietani in ipſo opere, in quo docet Pontificem eſſe ſuper Concilio *cap. 27.* dicentis reſiſtendum eſſe in faciem Pontificis publicè lacerantis Eccleſiam, non quòd cenſeat poſſe aliquem eſſe ſupra Papam, aut habere auctoritatem in illum, ſed per modum defenſionis: ſecundùm quam cuilibet integrum eſt reſiſtere iniuriæ, & impedire mandata, & executionem illorum cum moderamine inculpatæ tutelæ, & cum debita reuerentia, & obedientia Pontifici; ſicut, ſi Princeps impatibiles iniurias, ac violentias populo afferret, licitum eſſet reſiſtere illi: ergo, & Summo Pontifici. Quare non eſt omnino damnanda praxis recurrendi ad Principes tanquam ad Conſeruatores boni communis, & ad defenſores violentiarum ſuis vaſallis illatarum iniuſtè, ne vexentur iniquè, quod in quibus caſibus licitè fieri poſſit, diximus ſuprà §. 13. n. 258. *verſ. Porrò integrum erit ad Curiam ſæcularem recurrere.*

274. Octaua dubitatio, vtrùm cauſæ mixtæ, in quibus quæſtio facti tractatur, poſſint expediri ſine metu excommunicationis à iudice laico etiam; quando aliquod ius ſpirituale adiungitur, v. g. quando Petrus eiectus fuit à poſſeſſione beneficij per vim; & agitur de recuperanda poſſeſſione; vel quando agitur iudicio poſſeſſorio retinendi, & iudex contra laicum procedit *Interdicto vti poſſidetis, vel interdicto vnde vi*, & de his eſt tota controuerſia? Sunt, qui putent cauſas has eſſe ſpirituales, vel quaſi ſpirituales, & ex conſequẽti auocantes ab Eccleſiaſtico iudice illas, & ſe conſtituentes iudices ad recognoſcendum de illis, incidere in hanc excommunicationem; ex traditis *in Clementina 1. de cauſ. poſſ. & propriet. & Clement. 1. de ſequeſtr. poſſ.* ſequitur Butr. *cap. final. de iudiciis*, Beroius *in rubrica de iudiciis num.* 51. & Couarr. *in practicis cap. 35. num.* 1. ex ea ratione; quia cauſa poſſeſſoria rei ſpiritualis mixtam habens rationem proprietatis non niſi per iudicem Eccleſiaſticum eſt expedienda, cùm habeat admixtam cognitionem iuris ſpiritualis, *cap. tuam, de ordine cognitionis*, & Panormit. *in cap. litteras; de iuramen. calumniæ*, teſte Couarr. *vbi proximè*, atque ita cùm in hoc caſu requiratur ſummatim aliqua probatio alicuius tituli beneficij ſaltem apparentis, laicus iudex non poterit cognoſcere de cauſa poſſeſſoria beneficij Eccleſiaſtici, cùm nequeat iuſtificare poſſeſſionem, per probationẽ tituli, & ideo iudex ſæcularis neque in interdicto *adipiſcendæ*, nec *retinendæ*, nec *recuperandæ*, poterit cognoſcere de cauſa

possessoria, præsertim, quia controuersia semper est inter clericos, qui ad iudicem Ecclesiasticum debent recurrere, etiam quando causa possessoria non haberet quid spirituale, sed tota esset temporalis, & nihil haberet mixtum proprietatis.

E contrario autem alij opinantur huiusmodi causas competere iudici laico, & ideo posse auocari à iudice Ecclesiastico ad cognoscendum de illis sine periculo excommunicationis præsentis. Ratio, quia quando agitur super possessorio de re spirituali, non tractatur spiritualiter; ac propterea causa non est tractanda tanquam spiritualis; item, quia in causis spiritualibus non iuratur de calumnia, vt ait glossa *ibi, vers. Rebus spiritualibus*, vt in eodem textu statuitur; attamen si agatur possessorio pro re spirituali, iuratur de calumnia: igitur tenet causam super possessorio non esse spiritualem. Consonat gloss. *in cap. litteras, de restitutione spoliatorum*, dicens iurari de calomnia in exceptionibus peremptoriis, seu dilatoriis, quæ in causa spirituali apponuntur, perinde, ac si non tractetur in hoc euentu de re spirituali. Quam etiam sententiam tradit Archidiaconus *in cap. frequens, de restitut. spoliat. lib. 6.* & *ibi* Ioannes Andreas *super verb. in ciuilibus negotiis*, dicentes causam super possessorio de re spirituali non esse spiritualem, sed temporalem, sequitur Barbat. *in cap. cæterùm, de iudiciis num* 64. Vnde infertur iudicem sæcularem posse cognoscere de possessorio rei Ecclesiasticæ sine timore excommunicationis, cùm causa possessionis super re spirituali sit profana, quod etiam vult Innocentius *in d. cap. cùm dilectus, de electione*, Ripa *in lege natural ser §. nihil commune num. 19. ff. de acquirenda possessione, & lib. 3. respons. cap. 36. n. 1. & 2.* Aymun. Crauetta *cons. 258. num. 1. volum. 2.* & Mieres *de maioratu 3. part. quæst. 11. num. 11.* vbi refert in Regali Cancellaria ita fuisse decisum, *l. Lusit.* & *ibi* Barbos. *lib. 2. tit. 1. §. 2.*

Ex his duabus opinionibus secunda est probabilior in possessorio retinendæ, vel recuperandæ, non autem adipiscendæ. Ratio, quia quando agitur de adipiscenda possessione, exigitur saltem titulus coloratus, cuius cognitio competit iudici Ecclesiastico, non autem sæculari, cùm sit quid spirituale, Nauarr. *in cap. cùm contingat, de rescriptis pag. 154.* & Cortasius *in paraphras. Sacerdot. 1 part. cap. 2. num.* 8. Secundum quod fuit iudicatum in Regali Cancellaria Pinciana. Concordat Couarr. *practicar. cap. 35. num. 1. vers. ex quo patet*, vbi negat posse laicum cognoscere de causa possessoria beneficij, cùm necessaria sit probatio alicuius tituli apparentis ad iustificandam possessionem, quod non cadit in potestatem laici iudicis: secus si causa possessionis rei spiritualis, vel quasi spiritualis nihil proprietaris mixtum habuerit, quia tunc quæstio est facti, & non iuris, vt declarant Bartol. Alexand. & Ias. *in l. quoties, Cod. de iudiciis*, & Alexander *in l. Titia num. 6. ff. sol. matrim.* & alij, quos referens sequitur Menoch. *remed. 15. recuperandæ num. 338.* & Ceuall. *commun. contra commun. q.* 504. quamuis Couarr. *vbi proximè*, non omnino huic sententiæ acquiescat, dicens etiam quando causa possessoria rei spiritualis nihil proprietatis mixtũ habeat, non posse per iudicem sæcularem iudicari, quòd si iudicetur, malè facere, ex regula *capitis secundi, de iudiciis, & cap. quanto, eodem titulo*, cui accedit Marius Alterius *de excommun. Bull. Cœnæ, disput. 15 cap. 3. fol. 667. vers. secunda propositio*, vbi concludit etiam in hoc casu quando causa possessoria rei spiritualis nihil proprietatis mixtum habet, non posse iudicari per sæcolarem, quòd si iudicet, ligari excommunicatione huius canonis, præsertim quando agitur inter clericos. Nam causa possessoria rei spiritualis etiam simplex, dicitur Ecclesiastica, vt probari potest ex *Clement. vnic. de caus. poss. & propriet. & Clement. vnic. de sequest. possess. & fruct.*

Sed quid dicendum de consuetudine recepta? Couarr. *d. cap. 35. num.* 3. ait posse ab his, qui à iudicibus Ecclesiasticis vi, & censuris opprimuntur, Regios Auditores adiri, vt vim auferant, & cogant iudices Ecclesiasticos ab inferenda vi desistere. Garcia *de beneficiis part. 1. cap. 1. num.* 50. tradit iudicem laicum cognoscere de possessorio beneficij retinendæ, vel recuperandæ, præsertim stante consuetudine; idque in Gallico Senatu obseruari. Nihilominus hanc sententiam & consuetudinem reprobant, Afflict. *lib. 1. in constit. Neapol. rubr. 67. de iudiciis, ex num.* 9. Rolandus *cons. 23. vol. 2.* idem Couarr. *d. cap. 35. num. 1.* Gutier. *canon. quæst. lib. 1. cap. 34. ex num* 16. Azor *lib. 5. cap. 24. quæst. 1. part. 1. instit. moral.* & probatur, quia, vt dictum est, hæc causa est spiritoalis, vel quasi spiritualis; ideo non potest trahi ad iudices laicos, nec consuetudo opposita habet locum, nec vim, cùm ea, quæ sunt Ecclesiastici iuris, laicus nequeat sibi vindicare, siue actor, & reus sint clerici, siue reus sit clericus, quia tunc debet conueniri coram iudice Ecclesiastico, *cap. qualiter, de iudiciis*, & nullo modo ad sæculare forum trahi debet, etiam data Prælatorum negligentia, Mench. *de success. creat. lib. 3. §. 22. limit.* 17. *num.* 68. Molina *in Emporio iuris part. 1. tit. 2 de iurisdict. omn. indic. quæst. 14. num.* 3. Bellug. *in specul. Principum, rubr. 11. §. dubitatur, num. 14. & num. 15. vers. indifferenter, & rubr. 18. num.* 8. & plenè Carol. de Grassis *de effectibus clericalibus effectu 1. n.* 390. *cum sequentibus.*

Porrò, quando spoliator, seu turbator, & sic reus, vel vterque, tam actor, quàm reus, sint laici, difficultas est, an iudex sæcularis possit cognoscere de causa spolij possessionis beneficialis? Negat Couarr. *d. cap. 35. in 2. conclusione, vers. verùm, si diligenter*, posse coram iudice sæculari huiusmodi causam tractari, ex ea regula, quæ tradit causas Ecclesiasticas apud iudices Ecclesiasticos esse expediendas, *cap. decernimus, de iudiciis*; non tamen declarat etiamsi spoliator sit laicus. Nihilominus, quando laicus turbat, seu vexat clericum in possessione beneficij, illique violentiam infert, laicus iudex est competens, potestque de hac causa possessoria beneficiali cognoscere, quia possessorium hoc non est verè beneficiale, sed temporale, Menoch. *de retinenda possessione, remed. 3. num. 327. & num.* 348. Crauet. *cons. 258. col. 1. & 2.* præsertim *num.* 4. quem sequitur Gutier. *lib. 1. suprà cap. 34. ex num.* 42. dummodo cum possessione beneficij non sit cognoscendum de titulo principaliter: tunc enim non est competens iudex laicus huius causæ, quæ iam non est merè temporalis, sed habet mixtum spirituale, Couarr. *suprà in prima conclusione.* Menoch. *de retinenda remedio 3. num.* 328. Garcia *de beneficiis p. 1. cap. 2. num.* 59.

Quando autem viget consuetudo, quod iudices sæculares cognoscant etiam inter clericos de possessorio cuiuslibet causæ spiritualis, & est alicuius Summi Pontificis litteris comprobata, admitti debet, vt videre est apud Gallos, vbi hic vsus Martini Quinti, & Leonis X I litteris confirmatus obseruatur, cuius meminit Francis. Marc *quæst. 190. & quæst.* 512. vbi testatur Curiam illam semper

per obseruasse vsum illum; idem tradit Guillielm. *in cap. Ra nutius, de testamentis, verb. & vxorem, in secunda decis. num.* 331. & sic seruasse curiam Neapoli, refert Afflict. *decis.* 1. *num.* 10. & 11. & alij, quibus adhæret Gutier. supra *ex num.* 22. vbi *n.* 46. addit laicum posse cognoscere de causa spirituali, cùm incidenter de ea agitur in causa sæculari, ex Bald. *in Authen. ei qui iurat. num.* 26. *vers. tu coniunge, Cod. de bon. auth. iudic. possid*; quæ sententia est vera, quidquid contrà velit Couarr. *vbi supra*, vide Petr. Gregor. *de Republica, lib.* 13. *cap.* 1. *num.* 28. *vers. in Gallia remedium.*

275. Vltima dubitatio paucis expeditur, an quando iudices Ecclesiastici sunt negligentes omnino in expediendis causis, integrum sit iudici ciuili, & sæculari eas causas ad se auocare sine metu excommunicationis? Abbas *in cap. qualiter, num.* 7. *de iudiciis*, cum glossa *verb. Prohibemus*, omnino negat posse iudicem sæcularem supplere negligentiam iudicis Ecclesiastici, sed iudicem Ecclesiasticum posse iudicis sæcularis negligentiæ prospicere, ex eo fundamento, quia Ecclesia in temporalibus saltem in habitu habet potestatem, quam in temporalibus potest exercere, & debet interueniente negligentia iudicis sæcularis. Contrà verò iudex sæcularis neque habitu, neque actu potest habere iurisdictionem in clericos, cùm sit huius iurisdictionis incapax, argumento *cap. causam, de præscriptionibus*, vbi laicus præscriptione nulla, etiam immemoriali, potest ius acquirere percipiendi decimas, cùm ius decimandi sit spirituale. Ideo non licet iudici sæculari, negligentiam iudicis Ecclesiastici supplere: non enim datum est minori emendare superiorem, Iason *in l. omnes populi, num.* 11. *ff. de iust. & iur.* Hippol. *singul.* 182. Tiraquel. *de pœnis temperandis, in præfat. num.* 26. & inferior Superioris iura non potest tollere; Surdus *cons.* 58 *num.* 6. Brunor. à Sole *in locis communibus, verb. inferior* 4. & Azeued. *l.* 2. *num.* 56. *tit.* 14. *lib.* 4. *noua recopil.* & honorem debent impendere minores maioribus, Cassaneus *in catalogo gloriæ mundi, part.* 2. *consid.* 10. Rebuff. *in tract. nominat. quæst.* 14. *num.* 49. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 284. Cum ergo iudex Ecclesiasticus sit maior sæculari, non potest sæcularis corrigere Ecclesiasticum, nisi in casibus iure expressis, vt notat Innocentius *in cap. diuersitatem, de concessione præbendæ*; quare hæc sententia in praxi est admittenda, quam etiam tradit Abbas *in d. cap. qualiter, de iudiciis*, etiamsi iudices Ecclesiastici in administranda iustitia errent, non propterea ad iudices ciuiles recurrendum est, vt dicitur ab Innocentio Tertio *in d. cap. qualiter, de iudiciis*, per hæc verba, *Ne pro defectu iustitiæ Clerici trahantur à laicis ad iudicium sæculare, quod omnino fieri prohibemus.* Sic ibi, quo nihil clariùs dici potest.

Quòd si addas nullum aliud superesse remedium, nisi recurrere ad Principes sæculares, vt iniuriæ, & violentiæ repellantur? Respondeo nullam esse rationem ob quam existimemus diligentiores esse iudices ciuiles Ecclesiasticis: atque ita nunquam integrum erit sæculari Prætori causam spiritualem ad suum iudicium auocare, cùm inferior in superiorem nullam habeat potestatem. Neque vrget caput, *Administratores* 23. *quæst.* 5. dum ait his verbis. *Administratores sæcularium dignitatum, qui ad Ecclesiarum tuitionem, pupillorum, ac viduarum protectionem, rapaciúmque refrenationem constitui esse procul dubio debent, quoties ab Episcopis, & Ecclesiasticis viris conuenti fuerint, eorum querimonias attentiùs audiant, & secundùm quod necessitas expetierit absque negligentia examinent, & diligenti studio corrigant.* Quoniam hoc solum ostendit Episcopo negligente, vel renuente, ad Regem posse recurri, vt moneat superiorem Ecclesiasticum, non autem, vt ipse rem iudicet, ac definiat. Item cùm opus fuerit adiuuet Episcopum suum, iuxta caput, *Principes*, 23. *quæst.* 5. vbi probatur officium Principis sæcularis esse adiuuare Episcopum suum sua iurisdictione temporali, vt superborum sæcularium, & inobedientium colla comprimantur per auxilium brachij sæcularis, vt habetur *in cap.* 1. *de officio Ordinarij*, per textum *ibi, Publicum conuocent auxilium, cùm opus fuerit*, quod possunt iudices ordinarij implorare pro vltimo remedio, vt notant, Rolandus *consil.* 37. *num.* 5. *volumine* 2. Auiles *ad cap.* 20. *Prætorum. gloss. v. vsurpem, num.* 13. Suarez de Paz *in practica, tom.* 1. *cap.* 3. *num.* 18. Franc. Molin. *de brachio sæculari Ecclesiastico præst. c.* 3. *per totum*, etiamsi addant Segur. *in Directorio Iudicum Ecclesiast. part.* 2. *cap.* 13 *num.* 37. & Salzed. ad Bernard. *in practica, cap.* 154 *num* 4. *in nouissima editione*, posse quandocunque acclamare auxilium brachij sæcularis. Vide suprà *vers. septima conclus. n.* 273.

Excommunicatio decimaquinta contra iudices sæculares, qui Ecclesiasticas personas trahunt ad sua Tribunalia, & libertatem Ecclesiasticam violant, vel interturbant, sic habet:

§. XV.

QVIS ex eorum prætenso officio, vel ad instantiam partis, aut aliorum quorumcunque personas Ecclesiasticas, Capitula, Conuentus, Collegia Ecclesiarum quarumcunque coram se ad suum tribunal, Audientiam, Cancellariam, Concilium, vel Parlamentum, præter iuris Canonici dispositionem, trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directè, vel indirectè, quouis quæsito colore: nec non, qui statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, seu quæuis alia decreta in genere, vel in specie, ex quauis causa, & quouis quæsito colore, ac etiam prætextu cuiusuis consuetudinis, aut priuilegij, vel aliàs quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint, vel factis, & ordinatis vsi fuerint, vnde libertas Ecclesiastica tollitur, seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut aliàs quouis modo restringitur, seu nostris, & dictæ Sedis, ac quarumcumque Ecclesiarum iuribus, quomodolibet directè, vel indirectè, tacitè, vel expressè præiudicatur.

EPITOME.

276. *Summa totius canonis, & in quot partes diuidatur?*
277. *Materia huius canonis, quæ sit? & quot sint actiones principales?*
278. *Iudices sæculares trahẽtes personas Ecclesiasticas ad sua tribunalia incidunt in hanc censuram, & qui veniant nomine personarũ Ecclesiasticarũ?*
279. *Iudices laici in quibus casibus possint trahere licitè Ecclesiasticos ad sua tribunalia.*

280. *Personæ Ecclesiasticæ quo iure sint exemptæ à iurisdictione Principum sæcularium.*

281. *Decernentes aliquid contra libertatem Ecclesiasticam condendo statuta, constitutiones, & quauis decreta etiam prætextu consuetudinis, aut priuilegij incidunt in excommunicationem.*

282. *Libertas Ecclesiastica quomodo dicatur violari directè, vel indirectè.*

283. *Ordinationes facient contra libertatem Ecclesiasticam, quando non incidat in hanc excommunicationem? & quid de vtentibus ordinationibus?*

284. *Consilium dantes, vel auxilium ad condenda statuta contra libertatem Ecclesiæ, quando incidant in hanc censuram.*

285. *Libertatem Ecclesiasticam violare facto ipso non ratione statutorũ, an incurrant in hanc censuram?*

286. *Verba, fecerint statuta, ordinauerint, & publicauerint incidunt in hanc censuram, quomodo sint accipienda ostenditur?*

287. *Verba vel factis, & ordinatis vsi fuerint sunt excommunicati ad quos extendatur.*

288. *Quæ statuta dicantur contra immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam.*

276. PRæsens canon est pars superioris, in quo agitur de offensione libertatis Ecclesiasticæ, dum personæ Ecclesiasticæ trahuntur ad Tribunal sæculare, non quouis genere offensionis, sed per abusum officij, seu iurisdictionis temporalis, & ideo hæc censura solùm ligat eos, qui iudiciaria auctoritate sæculari in personas Ecclesiasticas hoc modo abutuntur. Id enim significant illa verba, *ex eorum prætenso officio*; & extenditur ad statuta facientes, ex quibus libertati Ecclesiasticæ derogatur; contra quos extat similis prohibitio *in c. nouerit, de sent. excomm.* vbi excommunicantur statutarij, & talium statutorum scriptores, non tamen excommunicatione reseruata. An verò incidant in hanc excommunicationem, infrà dicemus. E quibus sequitur in duas partes canonem hunc principales diuidi. Prima fertur contra offendentes personas, Ecclesias, communitates ex eisdem personis congregatas, vt Capitula, Collegia, & Conuentus, non quouis genere offensionis, sed ex officio trahentes ea ad Tribunalia temporalia. Secunda vbi proceditur contra offendentes libertatem, & iura Ecclesiastica, faciendo statuta, & ordinationes quouis modo libertati Ecclesiasticæ repugnantes, & quocunque colore, & prætextu etiam consuetudinis, ac priuilegij.

277. Materia igitur huius canonis est duplex sacrilegium. Primò offenditur libertas Ecclesiastica in personis quo ad immunitatem fori, dum trahũtur ad tribunalia sæcularia. Secundò offẽditur eadem libertas in quauis alia re per statuta, seu constitutiones, quod in secunda parte comprehenditur, & quo ad personas canon est vniuersalis, innodatque omnes, qui iurisdictione sæculari, vel ex officio, vel ad aliorum instantiam exercent aliquã actionem ex prohibitis hoc loco. Quia duobus modis solẽt Magistratus de aliqua causa cognoscere, vel ex officio, & motu proprio, nemine rogante, nec instante, vel ad instantiam partis, & vtroque modo laicus vocans Ecclesiasticos ad suum tribunal ligatur excommunicatione.

Actiones principales prohibitæ sunt trahere, vel facere, vt trahãtur, vel procurare ex prætẽso officio directè, vel indirectè, vt veniant ad tribunalia sæcularia, vt patet ex tenore huius canonis, ibi, *Trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directè, vel indirectè, quouis quæsito colore.* Ex quo verbo *indirectè* Nauarr. *lib. 5. de sent. excomm. concil.* 33. Prætor ad se accersiri fecit, consuluit Prætorem incidisse in cẽsuram Bullæ Cœnæ, quod præceperit subdiacono, ne discederet ex quadam parte sui Palatij assignata parte illa pro carcere. Præterea quòd illũ examinauerit tanquam principalem quo ad se, & testem quoad alios, & illum constituerit tanquam reum. Facit quod tradit Graffis *c. 15. hoc loco, n. 127. vers. quæ ex eorum prætenso officio*, vbi ex Nauarr. *vbi suprà* tradit incidisse in hanc censuram Magistratum, qui traxit incolas Turris Seuerini ad suum Tribunal, illisque imposuit obligationem quotannis soluendi cereum pro recognitione dominij; quia indirectè hanc obligationem soluendi posuit Abbati, & Monasterio, qui sunt personæ Ecclesiasticæ, Suar. *de censuris disp. 21. sect. 2. n. 78.* ex parte consonat, dum ait iudices vocantes personas Ecclesiasticas non ad sua tribunalia, nec directè vtẽtes officio, indirectè tamen videri eos trahere tanquam iudices, si cogunt partes comparere, quæ non venirent, nisi vocarentur ab illis iudicibus, & dum illos cogunt reddere rationem suarum actionum, quæ cùm sint Ecclesiasticæ, non competit earum cognitio, & indirectè illos puniunt, si eos detinent in tali, vel tali loco inuitos, quæ omnia sub illis verbis indirectè, & quouis quæsito colore continentur.

His positis sit prima dubitatio, quando incidãt in hanc censuram iudices sæculares, qui personas Ecclesiasticas siue veras, siue fictas trahunt ad sua tribunalia? Responsio est affirmatiua, quoties iudices ex eorum prætenso officio, vel ad instãtiam partis Ecclesiasticos trahunt. Ratio, quoniam Ecclesiastici gaudent priuilegio, vt non conueniantur nisi coram Iudice Ecclesiastico, *c. si diligenti, de foro competenti.* Quin imò Ecclesiastici nec inuitè, nec voluntariè possunt fori priuilegio renunciare. *c. cùm non ab homine, & c. ac si clerici, in principio, de iudiciis*, glossa *in c. cùm contingat interdum, & in cap. perpendimus, in glossa penultima, de sent. excomm.* Vnde nequit clericus sibi iudicem laicum cõstituere. Couar. *in c. quamuis pactum, de pactis lib. 6. part. 2. in princip. n. 9. & pract. c. 33. n. 2.* Anast. Germ. *de sacror. immun. lib. 3. c. 15. n. 51.* Doctor Barbosa *in l. alia §. eleganter n. 14. ff. soluto matrimonio*, Rolan. *cons. 4. n. 9. vol. 1. & cons. 12. n. 36. vol. 2.* etiamsi cum iuramento consentiat. Alex. de Neuo *cons. 56. n. 1.* & Foller. *in pract. crimin. verb. audiantur excusatores num.* 38. non enim potest clericus fori priuilegio renunciare, etiam de consensu Episcopi, secundùm glossam *in c. significasti, de foro competenti*, Roland. *d. cons. 4. n. 10. vol. 1. & cons. 12. n. 36. vol. 2.* etiamsi clericus sit primæ tonsuræ: is enim nec tacitè, nec expressè, nec cum iuramento, nec de Episcopi consensu, nec etiã fatẽdo se laicum potest renunciare priuilegio fori, vt probat cũ aliis Far. *in praxi crim. p. 1. q. 8. ex n. 10.* 278.

Diximus, etiamsi consentiat in iudicem laicum cum iuramento; adhuc enim nequit priuilegio fori renunciare, quia quoties actus in fauorẽ publicum prohibetur principaliter, non confirmatur iuramento, Abbas *in d. c. si diligenti n. 22. vers. Octauus casus*, Couarr. *in d. c. quamuis pactum p. 2. §. 1. n. 1. & 5.* Gutier. *de iuramento confirmatorio p. 1. c. 58. num. 15.* Mariensо *l. 2. glossa 3. n. 15. & 17. tit. 2. lib. 5.* Gomez *var. lib. 2. cap. 14. n. 24. & 27.* & alij quos referens sequitur Sanch. *de matrim. lib. 1. disp. 32. n. 8. & 9.* dicens iuramentum contra publicã vtilitatem, non posse licitè obseruari, & subinde non opus esse

relaxatione

telaxarione. Cùm etgo cletici, & Ecclesiasticæ personæ non possunt conueniti, nisi coram Ecclesiastico iudice, neque possint huic priuilegio renunciare, cùm sit introductum oon io priuatum fauorem personæ, sed in fauorem publicum rotius ordinis cleticalis, vt volunt Rolandus *d. consil.* 4. *num.9.volum.*1. Surd. *cons.* 396.*num.*14. Scaccia *de iudic. causar. crimin. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 35. *&* 36. Couarr. *in cap. quamuis pactum, part.*2. *in principio,* & alij quos referens sequitur Carol. de Grass. *de effect.lib. clerical. effect.*1.*num.* 43. & Bellet. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de fauore cleric. personali* §. 2. *num.*21. non est dubium vexationem Ecclesiasticis afferri maximam, si traherentur coram iudice laico: quare trahentes incidunt in censuram huius canonis.

Quæstionis tamen est, quare priuilegium, quo gaudent Ecclesiastici ne ad sæculare trahantur tribunal, dicatut iuris publici, & tori otdini clericali censeatut concessum, cùm oppositum colligatur ex *l. si quis in conscribendo*, *Cod. de Episcopis, & clericis*, & ex *l.penult.Cod.de pactis*, vbi deciditur hoc ptiuilegium tenuociati posse, & de se esse renunciabile Nam, vt patet ex *cap.inolita*, 11.*quæst.*1. in antiquis canonibus datum fuit ptiuilegium clericis, ne ipsi clericos ad iudicia publica pertrahetent inuitos, non autem volentes, teste Romano *consil.*197.*num.*5. Nihilominus quamuis a principio priuilegium concessum fuerit clericis sub eo modo ne venire compellantur ad iudicia sæcularia, vt videre est in Concilio Mileuitano, cuius fit mentio *in d.cap.inolita* 11.*quæst.*1. vbi statuitur, quòd clericus, vel laicus, qui clericum conueoit, & trahit coram iudice sæculati, excommunicetur, & causam perdat. *cap.si diligenti, de foro compet.* vbi Anchar. *num.* 10. & Butr. *num.* 20. per sequentes tamen Pontifices interdictum fuit, vt clerici etiam volentes nullo modo venire possent coram iudice sæculati, ne id cederet in opptobrium, & in dedecus rotius ordinis clericalis: quod redundatet, si clerici per ttibunalia sæcularia traherentur: idcirco nequeunt ptiuilegio fori renunciare, cùm hoc ius sit publicum, cui iuri minimè detogatur pacto priuatorum, vt expresè habetur *in d.cap.si deligenti, de foro competenti.* Secus dicendum esset si ius fuisset priuatum, quia tunc vnicuique integrum esset iuri suo renunciare, text. *in l.index* 42. *ff.de minoribus l.vltim.§ penult ff. ad Velleian,* & text. *in cap. si de terra* 6. *de priuilegiis,* ibi: *cùm liberum sit vnicuique iuri suo renunciare.*

Porrò hoc loco nomine Ecclesiasticorum, qui nequeunt trahi ad tribunalia sæcularia, sunt omnes, qui ratione Ecclesiæ gaudent priuilegio fori, quales sunt clerici, Religiosi, seu Monachi Deo per professionem dicati, eriam conuersi; quin eriam nouitij ante professionem dicuntur Ecclesiastici, & gaudent priuilegio fori, Graff. *decis.lib.*2. *cap.*49.*num.*27. Nauarr. *cons.* 5. *de foro compet.* argum. capitis, *Religioso, §.quemuis autem, de sentent. excommun. in* 6. Sayr. *de censuris lib.*3.*cap.*19.*num.*7. Et quo ad clericos competit hoc ptiuilegium illis de iure communi, vt patet ex *cap.*2.*de foro compet.* vbi ostenditur sæculares iudices personas Ecclesiasticas condemnare, vel iudicare non posse, quod procedit etiam quando clericus est delegatus Principis sæcularis: adhuc enim nequit iudicare easdem personas Ecclesiasticas, aut clericos, Felin *in cap. cùm sit generale, num.* 44. *vers. & hinc est, de foro compet.* Decian. *tract. crimin. lib.*4. *cap.*9. *num.* 63. *&* 75. Bellet. *disquisit. cleric. part.*1. *tit.de fauore clericorum personali*, §.3. *num.*34 & Farin. *in praxi crimin.quæst.*8.*num.*46.*vers.Amplia* 22.

Hoc idem patet ex eodem *cap.* 2. per textum ibi: *Aut clericum vllum,* hoc est, etiam primæ tonsuræ. Per quem rextum clerici in minoribus etiam gaudent priuilegio fori, & in ciuilibus, & in criminalibus sunt exempti à potestare sæculari. Decian. *supra d.cap.*9 *num.*21 *&* 27. Alexand.de Neuo *cons.*56.*num.*1. Menoch. *de arbitr. casu* 246. *num.*1. Couarr. *d.cap.*31. *num.* 5. *in fine, & cap.* 32. *num.*1. Gutierr. *de iuram.confirmat.part.*1 *cap.*17. *num* 12. Humad. *l.*23 *gloss.* 5 *num.*3.*tit.*6.*part.*1. & Farin. *d. quæst.*8.*num.*1. Quare communitet peccare iudices sæculares, & contra iustitiam, si iudicent de rebus spiritualibus, & de personis Ecclesiasticis, tradit Francisc.Coriolan.Capuccin. *in tract.de casib.reseruatis.*

Hodie tamen secundùm Concil.Trident. clerici primæ tonsuræ, vel in minoribus tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, non gaudent priuilegio fori, nisi habeant beneficium Ecclesiasticum, aut deferant habitum clericalem, & Tonsuram, simulque de mandato Episcopi alicui Ecclesiæ inseruiant, aut in aliqua vniuersitate de licentia Episcopi, vel in aliquo Gymnasio quasi in via ad maiores Ordines suscipiendos versentur. Quòd si huiusmodi clerici primæ tonsuræ, seu in minoribus habeant pensionem gaudete priuilegio fori, volunt Mart. *de iurisdict part.*2.*cap.*32 *num.*45. Crescent. *decis.*14. *de sentent.& re iudicata,* & Salzed. *in pract. cap.* 67. *num.* 10. Sacra tamen Congregatio censuit non gaudere, si habens pensionem, vt clericus, non deferr habitum, & tonsuram, sequitur Flaminius *de resignat lib.*1.*quæst.*11.*num.*70. *& lib.*2.*quæst.*15.*n.*15. Azeued *l.*1.*num.*5.*vers. sed an pensio, tit.*4 *lib.*1.*n ua recopil.* Garcia *de beneficiis part.*1. *cap.*5 *num.*70. & Gonzal *de mensibus gloss.* 5.§.5.*num.*6. Aliter enim non sunt exempti à iurisdictione sæculari, & ex consequenti sine periculo excommunicationis possunt trahi ad ttibunalia sæcularia; sicut etiam possunt recipientes clericatum, beneficium, vel seruitium in aliqua Ecclesia post delictum commissum, si constet suscepisse in fraudem, vt se eximerent à iurisdictione sæculati.

Secus si constaret sine vlla fraude ac malitia post commissum delictum fuisse promotum ad clericatum: tunc enim huiusmodi ordo illum eximeret à iurisdictione sæculari, Gomez *tom* 3. *variar.cap.*10.*n.*5. Auendan. *lib.*1 *de exequen. mandat. cap.*22.*num.*12. Couarr. *pract cap.*32.*n.*4. Menoch. *de præsumptionib.lib.*6.*quæst.*76.*num.*35. Azeued *l.*1. *n.*3.*tit.*4.*lib.*1 *noua recopil.* Farin. *in praxi d. quæst.*8.*à num.*104. Nam regularitet receptio clericatus, vel seruitij in aliqua Ecclesia post delictum commissum non liberat à iudice sæculari, & ideo potest puniri non obstante priuilegio fori, delinquens, nisi omnino constet de facto, quòd nulla fraus, aut malitia interuenerit. Idem dici potest de deputatis sine fraude ad aliquod hospitale auctoritate Prælari, si de eius licentia fuit erectum. Gaudet enim exéptione à iurisdictione sæculari, Carol, de Grass. *de effect.lib.clerical.effectu* 1.*n.*117. & Valasc. *cons.*105. *n.*32. Non tamen sufficit ad gaudendum fori priuilegio, quòd tonsuratus inseruiat bis, vel ter Ecclesiæ, aut hospitali, quia verbum, *inseruiat*, significat actum perseueratiuum in seruitio præstando, vt post alios decidit Cened. *pract.& canon. quæst. lib.*1.*quæst.*4.*num* 25.

Secunda dubitatio, seu limitatio primæ dubitationis, quando possint iudices sæculares trahere 279.

ad ſuum iudicium perſonas Eccleſiaſticas ſine metu excommunicarionis, quod aliquando poſſe fieri oſtenditur ex verbis huius canonis, quæ ſic habent: *Prater iuris canonici diſpoſitionem.* Per quæ verba non ligantur excommunicatione hac iudices ſæculares, qui in caſibus iure permiſſis licitè perſonas Eccleſiaſticas trahunt ad ſua tribunalia, Nanarr. *in manuali cap.* 27. *num.* 70. *verſic. Tertia, quod per verba illa.* Primus ergo caſus eſt, quando perſona Eccleſiaſtica poſt crimina commiſſa ſicuti incorrigibilis traditur puniendus iudici ſæculari, *cap. nec licuit, diſtinct.* 22. accepta tamen priùs licentia à ſuperiore Eccleſiaſtico, cui competit iudicare an ſit incorrigibilis, nec ne? Sayr. *vbi ſuprà d. cap.* 19. *verſ. ſecundus eſt.*

Secundus caſus eſt in cauſa reconoentionis, nam tunc ſi clericus laicum conueniat coram iudice ſæculari, integrum eſt laico clericum ipſum coram eodem iudice reconuenire, gloſſa *in c.* 1. *in verb. ſuper ſuis, de mutu. petit. & in cap. ac ſi clerici, in verb. non tenet, de indiciis, & in cap. multi, in verb. ſaculari* 2. *quaſt.* 1. Bartol. *in Anthent. & conſequenter, col. final. Cod de ſententia, & interlocut. omni. indic.* Bald. *in l.* 2. §. *ſed ſi agant. ff. de indiciis, & in cap.* 1. *in tit. de controuerſ. inueſtit. apud paros terminanda, in vſibus feud.* Lapus *allegat.* 118. *quaritur non leuiter col.* 2. *gloſſ. final.* Et quamuis Cardinalis *in Clement. ſancimus, in* 5. *col. de electione,* & Gemin. *in cap. cuius in agendo,* 3. *quaſt.* 8. doceaot clericum non poſſe coram iudice ſæculari reconueniri; nihilominus contrarium eſt dicendum, Duenas *regul.* 102. Felin. *in d. cap. ac ſi clerici num.* 9. *verſ. & ita tenet,* Curtius iunior *in l. ſecundo, num.* 48. *ff. de iuriſdictione omninm iudicum,* Villalob. *commun. opin. verb. clericus num.* 72. & alij, quos referens ſequitur Farin. *d. quaſt.* 8. *num.* 99. & habetur *in l. Regia lib.* 2. *tit.* 1. §. 1. *& in l.* 57. *tit.* 6. *part.* 1. vbi Gregor. *verb. Ali deue, & l* 4. *tit.* 3. *part.* 3. quod etiam ſeruatur in tota ferme Europa; atque ita poteſt ſæcularis iudex pergere ad condemnationem, non tamen ex ea cauſa poterit clericum de perſona aſtringere, quia hoc competit Eccleſiaſtico iudici, ita Franciſc. Viui. *deciſ.* 49. *num.* 4. & 5. & Camil. Borrel. *in ſumma omnium deciſ. tit.* 7. *de clericis, & ſacerdotibus num.* 83.

Quod extenditur etiam quando reconuentio fit ne dum ſuper eadem re, ſed etiam ſuper omnino diuerſa, Franciſc. Viui. *d. deciſ.* 49. *num.* 5. tunc enim clericus conueniens, & reconueniens coram iudice laico ſæcularibus etiam legibus tenetur, ſecundùm Menchac. *Illuſtr. quaſt. cap.* 5. *num.* 19. & 22. Non tamen in cauſa criminali, in qua clericus, nec etiam ciuiliter poteſt apud ſæculare iudicium reconueniri, Decian. *tract. crimin. lib.* 4 *cap.* 9. *num.* 17. Camil. Borrel. *d. tit.* 7. *num.* 84. Barboſa *in l. qui prior. num.* 86. *ff. de indiciis.* Caldas tamen Pereira *quaſt. forenſ. lib.* 1. *quaſt.* 51. opinatur poſſe clericum reconueniri ciuiliter pro crimine ex ordinatione Regia, *d.* §. 1. *ad finem, ibi, quando ciuelmente ſe demandarem,* ſequitur Barboſ. *in d. l. Regia* § 1. *n.* 9 *ad finem.*

Tertius caſus eſt in quo laicus poteſt cognoſcere de cauſa clericorum interueniente licentia Summi Pontificis, ſi fortè cuipiam laico cauſam deleget, tunc enim excuſatur iudex à cenſura, argumento capitis *illud.* 10. *quaſt.* 3. Vgolin. *hoc loco* §. 1. *num.* 3. *verſ. Primum igitur,* Sayr. *de cenſuris d. cap.* 19. *num.* 5. & Marius Alterius *diſp.* 16. *lib.* 5. *cap.* 1. *verſ. tertius caſus,* ex Abbate *in cap.* 2. *num.* 12. *de for. compet.*

Quartus caſus eſt in cauſa feudi, ex *cap. tranſmiſſa, de foro compet.* vbi dominus feudi iudex eſt competens in feudorum controuerſiis, Menoch. *conſ.* 2. *num.* 20. & 21. aut eius iudex temporalis, quia ratione feudi Eccleſia, & clerici domino ſubditi manent, Clarus *in* § *feudum, quaſt.* 90. *verſic. ſed quid ſi vaſalli,* Villalob. *commun. opin. verb. clericus num.* 27. Carol. de Graſſ. *de effectib. clerical. effectu* 1. *num.* 718. Duennas *regul.* 321. Perez *l.* 8. *tit.* 1. *lib.* 3. *ordinamenti pag.* 479. Azeued *l.* 6. *tit.* 1. *lib.* 4. *noua recopil.* Surd. *conſ.* 193. *num.* 1. & *conſil.* 396. *num.* 8. Farin. *d. quaſt.* 8. *num.* 22. quod procedit, quando de proprietate agitur, & quando etiam de ſola poſſeſſione eſt controuerſia, Carol. de Graſſ. *ſupra num.* 732. & Farin. *dicta quaſt.* 8. *num.* 22. *verſic, & hoc ſiue addatur;* quibus accedit Sooſa *diſput.* 82. *verſ. tertius caſus eſt,* vbi addit hoc non procedere contra clericum, quando agitur de amiſſione feudi crimioaliter, vel ciuiliter propter crimen, quia tunc caſus pertinet ad Prælatum. Marta *de iuriſdict.* 4. *part. cent.* 1. *caſu* 16. *num.* 13. Similiter, ſi negetur feudum ad domioum pertinere, vaſallus non poterit conueniri coram domino, niſi priùs iuriſdictionis fundameotum terminetur, Menoch. *dict. conſil.* 2. *num.* 95. & *conſil.* 301. *num.* 54. & *conſil.* 312. *num.* 16. & Carol. de Graſſ. *d. effectu* 1. *num.* 734.

Quintus caſus eſt quando laicus fuit citatus coram iudice laico, & poſtea factus eſt clericus, debet in ciuilibus rarorùm reſpondere coram laico iudice, per legem Regiam *lib.* 2. *tit.* 1. §. 3. ibi, *quanto ao ciuil ſomente, emais nam.* Gama *de ſacram. praſtandis vltimo ſupplicio damnatis, quaſt.* 5. *num.* 27. Valaſc. *conſ.* 48. *ex num.* 7. Similiter clerici ſuccedentes in cauſam iam inchoatam coram iudice laico, coram eodem eam proſequi tenentur, Vgolin. *ſupra hoc loco* §. 1. *num.* 6. vbi teſtatur de magis communi.

Sextus caſus liberat partes, quæ inſtanter vrgent, vt trahantur: nam Bulla loquitur de iudicibus, vt conſtat ex his verbis: Quive ex eorum prætenſo officio, vel ad inſtantiam partis. quæ verba oſtendunt de iudicibus Bullam loqui, quia partes neque ex officio, neque ad inſtantiá partis trahunt coram ſe, ſed coram iudice ad ſuũ tribunal: igitur non incidunt partes, quæ inſtant, vt trahantur, Vgolin. *d.* §. 2. *n.* 11. Marius Alterius *ſupra diſput.* 16. *c.* 1 *fol.* 681. vbi tradit non ligari excommuoicatione partes, aut earum procuratores inſtantes apud iudicem ſæcularem, vt clerici trahantur ad ſuum tribunal: neque iudicem ipſum incidere in hunc canonem, ſi ex amicitia, & abſque illa coactione, & nullo modo ex officio, vel ad inſtaoriam partis induceret clericum ad comparendum coram ſe ad extinguendam controuerſiam; ſicut non incurrit, ſi admittat clericum ſponte accedentem ad ſuum tribunal; quia excommunicatur trahens, vel trahi faciens, vel procurans trahi, ſed iudex iſte nihil ex prohibitis fecit: igitur non incurrit. Pro reliquis caſibus, in quibus licitè poſſunt clerici conueniri coram iudice laico, dixi *part.* 1. *de obligationibus moderatorum Reipnblica lib.* 2. *diſp.* 4. §. 4. *ex num.* 342. *vſque ad num.* 381.

Tertia dubitatio, quo iure à iuriſdictione ſæculari perſonæ Eccleſiaſticæ ſint exemptæ? dixi 1. 280.
p de obligat. moderatorum Reipublica lib. 2. *diſp.* 4. §. 3. *num.* 313. 315. & 319. Ideo paucis nunc accipe ſecundùm aliquos eſſe exemptos Eccleſiaſticos à iuriſdictione ſæculari iure diuino, & naturali, ita Innocentius, & Hoſtienſis *in cap.* 2. *de maior. & obed.*

obed. Ioan. Andr. *in cap. quanquam verbo diuino, de censibus,* & *ibi gloss. lib.* 6. Probatur ex *Psalmo* 114. ibi, *nolite tangere Christos meos*, id est, vnctos meos, hoc est, Clericos Deo dicatos. Non aliter, nisi, quia sunt liberi à potestate sæculari. Iuuat Bonifacius Octauus *in d. cap. quamquam, de censibus*, vbi eximit à potestate ciuili Clericos non solùm humano, sed etiam diuino iure.

Secundùm verò alios, qui negant Ecclesiasticos esse exemptos à potestate ciuili in rebus ad gubernationem temporalem pertinentibus; asserunt autem esse exemptos iure Canonico, & non solo Ciuili, ita Medina *de rebus restituendis, quæst.* 15. Sotus *in* 4. *dist.* 25. *quæst.* 2. *art.* 2. *conclus.* 3. 4. *&* 5. Bannes 2. 2 *quæst.* 67. *art.* 1. Couarr. *practicar. cap.* 31. *num.* 2. *vers. prima conclusio, & lib.* 2. *variar. cap.* 20.

Inter hos ita discordes, concors est sententia, ante omnem humanam legem fuisse, & esse Clericos, & Ecclesiasticos exemptos à potestate sæculari in iis, quæ verè, ac propriè spiritualia, & Ecclesiastica sunt: in aliis autem temporalitatem quodammodo concernentibus, aut tangentibus, exemptionem clericorum, vel Ecclesiasticorum, multo verius est non esse iuris diuini, sed positiui. Vtraque pars placet Cardin. Bellarmino *tom.* 1. *lib.* 1. *de clericis, cap.* 20. Molinæ *de iustitia, tract.* 2. *disp.* 31. *conclusione* 1. *&* 3. Lessio *in simili tractatu, lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 4. Anastas. Germon. *de sacrorum immunit. lib.* 3. *cap.* 15. *à num.* 36. Ceuall. *commun. contra commun. quæst.* 739. *num.* 2. Probatur quo ad primam partem, esse scilicet hanc exemptionem iuris diuini, ita vt eidem per humanam legem derogari non possit, volunt Nauarrus *in cap. nouit, de iudiciis, notabili* 6. *num.* 6. *&* 32. Perez *l.* 2. *vers. quæro verum Papa, tit.* 1. *lib.* 3. *ordinamenti.* Anastas. Germon. *supra d. cap.* 15. *num.* 15. *cum sequentibus*, Garcia Mastrill. *Siciliæ decis.* 159. Azor *instit. moral. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 12. *quæst.* 1. & Paul. Comit. *respons. moral. lib.* 1. *quæst.* 92. Suar. *de defens. fidei, lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 11. *fol* 381. *& sequent.*

Confirmatur ex glossa *in cap. si Imperator* 96. *distinct.* quæ vult clericos nunquam fuisse sub iurisdictione seculari, & constitutiones, quæ de hoc loquuntur, potius declaratorias esse, quàm de nouo promulgatorias, Felinus *in cap.* 2. *col.* 1. *de maior. & obed.* Roch. de Curt. *in cap. vlt. de consuetudine*, & Couarr *pract. quæst. cap.* 31 *num.* 1. Quare si post Aduentum Christi Domini iudicandi Clericos potestas fuit penes sæculares, hoc fuit de facto, & ex vsurpatione, ita Castaldus *de Imperat. quæst.* 50. *num.* 13. & Io. Ioc. Cocci. *in thesauro Catholico, part.* 1. *lib.* 7. *de Hierarchia Ecclesiast artic.* 22. Eo quia Ecclesia non erat potens viribus ad resistendum, Bald. *in cap. si clericus, n.* 3. *de pace tenend. in vsibus feud.*

Quo ad secundam partem, exemptionem videlicet clericorum esse iuris positiui in rebus temporalibus, quæ ad spiritualia non pertinent, docent in specie Couarr. *d. cap.* 31. *num.* 2. Mench. *Illustr. cap.* 22. *à num.* 8. *& de successionib.* §. 22. *n.* 58. Morla *in Empori iuris, part.* 1. *tit.* 2. *quæst* 12. *num.* 3. Valasco *cons.* 100. *num* 8. Mexia *ad pragmaticam Regiam, conclus.* 5 *num.* 55. per textum *in cap. omnis anima, de censibus.* pro qua opinione consuluit Rolandus *cons.* 23. *vol.* 2. *num.* 6. & alij, quos referens sequitur Ceuall. *commun contra commun quæst.* 550. *vers. sed contrariam*, & Marius Alterius *d. disp.* 16. *lib.* 5. *cap.* 2. vbi de his latè.

281. Quarta dubitatio, an decernentes aliquid contra libertatem Ecclesiasticam condendo statuta, & ordinationes etiam prætextu cuiusuis consuetudinis, aut priuilegij incidant in hunc Canonem? Placet affirmare, vt patet ex tenore ipsius canonis vbi excommunicantur facientes statuta, ordinantes, publicantes, vel factis, & ordinatis vtentes; vnde libertas Ecclesiastica tollitur, seu in aliquo læditur, vel deprimitur. Res igitur hoc loco prohibitæ sunt statuta, pragmaticæ, constitutiones, & decreta tam in genere, quàm in specie.

Est ergo statutum ius quod vnaquæque ciuitas sibi statuit, habetur *in §. ius autem ciuile, Instit. de iur. nat. gent. & ciuil.* Ordinationes autem sunt idem quod statutum, sed vocantur à fine, siquidem per ordinationes mores in iis, pro quibus fiunt, ordinantur. Constitutiones verò, quamuis propriè sint leges generales, hoc loco idem valent atque statuta, & pro legibus communibus alicuius Regni, & ciuitatis accipiũtur, & sumuntur, quoad præsens institutum pro eodem, quasi dicat, Canon hic: Qui leges aliquas fecerit, vel statuta, vel ordinationes, vel constitutiones, vel decreta contra libertatem Ecclesiasticam, incidet in hanc censuram, Vgolin. *hoc loc. vers. nec non, qui statuta, num.* 2. *& sequentib.* Graff. *d. cap.* 18. *n.* 129. 130. *& sequentib.* Sayr. *lib.* 3. *de censuris, cap.* 19. *n.* 8. S. Antoninus 3. *p. t.* 25. *cap.* 17. Marius Alterius *de censuris, tom.* 1. *lib.* 5. *disp.* 16. *cap.* 4. vbi ponit discrimen inter excommunicationem huius Canonis, & inter excommunicationem contentam *in cap. nouerit* 49. *de sentent. excommunicationis*, vbi excommunicantur omnes, qui de cætero seruari fecerint statuta edita, & consuetudines introductas contra Ecclesiæ libertatem, de quibus Nauarrus *in manuali, cap.* 27 *num.* 119. & Iulius Clarus *in §. final. quæst.* 77. *num.* 28.

Quinta dubitatio, libertas Ecclesiastica quomodo dicatur violari directè, vel indirectè? Priùs 281.
tamen quid sit libertas Ecclesiastica dici oportet, quæ nihil aliud est, quàm ius quoddam inhærens generatim Ecclesiis, Ecclesiasticisque personis vtendi priuilegiis concessis tam quo ad se, quàm quo ad res suas à Deo, aut ab hominibus. Vgolin. *hoc loco, d. vers. nec non, num.* 6. & deducitur ex *d. cap. nouerit, de sententia excommunicationis*, & *ibi* Panormitanus *num.* 2. Angelica *verb. excommunicatio* 7. *casu* 12. *num.* 1. Caiet. *verb. excommunicatio, cap.* 31. *vers.* 5 *nota*, & Syluester *verb. excommunicatio* 9. *num.* 31. *excommunicatione* 10. *vers.* 1. Atque ita consistere hanc libertatem, qua tota vniuersalis Ecclesia gaudet, in priuilegiis omnibus spiritualibus concessis à Deo, vel a Summo Pontifice, & in priuilegiis concessis ab Imperatoribus in temporalibus, & à Summo Pontifice, volunt præcitati auctores, quorum meminit Sayr. *dict. cap.* 19. *num.* 9. *per totum*; ac de eius prærogatiuis disputat Suar *lib* 4. *de immunitate Ecclesiastica, c.* 9. *ex fol.* 422. *vsque ad folium* 424. *cap.* 10. *& cap.* 30. *num* 18. *&* 19. vbi minus non posse immunitatem ab vlla potestate, nisi ciuili, *& cap.* 31. *num.* 10. *& sequentib.* vbi agit, an immunitas possit renunciari ab aliqua communitate, & ab omnibus simul Ecclesiasticis, & a Concilio generali completo cum Romano Pontifice approbante, & in partem negantem propendet.

Quibus positis certi iuris est palàm, & apertè, hoc est, directè, non posse violari immunitatem, seu libertatem Ecclesiasticam sine excommunicatione huius Canonis; vt cõstat ex tenore Bullæ,

in qua ponitur contra libertatem Ecclesiæ esse illud omne, quo libertas eius aut tollitur, aut minuitur, aut in aliquo læditur, deprimitur, aut quouis modo restringitur; quod non solùm intelligitur de libertate simpliciter Ecclesiastica, vel de libertate vniuersalis Ecclesiæ; sed etiam de libertate cuiuscunque Ecclesiæ particularis. Quare, qui etiam violauerit per statutum aliquod libertatem alicuius Ecclesiæ particularis statuendo contra priuilegium particulare, & proprium illius, aut alicuius Religionis, incurrit Bullæ Cœnæ huius censuram: ibi, *Seu nostris, & dictæ sedis, ac quarumcunque Ecclesiarum iuribus quomodolibet directè, vel indirectè, tacitè, vel expressè præiudicatur.* Per quæ verba ostenditur excommunicari, qui aliquid statuit contra priuilegium proprium alicuius Ecclesiæ, aut Religionis particularis. Sousa *disp.84. num. 5.* Marius Alterius *disput. 16. cap. 3. fol. 693. col. 1.*

In eandem censuram incidet, qui statuerit aliquid indirectè, hoc est, per præstigias, & quasi ex insidiis contra libertatem vniuersalem Ecclesiæ, aut contra priuilegium proprium alicuius Ecclesiæ particularis, verbi gratia, quando laici statuunt, subditisque suis præcipiunt, ne clericis vendant, aut ab illis emant, aut aliqua similia obsequia Ecclesiasticis exhibeant, quod etiam habetur *in c. vltimo, de immun. Eccl. in 6.* & ratio ibi redditur per hæc verba: *Quia talia in derogationẽ Ecclesiasticæ libertatis præsumuntur.* Quo dicendi modo declaratur illam esse indirectam violationem libertatis Ecclesiasticæ, eo quia quamuis ordinationes, præcepta, vel statuta directè non ferantur contra clericos, quo ad verba: quoad intentionem autem, & effectum fraudulenter, vt ait glossa *in d. cap. vltimo, de immun. Eccles.* transit de persona ad personam, loquendo cum laico, sed grauando clericum. Sicut etiam dicitur indirecta læsio libertatis Ecclesiasticæ illa omnino, quæ quamuis directè versetur circa personas laicas, ordinatur tamen ad grauandum Ecclesiasticos, veluti quando excommunicantur agentes cum Monachis, cùm non possint excommunicare Monachos. *c. quanto, de priuilegiis*, ibi: *Monachos quodammodo excommunicant, quando aliis prohibent, ne cum ipsis communicent.* Idcirco siue directè statuatur, siue indirectè aliquid contra vniuersalis Ecclesiæ libertatem, aut contra libertatem cuiuscunque Ecclesiæ, aut contra priuilegium proprium, alicuius Ecclesiæ, aut Religionis, incurritur excommunicatio, atque ita non sunt audiendi, Caiet. *in summa, verb. excommunicatio, c. 31.* Nauar. *in manuali, c. 27. n. 119. vers. Quinta, & vers. Sexta*, & alij, quos referens sequitur Vgolinus *d. vers. Nec non, num. 6.* & Graffis *eodem vers. Nec non, n. 134. vers. tertium*, dicentes non incurrere censuram, qui ordinant contra hanc, vel illam Ecclesiam particularem, nisi illa pertineat ad hanc Ecclesiam vniuersalem; cùm dicendum sit ligari facientes statuta contra priuilegia particularia, & propria huius, vel illius Ecclesiæ: sicut etiam ligantur condentes statutum derogans iuri proprio cuiuscumque Ecclesiæ particularis, vel ex præscriptione, vel ex priuilegio, vel ex alio titulo sibi quæsito.

283. Sexta dubitatio, an facientes statutum contra libertatem Ecclesiasticam aliquando non incidant? Responsio est affirmatiua. Atque in primis Summus Pontifex non incurrit, si quid contra libertatem Ecclesiasticam statuat, Innocentius *in cap. quod in dubiis, de sentent. excommunic.* Abbas *in cap. vniuersitatis, eodem titulo, in fine*, Vgolio. *in tractatu de censuris, cap. 2. §. 8 tabul 1.* siue priuilegia sint concessa Ecclesiæ ab ipso, siue à Deo. Nam quoad sua si contra ea statuat, non est dubium non ligari excommunicatione, cùm sit de iure positiuo; cui præest ipse Pontifex, & in quo potest dispensare: sicut & in cæteris legibus, & statutis Conciliorum etiam generalium, Couarr. *lib. 3. variarum cap. 6. num. 1. vers. secundo*, Menoch. *consil. 157. num. 11.* Sayr. *in claui. lib. 3. cap. 10. num. 6.* Gotier. *pract. lib. 3. quæst. 17. num. 231.* Aloys. Ricc. *in collect. 1367.* & Flores *var. lib. 1. quæst. 10. num. 50.* Quo ad priuilegia verò à Deo concessa, Socin. senior *in cap. noueris, num. 7. vers. sed circa hoc dubitatur, de sentent. excommun.* dubitat, an incidat Pontifex, si contrà aliquid statuat, sed tandem in hoc casu non incurrere in excommunicationem censet: quod est verissimum, cùm ipse sit de iure positiuo, cui Pontifex non subiicitur, & excommunicatio sit à lege à se condita, quam ipse tollere potest, glossa *in cap. maior. de maioritate, & obedientia*, Vgolin. *hoc loco §. Quartò, num. 1.*

Similiter non incurritur excommunicatio à facientibus statuta, seu ordinationes, & præcepta absque animo, & voluntate præiudicandi libertati Ecclesiasticæ, & abrogandi priuilegiis Clericorum, etiam si re vera contineant aliquid immunitati Ecclesiasticæ, & priuilegiis Clericorum contrarium, dummodo tamen in foro externo probent se nullo modo voluisse præiudicare immunitati Ecclesiasticæ, & ideo super statutis condendis se adiisse viros peritos, ac timoratos, vt iudicarent an iuri, & rationi essent consentanea: tunc enim in vtroque foro statutarij erunt immunes à censura huius canonis, ex traditis à Caietano *in summa, verb. excommunicatio, cap. 31.* Nauarr. *in manuali, cap. 27. num. 119. vers. Quarta quod qui faciunt*, argumento eorum, quæ notantur *in c. 1. de constitutionibus.* Nam lex non obligat ignorantes, Aloys. Ricc. *in collectan. decis. part. 5. collect. 1580.* Ex ea ratione, quæ ait, non posse esse delictum, vbi culpa non est. *cap. cum voluntate, de sentent. excommunic.* Peretr. *in Extrauag. Ambitiosæ, de rebus Ecclesiæ non alien. pag. 94. num. 30.* & per consequens nec pœna. *l. si putator. ff. ad legem Aquil. cap. sine culpa, de regulis iuris in 6.* & noster Aldrete *de religiosa disciplina tuenda, lib. 2. cap. 10. num. 8.* quia pœna præsupponit culpam. D. Thomas *2. 2. quæst. 108. art. 4. in solutione*, Sotus *de iustitia, lib. 1. quæst. 6. art. 5. col. 2. vers. profectò, & vers. veruntamen*, Gutier. *canon. lib. 5. cap. 30. num. 12.* & Surdus *decis. 177. num. 19.* Atqui statutarij in condendis statutis nihil deliquerunt; ergo pœnam non merentur, Campan. *in diuersorio iuris Canonici, rubric. 11. cap. 33. num. 26. vers. insuper*, & Flamin. *de confidentiis, quæst. 5. num. 47.* Graff. *d. cap. 18. num. 136. vers. Quintum est.*

Non est etiam locus excommunicationi contra eos, qui libertatem Ecclesiasticam offendunt facto ipso non ratione statutorum, puta si quis extorqueret gabellam à Clerico, quia Bulla hoc loco loquitur tantùm de violatione immunitatis propter statuta condita, & omnes dicuntur statuta facere, qui in alios habent iurisdictionem, & potestatem: vnde excommunicantur in hoc canone facientes, ordinantes, & publicantes statuta, seu quæuis alia decreta, quæ repugnent libertati Ecclesiasticæ, dicitur autem ordinare, qui componit statuta, & iuxta voluntatem Principis disponit, verbis explicat mentem illius.

Quæstionis

Quæstionis est, an communitates facientes statuta, & ordinationes, quæ promulgantur nomine communitatum, eandem incurrant excommunicationem, vt communitates sunt? Responsio est negatiua, D.Thomas *in addit.3. part. quæst.22. art.5.* Syluest. *verb.excom.1.num.9.* Nauarr. *in manuali, cap.27. num.13. & tom.2. cons.20. num.8. de sentent.excommunicationis*, Couarr. *lib.2.variarum, cap.8 num.9.& in cap. Alma, 1.part.§.nono, num.3. vers.hac & alia multa, de sentent.excommun. in 6.* & Vgolin. *de Ecclesiasticis censuris, tab.2.cap.16.* ex ea ratione, quia excommunicatio non fertur, nisi propter peccatum mortale, quod in actu personali consistit: atqui actus, & passiones, vt consistunt in facto, & ad factum referuntur, non imputantur vniuersitati, aut communitati, sed competunt singulis personis: ergo singuli de vniuersitate, vel communitate ligari possunt excommunicatione, non autem ipsa vniuersitas, vel communitas.

Nihilominus in nostro casu dicendum est excommunicationem, quamuis communitas nequeat excommunicari regulariter, validam esse, si feratur à Summo Pontifice; non tamen ligare omnes de illa communitate, sed solùm singulos, qui fuerunt culpabiles; quòd si omnes deliquerunt, omnes ligari. Quare si aliquis esset innocens, verè in conscientia non ligaretur, Couarr. *vbi suprà*; quòd si non apertè constet de innocentia alicuius, in foro externo excommunicatio est seruanda ad euitandum saltem scandalum. Idem dicendum est de excommunicatione lata ab inferioribus Prælatis, quando constat omnes illius communitatis fuisse culpabiles; quam tamen partem esse valde dubiam opinatur Sayr. *de censuris, lib.1. cap.8. num.* 8. & meritò addit peccare Prælatum, si communitatem collectiuè, & simul excommunicaret; nam tunc mentem illius, & intentionem iudicandum est in eo casu fuisse ligare singulos duntaxat de eo corpore, qui in eo casu fuerunt in culpa, ne innocentes condemnentur, vt habetur *in cap. Romana. §. in vniuersitatem, de sentent.excommun. lib.6.* vbi, & si prohibeatur ibi vniuersitates excommunicari, non declaratur tamen, si feratur sententia, an sit valida, aut nulla. Contra verò quando statutum conditum est ab ipsa communitate, incurritur excommunicatio huius canonis, & licet communitas non possit regulariter excommunicari; valet tamen excommunicatio lata præsertim a Papa contra communitatem etiam collectiuè sumptam, & ligantur duntaxat culposi, quo ad Deum, vt notat Ioann. Andr. *in d.cap. Romana, §.in vniuersitatem*, loquens de Collegio: *Possum*, inquit, *excommunicare omnes, qui fuerunt mandato meo rebelles*; quam opinionem tanquam Diui Thomæ, & Innocentij Quarti verbis congruentem docet Tabien. *verb.excommunicatio 2.num 18.vers. Vel accipitur Collegium*, applicatis. Neque obstat dictum caput *Romana*, ex quo secundùm aliquos excommunicatio lata contra communitatem est nulla, quod est verum, quando pronunciatur contra communitatem tanquam personam fictam, tam nocentibus, quàm innocentibus comprehensis.

Difficultas est, an incurrant in hanc censuram, qui statutis factis, & ordinatis vtuntur?

Dico primò incurrere illos, qui vtuntur statutis, quibus tollitur, aut minuitur libertas Ecclesiastica, quæ censura extenditur tam ad personas, quæ habent iurisdictionem, vt sunt Magistratus, quàm ab alios officiales, qui carent iurisdictione, eo quia vniuersaliter, & indistinctè canon hic loquitur. Proinde si extet statutum, vt omnes indifferenter tam laici, quàm Ecclesiastici ad introitum oppidi pendant certum quid pro rebus, quas asportant, & iudex in eo loco pronunciet clericos huic tributo esse obnoxios, incidet non solùm ipse in excommunicationem, sed etiam custos oppidi, seu portæ. Dicuntur autem vti statutis factis, & ordinatis, qui illa seruant, vel faciunt, vt seruentur, eo quòd proprius vsus legis est obseruantia illius, & ideo ad censuram incurrendam sufficit, vt aliquis prædicta statuta obseruari faciat, vel ea ad aliquem suum vsum assumat: quare, qui assumit statutum ad aliquem vsum suum contra Ecclesiæ libertatem, aut iudicat secundùm illud, incidit in hunc Canonem; sicut ille, qui seruari facit prædicta statuta, eodem canone constringitur, Sayr. *de censuris, lib.3.cap.19. n.10. vers. Illud demum.*

Dico secundò vtentes sententiis vsu receptis contra libertatem Ecclesiasticam incidunt in hunc Canonem, quia sententiæ, quæ transierunt in rem iudicatam, in recepta acceptione iuris sunt decreta quædam; ergo vtentes sententiis, censentur vti decretis; ideo incurrunt in censuram, Sousa *disp.80.num.5.* Secus de vtentibus consuetudine facti contra libertatem Ecclesiasticam, quia non sufficit vsus illius, sed vsus statutorum, ordinationum, constitutionum, pragmaticarum, & aliorum decretorum; inter quæ non habet locum pura consuetudo facti: idcirco vtentes illa non ligantur excommunicatione ex vi huius canonis. Contra verò vtentes consuetudine iuris contra Ecclesiasticam libertatem probabilius est ligari censura huius canonis. Probatur, quia consuetudo habet vim cum lege parem, Guid. *sing.803.* Bernard. Græuæ *ad practicam Cameræ Imper. lib.1. concl.36.* & venit appellatione iuris, Mench. *quæst. frequent. cap.3.num.2.* & habet vim pacti: quinimo est fortior illo, vt volunt Gonzal. *de mensib. gloss. 33. num.4.* & Farin. *in praxi crimin.part 6.quæst.175.* ex principio; sed vtentes lege contra libertatem Ecclesiasticam afficiuntur excommunicatione: igitur, & vtentes consuetudine iuris: quæ quando est contra libertatem Ecclesiæ, vel eidem onerosa, non valet, vt notat Dueñ. *regul.143.* Ioannes Lup. *in tract. de libertate Ecclesiastica, quæst.6. n.4. & 5.* Bellet. *disquisit. clerical. part.1. tit. de exempt. cleric. ab oneribus publicis, §. 1. num.* 10. & iterum titulo *de fauore clericorum personali, § 3.num* 3.

Item, quia nomine statuti, ordinationis, constitutionis, & decreto venit etiam lex, vt docet Panormit. *in cap final. de consuetudine*, Syluest. *verb. consuetudo, num.3.* & Armil. *eodem verbo, n.2.* quinimo consuetudo ex vi, & efficacia sua potest legem abrogare, vt vult Caldas Pereira *in l. si curatorem, verb. contractum fecisti, num.24. Cod. de in integrum restitut.* Gregor. Lopez *l.1. tit.2. partit* 1. Spino *in speculo testam. part.14. rubr.num.17.* Azor *instit. moral. part.1.lib.5.cap.17.* & Sayr. *in claui, lib.3. cap.11.num.12.* Ergo sicut vtentes statutis, ordinationibus, & legibus contra libertatem Ecclesiasticam ligantur hoc Canone: sic etiam vtentes consuetudine, quæ habet vim legis, ac iuris, Sousa *vbi supra d.disp.80 num.6.& 7.* Est autem consuetudo species iuris, vt habetur *Instit. de iur.natur.§. constat*, & ex consequenti est verum ius, & vt ait Abbas *in rubrica, de consuetudine*, consuetudo est quoddam ius moribus vtentium acquisitum,

Marius Alter. *disp. 22. de excom. Bull. Cœnæ, cap. 5. fol. 793. col. 1. vers. nec non consuetudinibus.* Igitur consuetudo sub statutis, & legibus continetur.

284. Septima dubitatio, an consilium præstantes ad facienda statuta, ordinationes, constitutiones, & decreta contra legem Ecclesiasticam incurrant in hanc censuram? Responsio est affirmatiua, quando Consiliarij, quibus Rex leges facere, aut approbare, aut ordinare committit, easdem post consilium præstitum, & suffragium indictum, ipsi ordinant, aut approbant. Ratio, quia non est dubium illos concurrere ad faciendum similes leges suo modo ex commissione sibi data ab ipso legislatore: idcirco dicendum excommunicari. Probatur ex verbis huius canonis, ibi: *vel aliàs quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint*; qui enim præstiterunt consilium, & suffragium ad condenda statuta, quomodolibet fecerunt, & ordinarunt. Nam qui statutum litteris mandarunt, ordinare videntur, veluti qui disponunt, & in formam redigunt, quam sententiam, tanquam valde probabilem tradit Marius Alterius *hoc loco, disp. 16. cap. 3. fol. 690. col. 1.* & tanquam veram sequitur Sousa *disp. 83. conclus. 1. & 2.* vbi eximit Consiliarios nudum consilium præstantes ad condendas leges, hoc est, quando Consiliariorum, vel censorum vota non sunt decisiua, sed cōsultiua. Nihilominus si Princeps ductus rationibus, & suasionibus Consiliatiorum leges tulit, suo modo Consiliarij legem faciunt contra libertatem Ecclesiasticam; & ideo incurrunt in sententiam huius canonis. Et quamuis in iure non dicatur verè quempiam agere aliquid, nisi fecerit actionem eam propter quam lata est excommunicatio: attamen consulens dicitur agere interpretatiuè, quod sufficit hoc loco ad incurrendam excommunicationem, cùm Bulla excommunicet quomodolibet facientes, ordinantes, & publicantes leges, ibi, *vel aliàs quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint.* Nisi consilium sit omnino nudum, quod dicitur tale, quando nihil adiicit ad peccandum, hoc est, sine quo Rex leges esset facturus, ex glossa *in cap. nuper. 2. in verb. consilium, de sent. excommunic.* S. Antoninus *3. part. tit. 25. cap. 2.* Syluester *verb. excommunicatio 7. n. 44. excommunicatione 15 vers. primò.* Secus si consilium sit fraudulentum, quod præstatur suadendo, rogando, impellendo, instruendo, vel vtilitatem secuturam ostendendo, vt traditur *in cap. ad audientiam, de homicidio,* S. Antoninus, & Syluest. *vbi proximè,* quia censentur consulentes cooperari. Sayr. *de censuris, cap. 15. num. 12.*

Quinimò in dubio quando consulentes dubitant vtrùm suis consiliis leges sancitæ fuerint, debent absolui ab hac censura, quia in his, quæ spectant ad salutem animæ, tutior pars est eligenda, & ex consequenti petatur absolutio à Pontifice, vel ab eius potestatem habente, Marius Alterius *de excommunic. Bulla Cœna, disp. 2. cap. 6. fol. 471 col. 2.* sicut qui consulit homicidium, tenetur se tanquam irregularem gerere, quando dubitat vtrùm suo consilio aliquid sit operatum circa homicidium commissum ab illo cui datum est consilium. Mascard. *de probationibus, conclus. 419. num. 8.* Auila *de censuris, part. 2. cap. 5. num. 3. dubio 3.* Sanchez *in præcepta Decalogi, lib. 1. cap. 10. num. 44.* & Bonacin. *de censuris, quæst. 2. puncto 4. num. 7.* Sicuti etiam censeri irregularem propinantem fœminæ prægnanti pharmacum ad abortiendum fœtum, si dubitat an fœtus esset animatus. Fr. Emman. *in summa, cap. 175. num. 4.* tradit, quem sequitur Sanchez *in d. cap. 10. num. 43.* & Bonacin. *dict. puncto, num. 6.* Eodem modo in nostro casu consulentes ad faciendum leges immunitati Ecclesiasticæ contrarias, quando dubitant de facto, an cooperati fuerint, & an leges suis suasionibus, & rationibus motus eas tulerit, in dubio debent à communione hominum, & à celebratione abstinere, Henriquez *lib. 14. cap. 3. §. quarto.* Sayr. *in claui Regia, lib. 1. cap. 13. num. 23.* quod intelligi debet de dubio practico: tunc enim non est consilium, sed verè præceptum, vt volunt Nauarr. *in cap. si quis autem, de pœnitentiis, distinct. 7. num. 42.* Cordubens. *lib. 2. quæstionarij, quæst. 3. propositione 3.* Syluest. *verb. dubium, quæst. 2. §. 4.* Azor *instit. moral. part. 1. lib. 2. cap. 18. quæst. 4. & cap. 19. quæst. 10. & lib. 11. cap. 15. quæst. 2.* Vasquez *1. 2. quæst. 19. art. 6. disp. 65. cap. 3. & disp. 66. cap. 2.* vbi expressè decidit non solùm in dubio facti, nempe, quando dubitatur an res aliqua sit iniusta in se, aut iusta, sed etiam in dubio iuris, quando scilicet est dubium, an lex sit statuta, nec ne, semper esse sequendum quod est tutius. Sequitur Salas *1. 2. quæst. 21. sect. 8. disp. vnica, sect. 17. num. 152.* aitque etiam in dubio iuris loquendo per se, & regulariter, necessariò esse partem tutiorem amplectendam: addit autem limitationem *num. 154.* nisi per accidens causa vitandi ingens incommodum, in quo euentu opinatur fas esse partem sequi minus tutam. Vide tamen Sanchez *de matrimonio, lib. 2. disputat. 41. num. 9. & in præcepta Decalogi, lib. 1. cap. 10. num. 10. & num. 50.*

Ex dictis sequitur non ligari hac excommunicatione violantes immunitatem Ecclesiasticam facto ipso, & non ratione statutorum, vt dictum est suprà *num. 283. vers. non est etiam locus.* Non excusabitur autem statutum laicorum, quod abrogat aliud statutum etiam laicorum multo prius factum, in quo priuilegium Ecclesiis concessum erat, nimirum, vt singulis annis in Natalitiis Domini in pauperes diuiderentur viginti aurei, eo quia secundum statutum disponens, ne inter pauperes aurei prædicti diuidantur, est nullum. Nam priuilegium datum semel postquam acceptatum fuit, ab eo cui fuit indultum, transiuit in ius; nec laicus, qui potuit tale priuilegium à principio impartiri, potest illud reuocare, nec abrogare postquam semel collatum fuit Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis, habetur *in cap. quæ in Ecclesiarum,* vbi Clerici, & Ecclesiæ non ligantur statutis laicorum, Molina *de primogen. lib. 2. cap. 10. num. 78.* Tiraquel. *de iure primogen. quæst. 43. à principio,* Nauarr. *in cap. noui. notab. 3. corol. 17.* & Menoch. *de interdictis, remed. 14. recup. num. 54. cum sequentib.* 285.

Octaua dubitatio, quomodolibet fecerit, ordinauerint, & publicauerint, quomodo sint accipienda? Respondendum est verba illa comprehendere omnes facientes, ordinantes, & publicantes statuta, constitutiones, ordinationes, & quæuis alia decreta, quæ libertati Ecclesiasticæ aduersantur. Dicuntur autem statuta, & constitutiones facere, qui ad hæc habent iurisdictionem in alios, & possunt illos ligare, Episcopus videlicet potest facere decretum, seu constitutiones in Synodo Diœcesana, vt tenent Duenas *regul. 245.* Azor *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 27. quæst. vltimo,* & habetur *in cap. 1. iuncta gloss. verb. generaliter, de consecratione, dist. 3. cap. 2. de maior. & obed. c. vt animarum, de constit. in 6.* dummodo non contrauenant iuri canonico, *cap. institutionis. 25. quæst. 2.*

Abbas

Abbas *in c. final.de consuetudine, num.7.& 8.& ibi* Roch. de Curt. *sect.3.num.7.9.& 11.*

Quio etiam Episcopus potest facere statuta contra Canones, & constitutiones Pontificias in aliquibus casibus. Primò ex causa vrgenti, & non cogitata per Canones, modò exprimatur causa in statuto condito contra Canones, propter quam sancitum fuit. Abbas *in d.cap. final.num.*10. Felin. *in cap. 1.num.49.de constitut.* Secundò, si conderet statuta contra ius solum in proprium præiudicium, respectu iuris quærendi sibi, aut suæ Ecclesiæ, *cap.cum dilectus, iuncta glossa, verb. constitutum, de consuetudine*, eo quia valet statutum in quærendis in præiudicium Ecclesiæ, quando bono zelo conditur: nec est contra Ecclesiasticam libertatem lex ciuilis prohibens, ne Ecclesia emere possit bona immobilia, vt tenet Iacobus Butrigar. *in Authentica Cassa.Cod.de sacrosanctis Ecclesiis, & in l.assiduis, Cod. qui potio. in pign. habeantur*, Carolus de Grassalia *lib.2. de Regalibus Franciæ priuileg.*20. & Pelaez *de Maioratu 2. part.quæst 3. num.1. vers. Quintò valet statutum.* Nam aliquid statui dicitur contra libertatem Ecclesiæ, quando ab Ecclesia tollitur, quod iam illi competit, & iam acquisiuit; non autem quando prohibetur ex iusta causa, ne acquirat, Decius *in d. Authentica Cassa, num.*17. & sequitur Baldus *in cap. Clerici, de iudiciis*, Iason *in l. filius familias.§.Diui, lectura prima. ff.de leg.1. col.9. & 10.a num* 45. propter rationem publici interesse, & propter bonum Reipublicæ.

Confert Decius *consil.*295. *vers. circa primum*, dicens in acquirendis sustineri statutum laicorum conditum in præiudicium Ecclesiæ, sequitur Menchac. *lib.1.quæst. forens. cap.6.in principio.* Vnde si fiat statutum, in quo decernatur omnia prædia esse tributaria in acquirendis, extenditur ad Ecclesiam, vt notat Bartol *in l.final.Cod. de exact. tributo.lib.*10. Baldus *ibi, & cons.*280. *vol.*2. Aymon. Crauetta *de antiquit.temporis 4.part.vers.circa præmissa, num.10. fol.* 179. vbi testatur de communi, Socin. *cons.*12.ni fallor, *lib.*4. Paul.Castren. *in l. final.Cod. sine censu, vel reliqu.* & Abbas *in cap. quod Clericis, de foro competenti, & in cap. non minus, de immunitate Ecclesiæ*, ex eo fundamento, quia sæculares priuati de iure naturali, & ciuili possunt rebus suis quamcumque legem, conditionem, aut modum imponere, vt habetur *in l.legem, C.de pactis, & in cap.verum, de conditionibus appositis*, & *ibi* glossa *verb. debent reuocari*, vbi notatur posse apponi in donatione facta Ecclesiæ eam legem a donante, vt non sit integrum Ecclesiæ alienare rem sibi datam, & si contrà factum fuerit, posse eandem rem à donante reuocari: quin imò addit Tiraquel. *de retract. conuent. ad fin.tit. num.*15. imponi posse legem a priuato, vt nec ob redemptionem quidem captiuorum, aut aliam necessariam causam ea res possit alienari: quibus omnibus probatur in aliquibus casibus posse Episcopum condere statutum contra ius, cùm liceat etiam priuatis id statuere in dispositione rerum suarum, per dictam legem, vt *in leg. legem, Cod de pactis, & in lege final. Cod.de legat & in l.quoties, Cod.de donationibus, quæ sub modo.*

Tertiò potest Episcopus statuere aliquid antequam. Canon iuris communis promulgatum fuerit: valebit enim statutum Episcopi, quamuis sit contrarium Canoni, per textum *in cap.1 de constitutionibus, in 6.* Felin. *in cap.quod super his, num. 7. vers. fallit quinto, de maior. & obed.* & Rochus de Curt. *dicta sect.3.num.*19. Quartò quando Episcopus statueret contra ius, & statutum non repugnaret consuetudini, sed esset concors illi, quæ in illa Diœcesi ab antiquo contra ius præualuerat, Felin *in d.cap. super his, num.10.in fine*, & Curte *dicta sectione tertia, num.* 24. In quibus casibus Episcopus si quid statuat, quod videatur aduersari immunitati Ecclesiæ, in dubio excusabitur.

Non solùm ergo facientes statuta, sed etiam ordinantes excommunicantur. verbi gratia, Princeps censetur facere, quando præcipit fieri statutum, & præcipit alij, vt illud componat, & in ordinem redigat, & ordinans excommunicatione ligatur. Eodem modo, qui statutum publicat, incidit in hunc canonem, cùm ante promulgationem non obligat, Castro *lib.1 .de potestate legis pœnalis, cap.*1. Sotus *lib.1 .de iust.& iur. quæst.1. art.4.* & habetur *in Authentica, Vt facta noua constitutiones*, ibi: Tunc valere leges, cùm in communi factæ sunt manifestæ, idem colligitur ex *cap. cognoscentes, de constitutionibus*, & *ibi* glossa, *& in cap. ad hæc, de postulatione Prælatorum*, ibi: *publicè promulgauit*, & Innocentius *in eodem cap. num.* 6. Antoninus 1.*part.tit.11.c.2.§.1.in fine*, Antonius Cucch. *lib.1. instit. maior. tit.13. num.*16. Nauarr. *in manu. cap.23.n.44.* Valentia *tom.2.disp.7.quæst.5. punct.5.* Petr.Cened. *in Collectan.1.part. Collect.1.num.5.* & alij, quos referens sequitur Sayr. *in Claui, lib. 5. cap.5.a num.1.vsque ad num.*10. vbi concludunt neminem ligari legibus ante sufficientem promulgationem publicam, & solemnem: igitur, qui promulgant leges immunitati Ecclesiasticæ repugnantes, innodantur excommunicatione huius canonis, Marius Alterius *hoc loco, disp.16. cap.5.* vbi concludit, nec facientes statuta, neque ordinantes incurrere hanc sententiam antequam statuta promulgentur: quoniam ante legitimam promulgationem statuta non habent vim, nec leges, cùm promulgatio sit de essentia legum, ac constitutionum: igitur facientes statuta, & ordinantes, non ligantur excommunicatione, nisi postquam illa sunt perfecta per promulgationem; & facientes statuta illa ita promulgata contra libertatem Ecclesiæ sunt excommunicati, etiam per caput *nouerit, de sentent. excommunic.*49. Nauarr. *in manuali, cap.27. num.*118. & Iulius Clarus *in §.final.quæst. 77.n.*28.

Extende hanc censuram ad inferiores ministros, præcones scilicet, qui de mandato Magistratuum publicè denunciant similia statuta, si tenebant, & sciebant, illa continere aliquid contra libertatem Ecclesiæ propter verbum, *quomodolibet publicauerint*; secus si probabiliter ignorabant illa nihil continere, quod libertati Ecclesiasticæ repugnaret, cùm requiratur peccatum mortale ad incurrendam excommunicationem: idcirco non incurritur, vbi datur legitima ignorantia, Couarr. *in cap. Alma mater. part.1. §.7 num.3. & §.6.num.6. col.2.* Nauarr. *in cap.consideret, de pœnit.dist.1 num.*72. Reginal. *in praxi for. pœnit.lib.30. num.* 181. *vers. quorum*, Aloys. Ricc. *part. 2. collect* 429. & Cened. *ad decretal. collect. 25. num.* 4. ex quo etiam immunes erunt à censura Magistratus superiores faciendo, vel ordinando eadem statuta, seu leges bona fide, ignorantésque repugnare immunitati Ecclesiasticæ, Innocentius *in d.cap. nouerit, de sentent excommunic.in fine*, & in dubio fides bona est præsumenda, Mascard. *de probat. conclus.*224 *& conclus.* 231. *& cons.* 1003. *à num.*19.

Extende secundò ad scribentes huiusmodi statuta,

tuta, & constitutiones in libris, quos ligari excommunicatione huius Canonis deducitur ex dictione, *quomodolibet ordinantes.* quæ dictio comprehendit omnem modum ordinandi, & operatur vltra expressa, Angel. *in l. quod si nolit. §. si quid ita. ff. de adilit. edict.* gloss. *in Clement.* 1. *de re iudicata*, & importat omnem modum, Flamin. Parisius *de resignatione, lib. 9. quæst. 25. num.* 48. *& num.* 50. & vltra hanc excommunicationem incidunt in excommunicationem *d. cap. nouerit, de sentent. excommunic.* quæ tamen non est reseruata, vt notat Marius Alterius *d. disp.* 16. *cap.* 4. *fol.* 695. *vers. Differt*, vbi scriptores statutorum posse comprehendi sub publicantibus statuta, & ex consequenti ligari sub hac excommunicatione, quia publicum instrumentum facientes de statutis editis quomolibet publicant illa.

287. Nona dubitatio, quid sibi velint verba illa huius Bullæ, ibi: *vel factis, & ordinatis, vsi fuerint.* Respondetur prohiberi vsum statutorum, quæ facta, & ordinata sunt, & quibus tollitur, aut minuitur immunitas Ecclesiastica, in quam excommunicationem incidunt omnes, qui dictis statutis contra libertatem Ecclesiasticam vtuntur, & ea assumunt ad aliquem suum vsum, vel se defendunt contra illum, vel iudicant secundùm illa, ita Vgolin. *hoc loco, §. 5. num. vnico*, Sayr. *de censuris, d. cap.* 19. *n.* 10. & Marius Alterius *eodem tit. disp.* 16. *cap.* 3. *vers. vel factis, & ordinatis.*

288. Decima dubitatio, quæ statuta dicantur contra libertatem Ecclesiasticam? Responsio sit, illa statuta esse contra Ecclesiasticam immunitatem, seu libertatem, & exemptionem, quæ Ecclesiasticis personis aliquid prohibent, vel iniungunt, quod illis, nec humano iure, nec diuino interdictum est, vel præceptum; itémque illa statuta, quibus laici fiunt audaciores ad nocendum, & Ecclesiastici timidiores ad agendum. Vnde si fiat statutum, quòd interficiens laicum grauiter puniatur, interficiens verò Clericum, pœna pecuniaria, vel mitiori pœna plectatur. Similiter erunt statuta contra Ecclesiæ libertatem, quæ priuilegia Ecclesiastica minuant, & exemptionibus detrahant, aut præiudicent, Felin. *in cap. nouerit, de sententia excommunicationis*, Syluester *verb. immunitas* 2. *n.* 2. Sayr. *de censuris, lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 9. *§ sic etiam*; vbi refert multa priuilegia ab Imperatoribus concessa Ecclesiasticis personis, *l.* 1. *& l. final. Cod. de sacrosanctis Ecclesiis*, in quibus non est integrum iudicari personas Ecclesiasticas, nisi à suis Prælatis, quòd liceat liberè cuicumque donare Ecclesiæ, vel Ecclesiasticis. Nec non quòd statuta contra libertatem Ecclesiasticam sint nullius roboris, ac momenti, *Auth. Cassa. Cod. de sacrosanctis Ecclesiis.* Quare statuentes contra huiusmodi priuilegia concessa à Deo, vel à Pontifice ligantur excommunicatione, & contra concessa ab Imperatoribus, &, vt vno verbo dicam, illud certi iuris est repugnare libertati Ecclesiasticæ, quicquid illi repugnat, aut quo illa læditur, aut quouis modo deprimitur. Sayr. *vbi supra, d. n.* 9. *ad finem.* Sousa *disp.* 84. *conclus.* 1. *num.* 2. *&* 3.

Quod intellige quando ex vi ipsius statuti, aut statutorum intentione libertas offenditur: longè aliter si per accidens libertas deprimatur, ita Caietan. *in summa, verb excommunicatio, cap.* 31. *§. Nota sextò*, quia quæ sunt per accidens, non violant legem, nec lædunt statutum, sed quæ sunt per se: atque ita ex materia statuti iudicabitur, quando illud libertati Ecclesiasticæ contrariatur per se, siue statutum violet priuilegia Ecclesiæ vniuersali concessa, siue in communi, siue in particulari, siue cuicumque Ecclesiæ iura per verba Bullæ, quæ sic habent: *Ac quarumcumque Ecclesiarum iuribus quomodolibet, directè, vel indirectè, tacitè, vel expressè præiudicatur.* Per quæ verba imponitur censura non solùm præiudicantibus libertati Ecclesiasticæ, sed etiam iuribus particularium Ecclesiarum, & vtrunque lædentibus, Sousa *d. disp.* 84. *n.* 5. *&* 6. post Sayr. *de censuris, d. c.* 19. *n.* 9. *ad finem.* Quamuis Marius Alterius *disp.* 16. *cap.* 3. *fol.* 691. opinetur statuentes contra priuilegia particularia huius, vel illius Ecclesiæ, aut Religionis, aut personæ directè non incurrere in hanc censuram, quod minus bene dictum puta: nam saltem indirectè, quia ex quadam consecutione hoc cedit in iniuriam Ecclesiasticæ libertatis, quando læditur particularis immunitas huius personæ, vel Ecclesiæ in contemptum concedentis, quasi non esset integrum illi illam concedere.

Sed quid dicendum si alicubi statuatur, quòd in funeribus, in primis Missis non fiant tot sumptus, nec expensæ, nec tot Religiones vocentur, & Cruces adsint? Responde non esse contra Ecclesiasticam libertatem, quod requiritur, vt incurratur excommunicatio. Statuitur ergo, vt moderati fiant sumptus, & ne immoderatis expensis familiæ fortè ob inanem gloriam se exhaureant, neque hoc fit ad honorem Dei minuendum, neque ad deprimendam libertatem Ecclesiasticam, ita Panorm. *in cap. final. de reb. Eccles. non alien.* Caiet. *d. cap.* 31. quem sequitur Graff. *d. cap.* 18. *num.* 135. & Vgolin. *hoc loco. §.* 4. *num.* 2. *vers. Quare si statuto cautum sit.* Ratio, quia ex Caiet. *vers. sextò nota*, dicitur statutum esse contra libertatem Ecclesiasticam, quando per se, & ex intentione attingit libertatem Ecclesiasticam, eámque offendit. Non requiritur tamen, quòd statuentes habeant hanc formalem intentionem, dum condunt statuta, vt derogent immunitati Ecclesiasticæ, sed satis est, vt ipsum opus, & res, quæ est materia statuti per se, & ex vi sua feratur contra Ecclesiasticam libertatem.

Quamobrem quamuis legislator ex iniqua intentione directè procuret aliquod præiudicium venturum ex statutis conditis per accidens Ecclesiasticis personis, aut Ecclesiæ; non propterea inuoluitur hac excommunicatione, licèt peccet, eo quòd statutum non fertur per se contra Ecclesiasticam libertatem, & ea quæ sunt per accidens non sunt in consideratione, Caiet. *cap.* 37. Nauarr. *cap.* 27. *num.* 119. *vers. septima.* Graff. *d. cap.* 18. *n.* 135. Secus quando tendunt per se, & fit mentio specialis de personis Ecclesiasticis; nimirum si feratur statutum, vt Clerici soluant gabellas de his, quæ emunt non ad negotiandum, sed pro suo vsu; item ne Ecclesiis fiant donationes, aut ne decimæ dentur, Vgolinus *d. §* 4. *vers. postremo.* Marius Alterius *d. cap.* 3. *fol.* 691. *vers. quod verò.*

Ad hæc, nota statuta laicorum impedientia aliquo modo aliquid, quod repugnet immunitati Ecclesiarum, aut Clericorum, esse omnino nulla. Non enim possunt laici statuta condere de rebus Ecclesiasticis, *cap. bene quidem, dist.* 86. *cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit. cap. cùm laicis, de reb. Eccles. non alien.* Rebuff. *tom.* 1. *ad leges Galliæ, in proœmio*, glos. 1. *n.* 58. *cum sequent*, Azor. *instit. moral. lib.* 8. *part.* 2. *cap.* 10. *vers. decimumnonum*, vbi addit esse irrita, & inania, cùm nullam habeant laici statuendi facultatem in Ecclesias, vel in clericos. Dicuntur autem

autem statuta contraria immunitati Ecclesiasticæ, quando directè, vel indirectè tendunt contra priuilegia, aut prærogatiuas concessas Ecclesiis, Ecclesiasticis personis, aut piis causis à Papa, vel à Principe sæculari. Innoc. *in cap. nouerit, num. 1. & 2.* Abbas *num. 2. in fine, de sent. excomm.* Tusch. *tom. 5. lit. L. conclus. 342. à num. 12.* & alij, quos referens sequitur Bellet. *disquisit. clerical. part. 1. tit. de exempt. clericor. à statutis sæcularium, §. 1. n. 9.* quod procedit etiam, vt nequeant statuere laici super dominio directo feudi Ecclesiastici; secus super dominio vtili, vt notat Ruin. *cons. 70. num. 11. vol. 5.* Surd. *cons. 338. num. 18. & sequenti.*

Ex dictis infertur leges, & statuta laicorum non comprehendere Ecclesias, & earum bona, Rebuff. *vbi proximè, in proœmio, gloss. 1. num. 55. & à n. 65. & à n. 71.* Perez *in rubr. tit. 2. gloss. 1. vers. quæri potest. lib. 8. ordin.* Caldas Pereira *de nominat. emphyt. q. 12. num. 22.* quia dispositio Ecclesiarum, & clericorum Summo Pontifici duntaxat competit, text. *in cap. Ecclesia, de constit.* & *ibi* Felin. *n. 40.* Archid. *in cap. decet, de immun. Eccles. lib. 6.* Molina *in Emporio iuris p. 1. tit. 1. q. 16.* & Armendar. *in proœmio addit. ad recopilationem legum Nauarræ n. 94.*

Infertur secundò leges ciuiles Imperiales tacitè, vel expresè clericorum facientes mentionem ad eos non extendi posse, nec contra illos habere vim aliquam, nisi quatenus iure Pontificio approbantur; quia Principes sæculares in clericos non habent iurisdictionem, neque eorum leges, vt est communis, nisi recipiantur à iure Pontificio, Azor *instit. moral p. 1. lib. 2. c. 6. quæs. 4.* & pleniùs *part. 2. lib 10. cap. 7. quæs. 9.* Soar. *de legibus lib. 3. cap. 34.* Gutierr. *quæst. canon. lib. 2. cap. 1. num. 82.* minus bene sensit contrarium; sed Sanchez *in præcepta Decalogi, lib. 7. cap. 9. num. 4.* dicens non esse integrum clericis, quando leges ciuiles de clericis specialiter faciunt mentionem, illis vti etiam in sibi fauorabilibus; dum à Pontifice non approbantur; cùm deficiat in legibus sæcularibus potestas disponendi specialiter de bonis clericorum, iuxta *cap. Ecclesia, de constit.* & tradunt Abbas *ibi num. 10.* Salycet. *Authent. Cassa num. 9. Cod. de sacrosanct. Eccles.* Nec obstat Menchaca *in controuersiis frequent. lib. 1. cap. 5. num. 9.* vbi videtur contradicere, sed reuera non contradicit, quia expresè ait leges Imperiales contentas *Cod. de sacrosanct. Ecclesiis, & Cod. de Episcopis, & clericis,* quæ mentionem faciunt de clericis, non habere in illos iurisdictionem, nisi ex tacita, & ex interpretatiua approbatione Summorum Pontificum, & Ecclesiæ, vt post plures ostendit Hunded. *cons. 20. num. 18. volum. 2.* Caldas *de nominat. emphyteut. quæst. 16. n. 28.* Stephanus Gratian. *discept. forens. cap. 164. num. 11. & sequent.*

Infertur tertiò statuta laicorum, quæ imponunt condemnationem, & exactionem contra illos, qui suis animalibus damnum inferunt fructibus, vel messibus, non extendi ad clericos, & Ecclesiasticos, si fortè eorum pecora damnum intulerunt. Ratio, quia sæculares Magistratus personas Ecclesiasticas condemnare, vel iudicare non debent, & secundùm communem peccant mortaliter, & contra iustitiam iudicando de rebus spiritualibus, & de personis Ecclesiasticis, vt tradit Franciscus Coriol. Capucin. *in tract. de casibus reseruatis iuxta regulam Decreti Clementis Octaui Regularibus traditam, part. 2. casu 5. num. 11. pag. 529.* vbi *num. 12.* ex Ruffino *lib. 10. Historiæ Ecclesiast. cap. 2.* id probat exemplo Imperatoris Constantini Magni dicentis in Concilio Nicæno, cùm illi Episcopi crimina aliorum Episcoporum in scriptis obtulissent, vt ab eo iudicarentur post libellos non lectos igni traditos, Deus vos constituit Sacerdotes in potestate, vt nos iudiceris, & ab hominibus laicis iudicari non potestis. Cuius sententiæ meminit Augustinus *epistola 66. & caput, continua, §. Constantinus, & caput, Sacerdotibus 11. quæstio. 1. & cap. 2. nullus iudicum, de foro competenti.*

Nec obest lex nostra *lib. 2. tit. 1. §. 20.* vbi dicitur posse clericum coram iudice sæculari conueniri super calumniis vulgo *Coimas*, quod probat *lex Hispana 12. tit. 3. lib. 1. nouæ recopilationis*, & Gregor. Lopez *l. 24 verb. el ganado, tit. 15. partit. 7.* Couarr. *in regul. possess part. 2. §. 4. num. 8.* Auendan. *de exequen. mand. part. 1. cap. 4. num. 30. cap. 13. num. 7. & part. 2. cap. 14. numero 13.* Ceuall. *commun. contra commun. tom. 4. quæstio 897. num. 620.* & alij, quos referens sequitur Gutier. *pract. lib. 1. quæst. 4.* & Castil. *l. 70. Tauri, num. 18.* ex eo fundamento, quia quando obligatio est rei imposita, potest iudex laicus præcipere fieri executionem in re, quæ subest iurisdictioni suæ, nulla habita ratione personæ, cuius res est, Bart. *in l. Imperator. ff. de publican.* Gutierr. *d. quæst. 4 num. 2.* & Azeued. *ad l. 12. num. 2. titul. 3. lib. 1. nouæ recopil.* Non enim hoc modo fit executio in persona clerici; sed exigitur onus reale iniunctum rei à clerico.

Quam etiam partem obseruaui *part. 1. de obligationibus moderatorum Reipublicæ lib. 2. disp 4. §. 4. membro 2. num. 350.* Non propter rationes hoc loco positas, sed ob concordiam celebratam cum Rege nostro Ioanne Primo, bonæ memoriæ, *art. 86. num. 259.* & cum Rege Petro acroamate Crudo *art. 16. num. 156.* de qua concordia sapientissimus Gabriel Pereira *in sua secunda parte manus Regiæ cap. 39. in principio.* Nam Summus Pontifex potest submittere cognitioni Principis sæcularis aliquas causas Ecclesiasticas, eiusque ministris, vt de illis cognoscant tanquam Delegati Pontificis, Maria *part. 2. de iurisdict. cap 6. num. 32. & sequentibus,* sicut potest concedere laico potestatem conferendi beneficia.

Quare quo ad leges nostras debent validæ censeri, & fuisse confirmatas in concordatis in Curia Romana inter clerum, & Regem Dionysium, constat ex doctissimo Petro Barbosa *in priuatis scholiis ad legem filiusfamilias ff. de legatis 1 vers. ad ordin.* Caldas Pereira *de emptione cap. 8. numer. 36.* & Benedict. Gillius *in l. 1. Cod. de sacrosanctis Ecclesiis part. 5. §. 2. num. 12.* Iuuat secundùm aliquos scientia, & patientia Summorum Pontificum supra hominum memoriam obseruata, quæ videtur continere vim priuilegij, constitutionis, seu dispensationis, sicut & consuetudo immemorialis, *l. 1. §. denique, l. 2. §. apud. vers. planè si fossa ff. de aqua pluu. arcenda, l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quotidiana, cap. super quibusdam. §. præterea,* vbi glossa *verb. non extat memoria, de verbor. signific.* Decius *cons. 85. num. 2. & cons 117. in fine,* Menoch. *cons. 43. num. 7.* & Crauet. *cons. 259. vol. 1.* Atqui potest Pontifex priuilegium concedere laico circa certas causas clericorum, & fori priuilegio derogare, *cap. nos & si 2. quæstio. 7.* Abbas *in cap. litteras, numero 13. & 14. de restitut. spol.* & Felin. *in cap. 2. num. 2. & 3. de maior. & obed.* igitur potest iudex laicus ex scientia, & patientia Summorum Pontificum supra

hominum memoriam, & ex consuetudine immemoriali in vim priuilegij allegata cognoscere de eiusmodi clericorum causis. Nihilominus quo ad hanc vltimam rationem consuetudinis, oppositum dixi 1. *part. de obligationibus moderatorum Republicæ lib. 2. disp. 4. §. 4. membr. 1. num.* 349. per textum *in cap. final. de consuetudine*, Innocentius *in cap. postulasti, de foro competenti*; ne sufficit immemorialis præscriptio, cùm laicus sit incapax iurisdictionis spiritualis, & præscriptio tollitur per Bullam Cœnæ Domini, quæ singulo quoque anno legitur Romæ.

Nec refert, si dicas statuta generalia laicorum, si sint honesta, nec iuri canonico repugnent, extendi ad Ecclesiasticas personas, easque ligare saltem vi directiua, vt notat Cotta *in memorabil. verb. clerici ligantur*, Mexia *in tractatu tassa panis conclus. 5. à n. 3.* & Ioann. Garcia *regul.* 292. & Matiens. *l. 7. gloss. 2. n. 17. tit. 11. & l. 1. gloss. 1. n. 2. tit. 25. lib. 5. noua recopil.* Vnde si constituatur certum pretium à laicis rebus vendendis, nequeunt clerici frumentum, vinum, & oleum suum alio pretio quàm taxato vendere, Sotus *lib. 1. de iustitia quæst. 6. art.* 7. Bannes 2. 2. *q. 67. art. 1. dubio* 2. & Nauarr. *in manuali c.* 23. *num.* 88. Molina, & Rebell. *infra* citandi.

Quia quando leges ciuiles tendunt ad bonum commune tam laicorum, quàm clericorum, sunt seruandæ à clericis, cùm sint membra, & partes totius Reipublicæ, & leges sint latæ pro bono publico, vide 1. *part. disp. 4. de legibus sæcularibus circa res spirituales. §. 4. membro 2. num.* 352. Adde teneri clericos vendere res suas pro pretio à laicis constituto, nō ex vi statuti laicorum taxantis pretium, sed quia tenentur ex iure naturali, & diuino res suas vendere iusto pretio. Quare si vendentibus vltra taxam pœna imponatur, laicus excedens ligabitur quo ad pœnam, non autem clericus, ita Azor *instit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 12. quæst.* 4. Sed meliùs cum aliis Molina *tom. 2. de iustitia disp. 364. §. dubium est.* Rebellus 2. *part. de obligationib. iustitiæ lib. 9. quæst. 2. sect. 2. num. 9. conclusio.* Nihilominus, vbi volunt debere clericos seruare leges ciuiles omnibus communes, dummodo non repugnent statui Ecclesiastico. Ideo excedentes taxam constitutam peccare mortaliter: non posse tamen propter transgressionem puniri à iudice non suo, & tenentur restituere, quod vltra iustum pretium lege taxatum acceptum fuit. Sayr. *in claui lib. 3. c. 4. num. 16. & 17.* & notat Suar. *lib. 3. de legibus, cap. 34. ex num. 17. vsque ad num.* 20. vt dixi *d. disp. 4. de legibus sæcularibus circa res spirituales, §. 4. membro 2. num. 354. ad finem, vers. quod si damnum, & num. 355. vers. dubium est, per totum.*

Hinc sequitur laicum peccantem in legem Principis, incidere in pœnas positas à Principe contra violatores legis: clericum autem delinquentem in legem Principis non ligari pœna à Principe statuta, sed puniendum esse ab Episcopo suo pœna arbitraria; nec cogetur Episcopus punire clericum eadem pœna, quam Princeps imposuit contra legis suæ violatores. Marius Alterius *hoc loco disp. 16. lib. 5. cap. 5. fol. 698. col. 2.* sed poterit punire pœna, vel arbitraria, deficiente tamen pœna Ecclesiastica.

Difficultatis etiam est, an valeat statutum laicorum, quo præcipitur, ne quis capiat possessionem beneficij, aut Ecclesiæ inconsulto Præside Populi, aut Rectore Prouinciæ, & an sit contra immunitatem Ecclesiasticam? Esse validum ostendit Felin. *in cap. Ecclesia sancta Maria. num. 123. de constit.* Negat tamen Abbas *cons. 83. Præsens dubium in effectu consistit, part. 1.* dicens esse contra libertatem Ecclesiasticam, & non obligare clericos, cùm præcepto, & mandato Pontificis obstet, præcipientis executori suarum litterarum, vt mittat in possessionem prouisum de beneficio. Ratio, quia clerici ex vi statuti fiunt timidiores, & laici audaciores, & ideo statuentes, & exequentes statuta sunt excommunicati, vltra pœnas statutas *in Authentica, Cassa, Cod. de sacrosanct. Eccles.* Fauet lex nostra *lib. 2. titul.* 19. vbi statuit ad euitanda mala quæ possunt contingere in capienda possessione beneficiorum, quando vacauerint, quòd nemo se mittat in possessionem sine licentia, & auctoritate Ordinarij loci vbi beneficium situm est. Non enim statuit lex, vt non mittatur in possessionem sine auctoritate Regis, sed sine auctoritate Ordinarij loci, in quo beneficium vacauit. Quinimò præcipit Præsidi Prouinciæ, vt prouisum de beneficio, si opus fuerit, mittat in eossessionem, ibi: *Mas requereram ao Corregedor da comarca, que lhe de a dita posse.* Ex quo sequitur posse scribas sæculares, & iudices dare possessionem impetrantibus beneficia, Cabed. 2. *part. Arest.* 54. vbi refert sic fuisse iudicatum Anno de 1581. & 1592. vbi Valasc. *consultatione* 191. *num.* 24. opinatur legem nostram non loqui de beneficiario legitimè beneficium impetrante, sed de eo, qui est omnino intrusus, quique sine titulo, & licentia Ordinarij possessionem vacantem inuasit, vt patet ibi, *sem auctoridade do Ordinario*, & infrà, ibi, *e o que se meteo na dita posse sem ter algum titulo*, qui propriè dicitur intrusus in beneficialibus, ex Innocentio *cap. nihil*, in gloss. magna, *circa medium, de electione.*

Excommunicatio decimasexta de impedientibus Prælatos, ne sua iurisdictione Ecclesiastica vtantur, sic loquitur:

§. XVI.

NEc non, qui Archiepiscopos, Episcopos, aliósque superiores, & inferiores Prælatos, & omnes alios quoscumque iudices Ecclesiasticos ordinarios quomodolibet hac de causa directè, vel indirectè, carcerando, vel molestando eorum agentes, procuratores, familiares, necnon consanguineos, & affines impediunt, quominus sua iurisdictione Ecclesiastica contra quoscumque vtantur, secundùm qood canones, & sacræ constitutiones Ecclesiasticæ, & decreta Conciliorum generalium, & præsertim Tridentini, statuunt; ac etiam eos, qui post ipsorum Ordinariorum, vel etiam ab eis delegatorum quorumcumque sententias, & decreta, aut aliàs fori Ecclesiastici iudicium eludentes ad Cancellarias, & alias Curias sæculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata etiam pœnalia, Ordinariis, aut delegatis prædictis decerni, & contra illoa exequi procurant, eos quoque, qui hæc decernunt, & exequuntur, seu dant consilium, patrocinium, & fauorem in eisdem.

EPITOME.

289. *Quæ sit materia huius canonis, & quot actiones principales?*

Persona

ANtequam dicatur de materia huius canonis, diuiditur in duas partes principales hic canon. in prima excommunicantur impedientes Prælatos, vel iudices Eccleſiaſticos ordinarios, ne ſua iuriſdictione contra quoſcumque vtantur: ſimilis prohibitio habetur *in cap. quoniam, de immunitate Eccleſiaſtica in 6.* quæ non eſt reſeruata: ſecus de hoc canone, ſeu excommunicatione. In ſecunda parte autem excommunicantur impedientes non ſolùm Ordinarios, ſed etiam delegatos, recurrendo ad Curias ſæculares, *&c.* atque ita ſecunda hæc excommunicatio in eo differt à prima, quòd lata fuerit non ſolùm ordinariorum, ſed etiam delegatorum fauore, & prima pronunciata fauore duntaxat iudicum ordinariorum Eccleſiaſticorum. Item prima lata contra impedientes iudices ordinarios, ne vtantur ſua iuriſdictione generaliter in quacumque parte iudicij, ſiue ante quàm cœptum fuerit, ſiue in ipſa proſecutione, aut poſt ſententiam: ſecunda verò contra impedientes, ne mandentur executioni mandata, aut decreta, aut ſententiæ eorundem iudicum Eccleſiaſticorum. Denique ſecunda excommunicatio ligat impedientes, qui recurrunt ad Cancellarias, & Curias ſæculares, & ab illis obtinent mandata contra iudices Eccleſiaſticos, vt non vlteriùs progrediantur. Prima illos duntaxat innodat, qui quomodolibet impediunt, ne vtantur iuriſdictione ſua, & immediatè fertur in fauorem iudicum ordinariorum contra omnes, qui eos impediunt in vſu ſuæ iuriſdictionis, Suar. *hoc loco num. 94.*

289. Porrò materia huius canonis eſt ſacrilegium, quod committitur contra Eccleſiaſticam libertatem in ſuis Prælatis, & iudicibus, ne vtantur iuriſdictione ſua, & quo recurritur ad Tribunalia ſæcularia ad impetrandas prohibitiones, mandata, & præcepta contra eoſdem Prælatos, Sayr. *de cenſuris lib. 3. cap. 20. num. 2.* Marius Alterius *diſp. 17. in principio*, & Souſa *cap. 17. hoc loco num. 1.* Actiones verò principales ſunt tres, quæ principaliter interdicuntur. Prima impedire quomodolibet Prælatos, ſeu iudices ordinarios Eccleſiaſticos, ne ſua vtantur iuriſdictione Eccleſiaſtica ſecundùm canones, & decreta Conciliorum, præſertim Tridentini, ſtatuunt *ſeſſ. 25. c. 3. de reformatione*, his verbis, ibi, *Nefas autem ſit ſæculari cuilibet Magiſtratui prohibere Eccleſiaſtico iudici, ne quem excommunicet, aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet.* Secunda actio principaliter prohibita eſt recurrere ad Cancellarias, & alias Curias ſæculares poſt ſententias, & decreta ordinariorum, vel etiam ab eis delegatorum, aut aliàs fori Eccleſiaſtici iudicium eludere. Tertia actio interdicta eſt decernere, & exequi mandata, vel prohibitiones. Similis prohibitio ſub excommunicatione latæ ſententiæ habetur *in c. vnico, de his, quæ vi metuſve cauſ. fiunt, lib. 6.* vbi excommunicantur qui extorquent abſolutionem à cenſura Eccleſiaſtica, aut vi excommunicationem reuocant. Neque immeritò, quia parum, aut nihil refert, ſi ſententia lata non fuerit tradita executioni, Abbas *in cap. paſtoralis, §. quia verò, num. 2. 4. & 5. de offic. delegati, & in cap. vniuerſitatis num. 7. de ſentent. excommunic.* eſt enim iudicare onus, vt per Boër *deciſ. 222. num. 1. & 2.* idcirco meritò quicumque impediret per aliquem actum hoc loco prohibitum iuriſdictionem Eccleſiaſticam, incurrit excommunicationem, & iudex poteſt procedere contra delinquentem, argumento *dict. cap. paſtoralis, §. cùm autem*, quo probatur, quando cauſa Delegato fuit commiſſa intra certum terminum expedienda, & per malitiam partis non expediuit, poſſe Delegatum punire malitiosè impedientem, & cauſam delegare alteri, vt illam intra terminum ſibi præfixum finiat ſine appellatione, Molina *de iuſtitia tom. 6. tract. 5. diſp. 27.* vel poſſe ei imponere mulctam, Perez *ad rubricam tit. 19. gloſſ. 1. col. 1. verſ. vtriùm omn. lib. 8. ordinamenti.*

Perſonæ verò quæ non debent impediri, ſunt Archiepiſcopi, Epiſcopi, & alij Prælati, & Eccle-
ſiaſtici iudices ordinarij, qui nec directè, nec indi- 290.
rectè ſunt impediendi in vſu ſuæ iuriſdictionis. Vnde impedientes, ne iudices delegati à Prælatis Eccleſiaſticis vtantur ſua iuriſdictione, non inuoluuntur excommunicatione per actionem primo loco prohibitam in fauorem iuriſdictionis ordinariæ duntaxat, vt notat Suar. *de cenſuris diſp. 21. ſect. 2. num. 91.* quia requiritur ad incurrendam cenſuram, quòd impediatur iuriſdictio ordinaria.

Quo ad perſonas impedientes, ligantur quicumque impedierint, per relatiuum illud *qui*, in principio poſitum, ibi: *nec non qui*, quod refertur ad antecedens illud caput, *Excommunicamus omnes*, &c. Ex quo enim omnes excommunicantur, nullus excluditur, argumento *l. Iulianus, ff. de legatis 3.* iuuat *gloſſa 1. in Clement. 1. de ſepult.* & ideo quicumque impedierint iuriſdictionem Eccleſiaſticam iudicum ordinariorum, ſiue ſint Eccleſiaſtici, ſiue ſæculares, ſiue Imperator, ſiue Rex, ſiue domini inferiores, incidunt in hunc canonem, Vgolinus *de cenſuris, hoc loco cap. 16. §. 1. num. 1.* & Marius Alterius *diſp. 17. in principio verſ. quo ad perſonas, & cap. 1. verſ. Nec non qui*, quod habet vim referendi omnia præcedentia, Bartol. *in lege Plautius, ff. de auro, & argento legato*, Nauarr. *in manuali cap. 27. num. 70.* Item, quia hic canon eſt veluti pars præcedentis canonis, in quo excommunicantur omnes perſonæ cuiuſcumque

ſint ſtatus, dignitatis, & conditionis, ſine vlla exceptione: ergo ad omnes cenſuras extenditur.

Nec ubſtat Concil. Trident. *ſeſſ.25. cap.20.* vbi Concilium grauiſſimis verbis admonet Imperatorem, Reges, ac Principes, vt Prælatos Eccleſiaſticos venerentur, nec ab vllis Baronibus, Domicellis, aut officialibus, ſeu miniſtris quæ Eccleſiaſtici iuris ſunt, lædi patiantur, ſed ſeuerè in eos, qui illius libertatem, immunitatem, atque iuriſdictionem impediunt, animaduertant. Quia Reges, & Imperator ſunt rerum Eccleſiaſticarum protectores, ac defenſores, & eos tanquam tales admonet, & hortatur Cōſilium: at verò hic canona litet loquitur, indiſtinctéque comprehendit omnes etiam Imperiali, Regalique dignitate inſignes: eo quia habet connexionem cum præcedente Canone, vt oſtendit apertè dictio illa, *nec non qui*, ſed in præcedenti comprehendebantur omnes: igitur in hoc continentur etiam ratione connexitatis: nam connexa dicuntur indiuidua, & reputantur vnum: & ideo quod de vno dicitur, neceſſe eſt, vt de altero intelligatur, per textum *in cap. tranſlato*, ibi: *quod de vno dicitur, de conſtit.* & ab vno connexorum fit extenſio ad alterum, & vbi eſt eadem ratio, ibi dicitur eſſe eadem lex non extenſiuè, ſed comprehenſiuè, *l. his ſolis. §. ſatis etiam cautè putamus, Cod. de reuocandis donat.* Gutier. *pract. lib. 3. quæſt. 17. a num 84. l. illud, Cod. de ſacroſſanct. Eccleſ.* Bald. *in l. data opera, ex num. 16. Cod. qui accuſare non poſſunt*, Pariſ. *conſ. 83. num. 25. lib. 3.* & Tiraquel. *in l. ſi vnquam, in verb. libertis, num. 45. & 46. Cod. de reuocandis donationibus*, Scaccia *de appellationibus, quæſt. 17. limit. 21. ſub num. 25.* vbi vult connexa reputari vnum, & eſſe indiuidua, Surdus *deciſ. 199. num. 13.* & ideo idem eſt iudicium, ex gloſſa *in cap. præterea*, ibi: *idem eſt in vtroque annexorum, de offic. & poteſt. iudic. delegat.* Cott. *in memorabil verb. connexorum, pag* 166. Surd. *de alimentis, tit. 9. quæſt. 3. num. 16. & conſ. 338. num. 3.* atque ita omnes etiam Principes, & Reges impedientes iudices Eccleſiaſticos, ne ſua vtantur iuriſdictione per hunc Canonem comprehenduntur, Marius Alterius *hoc loco, cap. 1. fol. 710. col. 1.*

291. Prima dubitatio, quot modis dicatur quis hoc loco impedire, ne ordinarij ſuam exerceant iuriſdictionem? Reſponde priorò, vt quis propriè impediatur, requiri, vt impediens ſit cauſa, vt alter inuoluntarius, & inuitus deſiſtat ab opere, quod intendit. Vgolin. *de cenſuris, hoc loco, in principio, num. 2.* & Marius Alterius *d. c. 1. fol. 713. col. 1.* Vnde qui precibus, ſeu blanditiis, vel præmio, aut amore impedit Ordinarios Eccleſiaſticos, ne faciant ea, quæ ad iuriſdictionem pertinent, non ligantur excommunicatione, quia hac ratione impediendo non dicitur quis propriè impedire, argum. *l. fin. Cod. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit*; ſicut incidit in pœnam, qui per vim, aut metum prohibet alicui, ne condat teſtamentum, aut illud mutet: ſic etiam hoc loco incidit in hunc canonem, qui per vim, aut metum impedit iudicem Eccleſiaſticum ne ſua vtatur iuriſdictione.

Secundò dicitur quis impedire adhibitis mediis ab ipſo iure datis. Tunc enim cùm ſit iotegrū vnicuique recurrere ad ſuperiores, quibus cōpetit præcipere, ne iniuſtè partes agant, impediens iuſtè non ligātur hac excommunicatione, cùm obſtet ſecundùm canones: ſecus ſi contra canones impedit, ne iudex Eccleſiaſticus ſuam exerceat iuriſdictionem, puta, ſi incutiatur ei metus grauis, vt ceſſet ab eo quod intendit; ſimiliter, ſi inferatur metus conſanguineis, & familiaribus ipſorum iudicum, iuxta textum *in c. quicumque, de ſentent. excommun. lib. 6.* ibi: *licentiam alicui dederint occidendi, capiendi, ſeu aliàs in perſonis, aut bonis ſuis, vel ſuorum grauandi.* Vgol. & Marius Alter. *vbi ſupra.*

Dices preces importunas æquiparari metui iuſto, ex *lege finali, C. de his quæ vi*, ibi, *venditiones, donationes, tranſactiones, quæ per potentiam extorſæ ſunt, præcipimus infirmari.* Iuuat Extrauagans *Execrabilis, Ioannis XXII. de præb. in principio*, his verbis: *Et improbitas importuna petentium à nobis, & prædeceſſoribus noſtris, non tam obtinuiſſe, quàm extorſiſſe plerumque noſcuntur.* quibus probatur preces importunas continere violentiam, vexationem & oppreſſionem, ac proinde metum grauem incutere, ſequitur Salicetus *in l. eum 5. C. de Apoſtatis, n. vnico.* dicens, *quæ facta ſunt per importunitatem, dicuntur fieri prope violenter*: facit Iaſon *in l. 1. n. 1. ff. de condict. indeb.* dum ait ſolutum ob preces importunas, poſſe repeti, perinde ac ſi fuerit ſolutum per errorem, & pro eadem ſententia ſunt Boërius *deciſ. 101. n. 10.* Romanus *in leg. ſi ob turpem, num. 14. ff. de condict. ob turpem cauſam*, Lucas de Penna *l. 1. n. 11. Cod. de petit. bonorum, lib. 10.* Menoch. *de arbitrar. caſu 395. n. 41. & de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 11. ad finem*, Matienſ. *lib. 5. recopil. tit. 10. l. 17. gloſſ. 6. num. vnico*, & Gutier. *lib. 1. quæſt. canon. c. 37. num. 20.* dum volunt pari paſſu procedere aliquid fieri violenter, & metu, ac precibus importunis.

Dicendum tamen eſt, quamuis preces importunæ metum inferant, non tamen æquiparari metui cadenti in conſtantem virum, ita Abbas *in c. cùm inter R. n. 8. de electione*, vbi vult preces etiam inſtantiſſimas Principum non eſſe pares metui iuſto ad reſcindendum actum, niſi Principes cōſueſcant ſæuitiam ſuam exercere in ſibi non obſequentes, ſequitur Roland. *conſ. 83. n. 27. volum. 2.* dicens preces importunas non æquiparari metui, niſi in Tyranno, & ſolito minas ducere ad effectū, adhæret Henriq. *lib. 11. de matrim. c. 9. n. 5.* & Ludouicus Lopez *2. p. inſtructori, de matrimonio, c. 40. fol. 1072.* Quare quamuis preces contineant in ſe aliquid coactionis, non tamen probant metum cadentem in conſtantem virum, vt oſtendit Salicetus *in d. l. eum, C. de apoſtatis*, dicens, quæ importunis fiunt precibus, dicuntur fieri quaſi violēter; quibus verbis ſignificatur non continere violentiam, quæ æquiparetur metui iuſto, niſi, vt dictum eſt, preces importunæ ſint eorum, qui aut iubere poſſunt, aut potentes ſunt. *l. 1. §. 2. & ibi* ſcribentes *ff. de ſeruo corrupto.* Medices *de caſibus fortuitis, p. 1. quæſt. 7. n. 7. verſ. vigeſimo ſecundo arguitur*, Decian. *conſ 65. num. 2. lib 2.* Tuſch. *littera M. concluſ. 217. num. 22. & lit. P. concluſ. 322. & concluſ. 484.* & Sanchez *de matrim. lib. 4. diſp. 7 num. 4.* quod eſt valde probabile, etiamſi non ſint Tyranni; & multo fortiùs hoc procedit propter minas illatas à perſona potente, & aſſueta minus exequi; aliàs ſecus, Decian. *conſ. 18. num. 127. lib. 1.* Medices *d. quæſt. 7. num. 67.* Sanchez cum aliis *lib. 4. diſput. 1. num. 19. & 20.*

Secunda dubitatio in quibus caſibus impedientes iudices Eccleſiaſticos ne ſua vtantur iuriſdictione, non incidant in hanc cenſuram? Reſponſio ſit primò, quando iudices procedunt contra Canones, & non ſecundùm canones, argumento à contrario ſenſu, quod valet quando contrarium non eſt deciſum in iure, vt colligitur ex *cap. a nobis, el 2. de ſentent. excommunic.* & *ibi* Abbas *n. 4.* & Felin. *n. 2. verſ. nota quod argumentum.* Greg. Lopez 292.

l. 17.

l. 17. verb. descendissen tit. 1. part. 6. Mantica *de coniectiis vltim. volunt lib. 3. tit. 15. num. 13.* Euerar. *loco à contrario sensu num. 8.* Gutierr. *1. pract. quæst. 3. num. 14.* Atqui hoc loco incidunt in censuram impedientes contra canones ne iudices exerceant suam iurisdictionem: ergo impedientes secundùm canones non incidunt, procedentes contra canones impediendo. Et ideo si quis impediat iudices, quòd sint notoriè excommunicati, aut denunciati, aut suspensi à iurisdictione, in quibus casibus carent vsu iurisdictionis, & ab eisdem facta sunt irrita, vt habetur *in cap. ad probandum*, & *ibi* Scribentes, *de re iudicata*, non incidit in hanc censuram, eo quia facta à iudice excommunicato declarato, vel suspenso sunt nullius momenti, ex glossa *in d. cap. ad probandum*, & ex Bald. *ibi num. 1.* & Butrius *num. 3. de sentent. & re iudicata*, Soar. *tom. 5. disp. 16. sect. 1. num. 6.* Antoo. Riecul. *de iure personarum extra gremium Eccles. existen. lib. 4. c. 18. num. 1.*

Propter quam rationem euadunt hanc censuram impedientes iurisdictionem iudicis Ordinarij, quando constat, vel saltem dubitatur de iurisdictione non sua, per textum *in cap. ad nostram, de consuetudine*, ex quo patet esse nullam sententiam à non suo iudice latam, Vgolin. *vbi proximè §. 2. vers. Quartò.* Marius Alterius *d. disp. 17. c. 1. fol. 714. column. 2.* addens non peccare impedientem, quando euidenter constaret iudicem contra sacros canones iurisdictionem velle exercere; quin etiam peccare, qui vellet in dubio tētare impedire, quod procedit, quando sine vlla ratione dubitaret de iurisdictione iudicis; secus si ratio daretur dubitandi iusta. Vide Barbosam *ad Ordinationem Regiam lib. 3. tit. 75. num. 9.*

Eodem modo non incidet in hunc canonem impediens Prælatos ne vtantur iurisdictione profana, si fortè eam habeant ratione prælaturæ: eo quia pœnæ non extenduntur longiùs, quàm verba legis propriè accepta ostendunt, & verba interpretanda sunt secundùm propriam significationem, Cardos. *in praxi eodem verbo, num. 6.* Phœbus *Lusit. decis. 77. num. 14. tom. 1.* D. Barbos. *in l. quia tale, num. 37. ff. solut. matrim.* & Tusch. *tom. 8. lit. V. conclusion. 91.* Sousa *in Bulla Cœna, hoc loco, cap. 17. numero 5.* super verba illa, *iurisdictione Ecclesiastica.*

293. Tertia dubitatio quando recurrentes à iudicibus Ecclesiasticis ad Curias sæculares post sententias latas per iudices Ecclesiasticos, vt contra illos obtineant præcepta, vel mandata, incidant, aut non incidant in hanc censuram? Responde primò hanc excommunicationem habere vim ex verbis illis, ibi: Ac etiam eos, qui post ordinariorum, vel etiam ab his Delegatorum quorumcunque sententias, vel decreta, aut aliàs fori Ecclesiastici iudicium eludentes: estque vniuersalis censura, sicut præcedens posita in prima parte huius canonis, & ligat omnes cuiuscumque gradus, ac conditionis, quæ recurrunt ad Cancellarias, & Curias sæculares. Extenditur etiam non solùm ad iudices ordinarios, sicut præcedens; sed etiam ad iudices Delegatos, vt apparet ex tenore Bullæ. Atque ita incurritur à procurante per iudices sæculares impedire, ne sententiæ, & decreta iudicum Ecclesiasticorum, tam ordinariorum, quàm delegatorum sortiantur suum effectum, & mandentur executioni, Vgolin. *dict. versic. Ac etiam eos, numero 1.* Marius Alterius *dict. disp. 17. cap. 2. fol. 715. col. 1.*

Excusantur tamen, qui solùm recurrunt; sed nihil præterea faciunt, nec procurant contra sententias, decreta, & alia huiusmodi iudicum Ecclesiasticorum præcepta. Nam verba cum effectu sunt accipienda, text. *in cap. relatum, de clericis non residentibus*, Galet. *in Margarita casuum conscientiæ, verb verba.* Flamin. *de resignat. lib. 11. quæst. 7. num 83.* Thom. de Thomassetis *in floribus legum, regul. 304.* Tusch. *tom. 8. lit. V. conclus. 90.* & alij, quos referens sequitur Barbos. *In libello de principijs vtriusque iuris, litera V. num. 10.* argument. *leg. prima §. hæc verba, ff. quod quisque iuris.*

Vnde quamuis recurrant ad Cancellarias, & Curias sæculares, & quamuis curent expediri prohibitiones, nihilominus, si non curent illas mandari executioni, nec fieri admonitiones ipsis iudicibus, non ligantur excommunicatione, eo quia tria prohibentur in hac secunda parte censuræ, recurrere scilicet ad Curias sæculares: secundò procurare, vt prohibitiones, & mandata ab ipsis Curiis decernantur contra Ecclesiasticos magistratus: tertiò dare operam, & curare vt prædicta mandata contra eosdem Magistratus tradantur executioni. Vgolin. *suprà d. vers. Ac etiam eos, n. 2. fol. 370.* sequitur Marius Alterius *d. cap. 2. fol. 715. col. 2. & sequent.* vbi concludit illa tria prohiberi per modum vnius, & ideo omnia esse necessaria ad incurrendam excommunicationem, ex quo sequitur si quis recurrat, & instet apud Curiam sæcularem contra Prælatum suum, & alter eo inuoluntario, aut inscio mandatum procuret, vel exequi curet, exponentem querelas contra Prælatum suum, non ligari excommunicatione: sed ligari est verius. Marius Alterius *suprà.*

Quarta dubitatio, an exequentes mandata à Magistratu laico contra Magistratus Ecclesiasticos, incidant in hanc censuram? Placet affirmare propter verbum Bullæ, ibi: *qui hæc decernunt, & exequuntur.* Quare sicut iudices sæculares decernentes aliquid contra Ecclesiasticos Magistratus censuram incurrunt statim, atque decreuerunt, quamuis decreta adhuc executioni non sunt tradita, sic etiam exequentes ipsa decreta, nimirum officiales, Vgolin. *versic. eos quoque qui hæc decernunt, & exequuntur.* Qui tamen ex ignorantia possunt excusari probabili, Vgolinus *suprà*, & Marius Alterius *dict. cap. 2. fol. 716. col. 2.* arg. *cap. Apostolica, de cleric. excomm.* In quibus, cùm sint ministri inferiores, aliquando ex coniecturis præsumi potest ignorantia probabilis, & inuincibilis: quæ si esset facti, puta si exequerentur de mandato iudicum mandarum aliquod in scriptis, & nescirent omnino, quid in eo contineretur, & simul ignorarent iudicem cui mandatum est intimandum, esse Ecclesiasticum, non ligarentur, per textum *in cap. si vir*, ibi: *ex ignorantia excusari videtur.* Sanchez *lib. 9. de matr. disp. 32. num. 47.* & ex traditis à Tiraquel. *de panis temper. caus. 13 num. 1 cum sequentibus* allegauit tamen ignorantiam incumbit onus probandi, Sanchez *vbi proximè, n. 4.* & plenè probatur ignorantia iuramento ipsius dicentis se ignorasse, Sayr. *in Claui Regia, lib. 3. cap. 5. num. 4.* vbi vult standum esse iuramento in iis, quæ pendent à conscientia alicuius, quando alio modo veritas cognosci non potest, Mascard. *de probat. conclus. 411.* 294.

Hinc sequitur probari plenè ignorantiam iuramēto illius, qui asserit se ignorasse, quoniam, quæ latent in animo, & in penetralibus cordis, nō probantur aliter, Cou. *lib. 2. variar. c. 10. n. 1. vers. Tertiò admit*

admittenda est. Mascard. *de probationibus conclus.* 881. *num.* 1. Gregor. Lop. *l.* 12. *verb. Que lo no supiera, tit.* 1. *part.* 3. Sanch. *d. lib.* 9. *disp.* 32. *num.* 5. & est textus *in cap. nulli, in fine, de elect. in* 6. *& in cap. cùm in tua, qui matrim. accus. possunt. & in cap. pastoralis, de exceptionibus,* & voluit gloss. *in cap. innotuit, de electione, & ibi* Abbas *num.* 2. quibus adde glossam *in cap. accedens, de crimine falsi,* & Salzed. ad Bernard. *regul.* 323.

Suprà dicta tamen intellige, quando probatio non apparet in contrarium, quia non obstante iuramento, quo ignorantia, vel scientia probatur, admittitur probatio in contrarium, vt volunt Bartol. *in l. si cui §. iisdem, ff. de accusat.* Iasori *in leg. prima. §. si absens, ff. si ex noxal. caus. agatur. num.* 5. Tiraquel. *de retract. tit.* 1. *§.* 4. *gloss.* 1. *num.* 4. & est gloss. ordin. *in cap.* 2. *in verb. affectata, de tempor. ordin. in* 6. Quæ regula limitatur, quando lex, vel statutum ait, quòd stetur iuramento, vel dicto alicuius pro plenaria probatione, tunc enim non potest admitti probario in contrarium; sed de his alibi.

Excusarentur etiam ministri executores ab hac excommunicatione, si nescirent latam esse excommunicationem in Bulla contra exequentes mandata sæcularia, quia tunc ignorantia esset facti simul, & iuris, Abbas *in cap. referente, num.* 5. *qui filij sint legitimi.* Similiter executores laicorum iudicum contra Ecclesiasticos excusantur ab hac censura, si probabili metu compelluntur tradere executioni similia mandata, puta si iubeantur ea exequi sub pœna aliqua mali grauis, puta carceris, exilij, & similium malorum: tunc enim non obligat pœna, & excommunicatio cum tanto damno, quod aliter euitari non potest. Nam metus inducitur vbi agitur de perdendo magnum lucrum, vel de incurrendo graue damnum in rebus propriis: quare si Magistratus sæcularis intentet ministris sibi subditis, vt tradant executioni mandatum aliquod sub pœna verberum, exilij, amissionis bonorum, vel alterius mali grauis, non incident in excommunicationem, quia non transgrediuntur præceptum Ecclesiasticum cum contumacia, sine qua non incurritur excommunicatio, & obediunt coacti Curiæ sæculari ad vitandum imminens malum, quod aliter euitari non potest. *cap. si iustus, vers. iustus metus* 73. *de appellationibus.* Secus de magistratibus sæcularibus decernentibus talia mandata, & illa exequi mandantibus, qui sine dubio ligantur censura, eo quòd contra legem Summi Pontificis sponte procedunt; etiamsi postea non mandent executioni mandata iam decreta, quoniam ad incurrendam censuram satis est, vel decernere mandatum, vel illud exequi, & vtrumque separatim acceptum principaliter sub hac cẽsura interdicitur, ibi: *qui hac decernunt, & exequuntur,* Vgolin. *de censuris Pontifici reseruatis, part.* 2. *in hoc canone, versic. eos quoque qui hec decernunt, & exequuntur.* vbi vult decernere esse actum diuersum ab executione, sequitur Marius Alterius *disput.* 17. *de excommunic. Bull. Cœn. cap.* 2. *ex medio ad finem.*

295. Quinta dubitatio circa discrimen, quod datur inter hunc canonem, & inter canonem decimumtertium, & decimumquartum. Responsio sit distingui à canone decimotertio, quia in 13. ligantur excommunicatione, qui à futura executione litterarum Apostolicarum appellant ad laicam potestatem: at verò in hoc excommunicantur appellantes ab ipsis Prælatis iudicibus Ecclesiasticis ordinariis, & delegatis. Secundò ibi innodantur appellantes ea Intentione, vt impediatur executio litterarum: hoc autem in loco appellantes eo fine vt executio sententiarũ retardetur. Tertiò in decimotertio excommunicantur appellantes ad finem eludendi litteras, & scripturas: hoc loco ad eludendum iudicium Ecclesiasticum. Denique in decimotertio comprehenduntur appellantes ab Apostolicorum iudicum scripturis: in præsenti autem excommunicantur, qui appellant non solùm à sententiis ordinariorum, sed etiam à sententiis delegatorum Ecclesiasticorum, etiamsi non sint Delegati Apostolici.

Differt etiam hic canon à canone decimoquarto, in quo excommunicantur solùm iudices, qui trahunt quasi motu proprio ad se causas spirituales. Item iudices sæculares, qui tanquam iudices se intromittunt in causis spiritualibus, & in illis procedunt: Similiter excommunicantur, qui cogunt partes actrices ad reuocandum, vel ad faciendum, vt excommunicati absoluantur: at in hoc canone ligantur appellantes ad iudices, & Curias sæculares. Item excommunicantur solùm, qui decernunt per mandata, & prohibitiones, ne sententiæ suas habeant executiones; & denique excommunicantur decernentes prohibitiones, & mandata aduersùs Prælatos, & Magistratus Ecclesiasticos. quæ omnia constant ex tenore ipsorum canonum.

Sexta dubitatio, vtrùm incurrant in hanc cen- 296.
suram impedientes ne Prælati Ecclesiastici vtantur iurisdictione Ecclesiastica delegata: itémque si Episcopus impediatur ne exerceat actus ad potestatem ordinis spectantes? Quo ad primam partem huius dubij videtur dicendum non ligari excommunicatione impedientes, qui obstant Prælatis Ecclesiasticis, ne vtantur iurisdictione Ecclesiastica delegata; eo quia hic canon non loquitur, nisi de Episcopis, & iudicibus Ecclesiasticis ordinariis. Vnde sequitur impedientes, ne iudices delegati suam iurisdictionem exerceant, non excommunicari, vt dictum est, cum Suario *de censuris, disp.* 21. *sect.* 2. *num.* 91. Marius Alterius *d. disputat.* 17. *cap.* 1. *fol.* 712. verba enim sunt accipienda in propria significatione, à qua non est recedendum. Rota apud Farin. *decis.* 352. *n.* 1. *part.* 1. *cap.* 20. *num.* 7. Brunor. à Sole *in locis communibus, verb. verba* 1. & Cardin. Tosch. *tom.* 8. *litt. V. conclus.* 91. semper enim tenor verborum est attendendus, Francisc. Molin. *de ritu nuptiarum, lib.* 1. *cap.* 20. *n.* 7. ideo cùm Canon in specie loquatur de Prælatis ordinariis, non debet trahi ad delegatos, quoniam verba posita in lege, strictè, & propriè capiuntur. *l.* 1. *§. si is, qui nauem, ff. de exercit. l. quod constitutum, ff. de testam. milit. cap. ad Audientiam, de decimis,* Flamin. Paris. *de confidentiis, quæst.* 29. *num.* 50.

Confirmatur ex differentia posita inter primam, & secundam excommunicationem, quæ continentur in hoc Canone. Nam prima sic habet, *Qui Archiepiscopos, Episcopos, & omnes alios quoscumque iudices Ecclesiasticos ordinarios impediunt.* per quæ verba ostenditur prior excommunicatio ferri contra impedientes ordinarios: secunda autem fertur contra eos, qui impediunt iurisdictionem Ecclesiasticam specialibus actibus, & particulari modo eludendi iuridictionem Ecclesiasticam etiam delegatam, ac proinde quo ad personas quarum mandata, & præcepta, & sententiæ defenduntur, est amplior: & ideo in priori continentur impedientes iudices ordinarios; in posteriori autem, qui impediunt specialibus actibus tam ordinarios, quam delegatos.

Sed

Sed quid de impedientibus Episcopos tanquam Sedis Apostolicæ delegatos, quales constituuntur à Concilio Tridentino *sess. 24. cap. 6. de reformat.* Responde illos, qui impediunt Episcopos in vsu suæ iurisdictionis delegatæ in perpetuum illis concessæ, ligari hac excommunicatione, quia iurisdictio huiusmodi non concessa personis, sed officio, & dignitati, non ad tempus, sed in perpetuum, non est delegata, sed ordinaria, ex glossa *cap. irrefragabili, vers. super hoc delegatus, de offic. iudicis ordinary*, Bartol. *in l. ambitiosa, num. 34. ff. de decret. ab ord. fac.* Baldus *in cap. final. num. vnico, de offic. ordin.* Couar. *lib. 3. variar. cap. 20. num. 6. in principio, & num. 9. in fine, & num. 10. in principio.* Henriquez *lib. 13. de excommunic. cap. 24. num. 2.* Cùm ergo hæc potestas sit ordinaria, qui impediunt vsum illius, incidunt in hunc canonem. Confert apertissimè hic canon, vbi excommunicantur impedientes vsum iurisdictionis Ecclesiasticæ, his verbis: secundum quod Canones, & sacræ Constitutiones Ecclesiasticæ, & decreta Conciliorum generalium, & præsertim Tridentini statutum. Ex quo loco inuoluuntur excommunicatione hac impedientes vsum iurisdictionis Episcopalis, qua Episcopi vtuntur tanquam Sedis Apostolicæ delegati. Quare impediens Episcopum, ne visitet Ecclesiam exemptam, vt Sedis Apostolicæ delegatus, pro vt disponit Concilium Tridentinum *sess. 22. cap. 8. sess. 24. cap. 9.* ligabitur excommunicatione, cùm habeat ex officio, aut dignitate ius visitandi, & possit illud delegare, Nauarr. *in summa Hispana, cap. 27. num. 42. & Latin. num. 45. & lib. 2. consiliorum in 1. edit. titul. de foro compet.* Couarr. *3. variar. cap. 10. num. 10. in principio*, & alij, quos referens sequitur Sanchez *de matrim. lib. 2. disp. 40. num. 14. & 15.*

Quo ad secundam partem dubij dicendum est pro parte negatiua non ligari excommunicatione illum, qui impedit Episcopum, ne exerceat actus, qui spectant ad potestatem Ordinis; ex ea ratione, quia in hoc canone nulla fit mentio de potestate Ordinis; sed de iurisdictione solùm, ibi: *Quominus sua iurisdictione Ecclesiastica contra quoscumque vtantur.* Nihilominus placet asserere hanc excommunicationem latam esse contra impedientes, ne Prælati exerceant ea, quæ illis competunt iure communi; siue ea spectent ad potestatem Ordinis, qualia sunt conferre sacramentum Confirmationis, sacrare oleum, consecrare Templa, conficere chrisma, creare Clericos, & similia; siue ad potestatem iurisdictionis. Ratio, quia actus ordinis numerati pendent etiam ex potestate iurisdictionis; etiam si primariò, & principaliter competant potestati Ordinis; atque ita appellatione iurisdictionis venit potestas, auctoritas, & officium Episcopale, prout comprehendit Ordinis, & iurisdictionis potestatem, Marius Alterius *d. 17. cap. 1. fol. 712.*

297. Septima dubitatio, quid sibi velit secunda actio principalis, quæ excommunicat eos, qui post ipsorum ordinariorum, vel etiam ab his delegatorum quorumcumque sententias, & decreta, recurrunt ad curias sæculares, & ab illis obtinent mandata, & prohibitiones, quibus Ecclesiastica decreta, & sententiæ ab Ecclesiasticis latæ impediantur, ne mandentur executioni? Responsio sit, nihil aliud velle, nisi, quod verba ipsa sonant, dum verba sunt clara, & debent intelligi eo respectu, quo sunt prolata, Decius *cons. 283. col. 1.* Crauet. *cons. 307. sub num. 4.* Flamin. *de resignat. lib. 9. quæst. 17. num. 95.* atque ita excommunicatio incurritur per hanc actionem, quoties aliquis procurat sententias, id est, diffinitiones iudicum controuersiis, & litibus imponentes finem non solùm ordinariorum, sed etiam delegatorum per iudices sæculares impedire, quominus executioni mandentur; quæ omnia patent ex tenore Bullæ, Vgolin. *de censuris, supra vers. ac etiam eos, num. 2. & 3.* Marius Alterius *suprà cap. 2. col. 1. & 2.*

298. Octaua dubitatio ex dictis sic habet, quot excommunicationes incurrat recurrens ad Curias sæculares, & procurans ab eisdem, vt decernantur mandata contra iudices Ecclesiasticos, & simul curans, vt mandata dentur executioni? Responde, quamlibet ex his tribus actionibus sufficere ad incurrendam hanc excommunicationem; atque ita vbi primùm quis ad Cancellariam, vel ad Curiam sæcularem recurrit, & ibi exponit querimonias de suo superiore, & narrat grauamina, quæ ab eo sibi iniustè inferuntur, & ab ipsa Curia contra illum implorat auxilium, eo ipso ligatur censura huius Canonis; quamuis ibi sistat, & mandata à Curia sæculari obtenta superiori suo non intimentur. Ratio, quia actio recurrendi ad Curias sæculares, & actio procurandi ab eisdem Curiis prohibitiones, & mandata etiam pœnalia ordinariis, aut delegatis prædictis decerni; & actio procurandi contra illos exequi sunt omnino diuersæ; neque vna est pars alterius, nec ab alia pendet, quod demonstratur à copula, *&*, ibi posita, quæ inter diuersa solet poni *l. huiusmodi. §. si Titio, & Mæuio. ff. de legatis 1.* Abbas *in cap. ex parte 2. de rescriptis, num. 6.* Gonzal. *de mensibus, glossa 3. num. 14. & num. 16. l. 1. in principio*, ibi, *Boni, & æqui*, cum glossa *in verb. ius*, vbi propter dictionem, *&*, affirmatur aliud esse bonum, & aliud æquum. *ff. de inst. & iur.* idcirco quælibet illarum actionum per se separata est causa excommunicationis.

Non tamen inde infertur ligari tribus excommunicationibus, qui has tres actiones exercet, quia illa tria interdicuntur per modum vnius, quod valescit ex illis tribus actionibus: sicut si Prælatus præciperet subditis, ne ludant aleis & taxillis, & ne intersint huiusmodi ludis sub pœna excommunicationis, non censeretur prohibere hæc tria separatim, sed per modum vnius; quia excommunicatio non iteratur, nisi delicta iterentur, vnde transgressor fit maioris, ac minoris delicti reus, quo plures, vel pauciores conditiones, decreti, aut mandati transgreditur, & ita peccatum grauius, & minus graue ad incurrendam excommunicationem vnicam ostenditur, cùm illa tria prohibeantur per modum vnius, & solum delictum in eadem specie augetur, si illa tria prohibita committantur. Probatur exemplo præcipientis sub excommunicatione, vt certo quodam die vtatur subditus cibis quadragesimalibus, & tantùm semel, & post meridianum tempus, si quis ante illud tempus admittat sæpiùs in cibatum carnes contra mandatum, non propterea pluribus excommunicationibus ligaretur, cùm omnes illæ conditiones conueniant in eadem specie: fiet tamen maioris, aut minoris tantùm delicti reus, quo violauerit magis, aut minus præcepti impositi circunstantias, quamuis quæcunque ex illis violata sufficiat ad incurrendam excommunicationem. Confirmatur à simili argumento ieiunantis

nantis in Quadragesima, vel in vigiliis, aut quatuor temporibus, qui non toties peccat mortaliter, quoties in die comederit, sed quando secundò comederit, quia sola secunda comestio peccatum est, & illa sola ieiunium violat, Dur. *in 4. distinct.* 16. sequitur Syluest. *in verb ieiunium, quæst.* 8. *dicto* 4. Nam quando tertia, vel quarta comestio sumitur, iam per secundam refectionem ieiunium est violatum. Sic in nostro casu per actum recurrendi ad Curias sæculares eludendo sententias, ac decreta fori Ecclesiastici à personis nominatis, vel ab eis delegatis latas, incurritur excommunicatio: vnde per actum procurandi à Curiis sæcularibus, vt mandatum Ordinariis, & delegatis decernantur, & per tertiam actionem excommunicatio non iteratur, cùm per priorem iam sit incursa, augetur tamen peccatum grauius ad inducendam excommunicationem.

299. Nona dubitatio ostendit, quomodo incurrat censuram hanc dans auxilium, consilium, patrocinium, & fauorem in actionibus supradictis. In primis excommunicationi subiiciuntur omnes dantes auxilium, consilium, & fauorem, sicut dictum est suprà in Canone secundo, septimo, vndecimo, duodecimo, & decimoquarto, & hoc loco additur patrocinantes apud Concellarias, & Curias sæculares: hi enim incurrunt in hunc canonem, qui causam suscipiunt defendendam in iudicio sæculari pro ipsis recurrentibus, & vrgent apud iudicem, vt decernat prohibitionem, & mandatum contra Prælatos, Vgolin. *suprà vers. seu dant auxilium, num.* 2. Marius Alterius *d. cap.* 2. *fol.* 717. *col.* 1. præsertim si fuerint clerici, quia in foro sæculari non potest clericus in sacris, vel minoribus beneficiatus aduocare, nisi pro se, vel pro sua Ecclesia, vel pro personis miserabilibus, vt desumitur *ex cap.* 1. *de postulando*, & habetur apud Hispanos *l.* 48. *tit.* 6. *part.* 1. *& l.* 10. *tit.* 3. *lib.* 1. *noua recopil.* Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit.* 65. *de Aduocatis, num.* 126. *cum sequentibus*, *& tit.* 66 *num.* 69. *&* 70. Gonzal. *ad reg.* 8. *gloss.* 2. *n.* 28. Ceual. *commun. contra commun. quæst.* 404. *n.* 2. Steph. Gratian *discept. forens. cap.* 57. *à num* 22.

Nec excusabantur Aduocati ex textu *in cap.* 1. *de postulando*, vbi dicitur clericum non posse aduocare in negotiis sæcularibus; ex quo loci in vno negotio sæculari posse aduocare, & eo expedito posse aliud assumere, volunt Archidiaconus *in cap. peruenit* 86. *distinct.* Gregor. Lop. *l.* 5. *verb. otro si, tit.* 5. *partit.* 3. Farinac. *fragmen. crim. part.* 7. *verb. Clericus, num.* 192. Camil. Borrel. *in sum. omn. decis. tit.* 66. *de procur. at. num.* 77. & Christophorus de Pace *ad leges styli, l.* 6. *schol. vn. num.* 7. quia in nostro casu neque in negotio vno sæculari potest quis aduocare, & patrocinium suum adhibere sine excommunicatione, nisi vbi executio facta non esset: tunc enim, qui ad id auxilium dederunt, aut patrocinium, in censuram non incidunt, Vgolin. *vbi suprà*, cùm dare auxilium, consilium, & fauorem sint actiones accessoriæ ad actiones principales: ideo non contrahitur excommunicatio ab his, qui dant auxilium, nisi sequatur actio aliqua principalis, & sufficit, si vnica actio, seu vnaquæque separatim sit mandata executioni, nec requiritur, quòd omnes actiones principales damnatæ compleantur, Marius Alterius *d. cap.* 2. *ad finem.*

300. Vltima dubitatio circa recurrentes ad Curias sæculares in causis mixti fori nunquid incurrant in hunc canonem? De his causis lex nostra *lib.* 2. *tit.* 9. *per totum*, & dixi 1. *part. de oblig. disp.* 4 §. 4. Resolutio ergo sit præuenire iudicem Ecclesiasticum in causa mixti fori non sufficere ad incurrendam censuram huius Canonis, eo quòd præueniens iudicem Ecclesiasticum in causa mixti fori, non impedit iniustè vsum iurisdictionis Ecclesiasticæ: nam causa cùm sit communis, integrum est iudici laico, & Ecclesiastico illam expedire. Vgolin. *hoc loco* §. 2. *vers. vel esto causa*, & Graffis *lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 127. & præuentio secundùm ius commune licita est, vt colligitur ex *l.* 1. *ff. de officio præsidis.* Incurret tamen iudex laicus in censuram, si impediat iudicem Ecclesiasticum in causa mixti fori præuenientem, ne circa illam procedat recurrendo ad Curiam sæcularem, & procurando prohibitiones, seu decreta, vel præcepta pœnalia contra illum, vt colligitur ex tenore Bullæ in hoc loco: nam præueniens iudicem laicum vtitur iurisdictione sua Ecclesiastica, & idcirco impediens facit, ne iurisdictione sua Ecclesiastica vtatur, Mart. *de iurisdict.* 2. *p. cap.* 2. *n.* 2. *& num.* 4. *& num.* 40.

Excommunicatio decimaseptima contra vsurpatores iurisdictionis Sedis Apostolicæ, & personarum quarumcunque Ecclesiasticarum, & contra fructus etiam earum sequestrantes; sic incipit:

§. XVII.

QVI iurisdictiones, seu fructus, redditus, & prouentus ad Nos, & Sedem Apostolicam, & quascumque Ecclesiasticas personas, ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum pertinentes vsurpant, vel etiam quauis occasione, vel causa sine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium, expressa licentia sequestrant.

EPITOME.

301. *Materia huius canonis quæ sit? & quot actiones principales?*
302. *Quæ vsurpari, sequestrari prohibeantur in hoc canone?*
Quid de oblatis. ibid.
303. *Quæ requirantur, vt incurratur excommunicatio decimaseptima.*
304. *Nomine iurisdictionis quid intelligatur hoc loco.*
305. *Vtrum vsurpans iurisdictionem sæcularem personæ Ecclesiasticæ ratione sui patrimonij competentem, incidat in hunc Canonem.*
306. *Vsurpantes Ecclesiastica bona quando in excommunicationem non incidant?*
307. *Sequestrantes sine licentia legitima fructus Ecclesiasticos, quando incidant, & non incidant?*
308. *Vtrùm vsurpantes Ecclesiasticorum fructus, si sint Ecclesiastici, excusentur à censura.*

MAteria huius canonis est sacrilegium, quo violatur Ecclesiastica libertas in iurisdictione, & fructibus, siue hæc duo pertineant ad Sedem Apostolicam, siue ad quascumque perso- 301.
nas

nas Ecclesiasticas. de qua materia agitur *in cap. hoc consultissimo, de rebus Eccles. non alien. in 6. & in cap. si quis Presbyterorum, eodem titulo extra.* Canon, quo ad personas est vniuersalis, vt colligitur ex verb. *quascumque.* Actiones tamen principales sunt duæ. Prima vsurpare iurisdictionem, vel fructus, seu prouentus, quæ competunt Sedi Apostolicæ, vel quibuscumque Ecclesiasticis personis ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, vel aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum. Secunda sequestrare hæc sine facultate legitima, & expressa Summi Pontificis, vel aliorum ad id facultatem habentium.

302. Porrò hoc loco prohibetur vsurpatio,& sequestratio iurisdictionis,fructuum,redituum, & prouentuum, quibus tribus verbis significantur vniuersa,quæ percipiuntur ratione Ecclesiarum,Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum. Vsurpare verò iurisdictionem est sibi assumere ius alicuius rei tanquam ad id habeat auctoritatem,vt vult Caietanus *in summa,in verb. Excommunicatio,cap. 2. in secunda parte,vers. Quarta*, ibi, *Ex qua fortè*, & habetur *in Clementina prima, in verb. vsurpare, de decimis, & in cap. generali, de electione, lib. 6.* Vnde excommunicantur, qui in aliqua Ecclesia,seu Episcopatu,in quo non habent ius, nec iurisdictionem, censuras ferunt, beneficia conferunt,& capiunt iurisdictionis fructus,reditus,& prouentus;vbi nomine *prouentuum* comprehenduntur ex illis prouenientia, Boër.*decis. 224. num.6.* & quamuis prouentuum appellatio sit ampla, & generalis, vt docent, Mandos. *in glossa facultatum, verb. prouentus*, Gonzal. *ad regulam octauam Cancell. §. 7. proœm. num.* 197. quasi sub tali voce comprehendantur omnes fructus non solùm naturales, & industriales, sed etiam artificiales:hoc tamen loco veniunt appellatione prouentuum Ecclesiasticorum quicumque reditus, qui ex bonis Ecclesiæ proueniunt, quicumque illi sint,iuxta ea,quæ tradunt Franch. *in cap.Pastoralis 53.num.16.de appellationibus*, Couarr.*lib.3.variar.cap.13. sub num.*8 Moneta *de distribut.quotidian. part.2.cap.15.num.*18. Ant. Ricc. *de iure person. lib.4.cap.14. num.7. &* 8. cum aliis. Atque ita,qui fructus agrorum alicuius Ecclesiæ, vel ædium reditus vsurpauerit, incidet in hanc censuram, siue fructus sint industriales.siue naturales, siue ciuiles,quia Bulla loquitur indistinctè, & generaliter : idcirco indistinctè, & generaliter accipienda est; & similiter non euadent hanc censuram,qui oblationes factas in Ecclesiis vsurpauerint:nam ratione Ecclesiarum fiunt, & competunt personis Ecclesiasticis, *cap. sanctorum, cap. hanc 10. quæst. 1.* Ferret. *cons. 143. num. 4.* Bellet. *disquisit.Cleric.part 1.tit.de bonis clericorum,§.3.n.4.*

Nomine autem *oblationum* accipitur quicquid Deo, vel Ecclesiæ, aut eius ministris voluntariè offertur, Marian.Socin.*in tractatu de oblat. libell. 1.* Et Troyl. Maluar. *in simili tract. ferè per totum.* Moneta *de decimis, cap.2. num.9. & cap.3. num.2.* vbi vult oblationes, quæ fiunt Sacerdoti sacrificanti, successisse loco quarundam decimarum legis veteris, quæ à quolibet de populo separabantur, & in horrea condebantur, vt eis vesceretur iter agens ad templum Hierosolymitanum,vocatis in vestibulo templi Sacerdotibus,& Leuitis ad epulas conuiuales, vt habetur *Deuteronomy 12. & 14. & 13. quæst.1.cap.his ita.*

Nihilominus hoc loco nomine oblationum intelligitur quicquid Deo, & Ecclesiis, vel eius Ministris sponte exhibetur, quod extenditur ad oblationes,quæ sacris imaginibus deferuntur,siue in Ecclesia positæ sint,siue extra.Et quamuis glos. *in c.statuimus 16. quæst.1. & c. omnis Christianus,de consecrat.dist.1.* Hostien.*rubr.de Parochiis,& in summa,tit.de Parochiis*, & Lapus *cons.58.n.1.& 7.* tradant dari præceptum de soluendis oblationibus, pro vt oblationes differũt à decimis, & primitiis, quod etiam innuit S.Ambr *serm.58.de Ascensione*, vbi inter opera boni Christiani ponit oblationes quasi debitas, his verbis : *Quòd quando ad Ecclesiam venit, oblationem, quæ altari debetur, exhibet.* Probabilius tamen est oblationes non esse debitas ex præcepto, sed esse spontaneas,quia in iure Canonico nusquam reperitur tale præceptum. Quare Concil. Cabilonense habitum sub Carolo Magno, *cap. 6.* apertè supponit oblationes esse voluntarias, vt tenent Azor. *part. 1. lib. 7. cap. 7. quæst.11.* Less. *lib.2. cap.39 dubio 6.num.34.* Suar. *tom.1. de Relig. lib. 1.cap. 5.num.2.*

Hoc tamen non tollit, quòd debeantur aliquibus in locis ex consuetudine legitima, vel quando Ministri Ecclesiæ non habent congruam sustentationem, Azor, & Suar. *vbi proximè*, & Marius Anton. Genuens. *practicabilium Ecclesiasticorum, quæst.676.* vbi concludit consuetudinem soluendi oblationes esse laudabilem, & superiorem posse cogere ad eam seruandam, iuxta *cap. ad Apostolicam, de simon.* & tenent Surd. *de alimentis.tit.1. quæst.6. num.6 & tit. 7. quæst.9.num.*18. Vgolin.*de simon. in genere, tab.1.§.10. num.3.vers. item locum*, & *num.* 7. subdit datum vigore laudabilis consuetudinis esse perpetuò dandum, nec posse auferri contraria consuetudine, vt vult Stephan Gratian. *discept. forens.cap.210. num.17.* Quæ quidem consuetudo inducitur spatio decem annorum.Felin. *in d. cap. ad Apostolicam, num. 3. de simon.* Cassad. *decis. vni num. 5. de consuetudine*, & Couarr. *variar. lib. 2. cap. 17.* & Bellet. *disquisit. cleric. al. part. 1. tit. de bonis clericorum §. 3. n.* 24.

Ex quibus sequitur vsurpantes fructus,vel redi- 303.
tus,vel prouentus, sub quibus continentur oblationes,pertinentes ad Sedem Apostolicam,vel ad quascumque Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum,Monasteriorum,vel aliorum beneficiorum subiici huic excommunicationi. Dicuntur autem prouentus,vt prouentus vsurpari, quando vsurpatur ius,& prouentus, aut quando eos quis accipit tanquam ad se pertinentes,ita Caiet.*verb. excommunicatio,cap.27.*& Suar. *de censuris disp.21. sect.2.num.96.*vbi excludit ab hac censura eos,qui rapiunt hos fructus non formaliter, vt fructus sunt, sed illos furantur, sicuti quæcumque alia bona.Nam censura hæc fertur contra vsurpantes huiusmodi prouentus, prout sunt prouentus tales,& vt ad se pertinent:non autem fertur contra rapientes prouentus tanquam aliena bona, sed contra vsurpantes, quasi habeant dominium super illis, & quasi iure proprio vtens,fructus præoccupat:& ideo non incurrit hanc censuram fur, qui triticum ex decimis, aut primitiis personæ Ecclesiasticæ furatur;sed qui vsurpat Ecclesiasticos prouentus.Vgolin *hoc loco §.2.num.2.*

Quæstionis est, quid intelligatur hoc loco no- 304.
mine *iurisdictionis* ? Responde hoc loco hoc nomen pro vtraque iurisdictione tam Ecclesiastica, quàm sæculari accipiendum esse. At Syluest. *excommun.9.§.12.vers.Primo verò dubitatur*,& Caiet. *in summa, in fine cap.* 40. vbi docent hoc in loco sub appellatione iurisdictionis venire omne ius,

&

& potestatem, quam habet Ecclesia super personis, vel rebus ratione Ecclesiarum & beneficiorum quæ possident, addùntque præsertim iurisdictionem temporalem, non autem spiritualem Prælatorum, illam videlicet, quam Ecclesiastici possident in temporalibus ratione suorum beneficiorum, quæ euacuari dicitur à dominis putè temporalibus, vt Prælati ferè solo titulo domini remaneant, quod ostenditur *in cap. non minus, de immun. Eccles.* his verbis, *iurisdictionem, & auctoritatem Prælatorum iam euacuant, vt nihil potestatis eis in suis videatur hominibus remansisse.*

304. Quibus verbis probari potest hoc loco Bullam non loqui de iurisdictione spirituali, sed de temporali Prælatorum, eo quòd de perturbantibus iurisdictionem spiritualem, & de impedientibus illam sermo fuit *in Canone* 14. 15. & 16. Item, quia in hoc Canone agitur de fructibus, & prouentibus Ecclesiasticis, qui sunt res temporales. Cæterùm dicendum est iurisdictionem spiritualem comprehendi etiam in hoc Canone; & ideo vsurpantes iurisdictionem siue Ecclesiasticam, siue temporalem, si ratione Ecclesiæ, seu beneficij Ecclesiastici competat subiici excommunicationi; nam inter fructus, vel prouentus beneficij Ecclesiastici iurisdictio computari potest; secus si persona Ecclesiastica aliàs habeat dominium, vel iurisdictionem titulo temporali. Tunc enim iurisdictio illa non protegitur ab hoc canone, cùm non competat ratione Ecclesiarum, Caiet. *verb. excommunicatio, cap.* 27. Nauarr. *conf.* 2. *de immunitat. Eccles.* Suar. *suprà sect.* 2. *num.* 95. & alij, quos referens sequitur Sousa *de Bulla Cœna cap.* 18. *disp.* 86. *num.* 2. *vers. hoc posito, fit prima conclusio, & num.* 3. *vers. secunda conclusio*, vbi excusat ab hac censura vsurpantes, quæ ad Ecclesiasticos non ex Ecclesia, sed aliunde spectant, cùm non competant illis ratione Ecclesiæ, Toletus *in summa lib.* 1. *cap.* 28. Sayr. *supra cap.* 21. *num.* 4.

305. Similiter excusatur à censura vsurpans dominium, aut iurisdictionem temporalem competentem Episcopo ratione patrimonij, vel alio titulo, Caiet. *in summa cap.*27. vbi ait excludi prouentus profanos, quos aliunde Ecclesiastici possident, sequitur Nauar. *d. conf.* 2. *in tit. de immunit. Eccles.* Nauarr. autem *d. conf.* 2. *num.* 2. *de immunit. Eccles.* opinatur, quando aliquis vsurpat iurisdictionem sæcularem, quæ competit personæ Ecclesiasticæ, ratione sui patrimonij, vel ex aliquo alio titulo differenti ab Ecclesiastica dignitate, vsurpantem non subiici excommunicationi: secus de vsurpante iurisdictionem habitam ab Ecclesiastico, ratione bonorum Ecclesiasticorum, quæ à principio fuerunt sæcularia, sed titulo gratioso, vel oneroso fuerunt postea bonis Ecclesiæ adiuncta, quibus bonis iurisdictio est annexa: tunc enim cùm Ecclesiasticus obtinuerit ius scilicet præsentandi ratione dignitatis suæ Ecclesiæ, censetur Patronus Clericus, quamuis ius præsentandi pertineat ad illam dignitatem respectu bonorum sæcularium, quæ postea Ecclesiæ titulo donationis fuerunt adiuncta. Longè aliter de iure patronatus Clerici, quod illi aduenit ratione sui patrimonij, quia id æquiparatur laicali, vt notat Peres *l.* 2. *col.* 5. *vers. quod procedit, in fine tit.* 6. *lib. ordin.* 1. Cabed. *de patronatu Regiæ Coronæ, cap.* 35. *num.* 3. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiastici, resolut.* 152. *num.* 2. & tamquam laicus potest Clericus variare, non tamen Ecclesiasticus. Barbos. *de offic. & potest. Episcopi Allegat.* 72. *num.* 153. & *num.* 163.

Item si quis vsurpet à Clerico suo debitore aliquos fructus adæquantes quantitatem sui crediti, excusatur à censura, eo quia non vsurpat fructus, quatenus fructus rei Ecclesiasticæ, sed tanquam res sui debitoris, quæ transferri possunt licitè per contractum in laicum. Nauarr. *conf.* 31. *de sent. excommun.* Caiet. tamen opinatur supra vsurpantem prouentus alicuius Ecclesiæ vacantis, non ligari excommunicatione ex eo fundamento, quia Bulla non loquitur, nisi de vsurpante fructus, & reditus ad Ecclesiasticas personas pertinentes, sed Ecclesia vacans non est persona vera, sed ficta: igitur verba Bullæ non conueniunt, nec dispositio debet conuenire; argumento *legis quarta* §. *toties, ff. de damno infecto.* 306.

Sed verius est ligari, cum hæc prohibeo fiat in fauorem, & defensionem immunitatis Ecclesiasticæ, ita Nauarr. *in manuali, cap.* 27. *num.* 71. §. *sexta*, Vgolin. *hoc loco* § 1. *vers. quintò afficit*, Sayr. *lib.* 3. *de censuris cap.* 21. *num.* 4. & Suar. *d. sect.* 2. *num.* 97. dicens sibi hoc videri moraliter improbabile, iudicium scilicet Caietani, quoniam ex hoc sequeretur excusari ab hac censura vsurpantes Monasterij prouentus, quia illi non spectant ad determinatam personam, sed ad hanc communitatem, ita vsurpare fructus Ecclesiæ vacantis, quamuis de præsenti non existat possessor Ecclesiæ, paulo pòst existet: & prohibitio hæc, & censura non est imposita, præcipuè in vtilitatem personæ, sed in defensionem Ecclesiasticæ immunitatis: item, quia fructus Ecclesiæ vacantis pertinent ad successorem, & interim competunt quodammodo ad Commendatarium, vel Oeconomum, non quidem, vt eorum dominium consequatur, sed vt eos conseruet, & vero domino venturo tradat. Quare vsurpantes tales fructus in censuram huius canonis incurrent. Suar. *suprà num.* 97. & Sousa *disp.* 88. *num.* 2. & 3. post alios.

His adde sequestrantes fructus Ecclesiasticos sine legitima licentia, prolabi in hanc censuram, etiam si illos non vsurpet: sequestrare enim, non est sibi vsurpare fructus, sed impedire, aut separatim reponere, ne ad Ecclesiasticas personas deueniant: & sequestrare propriè est actus iurisdictionis, quæ in vsurpante per se non requiritur: atque ita non prohibetur hic actus sequestrandi quomodocumque, sed quatenus est actus iurisdictionis vsurpatæ; ac proinde additur limitatio, sine nostra expressa licentia, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium. Quæ verba propterea addita sunt, quòd sequestratio regulariter est prohibita, Iacob. de Arena *tract. de sequest. num.* 1. Caldas Pereira *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 21. *num.* 31. Marescot. *var. lib.* 2. *cap.* 77. *num.* 1. & Gonzal. *ad Reg. octauam Cancell.* §. 7. *proœmial. num.* 19. neque admittitur, nisi in casibus à iure expressis, Patis. *conf.* 41. *num.* 17. *lib.* 1. Gonzal. *vbi suprà*, Bernard. Græuæ *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 1. *conclus.* 147. *num.* 1. & Didac. de Britto *in consilio in causa maioratus Regis coronæ quæst.* 5. *n.* 3. idcirco, cùm sequestratio sit prohibita, non erit talis, si fiat habita licentia Summi Pontificis, vel Ordinarij, quæ requiritur, vt huiusmodi fructus valeant sequestrari, & occupari, retinerique sine incursu excommunicationis, quòd patet ex clausula in fine Bullæ posita quæ ad omnia præcedentia 307.

refertur, vt *in cap. secundò requiris*, per textum *ibi, Ad finem atque principium sæpe referri, de appellationibus*, & *ibi* Barbos. *num.* 3. *& in remissionibus de clausulis, clausul.* 119. Non dicitur autem propriè, quis vsurpare, neque sequestrare fructus, quos cum licentia superioris quis accipit.

Non sufficit tamen petere licentiam à Superiore ad euadendam censuram, sed requiritur licentia petita, & obtenta, vt patet ex textu ibi: *sine licentia expressa.* Nam particula, *sine*, denotat licentiam obtinendam esse, Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.6. cap.* 13. *num.*5. *vers. At particula, sine*, Abb. *in cap. tuæ fraternitatis, num.* 3. *de Clericis non residentibus*, quòd si absque rationabili causa negetur licentia, recurrendum est ad superiorem, vt compellatur inferior ad eam concedendam, idem Abbas *in cap. relatum, num.* 1. *de cleric. non resid.* Azor *instit. moral. part.*2. *lib.*9. *cap.*3. *quæst.* 10. Hinc fit, si vxor neget censuram marito ad bona immobilia alienanda sine causa, posse maritum iudicem adire, qui causam contradictionis expendat diligenter, quam si iniustam inuenerit, arbitrio suo poterit licentiam alienandi concedere, Azeued. *l.*4. *à num.*1. *tit.*3. *lib.*5. *noua recopil.* Tiraquel. *de iure mariti, glossa* 8. *num.* 127. *cum sequentibus*, Menoch. *de arbitrar. casu* 211. *num.*6. Cald. Pereira *de extinct. emphyteut. cap.*12. *num.*11. & Gonzal. *dict. gloss.* 47. *num.* 37. per legem, *cùm non solùm*, §. *necessitatem, Cod. de bonis quæ liberis, cap. nullus* 17. *in fine, & ibi glossa finalis*, & ibi, *scribentes de iure patron. & l.* 57. Taurus disponit posse iudicem cogere maritum ad præstandam licentiam vxori, quod si renuat sine causa, posse iudicem illam præstare.

Vnde sequitur falsam esse regulam in causa iurisdictionis licentiam debitè petitam, & iniustè negatam censeri concessam, vel à iure, vel à superiore Prælato, quia quamuis superior peccet grauissimè negando sine causa talem licentiam, nihilominus nemo potest confiteri alteri, nisi de licentia proprij Sacerdotis petita, & obtenta, vt habetur expressè *in cap. omnis vtriusque sexus*, ibi: *nisi*, inquit, *priùs licentiam postulet, & obtineat, de pœnit. & remiss.* Victor. *de confess. num.* 145. Alens. 3. *p. quæst.*77. *memb.*3. *art.*1. *ad* 1. Sotus *in* 4. *dist.*18. *quæst.*4. *art.*2. *in fine.* Ratio, quia sacramentum pœnitentiæ non constat sine iurisdictione. hæc autem siue iustè, siue iniustè negetur à superiore, non potest valide ea vti, cùm requiratur concessio iurisdictionis per actum positiuum illius, qui habet ad hoc potestatem; atque ita licentia negata siue iustè, siue iniustè non habetur pro concessa, quia id, quod requirit actionem, & voluntatem, quamuis iniustè negetur, infectum manet, nec datur signum per quod cognoscatur superioris absentis voluntas concedendi in simili euentu, saltem tacitam licentiam ad absoluendum pœnitentem, si licentia fuerit negata, Suar. *tom.*4. *de pœnitentia, disput.*27. *sect.*4. *à num.* 11. *vsque ad num.*22. Sed de his alibi.

Quo ad rem præsentem ex dictis collige licentiam Episcopi, vel alterius ad id habentis potestatem esse petendam, & impetrandam ante sequestrationem fructuum Ecclesiasticorum, ne incurratur censura; nec satis esse licentiam præsumptam; nec ratihabitionem, sed debere præcedere actum etiam, quando licitè licentia non potest negari, Abbas *in cap. tua nos, num.* 7. *de Ecclesiis ædificandis, vel reparandis.* Cened. *pract. quæst.*30. *num.*38. Cassan. *in consuet. Burgund. rubric.*13. §. 9. *verb. Sans licence, vers. sed quæro*, Barbos. *ad ordinat. Regiam Lusitan. lib.*5. *tit.*76. *num.*7. Nec sufficit sequi licentiam, pro vt habetur *in Authen. licentia, Cod. de Episcopis, & Clericis, cap. licet, de Regularibus*; Bartol. *in lege si autem plures. num.*1. *ff. de aqua pluu. arcenda*, & alij; quibus accedit Gonzal. *gloss.*47. *num.*46. argumento transeuntis ad Religionem, qui necessariò debet petere licentiam transeundi antequam transeat, nec satisfacit petendo licentiam pòst transitum ad arctiorem Religionem, Abbas *in d. cap. licet, de regularibus, num.* 11. Azor *lib.*12. *cap.*14. *quæst.* 6. *in fine.* Barth. à S. Fausto *in thesauro Religiosorum lib.* 5. *quæst.* 331.

Sequitur dicere, an Ecclesiastici vsurpantes 308.
Ecclesiasticorum fructus excusentur ab hac censura? Responsio est negatiua, ex tenore Bullæ *in principio*; ibi: *Quive iurisdictionis, seu fructus*; est enim censura vniuersalis, quo ad personas: atque ita sine vllo discrimine comprehendit omnes vniuersaliter cuiuscunque gradus, conditionis, & dignitatis fuerint, siue laici sint, siue Ecclesiastici, siue personæ publicæ, siue priuatæ. Nam dictio relatiua, *quive*, refertur ad Canonem decimumquartum, vbi omnes ligantur excommunicatione cuiuscumque præeminentiæ existant.

Cæterùm oppositum vult sapientissimus Sousa *hoc loco, disputat.* 90. docens non comprehendi sub hac censura, nisi eos Ecclesiasticos, qui laica auctoritate fungentes fructus Ecclesiasticorum sequestrant, vel quasi sæculari titulo sibi debitos vsurpant: quocirca non ligantur Ecclesiastici censura, qui auctoritate Ecclesiastica, vel fructus sequestrant, vel Ecclesiastico titulo sibi debitos vsurpant. Ego tamen contrariam sententiam lubens amplector. Aliter enim diceretur eum, qui occuparet Ecclesiam, & beneficium vsurparet, non incurrere in censuram, quod non est dicendum. Probatur: nam quamuis Bulla solùm loquatur de vsurpantibus fructus, & prouentus beneficiorum, non propterea ad occupantes Ecclesias, & beneficia non debet extendi, quoniam, si vsurpatio fructuum subest excommunicationi; multo fortiùs occupans Ecclesias, & beneficia subiicietur excommunicationi; Marius Alterius *hoc loco, disp.*18. *lib.* 5. *fol.*720. *col.* 2. nec obest taciturnitas Ecclesiarum, & beneficiorum, & expressa mentio vsurpationis fructuum, quia talis vsurpatio fructuum frequentiùs solet contingere, ideo de solis fructibus meminit hic Canon: imò maior ratio militat in Ecclesia, quàm in fructibus, quod satis puto esse probabile ac verosimile: nam argumentum à verosimile optimum est, & in qualibet materia receptum, Euerard. *in locis legalib. loco* 5. Andreas Gamar. *in Dialectica legali, lib.*1. *loco* 23. Manrica *de tacitis, & ambig. conuent. tom.*1. *lib.*3. *tit.*1. *n.*16. Menoch. *consil.*122. *n.*54. *consil.*306. *n.*6. Perez *l.*2. *tit.*7. *lib.*5. *ord. pag.*184. Surd. *de alimentis, tit.* 9. *quæst.*12. *num.*25. Flamin. *de confident. benefic. quæst.* 29. *num.*24. Farin. *in praxi part.* 4. *decis.*47. *num.*2. *in fine*, & Tusch *tom.*1. *lit. A. conclus.*494. Quod tamen fallit in criminalibus, in quibus ad condemnandum non valet argumentum à verisimili, prout docet Surdus *consil.* 132. *numero* 57.

***

Excommu-

Excommunicatio contra imponentes decimas, & alia onera perſonis Eccleſiaſticis, Eccleſiis, Monaſteriis, aut eorum fructibus, ſic habet:

§. XVIII.

QVVÆ collectas, decimas, talleas, præſtanrias, & alia onera clericis, Prælatis, & aliis perſonis Eccleſiaſticis, ac eorum, & Eccleſiarum Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum bonis, illorúmque fructibus, redditibus, & prouentibns huiuſmodi abſque ſimili Romani Pontificis ſpeciali, & expreſſa licentia imponunt, & diuerſis etiam exquiſitis modis exigunt, aut ſit impoſita, etiam à ſponte dantibus, & concedentibus recipiunt. Nec non qui per ſe, vel alios directè, vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel fauorem præſtare non verentur, cuiuſcunque ſint præeminentiæ, dignitatis, Ordinis, conditionis, aut ſtatus, etiam ſi Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, ſeu Principes, Duces, Comites, Barones, & alij potentatus quicumque etiam Regnis, Prouinciis, Ciuitatibus, & Terris quoquo modo Præſidentes, Conſiliarij, & Senatores, aut quauis etiam Pontificali dignitate inſigniti. Innouantes decreta ſuper his per ſacros Canones, tam in Lateranenſi, nouiſſimè celebrato, quàm aliis Conciliis generalibus, edita etiam cum cenſuris, & pœnis in eis contentis.

EPITOME.

309. *Quæ ſit materia huius Canonis, & quæ actiones principales?*
310. *Perſonæ Eccleſiaſticæ ad quæ munera perſonalia, realia, & mixta obligari nequeant?*
311. *In quibus caſibus integrum ſit perſonis Eccleſiaſticis tributum aliquod imponere?*
312. *Vtrum recipientes tributum ab Eccleſiaſticis inuoluantur excommunicatione?*
313. *Prima actio principalis eſt imponere collectas, decimas, talleas, præſtantias, & alia onera Eccleſiaſticis, vel bonis eorum, & ad quos, aut quæ ſe extendat?*
314. *Vtrum nomine beneficiorum veniant præſtimonia, Altaria, & Capellæ, & Oratoria?*
315. *Clericorum bona patrimonialia an gaudeant priuilegia, quibus gaudent bona Eccleſiarum, ita vt incurratur excommunicatio ſi grauentur collectis?*
316. *Vtrùm neceſſaria ſit licentia expreſſa Summi Pontificis ad effugiendam excommunicationem huius Canonis?*
317. *Quomodo intelligantur ſecunda actio, & tertia, damnata in hoc canone?*
318. *Quando excuſentur à cenſura exigentes collectas, & decimas, & alia onera à perſonis Eccleſiaſticis?*
319. *Actiones acceſſoriæ, quæ ſint, & quomodo vtentes illis incurrant hanc excommunicationem, & quomodo intelligantur verba Bullæ, quæ ſic habent: nec non qui per ſe directè, vel indirectè, &c. vſque ad finem Canonis?*
320. *Imponentes per alios dicta onera Eccleſiaſticis, vel eorum colonis, & ea exequentes, ſeu procurantes, incidunt in excommunicationem.*
321. *Exigentes collectas, vel tributum ab Eccleſiis, vel Eccleſiaſticis pro agris emptis, vel alio titulo acquiſitis, an incidant in hanc cenſuram?*
322. *Exigentes collectas impoſitas ſuper pane, vino, & ſimilibus ad victum neceſſariis à clericis, incidunt in excommunicationem.*
323. *Conſules, & Gubernatores ciuitatis imponentes gabellas ſuper rebus vſualibus ad victum, & veſtitum, ex quibus clerici grauantur, incidunt in hanc cenſuram.*
324. *Clericus quando non gaudet priuilegio exemptionis à tributis.*
325. *Exigentes collectam à colonis prædiorum Eccleſiaſticorum, quando non ligentur excommunicatione?*
326. *An conſuetudo exigendi gabellas à clericis excuſet ab hac cenſura?*

1. MAteria huius Canonis eſt ſacrilegium, quo offenditur immunitas, & libertas Eccleſiaſtica in impoſitione onerum perſonis Eccleſiaſticis, ac rebus eorum, & Eccleſiarum bonis. Colligitur ex Caietano *verb. excommunicatio, cap.* 40. ita Sayr. *de cenſuris, lib.* 3. *cap.* 22. quo ad perſonas eſt vniuerſalis, & neminem excludit, vt conſtat ex tenore Bullæ, ibi: *Cuiuſcúnque ſint præeminentiæ, etiamſi Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate.* Actiones principales ſunt tres. Prima eſt imponere ſine ſpeciali, & expreſſa licentia Summi Pontificis quodcunque genus, aut onus tributi Clericis, & perſonis Eccleſiaſticis, aut Eccleſiis, aut eorum bonis, ſeu beneficiis, vel eorum fructibus, & prouentibus. Secunda actio eſt exigere ſuprà dicta onera, & tributa ab eiſdem Eccleſiaſticis, vel ab eorum rebus diuerſis exquiſitis modis. Tertia actio eſt ita impoſita exigere etiam ab ſponte dantibus & concedentibus, eáque recipere. 309.

Prima dubitatio ad quæ munera, perſonalia ſcilicet, & realia, & mixta Eccleſiaſtici nequeant obligari? Reſponſio ſit clericos in primis non poſſe obligari ad munera ſordida, neque eorum mancipia, aut aliquem ex familia eorum, *l.* 2. *Cod. de Epiſcop. & Cleric. & cap. Eccleſiarum ſeruos* 12. *quæſt.* 2. Item nequeunt obligari clerici ad munera perſonalia, quæ exercentur corporis labore, ac detrimento eorum. *l. omnis, & l. omnes, §. priuilegiis, Cod. de Epiſcopis, & Clericis*; quin imò ex *cap. ſacerdotibus* 2. *ne clerici, vel Monachi*, non poſſunt clerici in ſacris, vel beneficiati ſeruire alicui laico in domo, vel extra pro ſuis negotiis peragendis, Farin. *fragment. crimin. part.* 1. *lit. C. verb. Clericus, num.* 184. Reginald. *in praxi fori pænitent. lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 23. Bernard. *in pract. c.* 57. aliàs 60. *in nouiſſ. edit.* & Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapol. cap.* 61. *num.* 10. *in addit.* vbi vult non poſſe ſeruire Clericos in officio maioris domus alicuius Principis. 310.

Quæſtionis eſſe poteſt, an clerici teneantur ad ea onera, quibus vtilitas publica iuuatur, nimirū, ad reparanda mœnia, & alia opera & onera, quæ niſi reparentur, tam clericis, quàm laicis poſſunt eſſe nocumento? Reſponſio ſit vbi de communi vtilitate tractatur clericos obligari tempore neceſſitatis, neque excuſari à cuſtodia ciuitatis, nec à murorum vigiliis, ita, vt ſi fuerint in minoribus, 311.

ribus, possint cogi per iudicem sæcularem ad hæc, & alia onera subeunda: Clerici autem in maioribus per Episcopum debent compelli. lex nostra *lib. 2. tit.1.§.12.* concinit *l.Hispana 51. & 52. tit. 6.partit.1.* Barbos. *ad ordinat.nostram,ibi d. §. 12.* vbi addit posse destrui domum Clerici per iudicem sæcularem, si incendatur, ex Bobadill. *in suapolitica, lib.2.cap. 18.num.133.* ne aliis noceat.

Vnde infertur clericos teneri ad vectigal, quod imponitur propter reparationem, seu refectionem viarum, & pontium quotiescunque datur necessitas Ecclesiasticis, & laicis communis, & concurrit vtilitas, Bursat. *cons. 16. num. 66.vol.1.* Vasquez *de success. lib. 3. limit. 7. num.180.* Pechi. *de reparat. Eccles. cap. 22.* Auiles *ad cap. 23. Prætorum in gloss. den orden.* Girand. *de gabell. part. 7. in principio, num. 32.* Viuald. *part. 2. in explicat. Bull. Cœnæ, casu 5. num. 45.* Valasc. *de iure emphyt. quæst. 17. num. 28.* Gutier. *pract. lib. 1. quæst. 3. & allegat. 10. num. 2.* Molin. *de iustitia, tom. 3. disputat. 672. num. 4. & 5.* Azor *1. part. lib. 5. cap. 13. quæst. 8. & part. 2. lib. 10. cap. 7. quæst. 9. vers. hinc soluitur.* Flores *variarum lib. 2. quæst. 21. num. 213. cum sequentibus*, & Ceuall. *commun. contra commun. quæst. 415. in principio*, vbi addit hanc partem esse magis veram, quam probat Sousa *de Bulla Cœnæ, disp. 92. num. 6.* accedente tamen consensu Summi Pontificis, aut si is conueniri commodè non potest, monendus est Episcopus, vt Clericis iubeat contribuere, iuxta id, quod habetur *in cap. aduersus, de immunitate Ecclesiæ,* quod intellige quando laicorum facultates non suppetunt, Borrell. *cons. 74. num. 32.* Decian. *consil. 51. num. 31. lib. 3.* Beller. *disquisit. clerical. part. 1. de exempt. cleric. & eorumdem bonorum, §. 2. num. 3.* Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 672.* & Suarez *lib. 4. de immunit. cap. 26. num. 15.* quibus accedit Carol. de Grass. *de effect. clerical. effect. 3. num. 244.*

Neque ex consuetudine tribuitur laicis ius imponendi collectas & onera Ecclesiasticis, text. *in cap. quamquam, de censibus, lib. 6.* Filliuc. *tract. 16. cap. 11. quæsito 2. num. 293.* Suar. *lib. 4. de immunitat. cap. 32.* Reginald. *in praxi fori pœnit. num. 381.* & Beller. *d. tit. de exempt. §. 6. numer. 1.* Quare regulariter dicendum est clericos sicut non tenentur ad onera personalia, ad quæ tenentur laici, sic etiam non teneri ad onera realia, quæ sumptibus patrimonij expediuntur, & imponuntur rebus. *l. 1. vers. illud tenendum est, l. final. vers. patrimoniorum sunt munera, ff. de muneribus, & honoribus.* Similiter sunt exempti à muneribus mixtis, quæ partim sunt realia, & partim personalia, quæ propterea mixta dicuntur, quia habent sumptus aliquos patrimonij, & onus aliquod personæ. *l. vlt. §. mixta, ff. de muneribus, & honoribus.*

311. Secunda dubitatio, an possit Episcopus Ecclesiis, vel Ecclesiasticis personis censum imponere? Responsio sit, censum perpetuum Ecclesiis à nullo, nisi à summo Pontifice imponi posse. *cap. scientes 3. cap. prohibemus 7. cum aliis, de censibus, Clement. 1. vers. eadem quoque, de supplend. negligentia Prælatorum*, sequitur Sot. *lib. 9. de iustitia, quæst. 7. art. 2. col. 9.* vbi vult neminem Summo Pontifice inferiorem posse imponere censum, aut pensionem perpetuam, neque in simplicibus resignationibus, neque in beneficiorum permutationibus, *ex cap. ad quæstiones 6. de rerum permutatione, vers. vel sic ad æqualitatem*, per quem textum colligunt Vgolin. Philiarc. & Ludouic. Carbo, quos referens sequitur Garciā *de benefic. part. 1. cap. 5. num. 345.* sine auctoritate Papæ non posse imponi pensionem in beneficiorum permutatione ab Ordinario, quibus accedunt Suar. *de Religione, tract. 3. lib. 4. cap. 34. numer. 16.* & Azor *instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 29. quæst. 15.* Gigas *de pensionibus, quæst. 6. num. 1. & à num. 6.*

Quòd si loquamur de censu personali ad vitam possessorum, vel ad breuius tempus, dicendum est licitè posse imponi personales census, vt habetur *in cap. de cætero, in fine, de transactionibus, & in cap. nisi essent 21. de præbendis,* Corras. *de Sacerdot. part. 1. cap. 4.* Mandos. *de signat. gratiæ, tit. pensiones, verb. Papa.* Ex eo, quia quando census est perpetuus, Ecclesia perpetuò grauatur, & oneratur in perpetuum, quod prohibitum fuit *in cap. prohibemus, de censibus*, à Concilio Lateranensi. Contrà verò quando census est temporalis, vel ad vitam possessoris ex causa potest imponi ab Ordinario: quia tunc non oneratur Ecclesia, sed obligatur persona, in quo euentu prohibitio non reperitur. Scribentes *in cap. cùm venissent*, per textum *ibi, de restitut. spoliat.* Felin. *in cap. ad Audientiam 2. numer. 2. de rescriptis.* Rebuff *de pacificis possess. à numer. 106.* Corras *vbi proximè, cap. 4.* & Couarr. *in cap. quamuis pactum, de pactis, §. 6. numer. vlt.*

Ex dictis sequitur non posse Episcopum etiam ad subleuandas necessitates imponere Ecclesiis, neque Ecclesiasticis personis talleas, vel collectas indicere inconsulto Summo Pontifice, *cap. aduersus 7. de immunitate Ecclesiæ, vers. propter*, & multo minus ea onera poterit imponere Episcopus in propriam vtilitatem, quòd si Episcopo de nouo necessitas superueniat, & constet de causa manifesta, ac rationabili, moderatum auxilium poterit postulare, ex *cap. cùm Apostolus, vers. sustinemus, de censibus*, & ibi scribentes.

Sequitur etiam non posse Episcopos imponere pensiones in beneficio, quæ transeant ad successores in beneficio, posse tamen imponere pensiones personæ promisæ de beneficio, quæ durent ad vitam consentientis, ita Staphil. *de literis institiæ, tit. exceptio sola plus operatur, num. 14.* Nauarr. *cons. 8. num. 9. de iure patronatus, & cons. 43. num. 4. de simonia.* Flamin. Paris. *de confidentiis, quæst. 28. num. 120.* Azor. *2. part. instit. moral. lib. 8. cap. 6. quæst. 1. vers. extra omnem controuersiam*, sed Suar. *de Religione, lib. 4. de simonia, cap. 24. num. 36. & 37.* ex Canonistarum opinione tradit posse Episcopum imponere temporalem pensionem personæ, cui confert beneficium, non autem in beneficio, quod ait non posse absolutè, sed in casibus in iure concessis, pura pro concordia inter litigantes, & in transactionibus, & quando quis propter senium renunciat beneficium, posse reseruare pensionem ad vitam renunciantis, & *cap. 51. num. 18.* disputat dubium pro vtraque parte, concludens pensionem impositam per transactionem iuridicam sine Episcopi auctoritate non posse esse perpetuam, neque excedere vitam illius, qui soluit pensionem; accedente Episcopi auctoritate super beneficio imponi posse, & excedere vitā beneficiariis, transireque ad successorem; sed non placet,

ex cap. nisi essent, de prebend. ad finem, per hæc verba, ibi: *Vt ad præstationem 40. librarum non dignitas Prioratus, sed persona Prioris maneat onerata: ne fortè circa prouentus aliqua videatur facta sectio Prioratus. Ita quod ipso Priore defuncto, successor ipsius ad præstationem 40. librarum minimè teneatur.* Sic ibi.

Confirmatur, quia iure cautum est, ne beneficia cum diminutione conferantur. *cap. maioribus, & cap. vacante, & cap. cum causam, de prebendis*, vbi dicitur beneficia diuidi non posse, sequitur Bursat. *cons.* 185. *lib.* 2. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 147. *vers. Quarto*, & Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 6. *quæst.* 1. *num.* 4. *à numer.* 38. quibus accedit Garc. *de beneficiis, part.* 12. *cap.* 4. *a principio*, vbi meminit decisionum Rotæ in vna Calaguritana beneficij de Ondategui 24. *Martij* 1583. coram Illustrissimo Cardinal. Lancelloto, & in alia Calaguritana beneficij de Ariola 18. *Iunij* 1593. coram D. Gipsio. Quin Reginald. *suprà numer.* 147. addit Episcopum non posse vni conferre beneficium, & sibi, vel nepoti, vel famulo, vel alteri reseruare pensionem, per textum *in cap. extirpandæ, de prebendis*, ibi: *Prouentus ipsarum sibi penitus vendicantes.* Quare non potest pensio ab Episcopo imponi ipsi beneficio, sed beneficiario, cuius vitaio non excedit, Azor *d. cap.* 6. *quæst.* 1. sed de hoc infrà.

312. Tertia dubitatio de recipientibus tributa ab Ecclesiasticis, constat ligari excommunicatione huius canonis. Ratio, quia gaudent Ecclesiastici exemptione à soluendis tributis, ita, vt imponens illis tributa, & exigens, vel imposita recipiens incurrant excommunicationem, etiamsi huiusmodi bona sint superflua Ecclesijs, & Ecclesiasticis personis, Tolet. *lib.* 1. *cap.* 29. Vgolin. *super canone* 18. §. 3. *num.* 3. Azor *instit. moral part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 26. *in principio*, Lessius *de iustitia, lib.* 2. *cap.* 33. *dubio* 3. Molin. *eodem tractat.* 2. *disputat.* 670. *versic. aduerte.* Reginald. *in praxi fori pœnitentialis, lib.* 4. *num.* 377. & 379. Suar. *de immunitat. lib.* 4. *cap.* 24. *num.* 4. Filliuc. *tractat.* 16. *cap.* 11. *quæsito* 3. *num.* 298. Marius Alterius *de censuris Bullæ Cœnæ, disput.* 19. *cap.* 2. *colum.* 6. ex eo fundamento, quia in Concilio Lateranensi sub Innocent. III. de quo fit mentio *in cap. aduersus, vers. verum si quando fortè, de immunit. Eccles.* innouata est dispositio *cap. non minus, eodem titulo*, sub Alexand. III. & ablata est facultas imponendi tributa, & onera de consensu Episcopi, & cleri, nisi quando facultates laicorum non suppetunt, Borrel. *cons.* 24. *num.* 32. Modern. *de iurisdict. part.* 4. *cent.* 1. *casu* 1. *num* 52. & Suar. *lib.* 4. *de immunit. cap.* 26. *num.* 15.

Confirmatur esse exemptos Ecclesiasticos, & eorum bona à soluendis tributis ex sacra pagina *Genes. cap.* 47. per hæc verba. *Ex eo tempore vsque in præsentem diem in vniuersa Terra Ægypti Regibus quinta pars soluitur, & factum est quasi in legem, absque sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit.* Et in lib. 7. *Esdræ, cap.* 7. sunt verba sequentia, *Vobis quoque loquitur Artaxerxes Persarum Rex, cum Iudæorum potiretur Regno, notum facimus de vniuersis Sacerdotibus, & Leuitis, & Cantoribus Nathinæis, & Ministris Dei huius, vt vectigal, & tributum, & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos.* Ex quibus locis colligunt hanc immunitatem esse iuris diuini. Felin. *in cap.* 2. *de maior. & obed.* Decius *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, de const.* 1. & Clarus *in practic. criminal.* §. *final. quæst.* 36. *in principio.*

Quarta dubitatio circa primam actionem principalem, quæ est imponere collectas, & alia onera Ecclesiasticis, vel bonis eorum, quomodo sit intelligenda? Responsio est excommunicari imponentes decimas, & quæcunque alia onera personis Ecclesiasticis, & eorum bonis, & Ecclesijs, Monasterijs, & eorum bonis, ac fructibus, quæ resolutio est communis, quam vltra allegatos docent Ioannes Salas *de legibus, disputat.* 14. *sect.* 11. *numer.* 114. Couarr. *practic. cap.* 31. *num.* 9. Medin. *in Cod. de restitut. quæst.* 15. Duard. *in Bullam Cœnæ, canon.* 18. *quæst.* 5. *num.* 4. & Marius Alterius *eodem titulo, disput* 19. *cap.* 2. *colum.* 6. 313.

Nomine autem *beneficiorum* veniunt præstimonia, quæ propriè sunt beneficia, nec possunt conferri nisi clerico, Flamio. *de resignat. lib.* 2. *quæst.* 1. *numer.* 124. & *lib.* 3. *quæst.* 1. *numer.* 129. & *numer.* 140. vbi loquitur de præstimonijs, quæ dantur in titulum, Garcia *de benefic. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 117. vbi concludit omnia præstimonia, præsertim in Hispania, solis clericis conferri, & dari in titulum perpetuum, habereque annexum onus spirituale, recitandi scilicet horas canonicas. *cap. final. de concess. prebend. in* 6. & connumerantur inter beneficia, Oldrad. *consil.* 81. *numer.* 2. & 3. Abb. *consil.* 47. *numer.* 1. *part.* 2. & alij plures, quos ibi referens sequitur, quibus accedunt Azor 2. *part. lib.* 10. *cap.* 10. *quæst.* 4. & Suarez *de censuris, disputat.* 33. *sect.* 1. *numer.* 7. sequitur Gonzal. *de mensib. gloss.* 5. §. 2. & Hoieda *de incompatib. benefic. part.* 2. *cap.* 8. *numer.* 15. & Barbos. *in cap. cum adeo, num.* 7. *de rescriptis.*

An veniant hoc loco, & in hac materia sub nomine beneficiorum Capellæ, & Altaria, affirmat gloss. *in Clement.* 2. *versic. si beneficiorum, de decimis, in fine, versicul. Tu dic contra*, vbi ait quando Papa dat Regi in suo Regno decimam fructuum omnium beneficiorum, subintelligi pro beneficijs Altaria, & capellas si per Episcopum sunt ordinata, sequitur Felin. *in cap. ex parte, numer.* 2. *versic. Naturam vero ipsorum Altarium, siue capellarum collige, &c. de rescript.* Quod simpliciter ita prolatum non placet, quia si nomine capellæ intelligitur Capellania ad nutum amouibilis, non est beneficium, oec titulus beneficialis, sed est simplex salarium, seu stipendium, Calderin. *consil.* 9. *de rescript. num.* 2. Rebuff. *de nominatione, quæst.* 14. *num.* 62. Flores de Mena *quæst.* 10. *num.* 26. Secus si capellania sit perpetua: hæc autem est beneficium, si fuit instituta auctoritate saltem Ordinatij, & obligat ad officium diuinum recitandum. Selua *de benefic.* 1. *part. quæst.* 3. *n.* 101. Sarnen. *in regula de annali. quæst.* 20. Fuscus *de visitatione, lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 2. Ceuall. *quæst.* 693. *num.* 19. Azor *lib.* 10. *cap.* 3. *quæst.* 5. & Goozal. *gloss.* 5. & alij, quos referens sequitur Garcia *de benefic. part.* 1. *cap.* 2. *ex num.* 93. *ad* 97.

Quo ad altaria, affirmat eadem glossa *in d. Clem.* 2. *de decimis*, esse beneficia, de quibus fit mentio in hoc Canone 18. sed ambigi potest, quod sit beneficium, quia altare nihil aliud videtur, nisi altares, vel alta ara, cuius inuentio est antiqu ssima, 314.

&

& incepit à Noe *Genes. cap.* 8. teste Polyd. Virgil. *de inuentoribus*, *lib.* 6. *cap.* 6. *ad medium*, Paul. Fusc. *de visitat. lib.* 1. *cap.* 21. Henriq. *in summa*, *lib.* 9. *cap.* 28. Suar. *tom.* 3. *disp.* 81. *sect.* 3. *num.* 5. Nihilominus quo ad præsens institutum, an incurratur excommunicatio ab imponente collectas, decimas, & alia quæcunque onera clericis, & aliis personis Ecclesiasticis, ac eorum bonis, illorumque fructibus, & prouentibus huiusmodi, sine expressa licentia Pontificis, ligari excommunicatione non est dubium, qui ea onera imposuerit, siue prouenirent huiusmodi reditus ex beneficiis perpetuis, siue ex capellaniis ad nutum amouibilibus, siue ex altaribus, dummodo hæc omnia sint erecta auctoritate saltem Ordinarij, cùm sint bona Clericorum, quæ sunt exempta ab omni onere, nec debent grauari aliquo onere in rebus suis, sicut nec in rebus Ecclesiæ. Sed vbi Ecclesiarum bona grauantur collectis, incurritur excommunicatio: ergo imponentes onera rebus Clericorum, & Ecclesiasticorum, eidem excommunicationi subiicientur, argumento *cap. final. de vit. & honest. clericor.* ibi, *Tu, quo minus dum his se implicant de suis facultatibus*, &c. Ex quibus verbis gloss. *ibi, vers. suis facultatibus*, sic infert: Et nota, quòd dicit dum his se implicant; quasi dicat, si non implicant se his, priuilegio Ecclesiastico gaudebunt in rebus suis, sicut in rebus Ecclesiæ, quam partem sequitur Bartol. *in l. rescripto. ff. de muner. & honor.* Confert textus *in cap. quamquam, de censibus, lib.* 6. vbi eximuntur bona Clericorum à pedagiis, & guidagiis, & aliis exactionibus, per hæc verba, ibi: *Cum igitur Ecclesia, Ecclesiasticaque persona, ac res ipsarum*, &c. *sint immunes*, vbi gloss. *vers. ipsarum*, hoc modo exponit, *scilicet Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum personarum. Nam res Clericorum eodem priuilegio gaudent, quo res Ecclesiarum.* Sic illa.

315. Amplia, esse exempta ab his oneribus bona patrimonialia Clericorum, sub quorum appellatione veniunt bona alia ab Ecclesiasticis empta, vel alio titulo acquisita, vel ab extraneis donata, Tolet. *lib.* 1. *summæ*, *cap.* 29. *vers. aduerte non solum*, Card. Tusch. *tom.* 1. *lit. B. conclus.* 114. Cotiolan. *in explicatione Bullæ Canon.* 18. *limit.* 3. Barbos. *de offic. & potestat. Episcopi*, *part.* 2. *allegat.* 19. *num.* 91. Nam quamuis ea bona dum erant apud sæculares, essent obnoxia tributis permutationem, & translationes ad personas Ecclesiasticas gaudent priuilegio immunitatis à tributis, & mutata fuit qualitas inhærens rei ratione clericatus. *l. locato*, §. *fiscus. ff. de publican. & vectigal. & l. per procuratorem* 89. *ff. de acquirenda hæreditate*, quod etiam habetur *in cap.* 1. *de immunit. Eccles. lib.* 6. vbi dicitur bona Ecclesiasticorum acquisita, & acquirenda esse libera à tributis; sequitur Gutier. *practicar. lib.* 1. *quæst.* 3. *num.* 2. & 3. & Suar. *de immunit. lib.* 4. *cap.* 25. *num.* 3. & multo fortiùs dicendum est gaudere hac exemptione à tributis bona, quæ Clericis sunt assignata tit. patrimonij loco beneficij, quæ sunt exempta, & gaudent priuilegiis Ecclesiæ bonorum, etiam in casibus à iure non expressis, glossa *in cap. Episcopus, vers. subsidium*, & Decius *ibi, de præbendis*, *num.* 11. Aloys. Ricc. *in praxi*, quamuis contradicat *decis.* 605.

Limita nisi in bonis supradictis sint imposita aliqua onera antequam ad clericos, vel Ecclesias fuerint deducta, & sint certa, & inuariabilia, & perpetua, non verò extraordinaria. Sic Valerius Riginaldus *in praxi fori pænit. lib.* 9 *num* 380. Azor *instit. moral. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 13. *quæst.* 1. Flores de Mena *variar. lib.* 2. *quæst.* 21. *num.* 96. *& num.* 234. Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *quæst.* 94. Cardos. *in praxi iudicum*, *verb. Clericus*, *num.* 75. Caldas Pereira *de resolut. emphyt. cap.* 3. *num.* 23. Soar. *de defensione Fidei*, *lib.* 4. *cap.* 20. *à num.* 6. *&* 12. & Molin. *de iustitia*, *tract.* 2. *disp.* 458. *& disp.* 662. *num.* 3. quibus accedit Cabed. 2. *part. decis.* 64. *num.* 4. Quare concludendum est excepta limitatione ligari excommunicatione omnes, qui præsumunt imponere collectas, vel aliqua onera cuiuscumque generis clericis, vel personis Ecclesiasticis, vel Ecclesiis, aut bonis ipsorum Ecclesiasticorum, vel Ecclesiarum, nisi Romanus Pontifex priùs consulatur. Nauarr. *in manuali*, *cap.* 17. *num.* 107. Duard. *in Bullam Cœnæ Domini*, *canon.* 18. *quæst.* 3. Catol. de Grass. *de effect. clerical. effect.* 3. *num.* 287. & Marius Altetius *de Bulla Cœnæ*, *lib.* 5. *disp.* 19. *cap.* 2. per textum *in d. cap. aduersus*, *de immunit.* ibi: *Romanus Pontifex prius consulatur.*

Ex quo textu infertur requiri expressam licentiam Pontificis ad imponendum similia onera, nec sufficere generalem: non enim genus derogat speciei, sed species generi, vt dicitur *in cap. in toto*, *de regul. iur. in* 6. patet ex Bulla vbi requiritur specialis licentia: ideo non sufficit generalis, argumento *l. Papinianus exult. ff. de m. oribus.* Atque ita esto Pontifex faciat facultatem imponendi tributa omnibus, non propterea imponi poterunt personis Ecclesiasticis, Vgolin. *hoc loco*, §. 2. *num.* 6. *vers. his præmissis.* Vt autem imponentes hæc onera excusentur à censura, requiritur licentia specialis, & expressa; quia verba generaliter dicta, in quacunque forma, non extenduntur ad ea, quorum specialis mentio facienda est. *cap. qui ad agendum*, *& ibi* Franch. *num.* 1. *de procurat. lib.* 6. *& cap.* 2. *de reb. Eccles. non alien. eodem lib.* quibus in locis agitur de speciali, & expressa licentia Papæ, & non sufficit generalis, eo quòd licentia, quando requiritur expressa, & specialis, debet præcedere actum, Bartol. *in l. si autem plura*, *versic. quandoque requiritur licentia*, *ff. de aqua pluuia arcend.* Bald. *in l.* 1. *ante num.* 46. *versic. idem est si fieret mentio de licentia*, *Cod. qui admitt. ad bonor. possess.* debet enim forma licentiæ requisitæ tradita seruari ad vnguem, vt non incurratur excommunicatio, hoc est, licentia debet esse specialis, & expressa. Nec tollitur excommunicatio per superuenientem postea ratihabitionem. *l. qui ea mente*, & *ibi* Bartol. *ff. de furtis.* Ad hæc formæ omissio etiam in minimis totum vitiat, Gutierr. *pract. lib.* 3. *quæst.* 15. *numer.* 5. *cum sequentib.* Azeued. *ad l.* 18. *muner.* 4. *tit.* 21. *lib.* 4. *noua recopil.* Cardinal. Tusch. *tom.* 3. *litt. F. conclus.* 415. & Gonzal. *ad regulam* 8. *Cancell. gloss.* 4. *num.* 133. quin etiam non solùm forma, vel mandatum sunt seruanda, sed etiam qualitas illius. Titaquell. *in l. si vnquam*, *verb. libertis*, *num.* 59. *Cod. de reuocand. donat.* vbi tradit non solùm esse irrita, quæ fiunt ex defectu formæ mandati, quando expressè fiunt contra ipsam formam mandati, sed etiam quando fiunt citra, aut præter formam.

Quinta dubitatio circa secundam, & tertiam actionem in hoc canone dãnatas, quæ sic habent, 317.

ibi: Et diuerſis exquiſitis modis exigunt, aut ſic impoſita etiam à ſponte dantibus, & concedentibus recipiunt. Quo ad exigentes diuerſis etiam, & exquiſitis modis, dicendum eſt ſub his verbis comprehendi omnes, qui quacunque ratione, titulo, occaſione, & modo exigunt huiuſmodi onera, & tributa. Dicitur autem fieri aliquid exquiſitis modis, propter quod omnis induſtria, diligentia, & ſtudium admouetur, vt ad exitum optatum, quod intenditur, trahatur. Quare hæc excommunicatio ligat omnes quacunque ratione exigentes decimas, & collectas, & ſimilia onera impoſita perſonis, aut bonis Eccleſiaſticis.

Perſonis imponi ſolent pedagia, quæ dantur pro perſonæ tranſitu per aliqua loca. Guidagia imponuntur, vt tranſitus per aliqua loca fiat tutus, vt notat gloſſa *in cap. ſuper quibuſdam*, *§. præterea, in verb. pedagia, de verbor. ſignific. verb. pedagia* vbi dicitur pedagium à pede tributum, quod à tranſeuntibus ſoluitur, Caſſan. *in conſuetud. Burgund. §. 4. verb. Indire impoſſer eleuer aydes, n. 6. fol.* 30. & diximus ſuprà §. 5. *num.* 110. *& ſequentib. vſque ad num.* 121.

Bonis verò imponi ſolent talleæ, collectæ, & ſimilia onera. Fructibus autem imponuntur decimæ, & vectigalia, quæ ſoluuntur, quando quis ex loco aliquo eos exportat, vel per aliquem locum cum ipſis tranſit, vel eos vendit. *l. inter publica. ff. de verbor. ſignific.* Quocumque igitur modo hæc onera exigantur, vel ob quamcunque cauſam, ſiue ea ſint pedagia pro perſonis, ſiue guidagia, ſiue talleæ, vel collectæ pro rebus, vel bonis, vel pro fructibus decimæ, aut vectigalia, aut portoria exigentes, incurrunt in hunc decimum octauum canonem: id enim ſignificant verba Bullæ, ibi: *Diuerſis etiam exquiſitis modis exigunt.* per quæ verba comprehenditur omnis modus, quo huiuſmodi exactiones cohoneſtari ſolent, ſi illa recipiant tanquam à Clericis debita.

318. Quamobrem, ſi viarum graſſatores, & latrones capiant in itinere clericum, & ab eo pecunias pro talleis extorqueant, & vitæ parcunt, non ligantur hac cenſura. Vgolin. *hoc loco, verſ. & diuerſis, n.* 6. Marius Alterius *cap.* 3. *fol.* 732. vbi addit hanc excommunicationem procedere quando exiguntur talleæ, & collectæ perſonis Eccleſiaſticis impoſitæ per miniſtros publicos à Clericis, aut ſi extorqueantur præſtantiæ, & gabellæ huiuſmudi, quæ laicis tantùm erant impoſitæ à Principe, ita Syluester *excommunicatio* 9. §. 46. *verſ. hodie tamen*; ex eo fundamento, quia voluit Pontifex, ne Eccleſiaſtici grauentur exactionibus, & oneribus, à quibus ſunt exempti non ſolùm iure diuino, ſed etiam humano, *cap. quamquam, de cenſibus, lib.* 6. ibi: *cùm igitur Eccleſia, Eccleſiaſticæque perſonæ ad res ipſarum non ſolùm iure humano, quinimo & diuino à ſæcularium perſonarum exactionibus ſint immunes*; idcirco exigentes huiuſmodi onera à Clericis, incidunt in hanc cenſuram, ſiue ea ſint impoſita clericis, ſiue laicis.

Excuſantur tamen cuſtodes pontis, portus, aut fluminis, ſi pedagia, aut gabellas, aut alia onera petant ab Eccleſiaſticis tranſeuntibus, vel ſponte recipiant, quæ non ſint Eccleſiaſticis perſonis impoſita, quia Bulla requirit, vt tributa Eccleſiaſticis perſonis ſint impoſita, & impoſita exigantur, vt incurratur excommunicatio: ſecus igitur ſi exigantur non impoſita, ita Viuald. *part.* 2. *in explanatione Bullæ Cœnæ Domini, caſu* 18. *num.* 117. & Vgolin. *hoc loco, verſ. & diuerſis etiam exquiſitis modis, numer.* 8. *verſ. Quarto*, vbi ait non incidere in hanc excommunicationem exigentes à perſonis Eccleſiaſticis onera, non ipſis impoſita, ſed laicis, quæ reſolutio eſt ſecundùm verba, ac ſenſum huius canonis, & differt ab interpretatione Syluestri *vbi proximè*, quamuis Marius Alterius Syluestri ſententiam tanquam magis communem amplectatur, dicens exigentes huiuſmodi onera à Clericis, ligari excommunicatione, ſiue fuerint impoſita clericis, ſiue laicis; nec aliter intelligenda eſſe verba Canonis huius, quia ſi aliter exponantur, ſequi abſurdum, nimirum eſſe peioris conditionis exigentes à perſonis Eccleſiaſticis onera per Principem illis impoſita, quàm exigentes ab eiſdem tributa debita ſolùm à laicis; quæ deciſio eſt tutior. Sed mihi non videtur verior, cùm Bulla duo requirat, vt excommunicatio hæc incurratur. Primum, vt Eccleſiaſticis perſonis hæc onera ſint impoſita: ſecundum, vt ſic impoſita exigantur: ſecus igitur ſi non impoſita exigantur; quod eſt notandum pro cuſtodibus ſuprà dictis. Qui tamen ſi perſonæ ſingulares ſint, & non publicæ, ligantur excommunicatione capitis *quamquam, de cenſibus, lib.* 6. Vgolin. *vbi ſuprà num.* 9.

Euadent etiam hanc cenſuram exactores, ratione ignorantiæ probabilis, puta famuli à dominis huiuſmodi exactionibus præpoſiti, *cap. Apoſtolica, de Clerico excommunicato miniſtrante*, vbi Clericus excommunicatus celebrans excuſatur ab irregularitate propter legitimam ignorantiam excommunicationis, Couarr. *in cap. Alma mater, part.* 1. §. 7. *num.* 3. *&* §. 6. *num.* 6. *colum.* 2. Cened. *ad Decretales collect.* 25. *num.* 4. Henriq. *in ſumma, lib.* 14. *cap.* 3. §. 6. Aloyſ. Ricc. *part.* 2. *collect.* 429. & Valer. Reginal. *in praxi pœnit. lib.* 30. *num.* 181. *verſ. quorum.* Præſumetur autem ignorantia probabilis in miniſtris; quia poſſunt præſummere Principem iuſtè agere, quoties non conſtat iniuſtas eſſe gabellas, quas ipſi conductores, & emptores conducunt, aut emunt. Difficile autem excuſantur ſuperiores, & Magiſtratus ab excommunicatione, qui gabellas debent examinare, an ſint licitæ, & legitima auctoritate impoſitæ, & in caſibus à iure permiſſis, neque eos excuſabit ignorantia craſſa, & affectata, quæ ſicut non excuſat à peccato; ſic etiam non liberat à cenſura à iure, vel ab homine impoſita, vt eſt communis *in gloſſ. cap. Apoſtolica, in verb. probabilis, num.* 3. *&* 4. *de cleric. excom. miniſt.* ibi Panormit. gloſſ. *in cap. ſi verò* 2, *in verb. ignorauerit, de ſentent. excommunic.* Sotus *in* 3. *diſt.* 22. *queſt.* 1. *art.* 2. *ferme ad finem*, Henriq. *lib.* 13. *cap.* 23. §. 1. & Vgolin. *de cenſ. Eccleſ. tabul.* 1. *cap.* 9. §. 8. *num.* 6. & Sanch. *de matrim. lib.* 10. *diſp.* 32. *num.* 41.

Quo ad alia verba huius excommunicationis, quæ ſic habent, ibi: *Aut ſic impoſita etiam à ſponte dantibus, & concedentibus recipiunt*, &c. faciunt hunc ſenſum recipientes à ſponte dantibus ligati excommunicatione; quoniam verè non liberaliter offeruntur, neque donantur abſoluta, & omnino libera voluntate: dicuntur tamen ſponte oblata, & donata, cùm re vera non ſit ita, quia dantur, ſeu ſoluuntur à clericis, vt euadant lites, & incommoda, quæ ſubire neceſſe eſt, ſi recuſent ſoluere: & ideo volunt potius Clerici modicas collectas ſoluere, quàm retrahi ab incepto itinere, Vgolin. *d. verſ. aut ſit impoſita,*

&

& Sayr. *de censuris, hoc loco cap. 22.num.* 10.vbi exponit sensus illorum verborum, *sic imposita*, etiam a sponte dantibus, hoc est, qui exigunt, aut recipiunt tributa sic imposita clericis, hoc est, ita vt clericos comprehendant sub impositione, incurrant excommunicatinnem tam imponétes huiusmodi onera Clericis, quàm ab illis exigentes, aut recipientes etiam ab eisdem ita imposita sponte soluentibus, provt vult Toler. *in expositione Bullæ Cœnæ §.3. dub. 5. & §. 8. ad finem.*

. Quamobrem Marius Alterius *supra c.3.fol.733. col.2.* opinatur non habere locum hâc censuram, quando ministri publici qui custodiunt pontes, aut portas, aut transitum alicuius loci, recipiunt à Clericis sponte dantibus aliquod onus, si tale onus non erat particulariter impositum personis Ecclesiasticis, aut bonis ipsorum, eo quòd requiritur in hoc canone, quòd onera sic imposita à sponte dantibus, & concedentibus recipiantur. Quibus verbis ostenditur ad incurrendam censuram hanc opus esse, vt onera imponantur personis Ecclesiasticis, & vt sic imposita recipiantur à dantibus sponte sua; non enim est verisimile velle Ecclesiasticos sponte sua soluere gabellas, & alia onera, quæ laicis sunt imposita, quemadmodum poterunt vltrò offerre onera, quæ sciunt fuisse imposita Ecclesiasticis.

Secus quando hæc onera imponuntur absolutè, nulla facta mentione de Ecclesiasticis, nec ad illos obligandos, si Ecclesiastici ea, vel aliquod eorum non rogati soluant, recipiens euadit hanc censuram, vt notat Sayr. *d. num.* 10. & Suar. *de censuris, disp. 21. num. 99.* & Sousa *disp. 93. num. 1. vers. hoc posito, sit prima conclusio.* Contra verò quando tributum clericis, aut Ecclesiis imponitur etiam simul cum laicis, recipiens aliquod onus etiam à sponte dantibus ligatur hoc canone. Quinimò non potest exactor illud recipere etiam à sponte dante; etiam si optimè teneat clericus se ad illod onus soluendum non teneri. Ratio, quia quamuis tributum imponatur Ecclesiasticis simul cum laicis, hoc non impedit quominus etiam Ecclesiasticis impositum sit; nec valet tale statutum, vt colligitur ex *cap. bene quidem, distinct. 96.* & Ecclesiæ non ligantur, *cap. 3. dist.* 10. Rebuff. *ad leges Galliæ, tom 1. in procemio, gloss. 1. num.* 57. Gregor. Lopex *part. 1. titul. 6. l. 56. gloss.* 10. & Suar. *de legibus, lib. 3. cap. 34. num.* 15.

319. Sexta dubitatio circa actiones accessorias, quæ sunt numero sex, videlicet per se, vel per alios directè, vel indirectè prædicta facere. Secunda prædicta exequi. Tertia prædicta procurare. Quarta super eisdem dare auxilium. Quinta consilium. Sexta fauorem præstare. Hi omnes excommunicantur, si per se, vel alios directè, aut indirectè non verentur huiusmodi onera imponere personis Ecclesiasticis, vel sic imposita exequi, aut procurare, vel ad hæc consilium, auxilium, aut fauorem præstare cuiuscumque sint dignitatis.

Dicuntur autem directè imponi hæc onera etiam per alios, si Princeps præcipiat Magistratibus maioribus, vt imponant collectas, & talleas, aut officialibus minoribus, vt eas exigant: in quo euentu tam Princeps, quam eius officiales maiores & minores subiiciuntur excommunicationi. Indirectè autem tunc imponuntur tributa, vbi non imponuntur personis Ecclesiasticis ipsis, atque eorum bonis, sed aliis, quorum damna, & detrimenta retorquentur in ipsos Ecclesiasticos, videlicet, si grauantur oneribus Ecclesiasticorum consanguinei, affines, aut coloni, & compelluntur soluere maiora onera, & tributa, vnde personis Ecclesiasticis infertur damnum. Nam quamuis imponentes similia onera, non censeantur libertati Ecclesiasticæ officere; quia directè non grauant personas Ecclesiasticas, neque earum bona onerant: indirectè tamen Ecclesiasticos vexant & onerant, argumentn capitis, *quicumque, de sentent. excommun. lib 6.* & habetur *in cap. final. de immunitate Ecclesiæ, eodem libro,* Vgolin. *hoc loco vers. nec non, qui per se, vel alios, num* 2. dicens ligari hac excommunicatione, qui legem tulerit, vt coloni Clericorum, aut eorum consanguinei, vel affines grauioribus oneribus, ac tributis afficiantur. Probatur ex *l. contra, ff. de legibus*, vbi dicitur in fraudem legis facere, qui saluis verbis legis sententiam, & sensum legis circumuenit.

Quare indirectè imponentes talleas modo supradicto personis Ecclesiasticis, aut eorum bonis non sunt excusandi ab hac censura, quia fraus, & dolus nemini debet patrocinari. *l. nec ex dolo, ff. de dolo, l. 3. ff. de transact. l. si ex dolo, ff. de iudiciis. cap. intelleximus, de iudiciis, cap. audiuimus, de collus. deteg.* Couarruu. *variarum lib. 1. cap. 18. numer.* 5. Surd. *consil. 15. num.* 13. Menoch. *de arbitrar. casu 182. numer. 60. & consil. 121. numer. 5. & consil. 136. num.* 8. Bellet. *disquisit. Cleric. part. 1. titul. de Clerico debitore, §. 2. numer.* 5. & Farinac. *in praxi crimin. part. 1. quæst. 31. numer.* 156. ne videantur de sua malitia indirectè imponentes tributa, commodum reportare, Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium, lib. 4 cap. 32. numer. 28. vers. decimo.* Vgolinus in specie in hoc casu *vers. Nec non, qui per se, vel alios directè vel indirectè, num.* 2. quo loci id exemplis probat.

Similiter in hanc excommunicationem prolabuntur, qui per alios hæc faciunt, vt patet ex Bulla ibi: *qui per se, vel alios directè, vel indirectè prædicta facere.* Vnde excommunicantur, qui aut per famulos, aut per conductores hæc tributa exigunt, & ipsi exigentes, & exequentes, & denique ipsi ea exequenda, aut exigenda mandantes in eandem pœnam incurrunt, neque famuli, ac ministri inferiores à censura excusantur, cùm in hoc non debeant obedire. Nam obedientiam alicui iurans non censetur se obligare ad res illicitas, quas dominus præciperet, vt per Soar. *tom. 2. de Religione, tract. de iuramento, lib. 2. cap. 11. num. 3. & cap. 19. num.* 11. Reginal. *in praxi fori pœnitent. lib. 18. num. 34. vers. Tertia*, argumento capitis *Iulianus 11. quæst.* 3. nec iuramentum trahi potest ad illicita, neque ad non cogitata, Tiraquel. *in leg. si vnquam, in principio, num. 166. & num. 170. Cod. de reuocan. donat.* Surdus *decis.* 288. *num.* 11. Mascard. *de probat. conclus.* 1264. *num.* 18. Gonzal. *gloss. 9. §. 5. num.* 28. & Flamin. *de resignat. benefic. lib. 1. quæst. 13. num.* 46. Quare excommunicatio hæc afficit omnes, qui per se ipsos, vel per alios directè, aut indirectè collectas, & similia onera imponunt, vel exigunt, aut prædicta exequuntur ex mandato superioris, aut procurant, vel sunt mediatores, vt ista onera imponantur, aut exigantur, & Notarij, qui edicta, & præcepta conscribunt, & reliqui ministri, & officiales, qui Ecclesiasticos retinent, aut citant, 320.

X 3

citant, aut eorum bona sequestrant, simili excommunicatione ligantur, nisi illius probabili ignorantia excusentur, Vgolin. *suprà num.* 4. & Marius Alter. *disp.* 19. *cap.* 4. *fol.* 734. *col.* 2.

321. Septima dubitatio, an incidant in hanc censuram exigentes collectas, vel onera similia ab Ecclesiis, vel Ecclesiasticis pro agris emptis, vel alio titulo acquisitis? Pars affirmans ex eo potest probari, quia onera præfatis bonis imposita esto transseant ad Ecclesias, vel Ecclesiasticos, debent transire ad successores, vt colligitur *ex cap. ex litteris, in fine, de pignoribus*, vbi onus adiectum rei facit transire rem cum illo. *l. is qui opus, ff. de noui operis nunc. l. final. §. final. ff. de contrahend. empt.* Menoch. *cons.* 2. *n.* 31. *& cons.* 63. *num.* 11. *& cons.* 80. *num.* 79. Caldas Pereria *de resolut. cap.* 3. *num.* 33. *& de emptione cap.* 10. *num.* 10. *& cap.* 27. *num. vltim.* vbi id insinuat; sed clariùs Bellacomba *tomo* 1. *commun. lib.* 3. *titulo, communia seruitutum, num.* 67. *pag.* 426. & D. Barbos. *in l. post dotem, num.* 5. *ff. solut. matrim.* facit *cap. cùm non sit, in fine, de decimis*, per textum *ibi, Quoniam res cum suo onere transit*, ex quo textu sequitur decimam esse onus reale, & sequi fructuum possessorem, seu detentorem, Rebuff. *de decimis quæst.* 9. *num. vltim.* Camill. Borrell. *in summa omnium decisionum, tit.* 19. *num.* 63. atque ita potest Ecclesia nouum emptorem, & possessorem ad decimas præteritas non solutas conuenire, & obligare, Hostiens. *in cap. pastoral. num.* 11. & *ibi* Ioannes Andreas *num.* 6. Zabarel. *num.* 20. *de decimis*; consonat ius ciuile, *l. alienatio* 67. *ff. de contrahen. empt.* ibi alienatio, cùm fit, cum sua causa dominium ad alium transferimus, quæ esset futura, si apud nos ea res mansisset; sequitur Baldus *cons.* 148. incipit, *Premisso statuto*, vbi decidit rem ad Clericos transire cum sua causa, & cum suis vitiis.

Pars tamen negans ex eo patet, quia bona ab Ecclesiasticis empta, vel alio titulo acquisita tributis, & oneribus Principum sæcularium non sunt obnoxia, ex eo, quia per mutationem personæ mutatur qualitas inhærens rei, ratione personæ, *l. locato. §. fiscus, ff. de publican. & vectigal.* tum quia *in cap.* 1. *de immunit. Eccles. lib.* 6. habetur bona Ecclesiasticorum acquisita, & acquirenda gaudere priuilegio Clericorum, Bobadil. *in sua politica lib.* 2. *cap.* 18. *à num.* 259. & Suar. *de immunit. Eccles. lib.* 4. *cap.* 25. *num.* 3. dicentes Ecclesiam, & Clericos non teneri pro rebus emptis soluere collectas, aut alia onera imposita à Principe sæculari, cùm non sint subditi. Est enim collecta onus, quod imponitur personis ratione subiectionis; sed Ecclesia, & Clerici non subiiciuntur laicis, vt tradit Bartol. *in l. vni. Cod. de mulier. quæ seruis propr. se iunx.* igitur non debent grauari Ecclesiastici pro rebus emptis, aut alio titulo acquisitis.

Possunt ad concordiam reduci hæ opiniones, si dicamus res transeuntes ad Ecclesias teneri ad onera priùs imposita, & non soluta; non autem ad de nouo imponenda, facit *l. Imperatores ff. de publ. & l. fiscus, ff. de iure fisci*; atque ita quando onera sunt certa, inuariabilia, atque perpetua, & imposita bonis, antequam ad Ecclesiasticos deuenirent, non est dubium ad illa teneri Ecclesiasticos, & Ecclesias; secus quando onera sunt incerta, & variabilia, quæ imponuntur personis, aut rebus: puta si Respublica faciat statutum, vt omnis possessio ad quemcumque deuenerit, teneatur quotannis soluere pensionem, pro vt Consules & Rectores ciuitatis iudicauerint: tunc possessiones ad clericos, vel Ecclesias translatæ, erunt immunes ab eiusmodi contributionibus, & collectis, quia non sunt certæ omnino, & inuariabiles, ita Abb. *in cap. Eccles. Sanctæ Mariæ, de constit.* secundùm quod Clerici, & Ecclesiæ non ligantur statutis laicorum. Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 78. Morla *in Emporio iuris, par.* 1. *tit.* 1. *quæst.* 16. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 20. *num.* 6. *col.* 4. Caualcan. *par.* 2. *decis.* 9. *à num.* 79. Azor. *instit. moral. par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 12. *quæst.* 3. *& cap.* 13. *quæst.* 1. *vers. est igitur*, & Comitol. *respons. moralium lib.* 1. *quæst.* 94. Quare exigentes collectas variabiles, & non perpetuas ab Ecclesiis, & Clericis, & prorsus incertas pro agris, & possessionibus, incurrunt in hanc censuram: secus si exigant tributum aliquod immutabile, & perpetuò adhærens dictis possessionibus antequam translatæ essent ad Ecclesiasticos, vel ad Ecclesias, Abb. & Azor *suprà*, eo quia possessiones habentes onus perpetuum annexum, & inuariabile, transeunt cum oneribus suis: longè aliter, quando onus possessionibus adhærens non est pepetuum, sed variabile.

Octaua dubitatio contra exigentes collectas impositas in pane, & vino, & similibus ad vitam necessariis; dicendum est exigentes eas collectas, seu gabellas à Clericis, & personis Ecclesiasticis impositas super rebus ad victum, & vestitum necessariis, ligari excommunicatione; habetur *in Authen. Item nulla communitas, Cod. de Episcopis, & Clericis*, per hæc verba: *Item nulla communitas, vel persona publica, vel priuata, collectas, vel exactiones, angarias, vel perangarias Ecclesiis, vel aliis piis locis, aut Ecclesiasticis personis imponant.* Similiter incident in hanc censuram exigentes similia onera ab Ecclesiasticis pro vino, aut frumento ex agris, aut vineis beneficiorum, si illud vendant, Syluest. *verb. immunitas* 1. § 22. *vers. tertium Clerici.* Iuuat lex *vniuersa, & ibi* scribentes, *Cod. de vectigalib. l. final. § quoties, & ibi* glossa, *vers. vsualia ff. de public.* Secundùm quas nemo tenetur soluere vectigal, pro rebus, quas portat sui vsus causa, & Caietanus *verb. vectigal.* damnat tanquam iniusta vectigalia rebus ad proprium vsum familiæ adductis imposita, sicut Sotus *de iust. lib.* 3. *quæst. vltim. art. vltim.* arguit de iniustitia tributum, quod soluitur ex venditione de rebus propriis ad subleuendam propriam necessitatem; neque immeritò dicendum est Ecclesiasticos vendentes aliquid etiam minutatim de reditibus suorum beneficiorum, vel prædiorum, quasi per modum negotiationis excusari à gabellis. *cap. Clericis* § 1. *de immunitate Ecclesiæ, lib.* 6. *cap. quamquam, de censibus, eodem lib. & d. cap. non minus, de immunitate Ecclesiæ.* Quin etiam de iure nostro *in Extrauagante* 12. *tit.* 3. *part.* 5. hæc exemptio extenditur ad bona patrimonialia Ecclesiasticorum, si ea vendant, quæ in noua recopilatione habetur *in lib.* 2. *ordin. tit.* 11. *in principio*, vbi Clerici in sacris, vel beneficiati habent immunitatem à tributis, & gabellis, ex Lazarte *de decim. vendit. cap.* 19. *à num.* 18. Azeued. *l.* 6. *num.* 5. *tit.* 18. *lib.* 5. *recopil.* & Flores *variar. lib.* 2. *quæst.* 21. *num.* 199. & Valasc. *consult.* 130. *num.* 9. contra ius commune, secundùm quod de patrimonialibus, si negotiantur Clerici, non excusantur à gabellis, atque ita ius Lusitanum concedit maiorem exemptionem Clericis circa venditionem suarum rerum patrimonialium, quàm ius commune.

Vnde

Vnde sequitur excommunicari auxilium, consilium, vel fauorem præstantes, vt tributa imponantur personis Ecclesiasticis, & consulentes publicanis, & officialibus, ad quos pertinet illa exigere, vt cogant Ecclesiasticos ad earum solutionem, aut ad eadem præstant auxilium, vel fauorem. Dicuntur autem auxilium præstare ad ea tributa imponenda scribendo statuta, vel constitutiones huiusmodi, vel eas dictando, argumento capitis *nouerit 49. de sentent. excommunic.* vbi incurrunt censuram facientes seruari statuta, & consuetudines contra Ecclesiasticam libertatem. Nauar, *in manuali cap. 27. num.* 118. Clar. *in §. final. quæst.* 77. *num.* 18. & Marius Alterius *de censuris tom. 1. lib. 5. disp. 16. c. 4.* Similiter dicuntur præstare auxilium, vel fauorem ad exigenda ea tributa, si præstent milites, vel arma, vel equos, ad custodiendas vias, ne Ecclesiastici euadant immunes ab oneribus soluendis, Vgolin. *hoc loco, versic. aut in eisdem auxilium, consilium, vel fauorem præstare non verentur.*

Excusantur tamen ab hac censura officiales, & Consiliarij Reipublicæ, vel Principis, qui expresse contradixerunt, ne talia onera imponerentur Ecclesiasticis, aut ab illis exigerentur, ita Abbas *in cap. 1 num. 3. de his, quæ fiunt à maior. part. capitul. & in cap. aduersus, num. 21. vers. in consiliariis, de immunit. Eccles.* & Syluester *excommunic. 9.* §. 18. Quinimo officiales Consiliarij si rogati taceant, & non contradicant quantum potuerint, inuoluuntur excommunicatione simul cum aliis, qui assensum præstiterunt. Nam qui tacet consentire videtur, Mascard. *de probat. conclus.* 1218. Aloys. Riccius *in collect. decis. part. 4. collect.* 104. Limita tamen non consentire, qui tacet, vbi quis contradicendo expressis verbis non potuisset actum impedire, vt per Surdum *decis.* 100. *num.* 8. *& decis.* 294. *n.* 13. *& decis.* 302. *num.* 2. Gratian. *discept. forens. cap.* 68. *num.* 16. Menoch. *cons.* 120. *num.* 10. atque ita in hoc casu tacens magis dissentire videtur, quàm consentire, *l. sæpe, ff. de re iudic.* Bartol. *in l. Caius ff. de pig. act. & in lege Titia § Lucia, ff. de legat.* 2. Caldas Pereira *de emptione cap. 33. num. 81. in medio* Nam præsentia illius, qui contradicere non potest, non præiudicat, Tiraquel. *de retract. lign. §. 1. gloss. 9. num.* 152. Ex quo sequitur non ligari excommunicatione Consiliarium, qui ideo tacet, quia contradicendo expressis verbis, nullo modo potuisset actum impedire.

323. Idem esto iudicium de Consulibus, seu Rectoribus ciuitatis, qui dissentiunt, & repugnant, ne similia onera imponantur clericis. Quare non sunt audiendi, Innocent. *in cap. nouerit, de sentent. excommunic.* & Ioann. Andr. *in cap. aduersus, de immunit. Eccles.* dum aiunt huiusmodi gubernatores, quamuis non incidant in censuram Bullæ, incidere tamen in censuram *cap. non minus, & cap. aduersùs, de immunit. Eccles.* quamuis contradixerint, nisi dimittant officium; quod non placet, & oppositum est probabilius, cùm apertè dissentiant, nec fauorem præstant, imò contradicunt, quantum possunt. Nauarr. *in manuali c. 27. n. 115.* nec tenentur officio renunciare.

Quæstionis tamen est de nouis Consulibus Reipublicæ, qui succedunt aliis, qui ea onera clericis imposuerunt? Responde successores in officio, si laborent pro viribus, vt onera imposita clericis, auferantur, & reuocentur, quamuis non obtineant, non ligari excommunicatione, argumento *cap. Romana § in vniuersitatem, de sentent. excommunic. in 6.* vbi sententia excommunicationis pro delicto collegialiter commisso, culposos tantùm afficit, nec tenentur relinquere officium, Syluester *excommunicatio 9. §. 17. vers. de successore,* & Abb. *in cap. aduersùs num. 22. de immunitate Ecclesiæ.* Secus, si præcipiant, vt tributa imposita à prædecessoribus exigantur, vel consentiant, in quo euentu censentur procurare, & præstare fauorem. Similiter in eandem censuram incurrent, si nec præstent auxilium, nec suadeant, nec dissuadeant, sed merè negatiuè se habeant, eo quia, qui tenentur reclamare, & reuocare imposita onera, & negligunt, consentire censentur, & ideo incurrunt censuram; nam patientia, vel tolerantia Superioris inducitur consensus, Hippol. *cons. 46. num. 31. & cons. 107. n. 3. & 4.* Marius Alterius *hoc loco disp. 19. lib. 5. cap. 5. fol. 735. col. 2.*

Nona dubitatio, in quibus casibus Ecclesiastici non gaudent priuilegio exemptionis à tributis, & ex consequenti ea exigentes excusentur ab hac excommunicatione? De his aliqua prima parte de obligationibus moderatorum Reipublicæ, *disp* 18. 324.
Quo ad præsens institutum, clerici negotiatores, vel mercatores non sunt exempti à gabellis, per legem nostram *lib. 2. tit. 11. §. 1.* & desumitur ex *cap. quamquam, de censibus lib. 6.* per textum *ibi: quas non causa negotiãdi deferunt,* Lazarre *de decima vend. cap. 19. num. 5.* Garcia *de nobilitate, gloss. 9 n. 53.* Gutierres *de gabellis quæst. 94. num. 7.* Marta *de iurisdictione 4. part. casu 3. à num. 2.* Molina *de iustitia disp. 342. vers. secundum est, & vers. Idem dicerem, cum sequentib.* quia negotiatio causa lucri est clericis prohibita, ex *cap. secundum instituta ne clerici, vel Monachi,* ibi: *Prohibemus ne Monachi, vel clerici causa lucri negotientur.* & est communis, Redoan. *de spol. quæst. 2. in principio n. 1.* Modern. *de iurisdictione part. 4. cent. 1. casu 3.* Farin. *fragmen. crimin. part. 1. lit. C. verb. clericus a num. 147.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 25. num. 325.* Salas *de contract.* vbi de emptione, *dubio 2.* & Bellet. *disquisit. clerical. part. 1. tit. de disciplina clericali. §. 21.*

Dicuntur autem clerici negotiati, quando aliquid emunt, aut contractu oneroso acquirunt, vt ex illius venditione lucrum consequantur; non autem quando emunt ea intentione, vt domi consumant, aut, vt rem reducant ad aliquam formam, aut quando vendunt ea, quæ de suis redditibus colligunt, Ceuall. *commun. contra commun. quæst. 810. num. 16. & sequent* Molin. *de iustitia, disp. 339. & 342. conclus. 4.* Quarant *in summa Bullari, verb. vectigal, vers. tertiò quatenus,* Carol. de Grassis *de effectibus clericalib. effectu 3.* Salas *suprà dubio 2. num. 1.* Beller. *d. part. 1. tit. de exempt. cleric. a muner. §. 4.* Reginald. *dict. lib. 25. num. 325. versic. quarta, & num. 379.* & Bonacin. *de contract. lib. disp. 2. quæst. 9. punct. 2. num. 2.*

Vt autem clericus incurrat pœnas negotiatoribus impositas, necesse est in primis, vt plures negotiationes per se exerceat, *l. 1 § licet,* & *ibi* glossa *in verb. omne, ff. de tributis, & in proœmio Instit. §. cumque hoc Deo l. semper §. Diuus Adrianus, cum l. sequenti, ff. de iure immunit.* Bartol. *in proœmio ff. num. 10. & in l. maritum. §. qui quæstum, ff. de adult.* Gregor Lopez *in l. 1. titul. 7. partit. 5 in verb. Mercadores,* nec sufficere vnam, Tiraquell. *infrà.*

Vnde sequitur non esse clericum mercatorem qui semel emit, aut vendit rem aliquam, etiam negotiationis causa: neque qui vinum, aut frumentum vendit ex propriis fundis, ita Doctores

communiter, Tiraquel. *de pœnis temper. causa* 51. *num.*161.*per l.*1.§.1.& *ibi* gloss.& Bald. *ff. de tribut. actione.* Similiter nun erit mercator, aut negotiator,& ex consequenti non debet gabellam,quamuis, quod superest de rebus emptis ad victum domesticum postea maiori pretium reuendat, Nauarr. *in manuali c.*25.*n.*110.

Requiritur etiam,vt clericus negotiator amittat priuilegia,trina monitio sui Episcopi,& quamuis Molin. *de iustitia tract.* 2. *disp.*242. *num.*10. & Marius Alterius *de Bulla Cœna disput.* 19. *cap.* 6. *quæsito tertio*, asserunt clericum teneri soluere gabellas ex rebus,quas lucri gratia aduehit, vel trásmittit antequam ter moneatur,vt negotiationem dimittat; probabilius est non teneri vectigal, & similia onera soluere antequam præcedat trina monitio, vt desistat à negotiatione,textus *in cap. ex litteris* 26. *de vit. & honest. clericor.* ibi: *si tales tertio à te moniti.* Ex quo trina monitio debet præcedere, vt amittat priuilegium exemptionis. Ita Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit.*7. *de clericis,& Sacerdotibus, num.*70. Carol. de Grassis *de effectib.clericalib. effectu* 1.*num.*847.Valerius Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 9. *num.* 379. *ad finem.* Ludouic.Lopez *in instruct. conscientia, part.*2.*c.*41. Emman. Rodr. *in summa cap.*73. *num.*1. & Antonius de Sousa *de censuris Bullæ Cœnæ, c.*19.*disp.*92. *num.* 3. Nec sufficere vnam monitionem peremptoriam pro omnibus, docet Perez *ad l.*13. *verb. por tres vezes, tit.*3.*lib.*1. *ordinamenti, pag.*80.

Quare ante trinam monitionem, vt mercaturam non exerceant, non tenentur clerici tributa soluere, sed post illam, quæ requiritur, vt tanquam negotiatores puniri possint, vt per Solis *de censibus, lib.*2. *cap. final. num.* 18. *in fine*, Modern. *de iurisdict. part.*4.*cent.*1.*casu* 3. *num.*7. Salas *d.dub.*2. & Ceuall.*d.quæst.*810. *num.*20. vbi *n.* 17. tradit clericos non esse negotiatores, quando vnam tantùm negotiationem faciunt, sed quando plures. Ita etiam scribentes *in l.legatis seruis, ff. de legatis* 3. Anchar. *in cap.canonum statuta in* 14. *quæst.principal. vers. prouidetur quandoque per statuta,de constit.& in cap.*1.& *ibi* Franch. *de vita,& honest.clericor.* Franc.Aret.*in l.cætera,§.sed,& si quis, ff. de legat.* 1.

Nec obest Gregor.Lopez *in l.*49. *tit.*6. *p.*1. vbi opinatur hanc trinam monitioné hodie non esse necessariam,quia cùm clerici sint exempti iure diuino,cuius interpretatio ad Romanum Pótificem potiùs pertinere videtur,vt *in cap.nouit,de iudiciis,* dicendum est illam requiri per *c.ex litteris,vers. si tales tertiò a te moniti*, ex quo loco patet ante trinam monitionem nú perdidisse priuilegia exemptionis, Parladorus *lib.*1. *rerum quotidianarum c.*3. *num.*4 *fol.* 43. sed post illam, si non desistant à negotiatione, quam exercent,posse conueniri coram iudice sæculari, & ab eo puniri in rebus negotiationis,sed non ad pœnam corporalem, Bertachin.*de Episcopo part.*1.*lib.*4.*num* 96.*& de gabell. part.*3. *num.*3. Anfrct. *in tract. de potest. iudicis laici super personas Ecclesiasticas,regul.*1. *fallent.*16.*n.*24. non tamen in reliquis ad alia pertinentibus, sed ad negotiationem tantùm, Cened. *ad decretal. Collect.*37. *num.*2. & Carol.de Grass. *de effectib.cleric. effectu* 1.*num.*845. Salzed. *in praxi cap.*55.*alias* 58. *in nouissima editione,vers. sed an hoc*;quæ opinio in puncto iuris est verior:contraria fortè in praxi seruabitur propter Gregorij auctoritatem,sed minus bene; cùm ex *cap.vltimo, de vita, & honestate clericorum*, clerici non teneantur in conscientia comparere coram iudice laico, nisi post trinam monitionem,nisi desistant,Salzed. *d.cap.*55.atque ita non debere gabellam, nisi post trinam monitionem in conscientia, Vega *lib.* 5. *casu* 656. & Ludouic. Lopez *citatus cap.* 10. *pag.* 52. Vnde si ante trinam monitionem publicani gabellas à personis Ecclesiasticis exegerint, incurrunt in censuram latam,*in cap.quamquam,de censibus lib.*6. *& Clemen. præsenti, eodem tit.* pro vt tradit Cardinalis *cons.* 12.& ex consequenti in hanc censuram Bullæ Cœnæ, Sousa *hoc loco disp.* 92. *num.* 3. *ad finem*,vbi concludit clericos ex negotiatione prohibita non teneri soluere tributa antequam petantur, & antequam præcedat trina monitio, vt desistant à negotiatione lucratiua. Quæ resolutio mihi placet, & priùs placuit Lopensi *in instruct. part.*2.*cap.*41. Emmanueli Roder.*in summa tom.* 2. *cap.*73.*num.*11.& Petro de Ledesm.*in summa tom.*2. *tract.* 7. *cap.* 2. *conclus.* 27. Reginald. suprà *lib.* 9. *n.*379.*ad finem*,Veg.*vbi suprà*,quod intelligitur de clericis in sacris,vel de Monachis, siue sint in sacris,siue non, quia peccare mortaliter hos omnes per se ipsos negotiationem exercentes, colligitur ex pœnis impositis, Nauarr. *in manuali cap.* 25. *num.*111.§.34.Syluest.*verb.clerici* 3.*quæst.*3.Medina *de restitut.quæst.*30. *ad finem art.* 2. Angel.*verb. clerici* 9.*num.*3.quamuis contradicat Caietan. *in summa verb. clericus*, dicens non esse mortale secluso scandalo,temeritate,contumacia, seu contemptu, nisi aliqua iniquitas misceatur,quod credunt probabile Vega,& Lopensis *suprà* 1.*lib.instruct.cap.*10. quòd si clericus non sit in sacris; attamen sit beneficiatus? Syluester dubitat peccare mortaliter, reliqui verò *vbi suprà* inclinant non peccare mortaliter negotiando,sequitur Molina *de iustitia,tractatu* 2. *disp.* 342. *vers. pœna autem statuta, ad finem pag.* 537.

Nihilominus Marius Alterius *in hoc canone disput.* 19. *cap.* 6. *fol.* 743. *col.* 1. autumat clericos negotiatores in his, quæ causa negotiationis deferunt,eo ipso absque vlla monitione non gaudere priuilegio exemptionis à tributis;atque ita non requiri aliquam monitionem,sed statim puniri,in quo peccant. At verò, vt in aliis clerici negotiatores destituti sint priuilegio clericali, necessariam esse trinam monitionem,ait text.*d.cap.final.de vita,& honestate clericorum*,cuius sententiæ sunt Anchar.*in cap.quamquam,num.*2. & Franch. *num.*5. *de censibus lib.* 6. Quocirca,quo ad res ipsas quas deferunt ob lucrosam negotiationem,eo ipso absque vlla monitione subiacent oneri soluendi gabellas, neque exactores exigendo illas subiiciuntur huic excommunicationi.Quo ad alia omnia bona sua, & personas nun exuuntur simpliciter priuilegio immunitatis,nisi post trinam monitionem, si desistere noluerint à negotiatione, vt colligitur ex *d. cap. vltimo, de vita, & honest. cleric.* Quin etiam additur post trinam monitionem non priuari omni priuilegio clericali, si nolint desistere à negotiatione lucrosa, dummodo deferant habitum, & tonsuram, eo quia gaudent priuilegio canonis, & fori,sed tantum priuantur exemptione, & immunitate,quo ad negotiationes, in quibus exercentur,& quo ad facultates suas,prout vult Abb.*in d. cap.fin.num.*7.*de vita,& honest. clericor.* Tu verò ne declines à contraria opinione in fauorem clericorum, quorum exemptio secundùm graues Doctores est de iure diuino: ideo trina monitio debet præcedere, secundùm *cap. vltimum,de vita, & honest. cleric.*

Quid

Quid si exigantur gabellæ à clericis pro reficiendo ponte, pro construendo puteo, vniuersæ ciuitati necessario, & pro reparandis viis publicis, nunquid incurretur excommunicatio? Responde negatiuè, quia clerici ad rerum onera tenentur, quæ clericis, & laicis sunt communes, & ad communem vtilitatem prosunt. Abb. *in c. non minus, n.*18. *de immunit. Eccles.* Felin. *in cap. Ecclesia sancta Maria, num.*144. *de constit.* Syluest. *verb. immunitas* 1. §. 19. *circa finem. vers. sunt tamen aliqua onera,* atque ita exigentes non incurrunt censuram, vt vult gloss. *in d. cap. non minus, verb. Releuandas,* ibi: *vel pontem ædificandum, vel reficiendum*, cùm teneantur clerici ad hæc onera imposita, quoties communis Ecclesiasticorum & laicorum vrget necessitas, & concurrit vtilitas. Confirmatur ex *l.*20. *tit.*32. *partit.*3. vbi Gregorius Lopez *verb. Cauallerio,* vbi vult Ecclesiasticos teneri ad refectionem pontium, & viarum, quam opinionem vti veriorem, sequitur Ceual. *commun. contra commun. quæst.*415. *& quæst.*896. *num.*617. quod intelligitur in nostro casu ob bonum commune vtile, & necessarium, non solùm in communi, sed etiam in particulari tam clericis, quàm laicis, consulto tamen Romano Pontifice, quando laicorum non suppetunt facultates, quæ resolutio est certa. Sousa *d. disp.*92. *num.*6. *&* 7.

Contraria sententia, videlicet posse collectari clericos sine licentia Pontificis, requisito tamen Episcopo, vt compellat clericos soluere, placet Lucæ de Pen. *in l. cùm ad felicissimam. C de quibus muneribus, vel præstationibus nemini se liceat excusare, lib.*10. *col.*1. *vers. sed an hodie,* quem refert Gutier. *lib.*1. *practicar. quæst.*3. *num.*5. quia causa ex natura sua directè concernit Rempublicam, & communem, tam clericis, quàm laicis, quod procedere potest quando est periculum in mora. Secus, si non sit aliquod periculum, & de vtilitate, & necessitate dubitatur: tunc enim clerici collectari nequeunt, nisi consulto Romano Pontifice. Atque ita debent intelligi iura tam ciuilis, quàm iuris canononici, præsertim dispositio *cap. non minus, & cap. aduersùs, de immunitate Ecclesiarum*, quæ de exactionibus pro vtilitatibus, & necessitatibus communibus expresse loquuntur, quorum forma seruanda est: aliter enim excommunicationi, de qua *ibi*, est locus, & incurritur etiam in Bulla Cœnæ Domini ab exigentibus huiusmodi collectas, & alia onera sine auctoritate, & expressa licentia Summi Pontificis, quam partem tradunt Angel. *in summa vers. immunitas* §. 37. Syluest *eodem verbo, versic.* 1. *num.*20. Rodrig. *in addit. ad explicationem Bullæ cruciatæ* §. 9. *num.*72. Tolet. *in summa lib.*1. *c.*29. *in Romana editione,* Molin. *de iustitia tom.*3. *disp.*672. *num.*4. *&* 5. & ex antiquioribus, Hostiens. *in summa tit. de immunit.* §. *à quibus, vers. ad extraordinaria,* Abb. *in d. cap. non minus*, & *ibi* Ioannes Andreas: atque hoc modo vtraque opinio reducitur ad concordiam. Quatuor tamen Abbas *ibi num.* 5. conditiones requiri ait; prima, vt deliberatio fiat ab Episcopo cum clero. Secunda, vt fiat exactio, seu collecta propter vtilitatem, vel necessitatem publicam. Tertia, quòd non suppetant laicorum. Quarta, vt consulatur Summus Pontifex. Quintam addit Felinus *in d. cap. Ecclesia sancta Mariæ num.* 144. non posse cogi clericos per sæculares potestates.

325. Vltima dubitatio an exigentes collectam ab emphyteutis, vel à colonis prædiorum Ecclesiasticorum, incurrant in hanc censuram? Responsio est negatiua, ita Federicus de Senis *consil.* 109. quo ad colonos partiarios, si exigantur ex portione fructuum debita ipsis colonis, sequitur Gemin. *in cap. quamquam, de censibus lib.*6. *num.*11. Flores de Mena *d. lib.*2. *quæst.*21. *num.*65. *&* 207. post alios: secus, si sint coloni famuli, & familiares clericorum, Archidiaconus *in cap.*2. 11. *quæst.*1. & scribentes *in l.* 1. *Cod. de Episcopis, & clericis,* Bald. *in l.*2. *eodem titulo*; hi enim collectari non possunt; sed coloni clerici, aut Ecclesiæ, etiamsi partiarij sint. Quare etiam emphyteutæ rerũ Ecclesiæ possunt collectari pro vtili dominio, quod est laicum, & collecta est onus non omnino reale, cùm imponatur personæ pro rebus, *l. rescripto.* §. *final.* & *ibi* Bartol. *ff. de muneribus, & honoribus*; sed persona emphyteutæ est laica, & vtile dominium est laicum, & profanum; igitur collectari potest. Ancharan. *cap. ea quæ, col.* 17. *de regul. iuris, & cons.*125. *Visis, col final. vers. & prædicta tollitur,* Menoch. *de arbitr. casu* 180. *num.* 8. *& casu* 561. *num.*21. Valascus *de iure emphyteutico quæst.* 17. *num.* 11. Cald. Pereira *de nominatione emphyteut. quæst.*7. *num.*13. *quæst.* 12. *num.*22. Auendàn. *de exequend. mandat. lib.*2. *cap.*14. *num.*33. & Filliuc. *tract.*16. *cap.* 11. *quæsito quarto, num.*303 quibus accedit Marius Alterius *disp.* 19. *cap.* 6. *dub.* 5. vbi de colonis, *& dub.* 6. vbi de emphyteut. dicens non ligari excommunicatione exigentes collectam ab emphyteuta, si laicus est, eo quia bona Ecclesiæ, quæ transeunt ad laicos, manent subiectà publicis oneribus; sicut laici ipsi subduntur Principi sæculari, quo ad personas, & quo ad bona.

Excommunicatio decimanona de iudicibus sæcularibus, qui in casibus criminalibus Ecclesiasticorum se interponunt, sic habet:

§. XIX.

ITEM excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoscunque Magistratus, & iudices, Notarios, scribas, executores, subexecutores quomodolibet se interponẽtes in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas Ecclesiasticas, illas processando, banniẽdo, capiendo, seu sententias contra illas proferendo, vel exequendo, sine speciali, specifica, & expressa huius Sanctæ Sedis Apostolicæ licentia, etiamsi talia committentes fuerint Consiliarij, Senatores, Præsidentes, Cancellarij, Vicecancellarij, aut quouis alio nomine nuncupati.

EPITOME.

326. *Materia huius canonis est sacrilegium, quo offenditur libertas Ecclesiastica in cognitione causarum capitalium, seu criminalium Ecclesiasticorum.*

327. *Contra quas personas inferatur hæc censura, & quot actiones prohibeantur?*

328. *Appellatione personarum Ecclesiasticarum hoc loco, qui veniant?*

329. *An dentur aliqui casus, in quibus integrum sit sæculari potestati iudicare Ecclesiasticos licitè.*

Index

330. *Index sæcularis, si faciat informationem in causa criminali contra clericum, an incidat in excommunicationem?*

331. *Licentia, quæ requiritur, debet esse specialis, specifica, & expressa, non autem generalis.*

332. *An Episcopus possit laicis in causa criminali, aut capitali mandare iurisdictionem?*

333. *Summus Pontifex potest concedere Principi laico, vt in aliquibus casibus puniat Ecclesiasticos.*

334. *An, consuetudine possit introduci, vt laicus habeat iurisdictionem ad puniendos clericos?*

335. *Vtrum iudex reperiens Ecclesiasticum cum vxore, vel sorore, possit illum capere & retinere sine metu excommunicationis?*

326. Materia huius canonis est sacrilegium, quo offenditur immunitas Ecclesiastica in cognitione causarum capitalium, seu criminalium contra Ecclesiasticas personas. Causæ autem capitales dicuntur in quibus agitur de crimine capitali, quod tribus modis vocari potest capitale, primò quòd pœna vltimi supplicij plecti solet. Secundò dicitur tale, quod plectitur libertatis amissione, quando scilicet damnatur quis ad metallum. Tertiò, quando ob delictum ciuitas amittitur, & deportatur, glossa *in l. transigere, verb. capitali. Cod. de transactionibus*, vbi Iason vocat causam capitalem, quoties agitur de diminutione capitis, hoc est, de morte, mutilatione, deportatione, atque exilio. Causa ergo capitalis hoc loco sumitur latè, & non propriè pro illa, in qua pœna sanguinis imponitur; sed pro quacumque causa criminali: quare causa capitalis continetur sub causis criminalibus, tamquam species sub genere; quasi dicat in causis capitalibus, hoc est, in criminalibus, excommunicantur omnes tamquam iudices se interponentes; quasi dicat quoties dictio disiunctiua, seu, vel, aut ponitur inter genus, & speciem, habet eandem vim, quam habet dictio, *hoc est*, Felin. *in cap. inter ceteras, num. 30. de rescriptis*, & Bartol. *in l. quantus, ff. de auro, & argento legato.* Atque ita idem est hoc loco, in causis capitalibus, seu criminalibus se interponere, quod interponere se in causis capitalibus, hoc est, in criminalibus, prout Angelus Aret. disserit *Institut. super rubrica, de except.* vbi plenè de dictione alternatiua, & aliquando dictio, *seu*, & *vel*, resoluitur in copulatiua, *l. quantus, § planè ff. de auro, & arg. leg. l. ille, aut ille, ff. de leg. 3.* Bald. *conf. 37. num. 9. lib. 5.* Alexand. *in l. 1. num. 8. ff. de iurisdict. omni. indic.* secundùm quos verbum in capitalibus, seu criminalibus idem valet, quod in capitalibus, & in criminalibus.

327. Prima ergo dubitatio petit contra quas personas feratur hæc sententia: Constat ex Bulla contra omnes, & quoscumque Magistratus, & iudices laicos, cuiuscumque conditionis sint, habentes iurisdictionem laicam, & potestatem cognoscendi, & iudicandi in capitalibus, seu criminalibus causis, si procedant contra personas Ecclesiasticas quomodolibet; nec non contra Notarios, scribas, executores, & alios ministros, qui quouis modo concurrant ad cognoscendum de causis Ecclesiasticorum, vel eas examinando, vel eos capiendo, aut executioni tradendo, vel alio modo ad hæc, & similia cooperando. Non tamen extenditur censura hæc ad iudices Ecclesiasticos habentes iurisdictionem in clericos si de causis criminalibus eorum cognoscant.

Nomine autem Magistratuum veniunt omnes personæ publicæ habentes iurisdictionem ordinariam, cuiuscunque ordinis, & generis sint, vt patet ex particula *omnes, & quoscunque Magistratus, & iudices*, & deducitur ex *Authentica, vt ab Illustribus, & qui supra eos sunt, § sancimus*. Bartol. *in l. 1. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio.* Per Notarios intelliguntur, qui acta in iudicio litteris excipiunt, quibus fides habetur: scribæ autem sunt, qui nomine Notariorum processus in causis, & sententias latas per iudices scribunt, sed hoc loco Notarij, vel scribæ pro eodem accipiuntur. Nomine executorum, & subexecutorum veniunt omnes ministri Curiæ sæcularis, quibus incumbit de mandato iudicum, & Magistratuum ligare, capere, & trahere Tribunalia sæcularia, & torquere delinquentes, & reliqua munia in causis criminalibus auctoritate laica exercere.

Non tamen incurrunt in hanc censuram accusatores, & testes contra Ecclesiasticos in causa criminali apud iudicem sæcularem accusantes, & testimonia ferentes, quia in constitutione non fit mentio de illis, sed de iudicibus, Notariis, scribis, executoribus, & subexecutoribus. Nam si voluisset comprehendere constitutio accusatores, & testes, illos expressisset, vt per Tiraquel. *in l. si vnquam, verb. libertis, num. 3.* Surd. *decis.* 88. *num.* 4. Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 9. §. 1. *num.* 33. *& gloss.* 42. *num.* 11. Gutierr. *pract. lib.* 3. *quæst.* 22. *num.* 7. vbi approbant illud iuris principium, si lex aliud voluisset, expressisset, & illud aliud, quòd verba debent intelligi, prout propria eorum significatio clamat, *l. cum lege, ff. de testamentis*, D. Barbosa *in l. quia tale num.* 36. *ff. solut. matrim.*

Actiones hoc loco damnatæ sunt numero sex. Prima est, se interponere quomodolibet contra personas Ecclesiasticas in causis capitalibus, quæ vox *quomodolibet* intelligitur iuridicè, vel auctoritatiuè. Secunda est processare, seu processum facere in iudicio. Processus incipit à citatione in ciuilibus, Iason *in l. postquam litis n.* 10. *verf. veritas est, Cod. de pactis.* Hoc loco agitur de processu criminali, & processare est inquirere contra aliquem, & reliqua, quæ ad hoc conducunt agere, & exercere. Tertia est bannire, hoc est, eiicere aliquem ex aliquo loco, ciuitate, vel Regno, aut perpetuò, aut ad tempus. Quarta capere. Quinta sententias contra easdem personas pronunciare. Sexta exequi. Ex quibus sequitur exercentes aliquam ex supradictis actionibus prohibitis, vel omnes, ligari hac excommunicatione, Vgol. *hoc loco.* §. 1. Sayr. *hoc loco, de censuris lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 2. & est communis.

Secunda dubitatio, quinam veniant appellatione, nomineque personarum Ecclesiasticarum? Respóde venire omnes clericos tam sæculares, quàm Regulares, & quacunque ratione ad forum Ecclesiæ pertinentes, quorum causas, si iudex sæcularis cognoscere tentauerit, ipso facto in censuram hanc incurret siue criminaliter, siue ciuiliter causæ agantur, ob verbum illud *quomolibet*, Vgolin. supra *versic. tertiò afficit*, vbi loquitur de causis criminalibus, quæ criminaliter, vel ciuiliter tractantur: secus si causæ fuerint merè ciuiles, argumento *cap. nónne, de presumpt* atque ita, si iudex sæcularis capiat clericum debitorem fugientem, vt illum suo Prælato præsentet, non incurret hanc censuram, Nauarr *in manuali, cap.* 27. *num.* 82. *verf. decimasexta*, & Viualdus *ibidem num.* 123. 328.

Extende ad oblatos alicui Religioni, vel Ecclesiæ,

clesiæ;quando oblatio est perpetua, & cum obligatione seruiendi in perpetuum;sunt enim personæ Ecclesiasticæ. Modernus *de iurisdict. part.4.casu* 113. *num.* 37. Flores de Mena *lib.* 2. *quæst.* 21. *num.*194.Peregrin.*variar.lib.*6. *num.*71. Fr.Paulin. Berti Lucen.*in praxi crimin.Regul.tit.*1. *cap.* 3. *n.*3. & Cardin.Tusch. *tom.*5.*litt.O.conclus.*16.Idem dic de Religiosis conuersis, qui sunt verè Religiosi, Garcia *de benefic. part.*1. *cap.*4. *num.* 11. Peregrin. *d.lib.*6. *num.* 7. Flores *supra*, & praxis Episcopal. *part.*2. *verb. oblati.* Similiter amplia ad fratres, & sorores Tertianas in communitate religiosè viuentes, cùm sint verè Religiosi, Suar. *de censuris, disp.* 22. *sect.*1. *num.*20. Molina *de iustitia*, *tom.* 4. *tract.*3.*disp.*50.*num.*4. *in principio*, Aloys. Ricc. *in collect. decis.part.*4 *collect.*1051.& Carol.de Graff. *de effectib. cleric. effectu* 1. *num.*92. Nec sunt omittendi nouitij, cùm gaudeant foro Ecclesiæ, nec possint coram iudice sæculari conueniri, Modern. *de iurisdictione, part.*4. *casu* 121. *num.*24. Azor *instit. moral. part.*1. *lib.*12. *cap.* 2. *quæst.*11. & gaudent priuilegio canonis, ita vt eos percutiens incidat in excommunicationem, *cap. si quis suadente* 17. *quæst.*4. Azor *d.lib.*12. *cap.*3. *quæst.* 2. Henriquez *in summa, lib.*13.*de excommunicatione*, *cap.* 49. §.1. *in commento, litt.G.* Ægid.*de Sacramentis*, *& censuris, tom.*2. *disp.*14.*dub.*15.*n.*174.Farinac.*in praxi criminal.quæst.*8. *num.*16.

Idem esto iudicium de clericis sæcularibus, dummodo incedant in habitu, & tonsura clericali, quamuis sint in minoribus, & seruiant in diuinis alicui Ecclesiæ, ex mandato Episcopi, vel in seminario clericorum, aut in aliqua schola, vel vniuersitate versentur de licentia Episcopi, in quo euentu gaudent priuilegio fori, ex Concilio Tridentino *sess.*23. *cap.*6. quod priuilegium difficilius deperditur, quam priuilegium canonis:hoc enim est à iure positiuo, priuilegium autem fori indultum est à iure diuino, *cap. quamquam, de censibus in* 6. *gloss.penultima in cap. si Imperator dist.*96. Roland.*cons.*4.*num.*30.*vol.* 1. & alij quos referens sequitur Bellet. *disquisit.clerical.part.*1.*tit.de fauore clericorum canonis*, §.2.*num.*44.

Sed quid de clericis coniugatis, an fruantur foro Ecclesiastico: Respondet Couarr.*pract. quæst. cap.*31.*num.*6.*vers.hinc apparet affirmatiuè*, si seruetur in illis constitutio Bonifacij *in cap.vn. de clerico coniug. lib.* 6. de quo in Concilio Tridentino *sess.* 23. *cap.*6. cum conditionibus ibi relatis Quæ exemptio intelligitur concessa tantùm in causis criminalibus, de quibus agimus *in hoc canone* 19. etiamsi pro crimine ciuiliter agatur. Nam in merè ciuilibus non sunt exempti à foro sæculari, sed ibi sunt conueniendi, quamuis incedant in habitu, & tonsura, quia etiamsi hæc exemptio sit iuris diuini, potest Pontifex illud ius diuinum ita interpretari, vt clericus coniugatus non aliter ea immunitate gaudeat, quàm si incedat in habitu, & tonsura clericali, Couarr.*vbi proximè* De his suprà *disp.* 2. *in cap. si quis suadente, a num.*22.§.1. *&* 2. *ex num.*37.

329. Excipiuntur aliqui casus, in quibus licitè possunt iudices sæculares cognoscere contra personas Ecclesiasticas sine periculo excommunicationis. Primus quandocunque clericus priuilegium amisit quo ad forum Ecclesiasticum, videlicet quando realiter degradatur, tunc enim amittuntur omnia priuilegia, ex *cap.*2.*in fine, de pœnit.lib.*6. vbi forma degradationis ponitur, *& in c. nouimus* 27. *de verbor. signific.* Similiter, quando clerici banniti facti sunt, ita vt impunè possint occidi, Syluest. *in verb. Assassinus, num.*3.*vers. tertio quæritur.* Secundus casus, quando, qui habet primam tonsuram, & non seruat conditiones, quas iubet seruare Concilium Tridentinum *sess.* 23.*cap.*6.*de reformatione*, Graffis *lib.*4.*in expositione Bullæ Cœnæ num.*135.*cum sequentibus*, Vgolinus *d.*§. 2.*vers. quarto.* Tertius, quando clericus deprehenditur per laicos in flagranti delicto repertus:tunc enim capi potest, & carcerari à iudice laico, vt ducatur ad suum iudicem, Gomez *vari. tom.*3. *cap.*4. *num.*3. Azeued *l.* 9. *num* 4. *tit.*3. *lib.*1. *&* *l.* 5. *num.* 9. *&* 11. *tit.* 3. *lib.* 4. *noua recopil.* Auendan. *de exequendis mandatis part* 1. *cap.* 22. *num.* 2. Marr. *de iurisdict. part.*4.*casu* 42. Perez *l.*17. *gloss.* 1. *col.* 2. *in fine*, *tit.* 8. *lib.* 8. *Ordin.* Farinac. *in praxi crimin. part.* 1. *quæst.* 21. *num.* 141. *cum sequentib.* Nauarr. *in cap. non dicatis, a num.* 96. 12. *quæst.*2. vbi de Monacho inuento in ipso facinore. Dicitur autem deprehensus in flagranti, quando clericus nec fugere, nec potest negare, Anton. Monac. *Lucensi decis.* 38. *num.* 2. & Menoch. *cons.* 82. *num.* 179. Sayr. *de censuris lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 3. post Viuald. *in explanatione Bullæ Cœnæ num.*124.

330. Tertia dubitatio, an iudex faciens informationem in causa criminali contra Ecclesiasticum? Viuald.*vbi suprà num.*125. opinatur esse probabile non ligari excommunicatione iudicem laicum, qui facit informationem in causa criminali alicuius Ecclesiastici, quando, qui de hoc crimine possunt esse testes, non reperientur ita facile, vt mittat informationem ad superiorem clerici. Graffis tamen alia via incedens *lib* 4.*cap.*18.*n.*149. ait capere informationem pro aliquo delicto, in quo præsentes fuerunt aliqui clerici nominatim, non est processare clericos, neque inquirere contra illos, sed est facere informationem de toto facto, & ideo nulla incurritur excommunicatio, sicut non incurreret illam, qui faceret processum secretò contra clericum animo illum offerendi Episcopo.

Dicendum tamen est indistinctè interdictum esse iudici laico processare, vel processum facere, vel informationem contra personas Ecclesiasticas iudicialiter, vt constat ex tenore huius constitutionis, etiamsi non sit aditus ad Prælatum, qui iuridicè se informare possit. Ratio, quia constat de prohibitione imposita iudici sæculari:ergo, qui facit processum, seu processat sine expressa licentia Summi Pontificis etiam animo præsentandi Prælato, inuoluitur excommunicatione; quia quomodolibet se ingerit in causa criminali contra clericum, quod prohibetur in hac constitutione, ibi:*quomodolibet se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas Ecclesiasticas, illas processando* Neque excusat posse recedere testes in remotissimam Regionem; quia siue recedant, siue non, iudex laicus in hoc casu est homo priuatus, & ideo non potest recipere eorum testimonia, cùm careat iurisdictione, nec potest trahere ad suum iudicium Ecclesiasticos, neque eorum bona. Socinus *cons.*13.*num.*12.*&* *num.*30. *vol.*4. per textum *in cap. qualiter, de iudiciis*, & ibi Ioann. Andr. vbi clericus coram iudice sæculari, non potest trahi, siue agatur reali, siue personali, cùm iura detestentur posse laicum exercere iurisdictionem aliquo modo in clericum, etiam de consensu Episcopi, vt *in Authen. vt cler. apud propr. Episc. con. coll* 6. Roland. *cons.*12.*per totum*, præsertim *a num.*37. & alij, quos sequitur Marr. *de iurisdict.* 4. *part. cent.* 2 *casu* 101. *num.* 4. Quin etiam confessio clerici facta coram

iudice

iudice laico, non ſufficit ad condemnandum, text. *in cap. at ſi clerici, verſ. ita nec facta confeſſio, de iudiciis*, Beller. *diſquiſit. clerical. part. 1. tit. de fauore cleric. perſonali.* §. 14. *num.* 8. Valaſc. *conſult.* 65. *num.* 3. & Farin. *in praxi criminal. part. 3. quaſt.* 81. *num.* 193. cum aliis. Facit ordinatio Luſitana *lib.* 3. *tit.* 75. *in principio.*

331. Quarta dubitatio circa licentiam, quæ requiritur à Summo Pontifice ad euadendam hanc cenſuram, facilè ſoluitur ex traditis ſuprà §. 18. *num.* 316. Vt autem hoc loco proſit licentia Summi Pontificis, debet eſſe ſpecialis, & ſpecifica, tam quoad perſonas, quàm quoad delicta, nec ſufficit, ſi Papa indulgeat Regi, vt iudices ſæculares in ſuo Regno poſſint cognoſcere de cauſis clericorum, quia eſt licentia generalis, cùm non explicet de quibus clericis loquatur, de clericis ne in minoribus, an de clericis in ſacris? item non declarat de quibus cauſis, de ciuilibus ne, an de criminalibus, & de quibus delictis, an de leuibus, vel de grauibus. Quare licentia debet eſſe ſpecialis, & ſpecifica: nec non expreſſa ad cenſuram euadendam, nec ſufficit ſimplex licentia inducta ex tolerantia Pontificis, quia multa per patientiam tolerantur, quæ ſi expendantur in iudicio, tolerari non deberent. Nam quando actus requirit aliquid vltra patientiam, patientia nihil operatur, ita docet Bartol. *in l. item quæritur §. vltim. num.* 4. *ff. locati, & num.* 7. *in fine*, Menoch. *de præſumptionibus lib.* 3. *præſumpt.* 85. *num.* 28. *& conſil.* 121. *num.* 101.

332. Tertiò requiritur, vt licentia ſit conceſſa à Summo Pontifice; atque ita non ſufficit licentia inferiorum, etiamſi concedatur à Legato è latere Papæ ad cenſuram fugiendam, vt conſtat ex verbis Bullæ, ibi, *ſine licentia huius ſanctæ Sedis Apoſtolicæ.* Neque enim poteſt Epiſcopus, vel alter Papa inferior Iuriſdictionem committere laico in cauſa criminali, ſed in cauſa ciuili. Nam delegare non poſſe Epiſcopum ſæculari cauſas clericorum criminales, eſt communis, per textum *in cap. decernimus*, 2. *verb. laicorum iudicio, de iudiciis*, & *ibi* Hoſtienſ. *num.* 1. Abb. *num.* 4. & 5. Ripa *num.* 34. Iulius Clar. § *final. quæſt.* 41. *verſ. quæro.* Addit Abbas *in d. cap. decernimus num.* 44. & Roland. *conſ.* 4. *num.* 4. *vol.* 1. non poſſe Epiſcopum cauſas criminales ſuorum committere laico, & clerico ſimul, ſequitur, Scaccia *de iudiciis lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 39. *&* 41. & alij quos ſequitur Decianus *tract. crimin. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 70. *&* 73. Poſſe autem cauſas ciuiles clericorum Epiſcopum delegare laico, indicat gloſſa *in d. cap. decernimus, in verb. non præſumat*, vbi Abb. *num.* 5. Felin. *num.* 6. Vant. *de nullit. ex defectu iuriſdictionis, num.* 69. Cucch. *in inſtit. maior. lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 139. *&* 140. Segura Daualos *in Directorium Eccleſ. part.* 2. *cap.* 11. *num.* 2. Marcus Anton. Genuenſ. *in practicalibus Eccleſiaſt. quæſt.* 730. vbi vult, hoc intelligendum, modò adhibeatur clerici idonei, & non fiat commiſſio generalis ad omnes cauſas ciuiles, nec committatur cauſa ſpiritualis, aut criminalis.

Iulius tamen Cæſar Imbrian. *in tractatu de iudice Regni part. vltim. num.* 60. opinatur, minus benè, poſſe Epiſcopum criminales cauſas delegare, quando in partibus, vbi eſt facienda delegatio, non moretur clericus ſufficiens, cui cauſæ criminales delegari poſſent: tunc enim poterit illas laico cõmittere, quod non puto verum, cùm reſiſtat hæc conſtitutio, & probatur, quia nequit Epiſcopus cauſam criminalem clerici, committere laico ſimul cum clerico, vt de cauſa cognoſcant, vt bene notat Abbas *in cap. ſignificaſti, de foro competenti*, Roland. *conſ.* 4. *num.* 4. *lib.* 1. Farin. *in praxi crimin. quæſt.* 8. *num.* 4. *verſ. limita*, & Sbroz *de officio Vicarij lib.* 2. *quæſt.* 66. *num.* 10. ergo multo fortius nequibit delegare laico in defectum clerici ſufficientis. Nec obeſt Abbas *in cap. ſignificaſti, de foro competenti*, & Rendina *in promptuario recept. ſentent. tom.* 1. *tit.* 17. *num.* 11. quos referens ſequitur Barboſ. *de officio, & poteſtate Epiſcopi alleg.* 108. dum volunt non poſſe regulariter Epiſcopum clericorum cauſas criminales laico committere, poſſe tamen in eiſdem cauſis ſibi aſſumere aſſeſſorem laicum, quia id etiã repugnat noſtræ cõſtitutioni, ſi ipſe aſſeſſor quomodolibet ſe interponat in actionibus prohibitis in hoc canone; ſecus ſi Epiſcopus conſilij gratia conſulat aſſeſſorem, non autem, vt ipſe aſſeſſor proceſſet, banniat, capiat, ſeu ſententiam proferat ſine ſpeciali, ſpecifica, & expreſſa licentia Summi Pontificis. Tunc enim non euadet hanc cenſuram.

Quinta dubitatio facilè diluitur, poſſe ſcilicet 333.
Papam in aliquibus caſibus concedere Principi laico poteſtatem puniendi Eccleſiaſticos. Probatur, quia Papa poteſt committere iudicibus ſæcularibus certas clericorum cauſas, & fori priuilegio derogare. *cap. nos, & ſi* 2. *quæſt.* 7. *cap. illud* 10. *quæſt.* 3. *cap. verum* 22. *diſtinct.* Abbas *in cap. litteras, num.* 13. *&* 14. *de reſtit. ſpoliat.* Felin. *in c. Eccleſ. ſanctæ Mariæ, num.* 6. *verſ. & pro limitatione, de conſtit. & in cap.* 2. *num.* 2. *&* 3. *de maior. & obed.* Couarr. *cap.* 31. *num.* 4. *&* 6. Clarus *in pract.* § *final. quæſt.* 41. *n.* 7. & quamuis Pontifex nequeat in totum priuilegio fori derogare in cauſis clericorum, cùm ſit priuilegium de iure diuino, & clerici iure diuino, & naturali, vt verior tenet opinio, ſint exempti à ciuilibus Principum legibus, Hoſtienſ. *in cap.* 2. *de maiori, & obed.* gloſſ. *verb. diſcuti in cap. ſi Imperator.* 96. *diſtinct. & in verb. diuino, in cap. quamquam, de cenſibus*, & *ibi* Scribentes, Bellarmin. *lib.* 2. *de membris Eccleſiæ militantis, lib.* 1 *de clericis cap.* 28. *prop.* 5. Azor *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 12. *quæſt.* 1. Molin. *de iuſtitia tract.* 2. *diſp.* 31. *concluſ.* 1. & 3. Poteſt tamen illud priuilegium fori interpretari, & limitare in vno, vel pluribus caſibus, Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum, num.* 19. *de conſtit. & ampliare*, Abbas *in cap. final. de ſponſal. part.* 2. *cap.* 6. §. 9. *num.* 2. 3. *&* 4. Monet. *de decimis cap.* 5. *à num.* 87. & Azor ſupra *part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 18.

Sic in noſtro caſu poteſt Pontifex concedere 334.
Principi ſæculari, vt in certis caſibus puniat clericos, quia in illis non dat ius, vt Princeps propria auctoritate puniat, ſed vt nomine, & auctoritate Pontificis faciat tanquam miniſter illius, & ex commiſſa auctoritate delegantis. *l.* 1. §. *qui non datam, ff. de officio eius, l. pater ex propria, ff. de manum. vind.* Innocent. *in cap. quod ſicut, de electione*, Decius *conſ.* 82. *n.* 2. Aufret. *in Clement.* 1. *n.* 93. *de officio ordinarij.* Vnde ex conſuetudine ſæculares iudices de huiuſmodi cauſis nequeunt cognoſcere, & quamuis ſint qui dicant iudices poſſe procedere ex antiqua conſuetudine, & ex conſenſu tacito Romani Pontificis, quæ videtur habere vim legis, attamen hoc non habet locum in noſtro caſu, quia Pontifex nunquam aſſenſum, nec conſenſum præſtitit, ſed quotidie reclamat, & prohibet pœnis propoſitis, & laicos cenſuris affici, qui hæc audent præſtare. Quin etiam clericos, qui habent recurſum ad Curiam ſæcularem pro obtinendis inhibitoriis, qui ſunt ipſo iure excommunicati, *cap. nouerit, cap. quare, de ſentent. excommunic. & in Bulla in Cœna Domini*,

Domini, Canon. 13. Barbos. *de offic. & potest. Episcopi, allegat.* 50. *num.* 70. *& allegat.* 79. *num.* 4. & apud Farin. *part.* 4. *consf.* 68. *& decis.* 212. idem Barbos. *in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ num.* 23. *de constit.* Nec valet consuetudo, quæ est contra ius naturale, vt per Michaelem Grass. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 17. *num.* 308. *pag.* 243. Petr. Rebuff. *in l. quæ iussit, notab.* 1. *num.* 38. *ff. de iudiciis*, Ioseph. Gonzal. *lib. vni. var. cap.* 38. Martin. Monter. *decis.* 17. *num.* 40. Sayr. *in Claui, lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 4. & Azor *instit. moral. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 17. *quæst.* 2. *&* 3. Quare consuetudo, quòd Clerici conueniantur in criminalibus apud sæcularem, nihil valet, Couarr. *practicarum c.* 31. *num.* 5. Clar. *in practicis, lib.* 5. *§. vltim. quæst.* 36. *num.* 3. Barbos. *in l. Titia, num.* 32. *ff. solut. matrim.* Azor *suprà d. cap.* 12. Item non est valida consuetudo, quæ est contra libertatem Ecclesiasticam, vel est illi onerosa, Duennas *regul.* 143. Ioan. Lup. *in tract. de libert. Eccles. quæst.* 6. *num.* 4. *&* 5. & Beller. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de exempt. Cleric. ab oneribus publicis*, §. 1. *num.* 10. nec non *tit. de fauore Clericorum personali*, § 3. *num.* 23. & Marius Alterius *hoc loco, disp.* 2. *lib.* 5. *c.* 2. *fol.* 752. *col.* 2. *ex vers. Secundò dubitari potest*, vbi ex Concilio Generali Lateranensi sub Leone X. *sess.* 10. vbi probat cuicunque consuetudini derogatum, quæ haberet, laicis integrum esse capere, & detinere personas Ecclesiasticas, quod etiam reprobat Concilium Tridentinum *sess.* 25. *c.* 20. *vers. propterea que admonet.*

335. Vltima dubitatio, an iudex sæcularis reperiens Ecclesiasticum cum matre, vel vxore, vel sorore in actu turpi, incidat in hunc Canonem, si illum capiat, vel retineat tanquam iudex sæcularis? Responsio sit negatiua, argumento capitis, *si verò el* 1. per textum, ibi: *Turpiter inuentum cum matre, sorore, vel filia, de sentent. excommun.* vbi excusatur à censura percutiens Clericum turpiter agentem cum aliqua ex supradictis, modò percutiat in continenti, & non ex interuallo, quamuis non liberetur à peccato auctoritate propria illum interficiens, vt notat Couarr. *de sponsf. part.* 2. *cap.* 7. § 7. *num.* 12. Nauarr. *in manuali, cap.* 27. *num.* 84. Saa *de excommunic. Papæ reseruatis, num.* 2. Iulius Clarus §. *homicidium, num.* 48. *& lib.* 5. §. *final. quæst.* 77. *num.* 9. Ceuall. *commun. contra commun. quæst.* 833. *num.* 30. Henriquez *in summa, lib.* 12. *cap.* 12. §. 1. *litt. E.* Grassis *de effectibus clericalibus, effectu* 9. *num.* 186. Molin. *de iustitia, tom.* 4. *tract.* 3. *disp.* 7. *n.* 3. *& disp.* 55. *num.* 6. Bonacin. *de censuris, disp.* 2. *quæst.* 4. *puncto* 4. *n.* 5. & Ægid. *de censuris, tom.* 2. *disp.* 15. *num.* 195. ex ea ratione, quia Ecclesia in hoc casu non iudicat huiusmodi percussionem esse factam suadente diabolo, sed ex vehementi passione oriri, cùm sit difficillimum iustum continere dolorem: igitur non excommunicabitur per hunc canonem, qui inuentum turpiter cum vxore, &c. retinuerit, & apprehenderit tanquam iudex; etiam si illum noluerit suo iudici sistere, & præsentare: siquidem potuerit eundem occidere sine metu excommunicationis. *c. si quis suadente.* validum namque est argumentum ab æquiparatis, Menoch. *consf.* 32. *num.* 17. Gratian. *discept. forens. cap.* 298. *num.* 70. quando scilicet in eo, in quo fit æquiparatio, est similitudo, Surd. *decis.* 119. *n.* 16. *&* 21. Francisc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *quæst.* 46. *num.* 24. & Cardin. Seraphin. *Rota Romana decis.* 288. *num.* 5. Ex quibus colligitur, quamuis iudex sæcularis peccet in hoc casu detinendo Ecclesiasticum ita inuentum vltra spatium viginti horarum, excusabitur à censura huius canonis propter vehementem passionem, qua vehementer perturbatur sui vix compos, quæ est causa, quòd lex ciuilis sic inuentum impunè occidi permittat, *l. quod ait lex, §. quod ait. ff. de adult.* & lex Lusitana *lib.* 5. *tit.* 38. per textum ibi: *licitamente*, quamuis secundùm communem peccet mortaliter, Gomez *l.* 80. *Tauri, n.* 52. Decianus *tract. crimin. lib.* 9. *cap.* 15. *num.* 36. *in fine, vers. de iure autem Canonico, n.* 40. Farinac. *in praxi crimin. quæst.* 121. *num.* 55. *vers. pro concordia, & à num.* 122. & Sanchez *de matrimonio, lib.* 10. *disp.* 8. *à n.* 38. quibus accedit Ceuall. *commun. contra commun. quæst.* 833. *num.* 30. vbi excusat occidentem à censura ex repentino animi motu: secus si ex deliberatione; sed meliùs illum excusat iustus dolor, quia est impatibile, ita vt impossibile videatur tam iustum dolorem compescere in flagranti delicto, & ideo iustus dolor, & acerrimus eum excusat, quasi occidat prouocatus, & videatur facere in suam defensionem, vt notat expressè Guilerm. de Cun. *in l. Imperator l.* 2. *ff. de statu hominis*, & *ibi* Bartol. *n.* 2. Albericus *col.* 2. *quæst. penult.* Baldus *in tertia lectura, in fine*, & alij, quos referens sequitur Gomez *in d. l.* 80. *Tauri, num.* 53.

Excommunicatio lata aduersùs occupantes bona, & terras Ecclesiæ Romanæ, & illius iurisdictionem vsurpantes, sic habet:

§. XX.

ITEM excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, seu alios directè, vel indirectè, sub quocunque titulo, vel colore inuadere, destruere, occupare, & detinere præsumpserint in totum, vel in partem Almam Vrbem, Regnum Siciliæ, insulas Sardiniæ, & Corsicæ, Terras citra pharum Patrimonium Beati Petri in Thuscia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venaysinum, Sabinensem, Marchiæ Anconitanæ, Massæ Trebariæ, Romandiolæ, Campaniæ, & maritimas Prouincias, illarúmque Terras, & loca, ac Terras specialis commissionis, Arnulforum, ciuitatésque nostras Bononiam, Cæsenam, Ariminum, Beneuentum, Perusium, Auinionem, ciuitatem Castelli, Tudertum, Ferrariam, Comaclum, & alias ciuitates, Terras, & loca, vel iura ad ipsam Romanam Ecclesiam pertinentia, dictæque Romanæ Ecclesiæ, mediatè, vel immediatè subiecta; necnon supremam iurisdictionem in illis Nobis, & eidem Romanæ Ecclesiæ competentem de facto vsurpare, perturbare, retinere, & vexare variis modis præsumunt, necnon adhærentes fautores, & defensores eorum, seu illis auxilium, consilium, vel fauorem quomodolibet præstantes.

EPITOME.

336. *Materia huius canonis, quæ sit? Quot actiones principales? & quot accessoria? & quæ personæ, quibus excommunicatio minitatur.*
337. *Hic canon in tres partes partitur.*
338. *Loca, & iura, quæ habet Romana Ecclesia, quo iure ea habeat.*
339. *Cur in hoc canone fiat mentio specialis ciuitatum*

Bononie, Casene, Arimini, & aliarum potius, & omittantur multa oppida, qua etiam pertinent ad Ecclesiam Romanam?

340. *Appellatione suprema iurisdictionis, quid veniat?*

341. *Quot excommunicationibus feriatur inuadens, occupans, detinens, & destruens aliquem locum, aut oppidum Ecclesie Romana?*

342. *Cur aliqua ciuitates dicantur esse patrimonium B. Petri, & quare quotannis hac Bulla legatur?*

336. MAteria huius canonis est sacrilegium, quo Sedes Apostolica in suis terris offenditur, & suprema iurisdictio in illis læditur, Caietan. *in summa, verb. excommunicatio*, Sebast. Medice *in summa peccat. capital. tit. 9. quæst 78. n. 26.* Sayr. *hoc loco, n. 2.* Est autem hæc excómunicatio lata ad defendendum contra omnes dominium temporale ad Sedem Apostolicam spectans, illósque afficit, qui directè, aut indirectè per se, vel per alios præsumpserint inuadere, destruere, occupare, detinere, in totum, vel in parte Romanã vrbem, & alias ciuitates, & loca, quæ ibi enumerantur. Vnde constat actiones principales esse præsumptuosè inuadere per se, vel alios, directè, & indirectè Terras Ecclesiæ Romanæ, vel destruere, occupare, detinere in eisdem terris, & locis iurisdictionem vsurpare, vel eam perturbare, retinere, & vexare, quæ omnia sunt actiones principales specialiter in hoc canone damnatæ: accessoriæ autem sunt ad supradicta fauorem, auxilium, & consilium præstare.

Personæ autem contra quos fertur censura, sunt omnes, qui præsumpserint has actiones principales, & accessorias exercere contra tenorem, & substantiam huius canonis, siue id operentur facto proprio, & personaliter, siue per alios inuadant, & occupent aliquam terram Sedis Apostolicæ. Excusabuntur tamen, qui bona fide & probabili titulo doctorum hominum iudicio adhærentes aliquid egerint, tunc enim non est locus excommunicationi, Caiet. *verb. excommunicatio, in summa, c. 31. vers. Quartò nota*, his verbis, *Quia tunc operatur quis ex ignorantia plusquam probabili; & ideo neque apud Deum, neque apud Ecclesiam agit contra eiusdem Ecclesia ius, seu libertatem*, sequitur Suar. *hoc loco, disp. 21. sect. 2. num. 105.*

Quin etiam ex Caiet. *ibi cap. 17.* quem sequitur Nauar. *supra n. 73* si contingat in ciuitatibus Pontificiis esse factiones, & alteram esse extra ciuitatem, & inuadere ciuitatem hostiliter, vt ibi obtineat Principatum, ligari hac excommunicatione, quamuis non procuret offendere ius Ecclesiæ, neque ciuitatem ex dominio Papæ eripere, quia in hoc canone prohibetur perturbare, retinere, & vexare, & inuadere ciuitatem, quod sufficit ad incurrendam excommunicationem, præsertim, quia hoc non fit, quin ciuitas saltem in parte destruatur, Suar. *supra d. num. 105. ad finem.* nam destruere significat id quod structum est diruere, & vastare, Vgolin. *hoc loco, in principio, n. 4.* & in specie Marius Alterius *disp. 21. lib. 5. c. 1. fol. 756. col. 2. vers. dubitari potest hoc in loco.*

337. Diuiditur in tres partes hic canon. In prima cótinetur omnes, qui terras, loca, & ciuitates Ecclesiæ offendunt. In secunda offendentes Ecclesiæ Romanæ iura. In tertia offendentes eiusdem Ecclesiæ Romanæ iurisdictionem supremam, Sayr. *de censuris hoc loco, n. 4.* Vgol. *n hoc canone, in principio* Quatuor ergo modis hæc actio principalis prohibita, quo ad iurisdictioné exerceri potest, & incurri excommunicatio. Primò vsurpando iurisdictionem, quæ cópetit Summo Pontifici in locis enumeratis. Secundò perturbãdo. Tertiò retinendo. Quartò vexando eandem iurisdictionem, & denique quouis modo impediendo ne in illis locis officiales, ministríque Sedes Apostolicæ iurisdictionem exerceant. Et excommunicantur nó solùm qui inuadunt corporaliter loca ipsa, vel iura, vel occupant iurisdictionem, quam Ecclesia Romana in illis habet, sed etiam, qui perturbant, siue domestici sint ciues, siue externi, siue perturbent potentia, & armis, siue fraude, & dolo, Sayr. *in hoc canone, num. 5.* dicens esse probabile dolo, & fraude perturbantes ligari hac excommunicatione.

Quin etiam laici vsurpantes iura Ecclesiastica, aut rebus Ecclesiasticis iniuriam, aut violentiam irrogantes, possunt tanquam sacrilegi puniri per iudicem Ecclesiasticum de iniuriis, & damnis Ecclesiæ illatis, & compelli ad satisfactionem, Fusch. *de visitat. lib. 2. cap. 21. num. 28.* Bossius *in praxi crimin. tit. de sacrileg. num. 7.* Decian. *tract. crimin. lib. 6. cap. 36. in principio*, Palat. *in cap. per vestras, de donationibus inter virum, & vxorem, notab 2. §. 1. num. 3.* Ordinatio Lusitana *lib. 2. tit. 1. §. 5.* & Cardinal. Tusch. *tom. 4. littera I. concl. 445. n. 19. & concl. 446. num. 10.* facit gloss. *in cap. conquestus, versic. quasi possessione, de foro competenti, & cap. si Clericus laicum, & cap. cum sit generale, eodem titulo*, & ibi scribentes.

Quæstionis est, quo iure Ecclesia Romana habeat ea loca de quibus in hoc canone fit specialis mentio? Constat *ex cap. Constantinus, el 2. & ordine 14. distinct. 96.* amplissimam fecisse Constantinum Magnum donationem Beato Syluestro Summo Pontifici, cui contulit Lateranense Palatium, Vrbem Romanam, & cunctas Italiæ, & Occidentalium Regionum Prouincias; nec non ciuitates, & oppida omnia simul cum plenaria administratione omnium iurium Imperialium, tam in Iudæa, & Græcia, quàm in Asia, Thracia, & Africa Cuius donationis meminerunt in historia Imperator. *in vita Constantini, cap. 3. §. de la donacion.* Mexia, Bellarm. *tom. 1. controuer. 3. de Roman. Pontif. lib. 2. cap. 17. vers. hac omnia, & lib. 5. cap. 19 vers. Quarto*, Castald. *de Imperat quæst. 51.* Baron. *Annal. tom. 3. anno 324.* Soat. *de legibus, lib. 4. cap. 6. num. 6.* Cenal. *commun. contra commun. quæst. 345.* & constat ex textu ibi: *Vt Pontificalis apex non vilescat, sed magis, quam terreni Imperi dignitas, gloria, & potentia decoretur, ecce tam Palatium nostrum quam Romanam vrbem, & omnes Italia, siue Occidentalium Regionum Prouincias, loca, ciuitates Beatissimo Pontifici, & vniuersali Papa Syluestro concedimus, & relinquimus, & ab eo, & a successoribus eius per pragmaticum constitutum decernimus disponenda.* Ita Constantinus, ibi: *Ex quibus verbis apparet, & in Italia, & in Occidentalibus partibus esse omnia loca sita, qua in Bulla numerantur.* Nam sexdecim Regiones continet, & in his Regnum Siciliæ, quæ Italiæ Insula est, quæ ad Romanam Ecclesiam pertinet, vt notat Clement. 2. *in versicul. vt illud tanquam notissimum, iuncto versicul. Rursus, de re indic. & cap. 2. vers. Prater Regnum Sicilia*, quod est speciale patrimonium Beati Petri *eodem lib. 6. & ibi* Gemminianus, & vult Vgolin. *in hoc canone, in principio, n 2.* & Alterius *hoc loco, disp. 21. lib. 5. cap. 2. fol. 761. col. 1. in principio*, vbi firmat Siciliam fuisse de patrimonio Beati Petri ex donatione facta à Carolo Magno Imperatore Adriano primo Pontifici Romano, quam donationem postea Ludouicus Pius ipsius 338.

ipsius Caroli filius confirmauit. Quæ postea deflexu temporis regnante Michaele Balbo Constantinopoli a Saracenis occupata eorum ditioni per annos 250. subiecta fuit, sed de hoc alij, inter quos Turrecrem. *in cap. 1. distinct. 94. n. 2.* & alij *in cap. ad Apostolica, §. prater, de sententia, & re iudicata in 6.* vide reliqua apud Marium, & Mastrillum *in praludio de magistratibus n.* 48.

Illud non est omittendum Romanum Pontificem iurisdictionem, & dominium modis, & titulis legitimis obtinuisse non solùm in Vrbe, sed etiam in aliis Regionibus, vrbibus, è locis in hoc canone commemoratis, nec de hoc ambigi potest; nam tempore Gregorij Magni Ecclesia Romana Siciliam, Lucaniam, & Calabriam, & alias Prouincias vti patrimonium suum possidebat, & obiit anno de 604. cuius patrimonij, qui curam gerebat, Rector patrimonij sancti Petri dicebatur; vt ex quibusdam eiusdem Gregorij epistolis deducitur. Constitutum autem erat huiusmodi patrimonium in prædiis, agris, & aliis possessionibus, quæ Romano Pontifici dono datæ fuerunt, & postea Ecclesia Romana incepit paulatim consequi dominium, & ditionem illarum Prouinciarum, & ciuitatum.

Quod attinet ad insulas Sardiniam, & Corsicam, illud etiam certum est fuisse in patrimonio B. Petri iam à Caroli Magni Imperatoris tempore, in quo datæ fuerunt Romanæ Ecclesiæ, vt patet ex constitutione Ludouici Pij Imperatoris filij ipsius Caroli, quæ ad verbum descripta asseruatur apud Vaticanum in eius monumentis, vbi confirmat donationem factam à patre Carolo, & auo Pipino, Pontifici maximo. Cùm autem Sarraceni, vt testatur Sigonius *lib. 3. de Regno Italia anno* 720. Sardiniam suo Imperio subiecissent, Ioannes Nonus Pontifex *anno de* 1004. indulsit, vt qui Sardiniam, & Corsicam recuperarent, sibi possent retinere, modò à seruitutis iugo Christianos in libertatem assererent: quo proposito præmio Pisani, & Genuenses excitati Corsicam, & Sardiniam aggressi sunt, & vtranque per annos sequentes expulsis Sarracenis donarunt libertate. Inter se tamen de Sardiniæ iure possidendo bello diutissimè pugnarunt, non sine magno Insulæ detrimento, quo tempore Bonifacius Octauus Iacobum secundum Aragoniæ Regem filium Petri Tertij Aragoniorum Regis Romam vocauit, & eum Pontificio diplomate Sardiniæ Regē creauit; quo modo peruenit Sardinia ad Principatū Regum Aragoniæ; ex quo tempore ad Regem Catholicum Ferdinādum, & ex eo ad Carolum Quintum Imperatorē, & ad eius filium Philippum cognomento Prudētem, & ad eius posteros Sardinia insula pertinet omni cēsu libera, vt creditur verisimile, sic fuisse à Bonifacio Octauo cōcessam Iacobo secundo Aragoniæ Regi, eo quòd Genuensibus Lucius secundus remiserit censum annuum, quem quotannis ob Corsicam pendebant. Ex quibus patet Insulam Siciliæ, Sardiniæ, & Corsicæ in patrimonio Beati Petri fuisse ex donatione Ecclesiæ Romanæ à Carolo Magno facta, teste Sigonio *lib. 3. de Regno Italia.* Cætera, quæ ad hunc locum pertinent, & ad hanc extremam Bullæ Cœnæ censuram, & ad oppida enumerata ibi, consule Marium Alterium *disput. 21. cap. 2. per totum*, & Barbosam *in cap. si diligenti. 17. num. 2. & 3. de prascriptionibus.*

339. Quo autem tempore cœperint reliquæ ciuitates in hoc canone memoratæ petinere ad dominium Romanæ Ecclesiæ, non est enim eadem omnium sententia, eo quòd ius Bononiæ, & Perusij, & Ferrariæ ad dominium Romanæ Ecclesiæ pertinere ex donatione facta à Pipino Rege Francorum Caroloque Magno, & Ludouico Pio quidam autumant. Alij autem Beneuentum, seu Ducatum Beneuentanum censent à Carolo Magno fuisse confirmatam donationem Romanæ Ecclesiæ factam vnà cum aliis oppidis per patrem Pipinum, de quibus omnibus dubiis, & de rationibus dubitandi, consule dictum Marium Alterium *d. c. 2. ad finem.*

Nomine supremæ iurisdictionis venit hoc lo- 340.
co iurisdictio temporalis, & merum Imperium, quod habet Summus Pontifex in terris Ecclesiæ, cuius iurisdictionis quatuor sunt species. Prima dicitur merum Imperium, secundùm quod dicitur habere gladij potestatem ad puniendum facinorosos homines, & hæc est suprema iurisdictio, glossa *in l. Imperium, verb. Mixtum, de iurisdict. omni iudic.* Mixtum autem Imperium exigit causæ cognitionem, glossa *vbi proximè*, & hæc iurisdictio est reseruata Summo Pontifici, vt notat gloss. *in cap. quod translationem, ver. reseruata, de officio legati.* Quare quæ Apostolica Sedes specialiter reseruauit, non veniunt in generali concessione, Perez *l. 1. gloss. 2. tit. 1. lib. 3. ordinamenti pag. 459. col. 2. ante medium*; atque ita in generali Legati à latere commissione, non veniunt casus Papæ reseruati, Boërius *in tractatu de potestate Legati à latere num. 24.* Erasm. à Cochier *de iurisdictione Ordinary in exemptos part. 1. quast. 3. num. 13 & part. 4. quast. 3. num. 1.* quamuis frater Emmanuel *tom. 2. Regularium quast. 62. art. 1.* Parisius *cons. 28. num. 31. cum sequentibus part. 4.* Viuald. *in tractatu de Legato part. 1. quast. 8.* existiment posse cognoscere contra exemptos, per glossam *in d. cap. translationem*, ibi, *ego credo quod potest cognoscere*, &c. Ratio, quia quamuis sit de reseruatis Papæ cognoscere de causis exemptorum, est tamen Legati à latere habere in exemptos iurisdictionem. *cap. si Abbatem, de electione lib. 6.* ideo non videtur Papa eximere exemptos à potestate Legati, Nauarr. *de datis, & promissis pro iustitia, notabili 4. numero 10. versic. secundò per ea qua.* Non poterit tamen eximere aliquem à iurisdictione alicuius ordinarij, quia nequit facere Legatus, quod violet ius commune; at eximere à iurisdictione Ordinarij aduersatur iuri communi, *cap. omnes Basilica 16. quast. 7.* & plurimum præiudicat Ecclesiæ, Baron. *Annal. tom. 8. anno 676.* & ita resoluit Erasm. suprà *part. 1. quast. 3. num. 13. de iurisdict. in exemptos*; est enim hoc valde consonum iuri, & rationi, vt dicam infrà *disp. de Legato à latere, §. 2. num. 20. & num. 38.*

Quòd autem præiudicet iuri communi eximendo à iurisdictione Ordinarij aliquem, docet Abbas *in cap. final. num. 2. cum addit. de confirmat. vtili*, Boër. *in tractatu de potestate Legati de latere num. 44.* & Villadieg. *in tractatu de Legato part. 1. quast. 9. num. 64.* ex ea ratione, quæ deducitur ex *dict. cap. omnes Basilica, 16. quastio. 7.* vbi probatur omnes Basilias præsumi illius Episcopi, in cuius Diœcesi sunt extructæ, & eo ipso, quòd quis est Episcopus, habet fundatam intentionem super iurisdictione in omnibus Ecclesiis, & personis totius suæ Diœcesis, Rot. *decis. 171. num. 2. & decis. 491. num. 1.* apud Farinacium *part. 1. recent.* idcirco quidquid est intra fines Episcopatus, censetur etiam de Diœcesi. Rot. *decis. 683. num. 1.*

d.p.1.recent. Vnde quamuis Legatus possit cognoscere de exemptis, non potest tamen eximere Ecclesias; nec personas à iurisdictione Ordinarij, quia eximere aduersatur iuri.

341. Dubitari potest, quot censuris feriatur, qui inuadit locum aliquem Ecclesiæ Romanæ, & simul occupat, detinet, & destruit? Hac de re vide suprà §.4. *num.* 106. *& sequent.* & §. 10. *num.* 220. Ad rem ergo dicit Marius Alterius *lib.* 3. *de censuris disp.*10.*cap.*8. si ex commissione plurimum actuum plura peccata emanant, & diuersæ transgressiones constitutionis alicuius, procedunt etiam plures excommunicationes, à quibus delinquens necessariò est absoluēdus. Ratio, quia excommunicatio fertur in transgredientes constitutionem; quare, si transgressio est multiplex, multiplex erit excommunicatio, secus si transgressio est vna, excommunicatio erit etiam vna, Nau. *in man.c.6.n.*17. *&* 18.

Dicerū autem actus esse vnus, vel multiplex in genere moris ad iudicandum numerum excommunicationis ex continuatione, vel interruptione actus; atque ita, quando omnes actus interiores, & exteriores rendunt quasi præparationes ad vnum effectum principalem perficiendum, quamuis illi actus in genere entis differant, & interrumpantur, vnica tantùm est violatio, seu transgressio, & ex consequenti vnica censura. Secus, quando actus inter se sunt diuersi non solùm in genere entis, sed etiam in genere moris. Exemplum prioris sit, percutiens clericum ad quod crimen priùs accepit ensem, vocauit socium, arripuit iter, & alia egit semper cum eadem intentione, vel actuali, vel virtuali, vnica fuit transgressio, & vnica quoque censura; etiamsi tres ictus vno impetu in clericum intulerit, quoniam tres illi ictus vno impetu illati, fuit vnus actus in genere moris. Exemplum posterioris apparet in percutiente clericum semel, & postea per interuallum notabile, iterum percutiat, ligabitur duabus censuris, quia vnaquæque actio in genere moris fuit integra, & separatim completa, sicut interficiens vnico impetu vnum clericum, & successiuè alium, duo commisit homicidia, quia duo sunt obiecta distincta in genere moris, & componunt duas actiones completas, Nauarr. *in manuali cap 6. num.*18. Marius Alterius *d. lib.* 3. *cap.*8. *vers. sed quamuis hac regula.* Ex quo sequitur in casu nostro, si quis inuasit ciuitatem Sedis Apostulicæ, & eam occupauit, & successiuè destruxit, & eodem tempore solo æquauit, vnam tantùm incurrere censuram: secus si inuasit, & occupauit, & postea post aliquod tempus illam destruxit, & deuastauit; tunc enim duabus inuolutus est censuris. Nam vnus excommunicatus potest iterum excommunicari, & data absolutione vnius excommunicationis, adhuc restat alia excommunicatio, quæ incepit habere effectum, cùm absoluitur à prima, *c. Engeltrudam* 3 *quæst.*4. *& gl. ibidem c. ita quorumdam,* & *ibi* gloss. *verb. excōmunicatio, de Iudæis,* & communiter omnes, sequitur Felin. *in cap. postulasti n.*2. *de rescriptis,* & alij, quibus adhæret Gonzal *de mensib. gloss.*13.*n.*81. *& sequent.*

Ex dictis liquet, cur aliquæ ciuitates dicantur patrimonium Beati Petri. Item cur in hac constitutione fit mentio specialis Bononiæ, Cæsenæ, Arimini, & aliarum, quæ scilicet fuerunt sæpiùs à Tyrannis occupatæ, & à dictione Romani Pontificis ereptæ, & tandem in ditionem Pontificis eiectis Tyrannis reuocatæ; denique ea est potissima ratio ob quam quotannis hæc excommunicatio in die Cœnæ Domini promulgatur contra occupantes Ecclesiæ Romanæ Terras secundùm Felinū *in c. cùm non liceat, de præscript. col. vlt.* opinantem nullam præscriptionem posse præiudicare Romanæ Ecclesiæ, quòd quolibet anno præscriptio interrumpatur per excommunicationem Bullæ Cœnæ die Iouis Sancti à Pontifice pronunciatam contra occupantes, & detinentes res Ecclesiæ Romanæ. quod procedit, quo ad malæ fidei possessores, qui à Pontifice Romano excommunicatione ligātur.

Secus dicendum de bonæ fidei possessoribus, qui quamuis sint in possessione rerum Ecclesiæ Romanæ, opinantur tamen esse in possessione iusta, & res esse proprias: & ideo non incurrere in excommunicationem, si bona fide possideant, ita Caietan. *in summa verb. excommunicatio cap.* 31. *vers. quarto,* & Suar. *de censuris disp.*21.*sect.*2. *n.*105. dummodo diligentiam adhibeant, vt veritas deprehendatur, vt in simili tradit Victor. *de iure belli num.*25. Couarr. *in regul. possessor.* §.12.*n.*5. *vers. Ego hanc sententiam falsam esse opinor*; eo, quia possessor bonæ fidei illius, qui credit iure, & legitimè possidere terras Ecclesiæ Romanæ, potest præscribere, si possessio duret bona fide sine vllo impedimento per centum annos, textus *in cap. ad Audientiam, verb. contra quam non nisi centenaria, de præscriptionibus, & in cap. cùm nobis, eodem titulo vers. non nisi centum annorum,* & *ibi* Scribentes, *l.* 26. *tit.* 29. *part.*3. Pinel. *in Authent. Nisi, num.* 57. *Cod. de bonis maternis.* Balb. *de præscript.* 1 *part.*5. *à num.*16. Molin. *de iustitia tract.*2. *disp.*72. *vers. secunda, num.*4. Neque obstat excommunicatio Bullæ in Cœna Domini singulis annis promulgata, nisi aliud occurrat impedimentum, quòd possit interrumpere præscriptionem; ex eo fundamento, quoniam excommunicatio nō ligat, nisi vbi est culpa mortalis, quam non contrahit bonæ fidei possessor, Marius Alterius *in hoc canone cap.*3. *disp.*21. *fol.*763. *col.*2. nec tenetur bonæ fidei possessor restituere fructus consumptos, nisi quatenus ex illis locupletior euaserit, Antonius Gabriel *communium lib.*5 *tit. de acquirendo rerum dominio, conclus.*2. *num.*3. Menoch. *remed.*15. *de recup. num.*598. Tolet. *in summa lib.* 5. *cap.*17.*n.*9. *&* 10. Molin. *de iustitia tract.*2. *disp.* 569. *vers. quando aliquid, & disp.* 718. *num.*1. *& disp.*719. *num.*4. Lessius *de iustitia lib.*2.*cap.*14. *dub.*2.*num.* 9. *&* 10. Rebellus *de obligationibus iustitiæ part.*1.*lib.*2. *quæst.*4.*n.*10. *&* 11. Sayr. *in claui lib.*10.*tract.*2. *cap.*2. *n.*2. & Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.*2.*c.*23. *à n.*77.

Sed quid, si non constet post adhibitam diligentiam, an res possessa sit Ecclesiæ Romanæ, nec possessor conscientiam dubiam deponere potest, an incidat in excommunicationem, si rem non restituat? Respondet Sanchez *lib.*2. *de matrim. disp.*41. *à n.*12. Si incipiens bona fide possidere, accedente dubio postea, an res sit aliena, teneri diligentiam adhibere, vt de veritate constet; quòd si post diligentiam præmissam veritas adhuc non deprehendatur, posse possidentem rem retinere, & practicè non dubitare, an res sit sua, & ex consequenti nō ligatur excommunicatione. Idem reperit *lib.*1. *in præcepta Decalogi c.*10.*n.*9. nihilque teneri restituere, quod tanquam probabilius tradit cum Vasques 1.2.*q.*19.*art.*6. *disp.*66.*c.*7.*n.*44. & cum Salas 1.2.*quæst.*21 *tract.*8. *disp. vnica, sect.*23. *n.*231. Et quamuis *d. disp.*41 *num.*19. existimauerit Sanchez possidentem bona fide, si post præmissam debitam diligentiam, anceps sit, & magis propendeat in eam partem, quòd res illa sit aliena, teneri restituere partem pro ratione maioris illius propensionis, prout etiam vult Sotus *lib.*4. *de iustitia, quæst.*5.

quæst.5. art. vltim. ad finem, & Ledesm. *2.part. 4. quæst.18.art.1.dub.14.fol.231. col. 1.* attamen nihil possidentem in hoc casu teneri restituere probabilius censet *d.cap.19.in præcepta Decalogi,num. 9.* cuius sententia mihi probatur; & hæc sufficiant ad explanationem Bullæ Cœnæ, quæ vigioti Canones complectitur; modò ad obseruationes eiusdem Bullæ Cœnæ, quæ post excommunicationes apponuntur, gradum faciamus.

Prima obseruatio sic habet:

343. Volentes præsentes nostros processus, ac omnia, & quæcunque his litteris contenta, quousque alij huiusmodi processus à nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente fiant, aut publicentur durare, suósque effectus omnino sortiri. In hac ergo obseruatiooe notandum est Bullam Cœnæ durare vsque ad alterius à summo Pontifice pro tempore factionem, aut publicationem, atque ita post Pium Quintū anno Domini 1568. durat Bulla Cœnæ, quousque sequens Pontifex aliud disponat, ita Nauarrus *in manuali, cap. 27. num.73.* quem sequitur Henriq. *tom.2.cap.18 lit.L. lib.13.& n.4.* Olim autem Bulla Cœnæ non habebat vim legis, sed præcepti, quod finitur cum præcipiente, Suar. *lib.5.de censuris,disp.21.sect.1.* sequitur Nauarr. subdens ex se esse perpetuam, & naturam legis, seu statuti imitari: cessare tamen vbi primum Bulla ab alio successore promulgatur; idem docet Toled. *de casib.in Bulla Cœna, excommunicatio vltim.* Differt tamen à lege, quia lex non cessat, nisi per posteriorem reuocetur expressè, aut ei aliquid contrarium statuatur, vide Suar. *suprà, & de legibus,lib.1.c.10.n.15.fol.59.* An verò huiusmodi censuræ in Bulla Cœnæ censeantur ab homine, aut à iure, vide, quæ dixi suprà *disp.3 à princ.*

Secunda obseruatio de illis, qui possunt absoluere à censuris Bullæ Cœnæ.

§. XXI.

EPITOME.

344. *Absoluere à censuris Bullæ Cœnæ nemo potest, excepto mortis articulo, nisi summus Pontifex. Articulus mortis, & periculum mortis æquiparantur. ibid.*

345. *Absolutus in articulo mortis, quam cautionem præstare debeat?*

346. *Quam pœnam contrahant, & quam excommunicationem absoluentes à censuris Bullæ Cœnæ, & an sit reseruata?*

347. *Priuilegia concessa, ne possint excommunicari à Sede Apostolica an sint valida?*

348. *Vtrùm facultas concessa Episcopis à Concilio Tridentino, vt possint absoluere à contentis in cap.6. sess.24. auferatur per hanc secundam obseruationem, seu clausulam?*

VT autem hæc secunda obseruatio meliùs intelligatur, & quæ in ea reseruantur pateſiant, tenor illius sic habet: Cæterùm à prædictis sententiis nullus per alium, quàm per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc; nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstita, absolui possit, etiam prætextu quatumuis facultatum, & indultorum, quibuscunque personis Ecclesiasticis, sæcularibus, & quorumuis ordinum etiam mendicantium, ac militiarum regularibus, etiam Episcopali, vel alia maiori dignitate præditis, ipsísque Ordinibus, & eorum Monasteriis, Conuentibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, & locis piis, nec non laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mūdana excellentia fulgentibus, per nos, & dictam Sedem, ac cuiusuis Concilij decreta, verbo, literis, aut alia quacunque scriptura in genere, & in specie cōcessorum, & innouatorum, ac concedendorum, & innouandorum.

Hoc posito constat ex tenore Bullæ neminem posse à sententiis Bullæ Cœnæ absolui, nisi per Romanum Pontificem, excepto mortis articulo, idque meritò, quia Romanus Pontifex absolutionem sibi reseruauit. Vnde absoluere ab his sentētiis nō potest Collegium Cardinalium, cùm Collegiū non sit Romanus Pontifex, cui enim verba legis non conueniunt, nec dispositio conuenit, argum. *l.4.§.toties,ff.de damno infecto.* item nec Vicarius Papæ, vel Legatus à latere, Patriarchæ, vel Archiepiscopi, vel Episcopi possunt absoluere, argumento capitis *nōme, de præsumptionibus*: denique nec Conciliū generale, nam neque ipsum est Romanus Pontifex; sed eius auctoritate cōgregatur, & illi præest. Nam si Summus Pōtifex huiusmodi casus Bullæ sibi non reseruasset expressè, potestas absoluendi pertineret ad omnes, qui possent ab excommunicatione iuris absoluere; vt deducitur *ex c.nuper, de sententia excommunicationis*, vbi Innoc. III. de absolutione ab excommunicatione iuris, his verbis ait: *Quia tamen conditor canonis eius absolutionem sibi specialiter non retinuit, eo ipso concessisse videtur facultatem aliis relaxandi*, ex quo sequitur quòd quando ius quamuis non declaret per quem absolutio danda est, declarat tamen, & absolutè ait absoluendum fore, eo ipso quòd denegat absolutionem, aut dispensationem, videtur tacitè, & censetur facere facultatem absoluendi, aut dispensandi Episcopis, aut aliis Prælatis, Henriq. *in summa,lib.14.c.19.§.2.iuncta lit.P.* Azor *instit.moral.part.2.lib.3.cap.52. quæst.13.* Suar. *de legib.lib.6. cap.14.num.8.* Sanchez *de matrimonio,lib.3.disp.52. n.1.* Etenim, quæ Sedes Apostolica sibi non reseruat, censetur concessisse. Specul. *tit. de legatis*, §. *nunc ostendendum, n.53.* Confert quòd Episcopus potest in sua Diœcesi omnia, quæ potest Papa in vniuerso Orbe, Perez *l.5.in principio, tit.15. lib.8. Ordin.pag.315.* Rebuff. *in tract.nomin.quæst.5.n.31.* nisi expressè interdictum sit eidem à iure, sic præcitati, & Henriq. *in summa,lib.12.cap.3.§.2. in commento,lit.N.* cùm ergo in his censuris absolutio sit reseruata summo Pontifici expressè, non potest delinquens absolui per alium, quàm per illum. 344.

Excipitur mortis articulus, eo enim casu nullus est casus reseruatus, quinimo quilibet simplex sacerdos potest absoluere in articulo mortis excommunicatos, & denunciatos, etiam propter hæresim, & habentes quæcunque alia peccata reseruata quomodocunque, Concilium Tridentinum *sess.14.de sacrament. pœnit.c.7.vers.vt nulla sit reseruatio*, secundùm quod tradunt Couar. *in cap. Alma mater,part.1.§.11. n.8. vers. quod si mortuus.* Valent. *tom.4.disp.7. quæst. puncto 2.* Suar. *tom. 4. de pœnit. disp.26.sect.4.& tom.5.disp.11.sect.1.num.14* Paul. Comitol. *resp.mor.lib.1.quæst.21.n.1.& quæst.22.n.2.*

& lib. 5. quæst. 14. *num.* 3. Ægid. *de Sacramentis, & censuris, tom.* 1. *disp.* 8. *num.* 90. *cum sequentib.* Auila *de censuris, part.* 2. *cap* 6. *dubio* 3. *disp.* 3. *concl.* 4. Sancb. *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 5. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 1. *à n.* 58. & nouissimè Pater Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 1. *à num.* 716. decidentes in hoc articulo nullam dari reseruationem.

Dicitur autem articulus mortis in casu proposito, non solùm quando quis vult agere animam, vel quando mors est in fieri, & ita proxima, & moraliter certa, & ferè ineuitabilis, siue hoc proueniat ex causa naturali, vt ex morbo, siue ex causa violenta, nimirum quia est morte plectendus: sed etiam quando est in periculo mortis, quod periculum imminet, quando quis est in aliquo casu, io quo est probabile periculum de morte, quæ vtplurimum in illo euentu contingere solet, nempe quando fœmina est partui proxima, & difficile consuescit parere, vel vbi primò parturit. Item dicitur esse in periculo mortis miles in bello, vbi hostes fortiter est aggressurus, & periculum est, ne sine absolutione moriatur: non tamen dicitur esse io mortis periculo omnis, qui transfretare vult, ita vt à quolibet Sacerdote possit absolui, sed ille tantùm, qui credit, aut dubitat probabiliter se naufragaturum, aut aliàs de vita periclitaturum, Gambarupta *de casib. reseruatis, cap.* 2. *à num.* 49. Beneuent. *in praxi de pœnitent. c.* 15. *quæst.* 7. Bonacin. *de Sacrament. quæst.* 7. *punct.* 1. *n.* 10. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 1. vbi addit dari periculum mortis, quoties in mari oritur grauis tempestas, vel quando quis aggreditur nauigationem periculosam, aut iter prædonibus interficere solentibus plenum, aut qui incidit in morbum periculosum, ex quo maiori ex parte mors non euaditur, Suar. *tom.* 4 *in* 3. *partem, disp.* 26 *sect.* 4. *n.* 2. Sayr. *de censuris, lib.* 1. *c.* 20. *n.* 28. & Barbos. *de officio & potestate Episcopi, allegat.* 25. *num.* 52. & Coriolan. *de casibus reseruatis, part.* 1. *sect.* 2. *art.* 16. *à n.* 2. quibus accedit Molfes. *in summa Theol. moral. tract.* 7. *cap.* 15. *num.* 77. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 1. *compar.* 18. *num.* 18.

Ambigi tamen potest, an in articulo mortis, si pœnitens habeat casus reseruatos Romano Pontifici, & nequeat recurrere ad illum, teneatur adire Episcopum, si possit? Quiquid aliqui affirment, dicendum est cum Suario *tom* 4. *in* 3. *partem, disp.* 30. *sect.* 3. *num* 4. non esse necessarium recurrere ad Episcopum; sequitur Molin. *tom.* 4. *de iustitia, disp.* 63. *n.* 2. ex eo fundamento, quia in mortis articulo omnis reseruatio tollitur, quando non patet aditus ad reseruántem, dummodo per aliam viam non fiat facultas Episcopo absoluendi de aliquibus casibus, vt de facto fit à Concilio Trident. *sess.* 14. *de reform. c.* 6. vbi datur potestas in foro conscientiæ absoluendi subditos suos in sua diœcesi à quibuscúque casibus occultis, ne deductis ad forum contentiosum. Quare si casus reseruati fuerint ex numeratis *in d. cap.* 6. & sint occulti, adeundus est Episcopus, si aditus est facilis ad illum, secus quando casus non fuerit occultus: tunc enim in eo articulo omnis reseruatio cessat, & nulla est differentia inter Episcopum, & Parochum, & quemcunque alium Sacerdotem audiendis confessionibus expositum. Nec obstat quòd deciditur in percussione clerici Papæ reseruata, vt habetur *in cap. ea noscitur, & in cap. de cætero, de sentent. excom.* vbi fit facultas Episcopo ad absoluendum percussorem clerici absoluté: si non detur recursus ad Pontificem in mortis articulo, quia respondent hoc specialiter concessum in percussione clerici, vt adeatur Episcopus, si non detur aditus ad Pontificem: ideo in cæteris casibus non oportet recurrere ad Episcopum, cùm hoc non sit iure cautum.

Quinimò secundùm *d. cap. de cætero*, percussores Clerici absoluti ratione articuli, vel periculi mortis, tenentur cessante morbo, vel eo impedimento se præsentare superiori, qui extra illum casum poterat illum absoluere, quòd si non se præsentet, quando commodè potuerit, reincidet in eandem censuram, habetur *in cap. eos, qui, de sentent. excommunic. in* 6. Quod intellige non in eandem numero, sed in aliam similem, propter nouam illam inobedientiam. Abbas *cap. de cætero, in fine, de sentent. excommunic.* dicitur autem eadem censura, quia similiter est reseruata, sicut prior erat, Suar. *de censuris, disput.* 22. *sect.* 1. *num.* 62. & Sanchez *in præcepta Decalogi, lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 28.

Item ex *d. cap. de cætero*, constat excommunicatum propter clerici percussionem, si ob capitales inimicitias, aut ob aliud legitimum impedimentum non potuerit adire Sedem Apostolicam pro absolutione, posse absolui ab Episcopo, idem volunt Molina *de iustitia, tom.* 4. *disp.* 63. *num.* 2. Soar. *tom.* 4. *disp.* 30. *sect.* 3. *num.* 4. Henriquez *in summa, lib.* 6. *de pœnit. cap.* 11. *num.* 5. Sanchez *d. cap.* 13. *n.* 9. Zambran. *de casib. in articulo mortis, cap.* 4. *dub.* 4. *num.* 14. Bellet. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de fauore clericorum canonis,* §. 3. *num.* 12. *& num.* 18. Sayr. *de censuris, lib.* 3. *cap.* 28. *num.* 38. & Carol. de Grassis *de effectibus clericalibus effectu* 9. *num.* 158. Vnde ratione huius capitis *de cætero*, non potest absolui percussor clerici io articulo mortis à Parocho, vel ab alio Sacerdote exposito, si detur aditus ad Episcopum, cui commissa est potestas absoluendi, quando percussor ob impedimentum nequit pro absolutionis beneficio recurrere ad Pontificem.

Idem dicendum est de numeratis *in c. ea noscitur, de sentent. excommunicationis*, videlicet de mulieribus, senibus, valetudinariis, seu membris destitutis, & pauperibus, qui omnes ob clerici percussionem possunt absolui ab Episcopo: atque ita in articulo, vel periculo mortis non ab alio, quàm ab Episcopo possunt absolui: nam de mulieribus constat ex *cap. mulieres* 6. *de sentent. excommunicationis*, & docent Sayr. *de censuris, lib.* 3. *cap.* 28. *n.* 18. *vers. Tertius*, Bonacin. *eodem titulo, disp.* 2. *quæst.* 4. *puncto* 5. *num.* 3. *vers. sextus.* & Bellet. suprà *d.* §. 3. *num.* 17. De senibus etiam fortibus loquitur Sayr. *cap.* 28. *num.* 25. Bellet. *d* §. 3. *num.* 26. vbi *num.* 25. loquitur de infirmis, *& n.* 32. de membrorum destitutis; at *n.* 24. de pauperibus, quem sequitur Carol. de Grassis *de effectibus clericalibus, effectu* 19. *n.* 164. Secus si in eo periculo mortis non fiat aditus ad Episcopum: tunc enim possunt absolui etiam à simplice Sacerdote, si non detur copia expositorum ad audiendas confessiones, vt est communis ex Concilio Tridentino; sicut etiam in aliis casibus reseruatis Summo Pontifici, in quibus specialiter non est cautum, vt recurratur ad Episcopum, possunt omnes Sacerdotes etiam simplices absoluere, quando non adsunt expositi confessionibus excipiendis ab Episcopo etiam alterius diœcesis, eo quia, quamuis respectu diœcesis in qua sunt, sint simplices Sacerdotes, si tamen sunt alicubi approbati, potius habent ius, quàm Sacerdotes omnino simplices nullibi approbati, ita

Zambran.

Zambran. suprà *in cap. 4. dub. 4. num. 16.* Suarez *tom. 4. disp. 26. sect. 4. num. 4.* Sanch. *d. cap. 3. num. 10.*

345. Prima dubitatio, cur absolutus in articulo mortis non teneatur præstare satisfactionem, sed cautionem? Ex Bulla Cœnæ non requiritur nisi cautio satisfactionis expressè, non autem satisfactio; vnde non solùm in casu impotentiæ simpliciter, sed etiam, quandocunque moralis difficultas satisfaciendi datur, sufficit cautio, quia Bulla non plus exigit. Hæc autem cautio, vt putat Vgolin. *hoc loco*, quæ exigitur, debet esse iuratoria, quæ requiritur ante absolutionem excommunicationis, quod deducit ex *cap. cùm desideres, vers. cùm cautio iuratoria, de sentent. excommunicat.* Nihilominus cautio sufficiens debet esse, aut iuratoria, aut pigneratitia, vel fideiussoria. Sanch. *de matrimonio, lib. 10. disp. 18. num. 35.* Caldas Pereria *de potest. elig. cap. 16. num. 34.* in nostro autem casu non sufficiet promissoria cautio in mortis articulo ab habente casum Bullæ Cœnæ, nisi quando pœnitens non potest aliam cautionem præstare: tunc enim cum illa potest absolui; cùm ad impossibile nemo teneatur. *l. impossibilium. ff. de regul. iur.* & multo fortiùs, si dederit iuratoriam: sufficit enim ea cautio per quam bono Ecclesiæ, & partis meliùs consulatur. Sayr. *de censuris, cap. 25. num. 4.* post alios, quos ibi referens sequitur Sousa *disp. 98.*

Portò iuramentum ab excommunicato ante absolutionem de parendo mandatis Ecclesiæ exigendum est, Henriquez *in summa, lib. 13. cap. 28. §. 4.* Sayr. *de censuris, lib. 4. cap. 17. num. 31. & 32.* Suar. *eodem tit. disp. 19. sect. 2. num. 10.* Ægid. *de Sacramentis, & censuris, tom. 2. disp. 14. num. 204.* per textum *in cap. ex tenore, de sentent. excommunic.* ibi, *Recepto ab eo iuramento*, sequitur Sanchez *in præcepta Decalogi, lib. 2. cap. 13. num. 17.* vbi aït in hac obseruatione, seu vltima clausula reseruationis absoluendum à casibus Bullæ Cœnæ duplicem cautionem præstare teneri; alteram de stando mandatis Ecclesiæ, & hanc cautionem, nihil aliud esse, quàm iuramentum; alteram verò de satisfaciendo parti, quod etiam tradit Couarr. *in cap. Alma 1. part. §. 11. num. 11.* & quamuis iam parti sit satisfactum, iuramentum tamen de stando mandatis Ecclesiæ ante absolutionem exigendum est, iuxta *cap. cùm desideres*, iuncta gloss. *verb. ad cautelam, de sentent. excommunic.* eo quòd iuramentum exigitur, vt absoluendus in posterum similia crimina horreat, & pareat mandatis Ecclesiæ, & iudicis, vt notat gloss. *in d. cap. ex tenore, verb. debeat, de sentent. excommunic.* & ex *cap. si qui, verb. consensu 7. quæst. 1.* Hostiens. *in summa, de sentent. excommunic. num 14.* vbi vult iuramentum esse exigendum in omni excommunicatione, & quamuis sit indistinctè dictum, non placeat, ob magna tamen crimina exigendum est, quando in illis est excommunicatio, Caietan. *verb. absolutio, cap. penult.* Syluest. *eodem verb. 3. §. 3.* & Suar. *de censuris, disp. 19. sect. 2. num. 10.* nec est omittendum dictum Caietani *in cap. penultimo, supra*, & Tabienæ *verb. absolutio 3. in principio*, dicentium huiusmodi iuramentum esse exigendum de parendo mandatis Ecclesiæ, aut ipsius absoluentis, neque per tale iuramentum inducitur onus seruandi quæcunque mandata Ecclesiæ, sed illud duntaxat, quod absoluens præceperit seruari, videlicet, ne iterum illud scelus committat, propter quod in excommunicationem prolapsus fuit, Syluest. *verb. absolutio 3. §. 4.* Nauarr. *in cap. 1. num. 54. de pœnit. dist. 6.* & Suarez *tom. 5. de censuris, disp. 19. sect. 2. num. 10.*

Cæterùm quamuis hoc loco Bulla Cœnæ exigat à constituto in articulo mortis; vt possit absolui, cautionem tantùm de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo; non debet absolui pœnitens cum sola cautione, si satisfactio commodè fieri potest, ex ea ratione, quoniam cautio debet esse sufficiens, & idonea: hæc autem non est talis, quando realiter commodè potest fieri satisfactio. Nam satisfactio partis in absolutione ab excommunicatione est iure communi præcepta, *cap. ex parte 23. de sententia excommunicationis*, per textum *ibi*: *Absque congrua satisfactione*, & licèt per hunc textum Suar. *de censuris, disp. 5. sect. 7. num. 44. & de legibus, lib. 5. cap. 31.* & Sayr. *de censuris, lib. 2. cap. 18. num. 10.* autument, quando satisfactio requiritur tanquam conditio necessaria limitans potestatem, esse inualidam absolutionem datam non satisfacta parte: attamen verius est in nostro casu non requiri satisfactionem veluti conditionem necessariam limitantem iurisdictionem, vt tenent meliùs Fr. Emmanuel *in summa, cap. 83. num. 4* Auila *de censuris, part. 2. cap. 7. disp. 3. dub. 9. conclus. 2.* Bonacin. *de censuris, disp. 1. quæst. 3. puncto 9 num. 3.* post Sanchez *de matrimonio, lib. 3. disp. 33. num. 3. ad medium*, vbi concludunt absolutionem ab excommunicatione virtute Bullæ datam, non satisfacta parte, esse iniustam, non autem inualidam: eo quòd est forma iure communi necessaria, & de iure communi non annullatur propter omissionem satisfactionis, absolutio impensa, ex quo sequitur in articulo, vel periculo mortis in nostro casu, si re vera satisfactio commodè fieri possit, non esse pœnitentem absoluendum ante satisfactionem cum sola cautione, quòd si absoluatur cum cautione, valida erit absolutio, non tamen licitè impenditur. Sanchez *ibi*, quin etiam si nec cautionem pœnitens in eo articulo positus iuratoriam potuit dare, sine ea est absoluendus, Sayr. *de censuris, lib. 3. cap. 25. num. 4.* quia talis cautio solùm exigitur, prout est possibilis, & non aliter, Sousa *hoc loco, disp. 98. vers. tertia conclusio, num. 4.*

Secunda dubitatio in quas pœnas incurrant, 346.
& quam excommunicationem contrahant absoluentes extra periculum mortis à censuris Bullæ Cœnæ, & an sit reseruata? Quo ad pœnas dicendum est posse plecti ad arbitrium contra tenorem Bullæ absoluere præsumentes. Præsumere autem hoc loco significat actum ausu temerario contra legem sine auctoritate Superioris gestum, & importat dolum, ac temeritatem, vt patet ex *cap. decernimus, de iudiciis, in verb. non præsumant*, hoc est, propria auctoritate, Rebuff. *in tractat. nominat. quæst. 5. num. 29.* Alexand. *consil. 123. num. 9. vol. 4.* Sanchez *de matrimonio, lib. 9. disp. 32. num. 38.* post Abbatem *in d. cap. decernimus, num. 6.* cum glossa *in verb. præsumatur*; idem Abbas *in cap. cùm venissent, num. 15. in fine, de restit. in integrum*: vbi notat hoc verbum *præsumere* in malam partem sumi; & significare aliquid fieri de facto, non autem de iure. Quare qui scienter, dolo ac temeritate commoti sine auctoritate Romani Pontificis absoluunt à casibus Bullæ Cœnæ, puniri possunt ab eodem pro ratione delicti, vt magis expedire iudicauerit.

In Bullis antiquioribus, vt Clementis Septimi, & Martini Quinti, de quo D. Antoninus *3. part. summa, tit. 24. cap. 72.* absoluere præsumentibus

à casibus Bullæ Cœnæ prohibebatur officium prædicandi, & facultas administrandi Sacramenta, & excipiendi confessiones potestas, his verbis: *Eisque prædicationis, lectionis, administrationis Sacramentorum, & audiendi confessiones officia interdicimus.*

Quo ad censuram dicendum est præsumentes absoluere ligatos censuris Bullæ Cœnæ, scientes se non posse de iure absoluere taliter excommunicatos, incidere in excommunicationem, & absolutionem ab illis impensam esse omnino nullam, vt constat ex tenore Bullæ, his verbis, ibi: *Quod si fortè aliqui contra tenorem præsentium talibus excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel eorum alicui absolutionis beneficium impendere de facto præsumpserit, eos excommunicationis sententia innodamus, grauiùs contra eos, spiritualiter, & temporaliter, prout expedire nouerimus, processuri.* sic ibi. Ex quo paret pœnas imponendas non esse certas, sed arbitrarias: excommunicationem autem contra præsumentes absoluere esse certissimam.

Ex dictis infertur absoluentes ex ignorantia, non tamen crassa, & affectata, vel ex obliuione, vel incogitantia, vel inaduertentia, quia scilicet sunt homines simplices, & putant se posse absoluere, non ligari excommunicatione, quia non censentur de facto præsumentes absoluere, Vgolinus *hoc loco, vers. quod si fortè aliqui, num.* 3. Sayr. *de censuris, lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 8. post Nauarrum *in manuali, cap.* 27. *num.* 73. *vers. declaratio prima,* Viuald. *in expositione Bullæ Cœnæ, num.* 138. & Sousa *cap.* 24. *num.* 3. & Suar. *de censuris, disp.* 21. *sect.* 3. *num.* 6. *circa finem.*

Similiter non incidunt in excommunicationem absoluentes à casibus Bullæ Cœnæ, qui per vim, vel metum probabilem absoluunt, quia de facto non præsumunt absoluere, vt si pœnitens mortem Confessario minaretur nisi absoluat, Vgol. *suprà d. num.* 3. *vers. Secundo, ex cap. vnico, de iis, quæ vi, metúsue causa fiunt, in* 6. Nam metus cadens in constantem virum excusat à transgressione præcepti humani, ad quod sufficit metus, vel timor etiam non iustus, si fuit ille causa transgressionis. Nauarr. *consil. lib.* 1. *cons.* 8. *de renunciat. num.* 6. & *cons.* 4. *de emptione, & venditione, ex n.* 3. vbi vult metum minorem iusto in foro poli excusare, non autem in foro fori, in quo requiritur metus iustus, Nauarr. *cons.* 3. *num.* 4. *de conuersione coniugatorum,* Graff. *lib.* 4. *decis. cap.* 13. *num.* 13. dicens per coactionem præcisam excusari ab excommunicatione, & per metum, & mortis periculum, Syluest. *verb. excommunicatio.* 5. *quæst.* 4. Graff. *suprà, num.* 14. vbi docet in foro conscientiæ etiam excusare ab excommunicatione metum non iustum, dummodo fuerit causa sine qua non, Nauarrus *cap.* 27. *num.* 93.

An verò hæc excommunicatio, quam incurrunt præsumentes absoluere à casibus Bullæ Cœnæ, sit Pontifici reseruata? Affirmat Syluest. *verb. absolutio, num.* 10. Armilla *verb. excommunicatio, cap.* 87. Caietan. *eodem verbo, cap.* 77. Vgol. *hoc loco, vers. quod si fortè aliqui,* Viuald. *in Candelabro in* 2. *p. in explanatione Bullæ, §. quod si fortè, num.* 140. Rebuff. *in praxi benefic. in exposit. Bullæ Cœnæ, art.* 13. *vers. illos autem,* ibi: *prima est,* post Felinum *in cap. pastoralis, §. præterea, col.* 3. *de officio ordinarij.* Confirmatur ex Sixto Quarto *in Extrauagante, & si dominici, de pœniten. & remiss.* per hæc verba, ibi, *Et contrafacientes eo ipso excommunicationis sententiam incurrant, à qua nisi in mortis articulo constituti, ab alio quàm à Romano Pontifice absolui non possint.* Iuuant verba huius canonis, quæ sic habent: *Grauius contra eos spiritualiter, & temporaliter, prout expedire nouerimus, processuri.* Vnde, si Papa sibi reseruat alias pœnas imponendas absoluentibus à casibus Bullæ Cœnæ propria auctoritate: igitur etiam sibi reseruauit absolutionem huius excommunicationis, & ab eo petenda est absolutio, sicut petitur ad alias excommunicationes eiusdem Bullæ.

Porrò non esse reseruatam absolutionem huius excommunicationis Summo Pontifici, sed ab ea posse absolui quemcunque habentem potestatem absoluendi à censuris non reseruatis, est multo probabilius, ita Nauarrus *in manuali, cap.* 27. *n.* 74. *vers. secunda,* & illum secutus Sebast. Medices *in summa capital. peccatorum, tit.* 9. *quæst.* 78. *num.* 1. Sayr. *de censuris, d. lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 7. Toletus *in summa, lib.* 1. *c.* 30. Suar. *de censuris, disp.* 21. *sect.* 3. *num.* 6. Sousa *suprà disp.* 101. *vers. prima conclusio, num.* 3. quibus accedit Marius Alterius *hoc loco, disp.* 22. *cap.* 3. *fol.* 786. *col.* 1. *vers. quare si loquamur,* argumento capitis *nuper, de sentent. excommunic. verb. Quia tamen conditor canonis*: per quem textum fit facultas Parochis, & multo fortiùs Episcopis absoluendi à censuris, quando non exprimitur per quem debeant absolui delinquentes: eo quia, quæ Sedes Apostolica sibi non reseruat, videntur concessa, Specul. *tit. de legat. §. nunc ostendendum, num.* 53. Anton. Monach. *Bononien. decis.* 28. *num.* 12. confert, quòd Parochus potest absoluere à sententia, quæ regulariter à iure indicitur, Nauarr. *in cap. alma, part.* 1. *§.* 12. *num.* 5. & Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 1. sequitur Henriquez *lib.* 13. *cap.* 28. *§.* 5. *lit. S.* vbi vult Parochum posse absoluere à maiori excommunicatione iuris nemini reseruata per rationem dicti cap. *nuper,* fundatam in textu, ibi: *Vel à proprio Sacerdote poterit absolutionis,* &c. cuius textus ratio est vniuersalis, & conuenit tam maiori, quàm minori Sacerdoti proprio. Suar. *tom.* 5. *disp.* 7. *sect.* 3. & *sect.* 4. *num.* 9. Auila *part.* 2. *cap.* 5. *disp.* 1.

Et quamuis per hunc textum concedatur facultas absoluendi proprio Sacerdoti ab excommunicatione nemini reseruata, vt etiam conceditur Parocho nondum Sacerdoti, Vgolin. *de censuris, tabul.* 3. *cap.* 4. *§* 2. *num.* 2. Sanchez *lib.* 3. *de matrim. disp.* 20. *num.* 3. & quamuis textus *in d. cap. nuper,* loquatur de proprio Sacerdote, hoc non obstat posse impendi absolutionem à proprio Parocho nondum Sacerdote; & sic respondet ad textum fuisse locutum, quia communiter Parochi sunt Sacerdotes, & ideo Sacerdotis textus meminit; non tamen proinde Parochum non Sacerdotem exclusit, qui potest exercere omnia, quæ à potestate Ordinis non dependent: vt deducitur ex *cap. suffraganeis,* & ex *cap. transmissam, de electione,* vbi excommunicatum absoluere potest in foro iudiciali, qui iurisdictionem habet, quamuis Sacerdos sit, Couarr. *in cap. alma mater, part.* 1. *§.* 11. *num.* 10. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 2. *in principio, lit. C.* Soar. de Pace *in praxi, tom.* 2. *prælud.* 1. *num.* 6. & Azeued. *ad Curiam Pisanam, lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 9. Quare hoc locu non solùm debet impendi à Parocho, & à proprio Sacerdote, sed etiam à quocumque Sacerdote approbato ab Ordinario absolutio huius censuræ, quia non est reseruata Pontifici, vt in simili tradunt Bonacin. *de censuris, disp.* 1. *quæst.* 3. *puncto* 1. *num.* 9. & Campanil. *in diuersorio iuris canonici, rubr.* 11. *cap.* 15. *num.* 10.

Ad

Ad argumenta contrariæ partis dicendum eſt Sixtum Quartum *in ſua Extrauagante* ſolum fuiſſe locutum de Confeſſariis, qui abſoluerent à caſibus Bullæ Cœnæ, & ab aliis virtute priuilegiorum,& facultatum, quas ipſemet Sixtus conceſſerat, ita Syluester *verb. excommunicatio 7. num. 7.* Suar. *de cenſuris, diſp. 21. ſect. 3. num. 6.* & Sayr. *d. cap. 25.* Ad pœnas autem abſoluendi imponendas à Pontifice grauiores, dicendum eſt id procedere in foro iudiciali, non autem in foro interiori, vt colligitur ex *verb. proceſſuri*, Souſa *hoc loco, cap. 24. num. 5. ad finem.* Marius Alterius *d. c. 3. fol. 786.*

347. Tertia dubitatio, vtrùm priuilegia conceſſa, ne poſſint excommnicari à Sede Apoſtolica ſint valida? Reſponde Summum Pontificem poſſe reuocare priuilegia per Sedem Apoſtolicam conceſſa, quibus indulgeretur ne delinquentes obſtringerentur cenſuris in Bulla Cœnæ contentis, ratio quia omnes Chriſtiani ſubiiciuntur Pontifici in ſpiritualibus, vt tradit Innocentius *in cap. Inquiſitioni, de ſentent. excommunic.* & ideo poteſt reuocare quæcunque priuilegia, quæ conueniunt rebus ſpiritualibus, qualia ſunt priuilegia Bullæ Cœnæ, quæ ibi reuocantur, ne ſcilicet poſſint abſolui à caſibus Bullæ Cœnæ prætextu quarumuis facultatum, & indultorum, quibuſcunque perſonis Eccleſiaſticis, ſæcularibus, &c. conceſſorum, vt conſtat ex textu Bullæ, & ex clauſula reuocatoria per verba, *cæteriſque contrariis quibuſcunque.* quibus oſtenditur omnia priuilegia fuiſſe penitus obrogata à Pontifice, quæ quouis modo repugnare viderentur contentis in Bulla Cœnæ, Petrus Rebuff. *in praxi beneficiali, in 2. part. in titulo de forma noua prouiſ. verſ. ſolet interdum Papa.* Item, quia priuilegiũ concernens iuriſdictionem Pontificis, qualia ſunt illa, quorum fit mentio in hac clauſula Bullæ, ne quis per litteras Apoſtolicas valeat excommunicari, niſi in litteris fiat expreſſa mentio de tali priuilegio, reuocari poteſt ad libitum; quia concernit iuriſdictionem, & quamuis gloſſa *in cap. antiqua*, tradat poſſe Principem ſubditos ſine culpa iure ſuo priuare, *tit. de priuilegiis*, vbi gloſſ. proſequitur cauſas, quæ mouent Principem ad priuandum ſubditos iure ſuo, ex quo colliges priuilegia aliquando ex cauſa iuſta poſſe Principem reuocare; tamen ſine cauſa ſaltem cogente, & neceſſitatem inducente, ex gloſſ. *in regula decet, de regul. iur. in 6.* Gabriel *communium lib. 3. tit. de iure quæſito, concluſ. 7.* & Saur. *de legib. lib. 8. cap. 37. a principio, & n. 4. &* 10. & denique priuilegia concernentia iuriſdictionem, & quæ conſiſtunt in mera facultate, vel licentia operandi aliquid præter ius commune, ſine vlla cauſa à concedente poſſunt reuocari, Marius Alterius *hoc loco, diſp. 22. cap. 5. ad finem*, ex ſententia Felin. *in cap nouit. num. 24. de iudiciis*, etiam ſi Pontifex in illis conferendis addiderit, ſe nolle ea nunquam derogare, quoniam hoc non obſtante ſemper maiorem ſibi reſeruauerit poteſtatem, quam conceſſerit.

348. Quarta dubitatio, vtrùm facultas conceſſa Epiſcopis à Concilio Tridentino, vt poſſint abſoluere à contentis *in cap. 6. ſeſſ. 24.* auferatur per hanc ſecundam obſeruationem, ſeu clauſulam? Pars negans placet multis, qui volunt non eſſe derogatam abſolutionem ab hæreſi, nec à cæteris caſibus Bullæ Cœnæ per hãc clauſulam, & ea non obſtante poſſe Epiſcopum ab omnibus occultis contentis *in d. cap. 6.* abſoluere, & à reliquis Bullæ Cœnæ. Ducũtur, quia lex poſterior generaliter, & abſque vlla diſtinctione loquens, reſtringi debet per legẽ ſpecialem antiquiorem, quando expreſſis verbis eidem non repugnet; etiam ſi in poſteriore lege adſit clauſula, *non obſtante contraria lege*, quæ nequeat ſubſiſtere cum hac per aliquam limitationem, vel diſtinctionem, facit *l. ſed & poſteriores ff. de legibus*, ibi, *poſteriores leges ad priores pertinent niſi contraria ſint.*

Imò etiam ſi lex anterior ſublata ſit, ſunt iuxta illam poſteriores leges explicandæ. *l. non eſt nouum, ff. de legibus*, Gomez *regul. de triennali, quæſt. 61. verſ. tertius intellectus*, & Burg. de Paz *l. 1. Tauri num. 570.* & non ſolùm per legem ſpecialem priorem, ſed etiam per rationem illius, lex poſterior eſt explicanda, Bald. *l. de pretio, ff. de public. in rem actione*: atque ita cum clauſula Bullæ Cœnæ reſernat abſolutionem caſuum, qui in ea continentur, & tollit priuilegia abſoluendi priùs conceſſa, & poſſit intelligi per aliquam reſtrictionem ita, vt decreto anteriori Tridentini non repugnet, intelligendo ſcilicet reuocari priuilegia, & facultates, quæ faciunt poteſtatem abſoluendi à caſibus contentis *in d. cap. 6.* quando ſunt publici, & non ſunt occulti, ita clauſula debet intelligi. Confirmatur, quia per clauſulam Bullæ Cœnæ non aufertur facultas Bullæ Cruciatæ, per quam conceditur illam habenti, vt ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo poſſit abſolui à caſibus Bullæ Cœnæ: igitur idem dicendum eſt de facultate conceſſa Epiſcopis per Concilium Tridentinum.

Ob quas rationes tuentur hanc partem Auctores grauiſſimi, dicentes poſſe Epiſcopum virtute decreti Concilij Tridentini abſoluere ab hæreſi occulta, neque eſſe reuocatum tale decretum, ſic Nauarr. *lib. 1. conſil. tit. de conſtit. in 1. & 2. editione, conſ. 1. quæſt. vltima*, Bannes 2. 2. *quæſt. 11. art. 3. & 4. dub. 2.* Viuald. *de abſolutione, num. 13.* Cordub. *in ſumma, quæſt. 8. puncto 1.* Gutier. *quæſt. Canon. in poſteriori editione, lib. 1. cap. 13. ad finem.* Henriquez *lib. 6. de pœnit. cap. 14. num. 7.* Sà *in ſumma, verb. Epiſcopus, num. 37.* Vega 2. *tom. ſummæ, cap. 125. caſu 11.* Petrus de Ledeſm. 2. *tom. ſummæ, tract. 1. cap. 6. poſt 20. concluſ. diffic. 7.* Bartholomæus à Ledeſm. *ſumma ſacra. vbi de excommunic. dub. 13. col. penult.* Gomez *in Bulla Cruciatæ, clauſula 10. num. 44. ad finem*, & Fr. Emmanuel etiam *in Bulla, § 9. num. 70. & in ſumma, tom. 1. in 2. editione, cap. 131. num. 3. & tom. 1 regul. quæſt. 20. art. 10.* Luis Lopez *tom. 2. 2. part. cap. 8.* Ceuall. *commun. contra commun. tom. 3. quæſt. 802. num. 65.* Llamas *in methodo curationis 3. part. cap. 1. §. vltimo*, quam fatetur Suar. eſſe probabilem *tom. 5. de cenſuris, diſp. 21. ſect. 3. num. 5.* & alij, quos refert Sanchez *lib. 2. in præcepta Decalogi, cap. 11. num. 26.* & Garcia *de beneficiis, part. 11. num. 116.*

Pars tamen affirmans, quæ eſt omnino tenenda, docet per Bullam Cœnæ poteſtatem datam Epiſcopis circa caſus occultos à Concilio Tridentino *in d. cap. 6.* eſſe prorſus reuocatam, dummodo caſus occulti contineantur in d. Bulla Cœnæ. Probatur ex verbis in ſecunda obſeruatione, ſeu clauſula contenta *in hoc §. 21.* vbi aufertur poteſtas abſoluendi à cenſuris huius Bullæ, ibi: *Cæterum à prædictis ſententiis nullus per alium quàm per Romanum Pontificem.* Et infra, ibi, *etiam Epiſcopali, vel maiori dignitate præditis.* Et rurſus ibi, *Ac cuiuſuis Concilij decreta.* quibus verbis palàm colligitur iam non eſſe integrum Epiſcopis vti præfata illa facultate Concilij Tridentini; cui Summus Pontifex Gregor. XV. anno de 1622.

expreſſis

expressis verbis derogauit, 9. Kalend. Aprilis, Pontificatus sui anno 2. & Pius Quintus, & Gregorius XII. prædecessores sui de hac re consulti idem responderunt, teste Guterrio *d. lib. 1. cap. 13. ad finem*, & Nauarro *d. cap. 27. num. 260. vers. septimò dico, & 275. in nouissima editione, alias 27.* & Garcia *de benefic. part. 11. cap. 10. num. 115.* quibus accedit Philiarcus *2. p. lib. 2. cap. 25.* vbi vult priuilegium decreti Concilij, & alia priuilegia, quo ad casus Bullæ Cœnæ, esse abrogata per clausulas derogatorias eiusdem Bullæ, quod etiam fatetur Grassis *lib. 1. decis. cap. 13. à num. 30. ad 34.* Suar. *4. tom. de pœnit. disp. 30. sect. 2. num. 10. & 11. & tom. 5. de censuris, disp. 21. sect. 3. num. 3.* Marc. Anton. Genuen. *in pract. Archiepiscopal. Curia Neapolitana cap. 66. num. 10.* vbi ait ita declaratum fuisse à Gregorio XIII. & à Clemente VIII. & à Sacra Congregatione, sequitur Molina *de iustitia, tract. 3. disp. 64. num 8. & tract. 5. disp. 18. num. 2.* Sanch. *in d. cap. 11. n. 27. ad finem*, Marius Alterius *d. disp. 22. cap. 2. vers. ex his duabus sententiis, fol. 769. colum. 1.* post Azor. *part. 1. instit. moral. lib. 8. cap. 10. quæst. 10. vers. secunda verò opinio.*

Obseruatio, seu clausula tertia circa absolutionem à censuris Bullæ Cœnæ, sic habet:

Declarantes, ac protestantes quamcunque absolutionem, etiam solenniter per nos faciendam, prædictos excommunicatos sub præsentibus cóprehensos, nisi priùs à præmissis, cum vero proposito vlteriùs similia non committendi, destiterint: ac quo ad eos, qui contra Ecclesiasticam libertatem, vt præmittitur, statuta fecerint, nisi priùs statuta, ordinationes, constitutiones pragmaticas, & decreta huiusmodi publicè reuocauerint, & ex archiuis, seu capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur, deleri, & cassari, ac nos de reuocatione huiusmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter suffragari, quin etiam per huiusmodi absolutionem, aut quoscunque alios actus contrarios, tacitos, vel expressos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam nostram, vel successorum nostrorum quantocunque tempore cótinuatam in præmissis omnibus, & singulis, ac quibuscunque iuribus Sedis Apostolicæ vndecunque, & quandocunque quæsitis, vel quærendis nullatenus præiudicari posse, aut debere.

Obseruatio, seu clausula quarta, in qua reuocantur priuilegia quæcunque, quibus quis se iuuare potest, ne comprehendatur sub Bulla Cœnæ, sic habet:

Non obstantibus priuilegiis, Indulgentiis, indultis, & litteris Apostolicis, generalibus, vel specialibus supradictis, vel eorum alicui, seu aliquibus aliis cuiuscunque Ordinis, status vel conditionis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, etiam si, vt præmittitur, Pontificali, Imperiali, Regali, seu quauis Ecclesiastica, & mundana præfulgeant dignitate, vel eorum Regnis, Prouinciis, ciuitatibus, seu locis, à prædicta Sede ex quauis causa, etiam per viam contractus, aut remunerationis, & sub quauis alia forma, & tenore, ac cum quibusuis clausulis, etiam derogatoriarum, derogatoriis concessis etiam continentibus, quod excommunicari, anathematizari, vel interdici non possint per litteras Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de priuilegiis, indulgentiis, & indultis huiusmodi, ac de Ordinibus, locis, nominibus propriis, cognominibus, & dignitatibus eorum, mentionem, nec non consuetudinibus, etiam immemorialibus, ac præscriptionibus quantumcunque longissimis, & aliis quibuslibet obseruantiis, scriptis, vel non scriptis, per quæ contra hos nostros processus, ac sententias, quominus includantur in eis se iuuare valeant, vel tueri. Quæ omnia quo ad hoc, eorum omnium tenores, ac si ad verbum nihilo penitus omisso, insererentur, præsentibus pro expressis habentes, penitus tollimus, & omnino reuocamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Obseruatio, seu clausula quinta de forma seruanda in solenni promulgatione Bullæ Cœnæ, vt ad omnium notitiam faciliùs veniat, sic habet:

Vt verò præsentes nostri processus ad publicam omnium notitiam faciliùs deducantur, chartas, seu membranas processus ipsos continentes, valuis Ecclesiæ S. Ioan. Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe appendi faciemus, vt ij, quos processus huiusmodi concernunt, quòd ad ipsos non peruenerint, aut quòd ipsos ignorauerint, nullam possint excusationem prætendere, aut ignorantiam allegare; cùm non sit verisimile id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur. Insuper, vt processus ipsi, & præsentes litteræ, ac omnia, & singula in eis contenta eo fiant notiora, quo in plerisque ciuitatibus, & locis fuerint publicata, vniuersis, & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinariis, & Prælatis vbilibet constitutis, per hæc scripta committimus, & in virtute sanctæ Obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, vt per se vel alium, seu alios, præsentes litteras, postquam eas receperint, seu earum habuerint notitiam, semel in anno, ac si expedire viderint, etiam pluries in Ecclesiis suis dum in eis maior populi multitudo ad diuina conuenerit, solenniter publicent, & ad Christi fidelium mentes reducant, nuncient, & declarent.

Obseruatio, seu clausula vltima de personis, quæ apud se tenentur habere transumptum huius Bullæ Cœnæ, sic habet:

Cæterùm Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi aliique locorum Ordinarij, & Ecclesiarũ Prælati, necnon Rectores, cæterique curam animarũ exercentes, ac Presbyteri sæculares, & quotumuis Ordinum Regulares ad audiendas peccatorum confessiones, quauis auctoritate deputati transumptum præsentium literarum penes se habeant, easque diligenter legere, & percipere studeant. Volentes earundem præsentium transumptis, etiam impressis, Notarij publici manu subscriptis, & sigillo iudicis ordinarij Romanæ Curiæ, vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus fidem in iudicio,

&

& extra illud vbique locorum adhibendam fore, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ excommunicationis, anathematizationis, interdicti, innouationis, innodationis, declarationis, protestationis, sublationis, reuocationis, commissionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ sexcentesimo vigesimo quarto, pridie Nonas Aprilis, Pontificatus Nostri anno primo. Hactenus Bulla Sanctissimi D. N. Vrbani VIII.

§. XXII.

EPITOME.

349. *Absolutio excommunicationis solenniter, & non solenniter tribui potest.*
350. *Absolutio excommunicationis non prodest facientibus statuta nisi ea reuocent, & deleant, & nisi de iis Pontificem moneant.*
351. *Tolerantia, & patientia Pontificis non præiudicant iuribus Sedis Apostolicæ.*
352. *Absolutio excommunicationis, vt possit quis testificari de re aliqua, vel impetrare rescriptum an valeat ad illos actus?*
353. *Per clausulam non obstantibus, tolluntur priuilegia, quæ impediunt, ne quis incidat in excommunicationem huius Bullæ, etiamsi concessa fuerint per contractum, aut causa remunerationis.*
354. *Pontifex reuocat hoc loco quascunque consuetudines contrarias, & præscriptiones etiam longissimas, & obseruantias scriptas, vel non scriptas.*
355. *Verba,* cæterisque contrariis quibuscunque, *quid sibi velint?*
356. *Quæ forma seruanda sit in promulgatione Bullæ Cœnæ ostenditur in verbis,* Vt verò præsentes nostri processus.
357. *Qualis sit finis promulgationis huius Bullæ Cœnæ.*
358. *Onus publicandi Bullam imponitur omnibus Episcopis, non tamen titularibus nec Parochis, & simplicibus Rectoribus animarum curam habentibus.*
359. *Publicatio Bullæ debet fieri ab Episcopis, & Prælatis in Ecclesiis suis, non tamen in omnibus.*
360. *De tempore quo est facienda hæc publicatio ab Episcopis, & Prælatis?*
361. *Quale peccatum sit si Episcopi, & Prælati negligant sine causa publicare solenniter hanc Bullam?*
362. *Principes impedientes publicare hanc Bullam, an teneantur de mortali, & quid de Prælatis?*
363. *Episcopi & reliqui curam animarum habentes, an teneantur penes se habere hanc Bullam?*
364. *Pœnas, quas contrahant delinquentes in Bullam Cœnæ.*
365. *An necesse sit exprimere tempus, & locum constitutionis factæ ad validitatem illius in indiuiduo, an sufficiat in genere?*
366. *Cur in hac Bulla non computetur annus à Natalitiis Domini, sed ab Incarnatione Dominica?*
367. *Quare non à consecratione, & coronatione, sed ab electione incipiat currere annus Pontificatus.*

QVIBVS modis excommunicationis absolutio impendi possit: Responsio sit duobus. Primò solenniter secundùm formam capitis *à nobis, de sententia excommunicationis.* 349.
Prima ergo solennitas, vt absoluendus petat absolutionem, quia per petitionem declarat pœnitens separatum ad obediendum, & recedendum à contumacia. Colligitur ex *cap. per tuas, de sentent. excommunic.* per hæc verba, *Nisi gratiam absolutionis implores, non debet audiri ne sententiam Ecclesiasticam contemnere videatur.* Secunda solennitas est, vt absoluendus prius quàm absoluatur, iuramentum præstet de obediendo, & parendo mandatis Ecclesiæ, vel ipsius absoluentis, Sanchez *in præcepta Decalogi lib. 2. cap. 13. num. 17. & 20.* Henriquez *in summa lib. 13. cap. 28. §. 4.* Suar. *de censuris disp. 19. sect. 2. num. 10.* & Couarr. *in cap. alma, part. 1. §. 11. num. 11.* & patet ex *cap. ex tenore, verb. recepto ab eo iuramento, de sententia excommunicationis,* & ex *cap. cum desideres, eodem titulo, verb. Nisi forma Ecclesiæ.* ex quo deducitur absolutionem necessariam esse, etiamsi lata fuit ad tempus tacitum, vel expressum, adhuc enim non tollitur excommunicatio sine solenni absolutione, vt per Couar *in dict. cap. Alma mater, part. 1. §. 11. num. 5.* Galles. *de obligat. Camer. quæst. 37. num. 18.* & Anton. Ricciul. *de iure person. extra gremium Ecclesiæ existentium, lib. 4. cap. 65. num. 7.* Nauar. *in manuali cap. 26. num. 7. & de pœnit. dist. 6. cap. 1. in principio, num. 54.*

Non solenniter autem impendi potest, quando necessaria forma tantùm adhibetur, Vgolin. *hoc loco, verb. declarantes, ac protestantes,* Marius Alterius *eodem verb.* vbi docet quomodocunque impendatur absolutio, nisi excommunicatus seruet ea, quæ hoc loco seruari præcipit Summus Pontifex, nullius esse roboris, & momenti: puta si non desistant à delictis delinquentes ob quæ fuerunt excommunicati, nihil illis prodesse absolutionem, siue solenniter, siue non solenniter sint absoluti, Sousa suprà *cap. 25. num. 2.*

Similiter non prodest absolutio facientibus 350.
statuta contra libertatem Ecclesiæ, nisi ea priùs publicè reuocent, vt dictum est §. 15. & ex libris deleant, & Summum Pontificem de tali reuocatione fecerint certiorem. Quare si aliquid defuerit, absolutio tradita illis non suffragatur: quod procedit siue absolutio fuerit solennis, siue non, siue in foro interno, siue in externo, siue generalis, siue specialis præmisso iuramento se obligare debent in posterum ad seruandam legem, ob cuius violationem fuerunt irretiti excommunicatione. Hæc autem reuocatio publicè debet fieri, quando constiterit populo de statutis conditis, Sousa *in verb. declarantes, & protestantes.*

Et quamuis iuramento medio transgressores mandatorum Bullæ Cœnæ debeant se obligare in posterum ad non reincidendum in similem transgressionem, & nunquam commissuros se actum sub excommunicatione interdictum, videatur procedere in foro duntaxat iudiciali, non autem in absolutione, quæ impenditur in foro interiori, eo quòd in eo foro creditur ipsi pœnitenti asserenti se habere tale propositum, & voluntatem, Marius Alterius *disp. 22. c. 4.* verius est iuramentum esse

esse exigendum in foro conscientiæ de parendo mandatis Ecclesiæ,& excommunicantis, Sanchez *in precepta Decalogi lib.2.cap.13.num.17.* vbi *n.* 18. addit exigendum esse, quamuis excommunicatus iam parti satisfecerit, ex Couarr. *cap. Alma mater* 1. *part.* §. 11. *num.* 11. *& num.* 22. subdit ex vi iuramenti non emergere nouum onus seruandi omnia præcepta Ecclesiæ, sed illud tantùm, ne iterum in illud crimen labatur, vt expressè habetur *in cap. de catero, de sentent. excommunic.* Syluest. *verb. absolutio* 3. §. 4. Suar. *de censuris disput.* 19. *sect.* 2. *num.* 10.

351. Nec obest tolerantia,& patientia Summi Pontificis erga illos, qui contra mandata huius Bullæ insurgunt,& absoluuntur, cùm Summus Pontifex declaret, & protestetur se nolle, vt per absolutionem, quæ ab ipso impenditur à censuris Bullæ Cœnæ, vel per tolerantiam, ac patientiam suam, ac successorum suorum continuatam, fiat præiudicium aliquod iuribus quæsitis, vel quærendis Sedis Apostolicæ. Quamobrem occupantes bona Sedis Apostolicæ, ac Romanæ Ecclesiæ ideo excommunicantur per hanc Bullam, quia quamuis absoluantur, non propterea aliquod præiudicium illatum iuribus Ecclesiæ, eidem nocet ita, vt occupantes deobligentur à restitutione eorumdem bonorum, nec præscribere possunt contra Ecclesiam, *cap. si diligenti, de præscriptionibus, in glossa bona fides, cap. cum nobis, eodem titulo, in verb. non nisi centum annorum.* Cùm ergo interrumpatur præscriptio singulo quoque anno publicata hac Bulla, & Pontifex protestetur de quibuscumque actibus tacitis, vel expressis, si qui fortè fiant ab ipso, vel successoribus, se nolle videlicet per tales actus præiudicari iuribus Sedis Apostolicæ, nullum ius sibi acquirunt, qui occupant iura Ecclesiæ per hanc tolerantiam & patientiam Summi Pontificis, nec per illam creatur aliquod præiudicium Ecclesiæ Romanæ, quoniam contra illam non præscribitur deficiente bona fide,& iusto titulo;& ideo possessor malæ fidei non præscribit vllo tempore, Balb. *part.* 3. *quæst.* 13. *à num.* 2. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 67. Molin. *de iustitia tract.* 2. *disp.* 63. Couarr. *in regula possessor part.* 2. §. 7. Escobar *de Ratiociniis cap.* 4. *n.* 26. Mascard. *de probationibus conclus.* 999. *num.* 1. *& conclus.* 1213. *num.* 20. quod procedit etiam in præscriptione immemoriali, quæ cum mala fide damnatur. Couarr. *d. regula possessor part.* 2. §. 8. *num.* 4. Menoch. *Illustrium cap.* 81. *num.* 40. Valasc. *consultatione* 8. *num.* 25. Pinel. *in Authentica nisi, à num.* 14. *C. de bonis maternis,*& Menoch. *de arbitr. casu* 225. *in principio.*

352. Quæstionis est, an valeat absolutio excommunicationis, vt possit quis testificari de re aliqua, vel impetrare rescriptum ad hos actus? Respondeo absoluente Summo Pontifice aliquem excommunicatum, vt testimonium ferat de aliquo, cuius veritas aliàs non potest sciri, eius testimonium esse validum, quamuis absolutus à peccato non cesset, neque habeat propositum desistendi in futurum, quæ absolutio solùm prodest quo ad prædictos actus, quibus absolutis iterum incidit in excommunicationem, sicut antea erat, quia absolutio non fuit impensa simpliciter; sed tantùm, vt posset testificari, vel rescriptum impetrare, cùm aliàs propter excommunicationem esset inhabilis ad illos actus in iudicio. *cap. decernimus,* & *ibi* glossa *verb. testificando, de sentent. excommunic. lib.* 6. *cap. veniens* 2. *in fine,*& *ibi* Abbas *num.* 5. *&* 18. Felin. *num.* 38. *de test. cap. testimonium, de test. cap. licet, de sent. excommunic. in* 6. Syluest. *excommunic.* 3. *num.* 1. *vers. vndecimò interdictus est,*& alij, quos refert Gabriel *lib.* 1. *commun. conclus. de testib. concl.* 19. *num.* 1. quod intelligitur de excommunicatione maiori, non autem minori, glossa *in d. cap. decernimus,* quam *ibi* scribentes amplectantur.

Idem dicendum est de absolutione apponi solita in literis, quæ impetrantur à Summo Pontifice, cùm excommunicatus sit incapax ad impetrandum rescriptum Apostolicum, & impetratum ab excommunicato,& processus illius virtute habitus sint ipso iure nulli, præterquam super excommunicationis, vel appellationis articulo, ex *cap.* 1. *de rescriptis lib.* 6. vbi Gregorius Nonus sic ait ibi, *Ipso iure rescriptum, vel processus per ipsum habitus non valent, si ab excommunicato super alio, quàm excommunicationis, vel appellationis fuerit impetratum.*

Probatur ex consuetudine, & stylo Curiæ, vbi in ipso rescripto inseritur absolutio sub his verbis, *Teque à quibusuis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sentētiis, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes.* Quæ absolutio prodest duntaxat, vt valeat rescriptum ab excommunicato obtentum: quo ad reliquos effectus excommunicationis non suffragatur absolutio, & excommunicatus ante absolutionem nequit acceptare beneficium, quandiu excommunicatus fuerit, neque proderit hæc absolutio in sordescenti vltra annum in excommunicatione, quia præsumitur hæreticus, gloss. *in cap final. de pœnis,* nec suffragatur non parentibus rei iudicatæ, incendiariis, violatoribus Ecclesiarum, & Ecclesiasticæ libertatis, nec deferentibus res prohibitas ad infideles, neque falsificatoribus litterarum Apostolicarum,& illis vtentibus Quibus omnibus non fauet d. absolutio etiam ad validitatem rescripti, si post hæc crimina patrata scientes spacio quatuor mensium passi fuerint excommunicationis sententiam, Vgolin. *hoc loco, verb. declarantes, ac protestantes, ex num.* 2. *vsque ad quartum,* vbi *vers. excipitur,* addit clausulam, *Teque à quibusuis,* &c. non prodesse hæreticis, ex Rebuffo *in cap. postulasti* 2. *not. num.* 101. *de cler. excommun. ministrant.*& in praxi *in declaratione non. prouis. num.* 9. *vers. vnde hac absolutio,*& ex Mandos. *in tractatu de signat. gratia tit. de absolutione, & excommunicatione, prope finem,*& Marius Alterius *disp.* 22. *hoc loco cap.* 4. *fol.* 789.

Nam hæreticus repellitur à testimonio, Rebuff. *tract. de probatione testium, num.* 226. Menoch. *cons.* 149. Farin. *in praxi de testibus quæst.* 56. *n.* 206. & est incapax beneficij Ecclesiastici; & illius beneficia vacant ipso iure,& possunt impetrari ante sententiam criminis declaratoriam, & alteri conferri, Rot. Romana *decis.* 707. *num.* 4. *part.* 3. *diuers.* Bursat. *cons.* 14. *num.* 18. *lib.* 1. Flamin. *de resignat. lib.* 1. *quæst.* 3. *num.* 3. *& lib.* 3. *quæst.* 1. *num.* 33. Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 44. *num.* 26. Sanctarel. *tract. de heresi cap.* 33. *num.* 8. Anton. Ricciuil. *tract. de iure personarum lib.* 5. *cap.* 19. *& num.* 11. & Sanchez *in præcepta Decalogi cap.* 26. *num.* 12. Cùm ergo hæreticus non possit esse testis, neque quatenus talis impetrare rescriptum ad obtinenda beneficia, quorum est incapax, non prodest illi absolutio ad ferendum testimonium de re aliqua, vel ad impetrandum rescriptum Apostolicum validè, vel ad alios actus, quibus completis alij excommunicati

municati reincidunt in eandem excommunicationem.

Eodem modo dicendum est rescriptum impetratum ab excommunicato ad beneficium obtinendum nihil illi prodesse, & collationem illi factam esse nullam ipso iure. Gig. *de pensionibus, quæst.* 41. *n.*1. Vgolin.*de censuris, tabul.*2. *c.*13.§.1. Rebuff.*de pacificis possessoribus,n.*280.Sayr.*de censuris,lib.*2.*c.*5.*à principio*, Suar.*eodem tractatu,disp.*13. *sect.*1. Azor *instit. moral. part.*2.*lib.*6.*cap.*7. *quæst.*2. Lessius *de iustitia, lib.*2.*cap.*34. *dubio* 22. *ex n.*118. & Garcia *de benefic. part.* 7. *cap.* 13. siue excommunicatio sit lata à iure, siue ab homine. Couarr. *in cap. Alma mater, part.*1.§.7.*num.*2. Suar. *d. disp.*13. *sect.*1. *num.* 30. Marius Alterius *de censuris, tom.* 1. *lib.*2. *disputat.*6. *cap.* 2. *vers. quare concludendum, pag.* 229. quod procedit etiamsi excommunicatio sit iniusta, dummodo sit ritè lata, Couarr. *dict.* §. 7. *numer.* 7. *in fine*, Sayr. *de censuris, lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 10. Henriquez *in summa, lib.*13. *cap.*14. §. 1. *in commento lit. A. & cap.* 15. §. 2.

Sed quid si orator exponat summo Pontifici, se incidisse in casum Bullæ Cœnæ, deferendo scilicet arma infidelibus, à quo cùm non habeat propositum cessandi firmum, petit tamen absolutionem ad effectum duntaxat obtinendo beneficium, quo impetrato sperat in posterum factus clericus se non amplius delaturum vetita ad infideles? Responde primò à peccato neminem posse absolui, nisi pœniteat, *reg. peccati, de regul. iuris lib.* 6. *cap. legatur* 24. *quæst.* 2. à vinculo autem excommunicationis absolui potest etiam non petens, *cap. ab excommunicato, de rescriptis*, & absolutio impensa tenet, quamuis ab inuito recipiatur, quando excommunicatio à iudice lata fuit. Quòd si est à iure inuitus, absolui non potest, si vult manere in crimine, cui annexa est excommunicatio, nimirum si vult manere in hæresi, ab ea absolui non potest, ita Alensis *in* 4. *part. summæ quæst.*22.*memb.*1.*art.*7.§.1. Bonauent. *in* 4. *dist.* 18. *in vlt. part. dist. quæst.*6. Richar. 4.*dist.*18.*art.*10. *quæst.* 1. Gabriel etiam *in* 4. *distinct.* 18. *quæst.* 3. *artic.* 3. *dub.* 7. & facit caput *damnationis sententiam.* 24. *quæst.* 2. vbi dicitur: Damnationis sententiam quicumque meretur accipere, si in suo sensu voluerit permanere, nullus relaxare potest. quod intelligitur regulariter, quia ex causa rationabili, nempe quando absolutio esset magis medicinalis animæ contumacis, quàm eius excommunicatio, poterit iudex excommunicatum etiam inuitum absoluere, Panormit. *in cap. Apostolica, num.* 1. *de except.* D. Thom. *in addit.* 3. *p. quæst.*24. *art.*2. *ad* 2. Syluest. *verb. absolutio* 3. *dub.*6. Item quando per excommunicationem quis fit deterior, tunc potest tolli, & multo fortiùs, quando est spes de correctione, Sayr. *de censuris, lib.*1. *cap.* 21. *num.* 9. Ex dictis colligitur in casu proposito posse Summum Pontificem concedere absolutionem Oratori in casu proposito, etiam non habenti animum desistendi à peccato, vt absolutus ab excommunicatione fiat capax beneficij dummodo non sit hæreticus, quia quatenus talis est incapax beneficij acquirendi, cùm per hæresim sit excommunicatus, & ea durante beneficium obtinere nequit, etiam si post collationem sequatur absolutio, quoniam sequens absolutio non abolet incapacitatem præcedentem, cùm attendatur principium in istis, *cap. dudum, de electione*, Couarr. *in cap. Alma mater, part.*1. §.7. *sub num.*2. *vers.*7. Suar. *de censuris, disp.* 13. *sect.* 1. *num.* 3. Nicolaus Garcia *de benefic. p.* 7. *cap.*13. *num.*8. Anton. Ricciul. *in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium, lib.* 4. *cap.*6. *num.* 32.

Quæros hoc loco quid operetur clausula, non obstantibus priuilegiis, Indulgentiis, & litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus? Certi iuris est per hanc clausulam tolli omnia priuilegia, quibus quomodolibet posset quis se iuuare contra hos processus, ac sententias huius Bullæ Cœnæ, quo minus in eis comprehenderetur; etiam si concessa fuerint per viam contractus, vel ob remunerationem: ex iusta tamen causa, qualis apparet in casibus Bullæ Cœnæ, possunt reuocari: Bald. *in l. final. ff. de senat.* Nauarr. *in cap. non liceat* 12. *quæst.* 2. §. 15. *num.*2. *& in commento de indulg. notab.*27. *num.* 7. *& not.* 33. *num.* 3. Syluest. *verb. priuilegium.* Iason *in l. non amplius*, §. *si certum, num.* 14. *ff. de leg.* 1. Habetur ex textu ibi: *Ex quauis causa etiam per viam contractus, vel remunerationis, & sub quauis alia forma, & tenore, ac cum quibusuis clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, concessis*; quæ verba sufficiunt ad derogandum omnibus indultis, & priuilegiis Apostolicis. Habet enim derogatio generalis priuilegiorum vim specialis expressionis, præsertim cùm sit per viam legis etiam in casibus, vbi specifica derogatio requiritur, Gonzales *de mensib. gloss.* 9. §. 1. *num.*56. *&* 57. 553.

Dicitur etiam per viam contractus, vel remunerationis reuocari concessa per clausulam, *non obstantibus*, sub quauis forma; quia integrum Principi sæculari est ex causa superueniente non solùm modificare donationes à se factas; sed etiam reuocare, quamuis sint factæ per viam priuilegij, Felin. *in cap. nouit, de iudiciis, col.*10. & Aretin. *n.*25. & etiam per viam contractus, Roman. *cons.*369. *num.*27. Tiraquel. *de pœn. temp. in præfatione, n.*41. Matiens. *l.* 11. *gloss.* 8. *num.* 4. *tit.*7. *lib.*5. *noua recopil.* Pinel. *ad l.* 1. *C. de bonis maternis. p.*3. *num.*62. *illat.*16. *vers. ego*, Nauarr. *in cap. si quando, de rescriptis, except.*13. *vers. ad quartum*, Burg. de Pace *consil.*25. *à num.*48. Cabed. 2.*p. decis.*19. *num.*8. *& decis.*75. *ex num.*4. *vsque ad num.*10. vbi de concessis à Rege ob benemerita, quæ ex causa possunt reuocari, vel modificari. quæ omnia fieri possunt per legem generalem, neque in hoc casu requiritur derogatio specialis, vt habetur *in l. final. C. si contra ius, vel vtilitatem publicam, & in cap. nonnulli, de rescriptis.* ergo multo fortiùs per clausulam, *non obstantibus, constitutionibus, statutis, priuilegiis, & quibusuis aliis dispositionibus contrarium præcipientibus.*

Quare si concedantur priuilegia à Sede Apostolica alicui Principi, ne quis excommunicari possit pro tali causa, vel absolutè per litteras Apostolicas, non facta mentione de verbo ad verbum de huiusmodi priuilegio, adhuc enim non liberaretur à censuris Bullæ Cœnæ, si aliquo modo contra Bullam delinqueret: tolluntur namque per hanc clausulam similia indulta. Quin etiam talia priuilegia absolutè concessa, ne posset excommunicari, non valerent, ex Petro Rebuffo *in praxi beneficiorum, p.*2. *in tit. de forma noua prouis. versicul. etiam si esset in indulto*; quia exemptio esset à ditione Summi Pontificis, quod nullo modo fieri potest, *cap. cùm non liceat, de præscriptionibus*, per textum *ibi*: ex quo constat in iis, quæ concernunt obedientiam, superioritatem,

præeminentiam, & subiectionem à priuato nunquam præscribi aduersùs Principem suum, ita Peregrin. *de iure fisci, lib. 6. tit. 8. num. 9.* Nemo enim ius superioritatis præscribit contra Principem, vt per Flores de Mena *variar. lib. 2. quæst. 21. num. 135.* quia suprema Principis potestas non potest præscribi, Cabed. *decis. 40. num. 8. p. 2.* & Matiens. *lege 1. gloss. 10. num. 10. tit. 10. lib. 5. nouæ recopil.*

354. Tolluntur item per hanc clausulam omnes consuetudines, etiam immemoriales, quantumcunque longissimæ, & obseruantiæ scriptæ, vel non scriptæ; atque ita non liberabitur quis à censuris Bullæ Cœnæ, per consuetudinem etiam longissimam, neque per præscriptionem, quia prædicta verba Bullæ habent vim tollendi quæcumque contraria, Felin. *in cap. nonnulli, de rescriptis, n. 26.* Nauarr. *in cap. si quando, except. 1. num. 1. de rescriptis*, Vgolin. *hoc loco, verb. non obstantibus, num. 2. 3. & 4.* vbi concludit neminem priuilegio aliquo, vel consuetudine, vel præscriptione, vel denique obseruantiis scriptis, vel non scriptis se tueri posse, quominus non comprehendatur delin-
355. quens sub pœnis huius Bullæ; cùm omnia quibus se poterat defendere, sint penitus sublata per Summum Pontificem, quod etiam significatur per illa verba ad calcem huius clausulæ subnexa, ibi, *cæterisque contrariis quibuscumque*, quæ clausula, seu verba idem valent, ac si omnia contraria in indiuiduo expressa fuissent, vt est communis, teste Mandosio *super regulis Cancellariæ, regul. 11. quæst. 9.* Marius Alterius *hoc loco disp. 22. c. 5. col. pen.*

356. Quæ autem forma seruanda sit in promulgatione Bullæ Cœnæ, ostenditur per hæc verba Bullæ, ibi: *vt verò præsentes nostri processus ad publicam omnium notitiam faciliùs deducantur.* Fit autem hæc publicatio, vt nemini admittatur excusatio, si dicat se non habuisse notitiam huius Bullæ: ideo appenditur Bulla Cœnæ ad valuas Ecclesiarum Principis Apostolorum, & Sancti Ioannis Laterani, vt obligentur omnes, ac si singulis
357. personaliter fuerit intimata: qui est finis, propter quem præcipitur Bulla Cœnæ ibi affigi, vt scilicet nequeant excusari omnes, quòd non habuerint notitiam eorum, quæ in Bulla continentur. Quamobrem ab eo tempore post affixionem solenniter factam ad valuas ambarum Ecclesiarem Principis Apostolorum, & Sancti Ioannis Laterani omnes obligat, nec opus est, vt fiat promulgatio in singulis quibusque angulis, & vicis ciuitatis, quod non est necesse, vt habetur *in cap. 1. de postulatione Prelatorum*, per textum ibi, *quæ ad eius notitiam, &c.* vt non liceat cuiquam ignorare quod omnes sciunt, ex Sutdo *decis. 223. n. 16.* & ex textu *in eod. c.* ibi, *aut publicè promulgatur.* Nam promulgatio necessaria est, vt lex vim obligandi habeat, à quo die ligare incipit, vel post duos mẽses; nam Baldus *in c. 2. num. 5. vers. ex prædictis, de constitutionibus*, Panormit. *ibi n. 7. vers. disceptatio*, Felin. *col. 4. num. 7.* Azor *instit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 3. quæst. 8.* dicunt ante duorum mensium lapsum à die publicationis lege ligari subditos; vbi innuunt hoc de legibus sæculatibus, quamuis contrarium velint, Menoch. *de arbitr. casu 185. num. 20.* Nauarr. *cons. 1. n. 8. de constitut.* quæ est communior, quamuis constitutiones Pontificiæ obligent, quàm primum in Curia Romana publicantur, & in acie Campi Floræ, & ad valuas Basilicæ Apostolorum affixa sunt, & in Cancellaria Apostolica habentur pro publicatis, Gomez *in procemio Regul. cancell. quæst. 2. ante finem*, Azor *d. cap. 3. quæs. 3.* & Valent. *tom. 2. disp. 7. quæst. 5. puncto 5. dubio 2.*

Nihilominus, si aliquis inculpabiliter ignoret publicationes legum, & pœnas in eis contentas, in foro animæ excusabitur à peccato. Nam vbi culpa non est, non potest esse delictum, nec pœna, *cap. cùm voluntate, de sentent. excommunic. l. si putator, ff. ad legem Aquiliam, cap. sine culpa, de regul. iur. in 6.* Aldrete *de religiosa disciplina tuenda, lib. 2. cap. 10. num. 8.* non enim priuatur quis suo iure sine culpa. *l. crimen, ff. de pœnis, l. sancimus, C. eodem titulo, cap. 2. ad finem, de iis, quæ fiunt à maiori parte capituli*, Sanchez *de matrimonio, lib. 9. disp. 32. num. 6.* Sousa *cap. 27. de publicatione Bullæ Cœnæ, num. 2.* vbi addit in foro externo, qui voluerit probare ignorantiam, esse audiendum, ex *cap. final. qui matrim. accus. poss. & in cap. si quis incognitus, 17. quæst. 2.*

Porrò onus publicandi Bullam imponitur omnibus Episcopis, & Archiepiscopis, Primatibus, 358.
& Patriarchis, non tamen Episcopis titularibus, seu Annularibus, qui non habent Ecclesias, nec exercent iurisdictionem ordinariam in ouibus suis, vnde nomine *Ordinarij* comprehenditur Episcopus, & reliqui eo superiores, qui dicuntur Ordinarij generales, *cap. cùm Episcopus, de officio Ordinarij, lib. 6.* & Prælati inferiores, qui appellantur Ordinarij speciales, *cap. ordinarij, de offic. ordin. lib. 6.* & reliqui, qui habent iurisdictionem fori exterioris circum scriptam certis finibus, & potestatem exercent, quales sunt Prælati inferiores exempti, quique habent iurisdictionem quasi Episcopalem. Inter quos non computantur Parochi, nec Rectores curam animarum habentes, quamuis habeant iurisdictionem in foro interiori, non tamen sunt Prælati, cùm careant iurisdictione fori contentiosi, *cap. decernimus*, & gloss. *ibi* 359.
verb. Ecclesiarum Prælati, & *ibi* Abbas *de iudiciis.* idcirco isti non tenentur promulgare Bullam Cœnæ in Ecclesiis suis, sicut verè Prælati in suis Ecclesiis, non tamen in omnibus, sed in aliquibus, sufficitque fieri publicationem in Ecclesia tantùm Cathedrali, seu Matrice, & Maiori, vbi primum post promulgationem in Vrbe factam receperint litteras præsentes Bullæ; aut earum transum- 360.
ptum habuerint Notarij publici manu subscriptum, & sigillo iudicis Ordinarij Curiæ Romanæ, vel alterius personæ in dignitate constitutæ munitum. Itémque tenentur has litteras sub pœna peccati mortalis omnes Prælati publicare in Ecclesiis suis, saltem semel in anno, vt apertè constat ex hac Bulla *in verb. Præsentes Nostri processus, vers. per hæc scripta*, ibi: *Com-* 361.
mittimus, & in virtute sanctæ Obedientiæ districtè præcipiendo mandamus, vt per se, vel alium præsentes litteras solenniter publicent. quæ verba important præceptum sub mortali obligans, nisi à potestate laica impediatur, quominus Bulla publicetur, Sayr. *de censuris, lib. 3. cap. 25. num. 12.* Sousa *suprà num. 3. & 4.* Vgolin. *versicul. Vt verò præsentes, & versicul. insuper, vt processus, numer. 1. versicul. quo ad primum igitur*, & Marius Alterius *disputat. 22. lib. 5. cap. 799. versicul.* 362.
his præmissis, vbi concludit esse mortale ex genere suo non publicare Bullam Cœnæ ad præscriptum huius decreti, nisi Prælati ex legitima aliqua causa à publicatione excusentur, Marius *dict. cap. 6. ad finem.* Impedientésque grauiter delinquent ex genere suo, de quibus omnibus dixi suprà *disputat. 3. de censuris Bullæ*

Cœnæ,

Cœna, ex num. 8. vsque ad num. 15. vbi quæ huic desunt reperientur.

363. In hac vltima parte monentur omnes Prælati, & reliqui curam animarum habentes, nec non Confessarij, vt penes se habeant transumptum harum litterarum, siue sint sæculares, siue regulares; non tamen excusabantur à mortali, qui apud se non retinebant hos processus tempore Pij Quinti: nec videtur hoc tempore excusari, non habens hanc Bullam penes se, si ignoret casus in ea contentos, ex ea potissimum ratione, quia peccat mortaliter contra obligationem sui officij, ignorans ea sine quibus nequit ritè, ac legitimè fungi suo munere: iuuat Vgolin. *hoc loco*, dicens esse mortale non habere prædictas litteras, eo quia Pontifex vult, vt Confessarij eas diligenter legant. Nihilominus probabilius est non obligari prædictos ad hoc sub mortali, cùm post Pium Quintum non fuerit hoc præceptum impositum sub mortali, cùm non colligatur Pontificis mens fuisse hanc obligationem imponere sub præcepto peccati mortalis; sed tantùm fuisse, vt monerentur omnes, vt casus Bullæ omnes tenerent; ne ex tali ignorantia contra sui officij obligationem laberentur, ita Sousa *cap. 28. hoc loco, num. 3.* & Marius Alterios suprà *cap. 7.* vbi vult verba illa, *penes se habeant*, non esse præcepti, sed consilij: atque ita à proprietate verborum non est recedendum. *l. non aliter, ff. de legat. 3.* & verba *, signa, & testimonium mentis nostræ sunt, & demonstrant voluntatem animi, l. 1. §. Diuus, ff. ad leg. Cornel. de sicar. l. reprehendenda, C. de instit. & substitut.* Menoch. *cons. 1. n. 262 & de præsumpt. lib. 3. quæst. 1. num. 39. & de arbitr. lib. 1. quæst. 7. num. 75.* Surd. *de aliment. tit. 2. quæst. 2. num. 1.* Mantic. *de coniectur. lib. 3. tit. 4.* & Mascard. *de probat. conclus. 1415. n. 24.* Cùm ergo Summus Pontifex non imponat præceptum, vt habeant transumptum præsentium litterarum penes se, sed tantùm dicat, vt Confessarij illas habeant apud se, & diligenter legere, & percipere studeant, non peccant mortaliter eo ipso quòd eas non habeant.

364. Quas autem pœnas contrahant violantes Bullam Cœnæ, vel aliquid ex contentis in ea non obseruantes, ostenditur ex verbis ipsius Bullæ, quæ sic habent. *Si quis autem hoc attentare præsumpserit, hoc est, ausu temerario contraire aduersus hanc Bullam, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum*, quibus verbis ostendit Summus Pontifex transgressores immediatè contra Deum peccare, & ab ipso pro ratione criminis pœna arbitraria esse puniendos, Vgolin. *hoc loco, cap. 8. & vltimo, ex num. 2.* & Marius Alterius *disp. 22. cap. etiam 8.* vbi hac de re satis.

365. Ne autem aliquid intactum relinquatur, quæri potest, cur in constitutionibus Pontificiis fiat mentio loci, in quo lata fuit constitutio, & simul anni Incarnationis Dominicæ, & diei, & quare annus Pontificatus non incipiat à coronatione, sed ab electione? Quæstiones tres oportet decidere, quo ad primam dicendum est, vt meliùs solutio intelligatur locum vbi fit contractus, necessariò esse exprimendum, textus, & glossa *verb. loca, in cap. quoniam contra, de probationibus*, Decius *in c. 1. de fide instrument. num* 8. text. & glossa *in c. Abbate, de re iudic. lib. 6. verb. censeretur*, & est communis, ex Couarr. *practicar. quæst. cap. 20. ante num 4. vers. quinto.* Quin etiam non solùm debet exprimi locus generaliter, vt Romæ, sed etiam singularis locus, id est, apud Sanctum Petrum, non tamen est necessarium, vt locus loci exprimatur, scilicet in domo Pontificis, seu in sacro Palatio, in cubiculo eiusdem Pontificis, Bartol. & alij communiter *in l. de pupillo, § qui nunciat, ff. de noui operis nunciatione.* Vnde infertur instrumenta esse nullius momenti, in quibus fit mentio loci contractus gesti in genere, seu indefinitè, nimirum Romæ, nisi etiam exprimatur locus particularis Romæ Quocirca dictum est, *Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1621. nono Kalend. Aprilis, Pontificatus Nostri anno secundo.* Quæ omnia debent necessariò exprimi secundùm omnes: sicut generale est, vt sit nullius momenti instrumenta publica, in quibus tempus, vel locus deficit, & dies, Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imperialis, lib. 1. conclus. 134. num. 10.* ex glossa Magistra *in l. generali, C. de tabular. lib. 10.* Couarr. *d. cap. 20. num. 3.* Padil. *in l. si qua, num. 4. C. de diuersis rescriptis*, Roland. *cons. 38. lib. 1. num. 7.* vbi volunt nihil valere instrumenta in quibus desit annus, locus, & dies, non tamen requiritur hora, quamuis interdum vtilis sit mentio illius.

Et quamuis Camil. Borrel. *in summa, tit. 14. de consuetudine, num 73.* opinetur ex consuetudine induci posse, quòd valeat instrumentum sine anno, & die factum, hoc tamen non est probabile, eo quòd consuetudo in contrarium non valet, vt per Rochum *in cap. final. de consuetudine, fol. 19. ante num. 27. & fol. 35. post num. 33.* notat Caldas Pereira *de emptione, & venditione, cap 1. num. 9.* Probatur ex *lege nostra, lib. 1. tit. 80. §. 7.* ibi, *ponham sempre o mez, dia, & anno*, id est, ponant semper mensem, diem & annum, hoc est, in omni instrumento, vbi etiam iniungitur onus ponendi locum, ibi, *Cidade, villa, ou lugar*, hoc est, ciuitatem, villam, aut oppidum, quia hæ solennitates fuerunt inductæ ad euitandas fraudes, quæ ex omissione mensis, diei, & anni poterant fabricari per antigrapha, seu antidatas: quare consuetudine hoc abrogari non potest, ita, vt nec contrahentes facere possent, ne dies in instrumento apponatur, eo quòd in rebus, quæ sunt de substantia contractus, partes nihil possunt, Alexand. *cons. 166. in principio, volum. 2.* Probus *in rubr. de consuetudine, ante numer. 26.* Ex quibus manet decisa prima quæstio.

Quoad secundam, cur potiùs computetur annus in hac Bulla Cœnæ ab Incarnatione Dominica, quam à Natalitiis Domini? Ratio dubitandi, quia apud omnes Regiones communiter incipit annus à Natalitiis Domini, non autem à Kalendis Ianuarij. gloss. *in Extrauag. 1. in fine, vers. Datum, de censibus, inter communes*, quæ vult annum in Romana Curia incipere ab ipso die Natiuitatis Domini, non autem à Kalendis Ianuarij. Sed oppositum est verius, à Kalendis scilicet Ianuarij, annum apud omnes gentes incipere, quod ostenditur, quoniam eo die officiales annales, qui Rempublicam gubernant, incipiunt suo munere fungi, & veteres desinunt suum officium obire, vt *in lege, item veniunt, § pridie, & l. Publius, ff. de conditionibus, & demonstrationibus, & in Authentica, de consulibus*, quem morem commẽdat Couar. *lib. 1. var. c. 12. post numerum primum.* Constat enim annus duodecim mensibus, quorum primus Ianuarius est. Alij autem anni exordium sumunt ab Incarnatione Christi Domini tribus mensibus post Natiuitatem, hoc est, à vigesima quinta die Martij, quod apud Romanam Curiam omnino 366.

seruatur, & ita probat Rota *decis.* 108. *in Nouis*, scribens secundum morem Romanæ Curiæ, annum Incarnationis incipere tribus mensibus post Natiuitatem Christi.

Ex quibus patet quid dicendum sit ad secundam quæstionem, Summum scilicet Pontificem in hac Bulla Cœnæ descripsisse principium anni currentis quo Bullam promulgauit ab Incarnatione Domini, qui mos in Romana Curia semper obseruatur, & ideo in litteris Apostolicis, numerus annorum ab Incarnatione Domini describitur, ex *cap.* 1. *In nomine Domini, distinct.* 23. & *ibi* sapientissimus, & Illustrissimus Hispaniarum Primas *num.*4.& ita fecit Rex Alphonsus *in proœmio partitarum*, & *ibi* Gregorius Lopez *verb. de la Incarnacion*. Idem obseruant Galli, vt notat Garibay *in compendio Histor. Regum Aragonia, lib.* 32. *cap.* 13. *ad finem*, textus *in Extrauagante* 1. *de rebus Eccles.* Cassan. *in Catalogo gloria mundi* 12. *part. considerat.* 39. differt autem computatio illorum à computatione Romanorum, quia primi annum currentem, Romani verò iam elapsum significant, & completum, pro vt vult Cardinalis *in cap. inuenis, de sponsal.* Francolin. *in tractatu de tempore horarum canon. cap.* 22. *num.*4. & alij, quos sequitur Couarr. *d.lib.*1.*cap.*12. addit tamen Rota antiqua 813. hac in re adhærendum esse consuetudini cuiusque Prouinciæ, secundum caput certificari de sepulturis.

367. Quo ad tertiam, & vltimam quæstionem, cur scilicet non à consecratione, & coronatione, sed ab electione Summi Pontificis incipiat currere annus Pontificatus? ea est ratio, quia ante coronationem, & consecrationem est verus Pontifex per solam legitimam electionem, textus *in cap.*1. *distinct.* 23. ibi, *electus tanquam Papa*; tunc enim habet auctoritatem regendi Ecclesiam Romanam, *cap. licet, de electione*, statim post electionem vocatur Pontifex, ibi, *Ille absque vlla exceptione ab vniuersali Ecclesia Romanus Pontifex habeatur.* Igitur ante coronationem, & consecrationem habet summam auctoritatem, & omnia potest facere validè, sicut quæ fecerit post coronationem; confirmatur per Extrauagantem, *Quia nonnulli, de sententia excommunicationis, inter communes vltimam*, vbi damnantur his verbis illi qui asserere non verentur, quòd Summus Pontifex ante suæ coronationis insignia se non debet intromittere de prouisionibus, reseruationibus, &c. & excommunicantur etiam ibi his verbis, *Qui occasione huiusmodi aliquas litteras nostras super negotiis quibuscumque confectas, quæ a nobis ante donationis nostra insignia emanarunt, ausi fuerint impugnare.* Vnde ante coronationem vocatur Papa Episcopus seruus seruorum Dei, Felin.*in cap.eam te, de rescriptis, num.*11. Iuuat Castaldus *in tractatu de Imperatore, quæst.* 46. vbi volt Imperatorem ex sola electione plenum ius fuisse assequutum, neque ex coronatione nouum ius sibi quæsiuisse; quamuis Felin. *in d. cap. eam te, num.* 4. repugnet: ergo Romanus Pontifex post legitimam electionem accipit immediatè ab ipso Deo omnia, quæ competunt suo muneri, siue spectent ad potestatem ordinis, siue iurisdictionis.

De consuetudine tamen ex glossa *in cap. super data, de regulis iuris*, Romanus Pontifex electus ante consecrationem, & coronationem litteris datis, non scribit Pontificatum, nec se vocat simpliciter Episcopum; sed solùm ita: *Data suscepti à nobis Apostolatus officio anno*; & post hæc adscribitur Annus, & locus; & subscribit nomen, *Electus Episcopus Romanus.* Postea verò post consecrationem, & coronationem datis litteris scribit Pontificatum, & se nominat simpliciter Episcopum, & scribit, *Data Pontificatus Nostri anno*, &c. quæ omnia consuetudinis sunt, & non iuris. Nam de iure per electionem consequitur plenam iurisdictionem, vt patet ex *cap. vbi periculum, de electione, in* 6. Azor *instit. moral. part.*2. *lib.* 4. *cap.* 5. *quæst.*1. *vers. porrò in more positum est*, & Marius Altetius *disp.* 22. *de excommunic. Bulla Cœna, lib.* 5. *cap.* 8. *colum. vltima.* Et hæc sufficiant pro explanatione huius Bullæ sanctissimi Domini Nostri Vrbani Octaui.

LIBER

LIBER SECVNDVS

DE POTESTATE ROMANI PONTIFICIS, QVO AD THESAVRVM INDVLGENTIARVM, cuius claues ipse habet.

DISPVTATIO QVARTA

DE INDVLGENTIIS TAM IN SPECIE, quàm in genere.

Quid sit Indulgentia, & quotuplex, & vnde procedant.

§. I.

EPITOME.

1. *Quid sit indulgentia, & qui potest concedere Indulgentias?*
2. *Indulgentia alia est plenaria, alia plenissima, & an differant inter se?*
3. *Indulgentia temporalis potest concedi ab Episcopo non consecrato, dummodo sit electus.*
4. *Indulgentias concedendi potestas est penes Episcopos de iure communi, in Papa autem iure diuino.*
5. *Thesaurus Indulgentiarum ex quibus constet, & quem effectum habeant Indulgentia, & quid de pœnitentiis iniunctis, an remittantur per indulgentias?*
6. *Potestas concedendi Indulgentias est à Christo Domino data Ecclesia.*
7. *Qualis causa requiratur, vt Indulgentia sint validæ?*
8. *Indulgentia vt consequatur, requiritur duplex dispositio interna, & externa.*
9. *Indulgentia ad hoc, vt obtineatur exigitur, vt homo sit in statu gratia.*
10. *Qui sint capaces lucrandi, & concedendi Indulgentias?*
11. *Indulgentias an inferior Episcopo possit concedere iure, vel consuetudine?*
12. *Pralati Religionum an possint concedere indulgentias in sibi subditos?*
13. *Indulgentia nisi totum iniunctum fiat, non queritur, nec in totum, nec in partem.*
14. *Indulgentiæ magnæ an paruis de causis acquirantur?*
15. *Pontifex potest concedere Indulgentias nullo opere requisito.*
16. *Non lucrantur Indulgentias plenarias omnes præscripta opera facientes.*
17. *Indulgentias an possit Episcopus concedere excedentes numerum taxatum in cap. cum ex eo, de pœnitentiis.*
18. *Episcopus an possit concedere Indulgentias pro mortuis, & pro exemptis?*
19. *Capitulum Sede vacante an possit Indulgentias concedere?*

PRIMA dubitatio, quid sit Indulgentia, & qui potest concedere Indulgentias? Partitæ dubitationi respondetur, indulgentiam esse remissionē pœnæ temporalis debitæ pro peccatis actualibus iam remissis concessa homini, qui existit in gratia, à Prælato per applicationem thesauri Ecclesiastici, Nauar. *in commeat. de indulgentiis & Iubilæis, notabil. 20. n. 1. cum sequentibus*, Valent. *tom. 4. disp. 7. quæst. 20. puncto 1. vers. Nos autem.* Henriquez *in summa, lib. 7. de indulgentiis, c. 1.* fit autem hæc remissio extra Sacramentum, Francisc. Leo *in suo thesauro fori Ecclesiastici, part. 1. c. 7. n. 2.* Suar. *tom. 4. in 3. partem, disp. 69. sect. 4. n. 1.* Ægidius *disp. 12. de indulgentiis, dub. 2. a. 13. ad finem.* 1.

Potest autem concedere Indulgentias, in primis Rom. Pontifex in tota Ecclesia, cùm habeat eam totam sibi subiectam, quam potestatem obtinet à diuino iure, seu à Christo Domino, qui Petro oues suas commisit: neque aliunde ad Papam deriuatur, cùm non habeat in terra superiorem. An verò Concilium generale habeat potestatem concedendi indulgentias pro vniuersa Ecclesia? Affirmat Panormitanus *in Clement. 2. de pœnitent. & remiss. & in tractatu super Concilium Basiliens.* quia Concilium generale repræsentat Ecclesiam vniuersalem, teste Martin. V. *in Concilio Constantiensi.* Sotus *in 4. dist. 21. quæst. 1. art. 4. concl. 1.*

Dicendum tamen est Concilium generale non habere potestatem concedendi indulgentias ex iure diuino, vt colligitur ex D. Thoma *in 4. dist. 2. quæst. 1. art. 4.* dicens solum Pontificem posse concedere vniuersales indulgentias, sequitur Richar. *in 4. dist. 20. art. 5. quæst. 3.* & Paludan. *quæst. 4. art. 3.* vbi nullam facit mentionem Concilij generalis, & hanc potestatem faciunt soli Pontifici; non est tamen negāda hæc potestas Concilio generali, cui præest Summus Pontifex, quia Concilium tunc habet potestatem cōferendi indulgentias ratione Pontificis, qui præest Concilio, vel per se, vel Legatos suos: secus si sit Conciliū Acephalum. Quin etiam Pontifex potest prohibere Concilio vniuersali legitimè, & cum Legatis congregato, ne indulgentias conferat sine suo beneplacito. Vnde sequitur non habere Concilium potestatem aliquam immediatè à Christo conferendi indulgentias, quia si eam haberet etiam renuente Pontifice, posset illas concedere. Si autem Pontifex non renuat, potest Concilium generale legitimè congregatum concedere indulgentias, etiam plenarias, Abbas *in Clementina, Abusionibus, num. 2. de*

pœnitent. & remiss. & Felin. *in sermone de indulgentiis circa finem.* Quo iure vsus est prædictum Concilium Basiliense, quando *in sess.* 24. indulgentiam plenariam concessit illis, qui certam pecuniæ quantitatem condonassent ad expensas faciendas pro Græcis, qui ad Concilium properassent, Nauarr. *in comment. de Iubilæo, notab.* 31. *num* 2. *vers. ad-do secundo*, quem sequitur Franeise. Leo *in thesauro fori Ecclesiastici, de indulgentiis, cap.* 7. *num.* 17.

2. Secunda dubitatio circa indulgentias plenarias an differant à pleniotibus, & plenissimis? Pro resolutione sciendum est indulgentiam plenam esse quæ per se totam pœnitentiam pro peccatis confessis impositam, vel imponendam, vel totam pœnam pro cunctis confessis, & etiam mortalibus non confessis debitam, vel totam pro cunctis etiam non confessis etiam venialibus aufert. Breuiùs tamen indulgentia plena est, quæ sub hoc nomine plenaria datur, vel sub his, aut similibus verbis ei, qui hoc, aut illud iniunctum operatus fuerit, remissio omnium peccatorum conceditur. Hoc posito, quamuis aliqui putent esse discrimen reale inter has tres species supradictas, vt Paludanus *in 4. dist.* 20. *quæst.* 4. Nauarr. *notabil.* 9. *num.* 4. & *notab.* 22. *num.* 50. & *num.* 51. dicentes indulgentiam plenam, & pleniorem, non esse totales absolutè, sed vel in ordine solum ad mortalia peccata, vel in ordine ad peccata confessa, vel ad pœnitentias iniunctas, aut iniungendas iuxta ordinarium Ecclesiæ morem. Veriùs tamen est inter indulgentiam plenariam, pleniorem, & plenissimam nullum esse discrimen, ita colligitur ex Clement. V I. *in Extrauagante Vnigenitus, de pœnitent. & remission.* dicente thesauri Ecclesiastici dispensationem Petro esse commissam, nunc pro totali, nunc pro personali remissione pœnæ temporalis pro peccatis debitæ applicanda.

Quo loci solùm fit mentio totalis indulgentiæ, quæ totam pœnam remittit ei, cui applicatur: sub quo nomine indulgentia totalis, & quæ totam pœnam remittit, vnica est, & maxima, nec patitur diuisionem: quare nulla datur differentia inter illas indulgentias plenam, pleniorem, & plenissimam, quo ad proprium, & per se effectum indulgentiæ, ita vult Sotus *in 4. distinct.* 21. *quæst.* 2. *art.* 1. Cordubens. *de indulgentiis, quæst.* 11. & Medina *in eodem tractatu*, Graffis *decisionum lib.* 4. *cap.* 15. *n.* 55. Suar. *disp.* 50. *de effectu indulgentiarum, sect.* 4. *num.* 7. Franciſc. Leo *d. cap.* 7. *num.* 10. dicentes non esse maiorem indulgentiam plenissimam, quàm plenariam, nec differre plenariam indulgentiam ab ea, quæ conceditur in Anno sancto, vel aliis temporibus virtute Iubilæi, quamuis in Iubilæo vltra remissionem plenam pœnæ, concedantur aliqua priuilegia, nimirum facultas eligendi Confessorem, & potestas absoluendi à reseruatis, & commutandi vota, quæ communiter per indulgentias non conceduntur, Sotus *d. quæst.* 2. *art.* 1. *dist.* 21. Graff. suprà *d. cap.* 15. *num.* 29. quos referens sequitur Franc. Leo *num.* 11. vbi ait modum concedendi indulgentiam plenariam, pleniorem, & plenissimam adhiberi solùm ad exaggerandum, seu potiùs explicandum indulgentiæ plenitudinem, qua nihil amplius desiderari possit.

Cur ergo si hoc ita est, vt de facto est, quòd indulgentia plenaria sit totalis, ita, vt nihil illi possit addi, cur aliquando vltra indulgentiam plenariam concedi solent aliqui dies indulgentiarum? Respondet Cordub. *de indulgentiis, ad finem quæstionis* 11. hoc fuisse introductum propter opiniones inter se dissidentes: addit etiam fortè, si causa non fuerit sufficiens ad plenariam indulgentiam consequendam, sufficere ad illos dies indulgentiæ impetrandos. Vtraque tamen ratio non placet omniuo; quare cùm hæc forma concedendi non reperiatur in iure, neque in aliqua Bulla authentica, non est cur fatigemur pro reddenda ratione horum verborum. Quæ si ea aliquando inueniantur, expendere oportet an illæ duæ concessiones ad diuersa tempora referantur, quod si ita fuerit, faeilè intelliges priorem concessionem referri ad indulgentiam plenariam, posteriorem verò ad dies, & quadragenas indulgentiæ additas. Quòd si tam indulgentia plenaria, quàm additio aliquorum dierum sub ratione vnius integræ concessionis reperiantur sub eadem conditione, & in eodem tempore concessa, dici potest, vt probabile, indulgentiam plenariam qui fuit consecutus, posse illos dies additos offerre pro aliquo per modum suffragij, quamuis in rescripto id non exprimatur, ne dicamus illos dies indulgẽtiarum in tali euentu inutiliter concedi, Suar. *disp.* 50. *sect.* 4. *n.* 9.

Tertia dubitatio, quæ sit indulgentia temporalis, & an possit concedi ab Episcopo electo non consecrato? Quo ad priorem partem dic indulgentiam temporalem esse partialem, qua non remittitur tota pœna, sed eius tantùm pars relaxatur. quæ alio nomine dicitur indulgentia non plena, & quæ datur cum limitatione, vel ratione peccatorum, vel ratione pœnæ debitæ; atque ita respicit non totam pœnam temporalem debitam peccatis, sed partem illius tantùm, Nauarr. *eodem commentario not.* 9. *num.* 1. 2. & 3. Franc. Leo *de indulgentiis, cap.* 7. *num.* 3. Barbos. *de offic. & potest. Episcopi, alleg.* 88. *num.* 3. & Suar. *disput.* 50. *sect.* 4. *num.* 11. 3.

Quo ad secundam, dic posse concedi indulgentias ab Episcopo tantummodo electo, & confirmato, nondum consecrato, quia concessio indulgentiarum est actus iurisdictionis, qui potest exerceri ab Episcopo non consecrato. Suar. *disp.* 49. *sect.* 3. *num.* 3. & alij, quos referens sequitur Bonacin. *de Sacramentis, disp.* 6. *quæst.* 1. *punct.* 3. *num.* 6. per glossam communiter receptam *in cap. transmissa, de electione, verb. confirmationem accepisti.* Reginaldus *in praxi fori pœnitent. lib.* 7. *num.* 123. Aloys. Rice. *in praxi resolut.* 306. *num.* 4. Azor *instit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 55. *quæst.* 1. *in fine*, & *cap.* 29. *quæst.* 8.

Quarta dubitatio circa potestatem concedendi indulgentias? Responsio sit esse penes Papam iure diuino à Deo immediatè acceptam: at verò penes Episcopos esse iuri communi, & ordinario, non verò diuino. Nam quamuis dignitas Episcopalis, quo ad potestatem Ordinis, sit de iure diuino, & ex Christi institutione, & quo ad officium pastorale, quod postulat iurisdictionem ex mandato Christi Domini, loquando in communi; in particulari tamen, quo ad talem, & talem potestatem est ex dispositione Ecclesiæ, quamuis Michaël Medina *disp.* 6. *de indulgentiis*, & expressè Cordub. *eodem tract. quæst.* 12 *prop.* 2. dicant Episcopos habere hanc potestatem iure diuino, sed subordinatam Papæ; sed meliùs docent, qui volunt hanc facultatem concedendi indulgentias competere Episcopis ex commissione Papæ, ac iure communi Canonico, & ordinario, non verò diuino, ita Henriquez *de indulgentiis, lib.* 7. *cap.* 31. §. 3. Azor suprà *lib.* 3. *cap.* 54. *quæst.* 2. & Bonacin. *de Sacramentis, disp.* 6. *quæst.* 1. *punct.* 3. *num.* 1. cum aliis. 4.

Quinta dubitatio, ex quibus constet thesaurus 5.

indul

indulgentiarum, & quem effectum habeat? Quo ad primum, dic in Ecclesia esse thesaurum ex meritis, & iustis operibus, quæ habent virtutem, ac vim satisfaciendi, collectum, qui est necessarius simpliciter, ad efficaciam indulgentiarum. Constatur hic thesaurus spiritualis ex satisfactionibus Christi Domini, & Sanctorum, qui omnino est infinitus; nam Christi merita, & satisfactio propter infinitatem personæ continent valorem omnino infinitum. Atque ita absumi non potest.

Item constat ex satisfactionibus Sanctorum sibi superfluarum simul in Dei acceptatione repositarum; multi enim viri sanctissimi, Ioannes scilicet Baptista, Apostoli, aliique Martyres, grauissima passi sunt, & inter omnes, & super omnes sanctissima Virgo, quæ nullũ omnino peccatum admisit pro quo debuit satisfacere, & multorum aliorum opera, vt habent rationem meriti, fuerunt satis superque remunerata, nihilominus quatenus habent rationem satisfactionis, multa illis superfuerant, quæ non fuerunt aliquibus applicata, & sicut thesaurus temporalis dicitur æterNus bonorum, quæ in publico ærario asseruantur, Nauarr. *in manuali, cap.* 17. *num.* 171. & Caietan. 2.2. *quæst.* 66. *art.* 5. sic etiam in Ecclesiastica Republica est thesaurus cœlestis, & spiritualis indulgentiarum, ex quo necessitatibus Ecclesiæ Militantis misericorditer à Summo Pontifice dispensante subuenitur.

An verò esse in Ecclesia hunc thesaurum constantem præcipuè ex Christi meritis, & satisfactione sit de fide? Respondet Suarius *tom.* 4. *in* 3. *partem disp.* 51. *sect.* 1. *num.* 3. quod videtur esse de fide, & contrariam sententiam saltem haberi à Theologis pro erronea, Caietan. *in opusculo* 15. *de indulgentiis, cap.* 1. 2. & 3. Sotus *dist.* 21. *quæst.* 1. *art.* 2. Medina *de indulgentiis, disp.* 8. *cap.* 45. & alij, & Belanus *disp.* 12. *de indulgentiis, dub.* 1. *num.* 2. quæ veritas traditur, & declaratur à Clement. V I. *in Extrauag. Vnigenitus, de pœnitent. & remiss.*

Dispensator autem huius thesauri est Summus Pontifex, Caietan. *tract.* 16. *quæst.* 1. *tom.* 1. vbi vult Romanum Pontificem esse proprium, Primarium, & vniuersalem dispensatorem huiusmodi ærarij Ecclesiastici, ex ea ratione, quia bona communia alicuius Reipublicæ debent distribui ab eo, qui ipsam Rempublicam gubernat, est enim Pontifex Rector Domus Dei, vt vocatur à D. Ambrosio *in* 1. *ad Timoth.* 3. Suares *disp.* 55. *sect.* 1. *num.* 3. ex D. Thom. *in* 4. *dist.* 10. *quæst.* 1. *art.* 4.

Quo ad secundum, scilicet quem habeant effectum indulgentiæ? Responde, per indulgentias non solùm liberari hominem à pœnitentiis ipsi iniunctis, sed etiam à pœnis, quæ in igne purgante soluendæ iis respondent. Ratio, quia Ecclesia habet potestatem remittendi has pœnas, & hoc per indulgentias facere intendit Suar. *supra disput.* 50. *sect.* 2 *num.* 4. *conclus.* 3. *vers. dico ergo tertiò,* Belanus *disp.* 12. *dub.* 3. *num.* 18. *conclus.* 3. consentiunt Sũmistæ *verb Indulgẽtia,* præsertim Syluester, & Angelus. Relaxatur namque per indulgentias satisfactio sacramentalis, & Summus Pontifex potest auferre vinculum à Confessore impositum; quamuis potissima ratio sit, quia comparato effectu indulgentiæ, ipso facto cessat obligatio pœnitentiæ iniunctæ; eo quòd indulgentiæ effectus est relaxatio pœnæ temporalis: igitur ablato debito pœnæ, tollitur debitum satisfaciendi pro illo; implicat enim pœnam remitti, & adhuc superesse debitum illius, atque ita per remissionem indulgentiæ, sicut debitum, sic etiam cessat præceptum satisfactionis, Suar. *supra num.* 6.

Extra tamen sacramentum Pœnitentiæ nemo potest liberare aliquem directè à pœnitentiis iniunctis, abrogando præceptum Confessarij, vel dispensando in illo, quia Confessarius fuit iudex supremus sub Deo, dum excepit confessionem, & ideo ab eius iudicio nulla datur ad alium forum appellatio, & nullus purus homo in hoc foro est Confessario superior, audita tamen confessione eorundem peccatorum ab alio Confessario, poterit ab iis absoluere, & pœnitentiam in minorem mutare, si ita sibi visum fuerit, Suar. *disp.* 38. *sect.* 10. & Belan. *disp.* 10. *de satisfactione, dub.* 11 *num.* 99. & *sequent.*

Porrò qui habet potestatem concedendi indulgentias immediatè nomine Dei, potest ex causa iusta relaxare pœnitentias iniunctas, Syluest. *verb. Indulgentia num.* 23. Nam Ecclesia potest concedere indulgentiam, quæ relaxet, & remittat extra sacramentum reatum pœnæ temporalis apud Deum, non solùm post pœnitentiam in sacramento impositam, sed etiam antea. Prior pars est Suarij supra *disp.* 50. *sect.* 2. *num.* 2. quam censet certam esse post D. Thomam *dist.* 10. *quæst.* 1. *art.* 3. Sotus *dist.* 21. *quæst.* 1. *art.* 1. & 2. nititurque in testimonio Christi Domini, *Quodcumque solueris super terram, erit solutum & in Cælo.* Posterior pars est eiusdem, quam putat esse certam, & quia Christus Dominus dum dixit eadem verba, *quodcumque solueris,* &c. non arctauit potestatem ad reatum pœnæ, pro qua sacramentalis pœnitentia fuit iniuncta: ideo nec nos arctare debemus contra vim verborum, quæ generaliter prolata, generaliter debent intelligi, *l. in fraudem, & ibi* Baldus, *ff. de testamento militis,* Afflict. *decis.* 319. *num.* 3. Surd. *decis.* 122. *num.* 1. & *cons.* 271. *num.* 28. Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 70. Aloys. Ricc. *decis. Curiæ* 286. *num.* 5. *part.* 2. & *in praxi rerum for. Eccles. decis.* 419. *num.* 1. & *decis.* 605. *moner.* 2. *in* 1. *editione,* & *resolut.* 356. & 329. *in* 2. *editione.*

Ad hæc limita, per indulgentias non remitti pœnam impositam in foro exteriori Ecclesiastico, quamuis per Ecclesiasticam pœnam homo etiam satisfaciat, si sponte eam accipiat, & patienter sustineat in statu gratiæ, & tanta esse poterit, vt in foro sacramentali Confessarius nullam aliam iniungat pœnitenti, contentus pœnitentia iniuncta eidem in foro Ecclesiastico. Quare potestas concedendi indulgentias, & relaxandi pœnitentias publicas in foro externo per canones taxatas, vel arbitrio iudicum iniunctas, non est eadem, sed inter se diuersæ, & per diuersas actiones suos effectus operantur. Ratio autem huius differentiæ inter vtrasque pœnitentias iniunctas in foro externo, & in sacramentali, ea esse potest, quia impositæ in foro externo tendunt ad satisfactionem Ecclesiæ; non autem ad relaxandas pœnas in igne purgante soluendas: at verò pœnitentia sacramentalis per se primò, & principaliter iniungitur ad satisfaciendum Deo, & ad tollendum, seu minuendum saltem Purgatorij pœnas; & ideo per indulgentias istæ remittuntur; illæ verò minimè: atque ita quando conceduntur indulgentiæ à Summo Pontifice, valent ad remissionem cuiuscunque pœnæ pro quantitate concessionis, & extenduntur ad pœnas etiam peccatorum, quando sunt de iniunctis pœnitentiis, etiamsi pro illis peccatis non dum pœnitentia est iniuncta,

ćta, ita D. Thomas *diſt. 20. quæſt. 1. art. 3.* vbi ſimpliciter vult indulgentias prodeſſe ad remiſſionem pœnarum, ſiue pœnitentiæ ſint iniunctæ, ſiue non, ſequitur Thomas Elyſius *in Clypeo piorum Catholicorum, quæſt. 44. art. 7.* Medina *diſp. 4 de indulgentiis, cap.* 14. & alij quibus accedit Suarius *dict. diſput. 50. ſect. 5. num. 14. verſic. dico tertio*, nam ad hæc omnia datur poteſtas Eccleſiæ à Chriſto Domino.

6. Non eſt tamen in Eccleſia poteſtas ad remiſſionem culpæ mortalis per indulgentias: nam indulgentiæ ad remiſſionem duntaxat pœnarũ temporalium valere cenſentur; quia peccatum mortale non remittitur abſque infuſione gratiæ ſanctificantis; ſed gratia iuſtificans per ſolam iuſtificationem, ſeu remiſſionem aliquam nequit infundi extra Sacramentum, Suar. *diſp. 50. de effectu indulgentiarum, ſect. 1. n. 2. verſ. dicendum eſt.* Primò, vbi addit non eſſe dubium, ſi de potẽtia abſoluta ſermo ſit, poſſe Chriſtum Dominum facere facultatem ſuo Vicario remittendi etiam mortalia per ſimplicem conceſſionem veniæ extra Sacramentum, data ex parte peccatoris ſola attritione, Ægidius Belan. idem tradit *diſp. 12. de indulgentiis dub. 3. num.* 14. non valere ſcilicet indulgentias ad remiſſionem peccati mortalis, ex eo quòd poſt Baptiſmum nemo iuſtificatur ſine contritione, aut attritione coniuncta cum actuali ſuſceptione Sacramenti, iuxta quod traditur à Concilio Trident. *ſeſſ. 14. cap.* 4. Nam eo ipſo quòd aliquis eſt contritus, aut attritus recepit ſacramentum Pœnitentiæ abſque vllis indulgentiis, remittuntur illi peccata. Ex quo ſequitur hunc effectum remittendi peccata mortalia non poſſe fieri per indulgentias, neque per illas remitti peccatum veniale; eo quia hoc in hac vita non remittitur ſine infuſione gratiæ, Suar. ſuprà *diſp. 11. ſect. 2. num.* 20. Ægidius *diſp. 2. de effectu pœnitentiæ, dub. 16. num. 133. & de indulgentiis diſp. 12. dub. 3. num.* 14.

7. Sexta dubitatio quænam requirantur, vt indulgentiæ ſint validæ? Ratio dubitandi, quia indulgentiæ ſi concedantur abſque vlla cauſa, nullius ſunt momenti, & nihil operantur, vt eſt communis opinio, teſte Suario *diſp. 54. ſect.* 2. Nauarr. *de Iubilæo notabil.* 15. argumento voti, & iuramenti, quorum relaxatio ſine iuſta cauſa facta eſt nulla. Nam de voto, quòd ſit nulla eius relaxatio, vult gloſſa ſingularis *cap. non eſt, de voto*, & de iuramento, gloſſ. *in cap. quamo, de iureiurando*, ibi, *niſi ſubſit iuſta cauſa diſpenſandi.* Vnde abſque cauſa eſt irrita diſpenſatio cuiuſcumque etiam Summi Pontificis in voto, vel iuramento conceſſa, Sanchez *de matrimonio lib. 8. diſp. 17. num.* 3. Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 3. quæſt. 46. art.* 5. Valer. Reginal. *in praxi fori pœnitent. lib. 18. n.* 341. Suar. *de Religione, tom. 2. lib. 2. de iuram. promiſſ. cap. 41. num.* 14. & Tiraquel. *de pœnis temper. in præfatione, num.* 48. igitur indulgentiæ ſine cauſa conceſſæ non valent, Henriquez *de indulgentiis, lib. 7. cap. 14. num.* 3. iuuat Ægidius *de indulgentiis, diſp. 12. dub. 6. num.* 30. vbi ait nullas indulgentias concedi ſine diſpenſatione theſauri Eccleſiaſtici: atqui diſpenſatio facta ſine cauſa non à Domino, ſed à puro diſpenſatore, eſt inualida: igitur conceſſio indulgentiarum ſine cauſa iuſta facta erit inualida.

Confirmatur, quia cauſa debet eſſe proportionata, vt volunt Valentia *tom. 4. diſp. 7. quæſt. 20. p. 4. in principio*, Petrus Soto *lect. 2. de indulgentiis*, & Sotus *in 4. diſt. 21. quæſt. 1. art. 2. concluſ.* 1. & Caietan. *de indulgentiis, cap.* 8. Vnde ſequitur, quando cauſa tantùm eſt proportionata indulgentiis vnius anni, & conceduntur indulgentiæ decem annorum, eſſe inualidas indulgentias conceſſas pro nouem annis, & valere tantùm pro vno anno; quoniam vtile per inutile non vitiatur in ſeparabilibus, & in his, quæ ſunt diuiſibilia *l. certi condictio, §. 1. ff. ſi certum petatur. l. 1. §. ſimiliter. l. 4. § ſi is qui duplam. ff. de verbor. obligationibus*, Bartol. *in l. Gracè, §. 1. ff. de fideiuſſoribus.* Couarr. *lib. 2. var. cap. 16. num. 5. verſ. non obſtat*, & Caldas Pereira *quæſt. forenſ. conſ. 33. num. 47. & de empt. cap. 32. num.* 36. Cùm ergo anni ſint ſeparabiles, & indulgentiæ debeant habere cauſam proportionatam, corruunt ſi concedantur vltra cauſam, & eſſe ipſo iure nullas, quo ad exceſſum. *l. ſancimus. C. de donat.* Soar. *d. diſp. 55. ſect. 3. num.* 11. Sanctarel. *in tract. de Iubilæo, cap. 3. dubio 2. litt. G.*

Idem dicendum eſt de Epiſcopis concedentibus indulgentias vltra numerum dierum ſibi præſcriptum, quia quo ad exceſſum, indulgentiæ non tenent, Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 3. c. 55. quæſ.* 6. Bonacin. *de Sacramentis, diſp. 6. quæſt. 1. puncto 3. num.* 4. Iul. Lauot. *de Iubilæo, & indulgentiis, part. 2. cap. 11. num.* 41. Valer. Reginald. *in praxi fori, pœnit. lib. 7. num.* 120. per textum *in cap. final. de pœnit. & remiſſ. lib.* 6. Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſtici, deciſ.* 117. *num. 5. in 1. edit. & reſol.* 102. *n. 5. in 2. editione*, & alij, quos referens ſequitur Barboſ. *in cap. cùm ex eo 14. de pœnit. & remiſſ. num. 6. & de offic. & poteſt. Epiſcopi, alleg. 88. num.* 22.

Porrò cauſæ debent eſſe piæ, & ordinatæ ad honorem Dei, & exaltationem fidei, Franc. Leo *cap. 7. num.* 20. quæ ſunt ſpectandæ ex fine, propter quem conceduntur, ſcilicet ob promotionem, ad cultum Dei, vel Sanctorum, ad propagationem fidei, vel ad conuerſionem Gentilium, vel reductionem hæreticorum, Suar. *de indulgentiis, diſp. 54. ſect. 1. num.* 2. Ægidius *diſp. 12. dub 6. num. 30. &* 31. & alij, quos referens ſequitur Illuſtriſſimus, & Sapientiſſimus Hiſpaniarum primas *in explicatione Iubilæi, cap.* 2.

Aliqui tamen putant diſpenſationem Indulgentiarum factam ab eo, qui habet poteſtatem, valere, etiamſi fiat ſine cauſa proportionata; exigi tamen cauſam, vt concedens non peccet, ita Paludan *in 4. diſtinct.* 20. Durandus *ibidem, quæſt.* 4. Antonin. 1. *p. tit.* 10. Turrecrem. *in cap. ſi quis aliquando. §. item in Leuit. de pœnitent. diſt. 1. num.* 22. Tabien. *verb. indulgentia*, §. 10. & Medin. *de indulgentiis, diſp. 9. cap. 43. ad ſextum.* Contrà verò alij docent quando generalem Papa confert indulgentiam etiam ex magna cauſa, à nemine illam acquiri; niſi ſecundùm facultatem, proportionem, & diſpoſitionem propriam, Richard. *diſt.* 29. Gabriel *in canone Miſſæ, lectione* 57. Gerſon 2. *p. de indulgent. Alphab. 25 litera* 23. & Sotus *in 4. diſt. 21. quæſt. 2. art. 2. concluſ.* 4. quæ ſecunda ſententia procedit, quando in conceſſione aliquid indeterminatum Pontifex præſcribit, puta, vt orationes vnuſquiſque fundat iuxta ſuam facultatem, & deuotionem, prout tradit Nauarr. *in d. §. in Leuit. notab. 15. num.* 17. & Cordub. *lib. 5. quæſt.* 29. Quòd ſi concedens præſcribit aliquod opus certum, efficiens illud integrè, totum effectum indulgentiæ conſequitur, D. Thomas *in additionibus ad 3. partem, quæſt. 25. art. 2. in corpore, & ad quartum*, Caietan. *tom. 1. tract. 9. quæſt.* 2. & Cordubenſ. *quæſt. 2. oppoſit.* 4. quæ opinio eſt communior. Nam quæcumque cauſa indulgentiarum, dummodo pia ſit, eo ipſo quòd in conceſſione exprimitur, ſemper cen-

ſetur

setur rationabilis, nisi error manifestus appareat, etiam si secundùm se considerata non videatur talis. Non enim exigitur causa æquiparans, sed sufficit, quòd sit sufficiens, Nauarr. *in d. 5. in Leuit. notab.* 15. *num.* 8.

8. Septima dubitatio, vt indulgentia obtineatur, requiritur duplex dispositio, interna, & externa. Interior est, per quam homo exuitur à peccato mortali, puta per contritionem, quæ est omnino necessaria in tempore, quo percipienda est indulgentia. Non enim remittitur pœna nisi exterminetur culpa, cùm Deus non auferat reatum pœnæ absque decoro iustitiæ, quòd si perseuerante culpa remitteretur pœna, esset ablatus pœnæ reatus absque decoro iustitiæ: quoniam adhuc persisteret culpæ dedecus, & ita esset aliquid inordinatum, quod sapientia diuina non patitur, Graff. *lib. 4. decis. cap.* 15. *num.* 51. *vers. secundò requiritur*, vbi ait requiri in recipiente indulgentias, vt sit in statu charitatis, id est, vt sit verè pœnitens.

An verò requiratur confessio, quæ est dispositio externa ad effectum indulgentiæ? Responde non esse necessariam, quia non requiritur ad gratiam, & remissionem culpæ obtinendam, & ad lucrandam Indulgentiam, satis est status gratiæ, per quem iam est culpa remissa, & peccator iam est capax remissionis pœnæ: igitur confessio per se actualis non est necessaria dispositio. Probatur, quia ex vsu videmus concedi sæpissimè indulgentias omnibus verè contritis, & aliquando sub disiunctione conceduntur contritis, aut confessis: atque ita regulariter non est necessaria confessio actualis, quando in tenore indulgentiæ confessio non postulatur, Paludan. *in 4. dist.* 20. *quæst. 4. art.* 2. Abbas *in cap. omnis vtriusque sexus, de pœnitent. & remiss. num.* 21. Catdin. *in Clement. 1. de relig. & vener. Sanctorum*, Nauar. *in comment. de iubil. notab.* 18 *num.* 11. Suar *suprà disp. 52. sect. 3. n.* 1. Francisc. Leo *de indulgentiis, cap. 7. num. 26. vers. secundo*, Sà *in summa, verb. indulgentia, num.* 3. & alij. Secus quando in forma indulgentiæ exigitur confessio in hunc modum: Indulgentiam omnium peccatorum, de quibus verè fuerit confessus, & contritus, consequetur. Tunc enim siue confiteatur pro consequenda indulgentia, siue non, illorum tamen peccatorum comparabit remissionem, quæ aliquando fuerit integrè confessus, ita Gabriel *in 4. distinct.* 45. *quæst.* 3. *art.* 3. & Cordub. *de indulgentiis, quæst* 27. *proposit.* 3.

Quòd si concedatur indulgentia sub hac forma: Concedimus omnibus verè pœnitentibus, & confessis, necessariò prærequiritur actualis confessio ad indulgentiam consequendam. Durandus *in 4. dist. 20. quæst.* 4. Syluest. *verb. indulgentia, quæst.* 8. Nihilominus D. Antonin. 1. *part. tit.* 10. *cap. 3. §. Quinto*, & Supplem. Gabriel *in 4. dist.* 45. *quæst. 3. art. 3. dub.* 1. dicunt sufficere, si debito tempore anni fiat confessio, dummodo habeatur contritio cum proposito confitendi debito tempore; eo quia in illis verbis non dicitur expressè, quòd fiat tunc confessio, sed generatim conceditur omnibus verè pœnitentibus, & confessis, hoc est, debito tempore, quia verba generalia cuiuscumque priuilegij explicanda sunt, cùm non sunt clara secundùm ius commune, *cap. cùm dilectus, de consuetudine*, & secundùm intentionem proferentis, *l. si quis intentione, ff. de iudicijs*

Mihi tamen magis placet opinio dicentium, necessariò præmittendam esse ad indulgentiam lucrandam actualem confessionem in hoc casu; quamuis opposita sit probabilis, ex eo, quia Pontifex per illa verba non videtur exigere confessionem, tanquam opus necessarium in indiuiduo ad lucrandam indulgentiam; sicut exigitur eleemosyna, aut ieiunium, sed solùm, vt aliquis fiat capax indulgentiæ, Suar. *suprà sect.* 3. *num.* 3. quam partem etiam vt probabilem tenet Ægidius *de indulgentiis, dubitatione 12. dubio 7. num.* 38. *vers. dubitant etiam auctores.* Sed verius est non solùm, sed etiam securius prærequiri actualem confessionem, quando conceditur indulgentia sub hac forma Contritis, & confessis: tunc enim conscius sibi peccati mortalis tenetur actualiter de mortali confiteri. Adrianus *in 4. de indulgentiis*, & Caietanus *suprà cap.* 20. Francisc. Leo *suprà cap.* 7. *num.* 26.

Quòd si quis non habeat conscientiam peccati mortalis, & exigitur confessio, duplex est opinio. Prima negat præmittendam confessionem, Suar. *de pœnit. disp. 52. sect. 3. n. 5. & sequen.* Henriquez *supra lib. 7. cap. 12. num.* 3. Villalob. *in summa, tract. 26. in summa, difficult. 24. num* 11. Ægidius *de Sacramentis, disp. 12. dub. 7. num.* 38. *vers. nota quando*, quæ opinio est vera quando exigitur tanquam dispositio ad lucrandam indulgentiam, tunc enim si quis non est conscius alicuius peccati mortalis post præteritam confessionem, non exigitur necessariò confessio, nec noua contritio, venialia enim non sunt materia necessaria.

Secunda affirmat confessionem esse necessariam, quando indulgentia conceditur sub illa forma: verè pœnitentibus, & confessis. quæ sententia est verissima, quando confessio exigitur tanquam opus, aut pars operis, pro quo indulgentia conceditur, tunc enim debent venialia confiteri à volente consequi indulgentiam, & exequi opus iniunctum. Sotus *dist. 21. quæst. 2. art. 3. col.* 5. Villalob. *d. num.* 11. Sanchez *lib. 8. de matrim. disp.* 15. *num.* 19. Vega *in summa 2. p. verb. indulgentias, cap. 7. casu* 13. Francisc. Leo *in suo thesauro fori Eccles. p. 1. cap.* 7. *num.* 27. Ratio, quia sicut Pontifex obligat senes, & pueros ad ieiunium ad lucrandum Iubilæum, sic etiam potest obligare ad confessionem venialium, non quidem faciendo illa materiam necessariam confessionis; sed iniungendo confessionem venialium, vt iniungit alia opera supererogationis, quia materiam, vel formam Sacramentorum instituere ad Deum pertinet, cuius est instituere Sacramentum, id est, ad Christum Dominum, Rutilius Bensonius *de anno Iubilæi, lib. 5. dub. 6. post medium*, cum alijs.

Nec obest communis sententia Theologorum per sacramentalia, quæ Ecclesia potestate sibi diuinitus data potest instituere, tolli culpas veniales, nisi obex ponatur, vt vult D. Thomas *part.* 3. *quæst* 87. *art.* 3. Sotus *in 4. dist.* 15. *quæst.* 2. *art.* 3. Corduben. *lib. 5. quæstionary, quæst* 21. *corol. 3. in 3. propositione*, Palud. *dist. 16. quæst. 1. art 4. conclus.* 4. Syluest. *verb. aqua benedicta* § 1. Petrus Sotus *tit. de pœnitentia, lect.* 18. & alij communiter; quia ex hoc non sequitur non posse iniungi confessionem venialium à Summo Pontifice ad lucrandam indulgentiam, sicut iniungit visitare tot Ecclesias, aut Altaria, & ieiunia trium dierum ad consequendum Iubilæum, quæ si non adimpleantur integrè, Iubilæus non acquiritur, Nauarr. *de indulgentiis, notab. 19. n. 2. & sequent.* Suar. *de pœnit. disp.* 52. *sect.* 6. *num.* 4. Henriquez *de indulgentiis lib.* 7. *cap. 10. n.* 3. Villalob. *in summa tract.* 26. *diffic.* 14. *num.* 1. *versic. aduierto*, & Ægidius *de Sacramentis*, *disp.*

disp.12. dub.7. num.58. vbi volunt nec totum,nec partem Iubilæi consequi, qui omnia in Iubilæo contenta non adimpleuit plenè,nec integrè:atque ita confessio de venialibus est facienda, quando confessio exigitur.

9. Requiritur etiam in eo,qui vult consequi indulgentias,dispositio sufficiens,hoc est,vt sit verè pœnitens, & in statu charitatis, & dispositus. Graffis *d.lib.4.cap.15.num.51.* Francisc.Leo *in thesauro fori Ecclesiastici 1. part. de indulgent. cap. 7. num. 24.* argumento subiecti formam aliquam in se recipientis,quando ad illam præuiis dispositionibus est bene præparatum;nam indulgentia non facit de attrito contritum, etiamsi sit plenissima, Nauarr. *de Iubilæo notabil. 10. num. 19. & notab. 23. num. 3. & 7.* Cordubens. *quæst. 7. art. 1.* Prodest enim indulgentia tantùm amicis Dei, iuxta illud *Sapient.7.* ibi, *Infinitus thesaurus est omnibus, quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei.* Ex quibus verbis,nemo fit amicus Dei per indulgentiam:sed iam factus per eam citiùs consummatur, quia per illam tunc impedimenta remouentur quæ homines à consummata Dei amicitia,vt Rutilius suprà *lib. 4. de anno Iubilæi, cap. 6. in principio,* ait, solent retrahere.

10. Octaua dubitatio, qui sint capaces lucrandi,& concedendi indulgentias? Quo ad primam partem, occurrit difficultas de Catechumenis, qui Ecclesiasticis constitutionibus non ligantur,Azor *instit.moral.part.1.lib.7. cap.28. quæst.3.* Menoch. *de arbitrar. casu 29. num. 17. & sequent.* Stephanus de Gaeta *in repetit. capitis, ad limina,* §.1. *num.*209. 30. *quæst.* 1. Marius Alterius *de censuris tom. 1. lib. 5. cap.2 litt.D. vers. sequitur sextò, pag.*462. & Sanchez *in præcepta Decalogi, tom.1. lib.1. cap.12. num.14. in fine.* Item Catechumeni non tenentur satisfacere præcepto *cap. omnis vtriusque sexus, de pænit. & remiss.* vt ait idem Stephan. de Gaeta *dict.* §. 5. *num.* 209.

Quin etiam Catechumeni non ligantur excommunicationibus, Nauarr. *in manuali cap. 27. num. 13.* Vgolin. *de censuris tab. 17.* §.5. *num.* 3. & de censuris Pontifici reseruatis *part.1.cap.9.num.3.* & Marius Alterius *eodem titulo tom.1. lib. 3. cap.4. pag.398.lit. A.* Non enim Catechumeni sunt fideles,D.Chrysostom. *in Ioann.homil.24.* & Gregorius Nazianzen. *in oratione in S. Laurentium*, dicentes Catechumenos esse alienos à fideli, nec posse vocari fideles.

Confirmatur ex traditis à Symancha *de Catholic. institut. tit. 31. de hæret. num. 6.* & Farinac. *de hæresi quæst. 117. num. 31.* & Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existen.lib.3. cap.4.num.28.* dicentibus Catechumenum ad priorem sectam reuertentem non posse damnari pœna Apostasiæ;ex ea ratione,quia propriè non sunt subditi Ecclesiæ, nec possunt gaudere suffragiis Ecclesiæ,quæ pro congregatione fidelium tantùm fiunt,cui corporaliter non vnitur,nec aggregatur, nisi qui baptismalem suscipit characterem, D. Thomas *3. part.quæst.63. art.3. & in 4 dist.18.quæstio. 2. art. 3. quæstiuncula 3.* neque participant fructuum,qui ex Missarum Sacrificiis ex opere operato emanant, reste eodem D. Thoma *3. part. quæst. 79. art. 7. ad 2.* & D. Augustin. *lib. 1. de anima,& eius origine,cap.9.& lib.3. cap.2.*

Ex quibus sequitur,quamuis Nauarr. §. *in Leuitico notab. 30. num. 13. & notab. 31. num.47. & notab.32.num.9.* & Henriquez *lib. 7. cap. 18. num.3.* fateantur Catechumenis indulgentias prodesse, probabilius esse non prodesse, eo quòd nulla est iurisdictio Ecclesiæ in Catechumenos, ita Suar. *tom. 4. in 3. part. disp. 53. sect. 4. num.8.* Sanchez *in præcepta Decalog. lib. 4. cap. 37. num. 37.* Augustinus de Ancona *de potestate Ecclesiæ quæst.33. art.2.* & Anton. Ricciul. *d lib.3. cap.6. per totum.* Ratio, quia Catechumeni ante Baptismum in re susceptum,etiamsi in gratia, & charitate existant, non sunt capaces indulgentiarum, quæ conceduntur per modum absolutionis, seu de pœnitentiis iniunctis; quoniam cùm non sint capaces aliorum sacramentorum, similiter non sunt participes eorum,quæ ab illis sacramentis, vel saltem à clauibus dependent. Est enim Baptismus ianua omnium sacramentorum, ita vt alia sacramenta inualidè suscipiantur, nondum suscepto Baptismo, *cap. veniens, de presbytero non baptizato,* ibi, *vt cùm baptismus sit fundamentum omnium sacramentorum.* Cùm igitur indulgentiæ sint effectus clauium, & aliquo modo saltem per extensionem competant foro pœnitentiæ,vt vult Sotus *in 4.dist.21.quæst.1. art.1.* post Magistrum *ibidem,* qui est impotens ad sacramentum Pœnitentiæ recipiendum, est etiam impotens ad lucrandas indulgentias, quæ nequeunt communicari,nisi membris Ecclesiæ,quales non sunt Catechumeni ante Baptismi susceptionem: & ideo priuantur beneficiis, & suffragiis Ecclesiæ, cùm adhuc non sint membra illius, & ex consequenti, absolutè loquendo, non sunt capaces indulgentiarum, quæ per modum absolutionis applicantur, Augustin. de Ancona suprà *quæst.32.art.3. & quæst.33.art. 1.2.& 3.*

Quid de Catechumenis, si Eucharistiam suscipiant,& de decedentibus in gratia,& in charitate? Responde receptionem Eucharistiæ illis prodesse, si bona fide putent,se baptizatos, gloss. *in cap. de hoc, dist. 32.* sed verius est non prodesse, vt docet D.Thomas *3.part.quæst.68.art.6.ad 1.* vbi Caietan. & alij,& colligitur ex Augustin. *tract. 11. & 96. in Ioannem,& lib. 2. de peccat. merit. cap.20.* cùm non sint partes, nec membra Ecclesiæ, vt sentit D. Thomas *2. 2. quæst. 1. art.9. & 3.* Turrecremat. *in summa lib.1.cap.8.ad 8.argumentum.* & Canus *lib.4. de locis cap.2. vers. at Papa.* Si autem decedant in charitate, & gratia ante actualem susceptionem Baptismi,& pœnas exoluendas non habeant, statim ad beatitudinem æternam euolabunt, ita Innocentius Tertius *in cap. Apostolicam, de Presbytero non baptizato,* quod intellige, si baptizati sint Baptismo flaminis,qui nihil aliud est, quàm perfecta conuersio interna ad Deum, contritionem, & charitatem, & desiderium Baptismi continens; quod etiam habetur *in cap. debitum, de Baptismo,* vbi dicitur Iudæum,qui se ipsum in articulo mortis baptizauit, & sine vllo alio sacramento vita migrauit, statim in cœlestem patriam euolasse, non ratione Baptismi actualis, quia nemo potest se ipsum baptizare; sed quia per sacramentum in voto susceptum sine aquæ Baptismo in re saluatus est. consonat Concilium Tridentinum *sess. 7. cap.4.* D. Augustin. *in lib. 4. de Baptismo contra Donatistas,cap.22. & de consecratione dist.4.cap. Baptismi vicem;* vbi habetur Baptismum inuisibiliter perfici,quando mysterium Baptismi non contemptus Religionis, sed articulus necessitatis excludit.Creditur enim habere contritionem cum proposito Baptismi, Henriquez *in summa lib.2. cap.3.* §.4. *in principio,* & Ægidius *de sacramentis, & censuris tom.1. quæst. 68. art. 2. num. 31.* dicentes voluisse Christum Dominum, vt quando adultus

propter

propter impotentiam, vel ob aliam causam non potest Baptismum suscipere in re, salutem consequatur per Baptismum in voto, hoc est, per actum positiuum contritionis, aut dilectionis Dei, vel martyrij.

Nec obstat *cap. Catechumenum, dist. 4. de consecratione*, vbi dicitur nullum Catechumenum, quamuis in bonis operibus defunctum, vitam habere credendum est, excepto martyrio. Ex quo patet martyrium sacramenti perfectionem complere, D. Thomas *in 3. part. quæst. 66. art. 11. & 12.* Nam ad dictum cap. *Catechumenum* Turrecrem. respondet ibi sermonem esse de Catechumeno non habente Baptismum, nec in re, nec in voto, aut de illo, qui fuit in mora percipiendi Baptismum, & noluit cùm posset, relinquens in futurum susceptionem illius: is enim si morte præuentus non recipiat, præsumitur non saluari.

Porrò si Catechumenus in gratia moriatur, & habeat pœnas peccatorum exoluendas in Purgatorio, nunquid poterit gaudere indulgentiis, quæ mortuis per modum suffragij conceduntur? Negat August. de Ancona *lib. de potestate Ecclesiæ, quæstio. 32. art. 3. quæst. 33. art. 1. 2. & 3.* posse applicari indulgentias non baptizatis. Oppositum tamen dicendum videtur, posse scilicet applicari ab Ecclesia indulgentias per modum solutionis, & suffragij Catechumenis iustis, non solùm dum sunt in humanis, sed etiam in Purgatorio. Probatur ex oratione Ecclesiæ in die Parasceues pro catechumenis: vnde à communicatione iustorum tam priuata, quàm communi, debent non excludi, & suo modo orationum etiam publicarum, & suffragiorum Ecclesiæ capaces sunt, Henriques *lib. 2. de Baptismo cap. 20. §. 2. versic. indulgentia*, dicens, indulgentias, quæ per claues Ecclesiæ applicantur, videri prodesse catecumenis per modum suffragij; non tamen applicari de iustitia per modum absolutionis; eo quòd Ecclesiæ clauis limitatur, & coarctatur circa solos baptizatos, vt eos soluat per sacramentum Pœnitentiæ, aut per indulgentias quæ per modum absolutionis applicantur. Iuuat Augustinus *de Eccles. dogmat. cap. 3. & in Epistol. 107. ad Vital.* vbi vult ex Apostolorum traditione orationes posse fieri pro catechumenis. Quinimo Sacerdos potest applicare portionem suæ satisfactionis catechumenis, quæ sibi contingit in Missa ex opere operantis, Rutil. Benzon. *de anno Iubilei lib. 5. dub 28. ad finem*, post Henriq. *de indulgentiis lib. 7. cap 18. §. 3. versic. indulgentia*, videtur prodesse etiam catechumenis: quoniam sunt membra viua Christi, & vocantur Christiani, non quidem numero, sed merito, concluditque offerri posse pro illis Missæ, & suffragia Ecclesiæ, quæ prodetunt illis ea opere operantis; quo etiam modo applicari possunt indulgentiæ non per modum absolutionis tanquam subditis Ecclesiæ, sed per modum suffragij, lege Henriq. *lib. de Missa cap. 15.* vbi de hac re; non tamen possunt catechumeni decedentes in Ecclesia, vel Cœmeterio Christianorum sepeliri, etiamsi in gratia, & cum voto decedant, sed prope Ecclesiam, vel cœmeterium humandi sunt. Vide etiam hac de re Suarium *tom. 4. in 3. partem de suffragiis disp. 48. sect. 6. num. 9. vers. Tertio ex dictis.*

Quid de excommunicatis, an possint concedere indulgentias? Responsio fit, Episcopum excommunicatum, denunciatum, aut vitandum non posse, quoniam caret vsu iurisdictionis; & ideo omnis actus ad iurisdictionem pertinens est nullus, *cap. tanta, de excess. Prælat.* & gloss. *verb. irritas, & inanes*, ibi, *conferre non potest.* Azor *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 55. quæst.* 7. Bonacin. *de censuris disp. 2. quæst. 2. punct. 7.* sicut non potest conferre beneficia, Couarr. *in cap. Alma mater part. 1. §. 7. num. 9.* Anton. Ricciul. *in tract. de iure person. extra gremium Ecclesiæ ex sten. lib. 4. cap. 3. num. 1.* Barbos. *d. allegat. 88. num. 12.*

Nona dubitatio, an indulgentias possit inferior Episcopo iure, vel consuetudine concedere? 11. Responsio sit negatiua, ex *cap. accedentibus, de excessibus Prælatorum*, vbi loquitur de Prælatis non habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem, quales sunt Prælati locales, vt Curati, Priores, Guardiani, qui non habent ex officio potestatem ordinariam tributam iure diuino ad concedendas indulgentias; eo quòd hæc potestas comperit habenti dignitatem, & iurisdictionem verè Episcopalem. 12. Et quamuis Fr. Emman. *quæst. regular. tom. 2. quæst. 86. art. 1. in versic. secundò dico*, tradat Prouinciales Religionum, & Generales habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, posse concedere indulgentias iure proprio: oppositum est verius, & omnino certum, Henriq. *dict. lib. 7. cap. 31. §. 5.* Bonacin. *de Sacramentis d. sp. 6. quæst. 1. punct. 3. num. 18.* Barbos. *in dict. cap. accedentibus, num. 4. & allegat. 88. num. 19.* sequitur Sanctarel. *in tract. de Iubilæo, cap. 3. dub. 2. lit. E*, & est communis eorum, qui docent regulariter nullum Episcopo inferiorem concedere posse indulgentias, quos referens sequitur Erasm. à Cochier *de iurisdictione Ordinarij in exemptos part. 4. quæst. 58. num. 1.* Bellarm. *de indulgentiis lib. 1. cap. 11. quæst. 3.* & Azor *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 55. quæst. 3.* iuuant tradita à Suario *de indulgentiis disp. 55. sect. 5. num. 1.* dicens iure ordinario, seu ea vi sui officij, nec Prouinciales, nec Generales habere potestatem concedendi indulgentias.

An autem ea consuetudine possit inferior Episcopo concedere indulgentias? Innuit Suarius *suprà sect. 4. num. 4. vers. nihilominus*, & expressè Henriquez *dict. cap. 31. §. 4.* quem sequitur Barbos. *suprà allegat. 88. num. 18. vers. quamuis sit Cardinalis*; tunc enim integrum erit illi dare indulgentias, quamuis non sit Presbyter, Panin. *de potest. Cap. Sede vacante in 4. quæst. principal. in prin pio*, & Augustinus de Ancona *in tractatu de Ecclesiæ potestate quæst. 29. art. 8.* Quare ex consuetudine, & praxi concedi possunt indulgentiæ: nam consuetudo dat, seu potiùs arguit datam iurisdictionem, Nauarr. *notab. 31. num. 7.* Syluest. *verb indulgentia §. 5. vers. 2.* Cordub. *de indulgentiis quæst. 12. conclus. 4.* Non desunt tamen, qui negant ex consuetudine etiam præscripta posse acquiri hanc iurisdictionem. Nihilominus Sotus *in 4. dist. 21. quæst. 1. art. 4.* limitat in consuetudine immemoriali, ex qua præsumitur priuilegium à Papa concessum. At satis est in hoc iure spirituali consuetudo præscripta quadraginta annorum, Henriq. *in comment. lit. P. suprà d. c. 31. §. 4.*

Decima dubitatio, an indulgentia quæratur 13. saltem in partem, quando opus iniunctum non fit totum, sed fit pars aliqua; nimirum si non ieiunatur integrè, vel pensum aliquarum orationum non perficitur, sed imperfectum relinquitur? Sunt qui dicant quando opus iniunctum non expletur integrè, sed deficit ad complementum dies vnus ieiunij, aut non visitatur aliqua Ecclesia ex obliuione, vel ex inaduertentia; tamen lucrari indulgentiam

gentiam, ita Fr. Manuel Rodetic. *in summa verb. Iubilao cap.* 183. *num.* 3. §. *de* 3. *versic. verdad es num.*5.& Vega *in summa tom.*2.*cap.*7.*verb.indulgentias, casu* 21.*per l. cum hares* §. *Stichus*, *ff. de statu liberis*, *l. final.C. de condit.insertis*, vbi dicitur, seruus si manumittatur ea lege, ac conditione, vt seruiat duobus annis, posse consequi libertatem, etiamsi absque culpa sua opus iniunctum non perficiat plenè.

Nihilominus certum est nec partem indulgentiæ, nec totum acquiri, quando non expletur opus integrum, Nauarr. *de indulgentiis notab.* 19. *num.* 2. Henriquez *lib.* 7. *de indulgentiis cap.* 10. §. 3. *vers. dum præscribuntur*, vbi ait præstati omnia opera necessarium esse, quòd si aliquid omittatur, etiam ex impotentia, vel ignorantia, nihil indulgentiæ lucrari, sequitur Suar. *de pœnitentia disp.* 52. *sect.*6. *num.*4.*vers. confirmatur*, Villalob. *in summa tract.*26. *difficult.*14. *n.*1. & Ægidius *de sacramentis disp.* 12. *dub.* 7. *num.* 38. quia indulgentiæ intelligendæ sunt vt sonant. Paludan. *in* 4. *dist.*20. *quæst.*4. *art.*1. §. *quantum ad tertium*, Durandus *ibidem quæst.* 4. Emmanuel Sà *verb. indulgentia*, & Bellarmin. *lib.*1. *de indulg.cap.*13. *vers. Quarta quæstio.*

14. Vndecima dubitatio, an magnæ indulgentiæ paruis de causis concedantur, & acquirantur? Responsio est affirmatiua. Ratio, quia opus iniūctum non est dispositio solùm necessaria ad indulgentiam ex parte subiecti, sed ex parte etiam causæ finalis, cuius gratia conceditur, qualis est promotio cultus Dei, vel Sanctorum, propagatio fidei, hostium Ecclesiæ subactio, vel conuersio, maior Ecclesiæ Apostolicæ reuerentia, & aliæ quæuis causæ piæ, & quamuis concedantur indulgentiæ alicui magnæ communitati, & singularibus personis eiusdē habentibus imaginem, aut Rosarium benedictum, quoties talia opera, vel talia fecerint tantis indulgentiis imparia, vt homines ad fidem, reuerentiamque Sedis Apostolicæ, & ad frequentanda Sacramenta excitentur: nihilominus, etsi opera singulorum videantur esse parum efficacia, omnia tamen opera, quæ ptopter hanc occasionem fiunt simul sumpta plurimum valent, vt quilibet eam indulgentiam consequatur, dummodo efficiat opus iniunctum, vt saltem aliis coniunctum finem propositum promoueat, Suar. *dict. disp.* 52. *sect.*4. *num.*3. *& duobus sequentib.* Ægidius *disp.*12. *dub.*6. *num.*33. *& sequentib.* vbi subdit cum Suario suprà *sect.*4. *num.*3. posse Summum Pontificem concedere indulgentiam absque nouo opere iniuncto, propter bonum finem, quando ipsa concessio indulgentiæ est per se medium sufficiens ad eundem promouendum; item ex rationabili causa, vel ex occasione absque onere aliquo imposito solent Pontifices, vt in festis solemnioribus, indulgentias etiam plenarias concedere, nullum opus nouum iniungendo, quod etiam faciunt Episcopi benedicendo omnes, qui præsentes adsunt, concedendo illis indulgentiam quadraginta annorum, Reginald. *de indulgent. num.* 134.

15. Duodecima dubitatio, an semper omnes lucrentur indulgentias plenarias faciendo in statu gratiæ omnia opera præscripta? Negat Brulefer. *in* 4. *dist.* 20. *quæst.* 9. *in fine*, ex eo fundamento, quia potest contingere, vt habeant tot pœnas exoluendas, & tam parua animi alacritate, ac deuotione opera exerceant, vt illorum vtilitas ad illarum finem prosequendum non sufficiat tantum, quantum satis sit ad remittendum tot pœnas, sequitur Ægidius *disp.*12. *dubio* 7. *num.*34. *vers.* sequitur tertiò. Probatur ex *Extrauag. Antiquorum, de pœnitent.* vbi Bonifacius Octauus postquam in Anno Iubilæi plenissimas indulgentias dedisset, addidit hæc verba: *vnusquisque tamen plus merebitur, & indulgentiam efficaciùs consequetur, qui Basilicas ampliùs, & deuotius frequentabit.* Ex quibus verbis dici potest non lucrari plenarias omnino indulgentias, qui indeuotè, & frigidè opera iniuncta exercuerint: atque ita, vt plenariæ indulgentiæ acquirantur, oportet vt opera præscripta feruenter exequantur, & sic omnium pœnarum remissionem consequentur. 16.

Iuuat quod dicitur indulgentiam, quæ excludit proportionatam causam, valere quantum ad effectum proportionatum. Nam voluntas concedendi remissionem indulgentiæ conditionata est, nimirum sub conditione talis operis: atque ita si conditio non adimpletur, nihil operatur. Sed ex hoc videtur sequi dicendum tepidè facientem omnia opera præscripta, non lucrari indulgentiam plenariam ex defectu operantis sine deuotione aliqua: quia respondetur illa opera sic facta valere ad aliquem effectum indulgentiarum, si voluntas concedentis velit opera cum tam exigua deuotione facta acceptare, & de facto, iuxta tradita à d. Brulefer. acceptat, non tamen, vt facientes indeuotè opera præscripta plenarias semper indulgentias etiam legitimè concessas integrè consequantur. Sicut non lucrantur indulgentias concessas ab Episcopo quando excedunt numerum taxatum, *in d. cap. cum ex eo, de pœnit. & remiss.* 17. quamuis ex diuerso capite hoc procedat, hoc est, ex defectu potestatis in Episcopo, qui non potest nisi certum numerum indulgentiarum concedere, & ideo quoad numerum præscriptum valet communicatio, non tamen quo ad excessum, text. *in cap. indulgentiæ, de pœnitent. in* 6. Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici decis.* 117. *num.* 5. *in* 1. *edit. & resolut.* 102. *num.* 5. *in* 2. *edit.* Nauarr. *de indulgentiis notab.*31. *num.*16.& Reginald. *de indulgentiis lib.*7. *num.*120.

Decimatertia dubitatio, quid possit Episcopus erga mortuos, & exemptos? Responsio sit, non posse concedere indulgentias, nisi subditis suis, Nauarr. *consil.*18. *num.*12. *vers. Decimosextò, de pœnit.* 18. Vgolin. *part.*2. *de offic. & potest. Episcopi cap.*41. §.2. *vers. tertia quæstio*, ex D. Thoma *in* 4. *dist.* 21. & est communis; cùm ergo mortui non sint subditi, non potest Episcopus illis concedere indulgentias; nam à Sede Apostolica facultas data limitatur Episcopo, quo ad subditos degentes in hac vita, Nauarr. *notab.*22. *num.* 4. Bellarmin. *de indulgentiis lib.* 1. *cap.* 11. & Suarius *de indulgentiis disp.*55. *sect.*3. *num.*17. & ex consequenti non potest etiam concedere Indulgentias subditis alienis, nisi Episcopi speciatim faciant facultatem subditis, vt ab alieno Episcopo indulgentias concessas recipiant, text. *in cap. quod autem, de pœnit. & remiss.* Nauarr. *de Iubilæo notab.*31. *num.* 13. & Iul. Lauor. *de Iubilæo, & indulgentiis part.* 2. *cap.* 11. *num.*29. vbi *num.*32. cum Nauarro proximè citato monet, vt peregrinantes obtineant facultatem à propriis Episcopis ad lucrandas indulgentias ab Episcopis alienis; alioqui eas non consequentur: quinimo peregrini in alienis Diœcesibus indulgentias non recipient, nisi habeant à propriis Episcopis facultatem ad quærendas eas, si ibi faciant opera meritoria. quod intellige de indulgentiis ab Ordinariis inferioribus concessis, Lauor. *dicto cap.*11. *num.*36. & 37.

Iuxta

Iuxta hanc doctrinam videtur dicendum exemptos immediatè Summo Pontifici subiectos non posse gaudere indulgentiis Espicoporum, quibus gaudent eorum subditi, ita Anton. de Rosel. *in tractat. de indulgentiis, num.* 321. Vgolin. *de offic. & potestat. Episcopi, part.* 2. *cap.* 41. §. 2. *vers. secundò excipiuntur.* Nihilominus oppositum est probabilius, indulgentias scilicet ab Episcopis datas posse exemptos lucrari. Nam inuenta in fauorem exemptorum non debent illis obesse, neque inuenta in augmentum debent eos ab augmento retrahere, nec operari diminutionem, text. *in l. si ex toto, in principio, ff. de legat.* 1. *l. si à milite*, §. 1. *ff. de militari testamento, l. si Rufinus, C. eodem titulo*, Surdus *de alimentis, titul.* 8. *priuileg.* 22. *num.* 4. *& decis.* 195. *num.* 5. Item fauore concessa non retorquentur in odium, *l. nulla iuris ratio* 24. *ff. de legibus, cap. quod ob gratiam* 61. *de regul. iur. lib.* 6. Mantica *de tacitis, & ambiguis conuent. lib.* 2. *titul.* 12. *numer.* 27. & Ioannes Petrus Monet. *tractat. de adoption. cap.* 3. *numer.* 142. & Thomas de Thomassetis *regul.* 143.

Ex quibus infertur posse Episcopum dare indulgentias exemptis, prout docent Ludouicus Bolognin. *tractat. de indulgentiis, num.* 63. Nauarr. *notabil.* 31. *numer.* 12. *vers. addo septimò*, & Bellarmin. *de indulgentiis, lib.* 1. *cap.* 11. *quæst.* 3. *versicul. quare cùm iam*, & ex consequenti possunt Episcopi iuxta suam facultatem concedere Religiosis indulgentias, Paludan. *in* 4. *distinct.* 20. *quæst.* 4. *artic.* 4. Reginald. suprà t. *p. fori pœnitent. lib.* 7. *cap.* 10. *num.* 119. & alij, quos referens sequitur Bonacin. *disp.* 6. *de indulgentiis, quæst.* 1. *punct.* 3. *num.* 15.

19. Vltima dubitatio, an Capitulum Sede vacante possit coocedere indulgentias? Ratio dubitandi, quia Capitulum succedit Episcopo in potestate iurisdictionis ordinariæ, proinde Syluester *verb. Capitulum, num.* 10. affirmat; sequitur praxis Episcopalis *p.* 1. *verb. indulgentia, num.* 2. Azor *inst. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 55. *quæs.* 4. & antè *cap.* 37. *quæs.* 9. & Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resolut.* 222. Oppositum est probabilius, quia non succedit Capitulum in potestate iurisdictionis extraordinariæ, saltem in iis, quæ sunt reseruata dignitati Episcopali, Reginald. *suprà num.* 122. Suar. *de indulgentiis, disputat.* 55. *sect.* 4. *num.* 5. dicentes hanc potestatem concedendi indulgentias esse reseruatam dignitati Episcopali, in qua non succedit Capitulum, quamuis succedat in iurisdictione; quod etiam docuit Calderin. *in cap. nostro, de pœnitent. & remiss.* quem Nauarr. Cordubens. & alij sequuntur, quibus accedit Bonacin. *d. disputat.* 6. *de indulgent. quæst.* 1. *punct.* 3. *num.* 23. Non improbarem tamen, quod monet Quaranta *in summa Bullarij, verb. Capitulum Sede vacante, versic. vndecimò quæro*, posse scilicet Capitulum hoc committere alicui Episcopo, qui suo nomine concederet indulgentias.

***

Quas Indulgentias, & quantas possit concedere Episcopus?

§. II.

EPITOME.

20. *Quando, & quibus temporibus possint Episcopi concedere indulgentias, & quanti temporis? Et quid de Archiepiscopis? ibid.*
21. *Episcopus an possit concedere facultatem Vicario Generali ad dandas indulgentias, & clericis simplicibus?*
22. *Episcopi plures dum consecrant Ecclesiam, an quilibet possit concedere annum indulgentiæ?*
23. *Episcopus indulgentiis possunt gaudere, quas aliis indulgent.*
24. *Episcopi an possint concedere indulgentias de pœnitentiis iniunctis, & qualis sit hæc indulgentia, & quomodo intelligenda?*

PRIMO ergo Episcopi in suis diœcesibus concedunt indulgētias temporarias quadraginta dierum duntaxat in anniuersario, vel aliàs; & 20.
tempus vnius anni in dedicatione Ecclesiæ, text. *in cap. cùm ex eo*, ibi: *quadraginta dies*, Nauarr. *de indulgentiis, notabil.* 31. *num.* 3. Azor *institut. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 54. *quæs.* 6. Vgolin. *de potestate Episcopi, cap.* 41. §. 1. *in principio*, Suar. *tomo* 4. *disputat.* 55. *sect.* 3. *numer.* 5. Sanctarel. *in tractat. de Iubilæo, cap.* 2. *dubio* 2. *littera C.* & Bonacin. *de Sacramentis, disputat.* 6. *quæst.* 1. *punct.* 3. *num.* 2. *ad finem.* sed de hoc infrà *num.* 22.

Quæstionis est de Archiepiscopo, an extra suum Archiepiscopatum possit indulgentias concedere? Videtur concedere, Nauarr. *notabil.* 31. *num.* 3. intra suum Archiepiscopatum tantùm, sed *num.* 13. infrà meliùs respondet per Prouinciam suam posse indulgentias concedere, ex text. *in cap. nostro, de pœnitentiis & remissionibus*, quæ sententia est communis, Quaranta *in summa Bullarij, verb. Archiepiscopi auctoritas, versicul.* 31. Marcus Anton. Genuens. *in praxi Archiepiscop. Neapolit. cap.* 70. *numer.* 15. Bonacin. *de Sacrament. disputat.* 6. *quæst.* 1. *punct.* 3. *num.* 2. *versicul. obserua.* Cordubens. *quæst.* 14. Henriquez *eodem tractatu, cap.* 32. §. 1. ex ea ratione, quia quamuis Archiepiscopus non sit iudex ordinarius omnium de Prouincia, nec potest causas inter subditos illorum Episcoporum tractare, vt per Couarr. *de sponsalib. part.* 2. *cap.* 8. §. 12. *num.* 12. *&* 40. *& practicar. cap.* 9. *numer.* 2. nec citra appellationis articulum partibus etiam consentientibus aliquid cognoscere valet, Mohed. *decis.* 5. *de appellat.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 4. *collect.* 989. exceptis quibusdam casibus tantùm in iure expressis, vt ait Marc. Aoton. Genuens. *in praxi suprà, cap.* 70. *num.* 6. *versicul. septimo*, vt constat ex *cap. pastoralis, verb. compellere nequit, & verb. exceptis quibusdam articulis, de officio iudicis ordinarij*; nihilominus potest concedere indulgentias, ex glossa *in d. cap. nostro*, in tota sua Prouincia, cùm illa concessio sit actus voluntariæ iurisdictionis, Franciscus Leo *de indulgentiis, cap.* 7. *num.* 18. Suar. *tom.* 4. *disput.* 49. *sect.* 3. *num.* 9. & Aloys. Ricc. *in praxi aurea*

resolut. 306. *num.* 5. Addit tamen Henriquez suprà *dict. cap.* 32. §. 1. quòd si Archiepiscopus indulgentiam quadraginta dierum in perpetuum communicet, nihil amplius posse concedere eius successorem pro eadem causa; censentur enim ambo vnus, & idem Prælatus: poterit tamen Archiepiscopus successor ex commissione Romani Pontificis, dum visitat Prouinciam suffraganeorum dare 80. dies vltra quadraginta concessos ab Episcopo, quia totidem potest Archiepiscopus in sua Diœcesi concedere, Barbos. *d. alleg.* 88. *num.* 16. *ad finem*, ex Heutiq. *suprà*.

21. Secundò, an Episcopus possit concedere Vicario suo generali facultatem dandi indulgentias? Responsio est affirmatiua, quia hæc potestas competit Episcopo iure ordinatio, & quæ ita competunt, possunt aliis delegari, nisi detur prohibitio in contrarium. Quare non solùm Vicario, sed etiam clericis poterit hanc facultatem committere, Nauarr. *de Iubilæo notab.* 31. *num.* 6. Azor *instit. moral. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 43. *quæst.* 13. Valent. *tom.* 4. *disput.* 7. *quæst.* 20. *punct.* 3. Sà *verb. indulgentia num.* 16. Suar. *disput.* 55. *sect.* 6. *num.* 6 Bellarm. *de indulgent. lib.* 1. *cap.* 11. Vgolin. *de potest. Episcopi cap.* 41. *in principio.* Non tamen poterit Episcopus id demandare laico, cùm sit inhabilis ad munera Ecclesiastica exercenda, per Suar. *suprà*, & Reginald. *lib.* 7. *num.* 116. & Bonacin. *de Sacramentis disput.* 6. *quæst.* 1. *punct.* 3. *numero* 12. cum aliis, quibus adhæret Iul. Lauor. *de Iubilæo, & indulg. part.* 2. *cap.* 11. *numero* 15.

22. Tertiò dixi posse Episcopum circa immediatè subditos concedere quadraginta tantùm dies de iniunctis: in die autem anniuersario, dedicationis Ecclesiæ, & in die consecrationis eiusdem Ecclesiæ concedere vnum annum. Quæri ergo potest, quandò plures Episcopi eandem Ecclesiam simul consecrant, possit quilibet indulgere annum indulgentiæ? Videtur affirmandum, *quia in c. cùm ex eo, de pœnit. & remiss.* non fuit additum Decretum irritans, & quando non apponitur in mandato, quamuis fiat contra illud, tenet factum etiam contra tacitam Principis prohibitionem, vt ait Tiraquel. *de iure mariti, gloss.* 7. *num.* 68. per glossam *in cap. dilectus* 27. *de præbendis*, ibi, *sed verum est, quòd hæc collatio tenuit*, quæ sententia est probabilis. Contraria tamen probabilior ex glossa *in d. cap. cùm ex eo*, per verba expressa *ibi*, siue ab vno, siue à pluribus: atque ita vnus duntaxat annus indulgentiarum concedi potest, vt notat Iul. Lauor. *d. cap.* 11. *num.* 38. Emmanuel de Sà *verb. indulgentia num.* 16. dicens in Ecclesiæ dedicatione vnum annum solum: nec etiam si plures Episcopi tunc adsint, quicquam addere anno possunt pro ea causa. Vide Syluestrum *quæstio.* 5. *numero* 15. *de indulgentiis*, & Sotus *in* 4. *dist.* 27. *quæstio* 2. Nec obest, quod tradit Emman. de Sà suprà *numero* 18. cùm duo Papæ pro opere aliquo concedunt indulgentiam viginti dierum, qui tale opus adimplet, consequi quadraginta dierum indulgentiam, quia Principis supremi priuilegium ampliatur, Hippolytus *sing.* 483.

23. Quartò ex D. Thoma 3. *part. quæstio.* 27. *artic.* 4. & ex Durando *in* 4. *dist.* 20. *quæstio.* 50. Episcopi gaudere possunt indulgentiis, quas aliis concedunt, nec debent esse deterioris conditionis aliis, sequitur Sotus *in* 4. *dist.* 21. *quæst.* 1. *articul.* 4. *sub fine*, Nauarr. *notabil.* 20. *num.* 91. Sà *vbi proximè numero* 17. Azor *instit. moral. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 55. *quæstio. vltima*, Reginald. *dict. lib.* 7. *numero* 199. & Bonacin. *de Sacram. disput.* 6. *quæstio.* 1. *punct.* 3. *numero* 16. Suar. *disput.* 52. *sect.* 1. *num.* 14. *& sequent.* vbi de modis quibus id fieri possit.

Quintò denique, an Episcopus possit concedere indulgentias de iniunctis? Responsio est affirmatiua, vt dixi suprà §. 3. posse scilicet Episcopum concedere quadraginta tantùm dies de iniunctis, Henriquez *lib.* 7. *de indulgentiis cap.* 32. *in principio.* Indulgentia autem de iniunctis pœnitentiis est illa, quæ potest delere pœnas, quæ respondent pœnitentiis iniunctis à Confessariis. Vnde quando conceditur pœnitenti indulgentia de iniunctis, tanta indulgetur pœnæ relaxatio, & remissio, quanta respondet pœnitentiis taxatis à Confessario. Et particula *de iniunctis*, non est restrictiua, sed ampliatiua, & ideo quando indulgentia est de iniunctis, valet ad remittendas pœnas peccatorum, si pro illis nullæ pœnitentiæ iniunctæ sint, ita D. Thomas *dist.* 20. *quæstio.* 1. *art.* 3. *quæstio.* 1. dum ait simpliciter indulgentias delere pœnarum vim, siue pœnitentiæ sint iniunctæ, siue non, sequitur Paludan. *in d. dist.* 20. *quæstio.* 4. *art.* 1. *n.* 18. tanquam valde probabile, & Antonin. 1. *part. tit.* 1. *cap.* 3. §. 3. Ægid. *disput.* 12. *dub.* 3. *num.* 18. *conclus.* 3. 24.

De indulgentiis particularibus, & de varijs modis concedendi, ac lucrandi illas.

§. III.

EPITOME.

25. *Indulgentiarum conditiones eodem modo, ac forma implendæ sunt, sicuti mandantur.*
26. *Indulgentias concedendi modi varij, & quid indulgentia culpa, & pœna.*
27. *Indulgentia tempus quomodo applicetur remissioni pœna.*
28. *Indulgentia septem annorum, & totidem quadragenarum, quam habeant significationem.*
29. *Anni, & dies indulgentiæ quomodo intelligantur pro certo tempore concessa.*
30. *Indulgentia quando conceditur de peccatis actualiter confessis, an extendatur ad oblita?*
31. *Indulgentia certo diei festo concessa, si transferatur dies, non propterea transferuntur indulgentia.*
32. *Indulgentia concessa à Cardinali Episcopo, à Legato, & Pœnitentiario maiori quanta sint, & quandiu durent?*
33. *Indulgentia concessa morientibus in aliqua Religione, in quo instanti sortiatur suum effectum?*
Quid de concessa pro articulo mortis, si non moriatur. ibid.
34. *Indulgentia non habet effectum remota fictione, & an possit Ecclesia hoc concedere?*
Quid de indulgentia concessa à falso Prælato, ibid.
35. *Indulgentia maior concessa omnibus facientibus eleemosynam, qui magis donat, magis lucratur.*

Nemo

36. *Nemo potest alteri donare indulgentiam, lucrari tamen potest si in forma exprimatur.*

37. *Quæ necessaria sint ad lucrandas indulgentias locales, & an necesse sit locum ingredi si concedatur indulgentia plenaria pro ingressu, vel pro vno Pater, & Aue? an diruto loco indulgentia finiatur?*

38. *An possit quis per idem opus multas, & varias indulgentias lucrari?*

39. *An necesse sit opus iniunctum facere in statu gratiæ, & quando lucratur indulgentias?*

40. *Opus indulgentiæ an possit impleri per alios?*

41. *Vtrùm possit quis toties quoties indulgentiam lucrari indefinitè concessam visitanti tali die talem Ecclesiam, si sæpe illam visitet?*

42. *Indulgentia ex causa potest reuocari à concedente, non tamen expirat per mortem illius, & quibus modis possit reuocari?*

25. QVo ad primum quæsitum cùm indulgentiæ procedant de thesauro Ecclesiæ, vt eas quis lucretur, conditiones illarum eo modo implendæ sunt, quo mandantur in forma data ad ipsas acquirendas: vnde si præcipiatur, vt indulgentiæ acquirantur, quòd feria quarta, & sexta fundantur preces cum eleemosynis, & vno quis die tantum oret, quantum duobus diebus orare debebat, aut vno solo die largiatur tantam stipem, quantam tenebatur facere duobus illis diebus ad acquirendam indulgentiam, non propterea consecutus est indulgentiam, quia forma data non fuit in specie adimpleta, colligitur ex *Extrauaganti Clementis Sexti*, quæ incipit, *Vnigenitus*. Nam forma dat esse rei, *l. Mauius, ff. de conditionibus, & demonstrationib. l. qui per salutem, ff. de iureiurando, l. is qui quadraginta, §. quadam ff. ad leg. falcid.* Tiraquel. *de retract. lig. §. 2. gloss. 21. à num. 11. & §. 36. gloss. 2. num.* 28. Gomez *variar. tom. 1. cap. 2. num.* 7. Quare mutata forma tota res mutatur, & censetur abrogata per *l. Iulian. 9. §. si quis rem, ff. ad exhib. & l. Seia, ff. de aur. & argen. legat.* Confirmatur ex illo quod dicitur, actus corruere omissa forma legis, *l. cui bi §. si prætor, ff. de transactionibus, cap. quia propter, de electione cap. 1. de rebus Ecclesiæ non alienandis lib.* 6. Surdus *decis.* 268. *num.* 8. Caldas Pereira *de potest. eligen. cap. 7. num.* 13. & Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiastici part. 2. cap. 4. num. 21. & part. 4. cap. 2. num.* 104. quod intelligitur etiam quando forma non seruatur in minimo, Tiraquel. *de retract. conuent. §. 4. gloss. 6. num* 31. Est enim forma de genere indiuisibilium, Molina *de primogen. lib. 1. cap. 9. num.* 17. Caldas Pereira *dict. num.* 13. Gonzales *ad reg.* 8. *gloss.* 18. *ex num.* 76. & Flamin. *de resignat. lib. 8. quæst. 8. num.* 94. Graff. *decis. lib. 4. cap. 15. num.* 32. vbi respondet non acquiri indulgentias à non seruante formam, quia tempus præscriptum faciendi eleemosynas, & orandi illis diebus adiectum fuit, vt diutiùs. & pluries bonis in operibus exercerentur, & ideo conditiones debent impleri in forma specifica, Suar. *de indulgentiis disput. 52. sect. 5. in principio*, cum aliis, eo quia concessio ex vi formæ est conditionata, ac proinde nihil operatur conditione non impleta, Graff. tamen suprà *num.* 33. excusat illos, qui propter probabilem ignorantiam, vel obliuionem omitterent orare, vel eleemosynam facere illis diebus, & postea in Sabbato magis orarent, & maiores facerent eleemosynas, quàm diebus illis præscriptis ex *cap. 2. de constitut.* vbi non meretur pœnam, qui in culpa non est. Nam pœna præsupponit culpam, D. Thomas 2. 2. *quæst.* 108. *art. 4 in solut.* Sotus *de iustitia lib. 1. quæst. 6. art. 5. column. 2. versic. profectò, & versic. veruntamen*, Couarr. *lib. 2. variar. cap. 8. in principio, & numero 1. versic. tertio.* Gutier. *canon. lib. 2. cap. 30. num.* 12. Quam ob causam in nostro casu putat Nauarr. *in Miscell.* 28. *de oratione*, Papam si de hoc casu interrogatus esset, pro sua maxima pietate responsurum, hunc indulgentiam fuisse consequutum; sed ego valde dubito, quia formæ nihil addi, vel detrahi potest, *l. 1. §. opus nouum, ff. de nou. oper. nunt.* Gutier. *practicar. lib. 3. quæstion. 15. numero* 5. Azeued. *ad l. 18. numero 4. titul. 2. lib. 4. nouæ recopil.* & Valasc. *consult. 133. num. 3. & consult. 149. num. 6. & consult. 183. num. 2.*

Quo ad secundum quæsitum, vbi agitur de variis modis concedendi indulgentias, quorum primus est, *Concedimus indulgentiam de culpa, & pœna*, qui modus concedendi non est verus, eo quòd in Ecclesia non est potestas ad remissionem culpæ mortalis per indulgentias. Nam peccatum mortale non remittitur sine infusione gratiæ sanctificantis, sed hæc non infunditur per solam indulgentiam, seu remissionem aliquam extra sacramentum factam; & vtrunque patet ex doctrina Concilij Tridentini *sess. 6. cap. 7. & eadem sess. 6. canon. 4. de sacramentis in genere*, Suar. *disput. 50. sect. 1. ex num. 2. vsque ad* 7. quem omnino vide, sequitur Sotus *in 4. dist. 21. quæst. 2. art. 1.* vbi de variis modis concedendi indulgentias, atque concedere indulgentiam de culpa, & pœna non esse modum propriè verum; quoniam solus Deus auctoritatiuè culpas remittit, secũdùm illud Isaiæ, *Ego solus deleo iniquitates tuas per me metipsum.* Veruntamen propterea dicitur, *Concedimus indulgentiam de culpa, & pœna*, eo quòd ibi remittitur culpa à Deo per contritionem, quæ prærequiritur, & pœna à Summo Pontifice per indulgentiam, quæ subsequitur, ita Syluester *verb. indulgentia quæstio. 1. versic. in fine, num. 24. ad finem*, & Graffis suprà *dict. cap. 15 numero* 53. vide Regin. *suprà num.* 105. 26.

Secundus modus concedendi indulgentias est, quando expresse fit concessio de pœnitentiis iniunctis, qui modus olim erat in vsu, & has indulgentias potest tantùm Episcopus concedere, & non nisi subditis suis: Pontifex autem dum concedit indulgentias, potest, & solet conferre etiam de non iniunctis, sed iniungendis. Nihilominus dum absolutè concedit, sunt qui putent ad indulgentias de iniunctis concessionem esse limitandam, eo quia intentio Papæ debet interpretari iuxta ius commune. Verius tamen est dum Papa absolutè concedit, non esse concessionem arctandam ad pœnitentias iniunctas, Nauarr. *de iubilæo, & indulgentiis, notabil. 11. num.* 7. dicens absolutè concessam sine mentione iniunctionis, extendi ad pœnitentias etiam iniungendas, hoc est, debitas peccatis illius, qui lucratur indulgentiam; quamuis pœnitentiæ non sint iniunctæ, & *num.* 12. addit per indulgentiam absolutè concessam condonari pœnitentiam tam iniunctam, quàm iniungendam; & Purgatorij pœnam quæ aboleri potuisset per talem pœnitentiam.

Secus si concedat indulgentiam expressè etiam plenam de pœnitentiis iniunctis; tunc enim non comprehendit pœnitentias iniungẽdas, quoniam

indulgentiarum conceſſio ſtrictè accipienda eſt, & verba diſpoſitionis non in abſtracto, ſed in concreto intelligi debent, *l. ſi in rem, in principio, ff. de rei vendic.* & vbi ſunt clara, non eſt opus coniecturis. Quinimo quando quis verbis aliquid non expreſſit, mente non videtur cogitaſſe. *cap. tua, de ſponſalibus*, vt per Cardin. Tuſch. *tom.* 8. *lit. V. concl.* 89. *num.* 3. Quare non ſunt audiendi, qui tradunt ſemper indulgentiam intelligi de pœnitentiis iniungendis, quamuis Pontifex explicet de iniunctis, ita Henriquex *de indulgentiis, cap.* 6. §. 3. *ad finem.*

27. Quo ad tertium quæſitum, quando ſic dicitur: Concedimus indulgentias limitati temporis, puta quinque annorum, aut centum annorum? Reſponde tempus indulgentiæ applicandum eſſe remiſſioni pœnæ, ita vt remittantur tot pœnæ luctanti indulgentiam, quot in quinque annis ille deberet pati, aut in centum annis, niſi indulgentiam fuiſſet conſequutus. ita Graff. *lib.* 4. *deciſ. c.* 15. *n.* 63. Sotus *in* 4. *diſt.* 21. *quaſt.* 2. *art.* 1.

28. Hinc ſequitur intelligentia illius modi concedendi indulgentias ſeptem annorum, & totidem quadragenarum. Nam hæc indulgentia idem ſonat, & ſignificat, ac ſi diceret: Indulgemus tibi, perinde, ac ſi ieiunaſſes ſeptem annos, & totidem Quadrageſimas, quod eſt tempus pœnitentiæ: deducitur ex Concilio Lateranenſi, vbi limitatur facultas Epiſcopis concedendi indulgentias tantùm quadraginta dierum in anniuerſario, vel aliàs, *cap. cum ex eo, de pœnitentiis, & remiſſionibus*, Sotus *in* 4. *diſt.* 21. *quaſt.* 2. *art.* 1. Triumph. *quaſt.* 29. *art.* 6. *de indulgentiis*, & Cordubenſ. *eodem titulo, quaſt.* 14. Bonacin. *de Sacramentis, diſp.* 6. *quaſt.* 1. *punct.* 3. *n.* 2. *ad finem*, & Azor *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 54. *quaſt.* 6.

Porrò quomodo accipiantur anni, & dies indulgentiæ, non inter omnes firma eſt regula; quia quamuis, vt dictum eſt, per quadragenam intelligantur quadraginta dies indulgentiæ, & per ſeptenna indulgentiæ ſeptem annorum de iis, qui in pœnitentiam ritè poſſunt iniungi. Nihilominus ſecundùm alios hoc intelligitur de diebus Purgatorij, vel annis, hoc eſt, vt tot anni, vel tot dies ex pœna Purgatorij remittantur, quot in indulgentia explicantur. quæ ſententia placet Viguerio *cap.* 18. §. 6. *verſ.* 22. in Inſtitutionibus; ſed mihi non placet, quia ſæpe conceduntur mille, aut

29. decem mille anni indulgentiæ, & Purgatorij pœnæ non ſunt, vt creditur tanto tempore duraturæ. Quare dies, vel anni in huiuſmodi indulgentiis proximè ſignificant durationem ſatisfactionis pœnitentialis, quæ in præſenti vita exhibetur pro peccatis, & per indulgentiam illos remitti, hoc eſt, ne dum ſatisfactionem pœnitentialem; ſed etiam pœnas Purgatorij tot, quot per pœnitentiam vnius diei, vel anni remitteretur, Sotus ita explicat *in* 4. *diſt.* 21. *quaſt.* 2. *art.* 1. & Cordubenſ. *quaſt.* 11. conſonat Ægidius *diſp.* 12. *dub.* 5. *n.* 27. per indulgentias ſcilicet centum annorum, relaxari tantas pœnas in Purgatorio, quantæ abolerentur per pœnitentiam centum annorum ſecundùm canones antiquos exactam, quatenus hæc intelliguntur, vt punitio ab Eccleſia impoſita abſque vlla relatione ad diſpoſitionem, vel feruorem ſuſcipientis, vel patientis.

30. Illud tamen non eſt omittendum hîc quando conceditur indulgentia pro peccatis actualiter confeſſis, non extendi ad oblita, quæ quis oblitus fuit confiteri, etiam ſine culpa ſua. ita Gregor. de Valent. *in lib. de indulgentiis, c.* 6. dummodo nec generaliter pœnitens ea confeſſus fuerit; quòd ſi vel ſpecialiter, vel generaliter complexus ſit, indulgentia ad oblita extenditur, quia ad oblita ſufficit confeſſio generalis, prout vult Sylueſter cum Archid. *verb. indulgentia, n.* 33. & Rutil. Benzon. *lib.* 4. *de anno Iubilai, c.* 2. *in principio, verſ. ſecundus modus eſt, fol.* 422. *& fol.* 424. *verſic. ſecundò ſi detur.* Graff. *lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 57.

Quo ad quartum quæſitum? Reſponde indulgentias certo diei feſto conceſſas, ſi transferatur feſtum, non propterea transferri indulgentias, ſed ſolùm transfertur celebritas illius diei, & officium; non autem peccatorum condonationes, quas indulgentias vocamus, ſicut ceſſatio operum ſeruilium, & rei diuinæ auditio non transferuntur. Nam hæc pertinent ad diem proprium illius feſti, in quo eius anniuerſaria celebritas incurrit, Azor 2. *p. inſtit. moral. lib.* 1. *cap.* 28. *quaſt.* 8. *fol.* 120. 31.

Quo ad quintum quæſitum, Cardinalis Epiſcopus quatenus Epiſcopus ex officio poteſt conferre indulgentias, quas alij poſſunt: at quatenus Cardinalis poteſt concedere centum indulgentiarum dies, quæ facultas an ſit de iure, non omnino video; fortè viuæ vocis oraculo fuit data, vel ex conſuetudine Romano Pontifice ſciente, ac tolerante acquiſita, vt vult Panormit. *in cap. accedentibus, de exceſſibus Prælatorum*, Nauarr. *de Iubilæo, notab.* 31. *num.* 17. Quamuis Suar. *diſp.* 55. *ſect.* 4. *num.* 2. tradat ex conſuetudine non poſſe acquiri iuriſdictionem, quæ debet ab ipſo Chriſto Domino, vel immediatè, vel per ipſum Vicarium emanare: eſſe tamen indicium fuiſſe conceſſam aliquando iuriſdictionem ad prædictas indulgentias concedendas, cùm hac conſuetudine Cardinales per tantum tempus vtantur. 32.

Quo ad Legatos Pontificis intra fines ſuæ legationis poſſunt concedere indulgentias ex commiſſione Pontificis, eóſque vocat Nauar. *notab.* 28. *num.* 19. Ordinarios extraordinariè; quia ea, quæ faciunt, auctoritate ordinaria faciunt, concordat Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 32. *verſ. ſeptimò quæritur*, dicens poſſe Legatos extra Sacramentum concedere indulgentias, quia ſunt Ordinarij in Prouincia ſibi delegata, non tamen excedent numerum quadraginta dierum, quia eſt numerus præſcriptus in Concilio, *cap. cum ex eo, de pœnit. & remiſſ. & cap. vltimo, eodem titulo, in* 6. vbi deciſum eſt, ne quis excepto Romano Pontifice concedat indulgentias plurium dierum, quàm quadraginta. Ex ſpeciali commiſſione Summus Pœnitentiarius poteſt concedere indulgentias centum dierum, Nauarr. *d. notab.* 31. *num.* 17. poſt Paludanum *in* 4. *diſt.* 20. *quaſt.* 4. *art.* 2. *concluſ.* 3. vbi refert ſuis auribus audiuiſſe à Summo Pœnitentiario verba ſequentia: Auctoritate noſtra ordinaria, damus vobis centum dies indulgentiæ, ſequitur Suar. *diſp.* 55. *ſect.* 3. *num.* 22. Quare perperam Reginald. *de indulgentiis, num.* 121. ait Summo Pœnitentiario competere facultatem concedendi indulgentiam centum annorum: volebat enim dicere indulgentiam centum dierum.

Quo ad ſextum quæſitum ambigi poteſt, quando in aliqua Religione, vt in hac noſtra, conceditur indulgentia plenaria morientibus, in quo 33. inſtanti ſortiatur ſuum effectum? Graff. *d. lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 56. ait quando conceditur à Papa, vt in articulo mortis vigore induiti concedatur indulgentia plenaria abſoluto, articulum mortis intelligi præſumptum, & non verum, hoc eſt, vt talis

talis indulgentia detur illis, qui secundùm communem æstimationem morituri censentur. Quòd si euadunt ex morte, videntur vsque ad illud tempus actum indulgentiæ comparare, quamuis illa postea in futurum extinguatur. Quod procedit nisi in concessione indulgentiæ exprimatur, quòd effectum indulgentiæ non obtineat, nisi morte sequuta: tunc enim indulgentia non extinguitur per illam absolutionem, neque deperit effectus, sed durat, donec rursus absolutio morienti impendatur, & postea moriatur. Quare Confessarius potest dicere, Absoluo te, & indulgentiam concedo, si hac vice moriaris. vide Suarium *disputat.* 52. *sect.* 2. *num.* 10. Regin. *num.* 156. *& seq.*

34. Quoad septimum, an indulgentia possit concedi, vt habeat effectum remota fictione, & accedente gratia, & ablato impedimento? Pars affirmans probari potest argumento Sacramentorum, quorum effectus applicati in acceptatione diuina manent, dum recipiuntur indignè, & postea ablata fictione statim conferuntur, cùm Sacramentum non sit opus hominis recipientis illud, sed Dei per Ministrum suum conferentis; igitur recipiens indulgentiam sine gratia Dei, & indignè, non propterea illa carebit suo valore, & efficacia, ita vt ablato impedimento, statim suum habeat effectum. ita videtur sentire Paludan. *in 4. distinct.* 20. *quæst.* 4. *art.* 3. *circa primam conclusionem*, quam sententiam probabilem sentit Henriquez *in summa, lib.* 7. *c.* 9. §. 3. post alios, dum ait, in mortali si quis præstet opera iniuncta, & non consequatur remissionem pœnæ temporalis, remoto obice peccati per pœnitentiam reuiuiscere effectum indulgentiæ: sicut reuiuiscit opus à Confessario impositum in pœnitentia; sequitur Reginal. *de indulgentiis*, *num.* 169. & Syluester *de indulgentiis*, *n.* 32. *vers. Nonum qui.*

Nihilominus oppositum est certius, videlicet non reuiuiscere nisi Pontifex exprimat in indulto, vt post facta talia opera indulgentia suum habeat effectum, vbi primum fuerit in statu gratiæ; alioquin nihil consequetur; quia thesaurus amicis Dei aperitur, & iniustis clauditur: est communis, Nauar. *notabil.* 19. Suar. *d. sect.* 2. *num.* 14. vbi *num.* 15. addit non esse in Ecclesia potestatem ad concedendam indulgentiam, quæ recedente fictione conferat effectum suum; quæ videtur esse sententia Caietani *in priori tractatu de indulgentiis, cap.* 9. *& in posteriori quæst.* 21. & probari potest non esse hæc potestas in Ecclesia ex ipso non vsu: cùm non videamus Pontificem aliquem fuisse vsum tali potestate conferendi effectum indulgentiæ recedente fictione: non erit tamen negandum esse in Ecclesia hanc potestatem omnino, si Pontifex expresè concedat indulgentiam præstanti tale opus, vt effectum illius obtineat, si est in gratia statim; vel cùm primum iustus fuerit, tunc enim acceptabitur applicatio pro eo tempore, quo fuerit impedimentum ablatum: eo quia videtur ius acquisitum per inchoatam diligentiam ad effectum indulgentiæ necessariam, magis quàm propter specialem acceptationem, vt innuit Suarius *disputat.* 52. *sect.* 2. *ad finem.*

Sed quid dicendum de indulgentiis à falsis Prælatis, qui putabantur esse veri? Aliqui dicunt esse veras, & non minus operari, quàm si essent concessæ à veris Prælatis, gloss. *in cap. dudum, de electione, in verb. Decepta.* per quam gesta sacramentaliter ab iis, qui veri Prælati non sunt, sed tales communiter reputantur, valida sunt in foro conscientiæ, secundùm Innocent. argumento eiusdem glossæ *ibi*, *num.* 3. Ioannes Andreas *num.* 42. Panorm. *num.* 10. & alios, quos refert Rendina *in promptuario recept. sentent tom.* 1. *tit.* 38. *num.* 23. ex eo fundamento, quia dum adest communis error, & titulus, valent gesta per inhabilem quando inhabilitas est de iure humano, veluti quando absoluit Sacerdos, qui communiter proprius ipsius pœnitentis Parochus putatur, validè confert absolutionem, cùm à parte rei non sit talis, sequitur Auiles *Pretorum cap.* 1. *gloss.* 1. *verb. primeiramente*, *num.* 23. dicens in iis, quæ respiciunt salutem animarum, etiam valere indulgentias non minus, quàm si essent concessæ à Prælato vero; quod etiam asserunt Iason *l. præscriptione*, *numer.* 26. *Cod. si contra ius.* Felinum *sermone de indulgent. versicul. caeterùm, de indulgentiis Episcoporum*, & Borgasius *de irregularitate*, 3. *p. tit. de indulgentiis Episcopi*, *num.* 4. qui omnes hanc sententiam Ancharano ascribunt *in Clementina final. de pœnitent.* voluntque non exigi titulum, sed satis esse communem errorem: innuit Abbas *in Clementina, Dudum, de sepulturis*, *numer.* 25. dum ait, *Si quis electus ad confessiones audiendas in oppido certo, audiat confessiones in alio, bona fide accedens ad illum, & ab eo absolutus, quo ad Deum bene esse.*

Nihilominus dicendum est indulgentias à falsis Prælatis pronunciatas nihil operari, quantum ad salutem animarum, neque habere vllum effectum. Oldrad. *cons.* 76. Decius *cons.* 276. *num.* 1. relati ab ipso Auiles *dict. cap.* 1. *num.* 23. Cardinal. *in Clement.* 2. *de pœnitentiis, & remissionibus.* §. *ad hoc multiplici*, 6. *quæst. num.* 27. & alij, de quibus idem Auiles *Pretorum cap.* 52. *gloss. no consentir*, *num.* 3. Iason sibi contrarius *l. si vrbana*, *num.* 8. *vers. alibi tamen*, *ff. de condict. indebiti*, & Ancharanus *in cap. quod autem. a num.* 9. *de pœnitent. & remiss. & in Clementina final. in principio, eodem titulo*, dicens indulgentias concessas à falsis omnino Prælatis, esse irritas defectu tituli, quamuis adsit communis, & publicus error. Quare falsò imponitur Ancharano contraria sententia, vt notat Sanchez *de matrimonio*, *lib.* 3. *disputat.* 22. *num.* 54. vbi hanc partem amplectitur, quia, vt gesta valeant, non satis est communis error, sed requiritur titulus collatus à superiori, etiamsi inualidus sit propter aliquod vitium latens, & ideo licèt communis error facti accedat defectu tituli gesta per illum in vtroque foro sunt inualida, neque oppositum est probabile, vt Sanchez cum multis sapientissimè de more probat *d. disp.* 22. *n.* 49. *in principio.*

Id autem multo fortiùs procedet, quando inhabilitas descendit à iure diuino, aut naturali; tunc enim esto detur publicus error, & titulus, gesta per hunc ita inhabilem erunt omnino irrita; patet exemplo non baptizati, qui Ordines suscepit, & Presbyter putabatur, qui corpus Christi Domini non conficiebat, nec Ordines recepit, D. Thom. *in 4. sententiarum, dist.* 24. Abbas *in cap.* 2. *in fine, de presbytero non baptizato*, Decius *in cap. final. num.* 54. *de constitutionibus*, Vgolin. *de censuris tab.* 1. *cap.* 3. §. 4. *per totum*, Caiet. *in summa verb. confessionis iteratio, c. confessio, quare ex parte confessoris iteranda*, & alij, quibus accedit Sanch.

ſuprà d.diſp.22.num.27. & Barboſ. *in d.cap. dudum, num.* 8. Quare noo Sacerdos ſacran.entalitet abſoluens, quamuis communiter reputetur Sacerdos, & Parochos, nihil faciet etiam in articulo mortis, cùm ſit inhabilis de iure diuino, quicquid conttarium opinetur Bonacoſ. *commun. opinionum tom.1. lib.1. tit.13. num. 9. verſ. ſed ſi quis, pag.*206. ſed fallitur omnino.

35. Quo ad octauum quæſitum quando conceditur indulgentia facientibus eleemoſynas, vtrùm ſi diues, & pauper eandem quantitatem tribuerint, conſequentur eandem indulgentiam? Reſponſio ſit, ſi eleemoſynæ condirio indefinitè proponatur, per quamlibet eleemoſynam etiam minimam tam diues, quàm pauper totum effectum indulgentiæ conſequentur; quia conditio, quæ exigebatur ad indulgenriam conſequendam, ſufficienter adimpletur. Huic autem reſolutioni obſtat D. Thom. *in 4. diſt.4. diſt.1. art.3. quæſt.2. ad 3.* per hæc verba: *Quando datur indulgentia indeterminatè, verbi gratia, qui dat auxilium ad fabricam Eccleſia, intelligitur tale auxilium, quod ſit conueniens ei, qui auxilium dat, & ſecundùm illud plus, vel minus de indulgentia conſequetur. Vnde etiam aliquis pauper dans vnum denarium, conſequetur totam indulgentiam, non autem diues, quem non decet ad opus tam pium, & fructuoſum tam paruum dare. Sicut non diceretur Rex alicui homini auxilium dare, ſi ei obolum daret.* Hæc ille.

Nihilominus placet deciſio D. Thomæ, quando imponitur dandum aliquid indeterminatum, ab illo ſolo quæri indulgentiam, qui dat, vel facit prout perſonam ſuam decet. Vnde pauper dando parum, diues autem abundanter, indulgentiam conſequentur: attamen, qui minus quàm decet largitur, aliquid indulgentiæ aſſequitur; non tamen totam, Nauar. *de Iubilæo notab.31. num.34. verſ. vigeſima ſecunda*; vbi loquitur de indulgentia certæ quantitatis; non verò de indulgentia plenaria. Henriquez *de indulgentiis cap.10. num.7. & in commento lit. G.* Nam quamuis forma indulgentiæ in ſpecie verborum appareat indefinita, & indeterminata; in ſenſu virtualiter eſt multiplex, & comprehendit plures quantitates inter ſe differentes, quæ reſpectu diuerſarum perſonarum non ſunt diſcordes, cùm habeant proportionem. Vnde ſi diues intra ſuam proportionem attingat ſaltem quantitatem minimam ſuo ſtatui correſpondentem, totam indulgentiam lucrabitur per eam eleemoſynam; quam largitus eſt, neque alter æquè diues maiorem faciens plus fructus conſequetur. Non enim poteſt aliquid conſequi vltra totam indulgentiam. Iam verò ſi diues tam minimam eleemoſynam largiatur, vt non præueniat ad minimam ſummam, quæ poteſt conuenire qualitati diuitis, cùm non attingat conditionem taxatam diuiti reſpectiuè, nihil de indulgentia comparabit, non enim tam parua eleemoſyna diceretur auxilium reſpectu dantis, puta obolus reſpectu Principis: quare cùm non impleat conditionem integrè poſtulatam, nec totam indulgentiam, nec partem illius lucrabitur, ſecus ſi dederit minimam quantitatem, quæ intra fines qualitatis, & conditionis largientis fuerit ſufficiens, etiamſi ſit minima, totam indulgentiam obtinebit, quicquid repugnet Suarius *diſp.52. ſect.8. num.6.* dicens in hoc caſu ſolùm conſequi partem indulgentiæ, & non totam. Hoc tamen tempore indulgentiæ omnes pro porrigentibus manus adiutrices, & continentes quomodolibet facultatem quæſtuandi ſunt reuocatæ: non enim hi cæleſtes Eccleſiæ theſauri ad quæſtum, ſed ad pietatem exercendam conceduntur, Concilium Tridentinum *ſeſſ.21. cap.9.* vbi quæſtores eleemoſynarum abolendos præcipit, Pius Quintus in conſtitutione, de qua in Bull. Rom. *cap.30. ſub §. nos qui Deo*, Bellarm. *de indulgen. lib.2. cap.9. §.4. tom.3.* & alij, quos referens ſequitur Franc. Leo *in ſuo theſauro part. 4. cap. 2. num.120. & ſequent. de confraternitatibus.*

36. Quo ad nonum quæſitum, an poſſit quis ſuam indulgentiam alteri donare ſiue viuo, ſiue defuncto? Reſponſio eſt negatiua. Nam ſicut non poteſt quis conſequi indulgentiam, niſi per ſe ipſum impleat opus pro ea acquirenda iniunctum, dummodo per alium impleri poſſe non ſit expreſſum, pro vt notat Nauar. *in Miſcel.14. de Roſario Beata Virginis*; ſic etiam priuata perſona non poteſt indulgentiam ſibi conceſſam pro ſola voluntate in alterum transferre, niſi Pontifex id expreſsè indulgeat, vt colligitur ex D. Thoma *addit. quæſt.27. art.3. ad 2.* Soto *in 5. diſtinct. 21. quæſt. 2. art.3.* Henriquez *de indulgentiis cap. 8. in principio.* Reginaldus *eodem titulo num.183.* ex Nauarro *notab.31. num.33.* ex Abulen. *Matth. cap.16. quæſt.60.* vbi ait imprudenter agere mittentes pro ſe alios ad loca vbi lucrandæ ſunt indulgentiæ: quoniam nihil lucrantur, niſi id in conceſſione expreſſum ſit; cùm requiratur ad indulgentiam lucrandam opus perfici per ſe ipſum, non verò per alium, Suar. *diſp.52. ſect. 7. in principio, verſ. in contrarium verò eſt*; ex ea ratione, quia opus impoſitum ad lucrandum fructum indulgentiæ, eſt onus perſonale: ergo non poteſt per alium implere. Item, quia quod conceditur alicui in fauorem, non poteſt alteri prodeſſe, *cap. priuilegium, de regul. iuris lib. 6.*

Porrò ſi Pontifex concedat, vt quis poſſit lucrari indulgentiam pro amico, perficiendo opus ad indulgentiam neceſſarium; tunc qui peragit opus nomine mandantis tanquam miniſter illius, & nomine mandantis, non eſt dubium mandantem lucrari indulgentiam, puta ſi dominus, aut herus præcipiat famulo, aut ſeruo, vt talem eleemoſynam largiatur, in quo euentu talis eleemoſyna tribuitur domino, ſeu hero, Henriquez *lib. 7. cap. 10. num. 7.* Suar. *de pœnitent. diſp. 52. ſect. 7. num. 2.* Eſt enim tale opus ſimpliciter, & abſolutè ipſius domini, famuli autem non niſi ſecundùm quid: eodem modo, ſi quis poſtulet ab amico, vt pro ſe corroget eleemoſynam tamquam ſuam, ſatis eſt ad indulgentiam conſequendam: non tamen ſufficiet hoc circa actiones merè perſonales, quales ſunt ieiunium, Orationes, & aliæ ſimiles, nimirum confiteri, Euchariſtiam ſumere, & viſitare Eccleſias, quæ niſi perſonaliter fiant, non proſunt alteri, quoniam priuilegium non excedit perſonam, Menoch. *conſ. 136. num.2. & conſ. 1007. à num. 95. vol. 11. & de præſumptionibus lib. 3. quæſt. 103. num. 45.* Suar. *de legib. lib. 8. cap. 10.* Ioannes de Salas *eodem tractatu diſp. 17. ſect. 6. & 8.* & Azor *inſtit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 22. quæſ. 6.* Non poſſunt enim hæc, & alia ſimilia alteri communicari, tribui, vel applicari ad effectum conſequendi indulgentiam.

Quare non videtur tuta, nec firma ſententia Soti *in 4. diſt. 21. quæſt. 2.* dicentis ad lucrandas indulgentias conceſſas largienti talem eleemoſynam ſufficere, vt vnus eam eleemoſynam corroget ſponte ſua pro altero, & pro illo Bullam capiat, etiam eo inſcio, quoniam qui eo modo largitur eleemo

eleemosynam, non consequitur ipse indulgentiam quam alteri applicat, sed perficit tantum opus requisitum, vt alter à Pontifice assequatur indulgentiam; ad quod necesse est, vt ille pro quo id factum est, vel consentiat, vel aliquo modo concurrat, & opus factum suo nomine acceptet, & ratum habeat, vt bene notauit Cordubens. *de indulgentiis quæst.* 16. *in fine*, sequitur Suar. *d. quæst.* 52. *sect.* 7. *num.* 5. Reginald. *vbi suprà lib.* 7. *cap. vltim. num.* 183. & Rutilius *de anno Iubilæi lib.* 5. *cap.* 15. *dub.* 21. *vers. an prosit illi, qui per se ipsum non accedit, sed mittit alium.*

Ex dictis sequitur attendendam esse formam indulgentiæ, vt notat D. Thomas *suprà, & dist.* 45. *quæst.* 2. *art.* 3. *quæst.* 2. & illi standum esse ad vnguem, *l. cum hi, § si Prætor, ff. de transact.* Farin. *decis.* 30. *num.* 3. *part.* 1. *tom.* 1. *& in praxi crimin. p.* 4. *cons.* 76. *num.* 13. & Caldas Pereira *de empt. cap.* 3. *num.* 15. Idcirco si forma indulgentiæ dicat, vt agens hoc, vel illud tantam indulgentiam suorum peccatorum obtineat, non potest indulgentia alteri applicari, cùm nequeat vltra personas expressas extendi, nisi hoc ipsum in concessione explicetur; quia est priuilegium quasi personale. Denique quando in forma indulgentiæ expressum est, vt vnus pro altero possit consequi indulgentiam, & sibi etiam; tunc alter pro altero non lucratur indulgentiam, nec illam alteri concedit, sed Romanus Pontifex vtrique illorum illam concedit, si tale, vel tale opus pietatis operetur, Suar. *vbi proximè num.* 7. quia concedere indulgentiam est actus iurisdictionis.

37. Quo ad decimum quæsitum de requisitis ad lucrandas indulgentias locales, vtrùm necesse sit ingredi locum, & ibi orare? Responsio est affirmatiua, nisi ex verbis concessionis aliud colligatur: vnde si forma non expressè declaret, quòd in Ecclesiam intretur, & præcipiat ibi aliqua opera fieri, quæ extra Ecclesiam fieri possunt; tunc si præ multitudine numerosa populi impediatur ingredi in Ecclesiam, ex ostio poterit consequi indulgentiam: secus, si ingressus expressè in Ecclesiam requiratur, aut actio, quæ sine eiusmodi ingressu fieri non potest, puta si præcipiatur sacrificare in Ecclesia, aut orare in Capella maiori eiusdem Ecclesiæ: in quo euentu non sufficit orare ab ostio Ecclesiæ, nec sacrificare iuxta illam, neque in Cœmeterio, Suarez *dict. disp.* 52. *sect.* 1. *num.* 7. Ratio, quia qui non implet conditionem, quæ exigitur in ipsa concessione, quamuis ob impotentiam illam non adimpleat, non lucratur indulgentiam, Suar. *suprà num.* 5. Nauarr. *lib.* 5. *de pœnit. & remiss. cons.* 35. post Palud. *in* 4. *dist.* 20. *quæst.* 4. *col. penult. in* 2. *edit.*

Vt autem hæc meliùs intelligantur, diuide indulgentiam in localem, realem, & personalem. Localis est, quæ inhæret loco in ordine ad personas, & dicitur concessa loco, hoc est, hominibus in tali loco orantibus, vel sacrificantibus, aut sacram Eucharistiam ibi suscipientibus, vel aliud opus pium ibi exequentibus, ideóque censetur hic fauor, seu hæc indulgentia quasi inhærere loco, eo quòd ibi, & non alibi talis gratia impetretur ab hominibus, nisi in eo loco adimpleto ibi opere pio in concessione iniuncto. Realis indulgentia est illa, quæ non conceditur in gratiam alicuius loci immobilis, sed in gratiam alicuius rei mobilis, videlicet alicui Imagini, Altari, Agno Dei, Rosario Beatæ Virginis, & similibus rebus mobilibus, quibus dicitur inhærere talis indulgentia, seu gratia, & per eas hominibus conceduntur à Romano Pontifici: atque ita, qui coram tali imagine orant, vel in tali Altare sacrificant, vel per talia Rosaria, vel grana benedicta fundunt preces, huiusmodi gratiam, seu indulgentiam consequuntur. Personalis indulgentia dicitur, quæ conceditur personæ ita, vt illi quasi inhæreat talis fauor, seu gratia, illíque directè fit, nimirum si Pontifex concedat, vt quoties sacrificet pro defuncto, liberet animam illius ab igne purgante. Vbi nota ad hanc indulgentiam impetrandam pro anima defuncti, sufficere quamlibet Missam tam de Sancto, quàm de feria, quàm de defunctis; ita Nauarrus *de pœnit. & remiss. cons.* 37. *in* 2. *edit. num.* 1. quod extendit ad indulgentiam plenariam per modum suffragij animæ pro qua super tali Altare dicetur Missa, quia omnes Missæ sunt æqualis valoris quo ad valorem, quem operantur ex opere operato, *cap. inter* 1. *quæst.* 1.

Porrò ad id quod dicitur, Summum Pontificem posse concedere Indulgentiam plenariam recitanti in tali loco vnum Pater, & Aue, non est dubium posse ad impetrandum aduersùs Ecclesiæ hostes diuinum auxilium. Nam, etsi causa per se videatur exigua, habito tamen respectu ad Ecclesiæ vtilitatem, & Dei gloriam, est causa sufficiens, & rationabilis ad tantam Ecclesiastici thesauri dispensationem. Quare immeritò Sotus *in* 4. *distinct.* 21. *quæst.* 2. *art.* 2. *vers. Nostris temporibus*, videtur parum facere indulgentias vni globulo benedicto, vel vni Altari affixas, quibus vel liberatio animæ ab igne purgante conceditur, vel plenaria indulgentia tribuitur, contra quem assurgit Viuald. 1. *p. candelabri*, *cap. de indulgentiis*, *num.* 11. ex eo fundamento, quia Deus per actum contritionis quantumcunque modicum liberalissimè peccatori pœnam æternam indulget: ergo Roman. Pontifex Vicarius Christi poterit iustificatis remittere pœnam peccatis iam remissis debitam, Reginald. *de indulgentiis*, *num.* 134. *ad finem.*

Petes, an finiatur indulgentia, si diruatur locus cui erat concessa? Affirmat Nauarr. *de indulgentiis notabil.* 31. *num.* 27. secundùm Paludanum *in* 4. nec possunt concedi indulgentiæ Ecclesiæ, nec Altari nondum constructo, *cap. ad audientiam* 2. *de Ecclesiis ædificandis*, *vel reparandis*, & *ibi* glossa *verb. non possumus*, facit quod ait Gonzal. *ad reg.* 8. *cancell. gl. §.* 5. §. 7. *num.* 71. & 83. vbi ait priuilegium non posse concedi Collegio, quando scholares non adsunt, per textum *in d. cap. ad audientiam* 2. his verbis: Licet enim nobis instantiùs supplicares, vt Ecclesiæ prædictæ confirmationis priuilegium faceremus, tibi non possumus de iure deferre, cùm nulli Canonici adhuc ibidem existant, quibus priuilegium concedatur..

Nihilominus posse concedi indulgentias Ecclesiæ nondum constructæ, est probabilius, ac verius, vt illis vtatur, postquam fuerit erecta, ex *gloss. finali*, & ex Abbate *num.* 4. *in d. cap. ad audientiam.* Nam quamuis priuilegium non habeat vires antequam Ecclesia sit constructa: at verò postquam fuerit erecta, valebit effectualiter. Gonzal. *suprà num.* 97. *& sequent.*, Barbos. *in d. cap. ad audientiam num* 4. *&* 5.

Quo ad vndecimum quæsitum, an possit quis per vnum, & idem opus multas, & varias indulgentias lucrari? Verbi gratia, conceditur visitanti 38.
talem Ecclesiam, vt consequatur centum annos indulgentiæ, & præterea omnes alias indulgen-

 tias,

tias, quas lucrantur, qui illo eodem die visitauerint quasdam Ecclesias Romæ, in quibus sunt aliæ indulgentiæ iam similes, quàm dissimiles. Responde quando diuersis viis plures indulgentiæ concurrunt in vna, & eadem persona, non comparari omnes per vnum actum, sed per singulares actus, eo quòd vnaquæque concessio exigit, vt singulus quisque actus applicetur ad talem finem, vel effectum: quare non omnes concessiones poterit quis vno actu comparare, nisi aliud constet ex tenore, vel ex forma concessionis, Suar. *de indulgentiis disp. 52. sect. 8. ex num. 10. cum sequentibus*, vbi addit esse probabile vnum actum sufficere ad plures indulgentias lucrandas, quando actus non est iterabilis, ieiunium videlicet vnius diei, modò talis actus sit causa proportionata ratione, ac respectu tantæ remissionis, quæ conflatur ex pluribus illis concessionibus, seu indulgentiis, Ægid. *supr. dub. 9.*

39. An verò necesse sit opus iniunctum facere in statu gratiæ? Responsio sit ex Adriano *in 4. quæst. de Clauibus §. sed probabile dubium, col. 3. vers. tertia conclusio*, & ex Caietano *de indulgentiis ad Iulium cap. 9.* requiri quòd opus, seu opera iniuncta fiant in gratia, sequitur Nauarr. *de Iubilæo notab. 19. num. 7.* dicens quæsiturum indulgentiam debere esse vere pœnitentem, non solùm quando ipsa indulgentia acquiritur, sed etiam quando fit opus propter quod illa conceditur, quam opinionem vti veriorem probat Comitol. *lib. 1. responsion. moral. quæstion. 32. numero 2.* Quæ sententia mihi placet, quando indulgentia conceditur pro vnico actu, puta illi, qui ieiunauerit tali die, aut visitauerit talem Ecclesiam, aut recitauerit quinquies Pater, & Aue. Tunc, vt consequatur indulgentiam, requiritur, quòd sit in statu gratiæ, quando ieiunauerit, vel quando visitauerit Ecclesiam, vel quando recitauerit quinquies Pater, & Aue, quod fieri potest, si habuerit contritionem, Suar. *de pœnitentia disp. 52. sect. 2. num. 7. ad finem*, Reginald. *de indulgentiis num. 180.*

Secus quando ad consequendam indulgentiam, vel Iubilæum aliqua opera lucraturis iniunguntur; non enim tunc opus est, vt ea omnia opera iniuncta impleantur in gratia, sed requiritur ad effectum indulgentiæ, vt vltimum quod impositum in statu gratiæ perficiatur, ita D. Antonin. *in summa p. 1. tit. 10. cap. 3. §. 5. vers. sextò quæritur*, Graff. *d. lib. 4. cap. 15. num. 39.* Cordub. *de indulgentiis quæst. 25.* Henriquez *lib. 7. cap. 9. §. 1. in principio*, Suar. *de pœnitentia disp. 52. sect. 2. num. 6.* Ægidius *de sacramentis disp. 12. dub. 7. num 37.* & Reginald. *cap. vltimo, de indulgentiis num. 168. & 192.* dicentes, quamuis non requiratur, quòd omnia opera iniuncta fiant in gratia Dei, exigi tamen quòd in eo articulo in quo indulgentia confertur, & lucratur homo, sit in gratia; aliter enim non est capax remissionis pœnæ, quæ per indulgentiam aboletur, vt in specie volunt, Suar. *supra num. 7. vers. quod circa, & num. 10. vers. alter modus*, Nauarr. *de indulgentiis notabil. 16. vers. decimo*, quibus adhærent Ægidius *d. dubio 7. num. 7. vers. 2.* Rutilius *de anno Iubilai lib. 5. cap. 15. dub. 4. vers. quo ad secundum, & vers. puto autem, vt meam etiam sententiam*, vbi ait sufficere, vt opus fini proximum impleatur in gratia; quasi antecedentia opera iniuncta sint quasi dispositio quædam remota, & minus principalis præparans ad gratiam, & ad effectum indulgentiæ. Sic ille. Ex quo sequitur illum non consequi indulgentiam, qui prima opera iniuncta egit in statu gratiæ, & vltimum in peccato mortali, vt docet Nauarrus *de indulgentiis notab. 32. num. 49. vers. cui consequens est*, Henriquez *lib. 7. cap. 12 §. 1. & cap. 9. §. 5.* ex ea ratione, quia agens non agit nisi in patiente bene disposito, ideo debet esse in statu charitatis, vt sit idoneus ad lucrandas indulgentias, Franciscus Leo *in thesauro fori Ecclesiastici 1. p. cap. 7. de indulgentiis num. 24.* Villalob. *in summa tract. 26. difficult. 13. num. 3.* & simul *difficult. 24. num. 17.* Nec opera iniuncta possunt per alios impleri, vt dixi *suprà num. 36.* nisi aliud exprimatur in concessione, Nauar. *de pœnit. & remiss. cons. 35. num. 1. & 2.* 40.

Quoad duodecimum quæsitum, an indulgentias alicui loco indefinitè concessas possit quis visitando illum locum consequi toties quoties visitauerit? Responsio sit, si determinetur tempus, nimirum à vespera vsque in vesperam sequentis diei, vel vsque ad tale tempus, intelligitur semel tantùm consequi indulgentiam, quamuis sæpe visitet, Graff. *d. lib. 4. cap. 15. num. 42.* Barbos. *in Extrauag. vnigenitus. 2. de pœnit. inter communes num. 12. pag. 193.* post alios: si autem indulgentia fuerit perpetua, intelligitur toties, quoties, Ioan. Calder. per textum *in cap. 1. de fil. presbyt. lib. 6.* & ita est in vsu secundùm Scribentes *in cap. final. de pœnit. & remiss. lib. 6.* Emmanuel de Sà *in summa verb. indulgentia num. 7.* Angel. *vrrb. indulgentia num. 4.* & Rosell. *num. 12.* neque id omnino displicet Nauarro *de indulgentiis notab. 31. num. 37.* post Felinum *tract. de indulgentiis, num. etiam 37.* Suar. *d. disp. 57. sect. 2. num. 7.* 41.

Quo ad vltimum quæsitum, vbi de reuocandis indulgentiis? Responsio est ex causa posse reuocari indulgentiam etiam perennem à concedente, imò, & sine causa: pro certo tempore tacitè, vel expresse indulgentia concessa illo elapso expirat: quia non valet vltra intentionem concedentis. Non tamen expirant indulgentiæ in perpetuum, aut indefinitè sine temporis limitatione concessæ per mortem concedentis, gloss. *in cap. vltimo, verb. statuta, de officio legati*, Innocent. *in cap. quod translationem num. 2. eodem titulo*, Nauar. *de indulgentiis notab. 31. num. 25.* Comitol. *respons. moral. lib. 1. quæst. 107. num. 2.* vbi volunt indulgentias durare post mortem concedentis, Cordub. *de indulgentiis quæst. 36. propositione 1.* Suar. *de pœnitentia disp. 57. sect. 2. num. 2.* Ægidius *de indulgentiis disp. 12. dub. 12. num. 49. per totum*, & alij, quos referens sequitur Barbosa *in d. cap. vltimo, de officio Legati num. 4. fol. 263. col. 1.* Sa *vbi supra num. 9.* vbi addit indulgentias non perire morte concedentis, nec ante notitiam reuocationis, secundùm Geminianum *in cap. 1. §. ex parte num. 8. de concessione prebendæ*, quem referens sequitur Syluester *verb. indulgentia §. 8. num. 12.* Quare indulgentiæ durant, & quæri possunt, donec plena notitia reuocationis habeatur, vt notant, Cordub. *de indulgentiis quæst. 36. proposit. 3.* Nauarr. *suprà notab. 31. num. 28.* & Suar. *tomo 4. de pœnit. disp. 57. sect. secunda, num. 8. & 9* dicens id esse secundùm mentem Pontificis, & Couarr. *practic. cap. 9. num. 7. vers. secunda conclusio*, vbi concludit scientiam reuocationis semper esse necessariam, quem sequitur Barbos. *in cap. fanè el 1. in verb. innotuerit, num. 4. de offic. & potest. indic. delegat.* Faciunt tradita per Sanchez *lib. 3. de matrimonio disp. 22. n. 59. & disp. 30. n. 4. vers. operatur autem.* Flamin. *de resignatione lib. 7. quæst. 14. n. 33.* Anastas. Germon. *de indultis §. tibi quoad vixeris, num. 63.* & alij, apud Sanchez 42.

De

De indulgentiis concessis pro defunctis.

§. IV.

EPITOME.

43. *Indulgentias pro defunctis quis possit concedere directè?*
44. *Quæ sint necessaria, vt indulgentiæ prosint defunctis?*
45. *Indulgentia concessa defunctis per existentes in peccato, an quæri possit?*
46. *Indulgentia pro defunctis concessa an extendatur ad viuos?*
47. *Vtrùm indulgentiæ, quæ valent per modum suffragij, quo iure prosint defunctis?*
48. *Vtrùm indulgentiæ concessæ per modum suffragij fundentur in iustitia, an in misericordia?*
49. *Quid sit concedere indulgentias defunctis per modum suffragij, & quid per modum absolutionis?*
50. *Lucrans indulgentiam pro defunctis non est necesse quòd sit in gratia.*
51. *Quando requiritur Missa in forma indulgentiæ pro defuncto, an requiratur oblatio Missæ pro illo?*
52. *An possint omitti suffragia pro defuncto cui quæsita fuit indulgentia?*
53. *Missa dicta in tali Altari priuilegiato pro defuncto, an illum liberet? & an defunctus in Purgatorio possit iuuare suis orationibus viuentes?*
54. *Indulgentiæ erga defunctos an infallibiliter sortiantur suum effectum semper?*
55. *Quot sint discrimina inter indulgentiam viuorum, & mortuorum, & an sint eiusdem rationis?*

43. PRIMA dubitatio, quis possit concedere indulgentias pro defunctis, & quomodo? Certum est posse Summum Pontificem defunctis conferre indulgentias directè. Probatur, quoniam potest eas conferre priuato, vt eas applicet defuncto: ergo potest eas immediatè applicare defunctis, vt constat ex praxi totius Ecclesiæ, quæ errare non potest; item, quia quilibet priuatus potest iuuare animas suis suffragiis in Purgatorio detentas, & illis prodesse, per opera satisfactoria pro iis satisfaciendo, & per modum interpretationis obtinendo remissionem pœnarum iis propter satisfactiones, ac merita Christi, vt volunt Caietanus *tom.1.opusc.tract.16. quæst.5.* Durand. *in 4.dist.45. quæst.1.* Bellarm. *lib.2. de purgatorio, cap.16.* dicentes nos nedum per modum satisfactionis, sed etiam per modum interpretationis posse iis animabus assequi remissionem pœnarum. Cur ergo non poterit Pontifex indulgentias eisdem conferre immediatè, cùm possit dispensare per se thesaurum Ecclesiæ? Ægidius *de indulgentiis, dub. 10. num.44.* post Valent. *tom.4.disp.7. quæst.20.part.5.* & prius *disp.11.dub.7. num.51.53. & sequentib.* & est communis ex communi Catholicorum sensu, quem explicat Syluester *in verb. Papa, quæst.6.* post B. Antoninum *p.3. tit.22. cap.5.* §. 6. posse nimirum peccatorum condonationes Papam mortuis concedere; quibus liberentur à pœnis soluendis in Purgatorio, Azor *instit.moral. p.1 lib.4.cap 18.vers.quintò quæritur, & lib.5.cap.26.vers. quartò quæritur.*

Nec obstat concedere indulgentias esse actum iurisdictionis; vt habetur *in cap.quod autem, de pœnit. & remiss.* vbi dicitur indulgentias illis tantùm prodesse, qui subsunt Prælato indulgenti; sed Pontifex, vel Ecclesia in mortuos non habet iurisdictionem: ergo non potest defunctis conferre indulgentias, quia respondetur Papam viuis indulgentias largiri per modum absolutionis; absoluendo eos à pœnis peccato debitis, & satisfaciendo pro ipsis ex thesauro Ecclesiæ, qui constat ex meritis Christi, & Sanctorum, vt ex *Clementina Vnigenitus, de pœnit. & remiss.* at verò mortuis non confert indulgentias in modum absolutionis, cùm sint extra iurisdictionem Ecclesiæ; sed per modum suffragij soluendo, & satisfaciendo pro illis ex thesauro Ecclesiæ, cuius administrationem, & dispensationem generalem habet ipse Romanus Pontifex, Azor *d cap.26.quæs. 4.* & constat ex Alexandro III. *in cap. quod autem, extrà de pœnit. & remiss.* Rutilius Benzon. *de anno Iubilæi, lib. 2. cap. 49. vers. dico igitur primò, fol. 316. & sequent. vsque ad finem capitis.*

Secunda dubitatio, quæ sint necessaria, vt defuncti fruantur indulgentiis? Responsio sit, indulgentias esse concedendas expressè, vt possint applicari defunctis: aliter enim nisi ita expressè concedantur, nullus poterit eas defunctis lucrari, ita D.Thomas *in 4.dist.45. quæst.2. art.3.* Ægidius *de indulgentiis. disp.12. dubio 11. num.47.* subdens hoc requiri præter potestatem in conferente, quam ex vsu Ecclesiæ solus Romanus Pontifex habet. Vnde Episcopi nequeunt concedere indulgentias pro defunctis, cùm non habeant in illos iurisdictionem, vt colligitur *ex cap. cùm ex eo, de pœnit. & remiss.* vbi conceditur illis facultas limitata quidem pro suis Diœcesibus; & ex *d.cap.quod autem, & ibi* Innocentius, & Cardinalis §. *in Leuitico, sub cap. qui aliquando, d.1.* Nauarr. *ibidem notab.22.num.4.* Cordubens. *quæst.19.* & Henriquez *de indulgent. lib.7.cap.32.* §.2. quia re vera nullo iure conceditur Episcopo potestas pro defunctis. Quinimo Sixtus Quartus, vt ait Gabriel *in appendice, lect.57.* declarauit indulgentias prodesse animabus Purgatorij per modum suffragij, quando Pontifex eas extendit ad illas, nulla facta mentione de Episcopo. Qui quamuis dum concedit aliis indulgentiam, possit ea frui, non tamen potest per indulgentiam sibi soli datam se absoluere ab iniunctis, sed de thesauro Ecclesiæ sibi applicat solutionem sicut & aliis. Pontifex tamen potest ex causa sibi indulgentiam conferre, absoluens se etiam ab iniunctis, etiam si tutius esset Papam concedendi hanc facultatem sibi indulgentias, & absoluendi ipsum à pœnitentiis iniunctis committere Confessario. Henriquez *suprà.* 44.

Sed quid si indulgentiæ concedantur generaliter omnibus fidelibus? Responde, non posse applicari defunctis, sed solùm illis prodesse, quando in cōcessione expressè declaratur D.Thom. *suprà;* & Bonauentura *dist. 20.* & deducitur ex vsu Ecclesiæ dicentis quoties indulgentiæ pertinent ad defunctos, ita Fidelibus viuis, & defunctis, quia per hoc nomen *fideles*, nisi aliquid addatur, viuentes duntaxat intelliguntur. Suar. *disp.53. sect.1. ad finem, num.7.*

Requiritur etiam; vt indulgentiæ prosint defunctis, vt opera requisita fiant ea intentione à viuis, vt defunctis indulgentias lucrentur; nam nemo sibi, aut aliis consequitur indulgentias, nisi volens id saltem implicitè. Suar. *disp.53. sect.4.n.3.* vbi addit non esse necesse, vt satisfactio eiusdem

operis

operis pro defuncto offeratur, eo quòd opus illud ita factum non necessariò exigitur, vt satisfactorium, sed vt pium solum, vel pertinens ad cultum Dei, sequitur Ægidius *d. dubio 11. vers. secundò, vt opus, & vers. Quinto aliqui requirunt.*

45. Tertia dubitatio, an vt quæratur indulgentia defunctis, requiratur quòd operans sit in statu gratiæ: Affirmat Emmanuel de Sà *in summa, verb. indulgentia, num. 2. vers. ego puto illum*, qui pro defuncto lucratur indulgentiam, debere esse in statu charitatis, nisi opus faciat ex persona Ecclesiæ, vt Missam, aut huiusmodi aliud.

Dicendum tamen est non requiri, quòd lucrans indulgentiam pro defuncto sit in gratia, ita Nauar. *de indulgentiis, notab. 17. num. 4. & notab. 22. n. 30.* Cordubens. *quæst. 17. §. & si quæratur.* Adrian. *in 4 quæst. de indulgentiis, §. conclusio quarta*, Regnald *de indulgentiis, lib. 7. cap. vltim. num. 195.* Ægidius *d. dubio 11. num. 48. ad finem, vers. quint*, ex eo fundamento, quoniam indulgentiæ habent effectum ex indulto Summi Pontificis, neque opus iniunctum pro defunctis requiritur vt meritum, sed vt conditio: igitur quamuis operans pro defuncto sit in peccato, non proinde tollitur effectus, dummodo conditio per quam Pontifex concedit indulgentiam, adimpleatur, & anima exillat capax ad recipiendum effectum indulgentiæ. Vnde non requiritur quòd operans sit in gratia, vt cum aliis ostendit Suarius *disp. 53. sect. 4. ex num. 3. vsque ad 6.* Ratio illius, quia non requiritur gratia in eo, qui non est recepturus effectum indulgentiæ, sed in eo cui indulgentia procuratur; secus quando quis sibi procurat indulgentiam, tūc non potest eam recipere, si est in peccato. idem Nauarr. *cons. 36. à num. 2. de pœnit. & remiss. in 2. edit.*

46. Quarta dubitatio de indulgentia pro defunctis concessa, an extendatur ad viuos? Responsio est negatiua, quia non solet concedi cuiquam, vt facto suo quærat indulgentiam animæ hominis adhuc viuentis, nisi Pontifex id expressè concedat. Nam indulgentiæ concessio est strictè intelligenda, argumento capitis, *porrò, de priuilegiis, verb. priuilegiorum seruare tenorem*, vbi notatur tenorem priuilegij attendendum esse, nec de illo esse iudicandum, nisi ipsius tenore inspecto; nam verba sunt mentis signa, & demonstrant voluntatem animi, *l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de supellectili legata. l. 1. §. Diuus, ff. ad leg. Cornel. de sicar.* Menoch. *cons. 1. num. 262.* Mascard. *de probat. conclus. 1415. num. 24* Perez *tit. 9. vers. aut dictum, lib. 8. ordinamenti, pag. 216.* Farin. *in praxi, p. 5 quæst. 126. num. 158.* & in specie Nauarr. *cons. 38. & 39. de pœnit. & remiss.* vbi concludit indulgentiam concessam per Papam capellis pro mortuis, non respicere animas viuentium, neque alios viuos in illis celebrantes.

47. Quinta dubitatio de indulgentiis, quæ valent per modum suffragij, quo iure prosunt defunctis? Responsio sit prodesse defunctis in modum suffragij ex certa, & firma lege, nam mortui in quos conferuntur, sunt in statu gratiæ, & Ecclesia conferens etiam habet gratiam Dei. Cùm ergo Summus Pontifex animas in igne purgante detentas nequeat iuridicè absoluere, offert ex thesauro Ecclesiæ Christi, & Sanctorum satisfactiones pro illis, eo modo quo ab Ecclesia pro eisdem solent Missæ offerri, & alia satisfactoria opera, quæ suffragia dicuntur. Vnde patet indulgentias hoc modo concessas per modum suffragij, esse quædam suffragia, seu auxilia, quibus animæ fidelium existentes in Purgatorio iuuantur. Et quamuis modus auxiliandi defunctis per pia opera triplex sit, Auctore Caietano *tract. 2. de indulgentiis, quæst. 5.* Primus per viam meriti de congruo, secundus per viam impetrationis, tertius per viam satisfactionis satisfaciendo pro illis per operum pœnalium passionem: nihilominus hoc loco suffragium, vel auxilium indulgentiarum non est per modum suffragij meritorij, aut impetratorij, sed satisfactorij, Nauar. *notab. 22. num. 14.* Azor. *d. lib. 5. cap. 26. vers. quartò quæritur*, Rutilius Benzon. *de anno Iubilei, lib. 2. cap. 49. dubio 1. vers. quarta opinio*, & Costa *in Bulla Cruciata, quæst. 18.*

Non est tamen omittendum, quod ait Regioald. *d. lib. 7. de indulgentiis, cap. vltim. num. 198.* ob quæsitam defunctis indulgentiam non esse omittenda Ecclesiastica suffragia pro illis facienda, eam, vt notat Nauarr. indulgentia etiam plenissima interdum non liberat plenissimè, nisi causa ob quam indulgentia conceditur, sit ad id sufficiens, sic ille *notabil. 22. num. 50.* vbi addit non obstante indulgentia plenissima esse facienda suffragia, sicut fiunt pro poero recèns baptizato mortuo, non ad liberandum animam illius, sed ad gratias agendas, vt vult Alexand. *4. p. quæst. 42. art. vltim.* & ad gaudium accidentale defunctorum augendum, eo quia in cœlo animæ exultant lætitia, quod amici eorum tam pia suffragia pro eis agentes Deo gratiores fiant, & Deus indies magis, ac magis honoretur, sequitur Rutilius Benzonius suprà *lib. 2. cap. 51. vers. verùm antequam*, secundùm Gabriel. *super Canon. lect. 57.* & Caiet. quem refert, ac sequitur Nauarr. *d. notab. 22. num. 50. & num. 51.*

Sexta dubitatio, an indulgentiæ concessæ per modum suffragij fundentur in iustitia, an in misericordia? In hac re partita est quæstio. Caietan. *tract. 16. quæst. 5.* opinatur indulgentias non solùm, sed etiam quæcunque alia suffragia, non via iustitiæ, sed via gratiæ, & misericordiæ ad animas separatas in Purgatorio deuolui; atque ita omnem fructum, & effectum illorum pendere ex mera Dei acceptatione. Nihilominus subdit non esse propterea huiusmodi suffragia incerta, sed certa, & infallibiliter à Deo acceptari, & animas in Purgatorio verè frui indulgentiis per modum suffragij, sicut viui fruuntur per modum absolutionis. Ratio, quia, Auctore D. Thoma *3. p. quæst. 46. art. 6.* pœnæ omnes huius vitæ sunt multo mitiores, quàm minima pœna animarum in Purgatorio: igitur inter illas non potest fieri commutatio. Iuuat vsus Ecclesiæ, quæ in omnibus suis suffragiis enixè, & assiduè à Deo petit, vt per suam piissimam, & infinitam misericordiam ea velit acceptare in animarum separatarum commodum, sequitur Cano *de locis theologicis, cap. 13. ad nonum, §. qui verò*, Cordubens. *quæst. 13. de indulgentiis, §. 4.* Henriquez *eodem titulo, cap. 7. §. 3. & 4.* 48.

Michael Medina nouæ cuiusdam opinionis inuentor *disp. 7. cap. 32. & tribus sequentibus*, autumat tria. Primum omnes indulgentias, siue pro viuis, siue pro mortuis, eodem modo, vtplurimum fieri, nimirum interueniente potestate iurisdictionis simul, & accedente dispensatione ex thesauro Ecclesiæ. Secundum quòd fiunt interdum potestate sola iurisdictionis concurrente, absque vlla thesauri Ecclesiastici dispensatione, & è contrario fiunt aliquando ex thesauro duntaxat sine vllo respectu ad potestatem iurisdictionis. Tertium dicit Pontificem potestate iurisdictionis, & absolutionis vtentem conferre indulgentias animabus separatis,

separatis, quas existimat etiam super terram esse, & ad militantem Ecclesiam pertinere, & ex consequenti Pontifici subesse tanquam subditas. Vnde sicut Christus Dominus est iudex viuorum, & mortuorum: ita etiam eius Vicarius, scilicet Pontifex Romanus. Tertium non esse nouum Ecclesiæ datam esse potestatem in animas separatas, cùm illam habeat in Dæmones, cùm eos coërceat auctoritatiuè per virtutem Exorcismorum; pro quo iuuat viuentes ratione delictorum, quæ in vita patrarunt, post mortem adhuc quo ad pœnam posse iudicari ab Ecclesia. Nam delicti ratione sortitur quis forum in eo loco, in quo deliquit, vt est communis, Clar. *in §. vltimo, quæst.* 38. *& quæst.* 85. Couarr. *cap.* 11. *num.* 3. *in practic.* Gregor. Lop. *l.* 1. *gloss. vltim. tit.* 29. *partit.* 3. Auiles *ad cap.* 27. *Prætorum*, Azeued. *l.* 1. *à num.* 62. *cum sequent. tit.* 16. *lib.* 8. *noua recopil.* & Morla *in Emporio iuris ciuilis*, *p.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 20. *num.* 10. *vers. sed vera.* Quinimò deliquens remittendus est ad locum delicti, vt ibi puniatur ad aliorum exemplum, quamuis sit vagabundus, cùm fiat de iurisdictione illius ratione delicti, Franc. Molin. *de brachio sæculari*, *cap.* 40. per textum *in cap. postulasti* 14. *de foro competenti.* Igitur cùm viuentes in mundo deliquerunt, possunt etiam mortui per Ecclesiam iudicari, & à Papa solui, & ligari. Additque tandem Medin. eos qui hanc potestatem in animas separatas Romano Pontifici subtraxerint, de Apostolica auctoritate indignissimè sentire.

Nauarrus tamen *in tractat. de indulgentiis*, *notab.* 22. *ex num.* 16. *vsque ad numerum* 22. tradit nullo modo esse admittendam sententiam Caietani, quem sequitur Sotus *distinct.* 21. *quæst.* 2. *artic.* 3. *& distinct.* 25. *quæst. etiam* 2. *& artic.* 3. & vt Ledesma 2. 4. *quæst.* 29. *artic.* 3. qui tandem volunt non per viam gratiæ, & misericordiæ, sed per viam iustitiæ suffragium indulgentiarum defunctis prodesse. Fundamentum est, quoniam sicut viuentes pro viuentibus ex iustitia possunt satisfacere; sic etiam viuentes pro mortuis, cùm in vtroque sit eadem ratio. Quod etiam vult Ioan. Medin. *in Codice de satisfactione*, *quæst.* 5. Quòd autem viuentes pro viuentibus ex iustitia, & de condigno possunt satisfacere, applicando illis sua opera satisfactoria, tradit D. Thomas 3. *p. in supplemento*, *quæst.* 13. *artic.* 2. Sotus *in* 4. *distinct.* 21. *quæst.* 2. *art.* 3. *& distinct.* 45. *quæst.* 2. *artic.* 3. *versus finem*, Nauarr. *suprà*, & Gregor. de Valent. *in lib. de satisfactione*, *cap.* 4. Cùm ergo omnia argumenta, quæ concludunt pro viuis posse satisfieri, probent etiam pro defunctis, qui sunt in Purgatorio, non est negandum indulgentias pro mortuis concessas viæ iustitiæ ad defunctos deferri, & de condigno prodesse.

Item animæ illæ sunt membra Christi, & Ecclesiæ, in qua quasi in quodam corpore sub vno Christi capite continentur: idcirco sicut vnum membrum alterum iuuat, sic etiam viuentes possunt defunctis subuenire pro eis satisfaciendo: imò tenentur ex debito, & iustitia quadam viuentes defunctis fidelibus auxilium præstare, quandiu sunt in Purgatorio: quia actu sunt membra Christi per opera satisfactoria; quod est officium membrorum in eodem corpore existentium, dum indigent, vt vnum alteri ex iustitia teneatur succurrere: nec non ex natura charitatis id patet, ex qua satisfactio virtutem suam assequitur, & ex charitate omnem satisfactionem procedentem acceptat Deus: vnde sicut quis potest pro se opera satisfactoria offerre; sic etiam pro amicis fidelibus tam viuis, quàm defunctis, & à Deo acceptantur ad pœnarum remissionem. Ex quibus omnibus deducitur, si quis potest sibi, vel alteri ex iustitia quadam viuo, Christi, & Sanctorum satisfactiones applicare, posse etiam mortuis. Sunt enim Christi satisfactiones infinitæ, & superant quascunque alias ad satisfaciendum, & à Patre Æterno plusquam omnes aliæ magni fiunt: quare de condigno si à potestatem habente applicentur, satisfacient de condigno pro animabus in igne purgante detentis: siquidem alia opera satisfactoria pro defunctis de condigno satisfaciunt facta ab existentibus in gratia.

Pro hac sententia facit Leo X. *in Epistola ad Caietanum*, vbi vult indulgentias tam viuis, quàm defunctis prodesse quantum sonant. Iuuat Petrus Sotus *lectione* 3. *de Purgatorio*, & Couarr. 1. *p. in cap. Alma mater*, §. 5. *num.* 11. dum aiunt viuorum suffragia, si fiant pro defunctis in Purgatorio existentibus, ita illis prodesse, vt ex rigore iustitiæ pro temporali pœna satisfaciant, quam in hoc sæculo plenè non subierunt: ergo maiori cum ratione indulgentiæ valebunt ad satisfaciendum, & ad liberandum à pœnis cùm habeant maiorem vim satisfaciendi, & contineant immediatè Christi passiones, & Sanctorum.

Nec obest si dicatur neminem posse pro altero promereri ex condigno, aut gratiæ augmentum, aut gloriam: ergo vnus pro altero non poterit de condigno, aut ex iustitia satisfacere. Nam hoc argumentum nihil facit ad quæsitum, quod est an indulgentiæ per modum suffragij fundentur in iustitia, an solùm in misericordia. Nihilominus D. Thomas *in supplemento* 3. *p. quæst.* 13. *artic.* 2. *ad* 1. quem omnes sequuntur, rationem reddit huius dissimilitudinis, dicens augmentum gratiæ, & præmium essentiale concedi homini a Deo secundùm propriam dispositionem, & secundùm eius mensuram, neminémque alteri posse mereri de condigno hanc dispositionem, nec posse aliquem purum hominem ad illa disponi per alterius actionem, cùm talis dispositio debeat esse propria, & intrinseca: secus de remissione pœnæ temporalis, quæ non requirit in eo, cui fit, certos ac præscriptos gradus dispositionis, ad quorum mensuram huiusmodi pœnæ temporalis fiat remissio; quam remissionem per satisfactionem fieri nihil repugnat, ita D. Thomas, & multo fortiùs per indulgentias, in quibus datur æquiualens, & adæquata solutio pro defunctis: atque ita ex iustitia, & de condigno fieri dicendum est, ita Nauarr. Sotus, Ledesma, Gabriel *supra*, quod etiam videntur supponere D. Thomas, & Richard. & alij *in* 4. *distinct.* 45. dum disputant, an summus Pontifex possit per indulgentias exhaurire Purgatorium, & omnes omnino animas in eo existentes liberare, de quo nemo dubitat posita sufficienti causa, & qui negant, ad insufficientiam causæ confugiunt.

Ad rationes Caietani dicendum est, nihil concludere: nam quamuis pœnæ huius vitæ in se minores sint, & nequeant æquiparari tormentis quæ patiuntur animæ existentes in Purgatorio: attamen quoad acceptationem diuinam exigua pœna, ac satisfactio Christi non solùm

æquipa-

æquiparatur, ſed longè ſuperat omnem pœnam etiam grauiſſimam ignis purgantis ad ſatisfaciendum. Eſt enim remiſſio pœnæ, quæ fit in Purgatorio effectus meritorum Chriſti, quando per indulgentias, vel ſatisfactiones viuorum, & per ſuffragia Eccleſiæ remittuntur Purgatorij pœnæ, ita poſt alios Rutil. Benſon. *de Iubilæo, lib. 2. cap. 37. ad finem, verſ. Decimoquarto.*

Ad Medinæ opinionem dicendum eſt non ſubſiſtere, & eſſe contra communem, quatenus aſſerit Pontificem habere iuriſdictionem in Purgatorio, vt tradunt Bonauentura *in 4. diſtinct. 20. quæſt. penult.* & Gabriel *in canone Miſſæ, lect. 57.* patet ex verbis Domini: *Quæcunque ſolueritis ſuper terram*, quorum ſenſus eſt ſuper vniuerſum terrarum Orbem, hoc eſt, circa Eccleſiam per vniuerſum Orbem diſperſam. Non enim dictum fuit Petro, *ſubtus terram*, ſed *ſuper terram*, vt ex Chryſoſtomo *homil. 45. in Matthæum.* Atque ita *ſuper terram* idem ſignificat, atque ſuper faciem terræ in hoc mundo ſub cœlo; non autem quæ in Inferno, & Purgatorio ſunt, nomine terræ comprehenduntur. Nec item Pontifex accepit poteſtatem iudicandi viuos, & mortuos, hoc enim reſeruatum eſt Chriſto Domino, cui pater omne iudicium dedit; ſed tantùm Petro, & ſucceſſoribus datum eſt mortales ſoluere, & ligare. Nec facit contrà poſſe Eccleſiam Dæmones expellere à corporibus humanis, & in illos per auctoritatem hanc poteſtatem exercere, dum in corporibus humanis exiſtunt, eáque excruciant, ac vehementer vexant; quia ex hoc non ſequitur poſſe ligare, vel abſoluere animas Purgatorij, cùm non pertineant ad Eccleſiam militantem per ſe, & ſint extra viam, & ſtatum merendi, & in loco ſatisfaciendi detinentur, donec plenè ſoluant; quare potiùs videntur pertinere reductiuè ad Eccleſiam triumphantem aliquo modo, & ad militantem per accidens, & indirectè. Cordubenſ. *in quæſt. 16. de indulgentiis, in reſponſ. ad quartam probationem*, non tamen propterea animæ illæ poſſunt iudicari à Pontifice, cùm non ſubdantur quo ad earum perſonas poteſtati clauium; at verò cùm ſint membra Eccleſiæ, & in Purgatorio detineantur, vt ſoluant pœnas debitas, ex communi theſauro Eccleſiæ poſſunt, ac debent adiuuari.

Nec obſtat argumentum, quòd ait animas exiſtentes in Purgatorio ratione delicti fieri de foro Eccleſiæ, quia hoc non eſt verum, cùm illa regula in foro exteriori tantùm habeat locum; non autem in foro ſecreto interno quoad Deum. Nam Parochus vbique poteſt abſoluere à peccatis ſubditum ſuum extra fines ſuæ Parochiæ commiſſis, Syluester *verb. Confeſſor. 1. §. 14.* Sà *in ſumma, verb. abſolutio, num. 9.* ita poteſt quis ſibi ſubditum abſoluere vbique, & à peccatis, & ab excommunicatione. Graſſis *deciſ. lib. 4. cap. 16. num. 2.*

49. Septima dubitatio, quid ſit concedere indulgentias defunctis per modum ſuffragij, & per modum abſolutionis? Reſponſio ſit conferre indulgentias mortuis in modum ſuffragij, eſſe ſoluere, & ſatisfacere pro mortuis ex theſauro Eccleſiæ, non quia directò Papa vt iudex eos ſoluat à pœnis Purgatorij; ſed quia eis extra Papæ ditionem ad forum Dei deductis aliquid largitur ex theſauro ipſius Eccleſiæ, veluti eleemoſynæ ſubſidium, quod pro pœnis debitis impendant, ſicuti pro aliquo reo amico tu ſolueres, quod ipſe alibi alteri deberet, pro quo in carcere retineretur, donec ſolueret; & hoc eſt quod dici ſolet indulgentias prodeſſe defunctis per modum ſuffragij. Concedere autem indulgentias viuis in modum abſolutionis, eſt abſoluere eos à pœnis peccato debitis; tunc enim abſoluendo Eccleſia, vel Papa ſoluit, & ſatisfacit pro ipſis ex theſauro Eccleſiæ, qui conſtat ex meritis Chriſti, & Sanctorum, vt habetur *in Clementina Vnigenitus, de pœnit. & remiſſ.* Vnde non dimittit Eccleſia, vel Papa viuentibus pœnas peccatorum gratis, ſed relaxat partim ſoluendo, & partim pro ipſis ſatisfaciendo: idcirco dicuntur indulgentiæ prodeſſe viuis per modum abſolutionis; quia Pontifex tanquam iudex eos abſoluit à pœnis culpæ debitis, Nauarr. *de indulgentiis, notab. 22. ex num. 10. vſque ad 14. & ex num. 20. vſque ad finem capitis,* Azor. *inſtit. moral. lib. 4. cap. 18. quæſ. 5. & lib. 5. cap. 26. quæſ. 4.* Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſtici, p. 1. cap. 7. num. 29.* vbi ait Romanum Pontificem concedendo indulgentias pro mortuis, ſemper addere per modum ſuffragij: quaſi dicat ſe non directè abſoluendo, ſed indirectè ſoluendo pro illis eos iuuare, cùm non habeat auctoritatem iudiciariam, neque iuriſdictionem directam in defunctos, Suar. *diſp. 53. ſect. 2. num. 4.* ſubdens Pontificem non poſſe concedere indulgentias defunctis per modum abſolutionis; ſed per modum ſuffragij, quod deducit ex D. Thom. dicente *dict. quæſt. 2.* indulgentias non poſſe concedi directè, & principaliter defunctis, ſed indirectè, & ſecundariò. Quam etiam partem ſequuntur Alenſis *4. p. quæſt. 83.* aliàs *23.* Richard. *in 4. diſt. 20. art. 3. quæſt. 3.* Bellarmin. *lib. 2. de Purgatorio, c. 16.* & Maior *in 4. diſt. 20. quæſt. 2.* addens contrariam ſententiam nullo modo eſſe populo prædicandam, eo quia concedere indulgentias ad modum abſolutionis eſt auctoritate iudiciaria, quæ ſolùm exercetur in ſubditos, remittere pœnas peccato debitas: atqui animæ exiſtentes in Purgatorio non ſubſunt poteſtati Pontificis; igitur nequeunt ab ipſo auctoritate iudiciaria à pœnis Purgatorij abſolui; & ex conſequenti non poteſt illis conferre indulgentias in modum abſolutionis, ſicuti concedit viuis, ſed per modum ſuffragij; vide tamen Suarium *dict. diſp. 53. ſect. 3. ex num. 7. vſque ad num. 12.*

Ex dictis inferri poteſt indulgentiam per modum ſuffragij, & per modum abſolutionis non differre inter ſe in quantitate effectus, vel in eius infallibilitate, ſed in modo cauſandi moraliter illum effectum. Ratio, quia vtraque indulgentia tam per modum abſolutionis, quàm per modum ſuffragij eſt vera, ac propriaì indulgentia. Nihilominus non eſt dubium formaliter, ſeu morali ſpecie differre; nam Pontifex dum concedit indulgentiam per modum ſuffragij, non propriè remittit pœnam, ſed offert ſummam, & quantitatem pretij propter quod Deus remittit, quæ oblatio dicitur etiam vera indulgentia data à Pontifice, cùm det id, quo remiſſio obtinetur; & ideo dicitur indulgentia per modum ſuffragij; quando autem Pontifex concedit indulgentiam per modum abſolutionis, ipſe eam concedit immediatè, & proximè, remittítque pœnam vti Miniſter Dei, & iudex locum, ac vices eius tenens; contrà verò quando confert indulgentiam in modum ſuffragij, offert Deo quantitatem æquiualentem, vt ipſe remittat pœnas, &

& vtroque modo iustitia interuenit, quamuis in hac posteriori intercedat iustitia per modum æquiualentis commutationis, quæ fundatur in pacto, & promissione diuina: ex quo patet indulgentiam defunctorum non esse omnino eiusdem rationis cum illa, quæ conceditur viuis, quia hæc tria continet, absolutionem scilicet à pœna iniuncta, vel iniungenda, distributionem thesauri, & solutionem ex illo pro pœna: illa autem, quæ datur defunctis, continet solùm duo, applicationem videlicet thesauri, & pœnæ solutionem, Caietan. *de indulgent.tract.15.cap.1. & 6.* Sotus *dist. 21. quæst. 1. art. 2.* Cordubens. *quæst. 1.* & Henriquez *lib. 7. cap. 4. num. 3. & 4.* & alij, quos referens sequitur Rutil. Benzon *de Anno Iubilæi lib. 2. cap. 49. dubio 1. fol. 316. & se-*
50. *quenti.* Differunt etiam ex parte subiecti, quia acquirens indulgentias pro defunctis non est necesse, vt sit in statu gratiæ quando opera iniuncta exequitur; secus verò quando indulgentiam sibi vult consequi per vnicum opus, eo modo quo suprà dictum est §. 3. *numero* 39. & §. 4. *num.* 45.

51. Octaua dubitatio, an quando requiritur Missa in forma indulgentiæ pro defuncto, necesse sit illam offerre pro illo? Responsio est affirmatiua quoad effectum satisfactionis ex opere operato, præsertim quando in forma indulgentiæ sunt hæc, aut similia verba, Dicendo, aut offerendo Missam pro defuncto, liberes eius animam à Purgatorio. Quòd si dicatur tantùm, Dicendo Missam, vel quoties Missam dixeris, toties liberes vnam animam à Purgatorio. Tunc enim non requiritur, quòd applicetur Missa pro defuncto, sed sufficit, quòd applicetur solùm beneficium indulgentiæ. In dubio autem, quando non constat quibus verbis concessa fuerit indulgentia, tutius est Missam offerre pro defuncto, Suar. *disput. 53. sect. 4. num. 3.*

52. Nona dubitatio, an possint omitti suffragia pro defuncto, cui quæsita fuit indulgentia? De hac re suprà *num.* 47. vbi diximus non esse omittenda suffragia. Nihilominus possunt omitti ea suffragia, quæ ab Ecclesia solent offerri, ac etiam ea, quæ à priuatis pro defunctis possunt offerri, quando moraliter constiterit indulgentiam plenariam fuisse obtentam defuncto; vt colligitur apertè ex traditis à Nauarro *de indulgentiis notab. 22. num 50.* & ex Reginald. *de indulgentiis lib. 7. cap. vltim. num.* 198. quamuis de consilio adduor non esse omittenda suffragia, ob rationes suprà memoratas: quòd si contingat suffragia defunctis non prodesse, reponuntur in thesauro Ecclesiæ; sicut reponuntur suffragia oblata pro incapaci eorum, Suar. *disp. 48. sect. 8. num. 26. ad finem*; quod etiam procedit quando offeruntur pro animabus, quæ illis non indigent.

53. Decima dubitatio circa Missas in Altari priuilegiato pro defunctis celebratas, an omnino liberentur, & an animæ separatæ, dum existunt in Purgatorio, orent pro viuentibus? Quo ad primam partem huius dubij dicendum est, quamuis Pontifex non habeat iudiciariam auctoritatem, nec iurisdictionem directam in defunctos; nihilominus si concedat, vt per Missam celebratam in Altari priuilegiato pro tali anima, liberetur à Purgatorio, liberabitur per indulgentiam concessam per modum suffragij, & per viam consolationis, & satisfactionis, D. Thomas *in supplemento 3. part. quæst. 71. art. 12.* Francisc. Leo in thesauro fori Ecclesiastici 1. *part. cap. 7. num. 31.* Probatur argumento multorum Pontificum, qui multis Altaribus concesserunt per totum Orbem priuilegia liberandi vnam animam ab igne purgante in Missæ sacrificio per modum suffragij, Francisc. Leo *suprà num.* 29. quæ priuilegia an sint perpetua, & in æternum duratura vsque ad finem sæculi, ambigi potest, ex *regul. 56. Cancellariæ* Innocentij Octaui, quæ sic habet, ibi, *Item voluit quod in literis indulgentiarum solùm dentur festa per Cancellariam dari solita, & quod durent per viginti annos, nisi petantur pro vna die, & tunc durent perpetuò.* Ex qua regula constat non durare in perpetuum indulgentias concessas alicui Ecclesiæ in festis certis, quando sine termino conceduntur, sed durare per viginti annos duntaxat, cùm indulgentiæ sint odiosæ propter quæstores, qui non quærunt commodum animarum, sed potiùs pecuniarum, facit *cap. cùm ex eo, de pœnitent. & remiss. & Clement. cùm abusionibus, eodem tit.* At verò quando petitur indulgentia pro vna die tantùm in anno, debet durare perpetuò, quo vsque finiatur Mundus. ita Glossator *in eadem regula.*

Quo ad secundam partem, dicendum est animas defunctorum posse iuuare suis orationibus viuentes, vt patet ex *lib. 2. Machab. cap. 15.* vbi legitur Oniam, & Hieremiam mortuos iam dudum visos fuisse orare pro omni populo Iudæorum; & infrà. *Respondentem verò Oniam dixisse: Hic fratrum amator, & populi Israel: hic est, qui multum orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate Hieremias Propheta Dei.* Esse namque à viris sanctis defunctis hominibus viuentibus in hoc sæculo collata beneficia plurima, non est dubium, Auctore D. Augustino *lib. 22. cap. 8. de Ciuitat. Dei.* Nec difficile est creditu etiam animas in igne purgante morantes pro nobis orare, & impetrare, teste Sancto Gregorio *lib. 4. Dialog. cap. 4.* & Petro Damiano *in Epistola de miraculis sui temporis*, referentibus animas Paschasij, & Sancti Seuerini miracula edidisse, cùm essent in Purgatorio: quibus accedit Bellarmin. *lib. 2. de Purgatorio, cap. 3. ad finem*, dicens animas in Purgatorio si pro se, vel nobis orent, non mereri, sed solùm impetrare ex meritis præteritis; sicut nunc Sancti in cœlo orando pro nobis, quamuis non mereantur, impetrant tamen, & *cap. 15. vers. non secundum, & vers. præterea animæ Purgatorij.* Quia quamuis animæ existentes in Purgatorio ratione pœnarum sint nobis inferiores, ratione tamen gratiæ in qua sunt confirmatæ, sunt nobis superiores, & oratio ex charitate procedens impetrat. Item animæ ibi existentes orant pro se; ergo etiam pro nobis possunt orare, & diues in inferno orabat pro fratribus suis; ergo etiam animæ in Purgatorio *Luc. 16.* atque ita sicut viui suis orationibus prosunt viuis, sic etiam proderunt mortui viuis.

Vndecima dubitatio, an indulgentiæ erga defunctos infallibiliter suum sortiantur effectum? Responsio est affirmatiua, quia mortui quibus per modum suffragij conceduntur indulgentiæ, sunt in gratia Dei, & in charitate: ideo ex certa, & firma lege prosunt illis, & nihil impedit quòd non prosint, quia conferre illis indulgentias hoc modo, est soluere, & satisfacere pro illis ex thesauro Ecclesiæ. Probatur ex illo 54.

Christi Domini, *quidquid ligaueris, & solueris super terram, erit ligatum, & solutum in cœlis.* Idcirco quemadmodum indulgentiæ pro viuis, prosunt illis in modum absolutionis certa, & firma lege Christi, sic etiam eadem Christi Domini lege certa, & firma indulgentiæ concessæ mortuis in modum suffragij, illos liberant.

Nec obest opinio Soti *in 4. distinction. 21. quæstion. 1. articul. 3.* autumantis indulgentias per modum suffragij non tam infallibili certitudine iuuare defunctos, quàm viuos per modum absolutionis: quoniam Deus æqualem tribuit potestatem Ecclesiæ ad applicandum indulgentias defunctis per modum suffragij, & viuis per modum absolutionis, in quam etiam partem inclinat ipse Sotus, dum ait oppositum esse magis pium existimare, nimirum indulgentias per modum suffragij datas tam infallibili certitudine prodesse defunctis, quàm viuis, quando conceduntur per modum absolutionis, quæ opinio est Suarij *disputat. 53. sect. 3. numero 3.* vbi ait fuisse Sancti Thomæ *in 4. dist. 45. quæst. 2. art. 3. quæstiunc. 2.* Azor *instit. moral. part. 2. lib. 5. cap. 26. quæst. 5.* & Rutilius Benzon *de anno Iubilæi lib. 2. cap. 51. in principio*, vbi concludit non modò indulgentias pro viuis, sed etiam pro defunctis infallibilem, ac certum habere effectum ex diuina promissione, iuxta verba Christi Domini, *erit solutum & in cœlis.* Quare non sunt audiendi Caietan. *tom. 1. tract. 16. de indulgentiis quæst. 5.* Cordubens. *quæst. 13. & 14.* & Henriquez *lib. 7. cap. 7. de indulgentiis, num. 3. & 4.* dum aiunt effectum indulgentiarum pro defunctis non esse certum ex aliqua lege, vel promissione diuina, sed dependere ex mera Dei liberalitate: quorum sententia tanquam falsa displicet, eamque Gregor. de Valent. *in cap. vltim. de indulgentiis*, vocat incautè pronunciatam.

55. Duodecima dubitatio circa discrimina indulgentiarum viuorum, & mortuorum, quæ sunt, indulgentiam defunctorum non esse omnino eiusdem rationis cum illis, quæ dantur viuis; ita communiter Doctores. Item indulgentia defunctorum est eiusdem rationis cum illa, quæ confertur viuis quoad causam quidem, & effectum, quia per eandem auctoritatem clauium ipsa confertur, & operatur in effectu liberationem à pœna. Non est autem omnino eiusdem rationis, quoniam non datur defunctis per modum absolutionis, sed per modum suffragij, hoc est, datur illis spirituale subsidium per applicationem thesauri, ex quo pro illarum pœnis fiat Deo solutio: viuis autem datur per actum iuridice absolutionis, & potestatis; ex quo apparet discrimen cùm dentur viuis per absolutionem personarum, defunctis autem per solutionem pœnarum, & applicationem thesauri: non enim Ecclesia defunctorum animas à pœna cum auctoritate absoluit. Nihilominus non propterea indulgentia defunctorum desinit esse actus quidam iurisdictionis, quia verè est, quatenus auctoritate clauium à Pontifice erga illas thesaurus Ecclesiæ dispensatur, ita Gregor. de Valent. *lib. de indulgentiis, cap. vltim.* & ex Caietan. colligitur *tractat. 16. de indulgentiis cap. 6.* & Rutilius *dict. lib. 2. cap. 49. dubio 1. fol. 317.* expressè.

DISPVTATIO V.

De Iubilæo sacro Anni sancti.

§. I.

EPITOME.

1. *De natura, nomine, & origine Iubilæi.*
2. *De necessitate Iubilæi in genere, & in specie.*
3. *In Ecclesia est potestas conferendi Iubilæum, & est thesaurus ex quo Iubilæus depromittitur, idque latè ostenditur.*
4. *Quis sit huius thesauri legitimus dispensator.*
5. *An Christi opera quoad satisfactionem sint valoris infiniti.*
6. *& quot sint satisfactiones quando nobis per opera nostra applicantur Christi satisfactiones.*
7. *An indulgentia prosint nobis ex opere operato?*
8. *Quando indulgentia Iubilæi primum fuerint instituta, & quando tempus mutatum?*
9. *Quo die Annus sanctus Iubilæi incipiat, & quando finiatur?*
10. *& qua auctoritate fuerit institutus?*
11. *Quod discrimen sit inter indulgentias Anni sancti, & inter indulgentias alias plenarias.*
12. *An Iubilæus sicut tollit pœnas, possit etiam augere gratiam, & gloriam?*
13. *An possit institui Iubilæi Annus à Pontifice, vt quid sacramentale?*
14. *Quæ indulgentia in Anno sancto suspendantur tam extra Vrbem, quàm intra?*
15. *Quæ cæremonia seruentur in Anno sancto ostenditur.*
16. *An Portam sanctam aperire necesse sit, & quis debeat eam aperire, & per eam ingredi?*
17. *Quæ fieri debeant Romæ, vt Iubilæus obtineatur, & quoties debeant visitari Ecclesiæ, & quando.*
18. *Vtrum requiratur confessio ante, vel post visitationem Ecclesiarum?*
19. *Qui non habet conscientiam peccati mortalis, an debeat confiteri? & quid si peccet mortaliter post visitationes Ecclesiarum?*
20. *In quo articulo huius anni fructus Iubilæi acquiratur?*
21. *An prosit indulgentia Anni sancti Monachis, & Religiosis, & aliis qui non possunt ire Romam sine licentia Superiorum?*
22. *Qui nam sint incapaces consequendi Iubilæi?*
23. *An prosit illi Iubilæus, qui non potest ire, sed mittit aliquem pro se?*
24. *An possit obtineri Iubilæus per opera ex voto, vel ex alia obligatione alias debita, & quoties acquiri potest?*
25. *Proponuntur reliqua, quæ necessaria sunt ad consequendum fructus huius sancti Anni*

OMISSIS

1. OMISSIS aliis, quæ magis confusionem pariunt, quamuis eruditionem magnam ostendant circa naturam Iubilæi, & originem, cum nobis hoc loco sit tantùm mens percurrendi prærogatiuas Iubilæi de Anno sancto, qui est Ecclesiasticus, hoc est, remissio plenissima totius pœnæ temporalis, peccatis iam condonatis debitæ, non virtute sacramenti, sed thesauri Ecclesiastici auctoritate Apostolica, ac dispensatione effusi certis quibusdam temporibus collata illis, qui præscriptas Romæ Basilicas confessi, & contriti deuotè per se visitauerint. Dicitur autem annus Iubilæi Annus sanctus, Annus sacer ille in quo largissima hæc pœnarum, & pœnitentiarum remissio debitorumque spiritualium tela aatio apud Christianos celebratur.

Quando autem hæc amplissima, & plenissima remissio centenaria fuerit instituta, dicam infrà *num.* 8. Nunc de nomine Iubilæi, quod deducitur ex verbo *Iubel*, quæ voa significat libertatem, vt habet Paraphrasis Chaldaica, *Leuitic.* 25. Vocabisque libertatem, quam sequitur Gregor. Nazianz. *in oratione in sanctam Pentecosten.* Rupertus *lib.* 2. *comment. in Ezech. cap.* 11. *& lib.* 2. *in Leuit. cap.* 41. & B. Theodoretus Ciri *quæst.* 25. *in Leuiticum*: seu, simauis, deducitur ab Hebræa dictione *Iobal*, quod sonat idē, quod remissio, vel dimissio, teste Iosepho *lib.* 3. *antiquitatum cap.* 10. & vtraque deductio placet, cùm fiat eapressa mentio in teatu *Leuitici* 25. *num.* 10. ibi, *ipse est enim Iubilaus, sanctificabisque annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitantibus terram vestram*; quam etiam & etymologiam probat Lyra *cap* 25. *Leuit.* & Aleaandrinus *in summa, de pœnitent. disput.* 7. Sabellicus *lib.* 3. *Emneadis* 1. Auctore Azcued. *lib.* 1. *recopilat. titul.* 10. *l.* 13. *num.* 12. Ex quo depromptum fuit nomen Anni sacri, præsertim in quo Romæ conceduntur plenissimæ indulgentiæ; quæ olim non nisi à centum in centum annos solebant concedi, iam à primitiua Ecclesia, & à tempore Apostolorum, vt refert Borouius *tom.* 1. *Annal. Anno Christi* 58. *num.* 38 *&* 39. quem refert, ac sequitur Illustrissimus Hispaniarum Primas in suo libello *de Iubilao, cap* 1. *num.* 5. *&* 6.

2. Sequitur, dicatur de necessitate Iubilæi tam in genere, quàm in specie: nam quamuis Iubilæi institutio, vel consecutio non sit medium simpliciter necessarium ad esse ad salutem; est tamen ad bene esse ad illam; quod probant ex necessitate conuenientiæ, & congruentiæ, D. Thomas 1. *part. quæst.* 19. *artic.* 3. *in corpore, & artic.* 8. *ad primum*, Bellarminus *de Sacramentis in genere, lib.* 1. *cap.* 22. *versic. rursus necessitas, fol.* 78. Ex quibus sequitur indulgentias ad bene esse requiri; quia sunt vtiles, vt hominibus auferatur obstaculum perueniendi statim ad æternam vitam, si decedant in gratia. Henriquez *de indulgentiis, lib.* 7. *cap.* 9. *in principio*, post alios, & Rutilium *de anno Iubilæi, lib.* 2. *cap.* 1. *& cap.* 41. *de necessitate sacri Iubilæi ex parte cuiuscunque Christiani, & cap.* 43. vbi de necessitate indulgentiarum respectu eorum, qui sunt in Purgatorio, Suar. *de effectu indulgentiarum disp.* 49. *sect.* 5. *num.* 8 *ad finem*, vbi de vtilitate indulgentiarum concludit cæteris paribus esse opus maioris charitatis lucrari indulgentias, quam velle in Purgatorio pro pœna peccatis debita satisfacere.

Porrò esse in Ecclesia potestatem conferendi 3. indulgentias, & Iubilæum, constat ex verbis *Matthæi* 16. ad Petrum, *tibi dabo claues Regni cælorum, & quodcunque ligaueris super terram*, &c. *& quodcũque solueris*, &c. Per quæ verba dedit Christus Dominus Ecclesiæ suæ omnem potestatem tam in Sacramento, quàm extra Sacramentum soluendi peccata, quantum ad pœnam, quia cùm dicat, *quodcunque solueris super terram*, indistinctè concessit Ecclesiæ potestatem Clauium omnem sacramentalem, quæ exercetur in sacramento dimittendi peccata, & non sacramentalem conferendi indulgentias, quibus remittuntur pœnæ peccatorum extra sacramentum. Sed de his suprà *disp.* 4. *§.* 1. *ex num.* 1. & sub eisdem verbis, *quæcunque solueris*, contineri potestatem ligandi, vel soluendi etiam eatra sacramentum; vt per eacommunicationem, vel etiam per condonationes, & remissiones pœnarum, quæ pro peccatis solui debent ex clarissima sanctorum Patrum doctrina de potestate ligandi, vel soluendi intelligendum est.

Confirmatur hæc potestas in illis verbis, eo quòd peccatum dicit duo, & culpam, & pœnam; cùm ergo Christus Dominus fecerit facultatem remittendi culpas, fecit etiam facultatem soluendi pœnas, & ex consequenti concedendi indulgentias eatra Sacramentum, Suar. *disp.* 49. *sect.* 1. *num.* 1. *& sequent. & num.* 5. vbi tradit esse de fide potestatem concedendi indulgentias, quibus remittantur fidelibus pœnæ debitæ pro peccatis Ecclesiam habere, quam accepit à Christo Domino, & quam supponit Concilium Tridentinum *sess.* 21. *cap.* 9. *de reformat.* vbi indulgentias vocat cœlestes thesauros, & apertiùs *quæst.* 25. de decreto indulgentiis. Ex quibus patet extare in Ecclesia thesaurum constantem satisfactionibus Christi, & Sanctorum, qui est omnino infinitus, ea quo depromitur Iubilæus, qui sine thesauro nullo modo potest conferri. Ratio, quia condonatio pœnæ, aut remissio, quæ per Iubilæum acquiritur, fit per virtutem meritorum passionis Christi, & Sanctorum; ergo omnis vitius Iubi- 4.
læi, & indulgentiarum manat ex thesauro, cuius dispensator legitimus est Summus Pontifea, qui est Rector Domus Dei, & primus OEconomus, & gubernator Ecclesiæ Catholicæ, ita Cyprianus aduersùs Nouatianos *Epistol.* 26. Ambrosius *in prima ad Timotheum* 3. D. Thomas *in* 4. *dist.* 20. *quæstion.* 1. *articul.* 4. Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiastici part.* 1. *cap.* 7. *numero* 1. & diximus suprà *disputat.* 4. *§.* 1. *ex numero* 1. *vsque ad* 6.

Habuisse autem Christi merita, & satisfactio- 5.
nes simpliciter, & absolutè valorem infinitum, decidit Clemens Sextus *in Extrauagante Vnigenitus, de pœnit. & remiss.* expressis verbis dicens Christum suis meritis, & satisfactionibus comparasse hominibus infinitum thesaurum, sequitur D. Damasc. *lib.* 3. *de fide cap.* 15. *&* 19. vbi ait Christi operationes esse salutiferas, ne dum, quia humanæ sunt, sed etiam, quia sunt diuinæ, & Deitate perfusæ, Dionysius *epistol.* 4. *ad Caium*, actiones Christi ex dignitate personæ operantis sunt diuinæ, Deificatæ, & Dei viriles, quare non sunt audiẽdi Scotus *in* 3. *dist.* 19. *&* 20. *& in* 4. *dist.* 15. *q.* 1.

& Medina *Codice de pœnitentia tract.* 3. *quæst.* 1. dum opinantur huiusmodi Christi opera nullo modo habere valorem infinitum, neque à Deo acceptari, aut ab ipso Christo Domino ad aliquid infinitum referri, eo quia non solùm opera Christi, sed etiam ipsamet caro Christi, eo quòd esset caro Dei, infinitam habebat excellentiam, & dignitatem, vt notat D. Thomas 3. *part. quæst.* 48. *art.* 2. *ad* 3. per hæc verba: *Dignitas, ait, carnis Christi non existimanda solùm secundum carnem naturalem, sed secundum personam assumentem, in quantum scilicet erat caro Dei, ex quo habebat dignitatem infinitam.* quibus verbis ostenditur opera Christi esse valoris infiniti.

6. Difficultatis tamen est, an quando per nostra opera applicatur nobis satisfactio Christi, sit vna, vel duæ satisfactiones, altera nostra, altera Christi? Responsio sit esse duas satisfactiones, alteram ab altera dependentem: primam Christi, alteram nostram; & quamuis vna satis esset, nihilominus ad maiorem gloriam diuinam, & bonum nostrum decreuit Christus Dominus, vt nostræ satisfactiones suis adhærerent, vt ex duplici capite eius ad gloriam haberemus, tam ex meritis Christi nobis per gratiam communicatis, quàm ex meritis propriis, Caietan. *tom.* 3. *Opusculorum tract.* 11. *cap.* 11. & 12. Quo posito rursus quæritur, quomodo & quando conceduntur indulgentiæ, concurrant satisfactiones Christi cum satisfactionibus Sanctorum ad effectum remissionis pœnarum? Henriquez *de indulgentiis lib.* 7. *cap.* 5. §. 4. tradit satisfactiones Christi concurrere vti causam vniuersalem, satisfactiones verò Sanctorum concurrere vti causam particularem, quæ mota à Christo, atque in eius virtute causat efficaciter, & immediatè totum etiam effectum indulgentiæ: neque est dubium posse Pontificem immediatè per indulgentias applicare duntaxat satisfactiones Christi, sine aliquo alio concursu alterius satisfactionis, vt notat Henriquez suprà *in glossa vltima dicti capitis, vers. in acceptatione Dei*, Rutilius *d. lib.* 2. *cap.* 36.

7. Consequens est dicere, an indulgentiæ prosint lucranti ex opere operato, quod etiam intellige de Iubilæo Anni sancti? Henriquez *de indulgentiis lib.* 7. *cap.* 9. §. 3. & alibi vult, si quis in mortali existens opera omnia iniuncta per Iubilæum exequatur, non lucrari remissionem pœnæ temporalis statim, quia temporalis pœna non aufertur non sublata pœna æterna: remoto tamen impedimento peccati per pœnitentiam reuiuiscere effectum indulgentiæ, prout pendet ex opere operato Christi, & Sanctorum applicato per indulgentiam, quod videtur sentire Paludanus *in* 4. *dist.* 2. *quæst.* 4. *art.* 3. de quo dixi suprà *disput.* 4. §. 3. *num.* 34.

Vt autem hæc meliùs percipiantur, notandum est indulgentias posse dici valere ex opere operato quatuor modis. Primò ex operibus Christi, & Sanctorum, eo quòd indulgentiæ continent opus operatum Christi, & Sanctorum, & ita applicatæ passiones Christi, & Sanctorum dicuntur opus operatum in indulgentiis, seu opus Christi, & Sanctorum. Secundò dicuntur indulgentiæ habere suum effectum ex opere operato; quia ministret indulgentiarum per claues physicè, & effectiuè remittit ex Christi institutione pœnas, etiamsi minister sit malus, vt deducitur ex D. Thoma 3. *part. quæst.* 64. *art.* 1. & 5. & *art.* 3. & *quæst.* 84. *art.* 3. & 5. Sotus *dist.* 1. *quæst.* 5. *art.* 1. & Henriquez *lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 2. & ita claues in conferendis indulgentiis actiuè ex Christi virtute absolutionem à pœnis conferunt, & principaliter Christus Dominus confert hunc effectum per claues indulgentiæ, quemadmodum principaliter operatur per Sacramenta, & eorum Ministros, quamuis mali sint: sicut principaliter absoluit à culpis, sic etiam principaliter in indulgentiis tollit pœnas.

Tertiò dicuntur indulgentiæ prodesse viuis, & defunctis ex opere operato, quatenus operantur suum effectum infallibiliter ex certa lege, & promissione Dei. Quartò, & vltimò dicitur opus operatum in indulgentia ipsa remissio pœnæ, hoc est, effectus ipsemet indulgentiæ, vt loquitur Henriquez *d. lib.* 7. *cap.* 9. §. 5. & quamuis valor indulgentiæ respectu Christi, qui principaliter aufert pœnas, & illas remittit, sit ex opere operantis, potest dici opus operatum, quo ad rationem effectus ipsius indulgentiæ, cùm non dependeat à concedentis qualitate, & habeat efficaciam semper: ideo effectus indulgentiæ posito obice sopitus erit, eo tamen sublato reuiuiscet, vt volunt Paludan. *suprà*, Nauarr. *de indulgentiis notab.* 17. *num.* 2. *vers. secundò infertur*, & *notab.* 31. *num.* 29. & Henriquez *lib.* 7. *cap.* 9. §. 3. Nam effectus ille dependet ex opere operato Christi, & Sanctorum, applicato per indulgentiam, & ita obice sublato semper suam habet vim. Cæterùm oppositum est certius, scilicet recedente fictione nihil operari, iuxta caput *tunc valere, de consecrat. dist.* 4. quoniam acquisitio indulgentiæ non est sacramentum, neque sacramentale; & ideo sublato impedimento non reuiuiscet, vt notat Nauarrus *dict. notab.* 31. *num.* 29. quod intellige nisi Pontifex exprimat in indulto, vt reuiuiscat indulgentiæ effectus, cùm primum recipiens fuerit iustus, Henriquez *dict. cap.* 9. §. 3. *ad finem*, Rutilius *lib.* 2. *cap.* 40. *ad finem*, post alios, & dixi *suprà dict.* §. 3. *num.* 34. *versic. nihilominus.* 8.

Quando autem primò vsus indulgentiarum, & institutio Iubilæi centesimi notissima inceperit, non omnino constat. Illud tamen certum est vsum conferendi esse antiquissimum, & à Christiano populo auctoritate Conciliorum valde probatum, quem etiam probat Concilium Tridentinum *sess. vltima, in decreto de indulgentiis*, vbi anathemate damnat omnes qui aut indulgentias inutiles esse, aut potestatem eas concedendi non esse in Ecclesia volunt. Incepisse autem ab Apostolis, colligitur ex D. Paolo 2. *ad Cor.* 2. ibi: *Nam & ego, quod donaui, si quid donaui propter vos in persona Christi*; vbi Patres Chrysost. Theodoret. Ambrosius, & alij Interpretes declarant Paulum vsum fuisse verbo *donaui*, significante liberalem remissionem in incestuosum, quem prius seuerè castigauerat, & ex illo verbo, *propter vos in persona Christi*, habetur indulgentiarum vsum à Christo Domino fuisse inchoatum, Suarius *de indulgentiis disp.* 49. *sect.* 2. *num.* 3. Henriquez *de indulgentiis cap.* 3. §. 2. *vers. vsus conferendi*, & *in commento lit.* F. Rutilius Benzon. *de anno Iubilæi lib.* 3. *cap.* 5. *ad finem*, idem Suar. *de defens. fidei lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 25.

Constat item de indulgentia Anni sancti, seu centesima Bonifacium Octauum anno Domini 1300. in sua Extrauagante, incipit, *Antiquorum*, primum fuisse, qui de hac indulgentia centesima

centesima constitutionem ediderit; & quamuis Bonifacius in illa non vtatur verbo *Iubilei*, vel Anni sancti; nihilominus asseritur Bonifacium fuisse primum, qui Iubilæum constituit, & constitutione Iubilæum declamauit, vt D. Antonin. 3. *p. tit.* 20. *cap.* 7. §. 2. Platina *in vita Bonifacij Octaui*, & Sotus *in* 4. *distinct.* 21. *quæst.* 2. *artic.* 1. Franciscus Leo *in suo thesauro fori Ecclesiastici*, *p.* 1. *cap.* 7. *num.* 11. *& sequent.* vbi vult Bonifacium Octauum morum antiquorum fida relatione, quòd ingentes remissiones, & indulgentiæ peccatorum collatæ erant venientibus ad Basilicam Principis Apostolorum de Vrbe, easdem remissiones, & indulgentias omnes, & singulas ratas, & gratas habens ipsa auctoritate Apostolica confirmauit, approbauit, & etiam innouauit, & vt Sanctissimi Petrus, & Paulus Apostoli eo amplius honorarentur, & ipsorum Basilicæ de Vrbe maiori deuotione à fidelibus, frequentarentur de frattum consilio, & Apostolicæ plenitudine potestatis omnibus eodem anno 1300. à festo Natiuitatis Iesv Christi, & quolibet anno centesimo sequuturo, ad Basilicas ipsas accedentibus reuerenter verè pœnitentibus, & confessis, vel qui verè pœnitentes confiterentur in eodem, & quolibet centesimo sequuturo annis, non solùm plenam, & pleniorem, sed etiam plenissimam omnium suorum concessit veniam peccatorum, ita *in dicta Extrauagante* 1. *de pœnitent. & remiss.*

Non tamen ex dictis colligas non fuisse ante tempora Bonifacij ingentes indulgentias Romam venientibus, & visitantibus Basilicas Principum Apostolorum, quamuis non constet eandem centesimam indulgentiam habuisse olim ante Bonifacium plenissimam omnium peccatorum remissionem, sicut à tempore Bonifacij vsque ad id tempus in forma Iubilæi habet. Ratio huius asserti deducitur ex verbis Extrauagantis citatæ, vbi Bonifacius asserit ex antiqua fama, & relatione à senioribus, & antiquioribus accepta magnas remissiones fuisse concessas venientibus ad Vrbem ad honorabiles Basilicas Principum Apostolorum; atque ita videntur omnino aberrare, qui asserunt ante Bonifacium, nimirum Polydorus Virgilius *lib.* 8. *de inuentorib. rerum*, *cap.* 1. & Nauagerius, & alij, Iubilæum huius anni non fuisse, quod est intelligendum eo modo ac forma, secundùm quam Iubilæus solet concedi, & pro vt distinguitur ab indulgentiis etiam plenariis.

Quòd autem ante Bonifacium indulgentias visitantibus stationes Romæ fuisse institutas, referunt D. Thomas *addit. quæst.* 25. Altisiod. *lib.* 4. *fol.* 281. Caietan. *de indulgentiis*, *ad Iul. cap.* 1. Archidiac. *tractat. de indulgentiis.* Genebr. *Chron. pag.* 259. ex Gregorio *lib.* 7. *Epist.* 63. nam Gregorius primus circa annum 600. Leo Tertius circa annum 800. Sergius secundus circa annum 844. & alij sequentes Pontifices indulgentias contulerunt, vt vult Bellarm. *lib.* 1. *de indulgentiis*, *cap.* 3. quos referens sequitur Ægidius *disputat.* 12. *de indulgent. dub.* 1. *num.* 5. addens ob maiorem rigorem Ecclesiæ quondam, & feruorem in peragendis pœnitentiis iniunctis, non fuisse vsum indulgentiarum olim crebriorem, aliquem tamen semper fuisse. Atque ita à tempore Bonifacij hic centesimus annus sanctissimi Iubilæi immutatus pluries fuit, & ad annum quinquagesimum reductus à Clemente VI. vt *in Extrauagante Vnigenitus*, *de pœnit. & remiss.* & tandem à Paulo II. institutum fuit, vt quolibet vigesimo quinto anno Annus sacer celebraretur, vt *in Extrauagante Quemadmodum*, *eodem titulo.* Henriquez *de indulgentiis*, *cap.* 4. *num.* 2. *ad finem*, & *in commento lit. K.* Nauar. *de Iubilæo*, *notab.* 7. addit Bonifacium potius fuisse huius Iubilæi innouatorem, quàm inuentorem, quod etiam volunt alij, quos referens sequitur Rutilius *de anno Iubilæi*, *lib.* 3. *cap.* 5. *per totum*, vbi id multis confirmat, & *cap.* 6. vbi diuersa tempora statuta memorat pro Anni sancti celebritate.

Quo autem die Annus sanctus sacri Iubilæi incipiat? constat ex Extrauagante Bonifacij VIII. à festo Natiuitatis Christi Domini incœpisse, quod etiam decreuit Clemens Sextus *in sua Extrauagante*, & in eodem die Natiuitatis subsequentis anni expirare. Attamen Paulus secundus, & Sixtus Quartus in suis constitutionibus voluerunt, vt Iubilæus Anni sancti inciperet à vigilia Natiuitatis Christi Domini, & finem faceret in vigilia eiusdem Natiuitatis anni subsequentis. Nomine autem *vigiliæ* non venit integra dies vigiliæ Natiuitatis, sed incipit vigilia à primis vesperis, hoc est, in ipsis primis vesperis inchoatur Iubilæus, atque ita non excluduntur, sed includuntur Vesperæ, & vsque ad Vesperas Natalis Domini anni subsequentis acquiritur Iubilæus, & finitur, vnde dies Natalis Domini subsequentis anni iam non est pars anni Iubilæi, vt notat Nauarr. *de Iubilæo*, *notab.* 24. *num.* 2. & in commentario super Bullam indictionis Iubilæi Gregorij XIII. *verb. à primis vesperis.*

Fuerit ne diuina, vel humana auctoritate sacer Iubilæus institutus? constat non esse humanum inuentum, nec ab homine, nec per hominem, sed à Deo ipso institutas fuisse indulgentias, & Iubilæum ortum habuisse. Probatur ex *Matthæi* 16. *&* 18. *& Ioannis* 20. quibus in locis tam intra, quàm extra Sacramentum ostenditur data Ecclesiæ potestas soluendi à pœnis etiam conferendo indulgentias, quod etiam habetur *in Concilio Tridentino*, *sess.* 25. *in decreto de indulgentiis*, quod necessariò secundùm fidem Catholicam dicendum est. Vide Sotum *in* 4. *distinct.* 21. Cordubens. *quæst.* 7. *de indulgentiis*; fuisséque hanc potestatem conferendi indulgentias datam Ecclesiæ à Christo Domino, tradit Innocentius Tertius *in fine Concilij Lateranensis*, & Nicolaus Quartus, vt docet Henricus Gandauensis *quodlibet.* 15. *quæst.* 14. Confert fuisse datas claues Petro sine vlla restrictione ad soluendum etiam extra Sacramentum, *cap. quodcunque* 24. *quæst.* 1. & ita fuisse declaratum à Leone X. refert Caietan. *opusculo de indulgentiis*, *quæst.* 4. *&* 3. *p. quæst.* 48. *artic.* 5. Vnde sequitur Sanctum Iubilæum non fuisse inuentum hominis, neque esse quid recens, ab homine excogitatum, vt testatur fidissima illa relatio veterum, ac seniorum, cuius fit mentio à Bonifacio in sua constitutione *Antiquorum*. 10.

Neque ambigi potest de antiquitate Iubilæi, & indulgentiarum: nam ex oratione quæ dicitur à Romano Pontifice in principio huius anni, id ostenditur, quæ sic habet conceptis verbis. *Deus qui per Moysen famulum tuū populo Israelitico annum*

annum Iubilæi, & remissionis instituisti, concede propitius nobis famulis tuis Iubilæi annum hunc tua auctoritate institutum, quo portam hanc populo tuo ad preces tua Maiestati porrigendas ingredienti solenniter aperiri voluisti, feliciter inchoare, vt in eo venia, atque indulgentia plena remissionis omnium delictorum obtenta, cum dies nostræ aduocationis aduenerit, ad cœlestem gloriam perfruendam tua misericordia munere perducamur, per Christum Dominum nostrum, Amen. In qua oratione indulgentiarum ac Iubilæi vsus ostenditur non fuisse humanus, sed diuinitus institutus, & quanta sit Iubilæi antiquitas, significatur, & declaratur. Ad hæc testimonia sequentia conducunt, in primis Sergius Tertius, qui præfuit ante annos circiter 600. indulgentiam concessit Romæ visitantibus Ecclesiam S. Martini, in montibus, vt ostenditur in antiquissimo marmore ad Altare maius eiusdem Ecclesiæ erecto.

Quinimò Gregorius Magnus, qui sedit ante annos ferè mille, instituit indulgentias visitantibus stationes Romæ, vt dixi ex D. Thoma *in additionibus quæst. 25. art. 2.* vel certè eas in ordinem certum restituit, cùm iam antea essent institutæ, vt vult Onuphrius Panuinus. Item Paschalis I. ante annos ferè 700. plenariam indulgentiam concessit pro animabus Purgatorij, confirmatam postea ab vndecim Pontificibus subsequentibus: cuius rei extat testimonium ad Portam Basilicæ sanctæ Praxedis de Vrbe. Mitto cætera testimonia hac de re apud Suarium *de defensione fidei lib. 5. de Antichristo cap. 21. ex num. 15. cum sequenti*, vbi multis exemplis de indulgentiis à variis Pontificibus concessis nostrum institutum firmat, & auctoritate sapientissimi Baronij de tota antiquitate benemeriti confirmat.

11. Quæri etiam potest, quod discrimen reperiatur inter indulgentias huius sancti Anni, & inter cæteras alias indulgentias. Responsio sit, hoc primum discrimen reperiri, quia Iubilæus huius Anni sancti instituitur ad recolendum beneficium Natiuitatis Christi Domini, & ideo incipit à vigilia Natiuitatis ipsius: dantur huiusmodi indulgentiæ plenissimæ propter maiorem causam; cæteræ autem indulgentiæ, quamuis plenissimæ, etiam ad instar & in forma Iubilæi concedantur ex minori causa, puta propter particulares causas, nimirum propter bellum contra infideles, pro bono alicuius Regni vniuersali, & particulari, atque ita primum discrimen repetitur ex parte causæ propter quam conceditur, vnde indulgentia Anni sancti conceditur ob causas grauissimas, & vniuersalissimas: reliquæ verò ob particulares causas. Secundum discrimen datur secundùm eos, qui faciunt discrimen inter indulgentiam plenariam, pleniorem, & plenissimam, pro vt notat Nauarr. *notabil. 9. ex num. 2. vsque ad 5.* vbi vult esto indulgentia peccati, & remissio peccati idem sonet, non tamen idem esse omnium peccatorum remissionem, & plenariam indulgentiam. Existimat etiam non censeri concessam pleniorem indulgentiam, & multo minus plenissimam, quando simpliciter conceditur plena, quoniam concessio indulgentiæ strictè accipitur, teste eodem Nauar. *de rescriptis cons. 1. num. 1. & de pœnit. & remiss. consil. 35. numero 3.* per glossam antiquam *Regul. Cancell. 56.* Palud. *in 4. dist. 20. quæstion. 4. column. vltim.*

Vnde vult indulgentiam plenam esse illam, quæ aufert omnes pœnitentias iniunctas, quæ debentur pro peccatis confessis, & multo fortiùs esse plenam, quæ tollit iniunctas, & iniungendas pro delictis, quæ pœnitens confessus est; pleniorem autem ait, per quam pœna tota omnibus peccatis mortalibus etiam non confessis debita tollitur: plenissimam denique censet illam, quæ omnium mortalium, & venialium, etiam illorum, quæ quis confessus non est, debitas pœnas delet, eo quia cùm duobus prioribus nihil possit addi, iure optimo plenissimam vocat, quæ secum affert condonationem pœnæ venialium per indulgentiam, puta plenissimam, & dicendam omnium peccatorum remissionem plenissimam, *in dict. notabil. 9. num. 8. & 15. & notabil. 26. num. 1.* vbi indulgentiam plenissimam vocat etiam plenariam instar Iubilæi, quem loquendi modum probat Henriquez *de indulgentiis lib. 7. cap. 15. §. 7. vers. indulgentia*, & ante omnes meminit huius Ioannes Maior *in 4. dist. 20. quæst. 2. dub. vltimo*, de quo dixi suprà *disput. 4. §. 1. num. 2.* & de discrimine inter illas, quamuis si loquamur more humano, quod est plenum, etiamsi nihil vltrà capere possit, ab aliis, vt distinguatur, addi solet, *valde plenum*: attamen communis sententia recentiorum inter plenam, plenariam, & plenissimam nullum discrimen paritur, & in Iubilæo hoc sacro vtitur verbo *plenissimæ indulgentiæ, & remissionis omnium peccatorum*, quæ differentia distinguit Iubilæum ab aliis gradibus indulgentiæ, sed non ab indulgentia plenissima, quæ secundùm suum esse intrinsecum, nullo modo differt ab indulgentia Iubilæi, quæ secundùm Syluestr. *verb. indulgentia num. 14.* vocatur propriè indulgentia culpæ, & pœnæ; qui dicendi modus quamuis improprius, vt notat D. Antoninus *1. part. tit. 10. cap. 3. §. 4.* est tamen Catholicus, & Apostolicus; & verificatur dum supponit remissionem culpæ per confessionem præcedentem, vel saltem per contritionem, quæ præexigitur, vt etiam notant D. Antonin. & Syluestr. *suprà*. Et hoc modo vetum est dicere indulgentias remittere culpas & pœnas.

Tertium discrimen inter indulgentias alias etiam, quæ dantur in cæteris Iubilæis, & inter indulgentias huius Anni sancti in multis consistit. Primò quòd cæteri Iubilæi non excedunt duas hebdomadas, aut quindecim dies: hic autem per annum durat, & habet opus peregrinationis iniunctum ad limina Apostolorum. Item habet iniunctum visitare Basilicas Sanctorum Apostolorum, quod spectat ad latriam, & est opus Religionis, quæ est omnium virtutum moralium præstantissima. Cæteræ autem indulgentiæ, vel Iubilæi regulariter habent opera iniuncta, quæ spectant ad misericordiam, eleemosynas scilicet largiri, vel ad temperantiam, ieiunare videlicet, quæ sunt virtutes inferiores, Henriquez suprà *cap. 14. §. 5. versic. quare Iubilæus*, vbi addit Iubilæum Anni sancti cum onere peregrinandi Romam, & visitandi per quindecim dies saltem intermissos quatuor Ecclesias singulis diebus habere tutiorem, & proportionatam causam.

Secundò differt, quoniam cæteræ indulgentiæ, etiam datæ ad instar Iubilæi non excludunt quascunque alias indulgentias: in Anno autem hoc sancto omnes indulgentiæ, quæcunque illæ sint, etiam plenissimæ, & ad instar Iubilæi suspenduntur, hac sola in toto Orbe Anni sancti indulgentia regnante, & perseuerante. Tertiò differt, quia in eo anno aperitur in principio illius quædam porta,

porta, quæ dicitur sancta, & aurea vocatur, cuius lapides, & cæmenta Pontificia benedictione sanctificantur, quando finito anno clauditur & condecoratur hæc actio præsentia Summi Pontificis, & Illustrissimo, ac Reuerendissimo Cardinalium Senatu. Denique secundùm opinionem quam sequimur supra *disp. 4. num. 2.* vbi non differunt inter se indulgentia plena, plenior, & plenissima essentialiter, dicendum est nec à plenaria differre Iubilæum essentialiter, vt etiam tenet D. Antonin. 1. *part. tit. 10. cap. 3. §. 6.* quod etiam ostenditur ex praxi Ecclesiæ hisce temporibus, & ex communi forma concedendi indulgentias, secundùm quam idem videtur sonare indulgentia plena, & plenissima.

In aliquibus tamen videntur conuenire plenariæ indulgentiæ cum indulgentia sancti Iubilæi. Primò, quia sicut in indulgentia plenaria vniuersa pœna pro actualibus peccatis iam remissis debita deletur ex thesauri applicatione: sic etiam condonatur, & relaxatur per Iubilæum hunc, & per vtranque indulgentiam non remanet ampliùs qui fuit reus, debitor, & omnium peccatorum, hoc est, pœnarum pro peccatis debitarum remissionem integram consequitur. Secundò vtraque indulgentia reducit hominem ad innocentiam baptismalem quoad effectum similem: vnde si quis fuerit consecutus plenariam indulgentiam, vel Iubilæum, & statim decedat, pœnas purgantis ignis nullo modo patietur. Est communis, Syluest. *verb. indulgentia num. 33.* quod tamen fallit, si detur indulgentia plenaria generalis de pœnis iniunctis, & maior pœnitentia debuisset iniungi: quare pro illa, quæ debuerat pœnitenti imponi, punietur in Purgatorio, ita Augustinus de Ancon. *in lib. de potestate Ecclesiæ, quæst. 32. art. 4. versus finem:* io quo sensu quidquid conuenit plenariæ indulgentiæ, conuenit Iubilæo, non tamen contrà. Fallit secundò, quando datur indulgentia de peccatis ore confessis, & aliqua ex obliuione, vel ignorantia non fuerunt confessa nec generaliter, nec specialiter, secundùm Archidiaconum, quoniam quoad oblita nisi culpa intercedat, confessio generalis satis est, vt dictum est supra *disp. 4. §. 3. num. 30.*

11. His adde, an sicut Iubilæus delet pœnas peccatorum, possit etiam augere suscipienti gratiam, & gloriam, hoc est, an possit Pontifex applicare thesaurum Ecclesiæ continentem ne dum satisfactiones Christi Domini, & Sanctorum, quæ ipsis superfuerunt, sed etiam infinitum meritum eiusdem Christi Domini, & Sanctorum ad augmentum gratiæ, & gloriæ? vt in Iubilæo videtur plus aliquid concedi, quam solius pœnæ remissio. Pars affirmans probatur ex D. Thoma *in 4. dist. 20. quæst. 1. ad 4. & in additionib. ad 3. part. quæst. 25. art. 1. ad 4.* dicente indulgentias dari accipienti, & per illas remedium ad peccata vitanda conferri, hominemque per illas præparari ad gratiam, sequitur Chartusian. *in 4. dist. 20. quæst. 2.* vbi vult beneficium indulgentiarum esse meritorium augmenti gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro. Item merita, pœnitentiæ, & ieiunia Sanctorum præteritorum non minus possunt, quàm viuorum ad impetrandum augmentum gratiæ, sed Pontifex si applicet suffragia communia viuentium, iuuabunt ad hos, & similes effectus: igitur si applicauerit merita, & orationes Sanctorum præteritorum.

Resolutio sit, non potest Pontifex extra Sacramentum applicare tantum gratiæ, & gloriæ, quantum remissionis pœnarum; hoc est, potest Pontifex communicare indulgentiam plenariam, & remissionem pœnarum pro peccatis debitarum visitantibus quinquies hanc, vel illam Ecclesiam, quam, qui opera iniuncta plenè exequitur, statim consequitur; non tamen potest eodem modo extra sacramentum ex thesauro Ecclesiæ concedere facientibus tale, vel tale opus, tot gradus augmenti gratiæ, & gloriæ. Ratio, quia si hoc fieri posset, consequeretur quis maiorem gratiam, & maiorem gloriam essentialem in Cælo, quàm suis meritis, & sacramentis receptis debita esset, quemadmodum ob indulgentias maior relaxatio pœnarum conceditur ex thesauro Ecclesiæ alicui, quàm respondeat suis operibus, & meritis, quod est alienum à doctrina Pauli *ad Romanos 2.* ibi, *Qui reddet vnicuique secundum opera sua*, & 2. *Corinth. 5. Vnusquisque referet propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum.*

Quare non est dicendum per Iubilæum posse Pontificem augere gratiam, eo modo quo delet pœnas per indulgentias dispensando thesaurum; ad quod confirmandum bona est ratio, nunquam concessisse ad id vsque tempus Pontificem tot gradus gratiæ facientibus hoc, vel illud, vel visitantibus hanc, vel illam Ecclesiam; quemadmodum solet concedere tot dies, vel tot annos, & quadragenas indulgentiæ. Accedit non posse Pontificem nouam gratiam infundere extra Sacramentum: igitur neque alios gradus gratiæ, addere gratiæ; nam potestas excellentiæ per quam extra Sacramentum gratia produci potest, competit soli Christo Domino, vt notat D. Thomas 3. *p. quæst. 64. art. 3. & 4.* neque eam Ecclesiæ ministris communicauit propter fidelium vtilitatem, ne in homine spem ponerent. D. Thomas *ibidem art. 4. ad 1.*

Addit tamen D. Thomas *in 4. dist. 20. quæst. 1. art. 5. ad 1. quæst. in corpore*, posse Pontificem in Iubilæo hoc sancto magno per viam communicationis diffundere merita Sanctorum in illos, qui ad loca sancta Vrbis profecti fuerint, eàque visitauerint, quia hæc bona spiritualia, quæ continentur ex communicatione bonorum, & proficiscuntur ex charitate Christiana, ex sui natura ad omnes in gratia existentes diffunduntur, & communicantur; igitur Pontifex in hoc Iubilæo, vel in quocunque alio, auctoritate clauium poterit Sanctorum merita vltra plenariam indulgentiam communicare accipientibus illum, & visitantibus Basilicas Sanctorum Apostolorum, dicendo, quod solet dicere Sacerdos in absolutione peccatorum quotidiana, paucis mutatis, *Passio Domini Nostri I E S V Christi, & merita B. Virginis, & omnium Sanctorum, præsertim Petri, & Pauli, & Ioannis & deuota peregrinatio, ac visitatio Basilicarum præscriptarum sit peregrinantibus, & visitantibus in augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ, Amen.*

Possunt etiam applicari merita ex thesauro Ecclesiæ, vt valeant ad merendum auxilium diuinæ gratiæ non solùm ad augmentum gratiæ, & gloriæ, sed ad primam gratiam existentibus in mortali, Rutilius Benzon. *de anno Iubilæi lib. 4. c. 5. vers. secunda propositio*, vbi opinatur esse valde probabile in Iubilæis, præsertim in Iubilæo Anni sancti, fieri à Summo Pontifice applicationem hanc meritorum, quæ sunt in thesauro Ecclesiæ. Sicut aliquando facit participes meritorum totius Ecclesiæ aliquas Religiones, quia tunc refert

merita Ecclesiæ speciali modo ad illas Religiones, vt sic mereantur auxilia diuina, & qui fuerint in gratia in illis congregationibus per proprios actus excitantur ad augmentum gratiæ; si verò aliqui non fuerint in gratia per proprios actus contritionis, vel per Sacramenta ad primam gratiam mouebuntur, cùm merita Christi Domini de condigno, & Sanctorum de congruo huiusmodi auxilia mereantur. D.Thomas *ex tertia parte, quæst.19. de merito Christi, & 1.2.quæst.114.art.6.* vbi de meritis Sanctorum. Atque ita potest Pontifex dirigendo specialiter ea merita in aliquos, influere in illos ex thesauro Ecclesiæ auxilia gratiæ, quibus excitantur per proprios actus, vel ad procurandam primam gratiam, vel ad illam augendam, ita D.Thomas *in additionib. ad 3.p.quæst.27.art.1.in corpore,* his verbis: *Indulgentia non valent existentibus in peccato mortali, & ideo in omnibus indulgentiis fit mentio de verè contritis, & confessis. Si autem fieret communicatio per hunc modum: Facio te participem meritorum totius Ecclesiæ, vel vnius congregationis, vel vnius specialis personæ, sic posset valere ad merendum aliquid illi, qui est in peccato mortali.* Sic ille, ex cuius sententia sequitur posse Pontificem in Iubilæis facere huiusmodi applicationes meritorum; in quo sensu sunt accipiendi, qui dicunt per Iubilæum posse augeri gratiam, & gloriam, quatenus Summus Pontifex speciali modo refert in aliquos merita Christi, & Sanctorum, dirigitque, & influit ex thesauro Ecclesiæ multa auxilia gratiæ præuenientia, quæ excitant animos illorum per propria opera ad procurandum primam gratiam, vel ad illam augendam, Rutilius *suprà.*

13. An possit institui Iubilæi annus à Pontifice tanquam quid Sacramentale? Responsio sit affirmatina: vnde potest instituere annum integrum Iubilæi, & opera pro illo consequendo iniuncta vt quid Sacramentale, ad peccata venialia delenda, vt habent alia Sacramentalia, & ad fugandos dæmones, vt experientia compertum est multos à dæmonio vexatos liberatos esse in Vrbe in Anno sancto; Rutilius Benzonius *suprà lib. 4. cap. 7.* atque ita dicendum est, quamuis Ecclesia nequeat Sacramenta instituere, quia conferunt gratiam; potest tamen hæc Sacramentalia, quia huiusmodi res non habent vim ex pacto Dei expresso; sicut habent Sacramenta, sed ex precibus Ecclesiæ, & ex deuotione vtentium, & ideo Sacramentalia non operantur omnes effectus infallibiliter: non enim semper liberantur à vexatione dæmonis, vel à morbo per aquam benedictam, neque alios effectus spirituales perficiunt, quos alia sacramentalia faciunt: quoiomo remissio venialium, si obex ponatur, non acquiritur, Rutilius *suprà, lib. 4. cap.7.* Henriquez *lib.1.de pænit.cap.15. §. 8.* Ægidius *de Sacramentis, quæst.71. de cæremoniis Baptismi, art.3.dubio vnico, num.24.conclus.2.& 3.num.28. & n. 30. conclus.4.*

Quæstionis tamen est, an Iubilæus, & indulgentiæ remittere possint culpas veniales sicut Sacramentalia? Nam Sacramentalia, nisi obex ponatur ab Ecclesia instituta tollunt culpas veniales, vt notant D. Thomas *3.p.quæst. 87. artic.3.* Paludan. *distinct. 16. quæst. 1. articul. 4. conclus. 4.* Syluest. *verb. aqua benedicta,* Petrus Sotus *tit. de pænitent. lect.* 18. non ratione impetrationis tantùm, aut quia excitant motum pœnitentiæ, aut charitatis, sed ex opere operato, Henriquez *suprà dict. cap. 15. num. 8.* quamuis oppositum doceat Suar. quem referens sequitur Ægidius *vbi proximè, num. 28. conclus.3.* dicentes non habere Sacramentalia vi sua, & ex opere operato gratias præuenientes, & pios motus, sed tantùm per modum impetrationis, quæ non habet effectum omnino infallibilem: attamen ex opere operato habere Sacramentalia vim remittendi venialia, voluit Sotus *in 4. distinct. 15. quæst. 2. artic. 3.* quatenus Sacramentalia vi propriæ consecrationis inclinant animum ad motum pœnitentiæ, sequitur Victoria *de pænitent. quæst. 109.* Canisius *in suo Catechismo,* & Turrianus *lib. 3. pro Epistolis Pontificum, cap. 6.* Fauent verba Alexandri I. qui fuit quintus à Petro *in cap. aquam, de consecratione, distinct. 3.* his verbis: *Aquam sale conspersam populis benedicimus, vt ea cuncti aspersi sanctificentur, & purificentur.* Ex quo sequitur aquam benedictam ex opere operato habere vim sanctificandi. Confert Bellarmin. *in 7.controuersia 1.tom.lib.2.cap.30.*dum ait, signum crucis ex diuina institutione, & ex opere operato habere virtutem ad fugandos dæmones; quia signo Crucis Iudæi, & Pagani fugarunt dæmones, vt constat ex Gregorio *lib. 3. Dialog. cap. 7.* cùm nec Iudæi, nec Pagani habeant fidem in Christum.

Nihilominus, quamuis hæc opinio sit probabilis, probabilior est, Sacramentalia non ex vi propria, nec ex opere operato remittere venialia, sed ratione impetrationis per orationem factam nomine totius Ecclesiæ, aut quia excitant actus deuotionis in anima, vel pœnitentiæ ad modum operis operantis, ita D.Thomas *3.p.quæst.87.art.3. in corpore, & ad 1.*Petrus Sotus *d.lect.18. §. Ex his.* Palud.*in 4.dist.16.quæst.1.art.2.conclus.4.* Antonin. *1. p. tit.10. cap.1. §.5.* & Ægidius *d.dub.vnico, ex numer. 23. ad numer. 33.* vbi hanc partem plenè probat.

His positis dicendum est Iubilæum, & indulgentias non habere vim tollendi culpas ad instar Sacramentalium, & eo modo quo Sacramentalia tollunt, quia de ratione Iubilæi, vel indulgentiarum, non est tollere directè maculas veniales, sed pœnas duntaxat pro culpis debitas, & ad hoc indulgentiæ immediatè sunt institutæ, vt volunt, Sotus *in 4.dist.21.quæst.1.art.1.*& est D. Thomæ *in additionibus ad 3. p. quæst.25 art.1. ad 3.* D.Antonin. *1.p.tit. 10. cap. 3. §. 4. & §. 5.* Cordubens. *lib.5.quæst.8.* Henriquez *lib. 1. de pænitentia, cap.15. §.1.* & Valent. *lib. de indulgentiis, cap. 6.* dicentes per indulgentias pœnas duntaxat, non autem culpas etiam veniales remitti. Confirmatur, quia indulgentia ex natura sua non tollit nisi pœnas temporales; venialia autem peccata non sunt pœnæ, sed sunt priora ipsis pœnis: ergo non tolluntur per indulgentias, faciunt tradita à Nauarro *de indulg. notabil. 10. num. 14.* vbi ex Paludano *in 4. distinct. 20. quæst. 4.* intelligit culpam venialem remitti per indulgentiam indirectè, quatenus pœna culpis venialibus debita dum aufertur, ipsa quoque venialia sublata præsupponuntur; at verò per indulgentias tolli directè peccata venialia, omnino negatur, ad instar Sacramentalium; quia Sacramentalia tollunt culpas veniales excitando actum deuotionis, aut inclinando ad motum pœnitentiæ, vel charitatis, per quem tolluntur veniales culpæ cum tali actu incompatibiles. D. Thomas *in quæstionibus de malo, quæst.7. art.12.* vbi ait ita expelli ad

ad modum operis operantis, *& in 3. p. quæst. 87. art. 2. & 3.* Richard. *in 4. dist. 51. art. 3. quæst. 1.* Turrecrem *cap. tria sunt, de pœnit. dist. 1. & cap. aquam, de consecrat. dist. 1.* & Abul. *4. Reg. cap. 2. quæst. 39.* Nec obstat Scot. *in 4. dist. 15. quæst. 2. art. 2.* vbi vult indulgentiis tolli directè culpas, quia quamuis hoc ita fuerit, non est fatendum eas tolli ad instar Sacramentalium, quia Sacramentalia culpas veniales tollunt, vt dictum est, non ex opere operato, sed ad modum operis operantis, & ex consequenti abolent & expellunt reatum, & debitum, & obligationem ad pœnas temporales per propriam satisfactionem: contrà verò indulgentiæ applicando alienas, non autem proprias satisfactiones. Vnde diuerso modo se habent Sacramentalia, quæ per modum causæ efficientis concurrunt ad remissionem venialium, & indulgentiæ in opinione Scoti ratione materiæ solùm tollunt venialia. Nisi fortè dicas cum Paludano, sibi hac in re parum constante, *in 4. dist. 20. quæst. vltima*, vbi insinuat per indulgentiam tolli culpas veniales: quoniam ad id responderi potest hoc posse fieri non ratione indulgentiæ præcisè consideratæ, sed ratione coniuncti operis, puta, si sit actus contritionis, vel confessionis sacramentalis; tunc enim mortales culpæ remittuntur etiam. In quo sensu absolutè dici potest per indulgentias deberi venialia ratione coniuncti operis, & ratione Papalis absolutionis, quæ in indulgentiis plenissimis semper adiungitur; sicut tolluntur per benedictionem Episcopalem, Henriquez *d. lib. 1. de pœnit. cap. 15. §. 8.* vbi de Sacramentalibus, & Ægidius *quæst. 71. art. 3. dub. vnico, conclus. 2. num. 24. & tribus sequentibus.*

14 Consequens est dicere, quæ indulgentiæ in Anno sancto suspendantur in toto Orbe terrarum? Responsio sit in Anno sancto solas plenarias indulgentias suspendi, vt liquet ex constitutione Gregorij XIII. & notat Nauar. *ibi in glossa verb. plenarias*, & ex Bulla Sixti Quarti, quæ incipit, *Quemadmodum*, & Nauarrus *commentario de Iubilæo notab. 28. num. 1.* siue sint perpetuæ, siue temporariæ, siue concedantur pro articulo tantùm mortis, siue etiam pro alio tempore vitæ, siue datæ fuerint in fauorem Hospitalium, siue in fauorem Monasterij, Ecclesiæ, Ordinis, & confraternitatis, siue in gratiam cuiuscunque personæ Ecclesiasticæ, aut sæcularis, cuiuscunque gradus, conditionis, & dignitatis existat; siue concedantur per viam communicationis, aut extensionis, ibi, *Quibuscunque Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, & piis locis*, idem Nauarrus *de pœnit. & remiss. cons. 17. n. 4. vers. quinto.*

Quinimò suspenduntur indulgentiæ plenariæ concessæ Religiosis familiis, & vniuersitatibus, quæ non sunt personæ veræ, sed fictæ, nec non concessæ singulis Religiosis, cùm sint personæ Ecclesiasticæ, patet ex constitutione Gregoriana, & ex Nauarro *ibi in glossa verb. personis.* Ad hæc Bullam Cruciatæ, & alia indulta personalia quæcunque illa sint, & quibuscunque concessa eo anno suspensa esse, & quoad effectum indulgentiæ plenariæ suspendi eo anno docet ratio, ex eo, quia potest Pontifex abrogare ea, quæ in Bulla Cruciatæ concessit; ergo potest suspendere Bullam, atque ita etiam indulgentia plenissima ad instar Iubilæi concessa censebitur suspensa, etiam si concedatur ob remunerationem, Nauar. *de Iubilæo notab. 28. num. 7.* & Rutilius Benzon. *de anno Iubilæi lib. 4. cap. 8. dub. 2.*

Nihilominus Clemens Octauus consultus, an suspenderetur Bulla Cruciatæ concessa Philippo Hispaniarum Regi paulo ante Annum sanctum Iubilæi, respondit in quodam Breui dato Romæ sub Annulo Piscatoris die octauo Maij anno 1600. his verbis: *Nos, quibus præcipuè curanda sunt ea, quæ ad fidem Catholicam tuendam, & adiuuante Deo aliquando propagandam pertinent, quique eo animo, & ea voluntate nunquam fuimus, vt indulgentiæ, facultates, concessiones, & indulta quæcunque intuitu dictæ expeditionis in infideles concessa, & Cruciata, vt dicitur, impedirentur, aut reuocarentur, ac dictarum litterarum omnium seriem, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro expressis, & incertis habentes auctoritate præsentium declaramus suspensionem eandem ad indulgentias, facultates, concessiones, & indulta quæcunque occasione dictæ expeditionis, & Cruciatæ in Portugalia, & coronæ Regnorum ipsius subiectis concessa non extendi, eaque omnia, & singula sub dicta suspensione minimè comprehendi, atque propterea Commissario Generali, & aliis, ab eo deputatis, & pro tempore deputandis omnia, & singula sibi per prædictas litteras demandatas facere, exequi, & plenariæ executioni demandare absque aliquo conscientiæ scrupulo sententiarum, aut pœnarum incursu, vt prius antequam suspensionis litteræ à nobis emanassent, licere.* Hactenus verba Clementis Octaui: quorum meminit Sebastianus à Costa *in explicatione Cruciatæ, quæstione centesima prima.* & Sanchez asserit *lib. 8. de matrim. disp. 33. num. 10.* vbi concludit non suspendi Bullam Cruciatæ anno Iubilæi sancti, quod priùs voluit Henriquez *lib. 7. de indulgentiis cap. 21. num. 3.* & Manuel *in expositione Cruciatæ §. 12. num. 13.* Ex eo fundamento, quia priuilegia & indulta Bullæ huius conferuntur per modum contractus, in hunc modum. *Porque dais tanta Esmola, vos concedo*, &c. Cùm ergo Pontifex non faciat mentionem in reuocatione indultorum per modum contractus concessorum, dicendum est Cruciatam non suspendi anno Iubilæi, qui centesimo quoque anno quondam, nunc autem vigesimo quoque quinto anno conceditur.

Non est tamen negandum posse Romanum Pontificem reuocare priuilegia, & indulta per modum contractus concessa, non tamen tunc sufficit reuocatio generalis, sed requiritur, quòd fiat mentio saltem generalis quorumcunque indultorum concessorum per modum contractus, eo quòd non præsumitur voluntas reuocandi in Principe, quando tollitur per reuocationem ius tertio, nisi id exprimat, & declaret; aliter enim non fiet reuocatio cum damno tertij, quia vltra vltra iustam causam reuocandi, quod transiuit in contractum, requiritur etiam compensatio æquiualens, vt volunt Bolognetus *cons. 3. num. 16.* Matienzo *lib. 5. recop. tit. 10. l. 6. gloss. 1. num 13.* quamuis videatur contradicere Ludouic. Lopez *tom. 2. instruct. in expositione Bullæ Cruciatæ cap. 10.* vbi de dispensatione irregul. *pag. 850. col. 2. vers. n.* adde etiam & Nauar. *de indulgentiis notab. 33. num. 3. vers. personis*, qui volunt omnino per Annum sanctum suspendi indulta Cruciatæ.

Ex dictis sequitur omnes plenarias indulgentias concessas Basilicis, & aliis Ecclesiis Vrbis in Anno sancto non suspendi; quinimo nec concessas Ecclesiis sitis in suburbiis eiusdem Vrbis, cùm nomine vrbis veniant suburbia, Nauarrus *suprà in Extrauag. Gregorij notab. 33. in glossa verb.* Vrbis, argumento *capitis, ex litteris, de sponsa-*

libus,

libus, vbi verna sunt intelligenda secundùm vulgatum modum loquendi, qui est considerandus, & inspiciendus, vt per Cassan. *in consuetud. Burgundiæ rubr.* 1. §. 8. *in principio, num.* 10. *& rubr.* 9. §. 17. *num.* 8. & Tiraquel *de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 2. *num.* 3. *&* §. 1. *gloss.* 1. *num.* 5. *cum seq* & vulgaris appellario censetur habere vim legis, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 11. *n.* 68. *& sequent. & gloss.* 13. *num.* 62. atque ita cùm dicatur non suspendi in Anno sancto indulgentias Ecclesiarum, quæ sunt in Vrbe sitæ; similiter dicendum est, de indulgentiis Ecclesiarum, quæ de Vrbe, hoc est, de suburbio, Nauar. *de Iubilæo, notab.* 32. *in constitut. Gregorij*, incipit, *Dominus, ac Redemptor, in glossa, verb. de vrbe, & notab.* 33. *in glossa verb. Vrbis*; aliter enim Ecclesiæ Sanctorum Petri, & Pauli non gauderent indulgentiis, cùm Basilica Sancti Petri non sit in Vrbe, sed in suburbio Vrbis Romæ, & Basilica Sancti Pauli nec in Vrbe, nec in suburbio, sed longè ab ea circiter sesquimiliare, quod etiam dici potest de Ecclesiis Beatorum Sebastiani, & Laurentij, quæ non sunt in Vrbe, neque in suburbiis, vt notat idem Nauar. *d. notab.* 32. *n.* 3. *in verb. de Vrbe*, constitutionis Gregorianæ, *Dominus ac Redemptor Noster*, & in altera eiusdem Pontificis, incipit, *Quoniam sancti Iubilæi, num.* 4. *verb. Vrbis.*

Nam si verba sunt accipienda secundùm propriam significationem, vt est communis, & docent Franciscus Molina *de ritu nuptiarum, lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 7. Barbos. *in l. quia tale, num.* 37. *ff. solut. matrim.* Mantic. *de coniecturis vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 18. *num.* 35. Phœbus *Lusit. decis.* 77. *num.* 14. *tom.* 1. nomine vrbis non continentur ea, quæ sunt extra muros, vnde priuilegio ciuitati concesso non gaudent castra, nec villæ, vt ait Felinus *in cap. Rodulphus num.* 10. *de rescriptis.* Gironda *de priuileg. explicatione, num.* 55. Nihilominus hoc loco dicendum est appellatione vrbis non solùm venire Ecclesias, quæ sunt in vrbe, sed etiam extra vrbem sitas, quæ dicuntur esse vrbis: alioquin redderetur dispositio, & nominatio elusoria, & vana; & ideo verba illa vrbis, vel de vrbe intelligenda sunt aliquanto largius, iuxta *caput Rodulphus, de rescriptis, & cap. si ciuitas, de senten. excommunicationis in* 6.

Sed quid dicendum de indulgentiis plenariis, etiam perpetuis, quæ sunt concessæ priuatis Ecclesiis, Monasteriis, Collegiis, Confraternitatibus, & quibuscunque aliis locis piis in vrbe erectis? Responde ex constitutione Clementis Octaui durante Anno sancto omnino suspendi, excepta indulgentia concessa quatuor illis primariis Basilicis, quæ sola eo anno tam in vrbe, quàm in toto Orbe permanet plenaria, vel plenissima. Quod adeò verum est, vt si alicubi concessa fuerit in Orbe plenaria indulgentia, quæ non plenariam coniunctim contineat, aut aliquas alias simul facultates, quæ concessæ sint earum causa, omnia tamen modo suspendi; ex ea ratione, quòd magis dignum trahit ad se minus dignum. *cap. quod in dubiis, de consecratione Ecclesiæ, vel Altaris*, Menoch. *cons.* 2. *num.* 227. Anton. Gomez *variar. tom.* 3. *cap.* 10. *num.* 6. Monet. *de decimis cap.* 9. *quæst.* 5. *num.* 258. Sanchez *de matrimonio lib.* 3. *disp.* 29. *num.* 8. Aloys. Ricc. *decis. Curia Archiep. decis.* 228. *p.* 2. præfertur enim dignum minus digno. *l.* 1. *&* 2. *ff. de alb. scrib. cap. solitæ, de maior. & obed.* Hinc fit, quòd si misceatur oleo consecrato oleum profanum, totum remanet consecratum. Fusc. *de visitat. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 10. quod etiam dicendum est, si aquæ benedictæ misceatur aqua non benedicta, quod intellige quando misceatur non in maiori, vel æquali quantitate, tunc enim non remanet totum benedictum, aut consecratum, vt meliùs vult Syluester *in summa, verb. aqua num.* 3. sequitur Barbos. *in d. cap. in dubiis n.* 4. Cùm ergo indulgentia plenaria sit dignior & principalior, quàm aliæ facultates, plenaria cessante in Anno sancto, censentur etiam cessare cæteræ facultates concessæ propter illam, Nauar. suprà *in glossa constitutionis, Quoniam Sancti Iubilæi, in verb. facultates, num.* 2.

Sequitur quæstio circa cæremonias, quæ seruantur in Anno sancto. Inprimis enim appropinquante iam anno sancti Iubilæi in gloriosissima Ascensionis die Christi Domini summo apparatu in Basilica Vaticana Principis Apostolorum è duobus suggestibus mirificè ornatis inter Missarum solemnia coram vniuerso populo diplomata summi Pontificis, & Latino, & materno idiomate leguntur, sacerque Iubilæus in annum sequentem publicè indicitur, & confestim in quatuor Vrbis partibus transumptus illius affigi solet, quo facto significatur à quatuor mundi partibus, ab Oriente scilicet, ab Occidente, ab Austro, & ab Aquilone Christianos ad celeberrimam Anni sancti Iubilæi Romæ celebrandam inuitari, conuocarique. His peractis litteræ indictionis mittuntur ad omnes Prælatos, tam maiores, quàm minores dignitate Patriarchali, Primatiali, Archiepiscopali, Episcopali vel quasi fulgentes, vt omnibus, & singulis notum sit huius sancti Anni cœleste, & plenissimum subsidium. 15.

Deinde accedente præuigilio Natiuitatis Christi Domini instituitur processio celeberrima, in qua n conueniunt Illustrissimi, ac Reuerendissimi Domini Cardinales, omnium Regum, ac Principum oratores; omnes Vrbis Magistratus, Prælatique in Vrbe præsentes, & Pœnitentiarij apud Vaticanō residentes, ac tandem Sūmus Pontifex qui omnes processionaliter incedēdo Cruce præeunte ad sacellū Palatij Apostolici accedunt, illudque ingrediuntur: tunc Summus Pontifex in genua procumbens coram sanctissimo Eucharistiæ Sacramento cum reliquis supplex orat, & incenso posito in thuribulo incensat Sacramentum. Præterea hymnum, *Veni Creator Spiritus*, præcinit, quem postea Cantores prosequuntur. Ex hoc loco ad Ecclesiam Sancti Petri omnes processionaliter gradiuntur, Pontifice in gestatoria sella delato ad Portam vsque sanctam, quæ ad id vsque tempus obstructa est, & reliquæ portæ huius Ecclesiæ sunt clausæ. Cumque omnes ad hunc locum accesserunt, Papa è sella descendens, & accipiens candelam incensam ad aliam sellam ibi iuxta Portam sanctam positam ascendens paulisper sedens conquiescit: & rursus è sella descendens ad Portam sanctam pergit, & malleo quodam Portam sanctam ter percutit, terque versus sequentes præcinit, cui cantores in singulis respondent: 16.

Vers. *Aperite mihi portas iustitiæ.*
Resp. *Ingressus in eas confitebor Domino.*
Vers. *Introibo in domum tuam Domine.*
Resp. *Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.*
Vers. *Aperite portas, quoniam nobiscum Deus.*

Re p

Resp. *Quia fecit virtutem in Israel.*
Tunc Papa ad Cathedram redeundo ait:
Vers. *Dominus vobiscum.*
Resp. *Et cum spiritu tuo.*
Oremus. Oratio.

Actiones nostras quæsumus Domine aspirando præueni, & adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio, & operatio à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur.

Quibus finitis Cantores concinunt Psalmum, *Iubilate Deo omnis terra*, & alios modos iubilationis, & exultationis: interim reliquias diruti muri Portæ sanctæ Populus quantumcunque minimas, deuotionis causa colligit. Pœnitentiariique vestibus Presbyteralibus induti lauant aqua benedicta postes sanctæ Portæ, quibus lotis antequam Pontifex Portam sanctam apertam ingrediatur, dicit versus sequentes, quibus Cantores respondent in hunc modum.

Vers. *Hæc dies quam fecit Dominus.*
Resp. *Exultemus, & lætemur in ea.*
Vers. *Beatus populus tuus Domine.*
Resp. *Qui scit iubilationem.*
Vers. *Hæc est porta Domini.*
Resp. *Iusti intrabunt per eam.*
Vers. *Domine exaudi orationem meam.*
Resp. *Et clamor meus ad te veniat.*
Vers. *Dominus vobiscum.*
Resp. *Et cum spiritu tuo.*
Oremus. Oratio.

Deus, qui per Moysen famulum tuum populo Israëlitico annum Iubilæi, & remissionis instituisti: Concede propitius nobis famulis tuis Iubilæi annum hunc, tua auctoritate institutum, quo portam hanc populo tuo ad preces tuæ Maiestati porrigendas ingredienti solemniter aperiri voluisti, fœliciter inchoare, vt in eo venia, atque indulgentia plena remissionis omnium delictorum obtenta, cum dies nostræ aduocationis aduenerit, ad cœlestem gloriam perfruendam, tua misericordia munere perducamur, per Christum Dominum nostrum, Amen.

Post hæc datur Crux Pontifici in manum, qui genu flexo ante Portam sanctam incipit cantare, *Te Deum laudamus*; & intrat Portam sanctam, & Cantores prosequuntur vlterius, *Te Dominum confitemur*, &c. Postquam autem ingressus est, in sua sella gestatoria positus deducitur à Parafrenariis indutis veste rubea vsque ad Altare maius ipsius Ecclesiæ sancti Petri: quo loci ex sella descendens coram Altari fundit preces, quibus finitis in sella alia ibi parata in loco altiori sedet; ex qua surgens, & stans inchoat vesperas Natiuitatis Christi Domini; & inde tres Cardinales Legatos mittit, vt aperiant reliquas Portas sanctas Ecclesiarum, videlicet Sancti Pauli, Sancti Ioannis Lateranensis, & S. Mariæ Maioris, præcedentibus eisdem omnino cæremoniis, & precibus adhibitis à singulis in earum reseratione: quæ portæ toto Anno sancto apertæ perseuerant, omnibusque Christi fidelibus ad indulgentiam, & veniam suorum peccatorum consequendam assiduè, perpetuò patent, Nauar. *de indulgentiis, ad finem fol. mihi* 190.

17. Sequitur principalis quæst. quæ fieri debeant Romæ, vt Iubilæus obtineatur, & quoties debeant visitari Ecclesiæ, & quando? Responsio fit, in primis opus esse Romam ire eos, qui ibi non fuerint, non ea intentione, vt admirandas Vrbis substructiones superbasque pyramides, ingentes Obeliscos, & Amphitheatra operosa contemplentur, sed vt Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli limina, & Basilicas deuotè, & studiosè visitent, & eorum corpora veneranda humiliter adorent, & reliqua Martyrum, Confessorum, ac Virginum ossa sanctitatem adhuc spirantia piissimè venerentur, remota omnino ambitionis, aut litium, ac negotiorum sæcularium cogitatione; quibus multi sub nomine consequendi Iubilæi implicari solent. Secundò, & ante omnia olim integrum erat post visitatas Ecclesias confiteri: hodie tamen acto, & de facto confessio præcedere debet, vt patet ex Extrauagante Gregorij XIII. & vult Caietanus *tom. 1. opuscul. tract.* 10. *quæst.* 2. ex ea ratione, quia opus est, vt ea opera, quæ faciunt ad Iubilæum consequendum, viua sint, & non mortua, qualia sunt opera extra gratiam patrata: idcirco verè pœnitentes, ac Sacramentali confessione abluti, & absoluti debent esse, qui Romam adeunt indulgentiarum intentione consequendarum; quare antequam fiant visitationes Ecclesiarum præscriptarum, debet præcedere actualis confessio, quia omnes istæ visitationes præscriptæ apponuntur tanquam principalis causa, & tanquam opus principaliter intentum ad comparandam indulgentiam. Armil. *verb. indulgentia, num* 14. Nauar. *de Iubil. not.* 19. *num.* 7.

Hæc sententia est valde probabilis, & saltem magis tuta, vt patet, quia indecens est, vt cupientes lucrari indulgentiam Anni sancti visitent Ecclesias per viginti nouem vices in peccato mortali absque vlla contritione, addendo in ipsismet Ecclesiis peccata peccatis, & denique ante vltimam visitationem confiteantur ad consequendum fructum iubilæi. Nec obstat quod dicitur de Iubilæis particularibus, in quibus ieiunia, & eleemosynæ, ac visitationes Ecclesiarum fieri possunt in statu peccati mortalis, quia in illis Iubilæis ieiunia, eleemosynæ, & visitationes Ecclesiarum non præcipiuntur, tanquam principalia opera ad lucrandum indulgentiam, sed ipsa sumptio corporis Domini Nostri IESV Christi, quod explicitè in illis declaratur, atque ita ante sumptionem Sacramenti, vel in ipsis tribus diebus satis est confiteri: secus in Iubilæo Anni sancti, vbi visitationes omnes à Pontifice scribuntur, tanquam opus principaliter intentum, Corduben. *in quæst.* 24. *in fine primæ opinionis*, dum ait omnes, & singulas visitationes esse principalem, & proximam causam illius indulgentiæ, ac proinde debere fieri in statu gratiæ, & expressiùs Caietanus *in quodlibeto de indulgentiis*, *cap.* 9. *quæst.* 2. & Nauar. *notabil.* 10. §. 16. & 19. dicentes omnia opera iniuncta debere fieri in gratia, & præmissa confessione si quis oneretur peccato mortali.

Communior tamen opinio tradit ad indulgentiam consequendam requiri, quòd homo sit in gratia tempore operis principaliter iniuncti, vel certè tempore vltimi operis, quo peracto, immediatè sequitur indulgentia. Ex quo colligitur ante vltimum opus necessariò confessionem præcedere debere, quasi antecedentia opera ante vltimum sint iniuncta veluti dispositio quædam præparans remotè ad gratiam, & ad indulgentiam, ita Viual. *de indulgentiis, n.* 18. Tolet. *in summa, lib.* 6 *c.* 27. *n.* 1. *in fine*, post Felinum *de indulgentiis vers.* 7. & alij, quos referens sequitur Hispaniarum Primas *in libello de Iubilæo, c.* 4. *dubio* 2. *num.* 3 Sed omnes loquuntur in Iubilæo particulari, non autem de Iubilæo Anni sancti, & nec in nostro casu, in quo quæstio est, an debeant fieri visitationes triginta,

seu

seu per triga dies in Ecclesiis præscriptis, quæ sunt opera principaliter iniuncta ad indulgentiam consequendam non præmissa confessione.

Quare mea sententia est omnes illas visitationes in Iubilæo Anni sancti per triginta dies debere fieri in statu gratiæ, quoniam singulæ illæ visitationes Ecclesiarum sunt principalis, & veluti proxima causa illius indulgentiæ. Sequitur ex doctrina Cordubensis *in quæst. 24. in fine primæ opinionis*, & deducitur ex verbis apponi solitis in diplomate Pontificio, quæ sic habent: *Quo quidem anno durante, qui verè pœnitentes, & confessi Basilicas per triginta dies deuotè visitauerint.* neque obest, quod ait Nauarrus, partem negantem *in d. notabili 19 num. 16.* sequendo, & in gloss. Bullæ Gregorij *verb. Durante*, vbi oppositum videtur sentire, & hac in re confusissimus, & diuersissimus est. Nec similiter Henriquez supra dum ait, quòd si in Iubilæo exprimeretur, vt quis ante omnia confiteatur, adhuc non esse opus præmittere confessionem ante reliqua opera Iubilæi; sed satis esse post opera confiteri, quod non placet. Nam in hoc Iubilæo Anni sancti confessionem esse præmittendam, antequam fiant visitationes, apertè ostenditur, Rutilius Benzonius *de anno Iubilæi lib. 5. dub. 4. §. dico quintò, ad finem.* vide Borbos. *in Extrauag. vnigenitus.* a. *de pœnit. num.* 14.

18. Porrò Ecclesiæ illæ quatuor visitari debent in anno Iubilæi triginta ad minus diebus continuis, seu interpolatis à Romanis: vel quindecim à peregrinis, aut externis. Habetur in prima constitutione Bonifacij Octaui, nec vnquam hic numerus dierum à Romano aliquo Pontifice mutatus fuit: sunt autem visitandæ deuotè, ac pio animo præscriptæ Ecclesiæ. Ratio autem cur peregrinis, & externis statuatur minor numerus dierum pro Ecclesiarum visitatione illa se offert, quia peregrini in itinere multa incommoda, pericula, impensas, ac labores passi sunt, & ideo visitatione quindecim dierum plenissimum consequuntur Iubilæum: Romani autem non nisi visitatione triginta dierum illum adipiscuntur; item quia exteri diutiùs in Vrbe morando grauioribus impensis afficientur; & ideo dimidiato visitationum tempore sacri Iubilæi fructu gaudebunt.

Sed petes, qui nam veniant nomine Romani, & qui nomine peregrinorum, & exterorum? Responsio sit, nomine Romanorum intelligi illos qui Vrbem incolunt perpetuò, vel saltem per longum tempus Romæ habitant, & ibi habent domicilium, siue sint originarij, siue aduenæ, & siue habeant intentionem perpetuò habitandi in Vrbe, siue non, & ad hunc effectum sufficit spatium sex mensium, vt quis dicatur Romanus incola, vel habitator, quamuis non habeat ibi domicilium, Nauarr. *in Extrauagante Gregoriana, Dominus, ac Redemptor noster, in glossa verb. incolæ*, Rutilius *d. lib. 5. cap. 15. dub. 2.* vbi nomine peregrinorum intelligit omnes, qui Romam veniunt causa consequendi Iubilæum, sub quo etiam nomine veniunt forenses, qui sub nomine peregrinorum comprehenduntur: vnde omnes viatores, qui ad Vrbem accedunt recessuri illico sub appellatione lata peregrinorum veniunt, sicut etiam vagi, seu vagabundi comprehenduntur, & differunt à Romanis: atque ita per quindecim dies visitando Ecclesias præmissis cæteris requisitis Iubilæum lucrantur, quamuis ad Vrbem non venirint causa peregrinationis, sed ibi commorantes per paucos dies videntes hanc indulgentiam, voluerunt illam consequi.

Sed quid dicendum de Romanis originariis extra Vrbem morantibus, & ad illam alia de causa venientibus quàm peregrinationis? Responsio sit, vt lucrentur Iubilæum teneri per triginta dies visitare Ecclesias; ratio, quia habentes domicilium habitationis, tenentur per triginta dies visitare: ergo habentes domicilium originis, cùm hoc præferatur domicilio habitationis, argumento *l. cum quadam puella, ff. de iurisdict. omni. iudic.* & verè, ac propriè Romani censentur, qui ex Vrbe originem ducunt. *l. ciues quidem orig. C. de incolis lib.* 10. Quin etiam Boëtius tradit *decis.* 13. *num.* 3. originis suæ domicilium nupet mille annorum absentiam posse aliquem mutare, neque illi renunciare expressè, nec tacitè; prout vult Raphael Cuman. *cons. 177. col. 3. vers. nouissimè probatur*, Bartol. *in l. quæsitum, in principio*, vbi ait absentes semper suum retinere domicilium originis, & filium pariter retinere sui patris originem, quam profectò mutare non potest, per *d. legem, assumptio, §. filius ff. ad municipal.* & *ibi* gloss. Bartol. & Alber. Quare non est audiendus Nauar. *in dicta constitutione Gregoriana, verb. Romani, & verb. peregrini*, vbi vult Romanum originarium, qui habet domicilium extra Vrbem, & ad illam accedit alia de causa, quàm peregrinationis, per quindecim dies visitando Ecclesias, lucrari Iobilæum, sed requiritur triginta dierum visitatio deuotè, ac pio animo cum precibus solitis.

Ambigi etiam potest, an requiratur confessio venialium, quando quis non est reus mortalis culpæ? Et quid si quis peccet mortaliter post visitationes omnes Ecclesiarum? Non esse necessariam confessionem de venialibus, tradunt Henriquez *lib. 7. de indulgentiis cap.* 12. *n.* 2. Suar. *de pœnit. disp. 52. sect. 3. n. 5. & sequent.* Ægidius *de Sacramentis disp. 12. dub. 1 n. 38.* Villalob. *in summa tract.* 26. *difficul. 24. n.* 11. Beja *de casibus conscientiæ part.* 3. *casu 37.* & Rutilius *de anno Iubilæi lib. 5. c. 15. dub. 6. in principio.* Ratio, quia confessio ad lucrandas indulgentias non magis obligat, quàm confessio quadragesimalis, sed hæc non obligat pro eo tempore quando quis non habet nisi venialia; ergo nō obligabit ad lucrandū Iubilæum cùm sit in gratia. 19.

Nihilominus dicendum est tutius esse pro Iobilæo consequendo quando præcipitur confessio actualis, confiteri de aliquibus venialibus, vt supponit Sotus *dist. 21. quæst. 1. art. 3. col. 5.* Villaloh. *suprà d. n. 11.* & est communis, teste Sanch. *lib. 8. de matrimonio disp. 15. num. 19.* Nec est dubium posse Pontificem obligare ad confitendum venialia pro Iubilæo obtinendo, sicut obligat senes, & pueros ad ieiunandum, qui præ ætate à ieiunio excusantur, Manuel Rodrig. *in summa verb. Iubilæo n.* 12. Vega *in summa 2. p. verb. indulgentias c. 7. casu* 13. & Rutilius citatus *dub. 6. ad medium*, & idem Henriquez *d. §. 2. c. 12. litt. E.* Indulgentiæ enim sunt explicandæ, vt sonant, & credendum est Papam velle obligare ad confessionem venialium, tanquam ad opus supererogationis; sicut iniungit alia opera similia in acquisitione Iubilæi, vt eo remedio tutiori in gratia repositus impetret efficaciùs finem propter quem conceditur indulgentia.

Quòd si contingat aliquem peccare mortaliter post visitationes omnium Ecclesiarum? Responsio sit, si quis cœpit in statu gratiæ visitare Ecclesias, & post septimam, vel octauam visitationem aliquo

aliquo mortali fuit irretitus, teneri iterum confiteri, & reliquas visitationes, quæ desunt, continuare, & perficere, nec teneri visitationes à principio inchoare; quia opera facta in gratia per peccatum superueniens iam mortificata per confessionem reuiuiscunt, ne dum ad meritum, sed etiam ad satisfactionem, & ex consequenti ad dispositionem, quo ad indulgentiam, vt est communis Theologorum, iuxta illud *Ezechielis* ibi, *Quacunque enim hora ingemuerit peccator, amplius peccatorū suorum non recordabor*, D. Thomas *tom.4. in 3.p.de pænitentia, quæst.89.art.4.& 5.* vbi concludit opera peccati per pœnitentiam aboleri secundùm se; opera autem in charitate facta nō aboleri à Deo in cuius acceptatione remanent, sed impedimentum accipere ex parte hominis operantis, atque ita sublato impedimento, quod est ex parte hominis operantis: Deus implet ex parte sua illud quod opera merebantur, Rutilius *d. lib.5.c.15.dub.9.* quare dicendum est reuiuiscere, Henriq. *de pænit.lib.1.c.16.n.5 & cap.33.& cap.34.* vbi latè.

20. Rogabis in quo articulo huius anni fructus Iubilæi acquiratur? Sunt, qui putent freti glossa in constitutione Gregoriana *verb.durante, & verb. consequenter*, posse visitari Ecclesias aliquem, & finitis visitationibus confiteri, & Sacram Eucharistiam suscipere, & tunc annum Iubilæum lucrari, quòd si in Vrbe de peccatis non fuit falsus, nec suscipit sanctam Eucharistiam, sed tantùm præscriptas Ecclesias visitauit, post regressum in patriam habet annum integrum ad confitendum, & communicandum, adeò, vt si in extrema anni die fateatur, & communicet, tum temporis lucrabitur indulgentiam Anni sancti, quorum sententia quamuis supradictis placeat, & probet illam Zerola *in praxi 2.p.verb. Annus sanctus, ad octauum.* Dicendum est cum Nauarro *in glossa verb.durante, n. 39. & verb. consequentur*, post completam vltimam visitationem immediatè post illam adhibitis cæteris necessariis fructus Iubilæi acquiri, ex eo fundamento, quia dispositio conditionalis adimpleta conditione suum effectum sortitur, *l. si quis sub cōditione.ff. si quis omissa causa testan.l.cedere diem.ff.de verbor signific.* & ideo actus conditionalis non valet nisi existente conditione, Afflictis *dec.355 n.4.* Surd.*de alimentis tit.9.quæst.29.n.13.& cons.38.n 24.& cons.322.num.26.* Ex quibus infert Nauarrus eum, qui in vltimo momento immediatè post vltimam visitationem non fuerit in gratia, non lucrari indulgētiam Iubilæi, quia hæc indulgētia conceditur formaliter, vel æquiualenter sub cōditione, si visitauerit; idcirco dispositio non habet effectum nisi adimpleta conditione, atque ita, qui in vltimo momento visitationis non fuerit in gratia, nihil lucratus est, & perdidit fructum itineris sui, & laborē visitandi, nisi fortè cum eodem Nauar. *in d.glossa* consequentur, & priùs in gloss. *verb.durante*, arbitreris pœnitentiam, & confessionem superuenientes post actus visitationum completos intra reliquam partem anni Iubilæi, satis esse in quo euentu præmissa confessione intra residuam anni partem post vltimum visitationum momentum, vel post illud antequam elabatur annus, fructus Iubilæi acquiretur. Attamen hæc resolutio magis videtur pia, quàm vera, & coincidit cum priori à qua recessimus, eo quia concessio Iubilæi est conditionalis, & data sub forma certa, qua omissa dispositio suo caret effectu, nec valet nisi existente conditione. Menchaq. *quæst. illustr. cap. 55. num.6.* Surd. *decis.209.num.1.* Francisc. Molin. *de brachio sæculari cap. 18. num. 14.* Cardio.Tusch. *tom.2.lit. C. conclus. 593.* & Rutil. *lib. 5. suprà cap.15. dub. 11.*

Sed quid dicendum de illis, qui nequeunt Romam ire nisi de licentia superiorum suorum, an si absque illa ad Vrbem accedant, lucrentur hunc Iubilæum? Responsio sit Religiosis prodesse, quamuis si accedant non petita licentia fortè peccent, ita Ioannes de Anania *in tractatu suo de Iubilæo.* Rutilius *de anno Iubilæi d lib.5.dub.16.* vbi ex Ioann. Monacho *in glossa magna, ad finem*, sentit posse superiores Religiosorum licentiam peregrinandi Romam in Anno sancto suis subditis concedere, quod etiam integrum erit Episcopis, qui sine licentia Pontificis nequeunt regulariter peregrinari, *cap. magna, de voto, & cap.non oportet, de consecrat. dist. 5.* Possunt tamen ad Vrbem to Anno sancto peregrinari, ita Ioann. de Anania *loco citato.* Quin etiam extra hunc casum inconsulto Romano Pontifice Episcopi validè possunt emittere votum longæ peregrinationis, vnde tenentur petere licentiam à Pontifice, vt votum adimpleant, qui si deneget, ad nihil obligabit votum, dum Pontifex voluntatem non reuocauerit, quod intelligitur de voto magnæ peregrinationis, secus de modicis peregrinationibus, Sanchez post alios *lib.4.in præcepta Decalogi, cap.25.ex num. 39. cum sequentibus.* 21.

Adde Clericos habentes beneficia residentiam exigentia, non posse sine Episcopi facultate voto se obligare ad longam peregrinationem, vt per Valer. Reginal. *in praxi fori pænit lib. 30. tract.3.n.9.* Franciscus Leo *in thesauro fori Eccles. part.2.cap.11.num.11.* Sayr. *in Claui Regia lib.6.cap. 5.num.25.* Suar. *de Relig.tom.2. tract. de voto lib. 3. cap.4 num.10.* Sanch. suprà *lib.4.cap.25.num.44.* & Azor *instit.moral part.1 lib.11.cap.16.quæs.2.* Nihilominus quamuis ad Vrbem accedant sine licentia, & Romæ necessaria adimpleant, fructu Iubilæi gaudebunt, vt vult Ioan.de Anan. quem sequitur Rutil. suprà *dubio 15.*

Superest dicamus, quinam sint incapaces consequendi Iubilæi? Atque in primis si quis iniustè est excommunicatus, potest consequi Iubilæum per *cap.cùm æterni, de sententia, & re iudicata, lib. 6.* quia iniusta excommunicatio neminem priuat suffragiis Ecclesiasticis, & ex consequenti nec fructu indulgentiæ. Contrà verò si quis est excommunicatus, iustè non lucratur indulgentias, vt notat Adrianus *in 4. quæst.3.de Claui, in fine ad argumenta*, & ratio est, quia non supponi debet Summum Pontificem voluisse excommunicatis thesaurum Ecclesiæ aperire, quos omni fructu, & commodo suffragiorum & orationum communium priuatos esse voluit, Marius Alterius *disp.10.lib.1. cap. 5.fol. 117.* Ioan. de Ananias *in suo tract.de Iubilæo*; attamen si excommunicatus iustificetur per contritionem, nec potest confiteri, voluit tamen si procurat consequi indulgentias, & illas fortasse lucrabitur, quia potest orare in Ecclesia, & recitare Officium diuinum, quamuis nequeat interesse publicis Ecclesiæ officiis, nec recipere Sacramenta, Nauarr. *de Iubilæo, notab. 18. num. 14.* Non enim priuatur ab exercitio præstandi opera pro quibus conceditur indulgentia. Quare poterit peregrinationem, & alia opera gratiæ deuotionis præstare. Hæc sententia est probabilis; sed contraria magis placet vti probabilior, quæ docet excommunicationem priuare directè, & per modum rationis 22.

sui formalem omni fructu, & participatione indulgentiarum, & quamuis excommunicatus per contritionem iustificetur; adhuc tamen non lucrabitur indulgentias, dunec ab excommunicatione absoluatur. Est enim ex vi excommunicationis priuatus omni communione Ecclesiastica, maximè interna, cùm sit membrum ab Ecclesia præcisum, ita vt nec sacrificium pro eo offerri liceat, nec preces publicas ad Deum fundi, quòd si pœnitentiam agat, antequam absoluatur, est in Ecclesia animo, non tamen corpore, siue externa communicatione, quæ propriè facit de Ecclesia ista visibili hominem esse, vt notat Augustinus *lib. de vera Religione, cap.6.*

Dixi excommunicationem priuare omni fructu & participatione indulgentiarum directè, & per modum absolutionis, quoniam per modum suffragij in nostro casu poterit ex communicatus fortè gaudere fructu indulgentiarum, si ab aliquo indulgentia aliqua quæratur, & tanquam bonum priuatum conferatur, vel applicetur excommunicato. Probatur à simili, nam sacerdoti interdictum est orare pro excommunicato oratione publica, non autem oratione priuata, & secretò, vt Deus illi conferat gratiam detestandi peccatum, & vt pœnitentiam agat, quin etiam ex Nauarro *in manuali cap. 27. num. 36.* potest Sacerdos applicare excommunicato fructum illum particularem illi ex sacrificio Missæ respondentem, cùm sit donum priuatum, quod vnus potest alteri cedere: ergo per modum suffragij poterit excommunicatus lucrari fructum indulgentiarum, si ab alio aliquo acquiratur, & excommunicato applicetur. Marius Alterius *d.disp.5.lib.1.cap.6.* in specie, & deducitur ex Nauarro *de oratione c.19. num.73.*

Quod attinet ad irregulares siue publicos, siue occultos, quamuis sint inhabiles ad Ordines sacros suscipiendos, & ad aliqua ministeria exercenda, possunt tamen consequi Iubilæum, atque ita possunt Ecclesias Vrbis assignatas visitare, confiteri, & sacram Eucharistiam recipere. Idem dic de suspensis ab officio, & beneficio. De illo autem, qui ab ingressu Ecclesiæ est suspensus, respondet Syluester *verb. suspensio quæst.5.* si verò suspensio sit ab ingressu Ecclesiæ, posse hunc orandi causa in eam ingredi, quando ibi Diuina non celebrantur, & visitare Altaria, & recipere Ecclesiastica Sacramenta secundùm communem opinionem, cùm extra Ecclesiam ita suspensus possit Sacrum facere, non tamen potest exercere in ipsa Ecclesia aliquem actum Ordinis, fierque irregularis, si aliquem actum peragat, neque in ea poterit interesse diuinis: nun tamé propterea erit irregularis, nisi celebret, nec priuabitur potestate exercendi iurisdictionalia circa Ecclesiam, nec potestate celebrandi extra illa. Quare poterit adhibitis necessariis consequi Iubilæum Anni sancti. Idem esto iudicium de suspenso à susceptione Sacramentorum, remotu impedimento, posse scilicet suscipere Iubilæum. Non est enim suspensio peccatum, sed illius pœna, Nauarr. *in manuali cap.27.num.152.*

23. An probet Iubilæus illis, qui non possunt personaliter Romam ire, sed mittunt aliquem pro se? Responsio est negatiua, nisi aliud à Summo Pontifice exprimatur. Nam opera iniuncta ad lucrandum Iubilæum debent adimpleri à personis, quæ volunt illum consequi: vnde quando præsentia alicuius requiritur, debet esse vera, & non ficta. Bald. *in l. 1. num. 54. C. qui admitti,* Bart. *in l. omnes populi, num.61.ff. de iustitia,* Gonzal. *de mensibus, regul.43. num.13. & num.22.* & dictio *eos* est restrictiua ad expressos, scilicet *l. vltim.* & ibi Doctores, *C. de heredibus instit.* Crauett. *consil.98. num.8.* igitur nun debent adimpleri opera iniuncta per alios. Nec enim dispositiu legis competit, vbi non competunt verba, Flamin. *de confidentiis quæst. 29. num. 47. & quæst. 54. num. 9.* Item quia industria personæ hoc loco quodammodo eligitur, vbi factum committitur, quod per vnum, & non per alterum fiat, Menoch *consil. 17. num.7.* Similiter quando commissio his verbis facta est, *Per te*, vel *Per vos expediri mandamus.* Cùm ergo in constitutionibus Gregorianis mandentur fieri visitationes personaliter per triginta, vel per quindecim dies respectiuè, & preces deuotè fieri, & quòd sint verè pœnitentes, & nun solùm proposito, sed etiam actu, & de facto confessi, satis ostenditur lucraturos Iubilæum non per alios, sed per se ipsos esse expedituros. Soar. *de pœnit. disp.52. sect.1.* Rutil. *sup. lib.5.c.15. dub.21.*

Sequitur alia non vulgaris quæstio, An possit obtineri Iubilæus per opera aliàs debita ex voto, vel ex alia obligatione? Et quoties valeat acquiri? Qum ad primum, negat Syluester *verb. indulgentia num.18 in 6. quæstione, vers. Tertium*, dum ait indulgentiam non posse dari, vel acquiri per aliàs debitum, vnde infert non posse dari pro remissione iniuriarum, quia in illa datione debet attendi aliquid meræ voluntatis, & non necessitatis, sequitur Angelus *verb. Indulgentia, num. 16.* Oppositum tamen est dicendum, vnde sequitur habentes votum peregrinandi Romam, & visitandi præscriptas Ecclesias, ibi posse consequi Iubilæum, eo quòd indulgentia conceditur propter opera pia, quæ in gloriam Dei, & in vtilitatem Ecclesiæ veniant: probatur vsu, & praxi Ecclesiæ, quæ particulares indulgentias solet concedere ieiunantibus in Quadragesima, & in quatuor temporibus, quæ ieiunia sunt de præcepto, Cordubensis *de indulgentiis quæst.* 18. & Valentia *in lib. de indulgentiis cap.7.*

Quoad secundum, responsiu sit, Iubilæum Anni sancti posse bis, ter, vel pluries ab aliquo acquiri, si fiant omnia onera iniuncta perfectè, & plenè, bis, vel ter, vel pluties, Barbos. *in Extrauagante Vnigenitus. 2. de pœnit. inter communes, num. 11. pag.* 193. & quamuis Nauarrus *in gloss. in verb. deuotè* commentarij super Bullam Gregorij XIII. *num. 46. vers. circa hoc interrogor*, neget posse bis, vel ter, lucrari Iubilæum; partem tamen affirmantem vti veriorem sequitur, & multis probat, cùm sit beneficium Principis latissimè interpretandum, quandu non est nociuum tertio. *l. beneficium. ff. de constit. Princip. & cap. quamuis, in fine, de præbendis lib.6.* Confert Nauarrus *notab. 55. num.19.* vbi ex Palud. ait indulgentiam in perpetuum concessam, vel in tempus aliquod certum datam visitantibus aliquam Ecclesiam, posse acquiri quolibet anno, quolibet mense, & quolibet die: vnde quemadmodum, si per decem annos omnibus Dominicis diebus datæ fuerint Indulgentiæ alicui Ecclesiæ, pluries gratia illa obtineri potest: sic etiam duráte toto Anno sancto, cùm indulgétia sit proposita, & oblata, & poterit à singulo quoque homine pluries acquiri, imò quolibet mense repetitis visitationibus per quindecim, vel triginta dies, & adhibitis cæteris requisitis, consonat Cordubensis *in q.33. de indulgétiis §. sed his nō obstantibus*, dicens posse quolibet die semel lucrari indulgentiam

indulgentiam quando conceditur per decem dies, vel plures visitantibus talem Ecclesiam, vel in ea orantibus. Quinimo Angelus *verb. indulgentia* §. 4. & Rosell. §. 12. arbitrantur datam indulgentiam pro certo, & determinato tempore posse acquiri sæpiùs; imò toties quoties etiam in eadem die, vt consuetudo Ecclesiastica ostendit in multis indulgentiis, & præsertim in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Angelis prope Assisium: ergo cùm gratia huius Iubilæi de Anno sancto sit omnino fauorabilis, non est intelligenda de primo actu, sed de pluribus, & ideo potest acquiri pluries in supradicto anno, si pluries visitet Ecclesias.

25. Restat dicendum de reliquis, quæ necessaria sunt ad consequendum fructus huius Anni sancti, quæ cùm varia, & non vulgaria sint, singulatim omnia debent exprimi *in §. sequenti*, per duo de viginti dubia.

De reliquis quæ supersunt expedienda ad consecutionem huius Sancti Iubilæi.

§. II.

EPITOME.

26. *Indulgentiæ in Anno sancto suspensæ, an eo elapso reuiuiscant?*
27. *An suspendantur in Anno sancto facultates eligendi Confessorem, vota commutandi, & dispensandi, & similia.*
28. *Indulgentiæ Anni sancti, an prosint mortuis?*
29. *Indulgentiæ durante Anno sancto, an possint publicari in concionibus?*
30. *Orationes, & preces, & reliqua opera annexa Iubilæo maiorem vim habent, quam non annexa, & quæ fiunt in Templis, & in Ecclesiis, quàm extra illas.*
31. *An lucrentur Iubilæum hunc, qui morte præuenti non potuerunt Romam venire.*
32. *Iubilæum Anni sancti æqualiter vicini Romæ, & ab ea distantes longissimè veniendo consequuntur.*
33. *Iubilæum æqualiter obtinent siue veniant equis, siue pedibus.*
34. *An simul, & eodem die omnes quatuor Ecclesiæ visitari debeant, & an debeant visitari tempore nocturno.*
35. *Moniales tam Romanæ, quàm non, an priuentur Iubilæo Anni sancti?*
36. *Peccantes spe veniæ indulgentiæ, vel alterius gratiæ, an possint ea frui?*
37. *An liceat pro delicto futuro accipere indulgentiam, & an potestas absoluendi à peccatis includat futura?*
38. *Iubilæi tempore an debeant iniungi pœnitentiæ à Confessariis?*
39. *In quo differant satisfactiones per indulgentias à satisfactionibus sacramentalibus, vel particularibus priuatorum?*
40. *Quid vtilius, ire ne Romam ad lucrandum Iubilæum, an expendere in vsus pauperum pecunias in itinere expendendas?*
41. *An sit maior charitas erga Deum lucrari indulgentias, an velle esse in Purgatorio, vt soluat pœnas pro peccatis contra Deum commissis?*
42. *Vtrùm acquirat Iubilæum, qui non habet intentionem satisfaciendi Deo pro peccatis commissis?*
43. *An solemnitas Anni sancti permanere debeat, vsque ad finem Mundi, & an prosit concedenti?*

PRIMA dubitatio, an indulgentiæ in Anno sancto suspensæ, eo elapso reuiuiscant? Ratio dubitandi est, quia Paulus Secundus *in Extrauagante Quemadmodum, de pœnit. & remiss.* omnes, & singulas plenarias indulgentias, & ad instar Iubilæi cum quibuscunque facultatibus, & potestatibus à prædecessoribus datas ad suum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum suspendit, vt constat ex §. ibi, *Nos qui vniuersorum.* Postea verò Gregorius XIII. multorum Romanorum Pontificum morem sequendo de plenitudine potestatis ad suum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum omnes, & quascumque indulgentias plenarias etiam ad instar Iubilæi, & earum causa facultates, concessiones, & indulta quæcunque ab ipso, & ab ipsa Sede, eiusque auctoritate, quibuscumque Ecclesiis, & Monasteriis vtriusque sexus, ac Conuentibus, Domibus, Congregationibus, Hospitalibus, & piis locis, nec non Ordinibus etiam Mendicantium, ac Militiarum, nec non confraternitatibus, & Vniuersitatibus, earumque, & aliis cuiusque dignitatis, gradus, & conditionis, personis Ecclesiasticis, & sæcularibus per vniuersum Orbem constitutis, etiam per modum communicationis, extensionis, & aliàs quomodocumque perpetuò, vel ad tẽpus quibusuis modis, & ex quibus causis concessas, & concessa quibuscũque illa sint concepta formulis ac restitutionibus, reuocationibus, mentis attestationibus, aliisque clausulis, & decretis communita suspendit, decernens interim illa, & literas desuper confectas nulli prosus suffragari debere: nec non irritum, & inane quicquid secus per quoscumque contigerit attentari; indulgentiis Basilicarum, & aliarum Ecclesiarum Vrbis, nihilominus in suo robore duraturis. quæ omnia constant ex Gregoriana constitutione, incipit, *Quoniam sancti Iubilæi,* cuius mininit Nauarr. *de Iubilæo notab. 33. in principio,* & Franc. Leo *in suo thesauro p. 1. c. 7. n. 13. & 14.* 26.

Quam suspensionem indulgentiarum plenariarum innouauit etiam ad suum, & eiusdem Sedis Apostolicæ beneplacitum eodem modo, ac forma Clemens VIII. post Iubilæi indictionem, atque ita cùm hæc suspensio durat vsque ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, non reuocatur morte Pontificis, & perseuerat in suo robore, donec à Pontifice pro tempore existente reuocetur, eo, quia non respicit personam Pontificis, sed auctoritatem Pontificiam, quæ in omnibus successoribus perseuerat donec reuocetur, semper intelligitur in suo vigore persistere. *cap. si gratiosè, de rescriptis in 6.* & Nauarr. *de Iubilæo notab. 28. n. 7. vers. octauò ampliatur,* vbi vult beneplacitum Romani Pontificis cessare morte ipsius, quod etiam sequitur Barbos. *in d. c. si gratiosè,* & Francisc. Leo *suprà;* beneplacitum tamen Sedis Apostolicæ morte Pontificis non cessat. Gonzal. suprà *reg. 8. gloss. 12. num. 2. & 7.*

Nihilominus, quia non desunt, qui putent negata, vel concessa ad beneplacitum Papæ, vel Romani Pontificis, vel Regis expresso solo nomine dignitatis, non expirare obitu ita concedentis, vel

vel negantis; quia ita facta, vel negata, vel ſuſpenſa fuerunt nomine dignitatis, quæ non moritur, & quia magis conſideratur dignitas, quàm perſona, & in dubio præſumitur beneplacitum appoſitum contemplatione dignitatis, vt vult Maſcard. *de probat. conclaſ.* 186. *num* 1. *cum ſequentib.* Valaſc. *de iure emphyteutico*, *quæſt.* 34. *num.* 7. vbi pro contraria parte multos etiam refert. Quare in caſu propoſito tranſacto anno Iubilæi requiritur expreſſa reuocatio ſuſpenſionis indulgentiarum, quod etiam ſentit Nauarrus *d. notab.* 33. *n.* 7. niſi ex conſuetudine, quam Pontifex ſcit, & tolerat, aliud appareat. Clemens tamen Octauus elapſo anno Iubilæi interrogatus, an duraret adhuc ſuſpenſio indulgentiarum, reſpondit durare, donec aliter, &c. Vnde expirat vbi primum verbo, vel ſcripto Pontifex declarat ſuſpenſionem ceſſare, ita vſus, & praxis. Rutilius *lib.* 4. *cap.* 8. *dub.* 6. Franciſcus Leo *ſup. num.* 15.

27. Secunda dubitatio, An ſuſpendantur per Iubilæum Anni ſancti facultates eligendi Confeſſorem, vota commutandi, diſpenſandi, & ſimilia? quas indulgentias ſuſpendi diximus ſuprà in Anno ſancto *num.* 14. ex Bolla Gregorij XIII. incipit, *Quoniam ſancti Iubilæi*, & antè ex Bulla Sixti Quarti, quæ incipit, *Quemadmodum*, cuius meminit Nauarrus *de Iubilæo notab.* 28. *num.* 1. vbi eam interpretatur, quæ ſuſpenſio extenditur ad plenarias duntaxat indulgentias quocumque nomine vocentur, etiam pro articulo tantùm mortis conceſſæ, ſiue indulta ſint perſonalia, prout eſt Bulla Cruciatæ conceſſa eo anno, quoad effectum plenariæ tantùm indulgentiæ conſequendæ, vt dictum eſt ſuprà *num.* 14. *verſ. quinimò*, niſi Pontifex expreſsè Cruciatam non ſuſpendat, vt voluit Clemens Octauus ſuprà *verſ. nihilominus Clemens*, ſiue indulta ſint conceſſa in fauorem Vniuerſitatum, aut Congregationum quarumcunque, & quorumcunque Ordinum. His poſitis,

Dico primò Sixtum Quartum in ſua Extrauagante, quæ incipit, *Et ſi Dominici*, ſuſpendiſſe facultates commutandi vota etiam, & diſpenſandi in illis, nec non componendi ſuper rebus malè ablatis, & deputandi Confeſſarios cum poteſtate abſoluendi à reſeruatis, atque ita hæc omnia eſſe ſuſpenſa, conſtat vltra indulgentiam plenariam: idem oſtenditur in Extrauagante ſua à Gregorio XIII. incipit, *Quoniam*, *verb. facultates*, vbi Pontifex ait ſe facere hanc ſuſpenſionem multorum Romanorum Pontificum morem ſequutum de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, his verbis: *Suſpendimus omnes, & quaſcumque indulgentias plenarias, etiam ad inſtar Iubilæi, & earum cauſa facultates, conceſſiones, & indulta quæcumque à nobis, & dicta Sede eiuſque auctoritate*, &c. vbi verbum, *facultates, earum cauſa conceſſas*, & verba, *indulta quæcunque*, includunt ſuſpenſionem etiam aliorum, quæ non ſunt indulgentiæ plenariæ, qualia ſunt facultates eligendi Confeſſorem, commutandi vota, & diſpenſandi in illis, & ſimilia, Nauarrus *de Iubilæo notab.* 33. *num.* 2. *verb. facultates*, & *antè notabil.* 28. *à num.* 1. *vſque ad num.* 7. vbi *num.* 8. 9. & 10. notat non tolli per huiuſmodi ſuſpenſionem facultatem remittendi, diſpenſandi, & componendi ſuper rebus incertis reſtituendis, quæ non malè, neque illicitè fuerunt ablatæ. Nec item auferri poteſtatem deputandi Confeſſarios abſque facultate abſoluendi à reſeruatis Sedi Apoſtolicæ, Nauarr. *in cap. ſit, de Iudæis notab.* 2. & *d. notab.* 28. *numero* 10. 11. & 12. vbi ſubdit non comprehendi facultatem deputandi Confeſſarios ſine poteſtate abſoluendi ab huiuſmodi reſeruatis, nec etiam facultatem commutandi vota, diſpenſandi ſuper ea, componendi circa malè ablata, & deputandi Confeſſarios cum facultate abſoluendi à reſeruatis, dummodo hæc quatuor conceſſa ſint ad conſequendum alias indulgentias, quàm plenarias, Nauarr. *d. notab.* 33. *in verb. facultates*, *verſ. Secundò*, & *verſ. Tertiò*, Rutilius *de anno Iubilæi lib.* 4. *cap.* 8. *dub.* 3. vbi concludit non ſuſpendi in Anno ſancto, niſi facultates conceſſas in ordine ad acquirendam indulgentiam plenariam, reliquas verò, quæ vel ab Epiſcopis, vel à Legatis Papæ conceduntur ad abſoluendum à reſeruatis non ſuſpendi, Nauarr. *d. notab.* 28. *num.* 16. & 17.

Quinimò nec ſuſpenduntur facultates conceſſæ à Nuntio Apoſtolico, vel Legato Papæ etiam de reſeruatis Papæ, quoniam Legatus has facultates concedit auctoritate ordinaria, cùm ſit Ordinarius extraordinario modo factus, iuxta gloſſ. Clemen. II. *de officio Ordinarij*, quamuis, quæ virtute ſpecialium facultatum, quas Pontifex Legato concedit, & non aliter illi competunt, eſſe ſuſpenſa notat Nauarrus ſuprà *notab.* 28. *num.* 9. & Rutil. *d. dub.* 3. *ad finem.*

Difficultas tamen eſt an priuilegia commutandi vota, & in eis diſpenſandi, & abſoluendi à reſeruatis conceſſa Mendicantibus erga ſæculares ſuſpendantur in Anno ſancto? Pars affirmans ex eo patet, quia per Bullam Cruciatam videntur ſuſpendi, per hæc verba: *Exceptis tamen conceſſis Ordinum Mendicantium Superioribus, quo ad eorum fratres tantùm.* Ergo quoad Sæculares priuilegia illa, ſicut ſuſpenduntur per Bullam Cruciatam, ſic etiam in anno Iubilæi ſuſpenduntur. Quo ad Bullam, ſeu per Bullam ſuſpendi hæc indulta ſentiunt Ludouicus Lopez 2. *p. Instructorij*, vbi de Clauibus *cap.* 2. prope verſiculum, quæritur deinde, Manuel in Bulla Cruciata §. 12. *num.* 4. atque in Anno ſancto etiam ſuſpendi vult Nauarrus *de Iubilæo notab.* 28. *num.* 32. & 33.

Dicendum tamen eſt in primis, non ſuſpendi per Bullam Cruciatam quo ad vſum ſæcularium ſupradicta priuilegia, cùm veniant in commune bonum fidelium, atque ita per verba generalia non tolluntur, ſed neceſſaria eſt, vt ſuſpendantur, ſpecifica mentio, ita Leſſius *lib.* 2. *de iuſtitia cap.* 42. *dub.* 12. *num.* 60. *verſ. Reſponderi poteſt*, & expreſsè Henriquez *lib.* 6. *de pœnit. cap.* 16. *num.* 7. & *lib.* 7. *de indulgentiis cap.* 28. *n.* 7. cum aliis *in ſcholiis lit. Z.* relatis, & Manuel mutata ſententia in additionibus ad Cruciatam §. 12. *num.* 4. & *de regularibus tom.* 1. *quæſt.* 61. *art.* 14. idem voluit.

Imò neque in anno Iubilæi ſuſpendi vult Henriquez *lib.* 7. *cap.* 21. *num.* 3. *in commento lit. R.* & *cap.* 28. *num.* 7. & ait probabile idem Nauarrus *d. notab.* 28. *ad finem*, teſte Sanchez *in præcepta Decalogi lib.* 4. *cap.* 54. *ad finem num.* 62. quæ tamen in noua Bolla ſuſpenſionis indulgentiarum à Clemente Octauo publicata expreſſis verbis legi poſſunt, vbi omnes facultates, conceſſiones, & indulta quæcunque abſoluendi etiam à caſibus Papæ ac Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, atque in litteris die Cœnæ Domini legi

legi solitis quibuscumque Ecclesiis, Ordinibus, &c. suspensa, & impedita durante Anno sancto censeantur, dummodo concessa fuerint causa indulgentiarum plenariarum. Ex quibus sequitur has omnes facultates etiam absoluendi à reseruatis Sedi Apostolicæ non esse suspensas durante Anno sancto, quando non intuitu, vel contemplatione indulgentiarum plenariarum, & causa acquirendarum, sed aliter fuerint concessæ tam Ordinibus, Communitatibus, Collegiis, quàm quibuscunque aliis personis, etiam priuatis, cuiuscunque gradus, ac conditionis extiterint; tunc enim nullo modo censebuntur suspensæ, cùm non ad plenarias indulgentias consequendas, sed ad alios fines spirituales conferantur, Henriquez *suprà d. cap.* 21. *num.* 3. *lib.* 7. & Rutil. *ubi suprà lib.* 4. *cap.* 8. *dub.* 4. *fol.* 455.

28. Tertia dubitatio, an indulgentiæ Anni sancti prosint mortuis? Responsio est negatiua circa indulgentiam plenariam Iubilæi sacri. Ratio, quia nulla indulgentia extenditur ad mortuos, nisi expressè eam concedens extendat ad illos. D. Thomas *in* 4. *dist.* 45. *quæst.* 2. *art.* 3. & colligit Nauarrus *ex Extrauagante Vnigenitus, de pœnitent. notab.* 22. *de Iubilæo, num.* 1. *in verb. Quicumque voluerit*, hanc huius anni Iubilæi indulgentiam non posse quæri mortuis, ex eo fundamento, quia ordinaria saltem potestate non possunt facere ea, quæ hìc dicuntur, sine quibus indulgentia non quæritur. Hæc hodie. Olim autem Alexander VI. Anno Domini 1500. in sua Bulla pro anno Iubilæi publicata, cuius meminit Stephanus Nottus, & Cyrillus Franch. *in suis libris de Iubilæo*, sic ait: *De diuina misericordia, & potestatis Apostolicæ plenitudine, Volumus, & concedimus, vt si qui parentes, amici, aut cæteri Christi fideles, pietate commoti, pro ipsis animabus Purgatorij ignis, pro expiatione pœnarum eiusdem, secundum diuinam iustitiam debitarum expositis, dicto anno Iubilæi durante pro reparatione dictæ Basilicæ Sancti Petri aliquam eleemosynam, iuxta dictorum pœnitentiariorum, vel alicuius eorum ordinationem, dictas Basilicas, & Ecclesias modo præmisso deuotè visitando in capsa in eadem Ecclesia, seu Basilica Sancti Petri deputata posuerint; ipsis plenissima indulgentia per modum suffragij, ipsis animabus in Purgatorio existentibus, pro quibus dictam eleemosynam piè erogauerint, pro plenissima pœnarum relaxatione suffragetur.* Hæc ibi.

Quare dicendum est mortuis hodie indulgentiam huius anni præcisè non prodesse: posse tamen eos per modum suffragij iuuari per orationes, ac ieiunia in Anno sancto. Similiter si quis in anno Iubilæi pro alio viuo ad Vrbem accederet, & pro illo omnia opera iniuncta perfectè adimpleret, indulgentiam tamen illi non acquireret, quod est communis, quia indulgentia tantum valet, quantum sonat, hoc est, nequeunt valere plus quàm sonant, & semper valent id quod sonant, quando non datur error in causæ sufficientia ob quam conceditur; & debemus intelligere nunquam subesse insufficientiam causæ, quando Summus Pontifex indulgentias concedit, Michael de Palatio hac de re *in* 4. *distinctione* 10. *disput.* 3. *concl.* 10. Manuel Rodr. *in explicatione Bullæ* §. 1. *num.* 11. *dub.* 2. & alij, quos referens sequitur Vega *in sua sylua, lib.* 3. *casu* 278. & Nauarr. *de Iubileo, notab.* 11. *num.* 6. & D. Thom. *in addit. q.* 25. *ad* 2.

29. Quarta dubitatio, an indulgentiæ durante Anno sancto possint publicari à Concionatoribus vel à Parochis? Responsio quo ad plenarias indulgentias est negatiua præter Iubilæi sacri plenissimam, ita Sixtus Quartus *in sua Extrauagante Quemadmodum*, & Gregorius XIII. in sua *Quoniam Sancti, verb. Ne vlla alia indulgentia*, vbi respondit non prohiberi publicationem, nec prædicationem etiam in hoc anno Iubilæi sancti vllius indulgentiæ non plenariæ. Quare non plenariæ publicari, & prædicari possunt durante anno, & post illum. Plenarias autem publicare, & prædicare tam publicè, quàm priuatim, & occultè est peccatum mortale, vt ostenditur *ex verb. præcipimus, & interdicimus*; & incurritur excommunicatio eo ipso, & insuper puniri possunt ab Ordinariis pro eorum arbitrio publicantes, Barbos. *in dicta Extrauagante, Quemadmodum* 4. *de pœnitent. num.* 4. *pag.* 196.

Quinta dubitatio petit, an opera coniuncta Iubilæo maiorem vim habeant, quàm si coniuncta non essent? Vt autem hæc clariùs percipiantur, notandum est triplex genus operum Iubilæo annecti solere. Primum actus virtutum, nimirum visitare Ecclesias, ieiunare, Eleemosynas erogare, & interesse processionibus. Secundum recitare orationes ab Ecclesia approbatas, easque Deo deuotè, ac pio animo offerre Pater, & Aue, & Litanias, & introitu Ecclesiarum aqua benedicta aspergi. Tertium confiteri, & sacra Eucharistia animam pascere. 30.

His positis non est dubium hæc tria ex eo quòd sunt coniuncta sancto Iubilæo regulariter magis disponere ad delendum pœnas temporarias, quam si extra tempus Iubilæi fierent: vnde Iubilæus ingerit, & inspirat in opera coniuncta virtutē quandam dispositiuam multo fortiorem ad recipiendas Sanctorum satisfactiones, quæ communicantur in Iubilæo, quàm ea opera extra Iubilæum, vel non haberent, vel non tam efficacem, quàm vim nouam per Iubilæum acquirunt opera coniuncta tanquam dispositiones per quas conquiritur noui gradus remissionis pœnarum. Nec mirum, quia in Iubilæis, præsertim in hoc sancti Anni, iniunguntur opera, cum solenni benedictione Papali præcedentibus variis orationibus, deprecationibus, & obsecrationibus totius Ecclesiæ, ob quas Deus plura auxilia interna recipientibus Iubilæum piissimè largitur, quibus homines ad bene operandum singulariter alliciuntur, & fructum tanti Iubilæi maxima cum vtilitate consequuntur: item quia primum genus operū, nempe actus virtutum, visitare scilicet Ecclesias, ieiunare, largiri Eleemosynas, & similia in Iubilæo iniuncta, quæ secundùm se non sunt Sacramentalia, eo ipso, quòd sunt annexa Iubilæo per benedictionem Pontificis consecrata fieri Sacramentalia, est valde probabile, ex Cordubens. *lib.* 5. *quæst.* 21. *prop.* 3. Rotilius *de Anno Iubilæi, lib.* 4. *cap.* 4.

Iuuat D. Thomas *in* 4. *dist.* 20. Gerson. *in* 2. *p. sum. tract. de indulgent. consideratione* 12. *Alphab.* 54. *lit. A.* & Angestus *in Moralibus, cap.* 8. quos refert Cordubens. *quæst.* 40. vbi volunt, cæteris paribus, magis vtilem, & magis Deo gratam esse operationem bonam cum indulgentiis, vel Iubilæo, quam alteram similem sine illis.

Ad hæc orationes in commun i factæ in Iubilæo augent charitatem, & per talem orationem facilius, quod volumus, impetramus à Domino, & ideo Ecclesia in cōmune orat, in commune operatur, in commune gratias Deo agit, vt multorum orationi

orationibus, & precibus Deum magis propitium habeat. D. Ambrosius *lib. 1. officiorum cap. 29. sub finem*, & Leo Papa *sermone 4. de ieiunio 7. mensis*, sic ait: *Tunc est efficacior, sanctiórque deuotio, quando in operibus pietatis totius Ecclesiæ vnus est animus, & vnus sensus*. Hinc fit, vt in necessitatibus publicis processiones instituantur, & in Iubilæis, vt simul orantes, quasi in acie precibus dimicantes diuinæ sententiæ iram à nobis auertamus. D. Thomas *quodlib. 7. art. 18.* Azor. *instit. moral p. 1 lib. 9. quæst. 3. & sequent.*

Quinimo orationes etiam priuatæ in Ecclesia magis Deo placent, & hominibus vtiliores sunt, quàm quæ alibi fiunt, prout habetur *Isai. 56.* ibi, *Domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis*, & Dauid Psalm. 67. *In Ecclesiis benedicam te Domine*, & 3. Reg. 8. *Cælum, & cæli cælorum non te capiunt, quanto magis domus ista, quam ædificaui; sed ad hoc tantum facta est, vt respicias orationem serui tui, & obsecrationem eius Domine Deus meus, & audias preces, quas fudit famulus tuus coram te*, &c. *& exaudias preces famuli tui, & populi tui Israel, quicumque orauerit in loco isto, exaudi de habitaculo tuo, id est, de cælis, & propitiare.* ita Rex.

Ratio autem ob quam orationes, præsertim in Ecclesiis fusæ, maiorem vim habeant apud Deum, quàm priuatim, illa esse potest quòd publicæ orationes in Ecclesia citiùs à Deo exaudiuntur, sic Deus pollicitus est Salomoni 3. *Reg. 9.* in erectione templi, quod etiam tradit S. Leo Magnus, eo quòd publicæ orationes ex obedientia, & præcepto Ecclesiæ fiunt, suprà *sermone 4. de ieiunio*, ibi: *In operibus pietatis totius Ecclesiæ vnus est animus, & vnus sensus*; & infrà, ibi, *Sacratius est, quod publica lege celebratur, quàm quod priuata institutione tenetur.* Vnde Paludan. *in 4. distinct. 15. quæst. 5. concl. 1. & 2.* Maior *in 4. distinct. 12. quæst. 6.* Nauarr. *in manuali de oratione, cap. 17. num. 24. & sequent.* meliùs putant recitari horas Canonicas in choro, & communitate, quàm solitariè; quod probatur ex illo Christi Domini, *Si duo*, Matth. 18. *ex vobis, aut tres conuenient super terram in nomine meo, de omni re, quamcumque petierint, fiet illis à Patre meo.* quæ omnia satis probant orationes, & visitationes Ecclesiarum, & processiones, & reliqua iniuncta à Summóque Pontifice instituta magnam vim habere ad remissionem pœnæ temporalis, cùm ea Iubilæo annexa faciliùs, & efficaciùs ab hominibus soleant exerceri, quàm sine Iubilæo: nam concursus, & frequentia fidelium sancta quadam æmulatione se excitant, & incendunt ad conquirendum Iubilæum, & alia plura auxilia quibus omnes excitati deuotiùs iis operibus se eo tempore addicunt, quàm extra illud. Vide Franciscum Leonem *p. 1. cap. 5. de consecratione Ecclesiarum, num. 2. per totum.*

31. Sexta dubitatio, an Iubilæum acquirant proficiscentes Romam, qui morte impediti non potuerunt Romam peruenire? Affirmat Barbos. cum aliis *in Extrauagante Vnigenitus 2. de pœnitent. num. 13. pag. 194.* quo priuilegio non gaudent Romani, neque incolæ Vrbis: & ideo isti si aliquo impedimento detenti visitationes inchoatas nequiuerunt ad finem perducere, quamuis fuerint verè pœnitentes, Iubilæi indulgentiam non consequentur: secus de peregrinis, qui iter deuotionis gratia ad Vrbem suscipientes impediti infirmitate, vel morte non peruenerunt: ratio huius discriminis illa esse potest, vt hoc priuilegio exteri ad peregrinationem suscipiendam faciliùs inuitentur, vt constat ex *dicta Extrauag. vers. adiicientes*, vbi id priuilegium indulget Romam venientibus, qui vel non peruenerunt, vel peruenientes visitationes Ecclesiarum perficere non potuerunt. Nauarrus *de Iubilæo, notab. 19. n. 4. & in glossa verb. post iter, in constitutione* Gregorij *XIII. Dominus, ac Redemptor Noster*; nam in eo euentu votum pro facto reputatur, & à Pontifice pro facto acceptatur, sicut *Psalm. 9.* dicitur, *Desiderium pauperum exaudiuit Dominus: præparationem cordis eorum audiuit auris tua.* Cùm ergo indulgentia Anni sancti non concedatur nisi adimpletis operibus iniunctis, specialiter excipiuntur iter arripientes ad Vrbem, qui quamuis nequeant efficere opus ad indulgentiam propositum infirmitate, vel morte impediti, eam tamen consequuntur, Nauar. *d. notab. 19. num. 4.* Rutilius *de anno Iubilæi, lib. 5. cap. 15. dub. 10.*

Septima dubitatio, an æqualiter fiant participes huius Iubilæi qui sunt Romæ, & qui à remotissimis Regionibus Romam veniunt? D. Thomas *in additionibus ad 3. part. quæst. 25 art. 2. ad 4.* ait ita, *Vicinus Ecclesiæ, & Ecclesiæ Sacerdotes, & Clerici consequuntur tantam indulgentiam, sicut illi qui venirent à mille dietis; quia remissio non proportionatur labori, sed meritis, quæ dispensantur.* Sic ille. Quare quantum ad essentiam indulgentiæ, & ad rationem satisfactionis cùm non attendatur quantitas operis, sed genus operis, æqualiter lucrantur Iubilæum Anni sancti, qui Romæ sunt, quemadmodum & illi, qui ex longissimis regionibus Romam veniunt, eo quia indulgentia non consideratur, nec proportionatur labori operantis, sed meritis Christi, & Sanctorum, quæ communicantur, Henriq. *lib. 7. cap. 14. num. 4. vers. hi enim*, vbi notat non minus dignos esse consequi plenariam indulgentiam venientes ex proximis domibus, quàm venientes è longinquo cum magnis expensis, & laboribus visitare templum Apostolorum, sequitur Barbos. *in Extrauagante Antiquorum, 1. de pœnit. inter communes, num. 5.* cùm in vtrisque æque reperiatur causa principalis recognoscendi Sedem Apostolicam, & venerandi Summum Pontificem, quæ est vna ex præcipuis causis Iubilæi huius sancti instituti, vt scilicet Basilicæ Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli eo ampliùs honorentur, quo frequentiùs visitantur; & visitantes multo maioribus se spiritualium donorum muneribus recreatos experiatur; cuius rationis, ac causæ meminit Bonifacius Octauus *in sua Extrauagante Antiquorum, de pœn. & remiss.* & postea à Clemente VI. in sua constit. de qua suprà, per hæc verba. *Pro Beatorum*, inquit, *Petri, & Pauli memoria crebriùs recolenda, pro reuerentia ipsis à cunctis fidelibus deuotiùs exhibenda, pro ipsorum patrocinio fauorabiliùs impetrando, fuit huiusmodi indulgentia salubriter, & sanctissimè instituta.* Cùm ergo quo ad effectum indulgentiæ tam Romani, quàm exteri opera iniuncta adimpleant, æqualiter vtrique illam acquirunt, quæ à Gregorio XIII. in sua constitutione indictionis Iubilæi memorantur. 32.

Hinc sequitur solutio octauæ dubitationis, an prosit æqualiter illis, qui Romam eunt equites, sicut illis, qui pedibus suis iter agunt; nam quamuis quo ad meritum magis mereatur, qui plus laborat, vtrique æqualiter vtilis est fructus Iubilæi, Ioann. de Anania *in d. tractatu, dub. 10.* & Henriq. *lib. 7. de indulgentiis, cap. 14. num. 4. vers. subest ratio*; cùm in vtrisque subsistat æquè principalis causa visitandi 33.

visitandi Basilicas Sanctorum Apostolorum, recognoscendi Sedem Apostolicam, & venerandi caput Ecclesiæ.

34. Nona dubitatio, an omnes quatuor Ecclesiæ sint in eadem die visitandæ? & an nocturno tempore visitari debeant? Quo ad primam partem, responsio sit, omnes illas quatuor Ecclesias esse visitandas in quolibet die, ita vt si non visitentur eodem die, & vna earum relinquatur, illa dies non prodest ad Iubilæum consequendum. Sic enim intelligenda sunt verba in Bulla apponi solita, ita: *Qui quatuor Ecclesias semel saltem in die visitauerit*, hoc est, quatuor Ecclesiæ in die vno semel saltem visitari debent; non enim dicitur in diebus, sed in die: verba enim in dubio accipienda sunt in propria significatione. *l. non aliter. ff. de legat.* 3. Ioan. Petr. Monet. *de distribut. quotid. p. 2. quæst.* 11. *n.* 100. Henriq. *d. cap.* 14. §. 5. *vers. quare Iubilæus anni centesimi*, dicens esse visitandas à peregrinis quindecim diebus saltem interpolatis quatuor Ecclesias, ita tamen, vt singulis diebus visitet omnes quatuor, ex Nauarro *de Iubilæo notab.* 32. *num.* 41. quem referens sequitur Henriq. *ibi in commento litt. D.* vbi idem Nauarr. *in verb. semel saltem in die*, addit ex Ioanne Monacho sufficere vnam, vel alteram Ecclesiam visitare vno die, & altero aliam, vel alias; sed contrarium dixisse in sua constitutione, Dominus, ac Redemptor Noster, Gregorium XIII. interrogatum refert idem Nauarrus, subdens, non satisfecisse illum oneri visitandi, qui bis eadem die visitaret omnes quatuor Ecclesias ad effectum adimplendi duorum dierum visitationes, & meritò; quia in Bulla dicitur semel saltem in die, hoc est, vt aditio, seu visitatio earum quatuor Ecclesiarum in die vno semel fiat, arg. *l. in delictis. §. si extraneus. ff. ad leg. Aquil.*

Quo ad secundam partem Viualdus *in tractatu de indulgentiis, num.* 11. vult posse visitari Ecclesias illas quatuor nocturno tempore ad effectum consequendi Iubilæum Anni sancti saltem ex consuetudine fidelium, qui eo tempore visitationes conficiebant in Iubilæo anni 1550. vt notat Henriquez *d. cap.* 14. §. 5. *in commento litter. D.* & Rutilius *lib.* 5. *cap.* 15. *dub.* 7. in Iubilæo anni 1575. ex ea ratione, quia tempus tam nocturnum, quàm diurnum sunt partes integrales eiusdem Anni sancti. Hinc fit, vt Notarij rogati de contractu de nocte celebrato non apposita hora noctis, sed solùm die apposito, non reputentur falsi; ex quo sub die veniet nox, vt *in l. more Romano, ff. de feriis*, Gonzal. *super regul.* 8. *gloss.* 11. *num.* 12. Nox enim continetur appellatione diei, nisi materia subiecta repugnet, text. *in l.* 1. *& l. Medicus, ff. de oper. lib. l.* 2. *in fine, ff. de ann. legat.* Caldas Pereira *de emptione, cap.* 4. *num.* 16. Cùm igitur appellatione diei contineatur nox, bene possunt nocturno tempore visitari Ecclesiæ, & Altaria, quod etiam intelligitur quando conceditur indulgentia à primis vesperis vsque ad secundas inclusiue; vt vult Mandus. *in praxi signat. gratiæ*, vbi *verb. indulgentia, vers. in indulgentiis*; apponi consueuerunt, quia nocturnum tempus, quod primas vesperas sequitur, etiam continetur, & durat vsque ad serum alterius diei, hoc est, vsque ad occasum alterius diei. Henriquez §. 4. suprà.

5. Decima dubitatio, an Moniales tam externæ, quàm Romanæ possint consequi in suis Monasteriis Iubilæum Anni sancti? Pars negans ex eo patet, quia onera imposita consecuturis Iubilæum, nequeunt adimplere, vt notum est. Pars affirmans placet Henriquez *d. lib.* 7. *cap.* 14. *num.* 5. *vers. Quare Iubilæus*, vbi tradit Moniales, & infirmos non teneri personaliter visitare præscriptas Ecclesias, sed domi suæ posse visitare, aut recitare coram quatuor Altaribus, quod priuilegium omnibus fermè Religiosis concessum est postea, vt constat ex compendio nostræ Societatis *titul. de indulgentiis*, §. 1. *&* 2. *item* §. 11. *& sequentib.* quamuis ibi non sit specialis mentio Iubilæi huius sancti Anni. Mandos. *de signat. gratia, titul. Indulgentiæ, vers. Monialibus*, addit consulendum esse Monialibus, & aliter impeditis, vt fiant participes indulgentiarum, quòd visitent Altaria, vel Ecclesias, vt ita consequantur indulgentias Romæ concessas visitantibus quatuor, aut septem Ecclesias, quæ sententia non omnino mihi probatur, nisi Summus Pontifex in hoc, aut in aliis Iubilæis tam Monialibus, quàm aliis aliter impeditis præscripta etiam alia opera, & visitationes, aut orationes assignet, vt etiam interdum præscribit Regi, & Reginæ opera quibus consequantur indulgentias, ac si Romam venissent, Mandos. *suprà, vers. aliquando concessum fuit.* & Rutil. *d. cap.* 15. *dub.* 27.

Vndecima dubitatio, an delinquentes spe consequendi veniam, consequantur Iubilæum? Pars negans deducitur ex *cap. sanè, de pœnitentiis, dist.* 3. ibi, *Nemini dedit Deus laxamentum peccandi; quamuis miserando deleat iam facta peccata.* Item iuuat quod dicitur non gaudere immunitate Ecclesiæ, qui delinquit intra illam, Syluester *verb. immunitas* 3. *num.* 3. Abbas *in cap. vltimo, de immunit. num.* 3. gloss. recepta *in cap. frater* 17. *quæst.* 4. lex nostra *lib.* 2. *Ordin. tit.* 5. §. 2. Anastas. Germon. *de sacrorum immun. lib.* 3. *cap.* 16. *à num.* 79. Gutier. *pract. lib.* 3. *quæst.* 1. *num.* 8. *&* 9. Camil. Borrell. *in summa omnium decis. tit.* 3. *de his, qui ad Ecclesiam confugiunt, num.* 82. Mendez à Castro *in praxi Lusitan. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 34. & Aloys. Ricc. *p.* 5. *collect.* 1792. quod intelligitur etiam de delinquentè prope Ecclesiam sub spe, & fiducia confugiendi ad Ecclesiam, Decian. *tractat. criminal. lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 5. *vers. Ex quo infero*, Gutier. suprà *lib.* 3. *quæst.* 1. *num.* 15. *&* 16. Bobad. *in sua polit. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 26. & Menoch. *de præsumpt. lib.* 5 *quæst.* 10. *num.* 12. quibus argumentis, hæc pars satis probatur, cùmque tenent Cardinalis sancti Sixti §. *in Leuitico, numer.* 83. D. Antonin. 1. *p. tit.* 10. *cap.* 3. §. 5. Cordub. *in summa, quæst.* 22. dum asserunt, neque earum peccatorum pœnam, quæ cum fiducia, & sub spe indulgentiarum commissa sunt, per illas remitti. 36.

Nihilominus opposita pars, quæ affirmat, est probabilior, si pœnitens de vana illa spe confiteatur, & conteratur, nisi exprimatur in diplomate ne delinquentes spe indulgentiarum eo Iubilæo vti possint; quòd si peccantes spe Iubilæi non excipiantur, non debent reiici à consecutione indulgentiarum: eo quia, quando lex non distinguit, nulla est distinctio facienda. *l. de pretio. ff. de Publiciana in rem act. l.* 2. §. *conuenire, ff. de iudic. cap. solita, de maior. & obed.* Surdus *consil.* 51. *num.* 7. Ioseph. Aldrete *de religiosa disciplina tuenda, lib.* 2. *cap.* 28. *numer.* 11. Cardinal. Tusch. *tom.* 3. *litt. D. conclus.* 508. & Ioann. Petr. Monet. *tract. de distribut. quotid. p.* 2. *quæst.* 2. *numer.* 37. & Pontifex si aliud voluisset, expressisset, *cap. ad audientiam* 2. *de decimis, cap.* 2. *de translat. Prælati.* Menoch. *cons.* 1. *num.* 178. *& consil.* 140. *num.* 4. Gutier. *pract. lib.* 3. *quæst.* 22. & Gonzal.

ad reg. 8. *Cancel. gloss.* 9. §. 1. *numer.* 33. *& gloss.* 42. *num.* 11. Cùm ergo in Iubilæo non excludantur ab eo consequendo peccantes spe indulgentiæ, neque exprimatur quicquam de illis non exterminantur ab eo acquirendo, vt in specie tradit Nauarr. *de Iubilæo notab.* 34. *num.* 6. *versic. sed contrà videtur*, Syluester *verb. indulgentia, num.* 28. Ledesma 2. *p. quæst.* 29. *artic.* 1. Roderic. *in Bulla* §. 9. *num.* 99. Henriquez *lib.* 7. *de indulgentiis, cap.* 9. §. 4. *& in commento lit. N.* vbi ait valere etiam pro peccato ex confidentia Bullæ, & alij, quos referens sequitur Acosta *in quæstione* 33. *Bulla Cruciata, & versicul. ego tamen existimo*, & Rutil. *lib.* 5. *cap.* 15. *dub.* 24. *fol.* 585.

37. Duodecima dubitatio, an integrum sit acquirere indulgentiam pro delicto futuro, & an potestas absoluendi à reseruatis extendatur ad futura delicta? Quo ad primum quæsitum huius dubij, certi iuris est indulgentias concessas à Pontifice extendi ad peccata etiam post concessionem suam commissa vsque ad illud tempus, quo quisque acquisierit illas, nisi oppositum expressum sit in concessione; dummodo peccans verè pœniteat, & conteratur, ac confiteatur. Probatur *ex regula iuris, lib.* 6. ibi, *peccati venia non datur, nisi correpto*, quæ est vera, quo ad forum Dei, sequitur Nau. *de Iubilæo notab.* 34. *n.* 3. *vers. ex quibus*, dicens indulgentiam concedi pro peccatis etiam post suam concessionem futuris. Iuuat illud Psal. 50. *Cor contritum, & humiliatum, Deus non despicies*, vbi loquitur Vates Regius cum omnibus qui vsque ad finem Mundi peccabunt; quibus omnibus veniam promittit, si verè conterantur, & humilientur coram Deo; nec obstat lex illa, *cum lex, ff. de legib.* vbi fit, *Cum lex præteritum indulget, futurum vetat*; quia secundùm glossam ipsius significat, quòd lex indulgens præterita, declarat præterita esse mala; & ex consequenti non facienda deinceps; non tamen prohibet veniam pro futuris, nec per hoc datur occasio peccandi, quamuis accipiatur minus rectè, & quamuis detur aliqua occasio in genere, negandũ est dari inordinatè, vel minus rectè, quamuis malè accipiatur; sicut non datur occasio peccandi ex lege diuina de condonando peccato sæpe sæpiùs pœnitenti, quamplurimi malè accipiunt diuina misericordia, ac bonitate abutẽtes, & obliti beneficiorum à Deo acceptorum in eadem peccata, & in multo maiora frequenter relabuntur, Nauarrus suprà *n.* 5. *vers. quæ tamen omnia*, vbi id multis probat, sequitur Rutilius *d. lib.* 5. *cap.* 15. *dub.* 25. post Cordub. *quæst.* 27. *de indulgentiis*, & Rosell. *tit. de indulgentiis*, §. 16. asserentes huiusmodi indulgentiam extendi ad delicta tam commissa, quàm committenda vsque ad horam in qua talis indulgentia acquiritur, non autem ad futura, quod potest procedere quando indulgentia semel tantùm potest acquiri: secus quando pluries in eodem anno suscipitur; tunc enim, vt in hoc sacto Anno potest etiam post primam, & secundam susceptionem delinquens mortaliter indulgentiam rursus eiusdem peccati remissionémque acquirere, sic Rutilius mentem Cordub. & Rosellæ exponit *ibi.*

Quo ad secundum quæsitum huius dubij dicendum est potestatem absoluendi à peccatis extendi etiam ad futura, quia concessio est generalis, & includit delinquentes post eam, & delinquentes antea; & censetur concessum quicquid expresè prohibitum non reperitur, *l. necnon.* §. *quod eius. ff. ex quibus caus. maior.* Campanil. *in diuersorio iuris Canonici, rubric.* 7. *cap.* 5. *num.* 1. Vnde interdicta, quæ non reperiuntur, censentur per legem permissa. *l.* 1. *ff. de testibus. l. ab ea parte. ff. de probationibus. cap. cùm illorum* 32. *vers.* 1. *de sentent. excommunic.* Burg. de Paz *cons.* 8. *num.* 3. Bobadil. *in sua politica, lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 44. & D. Barbos. *in l. cùm prætor.* §. 1. *ff. de iud. num.* 95. Nam in dubio facienda est interpretatio, vt censeatur permissus actus, quando non reperitur prohibitus, Mascardus *de probat. lib.* 3. *conclus.* 1237. *num.* 2. Aymon *consil.* 203. *num.* 2. *lib.* 1. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *quæst.* 16. *num.* 2. & alij, quibus accedit Ceuall. *commun. contra commun. quæst.* 227. *in principio, & in medio, vers. prima tamen opinio*, & in specie Nauarr. de Iubilæo *notab.* 34. *n.* 4. *vers. sed contrà facit*, vbi id multis probat.

Decimatertia dubitatio, an tempore Iubilæi sint iniungendæ à Confessariis aliquæ pœnitentiæ sacramentales? Responsio sit pœnitentias præseruatiuas, & quæ dicuntur medicinales, necessariò esse iniungendas tam in Iubilæo, quàm extra; tenerique pœnitentem sub peccato mortali acceptare huiusmodi pœnitentias, nisi fuerint indiscretæ, intolerabiles, & improportionatæ peccatori, vel peccato similiter teneri acceptare pœnitentiam, per quam iniungitur aliqua restitutio, & per quam præcipitur aliquod opus in remedium ad euitandum recidiuum peccati. Est communis. 38.

Non desunt tamen qui dicunt, vt Isidorus Valseranus *in tractatu suo de indulgentiis*, & alij recentiores tempore indulgentiæ plenariæ non esse à Confessario imponendas pœnitentibus Sacramentales satisfactiones; quæ sententia tamquam minus pia, & praxi Ecclesiasticæ contraria nullo modo debet admitti; eo quia etiam in Iubilæis à Summo Pontifice concessis admonentur Sacerdotes, vt iniungant alia opera satisfactionis. Quare semper iniungendæ sunt pœnitentiæ aliquæ mitiores. Nauarr. *in summa, cap.* 26. *num.* 21. *&* 33. per textum *in cap. cùm ex eo, de pœnit. & remiss. & Extrauag.* 1. *&* 2. *eodem titulo*, & Rutil. *lib.* 2. *de anno Iubilæi, cap.* 41. *fol.* 255. vbi concludit pœnitentias iam iniunctas ante factum Iubilæum, exceptis præseruatiuis, & restitutoriis, per indulgentias, & præsertim per factum Iubilæum, commutati, absolui, & tolli posse, prout bene decidunt Cordub. *in* 2. *dicto lib.* 5. *de indulgentiis, quæst.* 1. & Martin. Viuald. *de satisfactione, num.* 34. Henriquez *de pœnitentia, lib.* 2. *c.* 21. *&* 22. vbi de his latè, præsertim *num.* 6.

Decimaquarta dubitatio, in quo differant satisfactiones per indulgentias à satisfactionibus Sacramentalibus, & particularibus priuatorum? Responsio sit satisfactionem sacramentalem neminem posse sibi ipsi suppeditare, sed alteri per modum sententiæ in foro pœnitentiali; indulgentiam autem posse sibi concedentem non per modum absolutionis applicare, sed ex thesauro absolutionem applicando sibi, quemadmodum & aliis applicat; ita D. Thomas *in additionibus ad* 3. *partem quæst.* 27. *art.* 4. *ad primum.* Vnde Papa, & Episcopus possunt vti hoc priuilegio accipiendo sibi suffragia Ecclesiæ, quæ aliis dispensant, cum hoc tamen discrimine, quòd Papa possit sibi immediatè ex causa concedere indulgentias, & ab iniunctis se absoluere, cùm sit caput Ecclesiæ, non tamen à peccatis. Henriquez *lib.* 7. *c.* 32. §. 3. at verò Episcopus, & alij Pontifice inferiores nequeunt 39.

nequeunt sibi immediatè indulgentias concedere, nec ab iniunctis se eximere, sed possunt id committere Confessariis per ipsos ad hæc deputatis, Syluester *verb. votum* 4. §. 3. *vers.* 11. Angelus *eodem verb. votum* 4. §. 7. Henriq. *d. cap.* 32. §. 3. & antè *cap.* 28. §. 1.

Secundò differunt, quia sacramentalis satisfactio imponitur à Confessario in Sacramento, satisfactionem autem indulgentiarum non dari à Confessario, est multo verius, teste Abulens. *in cap.* 16. *Matthai quæst.* 80. Nauarr. *notab.* 9. *num.* 4. *& notab.* 14. *num.* 1. Cordub. *lib.* 5. *quæst.* 12. *in septima propositione.* Quare non sunt audiendi, qui putant integrum esse Confessariis dare indulgentias, vt minus bene censent Archid. & Panormitan. *in cap. quod autem, de pœnit. & remiss.*

Tertiò, quia in sacramentali satisfactione non assignatur quantitas pœnæ, quæ remittitur, quia hoc pendet ex necessaria dispositione ipsius pœnitentis. Contrà verò se res habet in indulgentia, cuius Pontifex certos annos concedit gratis, & aliquando pro paruo opere magnam indulgentiam, & rursus habenti magnam dispositionem paruam tribuit, nec secundùm dispositionem recipientis mensuratur indulgentia, Henriquez *de indulgentiis cap.* 14. §. 3. *vers. quare carpendus non est*, vt fecit Sotus *dist.* 21. *quæst.* 2. *art.* 2. & Ledesma *quæst.* 27. *art.* 2. *conclus.* 2.

Quartò differunt satisfactio, quæ fit per indulgentiam à satisfactione priuati hominis, quia illa non applicatur absque iurisdictione, hæc autem vtique: potest enim tuus alteri opera futura applicare, & pro eo satisfacere de iustitia sine thesauro præcedenti, nec tamen poterit ab homine priuato pro peccatis futuris suis, aut aliorum fieri anticipata solutio, etiamsi eo tempore sibi habeat satisfactionem superabundantem: non propterea poterit sibi reseruare satisfactionem superfluam; sicut nec Sacerdos satisfactionem Missarum, quas dixit, potest conseruare, vt applicet illis, qui in futuro dabunt eleemosynam. Sotus *dist.* 21. *quæst.* 1. *art.* 4. *col.* 5. Ledesm. 2. *part. quæst.* 18. *art.* 3. & Henriq. *cap.* 2. §. 1. quia solus Papa reseruat, & conseruat thesaurum tamquam Christi dispensator, qui habet clauem, & potestatem, qua applicat Christi, & Sanctorum satisfactiones, per Sacramentum scilicet absolutionis, & extra sacramentum per indulgentias, quod non cernitur in priuatis satisfactionibus, quas priuati, etiamsi illis indigeant, possunt aliis gratis conferre, Sotus *dist.* 21. *quæst.* 1. Imò possunt priuati inter se fœdus inire, vt quod vni, vel duobus superabundauerit, aliis communicetur, Henriquez *lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 1. nequeunt tamen satisfactiones superfluas defunctorum Sanctorum, aut viuorum priuati conseruare in thesauro, vt in futuro applicentur pro suis, aut aliorum peccatis.

40. Decimaquinta dubitatio, sit ne vtilius Romam accedere ad Iubilæum acquirendum, an expendere in vsus pauperum omnes sumptus, qui in itinere tam eundo, quàm redeundo erant faciendi? Responsio fit eleemosynam esse magis satisfactoriam, quàm peregrinationem; Armilla *verb. eleemosyna num.* 13. Vega *in sylua lib.* 2. *casu* 76. Vnde colligi potest vtilius esse stipem erogare pauperibus, quàm Romam peregrinando ire. Nihilominus si pauperes non sunt in extrema, vel saltem graui necessitate, vtilius erit accedere ad Vrbem causa acquirendi Iubilæi; secus si fuerint in extrema, vel saltem graui miseria. Nam tunc pauperum subuentio, quàm peregrinatio, magis obligat, ita Vega supra *lib.* 4. *casu* 79. Nauarrus *de Iubilæo notab.* 6. *num.* 4. *ad finem, & sequent.* dicens tunc licitè posse peregrinum Romam ire, quando necessitas non est grauis, etiamsi fortè gratius sit Deo impensas itineris egenis eas postulantibus elargiri.

Decimasexta dubitatio, an sit maior charitas erga Deum lucrari indulgentias, an velle esse in Purgatorio, vt soluat pœnas pro peccatis contra Deum commissis? Responsio sit, quamuis videatur procedere ex magno amore in Deum, velle potiùs pati in Purgatorio pœnas debitas peccatis: attamen multo maius amoris signum videri, velle vti remedio indulgentiarum, vt multo citiùs diuino conspectu fruatur, ita Sotus *in* 4. *dist.* 21. *art.* 1. Manuel Rodr. *in Bulla Cruciata* §. 8. *dub.* 8. *ad finem*, Vega *in sylua lib.* 6. *casu* 174. ex eo fundamento, quia multo grauior est pœna damni, per quam anima caret conspectu diuino, quàm pœna sensus, vnde, cùm longè excellat carendi pœna visionis beatificæ pœnæ sensus, quæ toleratur in igne purgante per longum tempus, maior amor ostenditur ab eo, qui vult per indulgentias interesse conspectui diuino, & frui visione beatifica, quàm primum, & quàm citissimè, quàm post longos annos pœnarum in Purgatorio, qui, vt placet Soto *in* 4. *dist.* 19. *quæst.* 3. *art.* 3. *pag.* 861. ad summum possunt esse decem, cui videtur accedere Manuel Rodr. *dicto* §. 8. *dubio* 1. quamuis Cordubensis *de indulgentiis quæst.* 22. tamquam verius arbitretur posse quem per viginti annos, & eo amplius in Purgatorio commorari, quod non displicet Vegæ *lib.* 4. *casu* 142. *& casu* 163. *ad finem*, Rutil. supra *lib.* 5. *c.* 15. *dub.* 16. *vers. dico quintò.* 41.

Decimaseptima dubitatio, an acquirat Iubilæum, qui non habet intentionem satisfaciendi Deo per se ipsum pro peccatis commissis? Pars negans videtur verior, eo quia indulgentia non prodest non habentibus propositum satisfaciendi Deo pro peccatis, quod colligitur ex traditis ab Armilla *verb. Indulgentia, num.* 13. & à Ludouico Beia *casu* 38. *pag.* 166. dicentibus pœnitentem, qui postulat à Confessario, vt sibi iniungat graues pœnitentias pro peccatis ea intentione, vt statim consequatur aliquam indulgentiam de pœnitentiis iniunctis, per quam ab illis liberetur, quasque pœnitentias non acceptaret extra illum casum, ac remedium indulgentiæ, nullo modo consequi indulgentiam ex defectu intentionis satisfaciendi Deo pro peccatis commissis per se ipsum. Mihi tamen magis placet opinio Paludani *in* 4. *dist.* 20. & Soti etiam *in* 4. *dist.* 21. *quæst.* 2. *art.* 3. vbi affirmant pœnitentem etiam absque illo proposito satisfaciendi per se ipsum sibi acquirere indulgentiam, & Vega *in sylua lib.* 3. *casu* 184. post alios, ex ea ratione, quoniam Summus Pontifex omnibus concedit indulgentias, nulla facta differentia inter diligentes, & negligentes, sequitur Nauarrus *de indulgentiis notab.* 1. *num.* 20. fauet Rodrig. *in explicatione Bullæ* §. 2. *num.* 6. & alij, quos *ibi* referens sequitur Vega, *& lib.* 4. *casu* 89. 42.

Decimaoctaua dubitatio, an solennitas Anni sancti debeat durare vsque ad finem mundi? Responsio sit negatiua, Rutilius *de anno Iubilæi lib.* 3. *cap.* 9. quem vide *fol.* 368. §. *illud verò agitabimus.* 43.

Quoad

Quoad secundum, an Iubilæus prosit concedenti, affirmatiua pars est certa, vt dictum est, & volunt, excepto Caietano *tom. 1. tract. 15. cap. 5.* qui negat concedentem indulgentiam alijs, posse eam sibi acquirere; sed alij affirmant cum Soto *in 4. distinctione 21. quæst. 1. art. 4. dub. vlt.* & Cordub. *quæst. 23. de indulgentiis, dub. 3.* Durand. *in 4. dist. 20. quæst. 5.* Palud. *ibidem, quæst. 4.* & Sà post D. Thomam *3. p. quæst. 27. art. 4. in verb. indulgentia, num. 17.* Indulgentia vtitur etiam, qui eam concessit, atque ita pars affirmans indulgentiam Iubilæi prodesse concedenti est indubiosa.

44. Quæstionis tamen est, quomodo concedens aliis Iubilæum possit ille vti faciendo ea opera aliis iniuncta, cùm nemo possit in se iurisdictionem exercere cogendo se ipsum, sicut se excommunicare, se ipsum sacramentaliter absoluere, cui argumento responder Sotus suprà *artic. 4.* posse concedentem per clauem iurisdictionis reserare, vel dispensare extra Sacramentum Ecclesiæ thesaurum, & eo vti pars Reipublicæ frui. Quare absolutè dicendum est Prælatos tamquam membra corporis mystici Ecclesiæ posse esse participes bonorum, quæ omnibus fidelibus ex thesauro Ecclesiæ ab ipsis conceduntur. fauet D. Thomas *in 4. distinct. 20. art. 5. quæst. 4.* dicens neminem posse sibi concedere indulgentias soli, sed posse vti illis, quas pro aliis dat. Non tamen liberabitur concedens ab onere adimplendi opera aliis præscripta pro consequendo Iubilæo, nisi rationabilis causa excuset, quæ si detur, ad commutationem recurrendum est, Ricardus *in 4. dist. 10. art. 4.* & Palud. *ibidem quæst. 4. art. 3.* vbi concludunt concedentem vi directiua legibus aliis latis obligari, & ex consequenti teneri opera aliis in concessione iniuncta perfectè adimplere.

DISPVTATIO VI.

De Iubilæis à Summis Pontificibus concedi solitis, præsertim in principio suorum Pontificatuum.

ACTVRVS de Iubilæo in specie, & de omnibus quæstionibus, ac difficultatibus quæ solent interrogari, operæ pretium duxi, in primis, & ante omnia transcribere exemplar Iubilæi anno Domini 1619. à bonæ memoriæ Paulo Quinto concessi, qui de verbo ad verbum sic habet, & aliis antea, & postea concessis similis est.

Paulus Episcopus seruus seruorum Dei, vniuersis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

1. DOminus, ac Deus Noster excelsus, qui in omnibus operibus suis iustus est, & misericors, iusto licèt iudicio visitet in virga iniquitates nostras, & in verberibus peccata nostra, misericordiam tamen suam non amouet à nobis: temporalia enim immittens flagella, immensa benignitate, & charitate sua reuocat nos ab iniquitatibus nostris, vt ad pœnitentiam adducamur. Id verò nos cogitantes, sicut pro nostra pastorali cura, maximo cordis dolore afficimur, cernentes tantis, ac tam grauibus procellis interdum, ac præcipuè hoc tempore, in inclyta Germania & vicinis Prouinciis agitari Ecclesiam Dei, ita etiam speramus in Domino, quòd si eum pressuris, nos in vias suas reuocantem audierimus, dignos fructus agentes pœnitentiæ de tribulationum procellis populum suum educet, & tranquillitatem Ecclesiæ suæ restituet. Hoc verò, vt impetrare valeamus in corde contrito, & humiliato orationibus ad Deum adeamus; scriptum est enim: *Orabitis me, & ego exaudiam vos; quæretis me, & inuenietis, cum quæsieritis in toto corde vestro*; nec desint, orationi ieiunia, eleemosynæ, & alia pia opera, memores Danielis, cuius verba ex quo die apposuit cor suum, vt se affligeret in conspectu Dei, exaudita fuerunt: nam quod attinet ad eleemosynas, eas peccata purgare, ac facere, vt inueniatur misericordia, satis etiam diuinis eloquiis admonemur. Quocirca, vt quantum cum Domino possumus fideles ad hæc alacriùs peragenda inuitemus pro nostro pastoralis officij munere ex solenni Ecclesiæ Catholicæ more eiusdem Ecclesiæ thesauros, quorum licèt nullis nostris meritis, à Domino dispensatores constituti sumus, proferre, & largissimè erogare decreuimus. Itaque ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti, omnes, & singulos vtriusque sexus Christi fideles, tam in alma Vrbe nostra, quàm alibi vbique locorum constitutos, Apostolica auctoritate paternè, enixéque requirimus, monemus, & in Domino adhortamur ad infrà scripta deuotè peragendum, & adimplendum, ac ad Deum Patrem misericordiarum orandum, vt per viscera misericordiæ suæ fidem Catholicam protegere, ab hostium conatibus, & insidiis defendere, hæresim extirpare, Principibus Christianis pacem, & veram concordiam donare, ac præcipuè præsentibus Ecclesiæ necessitatibus subuenire dignetur. Quamobrem de Omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque soluendi potestate, quam nobis Dominus, meritis minimè suffraganibus contulit, vniuersis, & singulis Christi fidelibus in alma Vrbe prædicta degentibus, qui solennibus processionibus, quas ab Ecclesia sanctæ Mariæ Angelorum nuncupatam, ad Basilicam sanctæ Mariæ Maioris, & ab Ecclesia sanctæ Mariæ supra Mineruam, ad Ecclesiam sanctæ Mariæ de Aninia pariter nuncupatam feria quarta, & sexta, Nos sequenti hebdomada, vnà cum venerabilibus fratribus S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Christianorúmque Regum, & Principum apud nos, & Apostolicam Sedem, Oratoribus, omnibúsque Prælatis, & Proceribus, vniuersóque Clero, & Populo, agemus, interfuerint, aut qui prædicta, vel illam sequenti hebdomada, easdem Ecclesias, vel duas illarum saltem semel visitauerint, ibique deuotè, vt suprà, Deum orauerint, ac feria quarta, & sexta, & Sabbato, eiusdem, vel sequentis hebdomadæ ieiunauerint, ac peccata sua confessi fuerint, atque in primo die Dominico, vel secundo, seu saltem alio dictarum hebdomadarum die, sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum reuerenter susceperint, & eleemosynas ad libitum, prout charitas singulis suggesserit, fecerint. Cæteris verò omnibus, & singulis fidelibus, extra Vrbem existentibus, in quibuslibet ciuitatibus,

tatibus,terris, & locis,qui processioni ab Ordinariis locorum,vel eorum Vicariis, seu officialibus, vel de eorum mandato, & ipsis deficientibus per eos, qui ibi curam animarum exercent,prima,vel secunda hebdomada, postquam ad eorum notitiam hæ nostræ litteræ deuenerint indicendæ, & agendæ interfuerint, vel Ecclesiam,seu Ecclesias per eosdem designandas saltem semel visitauerint, ibique, vt supra Deum orauerint, ac feria quarta, sexta,& Sabbato alterius, ex duabus hebdomadis ab eisdem deputandis ieiunauerint; pariterque peccata confessi, ac sanctissima communione refecti fuerint,& eleemosynas similiter pro arbitrio suo fecerint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, sicut in anno Iubilæi visitantibus certas Ecclesias intra,& extra Vrbem concedi consueuit, tenore præsentium concedimus,& elargimur.Nauigantes verò, aut iter agentes,vt cùm primum ad sua sese domicilia recceperint supra scriptis omnibus peractis,vt suprà eandem indulgentiam consequi possint, & valeant. Regularibus autem personis vtriusque sexus in claustris perpetuis degentibus, nec non aliis quibuscumque, tam laicis, quàm Religiosis sæcularibus,seu Regularibus in carcere,seu captiuitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui suprà expressa,vel eorum aliqua,præstare nequiuerint,vt Confessarius,quem (vt infra) elegerint prædicta omnia,& singula,vel eorum aliqua, in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque iniungere, quæ ipsi pœnitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus. Cupientes autem omnes Christi fideles participes fieri pretiosissimi thesauri, vniuersis,& singulis vtriusque sexus tam laicis,quàm Ecclesiasticis, sæcularibus, & Regularibus cuiusuis Ordinis,congregationis, & instituti licentiam concedimus, & facultatem damus, vt sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium, tam sæcularem, quàm cuiusuis Ordinis Regularem, ex approbatis à locorum Ordinariis, qui eos ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & aliis Ecclesiasticis sententiis, & censuris à iure, vel ab homine, quauis causa latis, seu inflictis, nec non ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus,& delictis, quantumuis grauibus, & enormibus,etiam locorum Ordinariis, siue Nobis, & Sedi Apostolicæ etiam in literis die Cœnæ Domini legi solitis contentis, & aliàs per quascumque Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum constitutiones,quarum tenores præsentibus haberi volumus, pro expressis, quomodocumque reseruatis in foro conscientiæ, & hac vice tantùm absoluere, & liberare valeant. Et insuper vota quæcumque,(Religionis,& castitatis exceptis,)in alia pia,& salutaria opera commutare,iniuncta tamen eis,& eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus,pœnitentia salutari, aliisque eiusdem Confessarij arbitrio iniungendis. Quapropter tenore præsentium, in virtute sanctæ Obedientiæ districtè præcipimus, atque mandamus omnibus,& quibuscumque venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatis; ac quibuscumque Ordinariis locorum; eorumque Vicariis, & officialibus,vel iis deficientibus illis,qui curam animarum exercent,vt cùm præsentium literarum transum pta, aut exempla acceperint, illa statim, absque vlla, retardatione vel impedimento per suas Ecclesias, & Diœcesis Prouincias,ciuitates, oppida, terras, & loca, publicent,& publicari faciant, & cleris, ac populis sibi subiectis, solennes processiones,& supplicationes indicant, & celebrent,Ecclesiamque,seu Ecclesias visitandas designent. Non intendimus autem per præsentes super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota,defectu,incapacitate, seu inhabilitate, quoquo modo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiæ. Neque etiam iis, qui à nobis, & Apostolica Sede, vel ab aliquo Prælato, seu iudice Ecclesiastico,excommunicati,suspensi,interdicti,seu aliàs in sententias, & censuras incidisse declarati,vel publicè denunciati fuerint,nisi infra tempus celebrationis huiusmodi Iubilæi satisfecerint, aut cum partibus concordauerint, vllo modo suffragari posse,aut debere. Non obstantibus constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, præsertim, quibus facultas absoluendi in certis tunc expressis casibus, ita Romano Pontifici pro tempore existenti reseruatur, vt nec etiam similes, vel dissimiles Iubilæi, Indulgentiarum, ac facultatum huiusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant; nec non Regula nostra de non concedendis indulgentiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, siue institutorum Regularium iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis quomodolibet concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus & singulis etiamsi de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut expressio habenda, vel quæuis alia exquisita forma ad hoc seruanda foret: illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac forma eorum traditam,pro seruata habentes, hac vice, specialiter, & nominatim, & expresè, ad effectum præsentium derogamus,cæterisque contrariis quibuscumque. Vt autem præsentes nostræ,quæ ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam faciliùs deueniant. Volumus, vt earundem præsentium transumptis, vel exemplis, etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ,munitis vbique locorum, & gentium eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis litteris, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem Anno Incarnationis Domini M.DC.XIX.Idibus Ianuar. Pontificatus nostri anno 15.

De requisitis in quolibet Iubilæo.

§. I.

EPITOME.

1. *Quæ sit causa motiua ob quam conceditur Iubilæum.*
2. *Vltra causam motiuam,vel excitantem,requiritur opus aliquod proportionatum exequendum ab acquirente Iubilæum.*
3. *Opus iniunctum debet habere proportionem cum causa motiua,vel cum fine.*

Causa

4. *Causa iusta semper à subditis talis existimanda est, quando à Pontifice in concessione Iubilei proponitur.*
5. *Causa quibus motus fuit Pontifex ad concedendum hunc Iubilaeum.*
6. *Quod sit discrimen inter Iubilaeum, & indulgentiam plenariam.*
7. *An possit consequi aliquis Iubilaeum antequam publicetur in sua Diaecesi.*
8. *& an morte concedentis expiret Iubilaeus.*

1. EX communi sententia Iubilaeus non debet concedi nisi ex sufficienti, & iusta causa, quod etiam est dicendum de indulgentia, prout volunt Bonauentura *in 4. dist. 20. in 2. part. dist. 4. & quaestion. vltima*, D. Thomas *in addit. quaest. 25. articul. 2.* Caietan. *in opusc. de causa indulgent. quaest. 1. & in opusc. de indulgent. cap.* 8. Nauarr. *de Iubil. notab. 15. num. 1.* eo quia Pontifex Rom. est dispensator tantùm, & non Dominus thesauri Ecclesiae. 1. ad Corinth. cap. 14. *Sic nos existimet homo, vt Ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei*; & sine causa, si fortè concedatur Iubilaeus, fortè non valebit: sicut non valet dispensatio ad contrahendum matrimonium, nec voti, aut iuramenti sine vlla causa, Sanchez *de matrimonio lib. 8. disp. 17. num. 3.* Fr. Emmanuel *quaest. regul. tom. 3. quaest. 46. art. 5.* Valer. Reginald. *in praxi fori paenitent. lib. 18. num. 341.* & habetur in glossa *cap. non est, de voto*, ibi: *Nisi subsit iusta causa dispensandi, & in cap. quanto, in verb. absolui, de iureiurando*, Nauarr. *d. notab. 15. num. 1. & 2.*

Requiritur ergo in omni Iubilaeo concedendo causa motiua, aut excitans, quae habetur veluti finis, propter quem indulgentia, seu Iubilaeus conceditur: puta pro recuperatione Terrae sanctae fuit olim ab Innocentio Tertio concessa indulgentia plenissima omnibus illis, qui proficiscebantur ad sacrum Bellum. Vnde praecipuus finis fuit recuperatio Terrae sanctae, & indulgentiae assecutio fuit medium inducens ad talem finem: quin etiam opera alia iniuncta habent se instar mediorum trahentium omnes ad eundem finem, qui finis, vt induat rationem causae instar in concedente, debet esse Deo charior, ac iucundior, quàm satisfactio poenarum, quae per indulgentias remittuntur, vel saltem debet esse aequè charus, & gratus, ex eo fundamento, quia Pontifex est dispensator solùm thesauri Ecclesiae; idcirco debet esse fidelis, & prudens, dum dispensat. Quòd si causae quibus ducitur ad concedendum Iubilaeum, non magis, vel saltem aequè Deo gratae sunt, quàm satisfactiones poenitentiales, non erit quidem dispensator iustus, nec iusta talis dispensatio, nec Omnipotens Arbiter Deus dispensationem aequam habebit, si aequalitas saltem Geometrica inter illas res non reperiatur; tunc enim maius bonum minori bono adaequaretur, quod aequitati diuinae, & iustitiae longè aduersatur. Hispaniarum Primas *de Iubilaeo num. 1. 2. & 3.*

Hinc fit commutationem, quae indiget auctoritate Praelati, vt fiat legitimè, egere quoque causa, eo quòd Praelatus commutando interpretatur consensum Dei, deficiente autem ratione, & libera sola voluntate accedente, non potest dari legitima causa ad interpretandam diuininam voluntatem; quod intellige non procedere, quando commutatio fit in euidenter melius; secus quando fit in rem aequalem, tunc enim opus est aliqua causa vltra Praelati auctoritatem; nam huiusmodi commutatio retinet aliquid dispensationis, cùm dispenset in rigore fidelitatis soluendo debitum in diuersa specie, ac proinde aliqua causa requiritur, Sanchez *in praecepta Decalogi lib. 4. cap. 50. num. 14. & sequentibus*; sic in nostro casu, vt teneat concessio Iubilaei, aut indulgentiae, debet finis illius esse saltem aequè charus, ac gratus Deo, veluti satisfactio poenitentialis, quae extinguitur per indulgentias. Quapropter in omni Iubilaeo à Pontifice concesso semper commune bonum Ecclesiae consideratur, quod est magis Deo gratum, magisque illi placet, quàm multorum hominum satisfactiones poenitentiales, vt vult D. Thomas *in 4. dist. 20. art. 3.* Soar. *de causa finali indulgentiae disput. 54. sect. 4. numero 4. versicul. primo igitur*; & deducitur ex *cap. excommunicamus 1. §. Catholici, de haereticis*, quod fit quando conceditur Iubilaeus toti Ecclesiae pro extirpanda haeresi, vel ad pugnandum contra haereticos.

Vltra causam excitantem, & motiuam, requiritur aliquod opus exequendum ab acquirentibus Iubilaeum, impositum ab ipso concedente. Hoc autem opus non est dispositio necessaria ad indulgentiam consequendam ex parte subiecti, sed ex parte causae finalis, cuius gratia conceditur, Suar. suprà *disput. 52. sect. 4. numer. 6.* quòd si tale opus iniunctum dici debeat dispositio requisita ad fructum indulgentiae, id solum est ex voluntate concedentis indulgentiam, quae non est necessitas simpliciter, se ex intentione conferentis indulgentiam, quae solùm procedit, quando in ipsamet concessione talis conditio infertur expressa. Atque ita opus iniunctum debet esse tale, vt habeat proportionem cum fine ad quem indulgentia ordinatur, ita vt finis illi per tale opus comparari possit, moraliter loquendo. Quòd si finis sit sanctus, & per opus iniunctum non possit acquiri probabiliter, non est proportionatum fini. verbi gratiâ, si finis est recuperatio Terrae sanctae, & Iubilaeus conceditur dantibus assem, vel teruntium, non videtur causa iusta Iubilaei, eo quòd opus iniunctum non est proportionatum, neque aptum, vt eo posito recuperetur Terra sancta. 2.

3.

In dubio autem semper causa censeri debet iusta, & indulgentiae proportionata, nec de hoc ambigendum est, quando indulgentia datur à Pontifice. Manuel de Sà *in summa verb. indulgentia num. 1.* nec requiritur, vt opus iniunctum sit valde difficile, vel molestum, sed sufficit esse opus pium, & aptum ad finem acquirendum, propter quem Iubilaeus datur; & quamuis multae causae piae secundùm se leuissimae existant, pro eo tamen tempore, quo ob illas datur indulgentia, satis sufficientes iudicandae sunt, & aptissimae, vt à Summo Pontifice tamquam media satis apta proponantur, vt finis valdè Deo charus acquiratur, Suar. *disput. 54 sect. 3. numer. 10. & 11.* Cordub. *quaestio. 6. de indulgentiis, & quaest. 22.* post Sotum, & Caietanum, quos referens sequitur Rutil. *de anno Iubilaei lib. 5. cap. 14. versic. quintò notandum est.* 4

Porrò causae à Paulo Quinto in hoc Iubilaeo concedendo expressae fuerunt, fidem Catholicam protegere, ab hostium conatibus, & insidiis defendere, haeresim extirpare, Principibus Christianis pacem, & veram concordiam donare, ac praecipuè prae[...]tibus 5.

præsentibus Ecclesiæ necessitatibus subuenire: hoc est, inuitauit Pontifex, monuit, & adhortatus est omnes, & singulos vtriusque sexus Christi fideles ad Deum Patrem misericordiarum orandum, vt per viscera misericordiæ suæ dignaretur supra dicta misericorditer concedere, quæ omnia, & singula efficiunt causam satis amplam, & valde proportionatam ad concedendum amplissimum Iubilæum hunc.

6. Qualetamen sit discrimen inter indulgentiam plenam, & Iubilæum plenarium, illud notum est, nimirum Iubilæum vltra indulgentiam in plenissima forma concessam, importare etiam fauores, & priuilegia quamplurima, & facultates, tam absoluendi, à censuris, & casibus etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, quàm commutandi vota omnia, paucis exceptis; quæ priuilegia per indulgentiam plenariam solùm concessam non communicantur Confessariis, Suar. *de pœnitentia disput.* 50. *sect.* 4. *num.* 8. Henriquez *lib.* 7. *de indulgentiis cap.* 15. §. 6. *&* 7. Reginaldus *in praxi lib.* 7. *cap.* 13. *num.* 146. Vega *in summa tom.* 2. *cap.* 7. *verb. indulgentia, casu* 1. *vers. y nota*, Rutilius *de anno Iubilæi lib.* 4. *cap.* 2. *vers. vltimò, vt ad summam aliquam, fol.* 429.

Non tamen inde inferas Iubilæum differre ab aliis indulgentiis plenissimis intrinsecè, considerata ipsa indulgentiæ ratione: in vtroque enim, Iubilæo scilicet, & indulgentia, datur remissio plenissima pœnarum in ea mensura, ac quantitate, ad quam clauium potestas extenditur, & ideo idem est plenissima, ac plenaria Iubilæi; nec differunt inter se essentialiter indulgentia plenaria, & Iubilæus, sed accidentaliter, Antoninus 1. *part. tit.* 10. *cap.* 3. §. 6. Sotus *dist.* 21. *quæst.* 2. *art.* 1. & Cordubens. *quæst.* 9. & Gregor. de Valentia *de indulgentiis cap.* 6. in eo scilicet, quòd in Iubilæo fieri soleat facultas eligendi Confessarium cum potestate amplissima absoluendi à reseruatis, & commutandi vota, vt dixi.

Quæstionis tamen est, an possit quis consequi
7. Iubilæum in sua Parochiá prius quàm publicetur ab Episcopo in Cathedrali? Pars affirmans ex eo probatur, quia in hoc Iubilæo Pauli Quinti sic habetur conceptis verbis: *Quapropter tenore præsentium in virtute sanctæ Obedientiæ districtè præcipimus, atque mandamus, omnibus, & quibuscumque Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatis, ac quibuscumque Ordinariis locorum, eorumque Vicariis, & officialibus, vel iis deficientibus, illis, qui curam animarum exercent, vt cùm præsentium literarum transumpta, aut exempla acceperint, illa statim absque vlla mora, retardatione, vel impedimento, per suas Ecclesias, Diœceses, Prouincias, ciuitates, oppida, terras, & loca, publicent, & publicare faciant.* Sic ibi: ergo potest Parochus, seu pastor animarum quilibet vbi primum accepit literas Iubilæi, illum publicare in sua Parœcia, vel Ecclesia absque auctoritate proprij Episcopi, & priusquam publicetur ab Episcopo in sua Cathedrali. Hæc sententia traditur ab Henrico *lib.* 7. *de indulgentiis, cap.* 20. §. 3. *versic. quædam requiruntur*, & sequitur illam Sapientissimus Hispaniarum Primas *in suo libello de Iubilæo cap.* 3. *num.* 2. *&* 3.

Contraria autem pars est omnino certa, & sequenda in praxi. Probatur ex consuetudine, quæ parem vim habet cum lege, *cap. final. de consuetudine, cap. consuetudo* 1. *dist. l. de quibus, ff. de legibus, § ex non scripto, Inst. t. de iure natural. gent. & ciuil.* & venit appellatione iuris, Mench. *quæst. frequent. cap.* 3. *num.* 2. Atqui consuetudo in nostro casu non habet locum, nec solet publicari Iubilæus in Parochiis alicuius diœcesis, nisi post publicationem factam auctoritate Episcopi in Cathedrali; ergo nullo modo potest fieri auctoritate habentium curam animarum in Ecclesiis particularibus, & præsertim in Ruralibus. Probatur ex supradictis verbis huius constitutionis, ibi, *præcipimus quibuscumque Patriarchis, &c. ac quibuscumque Ordinariis locorum, eorumque Vicariis, & officialibus, vel iis deficientibus, illis, qui curam animarum exercent.* Vnde apertè deducitur non esse integrum exercentibus curam animarum publicare Iubilæum in suis Ecclesiis particularibus, nisi quando deficiunt Ordinarij locorum, eorumque Vicarij, & officiales: id enim sonant verba, *iis deficientibus, illis, qui curam animarum exercent*; tunc enim possunt Iubilæum publicare in suis Ecclesiis: secus quando non deficiunt locorum Ordinarij, & eorum officiales, qui faciant publicari in Cathedrali. Confirmatur auctoritate Concilij Tridentini *sess.* 21. *cap.* 9. his verbis: *Indulgentias verò, aut alias spirituales gratias, quibus non ideo Christi fideles decet priuari, deinceps per Ordinarios locorum adhibitis duobus de Capitulo, debitis temporibus populo publicandas esse decernit.* Iuuat Illustrissimorum Cardinalium declaratio 332. interdicens militibus Hierosolymitanis. Ne indulgentias impetratas à Sanctissimo Domino Papa, publicent absque ordinaria licentia: secus Ordinarius procedere potest contra eos, & eorum clericos, quod etiam extenditur ad omnes exemptos, & non exemptos, propter identitatem rationis, ita Zerola *in praxi* 1. *part. verb. indulgentia, versic. Ad tertium.* Neque hoc est a ratione alienum, quinimò est consonum *Clementina fin. de pœnit. & remiss.* vbi Pontifex decernit indulgentias, quæ publicari debent, priùs esse examinandas ab Episcopo, quòd si contrà factum fuerit, publicantem ab Ordinario puniri debere, ne contingat indulgentias falsas publicari. Ex quibus ostenditur necessariam esse auctoritatem Episcopi, vt publicentur in singulis locis suæ Diœcesis, & hæc est praxis seruari solita, & ideo omnino seruanda; neque oppositum vnquam vidi, nec audiui fieri licitè, nec validè.

Sed quid dicendum si publicato Romæ Iubilæo, quis Parochus missas literas Iubilæi ab Vrbe sibi per Nuncium acceperit? Responsio sit, nullo modo posse publicari Iubilæum, nec validè, nec licitè, iuxta tradita superiori numero, quia notitia nondum est publica, & requiritur publicatio priùs facta in Cathedrali, argumento Bullæ Cruciatæ, quæ ante publicationẽ in Cathedrali à nullo accipitur, Frater Emmanuel. Rodr. *in explicatione Cruciatæ* §. 5. *num.* 1. Henriq. *lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 1.

Maius dubiũ est quando post publicatũ Romæ 8.
Iubilæum Pontifex obiit, nunquid fideles poterũt consequi Iubilæum facta publicatione, & habita notitia de obitu illius? Negat Comitolus *respons. moral. q.* 108. *num.* 1. *lib.* 1. dicens sic fuisse resolutum Romæ à viris doctissimis super Iubilæo concesso ab Innocentio IX. qui fuit electus vigesimonono die Octobris anno 1591. & obiit 29. Decembris eiusdem anni post publicatum suum Iubilæum. Fundamentũ fuit, quoniã, vt acquiratur Iubilæus, requiritur, vt omnes conditiones, quæ in illo apponuntur, omnino seruentur, & ex præcipuis, quæ in illo Iubilæo constituebantur, illa erat non omnino omittenda, videlicet, vt omnes fideles enixè à Deo postularent, vt Pontifici vires tam

spirituales, quàm corporales abundè concederet ad suum Pontificale munus vtiliter, ac salutariter obeundum. Cùm ergo post publicationem Pontifex occubuisset, non poterat hæc conditio adimpleri; & ideo cum eodem Iubilæus expirauit. quæ sententia placuit Fratri Manueli Rodr. *in summa 3. tom. cap. 211. verb. indulgentia, n. 8.* quibus adhæret Sapientissimus Hispaniarum Primas *in libello suo de Iubilæo cap. 3. dubio 7. num. 21.*

Ego tamen eorum sequar vestigia, si in eo Iubilæo Innocentij Noni nullum aliud opus iniungebatur, neque ob aliud motiuum excitans Iubilæus concedebatur, nisi, vt Deo supplicaretur pro felici regimine ipsius Pontificis, vt sibi, & rei Christianæ feliciter gubernatio eueniisset; tunc enim cùm hæc potissima esset ratio concedendi Iubilæum, & illa per obitum Pontificis cessasset, non est dubium cessasse Iubilæum per obitum illius. Probatur, quia, si Pontifex non obiisset, & opus hoc iniunctum non adimpleretur à multis, eo quia arbitrarentur illud opus minimè esse necessarium Pontifici, sine dubio fructum Iubilæi minimè accepissent, & respectu illorum nullus extitit Iubilæus: igitur etiam euanuit respectu omnium per obitum illius, quia non egebat opere à se iniuncto, cùm iam non esset in Pontificatu post mortem.

Porrò si in eo Iubilæo aliæ causæ excitantes ad concedendum illum pariter inserebantur, nimirum, vt excitentur fideles ad orandum Deum pro defensione, & protectione Ecclesiæ Catholicæ; item pro exaltatione, & dilatione Fidei Orthodoxæ, & pro confundendis hæreticis; nec non pro pace, & concordia inter Principes catholicos, & pro bono regimine, & felici successu ipsius Summi Pontificis, ac denique pro bono Reipublicæ Christianæ, & animarum nostrarum salute, quamuis Pontifex post publicationem Iubilæi obiisset, cùm aliquot adhuc causæ ob quas Iubilæus fuit concessus, extent, non est dubium gratiam illius, & priuilegia non expirasse. Probatur primò argumento causarum, quæ à principio fuerunt veræ, & erant impulsiuæ, quamuis postea cessent, dispensatio sustinetur, gloss. *reg. decet, verb. decet, de regul. iuris in 6.* & *ibi* Dynus *num. 3.* Ripa *l. ex facto num. 15. vers. & si replicaueris, ff. de vulgari*, Tiraquel. *Cessante causa, limit. 1. num. 18.* Henriquez *lib. 14. de irregul. cap. 17. in fine*, & Couarr. *lib. 1. variar. cap. 20. num. 5. vers. His ita breuiter*, vbi volunt quando causa dispensationis, quæ à principio erat vera, fuit impulsiua, esto postea cessauerit, non propterea cessasse dispensationem; sic in nostro casu.

Quòd si dicas causas Iubilæi concessi fuisse finales, quamuis aliqua, hoc est, vltima cessauerit per mortem Pontificis, cùm adhuc aliquot permanserint, non extinguitur Iubilæus; sicut non expirat dispensatio, quando causa finalis illius non omnino cessat, sed adhuc permanent aliquot reliquiæ causæ finalis, quia in moralibus non est necessaria eadem causa, vt primò opus aliquod fiat, & vt sustineatur postquam factum est. Atque ita dicendum est non cessasse hunc Iubilæum, quamuis cessauerit causa finalis, quæ vltimo loco posita fuit, cùm remansissent reliquæ causæ concessionis Iubilæi. Non enim lex cessare solet, quando non omnino cessauit eius causa finalis, vt probat latè Tiraquel. *in suo tractatu, Cessante causa, limit. 17. ex num. 1.* & Rolandus *cons. 52. num 55. vol. 2.* Iuuat rescriptum copulans duo ad eundem effectum, satis esse probari vnum ex copulatis, cùm alterum non est necessarium, idem Tiraquel. *suprà in tractatu, Cessante causa, limit. 22. num. 14.* Sanchez *de matrimonio lib. 8. disp. 21. num. 42.* dicens quoties in rescripto plures narrantur causæ copulatiuè, quarum aliquæ non sunt veræ, spectandam esse causam, qua innititur rescriptum, quæ si vera sit, non obesse falsitatem cæterarum; ex ea ratione, quia cùm plura narrantur copulatiuè, quæ non sunt necessaria de iure, resoluitur copulatiua in disiunctiuam, & tunc satis est alteram esse veram, ne rescriptum pereat, per *cap. inter cæteras, de rescriptis, in verb. quodcumque istorum constiterit*, & tradit Rebuff. *in comment. ad l. ostenditur 38. ff. de verb. signific.* & Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 27. per totum.*

Nec obstat hoc habere locum in rescriptis ad lites, non autem in gratiosis, in quibus omnes causæ allegatæ debent esse veræ, vt vult Mascard. *de probationibus conclus. 325. num. 24.* & Gutierrez *quæst. canon. lib. 2. cap. 15. num. 68.* aliter enim rescripta vana erunt. Sed oppositum docet Sanchez *lib. 8. de matrimonio disp. 21. num. 44.* dicens etiam in gratiis id procedere, quando narrantur plures causæ copulatiuè, quæ non sunt necessariæ, resolui propositionem copulatiuam in disiunctiuam. Cùm ergo in casu proposito, quamuis cessauerit illa causa, vt ab immortali Deo omnes precarentur, vt ipse Innocentius IX. Regimen Ecclesiæ, ad quod assumptus fuerat, qua opus erat ratione feliciter moderari posset; non propterea ius Iubilæi consequendi fidelibus fuit ereptum, quia constitutio illius multos habuit fines, vt ex ea constat, & probatum est, atque ita cessante vno, nimirum precari Deum pro eodem Innocentio, vt feliciter Ecclesiæ gubernacula tractaret, reliquæ causæ, seu fines non petierunt per mortem Pontificis; ergo nec Iubilæus. Et confirmatur argumento Bullæ Cruciatæ, cuius priuilegia, & indulgentiæ morte Papæ concedentis re integra non expirant, vt benè tradit Sanchez *lib. 8. de matrimonio disput. 28. num. 93.* vbi addit etiam non perire indulgentiam semel in vita, & semel in mortis articulo per Confessarium concedendam, quia hoc priuilegium continet gratiam factam ipsis pœnitentibus, & Confessarius est exequutor necessarius, & electus virtute Bullæ tenetur concedere pœnitentibus omnia in Bulla concessa, Aragonius *2. 2. q. 88. art. 12.* & alij, quos *ibi* Sanchez referens sequitur, quod argumentum cùm sit à simili, valet in nostro casu.

Sed ponamus per obitum Pontificis expirasse Iubilæum omnino, nunquid fideles, qui in remotissimis degunt regionibus, & nesciunt de obitu Pontificis, poterunt consequi Iubilæum, & absolui à casibus reseruatis, & vti reliquis Bullæ priuilegiis, quando bona fide publicatur? Responsio sit affirmatiua, eo quia reuocatio indulgentiarum non nocet etiam quãdo est expressa, nisi post notitiam reuocationis, Geminianus *in cap. 1. §. ex parte, n. 8. de concessione prebendæ, lib. 6.* sequitur Syluester *verb. indulgentia §. 8. num. 17.* vbi probat exemplo Calixti Secundi concedentis indulgentiam præstantibus subsidium Terræ sanctæ, quam successor in Pontificatu reuocauit: nihilominus vsque ad plenam notitiam huius reuocationis semper fideles fructu indulgentiæ vsi sunt, Nauarr. idem putat *in comment. Iubil. notab. 31. n. 28.* vbi ait non nocere reuocationem indulgentiæ, donec sciatur, argumento *legis si procuratorem, ff. de procur. & l. sed si pupillus.*

pupillus, §. *de quo palàm, ff. de instit. actio.* Suar. *tom. 4. de pœnitentia disp. 57. num. 8. & 9.*

Suffragatur glossa *in cap. auditis, de procurat. verb. ad illum*, dicens non expirare iurisdictionem iudicis, donec fiat certior de reuocatione, Sanchez *lib. 3. de matrimonio disp. 30. num. 11. & 13.* & antè *disp. 22. num. 13.* vbi concludit gesta per Parochum communi errore talem existimatum, & habentem titulum putatiuum à legitimo superiore concessum, valere etiam in foro conscientiæ, atque ita confessiones Parocho factas non esse iterandas patefacto impedimento, quam partem tuentur Innocentius *in cap. dudum 2. num. 3. de electione*, vbi Hostiensis *super verb. damnabiliter*, & ibi Cardin. *quæst. 6.* Palud. *in 4. dist. 17. quæst. 6. art. 2. à num. 21. & toto art. 3.* & Caietan. *in summa verb. confessionis iteratio. cap. confessio sacramentalis quare ex parte confessoris iteranda.* Igitur si post publicationem factam Pontifex moriatur, Iubilæus potest acquiri in aliis Regionibus, præsertim remotissimis, donec sciatur certò de obitu Pontificis, quia bona fide opera iniuncta adimpleuerunt, & absolutionem à reseruatis, & censuris acceperunt; cùm secundùm communem indulgentiæ non expirant per mortem concedentis, glossa *in cap. vltimo, verb. statuta, de officio Legati*, & sint perpetuæ, vt per Angel. *verb. indulgentia*, §. 6. Syluest. *eodem verb. num. 16.* Coriolan. *de casibus reseruatis part. 1. sect. 2. art. 8. num. 6.* post Nauarrum *vbi proximè, de Iubilæo, notab. 31. num. 25.*

Nec denique obstat ratio Comitoli *d. quæst. 108.* non posse acquiri Iubilæum post obitum concedentis, cùm non possit adimpleri opus, & onus precandi ab immortali Deo pro felici gubernatione illius in suo Pontificatu; quia non est necesse, vt causa tantum duret, quantum durat indulgentia, vt est communis, & sequitur Suarez *de pœnitentia disp. 57. sect. 2. num. 14.* item quia quamquam quæ per obitum Pontificis causa fuit facta omnino impossibilis, adhuc permanserunt, quæ poterant adimpleri, & impossibilis commutari poterat à Confessario in opus possibile secundùm facultatem Confessario datam ad commutandum in alia opera, prout eidem magis vtile visum fuerit, quæ pœnitentes nequiuerint exequi, Hispaniarum Primas *in suo libello cap. 3. dub. 7. num. 26. fine.*

De operibus, & oneribus, quæ à Summo Pontifice omnibus Iubilæum quæsituris iniunguntur, atque in primis de supplicationibus faciendis.

§. II.

EPITOME.

9. *Antiquitas processionum, & vsus multiplex illarum.*
10. *Quando processiones primò inceperunt.*
11. *Quis instituit litanias Rogationum ad aliquas Ecclesias.*
12. *Quibus de causis possunt fieri in Ecclesia processiones.*
13. *Vtrum possint consequi Iubilæum, qui non intersunt processionibus?*

DVRANDVS *lib. 4. diuinorum Officiorum cap. 6.* opinatur nostras processiones, & supplicationes imitari egressionem populi ex Ægypto, & in eius exitu adumbrari; eo quia egrediebantur ad sacrificandum Deo in deserto filij Israël; nam sicut populum illum columna ignis præcedebat processionaliter deambulantem, sic etiam faces cereæ incensæ apud nos in manibus in processionibus deferuntur; ante illos signa deferebantur, ante Catholicos cruces, & vexilla præeunt. Prodigia fiebant in conspectu eorum: nunc apud nostros miracula non cessant. Ex quibus apparet antiquitas processionaliter progrediendi, & vsus illius, quod etiam ostenditur ex illa processione, in qua Arca Dei in Tabernaculum à Rege Dauid, & à Salomone in templum cum hymnis, & Canticis fuit translata, & sub alis Cherubim collocata. 9.

Ad hæc typus nostrarum processionum fuit ingressus Christi Domini in sanctam Ciuitatem turbis præcedentibus, & vestimenta sternentibus, ramósque de arboribus amputantibus, & dicentibus, *Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini.* Vnde vsus habendi processiones vetustissimus in Ecclesia esse reperitur. Quin etiam S. Porphyrius anno Christi Domini 398. processionem instituit præeunte signo Crucis, teste Cardin. Baronio *tom. 5.* & alteram solemnem indixit, vt nouam Ecclesiam in Marnio consecraret. Item anno Christi Domini 410. teste Orosio *lib. 7. cap. 39.* solemnis processio celebrata fuit à Gothis. Insuper Monachos ex vsu, & consuetudine antiquæ Ecclesiæ Psalmos cantantes in solenni celebritate Machabæorum processionaliter fuisse egressos, refert D. Ambrosius *in Epistol. 29. ad Theodosium*, & Gregorium Actoamate Thaumaturgum sæpe sæpiùs processiones ob causas publicas indixisse, tradit D. Basilius *in epistola 63. ad Neocæsarienses.* Similiter Beda *lib. de sex ætatibus mundi*, scribit à Summo Pontifice Sergio huius nominis primo supplicationes in pluribus festiuitatibus Beatæ Mariæ Virginis fuisse celebratas. 10.

Litanias autem Leo Tertius ante Ascensionem Domini in anno Christi 793. eo ordine indixisse fertur à Chronico Martiniano, vt feria secunda Pontifex cum clero, & populo ex Ecclesia Beatæ Mariæ Virginis ad Præsepe exiret, & ad Ecclesiam Saluatoris cognomento Constantinianam solemniter pergeret: feria autem tertia, ab Ecclesia S. Sabinæ ad Ecclesiam S. Pauli: feria autē quarta ab Ecclesia Hierusalem ad S. Laurētium extra muros pergeret; sequitur Anton. *secunda pars historiali, tit. 16. de Summis Pontificibus, c. 1.* Non tamen ex dictis constat de principio, & origine harum litaniarum, quæ Rogationes vocantur, quia in Concilio Gerundensi *c. 3.* Aurelianēsi I. *can. 29.* Moguntino sub Catolo Magno *c. 33.* in Concilio Lugdunensi, *c. 6.* Toletano quinto *c. 1.* Toletano sexto *c. 2.* & Bracarensi II. *cap. litania*, hoc est, inuocationes Dei, & Sanctorum, fuerūt indictæ, quæ Concilia ferè omnia ante annos circiter mille fuerunt celebrata. 11.

Nihilominus Couar. *variarum lib. 4. c. 20. n. 16.* ex Gregorio ex Auita Homilia, quæ extat in tomo septimo Sacræ Bibliothecæ, refert à Mamerco Viennense Episcopo primū has Litanias institutas fuisse ad expirāda prodigia, cùm eo tempore lupi, aliæque syluestres animātes exeuntes ex antris, & syluis per vrbes, & oppida oberrantes mortalibus terrorem, & exitium afferebant; atque ita cùm nullum

Dd 2

nullum aliud remedium tanto malo adhiberi potuisset, ad Deum omnes territi confugiebant, & Mamercus Viennensis Episcopus inuitauit cæteros Antistites, vt illius, exemplum sequerentur, vt etiam constat ex Adonis Archiepiscopi Viennensis Chronicis, qui originem illarum Mamerco tribuit anno Domini 452. Qua in re concordat Burchardus *lib.* 13. *cap.* 7. idemque referri ex Concilio Aurelianensi *cap.* 6. Maiorem verò litaniam Beato Gregorio Pontifici Maximo pro ipsius temporis pestilentia Auctor Micrologi tribuit, ex restimonio ipsius Gregorij *in Epistola ad Ioannem Rauennatem Episcopum*, & ex Roperto Abb. *lib.* 9. *de diuinis Officiis cap.* 5. vide etiam, si placet, Cenedum *in collectanea ad Decretum* 45. *fol.* 66. & Hispaniarum Primatem 1. *part. Decreti. dist.* 38. *cap. quando* 2. *num.* 4. *versic. at de origine litaniarum.*

12. Illud etiam notandum est processiones publicas, quæ fiunt in litaniis maioribus, vt in festo S. Marci, & in minoribus, vt in triduo ante Ascensionem Domini, cuius orationes dicuntur ab Ecclesia Rogationes, aut quæ fiũt pro bono publico, semper fieri solere pro imminente aliqua necessitate, nimitum pro occurrente peste, vel alio flagello impendente; item propter maris, & fluminis inundationes; ob siccitatem terræ, & aquarum penuriam, item propter aliqua alia pericula solent indici, vt efficaciùs preces fiant, & per eas faciliùs, quod volumus à Domino, impetremus, vt in hoc Iubilæo.

Huiusmodi autem processiones regulariter nemo potest indicere, nisi Ordinatius sit, prout volunt Campan. *in diuersorio iuris canonici, rubr.* 12. *cap.* 13. *n.* 118. Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici decis.* 362. *in prima edit.* aliàs *resolut.* 308. *num.* 7. *in* 2. *edit.* addens competere Episcopo assignare Ecclesias, quæ adiri debeant cum consilio Capituli, ita Franciscus Leo *in thesauro fori Ecclesiastici, part.* 4. *cap.* 2. *num.* 145. decisum à Sacra Congregatione, sequitur Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 14. *cap.* 28. §. 31. *de possessionibus num.* 1. & 2. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. decis.* 379. *num.* 4. *part.* 4. vbi subdit Episcopum solum sine consensu Capituli non posse indicere, processiones publicas; absente tamen Eiscopo Vicarium posse de consensu Capituli eas indicere, tradit Armendar. *vbi supra num.* 4. Denique circa hanc materiam vide tertiam partem libri Sacerdotalis in quatuot tractatus diuisi, in quorum primo agitur de processionibus ordinariis, & extraordinariis faciendis, & vnde ortum habuerunt; quot processiones celebrentur per anni circulum: quibus de causis fiant, & qualis modus, & ritus obseruandus in earum celebratione secundùm D. Guillelm. Durantis *in suo diuinorum Officiorum rationali fol. mihi* 225. *in forma parua.*

13. His positis sequitur vulgaris quæstio, an fideles tam in Vrbe, quàm extra illam teneantur interesse processionibus, quæ in Iubilæo fieri iubentur? Responsio constat ex ipso textu per hæc verba; *Qui solemnibus processionibus, quas in Alma vrbe ab Ecclesia sancta Maria Angelorum nuncupata ad Basilicam S. Mariæ Maioris, & ab Ecclesia S. Mariæ supra Mineruam, ad Ecclesiam S. Mariæ de Anima pariter nuncupata*, &c. *agemus, interfuerint: aut, qui prædicta, vel illam sequenti hebdomada, easdem Ecclesias, vel duas illarum saltem semel visitauerint.* Ex quibus verbis clarè patet omnes, qui voluerint Iubilæum lucrari, teneri ex duobus vnum, nimirum interesse processionibus, vel visitare Ecclesias præscriptas; id enim docet dictio *aut*, quæ habet naturam alternatiuæ interdum, & interdum disiunctiuæ, in quibus non solùm affirmatiuè, sed etiam negatiuè conceptis sufficit alterum adimpleri, *cap. cum illis, de præbendis in* 6. & *ibi* Barbos. *num.* 17. *pag.* 275. & *in regula in alternatiuis* 70. *de regulis iuris, eodem libro, num.* 29. *pag.* 540. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disp.* 20. *num.* 3. Quare fideles pro consequendo Iubilæo tenentur vel interesse processionibus, vel Ecclesiam, seu Ecclesias deputatas saltem semel visitare, nec tenentur vtrumque adimplere, Graffis *decis. lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 41. Henriquez *lib.* 7. *cap.* 10. *num.* 3.

De obligatione visitandi Ecclesias, ac ieiunandi feria quarta, & sexta, ac Sabbatho.

§. III.

EPITOME.

14. *Iubilæus potest consequi in duabus hebdomadis.*

15. *Hebdomada quando incipiat, & finiatur respectu Iubilæi?*

16. *Iubilæus an possit acquiri bis ab eodem in vtraque hebdomada?*

17. *Iubilæus elapsa vtraque hebdomada an possit acquiri in aliena Diœcesi, vel Parochia, vel in propria, quando non fuit præsens?*

18. *Vtrum possint opera visitandi, & ieiunandi diuidi ab vno, ita, vt partim fiant in vna hebdomada, & partim in sequenti?*

19. *Vtrum Confessarius possit commutare hanc diuisionem, vt non fiant omnia in eadem hebdomada?*

20. *Vtrum possint fideles auctoritate propria transferre ieiunia ad alios dies non præscriptos à Summo Pontifice?*

21. *Vtrum pueri, & senes teneantur ieiunare?*

22. *Quid si dies præscripti ad ieiunandum incidant in quatuor tempora, in quibus de præcepto ieiunatur?*

23. *Vtrum in his diebus possit quis ieiunare comedendo carnem, oua, & lacticinia?*

24. *Quoties sint visitandæ, & quoties ibi orandum?*

25. *An orandum sit intra Ecclesiam, & an sufficiat ab ostio preces fundere, vel à campanili, vel ab ædes?*

26. *Quid si Parochus designet tres Ecclesias, an sufficiat visitare duas?*

27. *Religiosi possunt visitare Ecclesias proprias, si fuerunt deputata.*

28. *An consequantur Iubilæum visitantes Ecclesias sine actuali intentione consequendi illum: & quid de committentibus mortalia, aut venialia inter visitandum?*

DEPVTANTVR ad lucrandum Iubilæum duæ hebdomadæ, vt patet ex verbis Iubilæi: ibi, *prima, vel secunda hebdomada postquam ad eorum notitiam hæ nostræ literæ deuenerint*: atque ita Iubilæus conceditur pro vna 14.

ex

ex duabus hebdomadis, & vnaquæque ex duabus
15. incipit quo ad hunc effectum à feria 2. & Dominica dies sequens pertinet ad hebdomadam præteritam, vt docet vsus, & consuetudo, sequitur Villalobos *in summa, tract. 26. difficult. 11. num. 17. in fine, & tract. eodem, difficult. 14. n. 14.* & Vega *in summa, part. 2 verb. Indulgentias, cap. 7. casu 5.*

16. Hinc oritur quæstio, an acquirens Iubilæum in vna hebdomada postquam semel fuit absolutus à reseruatis, & censuris, si postea reincidat in alias, vel alius similes, antequam elabatur hebdomada, possit iterum absolui? Ratio dubitandi, quia dicitur in literis Iubilæi, ibi, *Hac vice tantum absoluere, & liberare valeant.* Nihilominus dicendum puto toties quoties posse pœnitentes, si reincidant, absolui à reseruatis tã peccatis, quàm censuris, Henriquez *lib. 6. de pœnit. c. 16. n. 3. & lib. 7. c. 10. n. 2. & c. 11. num. 1.* & est de mente Sancij *lib. 4. in præcepta Decalogi, c. 54. n. 26.* Reginald. *in praxi lib. 7. cap. 13. n. 155.* nec obest sermo simpliciter prolatus intelligi de prima vice tantùm; quia verbum *vna vice* intelligitur pro tẽpore illius hebdomadæ, siue sit prior, siue posterior, vnde durante hebdomada, poterit toties quoties eguerit, absolui. Quare non est admittendus doctissimus Suar. *tom. 2. de Religione, tractatu de voto, lib. 7. cap. 16. num. 17.* dum ait, hæc verba, *hac vice tantum*, habere hunc sensum, vna vice in vna, vel altera hebdomada, & in ordine ad vnam indulgentiam.

Maior difficultas est quando quis in priori hebdomada adimpleuit omnia opera in Iubilæo iniuncta, & ita Iubilæum acquisiuit, possit ne in sequenti hebdomada repetere eadem onera, & absolui ab omnibus, in quæ postea incidit? Affirmat Henriquez suprà *lib. 6. c. 16. §. 3.* quem refert Reginaldus *lib. 8. de sacramentali absolutione, sect. 2. ad finem, n. 64. tom. 1. fol. 379.* sequitur Villalob. *in summa, tract. 26 num. 2. difficult. 14.* Vega *in summa, p. 2. cap. 7. verb. Indulgentias, casu 19. vers. finalmente nota.* Iuuat Nauarrus *de Iubil. notab. 32. num. 47. & notab. 34. num 7. vers. 3.* vbi ait indulgentiam Anni sancti posse durante anno repetitis oneribus in iniunctis comparari toties quoties.

Porrò hæc opinio non est tuta, nec in praxi admittenda: ideo opinio negans est certa, & patet ex verbis litterarum Iubilæi, quæ non concedunt, vt Iubilæus comparetur copulatiuè in vna, & altera hebdomada, nec indefinitè, pro illa duplici hebdomada; sed conceditur disiunctiuè, ibi, *Qui prima hebdomada post publicationem, vel in sequenti post illam.* Quocirca non potest illum lucrari sibi vnus, & idem in vtraque hebdomada. ita Sanchez *dict. lib. 4. c. ap. 54. num. 30.* & Suarez *tom. 2. de Religione, tract. de voto, lib. 6. cap. 16. num. vltim.* dicens esse ferè certum. Nec refert doctrina Nauarri *de indulgentia Anni sancti sæpius acquirenda.* Id enim pendet ex literis illius, nec possunt particulari Iubilæo accommodari. Sanchez *suprà.*

17. Quæritur, an elapsa vtraque hebdomada possit acquiri Iubilæus in aliena Diœcesi, vel Parochia, si non fuit præsens in publicatione? Dico primò hunc Iubilæum posse comparari in Diœcesi aliena ab exteris, qui tempore publicationis ibi fuerint commorati, si adimpleuerint in eo loco omnia opera à Pontifice iniuncta, & ita fert vsus, & consuetudo; ostenditurque ex verbis litterarum huius Iubilæi, ibi: *Cæteris verò omnibus, & singulis fidelibus extra Vrbem existentibus in quibusuis ciuitatibus, terris, & locis, qui processioni ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, seu officialibus, vel de eorum mandatis, &c. prima, vel secunda hebdomada postquam ad eorum notitiam hæ nostræ litteræ deuenerint, indicendæ, & agendæ interfuerint* Ex quibus notatur Romanum Pontificem concessisse cunctis fidelibus extra Vrbem existentibus facultatem consequendi Iubilæum, adimpletis operibus iniunctis vbicumque voluerint, vbique terrarum, & vbique locorum, neque illos obligare ad illum consequendum in propriis oppidis, & locis.

Dico secundò posse adhuc illum, qui in propria patria noluit consequi Iubilæum cùm posset, mutata voluntate illũ consequi in parochia aliena dum ibi publicatur, dummodo in eadem parochia adimpleat omnia onera iniuncta, quia dum perseuerat voluntas concedentis Iubilæum, potest quis pœnitere, & mutata voluntunte consequi Iubilæum, argumento *capitis, si tibi absenti, de preben. in 6.* vbi beneficium alteri collatum ab Episcopo ante dissensum illius, non potest alteri cõferri, nisi Episcopus præfigat terminum certum, intra quem prouisus teneatur declarare voluntatẽ, an velit illud acceptare, quo elapso antequã alteri conferatur, poterit prouisus cõsentire. Confirmatur etiam argumẽto *capitis, licet, de procuratoribus,* etiam *eod. lib 6.* ibi, *licet is, qui procuratorem constituitur ab absente, dixerit præsentatum sibi suscipere nolle mãdatum.* hoc tamen nequaquam obstante, quandiu constituens in eadem perstiterit volontate, ipsum acceptare poterit, quãdocumque placebit. Quibus probat Archid. & Franch. per gloss. *ibidem in d. c. licet,* electum renuentem electioni posse mutata volutate electioni acquiescere, quandiu electores in priori voluntate permanserint. Debet tamen confiteri cum Confessario approbato eiusdẽ loci, vbi acquirit Iubilæum, & visitare Ecclesias ibi: recipere autem in eodem loco Eucharistiam, quãuis non videatur obligari in loco certo, teneri illũ in eadem parochia, vbi celebratur Iubilæus, illam recipere, magis inclino, quicquid aliquis repugnet.

Dico tertiò, qui non fuit præsens in propria patria in vtraque hebdomada, posse cùm venerit, cõfiteri, & absolui virtute Iubilæi, & frui omnibus fauoribus, ac priuilegiis illius, adimpletis omnibus requisitis integre in vna hebdomada. Henriquez *lib. 7. c. 11.* & Fr. Manuel Rodrig. *in summa, verb. Iubilæus, c. 184. num. 18.* quos referens sequitur Hispaniarum Primas suprà *cap. 3. num. 14. ad finem.*

Verù opera iniuncta à Pontifice ad consequendum Iubilæũ possint ab vnoquoque diuidi, ita vt 18.
in altera hebdomada quis ieiunet, & stipem erogetur, & in altera Ecclesias visitet præscriptas, & preces fundat pro intentione S. Iubilæi, & insuper confiteatur, & sacram Synaxim recipiat? Respõsio est negatiua, nisi aliud in literis Iubilæi exprimatur, eo quia omnia opera intra eandem hebdomadam expleri debeut: vnde si vnum opus ex quacũque causa omittatur, vt ex impotẽtia, vel ignorantia, nihil indulgentiarũ acquiritur, Henriq. *d. lib. 7. c. 10. n. 2. & c. 11. n.* etiam 2. Villalob. *in summa tract. 16. diffic. 14. n. 3.* Dixi, *nisi aliud exprimatur,* quia in hoc Iubilæo Pauli V. ita dicitur ibi in primo die Dominico, vel secondo, seu saltem alia dictarum hebdomadarum die, sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum reuerẽter susceperint. Quo in loco integrum erat ad acquirendum Iubilæum recipere Eucharistiam in quolibet die duarũ hebdomadarum. quod docuit Sanch. *lib. 4. in præcepta Decalogi, c. 54. n. 28. vers. similiter cùm lucrantibus,* vbi tradit concedere Iubilæum communionem impleri in priori hebdomada, vel quacumque die sequentis:

proinde forma, ac tenor literarum diligenter est inspiciendus, & diuidi non potest. Farin. *decis.* 30. *num.* 3 *part.* 1 *tom.* 1.

19. Huic affinis est quæstio, an onus visitandi, & ieiunandi possint adimpleri partim in vna hebdomada, & partim in alia, auctoritate Confessarij à pœnitente? Responsio sit posse ex causa iusta, verbi gratiâ, si quis in prima hebdomada non ieiunauit feria quarta, poterit de consensu Confessoris ieiunare feria quarta posterioris hebdomadæ, & sic de visitationibus Ecclesiarum. Probatur, quia ieiunia possunt commutari in alia opera pia dissimilia intra eandem hebdomadam: ergo possunt transferri ieiunia prioris hebdomadæ ad posteriorem hebdomadam. Quòd autem possint commutari in alia opera pia auctoritate Confessoris docet Vega *in summa* 2. *p. verb. indulgentias, cap.* 7. *casu* 34. *vers. à lo segundo*, & probat Nauarr. *de oratione, miscel.* 98. *n.* 2. Graffis *decis. lib.* 4. *c.* 15. *n.* 38. dicentes, qui tribus diebus præscriptis non potuerunt ieiunare, consequi indulgentiam, si adimpleuerunt opera in quæ Confessarius illa ieiunia commutauit, sequitur Henriquez *lib.* 7. *c.* 10. *num.* 4. *ad finem*. Igitur poterunt ieiunia, eleemosynæ, & visitationes ex causa diuidi auctoritate Confessoris, vt partim fiant in priori, & partim in posteriori hebdomada. Iuuat idem Henriquez *lib.* 7. *cap.* 10. *num.* 6. dicens hæc verba ibi, *Satis tamen videtur si approbante Confessario, vltimo die suppleat hæc*. quare si hæc omnia in extremo die possunt omnia commutari, multo meliùs transferri possunt de vno tempore ad aliud.

20. Hinc sequitur non posse hæc opera iniuncta diuidi auctoritate propria, nec mutari ieiunium vnius diei ad alium diem, ac proinde non poterunt ieiunare feria secunda, feria tertia, & feria quarta, eo quòd hæc ieiunia fuerunt imposita tamquam onus ipsorum dierum, atque ita non possunt imponi aliis diebus, prout volunt Henriquez *lib.* 7. *cap.* 10. *num.* 5. Villalobos *in summa, tract.* 26. *difficult.* 24. *num.* 5. & Vega *in summa, part.* 1. *verb. indulgentias, cap.* 7. *casu* 48. *in fine*.

21. Quid de pueris, ac puellis non peruenientibus ad ætatem ieiunandi, & senibus sexagenariis? Responsio sit ad consequendum Iubilæum teneri ieiunare diebus præscriptis tam pueros, & puellas, quàm senes, si priuilegiis in Iubilæo concessis potiri velint. ita Azor *instit. moral. part.* 1. *lib.* 7. *c.* 27. *quæst.* 3. *fol.* 676. & Campanil. *in diuersorio iuris canonici, rubric.* 7. *cap.* 6. *num.* 650. Non enim hæc ieiunia imperantur simpliciter, sed cùm peccatorum remissiones, & alia plura priuilegia Pontifex concedat, qui illis vti voluerit, debet præstare omnia opera iniuncta, quod intellige nisi occurrant aliqua, quibus Confessarius moueatur ad commutandum pueris, & senibus ieiunia in alia opera meritoria.

22. Quæstionis tamen est, quando hæc ieiunia quis debuerit, vel ex voto, vel ex præcepto Ecclesiæ, an poterit lucrari Iubilæum per ieiunia aliàs debita? Fidenter affirmandum est, ita colligitur ex Soto *in* 4. *dist.* 19. *quæst.* 2. *art.* 1. *vers. medio*, & expresse volunt Henriquez *lib.* 7 *c.* 10. *n.* 5. *vers. propria auctoritate*, Fr. Manuel Rodr. *in explicatione Bullæ*, §. 7. *n.* 1. & 2. & Villalob. *in summa, tract.* 26. *difficult.* 8. *num.* 8. & *difficult.* 24. *num.* 6. & probatur ex praxi, cùm videamus Iubilæum cum ieiuniis publicari tam Romæ, quàm extra in Quadragesima, & in quatuor temporibus, in quibus de præcepto ieiunatur: eo quia vno opere potest vnus pluribus obligationibus satisfacere, Henriquez *vbi proximè*, Azor *d. lib.* 7. *cap.* 31. *quæst.* 6. vbi ait duobus ieiuniis ab Ecclesia indictis in eundem diem incidentibus, non deberi eorum alterum in alium diem transferri secundùm communem, & generalem Ecclesiæ consuetudinem, quæ habet, vt vbique duobus præceptis concurrentibus satisfaciamus vnico ieiunio, ita Archid. *in c. de ieiunio, dist.* 76. & Ioannes Andreas *in cap. cùm in cunctis*, §. 1. *de electione*.

Consequens est dicere, an comedens carnem ex aliquo priuilegio, possit ea vti in ieiuniis Iubilæi sine facultate Confessoris? Pars affirmans sic ieiunantes non consequi Iubilæum ex eo probatur, quia de essentia ieiunij Ecclesiastici est abstinere à carnibus. D. Thomas 2. 2. *quæst.* 147. *art.* 8. Innocentius *in rubr. de obseruatione ieiuniorum, n.* 4. Nauarrus *in manuali, cap.* 21. *num.* 15. Couarr. *lib.* 4. *variar. resol. cap.* 20. *n.* 15. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 7. *quæst.* 3. *vers. arbitror*, dicentes eos, quibus ex priuilegio datum est in die ieiunij carnibus vesci, eo ipso in totum lege, siue præcepto ieiunij solutos: quibus accedunt Gabriel *in* 4. *dist.* 16. *quæst.* 3. *art.* 3. *dub.* 1. §. *de secundo quo frangitur ieiunium*, Medina *in sua instruct. confess. lib.* 1. *cap.* 14. §. 10. Caietan. 2. 2. *quæst.* 147. *art.* 7. *in responsione ad vltimum dubium*, & *art.* 8. Cordub. *in summa casuum, quæst.* 142. & Lessius *de iustitia, lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 8. *in principio*, & *num.* 35. eo præcipuè fundamento, quia subtractio carnium, & vnica comestio pertinent ad naturam, & rationem ieiunij: ergo, qui ex priuilegio, vel ex Bulla vescitur carnibus, non satisfacit operibus ieiunij in Iubilæo indictis, item, quia mens Pontificis, & intentio illa videtur, vt omnes adimpleant ieiunia modo solito, & ordinario, non autem extraordinario, prout instituto ab Ecclesia. 23.

Pars tamen contraria ex eo potest admitti, quia ieiunantes etiamsi vescantur carnibus ex priuilegio, non priuantur fructu, & merito ieiunij, vt dicitur in Bulla Cruciata, teste Fr. Emmanuele *in explicatione eiusdem Bullæ*, §. 6. & *in additionibus ad eundem* §. *sextum, num. etiam* 1. quem sequitur Villalob. *in summa, tract.* 27. *claus.* 6. *n.* 1. & alij, quos referens sequitur Hispaniarum Primas *in suo libello Iubilæi, cap.* 5. *dub.* 6. *n.* 14. vbi concludit posse consequi Iubilæum edentes carnem, si in cæteris seruent formam ieiunij Ecclesiastici, vt disponitur in Bulla Cruciata, quæ anno Domini 1621. in hoc Regno fuit promulgata, & ante illum Acosta *in explicatione Cruciata, quæst.* 80. *in principio*, quoniam forma ieiunij partim est ex præcepto, partim ex consuetudine Ecclesiæ inducta: atque ita Pontifex cùm possit ex causa iusta modificare leges, & consuetudines Ecclesiasticas, potest concedere, vt de consilio vtriusque medici, ij, quibus pisces nocent, vtantur carnibus in diebus ieiunij, & Ecclesiastico ieiunio satisfaciant. Mihi tamen magis placet de consilio Confessoris mutari esum piscium in esum carnis, addito aliquo alio, quod videatur arbitrio boni viri, bene supplere vicem legitimæ commutationis, cùm ieiunium nequeat consistere esu carnium, vt ait Angelus *in verb. ieiunium, n.* 5. secundùm communem, & Gabriel *in* 4. *dist.* 16. *quæst.* 3. *art.* 3. *lit. G.* vbi ait in hoc omnes conuenire Doctores, esu carnium violari ieiunium; vnde inquit, *ieiunare non dicuntur, qui semel tantùm in die carnibus vtuntur*. Concordat Syluester *in verb. ieiunium num.* 15. per hæc verba, *Esu carnium frangit ieiunium secundùm omnes Doctores*: ideo in nostro casu bona

bona erit commutatio pro esu carnium, etiamsi in cæteris seruetur forma Christiani ieiunij.

Poterunt tamen in diebus ieiunij à Iubilæo indictis admitti oua, & lacticinia extra Quadragesimam, vt volunt Syluester *verb. ieiunium* §. 5. *n.* 15. Angles floribus 1. *p. quæst.* 9. *de ieiunio*, *art.* 1. *post* 9. *diffic. dub.* 5. Medina *lib.* 1. *summa, c.* 14. §. 10. *fol.* 99. Ludouicus Lopez 2. *part. instruct. tract. de pœnitentia, c.* 112. *de ieiunio, fol.* 714. Petrus de Ledesma 2. *tom. summa, tract.* 27. *c.* 2. *post tertiam conclusionem difficult.* 3. Sanchez *in summa lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 50. 52. eo quia nec iure, nec consuetudine interdicuntur lacticinia extra Quadragesimam. At in Quadragesima ieiunio satisfit cum Bulla edendo illa, Sanchez *suprà num.* 49. *vers. At omnino.* Vbi tamen ex consuetudine in Quadragesima est licitus vsus ouorum, & lacticiniorum, possunt admitti vtraque licitè, in cibum, etiam in ieiuniis Iubilæi, Rutilius *de anno Iubilæi, lib.* 5. *c.* 15. *dub.* 6. Quòd si addas in ieiuniis, quibus obligat Iubilæus, aut Quadragesima, posse omnes vti ouis, & lacticiniis, vt vult Sanchez *suprà num.* 63. hoc non tollit peccatum contra præceptum Ecclesiæ, non tamen peccant contra præceptum ieiunij quadragesimalis, cùm sint duo præcepta inter se distincta, vt contendit probare *ibi, vers. ad præceptum ieiunij, eodem num.* 63.

24. Quæri etiam potest, quoties in priori, aut posteriori hebdomada sint Ecclesiæ visitandæ, & quoties ibi orandum? Dico primò visitandas esse Ecclesias præscriptas saltem semel, vt patet ex tenore litterarum: ibi, *vel duas illarum saltem semel visitauerint, ibique deuotè Deum orauerint.* Ideo quamuis tres Ecclesiæ assignentur, satis est visitare duas saltem semel. Nam Romæ assignauit quatuor Ecclesias visitandas, addens insuper saltem semel duas visitari debere; vnde quælibet ex duabus saltem semel visitanda est, siue visitet interdiu, siue noctu, nisi aliter expressè præcipiatur in literis Iubilæi, ita Viualdus *part.* 1. *de confessione, tit. de indulgentiis, num.* 11. *vers* 2. *ad finem*, Rutil. *de anno Iubilæi, lib.* 5. *c.* 15. *dub.* 7. vbi *dub.* 22. subdit satisfieri oneri visitandi, siue visitet pedes, siue eques, siue curru, siue lectica vectus.

25. Vt autem legitima sit visitatio, debent visitantes ingredi Ecclesias, quando Iubilæus expressè iubet ingredi, quòd si id non exprimatur, & præ multitudine numerosa visitantium non patet aditus omnibus ad ingrediendum, satisfit oneri visitandi, si quis ab ostio, seu ab atrio, vulgo *adro*, preces fundat, ita Suarius *de pœnitentia, tom.* 4 *disp.* 52. *sect.* 1. *n.* 7. & Henriquez *lib.* 7. *cap.* 10. *num.* 6. *in commento litera N. vers. sic gaudent indulgentiis, quæ conceduntur interessentibus.*

Dico secundò non satisfieri obligationi orandi in Ecclesia, qui orauerit à Sacristia, vt in simili vult Sanchez *de matrimonio, lib.* 9. *disp.* 15. *num.* 31. quod intellige, quando non est contigua Ecclesiæ, vel Sacello, seu Capellæ maiori, tunc enim si orationes, & preces fundantur ab ostio sacristiæ à visitantibus, non est dubium prodesse lucrantibus Iubilæum, cùm non diuidatur sacristia ab Ecclesia, nisi per parietem intermedium, in quo est ostium ad Ecclesiam, seu Sacellū maius illius; secus dicendum de turre Cymbalis deputata, quæ communiter non reputatur pro Ecclesia, nec gaudet immunitate Ecclesiæ; nec est locus sacer. Ludouic. Lop. 1. *p. instr. c.* 81. §. *At verò, de redditione.* Graff. 1. *p. decis. lib.* 2. *c.* 83. *n.* 10 Vega *lib.* 1. *summæ, c.* 78. *casu* 1. Suar. 3. *part. quæst.* 83 *art.* 3 *disp.* 81. *sect.* 4. §. *tertiò violatur*, Çannedo *sum. Sacram. tract. de matrimonio, c.* 8. *n.* 75. & Henriquez *lib.* 5. *de pœnit. c.* 6. *n.* 5. *in commento lit. H.* quibus accedit Manuel *tom.* 1. *summæ, in* 2. *edit. c.* 154. *n.* 10. *concl.* 9. & *c.* 243. *n.* 19. Idem esto iudicium de orantibus supra tectum Ecclesiarum, gloss. *in c. vnico, verb. sanguinis, vers. si autem, de consecr. Ecclesiæ, in* 6. ab omnibus recepta, Suar. *supra dicta sectione* 4. *post principium*, & Nauar. *in manuali, c.* 27. *n.* 556. secus dicendum de Choro, vel Odæo intra ambitum Ecclesiæ constructo, & ab eisdem parietibus concluso: censetur enim pars Ecclesiæ, & sub eadem continetur, D. Antonin. 2. *p. tit.* 2. *c.* 21. §. 1. *circa medium*, & Sanchez *de matrimonio, lib.* 9. *disp.* 15. *n.* 33.

Orandum est ergo in omnibus Ecclesiis, quæ visitantur deuotè pro omnibus causis in literis Iubilæi contentis, & ob defectum huius deuotionis non acquiritur Iubilæus, Vega *in summa* 2. *p. verb. indulgentias, cap.* 7. *casu* 44. *vers. y tambien*; sufficitque sola oratio mentalis ad consequendam indulgentiam, quod procedit, quando sola oratio in literis Iubilæi iniungi solet, neque ad vocalem se coarctat, iuxta Hieronymum *in cap. cantantes, dist.* 92. ibi, *non voce, sed corde.* Rutilius *de anno Iubilæi, lib.* 5. *c.* 13. *ad finem, vers. quarto loco*, vbi ait accessum ad Ecclesias præscriptas non solùm deuotè ac reuerenter fieri debere, sed etiam requiri precationes ad Deum faciendas; & quando nulla forma precandi in literis indulgentiarum præscribitur, & preces ad arbitrium prudentis relinquuntur, pium erit in qualibet Ecclesia coram Altari maiori quinquies Pater noster, & Aue Maria recitare; aut alias orationes pro cuiusque deuotione ad libitum secreto, ac submissa voce fundere.

Non sufficiet recitare preces aliquas, neque orare domi, & postea visitare Ecclesias absque aliqua precatione, seu oratione ad Deum illis facta, quia hoc modo non lucratur Iubilæus ex defectu orationis, quæ iniungitur à Summo Pontifice, Hispaniarum Primas *in suo libello, c.* 7. *dub.* 7. post alios. Nec item acquirit Iubilæum, si quis in vno die recitet omnes preces, & oret pro aliis diebus: eo quia non seruat formam præscriptam in Iubilæo, vbi præcipitur, quòd visitent Ecclesias, & ibi orent; quæ forma est seruanda, & ea deficiente in minimo actus corruit, Guttierr. *practic. lib.* 3. *quæst.* 15 *num.* 5. Flamin. *de resignat. lib.* 5. *quæst.* 6. *num.* 227. Caldas Pereira *de empt. cap.* 3. *num.* 15. Nauarr. *de oratione, miscel.* 92. *num.* 2. & 3. & *cons.* 38. *de pœnit. & remiss. edit.* 2. Graff. *decis. part.* 1 *lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 32. vbi negat acquiri Iubilæum ab eo, qui vno die tantum orauit, quantum tenebatur tribus diebus, non enim adimpleuit formam scriptam, quæ voluit orationes fieri tribus diebus, vt diutiùs, & pluries bene operarentur, qui vellent indulgentiam lucrari.

Hinc sequitur decisio illius dubij, quando Iubilæus statuit, vt Ecclesiæ visitentur in certo 26.
quodam die, non acquiri si visitentur in alio diuerso, quia conditio inducit formam, & si omittatur, non sortitur effectum. *l. Mauius l qui hæredi, ff. de condit. & demon.* Gironda *de priuileg. seu exemption. explicat. n.* 667. Caldas Pereira *de potest. eligendi, c.* 4. *n.* 30. & Rota Romana apud Farin. *decis.* 515. *n.* 3. *tom.* 2. *part.* 1. nec sufficit conditionem impleri per æquipollens, Surd. *de aliment. tit.* 5. *quæst.* 3. *n.* 16. Idem dicendum est, si præcipiatur, vt in vno die tres Ecclesiæ visitentur, & vnus visitet

in vno die duas, & in altero diuerſo vnam. Non enim poteſt quis deuiare ab ordine in Iubilæi litteris decreto, Nauarrus *de Iubilæo, notab. 32. n. 41. verſ. ſemel.* Quòd ſi Parochus præſcribat tres Eccleſias, vt viſitentur, eáſque aſſignet, poſſunt viſitari duæ tantùm, vt oſtenditur ex tenore Bullæ, vbi poſtquam Pontifex deſignauit quatuor Eccleſias, addidit ſufficere viſitare ſaltem duas.

27. Porrò Religioſi non habentes clauſulam perpetuam, ſi velint vti Iubilæo, debent viſitare Eccleſias præſcriptas ab Ordinariis locorum, ſi non interſunt proceſſionibus, cùm proponatur acquirendus ſub certis conditionibus. Henriq. *lib. 7. c. 10. §. 3.* eo quòd liberalis donatio non ſuſtinetur, niſi adimpleta conditione ſub qua fit, & conditio debet impleri priuſquam diſpoſitio conditionalis effectum habeat; vt notat Bald. *in l. Arethuſa, in 3. lectura num. 1. de ſtatu hominu.* Hæc eſt enim eius natura, vt priùs impleatur conditio, quàm quis emolmentum cōſequi poſſit, *l. quibus diebus §. Termilius*, & *ibi* Bartol. *num. 6. de condit. & demon.* idem Bartol. *in lege, qui abſenti, §. 1. n. 2. ff. de acquir. poſſ.* proinde conditio obeſt principio acquiſitionis, quæ fieri non poteſt, donec ipſa impleatur. *l. 1.* & *ibi* Bald. *n. 7. verſ. ſed in conditione ſecus*, & Paulus Caſtro *num. 6. de inſtit. & ſubſtit.* atque ita conditio poſita in Iubilæo, quæ non impletur, defecta intelligitur, *l. vnica, §. ſin autem aliquid ſub conditione, de cad. toll.* Decius *conſ. 227. n. 3.* Alciat. *conſ. 85. n. 7. lib. 9.* Vnde cùm Iubilæus concedatur ſub conditione viſitandi Eccleſias ab Ordinariis locorum deſignatas, Regulares non eo fruentur, niſi viſitent. Suarez *de pœnitentia, diſp. 52. ſect. 5. n. 1.* Manuel Rod. *ſumma, verb. Iubilæum, n. 5.* & fauet Rutil. *de Anno ſancto, lib. 5. cap. 15. dubio 27.*

Nequeunt tamen Regularium Prælati præſcribere ſuis Religioſis Eccleſiam, aut Eccleſias tempore Iubilæi viſitandas, vt deducitur ex litteris Iubilæi, his verbis: *Cæteris verò omnibus, & ſingulis fidelibus extra Vrbem exiſtētibus, in quibuſuis ciuitatibus, terris, & locis, qui proceſſioni ab Ordinariis locorū, vel eorum Vicariis, ſeu officialibus, vel de eorum mandato, & ipſis deficientibus per eos, qui ibi curam animarum exercent, prima, vel ſecūda hebdomada poſtquam ad eorum notitiam hæ noſtræ litteræ deuenerint, indicēdæ, & agendæ interfuerint, vel Eccleſiam, ſeu Eccleſias per eoſdem deſignandas ſaltem ſemel viſitauerint, &c.* Ex quibus oſtenditur non poſſe à Prælatis Regularibus deſignari Eccleſias, quæ viſitentur à ſuis Religioſis, vt in ſpecie tradit Fr. Manuel Rodr. *in ſumma, verb. Iubilæo, c. 183. verſ. lo ſeptimo, in fine.*

Quid ergo dicendum erit de Regularibus habentibus Monaſteria in Eremo, in quibus non adeſt Parochia ſubdita Monaſteriis habens Parochianos ſæculares, quorum cura ſit Regularibus commiſſa? Reſponſio ſit, huiuſmodi Regulares poſſe recurrere ad loci Ordinarium, vel ad eius Vicarium pro deputandis Eccleſiis, quæ debent viſitari. Quòd ſi longe diſtet Ordinarius, poſſunt Confeſſarij commutare onus viſitādi in alia opera pia, quæ loco viſitationum adimpleri poſſunt, ſiquidem Prælati Regularium nequeunt nominare Eccleſias, vt viſitentur, vt in ſpecie tradit Manuel Rodr. ſuprà *in ſumma, verb. Iubileo, d. cap. 183.*

28. Huc accedit quæſtiuncula, an viſitantes Eccleſias ſine vlla actuali intentione conſequendi Iubilæum, conſequantur illum? & quid de committentibus mortalia, aut venialia inter viſitandum? Quoad primam partem negat Fr. Manuel Rodr. *in explicatione Bullæ, §. 8. dub. 4. num. 9.* & Villalobos *in ſumma, tract. 26. difficult. 13. num. 9.* Eſt enim neceſſarium viſitare cum intentione actuali, vel ſaltem virtuali lucrandi indulgentiam: quocirca, ſi quis viſitat dum ingreditur Eccleſias abſque animo lucrandi, & poſt ingreſſum mutat voluntatem, viſitétque, & oret cum intentione lucrandi, poterit conſequi Iubilæum, Villalobos *d. num. 9.*

Iuuat, qui in die feſto intereſt Sacro cum expreſſa intentione non ſatisfaciendi per illud præcepto, ſed per aliud, is non tenetur poſtea aliud ſacrum audire, nec opus eſt mutare animum, ſed per illud ſatisfecit præcepto, nec peccauit mortaliter, ſi eodem die habuit intentionem audiendi aliud; vt voluot Valentia 2. 2. *diſp. 6. quæſt. 2. puncto vltimo*, Vaſquez 1. 2. *quæſt.* 100. *art. 9. in expoſitione litteræ à n. 5.* & Sanch. *tom. 1. Decalogi, lib. 1. c. 13. ex n. 13. 14 & 15.* eo quia præcepta non obligant ad habendā intentionem ſatisfaciendi illis, & ideo non violantur ab eo per contrariā intentionem, nimirum non ſatisfaciendi. Item cōfirmatur, quia per leges tātùm præcipitur executio libera, & humana operis exterioris, & nō imperatur, vt fiat ex intentione formali, vel virtuali: vnde cùm ſacrum audiens, interſit actu humano, & libero, non poteſt non ſatisfacere, quamuis nolit, cùm non ſit in operantis poteſtate præcepta non adimplere, poſito quòd voluerit opera illis iniuncta exequi.

Suffragatur argumentum eorum, qui dicunt poſſe hominem intereſſe ſacro, ſed nolle per illud ſatisfacere præcepto, nec habeat intentionem audiendi poſtea aliud per quod ſatisfaciat, poſſe tamen mutata voluntate in tempore habili audiendi ſacrum, adhuc ſatisfieri præcepto per ſacrum antea auditum, intentione non ſatisfaciendi præcepto, ſiue intentionem habuerit audiendi aliud, ſiue non. Peccate autem mortaliter, & non ſatisfacere præcepto, ſi eo die intra tempus Miſſis audiendis deputatum voluntatem non mutauerit, Suarez ita *tom. 3. de Sacramentis, diſp. 88. ſect. 3. col. 3. litt. B. verſ. circa poſteriorem partem*, Leſſius *lib. 2. de iuſtitia, c. 37. n. 59. & cap. 46. n. 42.* & Aragon. 2. 2. *quæſt. 83. art. 13. fol. 864. verſ. ſed dubitabit aliquis.*

Ex hoc tamen argumento colligi poteſt viſitantes Eccleſias abſque intentione lucrandi Iubilæū, & ibi orantes ſine voluntate ſatisfaciēdi operibus iniunctis, poſſe poſtea antequam elabatur hebdomada, mutare voluntatem, & ratas habere viſitationes Eccleſiarum, & orationes ibi fuſas, neque opus eſſe repetere viſitationes, & orationes, quia in illis actibus præſentialiter, & corporaliter exhibitis ſolùm defuit intentio lucrandi indulgentiam: igitur ſi hæc intentio, & voluntas accedat intra tempus habile ad illam lucrandum, hoc eſt, intra hebdomadam, ſatis erit ad ſatisfaciendum præcepto viſitandi Eccleſias, & orandi in illis.

Nihilominus oppoſitú eſt dicendum in hoc caſu, eo quòd per viſitationes, & orationes præteritas ſine animo, & intentione lucrandi Iubilæum, non fuit ſatisfactum operi iniuncto; atque ita nihil poſtea præſtabit mutatio voluntatis, cùm nequeat facere, vt opus præteritum factum ſine anima reuiuiſcat per mutationem voluntatis; quia reuera dum viſitauit Eccleſias, & orauit abſque intentione ſatisfaciendi, non adimpleuit opus iniunctum ſecundùm intentionem concedentis Iubilæum, & ideò cùm non adimpleuerit conditionem ſub qua indulgentia concedebatur, actus non dicitur perfectus; imò cenſetur infectus. Iuuat voluntatem mutatam animo retentam nihil prodeſſe, *l. ſi repetendi. ff. de condict. ob cauſam,*

quando

quando voluntas sola non sufficit sine effectu, qui non erat in rerum natura, quando voluntas fuit mutata. Atque ita deficiente intentione lucrandi Iubilæum, & conditione orandi pro rebus in Iubilæo expressis, non potest acquiri indulgentia. Quo ad committentes mortalia, vel venialia inter visitandum infrà.

An Eleemosynæ sint necessariò corrogandæ, vt acquiratur Iubilæus, & quibus diebus sint faciendæ?

§. IV.

EPITOME.

29. *Olim in Iubilæis in tribus diebus fieri Eleemosynæ præcipiebantur, & non acquirebatur, si in vno die fiebant simul.*
30. *Hodie quando fieri debeant Eleemosynæ?*
31. *An satisfaciat, qui tribuit Eleemosynam de re non sua, aut furto ablata?*
32. *Vtrùm pauperes possint operari diebus festis vt faciant Eleemosynas ad acquirendum Iubilæum?*
33. *Eleemosyna propter impotentiam non data cæteris Iubilæi adimpletis, non adimitur indulgentia.*
34. *Vtrùm Eleemosynæ, quæ fieri debent, possint fieri illis, quibus debentur ex præcepto charitatis?*
35. *An si famulus Eleemosynam, quam herus erogari præcepit, sibi abstulit, nec eam erogauit, herus non consecutus est indulgentiam?*
36. *Vtrùm diuites teneantur facere Eleemosynas maiores, quàm pauperes.*
37. *Regulares an debeant etiam facere Eleemosynam?*
38. *Vtrùm in Iubilæo sit obligatio inquirendi pauperes, vt fiat Eleemosyna; & quid si non inueniantur?*
39. *Quid si pauperes nolint recipere Eleemosynas sibi oblatas?*

29. OLIM in Iubilæis eleemosynæ fieri solebant tribus diebus, & ideo si in vno duntaxat omnes simul erogabantur, indulgentia non acquirebatur. Nam cõcessio illius strictè accipienda est, & forma data ad illam acquirendam omnino seruanda: quocirca nisi adimpleatur totum, non acquiritur, vt deducitur ex Extrauagante Clementis VI. incipit, *Vnigenitus*, Nauarr. *conf.* 38. *de pœnit, & remiss. in* 2. *editione, & de oratione, miscell.* 92. *num.* 2. Vnde non sufficiebat facere eleemosynam tantam, quantam omnibus tribus diebus erat facturus. Quinimo si duobus diebus præscriptis fecisset eleemosynam, & in tertio deesset, nihil acquireret, sequitur Graff. *decis. lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 32. eo quia non adimpleuit onus in diebus præscriptis, sicut impleri mandatum erat in forma specifica, Vega *in summa* 2. *p. verb. indulgentias cap.* 7. *casu* 48. *vers. por loqual*, vbi concludit non satisfacere qui semel tantum eleemosynæ largitur pauperibus vna vice, quantum diuisim præcipiebatur tribui tribus diebus; eo quòd adiectum fuit eleemosynam fieri tribus diebus, vt diutius, & pluries bene operaretur. Quæ pars, vt ait Nauarr. est verior de rigore iuris *in d. conf.* 38. *num.* 4. argumento pœnitentis iussi dicere Psalmos pœnitentiales septies septem diebus, qui non satisfacit recitando illos septies in vno die, cùm tempus fuerit impositum, vt diutiùs pro peccatis cruciaretur recitando: quamquam ex quadam æquitate, & ex tacita concedentis mente opinatur idem Nauarrus dici posse consequi Iubilæum illum, qui simul in vno die tantum dedisset, quantum diuisim in tribus diebus daturus erat. Quod pium, sed non verum placet asserere. Nam conditiones cùm non seruantur, actus habetur, ac si non esset factus. Cardin. Paris. *consil.* 5. *n.* 7. *vol.* 4. Flamin. *de resignat. lib.* 1. *quæst.* 14. *num.* 9. *& lib.* 10. *quæst.* 7. *num.* 22. debéntque impleri in forma specifica cùm conditio formam importet: proinde si in minimo deficiat, non dicitur illi satisfactum. gloss. *in l. res bona fide, ff. de contrahenda emptione*, & *ibi* Baldus, Dec. *cons.* 532. *num.* 4. Ruinus *cons.* 22. *num.* 5. *vol.* 2. Iason *cons.* 94. *n.* 2. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 35. *num.* 5. *& cons.* 60. *num.* 40. *vol.* 1. argumento conuentionis, quæ censetur violata, si in aliquo minimo fuerit mutata. Flaminius *de resign. lib.* 1. *quæst.* 3. *ex num.* 5. *vsque ad numerum* 25.

Hodie tamen satis est fieri eleemosynas intra hebdomadam, quando occasio se obtulerit, etiam si fiant in vltima die, & post susceptam Eucharistiam. Henriquez *lib.* 7. *de indulgentiis, cap.* 10. §. 6. Vega *in summa*, 2. *p. verb. indulgentias, cap.* 7. *casu* 48. *verso lo dicho*, nisi in litteris Iubilæi præscribantur dies in quibus debeant fieri eleemosynæ; tunc enim forma in litteris constituta est seruanda. Flamin. *lib. de resign. lib.* 9. *quæst.* 17. *num.* 84. *& lib.* 11. *quæst.* 4. *num.* 71. post plures, & Euerard. *in topic. legal. loco* 53. 30.

Ambigi tamen potest an lucretur Iubilæum tribuens eleemosynam de re non sua, aut de pecunia furto ablata? Pars negans ex eo colligitur, quia non fit Eleemosyna de malè acquisitis, nisi extremè indigenti: in hoc enim euentu hoc est patibile; & extra illum non transfertur dominium data re aliena in illum, cui datur. Nam alienum suo domino debetur, non pauperi, item ex bonis contra legem acquisitis, negat D. Thomas 2. 2. *quæst.* 31. *art.* 7. Alex. *part.* 4. *quæst.* 33. *memb.* 2. *artic.* 1. *vsque ad* 5. & Riccard. *in* 4. *dist.* 15. *artic.* 2. *quæst.* 5. posse fieri eleemosynam, puta ex acquisitis per simoniam, vel per ludum, vel per alios modos illicitos ex lege. 31.

Dicendum tamen est, quando res aliena non est ex rebus, quæ in specie restitui debent, & retinens iniustè, quamuis donet, tantundem habet, quantum restituere tenetur, bene posse facere eleemosynam pro consequendo Iubilæo. Ratio, quia per furtum fecit suum, & tenetur tantundem restituere, quantum furto acceperat: quod intelligitur de rebus vsu consumptibilibus, quarum dominium transit in accipientem, quamuis cum obligatione tantundem restituere, quantum sibi illicitè vsurpauit: hoc tamen dici potest ex sententia eorum, qui volunt vsurarium dominium sibi quæsiuisse eorum, quæ per vsuram comparauit, vt tradit gloss. *in cap. si quis vsuram* 14. *quæst.* 4. Adrian. *de restitutione, in materia, de vsura, quæst. ex his alia oritur quæstio*, & Paludan. *in* 4. *distinct.* 15. *quæst.* 2. *art.* 5. Nauar. *in manuali, cap.* 17. *num.* 265. & Henriq. *quodlib.* 4. *quæst.* 27. ex eo fundamento, quia mutuatarius voluntariè tradit mutuanti lucrum vsurarium, & mutuans dominium illius acquirit, per textum *in* §. *per traditionem*,

tionem, Instit. de rerum diuisione, vbi habetur per traditionem comparari rei dominium, his verbis: *Quoniam nihil tam conueniens est naturali aquitati, quàm voluntatem domini, volentis rem suam in alium transferre, ratam habere.*

Quare non posse fieri eleemosynam etiam ex rebus alienis vsu consumptibilibus est certissimum, quoniam quandiu consumptæ non sunt, nec taliter cum rebus propriis mixtæ, vt discerni nequeant, minimè transire in vsurarium, neque in latronem, sed perseuerare apud verum dominum, ita D.Thomas 2.2*quæst.* 1.*art.*4. Ioannes Medina *de reb.per vsur.acquis.quæst.*4.*ad* 3.*principale*, Couarr. 3. *variar.cap.*3. *num.* 6. quatenus volunt non comparari dominium in rebus per vsuram acquisitis; ergo vsurarius nequit facere eleemosynam de rebus obnoxiis restitutioni, Suarius *in specie de triplici,tract.* 3.*disp.*7. *num.*6.*vers.*3. *conclusio*, vbi sentit ex bonis illicitè acquisitis, & quæ sunt obnoxia restitutioni, non posse eleemosynam dari, nisi extremè indigenti. Cùm ergo fur non sit harum rerum dominus, neutiquam transfert dominium in pauperem bona fide accipientem eleemosynam, vt ostenditur *in l. traditio* 20. *ff. de acquirendo rerum dominio*, vbi habetur non posse transferre dominium, qui dominus non est, ibi, *Traditio nihil amplius transferre debet, vel potest, ad eum, qui accepit, quàm est apud eum, qui tradit.* Si igitur quis dominium in fundo habuerit, id tradendo transfert; si non habuit, ad eum, qui accipit, nihil transfert. Ergo idem dicendum est de fure faciente eleemosynam pauperi de re non sua; imò accipientem à fure teneri eleemosynam restituere, ratione rei acceptæ, quamuis fur non reddatur impotens ad restituendum, ita Couarr. *in reg. peccatum* 3.*p.initio, num.* 2. Syluester *verb. restitutio* 3. *quæst.*6. *dicto* 2. *vers. & sextò tenetur participans*, Petrus Nauarra *lib.*3. *de restit.cap.*4.*in noua edit.part.*3.*dub.*6. *num.*169.*& dub.*7.*n.* 173.*in principio*, Ioann. Medina *de restit. quæst.* 10.*ante* §. *occurrit hic casus*, Molina *tom.* 2. *de iustitia disp.*330.*col.*1.*vers.contrarium tamen, & tom.*3.*part.*2. *disp.* 723. *num.* 1.*ad finem*, & apertè ostenditur ex *l. nam, & si fur.* 13.*statim in principio, ff si certum petatur*, per hæc verba, ibi: *Nam, & si fur nummos credendi animo dedit, accipientis non facit.*

Ego tamen illud addam quando fur per accidens fit dominus pecuniæ, aut alterius rei vsu consumptibilis, per commixtionem scilicet talem cum rebus propriis, vt discerni nequeant, secundùm legem *si alieni nummi, ff. de solut.* non teneri accipientem à fure restituere, si fur mansit potens ad restituendum, eo quòd per eam commixtionem fur factus est dominus earum rerum, cuius sententiæ sunt Gabril *in* 4. *dist.* 15. *quæst.*3.*art.*3.*dub.*5.*propositione* 3. *vers. ex illis*, Syluester ac Ioannes Medina *vbi proximè*, & Petrus Nauarra *d. dubio* 7. *num.*173. & ex consequenti si fur habeat vnde restituat res vsu consumptibiles, quas furto sustulit, quamuis per accidens per illam commixtionem inexplicabilem factus fuerit dominus; attamen dominium transfert in pauperem, nec censetur dare aliena, sed propria, cùm aliunde habeat, vnde restituat, quam sententiam tradent Gabriel *in* 4. *dist.* 6. *quæst.* 4. Maior *dist.*15.*quæst.*3. quos referens sequitur Suar. *de triplici, d. dist.* 7.*sect.*2.*n.*9. in quo euentu non est dubium posse fieri eleemosynam à fure pro Iubilæo consequendo. Secus si fur non habet aliàs vnde restituat, quia tunc dat aliena, & non propria. Azor. 2. *p. instit. lib.* 12. *cap.* 12. *vers. sexto.*

32. Alia controuersia hoc loco proponi potest, vtrùm pauperes possint operari diebus festis ad faciendam eleemosynam pro Iubilæo acquirendo? Responsio sit negatiua, eo quia opifices nequeunt laborare in die festo, vt ex lucro stipem erogent pauperibus, cùm hæc necessitas possit alia via leuari; & ideo necessitas pauperum pro Iubilæo consequendo subleuari potest per commutationem factam à Confessario in aliud opus pium, quod pauperes adimplere possint, & quamuis non desint, qui velint propter impotentiam faciendi eleemosynam non adimi indulgentiam Iubilæi, si cætera Iubilæi onera, & opera adimpleantur, etiam si à Confessario commutatio non 33. fiat, vt in specie tradit Graffis *decis.lib.* 4. *cap.*15. *num.* 4. quod secus docet in ieiuniis post Nauarrum *in miscel. de oratione* 60. Nihilominus esse commutandam eleemosynam etiam pauperibus in aliud opus pium à Confessario, est certum; vt constat ex litteris huius Iubilæi, his verbis: *Vt Confessarius quem, vt infrà, elegerint, prædicta omnia, & singula, vel eorum aliqua, in alia pietatis opera commutare, quæ ipsi pœnitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus*; sic ibi. Ex quibus apertè patet non excusari pauperes, vel ab eleemosyna eroganda, vel si non possunt, à commutatione petenda. Nam, & pauperes teneri ex eleemosynis partiri pauperibus aliis in extrema, & graui necessitate constitutis, nemo dubitat, dummodo dantibus non veniat periculum, vt ostenditur *in cap. in singulis, dist.*86. *in fine, in text.ibi, Diues, & pauper.*

34. Accedit præcedentibus illa quæstio, an eleemosynæ erogandæ pro Iubilæo lucrando possint fieri illis, quibus debentur ex iustitia, aut ex charitate? Responsio est affirmatiua, prout vult Henriquez *lib.* 7. *cap.* 10. §. 6. vnde satis est dari eleemosynam parenti, aut extremè indigenti, quibus debetur de præcepto. Probatur argumento illius cui committitur distributio bonorum facienda inter pauperes, qui potest eleemosynam facere propinquis, & consanguineis, & filiis, Suarez *de triplici, tract.* 3.*disp.*7.*sect.* 1.*num.*9. *vers.quæret.* Quinimo eleemosyna priùs danda est consanguineis pauperibus, quàm aliis, Barbos. *cap.non satis, dist.*86.*in glossa verb. Domesticos*, post Surdum *de alimentis tit.* 1.*quæst.*93.*num.*2. vnde executor deputatus potest eligere pauperes consanguineos testatoris, Baldus, Angel. Imol. *in lege, illa institutio, ff.de hered.instit.* Anchar. *in cap. cum tibi, de testam.* Alex. *in lege, Diui, ff. ad l. falcid.* & alij, quos referens sequitur Sapientissimus Hispaniarum Primas *in d. cap. non satis, num.* 2.

35. His adde si famulus eleemosynam, quam herus erogari præcepit, sibi abstulit, nec eam erogauit, herum non fuisse consequutum indulgentiam; quia dare eleemosynam est conditio sine qua non, conceditur indulgentia, hæc autem non fuit adimpleta per dominum ob culpam famuli; ergo dominus non acquisiuit indulgentiam; deficiente enim conditione, omnia conditionaliter disposita corruunt. *l. item quia*, §. 1. ibi, *& in nuptiis non sequutis ipso iure euanescit stipulatio, ff. de pactis. l. qui hæredi.* §. *Plautius*, vbi Barto. & Socin. sen. *ff.de condit.& demonst.* Menoch. *cons.* 1. *num.* 410. quam partem sequitur

Cordub.

Cordub. *de indulgentiis quæſt.* 26. *propoſit.* 3. *verſ. verum eſt*, & alij, quos tacito nomine refert Sâ *in ſumma, verb. indulgentia num.*4.*ad finem*, quamuis ipſe illos non ſequatur.

36. Controuerti etiam poteſt, an diuites teneantur facere eleemoſynas multo maiores, quàm pauperes? Pars affirmans ex eo probatur, quia diuites ea æquitate abundantius tenentur pauperibus elargiri, quàm pauperes, vt conſulit Cordub. *de indulgentiis quæſt.*19.*verſ. ad hoc.* Rodrig. *in ſumma, verb. Iubilæo num* 9. Ledeſm. 2.*part. quæſt.*27.*art.* 2. *dub.*2.*in fine.* Reginal. *in praxi lib.*7. *cap. vltimo, num.* 187. Confert ad faciendam eleemoſynam ex bonis ſuperfluis, teneri diuites præcepto miſericordiæ, quæ obligatio ex genere ſuo eſt ſub mortali, vt vult Soarez *de triplici, diſp.*7.*ſect.* 3. *num.*4. *verſ. dico tamen primò*: pauperes autem ea bonis ſibi neceſſariis non tenentur cæteris paribus facere eleemoſynas, quia dilectio ſui eſt prior dilectione alterius, Suar. *ſuprà ſect.*2.*num.*11.*verſ dico quartò*; & charitas bene ordinata incipit à ſe ipſo, *l præſes. Cod. de ſeruit. cap niſi ſpecialis*, vbi gloſſa *verb Eligemus*, *de auctorit. & vſu pallij. cap. dilecto, de præbendis*, Surd. *de alim. tit.* 1. *quæſt.* 94. *num.*1 *& titul.*7.*quæſt.*29.*num.*1. *& deciſ.*236.*num.* 21. *& conſ.* 345.*num.*28. Flaminius *de reſignat. lib.* 9.*quæſt.*17.*num* 117. Caldas Pereira *quæſt. forenſ. in comment. ad tit. Inſtit. de inoffic. teſtam. in principio, num.*21. & Gutier. *de tutel. part.*3.*cap.*12. *num.*1.*in fine*, & Barboſa *cap. licèt, de ſupplen. negl. Prælator. num* 6. Cùm ergo diuites faciant eleemoſynas de ſuperfluis, & pauperes de ſibi neceſſariis; ratio, & charitas petit, vt diuites, qui abundantiùs habent, vberiores erogent eleemoſynas, quàm pauperes, qui non tenentur ſe rebus neceſſariis priuare, vt aliis ſubueniant.

Dicendum tamen eſt in noſtro caſu ſatisfacere obligationi faciendi eleemoſynam, tam diuites, quàm pauperes, ſi erogent non ſecundùm diuitias, ſed ſecundùm deuotionem cuiuſque, prout volunt Henriquez *d. lib.*7.*cap.* 10. *& in commento littera R.* dicens ſatis videri ad conſecutionem indulgentiæ dare paruam, ſi hæc de ſe ſit cauſa ſufficiens, & proportionata, quia per illam ſatisfit operi iniuncto, ſequitur Suarez *de pænit. quæſt.* 52. *ſect.* 8. *num.* 5. ſatis eſt enim facere eleemoſynam, & adimplere conditionem ſecundùm deuotionem cuiuſque, prout voluerint, vt diſponitur in litteris Iubilæi duobus in locis, ibi: *& eleemoſynas ad libitum, prout charitas ſingulis ſuggeſſerit, fecerint.* Et infrà ibi, *& eleemoſynas ſimiliter pro arbitrio ſuo fecerint, &c.* Vnde non ſecundùm deuotionem pro arbitrio ſuo eleemoſynæ faciendæ ſunt.

37. Nec eſt omittenda difficultas de Regularibus, an debeant pro acquirendo ſibi Iubilæo facere eleemoſynas? Pars negans ex eo probatur, quia Regularis nihil habere, vel dare, vel accipere ſine licentia debet, *cap. quanto* 7. per textum ibi, *Vt proprium in manibus Prælatorum*, *de officio Iudicis ordinar.* & probat textus *in cap. non dicatis* 12.*quæſt.* 1. *cap. cùm ad Monaſterium. §. vltimo, de ſtatu Monachorum*. & Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25 *de Regularib. cap.* 2. per quæ iura cenſuit ſacra Congregatio Regulares vtriuſque ſexus non poſſe ſibi retinere aliqua tamquam propria, ſed debere omnia tradere ſuis ſuperioribus, Barboſ. *in d. cap. quanto num* 4 *& de poteſtate Epiſcopi, allegat* 103. *num* 1. *&* 2. Franciſcus Leo *in theſauro fori Eccleſiaſtici part.*2. *cap.*1. *num.*41. Quin etiam Superior Regularis nequit concedere ſuis ſubditis facultatem retinendi aliquid ad vſum irreuocabilem, Nauarr. *conſ.*47.*num.*2.*de Regularibus in* 1.*edit. & conſ.*15. *num.*2.*de ſtatu Monach in* 2.*edit.* Aloyſ. Rice. *in praxi aurea reſol.* 194. & alij, quos ſequitur Sanchez *in præcepta Decalogi tom.*2. *lib* 7. *cap.* 17. *num.* 28. quibus omnibus probatur non poſſe Regulares aliquid expendere etiam in vſus licitos ſine licentia ſuperioris, & ea conſequenti nequeunt facere eleemoſynas niſi ex licentia ſaltem præſumpta pro conſequendo Iubilæo, Paret Comitolus *lib.*4.*reſponſ. moral. quæſt.*27.*num.*1.*verſ. quarta propoſitio*, ex D. Thoma *in* 4.*diſt.*15. *quæſt.* 2.*art.*5.*quæſtiunc.*4. *& in* 2.2 *quæſt.*32. *art.* 8. paucis ſic ait. *Si regularis non habet diſpenſationem aliquam, quia nihil proprium habet; tunc non poteſt facere eleemoſynam ſine licentia Abbatis, vel expreſſè habita, vel probabiliter præſumpta.*

His poſitis dico primò, Prælatum Regularium debere facere eleemoſynam pro omnibus Religioſis ſibi ſubditis intra clauſtrum degentibus, vt in more poſitum eſt, aut facere facultatem ſubditis, vt quilibet de portione ſua ante ſe poſita ſibi aliquid ſubtrahat, vt det pauperibus.

Dico ſecundò, ſi Religioſus accedit ad ſcholas, vel aliàs pergit ad peregrinandum de ſuperioris licentia, poteſt facere eleemoſynas eo modo, quo ſolent ſæculares ſuæ conditionis, gloſſ. notabilis *in Clementina* 2. *verſ. conuertendum*, *de vita, & honeſt. Clericor.* gloſſ *in cap. alia cauſa* 16. *quæſt.* 1.*cap. illa* 12.*diſtinct.* & Scribentes *in cap. ex parte, de accuſat.* Nam eo ipſo quòd Regularis de licentia ſuperioris eſt extra Clauſtrum, videtur illi conceſſum, quod honeſtis ſcholaribus, & peregrinis integrum eſt, *cap. præterea*, *de officio delegati*, & argumento textus *in l. ad rem mobilem. ff. de procur. l.* 2. *ff. de iureiur.* conceſſo enim principali, cenſetur conceſſum acceſſorium veniens in neceſſariam conſequentiam principalis, & alia ſine quibus ſtare non poteſt. *l.* 2. *ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Card Tuſch. *tom.*1. *litt. A. concl.*77. Menoch. *de interdictis remed* 6. *recuperand. num.* 45. Atque ita Regularis, qui ea præfata licentia degit extra Clauſtrum, poteſt facere eleemoſynam pro conſequendo Iubilæo de ſibi datis ad alimenta. Pariter poteſt facere eleemoſynam de eo quòd per parſimoniam aufert de illis, quæ ſibi conceduntur pro impenſis quotidianis, vel menſtruis pro itinere agendo, vel negotio aliquo perficiendo, ita vt nihil vltrà teneatur petere à Monaſterio, Graffis *deciſ. lib* 3.*cap.* 5. *num.* 63. poſt Nauarrum *de Regularibus*, quem ibi refert, ac ſequitur. Ratio potiſſima eſt Diui Thomæ *in* 4. *diſt.* 15. *quæſt.* 2.*art.*5.*quæſtiunc.* 4. quia, inquit D. Thomas, cùm dantur ei expenſæ, committitur ei earum diſpenſatio, ſequitur Durandus *in* 4. *diſt.*15 *quæſt.*8.*num.* 6. & P. Comitolus *reſponſ. moral. lib.* 4. *quæſt.* 27. *verſ. ſecunda propoſitio*, *& verſ. tertia propoſitio.*

Dico tertiò pro Regularibus in Clauſtro degentibus, quamuis Superior faciat pro omnibus eleemoſynam, ſatius eſt, & tutius petere à Confeſſario commutationem; fortè enim ſuperior minorem ſtipem, quàm par eſt, erogauit pro vniuerſa communitate, etiam ſi commutatio in minori quantitate debeat fieri pro paupere, quàm pro diuite, pluris enim fit à Deo eleemoſyna à paupere facta, quàm à diuite, iuxta illud *Lucæ* 21. vbi eleemoſyna viduæ exigua plus valuit apud Deum, quàm dona magna diuitum.

Sequitur

38. Sequitur vtilis dubitatio, in vsu tamen non frequens, vtrùm sit obligatio maximè in Iubilæo inquirendi pauperes, vt fiant eleemosynæ, & quid si pauperes non inueniantur? Quoad primum, negat Nauarrus *in manuali cap. 24. num. 9.* fauet Medina *Cod. de eleemosyna quæst. 3. in fine*, sequitur Reginaldus *lib. 4. num. 246.* ex eo fundamento, quoniam cognitio necessitatis proximorum non pertinet ad ius aliquod vniuersale, vt eam quilibet inquirere debeat: proinde inquisitio ex officio competit Prælatis, seu patribusfamilias, & aliis, qui habent curam pauperum proximorum. Suar. *de triplici, tract. 3. disp. 7. sect. 1. num. 6.* vbi docet gerentes Reipublicæ curam interdum teneri quærere quibus eleemosyna facienda sit ratione officij, cùm hoc necessarium sit ad conuenientem Reipublicæ gubernationem; secus de personis omnino priuatis: hæ autem non tenentur quærere quibus faciant eleemosynas, sed sufficit si præsentibus, & se offerentibus subueniant. D. Thomas *quodlibeto 8. art. 12.* & alij, & Suarez *vbi proximè.*

Nihilominus tempore Iubilæi cupientes illum lucrari eo ipso, quòd tenentur facere eleemosynas, & adimplere hanc conditionem, tenentur simul quærere, quibus dent eleemosynam: aliter enim non acquiritur Iubilæus. Illud autem nota pro præsenti Iubilæo Pauli Quinti Anno Domini 1619. Idibus Ianuarij, Pontificatus sui Anno 15. non fieri mentionem specialem pauperum, quibus eleemosynæ fiant, sed solùm dici, vt acquirentes Iubilæum eleemosynas ad libitum faciant; & infrà, eleemosynas similiter pro arbitrio suo. Ex quibus verbis colligitur posse fieri eleemosynas locis piis, qui egent, vel confraternitatibus, vel Hospitalibus, vel Regularibus qui emendicatis cibis viuunt. Quod etiam ostenditur in Iubilæo postea à Gregorio XV. edito Anno Domini 1621. 16. Cal. Aprilis, Pontificatus sui Anno 1. vbi præcipit eleemosynas erogari, nulla facta mentione de pauperibus in specie, & ideo satisfacit, qui eleemosynam erogauerit, vel pauperibus, vel locis suprà dictis indigentibus, & hoc modo soluitur secunda pars huius quæsiti, vbi petitur quid faciendum, cùm pauperes non inueniantur, quod est impossibile, iuxta illud Christi Domini ad Discipulos: *pauperes autem semper habebitis vobiscum; me autem non semper habebitis*, Matthæi cap. 26.

39. Quid si pauperes eleemosynas sibi oblatas nolint recipere? Anton. de Rosell. *in tract. de indulgentiis num. 309.* ait quando indulgentiæ conferantur erogantibus eleemosynam ad constructionem alicuius Ecclesiæ, acquiri fructum illarum à faciente eleemosynam; esto Parochus noluerit eleemosynam recipere. Mihi tamen magis placet de mandato Confessoris prorogari obligationem faciendi eleemosynam in tempus opportunum, sicut ex causa potest differre communionem in alium diem; vt vult Vega *in summa 2. part. cap. 27. verb. indulgentias, casu 19. vers. finalmente nota*, vbi pro hac parte refert Fr. Iaime de Rebulosa *in thesauro Ecclesiæ, discurs. 11.* Ergo idem dicendum est in nostro casu; vel, si magis placet, petatur à Confessario, vt onus erogandi eleemosynam commutet in aliud opus pium, etiam dissimile, quod dirigatur ad eundem finem.

Qualis debeat esse Confessarius eligendus à pœnitente, & quantam habeat facultatem absoluendi à reseruatis, & censuris etiam Bullæ Cœnæ?

§. V.

EPITOME.

40. *Confessarius eligendus debet esse approbatus ab Ordinario pœnitentis.*
41. *Reiicitur opinio tradens posse eligi Confessarium approbatum ab vno Ordinario.*
42. *Braccarensis, qui reperitur Olysipone potest eligere virtute Iubilæi approbatum Braccaræ.*
43. *Regulares tenentur eligere Confessarium approbatum ab Episcopo, non verò à suo Prælato vt possint absolui à quibuscunque reseruatis.*
44. *An possit eligi virtute Iubilæi, seu Bullæ approbatus ab Episcopo, si Episcopus renuat.*
45. *Parochus qui renunciauit beneficio, non potest eligi à pœnitente.*
46. *Parochus an possit eligi extra Diœcesim ad audiendas confessiones.*
47. *Confessarius approbatus ad certum tempus, vel ad certum genus personarum, an possit eligi ab alio genere personarum?*
48. *Confessor eligendus an debeat esse vnicus, vel multiplex?*
49. *Vtrùm Confessarius professor, aut Doctor possit eligi virtute Iubilæi?*
50. *Confessio an debeat præmitti ad Iubilæum consequendum?*
51. *Vtrùm per confessionem informem acquiratur Iubilæus?*
52. *Priuilegia non acquiruntur per confessionem irritam, & quid per informem?*
53. *Quæ potestas sit Confessario circa casus Bullæ Cœnæ.*
54. *An possit absolui hæreticus externus?*
55. *Quid operetur clausula, vt absoluatur à casibus Bullæ Cœnæ quomodocumque reseruatis?*
56. *An virtute Bullæ Cruciatæ possit absolui hæreticus externus?*
57. *Schismatici, & fautores hæreticorum, qui non sunt hæretici, an possint absolui virtute Bullæ?*
58. *Elapso tempore Iubilæi potest absolui à reseruatis in confessione oblitis.*
59. *Confessio incboata tempore Iubilæi potest finiri post tempus illius.*
60. *Pœnitens cupiens lucrari Iubilæum absolutus manet à reseruatis, quamuis postea non adimpleat cætera opera requisita.*
61. *Quid si confessio fuit inualida ex aliquo capite.*
62. *Confessio facta proprio Prælato, an prosit reseruatis si fuit inualida?*
63. *Vtrùm possit acquiri Iubilæus per confessionem, & communionem factam in Quadragesima, si tunc publicetur Iubilæus?*
64. *Potest confessor absoluere Excommunicatum virtute Iubilæi in foro tantùm interiori, & satisfacta parte, an censeatur absolutus in vtroque foro?*
65. *Pœnitens impotens ad satisfaciendum realiter, potest absolui data cautione saltem iuratoria, quòd si pars non detur, potest absolui in vtroque foro.*

Absolutus

66. *Absolutus ab excommunicatione cum obligatione comparendi, si postea absoluatur per Iubilæum non tenetur comparere.*
67. *Absolutio ab excommunicatione potest impendi extra confessionem.*
68. *Quibus in casibus possit confessor tempore Iubilæi differre absolutionem, & communionem pænitentibus?*
69. *An Iubilæus possit acquiri sine Bulla Cruciata, & quid de indulgentiis concessis Monasteriis, aut Ecclesiis particularibus?*
70. *Nauigantes, seu itinerantes, si velint in nauigatione, seu in itinere consequi Iubilæum, quem Confessarium debeant eligere?*
71. *Quid de vagis?*

PRIMA ergo difficultas est à quo Ordinario debet esse approbatus Confessarius eligendus à pœnitente virtute Iubilæi? Responsio sit debere esse approbatum ab Ordinario pœnitentis. Non enim credibile est voluisse Pontificem, quòd eligeretur Confessarius approbatus à quocumque Ordinario; nam si voluisset, expressisset, iuxta regulam *l. vnic. §. sin autem ad deficientis. Cod. de caducis tol. l. si seruus. §. Prætor ait, vers. non dixit. ff. de acquirenda hered. cap. ad audientiam* 2. *de decimis.* Gonzal. *ad regulam* 8. *cancell. gloss.* 9. §. 1. *n.* 33. *& gloss.* 42. *n.* 11. Menoch. *cons.* 30. *num.* 8. & Tusch. *tom.* 8. *lit. V. conclus.* 89. *n.* 5. Proinde cùm Pontifex dicat Confessarium eligendum debere esse approbatum ab Ordinario loci, sequitur non esse eligendum approbatum à quocumque Ordinario, sed ab Ordinario loci, hoc est, ipsius pœnitentis, ita Quaranta in summa Bullarij *verb. Confessor fol.* 195. Suar. *de pœnit. disp.* 28. *sect.* 6. *num.* 5. *&* 6. *& sect.* 7. Ægidius *de Sacrament. & censur. tom.* 2. *disp.* 8. *num.* 52. *&* 57. Beia *in responsione casu* 4. §. *casu* 20. sequitur Gutier. *lib.* 1. *Canonic cap.* 27. *num.* 6. *& sequentib.* subdens *num.* 29. sic fuisse decisum in Academia Complutensi, & ita in praxi seruari, Manuel. Rodr. tam in explicatione, quàm in additionibus *ad* §. 9. *fol.* 73. dicens requiri, quòd ab Ordinario pœnitentis sit approbatus, quod etiam sequitur Frechilla primarius Professor iuris Pontificij, atque ita fuisse resolutum refert Rodericus in Salmanticensi Academia: pro qua etiam parte Enriquez plures allegat *lib. de indulgent. cap.* 12. *in scholiis, lit. O n.* 4. idem confirmauit congregatio Cardinalium respondens Illustrissimo Archiepiscopo Valentiæ Domino Ioanni de Ribera, cuius meminit Gutier. *ad calcem dicti capitis* 27.

41. Vnde reiicienda est opinio Medin. 1. 2. *quæst.* 9. *art.* 6 *col.* 17. Vega *lib.* 2. *casu* 208. Enriq. *lib* 7. *de indulg. c.* 12. *n.* 4. *&* 5. & Sà *in summa verb. confessor, n.* 6. dicentium Confessarium eligendum virtute Iubilæi satis esse, quòd sit approbatus ab vno Ordinario, vt possit eligi vbique locorum; quia praxis hoc non fert, neque in re tam graui vtendum nobis est opinione parum tuta. Ita Doctores pro nostra opinione relati, videlicet Soares, Ægidius, Beia, & alij, quibus accedit Bellarmin. *de indulg. lib.* 1. *cap.* 10. *vers. propter*; aliter enim approbatus in Italia poterit eligi in Hispania, quod non admittitur in praxi, cùm in Iubilæo expresse dicatur, Confessarius sit approbatus ab Ordinario loci.

42. Ex dictis sequitur, si Braccarensis commoretur Olyssipone, ibique reperiat Sacerdotem Braccaræ approbatum ad excipiendas confessiones, posse eum eligere virtute Iubilæi, aut Bullæ ad indulgentias in Iubilæo contentas comparandas. Ita *in c. nouit. de offic. legat.* Couar. *lib.* 3. *variar c.* 20. *n.* 8. & est communis, ex eo fundamento, quòd iurisdictio contentiosa exerceri nequit à iudice extra proprium territorium: at voluntaria iurisdictio, qualis est, quam habent Confessores etiam delegati, exerceri potest extra territorium, quia nulla fit iniuria iudici alieni territorij, cùm exerceatur iurisdictio Confessoris remoto strepitu iudiciali, & in terminis tradunt Angles Florib. 1. *p. quæst.* 3. *de confessione art.* 8. *dub.* 4. *conclus.* 2. *fol.* 295. Victor. *in summa de confess. n.* 151. Henriquez *lib.* 6. *de pœnit. cap.* 7. *num.* 1. Soarez *de pœnit. sect.* 6. *n.* 13. vbi volunt Confessarios delegatos posse excipere confessiones subditorum illius Episcopatus extra illum, dummodo sint approbati ab illo Episcopo; sequitur Ripa *de remediis ad curandum pestem. §. sed quia vsu videmus, num.* 52. *&* 63. Philiarc. *de officio Sacerdotis tom.* 1. *part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 2. §. *nullus alius*, & Ledesma Conimbricensis 2. *p.* 4. *quæst.* 7. *art.* 5. *dub.* 9. & Sanchez *de matrimonio lib.* 3. *disp.* 34. *num.* 1. *post medium.*

Probatur argumento Episcopi extra Diœcesim commorantis, vbi non potest erigere tribunal, nec ligare, & absoluere sedendo pro tribunali iudicialiter: at verò non sedendo pro tribunali potest ligare, & absoluere, cùm in eo casu exerceat iurisdictionem voluntariam, & gratiosam, ita Sayro *de censuris lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 14. Auil. *eodem tractatu de censuris part.* 2. *c.* 3. *disp.* 2. *dub.* 1. Bonacin. *eodem tractatu disp.* 1. *quæst.* 1. *punct.* 11. *num.* 4. Sanchez supra *disp.* 19. *num.* 9. & alij, quos referens sequitur Barbos. *in d. cap. nouit, de officio legati n.* 4. vbi probat cum aliis posse Episcopum extra Diœcesim propriam suæ Diœcesis beneficia vacantia conferre, quia collatio beneficiorum est actus iurisdictionis voluntariæ. Gonzal. *ad regulam octauam* §. 4. *procemial. num.* 27. Cùm ergo Confessarius delegatus sit approbatus ab Episcopo alicuius loci, potest excipere confessiones subditorum illius extra Episcopatum, cùm exerceat iurisdictionem voluntariam.

Porrò Regulares cupientes consequi Iubilæum, vel volentes frui priuilegiis Bullæ Cruciatæ, nequeunt eligere Confessarium approbatum 43.
à suo Prælato duntaxat ad audiendas confessiones, sed debent quærere approbatum ab Ordinario loci, id est, ab Episcopo pœnitentis, quia cùm sit priuilegium concessum à Summo Pontifice, non indulgetur, nisi sub illa conditione, Suarius *de pœnitentia, disp.* 28. *sect.* 6. *num.* 11. Henriquez *de pœnitent. lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 3. *litter. R. in fine, & num.* 9. *vers. per Bullam*, Reginald. *in praxi fori, lib.* 1. *n.* 174. sed contrà videtur sentire gloss. *in cap. Ordinarij locorum, lib.* 6. *de officio Ordinarij*, & deducitur *ex cap. cum ab Ecclesiarum Prælatis, eodem titulo*, vbi nomine *Ordinarij* comprehenduntur Prælati Religiosorum, sequitur Zabarel. *in Clementina* 1. *quæst.* 8. *de supplen. negligen. Prælator.* vbi fert discrimen inter Diœcesanos, & Ordinarios, dicens Ordinarios esse inferiores Episcopo, Diœcesanos autem esse Episcopos tantùm, & Episcopis superiores, fauet Nauarr. *lib* 5. *de sponsal. cons.* 5. *& de filiis Presbyter. vol.* 1. *cons.* 3. *num.* 4. quatenus vult per Prælatos intelligi non solùm Episcopos, sed etiam, qui præsunt Ecclesiis collegiatis sæcularibus, aut Regularibus.

Non est tamen recedendum à priori opinione,

quia nomine Ordinarij, non intelligitur Prælatus Religionis, sed Episcopus, vt bene ait Henriq. cum aliis supra *num.9.fol.41 1. verf. per Bullam, aut Iubilæum*, his verbis: *Regularis eligere potest, sed non nisi approbatum ab Episcopo, iuxta Concilium Tridentinum, vt in Bulla exprimitur*. Item quia verba Cōcilij sunt generalia, & verba Iubilæi, aut Bullæ respectu omnium eandem habēt significationem; atque ita generaliter prolata verba generalia, sine limitatione intelligenda sunt, *l.in fraudem*, & *ibi* Bald. *ff.de testam.milit. l.regula.§.vltimo, ff. de iuris, & facti ignor.l.final.in fine, C.de dotis promiss.* Afflict. *decis.319.num.3.* Aloys.Ricc.*decis.* 286.*n.5. part.2. Curia Archiepisc. Neapol.& in praxi rerum fori Eccles.decis.419.n.1.& dec.605.in 1 edit. & resol.356. & 529.in 2.edit.* Franciscus Leo *in thesauro fori Ecclesiastici,p.2.c.6. n.70.* & Caldas Pereira *de potest. eligendi,c.16.n.18.* Atque ita cùm Iubilæus loquatur generaliter, vt Confessarius eligendus debeat esse approbatus ab Ordinario loci, hoc est, ab Episcopo, nequeunt Regulares eligere Confessarium approbatum à suis superioribus; vt vltra præcitatos tradunt Vega *2. p.verb. indulgentias, cap.7.casu 32.* Ledesma *tom.1. titulo, de Sacramento pœnitentia,c.13. verf. sexta difficultas, & vers. la duda vndecima.* Fauet Acosta *in quæst.* 38. *ad explicationem Cruciata, vers. contrariam tamen*, vbi refert responsum datum Archiepiscopo Valentino ab Illustrissimis Cardinalibus per hæc verba: Congregatio Concilij respondet approbatum ab alio quàm à Valentino Episcopo in Diœcesi Valentina, non censeri approbatum ab Ordinario, eo quia verba priuilegiorum absolutè prolata accipienda sunt secundùm ius commune; sed Concilium Tridentinum per Ordinarium approbantem Confessarios intelligit Ordinarium loci: igitur Regulares cupientes consequi Iubilæum, debēt eligere Confessarium approbatum ab Episcopi loci, in cuius Diœcesi sunt. Nam si Papa aliud voluisset, profectò diceret vt eligerent Confessariū approbatum à quocumque Ordinario. Cùm autem dicat ab Ordinario loci, voluit vt non possent eligere, nisi approbatum ab Episcopo, vt in specie etiā vult Sanchez *de matrimonio, lib.8.disp.34.num.13.* cum aliis.

Quare in hoc Iubilæo Pauli Quinti, in quo per clausulam *non obstante*, derogatur priuilegiis concessis quibuscumque Religiosis familiis per quæ datum est eisdem, vt Religiosi nequeant eligere Confessarios, nisi de consensu suorum superiorum, omnino constat posse Religiosos, vt fruantur Iubilæo pro hac vice eligere quemcumque Confessarem, siue regularem, siue sæcularem, ex approbatis ab Episcopo, quibus peccata sua confiteantur, ita Graffis *part.1. decis. lib. 4. cap.15. n.13.* Fr.Manuel *in summa, verb. Iubilæo, n.6.* Nauarr. *cons.13 de priuilegiis, in 2. edit.* Petrus de Ledesma *de sacramento Pœnitentia, cap.13. dub.11. & dub.13. vers. secunda sententia*, & alij, quos referens sequitur Sapientissimus Hispaniarum Primas *in suo libello, de Iubilæo, cap.10.num.1.fol.166.*

Sed contra hanc doctrinam obstant Xisti Quarti, Innocentij Octaui, Alexandri Sexti, Iulij Secundi, Leonis Decimi, & Pij Quinti constitutiones, in quibus interdicebatur mendicantibus eligere Confessarios virtute Bullæ Cruciatæ pro reseruatis, præter illos, qui ad hoc habent vices superioris reseruantis sibi casus aliquos: & licèt Pius Quartus in aliquibus Bullis indulserit, vt mendicantes possent Confessarium eligere: Pius tamen Quintus & Gregorius XIII. hoc indultum reuocarunt. Quin etiam idem Gregorius per specialem constitutionem datam Romæ anno de 1571. Pontificatus sui Anno sexto, Apostolica auctoritate ad perpetuam rei memoriam declarauit, non esse mentem Romani Pontificis Religiosos, & Religiosas Ordinis Prædicatorum, posse frui Cruciata pro eligendo Confessario pro reseruatis; & ne in singulis Cruciatis posset venire singulo quoque anno noua ratio dubitandi, iussit apponi hæc verba: *Declaramus præsentes litteras perpetuò valituras.* quo priuilegio gaudent omnes Regulares, cùm omnes ad inuicem participent priuilegia superioribus Mendicantiom indulta.

Suffragatur constitutio Clementis Octaui, cuius meminit Fr. Manuel Rodrig. *in suo Bullario, fol.502.* quòd Bulla Cruciata non proficiat fratribus pro casibus reseruatis, eámque transcribit Acosta *quæst.107.fol.185.verso*, & Quaranta *summa Bullary, verb.casus reseruati, num.2.* & Fr.Hieronym. Llamas *in methodo morali, p.1.c.5.* de eadem aliqua non paucis. Sed quia valde Superiori doctrinæ obest, libuit illam de verbo ad verbum in hunc locum inserere.

Clemens Papa Octauus.

AD perpetuam rei memoriam. Romani Pontificis circumspecta benignitas, honestis petentium votis, quæ personarum sub religionis iugo Altissimo famulantium, statum, & salubrem directionem respiciunt ad exaudirionis gratiam libenter admittit, & fauoribus prosequitur opportunis. Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Procurator Generalis Ordinis fratrum beatæ Mariæ de monte Carmelo, quòd cùm in Bulla Cruciatæ sanctæ, & aliis priuilegiis, quæ ab Apostolica Sede concedi solent, detur facultas eligendi Confessorem idoneum ab Ordinario approbatum, qui possit Christi fideles absoluere à casibus Ordinario reseruatis, & à quibusdam etiam, quæ dictæ Sedi reseruata sunt, Religiosi dicti Ordinis, seu eorum nonnulli etiā iis facultatibus vti præsumunt, & illorum eligunt Confessorem aliquando præter eos, qui à suis Prælatis eorum confessionibus deputati sunt, quod aliquando in speciale vergit religionis detrimentum. Quare prædictus Procurator generalis humiliter nobis supplicari fecit, quatenus in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati talem concessionem S.Cruciatæ, & aliorum indultorū particularium, quantum ad prædictum articulū eligendi Confessorem, & absoluēdi à casibus reseruatis, cum fratribus, & sororibus monialibus Ordinis prædicti, ac aliorum quorumcumque Ordinum, & congregationum cuiusuis instituti Mendicantium, & non Mendicantium, tam Prouinciæ Hispaniæ, quàm extra eam vbilibet locum minime habere, nec censeri, sed nostræ intētionis existere, quod iidem fratres, & Moniales quantum ad sacramentum Pœnitentiæ, seu confessionis administrationem, dispositioni suorum Prælatorum subiecti sint, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò declaramus; eisdem tamen Prælatis, vt in vsu huiusmodi potestatis se cum subditis benignos, & faciles exhibeant præcipimus, & mandamus. Non obstantibus præmissis, & quibusdam constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis prædicti, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia

alia roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, vt præsentium transumptis etiam impressis manibus alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem fides adhibeatur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die vigesima tertia Nouembris millesimo quingentesimo nonagesimo nono, Pontific. nostri anno octauo.

Responsio tamen fit prædictos Summos Pontifices, ideo præcepisse ne Regulares absolui possent virtute Bullæ Cruciatæ, & Iubilæorum particularium à reseruatis sine consensu Superiorum; quia Bulla est in Hispania quasi continua, & Iubilæi particulares quoad indulgentiam plenariam passim occurrunt; at verò Iubilæus plenissimus, qualis fuit Clementis Octaui, & Pauli Quinti, non ita frequenter indulgetur; & ideo per Iubilæos plenissimos derogatum omnibus priuilegiis Mendicantium, & non Mendicantium, quoad eligendum Confessarium pro quibuscumque reseruatis; secus autem per Iubilæos particulares, & per Bullam Cruciatam, quæ ferè est continua, & à multis retrò annis ad hæc tempora perseuerat; vt apertè constat ex constitutione dicti Pauli Quinti, ex illis verbis, ibi, *Regularibus cuiusuis Ordinis licentiam concedimus, & facultatem damus, vt sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque presbyterum Confessarium, tam sæcularem, quàm cuiusuis Ordinis regularem, ex approbatis à locorum ordinariis, qui eos ab omnibus excommunicationis*, &c. *nec non ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis, quantumuis grauibus, & enormibus*, &c. *quomodocumque reseruatis in foro conscientia, & hac vice tantùm absoluere, & liberare valeant*. Hæc ibi, *non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis*, &c. Per quæ verba reliqua indulta Regularibus concessa, quòd nequeant eligere Confessarium pro absolutione reseruatorum, omnino tolluntur, & abrogantur.

44. Huic dubitationi affinis est, an possit eligi virtute Bullæ, seu Iubilæi, quem Episcopus præmisso examine iudicauit esse idoneum ad audiendas confessiones; sed non vult quòd audiat, quia habet plures Confessores? Respondeo posse, quia secundùm Conc. Trid. vt audiat confessiones, satis est habere approbationem. Ita in terminis Henriquez *de pœnit. lib. 3. c. 6. num. 3. in principio*, Petr. Ledesm. *tom. 1. tit. de Sacram. pœnit. cap 13. dub. 7. vers. ad hanc difficultatem*. Rodriquez *in additionibus ad §. 9. fol. 46. pag 2. vers. lo segundo digo*, ex Conc. Trident. *sess. 23. cap. 15. de reformat.* ibi, *Nisi habeat aut Parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneus iudicetur*. Ex quibus verbis apparet, vt possit eligi ab habente Bullam, vel aliud priuilegium eligendi Confessorem, satis esse, quòd ad Episcopo idoneus iudicetur, vt etiam docent Gutier. *in quæst. canonic. lib. 1. c. 27. num. 22.* & Cano, quem referens, sequitur.

45. Item dicendum putat Rodriquez *ibi fol. 47. pag. 2. vers. a esta duda*, de parocho habente parochiale beneficium, illúdque cum simplici permutante, nihilominus adhuc posse eligi per Bullam, aut priuilegium ad audiendum confessiones: sed non posse opinor verius, quia approbatus ad tempus certum, eo elapso eligi non potest: ergo dimisso beneficio parochiali, eo ipso non censetur approbatus, cùm iam non habeat beneficium, nec sufficit habuisse; sed requiritur, quòd actu habeat,

Henriquez *lib. 3. de pœnitentia, cap. 6. num. 3.* Suar. *de pœnit. disp. 28. sect. 4. num. 20. fol. 634* Hispaniarum Primas *supra cap. 9. dub. 3. num. 8. ad finem*, & alij quos sequitur P. Fagundez *p. 2. lib. 7. cap. 2. n. 38.*

Non tamen inde colligas habentem beneficium parochiale posse vbique locorum eligi ad audiendas confessiones extra Diœcesim, vbi habet beneficium, quamuis id doceat P. Franciscus Suarius *de pœnitentia, disp. 28. sect. 4. num. 18. in 1. edit.* Viualdus *in Candelabro, vbi de confess. num. 27. conclus. 1.* Henriquez *lib. 3. de pœnit. cap. 6. num. 8. ad finem, & num. 7. in principio*, & Toletus *lib. 3. summa, cap. 13. num. 6.* Sed minus bene dictum puta; quia virtute Iubilæi debet eligi Confessarius approbatus ab Ordinario ipsius pœnitentis; igitur & Parochus non potest eligi extra Diœcesim, vbi non est approbatus, & vbi non habet Parochiam; ita Gutier. *lib. 1. Canon. cap. 27. num. 21.* probatur ex responsione Congregationis Cardinalium per hæc verba, ibi, *An obtinens Parochiale beneficium, vbique censendus sit idoneus absque alia Episcoporum approbatione; ita quòd audire possit confessiones eorum, qui habent consensum suorum Parochorum? Congregatio respondit non posse*. Ex quo patet certum esse non posse Parochum eligi virtute Iubilæi extra Diœcesim, in qua est Parochus: sicut nequit audire oues alterius Episcopatus, qui non habet approbationem ab Episcopo illius, Gutier. supra *dicto cap. 27. num. 21.* vt censuit Congregatio, cuius meminit ipse Suarius *d. disp. 28 sect. 4. num. 17.* 46.

Sed dubium assurgit, an Confessor approbatus ad audiendas confessiones hominum possit eligi virtute Iubilæi à fœminis? Dico primò approbatum ad annum vnum duntaxat, eo transacto non posse eligi, neque ab hominibus: censetur enim reuocata facultas. Ita Ledesm. *de sacrament. Pœnit. cap. 13. vers. dub. 10.* Henriquez *lib. 6. cap 6. num. 3. & 7. in fin.* Dico secundò approbatum ad audiendos homines, non posse eligi à fœminis virtute Bullæ, vel Iubilæi. Ita Rodrig. *in summa, verb. confessor, cap. 6. num. 4. ad fin.* quod etiam tanquam probabile defendit Ledesm. *tom. 1. de sacram. Pœnitent. cap. 13. vers. dubio 8.* & videntur tenere Soarez *de pœnitent. disp. 28. sect. 7. num. 3. & num. 19. ad finem.* & Ægidius *de Sacrament. tom. 2. disput. 8. num. 56.* nec obstat si dicas cum Sanchez *lib. 8. de matrimon. disputat. 34. num. 16.* hunc sic approbatum ad audiendos homines duntaxat, posse expedire dispensationes concessas tam hominibus, quàm fœminis, si sit Doctor in Theologia, vel in decreto Pontificio, quia est quid omnino diuersum dispensare semel, aut bis in vita, aut audire quotidie confessiones fœminarum virtute Bullæ, aut priuilegij. Vnde non admittendus est Henriquez *lib. 6. cap. 6. num. 8.* dicens approbatum ad hominum confessiones audiendas duntaxat, esse eligibilem a fœminis virtute Bullæ, aut alterius priuilegij concedentis ad eligendum Confessorem facultatem: & à fortiori est reiicienda opinio dicentium hunc ita limitatè approbatum, nec à fœminis, neque à masculis esse eligibilem virtute alicuius priuilegij, referente Sanchez *d. num. 16.* 47.

An verò Confessor eligendus debeat esse vnicus, an possint eligi plures, quorum alter absoluat à reseruatis, alter verò vota commutet? Respondeo, durante tempore Bullæ, seu Iubilæi, posse pœnitentem absolui ab vno à reseruatis, agere que eum altero circa commutationem votorum, 48.

neque obſtat hæc varietas Confeſſorum, quia omnes, qui ad hos effectus aſſumuntur, efficiunt vnum, integrumque confeſſionis miniſtrum, à quo directè omnia illa peccata abſolui, & vota commutari poſſunt, vſque ad tempus Iubilæi incluſiuè facta. Ita Henriquez *de indulgentiis cap. 10. num. 7.* Suarez *lib. 4. de pœnit. diſp. 31. ſect. 4. num. 21.* & Sanchez *de matrim. lib. 8. diſ. 15. num. 17. ad fin.* dicens eam diſtinctionem eſſe quaſi materialem, complereque vnum miniſtrum formaliter.

49. Iam verò ſe offert illa quæſtiuncula, an Profeſſor publicus iuris Canonici, aut Doctor Theologus poſſint eligi virtute Iubilæi ad audiendas confeſſiones abſque aliquo alio examine? Pars affirmans ex eo apparet, quia Doctores non ſunt iterum examinandi, & cenſentur idonei ad collationem beneficij, & ad recipiendos Ordines, quamuis non examinentur, gloſſ. *verb. ignota. in cap. de Petro, 47. diſt.* per quem textum idem docet Abbas *in cap. conſtitutus el 2. num. 4. de appellat.* Petrus de Snaul *in tract. de Doctoribus 4. p. quæſt. 28.* & Bellamera *deciſ. 667.* Paulus Fuſcus *de viſitat. lib. 2. cap. 29. num. 15.* & Ceued. *ad Decretum, collect. 15. num. 3.* vbi volunt, Doctores, & graduatos notoriè doctos promoueri poſſe abſque examine, præſertim in famoſa ſi fuerint Vniuerſitate graduati; ex quo maiorem præſumuntur habere ſcientiam, ſequitur Corduba *in ſuo quæſt. quæſt. 16.* fieret enim Doctoribus, & graduatis, & Vniuerſitati, quæ illos iudicauit doctos, iniuria. Vnde quando Pontifex pro graduato ſcribit, nunquam iubet inquiri de idoneitate, neque examinari illum, ſecus quando ſcribit pro aliis, Rebuff. *in praxi tit. de reſcriptis in forma pauper. pro graduat. num. 3.* Staphil. *de litteris gratiæ in 10 forma expect. num. 8.*

Pars tamen negans Doctores ſine examine poſſe eligi virtute Iubilæi eſt certa, & vera. Henriquez *lib. 6. cap. 6. num. 2.* Suarez *de pœnitentia diſp. 28. ſect. 4. num. 3.* Sanchez *de matrimonio lib. 8. diſp. 34. num. 15. verſ. Atque meritò*, & Ceuall. *contra communem tom. 1. quæſt. 302. num. 17. in fine.* Nam, vt poſſint audire confeſſiones, debent habere vel beneficium Parochiale, vel ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut aliàs idoneos ab eiſdem Epiſcopis iudicari, ſecundùm Concilium Tridentinum *ſeſſ. 23. cap. 15.* Probatur à ſimili, quia huiuſmodi Doctores non poſſunt Parochiales Eccleſias conſequi abſque examine, Flamin. *de reſignat. lib. 8. quæſt. 9. n. 8. & 9.* Proſper de Auguſtino *in addit. ad Quarantam in ſumma Bullarij verb. Parochialium beneficiorum collatio. quæſt. 1.* Gonzal. *ad regulam octauam Cancell. gloſſ. 4. à num. 86. ad numerum. 90.* Nicol. Garci. *de benefic. part. 9. cap. 2. num. 113.* Leſſius *de iuſtitia lib. 2. cap. 34. num. 82.* & Marcus Anton. Genuenſ. *in praxi Archiepiſc. Curiæ Neapol. cap. 65. num. 1. ad finem*, vbi concludunt, Doctores tam in Theologia, quàm in iure Canonico, & Licentiatos in publica Vniuerſitate graduatos non excuſari ab examine, dum petunt prouideri de aliqua Eccleſia Parochiali; ſicque deciſum fuiſſe à Sacra Cardinalium Congregatione, refert Garcia ſuprà *à num. 103.* Ergo in noſtro caſu idem dicendum eſt non poſſe eligi virtute Iubilæi abſque approbatione Ordinarij, aut licentia illius, vt etiam vult Sapientiſſimus Hiſpaniarum Primas *in ſuo libello de Iubilæo cap. 9. num. 6. & in cap. de Petro, diſt. 37. num. 6.* aliàs non poterunt confeſſiones audire.

50. Requiratur ne confeſſio ad Iubilæum conſequendum quando quis non eſt reus mortalis culpæ, dixi ſuprà *diſp. 5. n. 19.* ideo nunc paucis dico rurſus neceſſariam eſſe confeſſionem in re, eo quia confeſſio in Iubilæo hoc præcipitur tanquam conditio, & opus ex præſcriptis operibus iniunctum, ita Bellarm. *de indulgentiis c. 13. verſ. tertia quæſtio*, Suar. *de pœnit. diſp. 52. ſect. 3. num. 4. & ſequent.* & Rutilius *de anno Iubilæi lib. 5. cap. 15. dub. 4. 5. verùm*, qui loquuntur de pœnitente habente conſcientiam mortalis alicuius, nec ſufficere contritionem, præſertim cùm præcipiatur ſuſceptio Euchariſtiæ, quæ recipi non poteſt, niſi præmiſſa confeſſione ſecundùm Concilium Tridentinum *ſeſſ. 13. cap. 7.* & textum *in cap. quotidie, c. qui ſceleratè, cap. panem, de Conſecratione diſt. 2.*

Quinimo quamuis non habeat pœnitens niſi venialia, tutius, & verius eſt, teneri confeſſionem facere de venialibus, vt ſupponit Sotus *in 4. diſt. 21. quæſt. 2. art. 3. col. 5.* Villalob. *in ſumma tract. 26. diffic. 24. n. 11.* & Sanchez *lib. 8. de matrimonio diſp. 15. n. 19.* quòd ſi non fateatur omnino, quia non habet niſi venialia, eſto probabile ſit hunc lucrari Iubilæum; verius eſt non lucrari, Sanchez *ſuprà*, quoniam Pontifex in hoc caſu poteſt obligare ad confeſſionem venialium, vt dixi *ſuprà*, & tradit Rutilius *de anno Iubilæi lib. 5. cap. 15. dub. 6. ad medium.* Sed de his infrà *num. 72.*

51. Sed quæres, an per confeſſionem informem acquiratur Iubilæus, ſeu indulgentia pleniſſima? Vt autem res intelligatur, ſciendum eſt præceptum diuinum confeſſionis adimpleri per confeſſionem validam, non autem per inualidam; per confeſſionem autem informem, quam graues Auctores admittunt, validam quidem, non tamen formatam gratia, impleri præceptum diuinum confeſſionis, quo ad ſubſtantiam actus. Hoc poſito eſt probabile pœnitentem per confeſſionem informem, ſublato poſtea obice, conſequi Iubilæum, Paludanus *diſt. 20. quæſt. 4.* Syluest. *verb indulgentia §. 7. verſ. 3. num 32.* & alij, quibus accedit Henriquez *lib. 7. cap. 9. num. 3. & in commento littera H.*

Contrarium eſt probabilius, ex eo quòd Iubilæus non indulgetur, niſi verè contritis, & confeſſis, quæ eſt conditio requiſita, ſub qua conceditur indulgentia, & ea effectu illius non acquiritur, ita Suar. *de pœnitentia, diſp. 52. ſect. 2. num. 12.* Ægidius *diſp. 2. num. 37. verſ. putant*, & Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 7. cap. vltim. num. 168. & ſequent.* quod etiam priùs docuit Nauarrus *de Iubilæo notab. 17. num. 2. & 3. & notab. 31. n. 29. verſ. decimaoctaua, ad finem.* Illud tamen certum eſt quando adimpletur vltimum opus iniunctum à concedente, ſi cupiens lucrari fuerit in gratia, non priuari indulgentia, vt ſuprà *de indulgentiis diſp. 4. §. 3. num. 39. & diſp. 5. num. 20.*

52. Indubitabile etiam eſt per confeſſionem irritam ex aliquo capite non poſſe pœnitentes abſolui à reſeruatis, quia per illam reſeruatio non fuit ſublata, ita Graffis *conſ. 13. de pœnit. & remiſſ.* Ratio, quia reſeruatio non conceditur auferri, niſi per ordinem ad indulgentias: igitur manet reſeruatio, dummodo confeſſio inualida non fuerit facta apud Superiorem pœnitentis, prout volunt Rodericus *in explicatione Bullæ §. 9. num. 97.* & Alcoc. *in ſumma cap. 12.* Secus ſi confeſſio facta fuit ſuperiori: tunc enim, quamuis fuerit inualida, tollitur reſeruatio. Henriq.

de

de indulgentiis, lib. 7. cap. 11. & ante lib. 3. de pœnitentia, cap. 16. Caietan. *verb. casus reseruatus,* Syluester *verb. confessio. 1. quæst. 19.* ibi, *etiam si confessio fuisset ficta*; & eodem modo loquitur Antoninus 3. *part. tit. 14 cap. 19. §. 17.* Fundamentum, quia ex quo subditus sæcularis comparuit coram Episcopo, & Regularis coram suo Prælato, illique aperiunt peccata reseruata, & Superiores applicant remedia, censetur sublata reseruatio à Superioribus per absolutionem etiam inualidam; modò nullus defectus detur circa confessionem ipsorum reseruatorum, Suarius *lib. 4. de pœnitentia, disp. 31. sect. 4. num. 9.* atque ita quando defectus est in integritate alicuius reseruati, non tollitur reseruatio; quoniam pœnitens sufficienter non comparuit coram superiore.

Contrà verò quando confessio fuit informis, quamuis secundùm communiorem pœnitens non maneat in gratia per opera ita facta, nec sublato impedimento peccati lucretur indulgentias; nihilominus per eam confessionem pœnitens consequitur reliquos fauores Iubilæi, hoc est, absolutionem à reseruatis, & à censuris, & votorum commutationem, hæc enim sunt valida. Suarez *d. disp. 52. sect. 3. n. 16.* Ægidius *de Sacramentis, tom. 2. disp. 8. n. 91. & 92.* Reginaldus *lib. 7. cap. vlt. n. 182.* Villalob. *in summa. tract. 26. diffic. 13. num. 8.*

53. Quæ verò facultas sit Confessario virtute Iubilæi circa casus Bullæ Cœnæ, dicendum est constare ex litteris huius Iubilæi posse absoluere ab omnibus censuris, & casibus reseruatis non solùm Episcopis, sed etiam Romano Pontifici tam in Bulla Cœnæ, quàm extra illam contentis, ibi, *quomodocumque reseruatis.*

54. Ex qua dictione, *quomodocumque reseruatis*, oritur nodosa quæstio, an possit absolui hæreticus externus virtute Iubilæi huius? Negant communiter Doctores, quia in facultate absoluendi ab omnibus in Bulla Cœnæ contentis non extenditur ad casum hæresis per regulam in concessione generali, *cap. in generali, de regul. iur. in 6.* vbi gloss. & habetur *in c. frater noster. 19. quæst. 1.* quam partem docent, Azor *tom. 1. instit. lib 8. cap. 10. quæst. 12. & cap. 19. quæst. 2.* Ceuall. *in commun. opin. tom. 3. q 802. num. 67.* Gutier. *quæst. canon. lib. 1. cap. 13. num. 26.* Henriq *lib. 3. de pœnis. cap. 16. num. 2.* Couarr. *in cap. Alma mater, de sentent. excommun. in 6. 1. part. §. 11. num. 15. vers. ego sanè contrariam,* Nauar *in manuali, cap. 27. num. 274. §. decimoquarto,* Florentinus 3. *part. tit. 24 cap. 77. n. 1.* Graffis *lib. 4. decis. cap. 15. num. 25.* Viualdus *in Candelab. de absolutione Bullæ Cœnæ, n. 17. §. quarta sit conclusio. fol. 138. pag. 1.* & Sanch. *lib. 2. in præcepta Decalogi, cap. 12. num* 10. Iuuat stylus Curiæ non comprehendens casum hæresis sub amplissima potestate absoluendi.

Pars affirmans placet Soto *in 4. dist. 22. quæst. 2. art. 3. post quintam conclusionem in primo casu Cœnæ, in fine*, dicenti posse hæreticum absolui virtute Iubilæi, aut Bullæ Cruciatæ concedentis casus Cœnæ, etiamsi non fiat expressa mentio hæresis, sequitur Cordub. *in summa, quæst. 8. fine*, quando hæresis est occulta per accidens, Penna *in directorio Inquisitorum comment. 25.* Frechill. *de excommunicatione 1. art. 4. part. num. 7. 1. dubio,* Zerola *in praxi Episcopali, verb. absolutio, in 1. part. §. 5. & in 2. p. eodem verb. §. 8* Lorca 2. 2. *disp. 45. num. 13.* Farinac. *de hæres. quæst. 192. num. 63.* idem verum putat Reginaldus *in praxi, lib. 8. num. 53. in fine*, & Suarez *tom. 5. de censuris, disp. 7. sect. 5. num. 13.* opinatur probabile, ex ea ratione, quia casus Bullæ Cœnæ omnes æqualiter sunt reseruati: vnde vniuersalis facultas absoluendi omnes comprehendit, quando concedens nihil distinguit: fauet Cardinal. Tusch. *tom. 2. lit. D. conclus. 488.* vbi vult dispositionem generalem generaliter etiam intelligendam, & comprehendere omnes casus, etiam si in vno sit maior ratio, quàm in alio, *l. 1. §. quod autem. ff. de aleat. l. in fraudem, in fine,* & ibi Baldus *ff. de testam. milit.* Aymon *cons. 92. num. 4.* Quinetiam includit dispositio generalis casus quoque priuilegiatos per dictam legem, *in fraudem, §. final.* Confert priuilegium concedens facultatem absoluendi esse fauorabile, neque obstare foro externo, cùm facultas absoluendi pro foro tantùm animæ indulgeatur, ideo debet extendi. Item quia in similibus concessionibus interdum aliqua excipiuntur præter hæresim, vt in nostro hoc Iubilæo excipiuntur, ne scilicet absoluantur ab aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quoquo modo contracta; item ne liberentur à votis Religionis, & Castitatis: igitur potest extendi ad casum hæresis facultas absoluendi ad hæresi, & firmari respectu illius, & regula casus exceptus firmat regulam in contrarium, *l. nam quod liquidè, § final. ff. de penu legat. cap. 2. de coniugio leprosor.* Valasc. *consult. 45. num. 1. in fine*, Farin. *in praxi crimin. part. 4. cons. 65. num. 74.*

Ex his duabus opinionibus prior, absolutè loquendo, est omninò certa; posterior autem propter auctoritatem tot auctorum est probabilis, & propter verba quibus in hoc Iubilæo fit facultas à Pontifice, vt absoluatur ab omnibus quomodocumque reseruatis, est vera. Verba autem sic se habent: *Vniuersis, & singulis vtriusque sexus tam laicis, quam Ecclesiasticis, & Regularibus cuiusuis Ordinis, Congregationis, & instituti licentiam concedimus, & facultatem damus, vt sibi ad hunc effectum possint eligere Confessarium ex approbatis à locorum Ordinariis, qui eos ab omnibus excommunicationis, suspensio-* 55.
nis, & aliis Ecclesiasticis sententiis, &c. nec non ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis, quantumuis grauibus, & enormibus etiam locorum Ordinariis, siue Nobis, & Sedi Apostolicæ etiam in litteris die Cœnæ Domini legi solitis, contentis, &c. Quomodocumque reseruatis in foro conscientiæ, & hac vice tantum absoluere, & liberare valeant.

Per quæ verba potest dici in præsenti Iubilæo fieri facultatem absoluendi hæreticũ occultum in foro conscientiæ duntaxat, nam in primis conceditur facultas absoluẽdi ab omnibus casibus Bullæ Cœnæ. quæ dictio, *ab omnibus*, est vniuersalis, & pronunciata ab homine nõ recipit restrictionem; sed omnia comprehendit, qui enim omne dicit, nihil excipit, per legem *Iulianus, ff. de legat. 3. l. hoc articulo, ff. de hæred. instit.* Bart. *in l. generali, §. vxori, ff. de vsufructu legato.* Vnde quamuis in legato generali res venales non contineantur, prout habetur *in d. §. vxori*, nihilominus si in legato dicatur de omnibus, res venales comprehenduntur, Decius *cons. 299. col. 2.* Ruinus *cons 78. col. penult. vol. 1.* Roland. *tom. 4. cons. 85. num 49. & 50. & tom. 3. cons. 54. num. 39.* dicens dictiones vniuersales non posse restringi etiam in materia odiosa, cùm secundùm significatum suum sint ampliatiuæ, & in materia restringibili nunquam excluditur larga interpretatio, quæ ex proprietate verborum descendit, Aretinus *in l. cum de lege, ff. de testamentis.* Socin. *cons. 297.* & alij, quos Rolandus ibi sequitur.

Iuuat Tiraquel. *de retractu fol. 78. num. 29.* Bene-

dictus *in c. Raynutius, de testam. in verb. cætera bona,* dicentes dispositiones vniuersales positas in dispositione hominis, nihil excludere, sed omnia comprehendere; & ideo si quis donet omnia sua bona mobilia, & immobilia, censetur omnia iura, & actiones donare, ob dictionem, *omnia,* Rolandus *d. conf.54. à num.39.* Menoch. *conf.282. à num.12.& conf.312.num.4.* Cùm ergo in hoc Iubilæo adsit clausula, vt possit absolui ab omnibus casibus Bullæ Cœnæ, & sit dispositio ab homine, debet comprehendere etiam casum hæresis, cùm non excipiat Iubilæus, nisi dispensationem in irregularitate, & dispensationem in duobus votis, castitatis scilicet, & Religionis, argumento Principis reseruantis sibi aliqua regalia iura in specie in aliqua concessione, censetur concessisse cætera reseruata, ita Paris. *conf.8. num.7. & conf.9.num.11.lib.1.* Decius *conf.403.n.6.* Menoch. *conf.20. num. 27. & de præsumpt. lib.3. quæst. 97. à num.35.* Surd. *conf.210.num.19.* & alij, quos referens sequitur Mastril. *de Magistratibus, lib. 1. cap. 14. num. 10. vers. limita modo, & cap. 15. numer. 5. & cap.16.* quibus in locis probat Principem dum sibi reseruat aliqua de regalibus, ac reseruatis in specie nominata, cætera eiusdem conditionis, ac reseruationis voluisse transferre, ex ea ratione, quia exceptio facta à Principe non est superflua: sic etiam in nostro casu, cùm in hoc Iubilæo Pontifex omnes casus Bullæ Cœnæ quomodocumque reseruatos cōcessisset absolui, & sibi duntaxat irregularitates, inhabilitates, & bota castitatis, & Religionis reseruasset; cætera reseruata censetur concessisse, vt in specie vota præcitatos tradunt Albetanus *de Sacramentis, p.3.c.11.n.9. in fine,* & Graff. *decis. lib.4.c.15.n.25.* quorum primus fuit Romanus, & Graff. Pœnitentiarius maior Neapoli, quibus accedit Ægidius *de Sacramentis, disp. 14. dub.16.num.147.* nec non Emmanuel de Sà *de casibus Bullæ Cœnæ, num.18. verb. excommunicatio Bullæ,* per hæc verba: *Concessis casibus huius Bullæ, an intelligatur concessus casus hæresis, probabiliter affirmant alij, alij negant: vtrumque probabile.*

Iam verò si consideretur vis huius dictionis, *quomodocumque reseruatis,* non est dubium comprehendi sub illa dictione casum hæresis. Nam dictiu illa *quomodocumque,* seu *quomodolibet,* in materia reuocationis est adeò prægnans, vt importet omnem modum directè, vel indirectè reuocandi, *Clementina, si summus, de sentent. excommunic.* Quocirca si adiungatur hæc dictio facultati absoluendi ab omnibus reseruatis, potest absolui pœnitens ab omnibus, nullo excepto, eo quòd, *quomodolibet,* operatur vltra expressa, vt bene notat Angelus *in l. quod si nolit, §. si quid ita, ff. de ædilitio edicto,* glossa *in Clementina 1. de re iudicata,* Menochius *6. remed. recuper. à num. 12.* vbi ait verbum *quomodolibet,* omnes casus comprehendere, probat glossa ex textu *in l. omnes, in verb. quaslibet, Cod. de quadr. præscriptione.* Cùm igitur dictio *quomodocumque* idem, & aliquid amplius importet, quàm verbum *quomodolibet,* fatendum est Confessarium vigore huius Iubilæi posse absoluere ab omnibus casibus sine vlla limitatione. faciunt tradita à Menochio *conf.282.num.14.* dicente verbum, *quomodocumque,* comprehendere omnia, & quæcumque, quæ alicui competere possunt, *& conf. 348. num.19.* vbi quouis modo, seu quomodocumque, significare omnes modos, & includere multo maiores modos expressis, vt habetur *in l. quidam §. 1. & ibi* gloss. *ff. de fideicomm. libert.* Ruinus *conf.123. num.10.* gloss. *in Clementina 1. de elect.* & Menoch. *d. conf.348. num.19.* Quare cùm in hoc Iubilæo fiat facultas absoluendi ab omnibus casibus Bullæ Cœnæ quomodocumque reseruatis; sequitur extendi facultatem ad casum hæresis, eo quia indultum Principis latè est accipiendum, præsertim quando continet fauorem animæ, *cap. quamuis plenissima, de præbendis, lib.6.*

Item quia hæresis licèt sit grauissimum crimen, non habet specialem rationem reseruationis diuersam ab aliis casibus Bullæ, cùm eodem modo reseruetur, sicut alia peccata; igitur qui potest absoluere ab aliis reseruatis Bullæ Cœnæ, poterit etiam ab hæresi. Confirmatur, eo quòd percutiens Clericum in minoribus, potest absolui virtute Iubilæi; sicut etiam potest absolui percutiens Episcopum, & Patriarcham: igitur qui potest absolui à cæteris casibus Bullæ, poterit etiam absolui ab hæresi pro foro conscientiæ; longè enim percussio Episcopi excedit prauitatem, quæ reperitur in percusso Clerico in minoribus: proinde quamuis prauitas reperta in hæresi valde superet malitiam cæterorum, quæ continentur in Bulla; nihilominus quando expresè casus hæresis non excipitur, potest ab illa absoluere, qui potest à cæteris Bullæ; quandoquidem, qui non excipit casum hæresis, videtur concedere, quia si vellet excipere, expressisset; sicut expressit postea Gregorius XV. in suo Iubilæo concesso anno Domini 1621. 16. Kal. Aprilis, Pontificatus sui Anno primo, his verbis: *Hæreticis, aut schismaticis specialiter declaratis, seu condemnatis nullo modo suffragari.* Ex quibus verbis planè deducitur cæteris hæreticis, & schismaticis specialiter non declaratis, nec condemnatis voluisse suffragari in foro conscientiæ tantùm; non autem in foro externo suffragari illum Iubilæum: at verò in nostro Iubilæo, cùm non excipiatur casus hæresis externæ, videtur concessus in foro tantùm conscientiæ; non autem in foro contentioso. fauet Concilium Tridentinum *sess.24. c.6.* faciens Episcopo facultatem absoluendi subditos ab hæresi occulta per semetipsum: igitur quod semper est concessum Episcopis, nullum est inconueniens, quod semel in vita, seu raò, vt est, quando Iubilæus conceditur, talis facultas Confessoribus indulgeatur.

Secus dicendum puto, quando quis absoluitur 56.
semel in vita virtute Bullæ Cruciatæ, quæ cùm sit quasi perpetua in Hispania, non potest hæreticus occultus absolui virtute Bullæ, quia derogaretur integerrimo sancti Officij Prætorio, & fortè occasio oriretur faciliùs in hanc omnium pessimam foueam relabendi. Ita communiter Doctores negatiuè respondent, quando virtute Bullæ hæc quæstio excitatur in fauorē fidei orthodoxæ, nisi expresè casus hæresis fortè concedatur. Henriq. *lib. 3. de pœnitentia, c.16.n.2.* Fr. Manuel Rodrig. *in explicatione Bullæ, §.9.num.70. & in additionibus ad eundem §.n.66.* & Acosta Canonicus Eborensis *in explicatione Cruciatæ, quæst.59. & quæst.60.* vbi negat hanc potestatem virtute Bullæ, tam Confessariis, quàm pœnitentibus posse absolui, & absoluere, sequitur Sanchez *in præcepta Decalogi, lib. 2. cap.12.num.10. vers. At tanquam certissimum tenendum est,* vbi meminit constitutionis Gregorij XIII. quam ad verbum refert Manuel *in additionibus ad Bullam, §.9. num.66.* quod insuper clariùs constat ex Bulla Cruciata, quæ publicata fuit in hoc Regno anno de 1610. in qua expresè decernitur, non posse Confessarios virtute Bullæ absoluere

absoluere ab hæresi; quod etiam volunt Azor *instit. moral. tom. 1. lib. 8. cap. 10. quæst. 12. & cap. 19. quæst. 2.* & Auila *de censuris 2. part. c. 7. disp. 1. dub. 7. conclus. 2.* cum aliis.

Au verò schismatici, & fautores hæreticorum, qui non sunt hæretici, possint absolui virtute Cruciatæ? Negat Fr. Manuel *in expositione Bullæ, §. 9. num. 66. vers. excepto, fol. 113. & in additionibus ad §. 9. num. 66.* addens nec legentes libros prohibitos posse absolui virtute Bullæ, neque eos retinentes. Ratio illius, quia sub hæresis casu comprehenduntur hi omnes; & in additionibus *ad §. 9. num. 66.* fatetur non comprehendi formaliter, sub hæresi; sed ideo non posse absolui, quia per constitutionem quandam Summi Pontificis sunt hi casus censoribus fidei orthodoxæ reseruati. At Henriquez *lib. 3. de pœnit. cap. 16. num. 2.* solùm excipit casum hæresis non posse absolui virtute Bullæ, nisi quando expressè declaratur; quoniam generalis commissio non extenditur ad illa, quæ non solent in speciali concedi; subdítque ibi: à cæteris casibus in Cœna Dumini reseruatis Bullam, & Iubilæum concedere absolutionem semel in vita. sic Henriquez *d. num. 2. & in comment. littera L.* adiungit sequentia verba: *Quare de se videtur absolui posse etiam schismaticos, & fautores hæreticorum, qui non sunt hæretici.* Nam exceptio firmat regulam in casibus non exceptis, *l. quæsitum. §. Idem respondit domo instructa. ff. de fund. instr. & instrum. legat. & l. nam quod liquida, §. vlt. de penu legat.* Ergo excepto casu hæresis, cæteri reseruati Summo Pontifici possunt virtute Bullæ absolui, excepta conspiratione contra Summum Pontificem, & falsificatione litterarum Apostolicarum, & exceptis aliis, de quibus fit meutio in Bulla Cruciatæ, quam oportet legere.

58. Illud etiam certum credo, transacto tempore Iubilæi posse Confessorem absoluere pœnitentem à censuris, & casibus reseruatis oblitis in confessione. Ita Henriquez *de indulgentiis, cap. 11. num. 4 & de pœnit. cap. 16. num. 5.* Sanchez *lib 8. de matrim. disp. 15. num. 16.* quia generalis absolutio virtute priuilegij facta extenditur ad oblita. Henriquez *lib. 4. de irregularitate, cap. 17. num. 4. ad finem.* Nauarr. *in summa, c. 26. num. 13.* & Sayr. *in thesauro casuum, tom. 1. lib. 7. cap. 14. num. 8. & 9.* nam per eam absolutionem sublata fuit reseruatio, quoad oblita.

59. Item illud notatu est dignissimum quòd si intra tempus, quo Bulla, seu Iudilæus durat, causa incipit tractari, posse perduci ad finem etiam post elapsum tempus. Vnde si quis durante Bulla, aut Iubilæo incipiat confiteri, nec confessio finiatur, nisi post tempus iam exactum, potest pœnitens absolui perinde, ac si Inbilæus duraret, dummodo præstiterit præscripta in Iubilæo, quia est beneficium Principis, putat Henriquez *de indulgentiis, cap. 11. num. 3. & cap. 20. num. 2.* Ex ea ratione, quòd iurisdictio semel inchoata, & re non integra, non cessat, donec causa finiatur etiam post tempus exactum, Anton. Gabriel *tom. 2. tit. de præbendis, conclus. 1. §. 35. & 41.* & alij, quos refert *ibi* Henriquez *d. cap. 11. littera H,* & beneficium Principis debet extendi, textus *in cap. olim, de verbor. signific.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. quæst. 103. num. 31.* Valascus *consult. 58. num. 11.* Burgos de Pace *cons. 25. num. 7.* & Sanchez *de matrimonio, lib. 8. disp. 1. num. 4.* & Henriquez *d. cap. 20. num. 2.* Cùm ergo in Inbilæo, cùm sit beneficium Principis, nec detur præiudicium tertij, latissima interpretatio meritò habeat locum, bene possunt inchoata post tempus elapsum ad finem perduci.

Quid dicendum de cupiente à principio lucrari Iubilæum, & ob id incepit à confessione in eo præscripta, fassusque est de peccatis, & censuris reseruatis, & postea mutata voluntate, vel ex aliqua alia causa, non adimpleuit cætera in Iubilæo contenta, ac cousequenter non fuit lucratus Iubilæi fructum, nec indulgentiam? Responsio sit manere verè absolutum, neque reuiniscere reseruationes. 60. Est communis contra Angles *in floribus 1. part.* vbi de confessione, *quæst 3. art. 5. diffic. 4.* Fr. Manuel *in explicatione Cruciatæ,* refert duas opiniones, primam negatiuam, secundam affirmatiuam, cui subscribit, quæ est Cordubæ *in summa, quæst. 21.* sequitur Henriquez *lib. 6. de pœnit. cap. 16. num. 6. & lib. 7. de indulgentiis, cap. 12. num. 4.* Suarez *tom. 4. de pœnit. disp. 31. sect. 4. num. 5. & tom. 5. de censuris, disp. 7. sect. 5. a num. 30. ad numerum 34.* idem Manuel *in summa, tom. 1. edit. 2. cap. 184. num. 15.* Sà *verb. absolutio, num. 19.* & clariùs *num. 20.* dicens ita: *Absolutio data per Iubilæum, etiam si postea non fiant per illud requisita, valida est.* quibus accedunt Vgolin. *de censuris, tab. 1. c. 10. § 4. n. 4.* Bellarmin. *de indulgentiis, cap. 10. vers. 1.* Sanchez *de matrimonio, lib. 8 disp. 15. num. 20.* idem Suarius *lib. 6. de voto, cap. 16. a num. 7.* fundamentum, quia absolutio fuit data absolutè, & absque vlla conditione de futuro; item absolutio à censuris non fuit data ad reincidentiam: nam quando Pontifex id vult, solet exprimere. Quare sic absolutus verè est talis, & potest conquiescere, dummodo confessio fuerit valida; quòd si fuit inualida ex aliquo 61. capite, tunc non fuit sublata reseruatio, ita Reginaldus *tom. 1. lib. 8. num. 100. fol. 385.* Suarez *lib. 6. de pœnit. disp. 3. sect. 4. num. 4.* dicentibus non tolli reseruationem per confessionem inualidam. Secus si bona fide accedat, & fateatur integrè, & contritus animo perficiendi requisita ad consequendam gratiam. Suar. *de pœnit. disputat. 3. sect. 4. num. 4.*

Vnde fit, vt hæreticus occultus, si accedat ad secretam confessionem fictè, vt absoluatur ab Inquisitore, non maneat absolutus ex defectu contritionis, absolutionémque esse nullam, tradit Suarez *de fide, disp. 21. num. 19.* ex intentione absoluentis, cuius intentio est absoluere hominem fidelem, ac verè conuersum: sequitur Sanchez *lib. 8. de matrimonio, disp. 15. num. 20.* additque, si quando fuit absolutus à reseruatis non intendebat lucrari Iubilæum, non manere liberum à reseruatione, eo quia priuilegia non conceduntur, nisi pro intendentibus lucrari Iubilæum. Sed de his suprà *num. 52.* & Hispaniarum Primas *in tract. de Iubilæo, cap. 10. num. 6. & 7. pag. 170. & 172.*

Quæstionis tamen est, quando hæreticus comparuit fictè, & incontritè coram Inquisitore, & 62. de hæresi per secretam confessionem fassus est de illa apud eundem, quamuis absolutio fuerit nulla, an possit postea absolui à quocumque approbato Confessario? Pars negans probatur à simili ex traditis à Suario *de fide d. disp. 21. num. 19.* Contraria pars ex suprà dictis *num. 52.* est sequenda, vbi dictum est, si tempore Iubilæi pœnitens fateatur Prælato suo incontritè, & sine debita dispositione de reseruatis, & censuris, per eam confessionem tolli omniuo reseruationem, quoniam iam manifestauit Prælato reseruata, vt volunt Caietanus *verb. casus reseruatus,* & Syluester *verb. confessio 1. quæst. 19.* ibi; *etiam si confessio fuisset*

ficta, & eo ipso, quòd comparuit coram superiore, illique manifestauit peccata accipiendo ab eo pœnitentiam, censetur sublata reseruatio à Superiore per absolutionem etiam inualidam, dummodo non detur defectus circa integritatem peccati reseruati, Suarez *lib. 4. de pœnitent. disp.* 31. *sect.* 4. *ex num.* 8. *ad* 10. Quare ad casum hæretici fictè accedentis ad secretam confessionem, vt absoluatur exteriùs, & ita à pœnis in externo foro liberetur, respondet ipse Suarius *d. num.* 19. absolutionem esse inualidam, secundùm mentem absoluentis, qui absoluit sub conditione, si ita est, & ideo non subsistente conditione, non est intentio absoluendi, & ex consequenti non sublata est reseruatio. Non enim sufficienter comparuit faciens fictam confessionem pœnitens detrahendo, vel minuendo de integritate reseruatorum. Reginaldus *lib.* 8. *de sacramentali absolutione, sect.* 2. *ex num.* 60. *cum sequentibus, fol.* 378. *& sequent.* & Rodrig. *tom.* 1. *regul. quæst.* 21. *art.* 7. *in principio*. sed de his suprà *d. num.* 52.

63. Porrò si tempore Quadragesimæ promulgetur Iubilæus, potest acquiri per confessionem aliàs eo tempore debitam, ita Comitolus *resp. moral. lib.* 1. *quæst.* 38. consultus ita respondit; argumento duorum præceptorum in eundem diem incidentium ad ieiunandum, quibus vnus & idem per vnicum ieiunium satisfacit, quamuis alterum sit ieiunium de voto, & alterum pro pœnitentia sacramentali impositum: similiter obligatus ad horas Canonicas ratione Ordinis sacri, & beneficij satisfacit eadem recitatione, Sanchez *in præcepta Decalogi, lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 5. nisi aliud exprimatur esse seruandum in litteris Iubilæi.

64. Quid ergo de pœnitente excommunicato, denunciato nominatim, poterit ne is post satisfactionem partis, & iustitiæ per Iubilæum absolui in vtroque foro absque licentia iudicis excommunicantis? Affirmat Vega *lib.* 5. *casu* 9. post Medinam *in summm lib.* 2. *cap.* 12. sed Rodrig. *in additionibus ad Bullam*, §. 9. *num.* 15. *fol.* 80. non ita omnino concordat, sed cum seruatis seruandis. Et ideo simpliciter dici potest per hunc Iubilæum non prodesse absolutionem pœnitenti pro foro externo, in quo non obstante absolutione pro foro interno potest accusari, ac puniri in foro externo, per glossam *in cap. de iis* 6. *de accusationibus*, ibi: si autem pœnitentiam egisset occultè, quo ad Deum absolutus est. Secundùm quam absolutus in foro pœnitentiali adhuc potest inquiri, & accusari, & puniri in foro fori, Iulius Clarus §. *final. quæst.* 16. *num.* 5. *& quæst.* 57. *num.* 10. Perez *l.* 1. *glossa* 1. *pag.* 207. *in addit. tit.* 8. *lib.* 8. *ordin.* Couarr. *lib.* 2. *vari. cap.* 10. *num.* 3. *& in cap. Alma, part.* 1. §. 11. *num* 16. *& in cap. Raynutius, in princip. num.* 18. *de testamentis*, Gutier. *Canor. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 13. Comitol. *respons. moral. lib.* 6. *quæst.* 6. & Sayro *de censuris, lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 31. quod etiam constat arguitiuè ex litteris huius Iubilæi, ibi, *Neque etiam iis, qui à nobis, & Apostolica Sede, vel ab aliquo Prælato, seu iudice Ecclesiastico excommunicati, suspensi, interdicti, seu aliàs in sententias, & censuras incidisse declarati, vel publicè denuntiati fuerint, nisi infra tempus celebrationis huiusmodi Iubilæi satisfecerint, aut cum partibus concordauerint, vllo modo suffragari posse, aut debere.* Sic ibi.

Dixi *arguitiuè*, quia in eisdem litteris priùs fecit Pontifex facultatem Confessariis absoluendi ab omnibus censuris à iure, vel ab homine quauis causa latis in foro conscientiæ: atque ita in eodem foro idem est intelligendum de excommunicatis denonciatis ad effectum consequendi Iubilæum, si intra tempus illius partibus satisfecerint, aut cum eisdem concordauerint. Nam clausula in fine posita, *vel in quacumque dispositionis parte*, censetur referri ad omnia, *cap. secundò requiris, de appellat.* quando omnium est eadem ratio; vt in nostro casu, ita cum multis tradit Menochius *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 181. *num.* 2. quem sequitur Sanch. *lib.* 8. *de matrimonio, disp.* 16. *num.* 11. *& lib.* 10. *disp.* 17. *num.* 15. Idem habetur in motu Pij Quinti concesso anno Domini 1568. per hæc verba, ibi: *Declarantes insuper tam præsentes, quàm alias quascunque super concessione similium, vel dissimilium indulgentiarum à nobis, & à prædecessoribus nostris hactenus emanatas, & in futurum quomodolibet emanandas litteras Christi fidelibus ipsis, nisi ad earum effectum in foro conscientia, & pœnitentiali consequendum duntaxat, non autem in foro fori, aut contentioso, nisi satisfecerint, nullatenus suffragari.* quam constitutionem refert Vega suprà.

Nihilominus dicendum est absolutionem impensam virtute huius Iubilæi, & similium prodesse in vtroque foro, si fuerit partibus satisfactum, ibi: *Nisi infra tempus celebrationis huiusmodi Iubilæi satisfecerint, aut cum partibus concordauerint.* Ex quibus verbis infertur posse excommunicatos absolui in vtroque foro, si partibus satisfecerint, ita Nauarrus *cons.* 51. *de sentent. excommun.* vbi probat, quòd iudices non tenentur arcere excommunicatos ita absolutos, sequitur Suarez *de censuris, disp.* 7. *sect.* 5. *num.* 20. & Clarius *num.* 46. vbi refert Iubilæum Pij Quinti. Idem sentit Henriquez *de pœnitent. lib.* 1. *c.* 10. *num.* 1. *fol.* 422. *pag.* 2. dicens absolutum ad reincidentiam, si satisfaciat parti antequam rursus incidat, non esse præsentandum iudici, idem Henriquez *de indulgentiis, lib.* 7. *cap.* 13. *num.* 2. *littera V.* post Cordubensem *in summa, quæst.* 20. *punct.* 3.

Nomine enim partis, cui satisfaciendum est, intelligitur creditor; non autem iudex excommunicans, neque eius officiales, & ideo quamuis iudici non satisfiat, bene potest reus absolui, ita Gutier. *in Canon. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 29. post alios Sotus *in* 4. *distinct.* 22 *quæst.* 2. *art.* 3. *pag.* 690. & Vega *lib.* 3. *casu* 30. *&* 178. Nec obstat Couarru. *in dict. cap. Alma, part.* 1. *num.* 15. *fol.* 735. & alij oppositum sentientes, quia loquuntur, quando non satisfit partibus, Rutil. *de anno Iubilæi, lib.* 5. *cap.* 15. *dub.* 19. Confert Concilium Tridentinum *session.* 25. *cap.* 12. *de reformatione*, ibi, *nisi plena restitutione sequuta.* quæ verba idem valent atque satisfacta parte; concordat Suarez *suprà, num.* 20. ex Motu Pij Quinti, in quo satisfacta parte extenditur absolutio ad forum fori. Quinimo quando absolutio fuit data in foro tantùm interiori, absolutè tamen, per illam manet excommunicatus liber in quocumque foro; aut saltem per accidens, non censebitur liber, nec absolutus in foro externo, quandiu non constiterit publicè de illa absolutione in eo foro; quòd si constet, valebit absolutio, nec erit necessaria altera pro foro externo, siue excommunicatio fuerit occulta, siue publica, ita Suarez *suprà num.* 24. addens ex vi illius absolutionis posse hominem se

gerere

gerere in omnibus actibus siue occultis, siue publicis, perinde ac si nulla teneretur censura; deductus tamen post absolutionem ad forum contentiosum in illo ne compellatur petere aliam absolutionem, debet ostendere se fuisse absolutum; aliàs non poterit se gerere publicè deinceps tanquam absolutus, sed coram illis tantùm, quibus de absolutione constat sufficienter, Suar. *num.* 28.

Faciunt tradita per Henriquez *cap.* 27. *de excommunicatione, num.* 5. *per totum, littera S. T. V. & cap.* 28. *num.* 2. *littera O. & P.* vbi ait absolutum pro foro pœnitentiæ, non egere noua absolutione, nisi ad vitandum scandalum, posseque accipi illam absolutionem pro vtroque foro satisfacta parte, si iudex fuerit benignus. Quòd si pars, vel iudex absint, & distent posita pecunia in manu alicuius, recurrat debitor ad Ordinarium præsentem, & per eius directionem absolutus securus esto.

65. Nihilominus adhuc ambigi potest quoad cõsecutionem Iubilæi, quomodu accipiẽda sint verba illa, *Nisi partibus satisfecerint, aut cum illis cõcordauerint*, quandoquidem pœnitentes nequeunt absolui, nisi adimpleta hac conditione satisfaciendi partibus? Dico primò posse absolui, si partes verbo, aut scripto confiteantur sibi fuisse satisfactum: ita Ægidius *de Sacramentis disp.* 14. *dub.* 16. *n.* 249. Dico secundò, quando partes nequeunt satisfacere realiter creditoribus, satis est satisfacere data cautione pignoratitia, aut fideiussoria; sed cautio, seu pignus non sufficiunt vbi requiritur satisfactio realis, *cap. quoniam, de immunitate Ecclesiæ*, & *ibi* Barbos. *in* 6. *num.* 4. *pag.* 347. Attamen hoc loco in casu præsenti satis est dare pignus, vel fideiussorem idoneum, & sufficientem, textus *in lege, si mandato Titij* 59. §. *vltimo, ff. mandati*, Couarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 3. *num.* 6. Quinimò si non possit pœnitens, eo quòd aduena est, aut pauper, fideiussorem; aut pignora inuenire, satisfacit præstita cautione iuratoria, *Authentica Generaliter, Cod. de Episcopis, & clericis*, gloss. *in cap. final. de pœnis in* 6. *verb. & idoneè, & cap. quamquam, de vsuris in* 6 *verb. idoneè, cap. per vestras, de donat. inter vir. & vxor. verb. Quam potest*, vbi Abb. *num.* 5. Iason *l. sancimus, num. final. Cod de verbor. signific.* Angel. *verb. cautio, fin.* Syluestr. *ibi ad finem*, Iulius Clarus *l.* 5 *receptarum.* §. *fin. quæst.* 47. *vers. sed quæro quomodo*, Rolandus *cons.* 43. *num.* 21. *& sequentib. vol.* 2. Stabiturque iuramento dicentis se non habere fideiussorem, *gloss. fin. l.* 1. *ff. qui satisdare cogantur*, Bald. *cons.* 176. *num.* 2. *volum.* 1. Anton. Gomez *l.* 3. *var. cap.* 6. *n.* 17. & Barbos. cum aliis, *l. diuortio* 8. §. *interdum, num.* 26. *ff. soluto matrimonio.* Tunc enim si Confessarius arbitretur pœnitentem adimpleturum iuramentum, poterit absoluere illum, ita Caietanus *in vers. absolutio excommunicationis, cap.* 1. Nauarr. *cap.* 26. *num.* 7. *in fine*, Suar. *de censuris disp.* 7. *sect.* 2. *num.* 40. & Auila *eodem tractatu part.* 2. *cap.* 7. *disp.* 3. *dub.* 8. *conclus.* 1. Si autem Confessarius sufficientem diligentiam non adhibuerit, peccat mortaliter, prout vult Nauarrus *supra.* Quando autem iniuria non est liquida, aut dubitatur de damno illato, sufficit cautionem idoneam dare satisfaciendi postea, Syluester *verb. absolutio* 3. *numer.* 3. iuuat Henriquez *in summa lib.* 7. *cap.* 13. *numer.* 2. *post principium*, & Graffis *decis. lib.* 4. *cap.* 17. *ex numer.* 5.

66. Addendum hoc loco est, si quis absoluatur ab excommunicatione cum obligatione comparendi coram Pontifice, si euaserit ex morte, si postea virtute Iubilæi sit absolutus, excusari à prædicta obligatione: ratio, quia absolutio impensa in articulo mortis tacitè secum fert obligationẽ comparendi coram Pontifice, quando excommunicatio à qua fuit absolutus, erat reseruata Pontifici: at verò absolutio data virtute Iubilæi excludit obligationem comparendi, etiamsi excommunicatio sit reseruata Pontifici, ita Henriquez *lib* 6. *de pœnitentia cap.* 10. *num.* 5. *in commento littera G. in fine*, quem referens sequitur Sanchez *in præcepta Decalogi lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 32.

67. An verò absolutio ab excommunicatione possit impendi extra confessionem in foro conscientiæ, controuersia est? sed affirmans pars est certa, eo, quia Iubilæus non præcipit, vt absolutio excommunicationis impendatur audita confessione: ergo potest impendi extra confessionem, argumento eorum, quæ vult Suarez *tom.* 2. *de Religione, tract. de voto lib.* 6. *cap.* 16. *n.* 4. dicens quando in indulto non decernitur, quòd commutatio fiat in foro pœnitentiali, aut audita confessione satis esse fieri in foro conscientiæ; sequitur in specie Henriquez *lib.* 7. *de indulgentiis cap.* 13. *num.* 2. *versic. At quia*, vbi firmat ex praxi licitum esse absoluere extra confessionem in foro conscientiæ; quod etiam repetit infrà *c.* 30. *n.* 6. *vers. sicut de absolutione à censuris dictum est.*

Sed contrà tradit Nauarrus *in summa cap.* 26. *num.* 31. *& lib.* 1. *cons.* 28. *ad* 4. *quæstion. de sentent. excommunic.* Cordubens. *in summa quæstion.* 19. *&* 187. Manuel Rodr. *in Bulla* §. 9. *num.* 14. *dicto* 5. ex ea ratione, quia in Bulla, vel in Iubilæo, & priuilegiis dici solet pœnitentem posse eligere Confessorem approbatum ab Ordinario, qui audita diligenter confessione eum absoluat à peccatis, & censuris; ergo non extra confessionem, sed intra excommunicatus debet absolui; quæ etiam sententia est Ludouici Lopez 2. *part. instruct.* vbi de clauibus, *cap.* 9. *col.* 9. & Vegæ 2. *tom. summa cap.* 129. *casu* 34. existimandum absolutionem censurarum virtute Bullæ, seu Iubilæi concedi in ordine ab absolutionem peccatorum.

Nihilominus verius est posse absolui à censura pœnitentem extra confessionem sacramentalem; esto dicatur in Bulla, Iubilæo, vel priuilegio, quòd absoluatur pœnitens audita confessione, ita Manuel Rodrig. mutata sententia, *in tomo* 1. *regul. quæst.* 61 *art.* 7. Auil. *de censur.* 2. *part. cap.* 3. *dub.* 13. *fol.* 204 *pag.* 2. §. *Secunda opinio*, post Victoriam, & Pennam, & alios grauissimos Magistros Salmanticenses, quos ibi refert, ac sequitur: accedit Sanchez *lib.* 8. *de matrim. disp.* 15. *num.* 25. *& disp.* 16. *num. vltimo*, posse scilicet dicens absolui à censuris extra confessionem, quamuis dicatur auditis diligenter confessionibus, eo quòd nulla est necessaria connexio inter absolutionem à censuris, & inter absolutionem à peccatis; & illud, *auditis confessionibus*, refertur ad absolutionem à peccatis, ad quam opus est confessione, Henriquez *lib.* 7. *de indulgentiis cap.* 30. *num.* 6. relatus ab eodem Sanchez *vbi proximè, num. vltimo.* Fauet Nauarrus *in summa cap.* 26. *num.* 32. dum ait mortuum cum signis contritionis absque absolutione sacramentali, posse post mortem absolui à censura ab eo, qui in vita habebat facultatem absoluendi à reseruatis Papæ, non autem ab illo, qui id poterat duntaxat in mortis articulo. Vnde infert Reginaldus *tom.* 1. *lib.* 8. *de sacramentali absolutione sect.* 2. *num.* 58. *fol.* 378. bene posse impendi absolutionem

ab

ab excommunicatione extra confeſſionem homini non confeſſo, ſine abſolutione à peccatis, & poſſe vnam abſolutionem ab altera diuidi.

Nec obſtat, quòd facultas abſoluendi à cenſuris videatur tribui, vt prælудium quoddam neceſſarium ad abſolutionem à peccatis; & hæc non datur niſi homini confeſſo, quia ex dictis ſuprà, id non ſemper verum eſt, niſi quando abſolutio à reſeruatis impenditur per modum indulgentiæ conceſſæ confitentibus, vt fit in Iubilæo, quia de mente concedentis requiritur confeſſio valida, nec ſufficit inualida, nec propoſitum confitendi integrè, & in caſu Iubilæi non tollitur reſeruatio ſine vera confeſſione, vt ait Suarez, & alij *tom.4.diſt.31.num.22. ſect.4.* Reginald. *vbi ſuprà num.* 63. quia aliter non ſatisfactum eſt menti concedentis Iubilæum. Non tamen negat Suarez *tom.5.de cenſuris diſt.7.ſect.5.n.37.fol.221.§.quocirca*, poſſe accidere, vt detur per Iubilæum abſolutio à cenſura homini abſque abſolutione à peccatis, manereque liberum à cenſura pœnitentem, verbi gratia, ſi repentè moriatur pœnitens poſt abſolutionem cenſuræ, & ante abſolutionem à peccatis; vel quia voluntate mutata noluit abſolui pœnitens vlteriùs, vel Sacerdos noluit, vel non potuit formam perficere; in quibus caſibus exiſtimat Suarius *citatus*, abſolutionem excommunicationis validam eſſe, & peccata illa iam non manere reſeruata, & poſſe abſolui à quocunque Confeſſario habente iuriſdictionem abſoluendi: quia etiamſi illa abſolutio impendatur in ordine ad abſolutionem à peccatis; nihilominus non impenditur ſub conditione, ſed abſolutè, & ſimpliciter, & ſtatim obtinuit ſuum effectum, ita Suar. concordat Rodriguez in eo qui habet reſeruata ob excommunicationem *dict. art.* 7. Secus dicendum quando pœnitens habet reſeruata duntaxat, quia tunc non tollitur reſeruatio per confeſſionem, & abſolutionem nullam, cùm indulgentia non concedatur, niſi verè pœnitentibus, & verè confitentibus, & abſoluitur pœnitens nulliter non à ſuperiore, ſed à delegato virtute Bullæ, aut Iubilæi, quæ ſententia, quoad reſeruata duntaxat eſt communis Doctorum.

Quin etiam, ſi quis abſoluatur virtute Iubilæi, aut Bullæ facientis poteſtatem abſoluendi à reſeruatis habentibus adiunctas cenſuras, & abſolutio ſit nulla, vel ob defectum contritionis, attritionisve, vel quia malitiosè tacuit peccatorum aliquod, cenſura fuit omnino ablata; ratio, quia Confeſſarius virtute priuilegiorum Mendicantium, ſi ipſe mendicans eſt, vel gaudeat illorum priuilegiis, vel virtute Bullæ, aut Iubilæi poteſt abſoluere à cenſuris extra ſacramentalem confeſſionem, vt tradunt Rodriguez *d.art.* 7. Sà *in ſumma verb. abſolutio ab excommunicatione num.* 1. Auil. *de cenſuris 2. part. cap.* 3. *dub.* 13. poſt alios, quos ibi allegat: igitur abſolutio à cenſuris in noſtro caſu, quando confeſſio fuit nulla, ſi non valuit vt abſolutio ſacramentalis, valebit vti abſolutio extra confeſſionem, iuxta regulam *cap.vnic.de deſponſat. impuber.lib.6.* ſi non valet, quod ago, vt ago, valet, vt valere poteſt. Auferri autem tunc cenſuram volunt Roderic. *d tom.* 1. *quæſt.*21. *art.*7. *ad finem*, & Suarius *de cenſuris diſput.* 7. *ſect.* 5. *numer.* 37. *verſic. quocirca, fol.* 221. Item, quia multoties accidit caſus, in quo neceſſe eſt abſoluere à cenſuris ſtatim, quia eſt dies feſtus ſolemnis, & pœnitens nondum eſt paratus ad confeſſionem incipiendam.

Denique, vt nihil intactum relinquatur, Parochus poteſt abſoluere ab excommunicatione non reſeruata extra confeſſionem, quia eius iuriſdictio eſt ordinaria, Manuel Rodrig. *in Bulla Cruciata* §. 9. poſt Syluestrum *verb.abſolutio* 3. *in principio*, & Auila cum aliis 2. *part. cap.* 7. *diſput.*3. *dub.* 13. *fol.*204. Quinimo ex communi vſu poteſt abſolui etiam extra confeſſionem ligatus minori excommunicatione, eo quòd frequenter incurritur, Auil. *ſuprà, & part.*2. *cap.*6. *diſp.*12. *dub.* 3. §. *tertiò poſt*, Armill. *verb.excommunicatio num.* 20. Syluest. *excommunicatio* 4. §. 1. & *verb. abſolutio* 1. *num.* 3. *caſu* 2.

Quibus autem in caſibus poſſit Confeſſarius tempore Iubilæi differre abſolutionem, & communionem pœnitentibus? Dico primò, quando 68.
pœnitens accedit ad confitendum tempore Iubilæi, fortaſſis in exitu, & Confeſſarius nequeat audire integram confeſſionem ex aliqua cauſa iuſta, & rationabili, poſſe abſoluere pœnitentem à reſeruatis tam peccatis, quàm cenſuris, antequam elabatur tempus Iubilæi, & pro reliquis peccatis differre abſolutionem ad aliud tempus, in quo abſoluatur ab omnibus, quandoquidem prædicta crimina iam non ſunt reſeruata, Henriq. *lib.* 7. *cap.* 11. §. *ſi quis, num.* 3. & probatur, quia iuriſdictio delegati perpetuatur per quemcunque actum cœptum, *cap. licet vndique*, per textum ibi, *ſi iuriſdictione, de officio, & poteſtate iudicis delegati*, & ideo elapſo tempore non expirat iuriſdictio Confeſſarij re non integra, idem Henriquez *lib.*3. *de pœnitentia cap.* 16. *num.* 5. id inſinuat. Sed poſſe perfici confeſſionem poſt tempus elapſum, docent Fr. Manuel *in ſumma verb. Iubilæus cap.*183. *num.*11. *verſ. y ſi vno*, & Vega *in ſumma tom.* 2. *cap.* 7. *verb. indulgentias, caſu* 5. *ad finem*, & apertè conſtat ex *cap. gratum, & cap. relatum, de officio delegati*, vbi, quamuis ſit ſermo de iuriſdictione delegata in foro externo, non ceſſare illam in re non integra; idem dicunt de iuriſdictione fori interni; atque ita non ceſſare iuriſdictionem Confeſſoris, quoad confeſſiones cœptas, ait Palud. *in* 4. *diſt.* 17. *quæſt.*4. *art.*3. *concluſ.* 7. *num.*25. D. Antonin. 3. *part. tit.*17. *cap.*9. *in fine*, & alij, quos referens ſequitur Sanch. *in præcepta Decalogi lib.*2. *cap.*13. *n.*15. & Emmanuel de Sà *verb. indulg.n.*14. *verſ. ſi quis.*

Dico ſecundò, ſi pœnitens accedat ad confeſſionem in penultimo, ſiue vltimo die primæ, vel ſecundæ hebdomadæ, & Confeſſarius cognoſcat, illum omnia in Iubilæo præſcripta adimpleuiſſe in peccato mortali, retenta videlicet domi concubina, poſſe in hoc caſu prorogare Confeſſarium pœnitenti tempus abſolutionis pro aliquo tempore, vt pœnitens à ſe eliminet ruinam cadendi, & ea eliminata, poſſe abſolui, & ſacram Synaxim recipere ad effectum conſequendum, ita reſpondiſſe fertur Pium Quintum, Gregorium XIII. & Sixtum Quintum, viuæ vocis Oraculo interrogatus à Cardinali Toleto Pœnitentiario Sedis Apoſtolicæ, teſte Alphonſo de Vega 2. *part. cap.*7. *verb. indulgentias*, quem referens ſequitur Sapientiſſimus Hiſpaniarum Primas *in tractatu de Iubilæo cap.*10. *num.*39. vbi addit eiuſdem ſententiæ fuiſſe Fr. Iaime de Rebulloſa *in theſauro Eccleſiæ diſcurſu* 11. *pag.*124.

69. Poſſe ne acquiri Iubilæum hunc, & ſimiles pleniſſimos abſque præſidio Bullæ Cruciatæ? Reſponſio eſt affirmatiua, poſſeque ſine illa conſequi fructum Iubilæi, cùm ſit conceſſus non vni, vel alteri loco; ſed vniuerſaliter omnibus fidelibus totius

torius Vniuersi; & colligitur ex traditis à Sancio *in præcepta Decalogi lib. 4. cap. 54. num. 62.* vbi cum Leonardo *lib. 2. de iustitia, cap. 42. dub. 12. num. 60. vers. responderi potest*, opinatur priuilegiis commutandi vota, & absoluendi à reseruatis concessis Religiosis erga sæculares non derogari per Bullas Cruciatæ, nisi expressam, & specificam contineant derogationem. Quam etiam partem sequitur Henriquez *lib. 6. de pœnitentia cap. 16. num. 7. & lib. 7. de indulgentiis cap. 28. num. 7. & in commento litterâ Z.* Igitur Iubilæus plenissimus propter eandem rationem, quòd sit concessus omnibus fidelibus, non suspenditur per Bullam Cruciatæ, per quam suspenduntur vni, vel alteri monasterio, & aliis locis particularibus indulgentiæ datæ, quales sunt, qui visitauerit talem, vel talem Ecclesiam, vel tale, vel tale Monasterium, lucrabitur indulgentiam talem, vel talem, ad quam lucrandam sæculares egent Bullæ Cruciatæ, Sanchez *vbi proximè* post Manuel *tom. 1. de Regularibus quæst. 61. art. 14.*

Attamen multo fortiùs, & clariùs non esse necessariam Bullam Cruciatæ ad acquirendum Iubilæum hunc, & similes, testificantur verba ipsius, quæ sic habent: *Quibus omnibus, & singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, & specifica, & indiuidua, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, aut expressio habenda, vel quauis alia exquisita forma, ad hoc seruanda foret, illorum tenores præsentibus, pro sufficienter expressis, ac formam illorum traditam, pro seruata habentes: hac vice specialiter, & nominatim, & expressè ad effectum præsentium, derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque*, &c.

Ex quibus patet non suspendi per Bullam Cruciatam Iubilæos plenissimos in forma huius præsentis concessos, sed indulgentias, & gratias particularibus Ecclesiis, & Monasteriis indultas: hæ autem suspenduntur per Bullas, non verò priuilegia, & indulta, quæ Religionibus, & familiis regularibus impertiuntur, Sanchez cum aliis *dict. cap. 54. num. 62.* Vnde priuilegia commutandi vota, & in eis dispensandi, & absoluendi à reseruatis concessa Regularibus erga sæculares, nequaquam suspenduntur, & sæculares carentes Bulla possunt accedere ad Religiosos, & Religiosi possunt eos absoluere à reseruatis, & eorum vota commutare, quamuis sæculares non habeant Bullam, quia cùm hæc priuilegia cedant in commune bonum fidelium, & vniuersis Religionibus data sint, vt suspendantur, opus est specifica orentione, non autem sufficiunt verba generalia, ita Leonardus *lib. 2. de iustitia cap. 42. dub. 12. num. 60. vers. responderi potest.* Manuel mutata sententia *in additionibus ad Cruciatam §. 12. num. 4. & tom. 1. regul. quæst. 61. art. 14.* & alij.

70. Quid de nauigantibus, seu itinerantibus, si velint in nauigatione, seu in itinere consequi Iubilæum, quem debeant eligere Confessarium: Ratio dubitandi, quia Iubilæus loquitur de nauigantibus, aut iter agentibus, vt cùm primum ad sua sese domicilia receperint suprà scriptis omnibus peractis, vt suprà, eandem indulgentiam consequi possint, & valeant. hæc ibi. Nomine autem *nauigantium*, non intelliguntur piscatores oppidorum qui eunt, & redeunt in domos suas singulis hebdomadis, neque alij per breues dies ex vno loco ad alium nauigant: sicut nomine itinerantium non intelliguntur, qui extra domum propriam per aliquos dies, vel hebdomadas in aliquo loco commorantur, sed propriè dicuntur, qui iter agunt ex vno loco ad alium, & transeunt, neque detinentur per dies aliquos, vt notat Brillonius *de verborum significatione lib. 9. fol. 319.* Quare, qui extra domum, & patriam suam cognouit de publicatione Iubilæi in eo loco, vbi moratur, poterit, si voluerit, ibi eum lucrari peractis omnibus in Iubilæo præscriptis, aut potest expectare publicationem in propria fieri patria, vt in illa eum consequatur. ita Villalobos *in summa tract. 26. d. diffic. 24. n. 16.* post Fr. Manuel. Rodrig. *in summa verb. Iubil. cap. 183.*

Ad quæsitum ergo si contingat publicari Iubilæum Olysipone, & in principio hebdomadæ naues ad Indiam Orientalem, vel ad Brasilicam Regionem proficiscantur, bene possunt nauigantes auctoritate Parochi quem secum deferunt, lucrari Iubilæum peractis omnibus, & adimpletis, quæ in Mari peragi, & adimpleri possunt; reliquis autem in alia opera pia à Parocho commutatis. Ita mihi videtur sine duce neque auctore, quem viderim, sed ductus auctoritate verborum præsentis Iubilæi, quæ sic habent, ibi: *Tam Laicis, quàm Religiosis sæcularibus, seu Regularibus in carcere, seu captiuitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu aliquo quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua præstare nequiuerint, vt Confessarius, quem elegerint, prædicta omnia, & singula, vel eorum aliqua, in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque iniungere, quæ ipsi pœnitentes efficere poterunt, pariter concedimus, & indulgemus*; sic ibi.

Quocirca in hoc euentu etiam puto Confessarium, seu Parochum, si vnicus tantùm fuerit in naui, posse sibi prorogare tempus ad implendum ea, quæ tum temporis, non poterit adimplere, verbi gratia, confessionem, vel communionem, ex illa regula tradita communiter, cuius meminit Sanchez *lib. 8. de matrimonio, tota disputatione 5. & in præcepta Decalog. lib. 4. cap. 37. num. 45. & sequent.* dicens non solùm habentes iurisdictionem ordinariam, sed etiam delegatam dispensandi in vniuersum cum aliqua communitate, cuius ipsi sunt partes, posse secum dispensare in votis, & ea commutare, & sic eam iurisdictionem in se ipsos exercere commutando propria vota; quæ facta à subditis possunt commutare: sic in nostro casu poterit Parochus nauigantium commutare ea, quæ non potest adimplere in alia opera pia, vel differre ad tempus, quia commutatio, & dilatio est actus iurisdictionis spiritualis, quæ potest ab eodem in se ipsum exerceri; sicut in alios potest, Sanch. *d. cap. 37. num. vltimo*, & priùs *d. lib. 8. disp. 3. num. 9. & 11.*

Iuuat etiam suscipientes nauigationem longam posse hodie ex indulto Clementis Octaui, & Pauli V. audire sacrum, quod fieri potest sereno cœlo, & tranquillo mari cum magno prouentu, & vtilitate nauigantium, præsertim in nauibus onerariis amplissimis: atque ita introductum est vt in diebus festis solemnioribus nauigantes suscipiant Eucharistiam, & de facto testificatur Pater Fagundez *in suo pentalogo, præcepto 1. lib. 3. cap. 10. num. 14. & 15.* Vnde posse adimpleri etiam in mari præstantissimum opus in Iubilæo præscriptum, hoc est, susceptionem sanctissimæ Eucharistiæ, remoto omni periculo effusionis sanguinis, si adsit alius Sacerdos, qui consecratum Calicem manu sustentet, ne cadat.

Pro

71. Pro vagis, ſeu vagabundis bominibus, qui nullibi manentem ſedem habent, ac domicilium, ſed hinc inde vagantur per legem eius, qui manumiſit 27. §. *final. ff. ad municipal.* & Hoſtienſis *in ſumma de pœnitentiis, & remiſſionibus, §. cui confitendum, num. 14. verſ. 4. cùm quis quærit,* Nauarr. *cap. placuit, de pœnitent. diſt. 6. num. 75. & 82.* D. Antoninus *3. part. tit. 17. cap. 4. caſu 4.* Sylueſter *Confeſſor. 1. quæſt. 6. verſ. 4.* Tabien. *verb. abſolutio 1. num. 41.* & alij.

Dicendum eſt vagos poſſe cuicumque Parocho fateri, & in quacunque Parochia fuerint præſentes poſt publicationem Iubilæi, poſſe illo frui peractis ibi in eo præſcriptis. Ratio, quia non eſt maior ratio de vno, quàm de alio; cùm nulli certo Parocbo ſubdantur; & vbique ſortiuntur forum conſcientiæ, Goffredus *in ſumma tit. de pœnitentiis, & remiſſionibus num. 17.* Angelus *confeſſio 3. num. 9.* Sylueſt. *Confeſſor. 1. quæſt. 1. & 6.* Caietanus *ſumm. verb. abſolutio ex parte abſoluentis, §. libertas,* Victoria *de confeſſione num. 155.* Henriquez *lib. 6. de pœnitentia cap. 8. num. 5.* & Manuel *in ſumma tom. 1. in 2. editione cap. 60. num. 7.* dicentes vagos vbique ſortiri forum conſcientiæ. Quod adeò verum eſt, vt vagi ſi hoſpitentur in aliqua Parochia obiter, in qua publicatus eſt Iubilæus, non teneantur in ea recipere Iubilæũ, nec Sacramenta, vt minus bene ait Petrus de Soto *lectione 5. de confeſſione §. ſed eſt in ſpeciali caſu*; ſed poſſunt ſuſcipere illum in alia Parochia diuerſa, ſi ſimul parochiani illius in eadem bebdomada Iubilæum lucrentur, ita Nauarrus *ſuprà d. num. 80.* Victoria *ſuprà*, Margarita Confeſſorum *fol. 9.* Bartbolomæus à Ledeſma *dub. 23. de pœnitentia caſu 2.* Palacios *4. diſt. 17. diſp. 7. fol. 266. in fine, & ſequent.* & Henriquez *lib. 11. de matrimonio cap. 3. num. 3.* quatenus aiunt vagos poſſe fateri cuilibet Curato Diœceſis. Non enim maior eſt ratio de vno, quàm de alio: nec hoſpitatio ad breue tempus facit parochianum, neque qui ad breue tempus hoſpitatur in aliqua Parochia, cenſetur habitare. *l. 1. §. hæc autem verba, ff. de his, qui deiecerunt,* Sanchez *de matrimonio lib. 3. diſp. 25. num 4. & 5. & 7.* Igitur non obſtante habitatione ad breue tempus, poſſunt vagi in alia Parochia conſequi Iubilæum, & ibi peragere omnia requiſita, & agere cum Parocho alterius Parochiæ, relicto Parocho Parocbiæ, in qua hoſpitantur. Quòd ſi in aliqua ciuitate eſſet deſtinata Parochia pro vagis, vt dicitur eſſe in Compoſtella, ibi debent vagi ſuſcipere Iubilæum, vbi primum publicatus fuerit Iubilæus in prima, vel ſecunda hebdomada.

Quinimò, ſi vagi ad eam Parochiam vagis deputatam accedant tranſacto tempore publicationis, poſſunt illum lucrari, ita Summus Pontifex, dum loquitur de iter agentibus, qui non fuerunt præſentes, quando publicatio facta eſt, ita Henriquez *lib. 7. de indulgentiis cap. 2.* & Fr. Manuel *in ſumma verb. Iubilæum cap. 184. num. 18.* & Hiſpaniarum Primas *in tractatu de Iubilæo cap. 3. num. 14.* accedit tranſacto tempore conſequendi Iubilæum poſſe acquiri in Epiſcopatu proprio extra Parochiam propriam; vt conſtat ex litteris Iubilæi per hæc verba, *cæteris verò omnibus, & ſingulis fidelibus extra Vrbem exiſtentibus, in quibuſcunque ciuitatibus, terris, & locis,* &c. quæ verba oſtendunt mentem Pontificis eſſe, vt acquiratur Iubilæus vbique terrarum ab omnibus, qui interfuerint, quando publicatio facta fuit, ſiue exteri, ſiue alienigenæ, ſiue indigenæ fuerint. Hiſpaniarum Primas *ſuprà dict. cap. 3. num. 8. & numer. 10. fol. 23. & fol. 24. & 25.*

Quæ ſit poteſtas Confeſſariis electis pro votis commutandis tempore Iubilæi?

§. VI.

EPITOME.

72. *Confeſſor an poſſit commutare vota bomini, qui tempore Iubilæi non fecit confeſſionem, quia non babebat, niſi venialia?*

73. *Pœnitens, qui non petiuit à Confeſſario tempore Iubilæi commutationem votorum, an poſſit poſtea elapſo tempore petere?*

74. *Commutatio poteſt fieri extra ſacramentum Confeſſionis, nec requiritur quòd fiat in opera ſimilia.*

75. *Vtrùm commutatio ſit facienda in alia opera æqualia magnitudine, duratione, & numero?*

76. *Quæ vota poſſint commutari per hunc Iubilæum, & an extendatur poteſtas ad vota iurata, & ad vota facta in fauorem tertij?*

77. *Pœnitens immemor voti, nolenſque commutari durante Iubilæo, an poſſit petere commutationem tranſacto tempore?*

78. *Vota pœnalia conditionalia, conditione impleta, an poſſint commutari?*

79. *Confeſſarius an idem debeat eſſe, qui abſoluat à reſeruatis, & vota commutet.*

80. *Qui non lucratus eſt Iubilæum, ſicut à principio intendebat, quia non adimpleuit omnia, an poſſit petere commutationem voti obliti?*

81. *An virtute Bullæ, ſeu Iubilæi facienda ſit commutatio in aliquod ſubſidium omnino ſpirituale?*

82. *Vota emiſſa ſub ſpe conſequendi Iubilæum, an poſſint commutari?*

83. *Confeſſarius an poſſit differre commutationem faciendam ad tempus Iubilæi elapſum?*

84. *Vota an poſſint commutari in materiam, quam ipſe Confeſſarius, vel vir doctus poſtea præſcripſerint?*

85. *Vota non manent commutata, ſi confeſſio fuit inualida.*

86. *Confeſſarius poteſt commutare vota peregrinationis, & quomodo?*

87. *Quæ vota caſtitatis, & Religionis poſſint commutari?*

88. *Epiſcopi an poſſint commutare vota caſtitatis perpetuæ, ac Religionis?*

89. *Vtrum poſſint commutari vota illius, qui non petiuit commutationem, nec lucratus eſt Iubilæum poſt tempus expletum Iubilæi?*

90. *An oporteat commutari votum illius à Confeſſario, qui noluit commutare niſi ſub conditione, ſi pœnitens lucratus fuerit Iubilæum?*

QVANDO pœnitens nulla præmiſſa confeſſione, eo quia non erat Conſcius culpæ mortalis, cùm re vera illius eſſet reus, non tamen erat memor, poterit ne tranſacto Iubilæo eligere Confeſſarium pro illo reſeruato, ſi cætera opera Iubilæi durante eo peregiſſet? Negat Henriquez *de pœnit. lib. 6. cap. 16. num. 6.* ratio, quia iam tempus 72.

tempus delegationis transactum est; nec causa intra illud incepit: non enim lucratus est Iubilæum secundùm veriorem opinionem; quamuis ipse probabile oppositum censeat, adhuc tamen non posse absolui transacto Iubilæo à reseruatis oblitis, nec vota illius commutari, ita *vbi suprà, & lib. 7. de indulgentiis cap. 12. num. 2.*

Alij tamen, quorum meminit Henriquez *dict. cap. 16. num. 6. in commento littera H.* probabiliter opinantur hunc fuisse lucratum Iubilæum, qua opinione retenta volunt posse absolui à reseruatis oblitis, & illius vota commutari, sequitur Sanchez *de matrimonio lib. 8. dis. 15. num. 19.* quoniam Iubilæus semel acquisitus facit ius, & facultatem omni tempore eligendi Confessarium pro reseruatis commissis vsque ad tempus Iubilæi; quæ sententia tanquam probabilis admitti potest. Sed de his suprà *n. 50.*

73. Quin potiùs, si pœnitens voti memor durante Iubilæo noluit petere commutationem, adhuc potest exacto tempore mutata voluntate petere commutationem; quoniam priuilegium Iubilæi est perpetuum, neque est ligatum tempori, vt probatur ex glossa *in cap. litteris, de procuratoribus in 6.* & *ibi* Archid. & Anchar. *ad finem, oppositione penult.* dicentes electum ad beneficium posse illud repudiare, & postea mutato animo illud acceptare, si conferens in eadem permaneat voluntate. Ita Loazes *de matrimonio Regis Angliæ, dub. 12. num. 28.* sicut ille, qui fictè consensit in matrimonio, satis est, vt matrimonium conualescat, quòd ipse de nouo consentiat manente in virtute alterius coniugis priore consensu, ita Hostiensis *cap. dilectus, de sponsalibus, super verb. contrario*, Ioannes Andreas *ibi n. 7.* Nauarrus *in summa cap. 22. num. 8.* Ludouic Lopez *1. part instruct. c. 85. ad finem § penult.* post Syluestrum *verb. matrimonium octauum, quæst. 2.* & alij. Igitur quamuis pœnitens voti memor intra tempus debitum noluerit commutari, potest transacto tempore mutata voluntate commutationem virtute Iubilæi procurare, Sanchez *dict. disput. 15. num. 18. & disput. 32. num. 2. & in præcepta Decalogi lib. 4. cap. 54. num. 41. per totum*, & alij apud Hispaniatum Primatem *in tract. Iubilæi cap. 8. num. 4. versic. A segunda.*

74. Possit ne commutatio votorum extra confessionem sacramentalem fieri, anceps est quæstio? Nam Manuel *in Bulla Cruciatæ §. 9. num. 113. vers. regula nona*, tradit intra confessionem commutationem esse faciendam; sequitur Ludouicus Lopez *2. part. Instructory*, vbi de clauibus, *cap. 9. col. 9.* & Vega *tom. 2. summa cap. 129. casu 34.* Sed oppositum est probabilius, quod sequitur idem Manuel tanquam probabile *in summa tom. 2. cap. 99. num. 6. de iust. quæst. 4. art. 3. vers. post hæc, de priuilegiis.* Attamen Henriquez *de indulgentiis lib. 7. cap. 30. num. 6.* absolutè tradit hanc partem cùm dicat absolutionem ab excommunicatione posse impendi virtute Bullæ extra confessionem, & dispensationem voti non pertinere ad forum pœnitentiæ: imò addit Sancius *d. disp 15. num. vltimo*, adhuc non esse necessariam confessionem in commutandis votis; esto in priuilegio, seu Bulla dicatur, *auditis diligenter confessionibus*, vt dicitur in Bulla Cruciatæ, & interdum in Iubilæo, & in priuilegiis Religiosis concessis; quia hic ablatiuus absolutus non refertur, nisi ad absolutionem peccatorum, ad quam necessaria est confessio; Manuel de Sà *verb. absolutio ab excommunicatione, num. 1.* idem tenet, quoad censuras posse non in foro exteriori ab illis absolui, sed in foro interiori extra confessionem; nisi expressè aliud caueatur in priuilegio: quod etiam est dicendum de dispensatione, & commutatione, Auila *de censuris 2. part. cap. 3. dub. 13. fol. 204.* Saneb. *suprà disp. 15. num. 25. & disp. 16. num. vltim.* eo quia verba audita confessione referuntur duntaxat ad absolutionem à peccatis, non autem à censuris, & multo minus ad dispensationem, seu commutationem voti, vel irregularitatis; hæc enim omnia fieri possunt extra confessionem sacramentalem, in foro tamen interiori.

Probatur ex litteris Iubilæi huius, vbi non præcipitur, quòd fiat commutatio in sacramento Confessionis, sed quòd fieri possit à Confessario approbato: igitur non est necessarium quòd fiat in sacramento Confessionis, per tradita à Suario *tom. 2. tractatu de voto lib. 6. cap. 16. num. 4.* dicente quando priuilegium non præcipit fieri commutationem in foro pœnitentiali, satis esse fieri in foro conscientiæ, vt apparet ex præsenti Iubilæo: quinimo Henriquez *lib. 7. de indulgentiis cap. 30. num. 6. fol. 577. col. 1.* ait commutationem, si fiat per Ordinarium, prodesse pro vtroque foro; si autem per priuilegium, pro foro tantùm conscientiæ, & posse fieri extra confessionem, nec obest quòd commutatio fiat ab vno Confessore electo, & confessio fiat alteri, quia, vt dictum est, diuersitas Confessorum secundùm Suarium *tom. 4. de pœnitentia disp. 31. sect. 4. num. 21.* est tantùm materialis, & vterque electus ad hunc finem est vnus integer Confessarius, Hispaniatum Primas *cap. 11. n. 24. & duobus sequentibus*, post Sanchez *de matrimonio lib. 8. disp. 7. num. 17.* vbi concludit, quando Confessario virtute Iubilæi datur facultas absoluendi à reseruatis, & commutandi vota posse pœnitentem eligere Confessarium vnum, vt absoluat à reseruatis, & alium, vt vota commutet, quem referens sequitur etiam Fr. Laurentius Portelensis *in dubiis regularibus, verb. indulgentia, num. 8. ad finem.*

An verò commutatio votorum sit facienda in opera pia similia in ordine ad eundem finem? Responsio est negatiua, atque ita si votum erat ad domandam carnem, bene potest commutari in votum frequentandi sacramentum Confessionis, quæ esto non habeant eundem finem, conducunt tamen ad puritatem animæ, si pœnitens commutationem acceperit animo, & intentione adimplendi, & frequentandi Sacramenta eadem. Ratio, quia in commutatione votorum non est opus, vt seruetur vnitas, aut similitudo, sed satis est votum reale in personale, & personale in reale commutari, constat ex *c. 1. de voto*, vbi votum personale peregrinationis Hierosolymitanæ commutatur in eleemosynas; quæ sunt quid reale, ita Angelus *verb. votum 4. num. 10.* contra Rosellam *verb. votum 5. num 6* dicentem votum necessariò commutandum in similem materiam, cui subscribit Syluester *verb. votum 4. in fine*, & alij apud Barbosam *de voto cap. 2.* igitur non est necessarium seruare vnitatem, aut similitudinem in votis commutandis, Suarez *de Religione tom. 2. tract. de voto lib. 6. cap. 19. num. 16. & 17.* Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 1. lib 4. cap. 56. num. 2.* qui tradunt vota realia in personalia, & personalia in realia commutari posse.

Illud tamen in commutationibus considerandum est, quòd magis competit bono spirituali pœniten-

pœnitentis,quamuis materia commutationis non ſit æqualis,vt colligitur ex *dict. cap.* 1. *de voto, in verb. & cauſam commutationis.* per quem requiritur cauſa dum commutatio non fit in rem euidenter meliorem, Azor *inſtit moral. part.* 1. *lib.*11. *cap.* 18. *quaſ.* 3. Leſſius *de Iuſtitia lib.* 2. *cap.* 40. *dubio* 11. *num.* 96. Sanchez *in præcepta Decalogi lib.*4. *numero* 14. & Suarez *ſuprà d. lib.* 6. *cap.* 18. *numer.* 9. & Sayr. *in claui Regia lib.* 6. *cap.* 12. *numero* 25. Vnde nunquam fiet bona commutatio in alia opera pia, quæ quamuis ſecundùm ſe ſint multo præſtantiora, & excellentiora, ſi ad eundem finem conſequendum non fuerint accommodata, ita præeitati. Neque erit ab re fieri commutationem voti in alia opera, quæ vouens ſine voto exercere ſolet, vt ſi ſolet quotidie recitare Roſarium Beatæ Virginis, aut aliquibus diebus ieiunare, aut menſtruas confeſſiones frequentare; non tamen placet commutatio in opera aliàs debita de præcepto, Leſſius *de Iuſtitia lib.*2.*cap.*40. *dub.*11. *num.*87.

75. Porrò Confeſſarij virtute Iobilæi debent commutare vota in opera æqualia, prout volunt Caietanus 2. 2. *queſtion.* 88. *articul.* 12. *& in ſumma verb. votum. cap. vltimo, verſ. & quia.* Roſella *eodem verb.* 5. *numero* 6. Couarr. *de pactis* 1. *part.* §. 3. *numero* 4. *verſic. illud verò*, Gregor. Lopez *l.* 5. *verb. contando tit.* 8. *partit.* 1. Suarez 2. *tom. de Religione tractatu de voto lib.* 6. *cap.* 12. *num.* 6. *& cap.* 19. *num.* 7. *&* 8. Azor *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 18. *quaſ.* 6. & Alcozer *ſumma cap.* 16. vbi de commutatione votorum, *concluſ.* 2. *fol.* 57. *pag.* 1. ex ea ratione, quia verbum *commutatio* docet eſſe faciendam in rem æqualem ad modum contractus, qui ſuapte natura petunt æqualitatem, quæ ſeruari debet inter contrahentes. Vnde ſi quid minuatur de vera æqualitate in votorum commutatione, iam non erit præciſa commutatio, ſed accedet ad naturam donationis. Nec placet commutario in minus, quando adeſt cauſa in vouente, vt placuit Angelo *in ſumma verb. votum* 3. *num.* 26. & Cordubæ *ſumma queſtion.* 149. *&* 150. *in fine*, dicentibus poſſe fieri in paulominus: aliàs poteſtas commutandi nullum habere effectum, cùm commutatio fieri poſſit ab ipſo vouente auctoritate propria in bonum æquale; in quam partem inclinant abſolutè Manuel *in Bulla Cruciata* §. 9. *num.* 107. *& in additionibus ad eundem* §. *num.*107. Henriquez *lib.* 7. *de indulgentiis cap.* 30. *num.* 5. & Emmanuel Sà *in ſumma verb. votum*, vbi de votorum irritatione, *numer.* 10. his verbis: *Auctoritate ad commutandum ſunt qui dicant ſolum opus eſſe, cùm eſt commutandum in minus, & quòd cùm Papa dat poteſtatem commutandi, intelligitur in aliquid minus*, ſequitur Leonardus *lib.* 2. *de iuſtitia*, *cap.* 40. *dub.* 11. *numer.* 95. & Toletus *lib.* 4. *ſumma*, *cap.* 18. *num. penultim.* non ex ratione Angeli, & Cordubæ, ſi adſit cauſa iuſta; ſed quia quod paulo minus in quod fit commutatio, cenſetur moraliter æquale.

Nihilominus cùm æqualitas materiæ ſubrogatæ per commutationem non ſit accipienda mathematicè, ſed moraliter, & arbitrio prudentis, ita, vt nullum diſcrimen, aut parum repetiri credatur inter vtrumque, dicendum eſt, vt commutatio ſuſtineatur ſatis eſſe, ſi fiat in rem non notabiliter minorem; quia quamuis ſimile non ſit idem, gloſſ. *in l. quod Nerua*, & *ibi* Bartol. *ff. depoſiti*, Menoch. *lib.* 2. *caſu* 84. Gutierr. *pract. lib.* 2. *queſtion.* 176. *num.*4. & Cardinal. Tuſch. *tom.* 7. *littera S. concluſion.* 247. vbi *numero* 2. declarat de facili ſimile, licèt non ſit idem, tranſire in idem: ergo pariom eſt eadem iuris diſpoſitio, & iudicium, *cap. inter corporalia, de tranſlatione Epiſcopi*, & *ibi* Barboſa *verb. cùm de ſimilibus*, vbi quamuis loquatur, quando per omnia ſuot conuenientia: attamen quando parum diſtant, nihil diſtare videntur, eo quòd parum, & nihil æquiparantur, gloſſa *in l. pupillus* §. *ſi ego, in verb. ex contrario, ff. ad leg. falcidiam, cap. coram dilecto* 34. *de officio delegati*, Tiraquel. *de iudicio, in rebus exiguis, verſ.* 8. *pag.* 53. & Surd. *conſ.* 197. *num.* 2. *&* 21. Igitur valebit commotatio, ſi fiat in rem non multo minorem virtute Iubilæi, ſeu Bollæ, vel priuilegij, quia æqualitas non conſiſtit in puncto indiuiſibili, ex Syluest. *vbi ſuprà*, & ex Ludouic Lop. 1. *part. inſtruct. cap.* 50. & ex Azor 1. *part. inſtit. lib.*11. *cap.* 18. *dub.* 13. *in fine*: atque ita commutari poſſunt in aliquid mitius, & parum minus: alioquin priuilegia nihil operarentur, cùm abſque illis poſſint vota ſine cauſa in melios, & cum cauſa in æquale bonum aoctoritate Prælati commutari, prout cenſent Medina *lib.* 1. *inſtruct. Sacerdot. cap.* 14. §. 7. Aragon. 2. 2. *quaſt.* 88. *artic.* 12. & alij, quibus adhæret Sayr. *in Claui Regia, lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 19. *verſic. primò*, quid liceat, manente obligatione temporis, Suar. *dict. lib.*6. *cap.*19. *num.*21.

Petes, quænam vota poſſiot commutari per Iubilæum, & an extendatur hæc facultas ad vota iurata, & ad vota facta in fauorem tertij? Quoad primum, omnia, & quæcunqoe vota, excepto perpetuæ caſtitatis, & Religionis poſſunt commutari virtute Iubilæi. Conſtat ex litteris illios ibi, *Et inſuper vota quacunque, (Religionis, & caſtitatis exceptis,) in alia pia, & ſalutaria opera commutare.* Dixi, *caſtitatis perpetua*, quia Confeſſores virtute Iubilæi poſſunt commutare, vel diſpenſare votum ad tempus factum, puta ad ſeptem, vel octo annos; ſed de hoc infrà *numero* 87. Quoad vota iurata etiam per Iubilæum poſſunt commutari. Non enim vota iurata ob iuramentum, deſinunt eſſe vota. Hæc ſententia non placet noſtro Azorio 1. *part. inſtit. lib.* 11. *cap.* 10. *quaſ.* 2. *& cap.* 18. *quaſ.* 16. *& cap.* 19. *quaſ.* 19. & Leſſio *lib.* 2. *de iuſtitia*, *cap.* 40. *dub.* 11. *numero* 94. dicentibus in votis iuratis eſſe duo vincula expreſſa; & ideo nomine votorum non venire vota iurata, quæ apertè maiora ſunt voto ſimplici. 76.

Nihilominus concluſio eſt certa, facultatem delegatam ad diſpenſandum in votis, vel ad commutandum comprehendere diſpenſationem, & commutationem iuramentorum, quæ ſoli Deo fiunt, ex eo fundamento, quia vinculum voti, & iuramenti in hoc conueniunt, quòd tota obligatio vtriuſque reſpiciat ſolum Deum, & ad eius honorem tendat, & Deus ſolus ſit creditor eius obligationis. Ergo facultas circa vota, iuramenta etiam comprehendit, ita Suarius *tom.* 2. *de Religione lib.* 6. *de voto cap.* 14. *ex numero* 14. *ad numer.* 22. Et quamuis Sanchez *dict. lib.* 4. *cap.* 53. *num.* 18. opinetur tanquam verius, quando iuramentum non eſt præſtitum in voti confirmationem, ſed independenter ab illo, & tantùm concomitâtes, tunc priuilegium circa votum non comprehendere votum, & iuramentum ſimul concurrentia: nihilominus putat probabilem valde eſſe ſenteotiam noſtram, videlicet per illam

facultatem

facultatem ad vota posse extendi circa iuramentum, & votum concurrentia, idem Sanchez *dict. lib.8. disp.2.num.etiam* 18. post Sayro *in claui lib.5. cap.* 8. *num.* 9. *vers. dixi*, vbi ait habentem potestatem dispensandi in votis, posse similiter in iuramentis de eadem re dispensare, Hispaniarum Primas cum aliis *in tractatu de Iubilæo cap.* 11. *numer.* 6. addens ex Sancio *dict. lib.* 8. *disp.* 2. *ex num.* 18. *vsque ad num.* 23. *& cap.* 53. *suprà numero* 8. quando Pontifex concedit facultatem commutandi vota, concessisse simul licentiam commutandi iuramenta, quamuis sint separata à voto.

Quoad vota denique facta in fauorem tertij, siue sint realia, videlicet maritandi orphanas, siue personalia, videlicet seruiendi ægrotis in aliquo xenodochio; verbi gratia, si quis dicat, Promitto Deo dare talem, vel talem eleemosynam, tali homini, aut tali loco pio, poterit Confessarius virtute Iubilæi commutare similia vota absque vllo consensu, & absque licentia illius hominis, vel illius loci pij. Ratio, quia primariò, & principaliter vota illa fuerunt facta Deo, & in eius honorem; & ipse acquisiuit sibi ius, & propriè est creditor: homini autem, aut loco pio nullum quæsitum est ius compellendi per modum actionis vouentem exequi votum, sed sola vtilis actio implorandi officium iudicis ad compellendum, Sanchez *dict. lib.* 4. *cap.* 41. *num.* 7. Henriquez *lib.* 7. *de indulgentiis cap.* 30. *numer.* 5. *&* 6. Graff. *decision. lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 11. Azor *instit. moral.* 1. *part. lib.* 11. *cap.* 19. *quæsito* 12. Lessio *de Iustitia lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 58. & Suarez *de voto lib.* 6. *cap.* 15. *num.* 3. *&* 11. Nullum enim ius acquiritur illis ex promissionibus, aut donationibus factis causis piis ante acceptationem: ac proinde similia vota Deus acceptat, quatenus cedunt in suum honorem, Sanchez *suprà num.* 11. post plures.

Quod procedit etiam, quando quis promittit Sancto Ignatio se daturum eius Ecclesiæ calicem, adhuc enim promissio est reuocabilis ad effectum commutandi, quia cùm votum sit promissio Deo facta, quamuis fiat Sancto, ita debet intelligi, vt soli Deo ius quæratur; eo quia voluntas illius Sancti est omnino conformis diuinæ, ac proinde, votum eo modo emissum subiicit commutationi, vel dispensationi, Caietanus *in suis quodlibetis tom.* 2. *tract.* 11. qui est *de voto, quæst.* 3. *vers. nec oportet*, Suarius *tract. de voto lib.* 6. *cap.* 15. *numer.* 10. vbi hoc intelligit, siue hoc votum factum sit Deo in honorem illius Sancti, siue Deo, & Sancto simul.

Secus si votum fiat hoc modo. Promitto Deo me tibi daturum decem aureos, si pauper sit præsens, & accepter, non poterit dari dispensatio, nec commutatio sine consensu tertij, ita Suarius *dict. cap.* 15. *num.* 11. eo quòd tertio fuit ius quæsitum, quamuis Sanchez *dict. cap.* 41. *num.* 15. addat in hoc casu non repugnare fieri dispensationem considerato vinculo promissionis humanæ: attamen nisi hoc explicetur in concessione Iubilæi, non sunt commutanda similia vota in fauorem tertij facta, cum præiudicio illius, cui facta fuerunt, ex traditis à Suario *d.cap.* 15. *num.* 7. *& num.* 11. & Hispaniarum Primas *cap.* 11. *num.* 10. *ad finem.*

77. Sequitur famigerata controuersia, an pœnitens immemor omnino voti, qui propterea noluit commutationem petere, an transacto tempore Iubilæi possit illam postulare? Sunt, qui negant, quia exigitur ad dispensandum, seu commutandum cognitio causæ sufficientis, & ex consequenti cognitio votorum, & qualitatum eorum, nec sufficit dicere: Dispẽso tecum, seu commuto vota si quæ habes, in quantum ego possum, & tu indiges. Dicendum tamen est posse petere commutationem voti obliti, eo quòd ad petendum illam non est præscriptum tempus intra quod talis petitio esset requirenda; sed terminus tantùm fuit datus intra quem diligentiæ erant exequendæ ad Iubilæum comparandum, nimirum prima hebdomada, vel secunda à die publicationis. At verò quoad indulgentias concessas, & priuilegia data, nullum tempus limitauit; per hæc verba: *Concedimus, vt possint hac vice tantùm idoneos Presbyteros approbatos eligere, qui eorum confessionibus diligenter auditis, licitè valeant ipsos absoluere, & vota commutare quæcunque in alia pia, & salutaria opera, exceptis Religionis, & castitatis.* Sic ibi summatim; ita Stunica *quæst.* 5. *de voto, num.* 39. Henriquez *lib.* 7. *de indulgentiis, cap.* 11. *num.* 4. Emmanuel Sà *in summa verb. indulgentia num.* 14. ibi potest tunc absolui à reseruatis, & commutari in votis, etiam quæ oblitus est reseruatis, ac in oblitis etiam dispensari; redditque rationem, quod cœpta causa manet delegati potestas, donec terminetur, hoc est, tam quo ad absolutionem, quàm quo ad dispensationem. Durat ergo potestas Confessario, quia ius acquisiuit pœnitens per ipsum Iubilæum, vt posset eo transacto postea apud quemcunque Confessarium approbatum reseruata oblita confiteri; & liberari à reseruatione vororum, cùm tam vota reseruata, quàm peccata concedantur. Ergo sicut potest pœnitens petere commutationem voti memor transacto tempore à quo noluit liberari durante eo, si immemor voti commutationem transacto Iubilæo poterit petere. Sanchez *lib.* 8. *disp.* 15. *n.* 18. *& disp.* 32. *num.* 2. & diximus suprà *num.* 73.

Multo fortiùs hæc procedunt, quando commutatio generalis præcessit, & in genere commutatio facta fuit, & si pœnitens non meminerit materiæ voti, etiamsi Confessarius tempore Iubilæi solùm dicat, Commuto tibi omnia vota ex tunc in ea opera, quæ mihi, vel aliis placuerint secundùm rectam rationem; quam formam probat Suarez *de Religione, tom.* 2. *tractatu de voto, lib.* 6. *cap.* 16. *num.* 15. & Sanchez *in præcepta Decalogi, lib.* 4. *cap.* 54. *num.* 31. subdens Confessarium non teneri facere commutationem votorum intra tempus, quo comparatur Iubilæus, sed posse eam differre in aliud tempus, si velit maturiùs considerare commutationis modum, Beja *in suis responsis* 2. *p. casu* 9. & Sayr. *in Claui, lib.* 6. *cap.* 12. *n.* 18.

Vetus inter Theologos est ambiguitas, an vota pœnalia, & conditionalia adimpleta conditione possint commutari per Iubilæum, si sint de exceptis, & reseruatis Summo Pontifici? Responsio sit: probabile est ante incursam pœnam, & ante conditionem impletam posse Episcopos dispensare in votis pœnalibus castitatis, & Religionis, & cæteris reseruatis: secus post incursam pœnam, & conditionem impletam; quia semel incursa pœna, vota Religionis, & castitatis fiunt omnino absoluta, & iam non dependent à futuro euentu: atque ita non manent quoad dispensationem, seu commutationem sub ditione, & potestate Episcoporum, nec sub Confessario virtute Iubilæi electo. Ratio, quia in votis 78.

absolutis tam Religionis, quàm castitatis omnino emissis nequeunt Episcopi, & Confessarij quicquam; sed impleta conditione ea vota ita obligant perinde, ac si à principio facta essent absolutè; vt habetur *in leg. potior* 11. *in fine principij, ff. qui in pignore potiores habeantur*, ibi: Cùm enim semel conditio extiterit, perinde habetur, ac si illo tempore quo stipulatio interposita est, sine conditione facta esset. Igitur manent extra potestatem Episcoporum, & Confessarij electi adueniente conditione: obligant enim post impletam conditionem eodem modo quo vota absoluta.

Probatur argumento sponsalium, seu matrimonij sub conditione initorum, quæ adueniente conditione fiunt legitima, non minus, quàm si ab initio absoluta essent, *cap. vnico, in fine in 6.* & argumentum ab æquiparatis valet in casu æquiparato, *l. Stichus, ff. de manum. testam.* Surd. *de alimentis tit. 9. quæst.* 1. *n.* 9. *& cons.* 393. *num.* 36. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *quæst.* 46. *num.* 24. & Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 298. *num.* 70. & in casu proposito docent ex Theologis Sotus *de cauendo iuram. abusu* 1. *part. cap.* 9. *& lib.* 7. *de iustitia quæst.* 2. *artic.* 1. *ad* 4. *quæstion.* 4. *artic.* 3. *column.* 5. *versic. Vnum verò*, Corduba *in summa quæst.* 152. Angles Floribus 2. *part.* vbi de voto, *quæst. vnica art.* 8. *difficult.* 10. Manuel *in Bulla Cruciata* §. 9. *num.* 124. *dub.* 2. quod mouet circa votum Religionis, & Azor *instit. moral. part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 10. *quæsit.* 3. *& cap.* 19. *quæs.* 13. & ex Canonistis Gutier. *lib.* 2. *quæst. canon. cap.* 22. *num.* 50. *& sequent. & num. vltimo*, Couarru. *cap. quamuis pactum* 1. *part.* §. 3. *num.* 12. *de pactis in* 6. & Graffis *decis.* 1. *part. lib.* 2. *cap.* 28. *numero* 3. qui omnes loquuntur de votis pœnalibus castitatis, & Religionis, & cæteris reseruatis.

Quorum sententia procedit etiam suo modo in votis conditionalibus, castitatis scilicet, & Religionis, posse nimirum ante impletam conditionem dispensari, secus post impletam: eo quia ante impletam conditionem ea vota non obligant, nisi secundùm quid adueniente tandem conditione, & ante eam non habent perfectionem voti, nec reseruantur superiori, donec conditio impleatur; & hanc partem tradunt Manuel 2. *tom. summa cap.* 97. *num.* 2. Vega 2. *tom. summa cap.* 129. *casu* 10. & Lessius *de iustitia cap.* 40. *lib.* 2. *dub.* 13. *num.* 106. *casu* 7.

Probabilius tamen est in huiusmodi votis conditionalibus, siue sint pœnalia, siue non, si conditio erat de futuro, posse dispensari ante, & post impletam conditionem, siue ab Episcopis, siue à Confessariis electis, virtute huius Iubilæi, & similium. Ex ea ratione, quia consideranda est radix obligationis, quæ reperitur in huiusmodi votis, quæque est imperfecta voluntas pendens à futuro euentu; atque ita cùm talis obligatio promanet ex voluntate quadam imperfecta, & ex consensu dependente à futura conditione, nunquam censebitur votum omnino reseruatum: ideo poterit super his votis cadere dispensatio, aut commutatio; cùm obligatio eorum procedat ex voluntate imperfecta, & non omnino affecta ad castitatem, aut Religionem; sed ex amore rei positæ sub conditione, quam vouentes consequi optabant: quemadmodum vota pœnalia non procedunt ex amore rei promissæ, quibus rationibus grauissimi Partes hanc partem tuentur, nimirum Cardinalis Toletus *in summa lib.* 4. *cap.* 10. *numero* 11. vbi ait esse Victoriæ, item Antonius Gomez *in Bulla Cruciata, clausula* 10. *num.* 99. Petrus Ledesma *in summa* 2. *part. tract.* 10. *cap.* 8. *dub.* 4. §. *loquendo de votis*, & alij quos referens sequitur Sanchez *de matrimonio lib.* 8. *disput.* 10. *num.* 13. *vers. tertia sententia, & lib.* 4. *in præcepta Decalogi*, *cap.* 40. *num.* 99. *vers. etiam tertia sententia*, vbi de hac re latissimè: quibus accedit Albetanus *in summa compendiosa Sacramentorum part.* 2. *cap.* 15. *num.* 9. relatus à sapientissimo Hispaniarum Primate *in suo tractatu de Iubilæo in addit. ad cap.* 11. *num.* 14. Ac proinde posse ea vota dispensari, & commutari etiam virtute Cruciatæ, aut Iubilæi per Confessarium electum. Est extra omnem controuersiam, quia non sunt reseruata Summo Pontifici. Non enim, qui sic vouent, intendunt vouere Religioné, neque castitatem, & ex consequenti non sunt vota Religionis, aut castitatis reseruata.

Confirmatur ex modo vouendi, voueo Religionem, si ex hoc naufragio, vel si ex hac ægritudine, aut si ex hoc periculo euasero. Item, voueo castitatem, si rursus in fornicationem incidero; item si iterum lusero, voueo vel Religionem, vel peregrinationem Hierosolymitanam, quæ vota sunt conditionalia alia, & alia conditionalia pœnalia, & vtraque, adimpleta conditione, & pœna incursa possunt dispensari, vel commutari tam ab Episcopo, quàm à Confessore virtute Iubilæi. Non enim habent rationem propriam voti Religionis, castitatis, aut peregrinationis, neque procedunt ex amore, aut ex deuotione harum virtutum; sed sunt vota propriè, ac verè non ludendi, aut non peccandi, & imponuntur quando sunt pœnalia sibi, vt deterreantur ab his vitiis committendis; & ita cùm talis impositio pœnarum sit odiosa, & pœnalis, non nisi strictè accipienda est, & ex consequenti non debent egredi proprios, & formales terminos votorum non ludendi, non fornicandi, & similium, quæ non sunt reseruata, ac propterea possunt dispensari, ac commutari, vt in specie volunt vltra præcitatos, Medina *lib.* 1. *instruct. cap.* 14. vbi ait esse opinionem huius temporis, & huius ætatis, Aragonius 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 12. affirmat esse sententiam communem; sequitur Viualdus *in additionibus tract.* 14 *de voto*, docens ita Salmanticenses de hac re interrogatos respondisse, & in praxi D. Hieronymum Manriquez Episcopum Salmanticensem, & D. Alphonsum Velasquez Archiepiscopum Compostellanum viros sapientissimos in huiusmodi votis pœnalibus etiam adimpleta conditione sæpe sæpiusq; dispensasse, Valentia *tom.* 3. *disp.* 6. *quæst.* 6. *puncto* 7. & Sayr. *in claui Regia lib.* 6. *cap.* 11. *de votorum dispensatione num.* 73. vbi *num.* 77. declarat esse intelligenda supradicta in votis pœnalibus, non autem in votis purè conditionalibus, qualia sunt, quando quis vouet Religionem, vel ire in Hierusalem, si Deus illum ab hoc, vel ab illo periculo liberet, quasi ipse sentiat hæc non posse dispensari, nisi à solo Pontifice post adimpletam conditionem. Nihilominus quod diximus de pœnalibus, etiam dicendum est de votis conditionalibus, quam sententiam tradit Sanchez *suprà lib.* 8. *de matrimonio disput.* 10. *num.* 13. & rursus *dict. lib.* 4. *in cap.* 40. *num.* 99. eo quòd sicut in votis pœnalibus non fertur directa voluntas in rem promissam, sic etiam in conditionalibus, in quibus promissio non procedit ex Religionis, aut castitatis affectu, sed ex amore rei optatæ positæ sub conditione, quam

vouens

uouens optat consequi, nempe euadere ex periculo mortis, aut ex naufragio, & vt faciliùs hæc consequatur, vouit Deo ea vota.

79. Ex dictis suprà deciditur præsens dubitatio; non esse necessarium, esse vnicum, & eundem; qui absoluat à reseruatis, & qui vota commutet, sed potest pœnitens ab vno absolui à reseruatis, & ab alio petere commutationem, eo quòd Iubilæus præsens id non præcipit, vt vtrunque fiat apud eundem Confessarium; sed iubet, quòd eligatur Confessarius approbatus, qui absoluat à reseruatis, & commutet vota reseruata; & ideo iure suo qui vtitur, nemini facit iniuriam, *l.* 3. §. *is tamen*, *ff. de libero homine exhib.* Menoch. *de præsumptionibus lib.* 6. *quæstion.* 29. Mascard. *de probationibus conclus.* 1051. *num.* 31. & Nauarr. *lib.* 3. *de prebendis consil.* 32. *numero* 4. sequitur Henriquez in specie *lib.* 7. *de indulgentiis cap.* 20. *num.* 8. dicens posse Confessarium electum pœnitenti commutare vota, & alia in Iubilæo contenta, etiamsi postea pœnitens apud alium diuersum fateatur de peccatis, ita Sanchez *dict. lib.* 4. *cap.* 54. *numero* 39. cum Suario *tom.* 4. *disputat.* 31. *sect.* 4. *num.* 21. dicens eam Confessorum distinctionem esse quasi materialem, & omnes efficere quasi vnum integrum Confessarium, qui omnia illa priuilegia pœnitenti communicet, & ab omnibus absoluat toties quoties ceciderit durante tempore Iubilæi, siue pœnitens illum luctatus fuerit in priori hebdomada, siue in posteriori, vt tenet Henriquez *de pœnitentia lib.* 6. *cap.* 16. *num.* 3. quem sequitur Sanchez *suprà num.* 26. *ad finem.*

80. Quid de eo, qui in principio fassus est de peccatis, intendens lucrari Iubilæum, & tandem illum non acquisiuit, quia non adimpleuit cætera operà in Iubilæo præscripta, poterit ne petere commutationem votorum aliquorum? Negat Viualdus *in suo Candelabro* 3. *part. cap.* 14. *num.* 62. quatenus ait vota, & iuramenta, quæ fuerunt commutata, huic pœnitenti adhuc subsistere, efficeque inualidam talem commutationem, sequitur Vasquez *de pœnitentia quæst.* 91. *art.* 3. *dub.* 6. *num.* 1. & 7. ergo nullo modo poterit pœnitens petere commutationem votorum, quorum dum fassus est non petiuit commutationem.

Nihilominus quoad vota commutata pœnitenti dum animo lucrandi Iubilæum accessit ad Sacerdotem, dicendum est validè esse commutata, quia absolutio à peccatis, & votorum commutatio absolutè à Sacerdote fuerunt impensa sine vlla conditione: & sicut fuit extincta reseruatio peccatorum, sic etiam votorum obligatio non comparato Iubilæo, etiamsi Confessarius non præscripserit tempore Iubilæi opera subrogata in quæ vota erant mutanda, sed generaliter commutauerit vota, remittens opera subrogata à se, vel ab alio postea præscribenda; vel differens commutationem in aliud tempus, quamuis illud lucrandi Iubilæi transeat, Sanchez cum aliis *dict. disputat.* 15. *numero* 22. & *dict. lib.* 4. *cap.* 54. *numero* 31. 34. 39. Non tamen poterit Confessarius non obtento Iubilæo, commutare postea vota oblita, quoniam circa oblita intra tempus Iubilæi, nulla actio virtute illius fuit exercita, cùm Iubilæus non sit comparatus, idem Sanchez *dict. disputat.* 15. *num.* 23. & *dict. cap.* 54. *num.* 51.

81. Non erit etiam ab re è tenebris eruere decisionem quæstionis, quæ petitur an virtute Iubilæi possit fieri cōmutatio in subsidium omnino spirituale? Beza nostræ Societatis in publicis prælectionibus Compluti, loquendo de virtute Bullæ Cruciatæ, opinatur, quando virtute illius vota aliqua commutantur, posse commutari, vel in eleemosynas pecuniarias, quæ sunt subsidium temporale, aut in orationes, & alia opera pia pro felici belli exitu. Eo quòd in Bulla petatur aliquid conferri pro belli subsidio; nec minoris efficaciæ sunt orationes, & alia subsidia spiritualia, sed maioris; sequitur hanc partem Llamas *in methodo curationis* 3 *part. cap.* 4. §. 42. quando vouentes sunt pauperes, & vota sunt personalia, quæ sententia placet Leonardo *lib.* 2. *de iustitia cap.* 40. *dub.* 11. *num.* 95. tanquam probabilis, & Antonio Gomezio *in Bulla Cruciata clausul.* 10. *num.* 54. quando vouentes pauperes sunt, quod etiam tanquam probabile tuetur Sanch. *in pauperibus lib.* 4. *suprà cap.* 54. *num.* 56.

Alij tamen multo probabiliùs sentiunt, in pauperibus non posse fieri commutationem votorum, nisi in subsidium temporale ad bellum. Ita Manuel *in additionibus ad Cruciatam*, §. 9. *num.* 109. ex ea ratione, quòd in Bulla tantùm conceditur, vt fiat commutatio votorum in belli subsidium, nulla facta distinctione inter pauperes, & diuites; cuius sententiæ sunt Nauarr. *in summa Latina*, *cap.* 12. *num.* 80. *vers. admonemus*, Sotus *lib.* 7. *de Iustitia, quæst.* 4. *art.* 3. *ad finem*, *vers. rursus circa eadem*, Cordub. *summa quæst.* 149. & 150. Ludouicus Lopez 1. *part. instructory cap.* 50. *col.* 3. *vers. commutatio voti*, & 2. *part.* vbi de Clauibus, *in cap.* 9. *ad finem*, dicentes totam commutationem esse faciendam in belli subsidium.

Ex his duabus opinionibus, hæc posterior non est admittenda in pauperibus omnino egenis, & qui è mendicatis cibis ostiatim viuunt miserabiliter, quia illa conditio commutandi vota in belli subsidium debet intelligi morali modo, & prout possit fieri suauiter, ita Suarez *lib.* 6. *de voto*, *cap.* 19. *numer.* 18. & ante illum Viualdus *in suo candelabro Sacramentorum*, 3. *part. cap.* 14 *numero* 39. quamuis ipse dicat esse probabile, mihi tamen videtur certum. Alioqui nisi Bulla contenta sit orationibus pauperum, quæ multum valent apud Deum, iuxta illud, *desiderium pauperum exaudiuit Dominus*, & *præparationem cordis exaudiuit auris tua*, carebit profectò subsidio orationum eorum tam spirituali, quàm temporali, cùm ipsi non sint soluendo illud. Quando autem pauperes non fuerint omnino miserabiles, possunt eorum vota commutari partim in temporale belli subsidium, & partim in orationes, vel in alia pia opera, ita Sanchez *suprà d. cap.* 54. *num.* 58. post Sayr. *lib.* 6. *cap.* 12. *de votorum commutatione*, *num.* 17. *ad finem*, vbi ait, pauperem, cuius votum commutatur, debere dare eleemosynam aliquam paruam, suæ paupertati conformem, Henriquez *lib.* 7. *de indulgentiis*, *cap.* 30. *num.* 16. & Suarez *suprà dict. cap.* 19. *num.* 18. quæ omnia sunt accommodanda pauperibus, quorum vota commutantur virtute Iubilæi, cùm eadem sit ratio vtrobique: imò faciliùs hæc commutatio fieri potest in orationes, & alia pia opera virtute Iubilæi, quàm virtute Bullæ, cùm mens Pontificis sit, vt omnes capientes Bullam, illius priuilegiis fruantur, data aliqua eleemosyna suis facultatibus respondente; & ideò in belli subsidiū Confessarius cùm vota pauperum commutauerit, id attentis voti qualitate; & vouentis facultatibus efficiet, quòd etiam in commutatio

mutatione votorum virtute Iubilæi plus minúsve seruandum est.

82. Sequitur dubiolum, an vota emissa sub spe consequendi Iubilæum possint commutari? Responsio est affirmatiua, argumento illius, qui commisit peccata reseruata sub spe, ac fiducia obtinendi absolutionem ab illis in Iubilæo, quæ sententia, licèt displiceat D. Antonin. 1. *p. tit.* 10. *cap.* 3. & Ioanni de Anania *in tractatu de Iubilæo, dub. vltimo*, negantibus posse hunc pœnitentem absolui à reseruatis; oppositum est probabilius, quod tradunt Cordubens. *de indulgentiis, quæst.* 33. *proposit.* 3. Nauarr. *de Iubilæo, notab.* 34. *num.* 4. *& 6. & consil.* 36. *de pœnitentiis, num.* 3. *in editione* 2. Graffis *decis. lib.* 1. *de potest. confessoris, cap.* 13. *num.* 59. *& cap.* 20. *de circumstantiis, num.* 51. *& lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 16. post Syluestrum *in verb. indulgentia, quæst.* 10. *vers.* 5. Suarez *de Religione, lib.* 6. *de voto, cap.* 13. *num.* 6. Rutilius *de anno Iubilæi, lib.* 5. *cap.* 15. *dub.* 24. vbi concludunt peccantem sub spe, quòd possit absolui à reseruatis, non posse priuari absolutione à reseruatis. Igitur pari modo dicendum est de emittente vota sub spe ac fiducia consequendi commutationem tempore Iubilæi; valet enim argumentum à similibus, si per omnia sunt conuenientia, aut saltem conueniunt in eo, de quo agitur *cap. inter cæteras* 4. *de rescriptis*, per textum ibi: *& idem in similibus iudicandum est.* ita Thom. de Thomassetis *in floribus legum, regul.* 43. Surd. *consil.* 200. *num.* 15. *& consil.* 259. *num.* 27. & Bertaz. *in repet. l. si quis maior, C. de transact. n.* 761. Ergo poterit Confessarius commutare similia vota sub spe consequendi commutationem emissa.

83. Quin etiam poterit differre commutationem eorum in aliud tempus, si fortè voluerit considerare modum commutationis; potest enim differre, etiam si tempus lucrandi Iubilæum transierit, Sanchez *d. lib.* 4. *cap.* 54. *num.* 34. *& num.* 39. & docet Suarez *d. tom.* 3. *de Religione, tractat. de voto, lib.* 6. *cap.* 16. *num.* 15. inchoata enim causa, censetur commutatio concessa quodammodo pro tempore habili in ea opera ab eodem Confessario postea, aut à quodam viro docto eligenda; neque tunc viro litterato datur facultas commutandi, sed Confessarius commutat, & viro illi committitur determinatio materiæ, quæ in voti

84. locum subrogatur; quod fieri potest etiam à laico, cùm non actus iurisdictionis sit, sed maturi consilij, item in specie Viuald. *Candelabr. Sacramentorum* 3. *p. cap.* 14. *n.* 40. Nauarr. *in manuali, c.* 16. *n.* 13. quem referens sequitur Graff. *decis. lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 47. dicens posse Confessarium multis occupationibus præpeditum remittere alteri pœnitentem pro commutando voto, vt consulat virum peritum, & eius consilio acquiescat: sequitur Sayr. *in Claui, lib.* 6. *de voto, cap.* 12. *n.* 21. *ad finem*, & Barth. Medina *lib.* 1. *instruct. Confessor c.* 14. §. 7. addit Confessarium, si non adhibeat sufficientem diligentiam pro votis commutandis, peccare mortaliter. Quare satisfaciet suo muneri, si tempore, quo durat Bulla, seu Iubilæus dicat pœnitenti: Ex nunc commuto tibi vota; at verò de rebus in quas commutatio est facienda, consule Petrum virum peritum, & eius sententiæ te obligo acquiescere.

85. Illud etiam non est prætereundum, per confessionem inualidam non prodesse quicquam absolutionem à reseruatis, neque commutationem, Graffis *consil.* 13. *de pœnitent. & remiss.* Hispaniarum Primas *in tractatu de Iubilæo c.* 4. *n.* 10. post Sanch. *de matrimonio, lib.* 8. *disp.* 15. *num.* 20. quem referens sequitur, sed Sanch. ibi non loquitur de confessione inualida; loquitur tamen Suarius *de pœnitentia, disp.* 30. *sect.* 4. *num.* 4. dicens non tolli reseruationem per confessionem inualidam, cùm non concedatur facultas absoluendi à reseruatis, & commutandi vota, nisi in ordine ad consequendam indulgentiam, idem repetit *eod. tom.* 4. *disp.* 52. *sect.* 3. *num.* 16. *vers. at verò*, vbi decidit per confessionem nullam neque indulgentiam, neque fauores Iubilæi obtineri. vide etiam illum *de fide, disp.* 21. *num.* 19.

Non vulgaris disceptatio est, an per hunc Iubilæum possint commutari vota peregrinationis Hierosolymitanæ, Compostellanæ, & alia similia vota communiter reseruata? Responsio est affirmatiua. Constat ex litteris Iubilæi, ibi: *Exceptis Religionis, & castitatis votis.* Ex quibus verbis sequitur hæc duo tantùm, cùm sint absoluta, & perpetua, esse reseruata Pontifici, & ab eo tantùm posse commutari, & dispensari propria, & vera dispensatione relaxante voti vinculum, quod ea sublata verè obligabat, ita Suar. *de Religione, tom.* 2. *de voto, lib.* 6. *c.* 9. *n.* 6. Vasq. 1. 2. *quæst.* 97. *art.* 4. *disp.* 178. *num.* 10. *cum sequent.* Lessius *de Iustitia, lib.* 2. *cap.* 46. *dub.* 12. *num.* 98. & alij, quos referens sequitur Sanchez *de matrimonio, lib.* 8. *disp.* 6. *n.* 1. *& in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 37. *à num.* 5. neque de hoc difficilis quæstio esse potest, cùm Pontifex verè, & propriè obligationem voti tollat, & in ea dispenset nomine ipsius Dei creditoris, cui obligatio fuit quæsita: nam quemadmodum quilibet creditor humanus ius sibi quæsitum remittere potest, illique renunciare, *l. si quis in conscribendo. C. de Episcopis & clericis, c. si terra, de priuil. c. tuis, vers. nisi de testibus*, Azor *instit. moral. part.* 1. *lib.* 5. *c.* 21. *quæst.* 10. & Suar. *de legibus, lib.* 8. *cap.* 33. sic etiam Deus ius sibi quæsitum ex voto remittit, ac renuntiare potest. Cùm ergo huius reuelationem homines de lege ordinaria non assequantur, conueniens est, vt in terris sit aliquis, qui loco Dei, & eius loco relaxet ius Deo ex voto quæsitum, & ex iuramento, secundùm quam declarationem intelligitur Pontificem verè, & propriè dispensare in votis, & iuramentis, Suar. *d. lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 15. *& duobus sequentibus*, & Lessius *d. cap.* 46. *dub.* 12. *num.* 99. subsistente causa iusta, sed quia hæc sunt de iure diuino, quomodo Pontifex in illo possit dispensare, dixi *disp.* 1. §. 2. *num.* 13. *&* 14. *&* §. 8. *à num.* 123. *ad num.* 126. *& à num.* 172. *ad num.* 187. §. 9. Dixi *subsistente causa legitima*; quia ea deficiente, dispensatio in voto est irrita, Sanchez *de matrimonio, lib.* 8. *disp.* 17. *num.* 3. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 3. *quæst.* 46. *art.* 5. & Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 18. *num.* 341. 86.

Quomodo autem sint commutanda vota peregrinationis Terræ sanctæ, & similia, per hunc Iubilæum, illud est certum, habendam scilicet esse rationem expensarum in eundo, commorando, & redeundo, *cap. magnæ, de voto, & voti redemptione*, vbi Innocentius Tertius per hæc verba, ibi: *Vt expensa quas vouens in eundo, morando, & redeundo facturus erat, alicui Religioso committantur in necessarios vsus Terræ sanctæ, sine diminutione qualibet transferenda.* Et glossa *ibidem in verb. eundo*, idem docet, quamuis peregrinus non voueat redire, sed solùm ire, at intelligitur reuersio à peregrinatione. Quare non est audiendus Aragonius 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 12. dicens nō esse habendum rationem expensarum in redeundo, sed in eundo. ita Sayr. *in*

Claui Regia, lib. 6. c. 12. num. 20. vers. item consideranda, Azor instit. moral. part. 1. lib. 11. cap. 18. quæs. 12. Comitol. respons. moral. lib. 2. quæst. 13. per totam. Suarez tom. 2. de Religione, tractatu de voto, lib. 6. cap. 19. & Sanchez suprà lib. 9. cap. 56. à num. 11. post alios famigeratos. Quæ expensæ sunt computandæ iuxta statum vouentis, & moralem ipsius consueruetudinem in simili itinere, quod non facit propter ostentationem.

Quòd si peregrinus vbi peruenit ad locum suæ peregrinarionis, mutata voluntate nolit reuerti, omittendæ sunt expensæ faciendæ in reuersione, eo quia, cùm votum principale expleuerit, & accessorium, hoc est, reditum explicitè non vouerit, solùm tenebatur expensas reditus commutare ante voti executionem, & ideo ad illas non tenetur, voto principali iam expleto. Manuel in additionibus ad Bullam Cruciatam, §. 9. num. 108. quem referens sequitur Sanchex dict. cap. 56. num. 17.

Hodie autem vota peregrinationis Hierosolymitanæ, seu in subsidium Terræ sanctæ, non debent commutari, vt olim commutabantur in eleemosynam in eius loci subsidium mittendam; sed instar aliorum votorum commutatio fieri potest, cùm expeditio illa iam cessauerit, ita Suarez in d. cap. 19. num. 17. Sanchez d. lib. 4. cap. 56. num. 26. & Barbosa in cap. magna, de voto, num. 12. vbi num. 13. subdit, in voto peregrinandi commutatione expensas esse commutandas, non ex præcepto, sed ex consilio, & ex congruentia in eleemosynas, quoniam inter similia datur æqualitas, & acceditur magis priori materiæ, & fini voti eiusdem, Angelus verb. votum. 4. num. 12. Suarez suprà n. 16. & 17. & Sanchez supra num. 25.

Porrò labor itineris si peregrinatio est pedestris, commutari potest in ieiunia, ita vt labor vnius diei, & molestia commutetur in vnius diei ieiunium, & duorum dierum in duo ieiunia, & sic deinceps: si autem peregrinatio fuerit equestris, vltra etiam expensas labor itineris quatuor dierum potest commutari in vnius diei ieiunium; ita docent Sayr. in claui Regia, lib. 6. cap. 12. num. 20. vers. item consideranda. Azor 1. p. instit. moral. lib. 11. cap. 18. quæs. 13. & ita intelligi debet Angles Floribus 2. p. quæst. vnica, de voto, art. 8. difficult. 6. proposit. 2. dum ait pro labore peregrinationis quatuor dierum vnicum ieiunium esse dandum, hoc est, pro peregrinatione equestri: secus pro peregrinatione pedestri, tunc enim dies itineris diei ieiunij respondeat.

87. Rursus reditus fiat ad vota castitatis, & Religionis, quæ possunt commutari per Iubilæum hunc. Quo ad vota castitatis, communis sententia est posse commutari, & dispensari, quando non sunt perpetuæ castitatis, sed vel sunt ad tempus, vel partialis castitatis; quia votum castitatis perpetuæ, est duntaxat reseruatum Summo Pontifici, Sayr. in Claui, lib. 6. cap. 11. num. 48. & ex antiquioribus, Paludan. in 4. distinct. 38. quæst. 4. artic. 4. conclus. 5. S. Antonin. part. 2. tit. 11. cap. 2. §. penultimo, vers. nota quarto, Angel. verb. votum. 4. quæst. 9. & indicat D. Thomas 2. 2. quæst. 88. art. 11. ad 2. & ex recentioribus Gutier. quæst. canon. lib. 2. cap. 22. numer. 48. Aragonius 2. 2. quæst. 88. artic. 12. paulo ante solutionem ad primum, Valentia 2. 2. disputat. 6. quæst. 6. puncto 7. col. 10. vers. ex quo sequitur, Henriquez lib. 7. de indulgentiis, cap. 30. num. 6. Azor part. 1 instit. moral. cap. 19. quæs. 6. Lessius de iustitia, lib. 2. cap. 40. dub. 13. numer. 105. & Suarez tom. 2. de Religione, tract. de voto, lib. 6. cap. 22. num. 9. nisi votum fiat de seruanda castitate per centum annos, tunc enim cùm non præsumatur durare amplius vita hominis, censetur esse votum castitatis perpetuæ. ita Lessius d. dub. 13. num. 105. quem sequitur Sanchez lib. 2. de matrimonio, disp. 40. num. 1. & in summa, lib. 4. cap. 40. num. 48.

Hinc fit posse Confessarium per Iubilæum vota castitatis coniugalis commutare, cùm non sit votum integræ castitatis, Henriquez lib. 7. de indulgentiis, cap. 30. num. 6. Lessius d. num. 105. vers. tertio, Sanchez lib. 8. de matrimonio, disp. 9. num. 7. & in præcepta Decalogi, lib. 4. cap. 40. num. 50. Similiter cadit commutatio, seu dispensatio in voto non nubendi, quia non est votum castitatis, quod vltra abstinentiam à nuptiis obligat etiam ad aliquid supererogationis, & consilij, ad quam non obligatur ex voto non nubendi, ita Antoninus 2. p. tit. 2. cap. 11. §. 1. Nauar. in summa Latina, cap. 12. num. 7. & cap. 22. num. 8;. Emmanuel de Saa verb. votum, vbi de voti irritatione, num. 11. in fine, Azor dict. lib. 11. cap. 19. quæs. 5. Valentia 2. 2. disp. 6. quæst. 6. punct. 7. colum. 10. vers. ex quo sequitur, & Graffis 1. p. decis. lib. cap. 31. num. 29. & 31. vbi idem ait de voto non tangendi mulierem, vel hominem libidinosè: nec non de voto non fornicandi, aut abstinendi à certo actu venereo, Sanchez d. cap. 40. num. 67. post Lessium lib. 2. de iustitia, d. cap. 40. num. 105. Nauarr. lib. 3. consil. tit. de voto, in priori edit. cons. 22. num. vnico; & in posteriori, cons. 42. num. etiam vnico. Ratio est, quia non sunt vota integræ, nec omnimodæ castitatis. & in his omnibus potest Episcopus dispensare: ergo similiter, & Confessarius virtute Iubilæi huius.

Quòd autem possit Episcopus in voto castitatis temporalis, est Nauarri in manuali, cap. 12. num. 76. Soti de iustitia, lib. 7. quæst. 4. art. 3. col. 5. vers. Ex his fit, & in 4. dist. 38. quæst. 2. art. 1. col. 4. in fine 1. conclus. Tolet. lib 4. summa, cap. 18. Anton. Gomez in exposit. Cruciata clausula 10. num. 109. & Manuel etiam in exposit. Cruciata, §. 9. num. 120. item posse Episcopum dispensare in voto non nubendi, seu non ineundi matrimonium verius est, ex Syluestro verb. votum, in 4. quæst. 4. Armilla verb. dispensare, num. 18. Henriquez lib. 7. de indulgentiis, cap. 30. num. 6. & Lopez 1. p. instruct. cap. 49. col. 2. vers. licèt Episcopus, & 2. p. vbi de matrimonio, cap. 48. colum. 4. vers. præterea, de voto & vbi de clauibus, cap. 9. col. 10. vers. adde quod. Idem ait Henriquez cap. 30. à num. 6. de voto castitatis coniugalis seruanda, cùm deficiat à voto castitatis absoluto, & sic de cæteris votis, quæ non sunt omnimodæ castitatis, quæ excipiuntur in hoc Iubilæo, & reseruantur Rom. Pontifici.

Quo ad vota Religionis absoluta nihil potest Episcopus etiam si sint vota ingrediendi Religionem Ordinis militaris Sancti Ioannis Baptistæ, cùm sit vera Religio in qua fiunt tria vota solemnia, ita Luis Lopez 2. p. instructorij, vbi de clauib. cap. 9. ad finem, & Sanchez lib. 8. disp. 9. num. 16. & lib. 4. in præcepta Decalogi, cap. 40. num 73. Secus de aliis Ordinibus militaribus, quia, vel non sunt propriè Religiones, vel controuersum est, & sufficit id esse sub opinione, vt possit Episcopus dispensare secundùm regulam, quæ ait posse Episcopum dispensare, quoties de voti valore fuerit dubium morale, siue sit dubium iuris, siue facti, & siue dubium sit negatiuum, siue ob coniecturas 88.

quæ non faciunt ſatis ad determinationem iudicij, ſiue ſit poſitiuum ex opinionibus probabilibus contrariis; tuoe enim tale votum quamuis materia ſit reſeruata, non eſt teſeruatum, & ideo Epiſcopos poteſt io illo diſpenſare, eo quòd reſeruatio diſpenſationis, cùm ſit odioſa, eſt teſtriogenda ad caſus certos; non autem ad dubios, qui non veniunt ſub reſeruatione, vt in ſimili tradunt Suar. *5. tom. in 3. partem diſp.* 40. *ſect.* *6. num.* 5. Henriquez *lib.6. de pœnit. cap.*26. *num.*7. idem Suarez *tom.2. de Religione tract. de voto lib.*6. *cap.* 26. *num.* 6. quem referens ſequitur Sanchez *lib.* 1. *in præcepta Decalogi cap.* 10. *num.*74. *& lib.*4. *cap.*40. *num.*26. *& num.*73. & ex conſequenti Confeſſarius poterit virtute Iubilæi commutare vota ingredieodi Religiones militares, quandiu controuerſum fuerit, an ſint verè Religiones.

Similiter poterit commotare vota Religionis non approbatæ à Sede Apoſtolica, cùm non ſit verè Religio, Leſſius *lib.* 2. *de Iuſtitia cap.*40. *dubio* 13. *num.*105. Sayt. *in Claui lib.6. cap.*11. *num.*64. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſp.*9. *num.*15. Suarez *de voto d. lib.6. cap.* 21. *n.* 8. Quinimo poterit Epiſcopus diſpeoſare in qualitate adiuncta ſubſtantiæ voto Religionis, nempe ſi quis voueat ingredi Religiooem ſtrictiorem, vt ingrediatur laxiotem, non enim hoc eſt diſpenſare in voto reſeruato, ſed in quadam voti circumſtantia, quia non diſpenſatur in ſubſtantia Religionis, ſed in eo exceſſu tantùm voius Religionis ad aliam, qui nullibi reperitur reſeruatus; & quamuis Nauarrus *commentario* 4. *de Regularibus, num.*10. *in fine*, opinetur ingreſſum io Religionem alteram laxiorem, ant æqualem eſſe reſernatum Pootifici. Nihilominus multo verius eſt non eſſe, cùm ſemper maneat obligatus ad Religionem, & quo ad exceſſum ſolum commutatur per Epiſcopum, ita Sotus *de Iuſtitia lib.*7. *quæſt.*4. *art.*3. *col.*5. *verſ. ſequitur ſubinde*, Angles Floribus 2. *p.* vbi de voto, *quæſt. vnica art.*8. *poſt* 4. *difficult. dub.*2. *& difficult.*9. *concluſ.*5. Azor *inſtit. moral.*1. *p. cap.*18. *quæſt* 8. Manuel de Sà, vbi de voti irritatione, *num.*11. Henriquez *lib.*7. *de indulgentiis cap.*12. *num.* 7. Leſſius ſuprà *eodem dubio* 13. *num.*105. *verſ.*6. & alij, qoibus accedit Petrus de Ledeſma 2. *tom. ſummæ tract.*10. *cap.* 7. *dub. vltimo dicto* 1. *verſ. la ſegunda parte*, & Sayr. *in Claui lib.*6. *cap.* 11. *num.*63. & Manuel 2. *tom. ſummæ c.*89. *n.*4. *quæſt. regul. tom.*1. *quæſt.*25. *art.*6. ex quibus infero poſſe ſimilia vota ſubiici Iubilæis ampliſſimis, & eorum priuilegiis quo ad commutationem, vt apparet ex litteris huius præſeotis.

Extende ad promittentem non ſolùm Religionem, ſed etiam perſeuerantiam in illa, quoniam etiamſi reſeruetur Papæ diſpenſatio, & commutatio circa ingreſſum, poteſt tamen Epiſcopus diſpenſare in voto perſeuerãtiæ, quod eſt diuerſum à voto Religionis: atque ita intercedente cauſa iuſta ad non perſeuerandum, nempe non poſſe auſteritate Religionis pati, poterit virtute Iubilæi votum perſeuerandi commutari, cùm non diſpenſetur in voto Religionis, ſed in qualitate annexa, quæ nullibi reſeruatur; ex ea ratione, quia ſub opinione eſt, an hoc votum obliget præcisè ad perſeuerantiam, an potiùs liceat exite ob iuſtam cauſam tempore anni probationis; ſicuti quando eſt votum ſolius Religionis: ergo ſicuti Epiſcopus poteſt diſpenſare, vt vult Hoſtienſis *in ſumma tit. de voto num.*16. *in fine*, cum hoc vouente ante ingreſſum, noo quòd non ingrediatur, ſed ne perſeueret ex cauſa iuſta: ita etiam virtute Iubilæi poterit hoc fieri. Quin etiam cum vouente Religionem, & perſeuerantiam, ex cauſa tamen iuſta exeunte, poteſt Epiſcopus diſpenſare, ne rurſus ingrediatur, Sanchez *in præcepta Decalogi lib.* *cap.*40. *num.*75.

Poſſe autem commutari vota, necne illius, qui non petioit commutationem, nec lucratus eſt Iubilæum poſt tempus illius exactum? ex dictis ſuprà *num.*80. colligi poteſt negatiua. Iuuat præſcribi ad opera Iubilæi exequenda tempus à Summo Pontifice: ergo qui noo petiuit commutationem, nec lucratus eſt Iobilæum, quia noluit opera præſcripta exequi, non poteſt obtinere commutationem poſt tempus lapſum. Villalobos *in ſumma, tract.*26. *diffic.*24. *n.*5. dum ait Iubilæum lucraturum debere petere commutationem ieiuniorum, aotequam dies ieionio deputati elabantur, ſed loquitur etiam in diuerſo caſu à noſtro, qui loquimur de noo lucrante Iubilæum; atque ita poſt tempus elapſum nullo modo poſſunt vota commutari, ita io ſpecie Sanchez *lib.* 8. *diſp.* 15. *num.* 23. *& lib.*4. *in præcepta Decalogi cap.*54. *num.*51. 89.

Percunctari etiam poteſt quiſpiam, an integrum ſit Confeſſario commutare vota ſub conditione pœnitenti, ſi pœnitens lucratus fuerit Iubilæum? Fr. Manuel *in ſumma verb. Iubilæo cap.* 183. *n.*15. *verſ. de lo dicho.* Suar. *tom.*2. *de Religione lib.6. de voto, c.*16. *n.*9. *&* 10. monent Confeſſarios, ne abſoluant à reſeruatis, aut commutent vota ſub conditione, ſi pœnitẽtes præſcripta in Iubilæo opera adimpleuerint. Nec eſt tamen dubium quòd poſſit fieri commutatio votorum licitè ſub conditione futuri euentus, ſi Iubilæus acquiratur, cùm commutatio non ſit actus ſacramentalis. Quocirca legitimè ſemel facta commutatione dicendum eſt vota fuiſſe commutata ſine vlla conditione, etiam Iubilæo noo comparato, conceditur enim, & abſolotio à reſeruatis, & commutatio ſine vlla conditione. Henriquez *lib.6. de pœnitentia c.*16. *n.*6. *& de indul. lib.*7. *c.*12. *n.*4. Viuald. *in Candelabro* 3. *c.*14. *n.* 59. & 60. Emman. de Sà *in ſumma verb. abſolutio*, & Sanchez *lib.* 8. *diſp.* 15. *n.* 22. *& lib.*4. *cap.*54. *num.*53. 90.

Rurſus de eadem facultate Confeſſariis conceſſa circa votorum commutationem, & circa reliqua, quæ in Iubilæo continentur.

§. VII.

EPITOME.

91. *An priuilegia Iubilæi circa vota commutanda extendantur ad vota facta, & facienda, & an ſemper exigatur cauſa in huiuſmodi commutationibus?*
92. *An Papa commutante votum ſibi reſeruatum poſſit poſtea commutari virtute Iubilæi?*
93. *An votum caſtitatis temporalis commutatum virtute Iubilæi in ſummam certam pecuniæ pauperibus, ea data extinguatur omnino?*
94. *An ſi Papa commutet votum Religionis in aliud, teneatur ad id in quod votum eſt commutatum, & an vouens poſſit liberè primum votum adimplere, relicta commutatione?*
95. *An ſi quis liber a voto per commutationem, rurſus idem votum emittat, teneatur ad commutationem, & ad prius votum complendam?*

Quomodo

91. PRIMA difficultas, an concessa facultate ad commutanda vota virtute Iubilæi veniant sola facta ante illum, an etiam ad vota facienda post illum? Sunt qui docent facultatem solùm extendi ad præterita ante indulgentiam emissa, ita Corduba *in summa casuum conscientiæ, casu* 149. *in fine*, Angles *in floribus in* 4. *de senten. in quæst. de voto art.* 8. *diffic.* 7. *conclus.* 3. & Ludouicus Lopez 1. *p. instruct. cap.* 50. Graffis *decis. lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 9. post Sotum *lib* 7 *de iustitia quæst.* 4. *art.* 3. *col.* 4. dicentem esse inconueniens facere alicui facultatem dispensandi in voto, prius quàm votum emittatur: secus dicendum de facultate concessa absoluendi à quibuscunque peccatis; hanc enim fatetur extendi etiam ad peccata, quæ quisque post publicatum Iubilæum commiserit, quæ sententia est probabilis.

Probabilior est sententia quæ tradit facultatem Iubilæi extendi ad vota priùs facta, & ad ea, quæ postea fiunt tempore Iubilæi durante. Ratio, quia fauores sunt ampliandi, *cap. cùm dilecti, de donat.* vbi donationes latissimè sunt interpretandæ. Tiraquel. *in lege, si vnquam, verb. donatione largitus, num* 48 Boer. *decis.* 172. *num.* 27. Cabed. *Lusit. decis.* 95. *n.* 1. *p* 2. Suar. *de Relig. tract. de voto lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 12. item quia beneficia Principis amplissimè intelliguntur *l.* 3. *ff. de constit. Principum.* Valasc. *cons.* 58. *num.* 11. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *quæst.* 103. *num.* 31. & Sanch. *de matrimonio lib.* 8. *disp.* 1. *num.* 4. præsertim hoc loco, in quò non datur præiudicium tertij, Aldrete *in allegat. iuris pro omnimoda Regularium exemptione, p.* 3. *cap.* 6. *num.* 12. Quare cùm facultas commutandi vota ex Iubilæo sit data in fauorem, non est restringenda, sed amplianda ad omnia vota, quæ ante, & post Iubilæum sunt facta Iubilæo durante, ita Cordub. mutata sententia *lib.* 5. *de indulgentiis quæst* 37. *proposit.* 2. Nauarr. *in manuali cap.* 12. *num.* 80. Azor. 1. *part. instit. moral lib.* 11. *cap.* 18. *quæs.* 9. Emmanuel Saa *in summa verb. votum* 2. *in fin.* & Aragon. 2. 2. *quæst.* 88. *articulo* 12.

Consonat glossa *in cap. quia circa*, 22. *in verb. sed futuri*; de priuilegiis, vbi docet verba indefinitè, & generaliter prolata in priuilegiis extendi ad futura, cùm nihil excipiat, qui potuerit excepisse, & non excepit; omnia venire intellexit, quæ venire possunt, & continentur in ampla verborum significatione, quod etiam indicat textus *in cap. ad audientiam* 11. *de decimis*, & textus *in lege, veteribus* 40. *ff. de pactis*, Sanchez *in præcepta Decalogi lib.* 4. *cap.* 53. *num.* 26. vbi in specie de nostro casu, quem probat absolutione à peccatis, & censuris, quæ extenditur in vniuersum ad omnia crimina antè, & pòst contracta: igitur & facultas commutandi non solùm ad præterita, sed etiam ad futura extenditur, quibus accedit, Hispaniarum Primas *in tractatu de Iubila. cap.* 11. *num.* 16.

Nec obest quod ait Ludouicus de Beia *in responsione casuum conscientiæ part.* 2. *casu* 9. non esse parem rationem in absolutione à censuris, & à casibus reseruatis, & in commutatione votorum; quoniam reseruatio casuum, & censurarum obstat consecutioni gratiæ, & indulgentiæ, & ideo, vt reddatur aptus ad consequendam gratiam, aufertur reseruatio impensa absolutione, etiam peccatorum, de quibus non fecit mentionem in confessione, à quibus tamen postea potest absolui à Confessario quolibet approbato; eodem modo quo durante Iubilæo potuisset absolui, si illorum in confessione meminisset: vota autem non obsunt gratiæ, nec comparationi Iubilæi aduersantur; & idcirco tantùm indulgetur potestas, vt valeant vota commutari durante tempore Iubilæi antea facta, non autem post publicationem Iubilæi. Quia esto non commutentur vota tempore Iubilæi, quorum non meminit petere commutationem pœnitens, cùm cõmutentur, nisi præmissa cognitione, atque adeò Confessarius vere illa commutet, tanta virtute Iubilæi fit facultas cõmutandi Confessario, vt non solùm cõprehendat vota ante publicatum Iubilæum emissa, sed etiã post illius publicationẽ; sicut à casibus reseruatis, quorum sine culpa non meminit, potest postea absolui: ita possunt commutari vota oblita, quæ fuerunt emissa ante tempus Iubilæi omnino exactum, post illud ex benigna Summi Pontificis intentione; Sanch. *d. cap.* 53. *num.* 26. 27. & 28. cum aliis.

Nec ambigi potest ad commutandum virtute Iubilæi causam semper exigi; ex ea ratione, quia habens ordinariam potestatem nequit absque causa commutare: ergo multo minus poterit habens potestatem delegatam, Suar. *tom.* 2. *de Religione lib.* 6. *de voto cap.* 19. *num.* 10. quod adeò verum est, vt quidam ex *cap.* 1. *de voto*, opinentur commutationem factam per Prælatum etiam in melius, indigere causa, per textum *ibi*, per hæc verba: *Consideret diligentiùs qualitatem personæ, & an peregrinatio, an recompensatio melior fuerit, & Deo magis accepta.* qui textus loquitur cum Prælato votum peregrinationis commutaturo, huius opinionis est Innocent. *in d. cap.* 1. *de voto, num. vnico, ad medium.*

Nihilominus certi iuris est, quoties ad commutandum necessaria est auctoritas Prælati, vt fiat ritè, ac rectè, necessariam esse quoque causam, quoniam Prælatus quando commutat, interpretatur consensum Dei. quare vbi nulla est causa faciendi commutationem, nulla est ratio, & ex consequenti non datur legitima causa interpretandi diuinam voluntatem. Ita gloss. *in d. cap.* 1. *verb. causam.* Abulens. *cap.* 30. *Numer. quæst.* 103. *in fine*, & 104. *in principio*, & 105. *in principio*, & *in fine*, & videtur supponere D. Thomas 2. 2. *quæst* 88. *art.* 12. *in corpore.* Limita in commutatione facta in rem meliorem euidenter; eo quòd ad hanc commutationem non est necessaria potestas aliqua spiritualis; neque opus est superioris auctoritate sed quicunque potest propria

auctoritate

auctoritate ita cnmmutare, textus *in cap. peruenit el 2. de iureiur.* ibi, *Promiſſum non infringit, qui illud in melius commutat.* Quocirca quando materia ſubrogata eſt manifeſtè melior perpenſis cunctis circunſtantiis, non eſt opus auctoritate ſuperioris, Couarr. *in cap. quamuis pactum part.* 1. §. 3. *num.* 4. *verſ. ego verò*, Valent. 2. 2. *diſp.* 6. *quæſt.* 6. *punct.* 7. *col.* 2. *verſ. hac ipſa ratione*, Toletus *in ſumma lib.* 4. *cap.* 18. *num. penult.* Henriquez *in ſumma lib.* 5. *de pœnit. cap.* 20. §. 5. *& lib.* 7. *de indulgen. cap.* 30. §. 5. Antonius Gomez *in Bulla Cruciata clauſula* 10. *num.* 112. Sayr. *in claui Regia lib.* 6. *cap.* 12. *num.* 5. & Ioann. Valer. *de different. inter vtrunque forum, verb. Solutio, differ.* 1. quibus accedit Sanch. *ſuprà lib.* 4. *cap.* 49 *à principio.*

Quare cauſa exigitur, dum commutatio non fit in melius euidenter, Sayr. *d. cap.* 12. *num.* 25. Viuald. *in candelabro aureo, part.* 3. *cap.* 14. *n.* 14. Beja *reſponſ. caſuum conſcientiæ, part.* 1. *caſu* 49. *verſ. tum quia diſpenſatio, & part.* 2. *caſu* 9. Leſſius *d. lib.* 2. *cap.* 40. *dub.* 11. *num.* 96. Azor *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 18. *quæſ.* 3. vbi omnes decidunt exigi cauſam, quoties commutatio non fit in rem euidenter meliorem, ſequitur Sanchez *dict. cap.* 49. *n.* 14. vbi *num.* 19. addit non exigi cauſam, quando ſuperior commutat votum in rem æqualem, exiſtimans probabiliter eſſe meliorem, vt referens ſequitur Barboſa *in d. cap.* 1. *de voto, num.* 5. An verò quando commutatio fit auctoritate Prælati in rem æqualem, aut in minus, deficiente tamen cauſa legitima, & qualiter peccent ita commutantes Prælati, tradit Sanchez *d. lib.* 4. *cap.* 51. *ex num.* 7. *vſque ad num.* 17.

92. Secunda difficultas, an poſſit virtute Iubilæi Confeſſarius commutare votum caſtitatis abſolutæ, quod iam Summus Pontifex commutauerat ex cauſa in alia opera pia, nempe in ieiunia, preces, vel eleemoſynas exiſtente alia cauſa, vt ieiunia, preces, & eleemoſynæ in alia opera commutentur? Ratio dubitandi, quia res in alterius locum ſubrogatæ ſapiunt naturam illius in cuius locum ſubrogantur, *l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut.* vbi Bartol. *l.* 1. *§. hæc actio. ff. ſi quis teſtam. liber eſſe*; ſed omnia in quæ Pontifex commutauit votum caſtitatis, ſubſtituuntur in locum ipſius voti: igitur manent reſeruata Pontifici ſicut votum reſeruatum fuit à principio. Dicendum tamen eſt Epiſcopum, aut Confeſſarium virtute Iubilæi electum poſſe commutare illa omnia in quæ votum caſtitatis fuit commutatum, quia votum commutatum in aliam materiam deſiuit eſſe affectum Papæ, hoc eſt, materia in quam votum mutatum eſt, ita Azor *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 18. *dub.* 11. Emmanuel Sà *verb. votum* 2. *in fine num.* 24. Neque obſtat argumentum pro contraria parte, ſolùm enim probat teneri eum, cuius erat votum in aliud commutatum adimplere ieiunia, orationes, & eleemoſynas, in quæ caſtitatis votum fuit mutatum.

93. Tertia difficultas, an extinguatur omnino votũ caſtitatis temporalis commutatum virtute Iubilæi in ſummam certam pecuniæ pauperibus dandam, vbi primum pecunia traditur. Reſpondeo per traditam pecuniam extingui priorem obligationem voti emiſſi, ita Syluestr. *verb. votum.* 4. *quæſt.* 3. *verſ. tertio*, Sotus *lib.* 1. *de iuſtitia quæſt.* 7. *art.* 3. *circa medium, verſ. Ex quo fit*, & Panormit. *in cap.* 1. *num.* 1. *de voto.* Non enim obligatio ſemel extincta reuiuiſcit; tranſiuit enim obligatio voti commutati in traditionem pecuniæ ſubrogatæ, & ea tradita extinctum fuit vinculum voti, argumento creditoris accipientis debitum in aliam materiam, & eo ipſo quòd debitor commutationem acceptat, liberatur omnino à priori obligatione, & obligatur ad materiam ſubrogatam, Syluestr. *ſuprà quæſt.* 1. Caietan. 2. 2. *quæſt.* 88. *art.* 10. *notab.* 2. *& art.* 12. *col.* 2. & Aragonius *ibidem art.* 12. *dicto* 1. *fol.* 1041. Suar. *ſuprà lib.* 6. *cap.* 20. *à num.* 1. *vſque ad* 10. Cùm ergo tradita fuerit pecunia loco materiæ ſubrogatæ extinctum fuit vinculum caſtitatis, ex traditis à Sanchez cum aliis *d. lib.* 4. *cap.* 55. *num.* 2.

Quarta difficultas, an ſi Papa commutet vo- 94.
tum Religionis in aliud, teneatur vouens ad id, in quod votum eſt mutatum, & an poſſit relicta materia commutata, redire liberè ad primum votum poſtquam habuit ratam commutationem? Dico primò non obſtante commutatione facta poſſe, ſi volet ligatus voto, votum primum ſeruare; quia per commutationem non fuit extincta obligatio prioris voti; ſed tranſiit in materiam ſubrogatam, ſi qui petiuit commutationem, voluerit gratia illa vti: cenſetur enim facta commutatio in gratiam illius; atque ita ſemper ei liberum erit, vel votum primum ſeruare, vel commutationem. Azor *inſtit. moral.* 1. *part. lib.* 11. *cap.* 18. *dubio* 10. *& dubio* 12. Sanch. *de matri. lib.* 9. *diſp.* 4. *num.* 21.

Dico ſecundò, licitum eſſe propria auctoritate reuerti ad priorem materiam promiſſam, ſiue votum commutetur in æquale, ſiue in melius, eo quòd commutatio fit in fauorem vouentis: ſecus ſi acceptetur commutatio in melius bonum data opera ad maiorem Dei honorem, & cultum augendum; & ob eam cauſam eligitur materia illa melior, loco prioris: tunc enim non poterit vouens ad prius votum redire, quoniam ea commutatio non fuit in gratiam vouentis, ſed in fauorem Dei facta.

Dico tertiò, ſi quis noluerit commutatione vti, ſed redire ad prius votum, poſtquam rediit, non poſſe amplecti commutationem, licèt aliqui teneant oppoſitum: quorum meminit Soarez *de voto, lib.* 6. *cap.* 20. *num.* 3. quod intelligendum eſt, ſi commutatio facta fuerit in minus bonum: ita Soarez *ſuprà.* vel materia ſubrogata fuerit æqualis in ſententia eorum, qui exiſtimant non poſſe fieri commutationem propria auctoritate in bonum euidenter æquale: ſecus ſi commutatio fiat in bonum euidenter melius; quia in eo euentu licitus eſt reditus ad eam commutationem, Sanchez poſt Suarium *cap.* 25. *num.* 29. vbi
num. 30. ſubdit, qui poſt acceptationem commu- 95.
tationis factæ, rurſus voueat prius votum, eo animo vt renunciet commutationi, non teneri commutationi adhærere. Quòd ſi mens fuit ſe iterum eo voto ligari, tunc tenebitur ad votum, & ad commutationem, & eodem modo, ſi dubius fuerit de intentione, quoniam cùm ſit certus de obligatione commutationis obligante virtute prioris voti, & de voto rurſus facto, & intentio, quæ poteſt excuſare ab obligatione vtriuſque, eſt anceps, obligatio eſt in poſſeſſione, vt cum multis probat Sanchez *d. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 52. *& cap.* 55. *num.* 30.

Quinta difficultas, quomodo ſint commutan- 96.
da vota de præcepto ſeruando, quod obligat ſub mortali, abſque voto? Reſponſio ſit, votum non fornicandi non eſſe commutandum in rem valde difficilem, eo quòd per commutationem non tollitur

tollitur obligatio præcepti de non fornicando; nec noua voti obligatio, cùm ista in materiam subrogatam transuolet; sed solùm facit, ne illa voti obligatio perseueret in eadem materia præcepti. Sanchez *lib. 4. in præcepta. cap. 56. num. 3.*

97. Sexta dubitatio, qualiter sint commutanda vota ieiunandi omnibus feriis sextis, aut omnibus sabbatis calculos virgineos votum recitandi? Quo ad primum, si votum sit ieiunandi in honorem sanctissimæ Passionis Christi Domini, mutari potest in Coronam Beatæ Mariæ Virginis sexaginta tres Aue, & sex Pater continentem: si autem votum ieiunandi fuerit pro domanda carne, potest commutari in flagellationem vnius Psalmi *Miserere mei*, aut in Coronam Beatæ Virginis genibus flexis recitandam. Porrò votum recitandi calculos virgineos, hoc est, tertiam partem Rosarij Beatæ Virginis, mutari potest in eleemosynam pauperi dandam, quæ sufficit ad emendum panem pro prandio illius diei. Quòd si dubitetur, an sit æquipollens voti commutatio, potest, qui petiuit commutationem reduci ad pristinum statum, Nauarr. *lib. 3. cons. 19. de voto num. 2.* ab habente potestatem. Sed verius est eosdem pœnitentes, si noluerint stare commutationi, posse priora vota seruare. Sanchez *de matrimonio lib. 9. disp. 4. num. 21.* Azor *tom. 1. lib. 11. cap. 18. vers. decimò quæritur*, Sayro *in Claui lib. 6. cap. 11. num. 21.* Suar. *de Religione tom. 2. lib. 6. de voto cap. 20. in principio*, & dixi suprà *num. 84.*

98. Adde votum ieiunandi certa die, vel recitandi septem Psalmos pœnitentiales certa die, teneri eisdem diebus commutationes adimplere; nisi Confessarius aliud declaret, aut colligatur oppositum ex aliqua circonstantia: quoniam in illo voto duæ obligationes continentur; prima, vt adimpleatur in hac, vel in illa materia; secunda, vt adimpleatur in die certa: & ideo quando mutatur materia, non mutatur tempus. Suar. *d. lib. 6. cap. 19. num 21.* Henriquez *lib. 7. de indulgentiis. cap. 10. num. 6.* Sanchez *lib. 4. in præcepta Decalogi, cap. 56. num. 28. & 29.*

99. Qualiter verò sint commutanda virtute Iubilæi vota non contrahendi matrimonium, aut vota assumendi Ordines sacros? Responsio sit, vota non contrahendi matrimonium commutari in menstruam confessionem, & communionem per duos, vel tres annos duntaxat, & in obligationem præcipiendi, vt octo, vel decem sacra fiant pro defunctis. Vota autem assumendi Ordines sacros, cùm contineant annexam castitatem, & Officium diuinum, & hæc omnia per totam vitam, & facere Sacrum aliquoties in anno, commutari possunt in confessionem, & communionem menstruam; & in ieiunium semel in hebdomada per totam vitam, cum onere etiam faciendi, fieri sacrum singulis mensibus semel pro defunctis in igne purgante detentis. Quæ omnia adhuc non æquipollent commutationi, quæ fieri debet pro voto Religionis, cùm hoc votum multo plura onera secum portet, nempe officium diuinum recitare, teneturque ad vigilias nocturnas, & ad obedientiam, paupertatem, & castitatem perpetuam: itemque ad ieiunia Ordinis. Quare commutatio hæc est satis difficilis, cùm debeat fieri in rem perpetuam, atque ita debet imponi onus confitendi, & communicandi singulis mensibus saltem semel; & ieiunandi singulis feriis sextis, & recitandi septem Psalmos pœnitentiales quotidie, & aliquas eleemosynas iuxta statum suum. ita Aragonius *2. 2. quæst. 88. art. 12.* Barth. Medin. *lib. 1. instruct. confess. cap. 14. §. 7.* & Sayr. *in Claui lib. 6. cap. 12. num. 23.* Quòd si vouentibus hæc onera videantur impatibilia, seruent omnino vota sua ad vnguem. vide Sapientissimum Primatem *in suo Iubilæo cap. 12. num. 16.*

Septima dubitatio soluitur ex litteris Iubilæi, ibi, *Regularibus autem personis*, &c. vbi Confessarius electus poterit prædicta omnia, & singula, vel eorum aliqua, in alia pietatis opera commutare. Quare pueris, qui præ ætate non recipiunt Eucharistiam, potest iniungi aliud opus pium loco communionis, est probabilius. Henriquez *lib. 7. de indulgentiis cap. 10. num. 8.* Vega *in summa 2. p. verb indulgentias cap. 7. casu 19. §. finalimente nota, ad finem.* Non tamen caret sua probabilitate, quod alij opinantur, videlicet nihil posse commutari à Confessario electo circa communionem puerorum; sicut potest infirmis commutare in aliquod opus pium, quando nequeunt ex causa recipere Eucharistiam: nam infirmi adulti tenentur Eucharistiam sumere; pueri autem, qui nequeunt illam recipere præ ætate, non est cur talis fiat commutatio, cùm non sint habiles, sicut infirmi, sed ex impedimento non recipiunt: nihilominus Confessario esse facultatem commutandi pueris communionem in aliud opus pium, est multo verius; ex Henriquez *vbi suprà num. 6* dicente, si pœnitens etiam non ieiunauerit, neque alia opera præscripta egerit ex impotentia in diebus assignatis, & accedat ad Confessarium die Dominica, & fateatur, posse ab illo ea opera in alia commutari, si voluerit Iubilæum lucrari, quæ sententia est Magistri Orellana, quem refert, ac sequitur Vega *in summa lib. 6. casu 158.* 100.

Octaua dubitatio, an pœnitens commutato voto, si fiat incapax ad implendam commutationem, an teneatur redire ad votum? Responsio est negatiua. Quocirca si votum peregrinandi commutatum fuerit in eleemosynas erogandas, & vouens fiat pauper, ita vt nequeat eleemosynas largiri, excusatur à voto peregrinandi, & non tenetur ad illud redire, quamuis nequeat præ egestate erogare eleemosynas; & sic de cæteris votis, quia est inhabilis ad commutationes adimplendas, & priora vota per commutationem fuerunt extincta, ita Suarez *tom. 2. de Religione lib. 6. de voto cap. 19. num. 8. & 9.* 101.

Pro reliquis vide Sapientissimum Hispaniarum Primatem *in tractatu de Iubilæo cap. 3. num. 18.* vbi vult, si aliquis æger sit graui morbo oppressus, & in periculo probabili, posse Confessarium in vna die, aut eo minus commutari illa omnia opera in Iubilæo præscripta in eleemosynas, quæ breui tempore fieri possunt; & audire illum de confessione, eidemque Eucharistiam ministrare, & eo modo lucrari Iubilæum, ex traditis ab Henriquez *lib. 7. de indulgentiis cap. 10. num. 6.* & Sanchez *in præcepta Decalogi lib. 4. cap. 54. num. 28.* dicentibus, ex causa iusta posse acquiri Iubilæum breuiori, aut longiori temporis spatio, quàm vnius hebdomadæ; si Confessor commutet omnia opera, quæ pœnitens per se explere non potest, quibus expletis per commutationem pœnitens indulgentiam lucrabitur. 102.

Quin etiam si æger voce emissa, retento tamen rationis vsu ostendat signis apertissimis se velle

velle de peccatis fateri, poreſt Confeſſarius illum abſoluere à peccatis, illique concedere indulgentias Iubilæi, Cordub. *lib. 5. de indulgentiis quaſt. 36. verſ. addo, & verſ. ſecundum dictum eſt*, ſequitur Vega *in ſumma 2. p. verb. indulgentias, cap. 7. caſu 51. in principio.* Fr Manuel Rodriquez *de Regularibus tom. 2. quaſt. 84. art. 11.* dicens hoc eſſe in praxi commune: ac proinde poſſe omnia opera in litteris Iubilæi contenta commutare pœnitenti, vt pronunciet ter nomen IESVS corde, ſi voce nequear, aut in aliam rem ſimilem ſecundùm diſpoſitionem, & capacitatem ægroti conſideratis circunſtantiis perſonæ, ac temporis, Suarez *tom. 2. de Religione lib. 6. de voto, cap. 18. num. 8.*

DISPVTATIO VII.

De reſolutionibus, quæ ex dubiis circa Bullam Cruciatam emergentibus oriuntur, & ſunt numero quinquaginta.

EPITOME.

1. *Bulla etymologia, & origo remiſſiuè.*
2. *Bulla priuilegia strictè ſunt accipienda.*
3. *Non tamen extinguuntur morte concedentis.*
4. *Bulla Cruciata valet ad conſequendas indulgentias locis, & Eccleſiis particularibus conceſſas.*
5. *Reuocata Bulla ſi ignorans virtute illius abſoluatur à reſeruatis, valet abſolutio.*
6. *In fine anni, qui incepit agere cum Confeſſario, poteſt proſequi, & abſolui poſt annum exactum.*
7. *Pœnitens electo Confeſſario approbato poteſt abſolui etiam à caſibus Bulla Cœna, paucis exceptis.*
8. *Poſſe abſolui virtute Bulla toties quoties pœnitens, oſtenditur.*
9. *Virtute Bulla poteſt abſolui à caſibus Papa bis intra annum, ſumpta ſecunda Bulla.*
10. *Confeſſarius debet eſſe approbatus ab Epiſcopo pœnitentis.*
11. *Abſolui virtute Bulla ab excommunicatione deducta ad forum contentioſum poſſe eſt probabilius, non poſſe eſt probabile.*
12. *Epiſcopi poſſunt in delictis diſpenſare, & abſoluere delinquentes poſtquam delictum eſt deductum ad forum externum, & ibi finitum iudicium.*
13. *Indulgentia plenaria, non conceditur quando virtute Bulla pœnitens abſoluitur à caſibus non Papalibus.*
14. *Pœnitens in articulo mortis præſente Parocho per Bullam poteſt eligere Confeſſarium approbatum.*
15. *Confeſſarij quales nequeunt eligi virtute Bulla?*
16. *Regulares an poſſint vti Bulla vt abſoluantur à reſeruatis?*
17. *Hæreſis caſus virtute Bulla non comprehenditur.*
18. & 19. *Fautores, receptatores, defenſores, legentesque libros hæreticorum, ſi hæretici non ſunt, abſolui poſſunt ſemel in vita, & ſemel in morte: credentes autem hæreticorum minimè in vita.*
20. *Schiſmatici poſſunt abſolui virtute Bulla ſi non ſunt hæretici.*
21. *Luſitani, & forenſes ibi morantes, & inde exeuntes, poſſunt vti Bulla Cruciata.*
22. *Indulgentia Cruciata quomodo viſitatis Eccleſiis, & Altaribus acquiri poſſint?*
23. *Priuilegia Mendicantium abſoluendi à reſeruatis, & commutandi vota non ſuſpenduntur virtute Bulla.*
24. & 25. *Minorita & reliqui Regulares poſſunt vti Cruciata ad indulgentias lucrandas, & ad comedendum oua, & lacticinia, non tamen vt abſoluantur à reſeruatis.*
26. & 27. *Vbi latè de hac materia pro vtraque parte, ſed negans omnino tenenda. Confeſſarius an poſſit diſpenſare in irregularitate reſultante ex mala adminiſtratione Sacramentorum: & quid de Mendicantibus ratione ſuorum priuilegiorum, & Confeſſarij virtute Bulla?*
28. *Vota quænam poſſint commutari virtute Bulla, & quæ non?*
29. *& quoties durante anno.*
30. *Vota ſemel commutata poſſunt iterum commutari in ſubſidium temporale, non tamen ſemper, ſed interdum in opera pia.*
31. *Iuramenta homini facta per iniuriam, vel metum, an poſſint commutari virtute Bulla?*
32. *Bulla tempore interdicti prodeſt capientibus, & eorum familiaribus.*
Illuſtres, & nobiles poſſunt celebrare ſi fuerint Sacerdotes, vel facere, vt celebretur in priuatis Oratoriis tempore interdicti in ſua, ſuorumque conſanguineorum præſentia, ibid.
33. *Sacramenta tempore interdicti virtute Bulla, & quæ alia recipi poſſunt?*
34. *& an teneantur intereſſe Sacro diebus feſtis?*
Bulla non prodeſt quando eſt ceſſatio à diuinis, nec quando Eccleſia eſt violata, ibid.
35. *Iudices ordinarij, non autem delegati tenentur pœnas pecuniarias Cruciatæ applicare.*
36. *Commiſſarius Cruciata, quando, & quomodo poſſit diſpenſare in affinitate in primo, vel ſecundo gradu?*
& quid de Epiſcopis? ibid.
37. & 38. *Probabile eſt non poſſe fieri compoſitionem de rebus inuentis, ſed de rebus malè quæſitis.*
39. & 40. *Facta compoſitione poſt diligentem inquiſitionem, domino comparenti nihil eſſe reſtituendum, eſt probabile, ſed probabilius teneri nondum conſumpta.*
41. 42. & 43. *Horas Canonicas non recitantes an poſſint componi ſuper fructibus beneficiorum omnibus, & quomodo, & an poſſit retinere aliquid pro reliquis oneribus beneficiorum?*
44. *Bona incerta pauperibus diſtribuenda habens, ſi verè pauper eſt, poteſt ea ſibi retinere, vel pauperibus conſanguineis dare.*
45. & 46. *Non reſidentes, & diſtributiones quotidianas malè recipientes nequeunt componi, & cur?*
Decipiens vnum ex duobus, neſciens deceptum, debet diuidere pretium inter vtrumque, ibid.
47. *Suſpenſi, & excommunicati beneficiati poſſunt componi ſuper fructibus malè perceptis. Similiter quando legatarij ſunt incerti.*
48. *& quid ſi dominus eſt abſens?*
49. & 50. *Iudices ordinarij, aut delegati, quomodo, & quando poſſint componi ſuper malè acceptis, & quando Aduocati?*

Officiales

51. & 52. Officiales publici possunt componi, & ludentes super acquisitis ludo.

53. Meretrices publicæ, & fœminæ inhonestè viuentes, an debeant componi?

1. OMISSIS hoc loco, quæ præfari aliqui solent circa etymologiam huius nominis Bullæ, & circa originem illius, pro quibus, si placet, possunt videri Nicephorus *lib. 7. Historia Ecclesiastica* c.46. Illescas *in sua Pontificali historia in vita Vrbani secundi*, qui Cruciatæ nomen primò dedisse fertur, & Laërtius Cherubinus *in sua collectione constitutionum Apostolicarum tom. 1. fol. 41. in fine, & fol. 42. in principio*, vbi hac de re plenè egit, operæ pretium erit ad singulas resolutiones singularum dubitationum descendere, quæ pauciores, quàm credi potest, & fieri solet, nunc erunt, cùm multa iam suprà tam in genere, quàm in specie in quæstione de indul-
2. gentiis, ac Iubilæis expedita reperiuntur.

Prima ergo resolutio sit. Priuilegia Bullæ Cruciatæ strictè sunt intelligenda. Ratio, quia sunt priuilegia personarū Bullam accipiētium, Nauarr. *lib. 2. cons. tit. de iureiur. in 1. edit. cons. 3. n. 6. & in 2. cons. 1. n. 6.* vbi loquitur de Iubilæo, vocatque eius priuilegia odiosa, ac restringenda. Sequitur Henr. *de indulgentiis, c. 30. n. 1.* vbi de priuilegiis Cruciatæ meminit. Atque ita non est audiēdus Lud. Lop. *2. p. instr.* vbi de clauibus, *c. 9. col. 6.* dicens facultates Cruciatæ esse fauorabiles, & ex consequenti latè accipiendas; quod non probat Sanch. *de matrimonio, lib. 8. disp. 2. n. 7.* Ego tamen vtrunque probo.

3. Secunda resolutio. Priuilegia in Bulla Cruciata lucrandi indulgentias concessa visitantibus Altaria, & facultates ad edendum oua, & lacticinia, non extinguuntur re integra morte cōcedentis, cùm contineant gratias iam factas, *cap. si cui, de prebendis in 6.* Nauarr. *cons. 3. n. 1. tit. de priuilegiis, in noua edit.* Gutier. *lib. 1. canon. quæst. 11. n. 6. & lib. 2. pract. quæst. 74.* Gironda *de priuilegior. explicat. num. 1070.* Mat. Antonin. *var. lib. 1. c. 74. n. 9.* & quamuis priuilegia consequendi indulgentias semel in vita, & semel in mortis articulo, & facultates absoluendi à reseruatis; nec non votorum commutationes per Confessarium præstandæ videantur continere gratiam faciendam, & ideo debeant perire morte concedentis, nihilominus dicendum est, hæc omnia non expirare, quia sunt gratiæ factæ non Confessario, sed pœnitenti, & Confessor electus virtute Bullæ tenetur concedere pœnitenti priuilegia omnia, quæ Bulla concedit, Martin. Viual. *in Candelabro Sacramentorum 3. par. cap. 14. num. 58.* Sruñica *de voto quæst. 5. num. 38.* Accedit Bullam principaliter præstari ad consequenda priuilegia, & indulgentias, quæ sunt gratiæ factæ, quòd si dicas esse accessoria, quod negatur, adhuc accessoria sequuntur naturam gratiæ principalis, hoc est, Bullæ concessæ, ita expressè *in c. si super gratia, de officio delegati, in 6.* de potestate exequutori data ad exequendam gratiā à Sede Apostolica cōcessā, Sanch. *lib. 8. disp. 28. n. 43.*

4. Tertia resolutio. Bulla Cruciata opus est cupienti consequi indulgentias, quæ conceduntur particularibus Monasteriis, aut Ecclesiis, nimirum, qui visitauerit talem, vel talē Ecclesiam, consequetur hanc, aut illam indulgentiam. Sanch. *lib. 4. c. 54. n. 62.* Indulgentiæ autem, quæ in generali Iubilæo conceduntur, cùm non sint concessæ personis, aut locis particularibus, sed cunctis fidelibus, & in bonum commune Ecclesiæ, non suspenduntur per Bullam Cruciatam, Lessius *de Iustitia c. 42. dub. 12. n. 60. vers. responderi potest*, & Sanchez *vbi proximè*, qui volunt priuilegia concessa Religiosis circa reseruata tam vota, quam delicta virtute Bullæ non abrogari, nisi expressam, & specificam Clausulam derogatoriā cōtineant; sequitur Henriquez *lib. 6. de pœnitentia c. 16. n. 7. & lib. 7. de indulgentiis c. 28. n. 7.* cum aliis *ibi, in commento littera Z.*

Quarta resolutio. Si ante tempus constitutum reuocetur Bulla Cruciata, & ignorans reuocationē 5.
eligat Confessarium pro absolutione reseruati, manet absolutus, Henriq. *lib. 7. c. 20. & in commento lit. F. n. 1. & 2.* nec censetur reuocata ante annū completum; imò si anno elapso non promulgetur Bulla, quā constat paulo pòst promulgandam, fruetur quis prima Bulla ex pia Pontificis interpretatione, & Cōmissarij: potestque prodesse pro tēpore Interdicti, si contigerit, & pro esu ouorum, & lacticiniorum, & pro reseruatis potest eligi Confessarius, Henriquez *d. n. 2. & in commento littera O.* vbi cum multis ea de re consultis ita rem decidit.

Quinta resolutio, si quis intra annum, quo Bul- 6.
la durat, incepit tractare causas suas cum Confessario, potest pergere post annum exactum, & absolui, Henriq *de indulgentiis lib. 7. c. 20. & c. 11. §. 3.* quia iurisdictio semel habita, & re non integra, non expirat donec causa finiatur, Antonius Gabriel *tom. 2. titul. de prebendis conclus. 1. §. 35. & 41.* Syluest. *verb. Conseruator* §. 7. Palacius *in cap per vestras, de donationibus inter virum, & vxorem, notab. 2. n. 28.* & in Bulla Cruciata exprimitur, vt causæ pendentes, quæ durante tempore tractari cœperant, ad exitum perducantur, Henriquez *de indulgentiis d. c. 11. §. 3. & in commento lit H.* Hinc fit, vt accedens in vltima hora anni Cruciatæ facturus longam confessionem, possit absolui à reseruatis, & postea elapso anno perficere, quia non expirauit iurisdictio, quam Confessor habebat ad obsoluendum virtute Bollæ pœnitentem, qui tēpore habili inchoauit confessionem. Henriq. *d. §. 3. lit. G.* Acosta *quæstione 46. in explicatione Bullæ Cruciatæ.*

Sexta resolutio virtute Bullæ Cruciatæ potest 7.
pœnitens eligere Confessarium ab Ordinario approbatū, qui eius confessione audita possit ipsum à quorumcunque Ecclesiæ mandatorum, necnon votorum transgressionibus, ieiuniorū, & horarum Canonicarum omissionibus, cæterisque omnibus peccatis, criminibus, excessibus, & delictis quantumcunque grauibus, & enormibus, etiam talibus propter quæ Sedes Apostolica meritò consulenda foret, ac etiam in casibus, qui in litteris die Cœnæ Domini publicari solitis continentur, (exceptis hæresis, conspirationis in personam, & statū Romani Pontificis, falsificationis litterarum Apostolicarum, & supplicationum, cæterisque omnibus aliis casibus, qui vndecimo, incipiēte: *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes;* necnon duodecimo, tertiodecimo, & quattodecimo capitulis, siue articulis dictarum litterarum Cœnæ Domini scripti sunt) semel in vita, & in mortis articulo: aliis verò eidem Sedi non reseruatis casibus, quoties confitebuntur, absoluere, ac pro modo culpæ pœnitentiam salutarem iniungere, plenamque omnium peccatorum suorum remissionem impendere, ac vota quæcumque (vltramarino castitatis, & Religionis votis duntaxat exceptis) in subuentionem prædictam commutare licitè possit. Hactenus verba Bullæ.

Ex hac resolutione sequitur dubitatio, an

liceat Confessario toties quoties absoluere à casibus occultis, à quibus potest Episcopus absoluere, iuxta Tridentinum *sess. 24. c. 6.* ibi, *& in quibuscumque casibus occultis etiam Sedi Apostolicæ reseruatis delinquentes quoscumque sibi subditos in Diœcesi sua per se ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum, in foro conscientiæ gratis absoluere?* sic ibi: loquiturque cum Episcopis: atque ita cùm hæc videantur concessa eisdem propter personarum auctoritatem, nequeunt Confessarij virtute Bullæ absoluere ab huiusmodi casibus occultis, prout volunt Henriquez *lib. 6. de pœnitentia cap. 14. n. 7. &* Bannes *2. 2. quæst. 74. art. vltimo, ad finem.*

8. Septima tamen sit resolutio. Probabilius est posse virtute Bullæ absolui pœnitentem toties quoties ab his casibus occultis, quia in Bulla solùm excipiuntur Papæ reseruati, quales non sunt huiusmodi occulti, cùm competant non iure delegato, sed iure Ordinario Episcopis, & eorum dignitati. Quare cùm absolutio à reseruatis Episcopo toties quoties per Bullam concedatur, & crimina occulta ex Conc. Trident. non sint reseruata Papæ, sed Episcopis, possunt absolui virtute Bullæ, Sanch. *in præcepta Decalogi, lib. 4. c. 54. n. 27.*

9. Octaua resolutio, percussor clerici potest absolui virtute Bullæ; quòd si rursus durante anno reincidat, potest sumere secundam Bullam, & rursus absolui. Henriquez *lib. 6. de pœnit. cap. 16 n. 2.* non poterit tamen sumere plures Bullas intra annum, sed duas duntaxat; Henriquez *de indulgentiis cap. 10. num. 7. fol. 538. & cap. 11. §. 1. ad finem,* Manuel *in additionibus ad §. 9. num. 35.* Quin etiam Gregorius Decimustertius concessit, vt per secundam Bullam eodem anno fruatur eadem indulgentia plenaria, & valeat iterum absolui à casibus reseruatis Pontifici, sed de his suprà *disp. 2. §. 4. num. 26.*

10. Nona resolutio, Confessarius eligendus debet esse approbatus ab Episcopo, vbi audit confessiones. Ita Rodericus *in additionibus ad §. 9. num. 13. fol. 55.* verso, eum grauissimis auctoribus, quos ea de re consuluit. Quare non sunt audiendi, qui putant satis esse vt Confessarius sit semel approbatus ab aliquo Episcopo, vt possit eligi vbique gentium virtute Bullæ? inter quos est Henriquez *de indulgen. lib. 7. cap. 12. num. 4. &* Sà *verb. confessor num. 6.* quorum sententia potest vt probabilis admitti pro Regularibus, quia Bulla Cruciatæ sic loquitur, his verbis: *Qui ab Ordinario, & quo ad Regulares semel tantum approbati fuerint, Confessorem eligere possint,* &c. Nihilominus Rodericus negat id sufficere, additque illam clausulam intelligendam esse de semel approbato ab eo Episcopo, vbi audit confessiones. quæ opinio est omnino tenenda secundùm suprà dicta *disp. 6. §. 5. n. 40. & 41.*

11. Decima resolutio. Probabile est virtute Bullæ non posse absolui ab excommunicatione, & suspensione deductis ad forum contentiosum, Manuel *in expositione motus propry Pij Quinti, &* Gregorij XIII. super ingredientes Monasteria virorum extra casus permissos fœminis, & contra Religiosos illas admittentes *n. 34.* & Sorbus *in compendio priuilegiorum mendicantium, verb. ingressus Monasteriorum Monialium, in suis annot. n. 11. vers. Dicitur 2.* Ratio, quoniam potestas illa absoluendi est odiosa, & præiudicat Ordinariis, & ideo est restringenda, vt per Pinel. *in l. 2. C. de rescind. vend. p. 1. c. 2. in principio, & n 8.* & Molina *de primogeniis lib. 1. c. 42. n. 24.* Non enim conceditur talis facultas in alterius iniuriam, *l. nec auus. C. de emancipat. liber.* Item quia Concilium Tridentinum *sess. 24. c. 6.* esto concedat facultatem dispensandi in irregularitatibus, & censuris, limitat, dummodo non sint deducta ad forum contentiosum, ibi, *exceptis aliis deductis ad forum contentiosum.*

Quin etiam quamuis delictum sit in foro iudiciali, & deductum, & iudicio finito iam punitum, adhuc non posse absolui ab Episcopo, volunt Gutierr. *canon. lib. 1. cap. 3. ad finem,* & Fr. Emman. *tom. 1. summæ, cap. 168. in fine, in 2. editione.* Iuuat Sixtus Quartus *Extrauag. & si Dominici, la 2. de pœnit. & remiss.* dicens, nec alicuius priuilegij auctoritate, nec virtute Bullæ qui absoluatur denuntiatus, sententialiter cōdemnatus, vel publicè diffamatus: ergo delicta, & censuræ deductæ ad forum contentiosum non debent virtute Bullæ absolui.

Probabilius tamen est posse excommunicatum, vel suspensum non obstante deductione ad forum contentiosum, absolui virtute Bullæ Cruciatæ, & virtute priuilegiorum, quibus fruuntur Religiosi, in foro tamen conscientiæ; etiamsi censuræ, seu delicta sint publica. Ratio, quia in Bulla Cruciata, & in priuilegiis Religiosorum datur facultas absoluendi à censuris sine aliqua limitatione; & ideo non debet restringi: neque enim absolutio pro foro conscientiæ, prodest pro foro exteriori, & ex consequenti Ordinarius nihil damni indebitè patitur, quia ire potest in foro externo contra suspensum, vel excommunicatum, perinde ac si non esset absolutus in foro interiori: ex quo nullum sequitur inconueniens. quibus rationibus ducti sequuntur hanc sententiam, Sotus *in 4. dist. 22. art. 3. vers. primus eius casus.* Angles Floribus *2. p. quæst. vnica, de excommunicatione, art 4. diffic. 2.* Polanus *in Directorio, c. 4. fol. 52. vers. si quis.* Man. Rodr. *mutatus in addit. ad Bullam, n. 49. §. 9* Henriq. *lib. 8. de Eucharistia c. 60. n. 4. & lib. 7. de indulgentiis, c. 13. n. 2.* & alij, quos referens sequitur Sanchez *in præcepta Decalogi, lib. 6. n. 17. n. 43.* vbi respōdet Extrauaganti, *& si Dominici,* citata, dicens non prohiberi ibi absolutionem, nisi hæresis deductæ ad forum externum: aliorum autem criminum minimè, eámque Extrauagantem iam expirasse concludit. Nec refert negasse Concilium hanc facultatem Episcopis absoluendi, quando delicta sunt deducta ad forum externum, quia facultas Concilij, cùm sit perpetua, & nimis ampla in occultis, si extenderetur ad forum externum, & ad delicta ad ipsum deducta, comprehenderet omnes irregularitates fermè, & omnes casus reseruatos Sedi Apostolicæ: & hoc modo sequerentur multa inconuenientia, quæ non sequuntur ex facultate priuilegiorum, nec ex potestate Bullæ, quæ est limitata ad forum conscientiæ, nec est quotidiana, nec ita perpetua, nec se extēdit ad irregularitates.

Vndecima resolutio pro Episcopis, quando delictum fuit deductum ad forum contentiosum, & ibi finitum iudicium, ac punitum, possunt Episcopi in illo dispensare, & delinquentem absoluere. quicquid contradicant, Gutier. *d. c. 3.* & Manuel *d. c. 168. fine.* Ita Auila *de censuris p. 7. disp. 10. dub. 7.* Valer. Reginal. *lib. 30. tract. 2. n. 19. vers. sextum est,* Henriquez *lib. 14. de irregularitate, c. n. 5.* vbi ait non posse Episcopum in delicto deducto ad forum contentiosum se intromittere, subdens hæc verba: *Quamdiu manet deductum ad forum contentiosum;* ergo vbi desiit esse in foro contentioso, potest Episcopus se intromittere; quod probat Auila *suprà,* dicēs, se vidisse in caso simili sæpe obtenta 12.

obseruatum, nempe finito iam iudicio absolui per Bullam ab excommunicatione deducta ad forum contentiosum, eo quòd mens Concilij est ne auctoritas iudicis de delicto illo cognoscentis, minuatur, & vt scadalum caueatur publicum, noluit concedere delicta publica; quæ duo cessant delicto punito post iudicium finitum, cùm satisfactum sit Reipublicæ postquam punitum est, nec detrahitur auctoritati iudicis ferentis sententiam, Sanchez *suprà d.c.11.num.21. vers. sed quid si delictum*, & alij præcitati, telatique à Barbosa *in remissionibus ad Concilium Tridentinum, sess.24.c.6.n.15.*

13. Duodecima resolutio sit, quando quis durante anno absoluitur virtute Bullæ ab aliis casibus reseruatis, qui non sunt Sedi Apostolicæ reseruati, non consequitur indulgentiam plenissimam. Nec obstant verba ipsius Bullæ quæ sic habent: Aliis verò eidem Sedi non reseruatis casibus, quoties confitebuntur, absoluere ac pro modo culpæ pœnitentiam salutarem iniungere, plenámque omnium peccatorum suorum remissionem impendere. Ratio, quia ista verba referuntur omniuo ad casus in Bulla Cœnæ Domini, à quibus pœnitens virtute Bullæ non solùm poterit semel absolui in vita sacramentaliter, necnon ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reseruatis; sed etiam plenissimam omnium peccatorum lucrari indulgentiam, & remissionem. Hæc enim est intentio, & voluntas Summi Pontificis: alioqui pœnitens qui habeset casus Sedi Apostolicæ non reseruatos, quíque ab illis sæpiùs absolueretur, esset melioris conditionis, quàm ille, qui paucissimos, aut nullos haberet; siquidem absolueretur pluries à reseruatis, & insuper consequeretur plenissimam indulgentiam, & remissionem cæterorum peccatorum, quod non est rationi consonum. Iuuat clausula posita in vno paragrapho, vel versiculo, quando fit diuisio per paragraphum, vel versiculum; tunc enim per eam diuisionem non refertur ad alium paragraphum, vel versiculum, iuxta doctrinam glossæ *capitis vnici, verb. sic scilicet, de postul. Prælat. in 6.* Cùm ergo in Cruciata fiat diuisio inter casus reseruatos Sedi Apostolicæ, & inter reseruatos aliis, & de his toties quoties possit pœnitens absolui: de illis autem non nisi semel in vita, & semel in morte, meritò conceditur his postremis vltra absolutionem à reseruatis remissio omnium peccatorum.

14. Dubitationis tamen est, cur dicatur in Bulla semel in morte posse Confessorem virtute illius eligi, siquidem simplex Sacerdos in articulo mortis possit pœnitentem absoluere etiam à casibus omnino reseruatis? Decimatertia resolutio sit. Potest pœnitens in articulo mortis etiam præsente Parocho virtute Bullæ eligere Confessarium ex approbatis ab Ordinario, à quo absoluatur à censuris reseruatis, nec reincidet si non se præsentet superiori, si viuat: secus si absque Bulla excómunicatus in articulo mortis confiteatur apud quemlibet Sacerdotem, & absoluatur, quia in hoc euentu, si vixerit, reincidit in excommunicationem, quia fuit absolutus sine Bulla; & ideo si vixerit, reincidit, nó autem virtute Bullæ absolutus: is enim quamuis non compareat coram Superiore, non reincidit, Rodericus *in expositione Bullæ, §.9. n.56. dub.1. & in additionibus, n.44. fol.75.* Medina *in summa 2. p. fol.304.* Viuald. *verb. absolutio, n.69.* Non tamen placet quod addit Rodrig. *d.n.44. vers. acerca del mismo*, dicens in articulo mortis quemcumque Sacerdotem simplicem præsente Parocho posse

absoluere pœnitenté à quibusuis peccatis, & censuris, iuxta Conc. Trid. Nam cùm simplices Sacerdotes non habeát iurisdictionem, præferendos est illis Parochus, qui habet iurisdictioné, Suar. *tom.4. disp.30. sect.3. n.4. & 5.* & approbatus non approbato, & expeditus impedito. Sanch. *lib.2.c.13.n.7.*

Decimaquarta resolutio pro reliquis Confessariis, qui nequeunt eligi virtute Bullæ, diximus *disp.6. §.5. ex n.40. vsque ad numerum 49.* vbi, quæ hoc loco adiici poterant, reperientur. 15.

Decimaquinta resolutio pro Regularibus sit, non posse illos vti Bulla Cruciatæ, vt absoluantur à reseruatis sine consensu superiorum, vt diximus *suprà disp.6. de Iubilæis, §.5. ex num 43.* Henriquez *lib.3. de pœnis cap.6. §.9. & cap.16. num.3. & n.7. littera P. vers. præsertim, & de indulgentiis, cap.22. n.4.* Beja *part.3. casu 16. per totum.* 16.

Decimasexta resolutio ex litteris Bullæ Cruciatæ excipitur casus hæresis, qui nullo modo potest absolui virtute Bullæ, vt declarauit Gregor. XIII in forma Breuis, dat. Romæ die 22. Septembris Anno 1576. Pontificatus verò sui Anno quinto, motu proprio, ac ex certa scientia felicis recordationis Pij Quinti, prædecessoris sui, ac suæ intentionis nunquam fuisse, vel esse Confessariis virtute Cruciatæ aliquo modo concedere facultatem absoluendi ab incursu, & lapsu in hæresim. Ex quibus verbis liquidò constat absolutionem ab hæresi virtute Bullæ non posse impendi. Quare non sunt audiendi Sotus *4. dist.22. quæst.2 art.3. post quintam conclusionem in 1. casu Cœnæ, ad finem*, & Corduba *summa, quæst.8.* dicentes posse absolu, quando conceduntur casus Bullæ Cœnæ; esto non fiat expressa mentio de hæresi: sed falluntur; ita Manuel *addit. ad Bullam, §.9. n.66.* Guttier. *quæst. canon. lib.1. cap.13. num.26.* Azor *tom.1. lib.8. inst. n. er. c.10. quæst.12. & c.19. quæst.2.* Auila *de censuris, 2.p. c.7. d. sp.1. dub.7. concl.2.* & alij, quos referens sequitur Ceuall. *commun. contra commun tom.3. quæst.802.* 17.

Decimaseptima resolutio, quamuis non posse absolui virtute Bullæ receptatores, fautores, defensores hæreticorum, legentes, tenentes, & imprimentes eorum libros aliqui arbitrentur: oppositum est verius, si hæretici non sint, & habentes libros tradendo illos Fidei censoribus, semel scilicet in vita, & semel in mortis articulo virtute Bullæ, posse absolui, cùm hi casus non ita reseruentur in specie, sicut hæresis reseruatur, quæ speciali mentione eget. Henriquez *lib.6. de pœnitent. cap.16. num.2. in commento Littera L.* & ideo excepta hæresi, cæteris casibus in Cœna Domini reseruatis Bulla communiter concedit absolutionem semel in vita, quòd si postea reincidant, indigent noua Bulla sic ille, sequitur Sanchez *d. lib.2. in præcepta Decalogi, cap.12. num.12.* 18.

Decimaoctaua resolutio. Creditor hæreticorum sub hæretici nomine continetur, proinde beneficio Cruciatæ nequit absolui; quia est hæreticus implicitus, quatenus præfert opinionem, & auctoritatem hæretici, cui credit fidem Petri, & Ecclesiæ Catholicæ; quia captiuat in credendo suum intellectum in obsequiú hæretici, cui credit, & ideo dubitat de fide Catholica, & ex cósequenti infidelis est, quandiu pertinaciter ita insistit dubitationi, vt non sit paratus corrigi ad mandatum Superioris. Secus quando dubitatio contingit ex inopinata, aut diabolica illusione, & quis incipit indeliberatè dubitare circa fidem, & in se reuersus captiuat suum intellectum in obsequiú Christi, & apud se statuit credere, quæ credit Ecclesia, Rojas 19.

de hæreticis part.1.num.272.& sing.56.num.5. Iulius Clarus §. *Hæresis, num.1. in fine.* Graff *decis.part.1.lib.2 tit.de hæret cap.8.num.10.& sequent.* Decian. *tract.crimin.lib.5.cap.17 vers.primo quando non dubitaretur*, & Bann.2.2. *quæst.11. art.1. vers. Ex his sequitur*, longè aliter, quando credit hæreticorum erroribus, & contra fidem illis assentitur; tunc enim implicitè credit, quod hæreticus credit, cùm tamen nullum eius errorem, aut hæresim in particulari credat; proinde censetur hæreticus, Simancas *de Catholicis, tit.15.num.1.* Vgol. *de censuris Papæ reseruatis par.2.cap.1.verb.ac eorum credentes*, Sanctarel. *de heresi cap.11. num.29.cum sequentib.* Sayro *de censuris lib.3.cap.5.num.1.* Carrer. *de hæreticis num.175.* Azor.*instit. moral.par.1.lib.8. cap.15.quæst.1.* Suar.*de censuris disp.21.sect.2.num.6.* & Sanchez *in precept. Decal.lib 2.cap.10.* Eo quia credentes hæreticorum implicitè sunt hæretici simpliciter, Acosta *in expositione Bullæ quæst. 63. vers.secunda conclusio.*

20. Decimanona resolutio. Schismatici possunt absolui per Bullam, vel Iubilæum ab excommunicatione semel in vita, & semel in mortis articulo, Sanch. *lib.2.in præcepta Decalogi cap.36.num.17.* dummodo hæretici non sint: dicuntur autem schismatici à schismate, per quod quis se ab vnitate Ecclesiæ separat in quantum Ecclesia est quoddam corpus mysticum ex vniuersis fidelibus, & Romano Pontifice tanquam capite constans. Hæc igitur vnitas scinditur per schisma quoties schismaticus non vult se habere vti membrum huius corporis in aliqua, vel in aliquibus spiritualibus actionibus spectantibus ad hoc Ecclesiæ corpus, aut recusat subiici Pontifici. Quare non erit schismaticus, qui renuit subiici Pontifici, existimans illum non esse verum Pontificum, quia non recusat subiici Papæ, sed huic homini, quem non credit esse Pontificem, Caietanus *in summa verb schisma*, & Azor *tom.1.instit. moral lib.8.cap 20. quæst.4.* & Valentia.2.2. *disp.3. quæst.15.punct.2.proposit.3.*

21. Vigesima resolutio pro requisitis in vsu, ac praxi Bullæ Cruciatæ sic habet. Bulla concessa Regno Lusitaniæ omnes illius Regni possunt ea vti accepta, & acceptam secum portare quocumque velint ea vti, etiam extra fines Regni, cùm sit priuilegium personale, quod personam sequitur, & cum ea extinguitur, quando est perpetuum, quod si datum est ad tempus, per id tempus personam sequitur, *cap. priuilegium, & ibi scribentes, de regul. iur. in 6.* Doctor Barbosa *in leg.quia tale, per totam. ff. so'ut.matrim* Ioannes de Salas *tractatu de legibus disp.17.sect.6.& 8.&* Cardin.Tusch.*tom.6.litt.P.conclus.746.* Azor.*instit.moral.part.1.lib.5. cap.22. quæst.6.* & Cardus. *in praxi indicum, & Aduocat.verb. priuilegium num.4.*

Quin etiam peregrini in eodem Regno commorantes possunt vti eadem Bulla, si in ea dicatur, quod conceditur omnibus personis degentibus, & commorantibus in tali Regno; & inde proficiscentes in Castellam possunt vti eadem Bulla, dum ibi fuerint; & quamuis Bullam amiserit, non propterea priuantur illa. Non enim Bulla aliud requirit, nisi vt detur eleemosyna designata, neque opus est, vt receptam secum portet, sed sufficit si domi habeat: potest item capi dato pignore, aut data obligatione, aut fide de soluendo: neque est simonia dare stipem pro subsidio temporali. Nec item requiritur, vt nomen proprium inscribatur in eadem Bulla. Item non sufficit intentio sumendi Bullam, vt quis fruatur priuilegiis illius, nisi Bullam acceperit priùs. Item si amicus mihi absenti Bullam mittat, & ego non accepiem, eo quòd iam aliam mihi suscepi, licitum est eam in alium transferre; quandiu enim non acceptaui applicationem, potest transferri in alium, Henriq. *de indulgentiis lib.7.cap.20. ex num 3.vsque ad n.6.* post alios,& in casu hoc iuuat Sapientissimus Hispaniarum Primas cum aliis *in tract.de Iubilæo cap.4.n.13. ad medium.* Denique de contentis in hac resolutione concordat Fr.Manuel *in expositione Cruciatæ §. 12. n.16.vers.y recebistes, & n.17.& in additionibus ad vtrunque locum §. 12. num.9.per totum fol.143.* cum Henriquez *suprà.*

Vigesimaprima resolutio. Vt quis consequatur indulgentias in Bulla Cruciata concessas, visitare debet quinque Ecclesias, vel quinque Altaria, quod expedit fiat cum aliquali corporis,& situs motu, si commodè fieri potest: at non oportet moueri loco, aut exire ab Ecclesia, & deinde redire, vt dicatur quinquies visitare Ecclesiam, sed sufficit, vt vno loco fixus faciat orationem, & preces fundat versus ad singula Altaria. Quòd si non sit in oppido, nisi vnicum Altare, debet illud quinquies visitare interpolatis vicibus, & preces fundere coram illo. Si tamen fuerint quatuor Altaria, sufficit visitare vnum bis, vt fiat visitatio quinquies, & quamuis in oppido sint quinque Ecclesiæ, satis est quòd visitentur quinque Altaria, quia Bulla loquitur quòd visitentur quinque Ecclesiæ, aut quinque Altaria, quæ etiam visitari possunt de nocte. Mendos.*tit. de indulgentiis fol. 69.* Fr. Manuel *in expositione Bullæ §.8.n. 8. dub.3.& in additionibus ad §. octauum n.1. fol.40.* vbi addit habentes Oratoria domi auctoritate Episcopi erecta, & ab eo visitari solita, in quibus sit Sactum, posse ibi lucrari indulgentias, si visitent Oratoria quinquies, non exeundo, & ingrediendo, sed fixi eodem loco fundendo preces vocales ibi, quas debebant fundere coram quinque Altaribus.Henriquez *de indulgentiis cap.10.in principio.* Oportetque, vt visitent cum intentione actuali, aut saltem virtuali consequendi indulgentias, non autem ob recreationé,aut ob negotia sæcularia peragenda, Nauarrus *in c. quando, de consecratione dist.1.* & alij quos sequitur Fr. Manuel *suprà* §. 8. *n.9.* 22.

Vigesima secunda resolutio.Priuilegia, facultates, & indulta Mendicantium absoluendi à reseruatis, & censuris, commutandi vota,& dispensandi in illis, non abrogantur per Bullam, neque in anno Iubilæi centesimi suspenduntur, Henriquez *de indulgentiis c.28.n.7.& in commento littera Z.* vbi multos Doctores consultos Salmanticæ ita respondisse refert, sequitur Lessius *lib.2. de iustitia c.42.dub.12.n.60.vers.respondere potest.* Manuel mutatus à priori sententia in additionibus ad Cruciatam §.12.*n.4.* Nauarr. *de Iubilæo notab.18.* vbi ait esse probabile, sed Henriquez absolutè loquitur *suprà*, & Sanchez *in præcepta Decalogi lib.4. c. 54. n. 62.* Nec obest Commissarius dum suspendit facultates omnes, & gratias, quas potest suspendere, quia id intelligitur de gratiis concessis locis particularibus, aut Monasteriis, quibus non fruentur sæculares carentes Bulla, non autem suspendit priuilegia, & indulta concessa Religionibus, quæ cedunt in bonum commune fidelium; nam hæc egent speciali clausula derogatoria. Confirmatur ex dicto Pij Quinti specialiter consulti dicentis 23.

nunquam

nunquam sibi fuisse in mente derogare per Cruciatam priuilegiis, & facultatibus Religiosorum, quod etiam expressit in priuilegiis Prædicatorum anno 71. teste Manuele *in explicatione ad finem*, Henriq. *in d. commento lit. Z.* & Clemens Octauus explicuit non fuisse intentionem suam suspendere Bullam Cruciatam, vt tradit Sanch. *de matrimonio, lib. 8. disp. 33. n. 10. vers. nihilominus defendi non suspendi*, quia priuilegia Bullæ conceduntur per modum contractus, ex his verbis, *Por dais tanta limosna, os concedo.* Fr. Laurent. de Portel *in tract. suo, Dubia Regularia, verb. Bulla Cruciata, vers. priuilegia Cruciata*, ait non cessare Bullæ priuilegia etiam per Iubilæum anni centesimi, quamuis in eo dicatur reuocari omnes facultates concessas etiam ad instantiam Regum ex quibuscumque causis, neque expirant per mortem concedentis, cùm fit gratia concessa per certum tempus, nisi post tempus elapsum, idem Sanchez *suprà disp. 28. num. 51.*

Religiosi tamen absque venia superiorum nequeunt Bulla vti quo ad eligendum Confessarium, neque quo ad absolutionem à reseruatis, vt diximus suprà *disp. 6. de Iubilæis particularibus, §. 5. num. 43. vers. suffragatur constitutio Clementis Octaui, & vers. responsio tamen sit, & disp. 7. num. 16. vers. decimaquinta*, vbi id summatim, & remissiuè tetigimus. Nihilominus cùm dubitatio sit nodosa, non ab re videtur illam minutatim, & membratim partiri sequentibus resolutionibus.

24. Vigesima tertia resolutio. Minoritæ possunt vti Bulla Cruciata de licentia suorum superiorum ad lucrandas indulgentias, & alia priuilegia in Bulla concessa, non verò possunt eligere Confessarium, neque absolui à reseruatis. ita Fr. Laurent. de Portel *in suo tractatu, Dubia Regularia, verb. Bulla Cruciata*, dicens sic fuisse declaratum Minoritis in Hispania à suo Vicario Generali. Quinimò ad lucrandas indulgentias in Cruciata concessas non egent Religiosi Prælatorum venia, ex traditis à Nauarro *cap. 23. n. 38.* post D. Thom. *2. 2. quæst. 104. art. 1.* nec peccant si oua, & lacticinia comedant tempore vetito virtute Bullæ, placet tamen etiam ad hæc petere licentiam à superiore, ita Perestrelius *3. part. casu 16.* sequitur Acosta *in explicatione Bullæ, quæst. 106.* vbi ait esse omnino certum Regulares etiam Ordinis Minorum posse sumere Bullam, & consequi indulgentias, neque superiores habere ius aliquod ad interdicendum inferioribus susceptionem Bullæ ad lucrandas indulgentias, quæ conseruationi Religionis non obsunt, & maximè prosunt, atque ita si Religiosus perita, & non obtenta licentia sumat Bullam, non peccabit, quia non habet superior ius ad negandum eam licentiam: fruetur enim indulgentiis Bullæ, vt deducitur ex D. Thom. *in 4. dist. 20. & in additionibus ad 3. partem, quæst. 27. art. 3.* dontaxat.

25. Vigesimaquarta resolutio. Sunt qui dicant se non audire damnate Regulares, qui vtuntur Bulla Cruciata absque licentia suorum Superiorum quo ad eligendum Confessarium, qui eos absoluat à reseruatis, inter quos est Fr. Manuel *in expositione Bullæ, §. 9. n. 24. vers. lo sexto digo*, sequitur Fr. Io. de la Cruz *lib. 1. de voto obedientia, cap. 6. fol. 50. pag. 2. §. 3. conclusio.* Ratio, quia in Conciliis Prouincialibus Prælati Regolares id non publicant, necdùm visitant Monasteria suæ Prouinciæ, id non exponunt; audiunt enim, & dissimulant, & ex consequenti videntur consentire; quorum est tollere à subditis ignorantiam. Tertiò, quia leges reuocantes priuilegia, & gratias non obligant ante quàm promulgentur ne dum in Prouincia, sed etiam in Diœcesi, Sotus *lib. 1. de iustitia, quæst. 1. art. 4. fol. 11.* Medina *1. 2. quæst. 91. art. 4.* Cùm igitur facultas suscipiendi Cruciatam extendatur ad omnes fideles, & in Bulla fiat mentio omnium Regulatium, reuocatio quo ad Regulares, vt habeat vim debet omnibus innotescere, facta publicatione de mandato Prælati. Quartò, quia quando aliqua lex imponit aliquam censuram, vel pœnam, & ambigitur an sit vsu recepta, ambigenti integrum est credere illam non esse vsu receptam, ac proinde non obligare. ita Azor *tom. 1. lib. 2. cap. 19. quæst. 12.* Salas *1. 2. quæst. 21. tract. 8. disp. vnica, sect. 18. num 169.* & idem tradunt, quando est duplex opinio probabilis, altera negans, & altera affirmans, licitum scilicet esse putare non esse vsu receptam, neque obligare talem legem. Consentit Sanchez *in præcepta Decalogi, lib. 1. cap. 10. num. 35.* quando res est sub opinione, legem non obligare, quamuis contraria opinio sit probabilior, quia sequens minus probabilem, non agit contra conscientiam.

Item, quia sequendo probabilem opinionem, non se exponit periculo peccandi formaliter, ita, vt illud peccatum illi imputetur, cùm prudenter, & ratione probabili ductus operetur. Posse autem sequi probabilem relicta probabiliori, volunt Sanchez *sup. cap. 9. num. 14.* Suar. *tom. 5. disp. 40. sect. 5. num. 6.* Henriquez *lib. 14. de irregularitate, c. 3. num. 3.* Azor *tom. 1. lib. 2. cap. 16. quæst. 2. 3. & 4. & cap. 17. quæst. 7.* & Lessius *lib. 2. de iustitia, cap. 29. dub. 8. num. 68.* Atqui Rodericus suprà *d. §. 9. n. 24.* testatur esse viros doctos huius sententiæ, vt non obstante Bulla, quæ prohibet, ne Religiosi ad hæc duo vtantur Cruciata, ipsi tamen illa vtuntur ad eligendum Confessarium, & ad absolutionem à reseruatis: igitur illorum opinio saltem est probabilis, ac proinde placere potest.

Addo Bullam Clementis Octani fauere huic parti, quia quamuis dicat concessionem Bullæ Cruciatæ, quo ad eligendum Confessorem non habere locum in Religiosis, ait, *Nostra intentionis esse quòd Religiosi in prædictis tenore præsentium dispositioni suorum Prælatorum sint subiecti.* Vbi Io. de la Cruz vult Papam declarasse suam mentem solùm pro Bullis à se concessis, & concedendis, non autem pro concedendis à suis successoribus. sic ille suprà *fol. 49. pag. 2.* Attamen horum opinio olim poterat admitti: sed nostris temporibus nullo modo, & ideo non placet etiam tanquam probabilis.

Vigesima quinta resolutio omnino tenenda sic habet. Regulares virtute Bullæ nequeunt eligere Confessarium, neque absolui à reseruatis, Cordub. & Surdus, quos referens sequitur Beja *3. p. respons. casu 16. §. hæc tamen opinio*, Viuald. *in Candel. verb. absolutio conclus. 2. & 5.* cum aliis. Probatur ex Bulla Clement. VIII. suprà *disp. 6. §. 5. num. 43. vers. suffragatur.* In forma Breuis, vbi id prohibetur Religiosis, & ex alia Vrbani Domini Nostri Papæ Octaui, quæ sic habet:

Vrbanus Papa Octauus, ad perpetuá rei memoriam. Romanus Pótifex ad ea solicitudinis suæ partes intendere debet, per quæ Religiosorum status in pace, & quiete tutiùs conseruetur, sanè cùm ratio doceat, & experientia compertum sit Religionibus valde perniciosum existere, vt eorum Religiosis licitum sit Confessarium sibi eligere, & licet felicis recordationis Gregorius Decimus tertius, ac Clemens VIII. & Gregor. XV. Roman. Pontifices prædecessores nostri per suas in forma Breuis litteras expresse prohibuerint, ne Religiosi Societatis Iesv, facultatibus Cruciatæ sanctæ vti absque Superiorum suorum licentia valerent,

nihilominus, quia nonnulli existimant ex clausulis litterarum dictæ Cruciatæ cuiusqunque ipsius Societatis priuilegio derogari, & propterea ipsis Religiosis huiusmodi facultatibus vti licitũ esse, speciali ad hoc nostro, & Apostolicæ Sedis opportuno remedio necesse sit, Nos pro nostri Pastoralis muneris debito, ea, quæ ipsius Societatis quieto, & pacifico statui, ac debitæ superioribus obedientiæ conseruãdæ opportunè esse cognoscimus, salubriter prouidere volẽtes motu proprio, & ex certa scientia, maturáque deliberatione nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuò valitura constitutione sancimus, nulli Religiosorum eiusdem Societatis licere facultatibus Cruciatæ huiusmodi in quacunque mundi parte publicatæ, vel publicandæ, quo ad eligẽdum Confessarium, & obtinendum absolutionem à casibus reseruatis vti, nec eis quoad hanc eligendi Confessarium, & obtinendi absolutionem prædictam facultatem Cruciatæ huiusmodi suffragari: minúsque præsentes litteras sub quibuscunque eiusdem Cruciatæ concessionibus, extensionibus, prorogationibus, & confirmationibus factis, & pro tempore quomodolibet faciendis, cõprehendi: sicque per quoscumque iudices, Ordinarios, & delegatos sublata eis, & eorũ cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere, ac irritã & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit decernimus. Non obstantibus præmissis à quibuscunque cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutis quoque, & consuetudinibus etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, cæterísque contrariis quibuscunque. Volumus autem, vt præsentium transumptis etiã in præmissis manu Secretarij Societatis, vel Notarij publici subscriptis, & sigillo eiusdẽ Societatis, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadẽ prorsus fides vtique adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die vltima Martij 1626. Pontificatus Nostri Anno nono. Ex quibus apparet nullo modo apud nostros integrum esse vti Cruciata ad illa duo, hoc est, ad eligendum Confessarios à quibus absoluantur pro libito à reseruatis.

26. Vigesimasexta resolutio. Virtute Bullæ Commissarius potest dispensare super irregularitate contracta per eos, qui quibusuis Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis ligati Sacramenta administrant, Missas, & alia diuina Officia, non tamen in contemptum clauium celebrant. Constat id ex litteris eiusdem Bullæ. Non tamen quicquam potest in irregularitate, quæ contrahitur ex homicidio, seu mutilatione factis dolo, vel culpa: neque in irregularitate, quæ incurritur absque culpa, videlicet ob bigamiam, vel ob mortem iustam, seu accelerationem ad illam, quæ dicitur ex defectu lenitatis sine peccato saltem graui.

27. Difficultas est, an virtute Bullæ quando pœnitens absoluitur à quibuscumque sententiis, censuris, & pœnis Ecclesiasticis ex illis resultantibus possit Cõfessarius dispensare, seu absoluere ab illis irregularitatibus, quæ resultant quãdo suspensus, vel excommunicatus sacros Ordines suscepit, vel Sacramenta administrat, sicut potest in illis Commissarius Bullæ dispensare? Negat Nauar. *in summa c.27.n.194. vers.4.* Ledesma *2.p.q.26.art. de irregularitate, fol.367. col.4 in fine,* Viuald. *de irregularitate, n.331.* Iacob. de Graff. *decis. lib.4.c.27.n.81.* Io. Chapeauil. *in tract. de casibus reseruatis, p.1.c.4. diffic.5.* Mayolus expressè *lib.5. de irregularitate, c.51. n.7.* Henriq. *de irregularitate, cap.14. §.1.* Toledo *lib.1. instruct. Sacerd. cap.31.* Philiarc. *lib.4. cap.6. &* Suarez *de censuris, disp.1. sect.3. num.3. vsque ad 6. fol.10. & 11.*

Ratio huius doctrinæ est, quia ex stylo Curiæ per facultatem absoluendi à peccatis, cẽsuris, sententiis, & pœnis, non intelligitur facultas dispensandi in irregularitate. Item per regulam *c. vltimi, de officio Vicarij, in 6.* in generali cõcessione nequaquam illa veniunt, quæ non esset quis verosimiliter in specie concessurus, *l. obligatione generali, ff. de pign.* Item absoluere est quid diuersum à verbo dispensare, & diuersum est iudicium. *l. inter stipulantem, §. sacram. ff. de verbor. oblig.* Steph. Grat. *Marchia, decis.32.n.8. & decis.42.n.10.* Borgaz. *de irregularitate 6. p. tit. de schismaticis, n.19.* Cùm igitur in irregularitatem non cadat absolutio, sed dispensatio, & de iure eam sibi reseruet Summus Pontifex, non poterit Confessarius virtute Bullæ, neque Mendicantes virtute suorum priuilegiorum ab illa absoluere, neque dispensare: accedit Suarez suprà *n.6.* eo quia facultas, quamuis concedatur ad absoluendum à censuris, & pœnis, non extenditur ad omnem pœnam. Nec obest Nauar. supra *n.152. n.194. & n.254.* existimãs posse absoluere Confessarium virtute Iubilæi, Bullæ, seu priuilegiorũ ab illis pœnis, quæ Sacramentorũ vsum, seu receptionem impedire possunt: irregularitas autem nõ est id generis, quòd impediat prædictum vsum. quam etiam sententiam tuetur Molina *tract.3. disp.80.* nec est dubium illam esse multo probabiliorem.

Pars tamen affirmans, posse Confessariũ virtute Bullæ, & Mendicantes virtute suorum priuilegiorum, saltem propter communicationem dispẽsare in illa irregularitate ob malam receptionem, seu administrationem, est valdè probabilis, & in praxi potest admitti. In primis enim Paulus Tertius inter priuilegia Societati Nostræ cõcessa Anno Domini 1545. Pontificatus sui Anno vndecimo, die tertia Iunij, concessit Confessariis nostris facultatem absoluendi quoscunque Christi fideles à quibuscumque peccatis etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, & à quibuscumque sententiis, censuris, & pœnis Ecclesiasticis ex illis resultantibus: quæ omnia conceduntur etiam Confessariis virtute Bullæ Cruciatæ electis, & ab Ordinario approbatis erga pœnitentes: ergo possunt dispensare vtrique in irregularitate supradicta, & ab illa absoluere. Probatur, quia nomine censuræ à qua possunt Cõfessarij absoluere, venit irregularitas ista, ratione peccati contracta, quæ propriè dicitur effectus censuræ, & ab ea originem trahit, siue censura sit excommunicatio, siue suspensio.

Item, quia, vt tradit Innocentius Tertius *in c. vltimo, de excessibus Prælatorum,* irregularitas suspẽsio quædam est; ergo includitur sub facultate absoluendi ab omni censura Ecclesiastica, & ab ea potest absolui virtute Bullæ, aut priuilegiorum, ita in hoc casu docet Guttier. *quæst. canon. lib.2.c.3. n.6. vers. nihilominus,* vbi hanc sententiam veriorem vocat, & tenendam cum aliis doctissimis viris Theologis, cum quibus hac de re egit, etiam si in Bulla Cruciatæ non dicatur quòd possint absoluere Confessarij à pœna, sed tantùm ab omnibus peccatis, & censuris Ecclesiasticis, etiam reseruatis. Eandem sententiam probat Sotus *in 4. sententiarum, dist.22. quæst.3. art.1. pag.965. col.2.* Medina

2.2.

2.2.*quæst*.69. *art*.4. Emmanuel de Sâ *in summa*, ait esse probabilem,*verb.absolutio*,*n*.21.cùm irregularitas sit pœna,& *verb.irregularitas*,*n*.2. idem repetit Manuel *in explicatione Bullæ* §.9.*n*.64. probabilem etiam fatetur. Idem tradit Henriquez *de indulgentiis*,*lib*.7.*c*.13.*n*.6.*vers.aiunt verò*,dicens hanc sententiam propter auctoritatem grauium Doctorum,& propter rationes probabiles admittendam esse in praxi tamquam probabilem. Vega autem *in summa*,*lib*.1.*casu* 321. absolutè docet posse Confessarium absoluere virtute Bullæ ab hac irregularitate, de qua loquimur, dummodo sit secreta:idem repetit *lib*. 2. *casu* 162. ex ea ratione, quia hæc irregularitas est propriè censura, & *casu* 564.*lib*.5.in eadem sententia persistit, sequitur Michael Salon.2.2.*quæst*.64.*art*.8.*contro*u 4. vbi ait etiam in hac sententia fuisse Canum; quare, cùm hæc irregularitas sit censura laro modo, &,vt alij loquuntur,absolutè sit censura, seu effectus censuræ,& ab illa primæuā ducat originem,potest tolli à Confessario per verbum *absoluo*, seu *dispenso*.

Fauent verba priuilegiorum Societatis,vbi dicitur posse absolui pœnitentes à quibuscumque peccatis, & à quibuscumque sententiis, censuris, & pœnis Ecclesiasticis ex illis resultantibus. Vnde non est dubium irregularitatem esse pœnam quandam, Manuel de Sà *verb. irregularitas*, *num*.2. subdens secundùm graues auctores irregularitatem eam comprehendi,quæ pro delicto imponitur nomine absolutionis ab omnibus pœnis; atque ita ad irregularitatem debet extendi.

Ad doctrinam contrariæ partis Nauarri, scilicet *in summa*,*cap*.27. *suprà*, & aliorum dicentium, non comprehendi virtute priuilegiorum,seu Bullæ Cruciatæ facultatem dispensandi in irregularitate, nisi exprimatur, fatemur id esse verum si loquamur de irregularitatibus ortis ex homicidio, aut ex mutilatione, aut quæ oriuntur ob bigamiam,aut ex defectu lenitatis:secus de illis quæ resultant ex mala receptione, aut administratione Sacramentorum, de quibus est quæstio præsens.Nam aliæ,quæ non sunt censuræ,sed inhabilitates quædam, & indecentiæ,vt tollantur,egent dispensatione:ita Gutierr. *suprà*,& Bart.Medin.*in summa*,*instruct.confessor.lib*.2.*c*.12.in forma absolutionis ab irregularitate,*fol*. 305.*col* 2. Nec obstat stylus Curiæ,dum ait non posse absolui ab huiusmodi irregularitatibus,de quibus est quæstio;quia loquitur de foro externo, nos verò loquimur de foro interno,cùm delictum est occultum. Faciunt tradita per Manuuelem *in explicatione Bullæ*,§.43. *num*.1. vbi ait Commissarium Cruciatæ posse dispensare in hac irregularitate occulta extra confessionem in foro externo,etiam si delinquens sit absens: igitur Confessarius potest in foro animæ absoluere ab eadem irregularitate.

Quinimo virtute Bullæ,vel priuilegiorum huiusmodi irregularitates ex censuris resultantes, possunt tolli à Confessario extra confessionem. Ratio, quia censuræ tolluntur à Confessariis extra confessionem:ergo & irregularitates emanantes ex censuris. Nec refert,quòd dicatur in Bulla, vel in priuilegiis,quòd pœnitens absoluatur,audita priùs confessione, eo quòd hoc non obstante censuræ possunt auferri extra confessionem, vt volunt Auila 2.*p.de censuris*,*cap*.7. *disp*.3. *dub*. 13. *fol*.104.*pag*.2. §.*secunda opinio*; post alios,quos sequitur *ibi* Henriquez *de indulgentiis*,*lib*.7.*c*.13.*n*.2. Fr. Manuel mutata priori sententia *tom*. 1. *regul. quæst*.61.*art*.7.Sanch *lib*.8.*de matrimonio*, *disput*.15. *n*.25.& *disp*.16.*n*. *vltimo*. Non enim est necessaria connexio inter absolutionem à censuris,& à peccatis:idem sentit Ledesma Conimbricensis *secunda quarti*, *quæst*.29.*art*.9.Armilla *verb.excommunicatio*,*n*.20. Sà *in summa*, *verb.absolutio ab excōmunicatione*,*n*.1.Cùm ergo irregularitates,de quibus est sermo, sint pœnæ, censuræ, seu effectus censuræ, etiam possunt tolli extra sacramentalem confessionem. Neque est eadem ratio, quia absolutio à peccatis, vt impendatur obligat ad confessionem, & absolutio à censuris communiter extra confessionem tribuitur, Armilla,& Auila *suprà*:pari modo irregularitas potest tolli extra confessionem, cùm sit pœna,aut censura,aut effectus censuræ.

Vigesimaseptima resolutio circa vota, & commutationem eorum sic habet:Possunt commutari virtute Bullæ omnia vota etiam reseruata, exceptis castitatis,Religionis,& peregrinationis Hierosolymitanæ votis. Potéstque fieri commutatio extra Sacramentum confessionis, ita videtur tenere Sotus *lib*.7.*de iustitia*, *quæst*.4.*art*.3. *col*.9. *vers*, *post hac*, *de priuilegiis*, dicens dispensationem voti nihil facere ad forum pœnitentiæ. fauet Suarez *de Religione*, *tom*.2.*lib*.6.*de voto*,*c*.16.*n*.4. quatenus ait non esse necessariam confessionem, quando priuilegium id non explicat, sed solùm petit, vt Confessarius,qui commutat, sit approbatus,& in foro conscientiæ commutet. sequitur expressè Henriquez *lib*.7. *de indulgentiis*, *cap*.30. *num*.6. & Sanchez *lib*.4.*in præcepta Decalogi*, *cap*.54. *num*.15. & *sequent*. quod extenditur non solùm ad vota iam emissa, sed etiam ad postea emittenda, seu futura,ex glossa *in cap.quia circa*, *verb.sed futuri*,*de priuilegiis*, vbi dicitur verba indefinitè & generaliter expressa in priuilegiis extendi ad futura, Sanchez *suprà cap*.53. *num*.26. cum aliis, & duobus numeris sequentibus,& diximus *suprà*,*disp*.6. §.6.*num*.74.& §.7.*num*.91.quæ omnino vide. 28.

Porrò,si Confessarius requisitus non commutet vota,siue ex obliuione, siue ex ignorantia, siue ex malitia, vota retinebunt suam obligandi vim, quamuis vouens acceperit Bullam animo commutandi; & ea intentione vota Confessario manifestauerit,Nauarrus *in summa Latina*,*cap*.12. *num*.79.*vers*.12. Sayr.*in Claui*, *lib*.6.*cap*. 11. *n*.115. Beja *in suis responsis* 2.*p.casu.ordine* 9.& Suarez *suprà tract.de vot*.,*lib*.6. *cap*.16. *num* 2. Peccabit tamen Confessarius requisitus,vt commutet,si non commutauerit, si iudicet causam esse iustam; secus,si sibi persuadeat pœnitentem nullam habere causam,ita Viualdus *in Candelabro sacramentorum*. 3.*p.cap*.14 *num*. 8.Sayr *in Claui*, *lib*.6.*cap*.12.*n*.18. *in fine*, qui loquuntur de Confessario requisito per Bullam,aut Iubilæum, secus de Confessario requisito, vt commutet per priuilegium sui Ordinis; quia tunc Regularis non peccat non commutando virtute suorum priuilegiorum,cùm non teneatur vti suo priuilegio.

Vigesimaoctaua resolutio, durante anno Bullæ vota,quorum commutatio conceditur,possunt toties quoties commutari à Confessario electo; quia Bulla loquitur absolutè de commutandis votis,neque limitat ad vnam tantùm vicem;sicut in peccatis Pontifici reseruatis limitat posse ab illis absolui semel in vita, & semel in mortis articulo,Sanchez *d. lib*.4.*cap*.54.*num* 26. Quinimo commutatis votis, si pœnitens noluerit seruare materiam subrogatam; in quam facta fuit commutatio, potest adimplere vota, vt antea, ita Azor.*tom*.1. *lib*.11.*cap*. 18. *versic. decimò quæritur*, 29.

Sayr. *in Claui, lib.6.c.12 num.22.* Suar. *suprà lib.6 de voto, c.20. in principio*, & Sanch. *de matrimonio, lib.9. disp.4.n.21.* Et quamuis pœnitens relicta materia subrogata ad priora vota redeat, non propterea fit impotens ad implendum materiam subrogatam relicto priori voto: imò adhuc postquam redierit ad primum votum, poterit postea vti commutatione sibi facta, nisi de nouo se obstringat per nouam promissionem, Suarez *dict. cap.20.num.13.*

30. Vigesimanona resolutio, votum semel commutatum in aliquam materiam virtute Bullæ, potest iterum commutari quoad illam materiam subrogatam, quia Bulla non restringit potestatem commutandi ad vnicam tantùm vicem, Cordubens. *in summa, quæst.150.* vbi monet virtute Bullæ omnia vota esse commutanda in subsidium destinatum, & nominatum in eadem Bulla; & quamuis Sotus *lib.7. de iustitia, quæst. 4. art. 3.* ad finem corporis, *vers. rursus circa eadem*, & Aragonius 2.2. *quæst.88. art. 12.* & alij arbitrentur totam commutationem esse faciendam in subsidium belli omnino temporale, probabilius est posse fieri partim in temporale subsidium, & partim in alia quæuis opera pia, quod arguitur ex verbis Bullæ, ibi, *In aliquod subsidium huius expeditionis commutari.* quasi dicat aliquam commutationis partem debere esse temporalem pro belli expeditione, ita Henriquez *lib.7 cap.30.num.6.* & alij, quibus accedit Sanchez *d.lib.4. cap.54. num.58.*

31. Trigesima resolutio. Virtute Bullæ non possunt commutari iuramenta homini facta propter iniuriam, vel metum; veluti si iurasti te soluturum in ludo nummos pecunia credita amissos, non enim hæc iuramenta induunt rationem voti, & Bulla concedit solùm vota. At huiusmodi iuramenta, cùm fiant homini, quamuis ille nullum ius acquirat, non habent tamen rationem voti, cùm non fiant Deo, nec propter intuitum pietatis; sed homini. Poterunt tamen hæc iuramenta relaxari, vel commutari, si fortè in rescripto, vel diplomate Pontificio concedatur facultas relaxandi, vel commutandi iuramenta præstita sine præiudicio tertij: eo quòd non acquiritur ius tertio per hæc iuramenta: proinde ex illorum relaxatione nullum sequitur præiudicium, ita Petrus de Ledesma *de matrimonio, quæst.47.art.3.dubio 3.* quod mouet circa tertium argumentum, §. *sed adhuc est aduertendum.*

Quòd si dicas ex iuramento similiter facto duplicem oriri obligationem: alteram expressam, factam homini, & ex hac parte iuramentum turpiter extortum non obligare, quoniam per iniustitiam nullum ius homini acquiritur: alteram Deo, qui in testem vocatur; quocirca teneri iurantem Deo, adimplere, quod per nomen suum promisit, si licitum est. Responde ex *cap. debitores, de iureiurando*, cogi reddere Domino iuramentum, quia ius quæsitum fuit Deo, cùm verò nullum ius quæsitum sit tertio, posse peti relaxationem ab Episcopo, qui relaxare potest ratione doli incidentis in contractu, vel ab habente potestatem virtute alicuius diplomatis specialis, non autem virtute Bullæ, quæ non concedit relaxationem similium iuramentorum; sed vota iuramento firmata, ita Sanchez *de matrimonio, lib. 1. disput. 32. num. 17.* vbi hanc partem tuetur contra aliquos affirmantes virtute Bullæ posse commutari iuramenta hæc contractui adiecta, in quo versatur turpitudo, & iniustitia in creditore, sed meliùs negat Sanchez *ibi, & lib. 3. in præcepta Decalogi, cap.21. num.16.*

Trigesima prima resolutio Bullæ prodest capientibus illam tempore interdicti, vt admittantur ad Officia diuina, possuntque recipere omnia Sacramenta etiam Ordinis, dummodo non dederint causam culpabilem interdicto. Auila *de censuris 5.p.disp.4 sect.1.dub.8. in fine, & sect.2.dub.4. conclus.2.* Item possunt tempore interdicti secum ducere suos familiares ad audienda diuina Officia, *ibidem dub.7. conclus.3. illat. 2.* & celebrare, & facere celebrare in Oratorio, *notab. 2.* modò eorum culpa, vel fraude non fuerit latum interdictum, nec suo consilio, auxilio, vel fauore dederint causam delicti propter quod interdictum est impositum. Isti enim nullo modo fruuntur hoc priuilegio, ita expresè *in c. vobis, de priuilegiis, in 6.* Couar. *in c. Alma.2.p.§.4.n.5.illat.11.* Nauarr. *c.21. n.180.* & Sotus *dist.22. quæst.3.art.1. post 4. conclus.* 32.

Nomine autem *familiarium* intelliguntur, teste Nauarro *d.n.* 181. illi duntaxat domestici, qui personam priuilegiatam solent comitari, sequitur Henriquez *de indulgentiis, cap.13. num.3.* Manuel *in Bulla §. 5. num. 5.* quod extende ad familiares illos, seu famulos, qui non habitant domi, dummodo soleant comitari habentem Bullam, & non recipiantur in fraudem interdicti. Nauarr. *suprà num.180.* Emmanuel §. 5. *num.5.* & deducitur ex *d.cap. finali, de verbor. signific. in 6.* vbi vocatur clericus alicuius, qui remota fraude ab eo suscipitur, & continuò in eius familia assistit, alitúrque eius sumptibus.

Non poterunt tamen huiusmodi familiares interesse sacro, ac diuinis, nisi simul cum domino. Vnde absente domino, nequeunt audire aliã Missam, neque domino præsente si ipse iam audiuit, possunt familiares aliam Missam audire, si fuerunt absentes, quando dominus audiuit, si rursus ipse audiat aliam intuitu eorum, vt ipsi eam audiant: secus si dominus ob deuotionem aliam audiat, Auila *de censuris, 5.p.disp.4. sect.2.dub.7.vers. secunda conclusio.* Nomine autem *familiarium*, seu *familiæ*, hoc loco non intelliguntur vxor, filij, nepotes, serui, & famuli eis subiecti, qui ratione potestatis paternæ, vel dominij degunt cum domino domus; sed illi soli dicuntur familiares domestici, qui dominum comitantur, Nauarr. *suprà n.181.* Auila *5.p.disp.4. sect.2.dub.7.* Similiter fœmina habens Bullam potest tempore interdicti secum ducere familiam suam, ipsam comitari solitam: dummodo non sit in illa aliquis excommunicatus, vel qui interdicto occasionem dederit.

Quinimo ex litteris eiusdem Bullæ conceditur Illustribus, & aliis nobilibus etiam per horam, antequam illucescat, & per horam post meridiem excommunicatis, & interdictis prorsus exclusis, per se ipsos si Presbyteri fuerint, seu per alium, vel alios Sacerdotes in sua, ac familiarium, ac domesticorum, & consanguineorum suorum præsentia Missas, & alia diuina Officia celebrare, sequitur Acosta *in explicatione Bullæ, quæst. 27. fol. 67.* vbi ex tenore Bullæ id extendit ad omnes, qui illam habuerint; sed Bulla expresè non loquitur, nisi de Illustribus habentibus Oratorium ad diuinum cultum duntaxat deputatum. Auila suprà *dub. 7. fol. 275. colum. 3.*

Trigesima secunda resolutio. Tempore interdicti vltra prædicta virtute Bullæ, possunt omnes diuinis interesse: Eucharistiam, & alia Sacramenta 33.

menta recipere, & eorum decedentium corpora etiam cum moderata funerali pompa Ecclesiasticæ tradi sepulturæ, Henriquez *de indulgentiis lib.7. cap. 20. §.8.* vbi id extendit ad vsu rationis carentes, quibus etiam Bulla prodest, vt tempore interdicti ministrentur illis sacramenta Extremæ vnctionis; & his ac pueris prodest vt sepeliantur in loco sacro, & vt adsint cum matribus in Missa tempore interdicti. Et quamuis Nauarr. opinetur *cap. 27. num.176.* paruulis defunctis tempore interdicti non posse dari sepulturam sacram, & dum viuunt, & lactant vbera esse expellendos ab Ecclesia interdicta, & reliquos etiam ante septennium; oppositum quoad expellendos ab Ecclesia tradunt, Syluester *verb.interdictum 2.quæst.18.* Armilla *eodem verb.num.17.* Couarr. *in cap. Alma 2.part.§.4. num. 5. illatione 12.* & alij quos referens sequitur Cordubensis *in summa quæst. 60.* & Margallus *in rubric.de celebratione Missar.* facta distinctione inter pueros doli capaces, & non capaces, vbi doli capaces secundùm omnes sunt excludendi, si careant Bulla: secus autem dicendum de non capacibus doli. Quando verò homines, & non terra interdicuntur, tunc etiam doli non capaces, sunt expellendi, & in hoc euentu putat esse veram sententiam Nauarri Viualdus *de interdicto num. 141. fol. 123.* Ego tamen tempore interdicti opinor infantes vsu rationis carentes, sicut non subiiciuntur legibus Ecclesiasticis, & humanis, & possunt interesse Officiis diuinis, quia non sunt præsentes humano modo, posse sepeliri in loco sacro, eo modo quo extra illud tempus sepeliri solent cum Missa in gratiarum actione; sed probabilius est non esse sepeliendos in loco sacro sine Bulla, quam puer, vel amens censetur interpretatiuè petere, ita Henriquez *dict. §. 8. in commento littera P.* & Auila *de censuris 5.part. disp.5.dub.5.versic.sit conclusio fol. 291.* Potest etiam sumi Bulla pro defuncto excommunicato, aut tempore interdicti, vt absoluatur ab excommunicatione reseruata, & sepeliatur in loco sacro, Manuel *in explicatione Bullæ §. 13.* quem referens sequitur Henriquez *dict. c.20.§.8. in commento littera Y, & Z.*

34. Trigesimatertia resolutio, habentes Bullam Cruciatæ tempore interdicti peccant mortaliter, si diebus festis sacrum non audierint, Medina *in summa lect.1.§.4.* Sotus *in 4.dist.13.quæst.2.art.1. & dist.22. quæst. 3. art.1.* Nauarr. *in manuali cap. 21. num.3.* Ratio, quia priuilegium non inducit obligationem, sed remouet impedimentum: igitur eo sublato, vrget præceptum audiendi sacrum. Hoc tamen priuilegium audiendi sacrum concessum pro tempore interdicti virtute Bullæ non extenditur ad tempus cessationis à diuinis, Nauarr. *in manuali cap. 27. num.179.* & Couarr. *in cap. Alma mater 2. part.§. 4. num.7. vers. ne tamen,* vbi quamuis iure communi æquiparetur cessatio à diuinis interdicto: non tamen idem est de iure speciali; datur enim modò inter vtrumque essentiale discrimen: atque ita cùm Bulla solùm loquatur de interdicto, non debet extendi extra casum, & Acosta ad explicationem Bullæ *quæstion. 29.* vbi *quæstion. 30.* negat priuilegium Bullæ extendi ad Ecclesiam violatam. Quare facultas audiendi sacrum data pro tempore interdicti, non conceditur pro tempore, quo Ecclesia est violata. Non enim locus violatus est locus interdictus, nec violatio Ecclesiæ est interdictum, sed aliud genus impedimenti introducti iure Ecclesiastico ad celebrandum.

Probatur ex pœnis celebrantibus in loco interdicto impositis, & celebrantibus in loco violato: nam celebrantes in loco interdicto fiunt irregulares per quemcumque actum alicuius Ordinis violando interdictum, vt colligitur ex *cap. 1. de sententia, & re iudicata, lib. 6.* Innocentius *in cap. final. de excess. Prælatorum.* Paludan. *in 4. dist. 18. quæst. 8. art.3. & art 4. principali, §. quantum ad decimum septimum,* Sotus *4.dist.22. quæst.3 art.1.concl.5.* Nauarr. *in manuali cap. 27. num. 244.* Couarru. *in cap. Alma mater part.2.§.2.num.3. de sentent. excommunicationis in 6.* & alij quos referens sequitur Sayr. *de censuris lib. 5.cap.14. ex num. 18. vsque ad numerum 26.* Qui verò celebrat in loco violato, peccat mortaliter, non tamen manet irregularis, Syluester *verb.consecratio 2.quæst.9.* Nauarr. *cap.25. num 33. & cap.27.num. 250.* & ostenditur in capite *is qui, de sentent. excommunic lib.6.* & summa Astensis *2.part. lib. 7. tit. 9. quæst. 5.* & Geminian. *in cap. vnico, de consecrat. Ecclesi. vel Altar. lib.6. num.5.* & Sayr. *de censuris lib. 2. cap. 4. num. 12.* Quocirca cùm priuilegium audiendi sacrum concedatur per Bullam pro tempore interdicti, non debet extendi ad violationem Ecclesiæ, cùm violatio non sit interdictum.

Trigesimaquarta resolutio. Omnes Iudices verè, ac propriè Ordinarij tenentur sub pœnis in Bulla fulminatis omnes pœnas pecuniarias Cruciatæ applicare, vt patet ex litteris Bullæ. Nomine 35.
autem Ordinariorum veniunt Capitula, & eorum Gubernatores Sede vacante. Nihilominus iudices delegati nullo modo tenentur applicare pœnas pecuniarias Cruciatæ, eo quòd Bulla non loquitur nisi de iudicibus ordinariis, non autem de delegatis. Propter quam Episcopi, & eorum officiales tenentur sub mortali applicare pœnas pecuniarias in subsidium huius expeditionis; cùm Roman. Pontifex id præcipiat in virtute sanctæ obedientiæ, nisi paruitas materiæ excuset. Quinimo ex verbis eiusdem Bullæ indicatur obligatio restituendi Episcopis, & eorum officialibus imposita, si pœnas suprà dictas sibi, vel aliis, & non in subsidium huius expeditionis applicauerint, ita Fr. Manuel *in explicatione Cruciatæ §. 13. num. 10.*

Ex hac resolutione sequitur Commissarium Cruciatæ non teneri applicare eidem Bullæ pœnas pecuniarias, cùm sit commissarius Iudex Apostolicus delegatus, & Bulla non loquatur, nisi de ordinariis. Idem dicendum est de Conseruatoribus datis à Romano Pontifice ad tuendum aliquos contra manifestas iniurias, seu violentias iudiciali non vtentibus indagine; quia sunt iudices delegati, & illis competit iurisdictio non ratione officij, sed delegationis. gloss. *verb. Conseruatores, in principio in cap. 1. & vltimo, de officio iudicis delegati lib. 6. & ibi* Ioann. Andr *col.2.* Sylucst. *in summa, verb. conseruator, num. 1.* Valascus *tom. 2. consult. 152. num. 6.* Campanil. *in diuersor. iuris canonici rubr. 12.cap.13.num.24. in fine,* Azor *instit. moral. part. 2. lib. 5. cap. 34 quæst 2.* & Molina *de iustitia, tom. 6. disputat. 29. numer. 1.* vbi concludit Conseruatores esse iudices delegatos; nisi in Bulla conseruatoria expresè sit concessum, vt Conseruatores per illam eligendi sint iudices ordinarij, prout notat idem Molina fuisse concessum nostræ Societati à Pio Quinto, & Gregorio XIII. hi enim cùm sint ordinarij, pœnas Cruciatæ debent applicare; sicut etiam Conseruatores Ecclesiastici Eborensis Academiæ applicant, cùm sint

sint Ordinarij, & habeant iurisdictionem eandem, quam olim habebat Archiepiscopus Eborensis in scholasticos, & personas Vniuersitatis. Nunc autem est abdicata, & Religiosis Societatis tradita, & indulto Apostolico in forma Breuis dato à Pio Quinto 25. die Maij anno de 1568. Pontificatus verò sui anno tertio confirmata. Cùm autem Societati in foro iudiciali nulla competat iurisdictio, Rector Collegij Eborensis virtute Bullæ eligit in Conseruatorem, Dignitatem, aut Canonicum, qui tam in ciuilibus, quàm in criminalibus ordinariam exercet, & exequitur iurisdictionem. Quare conseruatoriæ Bullæ sunt inspiciendæ, cùm aliquando concedantur in ampliori forma aliquibus Religionibus, quàm aliis, Cabed. *diuers. iuris argum. lib.* 3. *cap.* 18. *num.*3. Fr. Emmanuel *tom.*1. *regul. quæst.*65. *art.*12. & Gutierr. *pract. lib.* 4. *quæst.* 63. *num.* 6. & 7. & ex illis apparebit, quando ordinariam habeant Conseruatores iurisdictionem, & quando delegatam, & ex consequenti delegati non tenentur, Ordinarij autem vtique Cruciatæ operi pœnas applicare, & quamuis non desint Officiales Cruciatæ, qui putent Ordinarios locorum debere pœnas corporales mutare in pecuniarias in subsidium Cruciatæ, etiamsi opus fuerit compellendo censuris ad hanc mutationem officiales Ordinariorum; contrarium tamen est dicendum: non enim hoc est ferendum, quia si concederetur, vt pœnæ corporales pecuniis redimerentur, nunquam delinquentes sua crimina desererent, & ideo pœna exilij, carcerum, & verberum nullo modo pecuniis debent compensari, nisi data iusta, & rationabili causa commutandi aliquam pœnam corporalem in pecuniariam, Acosta *in explicatione quæst.*88. *per totum.*

36. Trigesimaquinta resolutio. Commissarius Bullæ Cruciatæ pro solo conscientiæ foro habet facultatem dispensandi in affinitate resultante ex concubitu fornicario in primo, vel secundo gradu: itemque potest prolem susceptam, & suscipiendam facere legitimam, aliquibus conditionibus interpositis. Prima, vt matrimonium illud sit initum iam, cum illo impedimento, seruata forma, ac solennitate, quam præscribit Concilium Tridentinum, dummodo impedimentum sit occultum. Dicitur autem occultum, vt distinguitur contra publicum; nec dicitur publicum, quamuis ab aliquibus sciatur, ac proinde probari possit: adhuc enim dicetur occultum, & tunc erit publicum, quando est publicum non solùm in ciuitate, sed etiam in maiori parte, vel Parochiæ, vel Collegij, vel Conuentus, vel viciniæ; modò saltem decem personæ reperiantur in ea Parochia, vel Collegio, vel Conuentu, Sanchez cum aliis *d. lib.* 8. *disp.*34. *num.* 55. & 56. & 57.

Secunda conditio, vt bona fides ex parte saltem vnius contrahentis, qui impedimentum ignorauit tempore matrimonij, data fuerit. Tertia, vt ignorans impedimentum postea certioretur de nullitate prioris consensus; esto illi non patescat nullitatis causa, vt remoueatur scandalum, ita Fr. Emmanuel *in additionibus ad Bullam Cruciatæ* §.13. *num.*16. *vers. dudase mas*; & antè *in explicatione dict.* §.13. *num.*6. *vers. puede*, & Sanchez *lib.*8. *de matrimonio disp.* 6. *num.* 23. vbi subdit, id procedere, quando prius matrimonium fuit initum coram Parocho, & testibus, & præmissis solitis denunciationibus. Quòd si denunciationes culpabiliter fuerunt omissæ, nequit Commissarius dispensare, quod etiam docuit *lib.* 2. *de matrimonio disput.* 40. *num.*4. ex Concilio Tridentino *sess.* 24. *cap.* 5. ibi: *Quòd si ignoranter id fecerit, siquidem solennitates requisitas in contrahendo matrimonio neglexerit, eisdem subiiciatur pœnis.* Secus quando denũciationes seruauit. Tunc enim Commissarius Bullæ dispensare potest, etiamsi Papa sit præsens, quod non est integrum Episcopo, etiam in casu magnæ necessitatis, quoties est recursus ad Pontificem, aut ad habentem ab eo potestatem dispensandi, vt cum aliis probat Sanchez *dict. lib.*2. *disp.*40. *num.*8. vbi addit Commissarium Cruciatæ non posse dispensare in casibus, in quibus potest Episcopus in matrimonio, contracto cum impedimento dirimenti occulto, vt iterum celebrari possit, nisi detecta nullitate prioris matrimonij alteri coniungi: quapropter si nullitate non detecta necesse esset ob vrgentem necessitatem contrahere matrimonium, cùm in hoc casu Commissarius careret facultate, posset Episcopus dispensare ratione vrgentis necessitatis.

Illud tamen monuerim Episcopum posse aliquando in omnibus impedimentis dirimentibus post contractum matrimonium, & aliquando ante initum matrimonium, concurrentibus quibusdam circunstantiis, vt docet Sanch. *d. disp.* 40. *num.*3. & 7. Commissarium autem in solo impedimento affinitatis ex congressu fornicario, posse dispensare: nunquam tamen ante matrimonium celebratum, sed postea, & altero coniuge facto certiori de nullitate prioris consensus. Insuper licitum est Commissario legitimare prolem ex eo matrimonio irrito natam pro foro tantùm conscientiæ ad Ordines etiam sacros, & ad quæcumque Beneficia. ita Henriquez *lib.* 7. *de indulgentiis cap.* 13. *num.*5. vbi addit etiam ad succedendum in bonis temporalibus; quod non admittit Sanch. non enim credit posse succedere in bona temporalia, quoniam legitimatio hæc non procedit ex dispensatione facta in radice matrimonij. sic ille, *dict. disput.* 6. *num.*25. & *disp.*7. *num.*23. & 24. quod etiam mihi probatur.

Trigesimasexta resolutio. Valde probabile est non posse fieri compositionem virtute Bullæ Cruciatæ de bonis simpliciter, & sine peccato inuentis, cuius dominus ignoratur, ita Sayro *in Claui lib.*10. *tractatu* 5. *cap.*2. *num.*30. & Petrus Nauarra *lib.*4. *de restit. cap.*2. *dubio* 9. *num.*75. asserentes nunquam emanasse Bullam aliquam compositionis circa bona simpliciter inuenta; quinimo posse inuentores harum rerum facta sufficienti diligentia non inuento domino, eas sibi assumere, ita Sotus *lib.*5. *de iustitia quæst.*3. *art.* 3. *ad* 2. Ledesma 2.4. *quæst.*18. *art.*5. *fol.*266. *column.* 1. Petrus Nauarra *lib.*4. *d. num.*75. Ludouicus Lopez *instruct. conscientiæ, part.*2. *cap.* 2. Emmanuel Sà *in summa verb. thesaurus, n.*4. Ratio, quia debita incerta non ex iure naturæ debentur pauperibus, nec Reipublicæ, aut animabus, quorum sunt. Et quamuis de consilio simpliciter inuenta pauperibus, aut publicis vsibus erogari possint; id tamẽ non est in præcepto, sed inuentor, siue diues, siue pauper, potest post sufficientem diligentiam non inuento domino, ea sibi retinere, cùm nulla lex diuina, neque ciuilis præcipiat ea destribui pauperibus; nec ius canonicum. Nam cap. illud, *si quid inuenisti* 14. *quæst.*5. solùm loquitur de illis, qui non fecerunt debitam diligentiam ad verum dominum inueniendum; hi enim censentur fures, qui ita inuenta eo animo retinent, vt nolint restituere, etiamsi dominus appareat, quod intellige de bonis sæcularibus: 37.

latibus: secus si bona inuenta sint alicuius Ecclesiæ, quamuis non appareat de quânam Ecclesia sint. Hæc autem non sunt inuentoris, sed debent tradi Prælato, vel conuerti in vsus Ecclesiæ, Salon. 2.2. *quæst.66. art.5. controuersia prima*, vbi addit retinentem bona sæcularia post factam sufficientem diligentiam, teneri restituere domino comparenti iuxta tempus datum ad præscribendum: secus si compareat post tempus ad præscribendum constitutum; tunc enim bona non erunt domini, sed inuentoris, ex legitimo titulo legitimæ præscriptionis. Fauet D. Thomas 2.2. *quæst. 66. art.5. ad* 2. vbi agens de huiusmodi inuentis, non obligat ad restituendum, sed quòd inuentor post diligentem inquisitionem factam pro vero domino inueniendo, bona fide illa pro derelictis habere possit; quibus rationibus non solùm tanquam valde probabile, sed tanquam verum sentiendum est, non esse faciendam compositionem virtute Bullæ super rebus deperditis, & simpliciter inuentis, sed de malè acquisitis & iniustè retentis, quarum dominus penitus ignoratur, nisi in Bulla fiat expressa mentio de rebus deperditis, & simpliciter inuentis sine peccato.

38. Trigesimaseptima resolutio. Compositio virtute Bullæ potest fieri de rebus malè quæsitis, iniustè ablatis, ac retentis, quarum dominus ignoratur, post diligentem inquisitionem de eo inueniendo factam, solutis in hoc Regno duobus denariis cum dimidio, & hoc modo liberatur à Summa duodecim aureorum cum dimidio; ita vt facta tali compositione maneat debitor tutus in conscientia ab obligatione restituendi residuum sibi remissum, puta ad rationem vnius pro quinquaginta, quæ compositio est valida, & satis pia maturo sanè consilio tamen facta. Ratio, quia cùm hæc bona incerta ex solo iure humano, ac dispositione Summi Pontificis debita sint pauperibus, vt vult Sotus *lib.4. de Iustitia, quæst. 7. art. 1. ad 3.* & Couart. *in reg. peccatum, part. 2. in principio, num.6.* & deducitur ex *cap. cùm tu, de vsuris*, vbi Alexander Tertius præcipit, vt quæsita per vsuram, quorum dominus ignoratur, pauperibus conferantur, & cum aliis fauet Sayro *lib. 10. in Claui tract. 5. cap.2. ex num.10. vsque ad* 13. vbi cum aliis ostenditiam à tempore S. Augustini hoc obseruari, habuisseque initium ex illo verbo Saluatoris Lucæ 11. *Quod superest, date eleemosynam*. Quare Pontifex sicut pater pauperum, & bonorum incertorum dispensator potest bona incerta malè quæsita, & iniustè possessa pauperibus applicare, sic etiam potest eadem bona ex causa iusta ad alios vsus pios conuertere, & aliqua remittere, vt reliqua faciliùs restituantur, atque ita omnes fatemur post compositionem tuta conscientia posse compositos bona illa residua postea retinere, cùm Pontifex ex rationabili causa bonorum incertorum compositionem facere possit, Antonin 2. *part. tit.2. cap.6. in fine*, Syluester *verb. restit* 8. *quæstio*.8. Nauarr. *in manual., cap.17. num.93.* Valentia *tom.3. disp.5 quæst.6. punct.7.* Bannes 2.2. *quæst.62. art.5. dub.*8. & Ludouic. Lopez *p.1. instruct. cap.* 138. & 139. & alij quos refert, ac sequitur Sayr. *in Claui d.lib. 10. tract.5. cap.2. num.23.* sed de hoc infrà *trigesimanona resolutione, num.40.*

Illud autem nota, data eleemosyna duorum denariorum cum dimidio vulgò *bum testam*, manere liberos à restituendis duodecim aureis cum dimidio, vulgò *finquo milrs* ex moneta Lusitana, atque ita, vt liberentur à solutione ducentorum, & quinquaginta aureorum de bonis malè quæsitis, oportet, vt sumantur viginti Bullæ compositionis, data eleemosyna pro qualibet earum duorum denariorum cum dimidio, & insuper debet habere vltra has Bullas compositionis Bullam Cruciatæ, veluti fundamentum, quo nituntur Bullæ compositionis. Quòd si bona incerta super quibus facienda est compositio, excedant summam centum mille regalium monetæ Lusitanæ, recurrendum est ad Commissarium subdelegatum, apud quem fiat compositio vsque ad quantitatem quingentorum aureorum ducatxat, vltra quam Summam recurrendum est ad Commissarium generalem ita in regimine Commissarij subdelegari, datis quinque denariis pro qualibet Bulla vsque ad quingentos aureos.

Trigesimaoctaua resolutio. Post factam compositionem præcedente diligenti inquisitione de domino inueniendo, si dominus compareat, non tenetur compositus restituere quicquam domino comparenti. Ratio, quia bona fides non patitur, vt semel exactum; iterum exigatur, argumento *reg.83. de reg. iuris, in 6.* Probatur argumento restituentis de mandato Confessoris post factam diligentem inquisitionem pauperibus, qui non tenetur postea restituere comparenti domino, si iam inuenta restituerat, ita Angelus *verb restitutio* 2. §.12. Aragonius 2.2. *quæst.62. art.5. ante finem*, Petrus Nauarra *lib.3. de restitutione cap.2. post dubio 7. num.56. vers. Quinto*, Sotus *lib. 4. de Iustitia quæst.7. art.1. vers. solutio tertij argumenti*, & Rodrig. *in summa part.2. cap.41. conclus.*12. Secus si non præcedat sufficiens domini inquisitio; tunc enim non obstante distributione iam facta pauperibus, tenetur debitor tantumdem restituere domino postea comparenti. Nihilominus quamuis hæc procedant, quoad bona destributa pauperibus bona fide post debitam diligentiam pro domino inueniendo, oppositum est dicendum in casu compositionis circa bona incerta pro quibus fit sequens resolutio. 39.

Trigesimanona resolutio. Facta compositione virtute Bullæ post diligentem inquisitionem veri domini, & non inuenti, debitor bona illa postea tuta conscientia retinere potest absque obligatione restituendi residuum, si dominus omnino non compareat, illi tamen comparenti non obstante compositione facta tenetur compositi restituere; quæ habuerint nondum consumpta, & insuper ea, quæ fuerunt eisdem bonis lucrati, ita Caietan. 2.2. *quæst.62. art.6.* Cordub. *lib.5. quæstionarij quæst.4.* & alij quos sequitur Fr. Manuel *in Bulla compositionis dub. 6. num.* 8. ex quo infertur bona, quæ sunt collata pauperibus, aut locis piis, aut bona fide consumpta, non esse obnoxia restitutioni, nisi facti sint ditiores, ex ea ratione, quia compositio tandiu conceditur, quandiu dominus verus non comparet; & hæc videtur esse mens Pontificis; qui nemini vult præiudicare in iure cuiquam quæsito: atque ita creditor est verus dominus, compatensque potest in foro externo petere residuum bonorum, quod compositus adhuc retinuerit, non verò id, quod ratione compositionis Bullæ Cruciatæ fuit solutum, ita Fr. Manuel *d. num* 8. 40.

Nec obstat Acosta ad explicationem Cruciatæ *quæst 93. vers. sed salua*, dicens nec totum, nec partem post factam compositionem restituendam esse domino comparenti, argumento legis nostræ *lib. 3. tit. 94.* circa animalia inuenta, quorum dominus

minus ignotatur post quatuor menses cuntinuos in locis publicis,certis diebus voce præconis animalia deperdita fuisse inuenta,vt eo modo dominus ignotus cettioretur de animalibus deperditis, qui si non compareat intra tempus prædictum, adiudicantur publicauo inuenti, aut illi, cui ius inuenti conuenerit,& quamuis post illud tempus transactum domini animalium compareant,& ea in iudicio petierint, non audientur, ibi, *Nam feram oruiedos, nem recebides atal demanda.* Idem habetur apud Hispanos *l.6. cum sequentibus tit.13. lib.6. noua recopilationis.* Quia respondetur in prædictis legibus expressè denegari actionem dominis comparentibus ad repetendum animalia in iudicio, quod fieri posse ex causa iusta à Principe, & ob vtilitatem publicam facilè concedimr, vt in lege tam Hispana,quàm Lusitaoa suprà dictis post ratam sententiam; ante illam verò domini compatentes etiam post præconia, & menses exactos, possunt petere rem propriam. At verò in Bulla compositionis nullo modo Pontifex declarat non esse faciendam restitutionem post factam compositionem dominis comparentibus, quare voluit, vt compositi tuti sint in conscientia ab obligatione restituendi, donec domini compareant.

Quinimo Couartu. *in regula peccatum, part. 3. §. 1. num. 5.* dubitat de iustitia harum legum,conceditque posse priuari variis ex causis suarum rerum dominio à Principe, vel propter crimen commissum, vel propter vtilitatem Reipublicæ, vel quando habentur à dominis pro derelictis: at in rebus istis inuentis non elucet ratio ad priuationem dominij, atque ita non videtur rationi consonum, vt hæc bona inuenta aufetantur propriis dominis, qoi nullum crimen commiserunt, nec Reipublicæ expedit res inuentas magis huic, quàm illi competere. Quocirca iustius videtur, quòd res inuentæ potius in vtilitatem domini expendantur,quàm quòd alieno domino,proprio neglecto,conferantur. Quibus permotus inclinat in foro conscientiæ etiam post senteotiam ius non esse negandum repetendi,ne pet iudicem,vel per eum, cui harum rerum custodia demandata est, fraus aliqua creetur contra dominos illarum rerum.

Nihilominus quamuis de huiusmodi legibus etiam Cassanæus *in consuetudine Burgund. rubr. 1. §. 5.* dubitat, non ambigendi locus est in vtroque foro, si ea, quæ ibi præcipiuntur in dictis legibus,exactè seruentur, & post prædicta præconia, & menses supradictos seruato iuris ordine proferatur sententia. Non tamen in casibus harum legum condemnatem furti, qui remoto scandalo, rem suam apud alium detentam recuperaret, quando difficulter res alia via haberi poterat; quod intellige antequam feratur sententia; vel post latam sententiam, non seruato iuris ordine, aut ob pecuniam; & quamuis in modo capiendi peccet, siue quòd occultè rem propriam priuata authoritate accipiat apud alium existentem, siue quòd ex intentione damnificandi proximum, vnde non tenebitur restituere, sed tantùm indicare, seu significare homini, apud quem res existebat, quòd liber existat ab onere restituendi. Ratio, quia res illa verè sibi debita erat,& nemo reddere tenetur,quod aliàs sibi restituendum est, vt colligitur ex D. Thoma 2.2. *quæst.66. art.5. ad 3.* Alexander de Ales *p.4.q.24.membro 5 art.3.*& Gabriel *in 4.dist.15.quæst.3.dub.3.art.3.*

Quagragesima resolutio.Ecclesiastici,qui horas canonicas non recitarunt post menses sex à possessione beneficiorum,possunt virtute Bullæ facere compositionem in forma supra posita ad rationem vnius pro quinquaginta,ita tamen, vt vltra summam datam pro qualibet Bulla compositionis teneatur tantumdem reddere fabricæ Ecclesiæ,cuius est beneficium : aliter enim non prodest homini compositio. Vnde si illi opus sit assumere viginti Bullas compositionis, & pro omnibus soluere thesaurario Cruciatæ quinque aureos nostræ monetæ; totidem tenetur reddere fabricæ Ecclesiæ, cuius est beneficium, & quamuis Ecclesia sit creditor certus, cùm ex Nauarro *in summa cap.25.num.122.& num.123.* controuersum sit inter Doctores, an restitutio sit facienda ipsi Ecclesiæ,aut pauperibus illius,& vtrique,vel alteri posse fieri per motum Pij Quinti,ab eo fuit decisum,vt Ecclesiis beneficiorum detur tanta eleemosyna, quanta datur pro Bulla compositionis. Non tamen fit compositio pro omissione horarum in prioribus sex mensibus à possessione beneficiorum,quamuis non excusentur à peccato qui in iis horas amittunt, Fr. Manoel *in Bulla compositionis, §.vnico, num.15.* 41.

Quadragesima prima resolutio. Quamuis ex Fr. Manuele vbi proximè *dict. num. 15.* adhærente verbis constitutionis Pij Quinti dicentis, *non recitantes Officium diuinum*, teneri restituere omnes fructus beneficiorum, vel facere compositionem virtute Bullæ, & id apertè videantur insinuare verba Pij in hunc modum : *Statuimus,vt qui horas omnes canonicas vno, vel pluribus diebus intermiserit, omnes benefici, seu beneficiorum suorum fructus, quæ illi,vel illis diebus responderent, si quotidie diuiderentur,qui verò matutinum tantùm dimidium,qui cæteras omnes horas aliam dimidiam; qui harum singulas sextam partem fructuum eiusdem diei amittat.* Nihilominus cùm nomine officij non solùm veniat pensum recitandi Officium, sed etiam reliqua onera beneficiariis imposita, regendi videlicet Ecclesiam, & administrandi Sacramenta, & obligatio residendi, & Missas celebrandi, quæ omnia onerant beneficiarios, non tenetur restituere qui non recitant omnes fructus beneficiorum, sed eam partem fructuum,quæ respondet oneri, & labori dicendi Officium diuinum. Reliquas verò partes, quæ respondent oneri residendi, regendi Ecclesiam, & administrandi Parochianis Sacramenta, possunt beneficiarij retinere,nec super his debent facere compositionem, cùm non teneantur hos fructus Ecclesiæ, aut pauperibus restituere, ita Medina *in instruct.confess. in expositione primi præcepti §.11.fol. 105.* Lopius *in instruct.2. part. cap.95.* cum Dominico de Cueuas suo præceptore, Aragonius 2.2.*quæst.83.art.13.fol.869.* Henriq. *lib.13. de excommunicatione, cap. 13.* Beja *in responsis casuum respons.55.*& probatur ex Concilio Tridentino *sess. 23. cap. 1. §. si quis autem, de reformatione,* vbi de residentia Prælatorum, quibus animarum cura committitur: item oues suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbique diuini prædicatione,Sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo pascere, & in cætera munia pastoralia incumbere, quæ omnia nequaquam ab iis præstari, & impleri possunt, qui gregi suo non inuigilant,neque assistunt,sed mercenariorum more deserunt. 42.

Ex quibus verbis Concilij patent munera, ac munia beneficiariorum, ob quorum onus fructus,

ac

ac reditus beneficiorum consequuntur. Quare motus Pij Quinti, quatenus ait teneri omittentes horas, restituere omnes fructus, intelligi debet de beneficiatis simplicibus, non autem de curatis, nec de habentibus obligationem residendi, nam hi propter absentiam priuantur fructibus; sed dum absunt, possunt recitare: ergo si propter solum recitandi munus faciunt, dum absunt; fructus omnes suos, frustrà imponitur amittendi fructus pœna à Concilio, *dict.* §. *siquis autem pro rata tempore absentia*; si omnes fructus conceduntur tantùm ob officium, & omnes amittuntur ex omissione horarum, ibi: *Eum pro rata temporis absentia fructus suos non facere, nec tuta conscientia, alia etiam declaratione non sequuta illos sibi detinere posse.* Igitur si omnes fructus pro rata temporis absentiæ beneficiarius non facit suos, consequens est fructus non concedi solùm propter pensum horarum. Ex dictis sequitur resolutio pro quantitate restituenda pro omissione horarum à beneficiato habenti Curam animarum, siue sint Episcopi, siue Curati inferiores.

43. Resolotio quadragesimasecunda. Curam animarum habentes ex omissione horarum, si cætera munia suorum beneficiorum, vt par est, administrent, tenentur restituere quartam, vel tertiam partem fructuum suorum beneficiorum; reliquas verò duas, vel tres partes possunt sibi vendicare ob reliqua munera, quæ exercent, & parati sunt exercere, ita Medina, Lopius, Cueuas, Henriquez, & Beja præallegati.

44. Quadragesimatertia resolutio. Habens bona incerta pauperibus restituenda, potest ea sibi, si verè pauper est, retinere, vel suis consanguineis, & familiaribus pauperibus elargiri, omissa compositione. Probatur argumento Oeconomi, seu Commissarij ad faciendas eleemosynas deputati ad pauperes; quem posse, si pauper est, se ipsum computare in pauperum chirographo, volunt Caietanus 2. 2. *quæstion.* 62. *articul.* 5. *ad.* 3. Sotus *lib.* 4. *de iustitia quæstion.* 7. *artic.* 1. *in solut.* 3. *argumenti*; Petrus Nauarra *lib.* 4. *de restitut. cap.* 2. *post dubium* 7. *numero* 5. Angles *in floribus* 4. *sentent. quæstion.* 2. *difficult.* 6. Aragon. 2.2. *quæst.* 62. *articul.* 5. *ad.* 3, & Lopez *parte* 1. *instruct. cap.* 104. Quòd si necessitas, & paupertas non sit omnino certa, de consilio Confessoris destributionem potest facere; & sibi aliquid retinere, vel consanguineis elargiri; & quoad forum conscientiæ tutus erit, Nauarr. *in manuali cap.* 25. *numero* 123. *& de oratione cap.* 7. *numero* 34. pro qua resolutione refert Baldus *in l. id quod pauperib. quæstion.* 22. *Cod. de Episcopis, & Clericis:* Anchar. *consil.* 84. *D. Apollonia.* Melius tamen facier, dum necessitas non est adeò certa; vti compositione virtute Bullæ in subsidium huius expeditionis. Caueant tamen Confessarij, ne pœnitentibus, qui habent bona incerta omnino restituenda, se offerant accepta pecunia ab eisdem ad sacrificandum pro animabus eorum, quorum sunt bona; quia ex hoc creatur scandalum, & fortè magis se offerunt propter cupiditatem, & auaritiam, quàm ob deuotionem celebrandi: vnde cùm Pontifex tanquam pater pauperum, & qui curam habet spiritualem, applicauerit bona incerta pauperibus, nequit Confessarius ea auctoritate propria in alios vsus commutare. Sayr. *in claui lib.* 10. *tract.* 5 *cap.* 2 *num.* 21. *ad finem.*

Quadragesimaquarta resolutio. Qui non resident in suis beneficiis, nequeunt facere compositionem pro fructibus malè ablatis, sed tenentur restituere omnes, iuxta Concilium Tridentinum *sess.* 6. *cap.* 1. *&* 2. *& sess.* 11. *cap.* 1. §. *si quis autem*; *& sess.* 21. *cap.* 1. cùm nequeant abesse Episcopi, nec cæteri curam animarum habentes, est enim residentia de iure diuino, ac naturali, quia præcepto diuino mandatum est omnibus curam animarum habentibus oues suas cognoscere, Concil. Trident. *sess.* 23. *de reformat. cap.* 1. & ideo ita docent Caietan. 2. 2. *quæst.* 185. *art.* 5. Couarr. *variar. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 9. Guerrer. *in specul. iuris Pontif. cap.* 9. *vers. de residentia.* Lxl. Zechi *de munere Episcop. cap.* 5. *numero* 3. & Barbos. *alleg.* 53. *num.* 2. quod adeò verum est, vt Roman. Pontifex nequeat in habentibus curam animarum iusta causa dispensare, quia iure diuino, ac naturali adesse debent. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 4. *quæs.* 3. *versic. quinta causa.* 45.

Quadragesimaquinta resolutio. Destributiones quotidianæ non sunt fructus, nec veniunt appellatione fructuum. Couarru. *lib.* 3. *variarum cap.* 13. *num.* 1. *circa principium*, Gutier. *cons.* 8. *num.* 2. Rebuff. *in tract. congrue portionis num.* 86. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *quæs.* 2. Gonzal. *ad regulam* 8. *Cancell.* §. 7. *proœmial. num.* 154. & Monet. *de distribut. quotid. part.* 1. *quæstion.* 6. vbi *numero* 10. decidit priuilegium concessum alicui de percipiendis fructibus in absentia, non extendi ad destributiones quotidianas, quia propriè non veniunt appellatione fructuum; nec redituum; & ideo sicut non potest fieri compositio de fructibus malè perceptis ob non residentiam, sic etiam ex alia ratione non potest fieri super distributionibus quotidianis iniustè ablatis, quia distributiones habent dominum certum; hoc est, interessentes in Choro; quibus accrescunt. Fr. Manuel *in Bulla compositionis num.* 16. *ex cap.* 1. *de clericis non residentibus in* 6. Bonifacius Octauus per hæc verba, *Statuimus*, inquit, *vt destributiones ipsæ, quoque quotidianæ; in quibuscumque rebus consistant, Canonicis; ac aliis beneficiatis, & clericis Ecclesiarum ipsarum, qui eisdem Ecclesiis adfuerint, tribuantur.* Cùm ergo distributiones habeant certos creditores, hinc fit, vt nequeat fieri compositio super illis; sed illas percipiens iniustè tenetur restituere interessentibus. 46.

Sed quid dicendum de illo, qui certò scit se vnum ex duobus in vendendo decepisse, numquid poterit facere compositionem? Respondeo negatiuè, & ideo pretium debet diuidere inter illos duos post factam diligentiam, si æquè dubius maneat, cuius nam sit. Non enim in hoc casu creditor est incertus omnino, cùm sit alter ex duobus, & neuter possideat: igitur inter illos diuidenda res est; Caietan. 2. 2. *quæst.* 62. *articul.* 5. *in solutione ad* 3. Sotus *lib.* 4. *de iustitia quæst.* 7. *art.* 1. *ad* 3. *vers. de illo verò*; Petrus Nauarr. *lib.* 4. *de restit. cap.* 2. *in* 2. *edit. dub.* & *numer.* 50. Henriquez *lib.* 7. *de indulgentiis cap.* 34.

num. 1. & Mannel *in Bulla compositionis* §. *vnico num.* 9. *&* 2. *tom. summa cap.* 41. *num.* 8. & Sanchez *lib.* 2. *de matrimonio disp.* 41. *numero* 15. subdens, si dubium non sit æquale inter eos, fieri debet diuisio iuxta dubij proportionem.

47. Quadragesima sexta resolutio. Suspensi, & excommunicati à iure, vel ab homine possunt facere compositionem super fructibus malè perceptis, dum sunt in eo statu, ita patet ex litteris huius Bullæ. Nam quandiu sunt in mora petendi absolutionem, non faciunt fructus suos beneficiorum, Nauarr. *in manuali, cap.* 25. *numero* 124. Marius Alterius *de censuris disp.* 6. *lib.* 2. *cap.* 8. *fol.* 243. quod intellige, nisi excommunicatus, vel suspensus egeat his fructibus ad se suamque familiam alendum: neque habeant vnde se alant; tunc enim non est necessaria compositio; sed sunt alendi de reditibus beneficiorum, ne fame pereant, & de excommunicatis tradunt Surd. *de alimen. titul.* 8. *priuileg.* 83. *numero* 14. Valasc. *consult.* 1. *numero* 3. Suarez *de censuris disp.* 13. *sect.* 2. *à numero* 12. Reginald. *lib.* 32. *numero* 39. *versic. veruntamen.* Idem dicendum est de suspensis clericis, ac depositis, si non habeant aliunde, quibus sustententur, Farinac. *in fragmen. crimin. part.* 1. *litera C. numero* 439. vbi aduerte excommunicatum, & suspensum propter contumaciam à qua nolunt resipiscere, non esse alendos ex reditibus Ecclesiasticis, nisi sint in extrema necessitate, Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 28.

Similiter quotiescumque legatarij sunt incerti, habet locum compositio, cùm de illis, ac de aliis debitis incertis eadem detur ratio. Quinimo si aliqua legata relinquantur ad exonerandam conscientiam ab vsurario ad maritandas puellas, & ipsæ legatariæ fuerint negligentes in exigendis dotibus per annum integrum, posse fieri compositionem, tradit Acosta *ad explicationem Cruciatæ, quæst.* 96. ex eo fundamento, quia cùm dotes illæ relinquantur ad subleuandam conscientiam, iure restitutionis competunt Romano Pontifici; quare cùm puellæ maritandæ fuerint per annum negligentes in exigendis dotibus, poterit hæres vsurarij elapso anno tradere dimidiam dotem cuilibet ex puellis, & super alteram dimidiam cum Cruciata componi, dummodo annalis negligentia non currat, nisi post scientiam huiusmodi legatorum, quia ignoranti, & simplici parcendum est, Palat. *in allegat. hæresis* §. 4. *column.* 4. Hoc tamen non procedit in legato relicto certo domino via restitutionis, à quo ablatum fuit furto, quod postea legatum fuit; quia hoc non est legatum, sed restitutio facta certo domino, cui est applicanda summa ab eo sublata.

48. Quadragesima septima resolutio. Quando dominus est absens, ita vt illi nequeat commodè fieri restitutio, nec tempus opportunum potest expectari, potest res restitui pauperibus: eo, quia res perinde se habet, ac si dominus illius esset incertus, Conarr. *in regul. peccatum part.* 2. §. 1. *num.* 3. Angles *in floribus* 4. *sentent. quæst.* 3. *de rest. articul.* 2. *difficultat.* 16. *conclus.* 2. Salon. 2. 2. *quæstion.* 62. *articul.* 5. *controuers.* 4. & Nauarr. *in manuali cap.* 17. *numero* 29. *versic. quarto.* Æquiparatur enim res creditoris longissimè distantis, bonis incertis, & ex consequenti in hoc casu habet locum compositio, vt soluta certa portione, bona retinens liberetur à residuo, quod sibi potest retinere, quod intellige quando bona non possunt mitti ad creditorem, nisi magnis sumptibus, & fortè maioribus, quàm res ipsa æstimetur; quòd si debitum sit ita magnum, & per actum illicitum fuit quæsitum ex Nauarro *in manuali cap.* 17. *numero* 42. *&* 43. teneatur propriis expensis debitum mittere domino quantumuis longissimè distanti; ex præsumpta dominorum voluntate non diuidendum pauperibus, nec facienda compositio, sed seruandum, donec domino restituatur per occasionem opportunam: quia hæc bona non sunt omnino incerti domini, sed domini certi absentis, qui quæsitus diligenter inueniri potest, ita Sotus *lib.* 4. *de iustitia, quæst.* 7. *artic.* 1. Secus quando res, seu bona fuerint modici valoris, illicitè tamen quæsita; tunc enim possunt dari pauperibus, vel Cruciatæ, quoniam reputantur habere dominum incertum, cùm nequeant mitti ad illum sine magnis sumptibus, ita ex Scoti traditis *in* 4. *distinct.* 25. *quæst.* 2. *articul.* 4. & ex Couarru. *in regul. peccatum* 3. *p.* §. 1. sed eo loco loquitur de rebus sine peccato inuentis, de quibus diximus *suprà num.* 37. *vers. vigesima sexta resolutio.*

Quadragesima octaua resolutio. Iudices ordinarij, aut delegati possunt componi super acceptis pro sententia iniusta, aut pro prorogRanda causa in præiudicium alterius partis, aut pro alio quocumque grauamine iniustè illato. 49.
Quod intellige quando recipitur pecunia per contractum iniustum, vel per aliquem alium actum iniustum, & adimpletur conditio post acceptam pecuniam; nam tunc accipiens ob turpitudinem, non tenetur restituere danti, si causa turpis est subsecuta, pro qua datum est pretium. Quinimo post delictum commissum pro quo data est pecunia, non esse restituendum quicquam ab accipiente, sed posse retinere, Nauarr. *in manuali, cap.* 17. *num.* 30. Petrus Nauarra *lib.* 4. *de restit. difficult.* 12. *concl.* 1. *&* 2. *& difficultat.* 13. docent, sequitur Valentia *tom.* 3. *difficult.* 5. *quæstion.* 6. *punct.* 4. Emmanuel Rodriguez *part.* 2. *cap.* 40. *conclus.* 2. & Toletus *lib.* 5. *instruct. cap.* 21. *in fine*, dicentes ante sententiam iudicis, vel saltem Confessoris accipientem ob delictum commissum non teneri restituere saltem ex præcepto, sed ex consilio.

Alij autem autumant post delictum patratum accepta ante omnem sententiam esse danda pauperibus, ita S. Antonin. *part.* 2. *titul.* 2. *cap.* 5. §. 2. Aragonius 2. 2. *quæst.* 62. *artic.* 5. *in respons. ad* 2. *conclus.* 7. & Medina *quæst.* 2. *de restit. dub.* 2. *conclus.* 4. Contrà verò Gabriel. *in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 2. *artic.* 3. *dub.* 3. Alensis *part.* 3. *quæst.* 40. *membr.* 6. *artic.* 3. §. 2. *ad finem*, & Caietan. *in summa, verb. restitutio, cap.* 4. opinantur, accipientem teneri restituere damnificato, in cuius damnum sententia, aut testimonia prolata fuerunt, aut saltem pauperibus restitutionem esse faciendam.

Inter hanc varietatem opinionum pensatis omnibus ad serenandas conscientias, censuit Commissarius Cruciatæ iudices ordinarios, & delegatos posse componi super acceptis pro sententia iniustè lata, aut pro grauamine prorogatæ causæ partibus illato, & pro reliquis, quæ contra iustitiam admittebant.

Secus dicendum de iudice recipiente pecuniam,

niam, quæ illi fuit oblata, ac data, vt iustè iudicaret, quando data fuit ad redimendam vexationem: tunc enim, cùm redimens vexationem sit creditor certus, illi, & non pauperibus facienda est restitutio, cùm non voluntariè à se dominium rei datæ abdicauerit: imò potiùs ex ratione iniquæ acceptionis ante omnem sententiam, & repetitionem acceptum restituendum est; quia contra iustitiam accipitur. Non enim aliter datum fuit, nisi ad redimendam vexationem, atque ita non solùm repeti potest, sed etiam ante omnem repetitionem accipiens restituere debet, vt colligitur ex l 5. 6. & 7. *Cod. de cond. ob turpem causam, & l. 4. ff. eodem*, & tradunt Bannes 2. 2. *quæst. 62. art. 4. concl.* 2. Petr. Nauarr. *lib. 4. de rest. c. 2. dubio* 12. *n.* 98. Medin. *Cod. de rest. q.* 25. Valentia *tom. 3. disp. 5. q. 6. punct. 5. §. Quid nam sit restituendum, dub.* 4. & Molina *de iustitia tom. 5. tract. 2. disp.* 88. Ex quibus patet in hoc casu non esse locum compositioni, sicut etiam iudex recipiens pecuniam pro ferenda sententia iniusta antequam eam ferat, tenetur restituere danti quod accepit, cùm sit dominus certus, qui non amisit dominium rei datæ, nisi post adimpletam conditionem, Fr. Manuel *in Bulla Compositionis §. vnico, casu 4. n.* 21.

50. Quadragesimanona resolutio. Possunt componi Aduocati recipientes aliquid pro tuenda causa iniusta, sciente parte pro qua patrocinium fertur, causam esse iniustam: ideo super acceptis à prædicta parte potest esse compositio, vltra satisfactionem faciendam alteri parti de damno eidem illato. In primis enim certum est Aduocatos in similibus casibus peccare mortaliter, & facere contra conscientiam, scientes causam esse manifestè falsam, & nihilominus pro ea patrocinari non desistendo habent onera restituendi, Salon. s. 2. *q.* 71. *art. 3. controuers.* 2. non suis clientulis, qui sciunt causas esse iniustas; sed partibus contrariis manifestam pro se ipsis iustitiam habentibus. Quinimo tenentur monere clientes causas suas, esse minus probabiles; aliàs tenentur ad omnes sumptus, & expensas, & damna, quæ illis ex litibus proueniũt: neque super his expensis potest fieri compositio, cùm creditores sint certi. Dixi, sciente parte, pro qua patrocinium fertur, causam esse iniustam; quia si nesciat, illi damna data sunt restituenda: siquidem ex parte illius nulla accidit turpido, Fr. Manuel *suprà n.* 24.

51. Ex dictis sequitur posse componi officiales publicos, Notarios scilicet, & Secretarios, qui aliquid receperunt iniustè pro suo munere obeũdo, quod etiam intelligitur de iudicibus laicis, & Ecclesiasticis in causis temporalibus pro acceptis super eo, quod ratione officij debebant partibus gratis administrare, quod procedit quando partes scienter dant, & animo deliberato, scientes ad id non teneri, siue datum, & acceptum sit ob turpem causam, siue ob causam aliàs debitam fieri ratione sui muneris, & officij: eo quia in huiusmodi casibus cùm dent partes deliberato animo, & sponte, non est facienda dantibus restitutio. Ideo componi possunt. Secus dicendum de dantibus ad redimendam vexationem, quia non censentur donare liberaliter, sed coactè.

52. Vltima resolutio. Potest fieri compositio de pecuniis ludo acquisitis, quando acquisita pauperibus sunt restituenda. At verò interueniente aliqua fraude, aut adquisita ludo pecunia ab illis, qui alienari nequeunt, non est locus compositioni, si certi sint creditores: secus si incerti sint. Item componi possunt, qui damnum venando, aut aliquo alio actu inferunt messibus, aut fructibus alienis si ignorant illos, quibus nocuerunt. Similiter vendentes vinum aqua mixtum, & alias merces falsis, aut minoribus ponderibus, si ignorent omnino, quibus debeant restituere. Nec non fœminæ, quæ non publicè inhonestis vsibus se exponunt super acceptis, quæ ob turpem causam sibi fuerunt data: quin etiam homines super iis, quæ à fœminis non maritatis acceperunt. Nam quamuis meretrices non teneantur restituere accepta pro actu turpi, vt est communis, & ex consequenti nõ egent compositione: ex dictis tamẽ sequitur posse componi fœminas, quæ non publicè viuunt ex turpi quæstu, præsertim si rem habeant cum illis, qui nequeunt alienare, neque trãsferre dominium rerum, quas administrant; nisi habuerint peculium castrense, vel quasi castrense, Fr. Manuel *in Bulla compositionis n.* 61. *vers. item todas las mugeres*, vbi ait posse componi, quæ non sunt publicè inhonestæ, nec palàm meritricium exercent. Sed contrà obiici potest non posse fieri compositionem, quia meretrix, & non meretrix, inhonestè tamen viuens, possunt retinere quod acceperunt tanquam mercedem actus illius turpis.

Nam de meretrice publica quod possit accipere, & retinere aliquid pro actu illo, volunt D. 53.
Thomas 2. 2. *q.* 32. *art. 7. in corpore, & ad* 2. *& q.* 62. *art. 5. ad* 2. Caiet. *ibi.* Adrian. *in 4. de restitutione q.* 21. Valentia *tom. 3. disp. 5. quæst. 6. punct.* 5. post dubium quintum, Molin. *tom. 1. de iustitia disp.* 94. & alij plures, quos referens sequitur Sayr. *in claui lib.* 10. *tract. 5. cap. 3. n.* 31. De fœmina autem inhonestè viuente posse etiam retinere tanquam pretium illius actus, quod accepit ab amasio postquam peccatum fuit commissum, ex eo probatur, quia omnis conuentio, & promissio, quæ iure naturæ est valida, nec interdicitur per aliquam legem humanam, potens est ad transferendum dominium etiam in conscientia, quamuis ab extrinseco sit illicita; sed talis est conuentio, & promissio, quæ celebratur inter hos duos pro actu illo turpi: igitur transfertur dominium, & fœmina in conscientia potest retinare quod accepit pro re, & actu pretio æstimabili; ergo sicut publicæ meretrices nequeunt componi, sic etiam fœminæ inhonestè viuentes, quamuis non exerceant publicum meretricium.

Respondetur fœminas inhonestè viuentes posse componi virtute Bullæ, meretrices autem publicas non vtique, ex ea ratione, quia regulariter inhonestè viuentes excessiuam quantitatem accipiunt, quæ nisi interueniat donatio, vix ex rigore iustitiæ iustificari potest, cùm non habeant pretium taxatum sicut meretrices, & ideo quamuis possint accipere tam viri, quàm fœminæ, pro locatione sui corporis, moderatè tamen, vt tradunt Sotus *lib. 4. de iustitia q. 7. art. 1. ad* 2. Aragonius 2. 2. *q. 62. art. 5. in respons. ad* 2. *concl.* 8. & Bannez *ibidem dub. 5. conclus. 1. in fine.* Ledesma Conimbricensis s. 4. *q.* 18. *art. 5. fol. 264. col.* 4. & Carbo *tract. de restit. quæst* 48. *concl.* 10. Quia tamen interdum non tantùm blanditiis, sed etiam fraudibus plus iusto extorquent ab amasiis, idcirco eisdem conceditur compositio pro remedio conscientiarum.

LIBER TERTIVS

DE VARIIS GRADIBVS DIGNITATVM ECCLESIASTICARVM, DEQVE VARIIS OFFICIIS, ac beneficiis, quæ olim, & nunc in Ecclesia reperiuntur.

DISPVTATIO OCTAVA

AN OMNES DIGNITATES ECCLESIASTICÆ, Beneficia, & officia sint iure diuino instituta?

Quæ sint principaliores in Ecclesia Dignitates.

§. I.

EPITOME.

1. *Papa de iure diuino successor Petri à Christo Principatum tenet.*
2. *Secundus gradus constatur ex Cardinalibus hodie, & hic est tripartitus.*
3. *Tertius gradus dignitatum ex quibus conficiatur, ex Legatis ne, an ex quatuor Patriarchis: & n.4.*
5. *Quintus gradus fit ex Patriarchis inferioribus, & ex Primatibus, & an Patriarcha, & Primates differant?*
6. *Sextus gradus constituitur ex Archiepiscopis, & Episcopis.*
7. *Metropolitanus, & Archiepiscopus, an differant re?*
8. *Septimus gradus fit ex Abbatibus exemptis habentibus iura Episcopalia.*
9. *Abbates exempti an præferantur capitulis Ecclesiarum Cathedralium?*
10. *Abbates habent iurisdictionem ordinariam in suis Monasteriis, & quomodo differant à capitulis Cathedralium?*
15. *Octauus gradus componitur ex Chorepiscopis, & qui nam erant?*
12. *Nonus gradus erat ex simplicibus sacerdotibus, & quæ sunt eorum munera?*
13. *Sacerdotibus, quæ concedantur in ordinatione sua?*
54. *Sacerdotes in quatuor casibus possunt absoluere etiamsi sint simplices.*
15. *Sacerdotibus ex officio datum est offerre, Eucharistiam dispensare, infirmos vngere, & munus prædicandi exercere, Diaconis autem, & subdiaconis minimè.*

1. POST Romanum Pontificem, qui de iute diuioo est legitimus successor Petri pari dignitate, ac potestate eidem, immediatè à Christo Domino Principatum tenet, Superiorque cæteris Apostolis, ac Princeps eorum extra omnem controuersiam; quique per se ipsum constituit supremum Ordioem super omnibus, vt testantur Concilia. Nam Nicænum I. *canon.* 39. his verbis: *Ille qui tenet Sedem Romæ, caput est, & Princeps omnium Patriarcharum, quandoquidem ipse est primus, sicut Petrus, cui data est potestas in omnes Principes Christianos, & omnes populos eorum, vt qui sit Vicarius Christi Domini Nostri super cunctos populos, & vniuersam Ecclesiam Christianam, quicumque contradixerit à Synodo excommunicatur.* Sequitur nonum Concilium, vt cætera omittamus, à Græcis simul, & Latinis Florentiæ congregatum, *Definimus*, inquit, *sanctam Apostolicam Sedem, & Romanum Pontificem in vniuersum Orbem tenere Primatum, & ipsum Pontificem Romanum successorem esse Beati Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum Patrem, ac Doctorem existere, & ipsi in beato Petro pascendi, regendi, & gubernandi vniuersalem Ecclesiam à Domino Nostro* IESVS-CHRSSTO *plenam potestatem traditam esse.*

Ex quibus patet Primatum concessum Petro in vniuersos Christi fideles non fuisse personalem, sed, vt in successoribus eius etiam institutum, & hunc gradum esse, & fore supremum vsque ad consummationem sæculi duraturum, quasi in petra fundatum, *Matth.* 16. *& Ioan.* 21. Item *Matth.* 28. *Ecce vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi*; & sicut sol præest cæteris, *cap. solitæ, de maioritate & obed.* Barbosa *de officio, & potestate Episcopi, part.* 1. *tit.* 3. *c.* 2. vbi de illius potestate suprema in vniuersum Orbem.

Secundus gradus Ordine quoad potestatem iurisdictionis, & quoad Dignitates Ecclesiasticas nostri temporis fit ex Eminentissimo Cardinalium munere, qui habent iurisdictionem, & potestatem eligeodi Romanum Pontificem, *cap. licet deuitanda, de electione*, & præterea quod eidem Pontifici in vniuersali Ecclesiæ regimine assident, vti Primarij eius Consiliarij; de quorum origine, potestate, & hodierna excellentia, ac præeminentia inter omnes Ecclesiæ Prælatos agunt Cassanæus *in Catalogo gloriæ Mundi part.* 4. *considerat.* 10. Turrecremat. *in summa lib.* 1. *cap.* 80. & alij, quos refert Cened. *ad Decretales collect.* 115. & Gonzal. *ad regulam octauam Cancellariæ, gloss.* 24. *num.* 4. vbi vocantur filij primi gradus Papæ, pars corporis illius fratres, columnæ Ecclesiæ, Reges, maximi Principes, Senatores, & post Papam maiores, ac Patres spirituales, & Orbis terrarum cardines. 2.

Olim vsque ad tempora Bonifacij Octaui nullus erat Episcopus, qui fieri Presbyter Cardinalis vellet,

vellet, existimabant enim non decere descendere à maiori dignitate ad minorem, eo quòd in humilioribus charitatis officiis se exercebãt. Gambarus *in lib. 2. de offic. & potest. Legat. de Later. ex num. 97.* Fusc. *de visitat. lib. 1. cap. 4. num. 6.* & Pauin. *de visitat. 1. p. quæst. 2. num. 18.* dum aiunt officium eorum fuisse sepelire mortuos, & baptizare, & similia, nunc autem Patriarchis præferuntur, & sunt causa, vt Pontifex, quem eligunt, iuxta *cap. licet, de electione, cap. vbi periculum, eodem titulo lib. 6.* potestatem habeat, sed ipsa à Christo Domino immediatè dimanat. Turrecremat. *de potest. Eccles. lib. 2. cap. 42.*

Cardinalium gradus est tripartitus, in Episcopos scilicet, Presbyteros, & Diaconos, habétque numerum præfinitum, nec possunt esse vllo tempore vltra septnaginta, secundùm constitutionem Sixti V. 50. incipit, *Postquam verus, §. de prædictorum fratrum*, instar Decreti septuaginta, senum, quibus Deus spiritum Moysis communicauit, vt eidem forent in regimine coadiutores collaterales. *Numer. cap. 11.* ibi: *descendítque Dominus per nubem, & locutus est ad eum auferens de spiritu, qui erat in Moyse, & dans septuaginta viris.* Sex autem horum septuaginta Cardinalium sunt Episcopi. Ostiensis, qui primus est in ordine, & reliquos dignitate præcedit; & immediatè Papam sequitur ex priuilegio Ecclesiæ Ostiensis, propter Papæ consecrationem. Episcopus Portuensis Episcopus Albanensis, Episcopus Sardinensis, Episcopus Palestrinus, & Episcopus Sanctæ Rossinæ, Cassaneus *d. 4. p. considerat. 12. §. & aduerto.* Presbyteri, numero ad summum quinquaginta; vt in eadem constitutione 50. Diaconi vltra quatuordecim esse non possunt. Neque vnquam ad id vsque tempus numerus septnaginta Cardinalium fuit omnino expletus, nisi imperante Clemente Octauo sub die tertij Martij 1599. quo die numerum expleuit. Singulis autem Cardinalibus singulæ Ecclesiæ pro titulo Cardinalatus conferuntur. Pro quinquaginta Presbyteris Ecclesiæ titulares assignantur totidem: & pro quatuordecim Diaconis totidem Ecclesiæ titulares deputantur, Franciscus Leo *de potestate Papæ cap. 2. ex num. 4.* Cassanæus *d. 4. p. consideratione 12. vers. licet sit quidam, & sequentib.* Hæc sufficiant pro secundo dignitatum gradu, qui ea Cardinalibus creatur, de quorum obligationibus infrà.

3. Tertius gradus Dignitatum ex quibus conflectur ambigi potest? Nam Legati, & Nuntij Apostolici, de quibus agitur in titulis *de officio legati*, quo ad potestatem iurisdictionis sunt Ordinarij Prouinciarum; & præcedunt in suis Prouinciis omnes Episcopos, Archiepiscopos, & Patriarchas, & ideo ex illis efficitur tertius gradus: in quorum numero esse possunt Legati de latere, qui non sunt Cardinales. Nam esto Legatus à latere communiter sit Cardinalis, vt notant Menoch. *cons. 14.* Azor *instit. moral. p. 2. lib. 5. cap. 27. quæst. 2.* Villadieg. *tract. de Legato part. 1. quæst. 3.* Nauar. *de datis, notab. 6. n. 1.* Flamin. *de resignat. lib. 8. quæst. 13. num. 5.* aliquando tamen non est Cardinalis, imò, & is cedit Legato à latere, & concessio facta Cardinalibus Legatis à latere, non extenditur ad alios Legatos de latere non Cardinales, vt resoluit Erasm. à Cochier *de iurisdict. Ordinarij in exemptos p. 2. quæst. 1. num. 5. & num. 6.* cum Roch. de Curt. *tractatu de consuetudine, num. 323.* eò quia Papa interdum solet inferiores mittere cum clausulà hac, *cum potestate Legati à latere*; quæ Clausula de stylo Curiæ adiici solet mandatis Legatorum, qui fimbriam vestium Domini Papæ vel tetigerunt, vel ab eo receperunt tale mandatum viuæ vocis Oraculo; vt per Specul. *de legat. § sequitur, in principio*, & Gom. *ad reg. Cancell. de infirmis resignant. quæst. 3.* Hæc pro Legatis siue Natis, siue Missis.

Contrà verò pro quatuor Patriarchis; scilicet Constantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano, tertius gradus stare videtur, ne dicam, secundus, quia hi post Apostolicum primas obtinent. Patriarcha enim idem sonat atque Princeps Patrum Græca lingua, Paul. Fusc. *de visit. lib. 1. cap. 2. à num. 9.* Petrus Gregor. *Syntagm. iuris lib. 15. cap. 10.* Dionys. Paul *de vera quatuor Patriarchalium Sedium erectione cap. 2. num. 43.* & Paul. Grysal. *in decis. Catholicæ fidei, in verb. Patriarcha, in principio.* Nec est dubium post Romanam Ecclesiam quatuor esse præcipuas, & veras Patriarchales sedes, Constantinopolitanam nimirum, Alexandrinam, Antiochenam, & Hierosolymitanam, quæ sententia est omnium; Hostiensis *in summa de auctoritate & vsu pallij num. 4.* Pelag. *de planctu Ecclesiæ lib. 2. art. 11. & art. 17.* Cassanæus *in Catalogo gloriæ Mundi p. 4. consid. 9.* Anton. Cucchus *instit. maior. lib. 2. tit. 7. num. 2.* S. Antonin. *in summa p. 3. tit. 20. cap. 4. in principio.* Selu. *de benefic. p. 1. quæst. 2. num. 40.* Anastas. Germon. *de sacror. immunit. lib. 3. cap. 1. num. 1.* Lancelot. Conrad. *in templo omnium iudi cum. lib. 2. cap. 2. §. 3. num. 2. & cap. 3. num. 4.* Flamin. Paris. *de resignat. lib. 2. quæst. 1. num. 41.* & probatur ex *cap. antiqua, de priuilegiis, cap. graue nimis, de præbendis, & ex cap. diffinimus, 22. dist.* ex quibus constat Patriarchales Sedes quatuor tantùm esse. 4.

Iuuat, hos quatuor Patriarchas repræsentare aliquo modo quatuor Euangelistas in Ecclesia Dei; text. *in cap. scriptum, de electione*, & dicuntur Mundi Cardinales, Cassanæus *d. 4. p. consid. 9. vers. & isti quatuor.* Item Patriarcharum nomine strictè, & propriè non continentur, nisi tantùm isti quatuor; non verò reliqui minus principales. Barbosa *in tractatu de appellatiua verborum vtriusque iuris significat. verb. Patriarcha*, Franciscus Leo *in suo thesauro p. 1. cap. 2. num. 27.* vbi postquam Summum Pontificem vocat Patriarcham Patriarcharum, addit Constantinopolitanum post Papam primum locum obtinere, secundum tribuit Alexandrino, tertium Antiocheno, quartum Hierosolymitano, qui loci hoc ordine fuerunt definiti in Concilio Lateranensi *cap. 5. de ord. sed. Patriarch. cap. renouantes, & cap. final. eadem dist. 22.* & hic honor consistebat etiam in sedendo primò post Romanum Pontificem, & in respondendo Constantinopolitanus habebat secundam vocem, & in subscribendo; consonat Hispaniarum Primas *in historia Episcoporum Portugal. p. 1. cap. 6. & dist. 22. cap. Constantinopolitana. 3.* Quare non immeritò tertius gradus adscribi potest his quatuor supremis Patriarchis; & quartus gradus Legatis, siue sint Legati Nati, qui habent legationis officium vigore dignitatum ea Apostolico priuilegio indultum, nimirum Archiepiscopus Cantuariensis, & Eboracensis in Anglia, Remensis in Francia, & in Italia Pisarum: siue Legati Missi, quales sunt quibus

LIBER TERTIVS

DE VARIIS GRADIBVS DIGNITATVM ECCLESIASTICARVM, DEQVE VARIIS OFFICIIS, ac beneficiis, quæ olim, & nunc in Ecclesia reperiuntur.

DISPVTATIO OCTAVA

AN OMNES DIGNITATES ECCLESIASTICÆ, Beneficia, & officia sint iure diuino instituta?

Quæ sint principaliores in Ecclesia Dignitates.

§. I.

EPITOME.

1. *Papa de iure diuino successor Petri à Christo Principatum tenet.*
2. *Secundus gradus conflatur ex Cardinalibus hodie, & hic est tripartitus.*
3. *Tertius gradus dignitatum ex quibus conficiatur, ex Legatis ne, an ex quatuor Patriarchis? & n. 4.*
5. *Quintus gradus fit ex Patriarchis inferioribus, & ex Primatibus, & an Patriarcha, & Primates differant?*
6. *Sextus gradus constituitur ex Archiepiscopis, & Episcopis.*
7. *Metropolitanus, & Archiepiscopus, an differant re?*
8. *Septimus gradus fit ex Abbatibus exemptis habentibus iura Episcopalia.*
9. *Abbates exempti an præferantur capitulis Ecclesiarum Cathedralium?*
10. *Abbates habent iurisdictionem ordinariam in suis Monasteriis, & quomodo differant à capitulis Cathedralium?*
11. *Octauus gradus componitur ex Chorepiscopis, & quinam erant?*
12. *Nonus gradus erat ex simplicibus sacerdotibus, & quæ sunt eorum munera?*
13. *Sacerdotibus, quæ concedantur in ordinatione sua?*
14. *Sacerdotes in quatuor casibus possunt absoluere etiamsi sint simplices.*
15. *Sacerdotibus ex officio datum est offerre, Eucharistiam dispensare, infirmos vngere, & munus prædicandi exercere, Diaconis autem, & subdiaconis minimè.*

1. POST Romanum Pontificem, qui de iure diuino est legitimus successor Petri pari dignitate, ac potestate eidem, immediatè à Christo Domino Principatum tenet, Superiorque cæteris Apostolis, ac Princeps eorum
2. extra omnem controuersiam; quique per se ipsum constituit supremum Ordinem super omnibus, vt testantur Concilia. Nam Nicænum I. *canon.* 39. his verbis: *Ille qui tenet Sedem Romæ, caput est, & Princeps omnium Patriarcharum, quandoquidem ipse est primus, sicut Petrus, cui data est potestas in omnes Principes Christianos, & omnes populos eorum, vt qui sit Vicarius Christi Domini Nostri super cunctos populos, & vniuersam Ecclesiam Christianam, quicumque contradixerit à Synodo excommunicatur.* Sequitur nonum Concilium, vt cætera omittamus, à Græcis simul, & Latinis Florentiæ congregatum, *Definimus,* inquit, *sanctam Apostolicam Sedem, & Romanum Pontificem in vniuersum Orbem tenere Primatum, & ipsum Pontificem Romanum successorem esse Beati Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusque Ecclesiæ caput, & omnium Christianorum Patrem, ac Doctorem existere, & ipsi in beato Petro pascendi, regendi, & gubernandi vniuersalem Ecclesiam à Domino Nostro* IESVS-CHRISTO *plenam potestatem traditam esse.*

Ex quibus patet Primatum concessum Petro in vniuersos Christi fideles non fuisse personalem, sed, vt in successoribus eius etiam institutum, & hunc gradum esse, & fore supremum vsque ad consummationem sæculi duraturum, quasi in petra fundatum, *Matth.* 16. & *Ioan.* 21. Item *Matth.* 28. *Ecce vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi;* & sicut sol præest cæteris, *cap. solitæ, de maioritate & obed.* Barbosa *de officio, & potestate Episcopi, part.* 1. *tit.* 3. *c.* 2. vbi de illius potestate suprema in vniuersum Orbem.

Secundus gradus Ordine quoad potestatem iurisdictionis, & quoad Dignitates Ecclesiasticas nostri temporis fit ex Eminentissimo Cardinalium munere, qui habent iurisdictionem, & potestatem eligendi Romanum Pontificem, *cap. licet deuitanda, de electione,* & præterea quod eidem Pontifici in vniuersali Ecclesiæ regimine assident, vti Primarij eius Consiliarij; de quorum origine, potestate, & hodierna excellentia, ac præeminentia inter omnes Ecclesiæ Prælatos agunt Cassanæus *in Catalogo gloriæ Mundi part.* 4. *considerat.* 10. Turrecremat. *in summa lib.* 1. *cap.* 80. & alij, quos refert Cened. *ad Decretales collect.* 115. & Gonzal. *ad regulam octauam Cancellariæ, gloss.* 24. *num.* 4. vbi vocantur filij primi gradus Papæ, pars corporis illius fratres, columnæ Ecclesiæ, Reges, maximi Principes, Senatores, & post Papam maiores, ac Patres spirituales, & Orbis terrarum cardines. 2.

Olim vsque ad tempora Bonifacij Octaui nullus erat Episcopus, qui fieri Presbyter Cardinalis vellet,

velles, existimabant enim non decere descendere à maiori dignitate ad minorem, eo quòd in humilioribus charitatis officiis se exercebat. Gambarus *in lib. 2. de offic. & potest. Legat. de Later. ex num. 97.* Fusc. *de visitat. lib. 1. cap 4. num. 6.* & Pauin. *de visitat. 1. p. quaest. 2. num. 18.* dum aiunt officium eorum fuisse sepelire mortuos, & baptizare, & similia, nunc autem Patriarchis praeferuntur, & suot causa, vt Pontifex, quem eligunt, iuxta *cap. licet, de electione, cap. vbi periculum, eodem titulo lib. 6.* potestatem habeat, sed ipsa à Christo Domino immediatè dimanat. Turrecremat. *de potest. Eccles. lib. 2. cap. 42.*

Cardinalium gradus est tripartitus, in Episcopos scilicet, Presbyteros, & Diaconos, habétque numerum praefinitum, nec possuot esse vllo tempore vltra septoaginta, secundum constitutionem Sixti V. quae incipit, *Postquam verus, §. de praedictorum fratrum*, instar Decreti septuaginta, senum, quibus Deus spiritum Moysis communicauit, vt eidem forent in regimine coadiutores collaterales. *Numer. cap. 11. ibi: descenditque Dominus per nubem, & locutus est ad eum auferens de spiritu, qui erat in Moyse, & dans septuaginta viris.* Sex autem horum septuaginta Cardinalium sunt Episcopi. Ostiensis, qui primus est in ordine, & reliquos dignitate praecedit; & immediatè Papam sequitur ex priuilegio Ecclesiae Ostiensis, propter Papae consecrationem. Episcopus Portuensis Episcopus Albanensis, Episcopus Sardinensis, Episcopus Palestrinus, & Episcopus Sanctae Rosinae, Cassanaeus *d. 4. p. consideral. 12. §. & aduerte.* Presbyteri, numero ad summum quinquaginta; vt in eadem constitutione 50. Diaconi vltra quatuordecim esse non possunt. Neque vnquam ad id vsque tempus numerus septuaginta Cardinalium fuit omnino expletus, nisi imperante Clemente Octauo sub die tertij Martij 1599. quo die numerum expleuit. Singulis autem Cardinalibus singulae Ecclesiae pro titulo Cardinalatus conferuntur. Pro quinquaginta Presbyteris Ecclesiae titulares assignantur totidem: & pro quatuordecim Diaconis totidem Ecclesiae titulares deputantur, Franciscus Leo *de potestate Papae cap. 2 ex num. 4.* Cassanaeus *d. 4. p. consideratione 12. vers. licet sit quidam, & sequentib.* Haec sufficiant pro secundo dignitatum gradu, qui ex Cardinalibus creatur, de quorum obligationibus infrà.

3. Tertius gradus Dignitatum ex quibus conficitur ambigi potest? Nam Legati, & Nuntij Apostolici, de quibus agitur in titulis *de officio legati*, quò ad potestatem iurisdictionis sunt Ordinarij Prouinciarum; & praecedunt in suis Prouinciis omnes Episcopos, Archiepiscopos, & Patriarchas, & ideo ex illis efficitur tertius gradus: in quorum numero esse possunt Legati de latere, qui non sunt Cardinales. Nam esto Legatus à latere communiter sit Cardinalis, vt notant Menoch. *conf. 14.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 5. cap. 27. quaest. 2.* Villadieg. *tract. de Legato part. 1. quaest. 3.* Nauar. *de datis, notab. 6. n. 1.* Flamin. *de resignat. lib. 8 quaest. 13. num. 5.* aliquando tamen non est Cardinalis, imò, & is cedit Legato à latere, & concessio facta Cardinalibus Legatis à latere, non extenditur ad alios Legatos de latere non Cardinales; vt resoluit Erasm. à Cochier *de iurisdict. Ordinarij in exem. prot p. 2. quaest. 1. num. 5. & num. 6.* cum Roch. de Curt. *tractatu de consuetudine; num. 323.* eo quia Papa interdum solet Inferiores mittere cum clausula hac, *cum potestate Legati à latere*; quae Clausula de stylo Curiae adiici solet mandatis Legatorum, qui fimbriam vestium Domini Papae vel tetigerunt, vel ab eo receperunt tale mandatum viuae vocis Oraculo; vt per Specul. *de legat. § sequitur, in principio*, & Gom. *ad reg. Cancell. de infirmis resignant. quaest. 3.* Haec pro Legatis sine Nat is, sine Missis.

Contrà verò pro quatuor Patriarchis, scilicet Constantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano, tertius gradus stare videtur, ne dicam, secund s, quia hi post Apostolic um primas obtinent. Patriarcha enim idem sonat atque Princeps Patrum Graeca lingua, Paul. Fusc. *de visit. lib. 1. cap. 2. à num. 9.* Petrus Gregor. *Syntagm. iuris lib. 15. cap. 10.* Dionys. Paul *de vera quatuor Patriarchalium Sedium erectione cap. 2. num. 43.* & Paul. Grysal. *in decis. Catholicae fidei, in verb. Patriarcha, in principio.* Nec est dubium post Romanam Ecclesiam quatuor esse praecipuas, & veras Patriarchales sedes, Constantinopolitanam nimirum, Alexandrinam, Antiochenam, & Hierosolymitanam, quae sententia est omnium; Hostiensis *in summa de auctoritate & vsu pallij num. 4.* Pelag. *de planctu Ecclesiae lib. 2. art. 11. & art. 17.* Cassanaeus *in Catalogo gloriae Mundi p. 4. consid. 9.* Anton. Cucchus *inst. maior. lib. 2. tit. 7. num. 2.* S. Antonin. *in summa p. 3. tit. 20. cap. 4. in principio.* Selu. *de benefic. p. 1. quaest. 2. num. 40.* Anastas. Germon. *de sacror. immunit. lib. 3. cap. 1. num. 1.* Lancelot. Conrad. *in templo omnium iudi um. lib. 2. cap. 2. §. 3. num. 2. & cap. 3. num. 4.* Flamin. Paris. *de resignat. lib. 2. quaest. 1. num. 41.* & probatur ex *cap. antiqua, de priuilegiis, cap. graue nimis, de praebendis, & ex cap. diffinimus, 22. dist.* ex quibus constat Patriarchales Sedes quatuor tantùm esse. 4.

Iuuat, hos quatuor Patriarchas repraesentare aliquo modo quatuor Euangelistas in Ecclesia Dei; text. *in cap. scriptum, de electione*, & dicuntur Mundi Cardinales, Cassanaeus *d. 4. p. consid. 9. vers. & isti quatuor.* Item Patriarcharum nomine strictè, & propriè non continentur, nisi tantùm isti quatuor; non verò reliqui minus principales. Barbosa *in tractatu de appellatiua verborum vtriusque iuris significat. verb. Patriarcha*, Franciscus Leo *in suo thesauro p. 1. cap. 2. num. 27.* vbi postquam Summum Pontificem vocat Patriarcham Patriarcharum, addit Constantinopolitanum post Papam primum locum obtinere, secundum tribuit Alexandrino, tertium Antiocheno, quartum Hierosolymitano, qui loci hoc ordine fuerunt definiti in Concilio Lateranensi *cap. 5. de ord. sed; Patriarch. cap. renouantes, & cap. final. eadem dist. 22.* & hic honor consistebat etiam in sedendo primò post Romanum Pontificem, & in respondendo Constantinopolitanus habebat secundam vocem, & in subscribendo; consonat Hispaniarum Primas *in historia Episcoporum Portugal. p. 1. cap. 6. & dist. 22. cap. Constantinopolitana. 5.* Quare non immeritò tertius gradus adscribi potest his quatuor supremis Patriarchis; & quartus gradus Legatis, siue sint Legati Nati, qui habent legationis officium vigore dignitatum ex Apostolico priuilegio indultum, nimirum Archiepiscopus Cantuariensis, & Eboracensis in Anglia, Remensis in Francia, & in Italia Pisarum: siue Legati Missi, quales sunt quibus committitur

committitur legationis officium ad certas Prouincias, & regulariter dicuntur Nuntij, nec habent de iure ordinariam iurisdictionem, vt notat Franciscus Leo *suprà p.* 1. *num.* 19.

5. Quintus gradus conflatur ex Patriarchis inferioribus, & ex Primatibus, quorum institutio meminit Papa Lucius *in cap.* 1. *& in cap. in illis* 80. *distinct.* per hæc verba: *In illis verò ciuitatibus, in quibus olim apud Ethnicos primi flamines eorum, atque primi legis Doctores, Episcoporum Primates, vel Patriarchas, Beatus Petrus poni præcepit, qui reliquorum causas Episcoporum, & maiora negotia in fide agitarent. In illis autem, in quibus dudum apud prædictos Ethnicos erant eorum Archiflamines; quos tamen minores esse tenebant, quàm memoratos Primates: Archiepiscopos institui præcepit; in singulis verò ciuitatibus singulos, & non plures Episcopos constitui præcepit, qui Episcoporum tantum vocabula sustinentur*, &c. Ex quibus apparet ad imitationem Gentilium, & eorum flaminum, & Archiflaminum Principem Apostolorum instituisse Ecclesiasticorum Prælatorum gradus, teste Clemente Papa *ad Iacobum Epistola prima*, de quo *in cap. in illis, dist.* 80. quod etiam probatur à Gregorio *Syntagmat. iuris, lib.* 15. *cap.* 11. *num.* 1. & ab Henriq. *in summa, lib.* 10. *cap.* 30. *in principio.*

Sed meliùs dicendum, si arbitremur gradus dignitatum Ecclesiasticarum fuisse institutos ad imitandum Cælestis Hierarchiæ compositionem. Sicut enim in triumphante Ecclesia reperiuntur Angeli, Archangeli, Throni, Principatus, & Potestates: ita consonum est pietati, & Religioni Christianæ, vt officia hæc in Ecclesia militante Ministrorum Ecclesiasticorum distinguantur per gradus Cardinalium, Patriarcharum supremorum per Legatos Natos, & Missos, per Patriarchas minores, Primates, & cæteras dignitates, earúmque gradus, de quibus *in cap. Cleros, distinct.* 21. & comprobant Rosæ *in tractatu de præeminentia Archiepisc. Dignitatis, in præf. à principio*, Pyginus *de Ecclesiastica Hierarchia, lib.* 3. *cap.* 1. Nec propterea Clementis auctoritas minuitur, si dicatur sanctum Petrum in illis locis, in quibus flamines idolis sacrificabant, decreuisse, vt constituerentur Sacerdotes sancti, qui vera sacrificia ibi peragerent ad exterminandam idololatriæ recordationem, eodem modo, quo Sedem Religionis Christianæ constituit Romæ, vbi impietas Sedem habebat, vt sic Pontificatus idololatriæ penitus aboleretur, ita D. Ambrosius relatus *in cap. beati* 2. *quæst.* 7. quem referens sequitur Barbosa *de offic. & potest. Episcop. part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 7. *num.* 3. 4. *&* 5.

Controuerti tamen potest, an Patriarchæ, & Primates hoc loco differant re, & nomine? Responde primò, Primates à Patriarchis nomine differre; idem tamen officium habere: atque ita Prouinciarum Præsides Primates, qui sunt, & qui Patriarchæ nullam habent inter se differentiam, quo ad officium, text. *in c. duo simul, de officio Ordinarij*, & *ibi* Innocentius, & alij, Gigas *de resid. Episcop. c.* 18. *n.* 5. Gonzal. *gloss.* 41. *n.* 15. Cassanæus 4. *p. consid.* 9. Azor *instit. moral.* 2. *p. lib.* 3. *c.* 35. *quæst.* 1. & alij, Franciscus Leo *in thesauro fori Eccles. c.* 2. *n.* 29. dicentes dignitates Patriarcharum, & Primatum non distingui re, sed nomine, quamuis Barbosa *c. Prouincia dist.* 99. etiam re differre autumat, *n.* 2. *& de pastorali solicitud. tit.* 1. *c.* 6. *à n.* 7. quod prius dixit Paulinus *de potestate, capit. prælud.* 6. *n.* 12. & Germon. *de sacror. immun. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 17. Quod intellige propriè de Patriarchis illis quatuor maioribus, videlicet, Constantinopolitano, Antiocheno, Alexandrino, & Hierosolymitano, de quibus *cap. antiqua, de priuilegiis*, quia repræsentant quatuor Euangelistas in Ecclesia Dei, nos verò loquimur de Patriarchis minoribus, qui nihil differunt à Primatibus in officio, vt apparet ex Anacleto *in cap.* 1. 99. *dist.* his verbis: *De Primatibus autem quorum suprà mentionem fecimus, quæritur quem gradum in Ecclesia obtineant; an in aliquo à Patriarchis differant, quam obedientiam Archiepiscopi eis debeant?* Primates, & Patriarchæ diuersorum sunt nominum, sed eiusdem officij. Quinimo Primates, & Patriarchæ etiam minores de iure debent præferri Presbyteris Cardinalibus, vt probatur *ex cap. constitutis, el primo, ex subscriptione, de appellat.* vbi Patriarcha Grandens. præfertur Presbytero Cardinali, quæ subscriptiones sunt considerandæ. Nihilominus hodie standum est consuetudini, quòd Cardinales præferuntur Patriarchis, & Primatibus, Cassanæus *in Catalogo gloriæ Mundi, p.* 4. *considerat.* 19.

Porrò apud Latinos sex inueniuntur minores Patriarchæ, Grandensis scilicet, Bituricensis, Cantuariensis, Pisanus, Aquilensis, Toletanus, seu Bracarensis, de quibus Gonzal. *reg.* 8. *Cancell. glossa* 41. *n.* 14. & de Grandensi fit mentio *in c. erubescant* 32. *distinct. & in cap. ex litteris, de officio delegati.* Bituricensis meminit caput *conquestus* 9. *quæst.* 3. vbi vocatur à Nicolao secundo Primas, & Patriarcha, & Alberic. *in rubrica de statu hominum, col. vltima*, vocat Archiepiscopum Bituricensem Primatem in Prouincia Burdigalensi. De Aquilense *cap. nunc verò* 9. *quæst.* 3. pro reliquis Nicolaus Boërius *additione ad tractatum, de auctoritate, & præeminentia magni Concilij, p.* 1. *num.* 14. De Cantuariense gloss. *verb. Archiepiscopus, in cap. cleros* 22. *dist.* De Pisano ait additio marginalis ad glossam *in cap. definimus* 22. *dist.* & Dominicus *in cap. cleros, n.* 20. *in glossa Primatibus, dist.* 22. Pro Bracarensi D. Sebastianus Cæsar 1. *p. de Ecclesiastica Hierarchia, disp.* 4. §. 5. *per totum.*

Sextus gradus dignitatum Ecclesiasticarum instituitur ex Archiepiscopis, & Episcopis, atque ita est bipartitus, *cap. Cleros,* §. *ordo verò* 21. *dist. cap. vnico,* §. *final de stat. Reg. in* 6. Concil. Trident. *in cap.* 1. *Ne verò, de reformat. sess.* 23. est enim Archiepiscopus Episcoporum Princeps, & iudex Ordinarius illorum. Gonzal. *d. gloss.* 41. *num.* 15. *&* 16. Homobon. de Bonis *de humana vita statibus, p.* 1. *cap.* 6. *vers. hi dicuntur*, Azor *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 33. *quæst.* 1. *in principio.* Galganet. *de iure publico, lib.* 3. *tit.* 18. *num.* 1. & Barbos. *de offic. & potest. Episcopi, p.* 1. *tit.* 1. *cap.* 6. *num.* 10. *& tit.* 4. *num.* 1. vbi latè. Episcopus autem Græcè, Latinè Speculator. Durandus *in ration. Diuinorum, lib.* 2. *cap.* 11. *à num.* 1. Germon. *de sacror. immunit. lib.* 3. *cap.* 8. Azor *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 17. *quæst.* 1. & Barbos. *de offic. & potest. Episcopi, part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 2. *à num.* 1. 6.

An verò differant Archiepiscopus, & Metropolitanus? Isidorus *lib.* 7. *Etymol. cap.* 12. supponit differre, dum constituit quatuor gradus Episcopalis ordinis, primum in Patriarchis, secundum in Archiepiscopis, tertium in Metropolitanis, & quartum denique in Episcopis. Omissa tamen Isidori opinione magis placet Episcopalem ordinem in tres duntaxat gradus partiri, prout vult Ioan. Paulus Lancell. *in instit. canon. lib.* 1. *titul. de Episcopis, in principio, & in scholio, in verb. tripartitus.* 7.

titur. Quare Metropolitanus, & Archiepiscopus pro eodem sumitur, vt per Rebuffum *in praxi beneficiali, tit. de consitr. verb. Metropolitanos, fol.* 522. & Bartol. *in l. vnic. num.* 2. *C. de Metropoli Beryto, lib.* 11. Petr. Gregor. *syntagm. iuris. p.* 2. *lib.* 15. *c.* 11. *num.* 2. & Azor *instit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *c.* 33. *quæst.* 4. Raban. Maur. *de instit. cleric. lib.* 1. *cap.* 5. *de ordin. tripartita Episcoporum*, & patet ex *cap. referente, de præbendis*, ibi, *Ad Metropolitanum videlicet Remensem Archiepiscopum.* Nam natura illius dictionis *videlicet*, est declaratoria eiusdemmet rei, & personæ, ex textu *in l. videlicet, ff. de pactis, & in cap. transmissa, de eo qui cognouit consanguineam vxoris suæ.* Marant. *de ordine iudiciario, p.* 3. *tit. Iudicij tela aggreditur, num.* 115. Menoch. *consil.* 21. *num.* 27. Cened. *pract. & canon. quæstionum, sing.* 66. *num.* 1. & Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 42. *n.* 100. dicentes dictionem *videlicet*, esse sui natura præcedentium declaratiuam, & simul restrictiuam.

Vnde autem Metropolitani ita dicantur? Isidorus à mensura ciuitatum sic vocari contendit. Contrarium docet Couarr. *practicar. cap.* 19. *num.* 2. *post principium, versic. idcirco Metropolis*, Iason *in l.* 1. *ff. de officio eius, n.* 22. Gambar. *de officio Legati de latere, lib.* 2. *tit. de variis ordinariorum nominib. num.* 34. *& sequent.* dicentes Metropolitanum dici à Matrice ciuitate, non autem à mensura ciuitatum, quod etiam ait Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchalium Sedium erect. cap.* 1. *num.* 23.

8\. Septimus gradus dignitatum Ecclesiasticarum fieri potest ex Abbatibus exemptis habentibus iura Episcopalia, qui reuerentiam exhibent Episcopo. Baldus *in l. fin. Cod. de oper. liber.* Felin. *in cap. conquerente, de officio Ordinary.* Et Abbates isti Regulares præferuntur inferioribus Episcopo omnibus constitutis in dignitatibus Ecclesiasticis sæcularibus: quod intellige quando Dignitates, & Canonici Cathedralis Ecclesiæ non incedunt collegialiter. Nam tunc cùm repræsentent Cathedralem Ecclesiam, debent præcedere Abbates Regulares, Felin. *in cap. postulasti, num.* 4. *vers. Fallit* 3. *de rescriptis, & in cap. memini, mus, in fine, col.* 2. *de accusationibus*; vbi volunt Canonicos Cathedrales in processionibus Abbates debere præcedere.

9\. Nihilominus contrà: Abbates videntur præferri Capitulis Ecclesiarum Cathedralium, ex *cap. final. de maioritate, & obedientia*, & Abbates dicuntur Prælati, *cap.* 2. *de iudiciis, verb. & alij Ecclesiarum Prælati.* Quin etiam Abbates post Episcopos nominantur. *dict. cap.* 2. *de iudiciis, & in cap. in nomine Domini, distinct.* 23. Cassanæus *dict.* 4. *part. consid.* 32. *versic. secundò sic probatur.* vbi tradit Abbates præferri Canonicis Ecclesiæ Cathedralis, Archidiaconis, Decanis, & aliis, & esse de maioribus Ecclesiæ. His autem patet responsio ex Felino *in d. cap.* 2. *de iudiciis*, dicentis Abbatiam potius videri officium, quàm dignitatem; sed hæc responsio nihil probat, quia verius est Abbatiam esse dignitatem, quàm officium; & ideo Abbates debent præcedere capitula Ecclesiarum Cathedralium extra processiones. Item obtinent dignitatem, *cap. vt Apostolica, de priuileg. lib.* 6. ibi, *quibus non competit ex propria dignitate, cap. indemnitatibus*, §. *verum, de elect. lib.* 6. Canonici autem Cathedralium non sunt in dignitate constituti, textus *in cap. statutum, in principio, de rescriptis, lib.* 6. ibi, *habentes dignitatem, & habentes personatum*; & Canonici Ecclesiæ Cathedralis ponuntur; vt diuersi, Innocentius *in cap. fraternitatem, de sepulturis*, & Barbat. *in cap. quæstum, col.* 1. *de rer. permutat.* atque ita habentes dignitatem debent præcedere in sedendo, vel in subscribendo, & similibus, *l.* 1. *&* 2. *ff. de albo scribendo.*

Confirmatur eo, quia Abbates habent iurisdictionem ordinariam in suis Monasteriis, possunt suspendere, interdicere, & excommunicare, *cap. quanto, de officio iudicis ordinary, in glossa, §. Prælat.*: ex quo notatur quòd sint iudices ordinarij suorum Monachorum, vt per Victorin. Mansum *de modo procedendi in causis Regul. cap.* 2. *num.* 1. Baptist. Confect. *in summar. priuileg tit.* 11. *cap.* 1. Aldrete *de Religios. disciplin. tuend.* Quin etiam Abbatissa habet iurisdictionem, *cap. dilecta, de maioritate, & obedientia*, & ratione sui muneris est capax iurisdictionis spiritualis, si accedat Summi Pontificis consensus, ac proinde potest beneficia conferre, Clericos instituere, & destituere, Vicarios nominare ad excommunicandum, & suspendendum, & ad exercendam dictam iurisdictionem, vt ex traditis à Lambertino *de iure patron. part.* 1. *lib.* 2. *quæst.* 5. *princip. artic.* 5. *num.* 4. colligitur, & ex Azor. *p.* 1. *lib.* 13. *cap.* 10. *quæst.* 5. Flores de Mena *variar. lib.* 1. *quæst.* 10. *num.* 4. & ex Manuele *tom.* 1. *Regularium, quæst.* 17. *artic.* 2. qui vult Abbatissam posse habere Clericos sæculares sibi subiectos si habeat Capellas ex præscriptione, vel ex priuilegio pleno iure subditas, Rebuffus *in tractat. nominat. quæst.* 8. *num.* 9. docens fœminam ratione dignitatis posse habere collationem beneficiorum, & in eis instituere, non institutione per quam conferatur potestas exercendi curam animarum ligandi, atque soluendi, sed per quam detur possessio, & titulus. Fr. Ludouicus Miranda *in tractatu de sacris Monial. quæst.* 6. *artic.* 5. *conclus.* 4. *statim in principio*, & Fr. Manuel *d. tom.* 1. *quæst.* 17. *art.* 12.

His adde Abbates assumi ad Abbatiam per electionem suorum Regularium *cap.* 2. *&* 3. 18. *quæst.* 2. *cap. final.* 16. *quæst.* 7. Canonicatus autem, & Præbendæ, quæ vacant, prouidentur per collationem Episcopi, & capituli, vel per Summum Pontificem, Panormitan. post gloss. *in cap. cùm Ecclesia Vulterana, de electione.* Non sunt beneficia, & Præbendæ Ecclesiarum Cathedralium liberæ collationis Episcopi, sed potiùs simultaneæ cum Capitulo de iure communi, ita vt Episcopus simul, & Capitulum debeant illa conferre, Gonzal. *ad regul* 8. *Cancell. gloss.* 45. cum aliis. Item Canonicatus, & Præbendæ absque Ordine sacro priuantur voce capitulari, Abbates autem debent esse in sacris, & saltem debent habere ætatem legitimam, vt fiant Sacerdotes quando promouentur ad Abbatiam, *cap.* 1. *de ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum*, facit quòd Abbates, vtplurimum ex priuilegio vtuntur; aut ex consuetudine, annulo, baculo, mitra, sandalibus, & benedictione solemni; quæ sunt insignia Pontificalia, quibus non vtuntur Dignitates, nec Canonici Ecclesiarum Cathedralium, *cap. vt Apostolica, de priuilegiis, lib.* 6. *& cap. Abbates, eodem titulo, & libro.* Quare Abbates debent præcedere cæteras dignitates sæculares inferiores Episcopo, vsque dum incedunt processionaliter.

Octauus gradus Ecclesiasticorum constatur ex Chorepiscopis, qui olim erant in vsu, de quibus meminit Damasus *Epistol.* 3. & vetè fuerunt 11.

Episcopi, cum Episcopali consecratione, sed sicut hodie Episcopi Titulares suffraganei Episcoporum, sic illi in aliena Diœcesi ministrabant. Vltra hos Chorepiscopos erant alij non consecrati superiores Presbyteris, de quibus meminit Gratianus *in cap. Ecclesiis, vers. inter Episcopos* 68. *dist.* nec erant Episcopi, vt cum aliis vult Henriquez *lib.* 10. *de ord. cap.* 23. §. 2. *iuncta litt. E.* sed ex Ecclesia institutione Presbyteri, quibus commissa erat cura rerum temporalium, & cura pauperum, & eleemosynarum, quibusque ministeria Episcopalia aliqua competebant, nimirum conferre minores Ordines, inter quos Subdiaconatus illis primis temporibus numerabatur, *cap. erubescebant* 32. *dist.* qui postea crescente eorum ambitione non contenti suo munere maiores Ordines conferebant, & reliqua Episcopalia officia exercebant: propter quæ eorum Ordo ab Ecclesia fuit damnatus, & sublatus. ita post antiquiores Contadus Brunus *de caremoniis, lib.* 1. *cap.* 4. Cartança *in summa Conciliorum in Damaso epist.* 4. *pag.* 77. Petrus Bollus *in Oeconomia Canonica, classe* 3. *cap.* 2. §. 4. post alios dicuntur autem Chorepiscopi, ex χώρα Græcè, pagus Latinè, quasi in pagis, & in villis locum Episcoporum tenentes, & vices eorum Vicariorum gerentes, Bellarmin. *tom.* 1. *lib.* 1. *de clericis cap.* 17. Petr. Gregor. *syntagma iuris, lib.* 15. *cap.* 12. *num.* 46. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 9. *de sacramento Ordinis, cap.* 5. *num.* 103. & 104. secundùm quos Chorepiscopi hodie quasi Parochi sunt, sequitur Ioan. Filsac *in libello quem Paræcia inscripsit, cap.* 2. *pag.* 28. Hispaniarum Primas *cap. quamuis, & cap. Chorepiscopi, dist.* 68. Augustinus Barbosa *ibidem*, & D. Sebastianus Cæsar *in sua Hierarchia, disp.* 7. §. 1. *per totum*, & § 2. vbi decidit, Chorepiscoporum alios non fuisse Episcopos, sed Presbyteros in oppidis loco Episcoporum exercentes curam animarum; alios autem veram consecrationem Episcopalem accipientes ab Episcopis per manus impositionem, & vt Episcopos consecrari solere. Non tamen poterant confirmare, neque Altaria consecrare, aut Virgines, nec similia, vt expresse prohibetur *in dict. cap. quamuis* 68. *distinct.* nec conferre Ordinem sacerdotalem, neque Diaconatus.

12\. Nonus gradus simplicibus Sacerdotibus de iure diuino quadrat, exceptis, quæ Episcopis conueniunt; text. *in cap.* 1. §. *vna, vers. & hoc, de summa Trinitate, & fide Catholica*, Concil. Trident. *sess.* 23. *cap.* 15. & probatur, quia Sacerdotes plenam potestatem in ordinatione accipiunt, consecrandi corpus Domini, vel conficiendi sacramentum Eucharistiæ; quæ potestas essentialiter non distinguitur à charactere indelebiliter inhærente animæ, ita vt nequeat omnino separari ab ea. D. Thomas 3. *p. quæst.* 63. *art.* 5. Sotus *in* 4 *dist.* 1. *quæst.* 4. §. 2. Candelabrum *de Sacramentis in genere, num.* 10. & *de Sacramento Ordinis, n.* 18. Vnde Sacerdos ritè ordinatus etiam præcisus ab Ecclesia & hæreticis, aut excommunicatus validè conficit sacramentum Eucharistiæ. Quæ potestas dicitur ordinis sacramentalis per se sufficiens de iure diuino ad conficiendum corpus Domini, & differt omnino à potestate iurisdictionis, & Clauium.

Et quamuis Abulensis *in lib.* quem appellat *Defensorium.* 2. *p. cap.* 62. arbitretur potestatem iurisdictionis fuisse omnibus Sacerdotibus immediatè à Christo collatam, quando ordinantur, non tamen posse illam exercere absoluendo, & ligando, eo quòd Ecclesia, ne daretur confusio, diuisit populum in varias Diœceses, & vnam vni, & alteram alteri Episcopo subiecit ad tollendam confusionem: atque ita vsum huius potestatis pendere à Superioribus Prælatis; melius tamen respondet Turrecremat. *lib.* 2. *summæ, cap.* 54. & *lib.* 1. *ante cap.* 96. potestatem iurisdictionis non conferri à Deo in ordinatione, sed ab homine, quæ sententia est multo probabilior, & communior, atque ita pendet non solùm quo ad vsum, sed etiam quo ad habitum à Superioribus Prælatis, ita, vt possit inferior à superiore omnino illa potestate priuari, vel limitari, quo ad absoluendum. Ex quo sequitur cum charactere sacerdotali nullam iurisdictionem commutari Sacerdotibus ad absoluendum, Sotus *suprà in* 4. *distinct.* 18. *quæst.* 4. *artic.* 2. *ad* 3. *argument.* & Durand. *in* 4. *distinct.* 19. *quæst.* 2. & est communis. Esset enim contra accommodatum ordinem Ecclesiasticæ Hierarchiæ habere omnes Sacerdotes auctoritatem promiscuè exercendi sacramentale iudicium, & non accipere iurisdictionem à Christi Vicario; cui dictum est, *pasce oues meas.* Quare dicendum Sacerdotes tam curatos, quàm simplices accipere iurisdictionem ab ipsomet Summo Pontifice, tanquam à capite, ex quo omnis iurisdictio manat, quia id postulat conueniens ordo gubernandi, vt à Summo Pontifice, qui est caput huius corporis mystici Ecclesiæ reliqui Sacerdotes, qui sunt membra, ab eo accipiant motum gubernatiuum in vtroque foro per necessariam iurisdictionem: sicut ab vno Rege omnes inferiores Magistratus iurisdictionem in politica gubernatione participant: aliter enim si Sacerdotes in sua ordinatione haberent iure diuino ad absoluendum iurisdictionem, non posset Ecclesia eos priuare ipsa iurisdictione, quod nullo modo est dicendum. D. Thom. *in additionibus ad* 3. *p. quæst.* 8. *art.* 6. *ad* 1. *can. de pœnitent. fol.* 66. Sotus *vbi suprà, quæst.* 4. *art.* 5 *quæst.* 1.

Instas, verba illa Ioan. 24. *Quorum remiseritis peccata*, &c. non solùm Apostolis, sed etiam Sacerdotibus à Christo in ipsis fuerunt dicta, & modò etiam dicuntur ab Episcopo ordinante, quando Sacerdotes consecrantur: ergo si per ea Christus Dominus iure diuino communicauit iurisdictionem Apostolis ad ligandum, & soluendum in foro sacramentali; pari modo eandem iurisdictionem Sacerdotibus iure diuino largitus est. Responsio sit, Christum Dominum in illis verbis Ioannis communicasse Apostolis vtramque potestatem, Ordinis videlicet, & iurisdictionis: Ordinis tamen communicandam omnibus futuris Sacerdotibus ad conficiendum corpus Christi independenter à quocunque, eo ipso, quòd consecrantur Sacerdotes; iurisdictionis verò potestatem tribuisse Apostolis ex priuilegio, quasi speciali independenter à Petro; ac proinde hanc non posse transire ad futuros Sacerdotes, eo ipso quòd sint tales, sed debere communicari à Summo Pontifice, vel ab aliis Prælatis inferioribus, & communicatam posse tolli, vel suspendi, ita vt non teneat absolutio impensa à suspenso, cùm materia pœnitentiæ sit pœnitens, & in Sacramento pœnitentiæ vsus iurisdictionis est essentia: hoc autem vsu sublato per suspensionem, vel censuram subtrahitur materia necessaria sacramenti. 13.

Quòd si dicas, in primitiua Ecclesia fas erat omnibus

omnibus eligere Confessarium, quem vellent, hoc non aliter, nisi, quia competebat de iure diuino iurisdictio Sacerdotibus indiscriminatim? Responde id fuisse concessum ex consensu Ecclesiæ propter penuriam Sacerdotum. iuuat *c. si Episcopus, de pœnit, & remiss. in 6.* vbi habet nulla consuetudine induci posse, vt quisque absque licentia sui superioris Confessarium sibi eligat, cùm verò Pontifices viderent subditos sibi promiscuè eligere Confessarios, & silerent, conniuere censebantur, ita Sotus *in 4. dist.* 18. *quæst.* 4. *art.* 2. ob penuriam Sacerdotum.

14. Quæri ergo potest, vnde nam habeant Sacerdotes simplices potestatem absoluendi à venialibus peccatis? Inprimis posse omnes absoluere à venialibus conueniunt D. Thomas *in 4. dist.* 18. *quæst.* 2. *art.* 3. *ad* 3. Adrianus *de confessione quæst.* 5. Medina *eodem titulo*. Paludan. *in 4. dist.* 19. *quæst.* 2. *art.* 3. *p.* 2. Sotus *dist.* 1c. *quæst.* 4. *art.* 2. *ad* 4. Caietan. *in summa verb. absolutio cap.* 2 Nauar. *cap.* 4. *num.* 5. & alij communiter.

Dissensio tamen est, quomodo conueniat illis ista iurisdictio? Sotus credit non requiri ad hoc iurisdictionem vllam, cùm peccata venialia non sint de necessitate confessionis, sed sufficere potestatem Ordinis, sed hoc est contra Concilium Tridentinum *quæst.* 23. *cap.* 15. vbi docetur ministrum Sacramenti pœnitentiæ sine iurisdictione, nihil facere: & ideo non satisfacit Caietanus dicens iurisdictionem in hoc casu conferri à pœnitente Sacerdoti, dum se illi subiicit quo ad materiam venialium non necessariam, in qua est liber ab onere confitendi: quare hæc sententia non cohæret cum Conciliis requirentibus iurisdictionem ordinariam, vel delegatam, qualem nequit conferre pœnitens. Nec vndique placet Nauarrus *in cap. placuit, de pœnitentiis dist.* 6. *num.* 23. vbi vult tribui Sacerdoti iure diuino, quando ordinatur, iurisdictionem quoad habitum: at verò quo ad vsum tribui ex tacita saltem licentia proprij Sacerdotis, quæ opinio videtur probabilis.

Nihilominus dicendum quo ad venialia, & quo ad mortalia ritè confessa, requiri iurisdictionem, eam tamen non conferri immediatè à Christo Domino, sed quo ad habitum, & vsum delegari à Summo Pontifice cuilibet Sacerdoti, quod probat consuetudo, non quòd illa possit conferre iurisdictionem, quia, vt dictum est *in d. cap. si Episcopus, de pœnit, & remiss. in 6.* nulla consuetudine introducitur iurisdictio; sed ex eo quòd Romanus Pontifex scit aliquid fieri, & absolui per simplicem Sacerdotem à venialibus, & à mortalibus iam confessis, neque impedit, censetur conferre iurisdictionem.

Quo ad Summum Pontificem, cùm ipse non habeat in seipsum iurisdictionem, vt vult Canus citatus, ait tribui omnibus Sacerdotibus iure diuino potestatem absoluendi illum sacramentaliter, cùm non sit maior ratio de vno Sacerdote, quàm de alio, quæ sententia videtur probabilis Ledesmo Conimbricensi 2. 4. *quæst.* 7. *art.* 5. *dub.* 16. Sed probabilius est dum Pontifex vult confiteri Sacerdoti, conferre illi iurisdictionem in se ipsum, sicut Rex confert iurisdictionem iudici suarum causarum, constituendo se in hoc subditum iudici, Ioannes Medina *quæst. de alieno Sacerdote*. Turrecrem *lib.* 1. *summæ c.* 98. Victor. *quæst.* 141. Sotus *in 4 dist.* 18. *quæst.* 4. *art.* 2. *ad* 3. & est communis sententia. Atque ita conclusio sit, Simplex Sacerdos in quatuor casibus potest ab [illegible] e sacramentaliter. Primò quando pœnitens non habet nisi venialia. Secundò quando confessio est de peccatis iam ritè confessis, & directè absolutis. Tertiò si audiat Summum Pontificem. Quartò in articulo mortis, quæ iurisdictio non tribuitur illi quando ordinatur, sed illi delegatur quo ad habitum, & quo ad vsum à summo Pontifice, & in articulo mortis à Concilio Tridentino *sess.* 14. *cap.* 7. & à Summo Pontifice, D. Thomas *in 4. dist.* 28. *art.* 1. *quæstiunc.* 2. *ad* 1. Durand. *dist.* 10. *quæst.* 2. Sotus *dist.* 18. *quæst.* 4. *art.* 4 Maior *dist.* 19. *quæst.* 1. Victoria *quæst.* 143. Henriquz *lib. 3. de pœnit. cap.* 11. *in principio, num.* 2. quia tota iurisdictio communicata fuit Petro sine exceptione, quo ad totam gubernationem Ecclesiæ; quod probatur ex Concilio *d. sess.* 14. *cap.* 7. ibi: *In eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit*, &c. Ex quibus verbis hoc priuilegium pro articulo mortis patet pendere ab Ecclesia, & à Summo Pontifice, posseque auferri Sacerdotibus eam auctoritatem pro eo articulo, quamquam Spiritus sanctus, ne id vnquam fiat, prouidebit.

Pro officiis Presbytorum, quæ sunt; teste Isidoro *lib.* 2. *de officiis Ecclesiasticis cap.* 7. offerre, præesse, prædicare, baptizare, ius diuinum introduxit. Ratio, quoniam Sacerdotes sunt dispensatores mysteriorum Dei, quibus omnis cura salutis animarum tradita est: vnde illis competit offerre, id est, sacrificare, & Missæ sacrificium facere, & soli dispensant tamquam proprij ministri Sacramentum, quod in Missæ sacrificio offertur, D. Thomas *3. p. quæst.* 82. *art.* 3. *& in 4. dist.* 13. *quæst.* 1. *art.* 3. Bellarmin. *de Eucharistia lib.* 2. *cap.* 17. Suar. *tom. 3. in 3. p. disp.* 72. & Vasquez *tom. 3. in 3. p. disp.* 219. *cap.* 1. & est communis, vbi volunt potestatem dispensandi corpus Christi, competere Sacerdotibus ex diuino iure, & in casu necessitatis posse illam Diaconis committi ab eisdem, constat ex Concilio Carthag. IV. his verbis: *Diaconus præsente Presbytero, Eucharistiam Corporis Christi populo, si necessitas cogat, iussus erogет.* Contrà verò contradicente Presbytero, nequit Diaconus: Sacerdos autem vtique, qui in hoc Sacrificio gerit personam Christi; ideo ex iure diuino competit illi potestas exercendi omnia, quæ Christus exercuit in hoc sacrificio, inter quæ primo loco est consecratio, deinde distributio, & dispensatio. An verò possit Sacerdos impeditus in casu necessitatis deficiente Diacono mittere Eucharistiam per inferiores ministros, & per laicos? Affirmant Suarez *suprà*, & Ægidius Belan. *in 3. p. quæst.* 82. *art.* 3. argumento apud Eusebium *lib. 6. histor. cap.* 36. vbi ait olim fecisse plures viros sanctos mittentes viaticum per laicos ad infirmos. Hodie tamen communior sententia negat ex vsu Ecclesiæ, Vasquez *vbi suprà disp.* 219. *cap.* 1. 15.

Quid de sacramento Extremæ vnctionis? Certi iuris est solis Presbyteris competere, ita vt à non Sacerdotibus nequeat confici ex verbis Iacobi, ibi: *Inducat Presbyteros Ecclesiæ*, hoc est, Sacerdotes. De hoc Sacramento Gratianus post caput *Presbytero* 95. *dist.* Suarez *de pœnit. disp.* 43. *sect.* 1. Henriquez *lib. 3. summæ cap. vltimo*, & Ægidius *suprà tom.* 2. *disp.* 19. *dub.* 9. extra tamen casum necessitatis solus Parochus, vel alius de eius licentia licitè potest conferre hoc Sacramentum, quamuis à quocunque Sacerdote validè conferatur, cùm non sit actus iurisdictionis; sed

sed Ordinis sacerdotalis, à quo quoad substantiam dependet.

Quoad munus prædicandi sacris tantùm Ordinibus esse annexum iure diuino opinatur Caietanus 3. *part. quæst.* 64. *art.* 6. *vers. hanc doctrinam*, eo quia hoc officium pertinet ad clauium potestatem; claues autem solis Sacerdotibus à Christo Domino traditæ sunt, & ob id Sacerdotibus officium prædicandi competit, & reliqua, quæ conducunt ad finem supernaturalem. Nec est dubium de vtilitate Verbi Dei, *cap. inter cætera, de officio Ordinary.*

Quare dicendum est solis Episcopis, & aliis Parochis, quibus cura animarum demandata est, integrum esse ex officio prædicare: vnde officium prædicandi nemo potest sibi assumere auctoritate propria, sed conuenit tantùm illis, qui à Prælatis iussi sunt, iuxta illud Apostoli: *quomodo prædicabunt, nisi mittantur.* Neque ex officio Diaconis competit prædicare populo, quamuis id videatur colligi ex *cap. perlectis* 25. *distinct.* quia id intelligitur de licentia habentis ad illud iurisdictionem; non tamen absque illa, cùm non sit munus Diaconi prædicare, vt notat Nauarrus *cons.* 7. *per totum, de officio, & potestate iudicis delegati.* Lælius Zech. *in tract. de Sacramento Ordinis cap.* 1. *pag.* 668. *in principio*, & Moscoo. *de Magest milit. Ecclesiæ part.* 2. *lib.* 1. *de Ordine pag.* 384. *littera A. & B.* Nec obstat textus *in d. cap. perlectis*, ibi, *prædicare Euangelium, & cap. in Sancta*, ibi, *ad prædicationis officium* 92. *distinct.* vbi loquitur de Diaconis. Quia hæc iura non loquuntur de prædicatione, seu de explicatione Euangelij, sed de eius lectione à Diacono decantanda, ita Nauarrus *d. conf.* 7. *num.* 3. & Moscon. *suprà*, glossa *verb. Sacerdotes, in cap. adiicimus* 16. *quæst.* 1. Ex quibus ostenditur Diacono officium proprium esse, legere Euangelium populo, aut decantare: prædicare autem non nisi de licentia Episcopi, vel Prælati curam animarum habentis, vel si curam animarum habeat, tunc ex officio poterit prædicare, sicut alij curati in Ecclesiis propriis.

Iuuat munus prædicandi non esse iure diuino solis Presbyteris annexum, sed ad illos pertinere ratione officij sacerdotalis, Vasquez *tom.* 3. *in* 3. *part. disp.* 236. *cap.* 9. *num.* 10. esseque actum proprium iurisdictionis, non autem Ordinis, ex illo Christi Domini, *prædicate Euangelium omni creaturæ*; quibus verbis concessit iurisdictionis potestatem, quæ exerceri potest licitè tempore interdicti, Fusch. *de visitat. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 13. Vgolin. *de censuris tab.* 5. *cap.* 8. *in principio, num.* 3. & Hentiquez *in summa lib.* 13. *cap.* 44. §. 2. *vers. Quinto.* Denique vsus, & praxis docet posse committi munus prædicandi Diaconis, & Subdiaconis, & aliis non Sacerdotibus ab Episcopis, Nauarrus *conf.* 2. *de tempor. ordin. in antiquis*, Galett. *in Margarita casuum, verb. prædicare*, 2. & Rendina *in promptuario recept. sentent. tit.* 17. *num.* 24. Henriquez *in summa lib.* 6. *cap.* 28. §. 8. vbi meminit priuilegij à Paulo III. nostris concessi, vt valeant prædicare, quamuis non sint in sacris. Hæc sufficiant pro gradibus dignitatum Ecclesiasticarum.

De gradibus dignitatum, & officiorum Ecclesiarum Cathedralium.

§. II.

EPITOME.

16. *In Ecclesiis Cathedralibus caput est Archiepiscopus, aut Episcopus.*
17. *Decanus post Episcopum in Hispania est maior.*
18. *Decanus, & Archipresbyter an differant re ipsa?*
19. *Archidiaconus est vicarius natus Episcopi, & ab eo appellatur ad Episcopum.*
20. *Archidiaconus nequit excommunicare de iure, sed ex consuetudine speciali.*
21. *Archidiaconi officium in quo consistat, & debet esse Doctor ex Concilio Tridentino.*
22. *Primicerij officium quale sit in Cathedrali?*
23. *Præpositus præest Collegio Canonicorum, & aliquando cum iurisdictione, & cura animarum.*
24. *Magistri scholæ quale officium, & an sit dignitas, & an debeat esse Doctor?*
25. *Sacristæ, seu thesaurij, seu custodis officium, quale sit?*
26. *Canonici Cathedralium an sint dignitates, & possint esse delegati Sedis Apostolicæ?*
27. *Canonicorum scientia qualis, & an gradus requiratur in Decano, seu Archipresbytero, & in pœnitentiario, & quæ ætas?*
28. *Canonicorum officium consistit in duobus, & quæ sint?*
29. *Canonici quando peccent mortaliter, & non lucrentur distributiones?*
30. *Canonicis quando licet abesse à capitularibus congregationibus?*
31. *& quando abesse à Choro de iure, & ex causa?*
32. *Archidiaconi dum visitant, an lucrentur distributiones quotidianas?*
33. *Inquisitores Canonici non residentes lucrantur distributiones, & portiones etiam funerales.*

NEVLLVS ordine Episcopali maior est in Ecclesia Dei, vt ait glossa *verb. Episcopus, in proœm. lib. sexti*, gloss. *verb. de Episcopis, in cap. quia periculosum, de senten. excommun. eodem lib.* 6. Cassanæus *in catalogo gloriæ Mundi p.* 4. *consid.* 25. Anastasius Germon *de indultis Cardinalium, verb. Episcopus.* Vnde debet præcedere quoscumque suæ Diœcesis, cùm sit culmen dignitatum: dicitur autem Episcopatus dignitas honorabilis, Zabarel. *in cap. Episcopatui, de priuilegiis.* Et ideo cùm est in Ecclesia in consessu Presbyterorum, debet sedere in loco Eminentiori, Lancellot. *in templo omnium iudicum lib.* 2. *cap.* 5. §. 3. *num.* 7. Gama 1. *p. decis.* 1. *num.* 5. Imò dicitur Serenissimus *in Clementina in plerisque, de electione*, & est caput in sua Diœcesi, quamuis adsint alij constituti in dignitate, vt notatur *in cap. cùm non liceat, de præscriptionibus*, & caput Capituli, *de verb. signific. c. cùm clerici*, cui præest tanquam membris, quæ regulantur à capite, & 16.

debent

debent diligere caput, illique obsequi, & ab eo non discedere, Rebuff. *in praxi beneficiali*, *tit.* 1. *constitut. in glossa capiti*, *pag.* 522. Quocirca qui caput est, debet esse cæteris excellentior, Iacob. Valdes *de dignitate Regum Hispaniæ cap.* 4. *num.* 1. atque ita cùm nullus sit maior ordo in Ecclesia Dei, Papa se Episcopum vocat, vt dixit glossa *in proœmio Sexti*, *cap. si Episcopus* 2. *quæst.* 9. *cap. transmarinos cap. Apostolicos*, *dist.* 98. Gambarupta *de casibus reseruatis cap.* 1. *num.* 7. *&* 8. vocatque Pontifex Episcopos fratres tamquam sibi æquales, Cardinales autem, & Reges filios, tex. *in c. quam graui*, 6. *de crimine falsi*. Decius *in cap. cùm venerabilis*, *num.* 2. *de except.* & Augustinus Barbosa *de offic. & potest. Episcopi p.* 1. *tit.* 1. *cap.* 2. *num.* 11. quibus ostenditur sicut Papa dicitur Episcopus vniuersalis Ecclesiæ, sic in sua Diœcesi, & Ecclesia Cathedrali est cæteris maior, & caput respectu reliquarum dignitatum, quod idem est dicendum de Archiepiscopo ratione suæ Cathedralis Ecclesiæ.

Decanus in tota ferme Hispania in Cathedralibus post Episcopum maiorem dignitatem habet, præest toti Canonicorum Collegio in Choro in consessu, comitiis, & suffragiis ferendis. Nullus tamen est titulus de officio Decani in toto iure Canonico; ac proinde eius officium, auctoritas, & potestas dependet ex consuetudine: diciturque Decanus in dignitate constitutus, Boer. *decis.* 286. *num.* 9. Azor *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 17. vbi addit habere iurisdictionem ex consuetudine in multis Ecclesiis, vt deducitur ex *c. dilectis*, *de appellat*, vbi poterat sacris interdicere, & *cap. dilecto*, *de senten. excommun. in* 6. Decanus de quo ibi, poterat excommunicare: eius iurisdictio vbi eam habet, est ordinaria, & non delegata, ex glossa *in cap cùm ob Ecclesiarum*, *de officio iudicis ordinarij*, quatenus ait iurisdictionem Prælatorum, qui sunt inferiores Episcopo, esse etiam ordinariam; & ideo Decani iurisdictio saltem ex consuetudine est ordinaria. Dicitur item Decanus, quia præest saltem decem viris, gloss. *in rubrica C. de Decanis lib.* 12. à perfectione denarij numeri, quare Decanus appellatur, qui in aliquo ordine primum obtinet locum, & ideo post Episcopum Decanus sequitur ex consuetudine, quæ in his præualet, & curam animarum habet in Canonicos, & alios Clericos, vt ostenditur ex *cap. dudum* 2. *de præbendis*, Azor. *suprà d. cap.* 17. *vers. Quintò quæritur.* Quæ autem sint species Decanorum tractat Augustinus Barbosa *de offic. & potest. Episcopi p.* 1. *tit.* 3. *cap.* 3. *num.* 7. *&* 8.

18. An verò Decanus differat ab Archipresbytero? Negant Petrus Gregorius *syntagm. iuris lib.* 15. *cap.* 21. *num.* 12. Azor *instit. moral. d. lib.* 3. *cap.* 15. & alij, quos referens sequitur D. Sebast. Cæsar *disp.* 12. §. 2. *num.* 9. & Hispaniarum Primas *in cap. perlectis*, *dist.* 25. *in vers. Archipresbyter*, qui ita dicitur, quasi Presbyterorum primus, seu Princeps: Ἀρχὸς enim Princeps dicitur. Diuiditur autem Archipresbyter in vrbanum, & ruralem. Quale sit officium Archipresbyteri de Vrbe, Azor *d. c.* 15. *quæst.* 4. *&* 5. Cæsar suprà *num.* 5. dicens illum curam agere animarum, absente Episcopo celebrare solemnia Missarum benedictiones Presbyterales conferre, & loco Episcopi reliqua munia spiritualia peragere.

Nihilominus quidquid sit de iure de officio Archipresbyteri, vbi Archipresbyter est Archidiaconi iurisdictioni subiectus, vt per Boërium *de auctoritate magni Concilij num.* 72. *in fine*, & *n.* 83. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 111. *num.* 80. Azor. *suprà p.* 2. *lib.* 3. *c.* 15. *quæst.* 2. *&* 3. sed præcedit in diuinis Archipresbyter Archidiaconum, Anton. de Pretis *in Clypeo pastoralis officij cap.* 6. 37. dummodo Archidiaconus non sit Presbyter, quòd si fuerit, præcedit Archipresbyterum, cùm sit par illi in ordine, & maior in administratione: atque ita præcedet Archidiaconus absente Episcopo in celebratione Missarum in diebus solemnibus, in delatione Sacramenti in eius festo, in benedictione candelarum, cinerum, palmarum; & in cæteris functionibus sacerdotalibus. Hostiensis *in cap.* 1. *de officio Archipresbyteri*, quem sequitur *ibi* Ioann. Andr. & Abbas, & censuit Congregatio Sacra *in vna Regien.* 9. *Decembris* 1600. quam refert Marc. Anton. Gennen. *in praxi Archiepisc. Neapol. cap.* 52. in nouissima editione, & propterea Archipresbyter dicitur maior dignitas post Pontificalem, Garcia *de beneficiis*, *p.* 7. *cap.* 7. *num.* 38. vulgò Decanus, vel Archipresbyter vrbanus; & subinde potest constitui iudex delegatus, & conseruator Apostolicus, Azor *d. cap.* 15. *quæst.* 7. *&* 8. & Cæsar *d. disp.* 12. §. 2. *num.* 11. vbi *num* 3. Archipresbyter ruralis dicitur, qui degit rure, & curam gerit Presbyterorum, qui per minores titulos habitant, & quorum vitam, & mores simul plebis obseruant, qui Lusitanè dicitur *Arcipreste.* Vide tamen Antonium Cucchum *instit. maior. lib.* 1. *tit. de Archipresbytero num.* 3. vbi ait vrbanum cæteris Presbyteris præesse, & in Cathedrali Ecclesia officio suo fungi, & cum Archidiacono de prælatione contendere, absenteque Episcopo pro eo solemnia celebrare: ruralem autem Archipresbyterum, & forensem esse, qui præest clericis rura incolentibus, qui ab illo; & non ab alio sumunt Sacramenta aliis ministranda.

Archidiaconus quasi Princeps Diaconorum 19.
est Episcopi Vicarius, ex *c.* 1. *de officio Archidiaconi*, ibi: *Archidiaconus post Episcopum sciat se Vicarium.* Maran. *de ordine iudiciario dist.* 5. *princip. num.* 7. Anton de Pretis *in Clypeo pastoralis officij cap.* 6. *num* 39 Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 14. *quæst.* 1. Franciscus Leo *in thesauro fori Ecclesiastici p.* 1. *c.* 10. *num.* 2. *vers sexta.* Moneta *de distribut. quotid. p.* 2. *quæst.* 1. *num.* 26. diciturque Archidiaconus Vicarius legitimus, qui à lege ipsa constituitur. Vnde absente Episcopo, & eius officialibus ipso iure absque alio facto Vicarij munus exercet; vt post plures tradit Sbroz *de Vicario Episcopi lib* 1. *quæst.* 2 *num.* 15 *&* *quæst.* 36. *num.* 10. Potest item dare litteras dimissorias ad suscipiendos Ordines, Cucchus suprà *tit.* 9. *de officio Archidiaconi num* 7. & monitoria concedere, Petrus Lazar. *de monitoriis sect.* 1. *quæst.* 6. *num.* 11. sed contrà *gloss. litteras c.* 8. *hoc titulo.*

Ab Archidiacono tamen, qui est Vicarius natus, quamuis habet ordinariam iurisdictionem à lege ratione officij sibi tributam, vt vult glossa *verb. referam*, *in cap. vltimo*, *de officio Archipresbyteri*, per textum *in c.* 3. *de officio iudicis ordinarij*, potest appellari ad Episcopum, text. *in cap. Romana* §. *ab Archidiaconis*, *de appellat.* Ratio, quia non habet eandem iurisdictionem, sed inferiorem, vt colligitur *ex d. c. Romana*, & Cucchus *lib.* 2. *instit. maior c.* 8. *de Vicariis*, *à num.* 23. & Narbona *de appellat. à Vicario ad Episcopum. part.* 1. *num* 3.

Iterū

20. Item ratione officij quatenus Archidiaconus nequit excommunicare, Azot *instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 14 quæst. 2. vers. atque hæc quidem.* Galganet. *de iure publico lib. 3. tit. 21. num. 6. vers. nec fine*, & probat textus *in cap. Archidiacono 5. de officio Archidiaconi*, secus ex consuetudine speciali. Suar. *de cens disp. 2. sect. 2. num. 9.*

21. Ad Archidiaconum etiam pertinet examinatio clericorum, qui volunt promoueri ad Ordines, quive præficiebantur Ecclesiis, eosque Episcopo præsentare, Azot. *d. cap. 14. quæst. 2. vers. deinde.* Quarant. *in summa Bullarij, verb. Ordo, vers. subsequenter*; Galganet *de iure publico lib. 3 tit. 21.* Augustinus Barbosa *de offic. & potest. Episcopi p. 2. allegat. 10. num. 21.* post alios. Quo ad visitationis munus, vbi Archidiaconi legitimè consueuerunt visitare Ecclesias sui Archidiaconatus, debent assumpto Notario de consensu Episcopi illas visitare, *cap. super eo, & cap. cum Apostolus, de censibus*, Concilium Tridentinum *sess. 24. de reformatione c. 3.* poterit tamen Episcopus præfigere terminum Archidiacono ad finiendam visitationem, & assignare comitatum, ne onerentur Ecclesiæ visitandæ, prout censuit Congregatio, cuius meminit praxis noua Episcop. *p. 2. c. de visitat. quorumuis exemptorum, num. 62. pag. 213.* Augustinus Barbosa *d. allegatione 73. n. 39.*

Item Archidiaconi est audire singulorum Presbyterorum causas, & iurgia, Azot *instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 14. quæst. 2. vers. deinde*, Galganet *de iure publico lib. 3. tit. 21. num. 6. vers. in gin*, ita, vt in iis, quæ sunt iurisdictionis contentiosæ, sit superior Archipresbytero, quamuis in diuinis, & in iis, quæ sunt Ordinis, Archipresbyter sit superior. Dicitur etiam Archidiaconus oculus Episcopi, quoniam loco illius Episcopatum prospicit, & quæ viderit corrigenda, corrigit, *cap. ad hæc, de officio Archidiaconi.* ibi: *Oculus Episcopi Archidiaconus appellatur*, Concil. Trident. *sess. 24. de reformatione cap. 12.* Aloys. Riccio *in collect. decis. p. 5 collect. 1618. vers. hinc est*, & Sbroz *de officio Vicarij lib. 1. quæst. 3. num. 17. & quæst. 36. num. 10.* Nec est dubium esse dignitatem, & ex consequenti posse fieri iudicem delegatum, seu Conseruatorem, Petr. Gregor. *syntag. iuris lib. 15. cap. 20. num. 5.* Anton. Cucch. *lib. de Archidiacono 10. n. 5.* Cardinalis *in Clementina final. de præbendis.* Franch. *in cap. 1 num. 6. de consuetudine*, Sebastianus Cæsar *disp. 12. §. 1. num. 3. ex cap. 1. de officio Archidiaconi*, ibi: *post Episcopum.* Ex quo ostenditur esse principalem dignitatem Archidiaconi post Episcopum, & *num. 13. vers. vnde non immeritò*, & Azot *instit. moral p. 2. lib. 3. c. 14. quæst. 5. vers. quintò quæritur*, debetque esse Doctor, aut Licentiatus saltem in iure Canonico, est Concil. Tr. *sess. 24. c. 12.*

22 Sequitur dicendum de officio Primicerij, siquidem sequitur ordine post officium Archipresbyteri. Dicitur enim Primicerius primus in qualibet arte, & Antesignanus. Vnde olim in qualibet Ecclesia Cathedrali instituebatur Cantorum schola, quibus ex officio datum erat in Choro preces horarias deuotè, & studiosè persoluere, quibus omnibus vnus præerat vt cæteros cantores dirigeret: is autem Primicerius dicebatur, volgo hodie *Chantre*, de quo *in cap. 1. de officio primicerij*, vbi his verbis: *Vt Primicerius sciat se esse sub Archidiacono, sicut & Archipresbyter; & ad eius curam specialiter pertinere, vt præsit in docendo Diaconis, vel reliquis gradibus Ecclesiasticis in ordine posit; vt ipse disciplinæ, & custodiæ insistat, sicut pro animabus eorum coram Deo rationem est redditurus. & ipse Diaconis donet lectiones, quæ ad nocturna officia clericorum pertinent, & de singulis studium habeat, vt in quacumque re capacem sensum habuerit, absque vlla vacet negligentia: aut à quo ipse inseris instruantur.* Ita ibi.

Est ergo Primicerius in Lusitania, qui alio nomine Caotor, seu Præcentor dicitur, quique toti Cantorum Choro in duas partes diuiso præest, & Antiphonas, ac Psalmos inchoat, de cuius officio, ac dignitate Puteus *p. 3. decis. 87.* Cassanæus *in Catalogo gloriæ Mundi p. 4. considerat. 42.* Azot *d. cap. 16. vers. secundò quæritur, & vers. tertiò quæritur.* Flaminius *de resignat. lib. 1. quæst. 1. num. 87. & 89. 99.* vbi volunt Primicerium singulari dignitate fungi; & in Choro consessu, comitiis Canonicorum, & suffragiis ferendis gradum, & ordinem honorificum habere.

Porrò Præpositus apud Ecclesias Hispaniæ non est in vsu, quo ad nomen, in Ecclesiis tamen Germaniæ, Poloniæ, Flandriæ, & Angliæ præest Canonicorum Collegio, & alicubi iurisdictionem, ac curam animarum habet. Azot *d. lib. 3. cap. 18.* esseque in illis partibus post Pontificalem Sedem Præpositi dignioren, censuit Rota apud Farin. *decis. 865. num. 8. & decis. 866. n. 1. in 1. collectione.* Vide Antoninum Cucchum *instit. maior. tit. 12. de Præposito*, vbi de hoc latè, censetque esse dignitatem Petrus Gregorius *syntagm. iuris libro 11. cap. 18.* Garcia *de beneficiis p. 7. cap. 2. à num. 71.* & Sebastianus Cæsar *3. p. sua Hierarchia disp. 12. § 5. num. 3.* vbi Præpositos in Cathedralibus Ecclesiis tradit curam animarum habere cum iurisdictione, & toti Canonicorum Collegio præfici, succedereque in Archidiaconorum locum, aut Decanorum, prout consuetudo prædictarum Regionum; in collegiatis verò esse dignitatem principalem, vt de Decano, & Archidiacono in terminis iuris communis prænotatur, Cassanæus *d. 4. p. consideratione 41.* 23.

Quid de Magistro scholæ? Habere dignitatem, aut saltem personatum in Ecclesiis Cathedralibus vult Azot *instit. moral p. 2. lib. 3. cap. 23. vers. secundò quæritur*, de qua dignitate agit Duarenus *de beneficiis lib. 10. cap. 15.* Petrus Gregor. *lib. 5. syntagm. iuris cap. 19.* & Sandoual *de officio Canonic. 5. p. c. 3.* diciturque Scholastria, debetque conferri Doctori, vel Magistro, aut Licentiato in Theologia, aut in iure Canonico, aliàs prouisio est nulla, ex decreto Concilij Tridentini his verbis *sess. 23. de reformatione cap. 18. De cætero*, inquit, *verò officia, vel dignitates illæ quæ Scholastriæ dicuntur, non nisi Doctoribus, vel Magistris, aut Licentiatis in sacra pagina, aut in iure Canonico, & aliis personis idoneis, & qui per se ipsos id munus explere possint, conferantur, & aliter facta prouisio nulla sit, & inualida, non obstantibus quibusuis priuilegiis, consuetudinibus, etiam immemorabilibus.* hæc ibi. Secus de Decanis, qui non debent esse Doctores nisi ex consuetudine, Barb *alleg. 60. n. 61.* 24.

Quem gradū hodie esse obtinendū ab Scholiarcha, seu Scholæ Magistro, declarauit sacra Cōgregatio in qualibet Vniuersitate approbata, vt ait Garcia de beneficiis *p. 7 c. 7. n 35.* Cæsar *dicta disp. 12. §. 4. n. 7. vers. circa necessitatem.* Huic autem incumbit Clericos omnes inferiores cantum Latino sermone, & alias artes, ac disciplinas docere, vt sciant latinè legere, scribere, loqui, & cantare, & intelligere ea, quæ de Officiis diuinis recitantur,

&

& ideo vulgò dicitur *Mestrescola*, Latinè *Magister scholæ*, seu *Scholasticus* in nonnullis Ecclesiis, in aliis *Scholarchus*, id est, Scholæ Præpositus, siue præfectus; Azor *dict. cap.* 23. estque dignitas de principalioribus in Cathedralibus, tam in sedendo, quàm in suffragiis ferendis ex statutis Ecclesiarum, & ex generali consuetudine, Fuluius Patian. *de probationibus lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 107. *& sequentibus*, Petrus Gregorius *Syntagma iuris lib.* 15. *cap.* 19. vbi ait eius dignitatem metiendam esse ex consuetudine Ecclesiarum, in quibus est institutus.

25. De officio Sacristæ, seu Thesaurarij, consule Azot. *d. lib.* 3. *cap.* 16. *quæst.* 4. vbi *quæst.* 6. addit Thesaurarium dignitatem, vel personatum habere, & in Choro, consessu, comitiis, & suffragiis ferendis vti loco honorifico, quod intellige de consuetudine secundùm speciales Ecclesiarum erectiones, non autem de iure communi. Cæsar 3. *part. disp.* 12. §. 3. *num.* 12. & F. Hieton. Roman. *de Republica Christiana lib.* 3. *cap.* 9. & Cardin. Tusch. *litt. D. conclus.* 419. *num.* 24. An autem nomine custodis, de quo est *titulus* 27. *lib.* 1. *Decretal. cap.* 1. *&* 2. veniat Sacrista, & Thesauratius? Videtur respondendum affirmatiuè, cùm horum trium pro varietate Ecclesiarum eadem sint munera, ita Azor *instit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 16. *quæst.* 8. sequitur Barbosa *in cap.* 2. *de officio custodis, num.* 5.

26. Quid de Canonicis Ecclesiarum Cathedralium? Gonzales *ad regul.* 8. *Cancell gloss.* 2. *n.* 39. respondet Canonicis his magnum inesse honorem, & præeminentiam, *cap. quamuis*, §. *quamquam, de prebendis, lib.* 6. Rota *decis.* 26. *num.* 6. *de prebendis lib.* 6. Barbosa *in cap. cum te.* 18. *de officio, & potest. iud. deleg. num.* 3. vbi vult hos Canonicos Ecclesiæ Cathedralis esse constitutos in dignitate, illisque posse delegare. Sed verius est dignitatem non habere Ecclesiasticam, vt volunt Felinus *in cap. pastoralis, de officio delegati*, Dominicus per textum *ibi in cap. statutum, de rescript. lib.* 6. Azor *suprà lib.* 3. *cap.* 11. *quæst.* 16. vbi vult Canonicatum esse tantùm Beneficium simplex absque vlla iurisdictione, & illius institutionem consistere tantùm in stallo & Choro, & vocem in Capitulo. Sunt tamen Canonici in Cathedrali cæteris clericis, & Canonicis digniores: eo quia Ecclesia Cathedralis præfertur collegiatæ honore, & dignitate, Boër. *in tract. de ordin. grad. vtri. for. in penult. num.* 24. *& sequent.* & propter hanc Papa causas illis solet delegare, sicut in aliis in dignitate constititis, *cap. statutum, de rescriptis in* 6. sic Abbas *in cap. causam quæ, de iudiciis*; etiamsi Archid. Anchat. & Domin. contrarium censeant *in cap. statutum, de rescriptis in* 6. Atque ita Canonici Ecclesiæ Cathedralis possunt esse delegati Papæ, *in cap. statutum, de rescriptis, num.* 14. *in* 6. secundùm Barbosam *ibi pag.* 27. propter maximam præeminentiam, vt ipse ait *in Clementina* 2. *de rescriptis num.* 11. *pag.* 5. non tamen possunt esse Conseruatores, teste *eodem c. hac constitutione, de officio delegati, in* 6. *n.* 25. *pag.* 146. *& allegatione* 106. *num.* 8. *&* 9. quia Conseruatores de iure communi esse non possunt, nisi Dignitates, vel Personatus in Cathedralibus, vel in Collegiatis habentes, per text. *in cap. vltimo, de officio delegati lib.* 6 Delegati autem esse possunt Ecclesiarum Cathedralium Canonici, per dictum caput *statutum, de rescriptis in* 6. vt *ibi* tenet Gomez *a num.* 24. & alij, de quibus Gonzales *gloss.* 2. *num.* 39. dummodo non sint Monachi, Duennas *regul.* 78. Stephanus Gratianus *discept. forens. cap.* 270. *num.* 6. *cum sequentibus.*

An verò Canonici, qui non habent præbendam, possint esse delegati Sedis Apostolicæ? Affirmant Scribentes *in cap. statutum, in principio, de rescriptis in* 6. quia sine præbenda verè Canonici sunt, & habent honorem, & præeminentiam, Gomez *de expectatiuis num.* 33. Quinimò vox in Capitulo ad solos Canonicos, non verò ad Dignitates, si Canonicalem præbendam non habeant, pertinet, Abbas *in cap.* 1. *num.* 13. *de electione, & in cap. scriptum, num.* 4. *eodem titulo*, Azor *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 11. *quæst.* 19. sicut *quæst.* 10. non habet ius ferendi suffragium in Collegio Canonicorum, qui non est saltem Subdiaconus, ex Clementina *Vt ij, qui, de ætate, & qualitate ordinand.* his verbis, *Vt ij, qui diuinis in Cathedralibus, vel Collegiatis, sæcularibus, vel Regularibus sunt mancipati officiis, vel mancipabuntur in posterum, &c. statuimus, vt nullus de cætero in huiusmodi Ecclesiis vocem in Capitulo habeat, etiamsi hoc sibi ab aliis liberè concedatur, nisi saltem in subdiaconatus ordine fuerit constitutus*; concordat Concil. Trident. *sess.* 22. *cap.* 4. Non erit tamen irritum statutum, seu decretum reliquorum Canonicorum ex suffragio illius Canonici, qui non est in sacris, sed suffragium illius non numeratur cum aliis, Ioan. Andr. *in cap. quod gratiosè, de regul. iur. in* 6. & Abbas *in cap.* 1. *de procuratoribus*, Firmian. *de Episcopo part.* 3. *à numer.* 17. Nicolaus Garcia *part.* 3. *cap.* 4. *num.* 24. & alij, quos refereos sequitur Barbosa *in cap. Ecclesia vestra* 48. *& cap. Cumana* 50. *de electione num.* 5. *& cap. ex ratione, de ætate, & qualitate num.* 8. & alij plures, quos referens sequitur idem Barbosa *de officio, & potest. Episcopi part.* 1. *tit.* 4. *cap.* 3. *num.* 22.

Item Canonici in Cathedrali maiori debent esse præditi scientia, quam obtinentes beneficium simplex, & residentia carens, cùm teneantur ad industriam, & consilium in Capitulo: proinde debent habere mediocrem scientiam, & eam saltem, quæ requiritur ad eorum munus bene peragendum. Menochius *de arbitrar. casu* 425. *num.* 25. Concil. Trident. *sess.* 24. *de reformatione, c.* 12. vbi adhortatur Dignitates omnes, & saltem dimidiam partem Canonicatuum in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis insignibus, non nisi Doctoribus, & Licentiatis in Theologia, vel iure Canonico, esse conferendas; non tamen id præcipit, nisi in Archidiaconatu, *d. cap.* 12. *vers. Archidiaconi etiam*, Garcia *dict. cap.* 7. *numer.* 36. Gonzales *gloss.* 4. *num.* 68. quod procedit in iis tantùm Archidiaconis, qui vel curam habent animarum, vel iurisdictionem, prout habetur in titulo *de officio Archidiaconi*; non autem de aliis, qui nomine tantùm sunt Archidiaconi. ita Sacra Congregatio, cuius meminit Garcia *part.* 7. *cap.* 7. *numer.* 41. Aloys. Ricc. *in praxi decis.* 473. *in* 1. *edit. & resolut.* 497. *num.* 3. *in* 2. *edit.* Anast Germon *in tract. de indultis*. *Cardin.* §. *quibusuis, num.* 4. & Campanil. *in diuers. iuris. Canon. rub.* 7. *cap.* 6. *num.* 41. dicentes factam Congregationem id censuisse, non de Archidiaconis minoribus, sed de maioribus contentiosam iurisdictionem habentibus, debere esse Doctores in publico Gymnasio, aliàs gradus illis non profuisse, ex Bulla 63. Pij Quinti 27.

Gradus autem Doctoratus, seu Licentiati in Theologia non requiritur ex Decano, seu Archipresbytero, ex Concilio Tridentino; prout voluit Sacra Congregatio, referente Aloysio Ric-

cio *resolut.* 238. *in fine*, & Garcia *de beneficiis, part.* 7. *cap.* 7. *numer.* 43. Quare in hoc standum est consudetudini, per hæc verba: *Sacra Congregatio Archiepiscopo Hispalensi, Nullo Concilij Trident. decreto statutum est, vt qui Decanatum consequi velit, is necessariò sit Magister, siue Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iure canonico*; sed de hoc suprà *vers. Quid de Magistro scholæ, in fine*.

Canonicus autem Pœnitentiarius Ecclesiæ Cathedralis necesse est, vt sit Magister, vel Doctor, vel Licentiatus in Theologia, vel iure Canonico, seu aliàs pro qualitate loci, qui aptior reperiatur, Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 8. *de reformatione*, & quòd sit quadraginta annorum, Hoieda *de beneficiis incompatib. cap.* 24. *num.* 18. Gutierrez *Canon. quæst. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 40. Declarauit tamen Sacra Congregatio defectum ætatis non obesse, quando in ciuitate, aut Diœcesi aptior non reperitur. Nihilominus extra Diœcesim, quando intra illam non reperitur cum prædictis qualitatibus, non debet eligi nisi qui habet dictas qualitates: non est tamen quærendus extra Diœcesim, nec potest eligi, qui non habeat qualitates necessarias, si talis ibi facilè reperiri possit. Ætas autem quadraginta annorum debet esse completa, ex glossa *in Clementina Generalem, de ætate, & qualitate*, quamuis Azor *instit. moral. lib.* 6. *cap.* 5. *quæst.* 6. *in fine*, dicat sufficere annum quadregesimum inchoatum; quod ex æquitate quadam potest admitti

28. Porrò officium canonicale in duobus maximè consistit, nimirum, in stallo in choro cum participatione diuinorum, & in loco in Capitulo, vt probatur *in cap. relatum, cap. pro illorum, cap. dilecto, de præbendis*. Petr. Gregor. *synt. lib.* 15. *cap.* 23. *num.* 12. Zerola *in praxi verb. canonici*. §. 1. *num.* 4. Officium verò Chori, & participationis diuinorum paucis apud Concilium Tridentinum *sess.* 24. *de reformatione cap.* 12. *vers. præterea obtinentibus, & infrà vers. omnes verò diuina per se, & non per substitutos compellantur obire officia, & Episcopo celebranti, aut alia Pontificalia exercenti, assistere, & inseruire, atque in Choro ad psallendum instituto, hymnis, & canticis Dei nomen reuerenter, distinctè, deuotéque laudare*; sic ibi. Locus autem, quem Canonici habent in Capitulo, consistit in voce habenda in electionibus, & collationibus præbendarum; nec non in alienationibus, & in arduis Ecclesiæ negotiis consilium, aut consensum præstare, iuxta notata *in cap. nouit, de his, quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capituli*, & per totum *de iis, quæ fiunt à maiore parte Capituli*. Dicitur autem maior pars illa, quæ maiori ratione, & pietate nititur, vt per Vincent. de Franchis *decis.* 2. *à num.* 25. per textum *in cap. cùm in cunctis, de his quæ fiunt*, & gloss. *Rationabiliter*, ibi: *non statur semper maiori parte*, quia maior pars est, quæ maiori ratione nititur, ita vt non possit appellari ab eo, quòd maior pars Capituli fecit, Rebuff. *tom.* 3. *ad leges Gall'æ tract. de appellat. art.* 7. *gloss.* 2. *num.* 33. *vers.* 18. Sigisinund. Scac. *de appell. quæst.* 17. *limit.* 25. vbi *num.* 2. limitat, nisi ex rationabili causa, & *num.* 3. subdit hoc non procedere in Francia.

29. Ex dictis sequitur Canonicos teneri in Choro psallere, seu canere reuerenter, & deuotè, nec satisfacere, si choro intersint, & domi, vel ibi horas recitent submissa voce; aliter enim distributiones suas non faceret, ita Nauarr. *in tract. de oratione, cap.* 10. *num.* 47. *& cap.* 11. *num.* 41. Azor *instit. moral. part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 11. *quæst.* 11. Lessius *de iustitia lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 184. Suarez *de Religione tom.* 2. *tit. de horis canonicis lib.* 4. *cap.* 12. *à num.* 10. Comitol. *Responsorum moralium lib.* 1. *quæst.* 62. *à num.* 2. vbi testatur sic censuisse Illustrissimos Cardinales, Lælius Zechius *de Republica Ecclesiastica, tit. de Canonicis num.* 6. & Ludouic. Beja *de casibus conscientiæ.* 1. *part. cap.* 55. & Ludouicus Lopez *in instruct.* 2. *part. cap.* 90. Ratio, quia Canonici ex iure communi tenentur canere in Choro; neque excusantur à mortali, si in hoc fuerint notabiliter negligentes, prout volunt Nauarrus *de oratione cap.* 10. *num.* 47. Sotus *de iustitia lib.* 10. *quæst.* 5. *art.* 4. *ad medium.* Beja *suprà*, Azor. *dict. lib.* 10. *cap.* 11. *quæst.* 5. *&* 7.

Contraria tamen sententia, quæ tradit ad lucrandos fructus, & distributiones sufficere solam assistentiam in Choro, etiam si Canonici non psallant, nec sint attenti, si priuatim recitent, placet Caietano *in summa verb. horæ*, & Medinæ *in instructio. confess.* 1. *part. cap.* 14. §. 11. *ad finem*, ex vsu, & consuetudine, quibus accedunt Petrus Nauarra *de restit lib.* 2. *cap.* 2. *ex num.* 217. & Moneta *de distributionibus quotidianis part.* 2. ex eo, quia quamuis malè faciant, non canendo, nec psallendo in Choro cum aliis, distributiones tamen cùm intersint, non amittunt, cùm non dentur ratione cantus, aut alterius obsequij., vt volunt Barth. Medina *in summa lib.* 1. *cap.* 14. & Lælius Zech. *de Repub. Ecclesiastica, titul. de Canonicis cap.* 24. *sub numer.* 6. sed respectu interessentiæ, dummodo non scribant, aut confabulentur frequenter, quia tunc, qui de ordinario, & frequenter confabulantur in choro, ad totas, vel quasi totas distributiones restituendas tenentur, Vega *in summa* 1. *part. cap.* 128. *casu* 10. sequitur Manuel Rodriguez *in summa* 1. *tom. cap.* 145. *num.* 5. dum ait domi recitantes, & assistentes in Choro, non recitando ibi, nec cantando, teneri ad restituendum distributiones quasi totas, ex quibus patet non esse omnino reiiciendam partem, quæ concedit distributiones interessentibus in Choro, non tamen psallentibus, nec canentibus.

Nihilominus prior sententia attento rigore iuris est verior, & securior, quæ imponit onus restituendi illis, qui intersunt Choro, & ibi nec psallunt cum aliis, nec recitant more solito, & alia Ecclesiastica munera non obeunt: ac proinde, qui priuatim recitant, quamuis satisfaciant obligationi dicendi Officium diuinum, ita vt non teneantur iterum recitare, non tamen adimplent officium debitum in Choro, & ex consequenti non faciunt fructus suos, nec distributiones consequuntur, cùm non dentur nisi interessentibus, & simul cum aliis recitantibus, & psallentibus, Rodriguez *d. cap.* 145. & alij, quos referens sequitur nouissimè Bonacin. *de horis Canonicis disp.* 2. *quæst.* 4. *punct.* 1. *fol.* 804. *num.* 13. *vers. Ego verò arbitror*, & Augustinus Barbosa *allegat.* 53. *num.* 131. *& duobus sequentibus*, Sebastianus Cæsar 3. *part. Hierarchia disput.* 12. §. 6. *num.* 9. cum aliis. Ratio est, quia distributiones non conferuntur propter solam corporalem, & materialem præsentiam, & assistentiam in Choro, sed propter formalem, & humanam præsentiam, & interessentiam: qui autem est in Choro, & ibi confabulatur, vel obdormit, dicitur solùm materialiter interesse. Bonacina suprà post Suarez addens *n.* 14. Canonicum qui interest diuinis, frui

destribu

distributionibus, etiamsi non sit in Choro in suo proprio stallo, neque sit indutus vestibus, quibus cæteri Canonici vtũtur, quia distributiones conferũtur interessentibus formaliter, quales sunt, qui intersunt, & recitant, vel psallunt simul cum aliis; eo quòd non sufficit nuda præsentia, Bonacina *disputat. 1. suprà quæst. 3. punct. 2. §. 1. sub finem.* Non tenentur tamen Canonici canere cantu figurato, sed satis est assistere, & tacere, dum officium per cantores deputatos eo cantu psallitur. Idem dicendum de cantu firmo, dum in aliqua Ecclesia more receptum est, vt aliqua pars officij cantu firmo canatur per mansionarios, vel per alios clericos ad huc deputatos, Comitol. *in respons. moral. quæst. 61. num. 2.* & Moneta *2 p. de distribut. quæst 2. num. 5. & 8.* & Petrus Nauar. *lib. 2. de rest cap. 2. dub. 3. num. 205.*

Non percipient Canonici etiam Ecclesiarum Cathedralium, quamuis habeant præbendas Doctorales, distributiones quotidianas, dum sunt in seruitio Episcopi, Gonzales *ad regulam 8. gloss. 6. num. 257.* Garcia *de beneficiis part. 3. cap 2. num. 365.* Monet. *distribut. part. 2. quæst. 8. num. 5.* Quaranta *in summa Bullarij verb. Residentia*, Azor *instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 4. quæst. 3 vers 6 causa*, qui habentur pro præsentibus quoad fructus præbendarum suarum, non autem quoad distributiones, nisi canonicatus consistant in solis distributionibus quotidianis in quo euentu Canonici propter seruitium Episcopi absentes distributiones consequentur excepta tertia parte quæ seruientibus, & interessentibus dabitur, ne priuilegium iuris esset inutile. Ita decisum refert Galet. *in Margarita casuum conscientiæ, verb Canonicus, pag. 29. in fine*, & Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 2. tit. 23. de residentia, rubrica, An Canonici, vel alij habentes dignitatem teneantur residere in suis Ecclesiis, num. 97. & lib. 1. tit. 6. l 5. §. 2. num. 10.* Moneta *dict. quæstion. 8. numero 15* Garcia *dict. cap. 2. numer. 113. & numer. 115. & 352. & sequentibus*, quos referens sequitur Augustinus Barbosa *in cap. de cætero, de cleri. non resid. 7. numer. 8 & de offic. & potest. Episcopi allegat. 53. num. 141. & 142.*

30. Non item integrum est Canonicis toties quoties voluerint regulariter abesse à capitulis, seu congregationibus capitularibus. Nam quamuis officium particulare illorum sit, residere, seruire Choro, & Altari: nihilominus non licet ordinarie abesse à Congregationibus capitularibus, quia etiam ad illos pertinet administratio, & gubernatio rerum Ecclesiæ; ita censuit Congregatio Concilij anno de 1602. teste Garcia *3. p. cap. 2. num. 424. & 532. & sequent.* Atque ita regulariter non licet abesse, nisi stante legitimo impedimento, aut alia iusta causa ad non assistendum capitularibus congregationibus: puta, si in capitulis tanta sit peruersio, vt procedatur ex abrupto, sine nullo ordine, & modo cum violentia, & insolentia potentiorum, & cum periculo cadendi in magnam notam singularitatis, ac proteruiæ, aut ignorantiæ: tunc enim frequenter abesse, & nolle assistere ordinariè excusabitur à culpa, cùm non teneatur ad assistendum capitulis cum tanto periculo opponendo se Capitularibus indoctis, qui non ratione, sed voluntate irrationabili ducuntur, præsertim si absint à Capitulis in diebus dotis ob recreationem, tunc enim fas erit sumere suos dies absentiæ in diebus capituli, ita Garcia *d. 3. part. cap. 2. num. 537. & num. 541.* vbi sic fuisse declaratum à sacra Congregatione refert; cùm oppositum non sit, neque statuto, aut consuetudine prohibitum, ne in diebus capituli suos dies absentiæ Canonici sumant.

Quantum verò tempus absentiæ concedatur Canonicis, disponit Concilium Tridentinum *sess. 24. c. 12. de reformatione, vers. præterea obtinentibus*; vbi statuitur omnes teneri ad residentiam, ita vt non liceat vigore alicuius statuti, aut consuetudinis abesse vltra tres menses etiam continuua quolibet anno ab eisdem Ecclesiis, vt sacra Congregatio declarauit, quod extenditur ad dignitates principales, & capita Ecclesiarum collegiatarum. Garcia *d cap. 2. ex num. 180.* quamuis habeant iurisdictionem in Canonicos, possunt cogi ad residentiam ab Episcopo, sub cuius Diœcesi sunt Vnde Priores Collegiatarum etiam insignium cùm habeant curam animarum in foro interiori, vel exteriori, tenentur residere, nec possunt abesse vltra tres menses. Ad absentiam autem horum trium mensium non opus est causam assignare, nec licentiam petere à Prælato, dummodo non absint omnes Canonici eodem tempore; & debent continere tres menses nonaginta dies, siue sint continui, siue interpolati, Garcia *dict. cap. 2. num. 306.* Gonzalez *ad regulam octauam Cancell. gloss. 11. num. 8.* & Menoch. *de arbitrariis casu 50. à n. 12* Nequeunt tamen Canonici pro illis tribus mensibus distributiones consequi, cùm sint distinctæ à præbendis Gonzales *suprà §. 7. proœmial. numer. 181.* Francisc. Leo *in thesauro fori Eccles. part. 3. cap. 2. num. 22.* Flamin. *de resignat. lib. 1. quæst. 10. num. 65.* Aloys Ricc. *in praxi fori resolut. 385. num. 10.* quod non procedit, quando distributiones quotidianæ dantur loco præbendæ: tunc enim absentes ob causam legitimam consequuntur distributiones, quæ habentur tamquam fructus, Ricc. *decis. 499. in prima editione, & resolut. 390. n. 2. in 2. edit.* 31

Episcopus ex legitima causa potest concedere Canonicis suis licentiam, vt possint abesse per quatuor menses, ita decisum tradit Comitolus *respons. moral. lib 1 quæst. 59. num. 2.* Armendarius *vbi supra lib. 2. tit. 23. de residentia, num. 124.* Archidiaconus cui incumbit cura visitandi, potest abesse vltra tres menses ratione visitationis, cui obligatur ratione suæ dignitatis, lucrabiturque fructus, si concedantur aliis ex legitima causa: distributiones autem merè quotidianas non consequetur. Garcia *d. cap. 2. num. 332.* ex declaratione facta Congregationis, nisi extet Ecclesiæ consuetudo, vt Archidiaconus visitans nihil fructuum percipiat, quam consuetudinem Congregatio censuit saluam manere.

Quòd si daretur consuetudo, quòd Archidiaconus pro tempore suæ visitationis lucraretur distributiones quotidianas, non videretur illa reprobari per *cap. primum, de clericis non residentibus in 6.* sed esset valida ex eo, quia, qui visitat, censetur seruire Ecclesiæ, Monachus *dict. cap. 1. numer. 1.* quem *ibi* sequuntur Ioann Andr. *num. 2.* & Probus *num. 13.* Nihilominus dicendum est adhuc non posse consequi ex tali consuetudine distributiones quotidianas, quia non censetur seruire Ecclesiæ, sed suæ dignitati, etsi visitans ratione dignitatis lucrabitur fructus canonicatus annexi tamquam fructus ipsius dignitatis, secus si visitans, aut exercens iurisdictionem suæ dignitati imminentem præsens sit in ciuitate, aut in loco, vbi est Ecclesia: fortè si 32.

ibi visitet, aut exerceat iurisdictionem imminentem suæ dignitati: tunc lucraretur distributiones, si hæc fieri oporteret tempore horarum, nec ante, vel pôst id fieri commodè potuerit, Garcia *d. c.* 2. *n.* 336. *& n.* 357. vbi ex consuetudine legitima id admittit, ex Rebusso *in praxi tit. de Vicario Episcoporum n.* 5. & ex Hoieda, & aliis ab eo ibi relatis, sed absque consuetudine vlla, tradit Moneta *p.* 2. *de distributionibus q.* 11. *n.* 63. visitantes Ecclesias, iura, vel reditus suarum præbendarum, lucrari distributiones quotidianas, cùm visitando prædicta iura, & loca seruiant Ecclesiæ in re vtili, Augustinus Barbosa *allegat.* 53. *n.* 163. vbi incumbentes curæ animarum imminenti suæ dignitati credit etiam habere pro præsentibus ex Concilio Tridentino *sess.* 22. *de reformatione cap.* 23. *vers. quod si alicui*, dum tamen sunt in actuali administratione Sacramentorum, vel in exercitio eorum, quæ spectant ad ipsam curam in illis Ecclesiis, vbi sunt Canonici, lucrantur distributiones quotidianas tamquam præsentes. Fran. Leo *in thesauro fori Eccles. p.* 3. *c.* 2. *num.* 24. Ricc. *de resol.* 389. *num.* 4. & Garcia *p.* 3. *c.* 2. *num.* 335.

33. Similiter Inquisitores contra hæreticam prauitatem habentes in Cathedralibus, seu Collegiatis dignitates, seu præbendas habentur pro præsentibus, & residentibus, lucranturque fructus & distributiones quotidianas ex indulto in fauorem fidei illis concesso à Paulo III. & Pio Quinto, ita Armendariz *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib.* 2. *tit.* 23. *l.* 2. §. 2. *de residentia, vel absentia canon. num.* 71. Spino *in specul. testamenti gloss.* 3. *principal. num.* 78. vbi hoc extendit ad Inquisitores habentes beneficia curata: sed fallitur, quia officium Inquisitoris non excusat à residentia beneficij Curati, prout referunt decisum Gonzales *gloss.* 6. *num.* 265. *& gloss.* 43. *n.* 164. & Aloys. Ricc. *d. resolutione* 393. *num.* 4. sed solùm habet locum in beneficiis non Curatis, in quibus habentur pro præsentibus, recipiunrque fructus integros ex speciali fauore fidei, simul cum distributionibus quotidianis. Rojas *de priuilegiis Inquisitorum num.* 420. *& in tractatu de hæreticis sing.* 96. Ceuallos *contra commun. quæst.* 585. *num.* 12. Quod etiam intellige de portionibus funeralibus, quæ vocantur Anniuersaria, & diuiduntur in singulos beneficiarios, qui intersunt officiis pro mortuis fieri solitis, & debentur illis, qui intersunt, & veniunt nomine distributionum, Azor 2. *part. lib.* 7. *cap.* 7. *versicul. quartò quæritur.* Bonacin. *de horis canonicis disp.* 2 *quæst.* 2. *punct.* 2. *num.* 3. vbi concludit Anniuersaria non esse propriè distributiones, sed priuilegio illarum gaudere; ideo qui ex priuilegio lucrantur distributiones dum absunt, lucrabuntur etiam prædictas portiones funerales. Pro reliquis dignitatibus non Cathedralibus, ac beneficiis, ac eorum diuisione, vide D. Sebast. Cæs. *disp.* 13. *&* 14. vbi de his latè.

DISPVTATIO IX.

De obligationibus Romani Pontificis circa beneficia.

Vtrùm Papa habeat vti Dominus plenariam potestatem in beneficiis Ecclesiasticis?

§. I.

EPITOME.

1. *Papa an habeat plenum dominium in rebus, & beneficiis Ecclesiasticis?*
2. 3. *Prælati inferiores an habeant plenum dominium in bonis Ecclesiasticis?*
4. 5. *Papa plenam habet potestatem in beneficiis, non tamen est Dominus illorum?*
6. *Papa si alicui adimat beneficium sine causa, tenetur compensare.*
7. 8. *Papa de iure potest ex causa expressè derogare iuri patronatus laicorum etiam Principum.*
9. 10. *Nec conceduntur derogationes nisi ex causis vrgentissimis.*
11. 12. *Derogatur iuri patronatus laici, si vacat beneficium in Curia, sed oppositum est verius.*
13. *Beneficia iuris patronatus laici, quando validè conferantur à Summo Pontifice?*
14. 15. 16. *Expectatiuæ an sint in vsu hodie, & à quo possint concedi?*
17. 18. 19. 20. *Papa potest conferre beneficia vacantia in mensibus Ordinariorum.*
21. *Papa potest obligari ex promissione, & ex cōtractu. Ideo non potest priuare Ordinarios iure conferendi, ibid.*
22. *Papa nequit ad libitum prouidere de beneficio electiuo in præiudicium eligentium.*
23. 24. *Papa si in eadem die cum Episcopo prouideat, quæ collatio præferatur?*
25. 26. 27. *Papa solus potest dispensare super pluralitate dignitatum, personatuum & curatorum, & quid de Episcopo?*
28. 29. *Consuetudine introduci potest vt quis habeat dignitatem cum canonicatu in eadem Ecclesia sine dispensatione; secus seclusa consuetudine.*
30. 31. 32. *Episcopus non dispensat, vt quis habeat duo beneficia vniformia in eadem Ecclesia, nec simplicia, si alterum sufficiat.*
33. 34. 35. 36. *Episcopus beneficia difformia sub eodem tecto non potest conferre eidem clerico, præsertim si requirant residentiam, & quid de stylo Curiæ?*

QVÆSTIONIS est, an Summus Pontifex habeat plenum dominium in rebus Ecclesiasticis, ita vt possit, prout voluerit, disponere de illis? 1.
Respondent aliqui non habere verum dominium Papam in bonis temporalibus Ecclesiæ, neque esse dominium illorum, sed dispēsatorem, gubernatorem, & administratorem, ac proinde non posse pro arbitrio, & sine causa ad libitum disponere de illis, quòd si illa donet absque rationabili causa, tenetur tam ipse, quàm donatarius restituere bona data Ecclesiæ illi, cuius erant bona. Nam quamuis bona Ecclesiæ dicantur bona egentium, siue clericorum, siue etiam laicorū, hoc intellige quoad vsum, & sustentationem. gloss. *in cap. hoc consultissimo de rebus Eccles. non alien.* Redoanus *eodem tit. quæst.* 51. *cap.* 10. *num.* 4. *&* 5. at verò quoad dominium sunt Ecclesiæ, ad quam pertinēt; per dict. gloss. *vbi proximè, de reb. Eccles. non alien. in* 6. quæ habet possessionem, & proprietatem, nec non gubernationem, & canonicam dispensationem, Caiet. 2. 2. *quæst.* 43. *art.* 8. & est communis, vide infrà *num.* 116. 2.

Nec refert si dicas Prælatos habere liberam administrationem, & dispositionem in fructibus, &

& rebus Ecclesiæ, ideo dicendum illos posse donare, vel pro libito disponere, quia Abbas *in cap. cùm esses column.13. sub num.29. vers. 5. principaliter*
2. *quæro, extrà de testamentis*, respondet Prælatos habentes administrationem debere dispensare ad eum vsum, secundùm quem res fuerunt institutæ. Idem dic de Summo Pontifice: nam licèt in rebus Ecclesiarum liberam habeat potestatem, *cap. cuncta per mundum 9. quæst. 3. prima Clem. pastoral. in fine, de re iudic.* Romanus *consil.298. num.2.* Paulo de Castro *consil. 414. post principium, & 436. n.14. & 15. lib. 1.* Socin. sen. *consil. 164. num. 14. lib. 2.* Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum, num.6. de constitutionibus.* Non potest tamen pro libito de illis aliquid facere, Turrecremat. *2. lib. summæ cap. 113. propositione 6.* Molin. *de Iustitia tract. 2. disput.29. vers. secunda conclusio pag.* 216. Ratio, quia quamuis sit caput Ecclesiæ vniuersalis, & dispensator bonorum omnium, non solùm Ecclesiæ Romanæ, sed etiam quatenus est caput omnium; non est tamen eorum bonorum dominus, Molin. *suprà*, Less. *lib. 2. cap.4. dub.7.* vbi in specie censent non esse Pontificem dominum bonorum Ecclesiasticorum, sed administratorem: proinde leges fidelis dispensatoris debere seruare, & ex consequenti sine causa non posse ad alios vsus, & ad alias diœceses transferre, nec donare: quòd si contrarium faciat, talis dispensatio reuocatur, *cap. si quis de seruis 12. quæst. 2. & ibidem cap. monemus, & cap. Diaconi.* Atque ita quamuis permittatur quòd Prælatus bona hæc dispenset, vt conceditur *in cap. quatuor, & in cap. de reditibus cum similibus 12. quæst. 2.* Non tamen permittitur aliqua donatio: quoniam donari dicitur illud, quod conceditur nullo iure cogente, *l. filius familias, in principio, ff. de donation.* text. *in leg. contra iuris, § final. ff. de pact.* Item quia donare est perdere, Decius *in cons. 174. vol.1.* incip. *& pro tenui.*

3. Vnde sequitur neminem habere dominium bonorum immobilium, vel mobilium, præsertim ad vsus sacros pertinentium Ecclesiæ quam gubernat, & regit, sed dominium illorum bonorum esse penes cœtum, & conuentum Ecclesiasticorum, siue Monachorum; Summum autem Pontificem veluti caput omnium Ecclesiarum habere supremam omnium administrationem, Nauarr. *in cap. non liceat, de spoliis clericorum §.3.* Less. *d. dubitatione 7 n.51.* Molin. supra scriptus. Ideo non placent qui tradunt Prælatos non habere dominium, & possessionem rerum Ecclesiæ, sed Christum Dominum: ac proinde quæcunque homines offerunt Ecclesiis, dicuntur offerre Deo, *cap. nulli liceat, 12. quæst. 2. & c. qui abstulerit, & cap. res, & cap. videntes 12. quæst. 1.* sed multo probabilius est dominium esse penes congregationes Ecclesiasticas, quarum sunt ea bona, licèt Innoc. *in cap. cùm super, de causa, & poss.* dicat esse apud Christum.

4. Porrò Pontifex Max. in beneficiis Ecclesiasticis habet plenariam, & absolutam potestatem; adeò, vt ad libitum possit de illis disponere, vt ait Crauet. *de Antiquitate temporis 1. part. §. non omitto, ex num.34.* Selua *de beneficiis 1. part. quæst.4. num.20. & in tertia part. quæst.60. à princip.* Gig. *de pensionibus quæst.10. n.4. & quæst. 37.* vbi vult dominium rerum Ecclesiasticarum, propriè loquendo, non esse apud aliquam Ecclesiam, sed apud Christum Dominum: sed hæc ratio non placet, sicut etiam diximus; sed ratio esse potest, quòd Papa possit absque aliqua causa aliquem priuare suo beneficio Ecclesiastico, vt credunt Nauarr. *in cap. si quando, de rescriptis, exceptione tertia, ad finem, pag.4.* Quin etiam absque aliqua satisfactione posse Papam remouere beneficiarium, & absque causa à suo beneficio, docent Iason *in l. quoties, num. 13 C. de rei vendicatione, & in l. Barbarius, num. 43. ff. de officio prætoris, & in l final. ex num 17. ff. de pactis.* Andreas Gambat. *de officio, & potest. legat. lib.10.* ex *num.377.* Ioann. Lupus *in tract. de benef. vacant. in Curia Romana §. 1. col. 3.* vbi testatur de communi, Ceuall. *communis contra communem q. 528.* quorum sententia multis aliis non displicet, quam Gambat. *vbi proximè* extendit ad priuationem Episcopatus sine causa, vbi suprà *d. lib. 10. num. 379.* pro qua etiam plures refert Pinel. *1. p. rubr. Cod. de rescindenda venditione, cap.2. num.29.* quibus libenter accedo. text. *in cap.2. de præb. lib.6. & in cap final. vt lite pendente*, & est *ibi* text. singularis secundùm Ant. de Burgos *in rub. de empt. & vend. col. penult.*

Nihilominus alia sententia tenet non posse Pontificem ita ad libitum disponere, vt absolutus Dominus de re sua pro libito solet disponere, 5.
pro qua dicendum est in beneficiis plenissimam habere potestatem, non tamen esse absolutum dominum beneficiorum, sed dispensatorem, & ex consequenti sine causa non posse priuare aliquem beneficio; quòd si priuauerit, teneri ad recompensandum non ex iustitia, sed ex æquitate, & benignitate, ita Barbat. *in cap. quod translationem, numero 121. de offic. legat. & in cons. 13. column. 5. lib. 3.* Ioan. de Selua *in tract. de beneficiis part. 3. quæst. 60.* Rebuffus *in tract. nominationum quæst. 21. num. 55.* Ripa *lib.1. Responsionem cap.14. column. penult.* Brunus *consil. 8. num. 48.* Menoch. *de præsumptionibus lib. 2. præsumptione 10. num. 20.* Soto *lib. 3. de iustitia quæstion.6. art. 2.* Pinel. *vbi proximè 1. part. cap. 2. numero 30.* & Nauar. *de reditibus Ecclesiasticis, quæstion. 1. numero 21.* quibus accedunt Corrasius *de sacerdot. 2. part. cap. 1. numero 2.* & Salzed. *in additionibus ad Bernardum Dias regul. 209. column. 5.* Ceuall *dict. quæstion. 528. versic. sed contrariam partem*, Ceruantes *ad legem quintam Tauri numero 53.* & alij quibus subscribit Sarment. *lib. 1. select. cap. 8. numero 25.* vbi ait Pium Quintum dicere solitum Pontifices non esse Dominos beneficiorum, sed dispensatores; proinde beneficia non esse manualia, neque ad nutum amouibilia sine causa, cuius dictum si verum est viget, sed magis placet esse dominum.

Suffragatur si dicas cum Hostiensi, & aliis 6.
Papam liberè posse de beneficiis statuere suo nutu, posseque beneficium, quo quis obtinet, adimere, & alteri conferre. Quia quamuis negari non possit Papam liberam habere beneficiorum administrationem Canonibus, & legibus scriptis minimè ligatam; sicut eam habent reliqui omnes Ecclesiarum Prælati: attamen non est negandum habere administrationem iuris naturalis, vel diuini legibus constrictam, quibus Pontifex est alligatus: atque ita ius naturale, vel diuinum tradit neminem sine iusta causa esse priuandum iure suo iam quæsito; quod intelligitur ab eo, qui non est dominus; quare si Pontifex ea, quæ sunt iuris naturalis vel diuini, sine iusta causa remittat, talis remissio apud Deum non subsistit, sicut si votum vel iusiurandum sine causa relaxet, cùm iuris diuini, vel naturalis legibus teneatur, sed in his est diuersa ratio. Azor *inst. moral. 1. p. lib.6. c.12. quæst. 7.* Catol. Tapia *in l final ff. de const. Princ. in 2. p cap 9. n 86.* ex doctrina Innocentij *in cap. nisi. de renunciatione*, & alij apud Cened. *q 22. n.2. vers. & idem*

7. Quid de iure patronatus Regum, Ducum, & cæterorum Dominorum? Responde Pontificem Max. de iure ex causa posse huic iuri patronatus derogare, dummodo constet de voluntate Pontificis, vt inquit gloss. *in Clement. 2. in verb. Apostolicis, de præbendis*, & Arch. *in cap. piæ memis*, 16. *quæst.* 7. Innocent. *in cap. cùm dilectus, de iure patr.* Franc. *in cap. 2. de præb. lib.* 6. Anchart. *in cap. quoniam, de iure patronatus*, Lambert. *in tract. de iure patr. in lib. 1. in 2. part. quæst. 9. art.* 20. & Roch. de Curt. *in eodem tractatu in verb. honorificum quæst.* 3. Couarr. *in pract. cap. 36. num.* 1. vbi testatur de communi, dummodo expressè appareat in litteris de hac derogatione iuris patron. laicorum. Ratio, quia reseruatio circa beneficia iuris patronatus laicorum debet esse expressa; ergo derogatio non sufficit quæcunque, sed requiritur expressa mentio voluntatis Pontificiæ, nec dicitur apparere, si in litteris fiat mentio iuris patronatus laicorum; nisi addatur expressis verbis, quòd ius illud pertineat ad Regem, vel Comitem, vel Ducem, vel Marchionem, vt docent Selua *de beneficiis 3. part. quæst. 11. num.* 19. Felin. *in tractat. Quando literæ Apostolicæ noceant patrono, ampliat.* 8. Lambert. *in 3. part. 2. lib. in 11. art. quæst. 9. fol.* 205. & Couarr. *in d. cap. 36. num. 1 vers. imò si ius patronatus*, quare quamuis Papa possit derogare nunquam solet, imò semper fauet.

8. Nec sufficiet ad derogandum, si dicatur in litteris ad cuiuscumque præsentationem, seu collationem beneficium pertineat. Nam per hanc clausulam non comprehenduntur beneficia ad laicorum præsentationem spectantia, teste Lapo *in allegat. 84. num 6. & in allegat. 96. num.* 3. Ioannes Andreas *in cap. dilectus, de officio delegati*, Felin. *ibi proximè*, & Anchar. & Franch. *in cap. cum illis, in §. 1. de præbendis lib.* 6. Ergo multo fortiùs requiritur, quòd exprimatur derogatio circa beneficia iuris patronatus per expressam mentionem Regum, Ducum, Comitum, & Marchionum, Hojeda *de benefic. incompatib. 1. part. cap. 24. num.* 110. & Cened. *dict. quæst. 22. num.* 30. cùm beneficia de iure patronatus horum Principum sæpe excipiantur à generalibus regulis, iuxta *cap. de multa, in fine*, ibi, *circa sublimes, de præb. & Extrauag. Execrabilis, vers. nos itaque*, & ibi, *ac regere filios, qui propter sublimitatem eorum, etiam de præbendis.* Atque ita in materia arcta sub clausula generali non comprehenduntur personæ sublimes, vt ostenditur *in c. de rescriptis.*

9. In multis tamen Prouinciis, præsertim in Hispania, non solent admitti huiusmodi derogationes iuris patronatus laicorum, maximè Regum, cùm sint valde odiosæ; proinde supremi Senatores derogationes similes auocant ad se, & illarum executionem suspendunt: quòd si impetrantes illis vtantur antequam præsententur, & examinentur in supremo Regis Consistorio, puniuntur pœnis grauissimis, de quibus *in l. 5. tit. 6. lib. 1. ordinamenti noui, per l. 25. tit. 3. lib. 6. einsd. recopil.* vt referunt Cenedus *dicta quæst. 22. num.* 30. Rebuffus *in praxi in 3. part. signat verb. nec non, num. 12. & 36. & in tractat. de nomin. quæst. 15. num.* 2. qui loquitur de Gallia; sed de Hispania Spino *gloss. 4. principal, num.* 45. Couarr. *dict. cap.* 36. in practicis Ioann. Lupus *in tractatu de benef. vacant. in Curia* §. 11. Salzedo *in addition.* ad Bernardum Diaz *in praxi cap. 54 numero* 11 Didacus Perez *lib. 1. titul. 6. leg. 2. pag. 150. versicul. in Hispania.*

10. Quin etiam Summus Pontifex non solet concedere derogationes iuris patronatus laicorum inferiorum, nisi ob causas vrgentissimas. Primò, quoties beneficia iuris patronatus vacant in Curia: tunc enim solet Papa derogare, prout volunt Couarr. *d. cap. 36. in practicis, à numero* 4. Mandos. *tract. de signat. gratia, verb. derogationes iuris patronatus*; quod fit ex reseruatione illa generali à iure communi posita *in cap. 2. de præbendis in* 6. & vult Sarn. *de trien. possessione quæst. 31. num.* 19. & hoc non procedit in iure patronatus Regum, cui non derogatur, quamuis beneficia, & dignitates per obitum vacent in Curia, Felin. *in cap. nihil col. 2. de præscriptionibus* Ioann. Andreas *in cap. 2. de præbend. lib.* 6, Staphilæus *super signat. de mod. & for. impetr. vers.* 3. an sit locus quamuis ius patronatus pertineat ad Regem ex priuilegio, aut ex præscriptione. Mihi tamen magis placet ius patronatus spectans ad Reges non derogari, etiamsi beneficia vacent in Curia, quod habetur in regula Cancellariæ Alexandri Sexti *sub titul. de derogationibus*: secus quoad ad alias personas, Couarr. suprà *dict. cap.* 36. Flamin. Paris. *de resig. lib. 2. quæst. 4. num.* 44. iuuat Less. *lib. 2. cap. 34. dub. 9. num. 35. & 36. fol.* 423.

11. Secundò iuri patronatus Ducum, Marchionum, & Comitum derogatur, si vacet beneficium in Curia. Couarr. tamen oppositum sentit, *dict. numero 4. versic. quod imò, & idem erit*, sequitur Æneas à Falconib. ab eo relatus; sed meliùs negat Flamin. *dict. numero* 48. sicut derogatur iuri patronatus mixto clericorum, scilicet & laicorum; quia in eo euentu datur derogatio, & censetur ius patronatus propriè Ecclesiasticum, gloss. *in cap. vnico §. vltimo, de iure patronatus in* 6. Abbas *in cap. de quarta col. 5. de præscriptionibus*, Roch. de Curt. *in tract. de iure patronat. verb. ius, quæst. 8. princip. & q. 1. accessoria*, & alij quibus subscribit Flam. *d. lib. 2. q. 4. n.* 50.

12. Tertiò si ius patronatus est ex priuilegio, aut præscriptione, aut ex consuetudine laicum, tunc facile derogatur in totum, ex eo quòd valeat collatio absque derogatione, Alexander *cons. 74. & consil. 75. lib.* 4. Cassad. *decis. 4. de iure patronat. decis. 4. de probationibus.* Similiter potest Papa conferre beneficia inconsulto patrono, & sine consensu illius, si contingant esse litigiosa apud Curiam Romanam, & in ea vacant, Cassad. *decis. 3. vt lite pendente.* Gomez *in regul. de impet. benefic. per obitum famil. Card. q. 8. n.* 7. & Couarr. *in pract. quæst. c. 36. n. 7. &* 8.

13. Ex dictis sequitur beneficia iuris patronatus si conferantur à Papa, quando deuoluta est collatio ad illum, ex eo quòd non præsentauit laicus patronus intra quadrimestre, validam esse collationem sine derogatione iuris patronatus: quod intellige si Ordinarius non prouidit iure deuoluto, prout habetur *in cap. 2. de concess. præbendæ, & in cap. vnico, de iure patronatus in* 6. Rebuff. *in part. 3. signatura, verb. nec non iuri patronatus*, ex *num.* 16. Cened. *d. q. 22. n.* 21.

14. Quid de expectatiuis? Responde hodie esse sublatas per Concilium Tridentinum *sess. 24. de reformatione cap.* 19. quamuis fiant de consensu ordinariorum; Gonzalez *ad regul. 8. Cancell.* §. 1. *Proœm. num.* 57. olim nullæ erant expectatiuæ, vt ait Mandos. *in prax. signaturæ gratia tit. de expectatiuis, in principio*; possunt tamen concedi à Papa, si voluerit, prout aliquando, quamuis rarissimè, conceduntur: quia Papa est super generale Concilium,

cap.

cap. significasti 4. ante finem, ibi, Quasi (inquit) Romana Ecclesia legem Concilia praefixerunt vlla, cùm omnia Concilia per Romana Ecclesiæ auctoritatem, & facta sint, & robur acceperint, & in eorum statutis Romani Pontificis excipiatur auctoritas, de electione. gloss. verb. præsumit in cap sicut sancti 15. dist. Cassad. decis. 2. num. 4. de prebendis, & Geminiao. cons. 44. Dominus noster, num. 1. & 2. Non capiunt tamen huiusmodi expectatiuæ beneficia vacatura in mensibus ordinariis; sed solùm vacantia in mensibus reseruatis, Puteus decis. 53. lib. 2. decis. 48. in vna Calagurritana num. 2. & 3. lib. 3. Gomez in tract. de expectatiuis, num. 21. in fine, vbi ait idem de mensibus alternatiuis datis Ordinario ratione alternatiuæ acceptatæ. Quod intelligitur etiam Sede vacante Episcopali. Nam tunc habentes expectatiuas non habent locum in quatuor mensibus concessis Ordinario. Mohed. decis. 29. de prabendis. Neque proderit expectanti, si dicatur in expectatiua de mensibus ordinariis, adhuc enim expectans non capiet in mensibus ordinariis ex vigore alternatiuæ sibi datæ, nisi habeat expectatiua verbum vniuersale, quomodolibet. Puteus decis. 215. & 222. lib. 1. Vide Azor. instit. moral p. 2. lib. 6. cap. 32. vers. quartò quæritur, & Flaminius de resignatione lib. 2. quæst. 10. num. 4. & quæst. 9. num. 24. & 25. & quæst. 23. num. 14. & lib. 3. quæst. 6. num. 14.

15. Ab Ordinariis autem, & ab inferioribus Prælaris beneficia antequam vacent, non possunt, nec debent promitti. Concilium Tridentinum sess. 24. de reformatione cap. 19. ne desiderare quis mortem proximi videatur, cap. 2. de concessione præbẽda. Poterunt tamen concedi expectatiuæ ad Ecclesiastica beneficia in consequentiam prouisionis de Canonicatu: etenim si aliquis recipiatur in Canonicum ex vigore generalis promissionis etiam à recipientibus consequenter factæ præbendam primò vacaturam, quæ alias non fuerit impedita, poterit consequi, quia prohibitio generalium expectatiuarum, de qua fit mentio in d. cap. 2. de concessione præbenda, in hoc casu non procedit, cùm non habeat locum in expectatiuis, nisi factis ab homine, non verò à lege, qualis est hæc. Vnde hæc promissio potius operatur ex vi legis, quàm ex facto hominis in consequentiam receptionis in Canonicum, & sic receptus ex promissione, & necessitate eiusdem legis habet ius ad præbendam vacaturam, text. in cap. cùm. in. de const & in cap si postquam, de præbendis lib. 6. Valasc. cons. 72. à num. 12. iuuat text. in c. relatum, de præbendis, in verb. & à te habuit in promissis de conferenda, & ibi Augustinus Barbos. num. 2.

16. Secus dicendum est de expectatiuis, non in consequentiam prouisionis de Canonicatu ad aliqua beneficia concessis, sed principaliter ad præbendam primò vacaturam: hæ autem ab inferioribus Prælatis non conceduntur; sed à Summo Pontifice, non tamen semper sub eodem modo ac forma. Nam interdum concedit, vt quis creatus Episcopus, postea possit retinere beneficia quæcunque ad aliquot annos, si ea fortè habuerit. Interdum concedit litteras Apostolicas, in quibus tribuit ius ad beneficia vacatura in Ecclesia cathedrali, vel collegiata, & in his Ecclesiis creat executorem quendam certum, vt expectanti primo vacantem præbendam conferat. Interdum dat litteras Apostolicas Tirio ad dignitatem promoto, vt possit beneficium incompatibile cum ea dignitate obtinere ad certos annos, verbi gratia, ad decem. Interdum denique facit facultatem per litteras Apostolicas, vt Regularis vnius familiæ professus possit obtinere beneficium regulare alterius Ordinis. Azor inst. moral. p. 2. lib. 6. cap. 32. vers. quartò quæritur, post Staphilæum in tractatu de gratiis expectatiuis, quem refert ac sequitur.

Id etiam in dubium venire potest, an Papa in mensibus Ordinariorum possit beneficia vacantia conferre? Respondeo posse. Ioannes Selua de beneficiis p. 3. quæst. 67. Franc. de March. quæst. 196. num. 3. Ratio, quia Papa, dum concessit Ordinariis facultatem conferendi, id fecit non priuatiuè, sed cumulatiuè, ita scribentes in cap si à Sede, ex illo textu, de præbendis in 6. Cosmus Gumyer in Pragm. sanct. tit. de collatio. §. neque etiam, in gloss. præuentionem, vbi ait præuentionem habere locum. Vnde si Papa confert, Ordinarius nihil habet, cùm prouiso iam sit ius in re quæsitum, & manus Ordinarij sunt ligatæ facta collatione per Papam, pro vt est decisum in Rota, vt habetur decis. 1. & decis. 17. de præbendis in nouis Præueniendo ergo præiudicat Ordinariis in collatione, idem Franc. de March. d. quæst. 196. num. 3. parte prima, & quæst. 382. num. 4. & 980. eadem parte prima. Nec requiritur aliqua derogatio, sed sufficit conferre, vt conferendo censeatur derogare facultati concessæ Ordinariis, ita Calder. cons. 7. vers. & ad prædicta de præbendis, Selua de beneficiis p. 3. quæst. vltima num. 3. Decius cons. 224. num. 6. vbi apertè tradit Papam conferendo non teneri facere expressam mentionem de iure Ordinarij, quia sufficit ipsa collatio Papæ pro derogatione. 17.

Quæ sententia confirmatur ex cap. dudum. §. nos igitur, & ex cap. quamuis, de præbendis in 6. vbi cauetur Papam posse libere conferre beneficia quorum collatio concessa iam erat Legatis, nulla facta mentione de hac concessione facta Legatis; eo quòd vna cùm ipsis Legatis cumulatiuè in collatione concurrebat cum illis Legatis, Franc. de March. quæst. 980. p. 1. & Ioan. de Selua de beneficiis p. 3. quæst. vltima num. 3. quibus subscribit Menoch. cons. 83. num. 27. & sequent. Confirmatur; quia collatio Papæ habet vim reseruationis, Mandos reg. 3. Cancell. de reseruationibus quæst. 13. solaque appositio manus Papæ habet vim derogationis. Rebuff. in praxi tit. de reseruat. num. 40. Rota decis. 14. num. 1. vt lite pendent. in nouis, & alij 18.

Ex quibus patet posse Papam in præiudicium ordinariorum conferre beneficia omnia, Ioan. de Selua vbi supra; qui addit d. p. 3. quæst. 67. posse Pontificem præiudicare ordinariis collatoribus, etiam quando ipsi conferre præpararunt, & ad actum conferendi deuenerunt, quo facto Papam videntur præuenisse. Quin etiam, teste Stapbilæo de gratiis, & expectatiuis, in principio num. 4. & 5. & in §. post hæc num. 4. potest Papa concedere expectatiuas in Ecclesiis Ordinariorum, quibus collationes ad illos spectantes impediantur; neque de hoc possunt conqueri Ordinarij, cùm Pontifex circa hoc vtatur suo iure, neque illis facit iniuriam: quoniam etiam si Ordinariis tribuit facultatem conferendi in mensibus quibusdam; attamen multo ampliorem sibi potestatem reseruauit. Cephal. cons. 539. num. 49. lib. 4. Caputaquen. decis. 337. n. 6. p. 1. & decis. 61. & 409. num. 3. p. 2. Neque verisimile est Papam voluisse se 19.

priuare auctoritate conferendi, ac potestate prouidendi de beneficiis, cùm ipse sit fons ipsius potestatis. glossa *ad l. & quia, in verbo, nec ipsa lex. ff. de iurisdictione omni. iudic.* Aloquin Papa ex sua liberalitate damnum reciperet, quod non est dicendum. *l. Diuus, ff. de regulis iuris.*

20. Suffragatur Princeps laicus transferens in vasallum iurisdictionem secularem, qui non dicitur eam omnino abdicasse: quinimo eandem iurisdictionem, si voluerit, poterit exercere, cùm non priuatiuè, sed cumulatiuè indulserit. Afflictis *cap. 1. §. Potestas num. 15. quæ sint regalia*, & ad *cap. primum, §. item si quis 3. notabili, quibus mod. feud amittatur.* Vbi docet, concesso castro cum iurisdictione, non propterea censeri iurisdictionem prorsus ab ipso concedente remoueri: imò, retineri eandem, quam ante concessionem habebat. Roland. *cons. 1 num. 135. lib. 2.* vbi *num. 145.* refert, & sequitur Ripam *respons. lib. 2. cap. 4.* Igitur maiori cum ratione, si hoc datur Principi seculari, dandum est Summo Pontifici totius Mundi Principi, & Ordinario Ordinariorum, *c. cuncta per Mundum, 9. quæst. 3.* Camill. Bottel. *in summa tit 4. num.* 10. Atque ita vices suas aliis Ordinariis impertiuit, & Ecclesiis, vt in partem sint vocatæ solicitudinis, non in plenitudinem potestatis, *cap. multum stupeo 3. quæst.* 6. ibi: *vices enim nostras ita tua credimus potestati.* Gaspar de Perusio *in tract. de reseruationibus, num. 2* semperque penes concedentem remanet maior potestas, *cap. per hoc, de heret in 6.* Germonius *tractatu de indult. Cardinalium §. per quæ sublatis, num. 45. & sequentibus*, & maximè *num.* 54. vbi vult Papam posse nedum ex certa scientia immutare vel limitare aliqua ex parte potestatem conferendi beneficia Episcopi concessam, vel ad certum tempus restringere, sed etiam de iure, ac nulla supposita Ordinariorum negligentia posse omnia beneficia Mundi cuilibet, & quandocumque libear conferre, Abbas *ad cap. quia diuersitatem, de concess. præbend. in 5. notabili*, per textum *ibi*, idem Gaspar de Perusio suprà *loco citato.* quinimo posse Papam collationem omnium beneficiorum totius Orbis sibi reseruare, restatur Gomesius *in suo tractatu expectatiuarum num. 12.* quem sequitur Germonius *vbi proximè, num. 55.* Augustinus Barbos. *de officio, & potestas Episcopi allegat. 57. num. 6. & 9.* præserrim ac 17.

21. Porrò contra propositam doctrinam obstat *c. 1. de probationibus, & cap. posteaquam 25. quæst. 2.* per quæ iura Papa potest obligari ex permissione, & contractu, siquidem Deus ipse promissis stetit, *Genesis cap.* 22. dum Abrahamo promisit multiplicare semen suum sicut stellas cæli. Cùm ergo Papa concessisset facultatem conferendi Ordinariis, non debet eam renocare, pro vt censent Innocentius *in cap. nouit. de iudiciis*, & Romanus *cons.* 352. accedit nihil esse magis proximum iuri naturali, quàm stare promissis, & fidem datam seruare. *l. 1. ff. de const. pec.* iuuat conuentio, & concurdata habere vim Decreti propter quod non potest Papa priuare Ordinarios iure conferendi, vt probat in speciali Geminianus *cons. 56.* inter Sanctissimum *col. vlt. vers. item quod concordare.* Cui obiectioni respondetur negando Papam sua concessione noluisse se obligare, vt non posset conferre, quia in signum suæ Excellentiæ apud se semper retinuit multo maiorem potestatem conferendi, quàm contulerit Ordinariis, quia soli Papæ impartitus est Dominus plenitudinem potestatis. Episcopi autem, & alij inferiores in partem solicitudinis tantùm vocari sunt, *cap. decreto, cum sequenti. 2. quæst. 6. cap. ad honorem, de auctoritate, & vsu pallij.* Quare, vt volunt Archid. *in tract. de reseruat. benefic. in principio*, Episcopi in suis Ecclesis vices Papæ dicuntur habere, & ab ipso potestatem quam habent, accipiunt, sicut Pontifex à Deo. Germonius *de sacror. immunit. lib. 3. cap. 5. num.* 74. & latiùs *num.* 109. vbi addit Romanum Pontificem accepisse à solo Deo potestatem, Episcopos verò ab homine, ideo Pontificem liberam in spiritualibus potestatem obtinuisse nullis circumclusam limitibus, Episcopos autem limitatam, & certis circunscriptam finibus.

Mulro minus vrget argumentum desumptum ex paritate, ac similitudine beneficiorum, & electiuorum, quæ à pari procedere dicitur *in cap. cum in cunctis §. clerici, de electione:* sed Papa nequit ad libitum prouidere de beneficio electiuo in præiudicium iuris eligentium eos præueniendo, vt docent Romanus *cons. 433.* & Anchar. *cons.* 339. ergo Papa nequit disponere de beneficiis vacantibus in mensibus Ordinariorum? Responde tamen paritatem inter hæc beneficia regulariter non procedere, nisi cùm par adest ratio; atque ita quando appellatione beneficiorum continentur beneficia, quæ ex præsentatione præcedente conferuntur, non continentur tamen electiua, cùm non detur par ratio in vtrisque, eo quòd non videtur verosimile velle Papam derogare electioni factæ de beneficiis electiuis à pluribus electoribus, sicut vult derogare in collatiuis facultati Ordinariorum, quia electio ad plures pertinet, & vniuersitas in eligendo nititur iuri communi, ideo nisi Papa expresè deroget facultati electorum, non præsumitur voluisse præiudicare, ita Ioan. Monach. *in cap. generali, de electione in 6.* Cardin. *cons. 103. col. 2.* & Ripa *lib. 2. respons. cap. 23. num. 1. & cap. 33. num.* 2. Contrà verò res se habet in beneficiis collatiuis, nam ex ipso solo collationis facto censetur derogatum facultati Ordinario concessæ, vt ferunt Calderinus *cons. 7. vers. & ad prædicta, tit. de præbendis*, & Decius *cons. 224. num. 6.* 22.

Nihilominus si Papa, & Ordinarius in eadem die, ille Romæ, hic autem in sua Diœcesi conferant idem beneficium, prouisus ab Ordinario, si fuerit in possessione, præfertur prouiso à Summo Pontifice. constat ex *cap. si à Sede Apostolica, de præbendis in 6.* vbi fauetur possessori, & reo, *§. commodum, Instit. de interdicto.* Facit enim possessio, quòd collatio præsumatur anterior, Caputaquens. *decis. 47. p. 2. & decis. 236. p. 3.* Mascardus *de probat. conclus. 314. num. 4.* & Rebuff. *de pacificis possessoribus num.* 297. Item, quia ex possessione beneficij, præsumitur dominium, Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 63. ex num.* 11. quod intelligitur quando titulus incidenter deducitur. Bartul. *in leg. quidam in suo, num. 4. ff. de condit. institut.* Abbas *in cap. cum ad Sedem, num. 20. de. rest. t. spoliat.* 23.

Quòd si quis sit prouisus à Papa, & alter ab Ordinario, & non appareat de prioritate, neuterque sit in possessione, præfertur prouisus à Pontifice, propter auctoritatem concedentis, vt scribentes *in d. cap. si à Sede Apostolica.* Cotta *in memorab. libus, verb. hora.* Riccius *in collect. decis. p. 4. collect.* 1442. Mascard. *de probat. conclus.* 314. Contra verò si in collatione Pontificis posita fuerit hora, 24.

hora, multo clariùs præferetur prouisus à Papa, secus si non habuerit horam, & apposita fuerit in collatione Ordinarij, tunc præferetur Ordinarij collatio. Petrus Barbosa *in l. 1. parte 2. num. 10. ff. soluto matrimonio.* Gomez *l. 45. Tauri num.* 148. Rebuff. *in tract. de pacificis possessoribus num.* 299. argumento testamenti, de cuius posteritate constat per horam, vel momentum, quia illud debet præualere, gloss. singularis *in l. si ex pluribus ff. de solut.* vbi habetur, quòd quotiescunque priuilegium considerari debet ex anterioritate, vel posterioritate temporis, satis est si probetur anterioritas, vel posteritas temporis per solam horam, vel momentum. Bartol. & alij communiter *in d. l. si ex pluribus*, & Baldus *in l. Imperatur la 1. ff. de statu hominis, col. 3.* Si autem non constat de posterioritate duorum testamentorum secundùm magis communem neutrum testamentum valet, & instituti in vtroque testamento non admittentur, sed locus erit successioni ab intestato. Contrà verò in nostro casu in quo dicimus, si non appareat de prioritate inter vtrunque prouisum, præferendum esse impetrantem à Papa propter prærogatiuam concedentis, facit Tiraquel *de retractu lignag. §. 11. gloss. 1. num. 10. & de iure primogen. quæst. 17. opin. 11. num. 3.* vbi hac de re aliqua tangit.

25. Quod attinet ad dispensationem super pluralitate beneficiorum, dicendum est solum Pontificem dispensare posse super pluralitate dignitatum, personatuum, Canonicatuum, ac beneficiorum curatorum, gloss. *verb. per Sedem, in cap. de multa, de præbendis, & verb. absque dispensatione, in cap. 1. de consuetudine lib. 6.* Garcia *de beneficiis part. 11. cap. 5. num.* 337. Mandos. *de signatur. gratia, tit. de disp. ad plura, vers. aut loquimur.* P. Ledesma *in summa 2. p. tract. 7. cap. 1. 9. & 12. conclusione*, & Doctores communiter, Augustinus Barbos. *de offic. & potest. Episcopi. allegat. 62. n. 18.* vbi addit ex sacra Congregatione Canonicum sine Apostolica dispensatione obtinentem dignitatem perdere Canonicatum, quam declarationem Sacræ Congregationis refert Garcia *d. cap. 5. num.* 244. & tenuit Rota Romana apud Seraphin. *decis.* 1298. sequitur Armendar. *in additionibus ad recopil. legum Nauarræ lib. 4. tit. 7. de beneficiis incompatib. num* 24.

26. Posse tamen dispensare Episcopum, vt quis habeat in eadem Ecclesia cum Canonicatu, & præbenda dignitatem, officium, vel personatum, volunt Ioan. Andreas *in cap. litteras de concessione præbendæ*, & scribentes *in cap. cùm Ecclesia, de præbendis lib. 6. & in cap. si is cui, eodem titulo*, sequitur Rebuff. *in praxi tit. de dispensatione ratione ætatis, in vers. in Cathedralibus*, Gambarus *de officio Legati lib. 5. tit. an Legatus possit plura beneficia vni conferre, à n. 98.* Duaren. *de be nefic. lib. 8. c. 4. & Hoieda 2. p. cap. vltimo à num. 16.* asserentes posse Episcopum ex causa necessitatis, seu vtilitatis Ecclesiæ dispensare circa pluralitatem beneficiorum, curatorem, seu dignitatum, quod idem tribuunt Legato. Confirmatur, quia ex causa necessitatis, seu vtilitatis magnæ potest Episcopus dispensare contra ius Canonicum, & contra Concilium: idem Abbas *in cap. at si Clerici §. de adulteriis, de iudiciis*, Felin. *in cap. 1. de constitutionibus, num.* 49. *& in cap. 1. de sponsalibus num.* 5. Tiraquel. *de pœnis, in præfat. num.* 31. Sanchez *de matrim. lib. 2. disp. 40. num. 3. & lib. 7. disp. 7. num. 6. & lib. 8. disp. 5. num.* 1.

Contrarium tamen est certum, & in praxi sequendum, ex Dominic. *in c. Sanctorum 70. distinct.* docente nullum inferiorem à Papa posse dispensare non solùm in eadem Ecclesia, sed etiam neque in diuersis super pluralitate præbendarum, quam partem testatur de communi, & seruari in Curia, ex ea ratione, quia hæc retentio dignitatis, officij, vel personatuum cum Canonicatu, vel præbēda est prohibita per *c. quia nonnulli, de clericis nō residentibus*, vbi fit mentio de Concilio Generali. Item est prohibita per ius commune, de quo *in d. cap. Sanctorum.* Atqui certi iuris est nullum inferiorem, etiam si fuerit Legatus, vel Delegatus, posse dispensare contra Concilium Generale, nec contra ius commune, nisi de mandato speciali, vt *in cap. at si clerici §. de adulteriis; de iudiciis, & in Clementina, Ne Romani*; ergo solus Papa dispensare potest in nostro casu proposito; quem sequitur glossa *in d. cap. Sanctorum 60. dist.* Imola *in d. cap. de multa, de præbendis.* Ioan. de Lignano *in Clementina gratia, de rescriptis*, & alij quos sequitur Hoieda *1. p. cap. 11. num. 4. vers. contrarium tamen, & 2. p. cap. vltimo, num. 17. 18. cum sequentibus.* 27.

Aliqui tamen hoc limitant ex consuetudine introduci posse, vt quis habeat dignitatem cum Canonicatu in eadem Ecclesia sine dispensatione, vt in vna Valentina 1593. Congregatio censuit per hæc verba, ibi: *Consuetudini permittenti quòd in eadem Ecclesia dignitates cum præbendis, Canonicatibusve teneatur*, non est derogatum à Sacro Concilio Tridentino *sess. 24. cap. 19.* quod probat Azor. *2. p. lib. 3. c. 12. quæst. 18. & lib. 6. c. 11. quæst. 1. & c. 13. quæst. 6.* Garcia *p. 11. c. 5. n. 246. & sequentib.* vbi concludit posse id fieri ex consuetudine, vt decentiùs dignitates sustententur, quod non habet locum in Canonico pœnitentiario, ex declaratione sacræ Congregationis, quam refert idem Garcia *numer.* 249. 28.

Seclusa verò consuetudine non potest haberi dignitas etiam sine præbenda sub eodem tecto sine dispensatione, vt tenet Rota in vna Lucana beneficij. 4. Nouemb. 1579. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino, quæ habetur in decisionibus illius impressis *decis.* 420. vbi dicitur esse surreptitiam dispensationem de retinendo ArchiPresbyteratum, suppressa mentione cum Canonicatu de præbenda, si præbendæ sint incompatibiles. Requiritur enim fieri mētio de præbenda cùm retinetur Archipresbyteratus cum Canonicatu. Quòd si contingat haberi ab vno, & eodem duos simul Canonicatus sine dispensatione Apostolica per triennium, & vltra, vtroque ipso iure est priuatus, nec potest tueri possessionem per regulam de triennali, quia præsumpta dispensatio, in qua nititur regula de triennali, non habet locum contra decreta Concilij *sess. 7. c. 4. & sess. 24. cap. 17. & sess. 25. de reformat. c. 15.* Garcia *p. 11. cap. 5. n. 379. & num. 381.* vbi refert declarationem Sacræ Congregationis, quæ sic habet: *An is qui duos Canonicatus simul absque dispensatione Apostolica per triennium, & vltra detinet, vtroque ipso iure excidat in vim d. Decretorum Concilij Tridentini? Congregatio iudicauit, si duos huiusmodi Canonicatus simul retinere perrexerit, vtroque esse ipso iure priuatum, ex decreto Concilij Tridentini. An vtriusque Canonicatus possessionem tueri, & defendere valeat possessor. ex regul. de trienn? Congregatio respondit vtique non posse.* 29.

Episcopus autem non potest dispensare cum aliquo, 30.

aliquo, vt habet duo simplicia beneficia vnifnrmia, vel similia in eadem Ecclesia, ex *gloss. vltima, in Clementina final. de præbendis*, Abbas *in c. literas num. 3. & 6. de concessione præbendæ*, Selua *de beneficiis, 4.p.quæst.7.casu* 171. Quintana Duennas *lib.4 Ecclesiasticor.num.*131. Azot. 2 *p.lib.3.cap.50.quæs.6.& lib.6.cap.11.quæs.4. & cap.12. quæs.6.* Flamin. Paris. *de resignat. lib.3.quæst.1.num.*123. addens *num.*124. non valere consuetudinem, vt quis obtineat plura beneficia in eadem Ecclesia, ptout testatut Lambertinus *de iure patronatus lib. a. in c. p. art. 15. in 6. quæst. principali*, Hoieda *de incompat. benefic.p.1.cap.20.num.3.*

31. Et quamuis praxis Episcopal. *part. 1. verb. beneficia, §.7.concl.6.* cui videtur accedere Peres de Lara *de anniuers. & Capellan.lib.2.cap.7.num.*13. dicat ex decreto Concilij *sess.24. cap.17. de reform.* hodie posse vnum habere duo beneficia vniformia in eadem Ecclesia, modò sint simplicia, & non requirentia residentiam personalem, & non sufficientia, fallitur tameo, & sine fundamento loquitur, eo quòd Concilium nihil in co loco innouat, nec disponit: vnde dispensatus ad duo beneficia, non censetur dispensatus, vt illa habeat in eadem Ecclesia, etiam si sint simplicia, nisi in dispensatione expresse dicatur, quòd illa habeat in eadem Ecclesia. Nam iura abhorrent sub eodem tecto aliquem duo beneficia retinere, vt post alios Staphil. *de litteris grat. tit. de dispensat. ratione ætatis, §. incompatibilia, & § si sint sub eodem tecto*, etiam si in dispensatione cootineatur, clausul. *motu proprio*, vt latè disputat Hoieda *p. 1. c. 20. num.13.* quoniam clausula *motu proprio*, non aufert defectum inteotionis: at Papa cùm dispensat cum aliquo, vt possit habere duo beneficia, non dispensat, vt ea habere possit sub eodem tecto. Ergo clausula *motu proprio*, non tollit hunc defectum, nec supplet, cùm non operetur contra præsumptam, & verisimilem voluntatem concedentis. Ita Antoo. de Butrio *in cap cum nostris, col. 6. & ibi* Abbas *num. 19. de concess. præbendæ.* Felin. *in cap. ad aures. col. 7. vers. quintus casus, de rescriptis*, Ioan. de Selua *in tract. de beneficiis in 3.p. quæst. 12. in vers. quintus casus*, Gigas *de pensionibus quæst. 29. num.5. & quæst. 9. n. 6.* quia si voluisset, vt dispensatus ad plura beneficia ea posset obtinere in eadem Ecclesia, id declararet, vt sæpe fieri mos est, sed quia non declarauit, ideo præsumitur noluisse dispensare, vt illa habeat in eadem Ecclesia, quia id expressisset, si voluisset.

32. Similiter Episcopus non potest conferre duo beneficia simplicia eidem clerico, si vnum illorum sufficiat ad vitam illius commodè sustentandam, nec vltra duo beneficia, quamuis illa eidem non sufficiant ad sustentationem, quæ sententia est vera, neque posse Episcopum dispensare, vt quis habeat duo beneficia simplicia sufficientia, tradunt Quintana Duennas *d.lib.4. num.*131. Lessius *de iustitia, lib.2. cap.34.num.*146. Azor. *2.p.lib.3. cap. 7. quæs.4. & lib.6. cap. 2. quæs. 6.* & constat ex declarationibus, de quibus meminit Garcia *de beneficiis d. cap 5. num.*310. quarum prima sic ait ad Episcopum Segouiensem. *Episcopus habenti vnum simplex beneficium, quod non sufficiat ad eius sustentationem, potest aliud simile conferre absque dispensatione Apostolica. Sed non potest plura simplicia vsque ad sufficientem eius sustentationem Apostolicam.* Secunda sic habet: *Episcopus potest conferre secundum beneficium, si primum non sufficit ad sustentationem; sed si duo non sufficerent, non posset conferre tertium absque dispensatione Apostolica.* Tertia, *vltra duo beneficia simplicia Episcopus vni conferre non potest.* Augustinus Barbosa cum multis *in remissionibus ad Concilium Tridentinum sess. 24. c.17. à numero primo vsque ad numerum vndecimum*; vbi in verbo, *neminem oportere in duabus Ecclesiis conscribi*, adiungit ex Sacta Congregatione, hoc non habere locum in pensionibus; quia Episcopus potest conferre habenti pensiones Ecclesiasticas beneficium, quia pensiones non inducunt incompatibilitatem aliquam cum beneficiis. quamuis sufficiant ipsa ad commodam sustentationem. Imola *in Clementina gratia n. 10. de rescriptis* Gigas *de pensionibus quæst.* 42. Gonzales *de mensibus gloss.5. §. 5. num.* 14. Garcia *d. c. 5. part.11. num.*310. *in fine, vers quarte*, & Hoieda *de incompatib. 2. p.cap.7.num.1.* & per totum.

Sed quid dicendum de beneficiis difformibus sub eodem tecto. Responde ex sacta Congregatione, 33. cuius meminit Garcia *d.p.11.c.5.num* 243. duo beneficia difformia esse incompatibilia in eadem Ecclesia, quod videtur colligi *ex cap.4. sess. 7. de reformatione*, vbi Concilium videtur absolutè prohibere retentionem beneficiorum, quomodolibet incompatibilium, per textum *ibi, plura curata, aut alias incompatibilia beneficia Ecclesiastica.* Quare Capellania cui adiunctum est onus seruiendi in Choro, obtineri non potest cum Canonicatu per decretum Concilij *c. 17. sess.24.* non autem si haberet solùm simpliciter onus celebrandi Missam, nisi essent sub eodem tecto, & tunc potest cum dispensatione Apostolica. Sic Sacra Congregatio *d. num.* 243. apud Garziam *part. 11. c. 5.*

Nihilominus oppositum censetur verius, quia 34. Concilium *in d. c.4.* solùm inducit beneficiorum vacationem quomolibet incompatibilium; quando quis ea simul accipere, & retinere præsumpserit contra tenorem sacrorum Canonum, atque ita non absolutè prohibet retentionem beneficiorũ incompatibilium in casibus à iure permissis, in quibus Episcopns de iure dispensare valet, nisi ex alio cap. impediatur. Et sic fuit resolutum in vna Lucana beneficiorum coram D. Seraphino 4. Nouembr. 1579. per hæc verba: *Archipresbyteratum, cùm sit dignitas etiam sine præbenda, esse incompatibilem sub eodem tecto cum Canonicatu*, &c. Et in vna Telesina beneficij coram eodem vltima 1594. fuit dictum, dispensationem narratam ad retinendum plura sub eodem tecto, iustificari etiam, quòd possint retineri ex dispensatione Ordinarij, si sunt difformia, quam sententiam probat Nauar. *cons.18.num.1 de præbendis*, & Axor. *2.p.lib.3 c.50.quæs.6.& lib.6 c.11.quæs.2. & 4. & c. 12.quæs.6.& cap.13.quæs.6.* quamuis *d. lib.3.cap.7. quæs 4 c.8 quæs.6.cap.9 quæs.3. & 6.& cap.10. quæs. 4* asserat, non posse Episcopum dispensare. Sed contrarium est tenendum ex declaratione sacræ Congregationis, quam refert, ac sequitur Garcia *d.cap.5.num.*377. his verbis: *Congregatio Concilij censuit Episcopum ex causa posse dispensare, vt quis possit obtinere duo beneficia difformia sub eodem tecto, dummodo quodlibet per se non sit sufficiens ad sustentationem*, Augustinus Barbos. *allegat.62. num.17.* cum aliis, & tradit Azor. *d.cap.12. quæs.6. vers.quares.*

Hoc tamen non procedit in requirentibus resi- 35. dentiam, nam hodie certum est ex Concilio Tridentin *cap.17.sess.74* ibi, *dummodo vtrumque personalem*

sonalem residentiam non requirat, contra quod Episcopi, seu Legati dispensare nequeunt. Felin. *in c. 1. de constit. num.* 49. ex gloss. communiter approbata *inc. dilectus, 1. verb. cum sit facultas, de prabendis*, Duennas *regul.* 149. Zech. *de Republica Ecclesiastica cap. de beneficiatis, num. 4. vers. notandum tertiò*, & Azor. *2. p. lib. 3. c. 8. quaest. 6. c. 9 quaest. 3. & 6. c. 10. quaest. 4. c. 11. quaest. 23.* Barbos. *in remissionibus ad Concilium sess. 24. c. 17. n. 6. & n. 10. vers. quod Episcopus.*

36. Notandum tamen est de stylo Curiæ, si duo beneficia non sint sufficientia ad sustentationem prouisi, posse illum obtinere plura alia beneficia, quæ non requirant residentiam; ita Cened. *collect.* 150. *num.* 2. Peres de Lara *de Anniuersar. & Capellaniis lib. 2. cap. 7. num.* 12. Lap. *allegat.* 25. *& allegat* 116. *&* 117. Nauarrus *in manuali cap.* 25. *num.* 125. Flamin. Parif. *de resignat. lib. 3. quaest. 1 num.* 141. quam opinionem tuetur Hoieda 2. *p. cap. 1. de incompatib. num. 1. & num.* 15. vbi *num.* 36. addit esse communiter receptum de stylo etiam post publicationem Concilij Tridentini. Probatur, quia Pius Quartus, & Pius Quintus, & Gregorius decimus tertius, & Sixtus Quintus sæpe plura beneficia simplicia concesserunt vni residentiam non requirentia, teste Flaminio *vbi proximè d. num.* 141. Quin etiam dispensatio ad pluta beneficia ex cursu saltem decem annorum in dubio præsumitur, quando allegatur ab eo pro quo dispensatio præsumitur, Flaminius *de resignatione lib. 3. quaest. 6. num.* 74. Aloys. Riccius *in praxi fori Ecclesiastici decis.* 701. *in* 1. *editione, & resolut.* 593. *in 2. editione*, vbi ait in sacra Rota ita fuisse decisum: confirmatur ex eo, quòd præsumptio dispensationis, & iustitiæ tituli ex lapsu decennij præsumitur etiam in merè profanis. *l. qui in aliena, ff. de acquir. hared. l. si filius familias C. de petit hared.* cum aliis, vt per Tiraquel. *de praescriptionibus, secunda illatione.* Quod procedit in pensionibus etiam in quibus dispensationem præsumi ex lapsu decennij tradit Rota in vna Farsen. pensionis coram Illustrissimo Cardin. Aldobrandino anno de 1581. quæ dispensatio præsumitur etiam in omni materia exflexu decem annorum, Felin. *cons* 2. *numer.* 32. Anchasanus *cons.* 117. & Sarn. *de triennali quaest.* 20.

Quam habeat potestatem Pontif. Max. in beneficiis incompatibilibus, & quæ sint illa?

§. II.

EPITOME.

37. 38. *Beneficiorum incompatibilitas in vna persona est reprobata, & quot modis inducatur?*
39. *Episcopus non potest plures dignitates, personatus, officia, vel beneficia curata vni conferre.*
40. 41. *Papa an possit vni concedere sine causa plura beneficia est aliquorum, sed oppositum est probabilius.*
42. 43. 44. *Causæ ob quas possit Papa pluralitem beneficiorum concedere.*
45. *Dispensatum ad plura beneficia sine causa esse tutum in conscientia aliqui affirmant.*
46. 47. & 48. *Sedepositum est verius.*
49. *Papa potest dispensare in omnibus iuris scripti, non tamen iuris naturalis, & diuini.*
50. *Papatus est beneficium institutum de iure diuino, item Episcopatus.*
51. 52. *Beneficia incompatibilia, quæ egent dispensatione, quænam sint?*
53. *Beneficium curatum habens, si secundum obtineat, an perdat ipso iure primum?*
54. 55. 56. *Beneficium primum perditur per possessionem pacificam secundi, & quæ sit possessio pacifica?*
57. 58. *Pœnæ, quas incurrunt obtinentes secundum beneficium curatum, non dimisso primo quot sint?*
59. 60. *Episcopatum obtinens post adeptam possessionem, vel post tempus ad petendam consecrationem finitum, est ipso iure priuatus, & beneficia possunt conferri.*
61. *Nec posse renunciare in fauorem.*
62. *Beneficia Episcopi priora non vacant per permutationem vnius Episcopatus cum altero.*
63. *Papa per assumptionem ad eam dignitatem beneficia priora amittit.*
64. *Papa potest incompatibilia beneficia de iure sub eodem tecto vni Clerico conferre.*
65. *Beneficia incompatibilia sunt duæ Cathedrales, duæ Parochiales, duæ dignitates, duo Episcopatus.*
66. 67. *Incompatibiles sunt duæ Abbatiæ, duo Monasteria, & ideo beneficia promoti ad Abbatiam vacant post possessionem.*
68. *Vicariæ duæ habentes curam animarum, sunt incompatibiles, nisi sint ad inuicem vnitæ.*
69. *Vnita beneficia conuertuntur in naturam rei, cui vniuntur, nec requiritur mentio beneficij vniti.*
70. 71. *Decanatus, & Archidiaconatus, vel Archipresbyteratus sunt incompatibiles, item dignitas cum Canonicatu.*
72. *Personatus cum Canonicatu, siue in eadem Ecclesia, siue in diuersis, sunt incompatibiles, & quid sit personatus?*
73. *Personatus est incompatibilis cum beneficio curato, & vacat per adeptionem curati.*
74. 75. *Incompatibiles ex Concilio Tridentino sunt omnes Canonicatus, & Portiones Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, & reliqua beneficia requirentia residentiam.*

37. ANTEQVAM ad propositam tituli quæstionem respondeatur breuiter; quo ad præsens institutum, incompatibilitas est in vna persona beneficiorum Ecclesiasticorum concursus a iure ex causa reprobatus: vnde potest contingere concursus beneficiorum in aliqua persona, quæ sint compatibilia ex permissione ipsius iuris. Atque ita incompatibilitas potest induci duplici modo. Primò quando beneficia ea sunt, quæ simul haberi non possunt: & primum beneficium per assecutionem secundi vacat ipso iure. Secundò quando beneficia ita se habent, vt simul retineri non possint licitè, quamuis primum beneficium primo loco assecutum, non vacat ipso iure per assecutionem secundi. Exemplum prioris incompatibilitatis cernitur in beneficiis curatis, & dignitatibus, ac personatibus: posterioris autem in aliis beneficiis incompatibilibus, nempe in beneficio curato cum Canonicatu, & in duobus simplicibus requirentibus residentiam: tunc enim per adeptionem secundi beneficij non vacat primum ipso iure, sed datur electio obtinenti, vt retineat quod voluerit, & alterum relinquat, Lapus *allegatione* 116 Abbas *in cap. final. num.* 6. *de clericis*

clericis non residentibus, Franch. *in c. 1. de consuetudine in 6. num. 7.* Cosmas *in pragmat. sanction. tit. de collat. §. sequuntur qualificationes*, Gregorius Lopez *in l. 3. tit. 16. p. 1. verb. de seruirle*, Hoieda *de incompatibilitate. p. 1. c. 17. num. 40. vers. his tamen non obstantibus*, cum aliis, quos referens sequitur Flaminius *lib. 3. quæst. 1. num. 132. cum sequentibus*, & Garcia *de beneficiis, p. 11. cap. 5. num. 65.*

38. Inducitur item tertio modo incompatibilitas ex conditione, nimirum sub eodem tecto, hoc est, beneficia, quæ simul in eadem Ecclesia haberi non possunt. *cap. litteras, de concessione prabenda.* gloss. *ibi, & in Clement. gratia, de rescriptis.* Quarto modo inducitur incompatibilitas beneficiorum ex parte personæ, quæ non potest habere plura beneficia simul, videlicet Monachus, vel Religiosus, constat ex *cap. cùm singula, de prabendis in 6.* Azor. *p. 2. lib. 6. cap. 10. vers. ac vt singula, ad finem*: sicut dicitur beneficium incompatibile in eo, qui caret scientia, quia illiteratus promoueri non potest ad Ordinem, seu beneficium, text. *in cap. final. de ætate, & qualitate.* Speculator *in tit. de dispensat. §. iuxta, in vers. quod.* Est enim indispensabilis, Innocent. *in cap. dilectus, de temporibus ordinationum*, quia litteratura requiritur de iure diuino, teste Turrecrem. *in cap. si in laicis dist. 38.* nec valet dispensatio, Felin. *in cap. inquisitionis, de senten. excommunicationis*, & Bernardus Diaz *in practic. criminali Canonica, in vers. illitterati, & in pract. Canonica in verb. officialis in c. 2.* His positis,

39. Dico primò Episcopum non posse plures dignitates, personatus, officia, vel beneficia curam animarum habentia vni, eidemque conferre, non solùm in eadem Ecclesia, sed neque in diuersis; quia hanc facultatem sibi Pontifex Max. reseruauit, prout habetur *in c. de multa, de prabendis*; neque contraria consuetudo permittitur, *c. 1. de consuetudine in 6.* Ratio, quia Episcopus nequit laxare ius commune, nisi ex causis ipsi à iure concessis, & constat ex Concilio Tridentino *sess. 24. c. 17. c. singula dist. 89.* per textum *ibi*: Vni quantumlibet exercitatæ personæ, quoniam vix dignè quis potest vnum officium exercere, Archidjaconus *ibi*, & Cassanæus *in Catalogo gloriæ Mundi, 1. p consideratione 61.* vbi tradit in ciuilibus officiis hominem contentum esse debere officio vno, nec duo posse tenere, text. *in l. 1. Cod. quemadmodum ciuilia munera inducuntur, lib. 10.* & habetur *in l. quisquis, C. de cohortalibus, & principibus lib. 12.* vbi Bartol. sentit duo etiam officia non posse haberi licitè, & Iacobus Rebuff. *in d. l. 1. C. quemadmodum ciuilia munera, & in l. æterna, C. de murilegulis*; sicut nec duas militias, *l. his quidam, § in postremo. C. qui militare non possunt, lib. 12.* Lucas de Penna *in l. 1. C. de primicerio lib. 12.* & Azeued. *lib. 4. tit. 25. l. 19. noua recop. n. 3.* Nec etiam duos honores. *l. libertus. §. præscriptus ad munera, & l. final. C. de assessoribus, & l. quisquis, C. de proximis sacrorum scriniorum lib. 12.* Atque ita quod non admittitur in officiis ciuilibus sine facultate Regis, multo minus est admittendum in Episcopis sine facultate Summi Pontificis, nisi in casibus à iure concessis, Panorm. *in d. cap. de multa, & in cap. litteras, de concessione præbendæ.* Ioann. Andr. Franch. & Gemin. *in cap. 1. de consuetudine in 6.* Azor. *d. lib. 6. cap. 12. quæst. 6.*

40. Quæres, an possit Summus Pontifex concedere pluralitatem beneficiorum? Innocentius *in cap. cùm ad monasterium, de statu Monach.* credit validam esse collationem factam vni à Pontifice de duobus beneficiis, etiam curam animarum habentibus sine causa, solo nutu, & voluntate sua. Ratio, quia putat beneficiorum pluralitatem esse duntaxat prohibitam iure Pontificio. quod etiam opinatur Hostiens. dum ait posse Papam solo nutu beneficium possessori auferre, & alteri conferre. Cæterùm, quamuis iure communi clerico non liceat duo, aut plura beneficia pariter assequi, etiam simplicia, & quæ non postulant assiduam beneficiarij præsidentiam, vel residentiam, quando vnum sufficit ad decentem sustentationem illius, vt vult gloss. *in cap. dudum. 2. in verb. retinere, de elect.* Hostiens. *in cap. super inordinat. de prabendis*, & Panor. *in cap. extirpandæ. §. qui verò, de prebendis, num. 34.* Syluest. *beneficium. 4. n. 2.* & alij.

Dicendum tamen est pluralitatem non solùm esse prohibitam iure Canonico, vt probatum est, 41.
sed etiam iure naturali, vbi vnum beneficium clerico sufficit: pugnat enim cum recta ratione, vt vnus duplici stipendio cumuletur, & duorum alimenta, ac præmia consequatur; cum beneficia fuerint instituta tamquam stipendia, & subsidia clericorum, & ad seruitia Ecclesiarum, quæ defraudantur illis, quando vnus, & idem præest in duabus Ecclesiis, quæ plures clericos ad cultum diuinum exigit, & vnus non sufficit in cultu diuino, qui minuitur ob inopiam ministrorum. Ideo quando vnum beneficium sufficiat vni Clerico commodè ad victum, ius naturale prohibet, ne alterum simul eidem conferatur. Quare Concil. Trident. *sess. 24. cap. 17. de reformatione*, decreuit, vt deinceps vnum tantùm beneficium Ecclesiasticum in singulos conferatur: quod si non sufficiat ad vitam Clerici honestè sustentandam, aliud sufficiens simplex conferatur, dũmodo vtriusque residentiam personalem non requirat, quia quando non sufficit, naturali iure beneficium non censetur, eo quòd tenue beneficium pro nihilo habetur. Secus iure canonico, quoniam exiguum beneficium pro beneficio reputatur, Azor. *2. p. lib. 6. c. 10. pag. 101. vers. obiicies, & c. 12. in principio, vers. 2. quæritur, & pag. 1037. vers. certè negari non potest, & vers. ego tamen non video*; vbi probat ius naturale in his quoque beneficiis reprobare pluralitatem, & ex consequenti non posse à Summo Pontifice plura beneficia sine causa concedi; ex causa tamen etiam, quæ iuris sunt naturalis, & diuini, & declarare, & relaxare potest, Azor. *d. c. 12. q. 1. & q. 7.*

Quotuplex autem sit causa, ob quam Pontifex possit vni plura conferre beneficia, ad duo 42.
capita præcipuè reuocari potest, nimirum iusta necessitas, aut vtilitas Ecclesiæ, de quibus P. Comitolus *lib. 1. respons. moral. quæst. 73.* vltra quas numerantur aliæ causæ, quæ mouent Pontificem ad faciliùs dispensandum in pluralitate beneficiorum, quarum meminit D. Antonin. *in 3. p. tit. 14. cap. 1. §. 6.* Syluest. *in verb. beneficium 4. numer. 3.* Sotus *de iustitia, & iure, quæst. 7. art. 3.* Adrian. *in 4. disp. de restitut quæst. quia in præmissis. §. in hac quæstione.* Gabriel *in 4. dist. 5. quæst. 8. art. 3. dub. 2. notab. 3. littera O.* Prima est conditio personæ, nobilitas, fama, litterarum scientia, vt vult Innocentius, atque ita dispensari potest per Sedem Apostolicam cum Nobilibus circa pluralitatem beneficiorum. Aloys. Riccius *in praxi aurea resol. 446. num. 7.* Menoch. *cons. 321. num. 20.* quæ quidem nobilitas in materia beneficiali consideratur, quamuis

solùm

ſolùm procedat ex parte matris. Azeued. *l.* 19. *tit.* 3. *lib.* 1 *noua recopil.* Cened. *ad Decretales collect.* 150. *num.* 7. Hoieda *de incompatib.* 1 *p. cap.* 19 *num.* 23. & 24. vbi vult ad conſiderandam beneficij ſufficientiam rationem eſſe babendam nobilitatis, vt congrua ſuſtentatio iudicetur, per textum *in cap. non cogantur.* 41. *diſt.* & ita voluit Bald. *in l.* 2. *in principio, C. quod cum eo*, quia qualitas alimentorum debetur ex perſonæ qualitate, ex Panot. *in cap. cùm omnes, num.* 9. *de conſtit.* per textum *in l. cùm alimenta, ff. de aliment. & cibar. legat.* Hoieda ſuprà *num.* 32. Nobilis autem hoc loco, vt quis dicatur, ſatis eſt quòd communis hominum æſtimatio illum nobilem reputet. Menoch. *de arbitrariis caſu.* 670. *num.* 40. *& de præſumpt. lib.* 6. *præſ.* 60. Gutier. *practic. lib.* 4. *quæſt.* 17. *num.* 5. & Maſcard. *de probat. præſ. concluſ.* 1094. *num.* 8.

43. Secunda cauſa quæ mouet concedentem ad faciliùs diſpenſandum in beneficiis, eſt litterarum ſcientia. Ratio, quia Eccleſia amat ſapientes, *cap. Epiſcopus* 41. *diſt.* Marcus Anton. Genuen. *in praxi quæſt.* 621. ſicut enim ſcientia eſt nutrix virtutum, *cap. præſentium*, 1. *quæſt.* 5. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *quæſt.* 91. *num.* 20. ideo litterati ratione ſcientiæ præſumuntur abhorrere vitia. *cap. cùm à iuuentute, §. quis præterea, de præſumptionibus*; & ignorantes præſumuntur vitiis addicti ex ignorantia, quæ eſt mater omnium errorum, *cap. ignorantia, cap. ſi in laicis* 38. *diſt. cap. niſi cum pridem, §. pro defectu, de renunciatione.* Cùm ergo ſapientibus faueat Eccleſia, multaque priuilegia illis indulgeat, Carol. de Graſſ. *in tract. de effect. cleric. in præludio num.* 89. iure optimo cum litteratis diſpenſari debet per Sedem Apoſtolicam circa beneficiorum pluralitatem. Rebuff. *in praxi benef. tit. de diſpenſat, ad plura beneficia à num.* 43. *& de priuileg. Schol. priuileg.* 39. Aloyſ. Ricc. *d. reſol.* 446 *num.* 1. Gambar *de officio Legat. lib.* 5. an Legatus poſſit plura beneficia vni conferre, *num.* 137. Vaſquius *Illuſtr. cap.* 25. *num.* 31. fauet ignobili virtute prædito, illumque præfert nobili vitioſo. Sed Gonzales *gloſſ.* 4. *de menſibus*, in ſpecie ait cum viris litteratis diſpenſandum eſſe ad beneficiorum pluralitatem, *num.* 26. *& num.* 27. quia litteratæ perſonæ comparantur Nobilibus, & ſublimibus. Abbas *in d. cap. de multa, de præbendis, num.* 5. Innoc. *in cap. Iam dudum, ad finem, eodem tit.* ſunt enim ſicut ſtellæ Eccleſiæ, *cap. ſuper ſpecula, de Magiſtr.* Ideo ſunt extollendi ad pluralitatem beneficiorum, & honorandi non ſolùm verbo, ſed etiam facto. Rolan. *conſ.* 47 *num.* 77. *vol.* 1. neque Orbis regi poteſt ſine litteris, *Auth. Habita, ne fil. pro patre, cap. cùm ex eo, de elect. in* 6. vbi Eccleſia vniuerſalis valde eget viris litteratis, vt illius regimen proſperè procedat.

44. Tertia cauſa eſt beneficium eſſe tenue, nec ſumptus ſuppeditat ſuo poſſeſſori neceſſarios; tunc enim poteſt conferri alterum beneficium, ſeu præbenda ſufficiens. Concilium Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 17. etiam ſi ſit difformis, & ſub eodem tecto: quòd autem beneficium dicatur ſufficiens, conſule Gonzales *gloſſ.* 15. *num.* 39. vbi conſulit ad id iudicandum opus eſſe conſiderare qualitates perſonarum, & locorum diuerſitates, & Flamin. *de reſignat. lib.* 5. *quæſt.* 6. *à num.* 131. *ad numerum* 149. addens iudicis arbitrio relinquendum id, quod non eſt diffinitum à iure, *l.* 1. *ff. de iur. delib.* Papalia poſt Bald. *in l.* 1. *num.* 45. *ff. ſolut. matr.* Decius *in cap. ſedes, num.* 7. *de reſcriptis.* Menoch. *de arbitr. iudic caſu* 716 *& caſu* 169. *num.* 14.

Difficultas tamen eſt, an diſpenſatus ad plura
beneficia ſine cauſa ſit tutus in conſcientia? 45.
Affirmat Curt. iun. *conſ.* 75. quem refert & ſequitur Io. Baptiſta Villal. *tract. commun. opinion. littera D. num.* 74. Ratio, quia beneficia Eccleſiaſtica ſunt inſtituta, & ordinata, non à iure diuino ſed à iure poſitiuo, vt probatur *in cap.* 1. iuncta *gloſſ.* 1. 13. *quæſt.* 1. vbi habes Dionyſium Papam fuiſſe inuentorem, & diuiſorem Eccleſiarum parochialium. Confert textus *in cap.* 2. *de præbendis, lib.* 6. vbi dicitur Papam habere pleniſſimam poteſtatem in beneficiis, quod etiam dicitur *in cap. propoſui, de conceſſione præbendæ.* Abbas *in cap. conſtitutus, num.* 13. *& de relig. domib. & in cap. extirpandæ, §. qui verò, num.* 2. *de præb.* Selua *de benefic.* 1. *p. quæſt.* 4. *num.* 22. & 23. Sed Papa poteſt diſpenſare in his quæ ſunt iuris poſitiui: ergo diſpenſatus ad plura beneficia ſimplicia, quorum vnum eſt ſufficiens, licitè poteſt ea retinere; ſequitur Menoch. *de præſumpt. quæſt.* 10. *num.* 21. *lib.* 2.

Nibilominus oppoſitum eſt verius, nempe 46.
non eſſe tutum in foro conſcientiæ diſpenſatum ad plura beneficia, ſine cauſa tamen rationabili, ita Hoſtien. *in cap. dudum el* 2. *de elect.* quem ſequitur Ioann. Andreas *in cap. de multa, de præbendis.* Abbas *ibi num.* 30. *& in cap. extirpandæ citato, in §. qui verò, num.* 43. *de præbend.* & Anchor. *in cap. in cauſis in* 3. *notabili, de re iudicata*, atque ita fuiſſe iudicatum in Academia Pariſienſi, ſolemniter tradit Bertach. *in repert. in verb. diſpenſatio, in verſic. adde hic vnum ſingulariſſimum*, ſequitur Hoieda *de beneficiis*, 2. *p. c. vltimo num.* 39. *verſ. contrariam tamen ſententiam*, Couarr. *lib.* 4. *de ſponſal.* 2. *p.* §. 6. *num.* 8. Flamin. Pariſ. *de reſignat. lib.* 5. *quæſt.* 6. *num.* 129. & ex Theologis idem aſſerunt D. Thom. 1. 2. *quæſt.* 97. & Caiet. *ibidem quæſt.* 66. *art.* 5. Sotus *lib.* 1. *de inſtit. & iur. quæſt.* 7. *art.* 3. Angles *de reſtitut. quæſt. de reſtitutione facienda propter negligent. Eccleſiaſticor. art.* 1. 2. *difficultate, dubio* 3. Leſſius *lib.* 2. *c.* 34. *num.* 151. & Azor. 2. *p. lib.* 6. *cap.* 12. *quæſ.* 7. 8. & 11. & *lib.* 5. *c.* 3. *quæſ.* 2.

Ratio, quia beneficiorum pluralitas reſiſtit 47.
naturali rationi, quando vnum eſt ſufficiens, vt conſtat ex *cap ad hæc, de præbendis*, ibi, *Illud* (inquit) *eſt rationi contrarium, vt vnus clericus in vna, vel diuerſis Eccleſiis plures dignitates, vel perſonatus obtineat: cùm ſingula officia aſſiduitatem exigant perſonarum.* Probatur etiam ex *c. ratio nulla, de præbendis*, per hæc verba: *Ratio nulla permittit, vt quod pro communi vtilitate datum eſſe cognoſcitur, propriis cuiuſque vſibus applicetur*; ergo ſine cauſa diſpenſatus à Summo Pontifice obtinendo plura beneficia non eſt tutus in conſcientia, quamuis in foro externo liber euadet, non tamen excuſabitur à ſententia D. Bernardi, cuius meminit D. Thom. *in quodlibeto nono in art.* 15. quæ ſic habet. *Qui*, inquit, *non vnus, ſed plures eſt in beneficiis, non vnus, ſed plures erit in ſuppliciis.* Quoniam quando vnum beneficium ſufficit ad congruam ſuſtentationem, habere plura ſimplicia ne dum repugnat iuri humano poſitiuo, ſed etiam iuri diuino; ac naturali, vt tradit Panor. quem refert, & ſequitur Sotus *lib.* 1. *de iuſtitia quæſt.* 7. *in art.* 3. *prope finem*,

& ita tenendum est, non esse tutum in conscientia habentem plura beneficia sine causa, vt inquit etiam gloss. *in cap. non est, de voto, & voti redemptione*, & Manuel Soares *in lib. receptarum sententiarum, in verb. dispensatio, num.* 81.

48. Nec obstat posse Papam dispensare in iis quæ sunt de iure positiuo, quia hoc intelligitur in iure merè positiuo, non tamen sine causa contra ius positiuum lege diuina, seu naturali ratione fundatum: tunc enim requiritur iusta & rationabilis causa, vt volunt Manuel Soares *suprà n.* 81. *&* 82. & Ripa *in cap. secundum, num.* 19. *de restit. spoliatorum*, vbi testatur de communi. Quando autem Papa dispensat contra ius merè humanum, & positiuum sine causa, dispensatio tamen est valida, & omnes actus qui ex ea sequuntur valent, & in hoc euentu vera est sententia quæ tradit, quòd in Principe satis est pro ratione voluntas, vt declarat Bartol. *in l. relegati, ff. de pœnis.* Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum, de constit. num.* 6. Abbas *in d. cap. non est, de voto, & voti redempt. & in cap. quæ in Ecclesiarum num.* 17. dum probant in foro exteriori valere dispensationem, quamuis malè faciat dispensando contra ius humanum sine causa Princeps, & qui dispensatione vtitur sine causa obtenta. Quare reiicitur sententia Fortunij Garcia existimantis *in l. Gallus, in §. & quid si tantum, ff. de liberis, & posth. col.* 135. dispensationem concessam sine causa aduersùs ius humanum in foro interiori esse irritam, & nullius momenti; quod non est dicendum, quia etiam si Princeps peccet absque causa dispensando in iure humano, valet tamen dispensatio, vide Couarr. *in lib.* 4. *de spons. in* 2. *p. c.* 6. *§.* 9. *num.* 10.

Habebit tamen locum sententia Fortunij, quando inferior à Principe habet facultatem dispensandi contra ius humanum, is enim si dispenset sine causa, dispensatio est nulla, tam in vno, quàm in altero foro. Ripa *lib.* 2. *responsorum c.* 36. Baldus & Alexander *in l. filius à patre, ff. de liberis & posthumis.* Couarr. *in* 4. *de spons. in* 2. *p. in c.* 6. *§.* 9. *num.* 10.

49. Ad argumentum autem quod affirmat, Ecclesiastica beneficia esse instituta à iure positiuo, & ab eo ordinata, & Summum Pontificem liberè posse ordinare ad nutum, & ad tempus, & sub conditione de illis disponere? Responde quod attinet ad ea quæ scripti, & Canonici iuris sunt, bene posse decernere, pro vt voluerit, & beneficia coniungere, diuidere, extinguere, augere, minuere, noua erigere, & ad nutum conferre, hæc, aut illa reseruare, & mutare, & antequã vacent, dare: non tamen posse sine iusta causa alimenta ministris iure naturali, & diuino debita auferre, quia beneficium dicitur ius exigendi fructus ex rebus Ecclesiæ propter sacrum ministerium, quod ius percipiendi pro vt restringitur ad portionem fructuum simpliciter necessariam ad ministros Ecclesiæ decenter sustentandos, dicitur esse beneficium diuini, & naturalis iuris, iuxta illud Christi Domini dicentis: *Dignus est operarius mercede sua*; & iuxta illud Apostoli: *Qui Altari seruit, de Altari viuere debet.* Quando autem beneficium sumitur pro iure percipiendi fructus necessariam portionem ministrorum excedentes, & victum, & alimenta superantes: hoc modo beneficium Canonico tantùm iure est institutum, & de illo potest disponere Summus Pontifex, non tamen de portione iure naturali, & diuino ministris debita, sine causa iusta subtrahere, præsertim si non habent aliunde sufficientem sustentationem. Azor 2. *p. lib.* 6. *c.* 1. *vers. primò quæritur, in principio, & in fine.*

Sunt tamen aliqua beneficia quæ quidem de iure diuino sunt instituta, nam Papatus est beneficium Ecclesiasticum, Selua *in tract. de beneficiis p.* 1. *quæst.* 2. *n.* 35. Iacobatius *de Concilio lib.* 10. *c.* 1. *n.* 5. Hoieda *de incompat. p.* 1. *c.* 1. & tamen fuit à Deo institutus, *Matth.* 16. Apost. 1. *ad Corinth.* 6 Flamin. *de resignat. lib.* 2. *quæst.* 1. *n.* 5. *&* 24. idem Hoieda *in præfatione n.* 5. *vers. quæ conclusio*, subdens Cardinalatum esse etiam de iure diuino, & non positiuo, vt *in c. per venerabilem, qui filij sint legitimi in §. rationibus*, pro vt vult Iacobat. *de Concil. in lib.* 1. *art.* 12. post Barbat. *in tractatu, de præstantia Cardinalium in* 1. *p. in quæst.* 1. *in principio, & in n.* 35. sed de Cardinalatu disputatio de Cardinalibus infrà; esseque beneficium Ecclesiasticum Cardinalatum, referunt Selua *de beneficiis p.* 1. *quæst.* 2. *num.* 35. Hoieda *p.* 1. *in præfatione num.* 59. *vers.* 2. *declaratur*, & Flamin. *de resignat. lib.* 2. *quæst.* 1. *num.* 33. 50.

Similiter Episcopatus est institutus de iure diuino, quia successerunt Episcopi in locum Apostolorum, constat ex *cap. in nouo*, ibi, *successerunt Episcopi, dist.* 21. & tradunt Gregorius Lopez *part.* 1. *tit.* 5. *l.* 1. *glossa* 3. *& l.* 17. *gloss.* 2. & Duenn. *regul.* 2. *vers. fallit in dignitate*, dicentes Episcopatum esse de iure diuino. Et quamuis *in d. cap. in nouo*, dicatur Episcopos esse suuessores Apostolorum, & est communis, teste Bellarm. *de confirmat. cap.* 12. *& lib.* 4. *de Roman. Pontifice cap.* 25. non tamen Episcopi succedunt in omni potestate, aut vniuersali iurisdictione Apostolorum, quoniam ab Apostolis fuerunt multi Episcopi electi pro speciali diœcesi, vt ait Enriquez *de sacrament. lib.* 3. *cap.* 6. *littera E.* Papa autem in primordio Orientalis Ecclesiæ ordinauit, & instituit dignitates, & alia Ecclesiastica beneficia, *cap.* 1. *&* 2. 22. *dist.* & docet Selua *de beneficiis,* 2. *p. quæst.* 22. *num.* 3. Item concessit Archiepiscopis, & Episcopis potestatem conferendi beneficia, quæ essent in diœcesi sua, *cap. decreto.* ibi, *quæ vices suas ita aliis impertiuit Ecclesiis, vt in partem sint vocatæ solicitudinis, non in plenitudinem potestatis, cap. qui se scit, in princip.* 2. *quæst.* 6. *cap. multum stupeo.* ibi, *vices enim nostras ita tuæ credimus potestati,* 3. *quæst.* 6. Gaspar de Perusio *in tract. de reseruationib. num.* 2. Hinc Episcopi in suis Ecclesiis censentur Papæ vicarij, Selua suprà 2. *p. quæst.* 1. *num.* 19. quia omnis conferendi potestas procedit ab ipso Papa, & omnis iurisdictio ab eo tanquam à fonte fluit, & refluit, neque aliter alicui conceditur, Afflictis *in constitutionibus Siciliæ, lib.* 1. *rubr.* 47. *num.* 6. Abbas *in cap. venerabilem, sub num.* 19. *ad medium, de electione.* Azeuedus *in l.* 1. *n.* 70. *tit.* 1. *lib.* 4. *recopilat.* & Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *quæst.* 14. *num.* 4. Ex quibus Prælati totius Vniuersi habent potestatem à Summo Pontifice, Pontifex autem à solo Deo, *cap. quamuis,* 21. *dist.* & Gomezius *in tract. de expectatiuis, num.* 10. *&* 11. Quare totum ius instituendi beneficia, & eligendi, & creandi dignitates Ecclesiasticas, pertinet ad Summum Pontificem, tanquam ad successorem Petri. Azor. *in summa tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 28. Gonzales *in regula de mensibus, in procœmio,* § 1. *num.* 2. & Hispaniarum Primas *in* 1. *part. decreti distinct.* 22. *in cap. omnes, numer.* 2. *&* 3.

Quæ

51. Quæ autem sint beneficia incompatibilia in quibus requiritur dispensatio, vt licitè retineri possint, sunt in duplici differentia. Quædam enim sunt huius naturæ, vt nisi accedat dispensatio, ipso iure vacant per adeptionem alterius beneficij: alia autem non vacant ipso iure. Exemplum priorum est beneficium curatum, quod si quis habeat, & aliud curatum obtineat, priuatus est ipso iure primo beneficio curato. textus *in cap. de multa, de præbendis, & in Clement. gratia, de rescriptis, & in Extrauag. Execrabilis, Ioan. X X I I.* sequitur August Bero. *in quæst. suis quæst. 80. num. 1. & sequent.* Paulus Paris. *in cap. cùm Ecclesia, num. 1 de exceptionib.* Panorm. *in d. cap. de multa*, & Curiel *de pluralitate beneficiorum, per totum.* Ratio, quia beneficium curatum habens, si aliud obtinuit curatum, censetur renunciasse priori, & habere illud pro derelicto, vt probatur ex *d. cap. de multa, de præbendis*, & docet Benedict. Capra *in tractat. regul. & fallent. in regul. 90. num. 22.*

52. Quæ resolutio procedit etiam in eo, qui ex dispensatione possedit plura beneficia curata: nam is, si aliud curatum acquirat, priora beneficia ex dispensatione Papali retenta, vacant ipso iure per assecutionem noui beneficij. Capra *in d. regul. 90. num. 26.* & habetur *in Clemen. si plures, de præbendis, & dignitatibus.* glossa *ibi, in verb. vacare.* Hoieda *1. p. de benefic. cap. 13. num. 15.* quod extendit non solùm ab beneficia secularia, sed etiam ad regularia curata, quæ simul non possunt plura retineri, sed eo ipso vacat primum per adeptionem secundi. Capra *num. 24.* & probatur ex textu *in Clement. vnica, de supplenda negligent. Prælat.*

53. Petes tamen, an confestim promotus ad secundum beneficium curatum possit retinere primum? Responde non sufficere collationem solam, & acceptationem beneficij secundi, sed requiri possessionem pacificam, vel saltem quòd per prouisum steterit, quo minus possessionem pacificam habuerit, non solùm de facto, sed etiam de iure, hoc est, non litigiosam, sed sine controuersia iuris, & facti iudiciali, & extraiudiciali, probatur ex *cap. de multa, de præben. & ex cap. licet Episcopus, de præbendis in 6.* gloss. *verb. pacificè, in Clement. gratiæ, de rescriptis.* Bursat. *cons. 353. lib. 4.* Flamin. Paris. *de resignat. lib. 3. quæst. 1. num. 119.* vbi pro hac parte citat Rot. Romanam in vna Florentina Canonicatus, & præbendæ, coram Card. sanctæ Crucis die 11. Martij 1558.

54. Beneficium namque primum non vacat nisi per possessionem pacificam secundi curati. Abbas *in d. cap. de multa*, & alij quos Flaminius refert ac sequitur suprà, & Hoieda *de incompatibilitate, p. 1. cap. 13. num. 13.* Vnde quamdiu beneficia non vacant, ipso iure possunt retineri à prouiso, & renunciari in fauorem, quia non est ipso iure priuatus, nisi cùm effectualiter censetur vacare: non censetur autem vacare, nisi post adeptam possessionem secundi beneficij pacificè: vel post moram capiendi illam, vt notat Abbas *in cap. cùm in cunctis, §. cùm verò, de elect. in fine*, & scribentes communiter ibidem, ac proinde non ingreditur incompatibilitas antequam habeatur pacifica possessio. Flamin *d. num. 129.* & Garcia *de benefic. p. 11. cap. 5. num. 100.*

55. Quæ autem dicatur pacifica possessio, vt vacet primum beneficium per possessionem pacificam secundi? Responde non sufficere quòd sit prouisus pacificè in possessione per horam, si illico mouetur illi quæstio de facto, vel de iure; quia non dicitur fuisse, quòd non stetit: textus cum gloss. *in cap. commissa, de elect. in 6. & Clemen. Gratia*, & *ibi* per Paulum *de rescriptis.* Confert caput, *si quis iam translatus. 21. quæst. 2.* non enim dici potest perfectè translatus, ex quo dubitatur de iure suo.

56. Attamen Gomez *in reg. de triennali, quæst. 53. fol. 415.* ait ad possessionem pacificam, quæ requiritur ex *d. cap. licèt canon. de elect. lib. 6.* sufficere habere exercitium curæ, quamuis maior pars bonorum non possideatur, satisque esse, si statim non fuerit possessor turbatus de iure, vel de facto, prout vult Ægidius *decis. 697.* mihi tamen placet quo ad effectum vacandi sufficere possessionem pacificam per duos saltem menses, quod etiam ait gloss. *in cap. commissa, de elect. in 6. in verb. pacificam*, quam ita *ibi* Lapus, Archidiac. & Geminianus intelligunt. Probatur ex clausula quæ apponi solet ita ibi in litteris, his verbis, *Volumus autem quòd tale beneficium in manibus nostris infra duos menses à die habitæ possessionis, vel pro qua per te steterit, quo minus illam assequaris, dimittere omnino tenearis: alioquin tam primum, quàm secundum beneficium vacet.* Quæ clausula solet poni in prouisione secundi beneficij incompatibilis, vt liberè dimittatur primum, Flamin. *d. quæst. 1. num. 64.* Ex quibus deducitur satis esse, vt primum vacet quòd detur possessio saltem per duos menses pacifica sine aliquo litigio, vel de facto, vel de iure, ita Cassador. *decis. 9. num. 2. de causa possessionis.* Geminian. *cons. 78. In nomine Domini.* Lapus *in cap. commissa, de elect. in 6.* Ioann. Andreas *in cap. ex parte Abbatissæ, de priuilegiis.* Igitur si non detur possessio pacifica per duos menses, non dabitur locus pœnis in iure positis, nec prouisus de secundo beneficio priuabitur ipso iure beneficio priùs obtento, poteritque illud renonciare. Garcia *de beneficiis part. 11. cap. 5. à num. 114. cum sequentib.*

57. Pœnæ autem quas incurrit obtinens secundum beneficium curatum non dimittendo primum verbo, & facto, in manibus Ordinarij sunt huiusmodi. In primis est priuatus vtroque beneficio, & efficitur inhabilis ad sacros Ordines, & ad quæcunque Ecclesiastica beneficia. Constat ex Extrauaganti Ioannis X X I I. incipit, *Execrabilis. §. quæ verò*, cuius meminit gloss. *in Clementina si plures, de præbendis.* Ideo vt euadat pœnas, opus est, vt postquam consecutus fuerit possessionem pacificam secundi beneficij curati, statim sine vlla cunctatione renunciet priori beneficio in manibus Ordinarij sub testimonio publico: patet ex Extrauaganti *Execrabilis*, paulo antè citata, Hoieda *de incompatibilit. 1. p. cap. 13. num. 79. vers. ex quo infertur.*

58. Limita tamen hanc doctrinam, vt non sit illi locus in omnibus beneficiis, sed in curatis dumtaxat, & in dignitatibus, personatibus, & officiis: non autem in aliis beneficiis incompatibilibus. Atque ita si quis obtineat vnum curatum beneficium, & postea assequatur beneficium simplex ex priuilegio, vel ex aliquo alio modo præsentiam, vel residentiam exigens, per adeptionem huius secundi beneficij, primum non vacat ipso iure, sed potest illo priuari. Ratio, quia decisio Extrauagantis *Execrabilis*, est pœnalis, & non debet extra suos terminos

extrahi, neque extenditur de caſu ad caſum. Sanchez *in Decal. lib. 2. cap. 28. n. 5.* cum multis, Sayto *in claui lib. 3. cap. 8. de lege pœnali num. 9.* Garcia *de beneficiis p. 11. cap. 10. §. 2. num. 205. & ſequenti*, vbi concludit in pœnalibus non dari extenſionem etiam ex identitate, & maioritate rationis

59. Ex dictis ſequitur promotum ad Epiſcopatum poſt adeptam poſſeſſionem, & conſecrationem ſequutam, vel poſtquam præfixum tempus ad conſecrationem petendam lapſum fuerit, ipſo iure priuatum eſſe beneficiis antea obtentis. Concil. Tridentinum *ſeſſ. 7. cap. 9. & ſeſſ. 23. de reformatione cap. 2.* textus *in cap. cum in cunctis. §. cum verò, de elect.* & *ibi* gloſſ. *in verb. ad quem*, & Innocent. Hoſt. & Abbas. Oldrad. *conſ.* 54. incipit, *Cùm quæritur*. Gigas *de penſionibus quæſt. 56. n. 4.* vbi ait de iure quatuor ad hoc requiri, prouiſionem ſcilicet, confirmationem, conſecrationem, & adeptionem poſſeſſionis, vt *in d. §. cum verò*, quod notant etiam Rebuff. *in concordant. in tit. de mandat. Apoſtolico, §. ſtatuimus, tit. Eccleſias Cathedrales*, & Romanus *conſ. 335. col. 1.*

60. Nihilominus de ſtylo Curiæ vbi primum aliquis ad Epiſcopatū euehitur per Papam, beneficia illius poſſunt conferri tanquam vacantia ante conſecrationem, vt volunt Ioann. Andreas *in Clement. 1.* gloſſ. *in verb. collocato, vt lite pendente*, & Caſſador. *deciſ. 2. de conſtitut.* & Abbas *in d. §. cum verò, de elect.* & *ibi* Decius. Attamen quamuis hoc ita fieri poſſit, verè vacare non dicuntur beneficia promoti, niſi adepta poſſeſſione, vt fuit deciſum in vna Panormitan. beneficiorum coram Domino Accorambono 9. Ianuarij 1548. vt teſtatur Mandoſ. *in regul. de beneficiis, vacantibus per promot. quæſt. 4. num. 4.* ſequitur Anaſtaſ. Germon. *in tract. de indultis §. ſi verò num. 27. fol. 146.*

61. Ex quo etiam ſequitur non poſſe promotum renunciare in fauorem beneficia, quæ habebat antea. Rebuff. *vbi proximè. §. vltimo.* Hoieda *de incompatibilitate. p. 1. cap. 4. num. 11.* quia, qui caret iure in beneficiis, non poteſt illa renunciare: talis eſt promotus ad Epiſcopatum. Ergo nullum ius habet ad beneficia obtenta ante promotionem, cùm vacauerint ipſo iure. Cald. *conſ. 1. de tranſl. Prælat.* & Titaquel. *in l. ſi vnquam, verb. reuertatur num. 446. C. de reuocand. donat.* Quin etiam promoti ad Cardinalatum non poſſunt renunciare dignitates, nec beneficia curata ante promotionem obtenta, quia vacant ipſo iure per promotionem. Hoieda *de incompat. p. 1. cap. 2. num. 15.* Flamin. *de reſignat. lib. 3. quæſt. 1. num. 66.* vbi *num. 67.* ait ferè in omnibus promotionibus ad Cardinalatum concedere Pontificem Cardinalibus retentionem beneficiorum, quæ antea habebant, Gambar. *in tract. de auctoritate Legati à latere lib. 5. num. 130.* ex ea ratione, quia Cardinales aſſident Summo Pontifici, & Eccleſiæ vniuerſali inſeruiunt, eorumque officium eſt conſulere Romano Pontifici, illumque adiuuare in officio ſacerdotali. Archid. *in cap. vbi periculum num. 4. de elect. lib. 6.* & Barbat. *de Cardin. p. 1. quæſt. 12. n. 2.* quæ etiam retentio beneficiorum iam obtentorum ſolet concedi à Pontifice promotis ad Epiſcopatum, vt probat Gigas *de penſionibus quæſt. 56. num. 4. verſ. niſi ei ſit à Papa indultum.* Tunc enim promotus poteſt retinere ſimul cum Epiſcopatu quaſcunque annuas penſiones, antea obtentas ſuper fructibus beneficiorum, Rebuff. *in ſua praxi, tit. de diſpenſ. de non reſid. num. 77.* & Anaſtaſ. Germon. *de indult. §. ſi verò illa. num. 36. fol. 496. pag. 2.* ex Puteo *deciſione 327.* vbi addit penſiones non vacare ante apprehenſionem poſſeſſionis: ſed alij negant eſſe differentiam inter beneficia & penſiones.

Sed quid ſi permutetur Epiſcopatus cum altero Epiſcopatu? Reſponde non vacare priora beneficia, ſed poſſe retineri, nec obligatur ad expeditionem litterarum ſuper ea retentione; quæ retentio extenditur ad beneficia obtenta tam de iure, quàm de facto, & è contra, Caputaquen. *deciſ. 251. lib. 6.* & refert Granut. ad Simon. *quæſt. 27. n. 9.* Germon. *vbi ſuprà n. 136. & 137.* vbi mouet, ne per promotionem ad Epiſcopatum vacent priora beneficia, neceſſarium eſſe diſpenſationem impetrare pro retentione, vt ait Mandoſ. *in praxi ſignat. gratiæ, verſ. diſpenſatio ſuper retentione*; ſed etiam oportere litteras expedire. 62.

Illud etiam aduerte per aſſumptionem ad ſummum Pontificatum beneficia vacare, vt vult Hieronym. Gabriel *conſ.* 200. quod contingit quando Ioannes Angelus Medices in Pontificem Max. fuit aſſumptus, & Pius Quartus vocatus, quòd eueniſſe traditur à Collectario ad *caput fin. col. 1. de conceſſione præbendæ.* Anaſtaſ. Germon *de indultis. §. ſi verò illa, n. 34.* Flamin. *lib. 3. quæſt. 1. n. 4.* poſt alios. 63.

Quid de promotis ad beneficia incompatibilia, quæ dicuntur iure talia? Reſponde Papam ſolum poſſe ea vni eidemque clerico conferre, cuiuſmodi ſunt beneficia ſimilia ſub eodem tecto, duas in eadem Cathedrales, duas Parochiales, vel duo beneficia habentia curam animarum, vel duas dignitates vel Præpoſitutas vel adminiſtrationes, ſiue officia, vel eorum alterum ſimul cum Canonicatu habere ſimiliter ea beneficia in quibus reſidere tenetur ſiue de iure, ſiue de conſuetudine; hæc autem omnia dicuntur incompatibilia, & per poſſeſſionem pacificam vnius vacat primum incompatibile antea obtentum, ita vt, ſi alterum non dimittat, vtrumque vacet. *Extrauag. Execrabilis. §. qui verò deinceps, de præbendis.* 64

Similiter ſunt incompatibilia duo Epiſcopatus, illoſque habere, quamuis aliquibus id videatur repugnare iuri diuino: attamen verè non eſt contra ius diuinum, ſeu naturale habere duos Epiſcopatus ſimul, quoniam ſæpe diſpenſatum fuit circa pluralitatem Epiſcopatuum in vno Epiſcopo; de quo eſt textus *in cap. relatio, & in c. illud, 21. quæſt. 1.* Ratio, quia Pontifex habet plenitudinem poteſtatis in beneficialibus. Hoieda *in 1. p. c. 13. n. 58.* & beneficiorum pluralitas de iure poſitiuo eſt interdicta, *cap. quia nonnulli, de cleric. non reſid. & c. quia in tantum, de præbendis, & c. cum non ignores, eodem tit.* Item quia beneficia de iure poſitiuo ſunt inſtituta, & ordinata. Hoieda *1. p. in præfat. num. 5.* Ideo de iure poſitiuo pluralitas emanat: ſed Pontifex eſt ſupra ius poſitiuum. ergo poteſt diſpenſare in pluralitate beneficiorum. Quòd ſi dicas eſſe de iure diuino non habere plura beneficia? Reſponde Pontifici competere poteſtatem interpretandi, ſeu declarandi circa ius diuinum, aut naturale, & hoc modo intelligenda eſt communis ſententia, docens Papam non poſſe diſpenſare circa ius diuinum, ſeu naturale, poſſe tamen illud declarare, ſeu interpretari, atque ita diſpenſatio refertur ad declarationem, 65

ſeu

seu interpretationem, in hoc scilicet, vel in illo casu non habere locum prohibitionem pluralitatis beneficiorum: proinde Papam posse ex causa concedere vni eidemque conferre duos Episcopatus, vt colligitur ex traditis ab Hoieda *p.2.c.12.n.11.& 12.* quamuis sint incompatibiles, idem *1.p.c.3.à n.1.9.& c.4.n.1. cum sequentib.*

66. Sunt etiam incompatibiles duæ Abbatiæ sicut duo Episcopatus, quia Episcopatus, & Abbatiæ patificantur. Petrus Rebuff. *super concordat. in rubrica de mandato Apostolico in §. statuimus, verb. monasteria*, text. *in c. dilectis filius, in fine, de concessione prebendæ*: atque ita duæ Abbatiæ sunt incompatibiles de iure communi, text. *in c. Monachum. 20. quæst 4.* vbi ita dicitur: *Abbati* (inquit) *singulas quoque, diuersasque cellulas habere, aut plura Monasteria non liceat.* Confert *c. final. de religiosis domibus*, his verbis. *Illud etiam prohibemus ne quis in diuersis Monasteriis locum Monachi habere presumat, neque vnus Abbas pluribus Monasteriis præsidere.* Ex quibus habes esse incompatibiles duas Abbatias, siue sint regulares, siue seculares, quia eædem rationes procedunt tam in regularibus, quàm in secularibus; quare idem est dicendum de vtrisque Abbatiis, text. *in l. de quibus*, & *ibi* notat Angel. & declarat *in 6. notabili ff. de legib.* text. *in l. Pomponius scribit, si negotium, & in verb. & quemadmodum, & ibi* etiam glossa, & scribentes, *ff. de negot. gest.* Bald. & Paul. de Castr. *in l. aduersus C. si aduersus rem iudicatam.* quod etiam intelligitur in aliis Abbatiis inferioribus hab[e]ntibus curam animarum in vtroque foro, & ideo non possunt simul retineri, neque obtineri. *in cap. de multa, de prabendis.*

67. Ex quibus beneficia promoti ad Abbatiam vacant ipso iure post possessionem pacificam, vel si per eum steterit quo minus possessionem capiat, etiam si non fuerit benedictus. Abbas *in c. quanto, de officio Ord nary, & in cap. cùm in cunctis. § cùm verò*, vbi Decius, *num. 2. de elect.* Rebuff. *in d. §. statuimus super concordant. de mandato Apostolico, verf Monasteria.* Oldrad. *conf. 14.* Selua *de benefic. 2. p. quæst. 2. num. 49.* Gigas *de pensionib. quæst. 6. num. 5.* Tusch. *conclus 71 littera B. num. 11. & 12.* Hoieda *1. p. c. 6. num. 1. & sequent.* Zechus *de benefic. & pensionibus Ecclesiasticis, cap. 5. num. 4* & Garcia *d. p. 11. de benefic. cap. 7. num. 1.* & ex consequenti non potest renunciare assumptus ad Abbatiam beneficia antea obtenta, iuxta Doctores citatos Flamin. *d. lib. 3. quæst 1. n. 96.* Sicut habentes dignitates Ecclesiasticas, puta Decanatum, vel Archidiaconatum, vel alias similes, si obtineat possessionem pacificam alicuius alterius dignitatis non possunt renunciare priores dignitates in fauorem, quia vacant ipso iure, *d. cap. de multa, de prabendis.* Concil. Triden. *sess. 7. cap 4.* Hoieda *1 p. cap. 7. num. 7.* Flamin. *d quæst. 1. n. 105.* vbi *n. 106.* addit habentem Canonicatum in Ecclesia Cathedrali si in eadem obtineat alium Canonicatum per adeptionem pacificam secundi, non posse renunciare primum, quia vacat ipso iure. Hoieda *1 p. cap. 12. num. 12.*

68. Sunt etiam incompatibiles duæ vicariæ perpetuæ habentes curam animarum, & ita vacat prima per adeptionem pacificam secundæ, nec potest prima renunciari, *c. 2. de officio vicarij*, vbi gl. *in verb. plures*, Abbas *in c. ad hæc, de offic ordin.* & Gambar. *de potest. Legati à latere lib. 6 tit. dispensat. n. 10.* vbi concludunt duas vicarias perpetuas esse incompatibiles, nec posse resignare in fauorem text. *in Clement. 2. de officio vicarij.* ibi, *Quæ* (inquit) *de clericis curam animarum habentibus, per receptionem aliorum similium, & de ipsorum Rectoribus promouendis ad Sacerdotium ætate à iure statuta noscuntur, in perpetuis Ecclesiarum Parochialium vicariis, & assumptis ad eas volumus obseruari*; ex quo constat vicariam perpetuam beneficij curati non posse renunciari in fauorem, quia vacat ipso iure per consecutionem pacificam secundæ, nisi sint ad inuicem vnitæ.

69. Tunc enim ratione vnionis possunt plura beneficia etiam incompatibilia ab vno obtineri, quoniam annexum non facit incompatibile; ratio, quoniam per vnionem beneficium amittit nomen beneficij. Hoieda *supra p. 2. c. 3. n. 11.* Flamin. *de resignat. lib. 3. quæst. 1. n. 119.* ex eo, quia beneficium vnitum conuertitur in naturam eius rei cui fit vnio, & accrescit, argumēto *l. si ex toto, in principio ff. de legat. 1.* [H]inc fit, vt non requiratur fieri mentio beneficij v[n]iti, quia mediante vnione beneficium vnitum desinit esse beneficium. Rota *decis. 1 tit. 1. de rebus Ecclesiæ, in antiquis.* Gomezius *in regula de infirmis quæst. 15. n. 1.* Federicus de Senis *in tract. de rerum permutatione quæst. 23.* Oldrald. *cons. 57. Factum tale est num. 15. vers. per vnionem tamen prædictam desinit esse talis, & num. 18. vers. nec dubitandum est.* Proinde non causat incompatibilitatem, quamuis aliàs causaret, si non esset vnitum, glossa *in summa 21. quæst. 1. c. cùm singula*, ibi, *nisi forte vnus ex eis ab alio dependeat, de prabendis lib. 6.* Flamin. *d. lib. 3. quæst. 1. n. 120.* & Gonzales *gloss. 5. §. 7. per totum*, præsertim *à n. 2. vsque ad n. 20.* vbi probat vnitum beneficium curatum alteri simplici transire in naturam simplicis, quando accessoriè est vnitum, & illius cura per Vicarium ab Ordinario constitutum exercetur. Quare vnita simul plura beneficia de iure obtineri possunt, Hoieda *de benefic. p. 2. c. 3. n. 10. vers. quibus præmissis, & num. 12.* vbi id cum multis probat.

Item duæ dignitates sunt incompatibiles, verbi gratia, Decanatus, & Archidiaconatus, vel Archipresbyteratus, siue habeant administrationem rerum Ecclesiasticarum cum iurisdictione, siue non. Prior pars probatur *in cap. sicut, de excessibus Prælatorum, & in cap. de multa, de prabend. & in Clement. quia regulares, de supplen. neglig. n. prælat.* & est communis. Abbas *in cap. extirpandæ §. qui verò n. 30. de prabendis.* Corras. *in tract. de Sacerdot. in 1. p. in cap. 10. num. 5.* Posterior pars asserens id procedere tam in dignitatibus habentibus iurisdictionem, quàm in non habentibus, docent Felin. *in c. ex litteris, col 3. vers. & de illo dicto, de constit.* & Abbas *in d. c. de multa, n. 21.* qui vtuntur exemplis aliquorum Archidiaconatuum nullam habentium de consuetudine administrationem rerum Ecclesiasticarum, neque iurisdictionem; & tamen sunt dignitates saltem de consuetudine reputantur tales, censenturque incompatibiles, nec possunt haberi simul. Vnde recipiens secundam dignitatem nisi post pacificam possessionem illius dimittat primam dignitatem in præsentia personarum publicarum, priuatur ipso facto vtraque dignitate, & fit inhabilis ad sacros Ordines recipiendum & ad obtinendum aliquod beneficium Ecclesiasticum, vt probatur in Concilio Trident. *sess. 7. de reformat. cap. 4.* ibi, *ipso iure etiam præsentis Canonis vigore priuatus existat.* Gonzales *ad regulam 8. gloss. 15. num. 15. & tribus sequent.* 70.

Similiter dignitas est incompatibilis cum Canonicatu. Ratio, quia dignitas personatus, & officium requirunt residentiam de per se, Cano- 71.

nicatus autem de iure habet residentiam, & vix vnus potest vni beneficio dignè seruire, *cap. quia non nulli, de clericis non residen. & in cap. 1. de consuetudine lib. 6.* quæ incompatibilitas procedit in vna, & eadem Ecclesia, siue in diuersis, per textum *in Clement. vltima, de præbendis, & in c. 1. de præbendis, in 6.* neque inferior à Papa potest dispensare, vt quis habeat in eadem Ecclesia dignitatem, officium, vel personatum cum Canonicatu, teste Dominico *in c. Sanctorum 70. dist.* sed neque in diuersis, quæ est communis sententia; & seruatur in Curia. Hoieda *1. p. cap. 11. num. 4.* An verò ipso iure vacet dignitas, officium, vel personatus per adeptionem Canonicatus, siue in eadem Ecclesia, siue in diuersa, anceps est quæstio, & Hoieda suprà *num. 7.* inclinat non vacare ipso iure dignitatem, neque officium per adeptionem Canonicatus: sed verba Coocilij Tridentini *d. sess. 7. cap. 4.* vrgent dum ait, *nullus plura incompatibilia beneficia recipiat, & qui retinere præsumpserit, ipso iure beneficij ipsis priuatus existat.* Cùm ergo dignitatis cum Canonicatu sint incompatibiles de iure communi, vt probat text. *in Clemen. vltima, de præbendis,* & gloss. *in c. super eo, de rescriptis, lib. 6.* Cæsar. Lambert. *in tract. iuris patronat. in 1. p. quæst. 7. art. 15. n. 5.* Duenn. *in tract. regul. & fallent. in reg. 71. in ampliat. 5.* non est negandum vacare ipso iure dignitatem per adeptionem Canonicatus, nec posse retineri sine Papali dispensatiooe.

72. Quid de personatu cum Canonicatu? Responde esse beneficia incompatibilia, siue in eadem Ecclesia, siue in diuersis, constat ex iuribus, & ex rationibus dubio præcedenti allegatis. Personatus aotem, propriè loqoendo, est honor, & præcedentia quædam in Ecclesia, quæ Canonicum aliis etiam antè receptis tam in choro, quàm in Capitulo præfert, vt notatur ab scribentibus *in cap. 1. de consuetudine lib. 6.* Differt personatus à dignitate, quia dignitas habet administrationem regulariter; personatus autem, minimè, Innocen. *in c. quia nonnulli, de iudic.* & Cordin. *in Clement. 2. in vers. 5. notab. de iudiciis,* sed habet personatus in choro stallum sine iurisdictione præ aliis. Hoieda *1. p. c. 7. n. 2.* Nihilominus personatus duo sunt incompatibiles, textus expressus *in c. ad hæc. & in c. multa, de præbendis. Extrauag. Execrabilis, eodem titulo, & in c. 1. de consuetudine lib. 6.* siue quis eos obtineat in diuersis Ecclesiis, siue in vna, & eadem, semper sunt incompatibiles, per textum *in d. c. ad hæc. & in d. c. de multa*; eò quòd singula officia in Ecclesiis exigunt personatum residentiam, per textum *in c. singula 89. dist. & c. cùm ignores, de præbendis.* Ideo personatum habens priora renunciare non potest, si habet secundum pacificè, quia est priuatus ipso iure, vt probatur *in c. de multa, vers. præsenti decreto, iuncto vers. hoc idem in personatibus, de præbendis. Extrauag. Execrabilis, de præbendis, inter communes. vers. qui verò deinceps.* Hoieda *p. 1. de incõpati. c. 9.* & Flamin. *de resignat. lib. 3. quæst. 1. n. 103.*

73. Est item personatus incompatibilis cum beneficio curato. text. *in cap. 3. de offic. Ordin. lib. 6.* & gloss. *in verb. personatum.* Idem reperitur *in Extrauagant. Execrabilis, de præbendis,* & è contrario. Nam sicut vacant ipso iure dignitates per obtentionem beneficij curati, sic etiam personatus vacat per adeptionem curati, Hoieda post plures, *1. p. c. 16. n. 1. & 2.* Atque ita pœnæ impositæ in *Extrauagant. Execrabilis,* habent locum contra obtinentes dignitatem, personatum, seu officium cum beneficio curato, nisi dimittat primum beneficium in manibus Ordinarij, priuatur vtroque beneficio, & fit inhabilis ad sacros Ordines, & ad quæcunque Ecclesiastica beneficia. Bertachin. *in verb. benefic. in vers. beneficium curatum, seu dignitatem, personatum, & verb. beneficium curatum secundum recipiens, siue secundam dignitatem,* sic ait Staphil. *in tract. de litt. grat. & instit. in tit. de qualitate, & stat. benefic.* Potest tamen personatus compati cum aliis beneficiis non exigentibus residentiam, de iure communi quando fructus ipsius personatus, vel vnius, vel omnium simplicium beneficiorum, non satis sunt ad decentem sustentationem ipsius clerici. Hoieda *p. 2. cap. 2. num. 8.*

Denique hodie post Concilium Trident. inducunt incompatibilitatem omnes Canonicatus,
& portiones Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegia- 74.
tæ, & omnia alia beneficia requirentia residentiam ita, vt vacent ipso iure per adeptionem pacificam secundi. Gonzal. *de mensibus,* gloss. *15. n. 16. & duobus sequentibus.* Ad effectum autem inducendi incompatibilitatem beneficium dicitur sub eodem recto illud quod consistit intra eandem Ecclesiam, & intra eosdem parietes, & muros. Sic Mandos. *in tract. de signatura gratiæ, tit. de dispensat. ad beneficia sub eodem tecto, vers. in iure ciuili, verb. sub eodem tecto.* Nihilominus, vt sit locus incompatibilitate ratione eiusdem tecti, requiritur quòd vtrumque beneficium sit vniforme, & eiusdem nominis. Rebuff. *in praxi, tit. de non promotis infra annum n. 75.* Nauarr. *cons. 18. n. 1. sub tit. de præbendis.* Flamin. *de resig. lib. 2. quæst. 1. n. 128.* Vacabit ergo ipso iure vna dignitas per alterius adeptionem in eadem Ecclesia, quando fuerint beneficia vniformia; hoc est, quando vtrunque beneficium habuerit idem ministerium ad exercitium in eodem loco, ita vt beneficiati, seu capellani conuenire debeãt in vnum, & eadem munera exerceant. Idcirco si fuerint plures Capellaniæ sub eadem Ecclesia, in diuersis Capellis institutæ, faciantque separatam Congregationem, & ad diuersos fines sint erectæ, non censet Nauarr. *cons. 16. n. 2. tit. de præbendis,* dari incompatibilitatem, si vnam habens, alteram obtineat, cùm non videantur beneficia vniformia. Quod non puto verum, si vtrunque beneficium exigat personalem præsentiam, & non patiatur ponere Oeconomum, præsertim, si seruitium vtriusque in eodem tempore exerceatur.

Quare quando vtrunque beneficium ex statuto, vel ex consuetudine non exigit præcisam resi-
dentiam, & est difforme, veluti dignitas, aut Ca- 75.
nonicatus, vel portio cum præstimonio, aut Capellania, aut vna Capellania vnius Capellæ, seu Congregationis, cum alia Capella diuersi instituti, seu officij, aut cum alio simplice beneficio, nulla inducitur incompatibilitas, Gonzales *de mensibus gloss. 10. n. 41. & duobus sequent.* vide Garc. *p. 11. c. 5. §. 2. à n. 230 vsque ad n. 248. & n. 182. & seq.*

Quæ sint beneficia consistorialia, & quæ reseruata, & ad quem collatio eorum spectet?

§. III.

EPITOME.

76. 77. *Beneficia consistorialia quæ sint, & cur ita dicantur?*

Reseruata

78. *Reseruata beneficia Summo Pontifici quanam sint.*
79. *Reseruatio quid sit, & quotuplex, & qua reseruatio debet exprimi.*
80. 81. 82. *Beneficia reseruata, & beneficia affecta differunt inter se, & quid sit affectio, & quomodo fiat, & quanti sit roboris.*
83. *Reseruatum non est beneficium per priuationem, si priuandus ante illam mortuus est.*
84. *Papa prouidens de beneficio vti reseruato, quod non erat, nulliter prouidet, nec beneficium manet affectum.*
85. *Papa apponendo manum in beneficio ad effectum prouisionis, prouisio, vti surreptitia non tenet, si postea alteri de illo prouideat antequam absens acceptet.*
86. *Prouisio Papa beneficij, non tenet, si resignatio non valet ex aliqua causa, etiamsi apposuerit manum super beneficio.*
87. *Beneficium censetur vacare per obitum resignantis, non expresso vero valore beneficij.*
88. *Affectio, ex quibus inducatur, & fieri cognoscatur.*
89. *Affectio inducitur ex commenda facta à Papa, excludit expectantes, neque Ordinarius potest de illo prouidere.*
90. *Affectio inducitur imperante Papa Electoribus, ne eligant aliquem ad certam Ecclesiam.*
91. *Beneficium habens à Papa si postea egeat dispensatione, Ordinarius non potest concedere illam.*
92. *Ordinarius non potest beneficium conferre quoties Papa confert inualidè.*
93. *Beneficia qua vacant in Curia, sunt omnino reseruata.*
94. *Beneficia Curialium morientium, dum Curia transfertur ad locum aliquem, sunt reseruata, & quid nomine Curia intelligatur ad hunc effectum.*
95. *Beneficia vacantia vel apud Sedem Apostolicam, quod idem est, sunt reseruata.*
96. *Vacare apud Sedem beneficia, & vacare in Curia aliquando differunt.*
97. 98. *Curia Romana an dicenda sit, esse vbi est Papa.*
99. *Curiam ad Romanam properantes, seu recedentes ab ea intra duas diatas, si moriantur eorum beneficia vacant in Curia, seu apud Sedem*
100. *Beneficia in vrbe vacantia Papa confert, etiamsi non sint reseruata.*
101. 102. *Beneficia qua vacant in Curia, Legati, vel Nuntij non censentur vacare in Curia, & qui dicantur Curiales ad effectum reseruationis.*
103. 104. *Episcopi proprij, si reperiantur in Curia, vel in vrbe, an possint ibi recipere resignationes, vel confere beneficia.*
05. *Papa potest prouidere pralaturas, & beneficia, quacunque iuris patronatus laicorum sine consensu patronorum, sed non solet.*
106. *Papa beneficia iuris patronatus, ex priuilegio, vel ex prascriptione comprehendit in reseruationibus.*
107. *Papa reseruans beneficia patronata, non censetur in dubio reseruare beneficia laicorum patronorum.*
108. *Beneficia patronata, si Roma vacent, secundum aliquos sunt reseruata; sed verius est non esse.*
109. *Beneficia patronatus clericorum, in generali reseruatione continentur, & qualis sit patronatus Ecclesiasticus.*
110. *Ius patronatus laicorum quale sit, & quomodo acquiratur.*
111. *Beneficia iuris patronatus, clericorum, & laicorum, non continentur sub reseruationibus generalibus.*
112. *Beneficia iuris patronatus mixtim ex aliquorum sententia, continentur sub reseruationibus generalibus.*
113. *Beneficia mixtim clericorum, & laicorum, qua habeant priuilegia.*
114. *Ius patronatus est laicale, quando fuit institutum ex bonis patrimonialibus, siue clerici, siue laici, quamuis ius prasentandi competat clerico.*
115. *Patronorum si maior pars est clericorum admittit derogationem.*

BENEFICIA consistorialia sic 76.
dicuntur, quia Papa de illis in Consistorio disponit coram Cardinalibus, Lapus *allegat.* 84. *col.* 2. Rebuff. *super concord. ad Prat. nomin. facien. vers. consistorialiter*, Petr. Gregor. *syntag. iuris lib.* 15. *cap.* 4. *num.* 15. & Mandos. *de annal. quaest.* 16. *num.* 2. Hæc autem sunt in duplici differentia: quædam appellantur consistorialia, quia inueniuntur scripta, & annotata in libris Cameræ inter consistorialia; hæc enim non prouidentur consistorialiter ex consuetudine, vt inquit Caputaquen. *decis.* 17. *& decis.* 19. *lib.* 1. *in manuscript.* & de his idem est iudicium, quod de reliquis aliis beneficiis.

Alia verò sunt consistorialia, de quibus Ponti- 77.
fex præsentibus Cardinalibus in Consistorio secreto disponit communiter, vt sunt Abbatiæ, & Monasteria, in quibus requiritur, vt formetur processus super conditionibus, & qualitatibus promouendi, vt decernit Concilium Lateranense sub Leone X. & patet ex *constitut.* 11. incipit, *Suprema*, eiusdem Leonis; quæ meminit Abbatum, seu Monasteriorum. Et quamuis Concilium Tridentinum *sess.* 24. *cap.* 1. *de reformat.* mentionem non faciat, nisi de Episcopatibus, non verò de beneficiis consistorialibus: attamen ex ordine disponendi de Episcopatibus colligitur idem esse dicendum de consistorialibus. Atque ita omnia ferme necessaria in promotionibus ad Episcopatum per translationem, priuationem, mortem, & cessionem requiruntur in promotionibus ad Consistorialia. Et ita praxis, & stylus obtinet: ideo eodem modo fit informatio, & expeditio, Flamin. *de resignat. lib.* 8. *quaest.* 6. *num.* 4. *&* 5. Staphil. *de literis gratia, & iust.* §. *dicendum num.* 67. cuius meminit *ibi* Flamin. *num.* 5. dicens beneficia consistorialia esse renuncianda in Consistorio, quod priùs tetigit *lib.* 2. *quaest.* 2. *num.* 2. *& sequent.* Vt plurimum tamen consistorialium horum, quæ solent, & debent prouideri in Consistorio, quotiescumque Pontifex recipit renunciationes, disponit de illis sicut de aliis beneficiis extra Consistorium, & de stylo fit prouisio consistorialium extra Consistorium. Flamin. *d. quaest.* 2. *lib.* 2. *num. vltimo, & quaest.* 6. *lib* 8. *num.* 8. Pro consistorialibus vide etiam Gonzal *de mensib. gloss.* 9. *num.* 38. *&* 39. Anastasium Germon. *de indult. Cardin.* §. *Regularia num.* 82. *& sequentib.*

Ea autem beneficia dicuntur reseruata, quæ 78.

Pontifex Maximus ita sibi retinuit,& applicuit, ut cùm postea vacauerint, ea ipse solus conferat, & nemo alius de illis disponere possit. Olim Papa nulla beneficia sibi addicere solitus est, vt deducitur ex toto Decreto Gratiani, in quo nihil de beneficiis reseruatis actum est, vnde post Gratiani sæculum beneficia Pontifices sibi reseruare cœperunt. Reseruatio ergo sic definitur ab Ænea de Falconib. *in suo tractatu de reseruat.* Reseruatio est alicuius beneficij Ecclesiastici vacaturi, per habentem ad id potestatem, ad se facta auocatio. Hæc tamen reseruatio est duplex, altera generalis, altera specialis Generalis dicitur, per quam Pontifex sibi addicit,& reseruat, plura beneficia vnius generis, nimirum cùm sibi reseruat omnes Eccle-
79. sias Metropolitanas Archiepiscopales, Patriachales, Primatiales, Cathedrales, vel omnes Collegiatas, Abbatias, Prioratus, & beneficia regularia, & Dignitates, quæ prouidentur per electionem de iure, vel de consuetudine. Reseruatio autem specialis dicitur, quæ fit de beneficiis certi loci, vel Ecclesiæ, vt cùm certa Dignitas in hac, vel in illa Ecclesia reseruatur certo generi personarum quo tempore vacauerit.

Propriè tamen loquendo, reseruatio generalis, de qua Iacob. Simon. *in tract. reseruationum benef. quæst.* 4. est illa, quæ prouenit ex dispositione iuris communis: specialis autem, quæ fit per regulas reseruatorias: generales reseruationes sunt perpetuæ, speciales tamen sunt temporales, & vitalitiæ, ad vitam scilicet Pontificis edentis regulas, Caputaquen *decis.* 75. *num.* 3. *& sequentib. part.* 3. Siue ergo reseruationes sint generales, siue speciales, semper debent exprimi, vt decisum fuit à Rota in vna Florenti. Sanctæ Felicit. coram Fabro 23. Decembris 1547. Ideo habens facultatem conferendi omnia, & quæcunque beneficia, non potest conferre reseruata, ratione familiaritatis, vt dictum fuit in vna Valent. 16. Martij 1543. coram Ioanne Paulo. Ratio, quia collatio beneficiorum reseruatorum ex familiaritate semper placuit Summis Pontificibus. Anast. Germon. *de indultis*, § *commendare num.* 31. *&* 32.

80. Quæstionis tamen est, an sit discrimen inter beneficia reseruata, & inter beneficia affecta? Respondetur, reseruationem prima facie, & affectionem non differre inter se, vt videtur indicare textus *in Extrauag. Ad Romani, Pauli secundi, inter communes, sub titulo de prabend.* vbi in plerisque locis Pontifex vtitur promiscuè istis terminis de reseruatione,& affectione, concluditurque beneficia à prædecessore Papa reseruata, seu affecta. Ex quibus sequitur idem esse beneficium reseruatum, & beneficium affectum. Verius tamen est dari discrimen inter reseruationem, & affectionem tanquam inter causam, & causatum, & inter expressum, & tacitum: reseruatio namque est loco causæ, affectio verò loco causati. Rursus reseruatio expressa supponitur; affectio autem tacita erit. Item colligitur differre ex gloss. *in cap. si eo tempore, in verb. prouisionem, de electione lib.* 6. & ex illis, quæ tradit Gasp. de Perus. *in tract. de reseruat. in* 10. *quæst.* vbi ait affectionem habere in se inhibitionem, & decretum, reseruationem verò non vtique. Confirmatur ex dictione, *vel*, posita *in d. Extrauagan. Ad Romani*, quæ dictio, *vel*, inter diuersa ponitur, Bartolus *in l. si is qui ducenta.* §. *vtrum in* 6. *oppos. ff. de rebus dub.* §. *filia*, & *ibi* Bald. *in* 1. *oppos. C. de collationib.* Ergo reseruatio,& affectio inter se differunt. Affectio igitur est vinculum quoddam proueniens ex appositione manus Papæ, seu causatum, aliorum ab eo super beneficio, re, vel negotio super quibus manum apposuit, ne se intromittant exclusiuum: deducitur hæc descriptio, & confirmatur ex *cap. multum stupeo.* 3. *quæstio.* 6. & ex *cap. cùm venissent*, cùm gloss. *in fine vers. sed potest exponi, de iudi* [illegible] quibus constat affectionem omnem ex appositione manus Papæ oriri.

Vnde sequitur Papam si in causa coram alio pendente manum apponat, ipsum deinceps,& non alium posse cognoscere, quia ex quo ad Sedem Apostolicam causa fuit semel deuoluta, semper in ea debet remanere,& finiri. Bald. *in l. si vt proponis, col.* 3. *num.* 16. *vers. & sic nota. C. quomod. & quan. iud.* Ripa *in cap. cùm M.* Ferrarien. post *numerum* 198. *de constitut.* Felin. *in cap. consulta. in fine, de offic. deleg.* ex ea ratione, quia Papa apposuit manum, Proinde inferior se intromittere nequit, *cap.* 1. *&* 2. *de confirmat. vtil. vel inutil.* 81.

Quinimo tanti roboris est appositio manus Papæ, vt quamuis inutiliter Papa prouideat alicui, vel prouideri mandet de aliquo beneficio, & prouideatur nulliter, non proinde desinit beneficium remanere affectum propter defectam nullitatis; nec propterea Ordinarius potest prouidere, etiamsi aliàs non fuisset beneficium reseruatum, Rebuff. *in praxi tit. de reseruat. num.* 30. *&* 34. Granutius Coras. 2. *part. cap.* 1. *num.* 14. Mandos. *in proœmio regul. quæst.* 5. *num.* 9. *& regul.* 4. *quæst.* 4. *num.* 4. *& regul.* 9. *quæst.* 6. *num.* 6. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 7. *quæst.* 11. *num.* 11. *& lib.* 12. *quæst.* 10. *num.* 9. vbi testatur de communi Henriquez *in summa lib.* 13. *cap.* 14. §. 2. Suarez *de censuris disp.* 13. *sect.* 1. *num.* 34. & alij apud Garciam *de beneficiis, p.* 5. *cap.* 1. *num.* 138. *& sequent.* 82.

Temperatur tamen, hoc non procedere quando Papa manum apposuit ad beneficium vacaturum per priuationem, quia si non vacauit per illam, eo quòd priuandus antea mortuus est, non mansit beneficium affectum vllo modo, appositio enim Papæ eo modo, facta erat conditionalis, nimirum si possidens priuatus esset, qui cùm mortuus esset ante priuationem cum effectu, appositio manus Papæ non fuit sortita suum effectum. Simoneta *de reseruat. quæst.* 60. *num.* 2. 5. *&* 6. Æneas de Falconib. *eodem tractatu* 3. *quæst. num.* 12. *&* 4. *quæst. effectu* 16. 83.

Similiter limitatur hæc doctrina quando Pontifex apponit manum super beneficio, & de illo disposuit vti reseruato, quod nullo modo erat, tunc enim prouisio non tenuit,& ideo non mansit affectum, neque extra potestatem Ordinarij, qui in eo casu potest de illo prouidere, Æneas de Falconibus *supra quæst.* 4. *effectu* 16. *num.* 1. *& effectu* 19. *ad finem*: ex eo, quia manus appositio cum falsa narratiua reseruationis, non afficit beneficium,& cessat manus appositionis effectus; neque in dubio censetur Papa velle derogare Ordinariis, nec illos præuenire in suis Ordinariis collationibus, Rota *dec.* 30. *sub n.* 2. *vers. Nec est verisimile quòd Papa collationem Ordinariorũ velit impedire, de prebendis, in antiquis.* Selua *de benefic.* 3. *p. quæst.* 60. *sub num.* 1. *vers. ad istud potest responderi*, & Cassador. *decis.* 34. *num.* 3. *super regulis Cancellariæ*, & in terminis Gomez *in tract. de expectatiuis num.* 16. *ad medium, vers. & ista quæ dicta sunt*, & alij quos referens sequitur Gonzales *de mensibus* §. 4. *Proœmial numer.* 6. *& numer.* 21. *&* 22. vbi concludit, concessiones omnes Principis semper præsumi 84.

sine

sine præiudicio tertij, per *l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, cap. cùm dilectus, de consuetudine*, idem Gonzales *gloss. 52. num. 45.*

85. Limitatur tertiò, vt procedat doctrina hæc, quando Papa apponit manum in beneficio ad effectum prouisionis vacante: longè aliter si manum apponit in beneficio, non tamen ad effectum prouisionis, puta, quia est datum alicui siue præsenti, siue absenti, qui nondum acceptauit; vel est alter præsentatus. In quo euentu si Papa interim alteri de illo prouideat, talis prouisio vti surreptitia non tenet, præsertim, si in prouisione inseratur clausula, *dummodo non sit ius quæsitum alteri*. In hac ergo ambiguitate si prouisus noluerit acceptare, vel renunciet iuri quæsito, aut interim moriatur, collatio pertinet ad Ordinatium, non obstante appositione manuum Papæ. Franch *in cap. si tibi absenti, de prabendis in 6.* & *ibi* Abbas *num. 12. & 13.* & alij quos sequitur Gonzales *d. gloss. 52. num. 57. & 58.* Ex eo fundamento, quia in agendis causa, modus, & finis agendorum considerantur, & vltra quod agitur non protrahitur, *cap. 1. in fine 15. quæst. 6.* sed causa, modus, & finis in collatione Papali, erat, vt valeret collatio de beneficio facta per Pontificem, si non esset ius quæsitum alteri; ergo non tenet collatio. Gonzales *d. gloss. 52. num. 58.*

86. Limitatur quartò quando Pontifex apponit manum super beneficio, & resignatio non valet ex aliqua causa, veluti, quia per resignatarium verus valor beneficij non fuit narratus; ideo beneficium non censetur affectum, quia manus non fuit apposita, nisi ad resignationem faciendam: proinde potest prouideri ab Ordinario per obitum resignantis. Flamin. Parif. *de resignatione lib. 10. quæst. 1.* Gonzal. *d. gloss. 52. num. 49.* ex ea ratione, quia per resignatarium debet exprimi valor annuus beneficij resignati. Cotta *decis. 357.* Puteus *decis. 270. lib. 1.* Caputaquen. *decis. 84. & decis. 91. part. 3.* Aliter enim non tenet resignatio, & ex consequenti ius non fuit abdicatum à resignante, vt fuit decisum in vna Conchen. coram Thoma de Tan 27. Februarij 1542. vt testatur idem Thom. de Tan *decis. 39.* & Peregrin. *decis. 123. lib. 1.* in manuscript. Cùm ergo per resignationem nullam nullum ius resignatario detur, non abdicatur à resignante ius quod habebat. Flamin. *suprà lib. 1. quæst. 3. num. 47. & 48.* vbi probat cum multis resignanti non abdicari ius, nisi beneficium quæratur resignatario, quoniam resignatio censetur facta cum hac conditione, dummodo beneficium quæratur resignatario. *l. nec vtile, ff. ex quibus causis maior. l. qui absenti, ff. de acquir. poss.* quoniam abdicatur à resignante cùm acquiritur resignatario; vt etiam tradit las. *in l. si quis hereditatem C. de inst. & subst.* Mohedan *decis. 341.* in manuscript.

87. Quare beneficium censetur vacare per obitum resignantis; cùm in resignatione non exprimitur verus valor beneficij, & Ordinatius potest prouidere de beneficio vacante, ob non expressum annuum valorem; quia non est beneficium propter id dicendum esse reseruatum; Abbas *in c. inter dilectos, num. 10. de excess. Prælat.* & Papa non dicitur apposuisse manum nisi effectum; vt fiat expressio vera annui valoris, Gemin. *in consilio 136 ad finem*: atque ita regula de valore importat; & infert solùm nullitatem gratiæ vbi verus valor non exprimitur, non autem vacationem beneficij: proinde, per expressionem valoris annui mendacem; seu fallacem non inducitur reseruatio, Abbas, & Gemin. *suprà scripti.*

Ambigi etiam potest, ex quibus inducatur affectio, & cognoscatur fieri? Respondetur, induci ex decreto apposito à Pontifice alicui de beneficio dimittendo in manibus illius: in quo euentu solus Papa potest conferre pro illa vice, quamuis non dimittat beneficium. Rota *decis. 14. de rerum permutatione, in antiquis*, Simonett. *de reseruat. quæst. 26. num. 3.* Similiter quando Papa confert beneficium Titio, & in ipsa collatione ponit decretum, quòd infra decem menses primum beneficium tenunciet in manibus illius, aliter eo ipso vacet secundum: si non adimpleuerit formam decreti, vacat ipso iure vltimum beneficium concessum, & collatum per virtutem huius decreti, Rota *decis. 12. de re iudicata, in nouis*, Rota *decis. 8. num. 1. & decis. 13. de rerum permut. in nouis*, Ægidius *decis. 755. in principio*, & fuit decisum in vna Ilerden. Canonicatus 1597. coram Illustrissimo D. Cardinali Pamphilio. 88.

Rursus inducitur affectio ex commenda facta à Papa ita, vt nec expectans posset illud acceptare, neque Ordinarius de illo prouidere, quod intelligitur, siue commenda fuerit ad vitam, siue ad tempus. Nam ex quo semel manum apposuit super beneficio, resultauit affectio, ita, vt quamuis aliàs non fuisset reseruatum, Ordinarius nequeat de illo disponere commenda cessante, donec Pontifex plene prouideat, Æneas de Falconibus *de reseruat. prælud. 3. tit. 4. & quæst. 3. num. 11.* vbi testatur se vidisse rem decisam in Rota per tres sententias conformes quòd beneficia commendata ad vitam nullus daret, nec disponeret de illis, nisi Papa donec per ipsum fit plenè prouisum, Flamin. *de resignat. lib 12. quæst. 5. num 34.* dicens Ordinarios non posse conferre commendas cùm sint beneficia reseruata, Garcia *de benefic. part. 4. cap. 4. num 68. & part. 5. cap. 1. §. 2. num. 140.* post Gonzales *gloss. 52. num. 11.* vbi tradit induci affectionem ex Commenda, vel vnione ad vitam facta de aliquo beneficio, ex Petro Gregor. Tholos. *in nouis institut. rei beneficiariæ cap. 20. num. 3. ad medium.* 89.

Insuper inducitur affectio si Papa imperet electoribus, ne ad certam Ecclesiam, siue Parochiam aliquem eligant, tunc enim ea Ecclesia, vel Parochia; censetur affecta, *cap. si eo tempore, de elect. lib. 6.* eodem modo si Papa per mandatum Apostolicum præcipiat vt conferatur beneficium proximè vacaturum Sempronio, tale beneficium censetur affectum, *Extrauaganti vltima de præbendis, inter communes*, non ex alio quam quòd ad illud beneficium nemo possit, nisi per Papam promoueri: per quam affectionem non adimitur Ordinariis potestas conferendi simpliciter, sed ad tempus: cùm reseruatio simpliciter auferat Ordinariis ius; & potestatem prouidendi de beneficiis, Azor *2. p. lib. 6. cap. 34. vers. Quintò quæritur, fol. mihi 802.* 90.

Sed quid si quis habeat à Pontifice collatum beneficium, & postea indigeat dispensatione aliqua? Respondetur non posse Ordinarium cum illo dispensare, quamuis aliàs posset, Abbas *in cap. postulasti, num. 10. de clerico ordinato ministrante*, Simonet. *de reseruat. quæst. 64. num 6.* Si autem quis obtineat collationem à Pontifice de aliqua præbenda, & postea eandem obtineat ab Episcopo, ius sibi priùs quæsitum ex Papali collatione perdit tanquam ingratus, & collatio ab 91.

ab Episcopo facta nihil profuit obtinenti. Gonzalez *de mensibus gloss.* 52. *num.* 22 *&* 23.

92. Diximus de effectu affectionis, & quibus modis illa inducatur, sequitur dicamus de reseruatione, & de eius effectu: neque est prætereundum, quod ait Rota *decis.* 512. *num.* 5. *part.* 3. diuersorum, nempe posse Ordinarium beneficium conferre quoties Papa conferat inualidè, etiamsi beneficium esset antea reseruatum, quod est falsum, Sarnens. *in regul. de triennali, quæst.* 30. *num.* 2. sicut etiam Caputaquen. *decis.* 33. *in fine lib.* 1. in manuscriptis, perperam tradidit reseruationem esse vanam si Pontifex conferat nulliter beneficium, quod non est dicendum, vt bene notat Probus ad Monachum *in cap.* 2. *de rescriptis in* 6. *num.* 37. quem sequitur Garcia *de beneficiis part.* 5. *cap.* 1. *num.* 145. *& sequenti.*

93. His positis dico reseruationem beneficiorum quæ vacant in Curia esse maximam reseruationum omnium, constat ex *cap.* 2. *de prebendis, lib.* 6. Rota *decis.* 4. *de prebendis, in nouis.* Ratio, quia hæc reseruatio non solùm est introducta de iure communi, sed etiam confirmatur per regulas; attamen Pontifex non confert beneficia, quæ vacant in Curia spectantia ratione indulti ad Cardinalem, nisi accedat consensus expressus eiusdem Cardinalis, quando est præsens, vel si est absens procuratoris eiusdem, Puteus *decis.* 31. *lib.* 2.

94. Extende esse reseruata beneficia Curialium decedentium dum Romana Curia de loco ad locum transfertur eam sequendo, si contingat mori in quouis loco, etiam remotissimo à Curia habetur *in regul.* 5. *Cancellariæ*, quæ reseruatio est ampliatio Extrauagantis *Ad regimen*, *de prebendis*, & Extrauagantis *De debito*, *de electione, inter communes*, vbi dicitur de reseruatione beneficiorum in Curia vacantium. Nomine autem Curiæ Romanæ quoad effectum vacationis intelliguntur loca vicina, videlicet per duas dietas regales à Curia Romana distantia patet *ex cap. præsenti*, *de prebendis in* 6. in quo Bonifacius VIII. ampliauit reseruationem contentam *in d. cap.* 2. *de prebendis.* Deflexu deinde temporis edita est Extrauagans *Ad regimen*, quæ ampliauit prædictam reseruationem ad Curiales peregrinationis, aut recreationis, aut ægritudinis causa absentes, qui antequam reuersi sint in Curiam in locis distantibus non vltra duas dietas ab eadem Curia mortui fuerint, dummodo eorum domicilia non sint in iisdem locis vbi obierunt. Denique hoc priuilegium ex vigore regulæ 5. Cancellariæ, extenditur, & procedit vbicunque fuerit Curia, & quamuis Curialis ab ea longè absit, dummodo Curiam sequatur, teste Alphonso Soto Glossatore vetusto eiusdem regulæ 5. qui dicitur consuluisse reseruationem non procedere quando Curialis non sequendo Curiam, sed alia de causa aliò iter agens ad partes vltra duas dietas mortuus est. Idem intellige si decesserit Curialis extra duas dietas, si ipse causa solatij, vel mutationis aëris in aliquam partem se conferat extra Curiam, & ibi moriatur. Longè aliter, si intra duas dietas à loco vbi residet Curia, Franch. *in d. cap. præsenti, num.* 2 *in fine, notabili* 3. *de prebendis in* 6. & Mandos. *in d. regul.* 5. *quæst.* 2. *num.* 4. *ante finem.*

95. Dicuntur etiam reseruata beneficia quæ vacant apud Sedem Apostolicam, quia vacare in Curia, & apud Sedem parificantur, gloss. *ad cap. statum*, *de prebendis in* 6. quam sequûtur omnes, vt docet, Iacob. Simoneta *de reseruationibus*, Anastas. Germon. *de indultis Cardinalium* §. *si verò illa*, *num.* 4. *&* 5. siue beneficia vacent per obitum, siue per adeptionem alterius beneficij, siue per promotionem, priuationem, siue per decretum, semper censentur reseruata, quamuis ibi Anastas. subdat aliquod inesse discrimen inter beneficia vacantia apud Sedem, & inter reseruata. Aliud est namque vacare apud Sedem Apostolicam, & aliud est reseruatum Sedi Apostolicæ conferre, Rota *decis.* 4. *de prebendis, in nouis*; additque ibi habentem potestatem conferendi reseruata, posse etiam conferre generaliter reseruata, exceptis vacantibus per obitum apud Sedem duntaxat, Mandos. *in præfat.* 5. *regulæ num.* 1. vide Anastas. *suprà.*

Nihilominus vacare beneficium apud Sedem, aliud est, & aliud vacare in Curia, quia apud Sedem propriè vacare dicuntur beneficia duntaxat reseruata, per *d. cap.* 2. *de prebendis in* 6. Reliqua autem beneficia vacantia in Vrbe, & reseruata ob alias causas, & ob capita suprà dicta, præterquam vigore reseruationis, de qua *in suprà dicto cap.* 2. *de prebendis lib.* 6. Etiam si in Curia vacare dicantur, non propterea censentur vacare apud Sedem Apostolicam: quare beneficia vacantia apud Sedem censentur in Curia vacare, non tamen contrà, beneficia vacantia in Curia dicentur vacare apud Sedem; quia minus est vacare in Curia, quàm vacare apud Sedem, vt notat Couar. *pract. quæst. cap.* 36. *num.* 4. §. *caeterùm*, *ad hanc reseruationem*, vbi sic ait ibi, *non tamen vacant apud Sedem omnia illa beneficia, quæ dicuntur vacare in Curia.* Vacant enim apud Sedem, & in Curia beneficia illa reseruata *in d. cap.* 2. *& in d. cap. statutum*, *& in cap. præsenti, eodem titulo, de prebendis*, nempe per obitum contingentem in ipsa Curia Romana, vel intra duas diætas. Vacant autem in Curia, & non apud Sedem beneficia, quorum resignatio fit in Curia Romana, licèt ille cuius nomine resignatio fit, longè sit à Curia remotus. Sic ille. Simonet. *de reseruat. quæst.* 26. *num.* 11. *& quæst.* 30. *num.* 4. Quod multo priùs docuit Gomez *in regula de triennali quæst.* 31. *post princip. à num.* 2. *ad* 5. subdens *num.* 4. impropriè loquendo, posse dici vacare apud Sedem, & in Curia idem esse; non tamen proptiè; & ideo vulgariter dici solet, vacat in Curia ad dicendum quòd intrat reseruatio, *cap secundi de prebendi: lib.* 6. Gonzalez *de mensibus gloss.* 13. *num.* 51. *&* 52. quamuis communis vsus loquendi accipiat vacationem in Curia, pro vacatione apud Sedem; qui vsus debet semper attendi cùm præferatur propriæ significationi verborum, Bart. *in l. Labeo num.* 1. *&* 5. *ff. de supellectili legata*, Mantica *de coniecturis vltim. volunt. lib.* 3. *titul.* 8. *per totum*, post plures, & Couarr. *lib.* 3. *variarum cap.* 5. *num.* 1. 96.

Petes, an sit dicenda Curia Romana vbi est Papa? Innocentius *in cap. Ego N. de iureiurando*, affirmat ibi esse Curiam Romanam, vbi est Pontifex, sequitur *ibi* Felin. *num.* 9. Franch. *in cap. vbi periculum*, *num.* 5. *de elect. & in cap.* 2. *num.* 2. *de prebendis in* 6. vbi loquuntur in specie reseruationis, de qua ibi. Concinit Sarnen. *in regula de triennali quæst.* 31. *vers. sed antequam*, dicens ad effectum reseruationis, de qua loquitur *cap.* 1. *& cap. præsenti, de prebendis*, Curiam esse vbi Papa moratur, & residet, idem sentit Mandos. *in gloss. facultatum, verb. in Romana Curia*, Gonzalez *d. gloss.* 3. §. 1. *à num.* 1. *vsque ad num.* 11. 97.

Aliqui tamen intelligunt hos Doctores, dummodo Papa ibi degat cum Curia, sicut Curia 98.

Regia

Regia dicitur esse locus, vbi Rex est cum suis Consiliatiis, & cum aliis assidenribus, & assistentibus lateri illius, vt Regem adiuuent in regimine totius regni, Couarr. *in pract. cap. 4. num.* 10. *vers. Curiam verò*. Ego tamen arbitror Curiam esse Romanam, vbi adest Audienria causarum, & litterarum Apostolicarum, quamuis ibi non resideat Pontifex Maximus; ita Mandos. *in gloss. facultatum, verb. in Romana Curia, & verb. Curia*, & deducitur ex Clementina, *Ne Romani*, *§. sanè, de elect.* & *ibi* Bonifac. *num.* 18. & ex *Clementina, Auditor, de rescriptis, in principio*, sequitur Nauarr. *de datis, & promissis notab.* 17. *num.* 29. *ex §. sanè*, suprà relato, dicens non semper esse Curiam, vbi est Papa.

99. Probatur, quia vbi Pontifex habet tribunalia, & Cancellariam, ibi dicitur residere per se, ac præesse per suos Ministros. Similiter transfertur Curia de loco ad locum ad effectum reseruationis, cùm mutatur Pontifex, & secum defert Cancellariam, & Tribunalia: secus quando mutatur sine audientia, & sine Cancellaria, & sine Tribunalibus, tunc enim non dicitur transferri Curiam, sed dicitur Papam pergere ad talem locum, & ex consequenti beneficia illorum, qui Papam sequentes vltra duas diætas mortui essent, non censerentur reseruata.

Contià verò ad effectum reseruationis, dicendum est venientes ad Curiam Romanam, seu recedentes ab ea, si moriantur intra duas diætas, beneficia vacare in Curia, seu apud Sedem, & comprehendi, siue vacent, vbi est Cancellaria, & Audiētia causarum & litterarum Apostolicarum, siue vbi est Papa, quamuis ibi non sit Cancellaria, & Audientia, quia vbi est Papa, ibi est Sedes Apostolica. gloss. *in Extrauaganti Execrabilis, verb. Romana, de prebendis*; quod idem est in proposito, Garcia *dict. part. 5. cap. 1. num. 395. & sequenti*, post Toletum *in summa lib. 1. cap. 25.* & Candelabrum *in Bulla Cœna num.* 82. & Anastas. *de indultis §. tam ratione, num. 6.* vbi docet quando beneficium vacat in Curia, Curiam ad effectum reseruationis intelligi, vbi resider Papa, per *dict. cap. 2. de prabendis*.

100. Quid de beneficiis in Vrbe vacantibus? Responde conferri à Papa, quamuis non sint reseruata, quia est Episcupus vrbis Romæ, & ordinarius Collator; vnde Gomez *ad regulam de triennali quæst. 31. vers. sed antequam*, dicere solitus est non esse opus Papam sibi reseruare beneficia, quæ vacant in Vrbe, quia ad illum pertinet eorum collatio, veluti ad proprium collatorem, secus de beneficiis extra Vrbem vacantibus, tunc enim datur reseruatio super beneficiis, in quibus timer præueniri ab Ordinariis habenribus aliàs facultatem conferendi illa. Excipe verò beneficia Patriarchalium Ecclesiarum in Vrbe, nempe Principis Apostolorum, S. Ioannis Lateranensis, & Sanctæ Mariæ Maioris, quæ Pontifex expresè sibi reseruat, ex eo, quia in illis Ecclesiis præficiuntur Cardinales, qui earum regimen tenent, easque administrant; & ideo necessaria est reseruatio, ne prætextu indultorum Cardinales beneficia earum conferant, Gomez *suprà*.

101. Illud etiam aduerte vacare in Curia beneficia ad effectum reseruationis, non dici ea, quæ vacant in Curia Legari, vel Nuntij Summi Pontificis, quia solus Papa, quoad hunc effectum habet Curiam, Rebuff. *in Concordatis titul. forma mandati Apostolici, in gloss. verb. extra Curiam Romanam, versicul. Ideo beneficia vacantia eo loco, vbi est Legatus.*

Curiales autem ad effectum reseruationis dicuntur omnes familiares, & qui sunt in seruitio Summi Pontificis, & Cardinalium: nec non omnes Notarij, Aduocati, Procuratores, & causarum, & expeditionum solicitatores, & earundem causarum iudices, & qui Curiis præsunt, vel in illis se exercent, Mandos. *in regula 5. quæst. 1. num. 17. & 18. & quæst. 3. num. 5.* 102.

Quæstionis etiam erit, an sit reseruatum Papæ beneficium resignatum in manibus proprij Episcopi, qui tunc in Curia Romana erat? Couarr. *lib. 3. variar. cap. 20. num. 9.* affirmat *versic. illud profectò minimè*, vbi idem tenet de permutatione: vnde si adsint duo Hispani clerici Segouienses in Curia Romana, vbi etiam est Episcopus Segouiensis, non poterunt sua beneficia permutare coram Segouiensi, quia vacarent in Curia. sic Gambar. *in cap. 1. de rerum permutatione in 6. num.* 147. Sed contrà obstat quod dicitur, Prælatos posse exercere iurisdictionem voluntariam extra territorium: sed conferre beneficia, est actus iurisdictionis voluntariæ; ergo Romæ existentes possunt Episcopi accipere resignationes, & permutationes suorum subditorum, vt in specie tradunt Pauinus *in tract. de potestate, cap. sede vacante, quæst. 1. 11. part. column.* 111. Præposit. *in cap. qui in aliquo, col. vltima 51. dist.* Gomez *in regul. de non iudican. secundum formam supplicationis, quæst.* 111. 103.

Nihilominus secundùm praxim ab eisdem probatam nequeunt Episcopi beneficia conferre etiam ea, quæ vacauerint extra Romanam Curiam, dum fuerint in Romana Curia præsente Summo Pontifice. Vnde si voluerint ea beneficia conferre, debent exire extra Curiam, Æneas de Falconibus *in tract. reseruat. quæst. 4. principali quæst.* 10. & alij quos referens sequitur Couarr. *dict. num. 9.* Confirmatur hæc praxis ex *l. 11. ff. de officio proconsulis*, ibi *omnes*, inquit, *Iurisconsulti, Proconsules statim quàm vrbem egressi fuerint, habent iurisdictionem, non tamen contentiosam, sed voluntariam.* Ergo intra Vrbem nec habent voluntariam. fauet *l. final ff. de officio proconsulis*, vbi Proconsules, vbi primum ingrediebantur Vrbem imperij, signa deponebant, ex quibus Corrasius, & Fulgos. argumento huius legis asserebant Episcopos in vrbe, nec Sacerdotia posse conferre, & ex consequenti non esse integrum illis dum in Curia Romana resident admittere resignationes simplices, nec permutationes beneficiorum, quæ sint propriæ diœcesis, quia dicuntur vacare in Curia, & eorum collationes ad Papam pertinent. *cap. 11. de prabendis in 6.* 104.

Porò pro beneficiis iuris patronatus, quamuis Papa possit, si voluerit, prouidere Prælaturas, & beneficia vacantia sine consensu, & præsentatione patronorum laicorum, vt vult gloss. *in Clement. 2. in verb. Apostolicis, de prabendis*, Abbas *in cap. quoniam, num. 2. & in cap. illud, in fin. verb. de iure patronatus*, Flamin. Paris. *de resignat. lib. 2. quæst. 4. ex num.* 32. Nihilominus in reseruationibus generalibus factis à Summo Pontifice, tam in corpore iuris clausis, quàm in regulis Cancellariæ non continentur beneficia iuris patronatus laicorum, nec in aliis quibuscunque dispositionibus, vt docent Abbas *in cap. dilectus num. 4. de officio legati.* Andreas de Falcon. *de reseruat. quæst. 3. numer. 6.* Hoied. *de benef. 1. part. cap. vltimo num.* 109. Couar. *in pract. quæst. cap. 36. num 2. vers.* 105.

verſ. hic accedit, Perez *lib.* 1. *tit.* 6. *l.* 2. *pag.* 150. *verſ. dubium etiam*; atque ita niſi fiat de illis ſpecialis mentio, non includuntur, Lambert. *de iur. patron.* 1. *part.* 2. *lib.* 22. *art.* 6. *quæſt. principalis num.* 4. *& in* 3. *part.* 2. *lib. in* 3. *articul.* 9. *quæſt.* 15. *pag.* 203. & Flamin. *de reſignat. lib.* 2. *quæſtion.* 4. *numero* 35. & ideo non præſumitur hæc beneficia contineri ſub reſeruatione niſi id expreſsè conſtiterit.

106. Quod intellige ſi ius patronatus competit laicis ex fundatione, dotatione, vel conſtructione, ſeu conſtitutione: longè aliter, ſi ius patronatus competit ex priuilegio, vel ex præſcriptione, nam tunc beneficia iuris patronatus huius generis includuntur in reſeruationibus Pontificis, nec requiritur aliqua ſpecialis derogatio eorum, Felin. *in tract. quando liter. Apoſt. limit.* 111. Caſſadoró *decif.* 7. *de iure patron.* Andr. Gambar. *de officio, & poteſt. legat. lib.* 3. ex *num.* 243. Selua *de benefic.* 3. *part. quæſt.* 11. *ex num.* 23. *verſic. fallit vndecimò*, Aym. Crau. *conſ.* 63. *num.* 6. Roland. *conſ.* 66. *vol.* 2. *num.* 10. *& conſ.* 46. *vol.* 1. & alij, quos referens ſequitur Flamin. *d. lib.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 51. *& ſequent.* Quare non eſt admittendus Decius *in conſ.* 126. *num.* 3. dum ait in Curia Romana nullum dari diſcrimen inter ius patronatus quæſitum ex fundatione, vel ex præſcriptione. Quia contrarium probat ſtylus ſignaturæ in litteris Papæ, in quo excipiuntur beneficia ex fundatione, & dotatione patronata, non tamen ex priuilegio, conſuetudine, vel præſcriptione; ex ea ratione, quoniam ceſſat præiudicium fundantis, vel dotantis, vel conſtruentis Eccleſiam, ſeu beneficium, ne aliqui retrahantur à fundatione, vel conſtructione Eccleſiarum.

107. Hinc fit, vt in dubio, Papa reſeruans generaliter beneficia patronata, non cenſeatur reſeruare beneficia patronatus laicorum, Felin. *in d. tract. limit.* 2. Cabed. *de patronat. Regiæ Coronæ cap.* 35. *num.* 6 *in fine*. Sicut non ſolet ius patronatus venire in donatione generali facta à Rege, niſi de eo expreſſa fiat mentio, quod procedit de iure Luſitano: ſecus de iure communi, Cabed. 2. *p. decif.* 27. *num.* 10. quia apud Luſitanos patronatus Regij regulantur tanquam bona alia Regiæ Coronæ *ordin. lib.* 2. *tit.* 35. §. 5. *&* §. 6. *&* §. 24. quo loco patronatus iſti æquiparantur aliis bonis, & iuribus Coronæ Regiæ, Cabed. 2. *part. decif.* 65. *num.* 3. *& de patronatibus cap.* 4. *num.* 6. *pag.* 18. *& c.* 12. *n.* 6. *pag.* 47.

108. Si autem contingat beneficia in quibus patronus habet ius, vacare Romæ, aut in menſibus Papæ, gloſſ. *in cap.* 2. *de prebendis in* 6. vult in præiudicium patroni laici reſeruari diſpoſitioni Pontificis Max. quam ſequitur Barbat. *conſ.* 74. *Viſo, col. penult. verſic. ex alia cap. lib.* 1. Oppoſitum eſt verius non reſeruari, vt ſcribentes *in cap.* 2. *de prebendis in* 6. & Alexander *conſ.* 75. incipit, *Viſis ponderatis*, & notat Lapus *in ſua allegat.* 105. incipit, *Beneficia vacantia*, & ſcribentes, præſertim Imol. *in cap. vlt. de prebendis, & in cap. dilectus, de officio legat.* Cùm non ſit veriſimile Pontificem in generali reſeruatione voluiſſe comprehendere beneficia iuris patronatus laicorum, ne retraherentur laici à fundatione, ſeu dotatione Eccleſiarum, ſecundùm *cap. cùm dilectus*, iuxta gloſſam *in verb. quempiam præſentare, de iure patronatus*, Cabed. *de patronat. cap.* 35. *num.* 8. Secus ſi fiat prouiſio etiam abſque derogatione iuris patronatus quando patronus laicus non præſentauit intra menſes quatuor à iure præfixos, & Ordinarius non prouidit ex iure deuoluto, tunc enim poteſt Papa prouidere ſine derogatione patronatus, prout habetur *in cap.* 2. *de conceſſ. præbenda*, Rebuff. *in* 3. *part. ſignat. verb. nec non iuris patronatus, ex n.* 16.

Comprehenduntur tamen beneficia iuris patronatus clericorum in generali reſeruatione, facta à Pontifice, nec de hoc iure neceſſaria eſt mentio in reſeruatione, neque in litteris Apoſtolicis. Proinde huic iuri patronatus facile derogatur per ſimplicem collationem, Caſſador. *decif.* 4. *tit. de probat. num.* 2. Ang. *in l. ſed ſi hac*, §. *patronum. ff. de in ius vocan.* Hoieda *in d. cap. vltimo numero* 112. Flamin. Pariſ. *lib.* 2. *de reſignat. quæſt.* 4. *num.* 38. Dicitur autem patronatus Eccleſiaſticus qui acquiritur quoties ex bonis Eccleſiæ conſtruitur, fundatur, vel dotatur Eccleſia aliqua, vel capella, vel Altare, & dignitati, vel Monaſterio, vel Eccleſiæ adiungitur, & competit præbendam, vel dignitatem habenti. Rebuff. *in tract. Nominat. quæſt.* 8. *num.* 22. *& in praxi.* 3. *p. tit. de ſignat. gratia, verb. nec non iuris patronatus*, ex *num.* 7. Felin. *in tract. Quando lit. Apoſt. num.* 5. Perez *lib.* 1. *tit.* 6. *l.* 2. *pag.* 150. *verſ. ſecus tamen eſt*, *& in verſ. diſtinguitur autem*, Cæſar Lambertin. *de iur. patron. lib.* 1. *part.* 1. *in* 5. *art.* 1. *quæſt. ex num.* 2. *fol.* 5. Flamin. *de reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 39. & Spino *in ſpecul. gloſſ.* 4. *principali ex num.* 15. 109.

Nihilominus quamuis ius patronatus laicorum quod dicitur tale, quia acquiritur ex fundatione, vel dotatione facta alicui Eccleſiæ, vel capellæ propriis bonis patrimonialibus extructæ, vel dotatæ, ſi tranſeat in aliquem clericum, non propterea fit Eccleſiaſticum, ſed ſemper eſt laicum: ſecus ſi transferatur in Eccleſiam perpetuò, quia cùm ſit acquiſitum illud ius ex propriis, & patrimonialibus rebus, ſiue à laico, ſiue à clerico, fundetur, vel dotetur Eccleſia, ſemper dicitur laicorum ius patronatus, & ex conſequenti etiamſi tranſeat in clericum, ſemper dicitur ius patronatus laicorum, ſeu ſeculare, non verò Eccleſiaſticum, cùm ſolùm illa qualitas, quòd ſit Eccleſiaſticum, adhæreat ipſi rei, hoc eſt, dignitati, vel Eccleſiæ, cui annexa eſt talis præſentatio. Spino conceptis verbis *gloſſ.* 4. *numer.* 17. & ex conſequenti non includuntur beneficia bonis patrimonialibus ſiue laicorum, ſiue clericorum, ita extructa, vel dotata in reſeruatione generali facta à Summo Pontifice. 110.

Similiter beneficia iuris patronatus mixtim, clericorum ſcilicet, & laicorum, non ſunt ſub reſeruationibus generalibus propter fauorem laici patroni, ne priuetur ſuo indulto propter clericum ſibi in ea re ſocium. Abbas *in cap. final. in fine, de iure patronatus, & in cap. dilectus, num.* 5. *de officio Legati.* Felin. *in cap. multorum, num.* 3. *de Iudæis.* Selua *de benefic.* 3. *part. quæſt.* 15. *num* 11. *&* 12. *in fine.* Simonet. *de reſeruat. quæſt.* 9. *num.* 3. Rebuff. *in concordat. tit. de mand. Apoſt.* §. 1. *in gloſſ. verb. vnum collatorem, verſ. & idem ex pag.* 498. Gambar. *lib.* 3. *de officio, & poteſtate legati, ex numer.* 363. vbi vult non eſſe integrum ex ſocio clerico laicum damnum pati. *cap ſacros, de ſepult.* ſed æquius eſſe ex priuilegio laici ſocium clericum ſentire commodum. per *l. ſi communem, ff. quemadmodum ſeruit. amittantur.* 111.

Cæterùm non deſunt, ſed minus bene, qui teneant huiuſmodi patronatum eſſe menſurandum tanquam patronatum Eccleſiaſticum, illique concedendum ſex menſes ad præſentandum, gloſſ. *in* 112.

verb.

verb Ecclesiasticus,in cap.vni.de iure patronatus in 6. Ex eo fundamento, quia magis dignum trahit ad se minus dignum. Item,quia quando vnus est clericus,& alius laicus,& debet interponi appellatio, non ad laicum iudicē,sed ad Ecclesiasticum debet ferri, quamuis clericus, & laicus sint socij in eodem delicto, Cardin. *in cap. super questionum §. si verò duo, vers. 4. oppono, de officio legati.* iuuat Couarr. *in pract. cap. 34. ex principio*, & Menoch. *de arbitr. casu 371. ex num. 12.* Ideo esse huiusmodi patronatum, vel Ecclesiasticum, vel saltem regulandum iuxta naturam patronatus Ecclesiastici arbitrantur Staphil. *de litteris grat.in §. de modo, & forma impetrand. num. 14.* Æneas de Falcon. *in quæst. 4. in effectu 14.in principio*, Mandos. *in tract. de signat. gratia, verb. derogationes iuris patronatus col. 2.in fine*, quia clericorum potius, quàm laicorum sapit naturam.

113. Non tamen displicent, Federic.de Sen. *conf.66.* Abbas *in cap. vltimo,de iur. patron.* Mandos. *in 1. regul. Cancell. quæst. 8. num.8.* & Couar.*in practicis cap.36. num.4.* dum aiunt hoc ius patronatus,Ecclesiasticum vocari quo ad priuilegia,& commoda iuris patronatus; quo verò ad derogationem vocari laicale: atque ita secundùm hos Doctores vbi resultat vtilitas Ecclesiæ,vel Ecclesiasticorum, tunc in casu mixto sumitur denominatio, non à qualitate laicali,sed à conditione clericali: contrà verò quando resultat detrimentum, vel Ecclesiæ, vel Ecclesiasticæ personæ,ex denominatinne qualitatis clericalis: tunc attendatur potiùs prædominatio qualitatis laicalis; cui distinctioni adhæret Roch. de Curt.*de iure patron.in verb.ius,num.15.* & Lambert. *in 6. art.1.quæst. 1. part. 1.fol. 204.* neque hanc partem reprobat Flamin. Paris. *de resignat. lib.2.quæst.4.n.50.post medium.*

114. Mihi tamen simpliciter videtur dicendum ius patronatus esse laicale,quoties beneficium fuit institutum ex bonis patrimonialibus siue laici, siue clerici, quamuis ius præsentandi spectet ad clericum, non tamen ratione Ecclesiæ, sed ratione institutionis factæ ex bonis clerici patrimonialibus. Quòd si hoc ius competat clerico, ex bonorum Ecclesiasticorum institutione, dicetur esse Ecclesiasticum. Ex quo euentu tale beneficium continebitur in generali reseruatione, cùm sit Ecclesiasticum,institutumque ex bonis Ecclesiasticis: secus quando fuit institutum ex bonis patrimonialibus, siue laici, siue clerici, quia dicitur laicale. Si autem non appareat institutio beneficij,sed ius præsentandi mixtim competere,scilicet clerico,& laico, censebitur ius illud laicale,ne laicus patronus suo iure priuetur,propter clericum, quoniam in fauorabilibus consideratur laicalis conditio:ita Rota *decis.574.num.10.1. part. in nouissimis*, dicens huiusmodi beneficium, si contingat vacare in mense reseruato, non cadere sub reseruatione, eo quòd consideratur facultas laicalis.Idem decisum fuit à Rota,quam refert Achilles de Grassis *in decis. 316. alias 3. de iure patronat.* in vna Fauentina Sancti Seuerini vbi die 13. Octobris anno 1548. tenuerunt Auditores Rotæ non cadere sub reseruationibus beneficia iuris patronatus mixtim, clericorum,& laicorum. Nisi, vt notant Couar. *in*
115. *d. cap. 36. num. 5. vers. Quòd si ius patronatus*, & Andr. Gambar. *de offic. & potest. Legat. de latere lib. 3. ex num. 369. versic. fallit tamen*; maior pars patronorum ius patronatus Ecclesiasticum assequetur: tunc enim admitti poterit derogatio, nimirum, si ius patronatus ad vnum duntaxat laicum, & ad duos clericos, ratione Ecclesiæ spectaret, admitteretur in hoc casu derogatio huius patronatus, quoniam maior pars, quæ iura potiora habet in præsentando,eam habet vim vt cogat admitti derogationem, ita Couar. *supra d.n 5.* vbi ea de re exemplum proponit.

Quam potestatem habeat Papa in rebus, ac bonis Ecclesiæ.

§. IV.

EPITOME.

116. *Papa habet in bonis Ecclesiasticis amplissimam potestatem, & quomodo id intelligatur?*

117. *Papa in rebus Ecclesiæ potest disponere pro arbitrio suo, & quomodo hoc explicandum sit.*

118. *Papa ex causa potest alienare bona Ecclesiæ Romanæ, & particularium Ecclesiarum, & vendere necessitate vrgente.*

119. *Papa bona Ecclesiæ alienando dicitur disponere in præiudicium Ecclesiarum super vsu potius, quàm super dominio.*

QVÆSTIONIS sit quam habeat potestatem Pontifex Max.in bonis 116.
& rebus Ecclesiæ? de hoc diximus suprà *disp.2.§.1.num.1. vers. quæstionis est, & vers. nec refert*, cum Caiet.2.2.*quæst.43.art.8.* Turrecremat.*in summa lib.2. cap.113.*Less.*lib.2.cap 4. dubio 7.* Nec obest opinio aliquorum scribentium *in cap.licet, de præbendis in 6.* qui putant Pontificem Max. habere dominium horum bonorum, plenamque liberam potestatem in illis, posseque suo nutu, & arbitratu ea alienare, & in omnes vsus impendere, quod est proprium veri domini, penes quem est dominium bonorum quæ habent Ecclesiæ. Hæc tamen opinio meritò excluditur a Turrecremata suprà, ob auctoritatem D. Thomæ 2. 2. *quæst. 100. art.1. ad septimum*, vbi his verbis concludit. *Quamuis enim res Ecclesiæ sint eius* (hoc est,Papæ) *vt principalis dispensatoris, non tamen sunt eius, vt domini, & possessoris.* Idem docet *ibidem* Caietanus tradens Papam non esse dominum rerum Ecclesiasticarum,sed dispensatorem, nec de plenitudine potestatis posse ad libitum dare bona Ecclesiæ, cui voluerit, sed teneri fideliter dispensare, vt recta ratio suadet, iuxta illud, *Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.* sic Caietanus,sequitur Sanch. *in Decalog lib. 7. cap. 29. num. 96.*

Nec etiam refert sententia Maioris *in 4. dist.24. quæstion. 18. conclusion. 1. & 2.* & Nauarr. *in Apolog. de redditibus Eccles. quæstion. 1. monit. 24. & sequentibus*, dicentium bonorum Ecclesiasticorum dominium, & proprietatem esse penes Christum Dominum, quam probat gloss. *in cap. Saluator 1. quæst. 3. & cap. cùm verior. 23. quæst. 8.* Innoc *in c. cùm super eo, de causa possess. & propriet.* & Abbas *in c.cùm esses, de testam.n.29.* Quia respondetur omnia bona esse Dei, & generali, & peculiari quadam ratione, ipsumque dominum omnium rerum, sed hoc loco dicendum est Summum Pontificem non esse proprium dominum bonorum Ecclesiasticorum, sed dominium eorum esse penes communitates Ecclesiasticas, non verò penes Prælatos

latos Ecclesiarum. Vnde Romanæ Ecclesiæ bona sunt penes Romanam Ecclesiam, quæ habet dominium eorum, & sic de reliquis Ecclesiis, eo quòd res Ecclesiæ Romanæ donatæ, non Romano Pontifici, sed Romanæ Ecclesiæ datæ sunt.

Nec obstat posse ex causa Papam alienare, donare, & vendere res Ecclesiæ, quia ex hoc non sequitur dominium earum esse penes Pontifices, sed ostenditur esse dispensatores, & administratores, non verò dominos earum. Sicut pupillus dicitur sui patrimonij dominus esse: attamen nihil potest de suo patrimonio disponere pro suo arbitratu; ita Ecclesiasticæ communitates non disponũt, neque possunt alienare, nisi iuxta decreta Canonum, & cum auctoritate Romani Pontificis, pro vt est procurator, & administrator talium bonorum. Azor 2.*p.lib.6.c.1.vers.quod autem dicitur pag.*657. & est communis.

117. Quòd si vrgeas cum Butrio *in c. constitutus*, vbi Abbas *n.15.de relig.dom.* & cum Gemin.*in c.si gratiosè, de rescriptis lib.6.* Alex.*conf.*81.*n.*8.*lib.*4. & cum Corn.*conf.*348.*n.*18.*lib.*1.*& cõs.*90.*n.*6.*lib.*4. Papam in rebus Ecclesiæ posse disponere pro libito, & arbitrio suo? Responde illos fuisse loquutos iuxta opinionem, quæ tenet Papam esse Dominum bonorum Ecclesiasticorum, quod negamus cũ Theologis. Probatur, quia quamuis Papa sit Dominus absolutus beneficiorũ secundùm aliquos, maximè Canonistas, non potest tamen secũdùm veriorem priuare clericum suo beneficio sine causa, vt volũt Card. & Felin.*in c.qua in Ecclesiarũ, de constit.n.*42. Coras. *de benef.* 2.*part. cap.* 1. & alij apud Garciam *de benefic.p.*5.*c.*1.*n.*7. dicentes non posse disponere contra legem Principem licitè sine causa; ergo etiãsi demus Papam posse pro arbitratu suo disponere de rebus Ecclesiarum, id est intelligendum, non vti Dominum, sed vti fidelem dispensatorem, & ex consequenti ex causa iusta.

118. Ex quo sequitur ex causa iusta, & ex necessitate cogente posse Pontificem alienare bona Ecclesiæ Romanæ, & particularium Ecclesiarum, ita Bald. *in l.pen.C.de bonis quæ liberis*, vbi loquitur de bonis Ecclesiæ Romanæ, *& in c.*1.*in princ.n.*5.*qui feud.dar.poss.* vbi est sermo de rebus etiam particularium Ecclesiarum, sequitur Probus *in addit.ad Ioan.Monach.c.si eo tempore, de electione in* 6. Paul. de Castr. *in conf.*414. Paris.*conf.*103. *lib.*4. Barb.*conf.* 63.*n.*17. *lib.*1. Quare alienando absque causa rem Ecclesiæ Papa dicitur peccare, Archid. *in c.non liceat* 12.*q.*2. Item quia non dicitur dominus rerum particularium Ecclesiarum, & beneficiorũ, *d.c.non liceat* 12.*q.*2. proinde non potest sine causa ius alicui Ecclesiæ auferre, & alteri concedere, text. & gloss.*in c.*1. 21.*dist.* Quin etiam Papa non potest auferre bona temporalia clericorum, quæ sint de patrimonialibus, etiam de plenitudine potestatis, secundùm Anton. de Butrio *in c. constitutus, de relig.domib.* & Abbat. *in c.cùm dilectus, de iure patronatus*, quos refert, ac sequitur Franc.Marc.*tom.*1.*dec.*455.*n.*28. quod intellige sine causa vrgenti, tunc enim poterit, facto tamen bono cambio nisi clerici sponte cedant iuri suo.

Nihilominus penes Pontificem Max. est auctoritas concedendi priuilegia Ecclesiis, quæ potest rursus auferre in totum, vel in partem, argumento *capitis, frater noster* 16.*q.*1. Imò potest concedere priuilegium in spiritualibus, quòd sit in præiudicium alterius, & de iure alterius. Ioann. de Turrecremat.*in c.conquestus* 10.*q.*3.*n.*4.*& sequent. fol.mihi* 168. Nec non potest dispensare, vt bona clericorum, siue Ecclesiarum iniustè acquisita, & retenta non restituantur, si viderit hoc vtile esse Ecclesiæ, etiam extra casum necessitatis, dummodo appareat Ecclesiæ vtilitas: ratio, quia Pontifex est generalis dispensator, & administrator illorum bonorum Ecclesiasticorum, Turrecremat. *in cap.*1.14.*quæst.*6.*num.* 5.*fol.*24. Quod extendit ibi ad bona iniustè habita, quæ fuerunt laicorum, qui immediatè iurisdictioni Ecclesiæ subduntur: secus si bona sunt de bonis laicorum, qui sunt de iurisdictione Principum secularium; nisi in casu necessitatis Ecclesiæ: tunc enim poterit Papa dispensare ad subueniẽdum tali necessitati Ecclesiæ, quoniam fideles in casu necessitatis Ecclesiæ tenentur magis succurrere Ecclesiæ, quàm necessitati priuatæ personæ. Turrecremat. *ibidem.* post Paludanum. Asserenti tamen Papæ casum necessitatis esse, credendum est, per Abbatem *in cap. cùm venissent, de iudiciis*, & Alex.*conf.*1 .*lib.*2.

His adde Papam dum bona Ecclesiæ alienat, dici disponere super vsu potius, quàm super dominio Ecclesiarum; Paulus de Castro *conf.* 114. *col.*2. *lib.*1. Præsumitur tamen alienatio facta ex causa à Pontifice rationabili, etiam si de ea non appareat, per ea, quæ tradit Cynus *in l.final.C.si contra ius, vel vtil.publ. & in l.rescripta. C. de precibus Imper. offer.* & per Abb. *in c.quanto col.*3.*n.*8.*vers.si autem Papa, de iureiur.& in cap. causis* 2. *notabili, de re iudicata*, & Felin.*in c.quæ in Ecclesiarum col.*2. *vers. quinta conclus.* Præsumitur etiam causa in Papa quando disponit motu proprio de rebus Ecclesiæ; secus si disponat ad petitionem partis, quoniam tunc in illis quæ sunt de prohibitis, vt alienatio magni momenti, non præsumitur causa. Roman. *conf.*436. & Felin.*in c.quæ in Ecclesiarum, de constitut.vers.limita quintò* 23.*col.* & quamuis præsumatur Papa alienare ex causa, id intellige nisi de contrario constet, & probetur causa expressa esse falsa. Hostiens.*in c. illud, de præsumptionibus*, Felin.*in cap.sicut, vers.tertiò aduerte, de re iudicata*, & Gemin. *in c.ordinariis*, §.1. *de officio ordinarij lib.* 6. 119.

EPITOME.

125. *Papa potest maioratum de bonis patrimonialibus, vel ex bonis non acquisitis ex Papali dignitate instituere.*

126. *Prælati inferiores vtrùm possint ex bonis à acquisitis, & Ecclesia maioratum instituere, siue dum viuunt, siue per testamentum.*

127. *Prælati habentes facultatem ad testandum de bonis Ecclesiæ, non possunt ex testamento instituere primogenium.*

128. *Prælati Braccarenses an possint instituere aliquod opus pium extra Diæcesim suam, illique administrandum consanguineis tradere.*

QVÆRITVR primò, an possit Papa ex bonis patrimonialibus, vel ex aliis, non tamen ex Papali dignitate quæsitis primogenium creare? Responde posse siue ex contractu, siue ex vltima voluntate, prout voluerit. Probatur ex Authentica *Licentiam, Cod. de Episcop. & Cleric. & ex cap. sint manifesta*, ibi, *sicut voluerit* 12. *quæstion.* 1. *& ex cap. fixum* 12. *quæst.* 5. *& ex cap. quia nos, de testam.* Couarr.*in cap.* 1. *de testam. numer.*3. vbi vult Episcopũ in bonis patrimonialibus, & in aliis, quæ ab Ecclesia non quæsiuit testamentum posse facere, & hæredem quem voluerit instituere,

tuere, nec teneri Ecclesiam hæredem facere, sed Papa est Episcopus Episcoporum, & se per excellentiam Episcopum vocat, Anast. Germon *de indultis §. Episcopus, n.23.* & *num.24.* addit Papam Orbis totius vocari Episcopum, & habetur *in c. in illis, in fine distinct. 4. c. vltimo dist. 21. c. 1. de constitut in 6.* & totum Orbem habet pro Diœcesi, *cap. cuncta per mundum 9 q 3.* Felin. *in c. graue, col. 2. de officio Ordinarij,* Flamin. *de resignat. lib. 3. q. 1. n. 11. lib. 8. q. 7. n. 5. & n.* 110. post plures quos ibi refert, ac sequitur; quibus in locis Papa dicitur Episcopus vniuersalis Ecclesiæ, Episcoporum Episcopus, & vrbis Romæ, ex *c. si quis Episcopus 7. q. 1.* Flamin. rursus *lib. 2. q. 16.* Ergo potest instituere maioratum ex prædictis bonis patrimonialibus, siue ex propria industria quæsitis, sicut cæteri Episcopi. Couar. suprà etiam, *n.* 11. Iulius Clarus *lib. 3. de sent. § testamentum q. 27. n 2. vers. circa bona patrimonialia,* vbi concludunt hanc partem, quam testantur de communi, sequitur Nauarr. *in cap. final. 16. quæst. 1. in 1. quæst. principal. n. 7. &* 8.

Refragatur tamen textus *in c. Episcopus, qui filios* 12. *q.* 2. ibi, *alium quàm Ecclesiam non relinquat hæredẽ.* Quo loci videtur insinuari non posse Prælatos instituere hæredes etiam de bonis suis patrimonialibus, vel ex sua industria quæsitis extraneos, sed ipsam Ecclesiam solùm. Nihilominus dicendum textum illum loqui de consilio potius, quàm de præcepto, vt vult gloss. *ibi*, atque ita textu illo non obstante possunt Prælati in prædictis bonis instituere hæredes prout voluerint, siue consanguineos, siue extraneos, Ecclesia relicta. quæ decisio est communis, teste Barbatia *de præstantia Cardin. in 3. quæst. basilica primæ partis post n 40. vers. Nunc venio.* Estque valde rationi consentaneum, vt vnusquique de bonis suis liberè disponat.

Limita tamen in Prælato Monacho professo, quia is neque ex patrimonialibus, neque ex aliis, sua industria quæsitis, & multo minus ex bonis Ecclesiæ suæ sine facultate Pontificis poterit testari, ex ea ratione, quia Monachus paupertatis voto, quo ad hoc per Episcopatum non liberatur. Probatur ex traditis ab Abbate, & ab scribentib. *in c.* 1. *de testamentis,* & à Couar *in d. cap. 1. n. 18. ad finem,* post alios, quos ibi sequitur, & Molin. *lib. 2. de primogen c 10. n. 28.* vbi pro hac parte referunt Iason *in Auth. Ingressi. Cod de sacros. Ecclef. n. 7. cum sequent.* dicentes repugnare paupertatis voto libertas testandi; ideo requiri ad testandum licentiam Papæ secundùm magis communem.

Tota ergo controuersia est, an Prælati ex bonis
126. Ecclesiasticis siue in vita, siue per testamentum possint Maioratum instituere sine licentia Papæ? Responde, si Episcopus, vel Prælatus, dum sanus viuit, instituat primogenium ex contractu de bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis, valere primogenij institutionem dummodo irreuocabilis fiat, ex ea ratione, quia similis institutio inter viuos facta æquiparatur donationi factæ inter viuos irreuocabiliter. Cùm ergo non interdicatur Episcopo ex bonis suæ Ecclesiæ donare inter viuos, vt vult gloss. ordin. *in c. præsenti, verb reseruari, de offic. ord. lib. 6.* quæ placet Abbati *ibi,* & aliis *in c. cæterùm, de donationibus,* vbi Imol. *n.* 4 tradit posse Prælatos donare fructus suorum beneficiorum, cùm illos faciant suos. Garcia *de benefic p. 2. c. 1. à n. 5. vsque ad n.* 10 Igitur integrum erit Prælatis de bonis Ecclesiæ in vita quæsitis, modo supradicto maioratum constituere, sicuti fas est donationes inter viuos efficere, Molin *d c. 10 n.* 34.

Confirmatur, quia Prælati Ecclesiastici comparantur vsufructuariis saltẽ, & faciunt fructus suos, & ex generali consuetudine disponunt prout volunt, dum viuunt, vt testatur Burrius *in c. 1. de consf. poss. & propriet.* & ita communiter seruatur, & tenetur, Iulius Clarus *§ testamentum q. 27. n.* 8. vbi loquitur de potestate testandi, & disponendi tam in vita, quàm in morte, sequitur Philip. Corn *cõs. 314. num. 2. lib.* 3. vbi loquitur de Prælato cui fatetur fas esse donare fructus sui beneficij: neque quoad forum exterius iure aliquo prohibitum est facere donationes, nisi ex vltima voluntate, vt concludit Molin. *de primogeniis lib. 2. c. 10. ex n. 32. cum sequent.*

Secus si instituatur primogenium de eisdem
bonis in testamento ex eo, quia Episcopi nequeũt 127.
ex bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis disponere per vltimam voluntatem absque licentia Papæ, vt habetur *in c. 1. de testam. & in c. quia nos, eodem titulo.* Quin etiam quamuis Episcopus habeat à Summo Pontifice facultatem testandi, non poterit primogenium creare, quoniam facultas testandi intelligitur concessa ad pia, nõ autem ad profanos vsus. Quòd si expresse concedatur licentia testandi ad profanas causas in hoc euentu, sicut potest testari Episcopus ad profana, & secularia, de reditibus Ecclesiæ, sic etiam primo genium instituere poterit dummodo intercedat causa iusta, alioquin quamuis in foro externo licentia sine causa iusta concessa valeat in eo foro; in foro autem conscientiæ non censetur dispensatus esse tutus sine legitima causa, Couar. 4. *Decret. 2. p. c. 6. §. 9. n. 7.* ait petentem dispensationem dum cognoscit causam deficere peccare venialiter, & forsan mortaliter; quia est in culpa petendo à Principe rem illicitam. At Petrus de Ledesma *in summa Sacram. c. 27. post 4. conclus. dub.* 1. credit hunc mortaliter delinquere.

Mihi tamen placet asserere tam petentẽ, quàm concedentem licentiam testandi ad profanos vsus eadẽ culpa ligari, nisi iusta ignorantia excusentur. Quare quando dispensans peccauit mortaliter, petens eiusdem culpæ reus erit, dum cooperatur peccato dispẽsantis sine causa legitima, & ad illud inducit Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 18. à n. 7. vsque ad 11. &* 12. Molin. *de primogen. d. cap.* 10. *n.* 30.

Diximus primogenium irreuocabile à Prælato in bona valetudine existente posse creari. Ex quo primogenium reuocabile non potest institui validè etiam ex contractu, cùm tale primogeniũ non contractus, sed potiùs vltimæ voluntatis rationem sortitur. Vnde sicut nequit testari Episcopus, sic etiam non poterit Maioratum instituere reuocabilem. Nam primogenia reuocabilia ex contractu creata, æquipollent contractui, quo ad ordinationem: quoad effectus autem accedunt ad vltimam voluntatem, prout in simili docet gloss. loquens in donatione causa mortis *in l. 2. in prin. verb. legatum, ff de dote prælegata,* quæ est communiter recepta, teste Iason. *in l. 2 n. 11. ff. de legatis* 1. vbi Ripa *n. 15.* Segura *in repet. l. Imperator. ff. ad Trebel. col. 36.* & Couarr. *in rubric. de testam. 3 p. n 1. cum sequentib.*

Quòd si contingat primogeniũ creari irreuocabile à Prælato ægrotante si decedat ab ea ægritudine? Sunt, qui putent validum esse quasi factum ex donatione inter viuos irreuocabili, nec posse rescindi eo quòd fuerit in eo morbo institutum, si constet nullam fraudem ibi subesse. Inter quos est Molin. *de primogen. d. cap. 10. ex n. 40.* vbi hanc partem multis rationibus confirmat. Contraria tamen pars apud me est verior, primò ex gloss. *in c.*

præsenti, de offic. Ordin. vbi dicitur clericos in bona valetudine constitutos esse vsufructuarios : in ægritudine verò, à qua decedunt, vsuarios , quam glossam vocat singularem Barbat. *in c. requisiti, de testam. num.* 34. idem habet gloss. *in c.* 3. *de probationibus*; sed vsuarij nihil præter vsum instante morte de iure communi habent, ad testandum; ergo in ægritudine constituti nihil habent , & solum sibi necessaria ex fructibus possunt assumere, textus *in c. ad hæc, de testam.* vbi statuitur clericos detentos in infirmitate non posse donare etiam ratione eleemosynæ , nisi pauca , & moderatè. his verbis, viuentes tamen, & sui compotes moderatè valent aliqua de bonis ipsis: nō ratione testamenti, eleemosynæ intuitu erogari in ægritudine constituti. Proinde , si non possunt nisi aliqua viuentes moderatè de bonis erogare non ratione testamenti, facilè ex his appatet non posse nisi in fraudem dum ægrotant primogenium institui ex donatione irreuocabili, & ideo validum non esse.

Confirmatur non valere, ex textu *in l. filia mea emancipata, & agra, ff. soluto matrim.* vbi casus fraudulentus deciditur, nimirum si paterstipulatus fuit dotem à filia in casum mortis, & non in casum repudij , maritusque filiæ in ægritudine constitutæ dedit libellum repudij, vt patrem falleret: mortua tamen filia ex morbo , pater dotem consequetur, quasi matrimoniom per mortem , non verò per repudium fuisset solutum. quo textu in simili vsus est Bald. *in Auth. Nisi rogati, n.*14. *C. ad Trebel.* Semper enim in huiusmodi dispositionibus censetur fraus inesse quoties interdicta est aliqua dispositio, & loco illius alia, quæ fieri potest, introducitur, iuuat gloss. *in cap. Raimutius, verb. deducendas, de testamentis.* Boër. *decisione* 587. *num.* 8. vbi air non valere renuntiationem in fraudem factā, argumento *d. l. filia mea*, probatur ex *l. Sulpitius, ff. de donat. inter virum , & vxorem, & ex l. cum ratio, §. fraudis autem, ff. de iure fisci.* quibus rationibus concludit Sarmientus *de reditibus Ecclesiasticis* 4. *p. c.* 4. *n.* 6. donationem inter viuos factam à clerico grauiter ægrotante esse inualidam , quia censebatur fecisse in fraudem testamenti.

128. Quid de Prælatis qui extruunt aliquod opus pium extra proprium districtum, illudque administrandum relinquūt consanguineis cum onere etiā pio, non tamen sine fœnore? Responde Prælatos postquam in pauperes partem de fructibus sui Episcopatus erogant , ex residuo bene posse consanguineis aliquid largiri, moderatè tamen, secundùm eorum dignitatem , quod etiam Papa potest efficere, etiam si illud relinquatur in perpetuum. Ita Sotus *de iust. lib.* 10 *quæst.* 4. *art.* 4. quod intellige si quod relinquitur, ex causa pia principaliter relinquatur, non tamen si pro conseruatione familiæ primariò, & principaliter factum sit.

Responde secundò posse Prælatos fundare , vel erigere Ecclesiam, seu Xenodochium, & pro iure patronatus atque pro onere administrandi, & curandi ea, quæ ab institutore , seu fundatore huius operis imposita sint, aliquid annuum consanguineo , vel alteri administratori relinquere , quod iure primogenij deuoluatur à consanguineo , vel ab altero , cui primo commendatum fuit ad eius filios ac descendentes, Molin. *de primogenijs d. c.* 10. *n.* 48. & 49. vbi *n.* 50. subdit posse Prælatum Maioratum instituere in vtroque foro liberè de fructibus sui beneficij, seu Episcopatus, quos ex sua propria sustentatione coaceruauit , nec voluit consumere cùm posset; imò genium suum fraudauit , & ad Maioratum instituendum paulatim conseruauit, D. Thom. 2. 2. *quæst.* 185. *art.* 7. *in corpore, vers. De iis autem, quæ sunt specialiter suo vsui deputata , videtur esse eadem ratio , quæ est de propriis bonis. Atqui de propriis bonis possunt Episcopi maioratum instituere, vt dictum est ; ergo de illis etiam , quæ sunt specialiter suo vsui deputata , si abstineant ab eorum vsu , & se defraudent , & necessariis sumptibus parcant , sibique subtrahant, vt consanguineis, vel aliis largiantur, ne indigeant. Non enim omnia bona Ecclesiarum sunt pauperibus largienda, nisi fortè in articulo necessitatis, tunc enim superflua cura est, vt aliquis in futurum conseruet, quod prohibetur Matthei.* 6. Nolite, *inquit*, soliciti esse in crastinum. *Vnde bona Ecclesiarum non solùm sunt expendenda in vsus pauperum , sed etiam in alios vsus.* Sic D. Thom. *supra & ad secundum, & tertium.* Ideo de iis quæ sibi Episcopi subtrahunt necessariis pro sustentatione propria, & conseruant, possunt primogenium creare, iuxta tradita à D. Thom. quem sequitur Maior *in* 4. *dist.* 24. *quæst.* 12. Nauarr. *in manuali c.* 25. *n.* 127. Sotus *de iust. vbi proximè d. q.* 4. *art.* 3. quorum sententia admitti potest tamquam vera; quamuis Abb. *in cap. cùm esses, de testam. n.* 27. opinetur verius esse non posse Prælatos vti bonis , quæ sibi ex necessaria portione subtraxerunt tam liberè , sicut vtuntur bonis patrimonialibus pro suo arbitrio, quod quamuis sit tutius, non tamen puto verius.

De potestate, & obligatione Summi Pontificis erga Religiosos.

§. V.

EPITOME.

129. *Papa solùs est sacros Ordines regularium approbare, & cur?*
130. *Papa duplici nomine vocatur regularium superior.*
131. *Papa & Prælato regularium contraria præcipientibus, obediendum est Papa.*
132. *Papa quando possit præcipere religiosis , vt pergant ad Indos , seu hereticos, & quando Prælati idem possint imperare.*
133. *Prælati an possint obligare ad ea quæ sunt super regula regularium, & quid de religiosis nostra Societatis.*
134. *Religiosi Societatis ex peculiari voto obligantur Summo Pontifici circa missiones.*
135. *Papa potest dispensare in solenni castitatis voto regularium, quamuis alij negent.*
136. *Papa non potest dispensare cum Monacho , vt matrimonium ad tempus contrahat.*
137. *Religiosus dispensatus ad matrimonium contrahendum, an maneat liber voto paupertatis , & obedientia.*
138. *Papa an possit dispensare vt persistente Monachatu habeat proprium propriè dictum, & quale vitium sit proprietatis, & n.* 144.
139. 140. *Regularium vita annexa est castitas, & paupertas , ita vt non possit Papa dispensare secundùm aliquos, sed verius est posse.*
141. 142. *Religiosi Societatis post vota emissa ante professionem possunt retinere dominium suorum bonorum, non tamen vsum.*
143. *Votum paupertatis simplex & solenne, quomodo differant.*
145. 146. *Papa potest concedere religiosis, vt faciant testamentum, factum autem sine licentia Pontificis non tenet.*

Testamen

129. EST in primis solius Papæ sacros Ordines Regularium hominum, & instituta approbare, vt deducitur ex *cap. vltimo, de religiosis domibus*, vbi Innocent. III. in Concilio Generali Lateranensi decreuit, ne quis in posterum Religionem instituat nouam. Idem Gregorius decimus in Generali Concilio Lugdunensi constituit, vt habetur *in cap. 1. eodem tit. in 6.* Ratio ergo ob quam Papa sibi reseruauit facultatem approbandi nouum Ordinem Religiosorum ea est, ne ab Episcopis approbaretur Religiosorum Ordinum frequens multitudo. Azor. *1. p. lib. 5. cap. 7. in principio*, Suarez *de Religione tom. 4. lib. 3. cap. 4. num. 7. pag. 459.* vbi hac de re aliqua: addens Papam non posse errare in approbatione alicuius Religionis in particulari, quidquid Canus *de locis Theol. lib. 5. cap. 5. prope finem, vers. Nunc illud breuiter dici potest, nescio, quo fundamento asserat, in hoc errare posse Papam, ex eo ipso quo Papa approbat particularem ordinem, publicè declarat Ecclesiæ, & proponit illum veluti tamquam rectæ vitæ institutum, quod quisque sponte sua possit amplecti, & in eo profiteri*, qua in re si Pontifex errauerit, fatendum esset in moribus grauiter posse errare, quod non est dicendum, Azor. *suprà vers. secundò quæritur.* Suarius suprà scriptis *d. num. 7. vers. Nam ob hanc causam, pag. 459.* de quo dictum est suprà *disp. 1. §. 3. n. 29.*

130. Dicitur autem Romanus Pontifex duplici nomine Regularium superior, altero, vt omnium fidelium, eo quòd est supremum caput totius Ecclesiæ: altero autem, quia specialiter obligantur obedire Romano Pontifici circa regulares obseruantias eodem modo, quo obligantur obedire propriis Prælatis regularibus. Quin etiam Religiosi si Papa, & Prælatus regularis contraria, licita tamen, præcipiant, semper Pontificis præcepto potius quàm Prælati parendum est, vt docet D. 131.
Thom. *in 2. dist. 44.* in expositione literæ, ex ea ratione, quia potestas Prælatorum inferiorum in suos subditos regulares deriuatur à Summo Pontifice, & multo fortiùs in eo residet potestas iurisdictionis, quàm in illis. Similiter potestas dominatiua, quam habent Prælati in eosdem subditos ex vi voti obedientiæ, eadem etiam principaliùs reperitur penes Pontificem, tamquam penes omnium regularium generalissimum. Sanch. *in Decalogo lib. 6. cap. 1. num. 8. & 10.*

132. Hinc excitari potest quæstiuncula, vtrùm possit Papa præcipere Religiosis, & Clericis, vt ad Indos, seu hæreticos pergant, causa eorum conuersionis procurandæ? Respondeo posse compellere clericos in solo casu, quo necessitas boni communis id exigeret, Ribadeneira *de instit. Societatis cap. 20.* quod extenditur ad reliquos Religiosos vrgente eadem boni communis necessitate, etiam si præscriptum regulæ superet mandatum, Manuel Rodriguez *quæst. regular. tom. 3. quæst. 19. art. vltimo.* Prælati verò inferiores Summo Pontifice, Generales nempe aliarum Religionum, nequeunt cogere subditos, vt ad Indos causa conuersionis proficiscantur, eo quia id excedit præscriptum regulæ, Manuel Rodriguez *2. tom. summ. cap. 9. num. 5. & tom 3. regular. quæst. 19. art. 7.* & Lopez *1 part. instructorij cap. 56. col. 1. vers. & an Prælati Ordinum*, quod extenditur quoties mittuntur ad loca vbi periculo vitæ exponuntur, Lessius *lib. 2. de iustitia cap. 41. dub. 9. num. 74. & 75.* cùm sit supra regulam, vt ostendit Corduba *in expositione regulæ D. Fran-*
cisci, cap. 10. quæst. 2. Imò D. Franciscus *in sua regula* 133.
cap. 12. loquens de missione suorum ad infideles, id reliquit arbitrio fratrum cum licentia superioris, consonat D. Bernardus *lib. 1. de præcepto, & dispensat. col. 4.* per hæc verba. *Prælati*, inquit, *iussio, vel prohibitio, non prætereat terminos professionis, nec vltrà extendi potest, nec contrahi citra. Nihil me Prælatus prohibeat horum, quæ promisi, nec plus exigat, quàm promisi, vota mea nec augeat sine mea voluntate, nec minuat sine certa necessitate*; & paulo infrà, *Monentes eos, non cogentes, ad celsiora condescendentes eis, cùm necesse fuerit ad remissiora.* Quibus verbis monet Bernardus Prælatos inferiores, ne præcipiant aliquid contra regulam, nec supra regulam, nec infra regulam, ex eo quia superiores sunt custodes regulæ, & non auctores: illisque datur potestas, non vt ad maiora obligẽt, sed, vt quod quisque promisit secundùm regulã perfectè adimpleat iuxta proprium institutũ D. Thom. *quodlib. 10. art. 10.* & alij.

At verò Religiosos nostræ Societatis, qui speciali voto se obligant Summo Pontifici, non solùm Pontifex potest mittere ad omnes mundi partes, quantumuis remotas ad enunciandum Euangelium, sed etiam Generalis, non solùm professos quatuor votorum, sed etiam non professos, eo quòd præceptum hoc non est supra, nec contra nostrum institutum, sed illi valde consonum, vt videre est in nostris constitutionibus *part. 3. cap. 2. lit. G.* ibi, *& quamuis nostræ vocationis sit, diuersa loca peragrare, & vitam agere in quauis Mundi plaga, vbi maius Dei obsequium, & animarum auxilium speratur, & part. 6. cap. 5.*

§. 5. per hæc verba, ibi: *Cum homines itidem huius Societatis semper parati esse debeant ad discurrendum per quasuis mundi partes, quo fuerint à Summo Pontifice, vel à suis superioribus missi*. Ex quibus locis constat has missiones ad patres etiam remotissimas esse secundùm institutum Societatis, neque illud excedere, vt etiam continetur in constitutione, *Ascendente*, Gregorij XIII. edita anno 1584. octauo Kal. Iunij, quæ ait sic: *vocatio Religiosorum omnium huius Societatis est, quocunque ex directione Romani Pontificis, aut Generalis peragra e, ac in quauis mundi parte vitam agere, vbi salutandarum suâ operâ, animarum copiosior prouentus speratur ad Dei gloriam*, Ribadeneira *lib. de instituto Societatis cap.* 20.

134. Quæ omnia etiam expressè continentur in constitutione Iulij tertij, his verbis: *Et quamuis Euangelio doceamur, & fide orthodoxa cognoscamus, ac firmiter teneamus omnes Christi fideles Romano Pontifici tanquam capiti*, ac IESV-CHRISTI *Vicario subesse; ob deuotionem tamen maiorem ad obedientiam Sedis Apostolicæ, & maiorem voluntatum nostrarum abnegationem, & certiorem sancti Spiritus directionem summopere conducere iudicauimus, singulos nos, & quicunque eandem imposterum professionem emiserint, vltra illud commune trium votorum vinculum, speciali ad hoc voto astringi, vt quidquid modernus, & alij Romani Pontifices pro tempore existentes iusserint ad profectum animarum, & fidei propagationem pertinens, & ad quascumque Prouincias nos mittere voluerint, sine vlla tergiuersatione, aut excusatione illico quantum in nobis fuerit (siue nos ad Turcas, siue ad quoscumque alios infideles etiam in partibus, quas Indias vocant, siue ad quoscumque Hæreticos, & Schismaticos, siue etiam quosuis fideles mittendos censuerint) exequi teneamur*. Quæ Bulla edita fuit Anno Incarnationis Dominicæ 1550. duodecimo Kalen. Augusti. Ex quo quanta sit in specie obedientia Summo Pontifici, ac Generali Societatis satis ostenditur.

135. Quid dicendum de Pontifice Max. circa vota Religiosorum? Responde posse Pontificem dispensare in solenni castitatis voto emisso à Professis; ratio, quia hoc non repugnat rationi naturali; ergo potest Pontifex cùm habeat tamquam supremum Ecclesiæ caput, iurisdictionem spiritualem in vota Religionum, vt ea relaxare possit per dispensationem quoties iudicauerit expedire id communi bono Ecclesiæ. Nec est negandum hoc esse dubium, cùm multi negent posse Pontificem dispensare in solenni castitatis voto Monachorum, quoniam semel Deo consecratum non potest amplius ab homine profanis vsibus deputari. Quo argumento multi permoti testantur non posse statum religiosi Deo consecratum à Papa immutari dispensando in eius votis, vt tenet D. Thom. 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 11. Albert. Mag. *in* 4. *dist.* 38. *art.* 16. & 18. Quod quamuis mihi non sit dubium de potestate illius, in dubio tamen secundùm alios pro Pontifice standum est posse, quoniam in vniuersali Ecclesiæ gubernatione specialiter per Spiritum sanctum ducitur. Ergo dispensare posse testandum est. Caiet. 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 11. & *in opuscul tom.* 1. *tit.* 17. & *dispensatione matrimonij in Occidentali Ecclesia quæst, vnica vers. videtur autem mihi, ad finem*, Cordub. *in quæstionar. lib.* 1. *quæst.* 24. *opinio.* 2. Palacios *disp.* 3. *quadruplici col ante finem*, Valent. 2. 2. *disp.* 6. *quæst.* 6. *punct.* 7. *col.* 3. Nauarra *lib.* 3. *de restitut. cap.* 1. *part.* 3. *dub.* 1. *in noua editione n.* 166. *vers. ex his colligitur*. Sà *in summa verb. votum*, vbi de voti irritatione, & dispensatione. Azor *lib.* 12. *cap.* 7. *quæst.* 1. Tolet. *lib.* 4. *in summa cap.* 18. *num.* 5. & Henriquez *lib.* 12. *de matrim. cap.* 5. *num.* 7. Borgasius *de irregul. part.* 6. *tit. de sponsal. numer.* 9. & 64. *in* 7. *ratione*. Villalob. *in antinem iuris lit. P. num.* 34. Sanch. cum pluribus *lib.* 8. *disput.* 8. *num.* 7. qui omnes vnanimes sentiunt posse sine dubio dispensare, quam partem tuetur Sanch. *de matrim. tamquam veriorem, lib.* 8. *disp.* 8. *num.* 7. & Augustinus Barbos. *lib.* 3. *Decret. in c. cùm ad Monasterium, de statu Monachor. num.* 13. vbi multis exemplis ostendit sæpe sæpiùs à Pontifice fuisse dispensatum, de quo diximus suprà disp....

Illud tamen docet Sanch. *lib.* 5. *in Decalogo cap.* 2. *num.* 6. non esse integrum Pontifici dispensare cum Monacho professo, vt matrimonium temporale contrahat ea conditione, vt suscepta sobole regrediatur ad Monasterium, & vxor teneatur consentire, vt redeat manente vinculo matrimonij in perpetuum, quod fieri non posse demonstrat *lib.* 8. *num.* 9. & quamuis in partem contrariam inclinet Ioan. Andreas *reg. Actus legitimi. de regul. iuris in* 6. & absolutè illam sequantur Baldus *in l. si tibi filius, in fine, ff. de adoptionibus*, & Præpos. *in cap. sicut ex litteris, num.* 11. *de spons.* Nihilominus ab illis dissentit cum Abbate *in cap. ex publico num.* 11. *de conuersione coniu atorum*, ex ea vnica ratione, quia matrimonium secundùm suam substantiam debet esse perpetuum, ac proinde non potest subsistere cum illa conditione, vt prole suscepta professus reuertatur ad religionem subsistente vinculo matrimonij inenodabili, quia ea conditio est contra matrimonij substantiam, hoc est, contra mutuam corporum ad copulam traditionem, si ambo, vel alter ea conditione matrimonium inirent, vt ambo, vel alter tenerentur ingredi religionem ante, vel post matrimonium consummatum, Sanch. *lib.* 5. *de consensu conditionato disp.* 10. *num.* 6. *ad finem*, & *disp.* 9. *num.* 4. Non tamen erit conditio inutilis, nec contra substantiam matrimonij, si Pontifex dispenset cum Professo ea lege ad matrim. vt regrediatur ad Monasterium post sobolem susceptam vxore liberè, & spontè ad hoc consentiente, vide tamen suprà *disp.* 1. §... *num*... 136.

Quæstionis tamen est, vtrùm eo ipso quòd Pontifex dispensat cum Religioso professo ad ducendam vxorem contracto matrimonio, censeatur liber à voto paupertatis, & obedientiæ? Affirmat Manuel Rodriquez *tom.* 3. *regularium quæst.* 29. *art.* 6. dum ait Religiosum ea quo desinit esse talis per dispensationem ad contrahendum habere relationem votorum, quæ sunt annexa statui religionis; sequitur Garcia *de benefic. p.* 7. *cap.* 10. *num.* 90. Ego tamen existimo non esse dispensatum ad contrahendum matrimonium, liberum omnino à voto paupertatis, & obedientiæ, sed habere causam iustam, vt dispensetur ab vtroque voto, ne affectu proprietatis, & sumptibus superfluis illaqueetur peccato contra votum, quamuis Nauarr. *in comment.* 2. *de regul. n.* 17. arbitretur non posse reperiri causam iustam, vt dispensetur in voto paupertatis, quia satis est, vt habeat administrationem plenam absque dominio, vt in statu matrimoniali possit tamquam administrator donare, acquirere, contrahere, & condere testamentum, sed meliùs puto esse, si in voto paupertatis dispensetur ille, cum quo dispensatum est ad contrahendum matrimonium, quia rationi consentaneum est, & statui coniugali 137.

conue

conueniens, vt vir suorum bonorum liberam habeat dispositionem, quæ requiritur ad bonum regimen totius familiæ; quod non poterit plenè, nec rectè, ligatus voto paupertatis exequi in statu coniugali. Ita Azor *lib. 12. prime partis, cap 7. vers. secundò quaritur, per totum, à verbo præsertim mihi itaque.* Vasquez 1. 2. *quæst. 96. art. 4. disp. 165. cap. 9. num.* 104. Ribadeneira *in lib. de instituto nostræ Societatis, cap. 18. §. Pero pera responder in solut. ad primum*, Sanch. *lib. 5. Decalogi, cap. 2. num. 9.* Neque omnino discrepat Less. *lib. 2. c. 40. dub. 19. num. 142. vers. contrariam tamen*, vbi loquitur de Monacho per dispensationem vxorem ducente habentéque causam sufficientem, vt voto paupertatis liberetur prorsus; ac etiam voto obedientiæ. Imò videri illud cessare, cùm Religiosus desiuerit esse per matrimonium, quoniam intelligitur obedientia emissa de iis, quæ in regula continentur, vel ad regulam obseruandam tendunt. Ita ille.

138. Maior difficultas est, vtrùm Pontifex possit dispensare cum Religiosis in particulari in hoc, quòd persistente, & perseuerante Monachatu simul etiam habeant proprium propriè, & strictè dictum? Responde primò vitium proprietatis esse peccatum mortale de se, nisi ex paruitate materiæ fiat veniale, Nauar. *sub tit. de regular. cons. 75. n. 18. in 1. edit. & in 2. cons. 3. num. 18. de statu Monach.* Azor. *part. 1. lib. 12. cap. 16. quæst. 6.* & Rebell. *de instit. part. 1. lib. 3. quæst. 15. sect. 3. num. 22. vers. quarta propositio*, vbi ait reum esse mortalis Religiosum, qui non per minima, sed simul quantitatem furetur tres, vel quatuor argenteos regales excedentem.

Responde secundò non posse Papam dispensare cum Religiosis, vt perseuerante Monachatu habeant proprium propriè dictum, quo ad dominium eodem modo, quo illud seculares habent. Sotus *de iust. lib. 10. quæst. 5. art.* 10. Cordub. *in suo quæstion. lib. 1. quæst. 24.* Nauar. *in cap. non dicatis 12. quæst. 1. num. 17.* & Caiet. *2. 2. quæst. 88. art.* 11. Sed ibi non loquitur nisi de voto castitatis; potest tamen ad nostrum casum eius mens referri quatenus ait ex parte obseruationis non esse in potestate hominis facere, vt votum, & ius stent in suo robore, etiam respectu eiusdem, & quòd idem non teneatur obseruare legem, seu votum. Vnde quamuis Papa queat legem positiuam auferre totaliter, vel quo ad istum hominem, non potest tamen facere, quòd stante lege etiam respectu istius; iste non teneatur illam obseruare, quia perseuerante lege, perseuerat obligatio ad obseruandum, quæ est de iure naturæ, & non positiuo. Quocirca quando dicitur votum paupertatis, & castitatis adeò adhærere statui monastico, & religioso, vt nec Summus Pontifex possit dispensare, intelligendum est manente ipso voto: non enim potest Papa, vt quis existens Monachus vxorem ducat, & proprium habeat: sed eximit illum à votis, & à Religione; & de Monacho factus non Monachus vxorem ducit, & proprium habet, Graff. *lib. 2. decisionum, c. 31. num. 19. & num.* 23. Proinde quando D. Thom. 2. 2. *quæst. 88. art.* 11. matura deliberatione dixit Papam non posse propriè dispensare in voto continentiæ, ex argumento *cap. cùm ad Monasterium, de statu Monachorum*, vbi dicitur non posse Papam contra vota castitatis, & paupertatis licentiam dare, dicendum est verba illius *cap. cùm ad Monasterium*, procedere manentibus eisdem votis, vt ait Couar. *in rubric. de testam. cap 1. num. 11. ad finem*, Miranda *in manuali Prælatorum, tom. 1. quæst. 28. art. 3.* & Barthol. à S. Fausto *in Thesauro Religiosorum, lib. 8. quæst. 25.* & alij, quos referens sequitur Augustinus Barbos. *in d. c. cùm ad Monasterium, de statu Monachorum, n. 11.* secus quo ad vsum pro necessitatibus.

Ex dictis sequitur Religiosos manente statu suo, & perseuerante esse incapaces temporalium rerum, ex *d. cap. cùm ad Monasterium, in fine*, vbi dicitur, ibi, *quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis, adeò est annexa regulæ Monachali, vt contra eam nec Summus Pontifex posset licentiam indulgere.* Quo argumento ductus Cortalius *3. p. cap. 5. num.* 15. credidit Religiosos etiam ex dispensatione Papæ esse incapaces bonorum temporalium: imò non posse dispensare opinatur Syluest. *verb. votum. 4. quæst. 5.* Armilla *num. 12. eodem verb.* Lopez *instruct. tom. 2. p. 2. cap.* 48. Petrus Ledesma *2. p. summæ, tract. 10. c. 8.* & Aragon. 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 11. vbi hanc partem dicit probabiliorem. 139.

Sed oppositum verius est tenendum, nimirum ex Papæ dispensatione fieri capaces bonorum temporalium non solùm quo ad administrationem, sed etiam quo ad dominium, & proprietatem; ex ea ratione, quia Papa potest dispensare in voto solemni religionis. Vasq. 1. 2. *tom. 2. disp. 165. num.* 104. Azor *p. 1. lib. 12. cap. 7. quæst. 1. & duobus sequentib.* Sanch. *lib. 8. disp. 8. n. 7.* Henriquez *in summa, cap. 8 lib. 11. §. 11. & lib. 12. c. 5. §. 3.* Less. *lib. 2. cap. 40. dub. 14.* & Valentia 3. *tom. disput. 6. quæst. 6. punct. 7.* & in specie in voto paupertatis potest Papa dispensare, cùm sola Ecclesiastica constitutione Monachus sit incapax dominij: ideo potest illum facere habilem, & capacem dominij Monachum manentem, dummodo, quo ad vsum, seruet paupertatem, eo quòd voto paupertatis magis repugnat vsus, quàm dominium, vt videtur in Sacra religione nostræ Societatis, vbi ante professionem, & ante coadiutorum formatorum statum possunt Religiosi suorum bonorum dominium retinere, vt constat *ex tertia parte constitutionum Societatis, cap. 1. & ex p. 4. cap. 4. litt. E.* & ex Bulla Gregor. XIII. §. 22. & 24. Manuel Rodriquez *tom. 1. regul. quæst. 1. art. 4.* Solis *de cens. lib. 2. tom. lib. 1. cap. 10. n. 22.* quos sequitur Garcia *de benefic. p. 7. cap 10. num. 61. & sequent. & num. 87. & sequent.* consonat Sanch. *in Decalogo lib. 5. cap. 1. num. 9.* vbi vult solo iure Ecclesiastico reddi Professum inhabilem ad acquirendum rei alicuius dominium, & ad illud in alium transferendum per votum solemne paupertatis, cuius hæc est illa vis. 140.

141. Quare etiamsi solemne paupertatis votum naturaliter obliget ad non habendum, vel non vtendum re aliqua vti propria, & reddat vouentem perpetuò incapacem dominij acquirendi, & inhabilem ad proprietatem bonorum temporalium. Dicendum est priorem effectum esse inseparabilem à voto manente ipso, cùm sit quasi effectus illius formalis, posteriorem autem effectum, quo redditur persona inhabilis ad dominium, & proprietatem, separari posse per Ecclesiam manente ipsius voti substantia, quoniam hic effectus magis est à lege, quàm à voto; Suar. *tom 4. lib. 3. de Religione, cap. 15. num.* 10. Probatur ex votis scholasticorum Societatis de paupertate, quæ non statim priuant illos dominio, & proprietate suorum bonorum, vt constat ex constitutione Gregor. XIII. quæ incipit, *Ascendente Domino*, dicentis ibi. *Licèt qui ad gradus professorum, & coadiutorū formatorum*

nondum peruener. nt, bonorum suorum ius, atque dominium, tum alias ob iustas causas, tum etiam, vt maiorem Societas habeat libertatem illos, si opus fuerit, cum minori offensione dimittendi ad tempus Generalis Prepositi iudicio praescribendum valeant retinere. Quibus verbis ostenditur non obstare voto paupertatis, quo minus proprietas, & dominium talium bonorum per aliquod tempus retineatur iuxta constitutionem Societatis. Suar. *suprà lib. 4. cap. 4. num. 2. & 3.* quia votum non obligat vltra intentionem vouentium.

142. Concesso ergo secundùm veriorem sententiam, quòd possit Papa dispensare in voto solemni paupertatis, vt volunt Ribadeneira *in lib. de instituto Societatis cap. 18. § però.* Vasquez *1. 2. quaest. 96. art. 4. disp. 165. cap. 9. num.* 104. & Azor. *p. 1. lib. 12. cap. 7. quaes. 2.* Nihilominus etiam si nulla praecedente causa dispenset, valebit dispensatio, & fiet capax professus dominij acquirendi, transferendique; cùm solo iure Ecclesiastico votum solemne paupertatis habeat vim reddendi incapacem ad dominium acquirendum rei alicuius dominium. Sanch. *in Decalogo d. lib. 5. c. 1. num. 9.* & confirmatur ex traditis ab eodem *lib. 7. de matrim. disp. 16. num. 2. & num. 6.* Secus dicendum est secundùm asserentes votum iure diuino naturali habere vim faciendi incapacem, acquirendi dominium Monachum; tunc enim non valebit dispensatio sine causa, quo ad votum iure diuino naturali obligans. Proinde professus siue acquirat, siue transferat alicuius rei dominium, siue ea vtatur, semper peccabit mortaliter: secus retenta nostra opinione dicente votum paupertatis solemne solo iure Ecclesiastico efficere professum inhabilem tam ad acquirendum alicuius rei dominium, quàm ad illud in alium transferendum. Azor. *suprà c. 6. quaes. 4.* Garcia *suprà n. 64.*

143. Hoc autem est discrimen inter habentes votum paupertatis simplex, & inter habentes idem votum solemne, quia habentes solemne sunt in particulari omnino inhabiles ad dominium rerum temporalium, & incapaces vsusfructus, & possessionis rerum tam mobilium, quàm immobilium; habentes autem votum simplex paupertatis possunt retinere dominium; non autem vsumfructum sine Superioris consensu, ex ea ratione, quia non est de essentia paupertatis religiosae reddi hominem inhabilem ad habendum dominium, sed tantùm, vt priuetur facultate vtendi: ideo irrequisito superiore non potest de re illa disponere, neque illa vti. Quin etiam tenetur professus volente superiore, seu mandante eius dominium à se remouere. Less. *lib. 2. cap. 4. dub. 5. num. 22. & 23.*

144. An verò habenti votum solemne paupertatis possit Papa concedere dominium rei alicuius? Responde, vt suprà responsum est, non posse in sensu composito, hoc est, dispensare cum Monacho manente Monacho, vt proprium habeat; sed in sensu diuiso, id est, vt habeat dominium postquam desinit esse Monachus. Nauarr. *comment. 2. de regul. num. 15. ad 3.* vbi declarat non posse Pontificem efficere, vt Religiosus verus dominus fiat alicuius rei manente voto paupertatis solemni, quoniam ea est virtus, ac natura talis voti, vt obliget omnino ad non habendum proprium, & ad reddendum inhabilem professum ad proprium. In quo sensu verum est quod dicitur *in d. cap. cùm ad Monasterium, de statu Monachorum,* in textu illis verbis: *Vt contra eam nec Summus Pontifex possit licentiam indulgere?* Responde secundò proprium generatim acceptum prout continet etiam dominium, quod in se, & in sui vsu à superioris voluntate dependet posse Papam concedere tale proprium, seu dominium, quia essentia religionis non repugnat tali proprio, nec tale proprium cum essentia religionis pugnat, sed potest retinere quandiu superiori videbitur, etiam si nequeant habere vsum sine superioris auctoritate, quandiu in eo statu sunt: neque etiam Pontifex potest dispensare cum Religioso, vt habeat vsum alicuius rei independenter à voluntate saltè ipsius Summi Pontificis, ita vt possit disponere de re illa prout voluerit, eamque alienare, seu consumere liberè, ac plenè absque arbitratu etiam Summi Pontificis, qua etiam ratione ait D. Thom. *2. 2. quaest. 186. art. 8. ad 3.* non posse Papam in voto obedientiae dispensare cum Religioso, vt nulli Praelato obedire teneatur in iis quae ad perfectionem vitae spectant. Non enim potest Religiosum à sua obedientia eximere, sed potest illum ab inferioris Praelati subiectione subtrahere quod non est in voto obedientiae dispensare. Suarius *tom. 4. de religione lib. 4 cap. 4. num. 16 fol. 495. vers. secundò addo.* Augustin. Barbos. *in d. cap. cùm ad monasterium, de statu Monachorum, n. 11.*

Quaeri etiam potest, an Papa possit facere facultatem testandi Religiosis professis? Ratio dubitandi est, quia per professionem priuatus est omni dominio, & inhabilis factus est ad acquirendum, & quidquid acquirit, monasterio acquirit: ideo nihil habere potest de quo testetur validè, vt habetur expresse *in cap. quia ingredientibus 19. quaest. 3. & Authent. de monachis, §. illud quoque,* text. *in Authent. ingressi. C. de sacros. Eccles.* eo quòd ingressi monasteria se suaque dicant Deo, nec ergo de his testantur, Iul. Clar. *§. testamentum, quaest. 28. num. 7.* 145.

Caeterùm de licentia Papae potest Religiosus de aliquibus rebus, quarum habet vsum, & administrationem, testari, Nauar. *comment. 2. de regul. num. 57. & 58.* accedente tamen ad hoc Praelati religiosi consensu, vt vult Staphil. *de litteris gratiae, & iustitiae, fol. 188. col. 1.* Posse autem hanc facultatem testandi facere Religioso, docet Socin. *cons. 13 vol. 1.* Francb. *in rubrica de testam. col. 6.* Bald. *in l. si quando, in princip. C. de in officioso testam.* & Baptista de Sancto Seuerino *in tract. de pensionibus quaest. 19. in fine,* & alij quos sequitur Couar. *cap. 2. de testamentis, num. 10.*

Vnde testamentum factum à Monacho sine licentia Summi Pontificis est nullum, vt constat ex iuribus citatis, etiam si velint testari ad pios vsus, quia iura citata indistinctè loquuntur. Abbas *in rubrica de testam. ad finem.* Nauarr. *d. commento 2. de regul. num. 22. coroll. 10.* Peregrin. *cons. 53.* Syluest. *verb. testamentum 1. quaest. 4. ad finem,* Peregrin. *cons. 53. num. 10. vol. 2.* Graff. *lib. 2 decis. cap. 31. num. 24.* & Sanch. *in Decalogo lib. 7. cap. 8. num. 3.* post plures. 146.

Contrà verò obtenta licentia ad testandum si ex aliquo capite, vel ex omissione alicuius solemnitatis testamentum corruat, dato quòd in eo testamento clausula codicillaris inserta sit, & apposita, non sustinebitur testamentum ratione clausulae codicillaris, ex quo solùm habuit potestatem testandi, non obstante regula legis *conficiuntur, ff. de iure codicill.* quae habet illum qui potest testari, posse codicillari, quia haec regula procedit in fauorem illorum qui possint testari de 147.

de iure communi: contrà verò qui ex priuilegio testantur, non gaudent hac prærogatiua, Angel. & post illum *in l. seruus communis Mevij ff. de stipul. seruorum.*

148. Quin etiam licentia data ad testandum Religioso professo non extenditur ad testandum ad vsus profanos, sed ad pios, nisi id expressè concedatur. Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 9. num. 67. & cap. 10. num. 30.* Azor. *p. 1. lib. 12. cap. 9. quaest. vltim.* Less. *lib. 2. cap. 19. dub. 4. num. 40.* Nauar. *Apologia ad librum de reditibus quaest. 3. monito 6.* & alij, quibus accedit Sanch. *d. cap. 8. num. 51.*

149. Quid dicendum de nostris Religiosis ante professionem? Dic posse validè testari sine consensu superioris: irritari tamen posse à superiore non solùm viuente testatore, sed etiam post eius mortem. Non tamen erit graue peccatum, sic testari inconsulto superiore, si eo animo fiat, vt tempore mortis declaretur superiori, & manifestetur factum, eique subiiciatur, præsertim si bona fide testatus est superiore absente, à quo per distantiam non potuit facultatem petere, quod vt optimè fiat siue præsente, siue absente superiore, debet exprimi (vt excusetur tam à violatione voti paupertatis, si qua in hoc casu inest fortè; quàm à violatione obedientiæ, quæ aliqualis datur) vt eo modo testatur dummodo voluntati superioris placeat, cui se totum subiicit, Suar. *tom. 4. n. 13. vers. ex quo infero.*

150. Longè aliter de professis testamentum facientibus, qui ita nulliter testantur, vt licentia testandi superueniens nequeat facere valere prius testamentum absque illa factum à Religioso, ex eo, quia quando habilitas personæ, aut facultas requiritur ad substantiam actus, non sufficit superuenire, sed debet præcedere actum faciendum. Cùm ergo testamentum factum à professo sine licentia fuerit irritum, non potest fieri firmum per licentiam subsequentem. Probatur ex testamento impuberis, aut furiosi, quod non conualescit per ætatem, vel sanitatem superuenientem, vt habetur *in §. praeterea, Instit. quibus non est permissum facere testamentum.* Ratio, impubes, & furiosus sunt incapaces testandi, quandiu durat impedimentum, vt notat Bartol. *in l. filio praeterito, in fine, ff. de iniust. rupt. test.* & Iason *in l. si arrogator n. 36. in fine ff. de adoptionibus*, proinde cùm ab initio sit irritum, non potest confirmari, nisi de nouo fiat, cessante inhabilitate personæ. Ita Simon de Prætis *de interpretatione vlt. volunt. lib. 2. interpret. 1. dub. 1. solut. 4. num. 51.* Socin. *in l. si iam facta num. 5. & 11. ff. de condit. & demonstr.* Hæc opinio est satis probabilis, cùm dispensatio ad testamentum faciendum sit odiosa, & ex consequenti restringi potius, quàm ampliari debet, vt vult Iason *in l. vt militibus ff. de testam. militis*, & *ibi* Additionator ad Alexandrum *num. 3. verb. Antea.*

151. Nihilominus probabilius est testamentum factum à professo sine licentia Papæ conualescere per licentiam subsequentem, quia secundùm terminos iuris satis est in testamento adesse facultatem tempore mortis, per *l. si quis filio exheredato, §. irritum ff. de iniust. rupt. test.* Paul. de Cast. *in l. fidei mea, §. si sit. ff. de condit. & demonstr.* volentis, si Papa concedat Episcopo vel Cardinali, vt possit testari, testamentum antea factum reconualescere, censerique factum post dispensationem, & habuisse principium non omnino inhabile.

Confirmatur exemplo habentis duo beneficia curata incompatibilia sine licentia Papæ, qui si postea impetret licentiam, valet dispensatio. Iason *in l. quo minus ff. de flumin. 21. quaest. n. 128.* Item nemo potest facere molendinum in flumine nauigabili, sine facultate Principis: attamen si faciat, & obtineat postea licentiam, confirmabitur molendinum antea extructum. Retrotrahitur enim facultas Principis ad tempus præteritum; vt volunt Bartol. *in l. si quis filio, §. irritum, in fine. ff. de iniusto, rupto.* Nauar. *comment. 2. num. 57. de regul.* Gomez *in l. 42. Tauri, num 2. vers. sed aduertendum, & vers. secundò infertur.* Matienzo *lib. 5. recopilat. tit. 4. l. 3. gloss. 3. num. 4.* Molin. *de iust tract. 2. disp. 141. in fine.* 152.

Quòd si contingat Monachum fieri Episcopum, & obtineat dispensationem ad testandum, tenebitur in precibus exprimere se Religiosum esse, & Episcopum, etiamsi licentiam testandi petat ad vsus pios: aliàs non erit legitima dispensatio, cùm ex duplici obice impediatur. Enriquez *lib. 10. de Sacram. ordin cap. 33. num. 3. ad finem*, quod intelligitur si velit testari de fructibus, aut de rebus intuitu Ecclesiæ quæsitis, quia de his solùm non possint testari Episcopi seculares. Porrò si mens illi sit testari de bonis patrimonialibus, aut de acquisitis per propriam industriam; sufficit explicare se esse Religiosum, quia ad testandum de his Episcopalis status non repugnat, sed professio religiosa. 153

Quin adde Episcopum, siue Monachus sit, siue non, siue inuitus, siue voluntarius, ex causa tamen iusta si transferatur ad alium Episcopatum; non posse de rigore iuris ornamenta, & paramenta, & argentaria, nec non libros, & reliqua pretiosa, secum deferre, si ea emerit de reditibus prioris Episcopatus; sed debet illa relinquere Episcopa sui prioris Episcopatus, Barbat. *cons. 20. num. 11. vers. & vidi hoc anno, vol. 3.* vbi ait ea de re sic respondisse, fuisseque tale responsum à doctissimis viris approbatum: fructus tamen iam perceptos, & mobilia non pretiosa ex fructibus primi Episcopatus acquisita posse Episcopum de vno Episcopatu ad alium translatum secum asportare, docet Nicolaus de Vbald. *tractatu de successione ab intestato 2. p. §. finita, num. 11.* & Panin. *tract. de potestate capituli 2. p. quaest. 8. num 28. vers. & adde.* Ideo ferre fructus pendentes nequibit Sarmiento *de reditibus Ecclesiasticis 2. p. quaest. 4.* 154.

Et quamuis Calderin. *cons. 2.* de rebus Ecclesiæ consulat posse fructus ferre perceptos, & res mobiles ex fructibus primi Episcopatus, eo quia beneficiarius assimilatur fructuario, qui potest disponere arbitratu suo de fructibus collectis per legem *defuncta, ff. de vsufructu*, & per glossam *cap. final. verb. reseruari, de offic. ordin. in 6.* Cardinalis tamen *in cap final. col. penult. ad finem, de pecul. clericor.* Anchar. *cons. 189. ex narratis, num. 1.* & Alciat. *responso 1. num. 49. lib. 1.* credunt nec fructus primi Episcopatus, neque res ex illis quæsitas posse Episcopum secum deferre, quod intellige de iure, secus de consuetudine, secundùm quam prædicta bona mobilia licitè secum transferre potest, pro vt vult Bellamera *cap. si quis translatus, 21. quaest. 2. num. 10. vers. sed quid si praedictus; & cap. cum venerabilis num. 47. de exceptionibus.* Petrus Barbos. *2. p. l. diuortio ff. solut. matrim. num. 53. & 55.* Quare magis placet opinari fructus iam perceptos, & pariter res mobiles ex fructibus primi Episcopatus emptas, siue quæsitas, posse 155.

Episcopum

Episcopum translatum ad aliam Ecclesiam secum deferre, vt etiam notat Augustinus Barbosa *in cap. cùm ex illo, de translatione Episcopi, num. 3. & sequenti.*

156. His quæstionibus affinis quæstiuncula adiici potest, vtrùm Religiosus habens facultatem testandi à Summo Pontifice possit Maioratum instituere? Dico primò facultatem testandi concessam, nisi aliud exprimatur, intelligi debere ad pias causas, & ex illis bonis non posse institui maioratum, quòd si facultas se extendat, factum tenebit maioratu instituto. Molin. *tom. 1. de iustit. tract. 2. disp. 541. vers. dubium est an perfectè*, vbi concludit posse Religiosis validè, & licitè facere facultatem testandi, interueniente tamen causa rationabili, & de maioratibus, *disput. 604. num. 5.* additque multa esse consideranda, vt talis maioratus licitè instituatur, quod intellige post professionem: nam post illam, & in nostra Societate post vota coadiutorum nullus potest instituere maioratum neque ex contractu, neque ex vltima voluntate: excepto patre, aut matre, qui filios in seculo reliquit, & postea religionem professus est ante diuisionem bonorum inter filios. Tunc enim *ex Authent. si qua mulier, C. de sacrosanctis Ecclesiis*, & ex *Authent. nunc autem, C. de Episcopis, & clericis*, potest instituere maioratum de suo tertio in aliquo ex filiis. Molin. *vbi proximè.*

157. Quæres, an possit regularis habere beneficium seculare sine dispensatione Summi Pontificis? Responde hodie non posse regularem, etiam si sit Canonicus, habere sine dispensatione Apostolica beneficium curatum neque perpetuò, neque ad tempus, vt declarauit Sacra Congregatio Concilij Tridentini per hæc verba: *Sanctissimus D. N. Gregor. XIII. noluit licere Canonicis Regularibus Congregationis Lateranen. etiam de licentia sui Generalis, absque permissu Summi Pontif. assumere curam animarum, etiam ad tempus, multòque minus beneficium curatum ad tempus.* Ex qua declaratione constat Regularibus non esse licitum sine licentia Apostolica. Quin etiam ex constitutione Pauli quarti, incipit, *Postquam diuina bonitas*, sub datum 13. Calend. Augusti anni 1558. priuatur Regularis quibuscunque beneficiis qui sine permissu Apostolico beneficium obtinuerit, vnde collatio facta Regulari de beneficio sæculari sine expressa mentione sæcularitatis non tenet, Ægidius Bellamer. *decis.* 171. incipit, *collatio facta Canonico*, Felin. *in cap. in nostra, num. 44. de rescriptis.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. censur 3. casu 201. n. 86. & 87.* sicut regularia beneficia Regularibus sunt conferenda, non verò secularibus, vt habetur in Concilio Tridentino *sess. 14. cap. 10. & sess. 25. c. 21. de regularibus*, quod est etiam de iure communi, *cap. cùm singula, de prebendis, lib. 6. Clement. 1. de electione. Clement. 1. de supplend. negligent. Prælat.* Rot. *decis. 772. num. 5. p. 1. diuersorum*, & *in regula 42. Cancellaria* disponitur, quòd habet locum etiam in commenda, Hoieda *de incompatibilitate beneficiorum 1. part. cap. 24. num. 93.*

158. Possunt tamen præter Papam Ordinarij collatores regularia beneficia solita prouideri Regularibus professis, conferre clericis secularibus, qui illius Ordinis habitum omnino suscipere, & professionem emittere teneantur. habetur expresse *in d. Concilio Tridentino, sess. 14. cap. 10.* incipit, *Regularia.* Et quamuis Concilium ibi non loquatur de ordinariis collatoribus, & loquatur absolutè, & indistinctè, Sacra Congregatio die 12. Decembris 1585. id declarauit his verbis. *Censuit Congregatio posse etiam ordinarios collatores, portiones Monachales, & Canonicales prouideri consuetas, conferre, ne dum eius Ordinis professis, sed etiam secularibus, qui habitum suscipere, & professionem emittere, omnino teneantur. Abbatias tamen, & beneficia administrationem habentia, non nisi professis, iuxta canones, per Ordinarios inferiores conferri posse;* Gonzales sequitur *de mensibus gloss. 8. n. 77. & 78.* Augustinus Barbosa *in remissionibus ad Concil. Trident. sess. 13. cap. 10.* in text. ibi, *vel iis, qui habitum omnino suscipere*, Garcia *de benef. p. 7. cap. 10. num. 8.*

159. Quid de nouitiis? Responde regularia beneficia non posse conferri nouitiis eiusdem Ordinis, sed expressè professis, *cap. nullus, de electione in 6. Clement. 1. de supplend. negligen. Prælator, & Clement. 1. §. sanè 2. de statu Monachorum.* Beneficia verò secularia possunt conferri nouitiis, quia cùm non sint verè Religiosi, & possint ad seculum redire, & sint sui iuris, sunt capaces beneficiorum secularium, & possunt habere proprium, Azor 1. *p. lib. 12. cap. 3. post alios vers. primò quæritur*, & Garcia *de benefic. p. 7. cap. 10. num. 4.* Barbos. *in remissionibus ad Concilium, sess. 14. cap. 10. in text.* ibi, *Regularibus professis*, quibus accedit Sanchez *in Decalogo lib. 7. c. 4. n. 22.* subdens nouitium acceptando beneficium seculare non censeri religioni renunciare, vt minus bene opinatur Tiraquel. *retract. lignagier glossa 8. §. 1. num. 37.* quia beneficium dum est nouitius, retinere potest. Quin etiam ex suprà dicta Congregationis declaratione potest illi conferri beneficium regulare: siquidem potest dari secularibus nondum habitum suscipientibus, modò habitum omnino suscipere, & professionem emittere teneantur, pro vt expressè decernitur à Concilio *sess. 14. de reformatione cap. 10. vers. regularia beneficia*

160. Adde posse Papam iustè conferre beneficium simplex ex causa iusta regulari: imò sine iusta causa, collatio tenebit, quamuis sit iniusta, argumento *capitis, cuncta per mundum 9. quæst. 3. & cap. proposuit, de concessione præbendæ*, quia cùm id iure humano sit interdictum, & Papa sit supra illud, factum tenebit. Nauar. *cons. lib. 3. cons. 71. de regularibus.*

161. Illud etiam nota, Papam tantùm posse concedere licentiam dimittendi habitum ex causa, vt Regularis viuat extra monasterium, secundùm scribentes *in cap. 2. ne clerici, vel Monachi lib. 6. & cap. clerici, de vita & honestate clericorum*, proinde vt dimittat habitum, est solius Papæ. Nam quoties fit hæc licentia, semper intelligitur habitu retento. Nauar. *d. lib. 3. cons. 71. n. 1. & cons. 72. num. 2. & 3.* vbi *num. 4.* vult, nec Congregationem Concilij Tridentini posse ob aliquam causam dare licentiam viuendi extra Monasterium dimisso habitu, quod adeò verum est, vt Religiosus creatus Episcopus teneatur gestare habitum regularem debito legali, nec posse super habitum vestibus Episcopalibus vti, vt habetur *in c. penult. de vita, & honestate clericorum*, vbi agitur de vestibus Episcopalibus, quibus Episcopus de- 162.
bet indui, ibi, *Nisi Monachi fuerint, quos oportet ferre habitum Monachalem*, gloss. *cap. in noua, fin. & cap. de Monachis 16. quæst. 1. in verb. discedere.* D. Thom. 2. 2. *quæst.* 185. *art.* 8. *corpore*, Enriquez *lib. 10. de sacramento Ordin. cap. 32 num. 5. & cap. 34. fin.* Azor. 1. *p. lib. 12. cap. 7. quæst. 4.* & Sà *verb. Episcopus n. 11.* vbi ad finem docet Episcopum factum

ex

ex Monacho, vel ex Religioso, si relinquat Episcoparum, non teneri redire ad religionem. Quin etiam si relinquat habitum, & induat Rochetum album quod exterius ab Episcopis deferri solet, excommunicationem contra Monachos exuentes incurret, *c. 2. ne clerici, vel monachi in 6.* Ita Cardin. *in Clement. 6. de statu monachorum, in princip. num. 9. quæst. 6.* Cucch. *lib. 3. instit. maior. tit. 1. num. 157.* Surd. *de alimentis, tit. 7. priuil. 19. num. 10.*

163. Nihilominus cùm hæc excommunicatio non sit indicta nisi Monacho, seu Religioso simplici, non verò Monacho creato Episcopo, qui prætextu Episcopalis dignitatis non relicto habitu monachali assumit rochetum, seu candidam vestem illam quæ ab Episcopis exteriùs induitur, non est cur asseratur Episcopum Monachum incurrisse excommunicationem, quia text. apertè facit mentionem de monacho viuente sub obedientia Abbatis, & secundùm constitutiones ac regulas. Item quoniam textus mens, & intellectus est, vt tollatur occasio Regularibus vagandi relicto habitu; quæ omnia non habent locum in religioso Episcopo, cùm non sit sub obedientia Abbatis, nec sub regula; proinde hanc partem tradit Manuel *tom. 2. quæst. regul. quæst. 58. art. 3.* Azot. *lib. 12. cap. 7. quæst. 4.* Tapia *Authent. ingressi verb. sua c. 6. n. 61. C. de sacrosanctis Ecclesiis*, & alij quos referens sequitur Sanch. *in Decalogo lib. 6. c. 6. n. 24.*

164. Ad Pontificem etiam Maximum spectat concedere licentiam ad transeundum ad laxiorem religionem, nulla legitima causa existente, ita Gratian. *discept. forens. cap. 434. num.* 6. Fr. Ludouic. Mirand. *in manuali Prælatorum tom. 1. quæst. 31. art. 5. conclus. 3.* Anton. Ricciul. *in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium lib. 8. cap. 4. n. 3.* Sanch. *supra lib. 6. cap. 7. num. 67.* non tamen excusabitur in foro conscientiæ, neque in eo valebit, gloss. *in cap. non est, de voto*, vbi Abbas *n. 9.* Nauar. *cons. 88. num. 2. de regular.* & Gratian. *d. cap. 434. num. 17.* dicentes per talem licentiam transeundi ad laxiorem Religionem sine causa non esse Religiosum tutum in foro poli; sed solùm in foro externo, ne in eo molestetur dispensatus. Ratio, quia votum religionis strictioris commutatur in quid minus; proinde eius dispensatio sine causa legitima est nullius momenti, vtpote quæ est ex obligatione iuris diuini consurgente ex voto. Ita Abbas *in cap. non est, num 6. de regularibus*, Syluest. *verb. Religio 4. quæst. 2.* Nauar *lib. 3. consilior. in 1. edit. tit. de Regular. cons. 56. n. 2. & in 2. edit cons. 88. num. 2. & commentar. 4. de regular. num.* 10. Less. *lib. 2. de iust. cap. 41. dub. 13. num. 102.* & Azot. *1. p. lib. 12. cap. 14. quæst. 8. ad finem*, qui vnanimes conueniunt non valere in foro conscientiæ huiusmodi licentiam sine causa legitima. Vnde Papa non solet facere facultatem transeundi ad laxiorem, nisi ex causa iusta, vt meminit Anton. Ricciul. *suprà n. 4.* & cum derogatione decreti Concilij Trident. *sess. 25. de Regularibus, cap. 19. vers. nemo*, quæ exigitur, vt per Nauar. *cons. 62. alias 65. in fine, de Regular.* & Stephan. Gratian. *d. cap. 434. num. 10.*

165. Competere autem Romano Pontifici solùm potestatem dispensandi cum Religioso, vt ex causa iusta ex strictiori religione ad laxiorē transferatur, docent Abbas *cons. 96. n. 5. vol. 1.* Anchar. *in cap. cum singula num. 2. in 6. de prebendis.* Imola *in Clement. 1. num. 11. de regular.* Veriùs tamen est interueniente causa legitima posse Prælatum inferiorem Pontifice facere hanc facultatem transeundi ad laxiorem, etiam si ad Pontificem facilis sit aditus: ita in specie volunt Barthol. à S. Fausto *in thesauro Religiosorum lib. 5. quæst. 345.* Manuel *quæst. regular. tom. 3. quæst. 52. art. 9.* Sanch. *d. lib. 6. c. 7. num. 68.* Augustinus Barbosa *in cap. licet. 18. de regular. n. 13.* Nec refert decretum Concil. Trident. *sess. 25. de regular. cap. 19.* ibi, *Nemo regularis cuiuscumque facultatis vigore transferatur ad laxiorem Religionem.* Quia hoc decretum intelligitur absque iusta causa, nec prætermissa causæ cognitione, vt olim interdum fiebat quibusuis Prælatis concedentibus id suo arbitratu. Ita exponunt hoc decretum Manuel *in summa tom. 2. cap. 6. num. 8.* Nauar. *lib. 3. consiliorum tit. de regular. cons. 56. n. 3.* Azor. *1. p. lib. 12. cap. 15. quæst. 1.* Less. *de iust. lib. 2. c. 41. dub. 13. num.* 103. Sà *in summa verb. Religio, n. 39.* vbi ait Generalem posse dare hanc licentiam ex causa iusta, nec talem facultatem iuridicam tolli per Concilium Trid. vide Suarium *tom. 4. de religione lib. 3. cap. 11. à num. 13. vsque ad n.* 20. & Augustinum Barbosam *in d. cap. licet, de regularibus num. 13.* Sanch. *lib. 6. cap. 7. num 68. vers. quòd si iterum*, vbi etiam ait non obesse Extrauagant. *Viam ambitiosæ, de regularibus*, vbi dicitur ne Mendicantes possint ad aliam religionem præter Carthusianam transire absque licentia Pontificis. Quia huic respondetur vel non esse receptam quoad excommunicationem, quam indicit contra recipientes, & receptos, vel esse intelligendam de transeuntibus absque legitima causa. Ita Less. *suprà dub. 13. num. 104.* Sanch. *d. lib. 6. cap. 7. num. 68.* Augustinus Barbosa *suprà num. 13.*

166. Quid dicendum de nostra Societate? Respondeo Præpositum Generalem ex causis iustis quemlibet professum posse eiicere à Societate, vel facultatem concedere, vt ad aliam Religionem etiam laxiorem transeat, vt constat ex speciali Bulla Gregor. XIII. concessa mense Septembri Anni 1582. quæ incipit: *Cùm aliàs, vers. Nos re perpensa atque diligenter examinata, Societatis ipsius puritati, atque incremento, emissorumque pro tempore saluti consulere volentes; Statuimus, vt deinceps in perpetuum liceat Præposito, quos iudicauerit ab ipsa Societate emittere, eósque de ipsius Præpositi licentia, non tantùm ad Carthusiensium, sed ad quemuis alium Mendicantium, vel non Mendicantium paris, laxioris, aut arctioris obseruantiæ ordinem, per ipsum Præpositum illis præscribendum, de consensu tamen Superiorum loci illius quo destinabuntur, demigrare.* Suarius *supra lib. 11. c. 1. n. 6. & c. 2. n.* 2. addit non solùm posse Generalem dare hanc licentiam transeundi ad aliam Religionē illis, quos posset emittere, sed etiam quibuscumque aliis professis ex iusta causa volentibus transire ad aliam Religionem, etiam si non sint in aliquo crimine culposi.

167. Sed petes quæ nam sint causæ legitimæ transeundi ad Religionem laxiorem, cùm translatus indebitè sine causa non sit tutus in conscientia? Dic causas iustas, & excusantes esse, si Religiosus odio habeatur à cæteris religiosis, aut indignè, & malè tractetur. Item si sit infirma, aut incommoda valetudine, aut fragili, aut tenui natura, ita vt Religionis strictioris austeritates subire non possit, aut si habeat parentes grauiter indigentes, quibus in Religione strictiore nequeat commodè consulere; at in laxiori poterit, ita Manuel *quæst. Regul. tom. 3. quæst. 52. art. 9.* Anton. Cucch. *instit. maior. lib. 2. tit. 1. de regular. n. 135.* Azor *1. p. lib. 12. cap. 14. quæst. 8. vers. quæres*, Sanch. *lib. 6. c. 7. n. 72.* & ex antiquioribus, Abbas *c. non est, n. 6. de regular.* Dominicus *cap. cùm singula, §. prohibemus, num 6. de præbendis, in 6.* & *ibi* Franch. *num. 4.* vbi ferme has causas referunt.

Ad

168. Ad strictiorem religionem facere transitum licitum est cuilibet religioso bono zelo sanctioris vitæ, petita tamen prius licentia, quòd si fiat transitus non petita licentia, ad prius Monasterium reduci potest. gloss. *in verb. Monachus, in c. 1. 19. quæst. 13.* & altera *in c. intelleximus, de ætate, & qualitate, verb. curam, in fine,* vbi Abbas *n. 1. opposit.* 1. Lessius *lib. 2. c. 41. dub. 13. n. 101.* Sanch. *lib. 6. c. 7. n. 95.* Barthol. à S. Fausto *d. lib. 5. quæst. 341.* Et peccat mortaliter transeudo ad strictiorem Religionem non petita licentia. Nauar. *tit. de regular. conf. 59. n. 4.* & Barthol. à S. Fausto *d. lib. 5. quæst. 336.* vbi addit per hunc transitum non incurrere in crimen Apostasiæ, quia non deserit absolutè religionem, neque incurrit excommunicationem, quoniam non dimittit habitum religionis, sed potiùs commutat. Lessius *d. lib. 2. c. 41. dub. 13 n. 102.* Proinde quod ait Nauar. *c. 27. in manuali n. 131.* & Suarius *de censuris disp. 31. sect. 1. n. 4.* dicentes transeuntē hoc modo incidere in excommunicationem non probo.

169. Petita autem licentia priùs à suo Prælato, quàuis non concedatur, licitus est transitus ad strictiorem religionem. D. Thom. 2. 2. *quæst. 89. art. 4.* Nauar. *commento 4. de Regularibus n. 10.* Azor. *p. 1. lib. 12. c. 14.* Anton. Ricciul. *in d. tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium, lib. 8. c. 4. n. 19.* Reginaldus *in praxi fori pœnitem. lib. 18. n. 412. cum sequentibus,* & Fr. Ludou. Miranda *in manuali Prælat. tom. 1 quæst. 31. art. 2.* & Erasmus Cochier *de iurisdict. Ordinary in exemptos par. 4 quæst. 12. in principio,* vbi notat hodie, & laudabiliter, & tutius facere, qui petierit à Summo Pontifice, vel à sacra Congregatione ad negotia regularia deputata facultatem ad strictiorem transeundi religionem. Quòd si petatur licentia transeundi ad strictiorem religionem à suo Prælato, non statim debet transire, sed debet pro aliquo tempore expectare superioris responsum, Barthol. à S. Fausto *d. lib. 5. quæst. 329.* Azor. *1. p. lib. 12. c. 14. quæst. 5. vers. quæres an post quam,* Sanch. *d. lib. 6. c. 7. n. 35.* vbi *num. 36.* subdit superiorem debere interrogare subditum de causa mouente ad transitum, teneri que subditum illam superiori patefacere, qui potest ex causa iusta denegare licentiam, ex *cap. licet, de regularibus, vers. talis ergo,* vbi tantùm datur transitus petenti licentia non obtenta quando Prælatus indiscretè, & iniustè illam negat, vt cōstat ex *eodem c. licet, ibi: Non obstāte proterua indiscreti contradictione Prælati.*

170. Quare peccabit mortaliter Prælatus, si deneget licentiam transeundi ad strictiorem religionem si. ne legitima causa, Miranda *in manuali Prælatorum d quæst. 31. art. 6. concl. 2.* & Barthol. à S. Fausto *in thesauro Religiosorum lib. 5. quæst. 342.* In quo euentu poterit subditus quærere à Prælato causam propter quam illi deneget licentiam, qui si non exprimat, licebit subdito transire. Eodem modo quando Prælatus indicat causam esse iustam, & non respondet, vel proponit causam iniustam pro iusta, tunc licet etiam petenti transire, quoniam in his casibus apparet de proterua, & indiscreta negatione licentiæ, ita Innocentius *in d. c. licet, de regularibus n. 2. & 4.* Hostien. *n. 15. & 16.* Ioan. Andr. *ibidem n. 7. & duobus sequentibus.* Quòd si rationabilis, & iusta responsio feratur à superiore denegandi licentiam ad hunc transitum, non licebit petenti transire: sed ad alium superiorem maiorem appellare fas erit; ita Innocentius *in d. c. licet num. 2.* Ioan. Andr. *n. 7. & 8.* Syluest. *verb. Religio 4. quæst. 1 notabil. 2.* & Azor. *tom. 1. lib. 12. c. 14. quæst. 5.* Nec obest, si dicatur interdictum esse religioso appellare, quia id intelligitur in pertinentibus ad correctionem, vt in specie tradit Aldret. *lib. 1. de religiosa disciplina tuenda cap. 28. num. 6. & 8. & num. 30.* post plures *ibi* relatos.

Quid dicendum de Prælato conuentuali à quo subditus petit licentiam transeundi de religione æquali, ad aliam æqualem? Non est dubium Prælatum conuentualem Monasterij posse dare licentiam transeundi ad strictiorem religionem. Ita Monachus *in c. cum singula, n. 1. de præbendis in 6.* & *ibi* Franch. *§. prohibemus n. 3.* Nomine autem Prælati non est intelligendus Prouincialis, vt vult Fr. Manuel *de regular. tom. 3 quæst. 52. art. 3.* sed, vt meliùs alij sentiunt, nomine Prælati in hoc casu intelligi Prælatum immediatum ipsius Monasterij, vt Ludou. Mirand. *in manuali Prælat. tom. 1. quæst. 31. art. 5. conclus. 1.* Sanch. *in Decalogo lib. 6. c. 7. n. 59.* vbi ait post Azor. *1. p. lib. 12. c. 14. quæst. 7. 8. & 9.* & apertè *quæst. 7.* sufficere ad hanc licentiam concedendam Prælatum immediatum ipsius Conuentus: & si iste eam sit petiturus, eam tenetur petere ad Prouincialem à Prouinciali: Prouincialis autem si velit transire, petiturus est à Generali, & Generalis à Summo Pontifice. Neque ad hanc licentiam requiritur consensus ipsius Conuentus. Sanch *sup. n. 62.* vbi *n. 63.* credit non posse immediatum Prælatum concedere transitum petenti, si cognoscat petentem ex leuitate aut ex subita animi perturbatione, non autem ex zelo suæ maioris perfectionis moueri. 171.

Responde secundò, solius Pontificis esse ad æqualem religionem ab altera æquali posse fieri transitum, quando nulla adest causa legitima, vt fiat transitus, ita Angelus *verb. Religiosus n. 34.* Abbas *c. non est n. 6. de regular.* Syluest. *verb. Religio, 4. quæst. 4.* Anton. Cuch. *lib. 3. instit. maior. tit. 1. n. 132.* & Azor. *d. lib. 12. c. 14. quæst. 9.* Nec licentia Pōtificis liberabit transeuntem in foro poli, vt vult Franch. *in c. cum singula §. prohibemus, n. 4. de præbendis, in 6.* Sanch. *d. c. 7. n. 64* vbi credit non valere licentiam transeundi etiam in foro externo, quamuis præsumatur Pontificem dispensare ex causa ne molestia inferatur sic transeunti; sed quia constat ius quæsitum esse priori monasterio per professionē illius Monachi, non potest tali iure priuari sine causa. 172.

Existente autem causa legitima de religione æquali ad alteram æqualem posse Prælatum conuentualem indulgere licentiam ad hunc transitum de consensu sui Conuentus, voluit Fr. Ludoc. *in manual: Prælat. tom. 1. quæst. 31. art. 5. conclus. 2.* & Barthol. à S. Fausto *suprà d. lib. 5. quæst. 346.* quibus accedit Augustinus Barbosa *in d. c. licet, de regular. n. 11. vers. secunda.* Probabilius tamen est hanc licentiam non posse indulgere religiosis exemptis Prælatum conuentualem; sed vel Generalem, vel Prouincialem, nisi constitutiones peculiares religionis aliter disponant. Sanchez *in Decalogo lib. 6. c. 7. n. 65.* addens non requiri licentiam Episcopi, vt minus bene credunt Monachus *c. cum singula n. 4. de præbendis in 6.* Archid. *c. si religiosus, in fine, de elect. in 6.* Innoc. *c. final. n. 1. de renunciatione,* & Imola *Clement. 1. n. 11. de regular.* sed credit exigi consensum Conuentus ipsius, in quo moratur Monachus, seu Religiosus, qui petit transitum; ex eo fundamento, quia transitus est suo modo alienatio de qua agitur, & negotium magni momenti: atqui quando agitur de alienatione rei, aut de negotio aliquo ponderoso Monasterij, exigitur consensus Conuentus, vt volunt Nauar. *lib. 1. consiliorum in 2. editione tit. de constit. cons. 9. à n. 19.* & Rodriguez *de regular. tom. 3. quæst. 17 art. 17.* & hunc esse vsum ac praxim testatur Sanch. *suprà* 173.

d. l. 6.

lib.5.c.4.n.65. post gloss. *in c. final. verb. pertineat, de regular. in 6.* & alios quos ibi referens sequitur: ergo exigendus est consensus Conuentus ad hunc transitum. Proinde in cæteris Religionibus (excepta Societate,) non sufficit solius generalis licentia sine consensu Conuentus ad hunc transitum.

174. Quæstionis est, an quod dictũ est de Religiosis, quibus licitus est transitus ad aliam Religionem perfectiorem, idem dicendum sit de Monialibus? Responde licitum esse trãsitum illis ex suo Ordine ad aliom perfectioré transire. Ratio, quia rationes, quæ afferuntur *in c. licet, de regular.* æquè conueniũt viris, ac fœminis regularibus, idcirco hanc partem pro Monialibus tradunt, Mandos. *de signatura gratia, verb. licentia, colum. 9. vers. qua dicta sunt,* Manuel Rodrigues *tom. 2. summa, c. 6. n. 7. in fine, & tom. 3. de regular. quest. 52. art.* 8. Tapia *Auth. Ingressi, verb. ingressu, c. 9. n. 37. C. de sacros. sanct. Ecclesiis,* & Sanch. *d. lib. 6. c. 7. n. 6.* vbi respondet ad argumenta contraria; ex eo quia olim licitus erat transitus Monialibus de vna Religione ad aliam perfectiorem, vt habetur *in cap. vnico, in principio, verb. perpetua, de statu regularium in 6.* & *ibi* Archid. *num. 1. eod. verb perpetua,* Syluest. *verb. Religio. 4. quest. 16. dicto secundo,* Abb. *in d. cap. final. vlt. notab. de statu Monach.* qui allegat textum cum glossa *in cap. Monachis 20. quest. 4.* & docet *ibi* glossa *verb. virgines,* quibus accedit Gregor. Lupez *part. 1. tit. 7. l. 9. verb Religiosos, vers. Quid autem in Monialibus.*

175. Nec refert Concil. Trident. *sess. 25. de regular. c. 5.* ibi: *Nemini autem sanctimonialium liceat post professionem exire à Monasterio, etiam ad breue tempus, quocumque pretextu*, quia non loquitur in nostro casu, quãdo exitus est ad transitum in Religionem perfectiorem. Nec etiam obest motus Pij Quinti editus anno 1569. quia loquitur de causis extra quas non est licitum Monialibus exire post professioné à Monasterio, nisi ex aliqua legitima causa, nimirum magni incẽdij, vel infirmitatis, lepræ, aut epidemiæ, de quibus Nauar. *comment. 4. de Regularibus, n. 48. & in c. statuimus. 19. quest. 3. num. 49.* Guitier. *Canon. lib. 1. c. 14. à n. 7.* & Fr. Io. de la Cruz *de statu Relig. lib. 1. c. 5. dub. 4. vers. an verò liceat,* vbi concludit licitum esse Monialibus exire à Monasterio in causis prædictis, & in similibus; puta si hostes inuadant Monasteriũ, & in casu ruinæ domus, & aliorum similium, & in aliis infirmitatibus contagiosis, & nociuis communitati. Item quando infirmitas soli Moniali est nociua, sed exeundo à Monasterio remedium inueniet, si alias periculum vitæ, aut grauis, & diutinæ ægritudinis probabiliter timeatur, quæ sententia, quo ad hoc vltimũ est Nauarri *in d. c. statuimus, supra n. 4* quam Fr. Io. de la Cruz satis piam, & probabilem reputat. Nos verò loquimur de Monialibus exeũtibus ad strictiorem Religioné; qui exitus sicut licet viris religiosis, sic etiam fœminis, vt dictum est, quãuis non esse licitum Monialibus hunc trãsitum hisce temporibus doceat Azor. *1. p. lib. 13. c. 8. q. 1.* paulo post principiũ; sed, meo iudicio, præfata priùs venia fallitur.

176. Nomine autem hoc loco perfectioris religionis ad quam iure conceditur transitus, opinatur D. Thom. *2. 2. quest. 189. art. 8.* & Nau. *commento 4. de Regular. n. 2. & 3.* intelligi illam, quæ habet finem perfectiorem, & fructuosiorem, per textum *in d. c. licet, de regularibus,* ibi: *sanctioris vita*; sed verius est non concedi transitum ratione perfectioris finis, sed ratione asperioris, arctioris, & durioris vitæ. Confirmatur ex *eodem c. licet, in fine,* vbi declarat, quam Religionem vocauerit sanctioré, ad quam transitus sit de iure licitus, sic dicens, vt apud eos vitam duceret arctiorem. Ita Sanch. *in d. c. 7. n. 21.* Azor. *1. p. lib. 12. c. 14. q. 2.* Lessius *de iustit. lib. 2. c. 41. dub. 13. n. 100.* Ant. Ricc. *in tract. de iure personarum extra gremiũ Ecclesiæ existentium, lib. 8. c. 6. à n. 4.* Fr. Manuel *de regular. tom. 3. q. 52. art 4.* & Fr. Ludou. Miranda *in manuali Prælator. tom. 1. quest. 31. art. 3.*

177. Quæritur denique, an Summus Pontifex possit vltra Prælatos Religionis irritare vota religiosorum? Responde affirmatiuè, ratio, quia ille est qui principaliter professionem acceptat, & reliqui acceptant in virtute concessionis, & approbationis eius, Caiet. *2. 2. q. 88. art. 12.* Nauar. *c. 12. n. 66.* & alij, quos referens sequitur Suar. *tom. 2. de religione, lib. 6. c. 7. n. 18.* etiamsi sit votum transeundi ad arctiorem religionem; quãdo scilicet Pontifex prohibet transitum ad Religionem strictiorem, quia vix iudicari potest religio esse perfectior, ad quam transitus est interdictus, Suar. *vbi suprà lib. 3. c. 6. n. 24.* Sanch. *in Decalogum, lib 4 c. 33. n. 3. & 13.* Cùm ergo Summus Pontifex non possit vnius religiosi votum irritare, pro vt est supremus Prælatus omnium Religionum, sed pro vt est Prælatus suæ, cui religiosus se dedicauit in specie, non potest obligare religiosum hunc propter votum ad institutum alterius Religionis, sed solius suæ, in qua professus fuit: proinde transiens ad Religionem arctiorem non manet sub obedientia Pontificis, quatenus erat Prælatus prioris religionis; & ex consequenti non potest irritare votum transeundi ad religionem strictiorem, nisi quando prohibuit transitum fieri sine sua licentia. Sanch. *d. lib. 4. c. 33. num. 3. & 13.* Ex quibus constat multo minus posse à Prælatis inferioribus irritari vota religiosi transeundi ad arctiorem Religionem, cùm id concedatur à iure Canonico, *in c. licet, de regularibus,* licentia petita, etsi non obtenta, est communis, teste Sanch. post plures *ibi* relatos *d. c. 33. n. 2.*

178. Quid de Episcoporum votis? constat non posse vota emittere, renunciare Episcopatui, aut Religionem ingredi inconsulto Romano Pontifice, *c. nisi cum pridem, in fine, de renunciatione, & c. licet, de regularib. vers. Archiepiscopis, & Episcopis.* Non tamen huiusmodi vota sunt omnino irrita, quia habent conditionem affirmatiuã, si placuerit Pontifici: proinde tenentur aperire votum Pontifici, vel saltem consensum petere tacito voto, nisi ad illud declarandum se obligauerint: liberi tamen erunt à voto, negato consensu. est communis, Syluest. *verb. votum. 3. quest. 1.* Tabien. *eodem verb. quest. 1. num. 2.* Sayro *in claui, lib. 6. cap. 5. num. 24.* Azor. *1. p. lib. 11. c. 16. quæst. 1. & 2. & cap. 21. quæst. 13.* Manuel Rodriguez *p. 2. summa, c.* 88. Suar. *tom 2. de Religione, de voto, lib. 3. c. 4 n. 8.* Sanchez *suprà lib. 4. cap. 25. n. 36.* post alios ibi relatos. Idem dic de voto magnæ peregrinationis emisso ab Episcopo, quod est validum de se ratione conditionis inclusæ, si Papæ placuerit, ita expressè Tabiena *verb. votum 5. quest. 2. num. 1.* Suarius *suprà lib. 3. cap. 4. à num. 4. vsque ad 7.* Erit tamen irritum quando consideratis considerandis iudicaretur maius Dei obsequium, & bonum ouium non abesse, sed residere. Sanch. *d. cap. 25. num. 40.* vbi *num. 41.* addit satis esse petere licentiam à Pontifice, si fortè votum est validum, vt illud adimpleat, quod si neget, manet solutus voto; concessa autem licentia obligatur: si nequeat exequi, vel nolit, eget commutatione, aut dispensatione. Quòd si votum sit irritum tanquam maiori bono resistens, non tenetur ad expensas, quia sublato principali, cessant accessoria. *regula, cùm principalis, ff. de regulis iuris.* Sanch. *disp. 41.*

LIBER QVARTVS

DE OBLIGATIONIBVS LEGATORVM A LATERE, ET DELEGATORVM SEDIS APOSTOLICÆ.

DISPVTATIO DECIMA

DE OBLIGATIONE LEGATI A LATERE.

Quis sit Legatus à latere, & quale sit eius munus?

§. I.

EPITOME.

1. *Legatorum species triplex est.*
2. *Legatus à latere communiter est Cardinalis.*
3. *Legatus à latere quibus insigniis vtatur.*
4. *Legati à latere quomodo loca ingrediantur, & oppida.*
5. *Officium Legati de latere quale sit, & an æquiparetur Proconsuli.*
6. *Legati habent ordinariam iurisdictionem, & possunt omnia in sua Prouincia, sicut Primates, Episcopi, & reliqui Ordinarij possunt.*
7. *Legatus minor coram Legato de latere suo non fungitur munere, nec censetur reuocatus per creationem secundi Legati de latere.*
8. *Legatus de latere an teneatur ostendere litteras suæ legationis, illique an sit credendum? & Nunciis.*
9. *Legato de latere credendum est super iis, quæ dicit se accepisse à Papa viuæ vocis oraculo.*
10. *Cardinali an sit credendum super his, quæ tertio præiudicant?*
11. *Legatus quid facere debeat, quando vult ingredi Prouinciam suam, & quomodo debeat ingredi, ac recipi à clero, & populo.*
12. *Legati minores, & Archiepiscopi non debent gestare Cruces suas in ingressu Legati de latere, neque præsente illo.*
13. *Legatus de latere eiusque familia quibus virtutibus debeat florere, & à quibus vitiis debeat cauere?*

1. TRIPLEX est Legatorum species, alij vocantur Legati à latere, sic dicti, quòd quasi à latere Romani Pontificis emittantur. Alij dicuntur Legati nati, quibus est annexus perpetuus legationis honor, cùm inhæreat dignitati, quæ perpetua est; *c. quoniam Abbas*, & *ibi* Scribentes, *de offic. deleg.* Quales sunt Archiepiscopi Cantuariensis, & Eboracensis; eo, quia vbi primum ad Archiepiscopalem eminentiam promoti sunt, Legati esse dicuntur *c. 1. de offic. Legat.* proinde eorũ potestas, & honor mortuo Papa non expirat *c. præsenti. §. finitur, de officio Legati lib. 6.* Alij denique vocantur Legati missi, siue Nuncij, quia à Sede Apostolica mittuntur specialiter, non tamen Cardinalatus dignitate, & honore fulgent; sed sunt Prælati satis experti, & multis animi dotibus insignes. Quales videmus in Hispania, Gallia, Polonia, Venetiis, & in similibus Regnis. De his omnibus latè Andr. Barbat. *in particul. tractat.* Zechius *de Republica Ecclesiastica, tit. de statu Illustrissimi Legati.* Erasm. à Cochier *de iurisdict. Ordinarij in exemptos part. 2. quæst. 2.* Flamin. *de resignat. lib. 7. quæst. 13. ex num. 1.* Azor. *2. p. lib. 2. cap. 27.* & Henriquez *in summa part. 2. lib. 14. cap. 24. §. 2.* vbi meminit Principem Monarchiæ Siciliæ dici Legatum natum, eo ipso quòd Regnum obtinet.

Legatus tamen à latere Cardinalis est, & quamuis alij Ecclesiarum Prælati eadem dignitate & eodem quoque munere fungi possint, receptum est Legatum de latere regulariter Cardinalem fore, Menoch. *cons. 190. n. 14.* Flamin. *d. lib. 7. quæst. 13. n. 5.* Anastas. Germon. *in lib. 5. Decretal. tit. de offic. Legati, in princip.* quoniam auctoritas, & munus Legati de latere id videtur exigere, gloss. *in d. c. 1. de officio Legati, in verb. legationes*, ait Cardinales dici, Legatos à latere: gloss. tamen vltima vult eos, qui à latere Papæ mittuntur, etiam si Cardinales non sint, Legatos à latere vocari. Cæterùm *in cap. excommunicatis, eodem titulo*, variis de hac quæstione sententiis ventilatis, statuit glossa *ibi* Cardinales dũtaxat dici Legatos à latere, cùm à Romano Pontifice mittuntur. Proinde Legati de latere dicuntur pars corporis Papæ cùm sint Cardinales, quia eorum officium est assistere Papæ, Flamin. *de resignat. lib. 2. quæst. 1. n. 34. & lib. 7. quæst. 12. n. 14.* dicuntúrque huiusmodi Legati maiores omnium in Prouincia post Romanum Pontificem, Franch. *in c. si Abbatem, de electione, lib. 6.* & Iacob. de Graffis *in decis. lib. 2. c. 49 num. 58.* si quidem Proconsulibus æquiparantur, *c. 2. de officio Legati, in 6.* & vbi primum exeunt ab Vrbe, insignia Apostolicæ dignitatis habent: præ se ferunt Crucem, & vtuntur voluntaria iurisdictione, non autem contentiosa, exemplo Proconsulis *l. 1. & l. 2. de officio Proconsulis.* Anastas. *suprà de officio Legati.* Quod intellige extra suam Prouinciam, sicut Proconsul; atque ita potest Legatus de latere absoluere ab excommunicatione, cùm sit casus iurisdictionis voluntariæ, *cap. post translationem, de officio Legati, cap. ad eminentiam, de sent. excommun.* 2.

Item Legati de latere vtuntur insigniis Apostolicæ dignitatis, *cap. antiqua, de priuilegiis*, hoc est, albo Palafreno, seu candido Astutcone, & freno, & calcaribus deauratis, ita scribentes *in d. cap. antiqua*, Hostiensis *ibi num. 12.* & Antonius de Butrio *num. 10.* dicens hæc esse insignia Romani Pontificis: sequitur Iacob. *de Concilio, lib. 1. art. 1. n. 184.* Gundisal. *in eodem tractatu, c. 5. n. 1.* subdens Legatos processionaliter ingredi loca, & oppida sub pallio, seu vmbella serica: & quãuis Hostiensis *vbi suprà*, & Abbas *in d. cap. antiqua, num. 4.* velint Legatos posse vti insigniis Pontificalibus, quando mare transmittuntur, & transeunt, hodie tamen, etiamsi 3. 4.

etiam si non transeant,nihilominus illis vtuntur, quamuis Legatus esset Monachus, Gambarus *hoc tit.§.illud nosse, num.24.*si mittatur trans mare. Flaminius *lib.7 quæst.* 13.*num.*8.

5. Quid de officio Legati? Responde ita haberi *cap. Legatus,de officio Legati, in* 6. Legatos quibus in certis Prouinciis committitur legationis officium,vt ibidem euellant,& dissipent,ædificent, & plantent Prouinciarum sibi commissarum ad instar Proconsulum,cæterúmque Præsidum, quibus certæ sunt decretæ Prouinciæ moderandæ Ordinarios reputantes.Ita ibi.Ex quo loco patet Legatos habere ordinariam iurisdictionem,& æquiparari Proconsuli, & Præsidi , qui olim erant Ordinarij : atque ita possunt omnia illa , quæ possunt Primates , Patriarchæ , Archiepiscopi , Episcopi, Abbates, & reliqui totius Prouinciæ Ordinarij, *c.* 6. *Legatos,hoc titulo,*Bald. *in l. si, ff.de officio Proconsulis,§.cùm plenissimam,* per textum *ibi in d.l.si in aliquam,*sequitur Gambar.*lib.2.de officio Legati , n.4.* vbi tradit maiorem auctoritatem habere Legatos in sua Prouincia,quàm habeant ipsi Episcopi.Vnde valere argumentum ait,hoc potest Episcopus, Archiepiscopus,& Patriarcha ; ergo & Legatus,*c. cùm in cunctis,de electione.*Nec obstat,quòd dicatur Prouincia Legato committi? Quia respondetur verbum *committi* aliquando idem valere , quod verbum *decernere,deputare, & destinare.* Azot.*p.2. lib.5. c.27. vers. Quintò quæritur.* Est enim Legatus ordinarius,vt cũ aliis ait Flam. *de confid.q.*28.*n.*18.

7. Adde tantam esse Legati de latere dignitatem, vt vbicũque sit, minor Legatus suo nequeat fungi munere,*c.8.de officio delegati,& c.antiqua,de priuilegiis.* Nec per creationem secundi Legati censetur primus reuocatus, Boër.*decis.*347.*n.5.* Antequam ingrediatur Prouinciam sibi decretam potest omnia quæ poterant Proconsules ante ingressum in suas Prouincias,per legem verò 1.*ff. de officio Proconsulis,*quæ sic habet:*Proconsul vbique procõsularia insignia habet,statim atque vrbem egressus est:potestatem autẽ non exercet,nisi in ea Prouincia solùm,quæ ei decreta est.* Sic ibi, *& in l. proximè seq.* ita habetur *Omnes Proconsules statim quàm vrbem egressi fuerint, habent iurisdictionem,non tamen contentiosam,sed voluntariam Vt ecce manumitti apud eos possunt tam liberi,quàm serui,& adoptiones fieri.*hæc ibi,quæ omnia potest excercere similiter Legatus de latere antequam Prouinciam sibi deputatam intret.

8. Quæstionis est, an Legatus de latere ingressus in Prouinciam teneatur ostendere antequam potestatem suam exerceat , litteras publicè suæ legationis? Responde Cardinali asserenti se Legatum esse à Papa plenè credi, etiam si litteras suæ legationis non ostendat. Ratio , quia ferè nunquam solent egredi Vrbem alio titulo , quàm legationis , glossa *in cap. nobilissimus 97. distinct.cap. sicut , de sententia excommunicationis,* & glossa *ibi, & in c.cùm olim , in verb sine reprehensione , de priuilegiis* , Abbas *in cap. quod super his n.5.vers.vnde aut Cardinalis* , & *ibi* Felin. *n.8.de fide instrumentorum.* Mascard.*de probationibus conclus.*84.*num.*2.*& conclus* 160. *à n.*1. & alij , quos referens sequitur Farinac.*de testibus lib.2.tit.6.quæst.63.c.2.num.55.*& Illustrissimus Primas 1.*p. Decreti , cap. nobilissimus num.2.dist.97.* Similiter credendum est Cardinali Legato plenè in iis quæ exponit nomine Papæ illi ad quem missus est,glossa *in cap.ad Apostolica, in verb proponit,de re iudic.* Felin. *suprà n.8. in fine, de fide instrumentorum* , Farinac. *d. cap. 2.num* 59. Azor. *d.lib.5.cap.27. vers. octauò quæritur,ad finem;* non tamen credendum est Cardinali Legato in iis quæ naturam legationis excedunt , & sunt Papæ specialiter reseruata , nisi de iis litteras ostendat. Aret. *in cap.cùm à nobis n. 15.extra de testibus.* Felin.*in d cap.quod super his, num.* 9. Mascard. *conclus.*269.*num.*15.Farin *supra num.*74. Azor.*d. vers. octauò quæritur, & vers. Quæres an sit legato Cardinali credendum.* Et à fortiori nun sit credendum Nunciis,siue Legatis aliis sine litteris suæ legationis,Bart.*in l.Palatinos,C.de coll.fund lib.*11. *& in l. si quis Decurio. C.de Decurionibus, lib* 10. Mascard. *de probat.conclus.*84.*n.*1. Gambar. *de offic. & potest. Legati de latere,lib.1.§. Ingressus verò Prouincia,n.1. & §.hanc Rubricellam,num.1.fol.13. vers.sexto.*

Patet ergo credendum esse Cardinali affirmanti se Legatum , Lap. *allegat* 33. incip. *An frater,in vers. an credatur* , quando dicit illi credendum super his, quæ asserit se habuisse viuæ vocis oraculo.Nam gesta per Cardinalem,qui pro Legato de latere se pronunciauit , valent, etiam si verè non esset Legatus,vel quia non habebat plenam legationem,vel quia iam esset reuocatus.Lap.*alleg.*89. Specul.*in §.superest.*Quia satis est aliquem haberi pro Legato,vt sustineantur acta per illum,quamuis non sit.*l.Barbarius, ff.de offic. præfecti.* Huc tamen non procedit nisi in iis,quæ de iure communi competunt Legato Cardinali,& in cõsuetis ; in cæteris autem non consuetis minimè:nisi quando Cardinalis Legatus hæc non consueta, & specialia executisset : tunc enim plenè creditur in iis assertioni illius.Bald.*in l.exemplo,in fine, C.de probat.* Decius *in l.1.num.19. C. de mandato Principis.*Calder.*cons.2.tit.de officio deleg.*Aufrer.*in addit.ad Capell. Tholos. decis.*464. & sentit Rota coram Seraphino *decisione* 133.*n.2.& 3.p.* 1. inter diuersas in nouissimis,& Mascard.*conclus.*140. *post n.12 vers. quidam tamen censent,& concl.*269.*num.*14 *& n.*19. 9.

Attamen quamuis aliqui credant credendum esse Cardinali Legato quando non agitur de præiudicio tertij etiam super iis,quæ in generali concessione non continentur, sed sunt specialiter reseruata Pontifici,inter quos est Angel.*in l.quæcumque §.final ff.de publican.*Abbas *in c.cùm à nobis n.2. col.2.ad finem,*& alij relati per Mascardum *conclus.* 130.*n.6.& 7. & n.11.ad finem.* Alij tamen dicunt in reseruatis Summo Pontifici non esse credendũ Cardinali,etiam quòd de alterius præiudicio non agatur quando Cardinalis id asserit in loco vbi Pontifex non residet,sic Felinus *in c.quod super his n.9.ad medium,de fide instrum.*Anchar.*in Clement.* 1. *n.2.vers. quandoque emanat,* vsque ad versiculum, *ista procedunt,de probat.* Aret.*in cap.cùm à nobis post n.15.& 16.per totum,de testibus,* & Crot *de testibus n.210 in 3 concl.vers.ab ista tamen opinione* ; secus si Cardinalis hoc asserat in loco vbi Pontifex commoratur.Iuuat quod traditur ab Azor.*p.2.lib.c.27. vers.octauò quæritur, & vers.nonò quæritur* , & Farinac. *suprà n.78. quæst.63.de testibus.* 10.

Petes per quam partem Prouinciæ suæ debeat Legatus ingredi? Responde debere diem sui aduẽtus per litteras significare Prouincialibus,ne illos imparatos inueniat, & ne ipse honore sibi debito priuetur.*l.obseruare §. antequam, ff.de offic. Procons.* Debet item ingredi Prouinciam per loca , & vias consuetas , ne per vias insolitas sit occasio malum suspicandi. Bald.*in d.l.obseruare.* deinde antequam ciuitatem ingrediatur , debet populus , & clerus ingredienti occurrere , & in ingressu se illis hilarem exhibeat , vultuque paterno , & grato excipiat panegyricas commendationes 11.

ſibi factas libenter, & conſuetas ceremonias obſeruet. *l. ſi in aliqua*, vbi Bald. *ff. de offic Proconſulie, & Legat.* facit *c. Eccleſia diſt. 97.* vbi commendatur Principibus ſecularibus, vt Eccleſiam conſeruent, & Legatos Sedis Apoſtolicæ honori-

12. ficè recipiant, quod notat Hiſpaniarum Primas *in d.c. Eccleſia, n. 1.* Denique Archipiſcopi, Epiſcopi, & Legati minores non debent geſtare Cruces ſuas in ingreſſu Legati, neque præſente illo, qui antequam ſeſe ad hoſpitium recipiat, debet Eccleſiam loci primariam adire, ſi non adeſt Cathedralis; argumento *in l. 1. ff. de alb. ſcrib. cap. ſtatuimus, de maior. & obedientia*, populumque benedicet ſecundùm conſuetudinem. Anton. Cucch. *lib. 2. de Legatis Apoſtolicis, n. 45. & 46.* vbi docet Legatos eſſe honorandos à Prælatis locorum, ad quos accedunt, ex vi iuramenti capitis, *Ego enim, de iureiurando*, Gambarus *lib. 1. §. Debet autem Legatus, n. 6. & duobus ſequentibus*

13. Illud etiam pro auctoritate Legati notandum eſt, quòd non ſolùm ipſe cauere debet ab omni vitiorum labe, ſed etiam eius familia, eo quia talis præſumitur vita domini, quales habet contubernales, & familiares, ideo debet arcere ab eius familiaritate, ac familia omne id quod redoleat auaritiam. Nam auaritia miniſtrorum imputatur dominis, proinde decet omni vitæ ſanctitate Legatum pollere, vt legatione ſua cum laude fungatur; ita, vt duros fortiter redarguat, malignantes compeſcat, & reddat retributionem ſuperbis. Caueat etiam, ne ſimul in ambitionis vitium incurrat, ne ſecundis etiam rebus fiat inſolentior, vt quondã Antonius Legatus Reuerendiſſimus Bononiæ, qui anno de 1507. ob hæc, & alia vitia multo his peiora à Iulio ſecundo carceri mancipatus vitam infeliciter finiuit. Gambarus *de poteſt. Legati, lib. 2. §. illud noſſe, num. 22.*

De poteſtate Legati à latere in ſpecie.

§. II.

EPITOME.

14. *Legatus de latere non venit appellatione Papæ, niſi in his, quæ illi ſpecialiter committuntur.*
15. *Legatus per generalem commiſſionem nihil poteſt in reſeruatis Papæ, & quæ ſint Papæ reſeruata?*
16. *Papæ ſolius eſt Pallium Archiepiſcopis concedere, & cur dicatur ſuſceptum à corpore beati Petri?*
17. *Pallium conceditur Epiſcopis aliquibus ex ſpeciali priuilegio.*
18. *Papæ reſeruatur concedere Religioſis priuilegium non ſoluendi procurationes Legatis Apoſtolicis.*
19. *Legatus de latere poteſt, quidquid non eſt reſeruatum Sedi Apoſtolicæ in ſignum ſpecialis priuilegij.*
20. *Legatus de latere habet iuriſdictionem in exemptos, quamuis reſeruatum ſit Papæ, non tamen poteſt eximere aliquem à iuriſdictione Ordinariorũ. quod intellige vt infra.*
21. *Legatus à latere non poteſt facere, quod violet ius commune, nec quod præiudicet illi.*
22. *Legatus à latere an poſſit abſoluere percuſſores Clericorum? pars affirmans eſt verior, etiam ſi percuſſio ſit enormis, & extra ſuam Prouinciam.*
23. *Legati miſſi poſſunt abſoluere percuſſorem Clericorum in ſua Prouincia, Legati autem nati nihil habent niſi illis committatur.*
24. 25. & 26. *Legatus de latere vnde habeat poteſtatem abſoluendi ab excommunicatione Canonis ſiquis ſuadente?*
Sententia auctoris, num. eodem.
27. *Priuilegium conceſſum gratis à Principe poteſt ab eo, & à ſucceſſoribus ſine cauſa reuocari, ſecus ſi concedatur propter ſeruitium.*
28. *Legatus de latere non poteſt abſoluere ſe percutientem, nec percutientes Cardinalem.*
Sed contra. num. 29. & 30.
31. *Legatus de latere non poteſt abſoluere iniuriantes, vel percutientes Epiſcopum.*
32. *Legati de latere non poſſunt abſoluere à caſibus Bullæ Cœnæ.*
33. *Legati de latere non veniunt ſub nomine Sedis Apoſtolicæ in rebus arduis.*
ſed in leuibus, num. eodem.
34. & 35. *Legatus de latere miſſus ad aliquod Regnum, habet poteſtatem in omnibus Prouinciis ſubditis eidem Regi, & quomodo?*
36. *Legatus miſſus ad duas Prouincias connexas ratione terminorum poteſt cognoſcere de caſibus vnius Prouinciæ in alia.*
37. *Legatus duarum Prouinciarum ſiue ſint diſtinctæ, ſiue vnitæ, quando ſit Iudex amborum, & poſſit punire delicta vtriuſque.*
38. *Legatus non poteſt ſe immiſcere in cauſis delegatis alteri à Papa.*
39. *Legatus de latere, poteſt cognoſcere de appellatione interpoſita ab inferiore ad Papam, vt eum inſtruat, maximè ſi partes conſentiant.*
40. & 41. *Legatus à latere poteſt cognoſcere de cauſa matrimoniali, non tamen diſpenſare in gradibus prohibitis; quidquid aſſerat Goffredus.*
Niſi ſit in partibus remotiſſimis. n. 42.
43. *Legatus non poteſt validè diſpenſare in lege ſuperioris ſine cauſa.*
44. *Commiſſarius habens facultatem diſpenſandi, non poteſt diſpenſare ſine cauſa, aliàs diſpenſatio eſt nulla in vtroque foro.*
45. *Legatus ad Ordines ſacros non poteſt diſpenſare cum illegitimis, niſi ex ſpeciali commiſſione.*
46. 47. & 48. *Legatus quando poſſit diſpenſare cum illegitimis ad Ordines ſacros, & ad beneficia.*
49. *Legato quando datur ius legitimandi ſpurios ex quibus deprehendatur?*
50. *Illegitimus diſpenſatus à Legato ad aliquod, ſi velit aliquid iterum impetrare, tenetur explicare primum impetratum.*
51. *Legatus potens legitimare, an poſſit diſpenſare.*
52. *Legatus non poteſt diſpenſare cum minore annis 14. vt faciat profeſſionem, & teſtamentum.*
53 *Legatus ex cauſa neceſſitatis quando poſſit diſpenſare cum minoribus viginti quinque annis, vt aſcendant ad ſacerdotium & ad beneficia.*

QVÆRES primò, quid poſſit Legatus à latere in ſua Prouincia circa 14
reſeruata Summo Pontifici? Reſponde primò appellatione Romani Pontificis non venire Legatum de latere, niſi in his quæ ſpeciali commiſſione Papæ Legatus exercet, vt cum aliis tradit Gondiſal. Villadiego *in tract. de Legatis, quæſt. 9. n. 9* & Gutierres *de iuram. confirmat. part. 1. c. 52. n. 6.* Nam in generali Legati cõmiſſione non veniunt caſus Papæ reſeruati. Etaſin. à Cochier *de iuriſd. ordinarij in exem-*
ptos. p. 1. q. 3. n. 13 & p. 4. quæſt. 3. n. 1. Sicut in genera- 15.
li commiſſione non continentur reſeruata Principi, vt notat Boët. *in tract. de poteſt. Legati à latere, num.*

*num.*24.& Peregrin.*de iure fisci lib.*1.*tit. de iis, qui iura fiscalia habent.*

Quæres secundò quæ sint Papæ reseruata ita, vt non possint concedi à Legato de latere? Dic inprimis solius Pontificis esse Pallium Archiepiscopis concedere,*c.nisi,de auctoritate,& vsu Pallij*, quod ab alio dati non potest, cùm sit signum
16. plenitudinis potestatis, *c. antiqua* 23.*de priuilegiis*, & ideo dicitur suscipi Pallium à corpore tantùm beati Petri, quia solùm à Romano Pontifice Petri successore concedi solet,text. *in c.significasti. de electione, & ibi* Abbas *num.*9.& Lælius Zechius *de Repub. Eccles.tit de statu Reuerendiss. Patriarch.n.*5. *vers.traditur.* Quamuis gloss *in d.cap.significasti*, velit, ideo dici Pallium susceptum à Beati Petri corpore,quia Pallium consecratum deducitur ad Altare sacrum in memoriam corporis beatissimi Petri, & inde traditur Archiepiscopis, si adsint,vel eorum procuratoribus,si non adsint, iuxta caput,
17. *quoniam, dist.*100. quam glossam sequuntur omnes *ibi*, & eam explicant Stephanus Durantes *de ritibus Eccles.lib.*2.*c.*9.*num.* 43. Fr. Hieron. Roman. *lib.*3.*de Repub Christ.cap.*6.Dictum est Pallium esse insigne proprium Archiepiscoporum,quod extende ad Patriarchas, & Primates. Non est tamen insigne proprium Episcoporum nisi ex speciali priuilegio Papæ, vt conceditur Episcopo Ostiensi in ostiis Tiberis fluminis degenti, qui Romanum Pontificem consecrat, & eo vtitur ex institutione Marci Papæ. Et quo etiam indulto, ac priuilegio gaudent Episcopus Bambergensis in Germania, Quinqueccelesiensis in Vngaria, Lucensis in Tuscia, Papiensis in Lougobardia, de quibus, & de aliis circa vsum Pallij multa luculenter Illustrissimus Hispaniarum Primas *c. quoniam, c.prisca, c.nonis,c.optatum, c.in ea,& sequentibus per totam distinctionem* 100. & Augustinus Barbos.*de off.& potest.Episcopi allegat.*50. *num.*3.*& sequentibus.*

18. Est etiam de reseruatis Papæ concedere priuilegium Ecclesiis Religiosorum, vt eximantur ab onere soluendi procurationes Legatis Apostolicis,& iura Episcopalia,*Clemem.*1.*de censibus.*Item eidem soli competit restituere aliquos legitimis natalibus quo ad spiritualia,*c.per venerabilem, qui filij sint legitimi.* Similiter potest solus concedere, vt professi regulares egressi Monasterium ad audiendum ius ciuile, vel medicam artem,ad Ordines possint promoueri, *c.non magnopere, ne clerici vel Monachi*, sed de his, & similibus Pontifico summo reseruatis dixi suprà *disp.*1.§. 11.*ex n.*241. *& disp.*2.*ex num.* 78.

19. Potest ergo Legatus à latere quicquid non est reseruatum Sedi Apostolicæ in signum specialis priuilegij, Antonius Monach.*Bononien.decis.*28. *n.*11.per glossam *in c.quod translationem, verb. reseruata,de officio Legati.* Quod procedit nisi ex aliquo iure speciali concedatur Legato à latere, vt
20. habetur *in c.veniens,de verborum signif.in 6.& in c. si Abbatem, de electione,eodem libro*, per quæ iura singulare est,& speciale,quòd Legatus à latere iurisdictionem in exemptos habeat, quamuis reseruatum sit Pontifici cognoscere de causis exemptorum,Gondisal. Villad.*in tract.de Legato p.* 1.*quæst.* 8.*n.*10.Erasm.à Cochier.*de iurisdict.ordin.in exemptos p.*2.*quæst.*2 *n* 7. Nec refert Papam eximere aliquos à iurisdictione cuiuslibet Ordinarij;ergo etiã iurisdictione Legati à latere;quia id negat Nauar. *de datis, & promissis pro iustitia, notabil.* 4.*num.* 10. *vers. secundò per ea quæ.*Non tamen poterit Legatus eximere aliquem à iurisdictione Ordinario- 21.
rum, sicut Pontifex eximere potest; eo quòd non potest efficere quicquã,quod violet ius cõmune, pBoët.*in tract.de potest Legati de latere n.*44.Villadieg.*d.tract.p.*1. *quæst.*9. *n.*64. Eximere verò a potestate Ordinariorum non est dubium quòd præiudicet iuri communi,Baron. *annal.tom.*8.*a.m.*676. Pontifice Adeodato,sequitur Erasm.à Cochier *p.* 1.*quæst.*3 *n.*13.

Quid dicendum de ex communicatione con- 22.
tracta propter manus violentas in clericum, an possit absolui à Legato de latere? pars negans ex eo probatur,quia Episcopus non potest absoluere,quando iniuria est atrox; secus quando est leuis,cùm sit reseruatum Summo Pontifici, text. & *ibi* omnes,*in c. peruenit, de sententia excommunicationis*, Gutier.*lib.* 1.*canon. cap.*5.*à n.* 11. Attamen quamuis iniuria sit atrox,posse absolui hanc excommunicationem à Legato de latere, etiamsi percussio fuerit in loco publico, vel Ecclesia,sit læsus, aut clericus occisus, volunt Villadiego *in tract.de Legatis quæst.*13. Azor. 2.*part.lib.* 5 *cap.* 32. *quæst.*6.Gambar.*in tract.de officio Legati a latere lib.* 8.§.3 *n.*1. vbi volunt Legatum posse absoluere à quibuslibet excommunicationibus Pontifici Romano reseruatis, dummodo non sit excommunicatio ita reseruata, vt dicatur in ipsa constitutione,quòd à nullo alio possit absolui, quàm ab ipso Papa, tunc enim nec ab ipso Legato potest absolui, Gambar *supra* §.*de potest.Legat: lib.*8. *n.*8.*vers. fallit* 2. sicut etiam non potest absolui, quando Legatus ipse læsus fuisset, *c felicis, de pœnis in* 6. nisi læsio esset leuis.gloss *in c.siquis antẽ* 94.*distinct.*

Quin adde posse absolui percutientem enormi- 23.
ter clericos à Legato extra Prouinciam, traditur *in c penultimo,de Legatis*,etiam si non sit subditus, cùm Legati missi possint absoluere tantùm in Prouincia,& suos subditos, Gambar.*suprà num.*4. quare vt clariùs procedatur dic, Legatos Sedis Apostolicæ, siue sint Legati à latere, siue sint Legati missi tanquam Prouinciarum Præsides, siue sint Legati nati, non posse absoluere ab excommunicatione Pontifici reseruata, nisi ab excommunicatione ob clerici percussionem incursa,nõ tamen hæc potestas competit æquè omnibus. Nam Legati de latere possunt absoluere vbique ab hac censura quoscunque tam in Prouincia, ad quam sunt deputati,quàm in aliis Prouinciis non solum subditos, sed etiam extraneos. Quoniam beneficium absolutionis ab articulo temporis sui discessus ab Vrbe donec Romam redierint,possint quibuscumque impendere, & hunc esse vsum docet glossa *in c.excommunicatis, in verb. commissum, de officio Legati*,quod tradit etiam Abbas *ibi.* Aliis verò Legatis, siue Nunciis missis à Papa competit potestas absoluẽdi præcussores clericorum non simpliciter,sed secundùm decisioné capitis *excommunicatis,de officio Legati* videlicet,vt possint absoluere dũtaxat intra fines propriæ Prouinciæ ad quam mittuntur,& eos tantùm, qui ibi deliquerunt. Legati autem nati nihil habent quatenus tales,nisi quantum illis à Sede Apostolica specialiter fuerit commissum, in quo euentu subditos dumtaxat absoluent, & quandiu in Prouincia eis decreta commorati fuerint,vt habetur *in d cap.excõmunicatis*,Marius Alterius *de censuris tom* 1.*disp.* 12 *lib.*5.*c.*7.*vers. hac potestas*,concinit, confusè tamẽ Sayr.*de censuris lib.*2.*c.*19.*n.*9. *&* 10.& expresè Graff.*in decis.lib.*2.*c* 49 *n.*58.*&* 59. vbi agit de triplici Legatorum specie, & de eorum potestate.

24. Quæres tertiò qua auctoritate habeat Legatus poteſtatem abſoluendi ab hac excommuoicatione Canonis abſque vlla limitatione? Reſponderi poteſt, primò ex *cap. ad eminentiam, de ſententia excommunicationis*, vbi Clemens Tertius declarat ſimpliciter Legatos à latere poſſe abſoluere percutientem clericos ſine vlla reſeruatione, nec mentione enormis, & atrocis læſionis. Confirmatur ex *cap. quod tranſlationem, de officio Legati*, vbi Innocentius Tertius ait Legato de latere fas eſſe ex illis, quæ ſpeciali conceſſione fuerunt Legatis pluries indulta, abſoluere hos excommunicatos; ſic enim loquitur ibi: *Et ſi quædam ex his, quæ de ſpeciali conceſſione ſæpe fuere Legatis indulta, vt illorum videlicet abſolutio, qui propter ſacrilegas manuum iniectiones in Clericos incidunt in Canonem promulgata ſententia, videantur ex ipſo legationis officio iam licere Legatis.* Concordat gloſſa *in c. excommunicatis, verb. mittuntur, de officio Legati*, vbi vult Legatum à latere poſſe vbique abſque vlla limitatione abſoluere omnes propter violentam manuum ioiectionem in Eccleſiaſticos, Graffis *in deciſ. lib. 2. cap.* 49. *num.* 58. & Azor. *part. 1. d. lib. 5. cap.* 32. *quæſ.* 6.

25. Porrò Speculator *in tit. de Legato, §. ſupereſt videre, num.* 31. *verſ. de conſuetudine*, opinatur Legatum de latere ex conſuetudine diuturoa habuiſſe, & obtinuiſſe hanc poteſtatem abſoluendi ab excommunicatione, *c. ſi quis ſuadente*, quod probare videtur ex *d. cap. quod tranſlationem*, vbi Papa, ex eo quòd pluries indulgere Sedes Apoſtolica conſueuerat hanc poteſtatem Legatis, reſoluit iam Legatis ex officio integrum eſſe vti hac poteſtate abſoluendi à cenſura ob violentam manuum ioiectionem in Clericos. Quæ conſuetudo, ſeu priuilegium acquiri poteſt per tēpus immemoriale, text. *in c. ſuper quibuſdam, de verbor. ſignificatione, & in l. ſi publicanus, §. in omnibus, ff. de publ.* vnde cùm reſeruata Principi duobus modis per inferiorē acquiri poſſint, priuilegio nempe, vel conſuetudine, vt vult Abbas *in d. c. quod tranſlationem, n.* 2. bene poteſt defendi Legatum de latere habere ex conſuetudine legitimè præſcripta facultatem abſoluendi ab excommunicatione Canonis *ſi quis ſuadente*.

26. Mihi tamen magis arridet non ioduci conſuetudine Legatos poſſe abſoluere à cenſura, *cap. ſi quis ſuadente*, quia quæ pendent ex libera Papæ, & gratuita voluntate, & quæ pro arbitratu ſuo poſſunt indulgeri, & negari, non firmantur conſuetudine, nec poſſunt obligare concedentem ita, vt nequeat ſine cauſa conceſſa reuocare. Quare exiſtimo hanc poteſtatem abſoluendi communem eſſe Legatis ex approbatione Summi Pontificis. ita Iooocentius *in d. c. quod tranſlationem*, non autem ex ſpeciali conceſſione ſæpe ſæpiùs iterata. Accedit gratuitè permiſſum, & quod eſt meræ voluntatis, non acquiri conſuetudine, vt docet Innoc. *in cap. cùm Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſ. & propriet.* neque ex eo obligationem contrahi vt ſemper idem concedere obligeris, Bart. *in l. cùm de in rem verſo. ff. de vſuris.* Atque ita quamuis ſæpe Pontifex conceſſerit hanc poteſtatem abſoluendi, non proinde obligabitur ad non reuocandum, Barboſ. *in l. quia tale, ff. ſoluto matr. n.* 87. *verſ. quinimo*, vbi ait à concedente alicui iuriſdictionem poſſe ad libitum reuocari, poſt Bald. *in l. reſcripta, num.* 15. *C. de precibus Imper. offer.* Afflict. *c.* 1. *verb. poteſtas, à n.* 14. *quæ ſint regalia*, Felin. *in c. nouit. n* 9. *de iudiciis*, quod procedit etiam in iuriſdictione ordinaria concesſa per modum officij, vel commiſſionis. Nam, & concedens, vel eius ſucceſſor poteſt reuocare, Andr. de Iſern. *lib.* 1. *rubr.* 47. & *ibi* Afflict. *num.* 1. idem Afflict. *deciſ.* 158. *num.* 12. dicens gratias conceſſas per Principem eo mortuo non expirare ſecundùm *cap. gratioſè, de reſcriptis, in* 6. poſſe tamen à ſucceſſore reuocari, maximè ſi agatur de reuocanda iuriſdictione. Eo quia officium iuriſdictionale à prædeceſſore conceſſum à ſucceſſore reuocari poteſt. *l. iudicium ſoluitur, ff. de iudiciis.*

Idem dicitur de priuilegio conceſſo gratis à 27.
Principe quod poteſt ab eo, eiùſque ſucceſſore ſine cauſa reuocari; quoniam talis conceſſio pendet à mera Principis voluntate, Felin. *in d. cap. nouit, de iudiciis, num.* 8. *quæſt.* 10. Matienzo *lib.* 5. *recop. tit.* 10. *l.* 6. *gloſſa* 1. ſecus ſi priuilegium concedatur ob pretium receptum, vel propter obſequium iam exhibitum, vel exhibendum, tunc ſioe cauſa non poteſt reuocari, quod tranſiuit in contractum, qui non diſſoluitur ſine cauſa, Matienzo *vbi ſuprà, n.* 9. & 10. cum multis *ibi* Alexand. *conſ.* 101. *n.* 5. *vol.* 1. & alij, quibus accedit Sanch. *de matr. lib.* 8. *diſp.* 33. *concluſ.* 1. *num.* 4. quocirca concludit in noſtro caſu non ex conſuetudine, neque ex iterata ſæpéque conceſſa actione obtinuiſſe Legatos facultatem abſoluendi ab hac cenſura Canonis irreuocabiliter, ſed reuocabiliter, ſempérque dependentem ex libera Summi Pontificis voluntate, qui pro arbitratu ſuo poterit eam tollere, vel reſtringere, pro vt maluerit: iuuat Sanch. *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 36. *num.* 9. *ad finem*, dicens iuriſdictionem, aut licentiam ſemel conceſſam ad libitum reuocari, quia eſt merè gratuita, & omoino pendens à voluntate concedentis.

Quæritor quartò, an Cardinalis Legatus de la- 28.
tere poſſit abſoluere ab excommunicatione contracta contra percutientes Cardinalem, de qua *in c. felicis, de pœnis, in* 6. Reſponde primò Cardinalem Legatum noo poſſe abſoluere illum à quo percuſſus, vel iniuria fuit affectus, & multo minus abſoluere ab excommunicatione Bullæ Cœnæ. Quo ad primum, nempe non poſſe abſoluere illum à quo eſt percuſſus, ex eo probatur, quia non decet quòd ſit iudex iniuriæ ſibi illatæ. Item quia Legatus de latere non poteſt abſoluere ab excommunicatione, quam ſibi Papa reſeruauit expreſſis verbis, vt habetur *in d. cap. felicis, verſus medium*, per hæc verba, ibi: *Nec ab alio quàm à Romano Pontifice poſſent abſolutionis beneficium obtinere, niſi duntaxat in mortis articulo conſtituti.* Igitur per hanc reſeruationem non poteſt Legatus percuſſus abſoluere ſe percutientem, ita Speculator *in tit. de Legato, §. nunc dicamus, n.* 10. *verſ. ſed quæritur, vtrùm Legatus*, Franch. *in d. cap. felicis, num.* 5. Felin. *in cap. ad eminentiam, num.* 5. *verſ. limita tertiò, de ſententia excommunicationis*, & Imola *in cap. excommunicatis, de officio Legati.*

Sed contrà dici poteſt Clementem tertium *in* 29.
d. cap. ad eminentiam, quæreoti à ſe vtrùm excommunicati propter manus violentas in Clericos, & à cenſura abſoluti à Cardinalibus, qui de latere Papæ deſtinantur ſine ſpeciali mandato ad abſoluendum percuſſores Clericorum verè abſoluti cenſeri debere; ſic reſpondit ibi: *Super quo id à te volumus obſeruari, vt eos habeas abſque omni hæſitationis ſcrupulo abſolutos, quos conſtiterit à talibus abſolutionis beneficium adeptos.* Sic Pontifex. Ex qua reſponſione deducitur Legatos de latere ratione officij legationis ſine ſpeciali etiam mandato poſſe abſoluere ab excommunicatione contracta propter violentas manus in Clericos, quæ ex-

communi

communicatio est Papæ reseruata, quando iniuria est atrox vel in se, vel ratione personæ offensæ. Ergo potest Legatus absoluere ab excommunicatione contenta *in d. cap. felicis*, cùm vtraque sit reseruata Sedi Apostolicæ, vt constat ex *d. cap. si quis suadente 17. quæst. 4.* de qua hoc modo loquitur, *cap. cùm illorum, in principio, de sentent. excommunicationis*, his verbis: *Cùm illorum absolutio, qui pro violenta manuum iniectione in Clericos labem excommunicationis incurrunt, quibusdam casibus à prædecessore nostro exceptis, Sedi duntaxat Apostolicæ reseruetur.* Atque ita siquidem datum est Legatis de latere, vt possint sine limitatione absoluere percussores clericorum; cur ergo non habebunt potestatem absoluendi percussores Cardinalium, de quibus agitur *in d. cap. felicis.*

30. Nihilominus responde secundò Legatum à latere non posse absoluere percutientem se, nec percutientem aliquem alium Cardinalium; quamuis possit absoluere percussores Clericorum ob quamcunque iniuriam. Quamuis enim vtraque censura excommunicationis sit Romano Pontifici, Sedique Apostolicæ reseruata: attamen potestas absoluendi percussores Clericorum reperitur concessa Legatis de latere *in cap. ad eminentiam, de sententia excommunicationis*; contra verò absolutionis impertiendæ facultas nullibi legitur concessa Legatis, vt possint absoluere illos, qui manus iniecerint in Clericos, Antonius Cucch. *lib. 2. de Legatis Apostolicis tit. 5. num.* 108. vbi de inuiolabili priuilegio Legatis concesso ad absoluendum ab excommunicatione Canonis *si quis suadente*: secus de excommunicatione *dict. cap. felicis*, à qua Legatus de latere non potest absoluere; ideo remanet reseruata soli Romano Pontifici, eo quòd multo magis graue sacrilegium est percutere, vel iniuria afficere Cardinalem, quàm simplices clericos: ac proinde rationi magis conuenit, vt maiora, & ardua reseruentur Sedi Apostolicæ, & à Romano Pontifice expediantur, vt habetur *cap. Frater noster, prope medium 16. quæst. 7. cap. in Galliarum 25. quæst. 2. cap. maiores, in principio, de Baptismo.* Idem probat Speculator *in tit. de Legato, §. nunc ostendendum num 54. vers. illa autem quæ sunt*, quem sequitur Mar. Altet. *disp. 12. de excommun. Bull. Cœnæ lib. 5. cap. 7. vers. itaque negari non debet, fol.* 637. affirmans non posse Legatum de latere absoluere ab excommunicatione contracta ob manus violentas in Cardinales, de qua *in d. c. felicis, de pœnis in 6.*

31. Similiter Legatus de latere non poterit absoluere ex defectu iurisdictionis percutientes, vel iniuria afficientes Episcopum, cùm sit hæc excommunicatio reseruata soli Pontifici expresse, sicut excommunicatio, *cap. felicis, de pœnis in 6.* vt habetur *in Clement. 1. de pœnis*, nisi speciali mandato Legato fuerit hoc indultum, & multo minus poterit absoluere ab aliis casibus contentis in Bulla Cœnæ, Petr. Rebuff. *super Bulla Cœnæ, in explicatione illius*, eo quia sunt casus Bullæ Cœnæ reseruati Summo Pontifici in ea, quæ dicit per hæc verba, ibi: *A prædictis sententiis nullus per alium, quàm per Romanum Pontificem, &c.* vbi censentur Legati etiam de latere exploli, vt illis non sit licitum à casibus Bullæ Cœnæ aliquem absoluere.

32. Nec obstat appellatione Sedis Apostolicæ venire quoque Legatos à latere Papæ, vt notat glossa *in cap. si Abbatem, verb. transeundi, de elect. lib. 6.* & *ibi* Franch. *num. 4.* ex sententia Ioannis Andreæ; quia respondetur, quamuis sub nomine Sedis Apostolicæ intelligantur Legati de latere, non tamen inde inferri Legatos posse absoluere à casibus Bullæ Cœnæ, cùm ibi dicatur: *A prædictis sententiis nullus per alium, quàm per Romanum Pontificem*, præsertim si apponatur signum vniuersale negatiuum, nullus, quod excludit omnino Legatum de latere, qui non venit sub nomine Romani Pontificis; text. *in Clementina graui, de sent. excommunicationis*, Felin. *in cap. ad eminentiam num. 4. de senten. excommunicationis*, glossa *in cap. 1. verb. Tantummodo, de clerico ægrotante lib. 6.* Et vt procedat 33.
Legatos de latere (vt dici solet) venire sub nomine Sedis Apostolicæ, id intelligi potest quando non agitur de re ardua, & negotio graui, quod regulariter non solet demandari Legatis: cæterùm casus Bullæ Cœnæ sunt grauissimi; proinde soli Romano Pontifici competit eorum expeditio; glossa *in Clement. quia contingit, verb. Apostolicæ Sedis, de relig. domib.* Franch. *in cap. si Abbatem n. 4. de elect. lib. 6.* Atque ita bene potest negari Legatos de latere non comprehendi simpliciter sub nomine Sedis Apostolicæ; sed quoad aliquos speciales casus Sedi Apostolicæ reseruatos, puta, vt possit absoluere ab excommunicatione propter percussionem clerici, vt notatur ab Anchar. *in cap. eos, qui num. 4. vers. secundò quæro*; & sententia Ioann. Andr. *de sentent. excommunicationis.* Iuuat glossa *in cap. auctoritate, de præbendis lib. 6.* vbi venit Legatus sub appellatione Sedis Apostolicæ in materiis non maioribus, sed leuibus, Gambar. *de offic. & potest. Legati de latere, §. Illud nosse operæ pretium est, num* 311. & Cucch. *de Legatis Apostolicis, suprà tit. 5. num.* 81. vbi addit quando Pontifex sibi reseruat aliquod ius non posse Legatum ex generali potestate delegationis se intromittere nisi specialem ad hoc habuerit auctoritatem.

Quæritur quintò, an quando Legatus de latere 34.
ad aliquod Regnum proficiscitur, eo ipso habeat potestatem in omnibus Prouinciis subditis Regi? Responde affirmanter, si in litteris Pontificiis Legato datis apponantur verba sequẽtia; *Destinamus te Legatum ad Regnum Lusitaniæ, & ad Prouincias Regno illi adiacentes, quæ & Regi parent.* per quæ verba continentur Prouinciæ, & Insulæ Regno vicinæ, & illi adhærentes, quæque legibus Lusitanis reguntur, & institutis gubernantur. Quare Legatus missus ad Regnum Lusitaniæ nihil potestatis habebit in Regno Castellæ, neque in aliis Regnis circuncirca adiacentibus, quæ legibus Lusitanis non reguntur, Gambar. *de offic. Legati lib. 1. cap. 1. num.* 25. vbi ait legationem extendi ad insulas adiacentes, etiam nouiter repertas, *l. Insulæ*, vbi Angelus, *ff. de iudic.* nisi illis insulis esset vicinior alia Prouincia in qua Christiani viuerent.

Similiter si Pontifex faciat aliquem Legatum 35.
Bononiæ, & in aliis ciuitatibus; erit quoque Legatus Parmæ, & Placentiæ, & Mutinæ, quia vna est omnium Prouincia, nec diuisio à potestate seculari facta præiudicat Romanæ Ecclesiæ, & Legatis eius, *cap. lege. 10. dist.* Azor 2. p. *lib. 5. cap. 27. §. quartò quæritur, vers. sed quid si Legatus ad vnam Prouinciam mittatur*, vbi probat si postea auctoritate Regis, vel Principis diuidatur in duas, non propterea minus Pontificiam potestatem datam Legato, Gambar. *suprà num.* 26.

Quæritur sextò, an Legatus missus ad duas 36.
Prouincias propter connexionem finium, ac terminorum viciniam possit cognoscere de casibus vnius Prouinciæ in alia? Azor *vbi proximè dict. cap. 27. quæst. 4. vers. quæres an Legatus ad multas*

Prouincias, negat ex sententia Barbatij, quando causæ sunt iurisdictionis contentiosæ: ex eo fundamento, quia non possunt expediri contentiosæ causæ extra Prouinciam, per legem secundam, *ff. de offic. Proconsulis*, qui causas voluntariæ iurisdictionis extra Prouinciam expedire solebat: secus in contentiosis, *cap. neminem, 3. quæst. 6.* Oppositum tamen in casu nostro credit verius ipse Azor *ibi*; quia illæ duæ Prouinciæ, in quibus vnus, & idē Legatus constituitur, censentur vna Prouincia, non solùm quoad voluntariam; sed etiam, quoad contentiosam iurisdictionem, ratione connexitatis finium, & terminorum. Probatur ex *c. nouit. 7. de offic. Legati*, ita Daniel Venator. *in Analysi methodica iuris Pontificij lib. 1. tit. 30. axiomate 5.* Capic. *decis.* 151. *num.* 8. & 9. Argumento Episcopi in duabus Diœcesibus etiam æquè principaliter vnitis, quæ respectu Episcopi censentur vna Diœcesis, & potest residendo in vna expedire causas alterius, Rebuff. *in praxi tit. de vnionibus benefic. num* 16. & Iacob. Rebuff. *in l. vni. Cod. de Metropol. Beryto, lib.* 11. Nauarr. *consil. 2. de offic. Ordin. num. 1. in 2. editione.*

37. Sic etiam in nostro casu Legatus duarum Prouinciarum, quoad ipsum censetur Legatus vnius Prouinciæ, Innoc. *in cap. nouit. de offic. Legati, in fine, & ibi*, Hostiens. *num.* 13. Ioann. Andr. *num. 5. vers. & nota.* quod idem sentit Bartol. non solùm in Prouinciis aliàs distinctis, quoad limites, sed etiam in duabus Prouinciis vnitis sub vno Præside *in dicta l. vni. C. de Metropol. Beryto num.* 11. & Iason *in l. vltima num. 9. ff. de iurisdict. omni. iudic.* Is enim cùm sit competens iudex, potest existendo in vna, in qua delictum non fuit commissum, cognoscere de illo in Prouincia, seu territorio diuerso, dummodo sit ex illis duabus Prouinciis, vel territoriis sibi subordinatis, ita Azeuedo *l. 1. numer.* 110. *titul.* 16. *lib.* 8. *noua recop.* vbi subdit oportere, vt fiat executio delicti in ea Prouincia, vel territorio, in qua, seu in quo delictum fuit patratum, August. Barbos. *de officio, & potestate Episcopi Allegat. 54. ex num. 129. & duobus sequentib. & in d. c. nouit. de officio Legati n. 2.*

38. Septimò quæritur an Legatus possit se immiscere in causa quæ à Papa est alteri delegata? Negatur ex textu *in cap. studuisti, de officio Legati*, nisi, vt sententiam latam iustè à delegato confirmet, aut exequatur; ex ea ratione, quia vbi Romanus Pontifex manum apposuit, non est locus Legato de latere, nec potest se ingerere causæ delegatæ specialiter à Papa alteri. Ita Daniel Venatorius *in Analysi methodica iuris Pontificij lib 1. tit. 1. axiomate* 1. Lælius Zechius *de Republica Ecclesiastica tit. de statu Illustriss. Legati, num 4. ad finem vers. vndecimo*, & Antonius Cucch. *de Legatis Apostolicis tit. 5. num.* 148 Similiter non habet iurisdictionem Legatus de latere in exemptos, nisi ex speciali commissione, ita Cochier *de iurisdictione Ordinarij in exemptos part. 2. quæst. 2. num. 15. & 16.* post Felin. *in cap. graue, de offic. iudicis Ordinarij, num* 3. contra Abbatem, qui ibi minus bene sentit Legatum Papæ habere iurisdictionem in exemptos, quod non placet, nisi ad hoc habeat specialem commissionem, eo modo quo dictum est suprà *num. 10. & 21. d. §* 2.

39. Octauò quæritur, an Legatus de latere, siue Cardinalis Legatus, possit cognoscere de appellatione interposita ab Ordinario inferiore, ad Romanum Pontificem, vt ad eum mittat causam instructiorem? Respondet Gambarus posse *lib. 8. quæst. 28. numer.* 102. sequitur Villadiego *eodem tractatu quæst. 10. num.* 83. Sigismund. Scaccia *de appellationibus quæst. 7. num.* 61. cum eodem Gambaro *lib. 8. num. 102. & 103.* vbi ait posse, consentientibus tamen partibus, secus si non consentiant, Glossa, Abbas, & Franch. *in cap. constituntus, de appellationibus*, glossa *in cap. cupientes, in principio, de electione in 6.* Speculator *in §. nunc ostendendum, versic.* 33. Nihilominus dicendum est etiam partibus renuentibus posse Legatum se intromittere de appellatione interposita ab Ordinario, ad Papam, quando vellet tantùm causam instruere, & ad Romanum Pontificem remittere, sic Gambar. Villadiego, & Sigismundo *vbi suprà*, aliàs non poterit Legatus se intromittere de appellatione interposita ad Papam, nisi partibus consentientibus, Gambarus *d. lib. 8. num. 103. & 104.* Tunc enim de consensu partium poterit cognoscere de appellatione, sequitur Nauarr. *de foro competenti consil. 2. in 2. editione*, vbi *num. 6.* addit *vers. ad secundum*, ex doctrina Ioannis Monachi instructionem, quam in præfato *cap. constituntus*, fecit Legatus de latere, fuisse factam de facto, & non de iure, vel de consensu partium. Non poterit tamen regulariter Legatus quando appellatio est interposita ad Papam expresso nomine proprio committere causam. Valascus *consult. 62.* ex gloss. *verb. delegauit, num. 2.* vbi hoc firmat, nisi partibus consentientibus, vide illum *n. 7.*

Quid dicendum de Legato de latere in causa matrimoniali? 40.
Responde primò posse cognoscere de causa matrimoniali, ex *cap. ad nostram, de coniugio seruorum. verb. Apostolica Sedis Legatus*, Corset. *in singulari, matrimonium de iure.* Responde secundò Legatum non posse dispensare in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis lege Canonica interdictis tantùm, quia id solum est Summi Pontificis, in cuius lege inferiores nequeunt dispensare, *cap. inferior, distinct. 21. Clement. ne Romani, de elect.* Hostiensis *in cap. quod dilectio, paulo post principium, & cap. quia circa, paulo post principium, de consanguinitate.* D. Antonin. 3. *part. titul. 1. cap. 15. §. 3. ad finem*, Paulos Borgasius *de irregul. part. 6. tit. de sponsal num.* 1. Anastat. Germon. *lib. 3. de sacrorum immunit. cap. 11. numer.* 105. Quare dispensatio in impedimentis iure solòm Pontificio matrimonium dirimentibus non competit Legato de latere: cùm in sua Prouincia, quoad dispensationes solùm id potest, quod Episcopus in suo Episcopatu. glossa *cap. quia circa, verb. A sede, de consanguinitate*, Abbas *in cap. quod dilectio num.* 5. Alex. de Neuo *num.* 4. Præpositus *num. 8. de consanguinitate.* Innoc. *in cap. ex parte, num. vnico, de transactionib.* Couar. 4. *Decretal. 2. p. cap. 6. §. 10. num.* 11. Henriquez *de matrim. cap. 3. num. 313. & 314.* Azor 2. *part. lib. 5. cap. 30. quæst.* 15. Ludou. Lopez 2. *p. instructorij, vbi de matrim. cap. vltimo tit. de dispensat petenda.*

Quocirca non est audiendus Gambar. *de officio* 41.
Legati lib. 7. num. 379. vbi existimat post Goffredum, quem refert, Legatum posse dispensare in supradictis impedimētis, si sit Legatus in remotissimis partibus, & ex causa vitandi præsertim scandali, & pacis inducendæ. Quod puto verum non generaliter esse integrum hoc Legato, sed quando
Legatus est in Prouincia valde remota, & causa 42.
vrget vehementer, & impedimentum est occultum, nec datur recursus ad Pontificem. Tunc enim sicut potest Episcopus in casu speciali dispensare in similibus impedimentis, vt probat Sanchez

lib. 2.

lib.2.disp.40. per totum, præsertim *à num.5.& lib.8. de dispensat. disp. 6. num.* 20. & tenet Henriquez loquens de Legato à latere, *lib. 12. de matrim. cap. 3. num.* 2. addens similem dispensationem in foro tantùm conscientiæ prodesse dispensatis. Vide Couar. *de sponsal. part. 2. cap. 6. §. 10. num.11.*

43. Sed quid si Legatus dispenset sine causa? Responde tertiò, dispensationem in lege superioris sine causa esse irritam, eo quia inferiores sic se habent ad legem superioris, sicut se habet Papa ad legem Dei. Item quia quotiescumque demandatur facultas dispensandi alicui cum aliquo, intelligitur existente causa iusta, ita Hostiens. *in cap. cùm ad Monasterium, num. 32. de statu Monachorum*, Baldus *in leg Barbarius, num. 7 ff. de offic. Præsid.* Felin. *in cap. fin. num. 8. vers secundo limita, de simonia*, Aretin. *l. 2. in principio ff. de verbor. obligationibus*, Sotus *de iustitia quæst. 4. art. 3. col. 9. vers. Rursus circa eadem*, Gutier. *Canon lib. 1. cap. 16. num. 5.* Nisi in facultate dispensandi declarentur nomina eorum cum quibus est dispensandum; tunc enim, si nulla commissionis causæ dispensandi fiat mentio, committitur causa Commissario, vti mero executori, Gambar. *de auctoritate Legati, lib. 10. num. 209. & num. 296.*

44. Quod extende à fortiori si Cōmissarius habeat dispensandi plenariam potestatem: adhuc enim non poterit dispensare sine causa, etiam si fuerit Nuntius, vel Legatus Apostolicus, eo quoniam plenaria potestas regulanda est secundum iuris normam: ideo dispensatio concessa à Legato, vel Nuntio sine causa legitima, erit nulla, tam in foro ciuili, quàm in pœnitentiali, Abbas *in cap. dudum el 2. de elect. in fine, cap. de multa, de præbendis*, Innoc. *in d. cap. dudum, ad finem*, quem refert, ac sequitur Felin. *in cap. postulasti, col. 16. vers. Quartus casus, de rescriptis.* Et quamuis concedens dicat, se in dispensando vti plenitudine potestatis, si dispensans est inferior Principe, semper quærendum est, an detur causa legitima. Gambar. *de potest. Legati lib. 10. num. 106. & sequenti, & num. 293. & duobus sequentibus.* Non enim illa plenitudo potestatis accipienda est ad dissipationem, sed ad ædificationem, ita Borgas. *de irregular. part. 7. cap. vlt. num. 21.* Nauarr. *in summa Latina, præludio 9. n. 15.* & Azor *2. part. lib. 5. cap 15. ad fin.*

45. Quæri potest, an Legatus possit dispensare cum illegitimis ad sacros Ordines? glossa *in cap. 1. de filiis Presbyterorum in 6.* negat posse illegitimos defectumque natalium patientes fieri a Legato capaces beneficiorum, & sacrorum Ordinum, nisi speciali commissione circa hoc detur facultas, Antonius Cucch. *tit. 5. de Legatis Apostolicis num.* 145. Ad Ordines autem minores de iure communi potest Legatus legitimare spurios, vt promoueantur ad minores Ordines, & vt assequantur beneficia simplicia, Ioannes Andr. Cardinalis, & alij, *in cap per venerabilem, qui filij sint legitimi.* Speculator *tit. de potest. Legati §. final. vers. sed illud quæritur*, & Oldradus *cons.* 215. Gambar. *supra lib. 7. num 159. & sequenti, & num 168 vers. 10. quæro*, vbi ostendit dispensatum per Legatum sufficienti auctoritate munitum posse consequi beneficia, personatus, dignitates, cum cura, & sine cura, & dignitates in Ecclesia Cathedrali, ex Rota *decisione* 408. Ergo sine sufficienti auctoritate non potest Legatus legitimare spurios, nisi ad Ordines minores, & ad beneficia simplicia.

46. Quin adde quamuis glossa, & scribentes *in d. cap. 1. de fil. presbyt. in 6.* neget Legatum posse habilitare spurium ad personatus, & dignitates, per textum *in cap. final. eodem titulo, & libro*, ex ea ratione, quia mandatum de prouidendo, de quo ibi agitur, de beneficio simplici non comprehendit dignitatem, vel personatum. Non desunt tamen, qui putent posse Legatum, & Episcopum efficere spurium capacem personatuum, & dignitatum, Gambar. *d. lib. 7. num. 172. & sequentib.* per textum *in d. cap. 1.* vbi conceditur generaliter dispensatio hæc Episcopo in beneficiis non curatis. Sed quoad Ordines minores, & beneficia simplicia, Episcopus, & Legatus æquiparantur: ergo Legatus poterit dispensare cum spurio ad personatus, & dignitates, quia hæc potestas prout residet in Episcopo, & Legato, est fauorabilis. Igitur, &c.

Difficultas tamen est, an Legatus de iure communi possit in Prouincia sibi demandata ex vrgente necessitate grauique absque vlla distinctione facere habiles spurios ad omnes Ordines sacros, & ad beneficia? Sunt, qui negent, inter quos est Ioann. Fant. & Domin. qui eum refert *in d. cap. 1. de filiis presbyteror. in 6.* & fauet praxis Curiæ, vt docent Anton. & Ioann. Andr. *in d. cap. final. de filiis presbyt. in 6.* qui seclusa praxi asserunt posse Legatum data necessitate, & vtilitate habilitare illegitimos ad Ordines omnes sacros, & ad beneficia, tam Legatum, quàm Episcopum. Quod etiam voluerunt Hostiensis *in cap. ex tua, eodem titulo*, & Archid. *in cap. licèt canon. de elect. in 6.* Ratio, quia necessitas non curat de iuris vinculo, nec de ordine, *cap. 2. de obseruat. ieiunij, cap. quanto, de consuetudine*, glossa *in cap. discipulos, de consecratione dist. 5.* glossa *in cap. vnico, in verb. vtilitas, de clericis non residentibus in 6.* Suspendit enim iuris auctoritatem causa necessitatis, cùm non obstringatur lege, nec iure *l. 1. C. de oper. libert. & l. casus. C. de testamentis.* Idem dicendum est vtilitate exigente, quia necessitas, & vtilitas æquiparantur. *cap non habenti. 12. quæst. 2.* Abbas *in cap. vt super, de rebus Ecclesiæ non alienandis.* 47.

Confirmatur, quia Legati Apostolici propterea ad Prouincias destinantur, vt necessitatibus Prouinciarum subueniant, & vtilitatibus consulant: igitur necessitate vrgente, vel vtilitate suadente poterit Legatus missus de latere Romani Pontificis dispensare ratione diuini cultus amplificandi cum illegitimo ad omnes sacros Ordines, & beneficia, quoniam in omni iuris dispositione semper intelligitur, nisi necessitas vrgeat, vel publica vtilitas aliud suadeat. *l. si quis in graui ff. ad Syllan.* Salicet *in l 2. C. de noxal.* & Baldus *in l. iubemus, C. de sacrosanct. Eccles.* Ergo quamuis de iure non sit integrum Legatis, & Episcopis dispensare cum spurio ad omnes Ordines sacros, & ad beneficia, ex causa tamen vrgente, & vtilitate suadēte possunt. Gambar. *de potestate Legati lib. 7. n. 189. cum sequentibus*, Azor *2. p. lib. 5. c. 30. num.. & vers. Decimo quæritur.* 48.

Quæres tamen ex quibus verbis deprehendatur Legato datum esse ius restituendi legitimis natalibus spurios? Responde deprehendi ex tenore priuilegij, quod est considerandum, *cap. porro, de priuilegiis* Si namque concessio facta Legatis per hæc verba se habeat: *Concedimus tibi, & largimur, vt possis naturales, bastardos, & spurios incestuosos, & quoscumque alios genitos ex complexu damnato restituere legitimis natalibus*; nec non procreatos ex adulterio, vel incestu simul, vel ex incestu, 49.

cestu, & sacrilegio, vel ex quacumque alia damnata,& illicita cupula natos, procreatos, seu procreandos,existentibus, vel non,aliis liberis legitimis viuentibus, vel etiam defunctis eorum parentibus legitimare, & illos ad omnia iura legitima reducere tam communia, quàm specialia locorum, etiamsi statuta de filiis tantùm legitimè natis loquantur; non obstantibus statutis aliquibus, nec legibus quibus interdicitur, naturales spurij, & incestuosi copulatiuè, vel deiunctiuè, vel alij quicumque illicito complexu procreati, vel procreandi nequeant, vel debeant legitimari liberis naturalibus legitimis existentibus, vel sine consensu & voluntate filiorum naturalium, & legitimorum,& specialiter in Authenticis, *Quibus modis naturales efficiantur legitimi*,&, *Quibus modiis naturales efficiantur sui, quibus legibus, & cuilibet ipsarum volumus expresse, & ex certa scientia derogari: & etiam non obstantibus in praedictis aliquibus aliis legibus,etiam si tales essent, quae deberent exprimi, & de eis fieri mentio specialis: quibus obstantibus,vel obstare valentibus in hoc casu dumtaxat, ex certa scientia,& de plenitudine potestatis totaliter derogamus,& derogatum esse volumus per praesentes.*

50. Posita forma hac facultatis legitimandi facta Legato constat, quid ipse possit, & facultas data intelligenda est amplè. Spurius tamen, seu illegitimus, cum quo Legatus semel dispensauerit ad hoc, vel ad illud habendum, si voluerit aliquid aliud iterum impetrare,tenetur mentionem facere de priuilegio iam impetrato; puta si obtinuit beneficium,& velit aliud consequi, & primum simul retinere,debet in precibus mentionem facere de primo;quoniam non fuit à Legato dispensatus, nisi vt primum tantùm retineret; non verò vt duo, vel plura simul haberet, prout vult Ioann. Andr. *in cap.vltimo, de filiis presbyterorum*; vide tenorem facultatis Legati apud Gambar.*lib.7.n.350.* Azor *suprà d.cap.30.*

51. Quaestionis tamen est,an ex vi huius facultatis possit dispensare cum illegitimis? videtur negandum,quia dispensatio est odiosa, *cap.1. & 2. de filiis presbyterorum*, legitimatio verò est fauorabilis. Nec est dubium aliud esse legitimationem, & aliud dispensationem,sunt enim diuersa, Anchar. *cons.242.in principio, & in cons.* 428. *circa primum*, Cornens *cons.9 col vltima,vol.4.* & Paul.de Castro *cons.221.in antiquis*, in nouis autem *cons.30. in penult.col.* Dicendum tamen est Legatum,qui potest legitimare hoc modo, posse etiam dispensare ad ea omnia, quae potest legitimare:imò omnis legitimatio, praeter illam,quae resultat ex consequentia matrimonij,dicitur dispensatio. Probatur,quia dispensatio est relaxatio rigoris iuris communis, quae fit ab habente potestatem cum causa legitima,pro vt notatur *in cap. vt constitueretur. 50. dist.* & Speculator *tit.de dispensatione*.Item quia Legati facultas quatenus spectat ad Legatum, dicitur fauorabilis,& amplianda est,ex quo concernit praeiudicium solius Romani Pontificis, *cap. olim, de verbor.significatione.* Sic Anchar. & Imola *in d.c.1. de filiis presbyterorum*: addúntque potestatem dispensandi indultam vni, cuius effectus in tertium si deriuetur,latissimè interpretari, & fauorabilem censeri, pro vt volunt Abbas *in cap & si Clerici, §. de adulter.de iudiciis*, & Ioann. Andr.*in cap. final.de verbor. significatione,in 6.*concordat Azor *2.p.lib.5. cap. 30. vers.Decimotertiò quaeritur*, concludens ex litteris Pontificiis, quibus integrum est Legato dispensare cum spuriis, eo ipso intelligi concessum, vt eos possit legitimis natalibus restituere; quidquid repugnat Gambarus *dict. lib. 7. num. 205.*

Quid respondendum circa defectum aetatis? 52.
Responde Legatum non dispensare cum minore annis quatuordecim, vt professionem faciat, aut vt testamentum conficiat,quia ad haec duo requiritur plenitudo iudicij, & discretionis, quae non supplentur per Legatum, *§. sed naturalia, Instit. de iur. nat. gent. & ciuil.* maximè,quia profiteri ante tempus completum, hoc est,ante perfectum decimum sextum annum, & in praeiudicium profitentis,tolliturque illi beneficium,quod illi non debet auferri. Quinimo testamentum facere ante legitimum tempus aetatis praeiudicat venientibus ab intestato,atque ita nec haec facultas posse videtur à Papa concedi, nisi in casibus vbi suppleret aetatem malitia. Nihilominus vtrumque posse concedi à Summo Pontifice, non est dubium apud me, quia quo ad professionem constat, cùm sit contra ius positiuum, & quoad testamentum in terris suis,idem est dicendum, vt probaui *1. part. lib.3. disput.5.§.4.num.40. & 41.* de materia autem legitimandi dixi *1. part. lib. 3. disput. 6. §. 1. 2. 3. 4. & 5.*

Item potest Legatus ex causa necessitatis, vel 53.
vtilitatis Ecclesiae dispensare, vt minor 25. annis habeat beneficium, aut duas dignitates in eadem Ecclesia,Rota *decis.29. in antiquis*, Archidiaconus *cap. 1. de consuetudine in 6.* Non poterit tamen dispensare cum minore vigintique annis regulariter, vt promoueatur ad presbyterium post completum vigesimum annum,neque vt fiat Diaconus completo decimooctauo anno,*Clement.generalem, de aetate, & qualitate*,nisi vrgeat necessitas,cui subueniri nequeat: tunc Legatus poterit dispensare dummodo non sint adeò iuuenes dispensandi, vt contemnantur,*cap.vel non est,de temp.ordin.*Ratio, quia necessitas, & vtilitas aequè procedunt, & faciunt de illicito licitum, Innoc.*in cap.cùm omnes, de constitutionibus*, Felin. *cap. querelam, in fine, de iureiurando,& in cap.cùm accessissent,col. 9. & 10. de constitutionibus.*

Quae potestas sit Legato à latere circa beneficia?

§. III.

EPITOME.

54. *Legatus de latere non potest Episcopum deponere sine speciali mandato.*
55. *Etiam in causa haeresis neque Inquisitores possunt cognoscere de Episcopo.*
56. *Legatus non potest conferre beneficia deuoluta ex negligentia Praelati exempti.*
57. *Legatus de latere non potest beneficia conferre ante deuolutionem factam ad Episcopum,vel post deuolutionem ad Papam propter negligentiam Episcopi.*
58. *Legatus à latere potest ex causa vnire beneficia sua Prouinciae.*
59.60. *Legati conferunt beneficia iure ordinario,& iure legationis,non autem ex priuilegio; sed contra ex aliquorum sententia.*
61. *Legatus à latere potest conferre beneficia de iure patronatus Ecclesiastici.*

Legatus

62. *Legatus de latere potest conferre beneficia exemptorum, cum sit Ordinarius illorum.*

63. *Legatus potest reseruare suæ collationi beneficia vacatura, non tamen ius tribuit aliquod in re, nec ad rem.*

64. 65. *Legatus potest conferre beneficia deuoluta ad Sedem Apostolicam, non tamen illi currit tempus semestre ad conferendum, quidquid Lapus contradicat.*

66. *Legatus potest commendare beneficia ad Papam deuoluta, non tamen vltra sex menses.*

67.68. *Legatus an finito semestri possit prorogare aliud semestre in commenda Ecclesiæ Parochialis, & quid dicendum pro Ordinariis.*

69. *Legatus de latere non potest commendare beneficium in perpetuum habens curam in foro externo.*

70. *Legatus non potest commendare beneficia reseruata collationi Papæ, sed tantum custodire per œconomum.*

71. *Legatus potest commendare Ecclesiam Collegiatam quando non est electiua, non tamen beneficia regularia secularibus, nec secularia regularibus.*

72. *Legatus ex causa potest vnire Parochiales mensæ Episcopali, & Monasterio; nec non regularia, si non fuerint electiua.*

73.74.75. *Legati non possunt recipere renunciationes, nisi sint de latere, neque hi possunt in fauorem, vel cum pensione.*

76. *Legatus de latere non potest committere alicui, vt recipiat resignationem beneficij, & postea, vt illud conferat, sed oppositum est verius.*

77. *Legatus de latere non potest conferre beneficia vacantia in Curia.*

78.79.80. *Legatus de latere non potest conferre beneficia iuris patronatus secularis, & cur nemo possit excepto Summo Pontifice.*

81. *Patrono laico consentiente potest legatus conferre beneficium, quamuis Prælatus contradicat.*

82. *Collatio facta ab Ordinario de Ecclesia patronata durante quadrimestri est nulla.*

83. *Conualescet tamen, si patronus non reclamet.*

84. 85. 86. *Ius quando nominandi est laicorum, & ius præsentandi est Canonicorum, censetur esse ius patronatus laicale, & non posse conferre Legatum.*

87. *Laicus, si præsentet de consensu Ecclesiastici, vel Ecclesiasticus de consensu laici, non mutatur natura iuris patronatus.*

88. *Legatus durante anno nouitiatus non potest conferre beneficium nouitij.*

89. *Ingressus Religionis, fit per professionem, & ante illam, non datur verus ingressus.*

90. *Episcopus est patronus Ecclesiasticus, quando habet ex donatione fidelium ducatum aliquem.*

91. 92. *Legatus in quibus casibus non possit conferre beneficia.*

93. *Legatus Apostolicus vrbis absente Papa, non potest conferre beneficia sine speciali mandato.*

94. *Legatus de latere, an possit concedere regressus, & an omnes hodie sint sublati.*

95.96. *Regressus vt habeat locum contra non soluentem pensionem, eget sententia Iudicis recipiendo tamen pensionem censetur regressus pœna remissa, nisi protestetur, num.97.*

IN primis Legatus de latere absque speciali Papæ mandato non potest Episcopum deponere, Gemminianus *in cap. Primates 2. quæst. 1. & in cap. renouantur 22. distinct.* vbi id declarat. *cap. quia suspecti 3. quæst. 5.* Ratio, quia Episcopi, & eorum causæ per specialem reseruationem immediatè subiiciuntur Romano Pontifici, per textum *in cap. quamuis. 3. quæst. 6. cap. frater. 16. quæst. 1.* Borgas. *de irregularitate, & dispens. part. 6. tit. quis possit excommunicare, in fine:* adeò, vt à Prouinciali Concilio nequeat Episcopus deponi, nec priuari, nec deponendum pronuntiari, Antonius Butrius *in cap. de translat. Episcopi num. 2. in 4. notab.* Abbas *num. 3.* August. Bero. *num. 4.* Quare huiusmodi causæ tamquam maiores Romano Pontifici reseruantur, Abbas *cap. maiores num. 1. & 3. de Baptismo, & in cap. vt debitus num. 9. & 37. de appellationibus, & in cap. 2. de accusationibus,* vbi eum Felin. *num. 2. notabil. vltimo,* notat Primates posse cognoscere de criminali causa Episcopi, etiamsi credatur non posse deponi ab iisdem Primatibus, posse tamen pronunciari dignum depositione, & sententiam ad Pontificem remitti. Concinit Turrecremata *in cap. vbique 15. quæst. 7. num. 5. 6. & 7.* dum ait causam Episcopi in qua agitur de eo priuando, aut de eo deponendo, competere Summo Pontifici, quam decidet adhibito consilio Cardinalium. quæ causa dicitur non esse delegabilis per glossam magnam *in cap. Inquisitores, de hæreticis in* 6. hoc est, si eam Papa deleget, vel vicario suo, vel alteri iudici, non posse delegatum causam alteri delegare, Felinus *in cap. non potest num. 4. de re iudicata.* Quòd si in partibus, vel extra Curiam crimen Episcopi alteri deleget, requiritur specialis commissio manu Papæ signata, & vt intersint sententiæ duodecim Episcopi cum Metropolitano reseruata eidem Pontifici sententia diffinitiua. secundùm Concilium Tridentinum *sess. 13. cap. 8. & sess. 24. cap. 5.* Gonzal. *de mensibus gloss. 41. num. 21.* 54.

Quod procedit etiam in causa hæresis, adhuc enim reseruatur Papæ, vt habetur *in cap. Inquisitores, de hæreticis in* 6. Nauarr. *cons. 1. num. 5. de foro competenti.* Penna 3. *part. Director. Inquisitor, commento 77. fol.* 557. Manuel Rodrig. *quæst. regul. tom. 2. quæst. 81, art. 1. vers. aduertendum tamen,* neque Inquisitores de hæresi Episcopi possunt cognoscere, Ioan. Monach. & Prob. *in additionibus ad illum in d. c. Inquisitores,* ex constat ex Conc. Trid. *sess. 24. c. 5.* incipit, *causæ criminales grauiores contra Episcopos, etiam hæresis (quod absit) quæ depositione, aut priuatione digna sunt ab ipso tantùm Summo Romano Pontifice cognoscantur & terminentur,* & infrà, *Minores verò criminales causæ Episcoporum in Concilio tantùm Prouinc. cognoscantur, & terminentur, vel à deputandis per Concilium Prouinciale.* Hæc ibi Henriquez *in summa lib. 13. §. 2. litt. P. in cap. 55.* & refert Armendar. *in additionibus ad recopilationem legum Nauarræ lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis n. 80.* sic fuisse declaratum in sacra Congregatione, vbi quoque ait causas has minores Episcoporum posse in Conciliis Prouincialibus tractari, & terminari etiam non existentibus duodecim Episcopis, qui numerus requiritur, cum causa digna depositione ab ordine, vel ab Episcopatu contra Episcopum cognoscitur extra Curiam, ex gloss. *verb. quod autem, in fine, in summa, 3. quæst. 8.* vide Concil. *d. cap. 5. & declarationes super illo.* 55.

Quæritur, an Legatus à latere possit beneficia 56.

conferre

conferre ad Episcopum deuoluta propter negligentiam Prælati regularis omnino exempti? Negatur *in cap. cùm singula, de præbendis in 6.* quia fit deuolutio ad Episcopum qui confert auctoritate propriè Apostolica ex vi *Clementinæ primæ de supplenda negligentia Prælatorum*, Cosinas *in pragmatica sanctione, titulo de collat.§.item circa, verb. Legatorum, circa finem*, Selua *3.part.quæst.66.* & Rebuff. *tit. deuolutio, num. 37.* Ratio, quia cùm in eo casu Episcopus conferat veluti delegatus Papæ, non poterit Legatus conferre, quia ab exemptis deuoluitur collatio ad Episcopum, Erasm. Cochier *de iurisdictione ordinaria in exemptos, part.4.quæst.30. num. 8.* vbi declarat hoc procedere nisi Prælatus regularis habeat alium Prælatum cui immediatè subiiciatur, quia in hoc casu ad illum deuolutio efficietur, Cardinalis *in Clementina vnica quæst. 3. de supplenda negligentia Prælatorum*, secus quando non subiicitur immediatè alteri Prælato, quia tunc pertinet ad Episcopum, & Legatus non potest se intromittere, ex *cap. studuisti, de officio Legati*, facit textus *in cap. dudum, & in cap. quamuis 2. de*
57. *præbendis in 6.* Ante autem deuolutionem factam ad Episcopum, vel post deuolutionem factam ad Papam propter negligentiam Episcopi, bene potest Legatus illa beneficia conferre, ita Selua *de beneficiis 3.p.q.66.n.2.* & Rebuff. *in repetitione cap.2. vers. Decimoquartò quæritur, de concess. præbenda.*

58. Legatus etiam de latere, qui est maior Episcopo, & potest omnia in Prouincia sibi demandata, quæ Episcopus in sua Diœcesi, potest beneficia, de quibus fas est illi disponere, ex causa legitima vnite, Abbas *in cap. final. de confirmatio. vtili, & c. sicut vnire num. 5. & 6. de excess. Prælat.* Cucch. *institut. maior. lib. 2. tit. 5. à num. 87.* Ægidius *decis. 512.* & Hoieda *de beneficiis part. 2. cap. 3. num. 7.* secus si non sit Legatus à Latere, quia eo ipso, quòd non potest conferre beneficia in sua Prouincia, *cap. 1. de officio Legati in 6.* nō potest illa vnire, Caccialupus *art. 3. num. 12 & num. 14.* & Petr. Gregor. *de beneficiis c. 20. à num. 2.* Legatus autem à latere cùm possit conferre, potest vnire, Rebuff. *de vnionibus num. 24.* Azor *part. 2. lib. 5. cap. 29. quæst. 14.* & Aloys. Riccius *in praxi fori Ecclesiast. decis. 492. in 1. editione, & resol. 383. num. 2. in 2. editione,* & Sanch. *in Decalogo lib. 7. c. 19. num. 158.*

59. Petes tamen, an Legati de latere cōferant beneficia iure ordinario, an ex priuilegio? Responde illos ex *cap. 2. de officio Legati in 6.* esse Ordinarios, atque ita iure ordinario conferre: glossa tamen *in Clementina 2. de officio ordinarij, verb. volumus,* vult illos conferre auctoritate Apostolica, & ex consequenti non esse ordinarios collatores: consentit Abbas *ibi num. 4.* dum ait Legatos etiamsi eorum iurisdictio secundùm se sit ordinaria, vt *in d. cap. 2. de officio Legati in 6.* respectu collationis beneficiorum habere iurisdictionem extraordinariam, quoniam non promanat potestas conferendi ex proprio munere legationis. Probatur, quia Legati non Cardinales carent potestate conferendi, Cardinales autem habent potestatem ex speciali priuilegio, vt docent Selua *de beneficiis 2. p. n. 34 & 3. p. q. 66. n. 4 & 4. p. q. 9. num. 3.* & Probus ad Monachum *in c. final. de constit. n. 39. & in d. c. 2.* per textum *ibi, de officio Legati in 6. n. 3.* quibus accedit Cosinas *in pragmatica sanctione tit. de collationibus, §. item circa, verb. Legatorum, circa finem, & §. item quod omnia, verb. Ordinarios,* asserentes Legato de latere competere ius beneficia conferendi ex speciali priuilegio, non verò ex iure legationis.

Ego tamen opinor hoc priuilegium conferendi spectare ad Legatos de latere iure ordinario, & de iure legationis talis à latere in specie, non autem iure legationis in genere, quia Legati non Cardinales carent iure conferendi, nec illi competit iure legationis in genere, atque ita Legati, qui non sunt à latere, sed mittuntur, non habent hanc prærogatiuem. Legati autem à latere sunt Ordinarij, non tamen naturales, dicunturque Ordinarij superinducti, & quasi accidenter quoad effectum conferendi beneficia, glossa *verb. volumus,* per textum *ibi in Clement. 2. de officio Ordinarij.* Proinde absolutè dicendum est quoad effectum conferendi esse Ordinarios extraordinariè, non tamen dici posse impropriè Ordinarios, vt minus bene eos vocat Gonzal. *de mensib. gloss. 21. n. 38.* quoad cætera autem omnia suæ legationis sunt propriè Ordinarij, vt *in c. 2. de officio Legati,* & *ibi* gloss. *verb. reputantes,* Germon. *de indultis §. commendare n. 13. vers. sed an id locum.* 60.

Possunt ergo Legati de latere conferre beneficia suæ Prouinciæ, quod extende ad beneficia etiam de iure patronatus Ecclesiastici, seu clericorum. Gigas *de pensionibus q. 24. n. 1. ex cap. cùm dilectus, de iure patron.* Cucch. *d. lib. 2. tit. 5. n. 68.* Rocch. *in tract. suo de iure patron. in verb. honorificum quæst. 1. vers. nonò limita.* Lambert. *1. p. 1. lib. 1. q. 1. art. 6. num. 4. & 3. p. 2. lib. q. 8. art. 1. & q. 9. art. 1. n. 2.* & Rebuff. *in praxi 3. p. signaturæ, verb. nec non iuris patronatus n. 6.* Nec requiritur fieri mentio de derogatione iuris patron. quòd sit de iurepatronatus Ecclesiastico, Felin. *in tract. suo, quando litteræ Apostolicæ praiud. patrono Eccl. col. 6. vers. limitatur tertiò,* & habetur *in d. c. cùm dilectus, de iure patronatus,* Rebuff. Gigas, & Lambert. *suprascripti.* facit textus *in cap dilectus, de officio Legati, in principio,* vbi habetur posse conferre Legatum à latere beneficia iuris patronatus clericorum, Couar. *pract. c. 36. n. 2. col. 3.* Azor *instit. moral. part. 2. lib. 5. cap. 28. quæst. 2.* 61.

Extende secundò posse conferre Legatum beneficia quorum collatio competit exemptis cùm sit Ordinarius exemptorum, Cucch. *sup. d. tit. 5. n. 68. & 94.* ex gloss. *in c. 1. ver. latere, de verborum significatione in 6.* text. *in c. si Abbatem, in principio, de electione in 6.* & Specul. *in hoc tit. vers. sequitur videre,* Gambar. *lib. 3. de potest. Legati n. 11. & n. 94* Quare poterit conferre, etiamsi beneficia sint exempta, per *c. auctoritate, de priuilegiis in 6.* Quin etiā Legatus institutiones, & confirmationes non solùm inferiorum, sed & Episcoporum, & Abbatum, approbat, & confirmat, *c. si Abbatem, de electione in 6. cap. cùm venerabilis, de consuetudine,* secundùm veriorem intellectum, Gambar. *suprà n. 7.* 62.

Extende tertiò posse Legatū reseruare suæ collationi beneficia vacatura, *c. præsēti, de off. Legati in 6.* quæ enim beneficia potest conferre, potest etiam reseruare, quia cùm reseruatio fiat ad effectū collationis futuræ, vbi non datur collatio, non est reseruatio: ideo potest reseruare beneficia vacatura, Æneas de Falcon. *de reseruat. 2. part.* Zechus *de Republica Ecclesiastica de benef. & pens. cap. 2. vers. Legati,* & Petr. Gregor. *de benef. cap. 24. num. 24.* asserentes illi competere reseruationes cum modificatione, *d. c. præsenti.* quod etiam vult *gloss. pen. circa finem, in c. 2. de concessione præbendæ in 6.* dummodo pendente vna reseruatione in aliqua Diœcesi, aliam non faciat, *c. de liberatione, de off. Legati.* Quòd si Legatus reseruet beneficiū vacaturū pro contēplatione alicuius personæ determinatæ, vt *in c. cùm dilectus, de iure patron.* non propterea tribuit 63.

illi

illi ius aliquod in re,nec ad rem, Speculator *in §. Nunc ostendendum*,& Abbas *in cap.dilectus*, *el* 1. *de prabendis*. Zechus *d. verf. Legati*, vbi voluit licitum esse Legato adhuc in eo casu variare,& conferre alteri beneficium vacaturum, cùm solius Pontificis sit dare ius ad vacatura, Æneas de Falcon.2.*p.praeludio* 6.Duaren.*de benefic.lib.3.cap.3*.& constat ex *cap.detestanda*, *& cap. nec captanda*, *de prabendis*,Gambar.*d.lib 4.num.3. & sequenti.*

64. Extende quartò posse Legatum conferre beneficia deuoluta ad Sedem Apostolicam, *c.venerabilis,de prabendis*.Imola *in Clement.2.de offic. Ordinarij*,Ægidius *decis*.106.Capel. Tolos.*decis*.435. Puteus *decis*.266.*lib*.2. Gambar. *lib.3.n.13.& n.624.* additque Legato non currere tempus sex mensium ad conferendum,sicut currit aliis Ordinariis, vt *in c. 2. de concessione prabenda.* vide Gambarum suprà *num.* 14. *& 622.* Sed contra illum loquitur Lap.*in d.Clementina,si de beneficio,de prabendis*,dicens, tempus ad conferendum currere Legato, sicut cæteris Ordinariis, quoniam est Ordinarius Prouinciæ Legatus, vt habetur *in cap. 2. de officio Legati,in 6.* sequitur Bonifac.*in d.Clement.si de beneficio,num.53.& sequenti*, vbi vult,si fuerit negligens in aliquo conferēdo post deuolutam ad Papam collationem,non posse Legatum conferre.

65. Mihi tamen magis placet sententia Gambari *d.n.14 & n.622.* dicentis non currere tempus Legato, cùm ipse possit conferre beneficia deuoluta ad Papam. Est enim potestas conferendi Legato libera,ad instar collationis Romani Pontificis. Nam si potestas Legati regularetur per potestatem cæterorum Ordinariorum,non conferret deuoluta ad Papam beneficia. Item quia Legati iurisdictio in conferendo non est restringenda, sed extendenda magis, quàm Episcopi, cùm respiciat Romanum Pontificem dantem. Ideo interpretatio amplè est facienda.*c.olim.de verb.significatione*, *c.in his,de priuilegiis*,quia iurisdictio Legati,est portio Papalis iurisdictionis, de cuius amplitudine in conferendis beneficiis nemo hæsitat, *c. 2. de prabendis in 6.c.proposuit,de concess.prabēda.*Nec obstat si dicas in collationibus Papæ, vel Legati strictè faciendam esse interpretationem,quia ex hoc non sequitur, potestatem Papæ, & Legati arctandam esse;sed ideo fieri, quia præsumitur factum impetrantis surreptitium,*cap.quamuis,de prabendis in 6.*

66. Cùm ergo Legatus possit conferre beneficia deuoluta ad Sedem Apostolicā,non est dicendum currere tempus semestre illi ad conferendū.Quinimo poterit commendare beneficia ad Papam deuoluta, Rebuff.*in praxi p.1.tit. de commenda*, *n.56.* Azor. *p. 2.lib.5.c.29.vers. Decimotertiò quaritur.*nec commendatio morte Legati finitur,glossa, & Archid.*in c.nemo,de electione in 6.* Collectan. *in c. dudum 2.de electione*,nisi Commēda esset ad beneplacitum suum,argumēto *capitis, litigiosa,de rescriptis*; non tamē poterit Legatus vltra sex menses commendare Parochialem Ecclesiam,quia constitutio in præcitato *c.nemo*,est generalis Concilij, & Legatus nequit ius cōmune soluere,Io.Andr.& Dominic.*in d.c.nemo*,Gambar.*lib.4.de potestate Legati in commendando beneficia,n.144.& sequenti.*Secundùm autem Io.Monach.*in c.1.de schism. in 6.* dispositio *c.nemo*,non ligat Cardinales,nisi exprimatur.Ideo Legatus Cardinalis poterit commendare Ecclesiam vltra sex menses;sed oppositum est verius.

67. Finito tamen semestri ad quod Legatus commendauit Ecclesiam, glossa *in c. pradicto, nemo, in verb.Durare*,& Rebuff. *in praxi, part.1. tit.de commenda,num.63.*& Gambar.*suprà num. 164.* volunt non posse Legatum prorogare commendam Ecclesiæ Parochialis ad aliud semestre, ne fiat fraus, *c. nemo ad hoc*, *c. commissa*, *de electione*, *c. quanto, de diuort.* quæ sententia est valde probabilis, Azor tamen *dict. cap. 29. versiculo*, *septimò quaritur*, *ad medium*, inclinat, ex quorundam sententia, quorum nomina tacet, in partem affirmantem, posse nimirum Legatum per aliud semestre Commendam prorogare,seclusa omni fraude, puta donec reperiatur Sacerdos idoneus, cui Parochialis Ecclesia conferatur, vel ob aliquam aliam causam iustam, tunc enim aiunt posse commendari per alios sex menses in gratiam, & vtilitatem ipsius Ecclesiæ, vt prouideatur de pastore digno. Nam temporalis commenda fit ad vtilitatem Ecclesiæ, vt patet ex *c.deinceps, de elect. in 6.* vbi disponitur, quòd commēda fiat per vnum semestre, & ex euidenti necessitate,vel vtilitate ipsius Ecclesiæ suadente,Gonzal.*de mensibus glossa* 5.6.8.addens *n.35.* si finito semestri adhuc duret eadem necessitas, vel vtilitas,posse commendari per aliud semestre, vt glossa *in d.c.deinceps,in verb.durare*,quod etiam vult Rebuff.*d.num.65* quoniam non additur aliud semestre in fauorem Commendatarij, sed in bonum Ecclesiæ; ergo in nostro casu poterit etiam Legatus prorogare aliud semestre, ex glossa *in d. c.nemo*, cùm fiat prorogatio in bonum Ecclesiæ. Monet tamen Azor in eiusmodi casibus committi debere Ecclesiam parochialem visitatori, vel administratori, quandiu non confertur in titulum,non autem Commendatario,quæ est sententia Rebuff.*suprà tit.de commenda, num.65.*

Ex hac resolutione circa Commendam Parochialium vult glossa *in.d.cap.nemo, verb. Parochialem*,quam approbat ibi Dominicus *num.7.*alia beneficia posse commendari per Ordinarios vltra sex menses etiam ad vitam, *c.qui plures.21. quast.1. & c. dudum,de electione*, Franch.*in pradicto c.nemo, n.3.de elect.in 6.* dūmodo id procedat in commendis ex quarum fructibus Commendatarius non disponit liberè pro arbitratu suo,sed in commēdis factis pro vtilitate Ecclesiæ.Nihilominus rarò dabitur beneficium in perpetua commenda, poterit tamen esse perpetua, si non reuocetur, sed secundùm se erit reuocabilis.Nullus tamen inferior Papa potest perpetuò commendare secundum, Sarnen. *in regul.de triennali,q.5. & ex c.nemo deincept.* ex quo Corras.*de benef.p.1.c.6.n.4.*docet per legem dicti capitis ad semestre tantùm licitum esse commendare;consentiunt Zechus *de beneficiis, & pensionibus Ecclesiasticis,c.7.n.2.*& Cucchus *inst.maior. tit.6.lib.3.n.4.* & Æneas de Falconibus *de reseruat. quast.3.n.11.*dicentes,commendare irreuocabiliter alicui ad vitam, vel in perpetuum,solius Romani Pontificis esse,aut eius Legati, qui videntur loqui de commenda Parochialium.Longè aliter de Episcopis,quibus integrum erat ex *d.c nemo*,deinceps commendare ad sex menses in Ecclesiis curatis: hodie autem ex sacro Concilio Tridentino dispositio illius capitis est correcta, vt Sacra Congregatio, cuius meminit Ioannes Sotealius *de declarationibus Cardinalium,fol.683.de confirmatione c.3. verb Commenda perpetua*, his verbis:*Commenda,qua ad sex menses in Ecclesiis Curatis fieri poterant ab Ordinariis, c.nemo, de elect. in 6. amplius post Concilium locū non habent,cùm debeat in eis deputari Vicarius ad formam capitis 18.sess. 24.* Quam etiam refert Garcia *de beneficiis 4.p.c.4.n.15.*& conducunt relata ab eodem *part 9. c.2. num.21.cum sequentib.* 68.

69. Ambigi etiam potest, an Legatus de latere possit commendare beneficium quodcumque illud sit, in perpetuum, seu ad vitam, dummodo non sit parochiale, sed habeat curam animarum in foro exteroo? Responde non posse, quia commendare io perpetuum tepugnat significationi vetbi *commendari*, quæ æquipollet deposito ad tempus; cùm ergo commendatur, intelligatur depositum ad tempus, beneficium eo ipso quòd dicitur commendatum, intelligitur non esse in perpetuum, Azor *d. cap.* 29. *vers.* 8. *quaritur*, & est communis opinio, teste Gambaro *lib.* 4. *de potest. Legati in commendando beneficio, n.* 145. *cum sequentibus.*

70. Similiter non potest Legatus commendare beneficia, quæ Romanus Pootifex teseruauit suæ collationi, sed tantùm custodire per Oeconomum, donec de Rectote prouideatur, Gambar. *suprà lib.* 4. *n.* 173. *& sequenti.* Item poterit commendare Ecclesiam Collegiatam ex causa quando non fuerit electiua, quia *cap. nemo*, cùm sit exorbitans, debet arctari. Ratio, quia potest de Ecclesia collegiata 71. Parochiali disponere. Ergo, &c. Ita volunt, Ioann. Andr. & Archidiaconus *in d. cap. nemo deinceps.* Regularia autem beneficia non poterit Legatus commendare ad sex menses clericis secularibus, nec secularia regularibus, nisi in litteris suæ legationis id habeat expressè, ita Alexander *in cap. si quis* 58. *distinct.* Gambarus autem *d. lib.* 4. §. *de potest. Legati*, in commendando beneficia credit posse quando commeoda fit ad effectum, vt faciliùs prouideat is, ad quem pertinet prouidere, quia Episcopus etiam deuoluta commendat, & Legatus coofert; ergo multo meliùs commendabit, quòd si ob aliam aliquam causam fiat commēda, pars negās est vetior, quam seruat Rota, vt ait Gambarus.

72. Quid de vnionibus? Diximus suprà posse Legatum de latere vnire ex causa, etiamsi sit Ecclesia Parochialis, quam poterit vnire mensæ Episcopali, vel alteri Dignitati. Bellamet. *in decis.* 513. textus *in cap. sicut vnire. de excess. Prælator.* quam vnionem potest efficere Rectore ad hoc non vocato, Rota *de officio Legati, in nouis, decis.* 2. Riccius *p.* 5. *collect.* 1974. *vers. secundò potest*, similiter poterit vnire Ecclesiam secularem Monasterio, ita vt gubernetur deinceps per Regularem, intercedente tamen causa magna, & vocatis quorum interest. Nam Episcopus hoc idem potest, & per hoc inducitur dispensatio cum Religioso, Felin. *in cap. in nostra, de rescriptis.* Non tamen eximetur Ecclesia secularis Monasterio ita vnita, ab Episcopi visitatione, procuratione, & ab aliis obsequiis de iure Episcopo præstandis, & præstari solitis; ita Miles *in verb. Legatus, vers.* 3. Gambar. *lib.* 5. §. *de potestate Legati in vniendo num.* 105. quod extende etiamsi Ecclesia vnienda sit alterius diœcesis diuersæ ab ea, vbi est Ecclesia cui debet vniri, sine præiudicio tamen Episcopi, Ecclesiæ vnitæ, ita vt illi non aufetantur iura, quæ illi debita erant. Quinimo poterit Legatus vnire beoeficia Regularia, dummodo non sint electiua, vt per Bonifacium *in Clem.* 1. §. *ad hæc, de statu Monachorum*, Gambar. *suprà num.* 107. Azor *d. cap.* 29. ex causa tameo iusta, & legitima. Denique potest Legatus dissoluere vniones Ecclesiarum ex causa iusta, & debita. Abbas *in c.* 1. *ne Sede vacant.* Petrus Perus. *tract. de vnionibus cap.* 1. Causa autem iusta dissoluendi vniones poterit esse cessatio causæ propter quam facta est vnio, verbi gratia, si duæ Parochiales voiantur à Legato propter paupertatem, si postea pinguescant, & sufficiant ad alendum Presbyterū & ad reliqua onera Ecclesiæ, possunt dissolui; argum. *c. vacante, de præbendis*, Gambar. *d. lib.* 5. *n.* 155. Azor *d. c.* 29. *vers. vigesimotertiò quaritur.*

73. Controuerti potest, an Legatus de latere possit recipere renunciationes? Responde primò non posse fieri renunciationes beneficiorum coram Legatis natis, vel missis, secundùm communem, quia non habent potestatem instituendi, & destituendi, text. *in c.* 1. *de officio Legati, lib.* 6. vbi sic dicitur, *Proinde præsenti decreto statuimus, vt Ecclesia Romana Legati quandocumque plenam legationem obtineant, siue à nobis missi fuerint, siue suarum prætextu Ecclesiarum legationis sibi vendicent dignitatem ex ipsius legationis munere conferendi beneficia nullam habeant potestatem, nisi hoc alicui specialiter duxerimus indulgendum.* hæc ibi. Ex quo argumento probatur non habere hos Legatos natos, vel missos potestatem recipiendi renunciationes.

74. Confirmatur auctoritate Nunciorum Hispaniæ, qui quamuis mittantur cum potestate Legati de latere, tamen circa beneficia conferenda solùm sit eisdem facultas conferendi beneficia, quæ non excedunt valorem vigintiquatuor ducatorum, vt videre est in eorum litteris patentibus, quæ sunt producendæ in actis, quoties agitur de aliquo beneficio à Nunciis prouiso. Rota *in dec.* 73. *lib.* 3. *part.* 3. *diuers.* Quare nisi habeant facultatem specialem, non poterunt recipere renunciationes, nec prouidere de beneficiis per resignationem vacantibus, Riccius *p.* 5. *collect.* 1667. *in cap.* 1. *de officio Legati, fol.* 114. & horum possunt recipere resignationes, & conferre illa, Flamin. *lib.* 7. *q.* 13. *n.* 11.

75. Legati de latere possunt recipere renunciationes absolutè, & simpliciter factas, Abbas *in c. vltimo n* 4. *de renunciatione*, & probatur ex *c.* 1. *de officio Legati, lib.* 6. vbi postquam dixit Legatos natos, & missos nō posse cōferre, addit, *quod confratribus nostris legatione fungētibus volumus obseruari, quia, sicut honoris prærogatiua lætantur, sic eos auctoritate volumus fungi ampliori.* Ex quibus verbis cùm fungantur Legati de latere ampliori auctoritate, & conferre valeat, possunt recipere resignationes simpliciter, non autem in fauorem, vel cum pensione. Rebuff. *de resign. cond. num.* 5. Gamb. *lib.* 6. *de pensionibus num.* 165. Flamin *de resignat. lib.* 7. *quæst.* 13. *num.* 17. *& num.* 18. ait non posse Legatum de latere committere receptionem resignationis, & collationis ipsius, per *cap. penultimum, de officio Legati.* quod 76. etiam tradit glossa *in Clement. litteris, verb. commisisse, de probationibus*, & *ibi* Card. Zabarel. *num.* 8. Et ostenditur ex *cap. deliberatione*, §. *prohibemus, de officio Legati, lib.* 6. in quo habetur non posse Legatum committere alicui, vt recipiat resignationē beneficij, & postea illud conferat, ne aperiatur via aduersùs Concilium Lateranense ad beneficia vacatura: glossa tamen *in c. deliberatione*, §. *prohibemus, verb. cuicumque, vers. puto tamen, de offic. Legati lib.* 6. declarat inferiores à Papa posse committere receptionem resignationis tantùm; qua recepta cùm beneficium vacat, posse committere collationem, quæ glossa est communiter recepta, illamque sequitur Ioan. Andr. Gemin. *n.* 6. & Franchin. 2. *in d. c. deliberatione*, Flam. *d. lib.* 7. *q.* 29. *n.* 2. quod est verius.

77. Quid dicendum de beneficiis vacantibus apud Sedem Apostolicam? Responde non posse Legatum de latere conferre beneficia vacantia in Curia, *glossa final. in cap.* 1. *de officio Legati in* 6. Gonzal. *de mensibus, glossa* 13 *num.* 40. Sunt enim reseruata, quæ Legatus de latere non potest conferre, etiamsi sint Cardinales, Gamb *in tract. de officio, & potestate Legati lib.* 3. *num.* 116. & expresè tradunt Crescentias

tius *decis.* 20. *num.* 5. *de præbendis.* Achilles *decis.* 1. *num.* 5. *in fine*, *de officio Ordinarij.* Etiam quando sunt in Prouincia propria, Vitalin. *in Clement.* 1. *num.* 67. *de rerum permutatione*, & tenet in specie Rota *in vna Regien. canonicatus* 17. *Nouemb.* 1595. coram Illustriss. Card. Pamphilio, Gonzal. *gloss.* 24. *num.* 21. *& sequenti, & num.* 44. Quòd si dicas Legatos de latere, vel Nuncios vigore suarum facultatum conferre beneficia vacantia in mense reseruato; poteris respondere illos non conferre tanquam Ordinarios, sed vt delegatos, ita respondet Rota *decis.* 148. incipit, *Eadem die, num.* 2. *lib.* 3. *p.* 3. *diuersor.* Gonzal *supra gloss.* 24. *n.* 45.

78. Quid dicendum de Legato à latere circa beneficia iuris patronatus secularis? Responde non posse derogari iuri seculari, teneríque perquirere consensum patroni: secus quando est Ecclesiasticum, Rebuff. *in praxi tit. de vnionibus num.* 28. Lambert. *in tract. de iure patron. lib.* 3. *quæst.* 6. *art.* 1. *num.* 4. *vers. & idem dicerem, art.* 2. *num penult.* Gambar. *de offic. Legati lib.* 5. *tit. de potest. ill us, qui ad vnionem benefic.* vbi volunt in vnione facienda necessarium esse consensum patroni secularis, sequitur Azor 2. *part. lib.* 6. *cap.* 28. *quæst.* 12. *ex cap. cùm dilectus, de iure patronatus, & ex cap. dilectus, de officio Legati*, Sanch. *in Decal. lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 169. secus si patronus sit Ecclesiasticus. Longè aliter quando ius patronatus est mixtum, partim seculare, & partim Ecclesiasticum in gratiam patroni laici, ne laici retrahantur à dotatione, vel à fundatione Ecclesiarum, Azor *d. quæst.* 12. & Gambar. *dict. lib.* 5. *vbi proximè*; additque Sanch. quando patronus est laicus non iure fundationis, vel dotationis Ecclesiæ, sed consuetudine, vel præscriptione, vel priuilegio posse à Legato de latere derogari huic patronatui, Augustinus Barbosa *in cap. cùm dilectus, de iure patronatus, in verb. nos igitur num.* 3. *& sequenti.*

79. Sequitur ex dictis ius patronatus laicale non cadere sub reseruationibus generalibus, glossa *verb. Collatio in cap.* 2. *de præbendis in* 6. vbi Franch. *num.* 8. fauet Concilium Tridentinum *sess.* 25. *c.* 9. *de reformatione, in principio.* Patronorum, inquit, iura tollere, piásque fidelium voluntates in eorum institutione violare, æquum non est, Gonzal. *de mensibus gloss.* 18. *num.* 2. *&* 3. *& num.* 18. *&* 19. Nomine autem iuris patronatus laicalis, venit ius patronatus clerici fundatum ex bonis sui patrimonij, Perez *l.* 2. *col.* 5. *vers. quod procedit*, *in fine tit.* 6. *lib.* 1. *ordinamenti pag.* 150. Cabedo *de patronatu Regiæ Coronæ cap.* 35. *num.* 3. Aloysius Riccius *in praxi rerum fori Eccles. resolut.* 152. *num.* 2. quia ius patronatus clerici procedens ex suo patrimonio æquipollet laicali, atque ita gaudet priuilegio patroni laici, qui intra quadrimestre ante Episcopi institutionem variare potest, & plures successiuè præsentare, quod non potest patronus Ecclesiasticus, vt dicitur *in cap. cùm autem, & in cap pastoralis, de iure patron.* Lambert. *part.* 2. *lib.* 2 *quæst.* 7. Flamin. *de resignat. lib.* 2. *quæst.* 23. *num.* 13. Garcia *de benefic. part.* 5. *cap.* 9. *num.* 211. Spino *in specul. gloss.* 4. *principali à num.* 73. Ceuall. *communium contra commun. quæst.* 265. *in principio*, & Gutierr. *de iuramento confirmatorio part.* 3. *cap.* 13. vbi non posse variare patronum Ecclesiasticum, sed laicum, quamuis sit clericus, & præsentat, vt laicus ratione sui patrimonij factus patronus, *cap. cùm dilectus, de iure patronatus*, Gutier. *d. cap.* 13. *num.* 12. Perez, Cabedo, Aloysius suprà scripti.

80. Sequitur secundò repugnante patrono laico, aut eo inconsulto non posse inferiorem Romano Pontif. siue sit Episcopus, siue Nuncius, siue Legatus, conferre Ecclesias patronatas laicorum, quamuis in litteris habeat licentiam, vt conferat Ecclesias patronatas, glossa *in cap. illud, de iure patronatus*, vbi Abbas *num* 8. declarat licentiam conferendi inuitis patronis, intelligendam esse de beneficiis pertinentibus ad ius patronatus Ecclesiasticum, non verò de laicis, vel etiam de clericis habentibus ius patronatus ratione sui patrimonij, per *glossam final in d. cap. cùm dilectus, de iure patron.* Cabedo *d. cap.* 35. *num.* 1. *&* 2. Quinimo nec Legatus Papæ poterit pensiones imponere super Ecclesia patronata laicorum, Anton. de Olibano *in commentar. de iure fisci cap.* 13. *num.* 35. Nec valebit collatio beneficij patronati facta à Summo Pontifice, tacito quòd sit de patronatu laicali, quia non solet fieri sine mentione patroni laici, glossa, & scribentes *in cap. per litteras, de præbendis*, Abbas *in d. cap cùm dilectus*, & in dubio nisi id declaret, non præsumitur velle conferre Ecclesiam patroni laici eo inconsulto. Contrà verò si id exprimat, benè potest repugnante patrono laico conferre Ecclesiam patronatam, vt tradit Felin. *in tract. Quando littera Apostolica, col.* 1. *vers. solutio*, & Archidiaconus *in cap hortamur in fine* 81. *dist.*

Quid si patronus laicus consentiat? Dicendum est posse Legatum conferre beneficium, quamuis Prælatus contradicat, Lap. *in cap. vnico, in fine, hoc titulo*, & Barb. *in d. cap. dilectus, ante medium, c.* 17. Probatur, quia etiam Episcopus potest conferre Ecclesiam iuris patronatus laicalis patrono inconsulto, si postea patronus expressè, vel tacitè consentiat, Lambert. *de iure patron.* 3. *part.* 2. *lib.* 2. *articulo* 8. *quæst. principal. num.* 3. Nec refert contradictio Prælati, vt *ibidem* notat Lambert. Aduerte tamen prouisionem, & collationem factam ab Ordinario de Ecclesia patronata durante quadrimestri, esse nullius momenti, Baldus *cons.* 17. *in* 2. *dub. vol.* 5. & Corne. *cons.* 47. *num.* 9. *vol.* 3. quos refert Campanil. *in diuersor. iuris canonici, rubrica* 11. *cap.* 13. *num.* 478. addens saltem irritari debere secundùm Paris. *cons.* 144. *num.* 5. *vol.* 4. Federicus *de rerum permutatione quæst.* 3. Felin. *in cap. cùm Bertoldus, de re iudicata col.* 5. *& in cap. cùm accessissent, num.* 19. *de constitut.* Couarr. *in practicis cap.* 36. *n.* 9. & alij, quos referens sequitur Spino *in suo speculo, glossa* 4. *principal.* ex *num.* 99. *vsque ad n.* 101. Atque ita censebitur collatio facta ab Ordinario reconualescere, non reclamante patrono intra quadrimestre, vel intra semestre. Ratio, quia cùm ea prouisio, seu collatio, vel institutio potuisset irritari intra illud tempus per patronum reclamantem, & agentem de contemptu, & patronus nihil contra egisset, sed tacuisset, censebitur expressè consensisse, Puteus *dec.* 412. *lib.* 1. Franc. Marc. *dec.* 493. *n.* 3. *p.* 2. iuxta regulam *in l.* 1. *C. de in integrum restit.* glossa *in l si ego, de negotiis gestis*, & Baldus *in Authen C de vsuris.*

Atque ita dicendum est institutionem, seu collationem factam ab Ordinario sine consensu patroni infra tempus datum ad præsentandum esse nullam ipso iure, dummodò patronus reclamet infra datum tempus ad præsentandum, aliàs tenebit Ordinarij prouisio, Cardin. *in Clementina* 1. *de supplenda negligentia Prælatorum numer.* 11. & alij, quos sequitur Garcia *de benefic. part.* 5. *cap.* 9. *num* 231. Ratio potissima huius nullitatis est in fauorem ipsius patroni, & ideo est nulla quando placuerit patrono quòd sit talis; argum. alienationis rei Ecclesiasticæ factæ sine solennitate, quæ est

81. 82. 83.

nulla, si Ecclesia voluerit, Sarmientus *de reditibus Ecclesiasticis part. 1. cap. 3. num. 20. & num. 21.* Nauarr. *in simili in summa cap. 13. num.* 104. Garcia *suprà dict. cap. 9. ex num. 240. vsque ad num.* 251. vbi firmat satis esse, vt sit nulla collatio, seu institutio, contradictionem patroni infra quadrimestre, vel semestre datum ad præsentandum. Confirmatur ex eo, quia vbi actus annullatur in gratiam vnius, & in odium alterius, subintelligitur conditio, si voluerit ille in cuius fauorem actus irritatur *l. filio præterito, cum glossa final. ff. de iniusto, rupto*, vt apparet in emphyteuta non soluente per biennium canonem, qui propterea cadit à iure suo, si domino placuerit, & declarauerit, per *legem 2. C. de iure emphyt.* Cumanus *cons.* 164. *col.* 3. Cassadorus *decis. 3. de locato num.* 5. & Bald. *in l. final. num. 4. C. de renocan. donat.* Sic in nostro casu institutio, seu collatio facta ab Episcopo est nulla in fauorem patroni, si ipse contradicat intra tempus legitimum.

84. Denique quid iuris, quando vacante Ecclesia laicis est ius nominandi Rectorem, & Collegio Canonicorum est ius præsentandi, nunquid ius patronatus est laicale, an Ecclesiasticum? Responde videri Ecclesiasticum ex doctrina Dominici *in cap. cùm in illis, §. si verò, de præbendis in 6.* dicentis, quando ius nominandi competit Plebano, & ius præsentandi Abbati, & est mandatum Apostolicum de prouidendo beneficio spectante ad præsentationem Plebani, non comprehendi tale beneficium, quia necesse erat exprimi Abbas tanquam præsentator, non verò Plebanus. Atque ita dicendum est ius patronatus iudicandum esse Ecclesiasticum, quando ius præsentandi competit clericis etiamsi ius nominandi sit penes laicos, & ex consequenti potest Legatus conferre beneficium in hoc casu inconsulto Collegio Canonicorum, & sine consensu laicorum, quoniam ius præsentandi penes clericos facit beneficium iuris patronatus Ecclesiastici, & ius nominandi nihil facere videtur, vt insinuatur *ex cap. cùm de terra, de elect. & ex c. nobis, de iure patron.* pro qua parte est, Ioann. Andr. *in d. cap. cùm in illis.*

85. Pars tamen contraria est verior, secundùm quam dicendum est, non posse conferre Legatum in hoc casu, quia Plebanus videtur patronus, & Abbas magis censetur procurator, quàm præsentator, sicque fuisse iudicatum, Collect. *in cap. 1. de regul. iuris in 6. versic. sed quid prior*, contra Ioann. Andr. *in Rota*, sequitur Gambar. *de officio Legati lib. 3. num.* 398. idem Collect. *in cap. cùm dilectus, in fine, de iure patron.* vbi ait, tale ius esse apud eos, qui nominant, non verò apud eos, qui præsentant, sed laici in hoc casu habent ius nominadi Rectorem & Canonicorum Collegium, quod est Ecclesiasticum, habet ius præsentandi; ergo Legatus potest conferre, confert glossa *in cap. Ad audientiam, de Eccles. ædif.* dicens actum præsentandi nominatos ab alio non esse liberum, nec voluntarium, sed necessarium, quod est contra naturam patronatus, quæ vult, vt Patronus habeat ius liberum præsentandi clericum idoneum, quem maluerit, *cap. piæ mentis, cap. filiis 16. quæst. 7. cap. quoniam, de iure patronatus.*

86. Quòd si replices in hoc casu partim ius esse penes Parochianos nominantes, & partim penes Collegium Canonicorum, quod habet ius præsentandi? Dici potest esse æqualiter apud vtramque partem, & ex consequenti mixtum ius esse, cùm laici nominant, vel eligunt, & Collegium cogitur præsentare à laicis electum, atque ita Legatus non potest conferre beneficia, quæ mixtim sunt de iure patronatus laicorum, & clericorum, Gambar. *lib. 3. de potest. Legati num.* 405. nisi Legato esset facultas derogandi in casu mixto. Vel quando Laicis est integrum nominare plures, & Collegium Ecclesiasticum teneretur vnum ex illis, quem eligeret, præsentare, in quo euentu censeretur ius præsentandi competere Collegio, seu Capitulo, quia non dicitur ablata eligendi libertas illis, qui ex certo genere debent eligere: imò id non solùm statuto, sed etiam consuetudine induci potest, Abbas *in d. cap. cùm de terra, col. final. de elect.* Gambar. *d. lib. 3. n.* 407.

Naturam non mutabit beneficium iuris patronatus Ecclesiastici, si laicus præsentet de consensu Ecclesiastici, vel si Ecclesiasticus præsentet de consensu laici, quia ius patronatus esse Ecclesiasticum, vel seculare iudicatur non ex qualitate, & conditione illius, qui consentit, sed ex qualitate illius, qui præsentat; quoniam consentiens nihil facit, *l. aliud, ff. de regul. iuris.* Imò quotiescumque ius patronatus veniat ad Ecclesiam, quamuis à secularibus initium habeat, censebitur deinceps Ecclesiasticum; *Clement. 2. de iure patron.* quoad effectum, vt derogetur. Similiter si laicus patronus ex fundatione, vel dotatione fiat Monachus, tale ius fiet Ecclesiasticum; quoniam per ingressum religionis, hoc est, per professionem omnia bona Monasterio fuerunt quæsita, *Auth. Ingressi, C. de sacros. Eccles.* & tradit Dominicus *in cap. 2. de præbendis lib. 6.* & Marian. *in repet. cap. de Monachis, de præbendis.* 87.

Durante tamen anno nouitiatus nouitios habens ius patronatus censetur patronus Laicus, & ex consequenti non poterit Legatus derogare, neque disponere de beneficio inconsulto patrono, quia Monachus intra annum probationis tanquã Laicus cēsendus est quoad suorum bonorum dispositionem, nec dicitur Monasterium ingressus is, qui nondum fecit professionem, Batt. *in Auth. si qua mulier, n. 20. C. de sacros. Eccles.* vbi Scribentes, Molin. *de primog. lib. 2. cap. 9. num.* 53. Vera enim receptio ad Monasterium intelligitur de ea, quæ fit per professionem; id namque est potissimum receptionis significatum, Surd. *decis.* 103. *num.* 3. Bero. *cons. 28. num. 1. & 12. vol. 1.* vbi ait conditionem ingressus Religionis non verificari nisi tempore professionis. Sequitur Clarus § *testamentum quæst. 28. num.* 6. dum ait impropium vocari ingressum in Religionem, qui fit ante professionem. Riminal. *cons. 477. ex n. 9. & sequentibus*, Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. glossa 8. num. 34. cum sequentibus*: ergo si nouitius præsentet durante tempore nouitiatus non potest Legatus de latere eo inconsulto derogare, secus post professionem, quia ius patron. fit Ecclesiasticum. per *d. Clement. 2. de iure patron.* tunc enim potest Legatus derogare & conferre. 88. 89.

Ad effectum etiam derogandi per Legatum de latere quæri potest, an sit iudicandum ius patron. seculare quando Episcopus ex donatione fidelium obtinuit Ducatum, & in illo exercet iura meri, ac mixti Imperij tanquam dominus temporalis, & ius patron. habet? Responde esse Ecclesiasticum, quia competit Episcopo in quantum Episcopus, eo quia cùm sit Prælatus Ecclesiæ, censetur administrator omnium, quæ sunt vnita, & annexa eidem Ecclesiæ; ergo est Ecclesiasticum, quamuis ortum habuerit à secularibus. 90.

Sicut

Sicut dicitur causas laicorum vocati posse Ecclesiasticas etiamquando sunt de rebus prophanis quando subiiciuntur temporali dominio Ecclesiæ. Gambar. *de offic. & potest. Legati, lib. 3. n. 420. & sequentib.* vbi concludit quando Ducatus est Ecclesiæ, ius patronatus esse Ducatus ipsius: igitur ius patronatus est Ecclesiæ. *l. de accessionibus, ff. de diuer. & temp. præscript.* confert quòd in terris Ecclesiæ omnes causæ laicorum dicuntur pertinere ad Ecclesiasticum forum. *cap. conquestum, cap. licet, de foro competenti*, vbi in septem carminibus coucluduntur causæ ad forum Eccesiasticum pertinentes, de quibus Gambar. *suprà lib.* 8. *num.* 155. cùm igitur ius patronatus Ducatus habeat causam à Ducatu, qui est Ecclesiæ ex largitione fidelium: non est dubium transiisse in Ecclesiasticum.

91. Petes, in quibus casibus nihil possit Legatus circa collationes beneficiorum? In primis non potest Legatus conferre vnum beneficium duobus ea lege, ac condirione, vt si primus non consentiat, secundus illud habeat. Ratio, quia beneficium debet conferri simpliciter, & purè, Abbas *in cap. tua, de præbend.* & scribentes *in cap. 2. de elect. in 6.* Poterit tamen conferre beneficium sub conditione, quæ à iure tacitè subintelligitur, qualis est dare beneficium alicui, si reliquerit quod habet, Collect. *in cap. significasti, de elect. cap. item condiuione si beneficium vacet*, Hostiens. *in cap. ad Audientiam, de rescriptis*, Lapus *allegat. 6.* Similiter non potest conferre beneficium alicui, qui aliud beneficium habebat, de quo nullam mentionem fecit, nec valet collatio talis beneficij, Cucch. *de Legatis Apostolicis, lib. 2. tit. 5. num.* 150. quamuis Ordinarij alij gaudentes beneficio conferendi, possint conferre beueficium habenti alterum; quamuis nulla de eo fiat mentio, *Clementina final. de officio Ordin.* Ratio, quia Ordinarius præsumitur scire de beneficio iam habito à suo subdito, & conferendo alterum præsumitur voluisse, vt possideat vtrunque in casibus permissis. Legatus autem ignorare creditur. Item Legati potestas tamquam odiosa, & Ordinariis præiudicans, arctanda est, *glossa vlt. in Clement. vltima, de officio Ordinarij*, Dec. *in cons.* 128. & Ordinarij potestas intelligitur cum fauure, Cucch. *num.* 153. eodem modo non est integrum Legaro conferre beneficia ad tempus, *cap. præsens, dist.* 50. cùm beneficia debeant esse perpetua; & ad tempus conferre solius Romani Pontificis est. *cap. pastoralis* 11. *quæst.* 7.

92. Secundò non potest Legatus conferre beneficia manualia ex eodem fundamento, quia non sunt propriè beneficia, cùm non sint perpetua, sed ad nutum superioris possunt auferri, & possidentes retinent ea vti custodes, non vti beneficiarij iure tituli, ita Gambar. *lib. 4. de potest. Legati, in reseruando beneficia, num.* 9. Nec perpetuum debet iudicari beneficium, quod de facili remoueri potest. Nihilominus dicendum est manualia esse beneficia propriè, quia non dantur ad certum tempus, & possunt esse perpetua, si non adimantur, vt in specie tradit Rebuff. *de nominandis, quæst. 9. num.* 27. Bonifac. de Vital. *in Clement.* 1. §. *in quibus num 3. de supplen. Prælat. negl.* Flamin. *de resignat. lib.* 11. *quæst. 3. num.* 91. vbi loquitur de benefic. regul. quòd possunt esse perpetua, eo quòd Prælatus forsan non remouebit eorum possessores, & *de confidentiis, quæst. 18. num.* 16. & 18. comprehenduntur que sub constitutione Pij Quarti, & Pij Quinti, nec requiritur, vt sit de essentia beneficij, quòd sit perpetuum actu, sed satis est, quòd sit perpetuum aptitudine, quale est beneficium manuale, Garcia *de benefic.* 1. *part. cap.* 2. §. 1. *ex num.* 56. *vsque ad num.* 80. vbi probat tam beneficia regularia, quæ de se sunt manualia, quàm beneficia secularia, quæ de sui natura sunt perpetua, & ex constitutione possunt fieri temporalia, esse verè beneficia. ex quibus sequitur Legato integrum esse conferre beneficia manualia.

93. Tertiò non potest Legatus Apostolicus Vrbis etiam Cardinalis factus Romano Pontifice absente conferre beneficia sine speciali mandato, ex eo, quia quamuis Pontifex sit ordinarius pastor totius mundi, & vbique habeat iurisdictionem, Hostiens. *in cap. cùm dilecti filij, num. 5. de foro competente, & in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 1. vt lite non contest. & in cap. cùm in Ecclesia, n. 4. de appellat.* & sit Episcopus vniuersalis Ecclesiæ Cardinal. Alex. *in cap. suspectus, & in cap. sicut, num.* 3. 2. *quæst* 1. & *in cap. cùm redemptor* 12. *quæst.* 2. Flamin. *de resignat. lib. 8. quæst. 7. num. 4 & sequenti*: est tamen specialis Episcopus Vrbis, *cap. si quis Episcopus. 7. quæst. 1. & cap. si quis Episcopus 2. quæst. 7.* Vnde sicut Episcopus non censetur concedere Vicariu suo generali potestatem conferendi beneficia, *cap. 1. & 2. de officio Vicarij, in 6.* Eodem modo, si Romanus Pontifex constituat in Vrbe Legatum tantummodo, non dicitur concedere illi potestatem conferendi beneficia. Iuuat beneficia omnia vacantia Vrbe esse generaliter reseruata Sommo Pontifici, *cap. 2. de præbendis, in 6.* vbi Ioann. Monach. Archidiacon. & Geminian. id volunt, text. *in cap. præsenti, de præbendis*, etiam *in 6.* Flamin. *supra lib. 2. quæst. 16. n.* 18. Gambar. *de potest. Legati in beneficiis conferendis, lib. 3. num. 706. & sequentib.* Azor. *part. 2. lib. 5. c.* 28. *vers. vigesimoprimò quæritur.*

94. Quartò Legati de latere non possunt concedere regressus, Gambar. *in tractat. de potestat. Legati, lib. 6 de pensionibus, numer.* 195. Nam quamuis resignanti vltra pensionem, & fructus possit concedi regressus, vt tradit cum communi Flamin. *de resignat. lib. 6. quæst. 3. in principio.* Attamen hodie Papa duntaxat concedit regressus, & sunt introducti ex plenaria illius potestate, qua vtitur in beneficialibus, Rebuff. *in praxi titul. de regressibus, colum. 2. vers. verùm vt ad rem veniam.* Idcirco Legato de latere non de facili permittitur concessio regressus, nisi ex litteris Apostolicis aliud appareat. Sunt enim reuocati regressus à Concilio Tridentino sub Pio IV. *sess. 25. cap. 7. de reformat.* incipit, *Cùm in beneficiis*, Azor. 2. *part. lib. 9. cap.* 21. *colum.* 883. & Flamin. *suprà dict. lib. 6. quæst. 5. num.* 96. eos etiam reuocauit Leo X. per suam regulam 5. præterquam ex causa onerosa, vt testatur Puteus *decis.* 374. *num. 2. lib.* 1. Idem Pius IV. *in constitut. sua in ordine* 36. quæ incipit, *Ad Romani Pontificis, anno* 3. vbi regressus, & accessus Cardinalibus datos ad plures Ecclesias Cathedrales, & Metropolitanas excepta vnica tantùm Ecclesia, ad quam possent regressus habere, & vnum tantùm retinere habentes ad plures, postea verò Pius Quintus per constitutionem 136. Romani Pontificis prouidentia reuocauit omnes regressus, accessus, & ingressus sub quibuscumque formis, & quibuscumque personis, & quomodocumque concessis.

cuius conſtitutionis meminit Flamin. *d. num.* 96. *& ſequentibus*, refertque rationes cur prohibeantur regreſſus. Ex quibus omnibus conſtat regreſſus tantùm à Papa hodie poſſe concedi, vt etiam firmat Mandoſ. *tit. regreſſus. col. 7. verſ. non tamen. tract. de ſignat. gratia*, & Redoan. *de ſimonia, part.* 2. *c.* 18. cùm cenſeatur dominus beneficiorum.

95. Non tamen ſublati ſunt regreſſus, qui ob non ſolutionem penſionis conceduntur, & hi, qui reperti ſunt à iure, quia adhuc ſubſiſtunt, quorum fit mentio *in cap. ſi beneficia, de præbendis lib.* 6. ibi, *Ad beneficia ſua priora liberè reuertantur.* Non tamen vbicumque, & quando non ſoluitur penſio poſt certum tempus, eſt locus regreſſui reſignanti, ſed neceſſaria eſt ſententia, quæ id declaret, ex traditis ab Abbate *in cap. cùm Bertoldus, de re iudicata*, & ab ſcribentibus *in cap. potuit, de locate.* Peregrin. *deciſ.* 264. *lib.* 3. vbi etiam refert fuiſſe deciſum in vna Segouienſe Penſionis Flamin. *de reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 3. *num.* 7. *& lib.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 140. vtrobique ſubdens requiri ſententiam iudicis, qui non debet canonizare hunc regreſſum reſeruatum propter penſionem non ſolutam, niſi fiat priùs citatio principali, & litterarum intimatio, nec ſufficit notitia, quia priuatio eſt odioſa.

96. Porrò ſi reſignatarius non ſoluat reſignanti penſionem poſt lapſum tempus poſitum in litteris, & poſtquam penſionarius declarauerit ſe velle vti regreſſu, ſi poſtea recipiat penſionem, cenſetur renunciaſſe regreſſui, ita Caſſador. *deciſ.* 2. *num.* 3. *verſ. patet locus.* Gambar. *de auctoritate Legati tit. de penſ. num.* 488. ſicut ſi dominus recipiat canonem temporis præteriti, cenſetur remiſſa caducitas per ea, quæ tradunt communiter ſcribentes *in l.* 2. *C. de iure emphyt.* & eſt communis, teſte Gigant. *de penſ. quæſt.* 73. Clarus *lib.* 5. §. *Emphyteuſis quæſt.* 10. *verſ. ſed hic occurrit, in fine*, quod habet locum in vtraque emphyteuſi tam Eccleſiaſtica, quàm priuata, vel ſeculari, Ruin. *conſil.* 70. *numer.* 14. *lib.* 5. Decius *conſ.* 329. *num.* 3. & Alex. *conſ.* 105. *num.* 15. *lib.* 3.

97. Niſi recipiendo penſionem præteritam penſionarius proteſtatus fuerit: tunc enim non cenſetur remiſiſſe regreſſum, Caſſador. *deciſ.* 2. *num.* 3. *loc. & in ſimili*, Clarus §. *Emphyteuſis quæſt.* 10. *col.* 2. Flamin. *lib.* 6. *quæſt.* 3. *num.* 31. *& ſequenti*, & Gambar. *de penſionibus lib.* 6. *num.* 482. vbi *num ſequent.* agit quando recipiendo penſionem abſque proteſtatione non renunciet regreſſui, puta quando penſionarius agit in iudicio ſuper penſione, & ſuper regreſſu, & iudex pronunciet ſuper vtroque, aut ſuper altero, quod idem eſt, cùm vnum veniat in conſequentiam alterius: tunc ſi recipiat penſionem, etiam ſine proteſtatione, non priuatur regreſſu, Gambar. *ibi.*

De reliquis, quæ ſubſunt iuriſdictioni Legatorum circa materiam beneficialem.

§. IV.

98. *Legatus de latere poteſt diſpenſare cum Religioſis in quibus Prælatus eorum poteſt, non tamen poteſt illos efficere capaces delegationis ad litteras Pontificias exequendas.*

99. *Superior Prælato inferior non poteſt eſſe Delegatus Papæ, ſecus de Priori Conuentuali.*

100. *Legatus non poteſt concedere, vt res Eccleſiaſticæ alienentur.*

101. 102. *Legatus non poteſt ſupprimere beneficia, nec minuere, nec augere in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, & cur?*

103. *Legatus, & ordinarius poſſunt conferre beneficia, & datur locus præuentioni.*

104. *Legatus non poteſt conferre beneficia, quæ ſunt de collatione Cardinalium.*

105. 106. *Legatus ex cauſa poteſt erigere Eccleſias, & beneficia, de nouo creare, non tamen Epiſcopatum niſi in partibus remotiſſimis.*

107. *Coadiutores an poſſint concedi à Legato in perpetuum.*
& an poſſint dari Epiſcopis n. 108.

109. *Coadiutor à quibus ſit alendus, & an debeat reſidere.*

110. *Parochus habens vicarium perpetuum, an teneatur reſidere.*

111. 112. *Coadiutores cum futura ſucceſſione non poſſunt poni à Legato, poſſuntque renunciare ſine conſenſu Coadiuti, & tales Coadiutoriæ hodie ſunt prohibitæ.*

113. 114. 115. *Epiſcopo ſolus Papa dare adiutorem poteſt, & quæ poſſit talis Coadiutor?*

116. *Coadiutores in quo loco debent ſedere, & quæ habens priuilegia.*
& quid de Coadiutore alicuius dignitatis habentis certam ſedem, & locum in Choro? n. 117.

118. *Coadiutores an habeant dies recreationis, ſicut cæteri canonici.*

119. 120. 121. 122. *Coadiutores ad quid teneantur, ſi non inſeruiant, nec interſint diuinis, & quid quando coadiutus eſt excommunicatus.*

123. *Coadiutor an poſſit ordinari ad titulum coadiutoriæ, & debeat recitare officium diuinum?*

124. *Excommunicatus ſecundùm aliquos non priuatur ipſo iure fructibus beneficij, ſed oppoſitum eſt certum: ſecus ſi fuerit ſuſpenſus ab officio.*

125. *Excommunicatus an lucretur fructus, vbi pœnitet, & procurat abſolutionem.*

126. *Coadiutor in minoribus, an gaudeat priuilegio fori, & an teneatur vti veſte clericali.*

127. 128. 129. *Coadiutores an ſint viſitandi ab Epiſcopo, ſicut Canonici cum adiunctis?*

CVm ea, quæ materiæ beneficiali competunt, ſint ſatis diffuſa, neque in pauciora poſſint redigi abſque confuſione, perſtringam, quæ ad hanc materiam pertinent, confuſa tamen, & ordine non ſeruato, vt paucis abſoluam, quæ poteſtati Legatorum ſubiiciuntur. Poteſt ergo Legatus à latere diſpenſare cum Religioſis in Clauſtro degentibus in omnibus, in quibus Prælatus eorum poteſt, exceptis tribus regulæ ſubſtantialibus: itemque eorum regulas relaxare, Specul. *in tit. de Legato* §. *ſunt quoque.* Gomez *in hoc tract. quæſt.* 14. *num.* 45. Cucch. *inſtit. maior. lib.* 2. *de Legat. Apoſtol tit.* 5. *n.* 105. 98.

Non poterit tamen Legatus Pontificis facere Religioſos ſimplices capaces delegationis ad litteras Pontificias exequendas. Ratio, quia non poteſt diſpenſare in lege Pontificia, quæ hoc prohibet, vt vult *gloſſa fin. in Clem.* 2. *de reſcriptis*, Abbas *ibi ad finem*, Imola *num.* 35. & Bonifac. *n.* 45. Nomine Religioſi ſimplicis eſt ille, qui non eſt

Prælatus

Prælatus maior in Monasterio: is autem non potest esse delegatus litterarum Pontificis, aut eius Legati, nisi ex certa scientia à Pontifice deputetur *c. statutum, in principio, de rescriptis in 6.* per quod decernitur non posse litteras Pontificias, vel litteras Legati executioni mandari nisi à persona in dignitate constituta. patet ex *Clement. 2. de rescriptis*, & volunt, *glossa citata ibi*, Imola *suprà d. num. 35.*

99. Quin etiam superior Monasterij, qui in eo habet alium superiorem, non potest esse delegatus, quia non est in dignitate constitutus, vt videre est *in d. Clement. 2. de rescriptis*, dicente superiorem claustralem, cùm non sit principalis superior, sed præficitur tantùm Claustro, non posse esse delegatum: secus de Priori Conuentuali, Abbas *n. 6.* & Anchar *num. 9. in d. Clementina*, Syluest. *verb. delegatus quæst. 2. num. 3.* & Rosell. *eodem verbo n. 11.* quare non potest Legatus facere Religiosos simplices capaces huius delegationis; superiores verò maiores Monasterij, qui in illo non habent alium superiorem, maximè cùm sint in dignitate constituti, *cap. nisi essent, de prebendis*, & habeant præeminentiam, & iurisdictionem, in suo Conuentu in vtroque foro, ita Abbas *in c. cùm olim, statim in principio, de maior. & obed.* Fellin. *ibi num. 1. & in cap. insuper, infra principium, de testibus*, Ronsell. *verb. delegare num. 11.* Angel *verb. delegatus num. 3.* Syluest. *ibi quæst. 2. num. 3. & verb. Religio 6. quæst. 11.*

100. Quæstin esse potest, an Legatus possit interponere suam auctoritatem alienationi rerum Ecclesiasticarum? Responde non posse, præsertim quando Prælatus iureiurando promisisset res Ecclesiasticas inconsulto Romano Pontifice non alienare: imò hodie alienationes proptiis constitutionibus à Summo Pontifice latis sunt interdictæ, pœnis etiam propositis contra alienantes, *Extrauag. cum detestabile, de simon. & Extrauag. Ambitiosæ de rebus Ecclesiæ non alien.* Gondisal. *de auctoritate Legati quæst. 12. num. 8. & 9.* Cucch. *eodem tit. de Legatis Apostolicis n. 118. & 145.* Gambat. *de potest. Legati verb. de dismembratione lib. 5. à num. 26. vsque ad num. 31.* vbi ait quòd quando necessitas vrgeret in alienando, & Pontifex non posset consuli, valere alienationem auctorizatam à Legato, imò & ab Episcopo, vt tenet etiam Cardin. *in Clement. 1. de reb. Eccles. non alien.* glossa *in cap. placuit 12. quæst. 2.* quam resolutionem probat Gondisal. *vbi suprà quæst. 11. num. 8. & 9.* ex Speculat. *in tit. de Legato §. consequenter, vers. cæterum*, vbi excusant alienantes à pœnis quando fortè alienatio propter celeritatem fuerit auctorizata à Legato, quod colligitur ex traditis à Ioanne Andr. *in cap. 2. de feud.* Cucch. *suprà num. 120.*

101. Quid de potestate Legati ad beneficia supprimenda? Responde de consensu Capituli posse supprimere dignitates in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, & minuere aliquas, vel etiam augere numerum Canonicorum: ex ea ratione, quia hoc potest Episcopus; ex *cap. cùm accessissent, de constit.* & Oldrad. *consil. 182.* Speculator *in tit. de dispens. Episcopi vers. 121.* Ergo si Episcopus potest vnire Ecclesias, & auferre bona vnius, & indulgere alteri, supprimereque dignitates de consensu Capituli, vt vult etiam Abbas *in cap. vnico, ad finem, vt Ecclesiast. benefic.* non est dubium posse id Legatum ex causa. Debet tamen Episcopus seruare solennitatem quando aufert vni Ecclesiæ bona, & alteri concedit, Abbas *in cap. 1. de rebus Ecclesiæ non alienandis.*

Nec refert ex hoc facto Legati creari præiudicium Episcopis, quia respondetur Legatum non posse præiudicare Ordinariis de alio præiudicio, quàm de præiudicio collationis; eo quia hoc præiudicium non venit in considerationem, vt probatur *in cap. 2. de religiosis domibus*, & Legatus quotidie præiudicat Ordinariis conferendo, & reseruando; non tamen propriè dicitur præiudicare, qui vtitur iure suo. Gambar. *de potest. Legati in vniendo, lib. 5. num. 47. & sequenti*, quia in sua Prouincia Legatus concurrit, sicut & Papa in conferendo beneficia cum quolibet Ordinario, & inter illos datur locus præuentioni, *cap. si à Sede Apostolica, de prebendis, in 6. & ibi glossa 1. & glossa final. in c. 1. de officio Legati in 6.* & *ibi* Franch. *num. 8.* etiam in mensibus Ordinario concessis, Gomes. *de expectatiuis num. 16.* Azor. *2. part. lib. 5. cap. 28. §. vltimo.* Ita vt si Ordinarius loci præueniat conferendo, teneat collatio: quòd si Legatus priùs conferat, vim habeat collatio facta ab eo; nisi Ordinarius loci priuilegium habeat, vt nullus possit conferre beneficium in mensibus sibi concessis, Gambat. *d. lib. 3. suprà n. 77. & sequenti, vers. ad contraria*, & Franc. Marq. *1. part. decis. 159. n. 2. fol. 54.* vbi fatetur Legatum de latere præuenire posse Ordinarios in conferendo; secus tamen in causarum cognitione: sed an Legatus hoc possit omisso medio in causa ad forum Ecclesiasticum, dicemus *§. sequenti*, cùm egerimus de potestate Legati in iudicialibus. 102.

Legatus tamen de latere non potest conferre beneficia, quæ sunt de collatione Eminentissimorum Cardinalium, qui vt plurimum gaudent indulto, vt nullus se possit ingerere in collatione, præsentatione, institutione, vel quocumque alia prouisione beneficiorum ad illos spectantium: est communis, Gambar. *d. lib. 3, num. 211. & sequenti*; nisi id expressum habeat in litteris Pontificiis: vbi Legatis potestas datur, vt quæcunque, & quotcumque, & qualiacumque beneficia habentibus idoneis personis conferre possint quæ verba quamuis sint amplissima, non derogant indulto Eminentissimorum Cardinalium, quoniam disputatio generalis non ligat Cardinales, secundùm Io. Mon. *in cap. 1. de schism. in 6. nisi exprimantur.* 103. 104.

Poterit autem Legatus erigere Ecclesias, & beneficia de nouo creare ex causa, quia non repetitur hoc reseruatum Pontifici, & redundat aliàs in honorem cultus diuini, facit *cap. final. de rescriptis.* Neque hoc reperitur ademptum Episcopo, Quin etiam potest Legatus erigere Ecclesiam subditam Conuentui Religiosorum extra suam Prouinciam sito in Conuentualem, dummodo Ecclesia erecta sit suæ Prouinciæ, quia est Episcopus exemptorum. Cuch *lib. 1. inst. maior de priuil. tit. 6. num. 37.* Gambat. *de potest. Legati in erigendo lib. 5. num. 5.* Franch Marq. *1. part. decis. 344. n. 1. fol. 126. ex cap. si Abbatem, de elect. lib. 6. & ex cap. 1. de verbor. signif. eodem libro*, & ex glossa & Doctoribus *in cap. 1 de officio Legati*, ex quibus specialiter conceditur Legato de latere hodie iurisdictio super exemptos. Cùm ergo Legatus de latere in Prouincia sibi decreta cum omni Ordinario immediatè concurrat, *cap. 2. de offic. Legati, lib. 6.* & sit Ordinarius in illa, possitque omnia, quæ potest Episcopus, multo fortiùs manet Ordinarius in exemptos specialis, quo ad erectionem Ecclesiæ 105.

Religiosorum in Conuentualem, cùm sit eorum Ordinarius, & possit omnia, quæ sibi Pontifex non reseruat, quia vices eius gerit. *cap.cum venerabilis, de consuetudine, cap.1.de offic. Legati*, Speculat.*in §. nunc ostendendum, vers. Legatus, de Legato*, Germon.*tract.de indult.Cardinalium §. Nos itaque num 29.*

106. Ex dictis assurgit nodus non vulgaris, an Legatus de latere possit erigere Episcopatum. Pars negans ex eo probatur, quia non potest esse tanta necessitas in erigendo, vt intercludatur aditus ad Summum Pontificem. Cùm igitur Pontifex possit consuli, non est ratio ob quam hæc potestas erigendi tribuatur Legato. Pars affirmans posse erigi Episcopatum à Legato, ex eo potest defendi, quia Legatus potest omnia etiam quando sunt ex maioribus, quæ in specie non sunt reseruata, vt dicitur *in cap. si Abbatem, & in glossa ibi, de elect. in 6.* sed erigere hanc dignitatem non est specialiter reseruatum Pontifici: ergo integrum erit Legato eam erigere in partibus saltem remotissimis, à quibus non tam facilè potest consuli Summus Pontifex, & plebs ipsa id postulat à Legato habente amplissima priuilegia ad dispensandum in negotiis, & casibus Papæ reseruatis. Ex his duabus partibus affirmatiua placet Hostiensi, vt refert Gambar. *d.lib.5.de potest. Legati in erigendo, num. 23. & sequenti*, vbi ait posse admitti in partibus à quibus non potest tam facilè Papa consuli: secus si potest adiri, & consuli.

107. Ambigi etiam potest de potestate Legati circa Coadiutores in beneficiis deputandos? Responde in primis hos Coadiutores non posse concedi à Legato perpetuos, sed temporales, proinde eorum officium morte ipsius cui dati fuerunt extinguitur, per not.*in cap.grande, de supplenda negligentia Prælatorum in 6.* Eos etiam possunt Episcopi deputare quando Rectores præ senio, vel morbu facti sunt inutiles, nec possunt ministrare, data ex reditibus cõgrua portione Coadiutori exercenti suum officium. Quod etiam decretum est à Concilio Tridentino *sess. 21. de reformat. cap 6.* vbi illiteratis, & imperitis Parochialium Rectoribus præcipit deputari ab Episcopis Coadiutores, aut Vicarios cum portione fructuum sufficienti. Ex vi autem huius decreti non possunt Episcopi constituere in Parochialibus Vicarios perpetuos, nec Parochi habentes Coadiutores possunt abesse à residentia. Sic sacra Congregatio, teste August. Barbos. *in remissionibus ad Concil. Trid. d. cap.6. &* Garcia 4.*part.cap. 5.n.7.&* 8. Dubitatur tamen Coadiutor perpetuus per Episcopum, vel Legatum infirmo consentienti, cui infirmo per Episcopum constituentur alimenta ex bonis beneficij. Abbas *in c tua nos, in fine, de clerico ægrotante.* Gambar. *de potest. Legati, tit. de coadiutoribus lib.5.num. 15.*

108. Episcopis non potest dari Coadiutor nisi à solo Papa, vt *in cap. vnico. §. si autem de clerico ægrotante lib.6.* Cardinal. Iacob *de Conc. lib.4.art. 3. num.16.* Archidiacon.*in cap scripsit. num.1.* Abbas *in cap final.num 5. de clerico ægrotante*, Gambar. *d. tit.de coadiutoribus, num.5.* quia dari Coadiutorem Episcopo, est de maioribus, & soli Papæ reseruatur, sequitur Gonzal *de mensibus, glossa 5. §. 9. num.3.* Aliis autem inferioribus possunt Coadiutores constitui à Legatis, Nunciis, & Episcopis, ex eo, quia, qui potest instituere, & destituere, multo meliùs poterit collocare Coadiutores. Io. Andr.*in d.cap.vnico, & in cap.final.num.7.* per textum *ibi, & in cap.3. de clerico ægrotante*, Butrius *ibi num. 10.* Gambar. *supra num 5.*

Quæstionis tamen erit, vnde nam detrahenda sint alimenta Coadiutori, si fortè reditus Ecclesiæ non sufficiant beneficiariu ægrotãti, & Coadiutori? Dic inprimis portionem Coadiutori auctoritate Episcopali assignandam, deducendam esse ex ipsis Ecclesiæ facultatibus, Azot. *part. 2. lib.3.cap.2.quæst.9.* Aloys. Ricci. *in praxi rerum fori Ecclesi.decis.564.in prima edit.* aliàs *resol.494.n. 11. in 2. edit.* Dic secundò quando reditus Ecclesiæ non sufficiunt ad alendum Coadiutorem, & beneficiarium infirmum, alendum esse potius Coadiutorem, quàm beneficiatium, ita Azor *suprà d. quæst.9.* Non tamen puto bene pronunciatum. Idcirco priùs ministranda sunt alimenta Patocho ægrotanti, & postea in subsidium Parochiani ad alendum Coadiutorem concurrere teneantur. Aloys. *suprà d.num.11.in 2. edit.* quem referens sequitur August. Barbos. *de officio, & potest. Episcopi, allegat. 63.num.vlt. vers. sed melius.* Dic tertiò nullum clericum propter morbum priuandum esse beneficio, sed Coadiutore iuuandum, iuxta Concilium Tridentinum *sess.21.cap.6.* & deducitur ex eodem Concilio *sess. 25. de reformat. cap.7. vers. quod si docent*, & probat text. *in c. de Rectoribus, cap.ex parte, & cap.final.de clerico ægrotante.* Bald.tamen *in l. post susceptum, ff. de excusat. tutorum*, quatenus opinatur Clericum ægrotum esse priuandum suo beneficio, non est audiendus. Nec obest textus *in cap.tua nos, de Clerico ægrotante*, vbi dicitur quòd debeat remoueri ab officio administrationis ægrotus, quia intelligitur, quòd remoueatur ab exercitio, vt intelligit glossa ibi, *verb. administrationis*, quam probant Abbas *num.4.* & Nauar. *cons.1.tit.de clerico ægrotante.*

Illud etiam pro onere residendi constat Coadiutorem Rectoris Parochialis auctoritate Apostolica constitutum teneri ad personalem residentiam, sicut Rector ipse, vt censuit Congregatio sacra super explicatione *c.1. sess. 23.* vt notat Gonzalez *gloss.5.§.9. num.17.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiastici, decis.564 in 1. edit.* aliàs *resol.494.num.14.in 2.edit.* & iterum *decis.502.in 1. edit.* alias *resol. 393. ampliatione 5.* Campanil. *in diuersorio iuris Canonici rubr.7.cap.6.num. 104.* Galet.*in Margarita casuum conscientiæ verb. residentia*, & Armendar.*in addit.ad recopil.legum Nauarr. lib.2.tit.13.de residem.num.171.* Secus dicendum est de habente Parochialem, in qua auctoritate Apostolica habet vicarium perpetuum legitimè institutum: is enim dum viuit etiam non impeditus morbo residere non tenetur, vt Sacra Congregatio declarauit per hæc verba. *Habens Parochialem, in qua Vicarium perpetuum legitimè institui obtinuit, eo viuente residere non tenetur.* Gonzal. *de mensibus, glossa 6.num.99.ad finem.* Ratio, quia Vicarius perpetuus est Rector curæ animarum, quamuis propriè non sit Rector Ecclesiæ. Vitalinus *in Clement. 1. de officio Vicarij.* Et cura actualis Rectori adimitur, & traditur Vicario perpetuo, Nauar.*cons.21.num.7. de clericis non residentibus*, secundùm editionem Romanam: vbi addit *num.8.* curam in habitu residere penes Rectorem Ecclesiæ; actu verò penes Vicarium perpetuum, & ideo iste, & non ille residere tenetur. Quinimo Azor. 2.*part.lib.3.cap 6.* subdit posito Vicario perpetuo in Parochiali auctoritate Canonica, nec ipsum Episcopum posse remouere illum, neque illi administrationem adimere, nisi iustis de causis

sis condemnetur. Est enim cura animarum penes vicarium; atque ita Rector Sacramenta conferre nec debet, nec potest, Azor *supra, fol. 266. §. secundò quaeritur, vers. quaeras aliquis.*

111. Quid de Coadiutoribus, qui hisce temporibus conceduntur ad petitionem cum successione? Responde Legatum de latere nihil posse, Gambar. *tit. de Coadiutoribus, lib. 5. num. 3.* vbi carpit tales Coadiutores non esse Coadiurores, sed hæredes plerunque Coadiuti, cùm sint pueri, qui non solùm puerili præ ætate Coadiutore, sed etiam pædagogo egent, & quòd sub isto colore intrar fœda successio in Ecclesiam Dei. Sic ille, qnod etiam flet Gonzal. tacitè *de mensibus glossa 5. §. 9. num. 40.* & arguit Mandos. *in regul. 32. quaest. 30. num. 1.* Posse autem Coadiutorem cedere Coadiutoriæ etiam inuiro Coadinto, & repugnante, negat Garcia *de benefic. 4. p. cap. 5. num. 124.* nisi auctoritate Papæ: Coadiuto autem consentiente auctoritate Ordinarij. At verò futuræ successioni cùm sit in fauorem Coadiutoris bene potest Coadiutor renuntiare sine auctoritate Superioris, & sine consensu Coadiuti, sicut potest qnis renuntiare litteris ad beneficia expediris, & iuri ad rem sine superioris auctoritate, vt *in cap. ad Audientiam 2. de rescriptis, & cap. sanè, de renunciatione,* glossa, & scribentes *cap. si electio, de electione, in 6.* Nauarr. *in c. si quando, de rescriptis, exceptione 6. num. 3.* & Flaminius *de resignat.* post plures *lib. 7. quaest. 1. ex num. 74. ad num. 99. & lib. 2. quaest. 23. num. 17.* Garcia *suprà dict. cap. 5. num. 125. & part. 11. cap. 3. num. 247.*

112. Attamen quamuis tales Coadiurores cum futura successione interdicantur à Concilio Tridentino *sess. 25. cap. 7. de reformat.* vt nemini in quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis permittantur, nisi priùs causa diligenter à Romano Pontifice sit cognita, vt ibi videre est. Hodie tamen post Concilium Tridentinum passim conceduntur à Sede Apostolica tales Coadiutoriæ perpetuæ cum futura successione, dummodo offerantur litteræ commendatitiæ Episcoporum per modum Epistolæ missæ, asserentes Ecclesiæ futuram successionem Coadiutoriæ vtilem esse. Quòd si petatur Coadiutoria ad aliquam præbendam in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, de stylo sufficiunt litteræ missiuæ, vel Epistola maioris saltem partis Capituli. Raro tamen ad beneficia curata conceduntur, Gonzal. *gloss. 5. §. 9. n. 147. & sequenti.*

113. Diximus præter Papam neminem posse dare Coadiutorem Episcopo, *cap. 1. de elect. in 6.* non tamen talis Coadiutor Episcopi poterit Ecclesiam vnitam dismembrare, nec erigere in ea ius patronatus, Mandos. *in regul. 11. quaest. 5. num. 7. & 8.* Poterit verò talis Coadiutor, seu administrator datus Episcopo per Papam, vel Ecclesiæ Cathedrali vacanti, exigere à subditis illius Ecclesiæ subsidium charitatiuum, text. *in cap 15. cui, de elect. lib. 6. & in cap. vltimo, in fine, de supplen. negl. Prælat.* Bellencinus *tract. de charitatiuo subsidio, quaest. 8.* August. Barbos. *de offic & potest. Episc. all. 87. n. 10. pag. 556.* Item Coadiutor datus Episcopo dementi potest recipere liberas renunciationes beneficiorum, si detur in spiritualibus, & temporalibus generalem, & liberam potestatem, *c. 1. c. quamuis, c. petisti, c. quia frater. 7. quaest. 1. c. grande, de supplen. Prælat. negligen. in 6. cap. dilectus, de officio Ordinarij:* itemque conferre potest omnia beneficia in eo Episcopatu vacantia, Card. Alex. *in d. cap. scripsit, num. 3. 7. quaest. 1.* Oldrad. *cons. 44. n. 3. vers. propterea,* & ex consequenti potest recipere resignationes.

Cæterùm si detur Episcopo seni, vel infirmo Coadiutor, tunc poterit conferre beneficia de consensu Episcopi Cardinal. Alex. *in c. quia num 4. 2. quaest. 1.* Corral. *de benefic. cap. 4. num. 9.* Pauta. *de offic. & potest. Capituli Sede vacante, part. 2. quaest. 1. num 8.* & ex consequenti potest recipere resignationes; longè aliter si detur Coadiutor propter temporalia duntaxat; tunc enim nec beneficia potest conferre, nec resignationes recipere, Flamin. *de resignat. lib. 7. quaest. 20. num. 21. & 22.* Augustinus Barbos. *allegat. 69. num. 6.*

Porrò Gambarus *de potest. Legati, lib. 5. tit. de Coadiutoribus, num. 12.* vult posse dari à Capitulo Coadiutores Episcopis insanis, & extra mentem, per ea, quæ traduntur *in cap. vnico, de Clerico ægrotante, in 6. in § si verò Episcopus*: non tamen declarat qua auctoritate, propria ne, an Apostolica Capitulum id facere possit? Quare dicendum est Episcopis etiam ad tempus non posse dari Coadiutores, nisi à Romano Pontifice, *cap. pastoralis, de Clerico ægrotante, in 6.* Siue ergo Episcopus ætate, siue infirmitate affectus, & confectus ita sit, vt officio suo fungi non possit, tunc maior saltem pars Capituli ex auctoritate Apostolica ipsi potest assignare vnum, vel duos Coadiutores, vt loco ipsius munus Episcopale obeant: quod intellige quando Episcopus factus est ita amens, vt nequeat scire, quid sibi, vel muneri suo omnino conueniat. Similiter si ipse non est amens, sed sui compos omnino, sed præ ætate, aut morbo valde oppressus perpetuò; tunc de consilio maioris saltem partis Capituli, & assensu ex auctoritate Apostolica vnum, vel duos potest sibi assumere, vt de consensu Episcopi, tam in temporalibus, quàm in spiritualibus gubernent. Coadiutor verò quocumque modo datus sit, Episcopo non habet ius succedendi, nisi ex speciali Romani Pontificis auctoritate, *glossa in cap. licet, in verb vacaturis, de præbendis*, eo quòd Coadiutores cum potestate succedendi sustulit, Concilium Trident. *sess. 25. cap. 7. de reformatione*, ne detur occasio optandi, vel captandi, vel procurandi, mortem beneficiario, cui datus est adiutor, ideo iure communi similes successiones semper fuerunt reprobatæ, *cap. qui Petrus, cap Episcopi. 2. & 2. cap. plerique, c. Apostolica 8. quaest. 1.* Ex hoc autem non sequitur Pontifici Romano illicitum esse dare huiusmodi Coadiutores, cùm possit, & sæpe cum iure succedendi, Azor. *2. p lib. 3. cap. 2. §. secundò quaeritur, vers. Porrò Episcopis, & quaest 8.* concludit Religiosum Episcopum posse dari Coadiutorem Episcopo, sequitur Augustin. Barbos. *in cap. ex parte, num. 2. de clerico ægrotante*, Garcia *de beneficiis, part. 4 cap. 5. vbi num. 18.* absolutè negat Legato potestatem dandi Coadiutores, quamuis Lambertinus *de iure patron. 1. p. 2. lib. quaest. 6. art. 20.* dubitet de potestate Legati, de Summo autem Pontifice nemo dubitat posse dare Coadiutorem cum futura successione, Garcia *num. 19. & 20.* vbi de hac materia fusè, & Gonzal. *glossa 5. §. 9. per totum.*

Quæres denique quas habeant obligationes, & quæ priuilegia adiutores? Responde Coadiutorem Episcopi in spiritualibus posse dare benedictionem, & sedere in Cathedra, sicut ipse Episcopus, & teneri personaliter residere. De benedictione Nauar. *cons 3. de Clerico ægrotante n. 3. & 4.* De residentia deducitur ex obligatione Episcopi, seu Rectorum Parochialium, quibus dati sunt adiutores, Gonzal. *d. § 9 num. 17. & 122.* vbi ex Sacra Congregatione ostendit personaliter residere. Itē, 115.

quia

quia in modernis gratiis Coadiutoriæ non solùm ponitur verbum *possit*, sed etiam additur verbum, *teneatur*, & sic inseruire, & interesse tenetur. Aloys. Ricci *in praxi decis.* 564. *in* 1. *edit.* aliàs *resol.* 494. & alij, quos referens sequitur August. Barbos. *in cap. consultationibus, de clerico ægrotante num.* 3. *& allegat.* 53. *num.* 78.

116. Item Coadiutores, qui succedunt in Canonicatu, sedent in vltimo loco post Canonicos. Ratio, quia quamuis adiutores repræsentent personam eorum, quibus dati sunt Coadiutores, & subrogati sapiant naturam subrogatorum, id procedit respectu aliorum inferiorum, quibus debent præferri, non autem respectu aliorum Canonicorum, qui sunt pares ipsis coadiutis, quos nequeunt Coadiutores præcedere. Item quia coadiutores Canonici cum futura successione non sunt verè Canonici, sed ficti, ideo sicut fictum non præfertur vero, *cap. fraternitatis, de frigid. & maleficc. cap. cùm venerabilis, de religios. domib.* sic Canonici ficti veris non sunt præferendi. Rebuff. *in praxi beneficiali tit. de rescriptis etiam perinde valere, num.* 3. Ergo coadiutor Canonici cum futura successione non sedebit in loco Coadiuti. Nauarr. *cons.* 8. *de maioritate, & obedientia*, vbi probat Procuratorem Abbatis in Synodo non habere locum eiusdem Abbatis inter alios Abbates, quem Abbas esset habiturus, si interesset, nec illi tantum honorem deberi, quantum Abbati, cuius vices gerit. Similiter dicas de Coadiutore portionarij, cui debetur vltima sedes post portionarios, quamuis repræsentet personam portionarij, ex eadem ratione contra Coadiutorem Canonici. Non est enim verus, & proprius portionarius, sed fictus, & improprius, & veri radiis fulgens; ergo non debet præcedere in loco veros, & proprios portionarios, Garcia *de benefic. p.* 4. *cap.* 5. *num.* 71. *& sequentib.*

117. Quid de Coadiutore alicuius dignitatis habentis certam sedem, & locum in choro, & in Ecclesia? Respondet Garcia *vbi proximè num.* 65. deberi Coadiutori eandem sedem, quæ debetur Dignitati, cùm eam repræsentet absente Dignitate. Proinde poterit inconsulta dignitate sedere in choro, dare vocem in Capitulo, incedere in processionibus, & interesse actis celebratis à Capitulo: sicut intersunt alij Capitulares, etiam nolente dignitate, cuius est Coadiutor. Nauarr. *cons.* 2. *de clerico ægrotante in* 2. *edit. num.* 5. vbi addit, Coadiutorem posse supra dicta munera obire; non tamen in regimine, administratione, & fructuum perceptione se intromittere, nisi volente Coadiuto, & de consensu illius. Gonzalez tamen *in d. §.* 9. *num.* 117. non probat cons. Nauarri satis tutum, vbi loquitur de Archidiacono, placet tamen Garciæ *d. cap.* 5. *p.* 4. *num.* 65. in eo, quod asserit de loco, non tamen in eo, quod ait in aliis, nempe principali absente, seu ægrotante, integrum esse Coadiutori pro eo deseruire, & sedere in Choro, & dare vocem in Capitulo absque consensu, aut eo repugnante, quia verba per quæ Nauarrus asserit *d. num.* 5. non posse Coadiutorem in regimine, administratione, & fructuum perceptione se intromittere, nisi Coadiuto volente, & consentiente, non solùm interdicunt fructuum perceptionem, & administrationem temporalium; sed etiam seruitium, & assistentiam in Choro, & in aliis capitularibus actionibus, nisi volente principali: nam hæc omnia sub regimine, & sub administratione Canonicatus, seu dignitatis continentur. Quare concludit Garcia *d. cap.* 5. *n.* 59. *&* 60. non posse Coadiutorem principali etiam absente, seu ægrotante pro eo interesse, & deseruire, nisi de eius consensu, quia Pontifex concedendo Coadiutorem non obligat principalem vt eo vtatur, nec prohibet Coadiutum vti iure suo competente ei aliàs, & insuper nullo iure id prohibetur, Nauarrus *d. cons.* 2. *num.* 3.

His adde Coadiutorem posse causa recreationis vti mensibus datis, & illos consumere, sicut principalis secundùm Concil. Triden. *sess.* 24. *c.* 12. *§. præterea*, Nauarrus *d. cons.* 2. *num.* 6. *vers. octauò.* 118. Tunc enim Coadiutus absens in tribus illis mensibus lucrabitur fructus, siue Coadiutor resideat, siue non: quoniam in illis nec per se, nec per alium tenetur interesse diuinis, vt fuit decisum in Rota in vna Salmantina Coadiutoriæ 25. de Iunho 1593. Gonzalez *d. §.* 9. *glossa* 5. *n.* 13. Garcia *de benef.* 4. *part. c.* 5. *n.* 64. Dummodo Coadiutor, & Coadiutus non possint habere plusquam illos tres menses inter se, & ita spatium trium mensium inter vtrumque simul non excedatur. Non enim æquum est, vt quisque eorum tres menses integros pro quiete habeat.

Eodem modo Coadiutus ex legitima causa, puta infirmitatis impeditus lucrabitur omnia emolumenta sui beneficij, quamuis non intersit diuinis, etiamsi Coadiutor non resideat, neque intersit, quoniam non debet esse deterioris conditionis, ex eo, quòd habeat Coadiutorem: sicut, si non haberet illum lucraretur, ex traditis per Couar. *lib.* 3. *variar. cap.* 13. *per totum*, Duennas *regul.* 206. Nauarrus *cons.* 11. *de clericis non resident.* Item, quia priuilegium suum non debet illi præiudicare, *cap. ad Apostolicam, de regularibus, cap. quod ob gratiam* 61. *de regulis iuris in* 6. Gutier. *Canon.* 1. *ex num.* 138. *lib.* 1. 119.

Quin adde Coadiutorem, si non inseruiat quando debet, & tenetur, & est causa Coadiuto, vt emolumenta sui beneficij non percipiat, teneri ad resarciendum omne damnum, & interesse, vt expressè continetur in litteris Coadiutoriæ, in quibus regulariter inseruntur, quòd Coadiutor inseruire, & interesse teneatur, pro vt partes à principio conuenerunt, & in precibus expresserunt: per quæ verba Coadiutor obligatur soluere proprietario fructus deperditos propter non residentiam. 120.

Excipitur tamen casus quando Coadiutus esset culpa sua excommunicatus: tunc enim, quamuis Coadiutor inseruiat, & resideat, nihil lucrabitur Coadiutus: sicut nihil acquirit proprietarius iustè excommunicatus in seruiendo, & residendo: ergo neque per suum adiutorem sui ipsius personam repræsentantem, glossa *verb. ipsius, ad finem in cap.* 1. *de officio vicarij, lib.* 6. & Probus *ibi num.* 2. Ex eo, quòd sicut non admittitur per se iustè excommunicatus; sic nec per suum Procuratorem admitti debet, *cap. intelleximus, de iudiciis*, & *ibi* Decius *num.* 12. Rebuff. *in concordatis tit. de excommunicatis non vitand. glossa* 1. *verb. collatio etiam facta.* Secus si fuerit iniustè excommunicatus, vel suspensus, quia nec fructibus, nec distributionibus quotidianis priuabitur, quas perciperet si tempore ipso excommunicationis ipse, vel eius Coadiutor præsens fuerit vbi beneficium habet, eratque solitus diuinis Officiis interesse in sua Ecclesia antequam excommunicaretur, ita Felinus *in cap. Apostolicæ, num.* 12. *de ex-* 121.

cep.

cept. quem refert ac sequitur Couarruuias *suprà*, & Gutierrez *d. lib. 1. c. 1. Canon. n.* 137. post alios.

122. Ex dictis non infertur principali excommunicato non posse adiutorem inseruire Ecclesiæ, quia non obstante excommunicatione Coadiuti, potest inseruire, & interesse diuinis, quia inseruit nomine proprio, neque agit nomine excommunicati, vt probat Oldradus *cons.* 44. *num.* 2. & deducitur ex traditis per Innocent. *in cap. final. de procurator.* non posse tamen lucrari pro Coadiuto excommunicato, cùm non faciat fructus suos durante excommunicatione, per textum *in cap. Pastoralis.* 53. *§. verum, de sentent. excommun.* Baldus *in cap.* 1. *in* 2. *lectura, num.* 12. *in fine, de iudiciis,* dicens inimicum Christi non debere viuere de eius patrimonio. Nihilominus si adiutori pro congrua, seu pro stipendio aliquid de fructibus, seu distributionibus tribuatur, id totum poterit lucrari, nihil impediente censura Coadiuti, quæ non debet nocere nisi sibi, non verò adiutori, per regulam, *non debet aliquis alterius odio prægrauari, in* 6. & per regulam, *non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri, ff. de regul. iuris.* Atque ita pro sua congrua, & sufficienti portione in seruiendo lucrabitur quidquid sibi assignatum est.

123. Quin imò talis Coadiutor poterit ordinari ad titulum illius congruæ perpetuæ, cum futura successione non tanquam ad titulum beneficij, sed illius iuris percipiendi congruam, vel portionem sufficientem sibi datam, vti ad titulum pensionis, Nauar. *de oratione, cap.* 20. *num.* 7. Garcia 2. *p. de benefic. cap.* 5. *num.* 132. post alios, & Gonzalez *gloss.* 5. *§.* 9. *num.* 8. post Salzedum *in additione ad praxim* Bernardi Diaz *cap.* 18. *num.* 7. Et ex consequenti tenebitur soluere officium diuinum, quod intelligitur quando fuit assumptus in totum ad onera, & munia beneficij, vel saltem ad horas recitandas: tunc enim tenebitur recitare, & explere omnia, ad quæ fuit assumptus. Quare, si assumatur ad explenda omnia in Choro loco Coadiuti, tenebitur in Choro cantare, & horas publicè recitare, non verò extra Chorum recitare priuatim; nisi aliud inter se conuenerint, & in litteris fuerit expressum. Ratio, quia Coadiutoria perpetua etiam cum congrua non est beneficium, regulariter loquendo, sed est quid adiunctum beneficio; ideo cùm adiutor non habeat titulum beneficij, non tenebitur ratione Coadiutoriæ præcisè recitare, ita Suarez *de Relig. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 22. *n.* 19. Malder. *de virtutibus, tract.* 10. *cap.* 2. *dub.* 3. *quæst.* 2. Azor. *part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 4. *quæst.* 1. Reginaldus *in praxi, lib.* 30. *num.* 41. Garcia *de beneficiis, part.* 3. *cap.* 1. *n.* 109. Bonacina *in tract. de horis Canonicis, disp.* 1. *quæst.* 2. *puncto* 3. *num.* 13. *&* 15. vbi concludunt non teneri ad horas priuatim, neque in Choro, nisi Coadiutoria habeat rationem beneficij, quia tunc tam in Choro, quàm extrà tenebitur recitare, vel quando fuerit assumptus ad omnia onera explenda in Choro loco Coadiuti: in quo euentu tenebitur in Choro recitare, non tamen extrà priuatim. Imò neque in Choro tenebitur recitare, neque diuinis interesse, quando Coadiutus est iustè excommunicatus, cùm non faciat fructus suos, nec lucretur quicquam, vt diximus *suprà*, & est communis.

124. Cæterùm glossa *in cap. pastoralis, in §. verum, verb. subtrahuntur, de appellationibus,* opinatur excommunicatum non priuari ipso iure fructibus, nisi hoc exprimatur, & declaretur in sententia, quod etiam vult Petrus Nauarr. *de restitut. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 243. Auila *de censuris.* 2. *p. cap.* 6. *disp.* 6. *dubio* 1. vbi volunt rationem censuræ non esse priuatum reditibus beneficiatum excommunicatum, vel suspensum ab officio, dummodo præstet officium, & exequatur suum munus, quamuis cum peccato, nec teneri eos restituere ante sententiam, quam partem tanquam satis probabilem, ait Sanchez *lib.* 3. *de matrim. disp.* 51. *num.* 12. *vers. satis enim,* post Henriquez *lib.* 13. *de excommunic. cap.* 3. *num.* 3. *& cap.* 14. *num.* 3. *in fine, & cap.* 32. *num.* 3. *in commento, littera X* admitti posse ex eo fundamento, quia quamuis in foro externo posset fructibus priuari, non tamen glossa *in d. §. verum,* ait excommunicatum esse priuatum ipso iure reditibus, neque hoc alibi in iure reperitur expressum; sed tantùm, quòd meritò auferuntur. Ergo si Coadiutor inseruiat pro Coadiuto debito loco, & tempore, lucrabitur pro illo; sicut Coadiutus lucraretur, si interesset, etiam distributiones, non obstante peccato, quod contraheret, vt *suprà* docent Nauar. Auila, Henriquez, Sanchez, & Garcia *p.* 7. *cap.* 13. *num.* 91.

Nihilominus oppositum est certum in excommunicato secundùm communem sententiam, vt volunt Suarez *tom.* 5. *disp.* 13. *sect.* 2. *num.* 4. *&* 5. & Vgolinus *de censuris tabula* 2. *cap.* 12. *num.* 1. Secus si fuerit suspensus ab officio, quia is nullibi ipso facto priuatur fructibus; & quamuis peccet in tali administratione, & seruitio, propter quod in foro externo priuari posset fructibus: attamen illud ministerium est vtile Ecclesiæ, perinde ac si exhiberetur à non suspenso: igitur mercedem ministerij potest, ac debet recipere, glossa *in cap. presbyter si à plebe* 2. *quæst.* 4. *verb. suspendatur,* et 1. Sanchez *de matrim. disp.* 51. *n.* 12. *ad finem, lib.* 3. Longè aliter in excommunicato iuste, si maneat in contumacia, & culpa sua non requirat absolutionem; tunc enim ab eo tempore, hoc est, dum desiit esse contumax, & procurauit absolutionem, nec per ipsum stetit, vt non absolueretur, non perdidit fructus suos in foro conscientiæ: in foro autem externo post sententiam declaratoriam priuabitur fructibus, quia præsumitur contumax, ita expressè Cardinalis, & Ioannes de Lignano, quos referens sequitur Decius *in cap. Pastoralis, de appellationibus, §. verum, num.* 7. Henriquez *lib.* 13. *de excommunicatione, cap.* 13. *§.* 4. Lopez 2. *tom. part.* 2. *cap.* 18. Syluester *verb. clericus* 4. *quæst.* 25. *& verb. excommunicatio* 3. *num.* 1. *vers.* 9. Sayrus *de censuris, lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 29. Nec refert sententia Toleti *in summa, lib.* 1. *cap.* 13. *vltimo effectu,* in nouissimis additionibus Petri de Ledesma *in summa* 1. *p. de excommunicatione, cap.* 6. & Suarij *d. sect.* 2. *n.* 4. *&* 5. dicentium priuari fructibus excommunicatum, quamuis non perseueret in contumacia, nec sit in mora petendæ absolutionis, quia hæc pœna non irrogatur propter moram, & durationem contumaciæ: sed, quia est effectus excommunicationis latæ propter culpam, & contumaciam; quia hoc non procedit in foro conscientiæ vbi standum est veritati; sed in foro fori vbi præsumitur contumacia, & mora petendæ absolutionis. 125.

Quid dicendum de Coadiutore per Pontificem posito, qui est in minoribus, vel prima tonsura? 126.
Respondet Armendar. *in additionibus ad recopil. le-*
gum Nauarræ lib. 2. *tit.* 19. *de foro competenti, n.* 26.
gaudere priuilegio fori; concinit Garcia *de bene-*
fic. part. 4. *cap.* 5. *num.* 95. Si Ecclesiæ inseruiat, vti
Coadiutor cum clericali habitu; sicut gaudet in-
seruiens Ecclesiæ de mandato Episcopi. Secus si
non

non inseruiat, quia Coadiutoria non est beneficium Ecclesiasticum, non enim inseruitur Ecclesiæ nisi cum habitu decenti, & competenti. Quin etiam tenetur veste decenti vti Coadiutor, quamuis non inseruiat secundùm constitutionem Sixti V. quæ est ordine trigesima de habitu, & tonsura per clericos, seu milites beneficia, vel pẽsiones obtinentes, quã ponit, & exponit Viuald. *in fine Candelabri aurei*, ex qua non solùm clerici in minoribus habentes beneficia, sed etiã ius in illo, vel ad illud obtinentes, tenentur incedere in habitu, & tonsura sub pœna priuationis ipso facto, & quãuis Coadiutor perpetuus cum futura successione non habeat beneficium, habet tamen ius ad illud, Nauarrus *in cap. si quando, de rescriptis, præludio* 5. *&* *exceptione* 11. *num.* 7. quod ius est considerabile etiam quando est ad rem, Flamin. *de resignat. lib.* 2. *quæst.* 23. *num.* 2. Garcia 4. *p. cap.* 3. *num.* 56. vbi de Coadiutoria, & innuit apertè Gonzalez *glossa* 5. §. 9 *num.* 78. *&* 79. post alios.

117. Sequitur denique, an Coadiutores cum futura successione possint puniri ab Episcopo sine adiunctis? Pars affirmatiua ex eo probatur, quia Canonici in delictis tam grauibus, quàm leuibus necessariò per Episcopum cum adiunctis puniri solent, & sine illis non proceditur. Rota *in vna Carthaginensi iurisdictionis* 27. *Nouembris* 1585. coram Illustrissimo Seraphino, vt habetur *in eius decis.* 710. quam refert Aloys. Ricci. *resolutione* 488. *num.* 4. vbi addit *num.* 5. idem esse dicendum in leuibus, in quibus non requiritur ordo iudiciarius: atque ita censuisse refert Sacram Congregationem *in vna Gadicen. Statutorum* 17. *Iunij.* 1580.

128. Nihilominus dicendum est Episcopum posse procedere absque adiunctis aduersùs Coadiutores, nisi aliud ex forma Coadiutoriæ in fauorem adiutoris, seu Coadiutoris concessum videatur, Garcia *de beneficiis part* 4 *cap.* 5 *num.* 96. quem refert, ac sequitur Augustinus Barbosa *de officio, & potest. Episcopi, allegatione* 73, *num.* 11. vbi tradit ex eodem Garcia, sic censuisse Sacram Congregationem. Confirmatur, quia Coadiutores non sunt verè Canonici, ideo ad eorum correctionem sine adiunctis procedi debet. Sicut procedit sine illis capitularibus ad correctionem, & punitionem portioniariorum, nisi de consuetudine, vel statuto repetiatur, vt contra illos Episcopus non procedat sine adiunctis; quia non dicuntur de Capitulo, vt fuit resolutum *in Rota in vna Calciuten.* 25. *February.* 1611. teste eodem Augustino *suprà num.* 10. Ergo quod de portionariis dicitur posse procedi ab Episcopo sine adiunctis nisi oppositum de consuetudine, vel statuto repetiatur: sic etiam de Coadiutoribus dicendum est posse sine illis procedi, nisi ex forma Coadiutoriæ concedatur, vt habeant scilicet omnes prærogatiuas, & gaudeant priuilegiis, quibus gaudent Canonici.

129. Idem Garcia *suprà num.* 91. *& sequentib.* aliter responde per verbum *videtur*, dicens si contra Coadiutores, quo ad correctionem, seu punitionem procedatur, ipsi sint in seruitio Ecclesiæ, procedendum esse cum adiunctis, præsertim, si adest clausula quòd Coadiutores gaudeant omnibus, & singulis prærogatiuis, quibus gaudent Coadiuti. Secus si non sint in seruitio Ecclesiæ quando proceditur: tunc enim censetur clericus priuatus, nec reputatur vti Canonicos, quandiu non est in seruitio Ecclesiæ, sed extra illud: proinde sine adiunctis contra illum procedendum videtur. Vt autem censeatur seruire Ecclesiæ, vt gaudeat priuilegio Canonicorum, quo ad hunc effectum, vt procedatur contra eum cum adiunctis sufficit esse in seruitio Ecclesiæ, vel quando processum fuit ad capturam, vel ad præceptum capturæ, vel ad faciendam informationem summariam, vel denique saltem ad efficiendum contra illum processus capit. Nam quamuis postea abstineat à seruitio Ecclesiæ, seu ab actu seruiendi, cum adiunctis procedendum est in causa, sicut fuit inchoata, quia videtur causa præuenta, & præoccupata respectu Episcopi ab adiunctis, qui cum illis incepit procedere.

De modo & forma procedendi in actibus iudicialibus, qui exercentur à Legato.

§. V.

EPITOME.

130. *Legatus de latere est Iudex omnium exemptorum in Prouincia sua, & potest etiam per viam querela cognoscere de causis omnium.*

131. *Metropolitanus non potest nisi per appellationem, non verò per querelam adiri.*

132. *Legatus de latere ex speciali iure habet iurisdictionem in exemptos.*

133. *Legatus legatione durante non potest in iudicium vocari, potest tamen recusari vt suspectus.*

134. *Legatus à latere potest causas in parte, vel in totum delegare, non tamen, vt procedatur simpliciter, & de plano nisi ex causa necessaria.*

135. *Legatus in expediendis causis, quas habeat facultates.*

& quæ sint causæ spectantes ad forum Ecclesiasticum, n. 136.

137. *&* 138. *Legatus antequam Prouinciam intret, potest causas committere, nisi sint ex reseruatis.*

139. *Legatus an possit delegare causas in partibus, siue in prima, siue in secunda instantia?*

140. *Legatus potest subditos iudicare, corrigere, punire, excommunicare, suspendere, & interdicere.*

Non tamen poterit auocare causas ceptas coram Ordinario, n. 141.

142. *Legati locum tenens habet idem tribunal cum Legato, & similem potestatem, & ius conferendi.*

143. *Legatus causam si auocet ab vno, cui summariè commissa erat, & alteri deleget, censetur sub eadem clausula committere.*

144. *Delegatus à Legato non potest alium delegare secundùm aliquos, sed pars affirmans est vera.*

145. *Delegatus causas sibi commissas re non integra potest finire post finitam legationem.*

146. *Legatus non potest committere causas Canonico minori vigintiquinque annis.*

147. *Canonicus supernumerarius quis dicatur.*

148. *&* 149. *Legatus an possit mutare ordinem Iudicis, & incipere à præcepto executionis, & quando valebit tale præceptum.*

150. *Præceptum Iudicis iustificatur ex clausula, si senseris te grauatum.*

Legatus

151. & 152. *Legatus de latere non potest committere causam appellatione remota, & cur?*
153. *Legatus non potest se intromittere in causa delegata alteri a Summo Pontifice.*
154. *Legatus à Delegato non potest compelli, vt suam sententiam exequatur.*
155. *Officiũ Legati quibus modis finiatur, & reuocetur.*
156. & 157. *Legatus an eo ipso reuocetur, quo alius mittitur.*
158. & 159. *Legatus validè procedit post reuocationem, donec reuocatio illi intimetur, nec sufficit scientia.*
160. *Legatus non censetur reuocatus per mortem Pontificis, nisi fuerit deputatus ad beneplacitum illius, secus si fuerit ad beneplacitum sedis Apostolicæ.*
161. & 162. *Legato facultates datæ specialiter vltra potestatẽ ordinariam, an expirent per obitum Papæ.*
163. *Legatio non finitur per furorem superuenientem Legato neque per furorem concedentis, neque expirat, si Legatus redeat, vt intersit electioni Pontificis.*
164. & 165. *Legatus expirat deponendo insignia in Vrbe, animo non reuertendi, non tamen potest reuocari a Cardinalibus sede vacante, nisi ex magna causa.*

IN PRIMIS Legatus de latere est iudex ordinarius omnium exem-
130. ptorum in Prouincia sibi demandata: & potest cognoscere de causis omnium, etiam per viam querelæ, *c. 1. de potest. Legati, cap. veniens, de verb. signific. in 6.* Speculator *in §. superest. vers. sed quid dicis.* vbi addit posse Legatum de latere per modum querelæ de causis omnium subditorum Prouinciæ adiri. quod etiam docet Archidiaconus *in c. peruenit 11. quæst. 1.* Metropolitanus autem non potest per querelam adiri, cùm sit iudex tantùm ex appellationis causa, Couar. *pract. cap. 9. num. 2.*
131. nisi quando sublatum esset remedium appellationis: tunc enim potest adiri Metropolitanus per viam querelæ, vt ait Marant. *de ordine iudiciario part. 6. tit. de appellat. n. 115. cum sequentib. & tit. de sententia excommunicat. num. vltimo*, quicquid dicat Couar. *pract. d. c. 9. n. 2.* Atque ita, vt causa deuoluatur ad Legatũ, non requiritur appellatio, sicut requiritur, vt deuoluatur ad Metropolitanum: ex eo, quia ex quo Legatus est omnium Ordinarius, potest ab omnibus adiri, & ideo quòd sit exemptorum Ordinarius, potest cognoscere de causis contra illos. Paris. *cons. 28. n. 31. cum sequentib. part. 4.* Villad. *in tract. de Legato part. 1. quæst. 8. num. 20.* Fr. Manuel *quæst. Regular. tom. 2. quæst. 61. artic. 1.* & Erasm. à Cochier *de iurisdict. Ordinarij in exemptos part. 2. num. 7.* Proinde in sua Prouincia de omni causa Eccles. etiam omisso medio potest cognoscere. Fran. Marq. *tom. 1. quæst. 350. num. 4.*

132. Nec refert quòd sit de reseruatis Papæ cognitio de causis exemptorum: quia respondetur singulare esse, & speciale, quòd Legatus iurisdictionem in exemptos habeat, per textum *in cap. veniens, de verbor. signific. in 6. & in cap. si Abbatem, de electione, eodem libro*: & quamuis Felin. *in cap. graue, de officio iudicis Ordinarij n. 3.* reprehendat Abbatem existimantem simpliciter Legatum Papæ habere iurisdictionem in exemptos, non videtur bene arguisse, etiam si iurisdictio nõ absolutè, sed ex speciali commissione in exemptos fuerit Legato concessa, per iura supradicta, quia post commissionem specialem, verum est Legato competere iurisdictionem in exemptos, esseque Ordinarium iudicẽ omnium exemptorum, Gambarus *de potest. Legati in iudicialibus lib. 8. n. 6.* vide tamen Cochier *suprà part. 2. quæst. 2. n. 15 & 16.* Vide etiã suprà *disp. hac. §. 2. n. 20. & 38.* & ideo dicitur hodie habere iurisdictionem in exemptos. Fran. Marq. *1. p. quæst. 144. n. 1.*

Quæstionis est, an durante legatione possit Le- 133.
gatus de latere in iudicium vocari? Videtur negandum ex textu *in l. 2. §. Legatis, ff. de iudiciis*, vbi Præceptor Petrus Barbosa *in n. 49. & n. 76.* hoc negat in Legatis Regum; concordat ordinatio Regia Lusitanorum *lib. 3. tit. 4.* & apud Hispanos *l. 4. tit. 3. partit. 3. & l. 9. tit. 26. partit. 7.* vbi Gregorius Lopez, & Augustinus Barbosa *in c. cum parati n. 2. de appellationibus*. Ergo multo fortiùs hoc indultum debet tribui Legato Cardinali.

An verò possit recusari vt suspectus? Gambarus affirmat, quia non omnis (inquit *suprà n. 125.*) Cardinalis est sanctus, & ideo potest recusari. Innocẽtius *in c. super his, de accusationibus*, sed ibi loquitur de Episcopo. Mihi tamen magis placet non posse Legatum de latere recusari, quia saltẽ de iure ciuili Ordinarij non recusantur. *l. final. C. de iurisdictione omni iudic. l. Cur ale. C. de Decurionib. lib. 10.* Barbosa *in remissionibus ad legem Regiam Lusitan. lib. 3. tit. 21. n. 5. & duobus sequentib.* vbi ait, nec Summum Pontificem, nec Imperatorem, nec Principes non recognoscentes superiorem, nec Legatum de latere posse recusari. Nihilominus Nauarrus *cons. 3. de appellat. in 2. edit. n. vnico*, tradit, quo ad forum exterius posse recusari, licèt reuerenter recusatio interponi debeat ex ratione vehementi, quæ constat ex *c. quod suspecti. 3. quæst. 5.* in quo totum Concilium fuit recusatum; item per *c. non sit, de appellat.* ex quo Panorm. & Decius colligunt Legatum, & Cardinalem posse recusari.

Quinimmò Legatus à latere potest delegare cau- 134.
sas in parte, vel in totum, sicuti cæteri Ordinarij, *c. statutum, de rescriptis, in 6. c. cum Bertoldus.* vbi id notat Abbas *de re iudicata, c. final. de officio Legati*. committere autem causas, vt summariè, simpliciter, & de plano expediantur, non potest, nisi necessaria, & euidens causa intercedat. Alexander de Imola *in l. nemo potest. ff. de legat. 1.* Ant. de Butri. & Ioan. de Imola *c. final. de transactionibus*, Baldus *in l. omnes populi, ff. de iustitia, & iur.* absque verò euidenti, & necessaria causa nequit Legatus committere causam tractandam summariè, simpliciter, & de plano, ita Baldus *in l. ne quidquam. §. final. ff. de offic. Proconsulis, & Legati*, vbi aufert Legato posse vti clausula procedendi sine strepitu, & figura iudicij, nisi ex euidenti, & necessaria causa, sequitur Fr. Marq. *tom. 1. quæst. 617. n. 5.* vbi loquitur de potestate cõmittendi causas summariè, simpliciter, & de plano; quibus verbis tollitur ordo iudicij, qui aliàs omissus vitiaret processum *l. prolatam C. de sententiis, & interrogat. omni. iudic.* Ioannes Andr. *in Clement. sæpe, de verbor. signific.* dicens verba hæc simpliciter, & deplano, ac summariè simul coniuncta idem significare, quod illa sine strepitu, & figura iudicij.

Vt autem paucis deprehendatur, quas habeat fa- 135.
cultates Legatus in causis iudicialibus cognoscendis, & expediendis, ex sequentibus verbis constabit, quæ in litteris legationis solent inseri, & sunt huiusmodi conceptis verbis. *Ac etiam matrimoniales, beneficiales, & alias Ecclesiasticas, & spirituales, ac profanas causas quaslibet ad Ecclesiasticum*

forum pertinentes, tam primò, quàm appellationũ qua-
rumlibet, à quibuscumque iudicibus Ordinariis, Lega-
tis, & Delegatis etiam per nos, & sedem prædictam de-
putatis, ad nos, & sedem eandem, seu quoscumque
alios iudices interpositas pro tempore, & durante dicta
legatione interponenda etiam simpliciter, & de pla-
no, & summariè, sine strepitu, & figura iudicij, sola
facti veritate inspecta per te, vel alium, seu alios, etiam
citra vnam, vel duas dietas, dummodo non vltra tres,
audiendi, cognoscendi, & tractandi, ac alij, vel aliis
taliter audiendas, cognoscendas, & fine debito termi-
nandas delegandi, illasque etiamsi per nos, aut alias
auctoritate nostra delegata forent, seu alias, coram
quocumque penderent, etiam cùm tibi placuerit, ad te
aduocandi, & aliis committendi. Hæc ibi.

136. Causæ autem ad forũ Ecclesiasticum pertinen-
tes sunt illæ, quæ ex iure Canonico solùm, vel si-
mul cum iure diuino, vel naturali secundùm regu-
las illius cognoscuntur, & expediuntur, & ex con-
sequenti crimina illa, quorum prohibitio habet
principium ex iure Canonico solo, vel simul cum
iure diuino, aut naturali, sed absque ciuili cogno-
scuntur, & puniuntur ex præscripto iuris Canoni-
ci. Hæc autem secundùm communem sunt hære-
sis, simonia, & vsura, item matrimonium initum in
gradibus iure Pontificio vetitis, vel celebrare nu-
ptias temporibus ab Ecclesiæ prohibitis, vel cum
impedimento, vel contra præceptum aliquod iu-
ris Canonici, Goffred. & Abbas *in c. cùm sit gene-*
rale, de foro competenti, n. 30. Similiter violatio ali-
cuius ex quinque præceptis Ecclesiæ, & viola-
tio votorum factorum Deo, & alicuius censuræ
Ecclesiasticæ violatio, aut contemptus, & sacri-
legium circa Sacramenta patratum, de quibus om-
nibus potest cognoscere Legatus, nisi aliunde im-
pediatur, quia pertinent hæc crimina ad forum
Ecclesiasticum, & iudicari non possunt, nisi ex sa-
cris litteris, vel Ecclesiasticis Canonibus. Vide ta-
men Concilium Tridentinum *sess. 24. c. 20. in verb.*
causæ omnes, & in verb. Legati quoque etiam de latere,
cui Legatus à latere non potest derogare, neque
aduersùs illud dispensare, Cucchus *de Legatis*
Apostolicis tit. 5. n. 147. nisi specialiter Legatu da-
tum sit. Similiter nequit cõtra Romanæ Ecclesiæ
leges dispensare, aut quicquam facere, *c. significasti,*
de electione, Clementina, Ne Romani, eodem titulo.
Potest etiam causas cõmittere antequam ingre-
137 diatur Prouinciam sibi decretam, glossa *in c. no-*
uit, de officio Legati, quoniam commissio causæ co-
gnitionem non requirit; quin etiam Commissa-
rius Legati potest suo officio fungi antequam
Legatus intret in Prouinciam, vt colligitur ex
l. obseruare. §. penultimo, ff. de officio Proconsulis,
Ægid. *decis.* 650. & Gamb. *de potestate Legati lib.* 8.
n. 56. Azor. *part.* 2. *lib.* 5. *c.* 31. *vers. secundò quæritur, ad*
finem, fol. 627. Non poterit tamen antequam Pro-
uinciam ingrediatur, cogere iudicem, vt suscipiat,
dicta glossa *in c. nouit*; committere verò potest an-
tequam ingrediatur Prouinciam, cùm possit vti
iam officio legationis, Franc. Marq. *tom.* 1. *quæst.*
976. *num.* 7.
Non tamen poterit Legatus à latere Papæ spe-
138 cialiter reseruata explicare, nisi specialiter com-
mittantur, *c. nisi, c. quod translationem, de officio dele-*
gati, nec etiam potest subdelegare reseruata spe-
cialiter sibi commissa, Ant. de Butrio, Ioan. de
Imola *in c. quod sedem, de officio Ordinarij.* Alex. de
Imol. & Ias. *in l.* 1. *ff. de officio eius cui mand. est iuri-*
dict. & Baldus *in rubr. de offic. & potest. iudic. deleg. in*
l. gesta, in principio, de re iudicata, idem Iason *in l. à*
iudice, C. de iudic. ad finẽ, in fallentia 13. Franc. Marq.
tom. 1 *quæst.* 817. *n.* 30, vbi ponit exemplum in Co-
mite Palatino, qui non potest subdelegare pote-
statem legitimandi, & sic de similibus.
Porrò dubitari potest, an Legatus possit delega- 139
re causas in partibus, siue in prima instantia, siue
in causis appellationum? glossa *in tit. de causis. §. 1.*
super verb. finiantur, circa finem, affirmat, quia exi-
stens in partibus est Ordinarius, *c.* 11. *de officio Le-*
gati lib. 6. & est iudex idoneus, habétque de iure
communi cognitionem, quia habet iurisdictionẽ
vniuersalem à lege, vel à Principe, *l. quia. ff. de iu-*
risdictione omnium iudicum. Delegatus tamen non
habet iurisdictionem vniuersalem; ac proinde
cùm illius iurisdictio sit delegata, nequit saltem
quo ad personas prorogari, *c. P. & G. de officio dele-*
gati. Legatus autem in Prouincia sibi demandata
habet ordinariam iurisdictionem *d. c.* 2. *de officio*
Legati in 6. & concurrit cum omni Ordinario im-
mediatè, siue sit Patriarcha, seu Primas, Archiepi-
scopus, Episcopus, vel alij Ordinarij in his, quæ
possunt de iure, aut consuetudine, Spec. *in tit. dele-*
gat. § nunc ostendendum, vers. Legatus. Idcirco quan-
do Legatus est extra Prouinciam, poterit delegare
causam partibus pro prima instantia, & ab eo ap-
pellari potest ad ipsum Legatũ immediatè, omisso
medio in Prouincia sibi decreta, secundùm glos-
sam, & communiter scribentes *in d. c.* 1. *de officio*
Legati, quia est Ordinarius in Prouincia, *d. c.* 2. &
concurrit immediatè super illos de sua Prouincia
cum diœcesanis, & aliis Prælatis. glossa *in d. c.* 1. *§.*
sub vmbra, super versiculo, quemcumque, de officio de-
legati. Ex quo sequitur Legatum de latere posse in
partibus cognoscere de causis appellationum, nec
in hoc Metropolitani, vel Primates poterunt præ-
tendere interesse propter ius Primatiæ. Si autem
Legatus de latere non fuerit in partibus, & ad ip-
sum fuerit appellatum, poterit delegare in parti-
bus appellationum causas, argumento *cap. 1. § si*
verò, de causis.
Quamuis enim Legatus habeat merum, & mix- 140.
tum imperium in omnes subditos suæ Prouinciæ,
possitque illos iudicare, corrigere, punire, in carce-
rem mittere, excommunicare, degradare, suspen-
dere, & interdicere, *c. perlectis* 25. *dist. c. sententia pa-*
storis 11. *quæst.* 3. *c. Legatos, de potestate Legati, c. at*
si clerici, de iudiciis, c. conquestus, de foro competenti,
Gambarus *de potestate Legati lib.* 8. *n.* 20. *& sequen-*
tib. Non tamen poterit auocare causas incohatas 141.
coram Ordinario, Abbas *in cap. 1. de officio Legati,*
Speculator *in §. superest. vers. sed quid dicis:* quoniam
præuentio ipsum excludit, *c. proposuisti, de foro com-*
petenti, c. vt debitus, de appellationibus, nec se impe-
dit Legatus de causis pendentibus coram aliis nisi
per viam appellationis, Dominicus *in c. Roma-*
na, de foro compet. ex ea ratione, quia quando quis
habet multos iudices, datur actori optio, vt notat
glossa *in l final. C. vbi in rem actio exerceri deb. & in*
c. statutum, §. cùm verò, de rescriptis; quare non po-
test aduocare causam motam, seu mouendam co-
ram iudice inferiore competenti, ad se: nec po-
test pariter compellere actorem ad litigandum
coram se. *c. peruenit,* 11. *quæst.* 1. sequitur Pannr. *in*
d. cap. 1. §. superest, in principio, Franc. Marq. *tom.* 1.
quæst. 351. *num.* 4. 142.
Quid dicendum de locumtenente Legati de
latere? Responde locumtenentem habere idem
tribunal, & similem potestatem, & prærogati-
uam cum Legato secundùm constitutionem, seu
Bullam Pontificis concessam Legato, dicique
Ordinarium,

Ordinarium,& beneficia conferre posse. Item habet facultatem ad conferendum,ex *c. 1. de officio Legati lib.6.*& ius præueniendi, *cap. si a Sede, de præbendis lib. 6.* etiam secundùm pragmaticam sanctionem, *c.1.de collationibus.§.neque*, sicut habet illam Legatus ipsemet non facultatem viendi clausula decreti irritantis,*c.si Apostolica,de præbendis lib 6.& ibi* Ioan. Andr.*in Nouella*,glossa *in c. 1.de concessione præbendæ lib 6.in verb.irritum*,& Lap. *allegat.*14.Franc. Marq. *tom.1.quæst.*1189.*n.7.& 8.*

143. Quid si Legatus auocet causam ab vno cui erat commissa summariè, & committat illam alteri, an censeatur sub eadem clausula commissa? Responde affirmatiuè, ita Ægidius *decis.* 41. quam etiam seruat Rota.Item potest restituere aduersùs suas sententias sicut cæteri Ordinarij,Abbas *in c. cum Bertoldus,de re iudicata*, non tamen tenetur recitare suam sententiam per se, sed satis est si recitetur per alium, cùm sit ex genere illustrium, & plusquam Illustris.*l.2. C.de sentent. ex periculo recit.*Gambar.*supra n.*188.

144. Non est omittenda quæstiuncula, an delegatus a Legato possit alium Delegatum constituere? negat Archidiaconus *in c.de officio iudic. delegat.in 6.& ibi* Franch gloss.*in c.cùm causam, de appellationibus*, quia id est priuilegium Delegati Principis. Pars tamen affirmans est vera, & in praxi sequenda. Ita Bald. *in l.a iudice.C.de iudiciis*, Angel.*in l.cùm prætor,ff.de iudiciis*, Abbas *in d.cap. cum Bertoldus*, ex eo, quia Legati habent Regiam dignitatem instar Principis, & auctoritatem, vt tradit Gambarus *de potest.Legati,lib.2.ex n.13. vsque ad finem*,nam in Delegatis dandis parificantur Papa,& Legatus,*c.statutum,de rescriptis,in 6.*Item, quia est collateralis Papæ.*l.quisquis, C. ad leg. Iul. Maiest.*& in Prouincia tenet locum Regis,gerentis vicē Papæ:& qui molitur in ipsum consequenter, molitur in Papam, Gambarus *vbi proxime.*

145. Delegatus autem a Legato, si aliquas causas à Legato commissas habet, & partes iam citauit, potest procedere etiam finita legatione, Speculator *in tit. de Legat.* §. 1. modò commissio facta fuerit antequam Legatus ex Prouincia discederet,& Delegatus ad iudicium iam partes vocasset. Causæ tamen à Legato,vel ab eius Auditore cœptæ non possunt perfici, neque ab ipso, neque ab eius Auditore post finitam legationem.Cucch.*lib. 2.inst.maior.tit. 5.de Legatis Apostolicis n.* 181. *&*
146. 182.Similiter durante legatione potest causas cōmittere Canonico supernumerario, Franc. *in c. statutum, de rescriptis in 6.col.2* Gambarus *d.lib.8. n.53.*Non tamen poterit causas committere Canonico minori 25. annis, glossa *in c.statutum, in verb.Canonicis, de rescriptis*, quia hoc est priuilegium solius Pontificis ,*c.cùm viginti, de officio iudicis delegati*, & nemo potest illa mutare, nisi so-
147. lus Princeps Dicitur autem Canonicus supernumerarius ille,qui vltra numerum recipitur spe futuræ præbendæ, neque habet ius aliquod,sed tantùm nomine est Canonicus secundùm veriorem: consuetudini tamen,aut statutis Ecclesiarum in hac parte standum est, Azor *part 2. lib.3. cap.11. vers.tertiò, quartò, & quintò quæritur, & sequentib.*

148. Dubitabis, an Legatus possit mutare ordinem iudicij, & incipere ab executione? Responde negatiuè, *l.1.C.de execut. rei iud. l. si cùm nulla ff.de re iudica*, per quæ iura non potest iudex incipere a præcepto, eo quòd præcepta sine causæ cognitione sunt prorsus nulla, Alex.*in l.filiusfam.§. Diui. ff. de leg.1.*Iason latè *in l.ne quicquam,ff de offic.procons.*

Absurdum enim est, vt ait Felinus *in c.Ecclesia S. Mariæ,col.12.de constit.* ambulare retrorsum,& præcipitare sententias: ideo Legatus non potest cognoscere,nec committere causam cognoscendam ordine iuris non seruato, nisi ex causa satis legitima,Barbatia *in 5.quæst.de Legatis n.6* Cucch *supra à n.130.cum sequentibus*, & Gambarus *d.lib.8.n.46.*

Valebit tamen præceptum iudicis, si dicat in 149.
monitorio,si senseris te grauatū,compareas, quia
præceptum iustificatur ex clausula, si senseris te
grauatum; & ideo si reus compareat,præceptum
resoluitur in simplicem citationem: reo autem
non comparente præceptum subsistit, capitque
vires ex contumacia rei,Abbas *in c.1.de caus.possess.* 150.
& propr Ioan.Andr.*in c. nostra, de cohabit. Cler. & mulier.* Nec discordat Bartol. *in l.1.C.de execut.rei iudic.* dum vult tale præceptum non valere vt præceptum, sed vt citationem. Vel si magis placet, dic in causis in quibus summariè procedendum est,vel quia causæ de se tales sunt, vel ex facultate iudicis pro faciliori expeditione,posse incipi a præcepto assumpta via executiua,cum clausula iustificatiua, ex ea ratione, quia reo datur optio,vt compareat,& resoluat præceptū.Quòd si noluerit cōparere, incipit iustificari præceptum; & ideo magis, ac magis vires capiet actore comparente,& contumaciam rei accusante, qui videtur tacitè consentire non cōparendo.Contrà verò quando causæ fuerint ex his, in quibus modo ordinario procedi debet, tale præceptū est nullum, habet tamen vim simplicis citationis, siue actor compareat,siue non,eo quòd non est in manu iudicis inuertere ordinem iudiciarium, quia infertur reo iniuria, & ius tollitur præuertendo ordinem iuris, Bald.*in c.1.§.iniuria,de pace iur firm.n.4.*

151. Quid dicendum de Legato de latere, si committat,vel deleget aliquid cum clausula,*appellatione remota*? Respondet Speculator *tit.de Legato,§. nunc ostendēdum,vers.*14. nihil fecisse,quod intelligi,nisi expressè sit ei concessum,sequitur glossa *in c.super quæstionum,de officio delegati,& in cap.quod ad consultationem, de officio Legati*, Alex. *cons.* 106. 2. *part.*Bertachin. *in repertorio verb. Legatus de latere vers.5.* Si autem causa committatur Cardinali appellatione remota, censetur non solùm friuola, sed quæcumque appellatio interdicta, siue iusta, siue iniusta, Pauin.*in tract. de potestate Capituli Sede vacan fol.penult.col.3.* Bald. *in l.1 col.2 ff.de offic. præfect.præt.* Roman. *in sing. incip. Appellatione remota.* Miles *in verb. appellari non potest a se n. Cardinalis*, quos referens sequitur Cucch. *de Cardinalibus, num.*103.*fol.*102 *col.2.*

152. Petes cur nequeat Legatus de latere committere causam appellatione remota? Responsio est in promptu, quia est casus reseruatus soli Principi.Franch.*in rubrica num.23.vers.aduerte tamen, & in cap.36 postremo, sub num.5.vers tertiò, & vltimò, versus finem, & in cap.53 pastoralis n.15.16. & 18. vers.secundò quæritur*, & *ibidem* Decius *num.10. de appellationibus*, Lancellotus *tract.de attent.part.2. cap.12 limitatione 8. princip.n* 15.16.*&* 17. & probatur expressè ex *l.1 § interdum, ff a quibus appellari non liceat.* Item, quia inferior nequit præiudicare iurisdictioni superioris, Franc.*in d.c.pastoralis,n.18 vers.secunda fuit opinio,de appellationibus*, & Bartolus *in d.lege 1.§.interdum n.2 ff.a quibus appell.non liceat.* Quin etiam Legatus de latere cui concessa est legatio cum clausula, *omni appellatione remota*, non potest concedere suo Delegato, vt procedat remota appellatione,

Franc. *in c. 36. postremò, n 5. vers. tertio, & vltimo, in fine, de appellationibus, & in d. cap. pastoralis n. 17. eodem titulo.* quod intellige prout dixi suprà *in hoc §. vers. Quinimò*; ipse tamen Legatus, quo ad sententias ferendas per eum poterit procedere omni appellatione remota quando legatio ei fuit data cum ea clausula, remota omni appellatione.

Quid dicendum quando Summus Pontifex ap-
153. ponit manum in aliqua causa, & postea eam delegat alteri specialiter? Responde non posse Legatum etiam de latere se intromittere de causa delegata, quia censetur priuatiuè commissa, per textum *in c. studuisti, de officio Legati.* Cabed. Lusitan. 2. *part. decis.* 13. *n.* 6. Quòd autem Legatus non possèt se intromittere post appositionem manuum Pontificis, docent Gigas *cons.* 86. *n.* 2. & alij, quos refert, & sequitur Anton. Monach. *Bonon. decis.* 19. *n.* 40. Quia mandatum speciale detrahit generali, ob id Legatus ex generali commissione nequit se ingerere causæ alteri delegatæ per Pontificem, & in ea Delegatus est maior Legato. Narbona *de appellationibus à Vicario ad Episcopum part.* 1. *num.* 152. Et quamuis Delegatus in hoc casu possit mandare, vt sententiam suam exequatur, non potest tamen illum compellere, si noluerit Legatus, per textum, & glossam *ibi in c. studuisti, de officio Legati*, ibi, *Sed numquid Legatus tenetur ei obedire, vt ipsam sententiam mandet executioni?* Non videtur. Ex quibus verbis notat non posse Legatum à Delegato com-
154. pelli, vt suam sententiam exequatur, si repugnet, quamuis Delegatus sit eo maior in causa sibi specialiter commissa, Narbona *suprà n.* 102. Ex quo concludit Erasm. à Cochier *de iurisdictione Ordinarij, part.* 2. *n.* 22. non posse Legatum disponere de beneficiis speciali iure, siue Delegato ad Episcopi collationem pertinentibus, quia in eo casu Episcopus est maior Legato. fauet Cabedo *d. decis.* 13. *num.* 8. & 9.

Consequens est dicere de modis, quibus officiũ
155. Legati finitur, & reuocatur? In primis non finitur per mortem Pontificis, *c. 2. Legatos, de officio Legati in 6.* Ex eo, quia iurisdictio ordinaria non expirat per mortem committentis, nec per mortem superioris, qui eum constituit etiam re integra, Gambarus *de potestate Legati lib. 9. num.* 29. vbi ait idem esse intelligendum de cæteris Legatis generaliter, quia sunt Ordinarij, *d. c. Legatos.* Scacc *de appellationibus quæst.* 8. *n.* 158. & notat Franchus *in d. c. 2. Legatos, de officio Legati in 6. n. 2. vers. vltimò nota.* Secundò expirat reuocatione, vel tempore præfixo elapso, *c. nouit, & c. final. extrà eodem titulo. l. iudicium soluitur, ff. de iudiciis*, Cucchus *de Legatis Apostolicis, titulo 5. num.* 179. Tertiò quando ipse moritur. Quartò quando egreditur legationem animo non reuertendi, glossa *in cap. præsenti, de potestate Legati in 6.* Hostiens. *in summa tit. de Legati potestate §. finitur.* Quintò denique finitur legatio, finita causa, nimirum, si Legatus specialiter mittatur ad aliquam causam, ea finita, legatio finietur. Vnde si missus fuit ad visitandam Prouinciam aliquam, aut ad alia negotia apud Principem aliquem tractandum, eis peractis legatio expirauit. Non tamen negotiis finitis debet Legatus proficisci inde, nisi priùs impetrata licentia discedēdi à Romano Pontifice, Cucchus *d. tit. 5. de Legatis Apostolicis*, vbi ex *n. 179. vsque* 194. enumerat causas, quibus officium Legati finitur, reuocationis scilicet tempore, causa mortis, quarũ etiam meminit Gambar. *de potest. Legati lib. 9. n.* 3.

156. Quæstionis tamen est, an Legatus reuocetur eo ipso, quo alius mittitur Legatus? Pars negans probatur ex *l. 2. C. de test. tut.* vbi per dationem secundi tutoris non reuocatur primus. Ergo nec primus Legatus reuocatur, si alius eò mittatur Confirmatur exemplo Legati nati, cuius auctoritas non expirat per aduentum Legati de latere, quæ opinio est glossæ *in c. non autem 7. quæst.* 1. Domin. & Philip. *in c. licet, de officio Ordin. Vic. in 6.*

Pars tamen affirmatiua, cui adhæreo, magis 157.
placet ex eo, quia pluralitas principatuum est mala, teste Philosopho 12. *Metaphys.* Item, quia Legati sunt onerosi Episcopis, *Clemen. 2. de offic. Ordin.* Quare non est credendum Pontificem velle duplici onere duorum Legatorum Episcopis molestiam inferre, ita Calderin. *in c. sua, de officio Vicarij, per legem, si quis cum, §. vltimo, ff. de procuratoribus*; sequitur Andreas Siculus *in c. volentes, hoc titulo*, vbi expendit textum *in l. meminisse, ff. de officio Procons.* In quantum dicitur vnus proconsulatus. Nam, si duo essent, per mutuum concursum se impedirent, & vtilitas Ecclesiæ minus procuraretur, & alter super altero requiesceret, & vtilitati Ecclesiæ non attenderet. Quin etiam si ambo concurrerent, & dissentirent, multo minus suo officio satisfacerent discordādo, *l. cùm pater §. dulcissimis, ff. de legatis* 3. vbi communio est mater discordiæ. Nec refert per dationem secundi tutoris, non reuocari primum, quia præstat pupillum plures habere tutores propter fideiussores quos præstant: proinde hanc partem docent Gambarus *d. lib. 9. suprà n.* 14. & Cucch. *n.* 185. quod intellige si Legatus secundus iam est ingressus Prouinciam, secundùm legem *meminisse, ff. de officio Proconsulis.*

Porrò quando Legatus reuocatur, validè pro- 158.
cedit, & gesta ab eo tenent etiam post reuocationem, antequam reuocatio sit illi denunciata, seu aliter scientiam reuocationis habuerit: in dubio tamen præsumitur ignorantia reuocationis, quãuis in publico Consistorio facta fuerit reuocatio, consonat *l. si forte. ff. de officio præsidis*, vbi dicitur tenere gesta prius quàm ... sci... aduentum secundi: ergo sufficit scientia quouis modo suæ reuocationis, glossa *in Clement. causam, de electione, verb. plena*, Felinus *in c. cæterùm n. 11. de rescriptis*, Archid. *in c. cupientes, verb. notitiam n. 3. de elect. in 6.* Sbrozius *de Vicario Episcopi lib. 3. quæst. 33. n.* 10. vbi volunt satis esse, vt non valeant gesta per Vicarium Episcopi postquam à fide digno cognouit casu reuocationem factam ab Episcopo, Cucch. idem tradit in specie de Legato reuocato, sciente tamen reuocationem antequam reuocatio sit illi denunciata, vt videre est *in d. tit. 5. de Legatis Apostolicis, num.* 187.

Verius tamen est requiri scientiam reuocatio- 159.
nis per Nuncium Summi Pontificis, aut per alium nomine eius, vel de mandato eius ad id deputatũ, vel per epistolam ipsius, ita Boërius *decis.* 347. *à n. 14. vsque ad* 18. Rebuff. *in praxi titulo de forma Vicariatus n.* 212. Cucchus *lib. 2. instit. maior. tit. 8. n.* 147. Requiritur enim denunciatio, quia per easdē causas res nascitur, & dissoluitur *c. 1. de regul. iur.* Igitur sicut Legatus acceptauit legationem per epistolam, vel Nuncium Pontificis, sic etiam quoad reuocationem debet habere scientiam, & notitiam per Nuncium, vel per epistolam eiusdem Pontificis, vt deducitur ex traditis per Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 40. n.* 11. & clariùs *n.* 1... Flam. in. Paris. *de resignat. lib. 7. quæst. 24. n.* 34. dum ait valere gesta Legati reuocati expresse in Consistorio, antequã certioretur. Ergo debet certiorari, Cald. *cons. 4. de officio*

de officio Legati. Iuuat exemplum Delegati reuocati, cui reuocatio intimari debet, alioquin valent gesta per ipsum, donec ipsi reuocatio intimetur, per *l.si fortè. ff.de officio præsidis*, per hæc verba ibi, *si fortè Præses Prouinciæ manumiserit, vel tutorem dederit, priusquam cognouerit, successorem aduenisse, erunt & hæc rata.* Vbi glossa *verb. Cognouerit*, ait vsque ad cuius aduentum durat eius iurisdictio. Quæ intimatio in reuocatione Delegati per Nuncium, vel per epistolam debet fieri, sicut & constitutio Delegati facta fuit.

160. Quando ergo per mortem Pontificis non censetur reuocatus Legatus, poterit vacante Sede Apostolica, vti facultatibus suis (nisi fuerit deputatus ad beneplacitum Pontificis, *c.si gratiosè, de rescriptis, in 6.*) quia tunc censetur datus ab beneplacitum Sedis Apostolicæ, quæ semper viuit mortuo Papa. *d. cap.Legatos, de potest.Legati, lib.6.*

161. Ambigitur tamen, an per mortem Papæ censeantur expirare facultates, quæ conceduntur Legato vltra potestatem ordinariam? Ratio dubitandi ob quam Legatus non expirat per obitum Papæ est, quoniam iurisdictio Ordinariorum non expirat, sed durat eorum officium, Maranta *in suo speculo, p.4.dist.5.n.61. differ.* 28. & Pauinus *de visitatione, quæst.2. p.1.n.29.tom.14.fol.* 180. Scaccia *de appell. quæst.8.n.157.& sequentib.vers.prima conclusio*; sed Legatus in competentibus illi ex speciali concessione non est Ordinarius, sed Delegatus, vt volunt, Felin.*in cap.licet, de officio Ordinarij, col.* 3. & Archidiaconus *in cap.1.de officio Ordinarij in 6.* igitur expirant morte delegantis facultates Legato datæ ex speciali commissione, quia quamuis habeat ordinariam cognitionem: non habet tamen circa eas ordinariam iurisdictionem, sed delegatam, & ideo mortuo Papa causas etiam cœptas non audit, Speculator *in simili tit.de officio Ordinarij, in principio, n.3.versus finem*, ibi, Auditores autẽ *lib.1.fol.39.* vbi loquitur de Auditoribus sacri Palatij. Idem vult Bertach.*in tract. de Episcopis, lib.4. part.7.quæst.6.num.6.in fine, tom.13. part.2. fol.357.* & Ioannes Fab.*in §. Item adhuc, num. 4. vers. quid ergo, Institut. de mandatis.* Quod etiam extenditur in Delegato ad vniuersitatem causarum, qui quamuis æquiparetur in quibusdam Ordinario quatenus potest subdelegare, Scacc.*d quæst.8. n.30. vers.contra istam.* In aliquibus autem non æquiparatur Ordinario, sed Delegato. Ioannes Fab. & Maranta *suprà*, quos sequitur Scaccia *lib. 1. de iudic.c.66.n.7.in fine*, & ideo expirat morte delegantis re integra: secus in causis iam inceptis, vt habetur *in c.licèt, c.gratum, de offic.Delegati.* Gamb.*lib. 9.de potest.Legat.n.69.* accedit glossa *in c.litteris, de rescriptis, & in c.dilectus, de fil. presbyter.* vbi dicitur gesta à Legato ex speciali commissione, vel mandato, dici facta per Pontificem, quod non dicitur in his, quæ Legatus efficit iure legationis, glossa *in c.si quis vestrum.2.quæst.6.* & ideo non posse.

162. Verius tamen est posse Legatum mortuo Pontifice exercere omnia, quæ sibi competunt, ne dum iure legationis, sed etiam, quæ habet ex speciali mandato, quia litteræ conferunt iurisdictionem vniuersalem, eo ipso quo Legatus incepit vti sua iurisdictione in vno: tunc enim censetur perpetuata iurisdictio in omnibus in litteris contentis, per tradita *in cap. pastoralis. vers. ac iurisdictionem priorum iudicum reuocare, de offic. & potest.iudic. Delegati.* Confert Antonius *in c.ex tua, vers. quæro an concessa, de filiis presbyt.* dum vult facultates concessas Titio per modum gratiæ, durare mortuo Pontifice concedente, sequitur Domin.*in c.2.col.2. de præbendis.* Fauet delegatio facta alicui expressò nomine eius proprio: nam tunc est personalis, & cum persona cui fit hæc gratia extinguitur, quod intellige quando concedens primò personam expressit, eo quòd non officiũ, sed persona contemplata censetur; & quamuis postea addantur aliæ expressiones, cẽsentur factæ demonstrationis gratia, Barbosa *in l.quia tali, n.2. ff.soluto matrim.* Item probatur exemplo Vicarij Episcopi, qui dicitur Ordinarius: attamen omnia sibi commissa per Episcopum etiam quando sunt de illis, quæ exigunt specialem commissionem, dicitur facere iure Ordinario, Dominicus *in cap.licet. col. 3. de officio Vicarij*, vbi hac ratione vtitur, & Speculator *in §. finitur.* loquendo de Delegato ad vniuersitatem causarum, quatenus ait non expirare iurisdictionem postquam incepit ea vti in aliquo ex contentis in litteris suæ delegationis. Nec obest quòd Delegatus videatur operari in specialiter commissis, quia hoc habet locum quando aliquid specialiter seorsum committitur, non verò quando coniunctim, Gambarus *de potest. Legati, lib.9.num.37.*

Non extinguitur legatio per furorem superuenientẽ Legato, neque expirat iurisdictio. Quinetiam non expirant concessa, ad concedentis voluntatem per concedentis furorem, quamuis cessare affirmet, Bartol.*l.centesimis, §.si ita stipulatus, num.12.ff.de verbor.oblig.* Sed melius negat Couar. *3.variar.c.15.n.4.vers.3.* quod probatur ex *c.maiores.§.final.de Baptismo*, & ex *l.si is qui animo.ff.de acquir.possess.* vbi inter mortem, & furorem illud est discrimen, vt furore voluntas non cesset, morte autem vtique. Poterit tamen reuocari legatio propter furorem superuenientem. 163.

Insuper mortuo Papa, si Legatus redeat in vrbem, vt possit interesse electioni Pontificis, non expirat legatio, eo quia rediit animo redeundi. *l. final. ff. de officio Proconsulis*: secus, si in Vrbe deposuisset insignia animo non reuertendi in suam Prouinciam, scribentes *in cap. præsenti, de officio Legati, in 6.* Si tamen assumatur ad Papatum, expirat legatio, cùm requiratur discrimen inter missum, & inter mittentem, argumento *capitis, per vestras, de iure patronatus*, vbi patronus potest alios præsentare, non tamen se ipsum; nec obstat, si dicas Legatum semel Prouincia excedentem non posse redire, quia id intelligitur viuente Põtifice, sed morte Summi Pontificis, tamen audita redire exoptat Cucch.*de Legatis Apostolicis, tit.5. n 200.* 164.

Possit ne Legatus reuocari à Collegio Cardinalium data Sede vacante controuertitur, sed regulariter dicendum est non posse, *glossa final in d. c. Legatos*, scribentes *in c.cum ex litteris, de in integr. restitutione.* Ioan. Andr.*in cap.1.de schismate, in 6.* dicens *in addit.ad Speculatorem, in § finitur*, neque ex causa vrgenti posse reuocari: consentit Gondis.*in tract.de potest.Cardin.quæst.6.col.3.in principio.* 165.

Sed verius est posse reuocari ex magna causa, Cucchus *d. tit. 5. de Legatis Apostolicis, num. 183. vers. verum Sede Apostolica*, quando imminet vrgens necessitas, quia possint Cardinales ex magna necessitate cogere inuitum, vt suscipiat legationem, vt volunt scribentes *in Clementina ne Romani*, Gambarus *suprà lib. 9. num. 44.* dicens posse illos se ingerere, & immiscere aliis, quæ non faciunt ad electionem, *cap. vbi periculum, de electione, in 6.* Item, quia vacante Sede possunt creare Legatos, & conferre illis iurisdictionem: igitur poterunt reuocare ex causa vrgenti,

vrgenti, & ea durante cogere ad legationem ſuſcipiendam pro bono vniuerſali Sedis Apoſtolicæ, ſi tamen omnes vnanimiter in hoc conſentiant. Aliter enim valdè dubitat Gambarus ſuprà *n.* 45. ex eo, quòd omnes debent intereſſe electioni faciendæ, & quia par in parem non habet imperium, *cap. cùm expediat, de elect. lib.* 6.

Vtrùm Legatus de latere poſſit ferre cenſuras, concedere Indulgentias, & condere ſtatuta?

§. VI.

EPITOME.

166. *Legatus de latere à quibus excommunicationibus poſſit abſoluere, & à quibus non.*
167. *Legatus à latere, & Nuncius poſſunt concedere monitoria pro rebus deperditis, non tamen inferiores Ordinarij.*
168. *Exempti poſſunt excommunicari à Legato, & abſolui, ſi abierint ad partes vltramarinas.*
169. & 170. *Legatus omnes ſibi ſubditos poteſt abſoluere ab excommunicatione iuris, & ab aliis cenſuris, & concurrere cum quocumque Ordinario.*
171. *Legatus de latere non poteſt abſoluere incendiarios publicatos, neque excommunicatos ab inferioribus, ſi reſeruent ſibi abſolutiones, niſi de licentia Epiſcopi.*
172. *Legatus de latere non poteſt abſoluere in alterius Prouincia excommunicatos in foro contentioſo, ſecus in foro pœnitentiali, ſicut Epiſcopus poteſt.*
173. & 174. *Legatus pro debito pecuniario non poteſt interdicere, niſi de ſpeciali Papa licentia, pro aliis delictis poteſt.*
175. *Legatus poteſt ſuſpendere interdictum, & concedere priuilegium celebrandi tempore illius, durabitque, donec à ſucceſſore renocetur.*
176. *Verius eſt inferiores Romano Pontifice non poſſe contra naturam ipſius interdicti aliquid facere, donec tollatur.*
177. *Legatus poteſt concedere indulgentias perpetuas, quæ durent poſt legationem finitam, non tamen plenarias.*
178. *Cardinalis ſub communi appellatione, non veniunt Compoſtellani, & ſimiles, ſed ſolum ſancta Romana Eccleſia.*
179. *Legatus ex cauſa poteſt reuocare indulgentias à ſe conceſſas.*
180. *Legatus concedendo indulgentias vltra quantitatem ſibi datam non valent, quo ad exceſſum.*
181. *Indulgentias plenarias ſolus Pontifex Romanus poteſt concedere.*
182. *Legatus poteſt concedere ſtatuta perpetua in ſua Prouincia, quæ durent etiam finita legatione.*
183. *Legati non poſſunt ſtatuere contra ius commune, ſed præter ius commune, & addere pœnas iuri communi.*
184. *Legatus poteſt ſtatuere, vt caſus diſpenſati per inferiores reſeruentur Sedi Apoſtolicæ.*
185. *Legati durante legatione poſſunt interpretari ſua ſtatuta, finita legatione interpretatio pertinet Summum Pontificem.*
186. *Legati ex cauſa poſſunt ſtatuere in præiudicium ſubditorum, ſed non ligantur extra Prouinciam delinquentes, quamuis iudex exprimat comprehendi, ſed oppoſitum eſt verius.*
187. *Subditi alieni delinquentes in alieno territorio, ratione delicti, poſſunt ibi iudicari. ſecus, ſi in loco ſtatuti, n.* 188.

QVÆRITVR primò, quid poſſit Legatus de latere circa cenſuras? Diximus ſuprà §. 2. *n.* 22. & 23. poſſe abſoluere Legatú percuſſotis clericorum, tam in ſua Prouincia, quàm extra, *& n.* 24. *& duobus ſequentib.* non poſſe tamen abſoluere percuſſorem ſui, nec percuſſorem Cardinalium, nec Epiſcoporum, *n.* 30. 31. *&* 32. vbi excepimus caſus Bullæ Cœnæ etiam. His poſitis conclusio ſit affirmatiua ex eo, quia Legatos à latere habeat ordinariam iuriſdictionem in Prouincia ſibi commiſſa, & ibi poſſit euellere, & diſſipare, ædificare, atque plantare, ſicut quilibet Ordinarius ſuæ Prouinciæ gerens vices Domini Papæ, *c. cùm venerabilis, de conſuetudine, c.* 1. *de offic. Legati*, & *ibi* Abbas *in vlt. notabili*, Specul. *in tit. de legat. §. nunc oſtendendum, in verſ. Legatus*, per quæ conceduntur Legato, quæ Papa ſibi ſpecialiter non reſeruat: ergo poteſt ferre cenſuras, tam in ſpecie, quàm generales, & ab illis abſoluere, etiamſi Pontifici ſint reſeruatæ, niſi in ipſa conſtitutione dicatur, vt à nullo alio, niſi à Papa poſſit abſolui, Gondiſal. *in tract. de Legatis, quæſt.* 13. Gambarus *in tract. de offic. & poteſt. Legati a latere, lib.* 8. §. 3. *num.* 1. *& ſequent.* Carol. de Graſſis *de effectibus clericalib. effectu* 9. *num.* 185. Azor *part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 32. *quæſ.* 6. *verſ. item Legatus.* faciunt tradita à Gutierr. *lib.* 1. *canonicarum, cap.* 11. *ex n.* 4. 166.

Extende ad Monitoria pro rebus deperditis, quæ etiam Legatus à latere, & Nuncius Apoſtolicus poteſt concedere, vt volunt, Lazar. *de Monitor. ſect.* 1. *quæſt.* 5. Vgolin. *de poteſt Epiſcopi, cap.* 45. *in principio, verſ. excipiuntur*, Gutier. *d. c.* 11. *à n.* 5. Riccius *reſolut.* 235. *num.* 2. Non tamen inferiores ordinarij etiam exempti, & immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubiecti, ac nullius Diœceſis, poſſunt ea decernere pro rebus deperditis, neque Prælati regulares in ſubditos pro eiſdem rebus dirigere valent excommunicationes in ſuos ſubditos. Vgolinus *in d. c.* 45. *in principio, verſ. excipiuntur*, & Campanil. *in diuerſorio iuris Canonici, rubrica* 11. *cap.* 15. *n.* 107. & Franciſc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſtici, part.* 3. *c.* 7. *num.* 18. qui de inferioribus Ordinariis etiam exemptis loquuntur. At verò de regularibus Prælatis Fr. Emman. *tom.* 2 *regular. quæſt.* 59. *art.* 4. 167.

Quæritur ſecundò, an exempti poſſint excommunicari à Legato de latere? Reſponde affirmatiuè, quia ipſe eſt iudex exemptorum, *cap. ſi Abbatem, de elect. in* 6. Gambar. *de offic. & poteſt. Legati de latere, lib.* 8. *num.* 78. Quin etiam cenſetur Prælatus omnium exemptorum, ac ſuperior, ex *d. cap. ſi Abbatem.* Ideo poterit abſoluere ab excommunicatione Religioſum, quam contraxit, quòd iuerit ad partes vltramarinas ſine licentia Prælati, de qua *in Extrauag. Ad noſtrum, Ioan. XXII.* vbi excommunicantur Religioſi euntes ad partes vltramarinas ſine conſenſu Prælati; excuſabitur tamen ab ea cenſura Religioſus, qui de licentia Legati eò profectus fuit, Gambarus *ſuprà à num.* 71. 168.

Confirmatur, quia Legatus ab excommunicatione iuris ſubiectos ſibi abſoluere poteſt, quod habet locum, ſiue ſit Legatus à latere, qualis eſt Cardinalis, qui Papæ aſſiſtit à latere, & mittitur ad Reſpublicas regẽdas; ſiue ſit Legatus miſſus tamquam Præſes Prouinciarum; ſiue denique ſit Legatus natus, qualis eſt, qui confeſtim, vt dignita- 169.

tem

tem adeptus est, nempe Archiepiscopatum, legationem pariter consequitur, vt Cantuariens. & Eboracensis in Anglia *cap.1.* & *ibi* Panor. *de offic. Legati.* glossa *in cap.dilectus,in verb.in concessione,in fine, de offic. Legati*,& sicut Rhemensis in Francia, & in Italia Archiepiscopus Pisanus, ex additionibus ad Panor. *in cap.1.de offic.Legati, littera A.* Qui omnes vtuntur Episcopali iurisdictione, & concurrunt cum quolibet Præsule suæ Prouinciæ, Gondisal.*in tractat.de Legato,quæst.*13.

170. Posse autem Legatum à latere, seu Nuncium Apostolicum cum quouis suæ Prouinciæ concurrere,& quoscumque excommunicare,& aliis censuris compescere, ex eo probatur, quia est iudex ordinarius,pro vt habetur *in c. Legatos*,& *ibi* gloss. *in verb. Legatos,de officio Legati,lib.*6. Sayro *de censuris,lib.*1.*c.*6.*n.*5.Henriquez *lib.*3.*de pœnitentia,c.*7. §.3.*& lib.*13.*de excommun.cap.*24.§.2.& idem Sayro *suprà lib.*2.*c.*19.*n.*9. & ab illis absoluere,nisi earum absolutio sit Papæ reseruata;excepta absolutione excommunicationis propter Clerici percussionem,*c.sua, de sentent. excommun. & cap. quod translationem,& c.excommunicatis, de officio Legati,* quæ concessio in vna excommunicatione facta ad aliam non extenditur; quamuis maior ratio sit.

171. Proinde non poterit absoluere Legatus de latere incendiarios publicatos, D. Antonin. 3. *p.tit.*24. *cap.*11.Tabiena *verb.excommun.*5.*casu* 7. Quin adde non posse absoluere de excommunicatione iuris per statuta aliorum inferiorum. Licèt enim Legatus de latere sit omnibus Ordinariis superior, non tamen potest impedire illorum iurisdictionem, neque absoluere excommunicatos eorundem inferiorum,si inferiores absolutiones sibi reseruarunt, Sayrus *d.lib.*2.*cap.*19.*num.*10.

172. Similiter excommunicatum à se Legatus de latere non poterit absoluere in alterius Prouincia in foro contentioso, nisi de licétia Episcopi Diœcesani,*c.excommunicatis,de officio Legati,& ibi* glossa.Secus autem in foro pœnitentiali,ibi enim potest:sicut Episcopus potest subditum suũ in alieno Episcopatu absoluere ab excommunicatione, quam tulit, quoniam fieri potest absque strepitu iudiciali, & absque offensione alterius Episcopi, Innocentius,& Panor.*in c.nouit.n.*3.*de officio legati.* Syluest.*verb.absolutio.*1.*num.*11 *dub.*2.Longè aliter dicendum est pro foro contentioso, nam in his, quæ causæ cognitioné exigunt in aliena Diœcesi, nequeunt expediri,neque sedere pro tribunali potest Episcopus,nisi de licentia proprij Diœcesani, glossa *in d.c.nouit,in verb.terminos.* D.Antonin.3.*p. tit.*24.*cap.*27.Sayrus *d.lib.*2.*cap.*21 *num.*18.

173. Circa interdictum Legatus Papæ pro debito pecuniario non potest ferre interdictũ in locum, aut ciuitatem aliquam suæ legationis,nisi de speciali Papæ licentia in litteris patentibus:quod intelligit Sayrus *de censuris,lib.*5.*c.*11.*n* 18.de interdicto generali loci, quia in Extrauag. *Prouidè attendentes,* Bonifacij Octaui secundùm ibi scribentes, solùm fit mentio de interdicto generali loci,quòd ferri non possit interdictum generale loci.Secundùm quos videtur dicendum posse ferri interdictum pro debito pecuniario speciale loci, verbi gratiâ, in aliqua Ecclesia vnius oppidi , aut ciuitatis,non obstante d. Extrauagante *Prouidè.de sentent. excommun.* Quare verius est non posse ferri interdictum speciale loci in Ecclesia aliqua ciuitaris, seu oppidi pro debito pecuniario:quia in d. Extrauagante *Prouidè*,omne interdictum generale prohibetur,& irritatur:interdictum tamen Parochiæ generale est , si sumatur Parochia cum suo ambitu.Sayr.*de censuris,lib.*5.*c.*11.*n.*19. *&* 20. Nauar.*c.*27.*in manuali,n.*168. vbi ponit exemplum in interdicto totius Parochiæ, quæ apud illum est generale. Atque ita in d. Extrauagante *Prouidè*, non solùm prohibetur interdictum propter debitum pecuniariũ generale,sed etiam speciale, quia nomine loci comprehenditur æqualiter locus, & territorium generale,atque etiam speciale Sed vide his alibi;vide tamen Aulam *part.*5. *disp.*3 *dubio* 3: *fol.*258.Suarium *de censuris, disp.*36. *sect.*13. *num.*7. *fol.*921.Saa *verb.interdictum,num.*8.Couat.*in c. Alma mater. part* 2.§.1.*num.*5.*de sentent. excommunicationis,lib.*6. & alios apud Vgolinum *tabul.*5. *cap.*1. §.1.*num.*2.Ratio,quia cùm debitum pecuniarium alia via possit recuperari, si petatur apud tribunalia secularia , & Regia, non est cur recurratur ad interdictum cum damno innocentum.

Nihilominus , quamuis Legatus à latere non possit pro debito pecuniario interdicere locum, aut ciuitatem, potest tamen pro delictis aliis interdicere personas , & loca tantùm suæ legationis, *c.nouit.de officio Legati*, Antonin. 3.*parte,tit.*27. *de interdicto, cap.*2 *in fine*, Henriquez *lib.*13. *de excommun.& interd.cap.*51. §. 1. *vers.*3. Viuald. *tit.de interdicto, num.*126. quod proceditur , siue id exprimatur in litteris suæ legationis,siue habeat clausulam, *Contradictores per censuram Ecclesiasticam compellendo, seu compescendo*: siue denique simpliciter constituatur Legatus, vel Nuncius Sedis Apostolicæ, nulla apposita clausula supradicta, quia simplex constitutio sufficit , vt possit interdicere,ita D. Antonin.3 *part.tit.*27.*d.cap* 2.*in fine*, Tabiena *verb.interdictum.*2. *num.* 3. §. *secundo*, & Henriquez *vbi suprà.* iuuat Viualdus *num.* 128. vbi ius interdicendi tribuit subdelegato ; ergò, multo meliùs tribuet Legato. 174.

Non est tamen negandum Legato posse concedere priuilegium celebrandi tempore interdicti, illúdque suspendere,siue ab eo , siue ab antecessoribus eius latum sit, vel ab Episcopis, & ab aliis Prælatis suæ legationis. Summa Astensis *part.*2.*lib.*7.*titulo decimosexto, art.*9 *in fine* , Viualdus *tit.de interdicto, num.*195.Syluest.*verb. interdictum,num.*10.& Henriquez *lib.*13.*de excommunicatione,& interd.c.*48.§.*tertio*.Porrò hoc priuilegium suspendendi interdictum , si fortè alicui concedatur, & priuilegium celebrandi durabit etiam post finitam legationem, nisi specialiter à successore priuiligiatis auferatur. An verò Legatus possit suspendere interdicta à Sede Apostolica lata? argumento capitis *dilectus filius.*2. *de rescriptis*,aliqui putant, Syluester *in summa verb.interd ctum* 3. *num.*10.& Henriquez *lib.*13.*cap.*48.*versic.tertio*; sed textus id non videtur probare. 175.

176. Verius tamen est inferiores Romano Pontifice id efficere non posse contra naturam ipsius interdicti, & contra prohibitionem iuris , vt dum subsistit,& per absolutionem non tollitur,nec relaxatur , non sortiatur suos effectus. Probatur ex generali conclusione communiter recepta , quæ tradit Legatos etiam de latere nihil posse aduersùs ius commune , nisi quatenus in specie eisdem, vel ius , vel Pontifex indulget. ita scribentes *in cap. quod translationem, de officio Legati* , & volunt Tusch.*tom*5.*littera L.concl.*162. *num.*3. *&* 23. Lælius Zechius *de Repub.Ecclesiastica , tit. de statu Illustrissimi Legati,n.*4.*vers.non potest tamen*,& Sayro *de censuris,lib.*5.*c.*13.*num.*26.*ad finem*, quibus accedit Barbosa *in c. dilectis,de appellationibus,n.*10. vbi

 multis

multis probat Legatum Papæ non posse ad tempus suspendere interdictum.

177. Quo ad potestatem concedendi indulgentias, certum est posse Legatum illas concedere, esséque perpetuas. Syluester *verb. indulgentia, num.* 16. Angelus *eodem verb.* §. 6. P. Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *quæst.* 107. *num.* 2. subdens durare illas post mortem concedentis, pro quo allegat Nauart. *in tract. de Iubilæo & indulgem. notab.* 31. *num.* 25. & post finitam legationem, Gambar. *de officio, & potest. Legati, lib.* 8. *tit. quid possit Legatus circa indulgentias, num.* 20. vbi *num.* 7. ait posse conferre Legatum ex consuetudine indulgentiam centum dierum, si est Cardinalis; quamuis *ex cap. cùm ex eo, de pœnit. & remiss. & ex cap. final. eodem tit. in* 6. sit taxatus numerus quadraginta dierum omnibus inferioribus à Papa, neque Concilium generale potest concedere indulgentias vltra numerum quadraginta dierum, vt docent Speculator *tit. de Legato.* §. *superest, vers. sed numquid iure legationis,* & Cald *in cap. postulasti, de pœnit. & remiss.* vbi consulunt honestum esse, vt propter honorem debitum Concilio non excedat Legatus quadraginta dierum numerum. Nihilominus Concilium etiamsi distributionem Episcopis restrinxerit, & cæteris Prælatis inferioribus, ne vltra quadraginta dies indulgentias concederent, Legatis non restrinxit numerum ad quadraginta dies solùm, cùm Cardinales sint pars immediata Sedis Apostolicæ, & firmum illius patrocinium, & subsidium, *cap.* 1. 94. *dist.*

178. Confert, quia quando indulta, & priuilegia restringuntur, non veniunt Cardinales sub communi appellatione, ex deductis *in l. Decurionibus, in principio, C. de silent. lib.* 12. Gambar. *suprà n.* 15. Sunt enim Illustrissimi, adeò vt appellatione Cardinalium non veniant Cardinales Compostellani. Rauennates, Pisani, & similes, sed tantùm Illustrissimi S.R.E. Cardinales, glossa *verb. Mundo, in cap.* 1. 32. *quæst.* 2. Abbas *in cap. accedentes, num.* 2. *de præscript.* Stephan. de Gaeta *in repetitione cap. ad limina* 30. *quæst.* 1. *in proœmio, num.* 13. Vaseus *in Chronico Hispaniæ, cap.* 21. *vers. Compostellanus*, Gambatus *in Extrauagante* Iulij Secundi, *de simoniaca Papæ electione, num.* 70. & Anastas. Germon. *de Sacrorum immun. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 13. propter excellentiam non comprehenduntur in quacumque generali dispositione, nisi de ipsis mentio specialis fiat, qua demonstretur claré voluisse etiam ipsos Cardinales comprehendere, nisi in fauorabilibus, tunc enim includuntur: secus in lege reuocante gratias, & priuilegia. *cap. final. de concess. præbenda, in* 6. Cucchus *instit. maior. lib.* 2. *tit.* 4. *num.* 71. 72. *& sequentib.*

179. Sed quid dicendum de potestate reuocandi? Responde ex causa posse Legatum Indulgentias à se datas reuocare, per ea, quæ tradit An. Sic. *in cap. quod translationem, de officio Legati*, Gambatus *num.* 16. *supra vbi num.* 20. addit quando Legatus concedit Indulgentias vltra numerum taxatum, valere in numero quo potuit, glossa *in cap. final. de pœnit. & remiss.* argumento *l. sancimus*, coniuncta *l. penultima, ad finem Cod. de donationibus*, vbi licèt prohibeatur donatio supra quingentos aureos, sine insinuatione: tamen intra legitimam summam valet, quia in summa legitima non est necessaria insinuatio; quod etiam procedit de iure Lusitano *lib.* 4. *ordin. tit.* 62. *in principio*, per textum *ibi*, saluo à te adita contra, Ceuall. *in communi contra communem, quæst.* 222. *num.* 3. dicens donationem excedentem irritari non in totum, sed solùm in quantitate excedente, hoc est, in excessu, Rebello *de oblig. instit. part.* 2. *lib.* 18. *quæst.* 6. *num.* 6. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 5. *tit.* 5. *num.* 23.

180. Confirmatur ex regula vulgari *in l.* 1. §. *sed si mihi, ff. de verbor. oblig.* quæ habet, in separabilibus vtile per inutile non vitiari, Mandos. *in regul. Cancell.* 27. *quæst. final num.* 10. Romanus *cons.* 66. *in principio, not. in regul. vtile, de regulis iuris, in* 6. Sed in summis tam quantitatis, quàm temporis facilis est separatio licitæ atque excedentis summæ; ergo sicut donatio excedens non est irrita, nisi in eo, quòd transgreditur legitimam summam, sic indulgentia excedens taxam, non valebit in excessu. Confert exemplum electionis factæ pro tribus annis, decernente statuto, quòd solùm fiat pro vno anno cum decreto irritante, quæ non valet nisi pro tempore permisso, Romanus *dict. cons.* 66. nisi statutum præcipiat id esse inductum pro forma: tunc enim electio erit nulla, si secus fiat, vt vult Baldus *in l. quicumque, col.* 1. *Cod. de bon. quæ liber.* vbi concludit locationem rei Ecclesiasticæ esse nullam etiam pro tempore permisso, si constet Ecclesiam aliter non esse locaturam, nisi pro tempore excedente tempus permissum; quòd si simpliciter locet vltra tempus permissum, valebit intra illud legitimum, sicut emphyteusis concessa in quartam generationem reducitur ad tertiam, & sustinetur, Bald. *in Authent. si quas ruinas, C. de sacrosanctis Eccles. & in l. si pupillorum, in fine, ff. de rebus eorum.* Sic in casu indulgentiarum vltra taxatum tempus concessarum.

181. Porrò indulgentias plenarias solus Pontifex Rom. potest concedere, scribentes *in c. cùm ex eo, de priuilegiis*, Cucchus *inst. maior. lib.* 2. *de Summo Pontifice tit.* 2. *num.* 45. Ratio, quia hæc potestas est iurisdictionis, non autem ordinis, *cap. quod autem, de pœnit. & remiss.* quatenus ibi dicitur indulgentiæ concessionem esse actum absoluendi, & iudicialem. D. Thomas *in* 4. *dist.* 20. *quæst.* 3. *art.* 3. Gambat. *de officio Legati, lib.* 8. *tit. quid possit Legatus circa indulgentias, num.* 1. Azot. 2. *p. lib.* 3. *cap.* 54. *quæst.* 2. Aloys. Ricc. *resolut.* 306. *num.* 4. *& resol.* 222. *num.* 1. Huiusmodi autem potestas tribuendi indulgentias plenarias potest concedi à Pontifice Legatis, & Episcopis. Aloys. Ricc. *d. resolut.* 306. *num.* 2. Quin etiam Prælatis Religionum habentibus quasi Episcopalem auctoritatem in sibi subditos concedit Papa, vt finita visitatione in qualibet domo, seu Conuentu tribuant indulgentiam plenariam, qui ipso iure nequeunt indulgentias concedere, Henriquez *de indulgentiis, lib.* 7. *cap.* 21. §. 5. Bonacina *de Sacramentis, disp.* 6. *quæst.* 1. *punct.* 3. *num.* 18. & solus Episcopus iure proprio indulgentias potest concedere, Nauar. *in tract. de indulgentiis, notab.* 31. Bellarm. *eodem titulo, lib.* 1. *cap.* 11. *quæst.* 3. Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiastici, part.* 1. *cap.* 7. *num* 19. Cochier *de iurisdict. ordin. in exemptos part.* 4. *quæst.* 54. Quare nemo Episcopo inferior iure proprio potest tribuere indulgentias, quamuis sit Cardinalis, nisi ex consuetudine, & praxi concedere soleat. Henriquez *suprà lib.* 7. *c.* 21. §. 4. Nam tunc, quamuis non sit Sacerdos, eas dare poterit. Pauin. *de potest. c. Sede vacante, in* 4. *q. principali*, August. de Ancona *in tract. de Ecclesia potest. quæst.* 29. *art.* 8. & Gambar. *d. tit. quid possit Legatus circa indulgentias, n.* 1. & Augustinus Barbosa *in cap. accedentibus, num.* 4. *de excessibus Prælatorum, per totum.*

182. Quod verò attinet ad statuta, probatur ex *cap. meminit,*

memini, de officio Legati, per textum *ibi*, posse Legatos statuta perpetua condere, Fr. Emmanuel *tom. 2. regular. quæst. 97. art. 1. vers. circa primam*, ex vulgari regula, quæ habet, Legatum de latere tantum posse in sua Prouincia, quantum Ordinarius in sua Diœcesi, Gonzal. *de mensibus glossa 25. num. 15.* & ex illa alia, Legatus de latere potest omnia, quæ non sunt reseruata Sedi Apostolicæ in signum specialis priuilegij, sed Episcopus potest facere in Synodo Diœcesana ordinationes perpetuas, quæ non expirant morte conditoris, vt volunt glossa *verb. statute, in cap. vt animarum, de constitut. lib. 6.* praxis Episcopalis *part. 1. verb. edita, §. 3.* Ergo Legatus poterit facere statuta etiam perpetua in Prouincia sibi decreta, quæ durent etiam finita legatione. Nam de se statuta dicunt perpetuitatem, *cap. ex parte el 3. de verbor. significatione.* Item secundùm Innocentium *in cap. cum accessissent, de constitut.* omnes, qui habent iurisdictionem, possunt ordinationes constituere, siue ad tempus, siue in perpetuum in omnibus, quæ spectant ad suam iurisdictionem, Bartol. *in l. omnes populi, ff. de inst. & iur.* Possunt ergo statuere circa excessus corrigendos, & circa mores componendos, *cap. quoniam quidem, distinct. 18.* siquidem circa hæc duo possunt Episcopi, Gratianus *ibi* docens Concilia Episcoporum esse inualida ad definiendum, non autem ad corrigendum. Igitur, quod datum est Episcopis, Archiepiscopis, & Primatibus, non est negandum Legatis Summi Pontificis, secundùm *cap. vltimum, de officio Legati*, vbi Panormit. & alij, Syluest. *verb. lex num. 4.* quos referens sequitur Suarius *de legib. lib. 4. cap. 5. num. 4. ad finem.*

183. Non possunt tamen Legati quidquam statuere contra ius commune ex toto, vel ex parte, glossa *in cap. vltimo, de iis, quæ fiunt a Prælato sine consensu Capituli, cap. quod super his, de maior. & obed.* Felin. & alij *ibi*, glossa *in Clement. ne Romani, de elect.* Gambar. *de potest. legati lib. 8. tit. de potest. leg. in legibus, & statutis condendis.* Poterunt tamen vrgente necessitate, vel causa à Canone verisimiliter non præuisa contra canones statuere, teste Baldo *in l. omnes populi, ff. de iust. & iur.* Abb. *in cap. at si clerici, §. de adulteriis, de iudic.* Similiter possunt statuere præter ius commune, & addere pœnas iuri communi, Gambar. *supra num. 11.* vt scilicet ius commune magis timeatur, & seruetur Innocent. & Hostiens. *in cap. cum inhibitio, de clandest. desponsat.* Azor *part. 2. lib. 5. cap. 32. versic. secundo quæritur.*

184. Eodem modo poterunt statuere, vt casus dispensati per inferiores reseruentur Sedi Apostolicæ, Hostiens. & Ioann. Andr. *in d. cap. cum inhibitio.* Item possunt aliorum Legatorum statuta tollere statuendo, ex ea ratione, quia neque pares neque inferiores possunt illi legem imponere, *cap. cum inferior, de maior. & obedientia.* Nam par in parem non habet imperium, & inferiores nequeunt dispensare in legibus superiorum, *cap. inferior, dist. 21.* Suarius *in defensione fidei lib. 4. cap. 8. num. 15. & lib. 6. de legibus c. 14. num. 4.* Couarr. *4. Decret. cap. 6. num. 15. in 2. part. in principio*, Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 7. num. 6.* & alij vbi probant non posse Prælatos inferiores iurisdictionem acquirere erga superiorem, & ex consequenti non posse dispensare in legibus illorum, neque in pœnis earum, Ancharan. *in cap. vltimo, de consuetudine num. 5. versic. octauo*, & Suarius *de censuris disp. 5. sect. 4. numer. 7. & disp. 7. sect. 4. num. 1. & disp. 29. sect. 1. num. 21.*

185. Interpretari sua statuta Legati debent durante legatione, si quid occurrat obscurum, & ambiguũ; quia interpretatio legum, & statutorum ad conditorem pertinet, *cap. inter alia, de sententia excommunicationis.* Finita autem legatione interpretatio pertinet ad Summum Pontificem, qui à Legato exquirat quomodo intelligat verba legum, & statutorum, quæ condidit, glossa *in cap. ex parte el tercero, de verbor signif.* Gambar. *suprà n. 24.* Azor *d. c. 32. vers. quintò quæritur*

186. Denique Legati ex causa possunt statuere in præiudicium subditorum, dummodo illos citent, sicut Episcopus, Gonsal. *de legato quæst. 10.* Non tamen ligabunt subditos delinquentes extra Prouinciam, neque incurrent pœnas statutorum, Iason *in l. final. in 1. col. ff. de iurisdict. omni. iudic.* Ratio, quia delictum, quod oritur ab statuto, non censetur delictum, nisi in Prouincia. Et quamuis Legati declarent se velle ligare subditos per statutum extra Prouinciam suam, delinquentes sunt, qui putent secundùm tale statutum in foro domicilij, posse iudicari, ita Bartol. *in l. cunctos num. 47. C. de summa Trinit.* vbi vult generalem sententiam ligare non subditos, si iudex id expresserit, & statutum domicilij ligare subditos extra territorium delinquentes, quæ sententia placet Socino *in cap. postulasti, num. 16. de foro compet. & in cons. 302. num. 4. in fine lib. 2.* Alex. *cons. 111. num. 1. lib. 1.* vbi testatur esse communem, sequitur Alciatus *in dict. l. cunctos num. 1.* & Iulius Clarus *in pract. quæst. 85. numer. 4.* post Bossium *in titulo de pœnis, numero 19.*

187. Nihilominus mihi magis placet contrarium, videlicet nunquam statutum ligare delinquentes extra Prouinciam, vel extra territorium, statuentis quamuis id expresserit, ex eo fundamento, quia iudex ex defectu potestatis non potest cognoscere de crimine commisso extra suum territorium, quando delictum punitur solo statuto domicilij, glossa notabilis ab omnibus probata, & recepta *verb. omnimodam, in Clement. vnica, ad finem, de foro competenti*, vbi tradit non posse iudicare, nec punire subditos de actibus commissis extra Diœcesim *de constit. cap. 2. lib. 6.* quam sequitur Felin. *in cap. à nobis 21. de sent. excommunicationis num. 6.* licet *ibi* confundat, & inuoluat opinionem Abbatis cum opinione Bartoli, quæ sunt inter se contrariæ, sequitur Roch. *de consuetudine sect. 9. num. 27.* quæ opinio est multo crebrior, vt testatur Parisius *cons. 157. num. & 9. lib. 4.* Ruin. *cons. 84. in fine lib. 4.* Marsil. *sing. 576. & in l. vltima num. 140. ff. de iurisdict. omnium iudicum*, qui hanc partem tanquam veriorem affirmat, multis relatis aliter sentientibus, quibus accedit Menoch. *cons. 2. num. 130.* 188. Quare ex sententia horum non potest Legatus subditos delinquentes extra suam Prouinciam iudicare ex delicto in suo statuto contento, si extra Prouinciam fuit commissum, secus, si in loco statuti deliquerunt: tunc enim etiam alienos subditos poterit iudicare, quia ratione delicti sortiuntur forum, ne dum, vt ibidem iudicentur, sed etiam, vt puniantur secundùm leges, & pœnas illius loci, Zabarel *in d. cap. à nobis 21. num. 2. de sentent. excomm.* & Felin. *ibi n. 5.* & Bartol. communiter receptus *in d. leg. cunctos numer. 21. Cod. de summa Trinitate.*

* * *

DISPVTATIO XI.

De obligationibus Delegatorum Summi Pontificis?

§. I.

EPITOME.

1. *Delegatus Principis potest punire impedientes suam iurisdictionem.*
2. *Delegatus an possit subdelegare cum potestate subdelegandi instar Ordinary. & quid de Delegato ad vniuersitatem causarum?*
3. *Delegatus Pontificis, vel eius Legati, an possit esse, qui non est in dignitate constitutus.*
4. *Delegatus Principis non solùm coniunctim, sed etiam diuisim potest subdelegare causam sibi commissam.*
5. *Delegatus Pontificis est præstantior, & maior Ordinario, quoad causam sibi delegatam.*
6. *Delegatus Pontificis potest inquirere absque diffamatione.*
7. *Delegatus Pontificis potest excommunicare eos, in quos habet delegatam iurisdictionem.*
8. *Delegatus Principis ad vnam causam, non potest cognoscere de nullitate sua sententia.*
9. *Delegatus, qui iudicauit contra formam mandati, potest iterum iudicare.*
10. *Delegatus, qui nulliter iudicauit per errorem facti, an possit cognoscere de nullitate sua sententia?*
11. *Delegatus à Principe potest restitutionem in integrum concedere contra suam sententiam.*
12. *Delegationem causa, qui impetrauit à Pontifice, re integra potest renunciare illi, & prosequi causam coram primo iudice.*
13. *Delegatus Papæ potest intra annum suam sententiam exequi, non tamen annullare.*
14. *Delegatus potest reuocari à suo principali etiam re non integra.*

1\. CERTI iuris est posse Delegatum Principis punire eos, qui suam voluerint iurisdictionem impedire, textus *in cap. 3. de officio, & potest. iudicis Deleg.* quod habet locum etiam attento iure communi, & ex vi delegationis, per quam causa committitur: neque requiritur clausula *Cõtradictore. Ecclesia censura compescendos*, cuius meminit *cap. pro illorum, in principio, de prabend. & cap. vt officij, verbo compescendi, de haret. lib. 6.* & in specie præceptor, Barbosa *in l. si quis ex aliena, num. 102 ff de iudic.* Bellet. *disquisit. clerical. part. 1. tit. de fauore cleric. reali §. 5. num. 22.* Flamin. *de resignat. lib. 8 quast. 2. num. 161.* quod extendit Abbas, & Decius *in d. cap. 1 de officio Legati*, non solùm ad priuatos, sed etiam ad Magistratus, quos omnes Delegatus poterit coërcere, si vtrosque impedientes inuenerit, & hoc non solùm in foro Ecclesiastico, sed etiam in seculari, ex textu *in d. cap 1.* Iason *in l. 1. in principio, num. 40.* & *ibi* Alex. *num 14. ff. si quis ius dicenti*, posita etiam pœna pecuniaria, Farin. *part. 5. quast. 114. num. 26.*

Quod procedit etiam in Delegato inferioris à Principe, cui etiam sit facultas puniendi impedientes, turbantes, & turbari mandantes suam iurisdictionem, Menoch. *de arbitrar. casu 428. ex num. tertio*, Farinac. *in praxi crimin. part 5. quast 114. num. 61. num. 63. & num. 66.* vbi concludit pari pœna esse puniendos potestates, & Magistratus, qui ad instantiam rei conuenti compellunt minis, vi, ac metu actorem desistere à lite incepta. quod demonstratur ex *d. cap. 1. de officio Delegati*, per hæc verba, *sicut agentes, & consentientes pari pœna*, quod intelligitur, quando consentientes cum agentibus cõcurrunt positiuè dando causam efficacem, & proximam auctori, & actori delinquenti, Molina *de iustitia tract. 2. disp. 732. num. 1.* Couarr. *in regul. peccatum part 2. §. 12. à num. 1.* Flamin. *de Confidentiis quast. 21. n. 5. ex cap. notum, 2. quast. 1. & ex cap. facientes dist. 86.* Iulius Clarus *in practica § final quast 90. num. 1.* Mascard. *de probat. conclus. 159. num. 18.* & Bonacos. *commun. crimin. par. 1. verb. agentes fol. 9.* vbi concludunt agentes, ac consentientes, auxiliumque præstantes in delicto puniri eadem pœna, qua punitur ipse delinquens.

Illud tamen datur discrimen inter Delegatum Pontificis Rom. & inter Delegatum inferioris à Principe, quòd ille potest coërcere quoscumque impedientes & contradictores vbicumque reperti fuerint absque vlla restrictione territorij, cùm Delegans vbique iurisdictionem exercere possit, *cap. cuncta 9. quast. 3* & notant Decius, & alij *in dict. cap. 1 de officio Delegati num. 14.* hic autem cùm sit Delegatus inferioris, nempe Episcopi, vel alterius, potest alienæ iurisdictionis, & territorij subditos punire, eatenus, quatenus ipse Episcopus, vel inferior alius Delegans ratione delicti eosdem potuisset punire, secundùm regulam *c. postulasti, & c. vltimo, de foro compet.*

Debet tamen constare iudici Delegato manifestè, hoc est, per modos legitimos de impedimento, quo impedientes volunt vti ad impediendum suam iurisdictionem, vt colligitur ex *d. cap. 1. de officio, & potest. iudicis delegati*, ibi, *si manifestè cognoueris eos iustitiam impedire.* quæ verba non respiciunt, nec qualificant verbum *impedire*, quasi exigatur manifestum impedimentum, sed respiciunt, & qualificant commissionem iudicis. Proinde, si iudex cognouerit per modos legitimos, & per probationes, poterit impedientes coërcere; quamuis impedimentum non sit publicum, vel notorium, nec notoria impedimenti probatio; sed sufficit cognitio, & indago facienda per probationes legitimas, & iure probatas: aliter enim si notorium requireretur impedimentum, nunquam Delegatus posset coërcere impedientes, cùm minæ, & terrores, quibus conquerentes compelluntur desistere à negotio, & lite non in loco publico, sed in occulto inferuntur de more.

Potest ergo Delegatus, iuxta *d. cap. 1.* compescere impedientes maiori excommunicatione, id enim significat verbum *districtio Ecclesiastica*; iuuat Concil. Trident. *sess. 25. de regular. cap. 5. in fine*, ibi: *impedientes, vel inobedientes per censuras*, & constat ex *cap. præterea, & ex cap. fine 2. de officio Delegati, & ex cap. tam litteris*, ibi: *excommunicantes solemniter, de testibus.* Quòd si Delegatus nequeat excommunicatione maiori, & aliis censuris inobedientes, & impedientes compescere, recurrere debet ad auxilium brachij secularis, secundùm regulam *capitis primi, in fine de officio Ordinary*, textus *in c. vt officium, §. compescendi, vers. denique, de hereticis in 6.* Couarr. *practicarum cap. 10 n. 5.* Mandos. *regul. 41. Cancellar.*

Cancellar. quaest. 2. num. 12. Menochius *remedio* 3. *retinenda. num.* 360.

Atque ita posse Delegatum Papæ implorare auxilium brachij secularis, est communis, Panor. Imol. Decius. ita per *cap. administratores*, 23. *quaest.* 5. Innoc. *in cap. significasti num.* 3. *de offic. Delegati.* Quæ procedit etiam quando iudex secularis est requisitus à iudice delegato Sedis Apostolicæ absque speciali claosula, quòd possit implorare auxilium brachij secularis, quia etiamsi in rescripto ioterdum apponatur clausula; *Inuocato ad hoc auxilio brachij secularis, si opus fuerit*; illud est ex superabundanti cautela, & de stylo Coriæ quandoque exprimuntur clausulæ, quæ suapte natura intelliguntur, & insunt, vt docet Imola *in d. cap. significasti, col.* 2. *de officio Delegati.* Ideo esto in rescripto non sit clausula specialis, quòd possit inuocare tale auxilium, nihilominus potest contra laicos ioobedientes, & contra clericos resistētes, per textum *cap. petimus, cap. istud*, 11. *quaest.* 1. *cap. postulasti* 21. *de homicidio*; nisi quando a iudice Ecclesiastico est appellatum: tunc nequit inuocare auxilium brachij secularis pendente appellatione; vt volunt Alberic. *in l. Episcopale, versic Sed circa hoc quaero*, Paul. Castrens. *ibi in fin. C. de Episcop. audien*, & Oldrald. *cons.* 89 ex vi regulæ, quæ habet, *pendente appellatione nihil innouandum. l.* 1 *in princ. ff. nil innouar. appell. pendent.* & Decius *in d. cap. significasti col.* 2 *de offic. delegat*, quod intellige quando appellatur à definitiua, vel interloquutoria, cum causa probabili, quam esse falsam non constaret, & appellatur seruata forma de iure, & in tempore debito.

Sed quid dicendum quando impedientes aliquando impedierunt reuera, & postea destiterunt à contumacia? Responde non posse Delegatum eos excommonicare, quia cessauit inobedientia, & contumacia, *glossa* 1. *in cap. Episcopi* 11. *quaest.* 3. recepta ex Cardinal. Sancti Sixti *ibi num.* 3. Spino *in rubr. part.* 11. *num.* 24 Nauarr. *in cap cum contingat quinta causa nullitatis, de rescriptis, num.* 5. conferr *cap. nemo, in fine*, 11. *quaest.* 3. ibi, *& quia aliter non poterat corrigi*; quibus verbis ostenditur debere persistere impedieotes, & impedimentum. Similiter nequit Delegatus procedere per excommunicationem nulla præcedēte cootumacia, vel inobedientia, vel contemptu, quæ est materia excōmonicationis, quia non valebit excōmunicatio. Quin etiā non debet procedere, vbi ex coniecturis verisimiliter, & probabiliter consequutus fuerit impedieotes nullo modo cessaturos, sed magis, ac magis vlteriùs obstinatos progressuros, Couar *in cap. Alma mater, in principio, num. vltimo*, Tiraquel *l.* 9. *connubialium, glossa* 1. *part.* 9. *num.* 126. *vers. hactenus, ex cap. prodest, ad finem*, 25. *quaest.* 5. vbi Ecclesia abstinet à censuris, quando videt se nullatenus proficere, *& ex cap alligant.* 26. *quaest.* 7. vbi nulla imponitur pœnitentia illi, qui futurus est deterior. Quod considerantes, Ioannes Andr. & Franch. *in cap.* 1. *de sentent. excommunicationis in* 6. tradiderunt quando excommunicatus ex diuturno tempore fit peior, ac deterior, debere iudicem ex officio remittere excommunicationem. Quamobtem Hostiens. *in cap.* 1. *verb. cognoueris*, & *ibi* quoque Anton. *col penult.* & Imol *in fine, de offic. deleg.* cum Prælatis loquendo admonent, ne ferant excommunicationem, vbi, & quando prouident futuram esse inutilem, & contemptibilem. Conducit opinio Archid. *in cap. si peccauerit in te frater tuus, column.* 3. *quaest.* 1. dicentis, quamuis prima correctio fraterna sit in præcepto, non obligare vbi probabiliter timetur, ne monitus fiat deterior, quod multis probat Felin. *in cap. scribam, in principio, de praesumptionibus.*

2. Sequitur illa dubitatio, an Delegatus possit subdelegare cum potestate subdelegandi instar Ordinarij? Iason *in l. à iudice, num.* 9. *C. de iudiciis*, ait forsitan posse Delegatum Principis, sed communiter reprobatur. Ideo negatiuè responde non posse scilicet subdelegare cum potestate subdelegandi, Marant. *de ordine iudic. part.* 4. *distinct.* 5. *princ. an iudicium sit ordinarium, num.* 63. glossa *cap. super quaestionum*, §. *Porrò, verb. transfert, de officio delegati*; vbi Abbas *eodem* §. *num.* 2. Caccialupus *in leg. more num.* 18 *ff de iurisdict. omnium iudic.* Bolognetus *l.* 1. *num.* 137 *ad finem, vers. quintò potest, ff. de officio eius*, Couar. *lib.* 3. *variar. cap.* 2. *num.* 11. D. Barbos. *in l. cùm Praetor*. §. 1 *num* 154. Peregrin. *lib.* 1. *ad rubricam huius tituli n.* 12. *&* 13. Azeuedo *lib.* 3. *recopil. ad tit.* 9. *n.* 11. & est communis.

Nec obstat Ordinarium posse delegare cum potestate subdelegandi, quando delegans concedit illi subdelegandi potestatem; quia in primis sunt, qui negent hanc potestatem Ordinario, cùm id habeat ex priuilegio à lege: proinde non potest priuilegium in Delegatum transferre, *l.* 1. *in principio, ff. de offic. eius.* Quòd autem non habeat Ordinarius potestatem delegandi ex officio, sed ex priuilegio, deducitur ex *d leg. more, ff. de iurisd. omnium iudicum*; igitur nequit delegare cum potestate subdelegandi, quam partem vti veriorem tradit Imol. *in d. cap. super quaestionum*, §. *porrò, verb. transfert, de offic. Delegati, num.* 12. & videtur tenere *ibi* glossa, & expresè Cardinalis *Clement.* 1. *quaest.* 12. *de officio Delegati*, & Franch. *in cap. is cui, ad finem, de officio Delegati in* 6. dicentes non esse iotegrum Ordinario de potestate ordinaria delegare, cum potestate subdelegandi: ergo nec Delegatus Principis subdelegabit cum potestate subdelegandi.

Dicendum tamen est posse Ordioarium delegare cum potestate subdelegandi, ita, vt Delegatus subdeleget nomine ipsius delegantis, non verò nomine suo proprio, ita Felin. *in cap. super quaestionum*, §. *si verò num.* 18. *vers. limita, nisi daret, de officio Delegati*, & probatur *in l. vnum ex familia*, §. *si de falcidia, ff. de leg.* 2. vbi eligens de mandato testatoris, nihil conferr, sed testator, qui iubet eligere: ita Delegatus Ordinarij potest subdelegare nomine delegantis iussu illius, Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp* 31. *num.* 6. vbi *num.* 7. subdit sufficere ad hoc licentiam tacitam Ordinarij, quæ censetur concessa, quando Delegatus Ordinario sciente, & patiente delegat, Iason *l.* 1 *iudice, num* 9. *C. de iudiciis*, Alex. *cons.* 157. *vol.* 2. Maranta 4. *part. dist.* 5. *principali*, an iudicium sit ordinarium, ex *num.* 63 Ratio, quia vbi requiritur licentia in actu, sufficit tacita, & præsumpta ex ratihabitione de præsenti, vt docent, Corsetus *in suis singularibus littera L. verb. licentia*, & Ioannes Lupus *rubrica de donationibus*, §. 68. *num.* 27. Sanchez *de matrim. disput.* 33. *numer.* 20.

Ex dictis sequitur Delegatum ab inferiore Principe non posse subdelegare, *l. à iudice, Cod. de iudiciis, & cap. final. per locum à speciali, de officio Delegati*, neque Delegatum Pontificis nudum ministerium sibi commissum, §. *final. eiusdem capitis.* Inferiorem autem Episcopo posse delegare, committereque ea, quæ illi competunt iure proprio; quamuis competant ex priuilegio, vel ex consuetudine, text. & *ibi* glossa solemnis, & *ibi* Panorm.

de officio Ordinarij, Nauar. *de priuilegiis conf.* 9. *n.* 1. Hoc autem non tollit, quo minus valeat Delegatus Papæ in totum subdelegare, text. *in cap. si pro debilitate, & cap. super quæstionum, in fine principij, de officio Delegati*, Molla *in Emporio part.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 15. *num.* 10. Sà *in summa verb. Delegatus numer.* 1. D. Barbos. *in l. quia tale, num.* 47. *ff. soluto matrim. & in l. cùm Prætor. §.* 1 *num.* 385. *cum sequentib. ff. de iudiciis*, & alij, quos referens sequitur Augustin. Barbosa *allegatione* 106. *de officio, & potestate Episcopi, num.* 44.

2. Quid dicendum de Delegato ad vniuersitatem causarum? Responde, Delegatum hunc esse instar Ordinarij, & subinde delegare posse. Dicitur autem Delegatus ad vniuersitatem causarum ille, cui committitur certum genus causarum sub vno nomine collectiuo, etiamsi non sit generalissimum, sed subalternum, quamuis sit limitatum, vel quoad locum, puta causæ talis oppidi, seu ciuitatis, vel restrictum quoad tempus, nimirum, si committantur causæ per annum, vel per biennium talis territorij, vel quoad quantitatem, nempe causæ decem aureorum. Bartol. *in l. legatus, num* 4. *ff. de officio Proconsulis*, & Azeuedus *lib.* 3. *recopil. titul.* 9. *l.* 1. *num.* 5.

Est ergo delegatio vniuersalis quando indefinitè committuntur, & delegantur omnes causæ talis territorij, vt notat Salicetus *in l. à iudice n.* 3. *C. de iudiciis.* Similiter delegatio erit vniuersalis, quoad personas, quamuis non quoad causas, & multo fortiùs quando est vniuersalis, quoad causas, & personas. Sanchez cum multis *ibi* relatis, *de matrim lib.* 3. *disp.* 31. *num.* 4. Atque ita commissio facta Inquisitoribus super certum territorium in causa hæresis, est delegatio ad Vniuersitatem causarum, vt ait Decius *in cap. causam matrim de officio delegati, num.* 42. contra Franchum *in cap. cùm causam, de appellat.* dicentem Inquisitores non esse delegatos ad vniuersitatem causarum; sed ad hoc sufficit, vt sint delegati, quòd commendentur omnes causæ hæresis certi territorij, vel castri, Baldus *in l. solet. num.* 1. *ff. de iurisdictione omnium iudic.* Alex. *ibi num* 8. dicens esse communiter receptum, Socin. *in l. more maiorum, ff. eodem*, Garcia *de benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 361. Nec oportet vt commissio sit generalissima, sed satis est, vt sit generalis quoad causas hæresis, seu vsurarum, Sanchez *suprà num.* 4.

Dicitur autem Delegatus ad vniuersitatem causarum quasi Ordinarius cùm possit subdelegare, *l.* 1. *§. ab eo, ff quis, & à quo*, vbi dicitur, cùm delegatus subdelegat, esse appellandum ad primum delegantem, per quod supponitur posse delegatum subdelegare: quod de delegato, ad vniuersitatem causarum exponit glossa *ibi verb. non ipse, & verb. ab eo*, Bartol. *in d. l. more maiorum, ff. de iurisdict.* Abbas *in d. cap. cùm causam, num.* 12. *de appellationibus*, Anton. *d. cap. super quæstionum, §. si verò, num.* 17. *de officio deleg.* Felin. *ibi n. etiam* 17. Couar post alios 3. *variar. cap.* 20. *num.* 11.

Negant autem posse delegatum ad vniuersitatem causarum subdelegare aliquid, Decius *in d. cùm causam num.* 7. *de appellationibus*, & Curtius *in d. l. more maiorum, ff. de iurisdict. omnium iudicum num.* 67. eo, quia non habet iurisdictionem iure proprio, sed iurisdictio remanet in Ordinario, quam à se abdicare non potest. *l. Legatus, ff. de officio Præsidis*; ac proinde in delegato non persistit, nisi vsus iurisdictionis, per textum *in l.* 1. *§. qui mandatam, ff. de officio eius*, vbi habetur delegatum non habere proprium, sed vti iurisdictione mandantis: confirmatur, quia vsuarius vsuarium non creat, §. 1. *Instit. de vsu, & habitat.* ita nec delegatus potest constituere delegatum; idem tradit Imol. *in l. si vni, ff. de re iudicata.*

His tamen non obstantibus verius est delegatum ad vniuersitatem posse subdelegare per supradicta, & probat Iason *in l. à iudice C. de iudiciis num.* 8. Sbrosius *lib.* 2. *quæst.* 55. *num.* 34. Rosel. *verb. delegare, in principio*, Angel. *verb. delegatus, num.* 6. Syluest. *ibi quæst.* 8. Henriquez *lib.* 6. *de pœnitentia cap.* 7. *num.* 3. *in commento littera N.* Garcia *de benefic. part.* 5. *cap.* 8. *num.* 35. Non poterit tamen inconsulto Principe delegare totam suam delegationem, sed vnam, vel alteram causam, ita Hostiens. *in tit. de officio delegati, §. quis possit*, sequitur Alex. *in l. à iudice, C. de iudiciis* Syluester, & Rosel. *vbi proximè*: sicut Ordinarius non potest totam suam iurisdictionem delegare inconsulto Principe, *l. penultima, & ibi notat. ff. de officio Præsidis*, Felin. *in cap. super quæstionum, §. si verò, num.* 17. *de officio delegati*, Azeued. *lib.* 3. *recopilat. tit.* 9. *rubr. num.* 14. quemadmodum nec Parochus potest in perpetuum alteri curam demandare sine consensu Episcopi, cùm debeat seruire per se ipsum, *cap. extirpandæ §. qui verò, de præbend. & cap. cùm ex eo, de elect. in* 6. Azor *part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 6. *quæs. decimò quæritur, & quæs. vltimò quæritur*, & Regin. *tom.* 1. *lib.* 1. *num.* 51. vbi traduot, ex iusta causa per breue tempus posse Parochum curam suæ Ecclesiæ alteri committere: ergo similiter delegatus poterit vnã, vel alteram causam delegare, quando fuerit delegatus ad vniuersitatem causarum. Secus si fuerit delegatus ad generalitatem causarum omnium, quæ controuertuntur inter Petrum, & Paulum; tunc enim non poterit vnam causam subdelegare, quia non est delegatus ad vniuersitatem, sed ad generalitatem, Angelus *in l. solet, num.* 1. *ff. de iurisdict. omn. iudicum*, & Salicet. *l. à iudice num.* 4. *Cod. de iudiciis*, contra Bartol. *in d. l. more, num.* 11. *ff. de iurisdict. omnium iudicum*, asserentem delegatum ad vnam causam posse subdelegare quendam articulum illius causæ, sed communiter reprobatur, Sanchez *d. lib.* 3. *disp.* 31. *num.* 4. *ad finem*, nisi intelligatur de articulo non continente iurisdictionem, Sanchez *suprà num.* 10. *in principio, & in fine*, vbi addit nec etiam articulum non continentem iurisdictionem posse subdelegari. Sed de his 1. *part. lib.* 4. *disputat.* 10. §. 1. *ex num.* 128. *vsque ad num.* 141.

Porrò pro Vicariis foraneis vulgò, *vigarios das Comarcas*, dicendum est illos esse, qui constituuntur ab Episcopo, vel ab Archiepiscopo in vna parte suæ diœcesis, vel in certo causarum genere, vel etiam ad vniuersitatem causarum in certa diœcesis parte: hi autem nullo modo sunt Ordinarij, quidquid Sylu. *verb. Vicarius, quæst.* 4. & D. Anton. 3. *p tit.* 19. *c.* 10. §. 2. affirment contra communem; sed sunt delegati constituti ab Episcopo, vel Archiepiscopo. Ita glossa communiter recepta *in Clementina* 2. *verb. foraneo, de rescript.* Felin. *in rubric. de officio delegati, col. fin.* Alexand. *in rubric. de officio eius cui mandat. est iurisdict.* Angelus *in l. præcipimus C. de appellat.* Sanchez *lib.* 3. *de clandestin. consens. disp.* 29. *num.* 10. *conclus.* 2. Marant. *vbi suprà part.* 4. *d.* 5. *an iudicium ordinarium, & delegatum num.* 14. Paz *in sua praxi tom.* 2 *prælud.* 3. *numero* 5. Garcia *de benefic. part.* 5. *cap.* 8. *numero* 29. *& numero* 34. Azor 2. *part. institut. moral. lib.* 3. *cap.* 45. *quæstion.* 15. ratio est, quia Episcopus, vt suprà

dictum

dictum est, non potest concedere ordinariam iurisdictionem, vt ait Sanchez *ibi*, & Vicarius foraneus non haber iurisdictionem, nisi commissam sibi ab Episcopo, vt omnes fatentur. Item quia Vicarius iste non facit vnum tribunal, nec Consistorium cum Episcopo, imò ab illo appellatur ad Episcopum, seu ad Vicarium Generalem ipsius, *dictn gloss in verb. foraneo*, & *ibi* Felin. *limitatione primn*, & habetur *in d. c. Romana*, & *ibi* Gemin. *de appellationibus, lib.* 6. Matant. & Paz *vbi suprà*, ille *num.* 14. iste *eodem num.* 5. Sanchez *num.* 10. Sbrozius *lib.* 1. *quæst.* 13. *lib.* 2. *quæst.* 55. *num.* 33. Garcia *num* 29. & a Vicario Generali non appellatur ad Episcopum, cùm habeat idem Consistorium, & tribunal cum eodem, vt notum est. Secus de foraneo cùm sit delegatus Episcopi, ab eo ad suum delegantem fit appellatio, per text. *in cap. super quæstionum, de officio delegati, & in cap. dilecti* 3. *& ibi gloss.* 2. *de officio delegat.* & constat gloss. *in cap.* 2. *verb. officiali, de consuetudine in* 6. Nec potest esse delegatus Apostolicus per *Clementinam, & si principales*, & *ib* glossa, & Doctores, *de rescriptis*, Sbrozius *lib.* 2. *quæst.* 23. Azor *d. quæs.* 15. *vbi supra, ad finem*. Secus dicendum de Vicario Generali Episcopi: is enim tamquam dignitate functus potest esse delegatus Apostolicus, per *d. Clementinam, & si principalis*, & *ibi* glossa, & Scribentes, & Sbrozius *lib.* 2. *quæst.* 23. & Flores *variar. quæst.* 4. *num.* 6. modò sit Vicarius verè & absolutè generalis constitutus ad totam Diœcesim, quòd si sit positus in vna ciuitate, esto sit Metropolis, non est Generalis, & ideo ab eo appellari potest ad Episcopum. Ita Doctores communiter, sequitur Garcia *vbi suprà num.* 30. contra Sbrozium malè asserentem non posse appellari ab hoc Vicario ciuitatis ad Episcopum, *lib.* 3 *quæst.* 2. *n.* 5. & Calderin. *cons.* 2. *de appellat.* Azor *d. quæs.* 15.

Quin imò licèt Vicarius foraneus sit Vicarius ad vniuersitatem causarum, adhuc erit delegatus, quia non consideratur generalitas loci, sed generalitas commissionis causarum, & ita nunquam constituit cum Episcopo vnum tribunal, nec idem Consistorium, ac propterea semper est delegatus: quia non habet iurisdictionem à iure, sed ab Episcopo, Felinus *in cap. super quæstionum, §. si verò, num.* 17. *de officio delegati*, Cardinalis *Clement.* 2. *de rescriptis*, Rebuff. *in praxi benefic. de vicar. Episcopi n.* 6. Alexand. de Neuo *c. dilecti el* 3. *n.* 28. *de appellat.* Abbas *in c. relatum, n.* 8. *de offic. deleg.* Sbrozius *lib.* 1. *de Vicar. Episcopi, quæst.* 22. *num.* 7. Bartolus *in l. vnicn, in fin. ff. quis, & a quo appell.* glossa optima *in Clementinn* 2. *de rescriptis, verb. foraneo*, vbi tradit differentiam Vicarij Generalis Episcopi, & alij, quos referens sequitur Sanchez *d. lib.* 3. *disp.* 29. *num.* 10. & Garcia *de beneficiis, d. part.* 5. *c.* 8. *n.* 34.

3\. Sequitur dicamus, quæ requirantur, vt aliquis sit Delegatus Summi Pontificis? Responde in primis requiri, vt sit in dignitate aliqua constitutus tempore commissionis sibi factæ. Ita glossa per textum *ibi in cap. statutum, in principio, de rescriptis, in* 6. *& verb. Canonicis, in fine*, quam glossam probant, Archidiaconus *in eodem cap. statutum, num.* 3. *vers. quid, si causa*, Franchus *ibidem num.* 8. Baldus *in l. generaliter. num.* 7. *C. de Episcop. & cler.* quia capacitas, & habilitas à principio actus desideratur in qualibet dispositione, *cap. si eo tempore, de rescriptis in* 6. *cap. dudum, de electione. l. fœmina, de Senatoribus l. si procurator, ff. mandati*. Ceuall. *in commun. contra commun. quæst.* 666. & Flamin. *de resignatione lib.* 1. *quæst.* 11. *num* 6. Ratio enim finalis est, quia constituti in dignitate præsumuntur sapientes, & honestæ vitæ, argument. *cap. cùm in cunctis, de electione*; ideo requiritur, quòd tempore commissionis dignitas subsistat, quoniam qualitas verbo adiuncta est intelligenda secundùm tempus verbi text. *in l. in delictis, §. extraneus, ff. de noxalibus. l. Titius, ff. de testamento militis*, quæ omnia probantur ex *d. cap. statutum, §. sancimus*, ibi: *Sancimus igitur, vt nullis, nisi dignitate præditis, aut personatum obtinentibus, seu Ecclesiarum Cathedralium Canonicis causæ auctoritate litterarum Sedis Apostolicæ, vel Legatorum eiusdem de cætero committantur; nec audiantur alibi, quàm in ciuitatibus vel locis insignibus, vbi possit commodè copia peritorum haberi.* Sic ibi.

Ex dictis sequitur Delegatum, siue sit in dignitate constitutus, siue sit Canonicus, post factam renunciationem posse cognoscere de causa sibi commissa, si tempore commissionis erat Canonicus, vel dignitate præditus, glossa *in d. cap. statutum, in verb. Canonicis, ver & si tempore data, de rescriptis lib.* 6. Anchar. *num.* 5. *versic.* 4. *quæro*, Gemin. *num.* 9. *& in c. licèt Canon, in principio, col.* 3. *de electione, lib.* 6. Paulus de Castro *cons.* 327. *ad primum in tertio dubio*; sicque fuisse iudicatum à sacra Congregatione Concilij die 21. Maij 1587 refert Flamin. suprà *n.* 14. & Ceuall. *quæst.* 666. *n.* 10. dicens fuisse decisum posse resignantem de causa cognoscere post resignationem etiam, quæ opinio est tenẽda.

Nihilominus doctrina glossæ procedit quando commissio est personalis, neque per cessationem dignitatis commissio vitianda est, vt docet Tabien. *verb. delegare quæst.* 12. *num.* 19. Flamin. *d. numer.* 6. & Felin. *in cap. quoniam*, Abbas *num.* 5. *de officio delegati*. Quod patet, quia quando commissio est realis, non requiritur, nec sufficit, quòd tempore impetrationis rescripti dignitas adsit, sed satis est, quòd quando offertur rescriptum, persona sit prædita dignitate, quamuis non fuerit in dignitate tempore impetrationis, requiritur tamen, vt in ea perseueret toto tempore delegationis, quia eo ipso, quòd dignitas cessauerit, commissio deuoluitur ad successorem in dignitate, cùm facta fuerit contemplatione dignitatis, vt notatur *in d. cap. statutum, de rescriptis in* 6. atque ita commissio sequitur dignitatem in quacumque persona inueniatur, Innocent. *in d. cap. quoniam Abbas, in principio, de officio delegati*, & *ibi* Abbas *num.* 8. Cardinalis *num.* 4. *quæst.* 4. Ioann. Andr. *cap. quamuis, num.* 2. *de officio delegati in* 6. & *ibi* Anchar. *ad finem*, qui loquuntur in casu in quo causa erat commissa Titio constituto in dignitate quadam, & ab ea fuit translatus ad aliam, traduntque non posse Titium de ea cógnoscere vlterius, cessasseque commissionem, & transiisse ad successorem Titij in dignitate, quia cõmissio erat realis, vtpote dignitati facta: secus quando est personalis; tunc enim etiamsi resignet dignitati, adhuc potest cognoscere secundùm glossam *in d. c. statutũ*, quia per commissionem personalem factam illi, qui tẽpore impetrationis rescripti erat positus in dignitate, commissio, quoad actum delegandi, suum sortita est effectum, vt dictum est, & vt semel acquisiuit Delegatus, non obest dignitatem cessasse retentionem commissionis personalis, Sanch. *lib.* 8. *de matrim. disp.* 27. *n.* 12. *&* 28. modò cœpisset de causa cognoscere, Barbosa *de potest. Episc allegat.* 54. *n.* 155.

Ex dictis habes duplicem esse delegationem, alteram personalem, alteram realem; personalis est illa, quando nomen duntaxat personæ

Delegati exprimitur, vel ex verbis ipsis colligitur delegantem habuisse respectum ad personam Delegati, nisi Delegatus sit incognitus deleganti: tunc enim censebitur commissio realis, & facta dignitati, si fortè Delegatus eam habeat, per *legem penultimam, ff. de rebus dubiis*, ita Iason *in l. more, num. 56 limitat. 6. de iurisdict. omnium iudic.* Sed hæc limitatio quatenus dicit commissionem esse realem, quando Delegatus est incognitus deleganti, non est admittenda. Quare dicendum est delegationem esse personalem quando fit expresso solo Delegati nomine, vel quando ex verbis, vel ex aliquo alio colligi potest delegantem habuisse respectum ad personam Delegati, ita Decius *in cap. quoniam Abbas, de officio Delegati, in verb. successiuè Abbas egreditur*, & Bero. *ibidem num. 82. & num. 86.* Similiter erit personalis, si dicatur, Committimus Archiepiscopo Granatensi Petro, seu committimus Petro Granatensi Archiepiscopo, quia parum refert, an dignitas præcedat, vel postponatur: proinde, cùm exprimatur nomen proprium, & expressio nominis proprij semper debeat aliquid operari, ne superflua videatur, nihil aliud operari debet, nisi, vt commissio fit personalis, & ex consequenti extingui morte delegati, nec transire ad successorem, glossa *in Clement. 2. verb. principalis, de rescriptis*, vbi vult commissionem factam Vicario Episcopi esse personalem quoties committens ait, committimus Vicario Episcopi Petro, eo quòd præsumitur commissio personalis ex nominis proprij expressione, quam sententiam tradunt, Ioannes Andreas *in cap. statutum, num. 17. versic. & ibi possis, de rescriptis in 6.* Imola *in d. cap. quoniam Abbas num. 8. ad finem*, & Bero. *ibi num 22.* Alex. *consil. 175. col. penult. lib. 5.* Flamin. *de resignat. lib. 1. quæst. 11. num. 12.* vbi concludit, quoties in commissione exprimitur nomen proprium, & dignitatis, siue præcedat nomen proprium, siue subsequatur, delegationem videri personalem, non autem realem, Sanchez *lib. 8. disp. 27. num. 10. ad finem.*

Erit autem commissio realis quando facta fuerit alicui expresso solùm nomine dignitatis, & tacito nomine proprio, tunc enim transit commissio ad successorem, diciturque realis, cùm dignitas illa, seu officium fiot perpetua; neque expirabit morte delegati, propterea in successorem in officio, seu dignitate, transibit. Diximus dignitatem, seu officium debere esse perpetua, neque debere extingui com morte possessoris, vnde commissiones factæ Legato etiam à latere sub nomine dignitatis videntur personales, quia expirant mortuo Legato, vel eo ab officio amoto, nec transeunt ad successorem, eo quòd Legati dignitas non est perpetuum officium in Ecclesia, sed ad nutum Pontificis remouibile, & per ipsum de nouo quoties sibi visum fuerit, creatur, Abbas *in d. cap. quoniam Abbas, num. 11.* Felin. *num. 8. de officio, delegati*, Imola *in Clement. 2. num. 12. de rescriptis*, Bartol. *in l. more maiorum, in fine, ff. de iurisdict. omnium iudicum*, & alij apud Sanchez, quos *ibi* sequitur *d. disp. 27. n. 11.*

Decius tamen *in d. c. quoniam Abbas, column. 4. versic. sed in hoc vltimo dicto occurrit, de officio delegati*, limitat dicens ex dispositione *cap. statutum, §. 1. de rescriptis in 6.* causas debere committi existentibus in dignitate, vel Canonicis Ecclesiæ Cathedralis. Atque ita si Pontifex committat causam Canonico, significare videtur delegationem factam fuisse dignitati, id est, Canonico illi Cathedralis Ecclesiæ, nihilominus ait commissionem non transire in successorem illius Canonici, ex eo, quia commissio non fuit facta dignitati in abstracto, sed in concreto, videlicet prout fuit annexa illi tali certæ personæ Canonici electi. Ex quo sequitur commissionem factam dignitati illo modo, esse potius personalem, quàm realem, sequitur Menoch. *consil. 540. num. 17.* subdens, *num. 19.* commissionem factam vni canonico Cathedralis Ecclesiæ habentis certum numerum Canonicorum, esse personalem, neque ad successorem transire, quæ fuit opinio Abbatis *in d. cap. quoniam Abbas*; eo quia Canonicus sui natura non habet successorem in dignitate, & ex consequenti per obitum Canonici extinguitur delegatio.

Alij addunt, si Delegatus etiam in dignitate constitutus, contingat, vt coniunctus esset, vel sanguine, vel amicitiæ vinculo cum delegante, talem delegationem extingui per obitum delegati, nec transire ad successorem, ita Iason *in dict. l. more maiorum, ff. de iurisd. omnium iudic. num. 65.* & glossa *in cap. Religiosus, verb. expresserit, de testam. in 6.* Sed oppositum tradit Sanchez *vbi suprà num. 15. ex regul. cap. statutum, de rescriptis in 6.* dicentis delegationem sub nomine dignitatis factam esse realem, & transire ad successorem, cùm sit facta principaliter contemplatione dignitatis, non verò contemplatione personæ, nec glossa loquitur in nostro casu, sed in executione testamenti, quæ communiter committi solet amicis, aut consanguineis, qui per accidens erant in dignitate constituti. Mihi tamen magis placet sententia Iasonis *in d. l. more, num. 65. versic. 4. limitat.* quia non est dubium in delegatione facta amico, vel consanguineo delegantem magis attendisse consanguinitati, aut amicitiæ potius, quàm dignitati: atque ita propter confidentiam habitam de eo illi causam delegauit, Menoch. *de arbitrar. iudic. lib. 1. quæst. 68. num. 25.* ex traditis à Couar. *in cap. requisisti, num. 8. de testamentis, vers. Quibus exactè perpensis*, & ob id non est mirum, si non transeat in successorem.

Ambigi potest, an Religiosi possint esse delegati Roman. Pontificis: Responde negatiuè, quando fuerint religiosi simplices, per textum *in d. cap. statutum, de rescriptis lib. 6.* vbi deciditur neminem posse esse delegatum, nisi sit constitutus in dignitate, quam non habet simplex Religiosus. Idem constat ex *Clement. 2. de rescriptis*, & *ibi* Abbas *numer. 12.* Poterit tamen esse Delegatus Prior conuentualis, *d. Clement final. de rescriptis*, vbi Abbas *num. 6.* & Anchar. *num. 9.* & reliqui superiores Religionum, qui in Monasteriis nullum habent superiorem maiorem; quia sunt in dignitate constituti, ex *cap. nisi essem, de prabendis*, ibi: *Non dignitas Prioratus, sed persona prioris manet onerata.* Nam Prælati huiusmodi habent præeminentiam, cum administratione, & iurisdictione in vtroque foro in suis domibus, & quisque eorum est caput Monasterij, & nulli intra illud subditum, glossa *in d. Clement. 2. de rescriptis, verb. per electionem*, & *ibi* Abbas *num. 6.* Franchus *in dict. cap. statutum, in principio, num. 4. & in cap. nullus num. 1. de elect. in 6.* Syluest. *verb Delegatus, quæst. 1. num. 3.* etiamsi hi Prælati ad tempus constituantur, & possint ad nutum reuocari, constat ex *d. Clementina 2.* Abbas *in cap. causam quæ, num. 9. de iudiciis*, Angelus *verb. delegatus num. 3.* & Syluester *eodem verb. quæst. 2. num. 3.*

Possunt

Poſſunt tamen Religioſi ſimplices eſſe delegati Epiſcoporum de licentia ſuorum Prælatorum, quia caput *ſtatutum* prædictum ſolùm loquitur de delegatis Papæ, vel eius Legati, vt ſint in dignitate aliqua conſtituti. Quare poterunt eſſe vicarij Epiſcopi, quia nullibi id interdicitur, Cardin. *in d. Clement. 2. num. 17. quæſt. 16. de reſcriptis*, & *ibi* Imola *num. 25.* Anchar. *num. 9.* Rebuff. *in praxi beneficiorum titul. de Vicariis Epiſcoporum num. 30.* Anton. Cucch. *lib. 2. inſtit. maior. tit. 8. num. 88.* Sà *in ſumma, verb. Religio num. 60.* Azor *2. part. lib. 3. cap. 43. quæſ. 10.* dicentes poſſe eſſe Vicarios Epiſcoporum, quorum argumento probant poſſe eſſe delegatos, cùm Vicarij habeant iuriſdictionem ordinariam, vt tenet gloſſa *verb. officialem in cap. 2. de officio vicarij, lib. 6. & verb. generaliter in cap. Romana, de appellat. eodem libro, & verb. & iurgia, in cap. perlectis, diſt. 25.* & tradunt, Couarr. *practic. cap. 4. num. 8. & lib. 3. variar. cap. 20. num. 4.* Gambar. *de poteſt. legati, lib. 9. num. 33.* Salzedo *ad Bernardum cap. 76 in gloſſa verb. diſpenſet pag. 305. in nouiſſima editione*, Lælius Zech. *de Repub. Eccleſiaſt. cap. 23. de Vicario Epiſcopi, §. 2. num. 1.* Suarez de Paz *in practica tom. 1. temp. 1. num. 6. & 7. & tom. 2. pral. 3. num 3.* Sayro *de cenſuris lib. 1. cap. 6. num. 8.* Gutierr. *Canonicar. lib. 2. cap. 17. num. 17. & de matrim. cap. 69. num. 7.* Azor *2. part. lib. 3. cap. 43.* Barboſa *in l. quia tale num. 92. ff. ſolut. matrim.* Aloyſ. Riccius *in collect. deciſ. part. 5. collect. 1600. & in praxi aurea reſolut. 99.* quamuis multi opinentur Vicarij generalis iuriſdictionem non eſſe ordinariam, ſed delegatam: attamen oppoſitum eſt verius; ergo Religioſi ſimplices, ſi poſſunt eſſe Vicarij generales Epiſcoporum, vt probatum eſt, exceptis minoribus de quibus alibi, Sbroſius *de Vicario Epiſcopi lib. 1. quæſt. 38.* multo fortiùs poſſunt eſſe delegati Epiſcoporum, vt in ſpecie volunt, Cardinalis *in d. Clementina 2. quæſt. 18. iuncta quæſt. 16. & ibi* Anchar. *num. 9.* Sanchez *lib. 6. in Decalog. cap. 13. n. 77.* Religioſi autem noſtræ Societatis non poſſunt aſſumi ad officium Vicarij Epiſcoporum, niſi de licentia Generalis, Sanchez *lib. 6. cap. 13. num. 86. & num 95.* eſt enim vicariatus dignitas Eccleſiaſtica cùm ſit adminiſtratio rerum Eccleſiaſticarum cum iuriſdictione, *cap. non putamus, cum gloſſa in verb. videatur*, vbi Franchus *de conſuetudine, lib. 6.* Ideo Vicarius Epiſcopi, quia eſt conſtitutus in dignitate, poteſt eſſe Papæ delegatus, vt ait gloſſa *verb. delegatus, in Clementina 2. de reſcriptis*, Zabarel. *ibi num. 12.* & Imola *num. 18.* & plenè cum aliis Auguſtinus Barboſa *ſuprà Allegat. 54. num. 132. & ſequent.* Propterea Religioſus Societatis non poteſt eſſe Vicarius Generalis, quia ex voto non poteſt illam procurare, neque intra, neque extra Societatem neque acceptare, niſi iuſſu illius qui poteſt eum obligare ſub peccato.

4. Portò, vt ad poteſtatem ſubdelegandi redeamus, Delegatus à Principe non ſolùm coniunctim, ſed etiam diuiſim cauſam ſibi commiſſam ſubdelegare poteſt, vt per Marant. *de ordin. iudiciario part. 4. diſt. 5. num. 26.* Morla *in Empor. iuris, part. 1. tit. 2. quæſt. 15. num. 10.* Aloyſ. Riccius *in collect. deciſion. part. 4. collect. 1047.* Sanchez *de matrimon. lib. 3. diſput. 31. numero 1. verſic. tertia autem pars.* D. Barboſa *in l. quia tale num. 47. ff. ſolut matrimon. & in l. cùm Prætor §. 1. numero 385. cum ſequentibus, ff. de iudiciis*, & Auguſtinus Barboſa *in cap. ſuper quæſtionum, in verb. delegatus à nobis, numero 3. & in cap. paſtoralis, num. 2. in verb. quod cum delegato, de offic. & poteſt. iudic. delegati*, vbi *numero 9.* addit quando Princeps alicui ſpeciali delegato cauſam committit, videri tollere ordinariis inferioribus poteſtatem cognoſcendi de cauſa illa, etiamſi aliàs poterant de illa cognoſcere: quæ eſt ſententia Rebuff. *tom. 1. ad leges Galliæ tit. de euocat. artic. 1. num. 101. pag. 270.* & Marant. *de ordin. iudiciario part. 4. diſtinct. 16. num. 58. pag. 204. & diſput. 1.* incipit, *Plerunque, num 3.*

Delegatus namque Papæ in cauſa ſibi delegata 5.
eſt maior, & dignior Ordinario, Gutier. *de matrimon. cap. 63. num. 29.* Franciſc. Molin. *de brachio ſeculari cap. 6. num. 12.* Aldret. *de religioſa diſciplina tuenda lib. 1. cap. 3. num. 33.* quamuis ordinaria ſit fauorabilior, quia Delegatus mandantis vice fungitur, *cap. ſanè el 2. de officio delegati, cap. 2. de officio legati*, Bobadil. *in ſua politica lib. 2. cap. 2. numer. 59.* Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 111. ex num. 65.* & Molin. *de iuſtitia tract. 5. diſput. 26. num. 1.* vbi ſubdit, non poſſe abſolui ab Ordinarib loci excommunicatum à Delegato Romani Pontificis, quamuis Delegatus iam ſit mortuus, aut aliqua alia ratione iuriſdictio illius eſſet extincta.

Confirmatur, quia Delegatus à Principe ſicut 6.
ipſe Princeps poteſt inquirere non præcedente diffamatione, Duenn. *regul. 298. limit. 7.* Menochius *de arbitrario iudicum lib. 1. quæſt. 78. num. 4* Iulius Clarus *lib. 5. §. final. quæſt. 6. num. 8. verſic. præterea ſcias*, & Farin. *in praxi part. 1. quæſt. 9. num. 13.* vbi concludunt in inquiſitione formata de Principis mandato, & ſcientia poſſe eius Delegatum, ſicut ipſe Princeps, inquirere non præcedente diffamatione, quæ fuit ſententia Innocent. *in cap. cùm oportoat, poſt num. 5. de accuſationibus*, Felin. *in cap. ſicut Romana, de reſcriptis, num. 5.* Alciat. *in cap. pernitioſam num. 46. de officio Ordin.* Angel. *de maleficiis in verb. quod fama publica, numero 5.* Bald *in l. nullus, per illum textum numero 1. Cod. ad legem Iul. Maieſt.* & alij, quos referens ſequitur Carer. *in pract. crimin. in princ. ſuper legem, obſeruare curabis, num. 84.* & Farin. *vbi ſuprà d. num. 13.* cùm regulariter infamatio inquiſitionem præcedere debeat, ſiue iudex procedat ad partis querelam, ſiue etiam ex officio ſecundùm communem, de qua Rolandus *conſil. 24. num. 21. lib. 1. & conſil. 3. num. 14. vol 3. & conſil. 57. num. 20. vol. 4.* Bonacoſ. *in commun. opin. 1. part. verſic. inquiſitio eſt nulla.* Farinac. *dict. quæſt. 9. num. 4.* Barboſ. *in cap. qualiter, & quando, numero 9. de accuſat. & inquiſ.*

Quinimo Delegatus Pontificis poteſt excom- 7.
municare illos, in quos habet iuriſdictionem, Couarr. *in cap. alma mater part. 2. §. 2. numer. 7. de ſentent. excommunic. lib. 6.* & aduerſùs Ordinarium cenſuris agere poteſt, vt notat Franciſc. Molin. *de brachio ſeculari cap. 6. num. 12.* nec poteſt Ordinarius reſiſtere violenter Delegato Principis volenti ſuam exequi ſententiam, ſed debet precibus inſtare apud illum, vt certioretur Princeps de ſententia lata, ſi fortè cenſeatur iniuſta, Marant. *diſputat. 1.* incipit, *Plerunque, num.* 15. Auguſtinus Barboſa *in cap. ſane, el ſecundo, de officio iudicis delegati numero 5.* vbi *de poteſt. excommunicandi, & in cap. ſignificaſti, eodem titulo numero 3.* vbi de cenſuris contra Ordinarium, *& in cap. ſi quando, eodem titulo numero 5.* vbi *de poteſt. delegati*

exequendi suam sententiam, & diximus *suprà num.* 1. *per totum*; quod etiam sequitur Miranda *in manuali Prælatorum tom.* 2. *quæst.* 35. *art.* 8. *conclus.* 1. *in fine*, & Nauarr. *in manuali cap.* 27. *num.* 5. *prope finem*, dicentes indistinctè delegatos excommunicare posse illos, in quos habent delegatam iurisdictionem.

Neutiquam tamen potest delegatus prorogare suam iurisdictionem ad personas in rescripto saltem per generalem clausulam non comprehensas, quamuis illæ consentiant, Morla *in Emporio iuris part.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 21. *num.* 2. Nauarr. *in cap. cùm contingat.* 7. *causa nullitatis, in principio, de rescriptis*, Peregrin. *variarum lib.* 1. *ad rubr. huius tituli num.* 38. *& ad rubricam titul. de officio iudicis ordinarij numer.* 32. Molina *de iust. tom.* 6. *tract.* 5. *disp.* 25. *num.* 2. & Menochius *consil.* 340. *num.* 54. Ex eo, quia prorogationem delegata iurisdictio non recipit, Barbosa *in d. l.* 1. *art.* 1. *num.* 204. *ff. de iudiciis.* Confert rescripta delegatoria esse stricti iuris, Mar. Antonin. *variar. resolutionum lib.* 1. *resol.* 8. *num.* 4. *& resol.* 39. *num.* 11.

8. Hinc sequitur Delegatum ad vnam causam non posse cognoscere de nullitate suæ sententiæ, quia Delegati iurisdictio expirat lata sententia, *gloss. vltima in l. si vt proponis, C. quomodo, & quando iudex*, & Bart. Innocent. *in cap. in litteris*, vbi cæteri omnes, *de officio delegati*, Vantius *de nullitatibus, titul. coram quo nullitas proponi possit, num.* 14. & Tiraquel. *in lege boues*, *§. hoc sermone, limitatione* 1. *num.* 40. *de verbor. signific.* Fernandez de Ottero *Rom. lucubrat. quæst.* 5. Secus de delegato ad vniuersitatem causarum: nam is potest cognoscere de nullitate suæ sententiæ. Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici decis.* 620. *in* 1. *edit. & resol.* 418. *in* 2. *edit.* vbi *num.* 2. ponit hoc discrimen inter Delegatum ad vniuersitatem causarum, & inter Delegatum ad vnam causam dumtaxat, sed an hoc sit dicendum de delegato Principis, vide infrà *num.* 57.

9. Cæterùm Delegatus, qui pronunciauit contra formam mandati, potest iterum pronunciare, quia data iurisdictio non fuit extincta, *cap. cùm dilecta, de rescriptis*, scribentes *in cap. in litteris, de officio delegati*, Riminaldus *in rubr. ff. de officio eius, num.* 5. Capella Tolos. *quæst.* 38. glossa *in cap. gratia, in verb. eligas*, quæ est vltima, *de rescriptis lib.* 6. Tiraquel. *in d. lege boues*, *§. hoc sermone, limit.* 1. *num.* 51. argum. eligentis ad vnum beneficium semel, qui non potest ad aliud eligere propter consumptam electionem, sed hi omnes loquuntur de delegato inferiore: propterea delegatus Principis iterum iudicare potest, si semel nulliter iudicauit, sicut Ordinarius iterum cognoscere potest, Angelus *in l. iudex posteaquam, ff. de re indicata*, Decius *in cap. in litteris num.* 5. *de officio delegati*, eo quòd delegatus Principis Ordinario assimilatur, *cap. pastoralis, de officio delegati*, quo loci Ordinario maior dicitur Delegatus in causa sibi commissa: igitur, si datur Ordinario nulliter pronuncianti, pronunciare iterum, sic etiam dabitur Delegato Principis, ita Menochius *d. quæst.* 67. *de arbitrar. num.* 28. vbi *num.* 31. concedit idem priuilegium Delegato ad causarum vniuersitatem, quia Ordinario æquiparatur, & pro Ordinario reputatur, *glossa vltima in l. à iudice C. de iudic.* vbi Iason *num.* 8. *vers. secundò fallit.* Dummodo iudex ordinarius nulliter iudicare noluerit per sordes, hoc est, per iniuriam; tunc enim non iudicabit iterum si de nullitate reus, seu actor conquerantur. Ratio, quia iste Ordinarius non erit iustus iudex suæ iniquitatis, iuxta *l. eos, in principio, C. de appellationibus*, Menochius *vbi suprà d. quæst.* 67. *num.* 15. & in terminis respondit Baldus *cons.* 298. *Præmittendum est ad euidentiam, in fine, lib.* 3. ex ea ratione, quia cùm sententia sit nulla ex instantia iam perempta, iudex per sordes nulliter pronuncians non dicitur ampliùs iudex.

10. Delegatus tamen, qui per errorem facti iudicauit, potest iterum iudicare, arg. *l. errore, C. de iur. & fact. ignor.* Bartol. *in d. l. iudex posteaquam in* 1. *oppos. ff. de re indicata*, Anchar. *in Clement.* 1. *columni.* 2. *Venio ad quæstionem, eodem titulo*; secus si iudex malè iudicauerit per errorem iuris, tunc non posse iterum iudicare, ita nonnulli ex Innocentio *in cap.* 1. *de re indicata*, quam distinctionem non admittit Baldus *in d. l. si vt proponis, C. quomodo, & quando, col.* 3. *vers. opponitur, & videtur.* Quare siue Delegatus erret in iure, siue in facto, potest iterum pronunciare; & actum extraiudicialem nulliter factum iterare, quod procedit, siue ille, qui fecit sit Ordinarius, siue delegatus, tunc enim siue erretur in facto, siue in iure, in actibus extraiudicialibus, si non tenet, quod fecit, vel si non bene fecit, potest ille actus iterari, si non fuit sortitus suum effectum. Id de Ordinario colligitur ex *cap. cùm in terra, de electione.* At verò de delegato constat ex *cap. significasti, de officio delegati.* Tiraquel. *d. limit.* 1. *num.* 47. *&* 48. & Menoch. *d. quæst.* 67. *de arbitrar. num.* 33. sed ita confusè, vt vix pes figi possit.

Nihilominus per dictam legem, *si vt proponis, & l. si præses, C. quomodo, & quando iudex*, Tiraquel. vult non posse iterum facere, quamuis nulliter, & inutiliter primum actum fecerit, id procedere in eo, qui aliquid facit iure alieno in iudicialibus, ex eo fundamento, quia talis statim desinit esse iudex post pronunciationem sui facti. *l. quale, in fine, ff. de arbitris*, secus in actibus extraiudicialibus, ex *cap. in litteris, de officio delegati*, cùm sit functus suo officio, nisi Delegatus per iustum errorem facti nulliter pronunciauerit, puta, si executor, cui mandatum fuit, vt conferret beneficium Paulo, & contulit illi beneficium Petri, qui habebatur pro defuncto, cùm adhuc superstes viueret, poterit de alio beneficio prouidere Paulo, ita Innocentius, Hostiensis & Ioannes Andreas *in cap.* 1. *in verb. fortè, de re iudicata*, Bartol. *in l. iudex posteaquam, in* 4. *oppos. ff. eodem*, Anchar. *in Clement.* 1. *col.* 2. *in* 1. *quæst. de re indicata.* Confirmatur exemplo eligentis iure proprio, si nulliter eligat, potest denuo eligere, nisi scienter indignum eligat. *C. vt circa, & c. si compromissarius, de electione, lib.* 6. iuuat, quod dictum est de actu primo inutili ex defectu formæ, vel solemnitatis: tunc enim iterari potest, si defuit peccatum, secus si peccatum mixtum fuit in materia: nam tunc iterari non potest, argumento *l. non distinguimus, §. de officio, eodem titulo, & l. à Diuo Pio, in principio, ff. de re indicata.*

In hac ergo varietate dici potest Delegatum, si per errorem iuris inutiliter, seu malè iudicauerit, non posse iterum iudicare, ex Innocentio, vti illum aliqui allegant, *in cap.* 1. *de re indicata*, secus, si per errorem iustum facti nulliter gessit, ita Innocentius, Hostiensis, & Ioannes Andr. *in d. cap.* 1. *verb. fortè, de re iudicata*, Alexand. *in l. iudex, num.* 55. *ff. eodem*, Tiraquel. *in d. l. boues, limita* 1. *num.* 41. *& limita* 21. *num.* 4. *vers. & huc quoque*, & Menochius *de arbitrariis, quæst.* 67. *n.* 32.

vers.

quoque, & Menochios *de arbitrariis, quest.* 67. *num.* 32. *vers. declaratur quartò.* Vide tamen Gutier. *in Canonicis, lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 30. vbi loquitur in Delegato, qui nulliter iudicauit per errorem facti, atque ex Innocentio *in dict. cap.* 1. *de re iudicata*, posse cognoscere de nullitate suæ sententiæ, atque eam reuocare, & postea *vers. hac tamen limitatio*, *num. eodem*, concludit limitationem non esse veram, quia, siue bene, siue malè pronunciauerit, etiam per errorem functus est officio suo. Excepto in delegato dato, vt executor ad conferendum beneficium, qui si nulliter contulit, potest iterum conferre, cùm sit exequutor, non verò propriè Delegatus.

11. Ad hæc finitima dubitatio, an possit Delegatus concedere restitutionem in integrum contra suam sententiam definitiuam, si constet de læsione minoris, vel Ecclesiæ, vel alterius communitatis, quæ gaudeat hoc beneficio? Negatiua pars est vera, quando Delegatus etiam à Principe datus est ad vnam causam, nisi specialiter delegatus id habeat in sua delegatione; ratio, quia postquam pronunciauit definitiuè, finitum est officium, & ipse deinceps censetur priuatus, per *l. Iudex posteaquam, ff. de re iudicata*; licèt lex de iudice ordinario loquatur. Item quia quando sententia est nulla, delegatus deinceps non cognoscit per legem, *si vt proponis, Cod. quomodo, & quando iudex*: si autem iudicauit validè, multo meliùs functus est suo munere, atque ita solus Princeps potest restituere contra sententiam sui delegati, quam sententiam tradunt Bartolus *in l. aduersùs, in fine, Cod. si aduersùs rem iudicatam*, ibi: *Nam aduersùs eius sententiam, qui vice Principis cognouit, solus Princeps restituet.* Idem habetur *in l. minor autem*, ibi: *sed, & si ab Imperatore iudex datus cognoscat, restitutio ab alio, nisi a Principe, qui iudicem destinauit, non fiet, ff. de minoribus*, Abbas *in cap. causa restitutionis, num.* 7. *de in integrum restit.* idem Bartol. *in l.* 1. *in fine, ff. de quæstionibus*, & Baldus *in d. l. aduersùs, num.* 2. & Salicet. *num. etiam* 2.

Nec refert text. *in cap. quæ omni, de officio delegati*, vbi dicitur iurisdictionem delegati à Principe non cessare per definitiuam, sed durare post sententiam intra annum; quia hoc intelligitur de exequutione ipsius sententiæ, non autem de destructione, Paulus de Castro *in d. l. aduersùs, num.* 1. *C. si aduersùs rem iudicatam.* Poterit tamen concedere restitutionem delegatus aduersùs suam sententiam interlocutoriam, si non habuerit vim definitiuæ, per *legem final. C. vbi, & apud quem*, Gutier. *in canonicis quæst. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 37. *& sequentib.*

12. Sed quid respondebis impetranti à Pontifice delegationem causæ, & re integra vult renunciare illi? Respondeo posse renunciare, & agere causam coram primo iudice, quia commissio facta fuit in fauorem impetrantis, & ideo iuxta regulam, *quod ob gratiam, lib.* 6. *& l. quod fauore, Cod. de legibus*, potest renunciari illi, quod habet locum etiam in rescriptis: proinde impetrans priùs potest, si voluerit renunciare illi, Nauarr. *de officio iudicis delegati, cons.* 1. *num* 2. Quin etiam causa alicui delegata à Pontifice, si re integra expiret commissio, primus iudex, siue ordinarius, siue delegatus, potest prosequi causam, & pergere vlteriùs sine noua commissione facta, ex ea ratione, quia non impedit, quòd de iure non habuit effectum, ex *reg. non præstat impedimentum, de regul. iuris in* 6. *& cap. ex tenore*, cum glossa *de rescriptis.* confert casus *in cap. vt debitus honor, de appellationibus*, in quo habetur posse Ordinarium procedere ad instantiam vnius partis, quamuis altera pars super eadem causa procurauerit impetrare litteras a Sede Apostolica, Nauar. *supra num.* 1.

Ex dictis sequitur iurisdictionem iudicis delegati à Principe durare post sententiam intra an- 13.
num, quo ad executionem ipsius sententiæ, non verò, quo ad restitutionem contra eam concedendam, praxis Episcopalis *part.* 1. *verb. delegatus*, §. 7. per textum *in cap. querenti, de officio, & potestate iudicis delegati*, ibi, sed vsque ad integrum annum, vbi decidit, elapso anno Ordinarium debere exequi sententiam delegati, non verò ipsum delegatum: quod intellige de delegatu ad causam principaliter, non verò de executore gratiæ. Nam huius potestas tamquam accessoria durare debet, sicut ipsa gratia, *ad regulam accessorium in* 6. Garcia *de benefic. part.* 6. *cap.* 2. *numer.* 148. Nihilominus, quamuis Delegatus post latam sententiam functus sit officio suo, maximè, si eam semel exequatur statim; attamen si victus post executionem illico rem iterum occupet, & in possessionem se immittat, poterit rursus delegatus de hoc cognoscere, & suam sententiam exequi mandare, & conseruare in possessione victorem, vt voluit glossa *in dict. cap. querenti, in verb. ad integrum annum, de officio delegati*, ex eo, quia non videtur (inquit) possessionem adeptus, qui eam statim amisit. text. *in l. non videtur, ff. de acquirend. possess.* quam glossam probant Ioannes Andreas, & Panormit. *ibi*, dicentes non videri iudicem dedisse executioni suam sententiam, ex quo incontinenti executio fuit perturbata, argum. *cap. diuortium, de pœnit. dist.* 1.

Insuper intra annum Delegatus completa delegatione potest absoluere excommunicatum à se, si voluerit obedire, non tamen anno elapso, Suarez *tom.* 5. *de censuris, disput.* 7. *sect.* 2. *num.* 7. Iul. Lauor. *de Iubilæo, & indulgent. part* 2 *cap.* 21. *num.* 7. & Bonacina *de censuris, disput.* 1. *quest.* 3. *puncto* 1. *num.* 2. *vers. addo.* Quod etiam procedit in Delegato dato vti mixto executore, qui excommunicat de mandato Papæ cum causæ cognitione; is enim potest absoluere intra annum, secus post annum omnino exactum. Nauarr. *in manuali, cap.* 27. *num.* 40. *&* 44. Henriquez *in summa lib.* 13. *cap.* 16. §. 4. & Tolet. *in summa, lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 11.

Peti etiam potest, an delegans possit reuoca- 14.
re Delegatum re iam non integra? Bartolus affirmat *in lege, vbi cæptum est, ff. de iudiciis*, probatur exemplo Vicarij Generalis, qui potest tolli, & mutari, ad libitum constituentis, argumento *cap.* 1. *de officio Vicarij, lib.* 6. *& cap. si delegatus, & cap. quamuis, de officio delegati, etiam in* 6. Nauar. *de electione, consil.* 10. *lib.* 1. *n.* 1. *vers. ad priorem, & numer.* 6. *in* 2. *editione.*

* * *

Iudex delegatus quid poſſit circa ſuas ſententias, & an poſſit trahere vltra duas diatas?

§. II.

EPITOME.

15. *Iudex delegatus an poſſit ex noua delegatione de eadem re iudicare.*
16. *Iudex delegatus an poſſit declarare ſuam ſententiam.*
17. *Iudici delegato non creditur, niſi oſtendat reſcriptum in his, quæ tendunt in præiudicium tertij.*
18. *Delegato creditur, dum ait ſe ob cauſam delegaſſe.*
19. *& poteſt ſubdelegare ob debilitatem.*
20. 21. *Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum quid poſſit circa ſuas ſententias, & an poſſit cognoſcere, & diffinire.*
Auditores ſacri Palatij in cognoſcendo ſunt Ordinarij, in pronunciando ſunt delegati. ibid.
22. *Delegatus an acquirat iuriſdictionem reſcripto præſentato?*
23. *Res integra, aut non integra, quando cenſetur ad effectum expirandi morte delegantis iuriſdictio.*
24. 25. 26. *Litteræ iuſtitiæ an expirent parte nondum citata realiter, vel perſonaliter, vel per citationem nullam.*
27. *Litterarum præſentatione facta iudici, an res deſinat eſſe integra, ſi iudex acceptet?*
28. 29. *Res an deſinat eſſe integra per actum citationi æquipollentem, vel per ſolam commiſſionem de citando?*
30. *Res an deſinat eſſe integra in litteris iuſtitiæ per citationem anomalam, quæ fit à creditore ſine auctoritate iudicis?*
31. *Res deſinit eſſe integra in reſcriptis gratiæ per primum actum iuriſdictionis poſt præſentationem litterarum.*
32. *Reſcripta gratiæ & iuſtitiæ regulariter differunt, gratiæ re integra non expirant: ſecus reſcripta iuſtitiæ morte concedentis.*
33. *Gratiæ per quas committitur delegato reſeruatio penſionis non expirant re integra per obitum concedentis.*
34. *Commiſſiones factæ ordinariis, vt diſpenſent morte Papæ non extinguuntur.*
35. 36. *Licentia ad eligendum Confeſſarium pœnitenti data non expirat morte concedentis, quamuis aliqui contradicant.*
37. 38. *Reſcripta iuſtitiæ, & gratiæ in pluribus etiam differunt.*
39. 40. *Delegatus poteſt cognoſcere de exceptionibus oppoſitis contra reſcriptum iuſtitiæ, & contra ſuam iuriſdictionem.*
41. *Delegatus autem non poterat vltra duas dietas; hodie nec vltra vnam trahere ad iudicium partes.*
42. *Secus de ordinariis, & de Epiſcopis circa ſuos ſubditos.*
43. *Partes poſſunt trahi vltra terminos iure præfixos à iudice delegato, quando reſcriptum impetratur de conſenſu vtriuſque partis.*
44. *Delegatus non poteſt trahere partes vltra terminos præfixos etiam per modicum ſpatium.*
45. 46. *Diata altera legalis, altera vulgaris, & quot leucas vtraque contineat?*
47. 48. 49. 50. *Reſcriptum ad lites poſterius, quando deroget, vel non deroget priori, niſi fiat mentio illius.*
51. *Reſcripta iuſtitiæ durant per annum: reſcripta autem gratiæ ſunt perpetua, niſi ex dolo impetrans nolit illis vti.*
52. 53. 54. *Reſcriptum copulans duo ad eundem effectum eſt validum, ſi vnum probetur, quod aliqui volunt in reſcripto ad lites; ſecus de reſcripto gratioſo, quod non probo.*
55. *Falſitas ſolius cauſæ finalis, & ſine qua non vitiat reſcriptum, non autem falſitas cauſæ impulſiuæ.*
56. *Reſcriptum multa continens ſub disiunctione, ſeu alternatiua, vt ſit verum ſatis eſt, vt probetur vnum.*

QVÆRITVR primò, an delegatus ex noua delegatione poſſit de eadem re iudicare? 15. Negat gloſſa *in l.1. C. de ſententiis ex periculo recitandis*, & *ibi* Baldus; Gloſſa tamen *in l. eos, C. de appellationibus*, affirmat poſſe, quod etiam docet Ripa *in l. quod iuſſit, num. 63. ff. de re iudicata*. Vtraque tamen gloſſa conciliari poteſt, ſi, quæ negat, intelligatur ex noua delegatione inferioris à Principe, in quo euentu loquitur Baldus *in dict. l.1.* quem ſequitur Felin. *in cap. ad hæc, col. 1. in fine, de appellationibus* Gloſſa autem, quæ affirmat, loquitur de delegatione ſupremi Principis, qui poteſt delegare cauſam iudici etiam à quo.

Quæritur ſecundò, an delegatus poſſit declarare ſuam ſententiam? 16. Reſponde in primis, non poſſe etiam nulliter prolatam reuocare, neque reformare, Ripa *in l. quod iuſſit, num. 63. ff. de re iudicata*, Caſſador. *deciſ. 5. de reſcriptis*. Vantius *in tract. de nullitate, in tit. coram quo nullitas proponi poſſit, num. 15.* Similiter non poſſe declarare eam, ſed ſolùm delegantem, ex verbis tamen delegati, ita ſcribentes *in cap. ex parte 3. de verborum ſignificatione*, & expreſsè Alciat. *reſponſo 439. in fine*, & Menochius *de arbitrariis, lib. 1. quæſt. 67 num. 26.* Quinetiam, vt tradunt Marant. *de ordin. iudic. p. 4. diſt. 5. num. 49.* & Roman. *ſingul. 129.* delegatus non poteſt reuocare ſententiam interlocutoriam: ſecus dicendum de Ordinario, qui poteſt ſuam interlocutoriam toties, quoties voluerit reuocare, Caldas Pereira *quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt 9. per totam*, Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 147. n. 11. & c. 155. à num. 16.* Aloyſ. Ricci. *in collect. deciſ. part. 5. collect. 1474. limit. 4.*

Quæritur tertiò, an teneatur Delegatus antequam incipiat cognoſcere exhibere litteras ſuæ 17. commiſſionis? Reſponde Delegato non credi, niſi oſtendat litteras ſuæ commiſſionis in his, quæ ſunt in præiudicium alterius. Longè aliter in illis, quæ non cedunt in præiudicium alicuius, quia in his creditur, puta in poteſtate ad abſoluendum, ſeu diſpenſandum, aut tribuendum indulgentias, & ad alia huiuſmodi, Felin. *in cap. cùm in iure peritus, num. 6. de officio delegati*, Gutier. *Canonicar. quæſt. lib. 2. c. 17. n. 31. fol. 748.* Nihilominus iudici delegato dicenti ſe habere mandatum delegationis, regulariter non habetur fides, niſi præſentatis litteris. Aloyſ. Ricci. *in collect. deciſionum, part. 3. collectan. 532. ex c. cùm in iure, de officio delegati*, ibi: exequi non cogeris, ex ea ratione, quoniam cùm ſit quid facti, non præſumitur, Maſcardus

scardus *de probat. conclus.* 949. *n.* 18. *& concl.* 1405. *n.* 7. Menochius *de arbitrar. lib.* 1. *quæst.* 76. *num.* 8. *& lib.* 2. *casu* 112. *num.* 8. *& de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 15. *num.* 4. Sanchez *de matrimon. lib.* 8. *disput.* 17. *num.* 17. vbi ex Anton. *in cap. ad eminentiam, num.* 4. *&* 5. *de sentent. excommunicationis*, & ex Abbate *in cap. quod super, num.* 5. *de fide instrumentorum:* limitat nisi sit Cardinalis is, qui id asserit.

Sed verius putat, neque huic esse credendum in iis, quæ exigunt specialem delegationem, nisi litteris præsentatis, prout volunt Abbas *cons.* 94. *num.* 3. *lib.* 2. & Franchus *in cap.* 1. *num.* 4. *de officio Legati, in* 6. Felinus *in cap. quod super num.* 10. *&* 11. *de fide instrument.* Henriquez *lib.* 10. *de Sacramento ordinis, cap.* 28. *num.* 2. idem Menochius *cons.* 100. *ex num.* 77. Etiamsi Azor *part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *quæst.* 19. *versic. quintum, & lib.* 5. *cap.* 27. *quæst.* 8. censeat credendum esse Cardinali asserenti extra curiam se Romani Pontificis Legatum esse. Porrò, si Delegatus ferat sententiam excommunicationis in aliquem, & ipse petat ab ipso delegato copiam suæ delegationis, & Delegatus noluerit ostendere, excommunicatio est nulla, Nauarr. *cons.* 9. *in* 1. *edit. aliàs* 5. *in* 2. *de sentent. excommunicationis*, Sayro *in floribus decis. sub eodem titulo decis.* 10.

Hinc sequitur quòd executor Apostolicus, seu delegatus nequit exercere suam iurisdictionem nisi præsentatis litteris, vt pluries censuit Rota, & tradit Cassador. *decis. vltima, num.* 12. *de restitut. spoliat.* Cardinal. Paris. *cons.* 12. *numer.* 18. *volum.* 4. Crauett. *cons.* 134. *num.* 2. & alij, quos referens sequitur, Flamin. Paris. *de resignat. lib.* 7. *quæst.* 21. *num.* 16. *&* 17. Nec oberit citatio ab executore, nisi post litteras præsentatas, & insertas in citatione, quia non tenetur comparere nisi inserta copia commissionis, vel mandati. *in dict. citatione*, prout volunt D. Barbosa *in l. si quis ex aliena, lib.* 9. *ff. de iudiciis*, Aloys. Ricci. *in collectan. decis. vbi supra, collect.* 532. *vers. infertur tertiò*, Menoch. *cons.* 790. *num.* 6. *& de præsumptionibus, lib.* 2. *præsumptione* 15. *num.* 2. Camil. Borrell. *cons.* 68. & Lancellot. *de attent. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 166. *in præfatione*, vbi aiunt in iudice delegato non sufficere, quòd ab illo sit decreta, & etiam executa citatio, nisi præsentatio commissionis sibi factæ præcessisset, quoniam regulatiter non dicitur habere iurisdictionem Delegatus ante præsentationem suarum facultatum. Confert Molina *de iustitia, tom.* 6. *tract.* 5. *disp.* 25. *num.* 1.

Aloysius tamen autumat suprà *num.* 2. *in praxi aurea resolut.* 414. satis esse, vt in citatione delegati inferatur tenor rescripti, & commissionis, & non requiri transmissionem originalis, *& num.* 3. id declarat, quo ad comparendum, non verò, quo ad respondendum. Nam postea comparendo coram Delegato potest requirere, vt exhibeatur rescriptum originale, & tunc antequam exhibeantur litteræ, citatus, nisi compareat, non fit contumax, Aloys. *dicta collect.* 532. *vers. infertur secundò*: ad probandam autem commissionem, & illius præsentationem, si credendum est Ægidio *decis.* 323. littera Auditoris, non satis est, quòd inueniatur inserta, & incorporata in litteris citatoriis, etiamsi reperiantur ab ipso Auditore subscriptæ, & sigillo illius munitæ.

18. Quæritur quartò, an credatur Delegato dicenti, se ex causa delegasse? Responde affirmatiuè, etiam si Delegatus sit inferioris, puta, si asserat, se ob causam absentiæ subdelegasse, vel si alleger, & asserat fecisse ex aliqua alia causa iusta. Decius *in cap.* 3. *num.* 6. vbi communem testatur de officio delegati, Iason *in l. si donatione, col. vltima, vers. ego vltra, C. de collat. & in cons.* 227. *col.* 7. *vers. Decimo ad idem, lib.* 2. *& cons.* 101. *col.* 4. *vers. Tertio*, & adhuc *lib.* 4. Admittitur tamen probatio contra illius assertionem, si pars vellet probare causam illam non esse iustam, vt post glossam *in l.* 2. *§. si absens, ff. si ex noxali causa agatur*, & ibi Alex. Bartol. *in l.* 2. *§. si à pupillo, in fine, ff. de vsucap. pro emptore.* Tiraquel. *de retract. consang.* §. 4. *glossa* 1. *num.* 1. *&* 2. *& num.* 11.

Quinimo Delegatus potest subdelegare propter debilitatem vices suas, textus *in cap. si pro debilitate, de officio iudicis delegati*; nam debilitatus excusatur à muneribus, quæ corpore implenda sunt. *l.* 2. *§. corporis debilitas, ff. de vacat. muner.* quod intelligitur de ea debilitate, quæ impediat executionem muneris, ita Iason *in l.* 1. *numer.* 83. *de officio eius cui mandata est iurisdict.* & Gaspar Vallascus Lusitan. *in l. imperium, num.* 14. *ff. de iurisdictione omnium iudicum*, & Riminaldus *in dict. l.* 1. *num.* 26. *ff. de offic. eius, cui mand. est iurisdict.* Hoc autem procedit nisi causa, quæ delegatur, sit magni momenti: tunc enim ob debilitatem non poterit vices suas subdelegare sine iusta causa Delegatus, quia quando delegantur causæ ponderosæ, & arduæ, præsumitur electa industria personæ, *cap. is cui, de officio delegati in* 6. & electa industria vbi est, subdelegari causa nequit, *cap. vltimo, §. is autem, ff. de officio delegati*, Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 54. *num.* 7. *&* 11. *& casu* 205. *& lib.* 2. *de præsumptionibus, quæst.* 21. *num.* 4. Suarez *in thesauro receptar. littera D. numer.* 39. & Surdus *cons.* 433. *num.* 15. *&* 16. D. Barbosa *in l. cùm Prætor, §.* 1. *num.* 396. *ff. de iudiciis*, vbi omnes conueniunt causas graues non posse subdelegari sine iusta causa, eo quòd censeatur plerunque electa industria personæ, & ideo non potest mandare alteri vices suas, Augustinus Barbosa *in d. cap. si pro debilitate, num.* 2. *& allegat.* 84. *num.* 11. 19.

Quæritur quintò, quid possit Delegatus ad vniuersitatem causarum circa suas etiam sententias? 20. Responde primò posse cognoscere de nullitate suæ sententiæ: secus in delegato ad vnam causam, de quo suprà *num.* 2. Tiraquel. *in l. boues, §. hoc sermone limit.* 1. *num.* 4. & Fernandez de Otero *Rom. Lucubrat. quæst.* 5. *num.* 2. Ratio, quia cùm post latam sententiam maneat adhuc iudex quo ad vniuersas causas, quæ contingunt suboriri, adhuc remanet iudex in causa nullitatis, si fortè postea proponatur. Item quia delegatus ad vniuersitatem concurrit cum Ordinario, & æquiparatur illi, glossa *in cap. causam, verb. delegatus, de appellationibus.* Confirmatur argumento, Auditoris Cameræ Apostolicæ Generalis, & Vicarij vrbis, seu Gubernatoris, & Auditoris contradictarum, qui in Romana Curia censentur Ordinarij, ex quo sunt constituti ad vniuersitatem causarum, qui omnes tanquam Ordinarij sententias suas nulliter prolatas reuocare, & reformare, & ex integro pronunciare virtute generalis delegationis possunt: secus quando illis committitur aliqua specialis causa speciali rescripto, Gutier. *Canonicarum quæstionum, lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 24. 25. *&* 26. Quare quando

 dicitur

cap. licèt vndique, quæst. 1. quæ pars est valde probabilis.

25. Probabilior tamen est, quæ docet vtroque iure necessariam esse citationem partis, vt dicatur res non esse integra, & vt censeatur perpetuata iurisdictio delegata. Ratio, quia primus actus omnium ex substantialibus iudicij est citatio, *cap. quoniam contra, de probationibus*, quam sententiam tradunt Speculator *tit. de legato*, §. *finitur autem, statim in principio*, Bartolus *in l. more, num.* 13. *ff. de iurisdict. omni. iudic.* Bald. *in d. cap. licèt vndique, de officio delegati num.* 3. Abbas *num.* 4. Felin. *in cap. relatum num.* 12. *eodem titulo, & in cap. pastoralis* §. *quoniam num.* 2. *in fine, de rescriptis*, Gregorius Lopez *l.* 21. *in fine, titul.* 4. *part.* 3. vbi respondet dicentibus necessariam esse litis contestationem, vt res desinat esse integra, addendum esse, vel citationem, vt expressè habetur *in l.* 3. *tit.* 18. *eadem part.* 3.

26. Limitanda tamen est, dummodo citatio sit valida: quia per citationem nullam non perpetuatur iurisdictio, sicut nec præuentio. glossa *in cap. cùm plures, in fine, de potest. iudic. deleg. in* 6. vbi Ioannes Andreas *in fine*, Anchar. *n.* 6. *quæst.* 3. Et quamuis Hostiens. *in cap. licet, vndique, n.* 2. *de officio delegati*, & Romanus *in d. l. more num.* 14. *ff. de iurisdict. omni. iudic.* opinentur per citationem etiam nullam desinere rem esse integram, & iudicē verè dici cœpisse iurisdictione vti; contrarium est omnino sequendum, eo quòd citatio nulla, nullum potest effectum operari, Anchar. *in d. cap. licet vndique, quæst.* 2. *de officio delegati*, & *ibi* Imola *num.* 2. Vitalis *tract. clausularum, clausula, quòd non sit melior conditio occupantis num.* 7. Iason *in d. l. more num.* 60. Felin. *in cap. gratum, num.* 4. *de officio delegati.* Rota in vna Mileuitana iurisdictionis 12. Decembris 1552, coram Accorambono, cuius meminit Aloys. Ricci. *collect.* 975. *vers. limitat*; nisi post citationem illam defectu alicuius requisiti nullam, sequuta sit sponranea citati comparitio, & perseuerantia in iudicio. Felin. *vbi proximè num.* 4.

27. Nonò quæritur, quid dicendum per præsentationem litterarum factam iudici, nunquid præuenta est iurisdictio, aut res desinit esse integra saltem quando iudex litteras acceptauit? Affirmat Antonius *in cap. pastoralis.* §. *quoniam, num. penultimo, de rescriptis*, Syluest. *verb. delegatus quæst.* 6. *n.* 8. Existimantes per actus citationis præuios, quos potest exercere iudex ante citationem, rem desinere esse integram. Dicendum tamen est per actus præparatorios, vt per acceptationem rescripti præsentati, & per alios similes non desinere rem esse integram, quia aliud est præstò esse, & paratum esse ad vtendum mandato sibi commisso; & aliud est incipere vti de iurisdictione delegata. Vnde acceptare rescriptum, non est vti iurisdictione, quamuis per præsentationem intimetur Delegato iurisdictio, non tamen per illam præsentationem inducitur vsus iurisdictionis, ita Abbas *in cap. cùm venisset, num.* 2. *ad finem, de testibus*, Felin. *in d. cap. relatum, de officio delegati n.* 12. *vers. item nemo, in fine*, Iason *in d. l. more num.* 58. *ff. de iurisdictione omnium iudicum*, Mascardus *de probat. conclus.* 1226. *num.* 11. Caldas Pereira *de potest. elegendi cap.* 10. *num.* 15. & Augustinus Barbosa *in cap. gratum, de potest. iudic. delegat. n.* 6. vbi concludit per præsentationem litterarum non desinere rem esse integram, sed per citationem.

28. Sed quid de actu citationi æquipollenti, puta, si fiat quicumque actus citra citationem præsente vtraque parte, aut quid simile? Responde affirmatiuè, quia cùm pars contraria interest, habet vim citationis ille actus: ita Cardinalis *in c. licèt vndique, quæst.* 6. *de officio delegati*, & *ibi* Felinus *num.* 13. *fallent.* 1. Similiter si Delegatus præsenti vtraque parte committat alteri vices suas, siue in totum, siue in parte, is actus æquiualet citationi, & per illum res desinit esse integra, Franchus *in cap. penultimo, & in cap. quamuis*, & *ibi* Dominicus *num.* 7. *de officio delegati*, ex eo quòd illa subdelegatio est actus iurisdictionis, facta præsentibus ambabus partibus, & induit rationem citationis, & incepit vti iurisdictione: ideo res censetur non integra. Sanchez *d. disp.* 28. *num.* 11. *& num.* 18. *ad finem.* Secus quando partibus absentibus Delegatus alteri vices suas mandauit; tunc enim per illum actum res non desinit esse integra. Nam quamuis sit actus iurisdictionis illa subdelegatio facta partibus absentibus, cùm fiat sine cognitione causæ, non est actus iudicialis, atque ita verum est dicere illum non exercuisse suam iurisdictionem in aliquo actu iudicij, probatur manifestè *ex c. penultimo, de offic. delegati in* 6. vbi habes, si Delegatus vices suas alteri committat, & præmoriatur delegans, quàm Delegatus, vel eius subdelegatus in aliquo processissent; expirasse iurisdictionem. Quod est euidens signum per solam commissionem subdelegationis non desinere rem esse integram, imò integram remanere, & ideo expirasse subdelegationem; quia res mansit adhuc integra, ita Felinus *in d. cap. relatum, num.* 12. *ad finem, de potest. delegati*, Iason *in d. l. more n.* 58. *in fine ff. de iurisdict. omnium iudicum*, Imola *in cap. licèt vndique, num.* 2. *de officio delegati.*

Decimò quæritur, an res desinat esse integra per solam commissionem de citando, quamuis citatio nondum sit intimata parti? Glossa *verb. ad partem, in Clement.* 2. *vt lite pendente* affirmat; ratio, quia proposito citationis edicto, iurisdictio continuatur; sequitur Abbas *in d. cap. gratum, num.* 3. Felin. *num.* 5. *de officio iudicis delegati*, Syluest. *verb. delegatus, quæst.* 6. *num.* 8. D. Barbosa *in l. si quis postea quam, num.* 34. *ff. de iudiciis.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 4. *collect.* 975. *vers. amplia primò.* Etiamsi citatio dumtaxat reproducta sit, non autem exequuta, vt vult Gratian. *Marchia decis.* 209. Ex eo fundamento, quia iudex incœpit vti iurisdictione per mandatum de parte citanda. Quod mandatum fuit actus perfectus, & per illum protulit iudex sententiam interloquutoriam, vt habet glossa *in l. cùm clericus, verb. sententiarum, C. de Episcop. & cleric.* Vnde satis est, vt desinat res esse integra, vt fiat mandatum de citando, quod est actus iurisdictionis iudicis, ac proinde hic actus, cùm sit iurisdictionis iudicis, sufficit vt dicatur iudex cœpisse vti iurisdictione, ne res dicatur integra, vt glossa *in Clement.* 2. *verb. Ad partem, vt lite pendente*, & *ibi* Abbas *in fine*, Ioannes Andreas *cap. final. num.* 6. *de officio Legati*, Speculator *tit. de legato*, §. *finitur autem statim, in principio*, Bartol. *in d. l. more, num.* 13. *ff. de iurisdict. omnium iudicum*, Abbas *in d. cap. fin. num.* 11. *de officio Legati*, vbi vult id procedere de iure, tam Canonico, quàm ciuili; sequitur Hostiens. *in d. cap. licet vndique, num.* 2. *de officio delegati*, Curtius Iunior *in d. l. more. num.* 78. & Syluest. *verb. delegatus, quæst.* 6. *num.* 8. 29.

Vndecimò quæritur, an requiratur ad hunc effectū, vt res desinat esse integra, citatio anomala 30.

qualis

qualis eſt, quæ fit à creditore, debitori fugitiuo ſine auctoritate iudicis? Ratio dubitandi, quia hæc citatio permittitur à lege, vt vult Bartol. *in l. neminem, C. de exhibendis reis*, per textum *in l. ait Prætor, §. ſi debitorem, ff. de his, quæ in fraudem*. Nihilominus dicendum eſt requiri citationem legitimam auctoritate iudicis factam: ideo non ſat eſt citatio anomala, ita Abbas *num. 33. in cap. 1. de iudic.* & Felin. *in cap. gratum, num. 5. de officio delegati*, & ex conſequenti dicendum eſt per talem citationem non induci iuriſdictionis perpetuitatem, quemadmodum nec præuentionem, quia cenſetur citatio anomala quo ad hunc effectum nulla quæ iuriſdictionem non perpetuat, gloſſa *in cap. cùm plures, in fine, de officio delegati, lib. 6.* vbi Ioannes Andreas *in fine*, & Anchar. *num. 6.* Sanchez *lib. 8. diſp. 28. num. 16.* & Aloyſ. Ricci. *collect. 975.*

31. Duodecimò quæritur quo ad effectum, vt res deſinat eſſe integra in reſcriptis gratiæ, puta in delegationibus, ſeu commiſſionibus ad diſpenſandum, quid ſufficiat? Reſponde rem deſinere eſſe integram per primum actum iudicialem factum poſt reſcripti præſentationem, vtpote, ſi iudex mandet fieri informationem veritatis precum; item ſi iudex vocari iubeat partem cum qua debet diſpenſare, vel aliquem alium actum iuriſdictionis exerceat; vt ex traditis docet Marant. ab aliis *de ordine iudic. 4. part. diſt. 9.* an ſit ſuper petitorio, & *part. 6. membr. 10. iudicij, de litis conteſtatione, in principio, num. 2.* quem ſequitur Sanchez *d. diſp. 28. num. 20.*

32. Decimotertiò quæritur, in quo differant reſcripta gratiæ, & iuſtitiæ? Reſponde reſcriptum iuſtitiæ, cuius meminit text. *in l. & ſi legibus, C. ſi contra ius, vel vtilitatem publicam*, vbi Bartol. *& c. paſtoralis, & c. ſuper litteris, de reſcriptis*, eſt ad lites. Reſcriptum autem gratiæ eſt ad beneficia, & his ſimilia, de hoc dicitur *in cap. gratia, de reſcriptis in 6. & in Clementina gratia, eodem*, & Rebuff. *in praxi beneficiali, in titulo de diuiſione reſcriptorum.* Item reſcripta iuſtitiæ ſunt annalia de iure Canonico. Menoch. *de arbitrar. caſu 204. num. 1. & conſ. 100. ex n. 33.* Rebuff. *ad leges Galliæ in proœm. gloſſa 5. num. 44.* vbi tradit reſcripta iuſtitiæ durare per annum, & eo lapſo perire; ſecus de reſcriptis gratiæ, quæ ſunt perpetua, Perez *l. 6. verſ. quæro 36. tit. 12. lib. 3. ordinam. pag. 701.* Item reſcriptum iuſtitiæ re integra morte Papæ illud concedentis extinguitur, Garcia poſt alios *de benefic. part. 6. cap. 2. num. 324. ex cap. gratum, & ex cap. relatum, & ex cap. licet, de offic. delegat.* quæ iura loquuntur de iuriſdictione fori contentioſi, & habent rationem non gratiæ, ſed iuſtitiæ, Gonzales *de menſib. gloſſa 12. num. 51. verſ. in reſcriptis autem iuſtitiæ.* Reſcripta autem gratiæ non expirant morte concedentis etiam re integra, quamuis litteræ non ſint expeditæ, ſed ſola ſupplicatio ſignata, quia ſola ſignatura perficitur, & ſolo verbo conficitur abſque aliqua ſcriptura, Caſſador. *deciſ. 2. de penſionibus, num. 10. & deciſ. 8. num. 9. de reſtit. ſpoliat.* Felin. *in rubr. de conſtitut. num. 5. poſt medium*, Gomezius *in regul. de infirmis, quæſt. 18. ſub num. 5. verſ. non eſt dubium*, Mandoſ. *in regul. Cancellariæ 27. num. 14. ad finem.* Afflictis *deciſ. 253. n. 1. & 6. per totam.* Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 7. ſub num. 56. verſ. nam ſi perfectionem eſſentiæ*; quoniam gratia ſolo verbo confecta eſt ita potens, vt per ſolam verbalem collationem ius acquiratur perfectum in re, quamuis traditio non ſit ſubſequuta, Mohedan. *deciſ. 9. ante num. 1. & ſub num. 1. vt lite pendente*, & Rebuff. *in concordatis, in rubrica de mandatis Apoſt. §. 1. in gloſſ. verb. ſui Pontificatus in parua forma, fol. 488.* atque ita in lingua Principis ſine ſcriptura ſtat gratia, requiritur tamen ſcriptura, vt teſtimonium, & traditio, ſeu executio ad commodum, Azeuedus poſt alios *in l. 2. num. 13. tit. 7. lib. 5. recopilat.* & Gonzales *d. gloſſa 12. ex n. 45.*

Hinc fit, vt non expirent morte Papæ concedentis re integra gratiæ, per quas committitur aſ- 33.
ſignatio certarum penſionum alicui in partibus; nam huiuſmodi gratiæ durant re integra poſt obitum concedentis, atque ita executor poterit procedere ad executionem, Gigas *de penſionib. quæſt. 91. n. 3. & 4.* quidquid aliqui ibi repugnent. Ratio, quia gratia eſt iam facta per Papam de penſionibus, quamuis Delegato, ſeu executori in partibus reſeruationem committat; in quo euentu mandantis morte facultas non extinguitur, text. *in cap. ſi ſuper gratia, de officio delegati in 6.* Gutier. *Canonicar. lib. 2. cap. 17. num. 5.* & Sanchez *lib. 8. diſp. 28. num. 88. §. ex his deducitur*, vbi concludit non expirare morte Papæ re integra litteras per quas committitur conſtitutio penſionum, nec litteras gratiæ, ſiue ſint puræ, ſiue in diem, ſiue conditionales, eo quia in his executor non eſt voluntarius, ſed requiſitus tenetur exequi. Confirmatur, quia ſi Pontifex alicui conferat Canonicatum, & mandet executori, vt illi prouideat de præbenda, talis gratia, & poteſtas executoris per mortem Papæ non expirat; imò poteſt adhuc illi prouidere, & præbendam poſtea vacantem eidem conſtituere, etiamſi quo ad ipſam præbendam, quæ nondum vacauit, videatur gratia non facta, ſed facienda, textus notabilis *in c. penultimo, de conceſ. preben. in 6.* ſequitur gloſſa *in cap. ſi cui nulla, in fine*, & ibi Franch. *de preben. in 6.* idem docuit Hieronymus Paulus Hiſpanus in Romana Curia ſatis practicus, in libello ſuo vocato ab aliquibus Practica Cancellariæ *fol. 49. in verſ. incip. Præſtantiſſime Doctor*, vbi dixit in iſto caſu gratiam eſſe iam factam, & ex conſequenti re integra non extingui executoris officium, ac proinde deputationem executoris fuiſſe acceſſoriam ad ipſam gratiam. Cùm ergo acceſſorium accipiat à principali perpetuationem, vt ait text. *in cap. ſi ſuper gratia*, vbi Franchus *in vltim. notabili, de offic. delegati, in 6.* & principale ſit gratia iam facta, ſequitur nec gratiam, neque auctoritatem executoris morte Pontificis expiraſſe.

Similiter commiſſiones Ordinariis in partibus 34.
factæ ſecundùm Concil. Trident. *ſeſſ. 22. cap. 5. de reformatione*, circa diſpenſationes, vt diſpenſent, ſi preces reperiantur veræ, non extinguuntur morte Papæ concedentis re integra. Etiamſi mandatum de diſpenſando, etiam vbi non eſt neceſſaria cauſæ cognitio, non habeat vim diſpenſationis, Achilles *deciſ. 78.* Mohedan. 13. *de filiis Presbyterorum*, & alij, quos referens ſequitur Garcia *de benefic. part. 6. cap. 2. num. 311. & ſequentib.* Sanchez *lib. 8. diſp. 28. num. 86. verſ. at quamuis.* Ex ea ratione, quia quando executor eſt neceſſarius, qui iubetur exequi precibus veris repertis, tunc eſt gratia facta, ac proinde re integra non extinguitur per mortem concedentis. Secus quando in litteris gratiæ, quæ in alicuius fauorem conceditur, miniſter executurus eſt voluntarius, non tamen illi præcipitur, vt mandet litteras executioni, ſed indulgetur ſola licentia exequendi, non in fauorem ipſius, ſed in fauorem illius cui gratia

ficti

fieri debet; in hoc euentu gratia non dicitur facta, sed facienda: & ex consequenti re integra perit morte concedentis, quia per illam nullum est ius quæsitum illi in cuius fauorem gratia fuit concessa, secus in priori casu in quo iam est ius quæsitum ad rem personæ, in cuius fauorem gratia fuit concessa, Sanchez *d. disp.* 28. *num.* 87. eo quia per ipsum Papam gratia dispensationis censetur facta, cuius executio committitur, & mandatur Ordinariis, vt censet Hieronymus Paulus *suprà*, Henriquez *in summa lib.* 7. *cap.* 21. §. 7. *&* *lib.* 13. *cap.* 3. §. 10. *&* *lib.* 14. *cap.* 17. §. 7. P. Ledesma *in summa de matrim. cap.* 27. 2. *conclus.* & Suarez *de censuris disp.* 41. *sect.* 2. *ad finem.*

35. Eodem modo censetur gratia iam facta, quæ non expirat morte concedentis re integra, licentia data à Summo Pontifice, vel ab Episcopo, vel à Parocho ad eligendum Confessarium pœnitenti. Salzedo *in praxi crimin.* Bernard. Diaz *cap.* 26. *littera C. vers. postquam verò, ad finem*, Suarez *de pœnitent. disp.* 26. *sect.* 3. *num.* 7. Nauarr. *in cap. placuit, de pœnit. num.* 161. *dist.* 6. Henriquez *lib.* 7. *cap.* 21. §. 6. Gonzal. *de mensib. gloss.* 12. *num.* 39. & Sanchez *d. disp.* 28. *num.* 75. *&* 93. Sâ *verb. gratia, num.* 4. Sayro *tractat. de Sacram. pœnit. cap.* 22. *n.* 3. Graffis 1. *p. decis. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 49. Humada *lib.* 21. *tit.* 4. *part.* 1. *glossa* 1. *num.* 2.

36. Et quamuis licentia data per Episcopum, vel per alium Papa inferiorem ad hunc effectum eligendi Confessarium pereat per mortem concedentis, secundùm Abb. *in cap. vltimo, de officio Legati, num.* 9. & Syluestr. *in summa, verb. confessor.* 1. *quæst.* 7. *&* *verb. indulgentia, num.* 16. quoniam talis licentia videatur præiudicare regimini Ecclesiastico, hoc non tollit, quin possit concedi, eo quòd talis licentia potest reuocari à successore, & durare donec reuocetur; & quamuis Suarius *suprà disp.* 26. *de pœnit. sect.* 3. *num.* 5. affirmet de hac licentia data per Papam, & de data per Episcopum, *n.* 9. dicat id esse satis probabile, non audetque id omnino asserere *ibidem*, *num.* 12. de facultate hac à Parocho concessa. Sed dicendum est casu quo Parochus potest concedere, hanc licentiam non extingui morte concedentis. Sanch. *suprà disp.* 28. *num.* 72. *ad finem, vers. sed ego existimo*, quia est gratia facta directè pœnitenti, & per quandam consequentiam Confessori ab eo electo. Nauarr. *in d. cap. placuit, num.* 162. *&* *sequent. de pœnitent. dist.* 6. Manuel *de regular. tom.* 2. *quæst.* 46. *art.* 8. Gaet. *cap. ad limina* 30. *quæst.* 1. *&* §. 5. *quæst.* 106. *num* 312. absolutè loquendo de licentia eligendi Confessoris ab Episcopo, siue à Parocho, siue à quouis Ordinario; qui eam dare potest. Vide Sanchez suprà *disp.* 28. *num.* 75. *ad finem.*

37. Decimoquartò quæritur, an in pluribus differant rescripta iustitiæ, & gratiæ? Responde maximè; vt ex sequentibus patebit. In primis enim rescripta iustitiæ faciliùs conceduntur, quàm rescripta gratiæ, ita Gomez *in rubr. de rescriptis, in* 6. *n.* 16. *&* *super regula Cancellariæ, de annali possessore, quæst.* 10. *in fine*, Ripa *in rubrica de rescriptis extra, n.* 17. & Gemin. *in cap. si cui nulla, col.* 2. *de præben. in* 6. Deinde rescripta gratiæ multo faciliùs irritantur, quàm iustitiæ. Nam iustitiæ rescripta propter vitium siue surreptionis, siue obreptionis non ipso iure, sed ope exceptionis irritantur, Vantius *tract. nullitatum, tit. de nullitate ex defectu iurisdict. delegat. num.* 63. Parif. *cons.* 51. *num.* 27 *lib.* 4. Iason *in l. præscriptione, num.* 3. *C. si contra ius, vel vtil. public.* Quare si quis impetret rescriptum iustitiæ validum erit donec aduersarius contra quem impetratum fuit, excipiat allegans illud esse surreptitium.

Rescripta autem gratiæ obtenta per subreptionem sunt ipso iure nulla, Menoch. *de arbitrar. casu* 201. *n.* 3. *&* 17. Tiraquel. *de pœnis legum, causa* 44. *num.* 41. Flamin. *de resignat. lib.* 4. *quæst.* 2. *num.* 43. *&* 44. post alios Tusch. *pract. conclus. tom.* 7. *conclus.* 722. *cum sequentib.* Perez *l.* 4. *vers. quaro* 9. *tit.* 12. *lib.* 3. *ordin. pag.* 690. Valasc. Lusit. *consult.* 72. *n.* 9. & Alex. Trentacinq. *variar. resol. lib.* 1. *tit. de rescript. resol.* 5. *n.* 2. Idcircò quando rescripta gratiæ sunt ipso iure nulla, quidquid virtute eorum factum fuerit, est nullius momenti. Menoch. *cons.* 1. *num.* 392. Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imperialis, lib.* 1. *conclus.* 14. & Baptista Leonel. *tract. de subreptione rescripti, quæst.* 1. *art.* 3. Quod extende etiam ad dispensationes, seu gratias concessas ab Ordinariis inferioribus, ita vt sint ex subreptione prorsus irritæ; quamobrem necesse est, vt omnia contenta in litteris gratiæ verificentur; alioquin gratia corruit, & est nulla, quia omnia narrata habent vim conditionis, veris existentibus prænarratis, & nisi verificentur, gratia corruit. *l. vniuersa C. de diuersis rescriptis, cap.* 2. *cap super litteris, cap. postulasti, de rescriptis*, Felin. *in cap. quod super his, n.* 3. *&* *n.* 4. *de fid. instrument.* Puteus *decis.* 245. *num.* 1. *lib.* 2. & Cæsar Grass. *decis.* 1. *num.* 3. *de rescriptis, &* *decis.* 20. *num.* 1. *de probationibus.* 38.

39. Decimoquintò quæritur, quis nam debeat cognoscere de exceptionibus oppositis contra rescriptum iustitiæ? Responde, iudicem delegatum posse cognoscere de exceptionibus, & de validitate litterarum vocatis partibus, Felin. *in cap. super litteris à n.* 18. Decius *num.* 12. & Beroi *lect.* 1. *à num.* 19. *&* *lect.* 2. *num.* 25. *&* *à num.* 79. *de rescriptis*, Iason, & Scribentes *in l.* 2. *ff. si quis in ius vocatus*, & Perez *ad l.* 2. *vers. item tit.* 1. *lib.* 3. *ordinamen.* Sicut etiam potest delegatus pronunciare super exceptionibus oppositis ad impediendum exequutionem Bullarum Apostolicarum, Bartol. *in l. à Diuo Pio, ff. de re iudicata*, §. 1. quem sequitur Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *quæst.* 38. *num.* 16. Abb. *in cap pastoralis*, §. *quia vero, num.* 3. *in fine, de officio deleg.* & Mynsing. *cent.* 4 *obseru.* 93. *num.* 3.

40. Quin etiam quando opponitur aliquid contra iurisdictionem iudicis, potest cognoscere ipse, vtrùm sua sit iurisdictio, Abb. *in cap. si clericus, num.* 8. *&* 9. *de foro competente*, & ibi Socin. *n.* 11. *vers. prima opinio, &* *n.* 13. Petrus Barbosa Lusitan. *in l. si quis ex aliena, num.* 111. *ff. de iudiciis*, & Bellet. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de fauore clericorum reali*, §. 5. *num.* 7. Quinimo quando est disceptatio iurisdictionis contra iudicem, inter ipsas partes potest cognoscere Delegatus, an sua sit iurisdictio. Longè aliter, si concertatio sit inter ipsum iudicem, & partem, Corset. *singular.* 149. *num.* 2. 14.

Decimosextò quæritur, an Delegatus possit aliquem vltra duas diætas ad iudicium vocare? Responde negatiuè, ex *cap. nonnulli, de rescriptis*, ibi: *Vltra duas diætas*, per quem textum constat nulli esse integrum impetrare rescriptum, quo trahat aliquem ad iudicium vltra illas. Sed hodie correctus est textus iste in hac parte, per *cap. statutum*, §. *cum vero*, *&* § *cum autem, eodem titulo, lib.* 6. vbi constituitur vna diæta dumtaxat loco duarum. Sed quia reus potest habere duo, & interdum tria domicilia, vnum ratione originis, & alterum ratione habitationis, & tertium ratione beneficij, vt probatur *in cap. nullus, de temp. ordinat.*

in 6.

in 6. & volunt Rebuff. *in praxi, tit. de Clericis, & à quibus, ex num.* 19. & Iacobus Bayner. *in Enchirid. iudic. Eccles. notabil.* 136. intelligendum est nomine domicilij non originis, sed habitationis, pro vt vult Cened. *ad Decretales, ad text. in d. nonnulli, de rescriptis num.* 1 *in collectan.* 123. Non habet tamen hoc locum in causis in Romana Curia commissis, Marchesan. *de commissionibus part.* 1 *n.* 219. *pag.* 271. *in nouiss. Rom. impress.* Quamuis autem ante d. capitis tempora reus ex quocumque loco, quantumuis per plures diætas, remoto à domicilio suo, vel diœcesi potuisset per litteras Apostolicas ad iudicium pertrahi, nouissimè decretum est, vt patet ex *verb. statuimus*, reum per huiusmodi litteras trahi non posse à finibus suæ diœcesis vltra duas diætas; quod etiam probat text. *in cap. dilectus, de rescriptis, in verb. à diœcesi, & in cap. ex parte, de foro competent.* 15. Marant. *de ordin. iudic. part. 6. memb. 1. num. vlt.* Rebuff. *de priuil. schol. priuil.* 161. accedit Fernandez de Ottero *Romanarum lucubrat. disp.* 33. & Galganet. *de iure publico lib. 2. tit. 17. n. 46.* vbi addit citatum vltra duas diætas non teneri comparere, quod intelligo quando vigore litterarum Apostolicarum citatus fuerit, vt veniat, & compareat intra terminos duarum diætarum, cùm per dictum *cap. statutum, d. §. cum verò, & §. cùm autem, de rescriptis lib. 6.* vna diæta sola loco duarum subrogatur. Flamin. *de confidentiis quæst. 7. num.* 91. ibi, *nullus autem eorum vltra vnam dietam à fine sua diœcesis valeat conueniri*, quæ verba sunt eiusdem capitis *statutum, de rescriptis lib. 6.* & glossæ *ibidem* magnæ, *in verb. vnam.* Atque ita Abb. *in d. cap. nonnulli num.* 3. concludit dispositionem illius capitis de duabus diætis esse restrictam ad vnam duntaxat, per dictum *cap. statutum, de rescriptis lib. 6.* & *ibi* scribentes.

42. Decimoseptimò quæritur, vtrùm quando certæ diætæ præfiguntur reo ad comparendum, habeat id locum in Episcopis, & Ordinariis circa suos subditos? Respondetur negatiuè; quia Ordinarij in quocunque loco suæ diœcesis possunt per se ipsos, vel per suos Delegatos causas spectantes ad forum Ecclesiasticum audire, & expedire, & à quocumque loco intra terminos suæ iurisdictionis trahere quemcunque ad suum, & suorum delegatorum iudicium, vt deducitur manifestè ex *c. cùm Episcopus, de offic. Ordin. in 6.* Non enim circa hos habet locum computatio diætarum, vt notat glossa *in Clement. 1. de rescriptis, verb. Legatorum*, & *ibi* Innocent. *num.* 4. & Marant. *de ordin. iudic. part. 6. memb. 1. n.* 131.

43. Quin etiam præfinitio diætarum non habet locum, quando litteræ Apostolicæ impetrantur de consensu vtriusque partis. Tunc enim possunt trahi vltra duas dietas, vt olim, & vltra vnam, vt hodie Innocent. *in d. cap. nonnulli, num. 2. de rescriptis*, & *ibi* Abb. *num.* 4. ad quod post litteras impetratas satis est expressus consensus, Paris. *in d. cap. statutum, num.* 19. Franch. *ibi §. cùm verò, de rescriptis, in 6.* & ex consequenti sustinebitur processus contra reum expresse consentientem, qui per litteras Apostolicas traditur vltra præfixum spatium, quamuis contradicat Felin. *in cap. olim, de except. num. 3. & in cap. nonnulli, num. 30. de rescriptis*, & Cardin. *cons. 73. in principio.* Non tamen sufficiet consensus præsumptus, siue tacitus, vt patet ex *d. cap. statutum, de rescriptis in 6. §. in nullo quoque casuum prædictorum*, ibi: *Iudex extra ciuitatem, seu diœcesim in quibus deputatus fuerit, citet partes, nec de causa sibi commissa cognoscat: nisi ad id expressus accesserit earumdem assensus:* vbi glossa *verb. expressus*, excludit tacitum consensum, & meritò, quia vbi dispositio requirit consensum expressum, non sufficit tacitus, siue præsumptus; argument. *l. cùm prætor. ff. de iudic.* Sicque fuisse iudicatum tradit Bald. *in additio. ad Speculum, tit. de reo, in fine additionis*, Mascard. *de probat. 1. p. conclus. 2. num. 10. & 3. p. conclus.* 1219. *num.* 34. & alij, quibus accedit Petrus Barbosa *in l. 2. §. final. num. 30. ff. solut. matrim.*

Decimooctauò quæritur, an si reus trahatur per modicum spatium vltra duas diætas, puta per milliare, iuxta *cap. nonnulli, de rescriptis*, aut vltra vnam diætam, iuxta hodiernum ius, secundùm dictum *cap. statutum, de rescriptis in 6.* à fine diœcesis? 44.
Respondetur non posse ibi reum conueniri, glossa *ibi §. cùm autem, in verb. remotus*, vbi Doctores, Ximenes *in concordantiis vtriusque iuris, cum legibus Castellæ p.* 2. quod verificatur in quocumque spatio etiam exiguo, *glossa* 1. *in cap. cùm causa, de emptione.* Atque ita siue agatur actione personali, siue reali, non poterit reus trahi vltra duas, vt olim, diætas, neque vltra vnam, vt hodie à fine suæ diœcesis, quia in vtraque actione verba textus *in d. cap. statutum, §. cùm verò*, ibi: *nullus tamen eorum vltra vnam diætam à fine suæ diœcesis valeat conueniri*, in qua reus habitat, domiciliumque habet: quamuis res super qua litigatur, alibi existat, ita Rebuff. *in concord. tit. de friuolis appellat. §. si quis verò, versiculo secundo*, glossa *in verb. personalis, in cap. dispendia, de rescriptis lib. 6.* Fermandez de Ottero *Romanarum lucubrat. disp. 33. à num. 7.* vbi *num. 10. & 11.* respondet contrariis.

Quæstionis tamen est, nomine diætæ quænam sit intelligenda, legalis ne, an vulgaris? Legalis dicitur, quæ continet viginti milliaria in singulis diebus, *l. 1. ff. si quis cautio. l. 3. ff. de verbor. signific.* 45.
vulgaris diæta est illa; quæ secundùm locorum consuetudinem vulgariter existimatur, facit glossa *in d. cap. nonnulli*, & *ibi*, Abb. *de rescriptis*, vbi testatur de communi, Menoch. *de arbitrar. casu 206. num. 3. & sequent.* id arbitrio iudicis decidendum relinquit, cùm iure diffinitum non fuerit. Quare dicendum est vulgarem appellationem pro lege habendam esse, & secundùm communem vsum loquendi rem esse decidendam, qui verborum proprietati præfertur. *l. cùm delationis 18. §. optimum ergo esse, ff. de fundo instructo, vel instrumento legato*, Bald. *cons.* 183. *Statuto ciuitatis Veronæ, num. 2. lib.* 2. vbi vulgatis appellatio habetur pro lege.

Non displicet tamen, imò valde placet quamlibet diætam continere sex leucas, quia hoc concurrit cum vulgari diæta, *cap. ex parte B.* vbi *vltra duodecim leucas, de foro compet.* Parlad. *lib. 2. rerum quotid. c. 19. num.* 9. vel ad summum septem, Fr. Ludouic. Miranda *in manuali Prælatorum tom. 2. quæst. 39. art. 8. conclus.* 3. Enriquez *in summa lib. 9. cap. 27. §. 6. in fine littera E. in comm. & lib. 13. cap. 51. §. 7.* Mandos. *ad regul. 30 cancell. quæst. 2. num.* 2. Eo, quia censetur plus minus vt hæc diæta vulgaris, ideo potius de illa, quàm de legali intelligi debet, Iason *in l. 1. ff. si quis cantion.* Ottero *d. disp. 33. num.* 3. quia nomina ex communi vsu sunt intelligenda, & verba in lege posita secundùm communem vsum loquendi interpretanda. *l. librorum, §. quod autem Cassius*, vbi Bartolus, *ff. de legatis* 3. Suar. *cons.* 513. *n.* 87. Sanch. *de matrim. lib. 6. disp. 23. num.* 3. quamuis Bartol. *in d. l. 1. ff. si quis cantio.* & *ibi* Bald. aliter destinguat de diæta legali, & 46.

vulgari,

vulgari, quæ sine dubio computari debet à fine diœcesis, vt vltra alios *in d. cap. nonnulli*, cum aliis tradit Menoch. *casu* 206. quem sequitur Escobar *de ratiocin. comput.* 12 *num.* 12. per viam scilicet vsitatam, & frequentiorem, non verò per obliquam, Mascard *de probation. conclus.* 1056. Cabe 2. *part.* 1. *decis.* 3. *num.* 4. Vide pro complemento huius quæstionis Cenall. *in commun. contra commun. quest.* 897. *num.* 732. Bobadill. *in sua politica, lib.* 4. *cap.* 5 *num.* 53. Couar. *lib.* 2. *variar. cap.* 10. *num.* 5. & Escobar *supra à num.* 7. vbi de hac re fusè.

47. Decimononò quæritur, an rescriptum ad lites posterius deroget priori super eadem causa impetratum ad alios iudices, in quo illius mentio non fit? Respondetur negatiuè? Ratio, quia tenetur narrare illud primum, quod iam fuit obtentum, ita Doctores *in c. cæterùm*, in textu. Nec secundæ literæ de rescriptis, ex eo, quoniam impetrans suppressit verum necessariò exprimendum, quòd si Princeps cognouisset, vel nullatenus, vel saltem notabiliter, difficiliùs posterius rescriptum concessisset, *glossa* 1 *in c. pastoralis* 14. *eodem titulo*, Rebuff. *ad leges Galliæ, tom.* 2. *de rescriptis, in præfat. an.* 91. Menoch. *de arbitr. casu* 202. *à num.* 64. addens, si Princeps sciret iam esse concessum aliud rescriptum, nouum non esse concessurum: sed dixisse, sufficiat tibi rescriptum primum, iuxta *cap. secundum, de filiis presbyterorum.* Fit enim præiudicium priori impetranti, qui frustratur suo rescripto labore, & sumptibus impetrato, & trahitur ad alios iudices iniustè. Quòd extende, quamuis res sit integra, & lis non fuit cœpta per rescriptum primum, per text. *in cap. duobus*, ibi: *si non appareat*, & per text. *in cap. sibi qui*, ibi: *licèt prius*, vbi gloss. *verb. receptus, de rescriptis in* 6. adhuc enim posterius non derogat priori super eadem causa ad alios iudices impetratum, in quo prioris non fit mentio, Barbosa *in cap. cæterùm, de rescriptis, num* 3. vbi *num.* 4. addit vt rescriptum ad lites posterius deroget priori, necesse esse, vt fiat mentio in posteriori omnium clausularum notabilium, quæ in eo continebantur, Menoch. *de arbitrar. casu* 201. *à num.* 69. Molin. *de primogen lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 31. vbi pro hac parte affert, Antonium *in cap. vt debitus, col.* 4. *de appellationibus*, quem sequitur Abb. per textum *ibi, in cap. ex conquestione, num.* 4. *de restit. spoliat.* & Felin. *in cap. cæterùm, numer.* 4. *de rescriptis*, vbi censent arbitrio iudicis remittendum esse, quæ nam clausula sit dicenda notabilis.

48. Non erit tamen inualidum posterius rescriptum non facta prioris mentione, quando primum fuit subreptitium. ita respondit Barbat. *cons.* 42. *col. penult. & cons.* 64. *col.* 2 *lib.* 3. Felin. *in cap. ex tenore, num.* 2. *&* 3. & *ibi* Decius *num.* 5. *de rescriptis.* Quod procedit quando primum rescriptum nullum, impetratum est ab vno ex litigantibus, & secundum ab altero, longè aliter si rescriptum vtrunque impetratur ab vno solo. Nam tunc in impetratione secundi, debet fieri mentio de primo. Ita Geminian. *cons.* 141. *Casus talis est, Vacauit, col.* 3. *vers. in contrarium*, qui quamuis ibi agat de rescripto gratiæ, ex rationibus illius idem de rescripto iustitiæ dicendum est. Vide Sanchez *lib* 8. *disp.* 22. *num.* 21. *&* 22.

49. Similiter non est necesse fieri mentionem de primo rescripto, quando impetratur secundum, si iudex primus datus ex rescripto causam remittit, eo quia in ea nequit procedere, Felin. *in dict. cap. cæterùm, num.* 5. *in fine, vers. tertia restrictio, de rescriptis.* post Bellamer. *decis.* 599. *Si delegatus.*

Eodem modo rescriptum posterius præualebit non facta mentione prioris, si impetrans ex malitia, vel ex negligentia sua non fuit eo vsus intra annum, qui præfixus est tanquam terminus, *in cap. plerumque* 23. *de rescriptis*; eo quia iure Canonico rescripta iustitiæ sunt annalia, atque ita pereunt anno exacto, Menoch *de arbitrar. casu* 204. *numer.* 1. per textum *in dict. cap plerumque*, ibi, *infra annum.* Ex quo constat impetrantem vti debere suo rescripto intra annum; aliàs post annum ab aduersario rescriptum nouum impetrari licitum est. idem Menoch. *cons.* 100 *num.* 33. & Rebuff. *ad leges Galliæ, in proœmio, gloss.* 5. *num.* 4. Dictum est ex malitia, vel ex negligentia, quoniam malitiis hominum non est indulgendum, ex *cap. plerumque, in verb. non sit malitiis hominum.* Escobar *de ratiociniis, cap.* 15. *num* 3. & Flamin. *de confidentiis, quest* 35. *num.* 70. 50.

Rescripta tamen gratiæ non extinguuntur anno, sed post illum, impetrans adhuc potest vti rescripto gratiæ, quod est perpetuum. Perez *l.* 6. *vers. quæro* 36 *tit.* 12. *lib.* 3. *ordin pag.* 701. Et quamuis aliquando rescriptum gratiæ ad beneficium Ecclesiasticum extinguatur, quando impetrans ex dolo, vel ex negligentia illo non vtitur, vt videre est *in cap. si clericus, vers. cum facta, de preben. in* 6. & posterior impetrando gratiam præferatur priori, qui per malitiam, vel negligentiam voluit vti sua gratia; ea malitia, vel negligentia, non præcluditur anno, nec eo elapso perit rescriptum gratiæ, sicut rescriptum iustitiæ, & relinquitur punienda arbitrio iudicis. glossa *verb. negligentia, in d. c. si clericus*, & est communis ex Abbate *ibi num.* 6. 51.

Vigesimò quæritur quid faciet delegatus quando accipit rescriptum copulans duo ad eundem effectum, & vnum tantùm reperit probatum? Responde illud vnum sufficere probari propter cuius probationem obtineri potuit; nam quotiescunique in aliquo rescripto narrantur plures causæ copulatiue, quæ de iure non sunt necessariæ, resoluitur illa copulatiua in disiunctiuam, & sufficit vnum ex copulatis probari, vt habetur *in cap. inter cæteras, de rescriptis* gloss. *in cap.* 2. *verb. & perpetuo, de rescriptis*, & *ibi* Antonius *n.* 5. Felin. *n.* 23. *fallentia tertia*, Bald *in l. præscriptione, num* 28. *vers. Item infero, C. si contra ius*, Nauar. *lib* 5 *cons. in pr n. a edit. tit. de pænit & remiss. cons.* 20. *num. vnico, & in* 2. *edit. lib.* 1. *tit. de præscript. cons.* 7. *num. et* [illegible] Mascard. *de probat. conclus* 325 *num* 8. Gutie. *Canon. quest. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 56. Pelaez *de maiorat. in* 1. *p. in prima editione, quæst.* 8. *num.* 2. & Menoch. *vol.* 4. *cons.* 385. *ex num.* 1. dicentes, quando disiunctiue etiam narrantur causæ, sufficere alteram esse veram ne rescriptum corruat. 52.

Quod intellige de rescripto ad lites de quo loquimur, secus de rescripto gratioso, in quo omnes causæ allegatæ debent esse veræ, ne subreptitium sit, ita Mascardus *de probationib. concl.* 325. *num.* 24. Gutier. *quæst. canon lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 68. Ducuntur, quia in dispensationibus solet adiici hæc clausula, *super his te diligenter informes, & si repereris, quòd preces veritate nitantur, super quo tuam conscientiam oneramus, dispensa*; ergo existente aliqua causa ex pluribus allegatis sufficientibus falsa, rescriptum erit nullum. Eo quia Princeps non vult aliter dispensare, nisi in dispensatione prædictæ causæ omnes existentes reperiantur veræ: ideo, si aliqua sit falsa, non possunt dici omnes 53.

veræ, nam forma in indiuiduo seruanda est, Gutiet. *suprà num.* 108. *& num.* 129. *&* 130. vbi declarat hanc doctrinam sustineri, quando omnes causæ sunt æquè principales: longè aliter, si causa falsa non sit tam principalis, sicut aliæ, quæ sunt veræ, nec adhæreat substantiæ dispensationis, neque circunstantiis notabiliter necessariis.

54. Nihilominus mihi non placet hoc intelligi duntaxat in rescripto ad lites; sed etiam in rescriptis gratiæ, puta in dispensationibus ad matrimonium, & similibus gratiosis, in quibus satis est verificari causam, in qua innititur dispensatio, & qua dumtaxat posita Princeps eonsuescit dispensare. Ducor, quia quando in rescripto quocumque plura narrantur copulatiuè, quorum aliquod est falsum, & reliqua vera, considerãda est causa principalis qua innititur rescriptum, quæ si est vera, parum refert, quòd reliqua sint falsa, *§. si plures, Institut. de excusat. tutor.* Item, quia sola falsitas causæ finalis, quæ si exprimeretur, non daretur dispensatio illam reddere subreptitiam. Secus quando concessisset, sed multo maiori difficultate; quia tunc non datur falsitas in causa finali, sed in causa impulsiua. Quare clausula in litteris posita, *si preces veritate nituntur*, intelligitur in substantialibus, hoc est, in iis, ex quibus gratia pendet; ita, vt aliàs non concederetur: atque ita ex causa falsa impulsiua, non est irrita; sed tantùm, vbi falsitas contingit in causa finali, Adrian. *in 4. tract. de restitut. quæst.* incipit, *Consequenter quæro, vtrum indistinctè.* Metina *C. de restit. quæst.* 24. *in solut. ad* 4. *&* 5. Nauar. *in summa c.* 17. *num.* 107. & videntur accedere ad hanc sententiam Speculat. *tit. de dispensat. §. dicendum restat. n.* 10. *vers. quid si.* Innoc. *in c. dudum* 2. *n.* 15. *vers. inualidum, de elect.* quatenus tradunt expressionem falsi tunc vitiare dispensationem, qoando versatur in iis, quæ consistunt circa ea, quibus expressis dispensatio non concederetur, glossa *c. ex parte.* 2. *verb. falsa, de conuers. coniug.* Syluest. *verb. rescriptum quæst.* 6. *& quæst.* 7. *in principio*, Couar. *lib.* 1. *variar. cap.* 20. *num.* 5. *vers. falsitas*, & Enriquez *lib.* 12. *de matrim. c.* 3. *n.* 7.

55. Ex dictis sequitur solius causæ finalis, & sine qua non, falsitatem vitiare rescriptum, tacitis aliis causis falsis. Vnde, si causa finalis, quæ narratur, est vera, quamuis aliæ causæ nõ finales non sint veræ, dispensatio valet. Quin etiam si allegetur pro causa sola copula cum consanguinea, quæ nondum est habita, dispensatio erit subreptitia, quia allegatur vnica causa, & ea falsa. Pontifex autem committit facultatem Ordinario, vt dispenset, si veritate nituntur preces: sed tunc non nituntur, quando vnica, & ea falsa ponitur causa. Quòd si allegetur copula pro causa, & ea non sit adhuc habita, non est dubium dispensationem esse nullam. Corduba *in summa quæst.* 45. *opinio.* 2. *punct.* 1. Vega 1. *tom. summa cap.* 88. Gutier. *canon. quæst. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 133. & Enriquez *lib.* 12. *de matrim. cap.* 3. *n.* 7. Si autem addatur copulæ fœminam, nisi nubat, iacturam famæ subituram, & magna inde scandala futura; quamuis copula sit falsa, si tamen infamia, & scandala verificantur, dispensatio valebit, eo quia Princeps simpliciter ad dispensandum faciliùs mouetur, & simpliciter propter infamiam subsequutam, & ob scandala subsequenda potius, quàm propter copulam, quæ dicitur falsò habita, quæ nondum fuerit habita. Ratio, quia Pontifex propter solam iacturam famæ mulieris, & propter timorem, ne ob id maneat innupta, dispensare solet. Imò faciliùs dispensat, quando narratur vere inter consanguineos copulam non fuisse habitam. Gaita *c. ad limina* 30. *quæst.* 1. *§.* 4. *quæst.* 134. *& n.* 365.

56. Sequitur deinde ex suprà traditis, quando in rescripto, vel dispositione aliqua proponuntur sub disiunctione, seu alternatiuè, satis esse quodcumque ex illis verificari. Lambert. *in tract. de iure patron. lib.* 1. *p.* 1. *quæst.* 3. *principali.* Menoch. *lib.* 3. *præsumpt. quæst.* 90. *num.* 5. quia in dictione disiunctiua, ad verificationem illius satis est partem alteram esse veram, *glossa* 2. *in cap. ex parte*, & *ibi* Scribentes, *de rescriptis*, & *ibi* Barbosa cum aliis *num.* 11. & Sanchez *lib.* 8. *disp.* 20. *num.* 42. Azor. *p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 27. siue hoc contingat in disiunctione alternatiua affirmante, siue, si disiunctio ponatur inter duas, vel plures negationes, nempe si dicatur, si illud, aut illud factum non fuerit. Quoniam in proposito nulla datur differentia in has alternatiuas, quamuis aliqui contrà sentiant: sed oppositum est verius, nullum videlicet esse discrimen inter eas, volunt Felin. & Decius *in cap. inter cæteras, de rescriptis, num.* 6. Dyn. & Franch. *in regul. in alternatiuis, de regul. iuris lib.* 6. Bart. *in l. si quis ita* 129. *ff. de verbor. obligat.* Puteus *lib.* 3. *decis.* 47. dicentes ad veritatem alternatiuæ affirmantis, vt verificetur dispositio, quæ continetur sub illa, sufficere vnum fieri, etiamsi alterum non fiat: verum est enim dicere hoc, aut hoc factum esse, vbi alterum ex his gestum est. Eodem modo ad veritatem alternatiuæ negantis, vt verificetur dispositio, quæ sub ea concipitur; satis est alterum non fieri; licèt alterum factum sit. text. *in l. si quis ita ff. de verbor. obligat. & in l. si is qui §* 1. *vers. verum, ff. de rebus dubiis*, quæ nullum discrimen constituunt tam in alternatiua affirmante, quàm in negante, & in vtraque dicunt satis esse verificari vnum fuisse, vel non fuisse factum.

Quomodo differant inter se Delegati à Principe, à Delegatis ab inferioribus?

§ III.

EPITOME.

57. *Delegati à Principe in multis differunt à delegatis ab inferiore.*
58. *Delegatus Summi Pontificis potest intra annum suam exequi sententiam, non tamen potest eam annullare, & multo minus delegatus inferioris.*
59. *Delegatus inferioris non potest suam exequi sententiam diffinitiuam, sed oppositum est valde probabile, nisi delegans executionem sibi reseruet.*
60. *Delegatus inferioris de iure ciuili non potest exequi suam sententiam, sed Ordinarius delegans.*
61. *& 62. Delegatus Principis de vtroque iure potest exequi suam sententiam secundùm communiorem.*
63. *Delegatus ab inferiore non potest subdelegare, delegatus autem Principis potest.*
64. *& 65. Episcopo qua competunt ratione imminentis necessitatis, an possit delegari? alij negant, sed oppositum est verius.*
66. *Episcopis potestas concessa in Concilio Tridentino circa executionem testamentorum, & circa alia est delegata.*

Delegatus

67. *Delegatus Principis potest punire deponentem falsum coram se, non autem delegatus inferioris.*
68. *Delegatus à Principe quando possit delegare causa meri imperij, & procedere vsque ad vltimum supplicium.*
69. *Delegatus potest omnia sine quibus negotium sibi mandatum expedire non potest, non tamen ea per quæ faciliùs expeditur.*
70. *Delegatus potest cognoscere de causa principali, & de aliis incidenter aduenientibus.*
71. *Delegatus potest compellere, si recusetur litigantes ad arbitros eligendos, coram quibus decidatur causa recusationis.*
72. *Delegatus probata causa recusationis potest causam principalem remittere ad delegantem, vel ad alium de consensu recusatoris, secus si sit delegatus Principis.*
73. *Iudex recusatus, si fuerit subdelegatus delegati Pontificis, non coram arbitris, sed coram delegato, causa recusationis est examinanda.*
74. & 75. *Delegato vno decedente extinguitur delegatio quo ad alios de vtroque iure, & quomodo id intelligatur.*
76. *Delegatus Principis potest pœnam minuere, vel commutare, non tamen delegatus inferioris.*
77. *Delegatus impeditus à condelegato, an possit illum punire? pars negans quomodo intelligatur.*
78. *Delegatum impediens, ne sua vtatur iurisdictione, qua pœna sit puniendus.*
79. *Delegatus non potest instituere, potest tamen pronunciare aliquem esse instituendum.*

57. EX supra traditis apertè constat, in multis differre delegatum à Principe, à Delegato ab inferiore: ideo summatim addam ea, in quibus etiã differunt, & in quibus conueniunt. In primis enim delegatus à Summo Pontifice potest intra annum exequi suam sententiam, non tamen eam annullare, vt in *c. quærenti, de officio delegati,* Paulus de Castro, qui ita intelligit dictum *c.*
58. *quærenti in l. aduersus n. 1. C. si aduersus sententiam,* & ex consequenti non potest se intromittere ad cognoscendum de nullitate suæ sententiæ diffinitiuæ; quod procedit in delegato Principis ad vnam tantùm causam dato ex defectu, scilicet iurisdictionis, quæ expirauit per prolationem sententiæ. quod multo fortiùs dicendum est de delegato ab inferiore. Gutier. *in quæst. canon. lib. 2. cap. 2. num. 15.*

59. Differunt tamen, quia delegatus ab inferiore, quamuis glossa *in c. quisquis 2. quæst. 6.* asserat delegatum ab inferiori posse exequi suam sententiam per modos congruentes suæ iurisdictioni, vt vult Innoc. *in c. cùm ab Ecclesiarum n. 7. de officio Ordinarij,* puta per mulctam, & per excommunicationem. Nihilominus verius est, quod tradit Bartol. *in l. à Diuo Pio, ff. de re iudicata, n. 14. & n. 19.* posse interlocutoriam exequi, non autem diffinitiuam, cuius executio competit deleganti: ex eo, quia postquam pronunciauit, functus est suo officio; quod procedit tam de iure canonico, quàm ciuili, cùm delegatio sit stricti iuris, vt *in c. cùm dilecta, de rescriptis,* ac proinde non potest delegatus ab inferiore se ingerere vltra contenta in sua delegatione, secundùm *c. cùm olim, & c. de causis, de officio delegati.* Poterit tamen condemnare in expensis
60. victum, Baldus *in l. sancimus n. 15. C. de iudic.* Ceuall. *in commun. contra commun. quæst. 632. n. 6. & n. 11. cum sequentib.* Attamen valde est probabile delegatum ab Ordinario posse suam sententiam exequi. Panor. *in c. si quis, de foro compet. n. 28.* Alex. *in rubr. ff. de officio eius, n. 9.* Bernard. Diaz *regul.* 178. Fernand. de Ottero *Roman. lu. ubrat. quæst. 5. per totam,* vbi contrariis respondet. Quinimo Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. de fauore clericorum reali §. 5. num. 27.* vult posse exequi manu militari. Ego tamen cum Panormit. *in d. cap. si quis contra clericum, de foro compet. num. 82.* dico delegatum ab inferiore à Principe posse exequi suam sententiam de iure canonico, nisi delegans executionem sibi reseruat. Secus de iure ciuili: tunc enim executio competit iudici Ordinario deleganti. Molin. *de iustit. tract. 5. disp. 21. & disp. 26. num. 5. & 6.* quia quæ meri, aut mixti sunt imperij, de iure ciuili non delegantur. Molin. *d. disp. 21. cum aliis.*

Contra tamen delegatum à Principe stat glossa *in d. l. à Diuo Pio,* quam probant Cynus, & Fulgos. *in l. iubere cauere, ff. de iurisdict. omn. iudic.* & alij, quos refert Menoch. *de arbitrar. quæst. 74. num. 54.* dicentes non posse delegatum à Principe, etiam de iure Canonico exequi suam sententiam diffinitiuam, & confirmatur ex verbis *in d. l. à Diuo Pio,* ibi: *Vt iudicum à se datorum sententiam exequantur.* quæ quidem verba, *à se datorum,* de ipso Principe videntur loqui, vt in simili dixit Bartol. *in l. cùm in testamento, in fine, ff. de auro, & argent. legat.*

His tamen non obstantibus verius est delegatum Principis posse exequi suam sententiam tam iure Pontificio, quàm ciuili. Nam iure Pontificio constat ex *cap. in litteris, & cap. pastoralis, §. præterea, de officio delegati.* Nam quando causa absolutè, & sine limitatione alicui demandatur, censentur omnia commissa, quæ consequenter necessaria sunt ad finem causæ, *cap. præterea, cap. ex litteris, de officio delegati.* atque executio valde pertinet ad finem causæ; ergo debet exequi sententiam. Francisc. Marc. *tom. 1. quæst. 72. & quæst. 284. & tom. 2. quæst. 534.* Zerola *1. p. praxis, verb. delegatus, §. 6.* Est enim delegatus à Principe instar Ordinarij, *l. à iudice. C. de iudiciis.* ordinarius autem potest suam exequi sententiam, & mittere in possessionem; ergo etiam delegatus à Principe, quod potest facere per se, vel per subdelegatum, *cap. ex litteris, cap. quærenti, cap. sanè, cap. præterea, de officio delegati.* Innoc. *in d. cap. significasti, de officio delegati,* ait posse delegatum Papæ mittere in possessionem. Idem Rebuff *in praxi de missione in possessionem, num. 12.* Bertachin. *in repertor. verb. delegatus ad causam vnam, num. 15. & verb. delegatus Principis, num. etiam 15. & num. 22.* vbi volunt delegatum Principis posse dare tenutam, & corporalem possessionem infra annum. glossa *in l. si quis missum, post principium, ff. ne vis fiat ei.* 61.

Idem dicendum est de iure ciuili, per textum *in l. final. C. de iudiciis, §. si verò, in Authen. de exhibendis reis, coll. 5.* secundùm Barr. & Alex. *in d. l. à Diuo Pio, ff. de re iudicata.* Fransc. Marc. *tom. 1. quæst. 284.* eo quòd executio sententiæ est pars iurisdictionis ipsius causæ, vt *in cap. si delegatus, §. final. de officio delegati in 6.* Franch. *in disputatione petitorij num. 7.* quia per solam sententiam diffinitiuam non dicitur delegatus à Principe fungi suo officio, neque eius iurisdictio expirat ante exe- 62.

cutionem sententiæ. text. *in cap. in litteris, de officio delegati*, Barbos. *in c. significasti, n. 2. de officio iudicis delegat.* vbi pro hac parte plures refert, ac sequitur, *& in c. in litteris, n. etiam 2. eodem titulo.*

63. Differunt etiam, quia delegatus ab inferiore Principe non potest subdelegare, *l. à iudice. C. de iud. & c. final. per locum à speciali, de officio iudicis delegati*, nec delegatus Papæ nudum ministerium sibi commissum, *§ final. eiusdem c.* vt per Aloys. Ricc. *in collectan. decisionum, p. 4. collect.* 1284. Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepisc. Neapol. c. 69. n. 6. in nouissima editione.* Delegatus autem Principis potest subdelegare, Aloys. Ricc. *in collect. decisionum p. 4. collect.* 1047. Petrus Barbosa *in l. quia tale n. 47. ff. solut. matrim.* Bobadil. *in sua politica lib. 2. cap. 20. n. 34.* Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 31. n. 1. ad finem, & n. 10.* vbi addit hunc delegatum inferioris Principe ad vnam causam posse subdelegare vnum articulum, qui contineat nudum ministerium, non autem articulum iurisdictionem continentem: secus de delegao à Principe, qui non solùm diuisim, sed etiam coniunctim potest causam sibi commissam subdelegare, vt diximus *disp. 4. n. 4.*

64. Obstare tamen potest, si dicatur Episcopum esse delegatum Papæ in casibus, qui competunt Episcopo non simpliciter, sed ratione imminentis necessitatis, quando non est ad Pontificem recursus, qui casus secundùm ius Pontifici reseruantur; & ideo ex Principis priuilegio ex causa vrgente Episcopo conceduntur: hos autem Episcopus cùm sit delegatus subdelegare solet, vt videmus, quando delegat facultatem dispensandi in impedimentis matrimonium dirimentibus, quam facultatem illi negant. Bald. *in l. 3. n. 6. C. quando prouocare non est necess.* & Felin. *c. quod Sedem, de officio Ordinarij*, dicentes iurisdictionem voluntariam communicatam ex Principis priuilegio, non posse delegari, quod vrget maximè ex *c. final. § fi. de officio delegati*, his verbis: Nulli, cui commissum fuerit excommunicare, vel absoluere aliquos, dispensare cū irregularibus, liceat hæc aliis demandare; quia non sibi iurisdictio, sed certum ministerium potiùs committitur. Per quem textum notatur non esse commissam Episcopis potestatem delegandi, confirmatur ex Concilio Tridentino *sess. 24. c. 6.* concedente Episcopis casus occultos Pontifici reseruatos, addente tamen, vt per se, vel per Vicarium illos expediat: ergo non potest eos delegare.

65. Verius tamen est Episcopum posse delegare alteri facultatem dispensandi, vices suas cōmittendo illi; ex ea ratione, quia iurisdictio communicata ex Principis priuilegio non personæ, sed dignitati in perpetuum, vel officio, est ordinaria, non autem delegata, qualis est facultas concessa Episcopis à Concilio Tridentino *vbi proximè d. c. 6. de reformat.* ab adsoluendum, & dispensandum circa casus occultos, nec deductos ad forum contentiosum. Est enim iurisdictio competens per ius speciale ordinarium, & nouum Episcopis, per illudque prorogatur eorum potestas ordinaria, quam antea non habebant. patet *ex d. c. 6.* ibi: *Liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario*, &c. *dispensare*, & infrà, *absoluere*, quibus probatur hanc potestatem competere Episcopis iure ordinario nouo. Quod etiā est dicendum in nostro casu ex regula, quæ habet esse iurisdictionem ordinariam, quādo aliqua potestas competit non personæ, sed dignitati in perpetuum, vel officio, Bartol. *in l. ambitiosa, n. 34. ff. de decret. ab Ord. fac.* Bald. *in c. finali n. vnico, de officio Ordinarij.* Couar. 3. *variar. c. 20. n. 6. in principio. & n. 9. in fine, & n. 10. in principio*, Enriquez *lib. 13. de excommunicat. c. 24. n. 2.* Confert Felin. *in c. licet, n. 4. de officio Ordinarij*, dicens commissionem perpetuā reddere Ordinarium. Atque ita cùm hæc potestas sit ordinaria penes Episcopos, potest delegari.

Longè aliter si concederetur Episcopis, vt de facto conceditur in Concilio Trid. *sess. 22. c. 8. de reformat.* tamquam Sedis Apostolicæ delegatis circa executionem testamentorum. Nam etiamsi illa potestas perpetuò comitetur dignitatē, seu officiū Episcopale, censebitur semper delegata, non verò ordinaria. Ita Cosmas *pragmat. sanct. tom. 1. tit. de collat. § item circa in legat.* Abbas *in c. ad abolendum, de hæreticis, n. 15. & ibi* glossa. Similiter erit delegata quoties dicitur Prælatis, vt auctoritate Apostolica dispensent, vel absoluant. Abbas *in c. licet, de offic. Ordin.* Franchus *in cap. cum aliquibus, § 4. de rescriptis*, & Marant. *4. p. iudicium ordinarium, n.* 4. vide Sanchez *lib. 2. de matrim. disp. 40. ex n. 13. vsque ad finem, & lib. 8. disp. 2. ex n.* 10. Augustinus Barbos. *in cap. quoniam, de officio delegati, §. cæterùm, in verb. Liceat n. 15. & in verb. dispensare, n. 16.* per quæ iura colligitur habentem potestatem absoluendi, seu dispensandi ex officio, & priuilegio perpetuo suæ dignitatis posse delegare. Quin etiam quando committitur Episcopo dispensatio, quæ exigat causæ cognitionem, vel habeat eam illi annexā, posse aliis dispensationes committere, eo quòd non censetur nudus minister, neque constat electam esse personæ industriam: proinde potest per alium deseruire, Rota *decis.* 8. incipit, *Episcopus constituit, ad finem, in tit. vltimo, de officio Vicarij*, & sequitur Sbroz *de officio Vicarij, quæst. 34. num. 3. & 5.* 66.

Sequitur altera differentia inter delegatum à Principe, & inter delegatum inferioris: delegatus à Principe potest punire deponentem testem falsò coram eo, pœna tamen extraordinaria: delegatus autem inferioris à Principe nullatenus potest profitentem falsum testimonium punire, sed poterit illum remittere, vt puniatur, ad iudicem competentem; qua distinctione vsi sunt, Felin. *in c. præterea, de officio delegati*, Iason *in l. 1. § qui mandatam, ff. de officio eius, cui est mandat. iurisdict. col. penult.* quamuis non ita expressè eam expedierit. Nihilominus, Panor. & Anania *in c. 1. de crimin. falsi, col. penult.* manifestè loquuntur, quibus accedit Couar. *in practicis c. 19. n. 8. vers. quamobrem sunt.* 67.

Quæstionis tamen est, an delegatus à Principe possit delegare causas meri Imperij? Negat Decius *in c. si pro debilitate, col. 3. de officio delegati*, & *ibi* Felin. Affirmat tamen gloss. *in l. 1. C. qui pro sua iurisdictione*, & *ibi* Bartol. & Angelus. Idem Bartol. *in l. 1. n. 10. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio*, eamque vocat communem Rimmald. *cal. 11.* & Boërius *communiorem decis. 6. n. 8.* Marant. etiam *de ordine iudiciario 4. p. 5. distinct. num. 63.* dicit magis communem, & Couar. *lib. 3. variar. c. 20.* vt veriorem tradit, & Iulius Clar. *lib. 5. recept. § final. quæst. 41. n. 3. vers. in delegato autem*, vbi *n. 4. vers. sed nunquid*, ex aliquorum sententia refert, posse delegatum in casibus, in quibus fas est merum imperium delegari, procedere ad vltimum vsque supplicium: ipse tamen hoc non admittit, nisi, vel quando id deduceretur ex tenore ipsius delegationis, aut quando esset periculum in mora, nempe si reus esset latro insignis, in quo euentu poterit delegatus, vt ille ait, latronem pœna mortis punire: at verò extra hunc, & extra alios casus similes, 68.

miles tutius facturum delegatum autumat, ſi Princeps priùs de caſu certioretur.

69. Ad hæc delegatus poteſt ea ſine quibus negotium ſibi demandatum expediri non poteſt, non tamen poteſt ea per quæ negotium faciliùs expediretur, *cap. præterea. 5. de officio delegat.* per textum ibi: Quia ex eo quòd cauſa. ¡Conceſſo enim principali, præſumitur conceſſum acceſſorium, quod venit in conſequentiam principalis neceſſariam. *l. 2. ff. de iuridict. omni. iudic.* Tuſch. *tom. 1. littera A concluſ. 77.* Sicut etiam quando aliquid prohibetur, cenſetur omne id prohibitum per quod peruenitur ad illud. Maſcard. *de probat. concluſ.* 102. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. p. 1. cap. 15. n. 20.* & Surd. *conſ. 401. num.* 74. Quod procedit de his per quæ ad rem veritam neceſſariò peruenitur: non autem de his per quæ contingenter, vel poſſibiliter peruenire poteſt ad illam, vt intelligitur ex traditis à Bart. *in l. 1. ad finem, ff. de iuriſdict. omn. iudic.* & ab aliis apud Petrum Barboſam *in l. 2. p. 1. c. 3. n. 57. ff. ſoluto matrim.* Quo etiam modo accipitur acceſſorium, quando a ſuo principali eſt inſeparabile, etiam ſi acceſſoriū ſit magis dignum, & pretioſum, quàm ipſum principale. Petr. Barboſ. *in l. cùm Prætor. §. final. n. 21. ff. de iudic.* & Menoch. *de recuper. remed. 6. num. 45.* in quo conueniunt delegatus ab Ordinario, & delegatus à Principe.

70. Hinc fit vt delegatus iudex non ſolùm de cauſa ſibi nominatim commiſſa, ſed de aliis quoque incidenter aduenientibus poſſit cognoſcere, Tiraquel *in tract. res inter alios acta, verſ. ex quo procedunt, pag.* 10. Similiter delegatus ad cauſam matrimonij poteſt pronunciare ſuper reſtitutione doris, quod eſt verum quando incidenter agetur de cauſa dotis, & principaliter de cauſa matrimonij, text. *in cap. ex litteris, de pignor.* Innoc. *in cap. de prudentia, de donat. inter vir. & vxor.* facit text. *in cap. tuam. de ord. cogn. & in l. quoties C. de iudic.* Nouel. *de dote p. 9. priuil.* 16. Anton. Gomez *l. 50. Tauri. num. 53.* Molin. *de iuſtit. tract. 2. diſp. 443.* Cabed. *Luſit. deciſ. 125. n. 3. p. 1.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 15. num. 76.* Azeued. *l. 10. num. 44. & ſequent. tit. 1. lib. 4. nouæ recopil.* ſecus quando principaliter ageretur pro dote: tunc enim cùm cauſa ſit merè ſecularis, non poteſt cognoſcere iudex delegatus Eccleſiaſticus, ſed laicus, gloſſa *in d. c. de prudētia, de donat. inter vir. & vxor.* Gomez *vbi proximè.*

71. Ratio, quare poſſit delegatus pronunciare ſuper reſtitutione dotis, eſt, quia cauſa dotis eſt adeò coniuncta, & coonexa matrimonio, vt ſine illo non poſſit ſubſiſtere. *l. 3. ff. de iure dotium.* Ergo non alia ratione, quàm incidentiæ de dote delegatus cognoſcit, Molin. *d. cap. 15. num.* 66. Petrus Barboſa *l. 1. p. 1. num 46. ff. ſolut. matrim.* Proinde iudex iodicando matrimonium eſſe irritum, conſequenter debet proounciare reſtituendam eſſe dotem, Auguſtinus Barboſa *in cap. de prudentia, de donat. inter vir. & vxor. num. 2. & 3. & de officio Epiſcopi, allegat. 84. num. 30. in principio,* & clariùs *verſ. cuius reſeruationis.*

Conueniunt etiam iudices delegati in eo quòd recuſati poſſunt compellere litigantes ad arbitros eligendos, coram quibus probetur, & decidatur cauſa recuſationis, Molin. *de inſtit. tract. 5. diſp. 23. num. 12. & 13.* & Suarez de Paz *1. p. ſecundi tomi, cap. 6. n. 11.* Quòd ſi arbitri ſint diſcordes, poſſunt compelli à delegato, vt aduocent ſibi tertium, vt probatur *in cap. ſuſpicionis, de officio delegati, & in c. ſecundò requiris, de appellationibus, §. 1.* Delegati item recuſati poſſunt procedere in negotio principali, quando arbitri de cauſa recuſationis cognoſcentes intra tempus præfixum illam non terminauerint, text. *in cap. legitima, verſ. alioquin, de appellat. lib. 6.* Secus ſi intra terminum cauſam recuſationis legitimam pronunciauerint: tunc arbitri non poſſunt procedere ſecundùm Ioannem Andream, Ancharanum, & Peruſinum *in d. c. legitima, de appellat.* quamuis Hoſtienſ. ſentiat contrarium; cuius opinio de iure ciuili intelligitur per text. *in l. apertiſſimi, C. de iudic.*

72. Differunt tamē probata legitimè cauſa recuſationis coram arbitris, ſi iudex delegatus fuerit inferioris à Principe, bene poterit cauſam principalem ad delegantem remittere, vel de conſenſu recuſatoris eam alteri committere, text. *in c. cùm ſpeciali, de appellat.* & eſt cōmunis. Poſſe tamen hanc commiſſionē fieri ſine conſenſu recuſatoris, opinatur Panorm. *in cap. ſi quis contra clericum, de foro competenti, n. 14.* ſequitur Decius *d. c. cum ſpeciali,* vbi ait *n.* 8 hanc partem eſſe defenſibilem. Contrà verò ſi iudex recuſatus eſt delegatus Pontificis, & probetur cauſa recuſationis, non poteſt negotium alteri committere etiam volente, & conſentiente recuſatore, ſed debet negotium ad ſuperiorē remittere, text. *in c. iudex, de offic. delegati in 6.*

73. Illud etiam non eſt omittendum, ſi recuſatus iudex fuerit ſubdelegatus delegati Pontificis, cauſa recuſationis non eſt excutienda coram arbitris, ſed coram delegato Papæ. text. *in cap. ſuper quæſtionum, §. quem verò, de officio delegati.* Similiter ſi recuſatus ſit delegatus Epiſcopi, vel eius Vicarij generalis remotis arbitris, cauſa recuſationis coram Epiſcopo examinanda eſt, per text. *in cap. ſi contra vnum, de officio delegati in 6.* per quem etiam non ſunt eligendi arbitri ad cognoſcendum de cauſa recuſatioois, quando delegatus à Pontifice conſtituitor cum clauſula, *Quod ſi non omnes, procedat alter;* tunc enim cauſa eſt examinanda coram collega coniudice non recuſato, Conar. *in practicis, cap. 26. num. 5. verſ. & ſi cauſa fuerit delegata pluribus iudicibus, cum clauſula, quòd ſi non omnes.*

74. Item conueniunt iudices delegati in hoc quòd delegatorum vno decedente, extinguatur delegatio etiam quo ad alios, non ſolùm iure Pontificio, vt *in c. vno delegatorum, de officio delegati;* ſed etiam de iure ciuili, ita Innoc. Ioannes Andreas & alij *in d. c. vno,* non diſtinguentes inter ius canonicum, & ciuile, concordant abſolutè Caſtrēſis *in l. cùm Prætor, in principio, in l. proponebatur, n. 4. ff. de iudic,* Iaſon *in l. duo ex tribus, ff. de re iudicata, n. 3.* Alex. *ibidem, n. 2.* Iuuat hoc iure Pontificio eſſe manifeſtè expeditum, nec reperiri iure ciuili aliter ſtatutum: atque ita in dubio ſtandum eſt in foro etiam Cæſareo iuri Pontificio, quia ius ciuili dignatur ſequi ſacros Canones. *c. 1. de operis noui nunciat.* Quod intellige ſecundùm textum *d. c. vno delegatorum,* Perez *l. 1. gloſſa 1. pag. 491. col. 1. tit. 2. lib. 3. ordin.* Molin. *de iuſtitia tom. 6. tract. 5. diſp. 24. n. 1. verſ. 1. quia ergo:* vbi vult quando multi abſque vlla declaratione ad aliquod negotium delegantur, & vnus eorum decedit, priùs quàm ſuper cauſa pronuncietur, extingui eo ipſo totam delegationem, quod procedit quando delegatio facta fuit nominatis perſonis; neque iuriſdictio ad proſequendum negotiū, & ad illud ſiniendum in cæteris coniudicibus permanſit: ideo ad delegantem remeandum eſt.

75. Confirmatur argumento multorum arbitrorum, qui ſi vnus ex pluribus arbitris, vel iudicibus impediatur, alij non poſſunt procedere, vt docet Coſmas *in pragmat. Sanct. tit. de collat. § ſtatuit;*

verb. spectat. fol. 251. Idem si alter è vita discedat antequam sententia feratur, vel infamis efficiatur, quoniam vita, & fama æquiparantur. Est enim fama bona thesaurus inæstimabilis, Bald. *in l.* 1. *col. 4. C. de confessis*, Flamin. *de resignat. lib. 5. quæst. 3. num.* 92. & est maximum bonum, ita vt melius sit habere nomen bonum, quàm diuitias multas, Prouerb. 22. Mascard. *de probat. conclus.* 244 *cum sequent. & conclus.* 1219. *num.* 9. & 10. Sayro *in claui Regia lib. 11. c. 3. n. 1.* Perez *l. 1. glossa 1. pag. 223 col. 1. ad medium tit. 9. lib. 8. ordin. & ibi l. 2. gloss. 3. pag. 296. col. 1. ante medium, & l. 1. gloss. 2. pag. 323. col. 2. in fine tit. 16. eodem lib.* 8. vbi concludit vitam, & famam æquiparari. Ergo sicut vno delegatorum decedente extinguitur delegatio, quo ad alios: sic etiam extinguetur vno delegatorum facto infami quo ad alios. Quod intellige cùm fama est delegatio nominatis personis; secus quando fit dignitati, text. *in cap. quoniam Abbas, de offic. indic. deleg.*

76. Quid de pœnis impositis, & imponendis? Responde delegatum Principis posse pœnā minuere, vel commutare, ex causa tamen. Censetur enim Magistratus maior iure; ideo potest sicut cæteri Magistratus maiores, Innoc. *in cap.* 1. *de constitut.* & *ibi* Felin. *num. 49. fallen.* 7. Decius *in cap. de causis num. 19. in fine, de officio delegati*, quod procedit multo magis quando delegato Principis datum est arbitrium, & à lege, vel à consuetudine non imponitur pœna: tunc enim delegatus pro more suo potest pœnam indicere, & ab ea releuare, Specul. *tit. de legato, §. generaliter*, & Archidic. *in cap. omnis 45. distinctio.*

Contra autem dicendum est in delegato inferioris Magistratus quamuis posse pœnā remittere, vel mutare, visum sit Decio *in d. cap. de causis, num. decimooctauo, de offic. & potest. indic. delegati*, & Beroio *ibidem, n.* 80. oppositum est tenendum, nisi delegans sit ex magistratibus maioribus, & delegato ad id concedat arbitrium, Menoch. *de arbitrariis quæst. 96. num.* 21. atque ita non posse pœnam minuere, vel mutare, sicut delegatus Principis potest. Et multo minus delegatus inferioris habet facultatem indicendi mulctam pro executione sententiæ de iure ciuili. Ita *l. à Diuo Pio, in principio num.* 6. Alexand. *ff. de re iudicata*, ex *l. aliud est fraus, §. inter mulctam, ff. de verbor. significatione*, ex ea ratione, quia mulctæ indictio solis magistratum habentibus tribuitur. *l. aliud, §. inter mulctam, vbi proximè*, sed delegatus non dicitur magistratum obtinere, cùm non fuerit solemni more maiorum promotus ad ius dicendum, & ad imperandi munus assumptus. Corasius *in l.* 2. *§. eo tempore, ff. de origine iuris*, & *in l. si aliquam, §. vltimo, ff. de officio proconsulis*, vbi tradit non habere magistratum illos, qui extra ordinem ius dicunt, quales sunt delegati. Confert illud quòd mulctæ indictio, est meri imperij, vt notat Valascus olim primarius iuris ciuilis Professor, *in l. Imperium, ff. de iurisdict. omn. iudicum, num.* 182. & Purpur. *ibi num.* 269. post Bartolum *num.* 12.

77. Quid si collega Delegati impediat condelegatum; nunquid poterit puniri? Responde non posse procedere aduersùs condelegatum, Bartol. *in l. 1. §. is videtur, in fine, ff. si quis ius dic. non obtemp.* & *ibidem* Iason *in fine*. Ratio, quoniam par in parem non habet imperium, *l. ille à quo. §. respectiuum, ff. ad Trebell.* Bartol. *in l. vltima, ff. de rerū diuis.* Alexand. *in l. est receptum, num. 2. ff. de iurisdict. omnium iudicum*, Ruinus *in consilio 37. n. 1. lib. 1. & in consilio 130. n. 4. lib.* 5. Hoc tamen non procedit quando ad eandem causam dantur duo delegati cum clausula quòd si ambo nō potuerint procedere, & exequi, alter faciat. Nam tunc si alter recuset prosequi, & collegam impediat, alter potest prosequi & in impedientem inuehi: quia recusans, & impediens suum condelegatum, censetur persona priuata, & iurisdictione destitutus. Gemin. *in c. si contra vnum, de officio delegati in* 6. Riminald. *in l. 1. § is videtur num. 8. ff. si quis ius dic. non obtemp.* qui vult, quòd vbi perturbat suum collegam in iurisdictione sua, manet inferior. *l. vltim. C. vbi senat. vel clariss.* Confert idem Riminald. *vbi proximè*, dicens quando duo delegati constituuntur cum clausula, *Vos, vel alter vestrûm*, &c. & vnus eorum iurisdictionem præoccupat, posse impedientem punire. Similiter quando periculum esset in mora, & res peritura esset, priusquam collega impeditus Principem adire posset, impedientem punire poterit impeditus, Iason *in l. 1. §. is videtur, in fine, ff. si quis ius dic. non obtemp.* ex sententia Baldi *in cap. 1. in fine, qual. vasall. iurare deb. fidel. dom.*

Qua ergo pœna impediens debeat puniri? Felin. *in cap. 1. n.* 16. & *ibi* Decius *num.* 54. *vers. quam autem, de officio delegati*, arbitrantur sententia excommunicationis, ex *cap* 5. *de officio delegati*, ibi, *districtione Ecclesiastica.* Nihilominus districtio Ecclesiastica pœnam etiam temporalem significat, Abb. *in c. 1. de officio delegati, & in cap. Nuntios, de decimis.* secundùm quam impediens potest mulctari. glossa *in cap. pastoralis, §. vltimo, in verb. puniat, de officio delegati l. 2. C. de sportulis.* Verius tamen est impedientem delegatum vti sua iurisdictione, posse puniri pœna arbitraria ipsi iudici impedito. Abb. *in cap. cùm clerici, n. 4. de pactis, & in cap. quærenti, de verbor. signific.* Rebuff. *in praxi beneficiorum tit. de missione in possessionem, num.* 18. docens iudicis arbitrio esse puniendum, qui impedit delegatum executorem, ne mittatur victor in possessionem. Secundùm quam sententiam iudex impeditus pro qualitate personarum punire poterit delegatum sibi obstantem, ne vtatur iurisdictione delegata, quod faciet per censuras, vt docent Felin. & Decius *suprà*, vel per mulctam indictam *in d. l. 1. C. de sportulis.* 78.

Delegati denique non possunt instituere. Aloys. 79.
Ricc. *in collectaneis decis. collect.* 1598. *p.* 5. Possunt tamen pronunciare aliquem esse instituendum. Seraphin. *decis. 159. p.* 1. Non enim intendit Pontifex inferre præiudicium iuri Ordinariorum, per textum singularem *in cap. super eo 15. de offici. delegati*: proinde si causam super iure præsentandi delegauerit sub hac forma, vt si constiterit præsentationem competere alterutri parti, ex illis prouideat Ecclesiam de persona idonea, neque delegatus sine consensu Ordinarij instituere præsentatum, aut illum mittere in possessionem potest. Flaminius *de resignat. lib. 7. quæst. 22. num.* 5. vbi ait executorem datum ad executionem mandati de prouidendo, non posse beneficia conferre, nisi ad hoc fuerit nominatus specialiter, quod multo priùs voluit Abb. *in d. cap. super eo, & in cap. vltimo, de præsumptionibus*, & est communis, Selua *de benefic. p. 2. quæst. 18. n. 1.* cum sequent.

***

DISPVTATIO XII.

De iudice Conseruatore, & de eius qualitatibus.

§. I.

EPITOME.

1. *Conseruatores qui dicantur, & à quo possint constitui?*
2. *Conseruator an index sit delegatus, aut Ordinarius?*
3. *Conseruator vt constituatur quas debeat habere qualitates?*
   & quid de visitatore, & Doctore. ibid.
4. *Conseruator ratione officij, quam habeat potestatem, & an possit tueri partes de iniuriis inferendis?*
5. *Conseruator qualiter procedere possit ad cognoscendam iniuriam manifestam?*
6. *Conseruator quando dubitat de notorij qualitate, quid faciet, & quotuplex sit notorium?*
7. *Conseruator non debet præmittere examen notorij, cùm reus id fatetur.*
8. *Conseruatores ad officium suum exequendum possunt vti censuris, & aliis remediis contra contumaces.*
   & an possint cogere brachium seculare? ibid.
9. *Conseruatores quomodo se habere debeant procedendo contra Episcopos?*
10. *Conseruatores an possint subdelegare?*
11. *Conseruatores quas pœnas incurrant, si aberrent ab ordine, & modo sibi dato in procedendo?*
12. *Conseruatoribus suadentes ne sua vtantur iurisdictione, excommunicationem incurrunt.*
13. *Conseruatores vti suspecti recusari possunt.*
14. *Conseruatoris officium quandiu duret, & quomodo extinguatur?*
15. *Officium Conseruatorum in ordinibus & religionibus est perpetuum, neque extinguitur morte concedentis.*
16. *Constitutiones conseruatoriæ Religionibus concessæ multa continent in fauorem earum.*
17. 18. *Litteræ conseruatoriæ concessæ ad certum tempus expirant quoad omnia negotia, si tempus labatur ante mortem concedentis, nisi de consensu partium detur prorogatio.*
19. *Litteræ conseruatoriæ ad certum tempus datæ non expirant, quoad potestatem exequendi, tempore elapso.*
20. *Tempus iudici præfixum ad diffiniendum, quando incipiat currere.*
21. 22. *Litteræ conseruatoriæ ad tempus præfixum non iurisdictioni, sed iudici quando expirent, & si dentur per annum, an duret post illum?*

1. CONSERVATOR est iudex à Romano Pontifice datus ad defendendos aliquos contra manifestas iniurias, seu violentias iudiciali non egentes indagine, *cap.1. & vltimo, de offic. iudic. delegat.* Perez *l.1. versic quæri potest. tit. 7. lib. 1. ordin.* Sayro *in floribus decis. sub tit. de officio delegati decis.1.* Cochier *de iurisdict. ordin. in exemptos, p.1. quæst.39. num.1.* Fr. Ioann. de la Cruz *de statu Relig. lib. 2. cap. 10.* & Azor *part. 2. lib. 5. cap.34. quæs.1.*

Est ergo Conseruator iudex delegatus, non autem ordinarius, ita Archid. & Ioann. Andr. *in cap. 1. de officio iudicis delegati in 6.* nisi in Bulla conseruatoria expressè declaretur, vt Conseruator per Bullam electus sit ordinarius, vt habetur in Bulla Gregor. XIII. edita anno Domini 1572. octauo Kal. Iunij, vbi sic ait, *Societati, vt in quibuscunque causis tam ciuilibus, quàm criminalibus omnes, & singulos Archiepiscopos, & Episcopos, nec non alias personas in dignitate Ecclesiastica constitutas, &c. & Vicarios Episcoporum in spiritualibus, & officiales generales vbilibet constitutos, in suos possent assumere Conseruatores, & iudices Ordinarios indulsit.* Quod etiam notat Molin. *de iust. tom.6. disp.29. num. 1.* atque ita nisi expressè concedatur, quòd Conseruator sit iudex ordinarius, ex vi iurisdictionis, vel delegationis tributæ est delegatus. Nam iurisdictionem non ratione officij, sed delegationis sibi assumit. Nauarr. *cons.4. de officio iudicis delegati, n.3. 1. part. fol.232. vers. quartò quod antequam.* vbi vult probabile esse Conseruatores esse ordinarios; sed probabilius est esse delegatos, vt bene Valasc. *consultatione 152. n.6.* dicens esse delegatos, & vt tales regulari circa multa, Fusc. *de visit. lib.2. c.23. n.3.* Azor *p.2. lib.5. cap. 34. quæs. 2.* & Campan. *in diuersor. iuris Canonici rubr. 12. cap. 13. num. 24. in fine.* Conseruatores autem Academiæ Eborensis, & Conimbricensis sunt iudices ordinarij, vt bene Molin. *d. disp. 29. num. 7.* vbi vult iurisdictionem illam quoad Scholasticos merè seculares à Rege Cōseruatoribus fuisse ad vniuersitatem causarum immediatè collatam, quæ in dubio, vt ipse ait, ordinaria censenda est, idemque sentit de Ecclesiastico Conseruatore Eborensis Academiæ virtute litterarum Apostolicarum creato, & quamuis non sint propriè ordinarij, satis est, quòd sint instar ordinariorum, dum constituuntur iudices ad vniuersitatem causarum. 2.

Portò vt aliquis possit esse Conseruator, requiritur quòd sit in dignitate aliqua Ecclesiastica constitutus, vt Episcopi, Archiepiscopi, aut Abbates, aut Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Ecclesiarum Canonici, ac eorundem Archiepiscoporum Vicarij in spiritualibus, & officiales generales vbilibet constituti: item habentes dignitates, vel personatus in Ecclesiis Collegiatis, hæc tamen ita accepta egent distinctione, quia de iure communi Conseruatores debent esse Episcopi, aut eorum superiores, vel Abbates, seu dignitates, aut personatus in Cathedralibus, aut in Collegiatis Ecclesiis habentes, vt habetur *in cap. vltimo, de officio deleg. lib. 6.* ibi: *de cætero deputari non possint, nisi Episcopi*, quæ decisio est etiam Petri Gregorij *syntagm iuris lib.47. cap.22. num.28.* Azor *d.c.34. quæs.4. vers. quartò quæritur*, Syluest. *verb. conseruat. n.2.* & Alexandri Moneta *in tract. de conseruatoribus, c.5.* Molin. *de iurisdict. tract.5. disp.19. n.3.* Fr. Ioan. de la Cruz *de statu Relig. lib.2. c.10 vers. prima conclusio*, vbi concludit etiam ex constitutione 45. Leonis X. edita in Conc. Later. Conseruatores Religiosorum debere esse viros in dignitate constitutos, reuocatque contraria priuilegia. 3.

Nihilominus Canonici Cathedralium attentis particularibus priuilegiis Religiosorum, & Vicarij Episcoporum in spiritualibus, & eorum officiales generales vbilibet constituti in Conseruatores eligi possunt, prout concessit Xistus IV. Pius V. & Gregorius XIII. teste etiam Aloys. Ricc. *in*

praxi resolut. 90. *num. vltim. & resolut.* 349. Molin. *vbi suprà dict. num.* 3. Fr. Manuel *de regul. tom.* 1. *quæst.* 65. *art.* 3. Augustin. Barbos. *de offic. & potest. Episcopi, allegat.* 106. *num.* 11. *& num.* 13. *ad finem*, vbi de Conseruatoribus plenè, & planè dixit, quamuis non sint in dignitate constituti, vt aliqui de Vicariis Episcoporum opinantur contrà.

3. Ex dictis sequitur posse esse Conseruatores Priores Mendicantium, & Guardianos Minorum, qui per Geminianum, *in cap. nullus, de elect. lib.* 6. sunt in dignitate constituti. Nam dignitas Ecclesiastica est administratio rerum Ecclesiasticarum cum iurisdictione etiam in modicis causis, Anchar. *in Clement. si dignitatem*, Armill. *verb. dignitas, & verb. Conseruator*, Syluest. *verb. dignitas*, & Sanchez *in Decal. lib.* 6. *cap.* 13. *num.* 79. *& sequent.* Augustin. Barbos. *de potest. Episcopi allegat.* 106. *num.* 15. vbi addit hoc procedere de iure communi: secus ex sacræ Congregationis responsione dicentis Priores, Guardianos, vel quosuis alios quauis dignitate regulari fulgentes, non posse eligi in Conseruatores, sicque respondisse Romæ 6. Octob. 1617. Anton. Maria. Cardin. Gall. V. Theat. Secret. Hinc quæri potest, an Visitator generalis alicuius diœcesis possit esse Conseruator non quòd habeat dignitatem, sed quòd sit officialis generalis Episcopi? Pars affirmans probatur ex Bulla Gregorij XIII. concessa Societati, vt patet ex litteris Apostolicis *fol.* 122. dicentis ibi vltra Archiepiscopos, Episcopos, & Abbates posse esse Conseruatores personas in dignitate constitutas Canonicos Cathedralium, & Episcoporum Vicarios in spiritualibus, & officiales generales vbilibet constitutos, sed Visitator generalis talis est, & potest excommunicare: ergo poterit esse Conseruator saltem Religiosorum.

Nec obstat, si dicas Visitatorem generalem non esse perpetuum officialem, cùm possit reuocari à constituente, quia etiam Vicarius generalis potest reuocari ab Episcopo, & priores biennales in Religionibus non sunt perpetui, & possunt esse Conseruatores. Fr. Manuel Rodriguez *de regular. tom.* 1. *quæst.* 65. *art.* 3. quod etiam asserit, de Prioribus Diui benedicti non habentibus Abbatem in eodem Conuentu, cùm habeant dignitatem Ecclesiasticam, prout tradit Syluester *verb. delegatus num.* 3. post glossam *in cap. nullus, de electione lib.* 6. & Panormit. *in cap. causam, de iudiciis, & in cap. cùm olim, de maior. & obedientia.* Nisi hoc munus aliàs sit illis interdictum ex regula, ita Rodriguez *dict. art.* 3. *ad finem*, quamuis id asserat dubius de Guardianis Minorum, & tamen non sunt hæc officia perpetua, sufficit tamen quòd sint in potentia talia, text. *in cap. clericos, iuncta glossa in verb. perpetuam, de cohabitatione clericorum, & mulierum.*

3. Tota difficultas est de Doctore Theologo, aut in iure canonico, an possit esse Conseruator? Videtur posse, ex Bartolo *in l. hac quæ necessariò, C. de nouo Codice faciendo, n.* 10. vbi ait esse dignitatem Doctoratum. Casus est *extrà de magistris, in cap. quanto*, quia Doctor habet iurisdictionem ordinariam in scholares, Iason *in l. si quis in conscribendo, C. de pactis num.* 4. *fol.* 75. qui vult Doctoratum esse dignitatem, sequitur post alios Antonius Corsetus *in suo repertorio in Abbatem, verb. doctoratus*, vbi id probat per intellectum quendam *in d. cap. quanto, de magistris*, eo quia habent præeminentiam, & prorogatiuam in processionibus, & Conuentis Doctorum. Confirmat Capella Tholosana, *quæst.* 13. dicens habentem personatum posse esse Conseruatorem, qui personatus consistit in prærogatiua sedis, & aliorum sine iurisdictione, & sicut Cancellarius Tholosanus potest esse Conseruator Apostolicus ob præeminentiam quam habet in processionibus, & Capitulo, & in aliis locis, sic etiam Doctores Theologi, & iuris Pontificij, si fuerint in sacris constituti, Tabiena *verb. Conseruator num.* 3. fauet, dum ait personatum habentem præeminentiam quandam, nempe stallum in choro præ aliis, vel simile officium in cathedralibus, vel Collegiatis posse esse Conseruatorem; ergo etiam Doctores. Nihilominus magis placet negare, cùm prærogatiuæ, seu præeminentiæ quibus gaudent Doctores, non sunt dignitates Ecclesiasticæ, sed habent quid seculare ac profanum, nec habent propriè iurisdictionem in scholares ratione Doctoratus.

Conseruatorum munus est defendere eos, quibus dantur à manifestis tantùm iniuriis, ac violentiis, & quamuis litteræ conseruatoriæ habeant hæc verba, *in quibuscumque causis*, non censentur prorogatæ ad cognoscendum de omnibus causis, sed debent restringi ad clausulam *pro manifestis iniuriis, & violentiis*, ne recedatur à iure communi, *cap.* 1. *& cap final. de officio delegati lib.* 6. vbi habetur Conseruatorem datum à Papa in fauorem certarum personarum, vel alicuius Religionis, non posse procedere nisi contra manifestas violentias, vel iniurias, vel spolia inferentes, Molin. *d. disp.* 29. *num.* 2. Valasc. *consultatione* 152. *num.* 8. Azor *part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 34. *vers. septimò quæritur*, Fr. Ludouic. Miranda *in manuali Prælatorum tom.* 2. *quæst.* 47. *art.* 8. *conclus.* 2. Cochier *de iurisdict. ordin. in exemptos part.* 1. *quæst.* 39. *à num.* 6. Atque ita restringitur potestas Conseruatoribus circa iniurias manifestas duntaxat, vt si de aliis quàm de illis cognoscant, processus, & sententia est ipso iure nulla, Azor *d. c.* 34. *quæst.* 13. Suarez *tom.* 5 *de cens. disp.* 31. *sect.* 3. *num.* 17. & Molina *d. disp.* 29. *num.* 2. *&* 6. *in fine.* 4.

Vtrùm autem potestas Conseruatoris extendatur etiam ad iniurias inferendas? Responsio est affirmatiua, quia defensio propriè magis consistit in inferendis, ne inferantur, quàm in repellendis illatis, glossa *verb. defendere, in dict. cap.* 1. *de officio iudicis delegati in* 6. vbi Franch. *num.* 7. Domin. *num.* 13. Azor *quæst.* 7. *citata vers. si iterum quæras*, Cochier *d. quæst.* 39. *num.* 13. & Molina *d. disp.* 29. *num.* 2. *vers. potest tamen, in fine.* Quin etiam potest Conseruator violentiis, seu iniuriis probabiliter irrogandis per alios modos suæ iurisdictioni conuenientes occurrere, vel obuiare, sed etiam per generalem excommunicationis sententiam contra eos, qui tale, vel tale fecerint, vel commiserint, ex traditis à Gutier. *lib.* 1. *canonicar. cap.* 4. *num.* 10. *vers. causa autem ista*, Suarez *de censuris disp.* 3. *sect.* 4. *à num.* 4. *& disp.* 20. *sect.* 1. *num.* 3. *cum sequent.* August. Barbos. *de alleg.* 106. *num.* 34. *&* 35. & Azor *d. quæst.* 7. *vers. si iterum.*

Qualiter ergo Conseruator procedere possit ad cognoscendum quando iniuria est manifesta; dic in primis, sicut potest cognoscere de iniuriis, & violentiis solùm manifestis, *c.* 1. *& vltimo, de officio iudic. deleg. in* 6. sic etiam de iniuriis dubiis non posse cognoscere: hæ enim sine indagine, hoc est, cognitione iudicari non possunt: & Conseruator indagine non vtitur, *cap.* 1. *de officio delegat. in* 6. 5.

Quòd

Quòd si in principio ambigat, sit ne iniuria manifesta, & ad suam iurisdictionem pertineat; tunc poterit inquirere, vt cognoscat, an violentia fuerit notoria, & an spectet ad suam iurisdictionem. Quia aliter non potest procedere nisi eidem constet de violentia manifesta, & notoria, glossa *verb. Conseruatores, in dict. cap.* 1. vbi Franch. *num.* 4. Syluest. *verb. Conseruator num.* 3. Molina *d. disp.* 29.

6. *num.* 2. Ideo cùm iurisdictio competat Conseruatori ratione certæ qualitatis, & ille dubitet de illa notorij qualitate, vel eam non bene percipiat, potest ante omnia summatim inquirere, an violentia, seu iniuria, de qua est sermo, fuerit manifesta, & ob id, vt fundet suam iurisdictionem, potest testes recipere; ita vt procedat si ex testibus inueniat violentiam, seu iniuriam esse notoriam: si autem non apparuerit fuisse notoria, abstineat, & se incompetentem pronunciet, Azor *suprà dict. quæst.* 7. *vers. quid si initio*, neque huiusmodi iudicialis inquisitio Conseruatori interdicitur ad hunc effectum, vt sciat an sua sit iurisdictio; proinde potest inquirere etiam in forma iudicij, per regulam *in cap. præterea, de offic. iudicis delegati, vers. quia ex eo quod causa*; vbi concesso principali, censetur concessum accessorium veniens in necessariam consequentiam principalis, & alia sine quibus stare non potest, *l.* 2. *ff. de iurisdict. omni. iudicum*, Tusch. *tom.* 1 *littera A. conclus.* 77. & in terminis tradunt, Dominicus *in d. cap.* 1. *de iudic. deleg. in* 6. *n.* 6. & 7. & Anchar. *ibi n.* 5. Azor *d. q.* 7. & Molina *d. disp.* 29. *num.* 2. *vers. potest tamen.*

Porrò sciendum est vix reperiri posse tam notorium quòd non possit aliqua excusatione obtenebricari, & offuscari, & habere aliquas circunstantias occultas excusantes, vt per Innoc. Hostiens. & alios citatos per Capram *in tract. de notorio* 4. *membro num* 70. Est tamen notorium illud quod resultat ex actis, quia acta faciunt rem notoriam, *cap. cùm olim*, & *ibi* Abbas *num.* 3. *de verbor. signific. cap penultimo, in principio, de causa possess. & propriet. l. Diuus, ff. de officio præsidis*, Aret. *consil.* 42. *num.* 5. Decius *in cap. ex insinuatione, num.* 19. *de appellat.* Menoch. *de recuperanda, remedio* 1. *numer.* 232. *& de arbitrar lib.* 2. *casu* 166. quod procedit etiam ante conclusionem in causa, Farinac. *in praxi lib.* 1. *quæst.* 21. *num.* 14. & 15. licèt allegentur circunstantiæ notorium crimen excusantes, non per hoc notorium obtenebricatur, quod minus super eo probari debeat, etsi circunstantias, qui allegat offuscantes ad probandum admitti debeant, Capra *in tractat. de notorio, membro* 4. *num* 59. & 69. & Anton. *in cap. vestra, de cohabit. cleric.*

Notorium autem euidens est illud quod omnibus vel pluribus ciuitatis, seu viciniæ manifestum est, *cap cùm dilectus* 15. *vers. dicitur, de purgatione Canonica, cap. quæ Lotharius*, ibi, *oculis omnium, cap. de manifestis*, ibi, *nota plurimis causa*, & ibi, *omnes enim, & cap. vltimo*, ibi, *omnibus* 2. *quæst.* 1. Menoch. *de arbitr. casu* 195. *num.* 8. Mascard. *conclus.* 1106. *num.* 4. & 16. dicentes, quando factum sui natura tale est, vt omnes vel illud sciant, vel possint verisimiliter scire reputari à iudice notorium, Bartolus *in leg. scriptus, num.* 2. *vers. alij remittuntur, ff. de religios. & sumptibus funer.*

7. Nihilominus quoad præsens institutum, Conseruator non tenetur notorij examinationem permittere quando reus factum confitetur, & illius qualitatem notoriam fuisse, sufficit enim partis confessio, vt factum dicatur notorium, quamuis aliter non probetur factum, text. *in cap. vestra, & in cap. tua nos, & in cap final, de cohab. cleric. & mulier.* Baldus *in l. a procedente, Cod. de dilat.* Decius *in cap. at si clerici, num.* 141. *de iudic.* Afflict. *decis.* 178. *num.* 3. & *decis.* 372. *in fine*, Mascard. *conclus.* 1102. *num.* 2. & Menoch. *in* 1. *remedio recuperan. possessio. num.* 22. & *in* 1. *respons. causa Finariens. num.* 139. tunc cùm per hanc confessionem notorium dicatur, semper processus validus erit, etiamsi reus, qui fatetur rem notoriam pro se, allegat se iure suo fecisse: tenebitur tamen Conseruator illum admittere ad excusationes suas probandum, nec propterea desistet à procedendo, quando factum est notorium, vel in se, vel per confessionem rei.

Quando verò reus non fatetur, nec etiam negat, neque opponit contra iurisdictionem iudicis, sed tacet, & Conseruator est anceps, & res in se non apparet notoria, nec manifesta, vt possit iuridicè procedere, potest inquirere an res fuerit notoria, & manifesta, & facere probationes Constito ergo de notorio, poterit procedere, Capra *dict. membro* 4. *ex num.* 56. *cum sequentib.* Mascard. *conclus.* 1103 *num.* 32. ex eo fundamento, quia semper est probanda qualitas ante omnia, quæ iurisdictionem tribuit, antequam exerceatur iurisdictio, *l.* 2. *§. sed si dubitatur, ff. de iudiciis, l. si quis ex aliena, ff. eodem*, Carrer. *in pract. in tract. de homicidio*, *§. circa igitur tertiam, num.* 18. Atque ita, vt probetur factum aliquod fuisse manifestum, vel notorium, sufficiunt duo testes legitimè deponentes, nec est necesse, vt omnes deponant, qui alioqui necessarij sunt ad notorium faciendum; sed satis sunt duo. argum. text. *in cap. in omni negotio, extrà de testibus*, Speculator *in titulo de notor. crim. §. iam de notorio, ad finem*, Salicet. *in l. ea quidem, num* 88. *C. de accusationibus*, Conrad. *in practica tit. de notor. crimin. sub num.* 14. *ad finem. pag.* 241. Iulius Clarus *in practica, §. final. quæst.* 8. *versic. quæro nunc.* Anton. Gomez *tit. de delictis cap.* 1. *num.* 44. & Mascard. *conclus.* 1105. proinde satis erit Conseruatori constare per duos testes integros de illa notorietate, cùm hæc probatio sit necessaria eidem ad fundandam suam iurisdictionem, Franch. *in d. cap.* 1. *de potest. iudic. delegat. in* 6. *numero* 4. & 5. & Dominic. *num.* 7. & 9. iuuat Azor *part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 34. *vers. octauò quæritur*, & Augustin. Barbos. *dict. allegatione* 56. *num.* 29.

His adde Conseruatores posse vti censuris, & alijs iuris remedijs ad suum munus obeundum, & 8.
officium exequendum contra rebelles, & contumaces, secundùm quod illis conceditur in omnibus litteris conseruatoriis, & constat ex conseruatoria Societatis nostræ à Gregorio XIII. concessa *fol.* 123. ibi, *Occupatores, seu detentores, præsumptores, & iniuriatores huiusmodi, nec non contradictores quoslibet, & rebelles, etiamsi alias qualificati existerent auctoritate Apostolica per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiastic. aliaque opportuna iuris, & facti remedia appellatione postposita compescendo*, &c.

Quinimò Conseruator potest per censuras Ecclesiasticas cogere magistratum ciuilem, quod dicitur brachium seculare ad suffragandum contra prædictas iniurias ac violentias inferentes, Azor *d. cap.* 34. *quæst* 10. Ceuall *tom.* 4. *quæst.* 897. *n.* 718. & Fr. Ludouicus Miranda *d. quæst.* 47 *art.* 8. *conclus.* 7. Quemadmodum iudex Ecclesiasticus etiam delegatus potest brachium seculare à seculari iudice implorare, & ipse tenetur impartiri,

Innoc.

Innoc. & post eum omnes, *in cap. significasti, de officio delegati*, Ioann. Andr. *in cap. 1. num. 8. verb. connocent. de officio Ordinarij*, Couarr. *pract. quæst. cap. 10. num. 1. versf. ex quo tamen*, Auiles *ad cap. 20. Prætor. gloss. vsurpan. num. 27.* Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decis. 320. num. 2. & resolut. 278. num. 2.* Ex ea ratione, quia si hoc poteſt Ordinarius Eccleſiaſticus, multo fortiùs poterit delegatus, qui Ordinario maior eſt in cauſa ſibi demandata, *cap. ſanè, el ſecundo, de officio delegati*, Nauarr. *in cap. cùm contingat, remedio 1. num. 1. de reſcriptis.* Nec refert, quòd interdum in reſcripto ponatur clauſula, *inuocato ad hoc auxilio brachij ſecularis, ſi opus fuerit*; quia talis clauſula apponitur ex ſtylo Curiæ, non autem quòd ſit neceſſaria, Nauarr. *ſuprà num. 3. & 4.* & Salzedo *in addit. ad Bernard. Diaz in pract. crimin. Canon. cap. 154. num. 8.* qui ſi recuſet ſecularis brachium ſuum præſtare, cogi poteſt ſub pœna excommunicationis, text. *in cap. 2. in fine, in verb. coactione, de maled.* gloſſ. *in cap. 1. in verb. publicum, de officio Ordinarij*, Franc. Marq. *decis. 269. num. 1. part. 1.* Salzed. *in pract. d. cap 154. num. 20. & num. 29.* ſubdens ſi iudex ſecularis Eccleſiaſtico petenti ſuum auxilium adhuc recuſet, & deneget, poſſe ab eodem Eccleſiaſtico iudice arbitraria pœna pro modo culpæ puniri.

9. Quoad modum procedendi contra Epiſcopos, conſule *cap. quia Pontificali, de officio iudicis delegati in 6.* vbi ſtatuitur Conſeruatoribus forma procedendi, vtpote, vt Conſeruator, aut iudex delegatus in procedendo contra Epiſcopos vtatur modeſtia, ac honore tantæ dignitati debito: atque in primis interdicatur eiſdem in Eccleſiam ingreſſus, vel officium ſacerdotale. Secundò, vt ſuſpendantur ab officio. Tertiò contra eos Eccleſiaſtica cenſura aggrauetur, niſi fortè aliud fieri ſuaſerit nimiæ contumaciæ proteruitas, Syluest. *verb. Conſeruator, num. 4. verſ. dico*, Azor. *d. cap. 34. verſic. duodecimò quæritur.* Dicitur autem proteruitas nimiæ contumaciæ, quando Epiſcopi proferunt in iudicem iniurias, & verba contumelioſa, gloſſa *in d. cap. quia Pontificali*, Ludouic. Miranda *in manuali Prælat. tom. 2. quæſt. 47. art. 8. concluſ. 5.* vbi *in verſ. aduerto*, notat non teneri Epiſcopos obedire Conſeruatoribus, niſi ſuarum litterarum vires oſtendant, hoc eſt, conſeruatoriam originalem; alioquin iuriſdictionem ordinariam declinare non poterunt, *cap. cùm iure, de officio iudicis delegati.* vbi habetur non eſſe fidem habendam delegato iudici aſſerenti ſe habere mandatum delegationis, niſi eo præſentato; Aloyſ. Ricc. *in collectan. decis. part. 3. collect. 532.* Menoch. *de arbitrar. lib. 1. q. 76. num. 8. & lib. 2. caſu 112. num. 8.* Sanchez *de matrim. lib. 8. diſputat. 17. numer. 17.* Valaſcus *dicta conſultat. 152. num. 7.* etiamſi vir excelſus atque illuſtris ſit.

10. Non poſſe autem Conſeruatores ſubdelegare, niſi quoad citationes, & ſententiarum promulgationes, vel quando fuerit hoc eiſdem conceſſum, gloſſ. *in cap. vltimo, de officio delegati, lib. 6.* Atque tunc ſubdelegare non poſſunt vices ſuas, niſi perſonis in eiſdem oppidis, & ciuitatibus conſtitutis, in quibus ipſi Conſeruatores degunt, Azor *dict. cap. 34. quæſ. 9.* Molin. *d. diſp. 29. num. 5.* Fr. Manuel *de regular. tom. 1. quæſ. 65. art. 10.* & Cochier *de iuriſdict. ordin. in exemptos, part. 1. quæſt. 39. num. 20.* Aliquibus tamen Religionibus côceduntur Conſeruatores, ac iudices cum facultate ſubdelegandi, etiam extra loca, vbi tales Conſeruatores ſunt conſtituti, vt apparet ex Bulla Pij Quinti, & Gregorij XIII. Societati noſtræ conceſſa, per quas noſtri Conſeruatores ſunt iudices ordinarij.

Petes tamen rationem, quare regulariter conſiderato iure non poſſint Conſeruatores ſubdelegare? gloſſ. *in Clement. 2. de hæreticis*, ait ex eo procedere, quia induſtria Conſeruatorum eſt electa, in quo euentu à perſona electa recedi non poteſt, etiamſi delegatus ſit à Principe, Rota in vna Peruſinæ concordiæ 10. Iun. 1603. coram Illuſtriſſimo Pamphilio apud Farin. *decis. 462. num. 3. part. 2. recent.* & relatam à Cochier *in comment. ad reg. 47. Cancell. num. 7.* Vnde ſequitur per induſtriam perſonæ electam ceſſare ſubdelegationem, ita Suar. *in theſauro receptarum ſentent. littera D. num. 39.* Sbroz *de officio Vicarij, lib. 2. quæſt. 34. num. 2.* Perez *l. 2. gloſſ. 1. ante finem*, per textum *ibi tit. 12. lib. 2. ordinamenti, & l. 10. gloſſ. 1. tit. 16. eodem lib. 2.* & Menoch. *præſumptionum lib. 2. præſumpt. 21. num. 2. & præſumpt. 54. num. 8.* quæ faciunt hanc partem probabilem, ſed probabilius eſt quod ſentit gloſſa *verb. nulli, in d. cap. vltimo, de officio delegati lib. 6.* intendens textum ibi ius particulare conſtituere in propoſito circa Conſeruatores ad eorum poteſtatem coarctandam, vt quantum fieri poſſit minus præiudicetur ordinariæ iuriſdictioni. Quamobrem etiam quando Conſeruatores ex priuilegio poſſunt committere vices ſuas, non poterunt niſi illis, qui aliàs in Conſeruatores aſſumi poſſunt, per textum *in d. cap. vltimo, verſ. ſed nec tunc*, Molin. *d. diſp. 29. num. 5.* quod ſeruatur in reliquis delegatis, generaliter text. *in cap. ſtatutum, §. in nullo, verſ. & perſonis, de reſcriptis, lib. 6.* vbi gloſſa *verb. legatorum, in fine*, Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſ. decis. 622. in 1. editione, & reſol. 410. in 2. edit.* & Fr. Manuel *d. quæſt. 65. art. 10. verſ. aduertant tom. 1. regular.* Ioann. de la Cruz *lib. 2. cap. 10. fol. 143. verſo, verſ. ſecunda concluſ.*

Quæri tamen poteſt quibus pœnis ſubiaceant Conſeruatores, ſi excedant formam, & modum ſuæ poteſtatis? Reſponde incurri per annum pœnam ſuſpenſionis ab officio eo ipſo: habetur *in d. cap. vltimo, verſ. vt autem, de officio delegati in 6.* & eſſe irritum, & inane quod faciunt, *ibidem*, quod intellige ſi ſcienter de aliis, quàm manifeſtis iniuriis cognoſcant, Azor *d. lib. 5. cap. 34. verſic. decimotertiò quæritur.* Requiritur enim ſcientia ad excludendum quamcunque ignorantiam: ideo quælibet ignorantia excuſat etiam craſſa à pœna, quamuis non à culpa, quoties lex pœnam imponens vtitur verbo *ſcienter*, vt ait Nauarr. poſt alios *in manuali cap. 27. num. 141.* Suarez *de cenſuris diſp. 31. ſect. 3. num. 17.* pœna autem hæc ſuſpenſionis ab officio per annum eo ipſo incurſa inuoluit etiam ſuſpenſionem non ſolùm ab officio Conſeruatoris, ſed etiam ab officio clericali, vt poſt alios docet Soarez *d. tom. 5. de cenſuris diſput. 26. ſect. 1. à num. 3.* non tamen infert ſuſpenſionem à beneficio, Suarez *dict. diſp. 31. num. 17. in fine*, niſi ſimul in ſimili pœna addatur aliquid per quod declaretur ſuſpenſionem extendi ab officio ad beneficij ſuſpenſionem, ita Henriquez *lib. 13. cap. 32. §. 3. in ſumma*, & Suarez *d. diſp. 26. ſect. 3. num. 4. & ſequent.* quamuis Valaſcus *d. conſult. 152. num. 2.* opinetur Conſeruatorem ſi contra alias perſonas quàm contra inferentes iniurias, & violentias proceſſerit, eſſe ipſo facto ſuſpenſum per annum ab officio, & beneficio, quod etiam malè infert gloſſa *verb. officio in d. cap. vltimo, de officio delegati in 6.* 11.

Inſuper quicumque ſuaſerit Conſeruatoribus, 12.

vt

vt excedant vires suæ potestatis, sententiam excommunicationis incutrit, à qua non potest absolui nisi priùs parti integrè satisfeceris, & impensas legitimè propter hoc factas compensauerit, prout cauetur *in d cap. vltimo*, ibi: *Pars vero, quæ hoc fieri procurabit*. Ex quo constat non intelligi sub sententia excommunicationis quemcumque comprehendi, nisi sit ex litigantibus, non autem alius: proinde si alius cui non est datus Conseruator, suadeat Conseruatori, vt ad alia iurisdictionem suam extendat, non incurrit in excommunicationem, nisi communicet cum litigante, postquam est excommunicatus: nam tunc vti participans in crimine criminoso excommunicationem incurret, non autem in eam *in d.cap. vltimo*, impositam, quæ etiam non incurritur ex sola procuratione, vel suasione, nisi effectus sequatur, Nauarr. *suprà c.27.n.125.* Suarez *tom.5. de censuris, disp.23. sect 4. n.*10.& Fr.Ludouic.Mirand. *in manu.Prælat.tom.2. q.47.art.9. conclus.2.*

Diximus non posse absolui ab hac excommunicatione partem suadentem Conseruatori, vt suam transgrediatur potestatem, nisi realiter, & integraliter alteri parti sumptus, & expensas reficiat, vt loquitur text. *in d. c. vltimo*; quare non sufficiet præstare cautionem, vt volunt Dominicus *ibi, num.3.*& Franch.*num. 2. ad finem gloss. verb. manifesta, in cap. 2. de sentent. excommunicationis lib.6.* quod intellige, quando pars manifestè incurrit excommunicationem, & suasio, seu procuratio fuit per testes legitimè probata: tunc non debet absolui ante realem satisfactionem, nisi quando satisfactio sit eius conditionis, vt ab excommunicato præstari nequeat: tunc priùs excommunicatus cum sufficienti cautione absoluendus, quàm impendatur satisfactio, Couarr. 1. *part. relectionis*, §.11. *num. 11. vers. sed, & si excommunicatus, in cap. alma, de sentent. excommun. in* 6. & Henriquez *in summa lib.13. cap.28.* absolutio denique potest ab hac excommunicatione impendi ab Episcopo, prout volunt Ioannes Monachus, & Ioannes Andreas *in d. cap. vltimo, de officio delegati in 6.* quos referens sequitur Azor *d. cap. 34. quæst. 13. in fine*; ex ea ratione, quia auctor illius Canonis illam sibi non reseruauit, sequitur August. Barb. *d. allegatione* 106.*num.49. in fine.*

Ex traditis sequitur Conseruatorum iurisdictionem non posse prorogari, nisi sit taliter concessa, quæ præstet iurisdictionem ordinariam in causis omnibus illatum personarum, quibus conceditur; ratio, quia iurisdictio ista non conceditur absoluè, sed limitatè; ideo prorogari non potest, *l. solemnus, §. latrunculator, ff. de iudic. & l.2.§. final. ff. de pœnis*, Bald.*l. final. num.3. Cod. de except.* Hippol. *l. final, num.* 197. *ff de iurisdict.* Marant. *de ordine iudiciario, part.4. dist.*12.*num.*18. Est enim iurisdictio hæc limitata ad certam speciem causarum, videlicet pro violentiis, & iniuriis manifestis, ac proinde non potest fieri prorogatio ad aliam speciẽ, prout vult Iason *in l. per errorem, num.5. ff de iurisdict. omn. iudic. col.*1. post multos, & habetur per Abbatem *in cap. P. G. de offic. delegati*, per textum *ibi, Cùm huiusmodi delegata iurisdictio*; vbi notatur delegatam iurisdictionem non posse extendi, nisi ad personas in rescripto contentas; etiamsi aliæ consentiant, Molin.*tom.6. de iustitia tract.5. disp.25. num.2.* Menoch.*cons.*340. *num* 54. Peregrin.*variar. lib.1. ad rubricam, de offic. iudic. deleg. num.38. & ad rubricam tit. de officio iudicis ordinarij num.* 32. Barbos.*in l.1. art.1. num.*204 *ff. de iudiciis*, dicens iurisdictionem delegatam prorogationem reiicere, secus si in Conseruatoria non restringatur potestas ad certas violentias, & iniurias, qualis est Conseruatoria iudicum Ordinum militarium in Lusitania; & in aliis Conseruatoriis, quæ tribuunt iurisdictionem ordinariam in causis illarum personarum, quibus conceduntur, Valascus *consult.* 152. *num.4. ad finem.* Quales etiam sunt Conseruatores Eborensis, & Conimbricensis Academiæ, qui sunt iudices ordinarij, vt dixi suprà *in hoc* §. ac proinde non sunt de numero Conseruatorum, de quibus agitur *in d. cap. 1. & vltimo, de officio delegati in 6.* quique iudicant de rebus vniuersitatis, & scholasticorum, Molin. *d. disp* 29. *num.* 7. vbi de scholasticis clericis, ac beneficiariis Eborensis Academiæ addit esse per litteras Apostolicas exemptos à iurisdictione ordinaria Eborensis Archiepiscopi, subditosque Rectori illius Academiæ.

Illud etiam supradictis adiice, Conseruatores, 13.
qui non cognoscunt nisi de notoriis, non posse recusari, neque ab illis posse appellari ad iudicem superiorem; quoniam in notoriis appellatio non admittitur, Azor 2.*part. lib.5. cap.34. quæst.* 11. quia recusatio, & appellatio à pari procedunt, Franch. *in cap.43. nouit, num.4. in fine, de appellat.* Sigismundus *de appellat. quæst.16. limitat.1. num* 8.& tamen in notoriis non datur appellatio suspensiua saltem, ex *cap. 5. cum sit Romana, in fine, cap.13 perueni, cap.14. consuluit cap.61. cum speciali, §. porrò*, & *ibi* Hostiens.Ioann.Andr & Franch. *de appellat.* Ergo neque datur recusatio in notoriis.

Porrò Conseruatoris officium per mortem 14.
Summi Pontificis ipso iure extinguitur quoad negotia nondum cœpta, secus quoad iam cœpta, prout dicitur *in cap. vltimo, §. officium, de officio delegati in 6.* Mandos.*de signat gratia, tit. de Conseruatoria, versic. addi debere, ad finem*, Miranda *in manu. Prælat. quæst. 47. art. 6. in principio*, Molin. *tract.5. disp.29. num.6.*& Azor *vbi proximè cap.34. quæst.* 14. Dicetur autem negotium iam cœptum post citationem, vel post aliquem alium actum iudicialem inchoatum: hoc autem negotium iam cœptum durat post obitum Pontificis, vt sentit glossa *in d. cap. vltimo*. Quinimo quando conceduntur duo, vel tres Conseruatores, vt defendant aliquem conuentum, vel Ecclesiam, vel Vniuersitatem, vel Prælatum, si ex illis vnus negotium inchoauit, non extinguitur per obitum concedentis iurisdictio cæterorum, glossa *in cap. cùm plures, de offic. iudic. deleg, in 6.* Azor *d. quæst. 14. ad finem.* Multis tamen conceditur, vt Conseruatores non expirent per mortem concedentis, quod apparet quando apponitur clausula in litteris conseruatoriis, per quam conceditur iurisdictio ad negotia nondum incepta tempore mortis Pontificis concedentis, vt habetur in Bulla Conseruatoria suprà citata nostræ Societatis, in qua conceditur facultas eligendi in Conseruatores, & iudices ordinarios, 15.
vnum, vel plures, quos ipsa voluerit, qui habeant perpetuam iurisdictionem tam quoad nõ cœpta, quàm quoad cœpta, & tamquam ad præsentia, quamquoad futura; & quoad omnia non expirat eorum iurisdictio per obitum concedentis, Molin. *vbi suprà, num.* 6. Quo etiam priuilegio gaudent plures etiam Religiones, teste Cabed. *diuers. iuris. arrest. lib* 3. *cap.* 18. *num.* 3. Gutierrio *practicarum lib.4 quæst.63. num.6. & 7.* & constat ex noua collectione Constitutionum Apostolicarum auctore Laertio Cherubino de Nursia *variis in locis*, vbi refert varias Religiones, quæ habent Conserua-

tores

tores cum amplissima auctoritate, & iurisdictione, quarum etiam meminit P. Augustinus Barbosa *alleg.* 106. *num.* 52. & Fr. Manuel *de Regular. tom.* 1. *quæst.* 65. *art.* 12. *vers. & certè*.

16. Neque ambigi potest per litteras conseruatorias ampla priuilegia concedi Religionibus à Summo Pontifice: attamen quamuis in conseruatoriis amplissimæ clausulæ adiiciantur, illis tamen non obstantibus commissiones debent intelligi secundùm subiectam materiam, & retenta natura delegatorum, nec mutant substantiam iurisdictionis delegatæ, Valasc. *consultatione* 152. *n.* 8. vbi ait quamuis litteræ conseruatoriæ habeant verba amplissima, nimirum, *in quibuscumque causis*, non extendi ad cognoscẽdum de omnibus causis, sed de manifestis iniuriis, & violentiis: sicque refert se vidisse practicari in litteris conseruatoriis Fratrum Prædicatorum, qui habent verba amplissima, sequitur doctissimus, ac integerrimas Senator Regius Gabriel Pereira *decis.* 118. *num.* 16. & *num.* 22.

17. Sed quid dicendum de facultate eligendi Conseruatorem, à quónam possit illa reuocari? Responde concessas litteras conseruatorias ad certum tempus, hoc est, ad quinquennium, aut aliud simile, quod labatur ante obitum concedentis, extingui quo ad omnia negotia tam cœpta, quàm non cœpta per huiusmodi lapsum, textus *in cap. de causis, in principio, de officio delegati*, vbi Alexan. III. de causis, quæ intra tempus certum finiendæ committuntur, voluit, quòd nisi dies præfixus de communi consensu partium prorogetur, eo elapso mandatum expirare. Idem habetur *in l. cùm non eo die, C. quando prou. non est necesse*, vbi si iudex delegatus pronunciet post tempus sibi limitatum, ab ea sententia tamquam nulla non est appellandum, ex quibus iuribus constat permissum ad tempus, post illud censeri interdictum, quo ad omnia negotia, ita in nostris terminis Ioan. And. *in addit ad Specul tit. de iudic. deleg.* § *final. sub n.* 24. *verb. Conseruatoribus*, Eman. Rodrig. *tom.* 1 *regul. quæst.* 65. *art.* 9. Quare elapso termino præfixo, intra quem erant decidendæ causæ, nihil potest Conseruator, quia conseruatoriæ cùm præiudicent iurisdictioni ordinariæ, sunt restringendæ tanquam odiosæ, *cap. odia, iuncto capite, quæ a iure, de regulis iuris in* 6. Nauar. *cons.* 3. *num.* 3. *de officio delegati*, Ioan. Petr. Monet. *de conseruatoribus, cap.* 3. *num.* 20. argumento de Procuratoribus ad certum tempus datis, vt tradunt scribentes *in Clement. final. de procuratoribus*, & Specul. *in tit. de procur.* §. 3. *qui est de form. procur. vers. quid si mandatum, num.* 12.

18. Limitatur tamen primò, vt non procedat, quando tempus certum prorogatur de communi consensu partium, quod fieri potest per *d. cap. de causis, in principio, de officio delegati*. Prorogatio autem facienda est antequam elabatur terminus, quia illa, quæ fit post terminum, non est propriè prorogatio, Felin. *in cap. causam, quæ, num. final. in fine, de iudic.* Tiraquel. *de retractu tit.* 2. §. 1. *gloss.* 7. *num.* 24. nam de consensu partium solennitates iuris remitti possunt, Xuarez *in l. post rem, super leges Regni, in principio, num.* 13. Vantius *de nullitatibus ex defectu processus, num.* 73. & Marant. *de ordine iudiciorum, in principio, num.* 42. Ceuall. *in commun. contra commun. quæst.* 586. *vers. sed contrariam sententiam*; quamuis de iure Castellæ addat id relinqui iudicis arbitrio, non autem voluntati partium.

19. Limitatur secundò, in eo, quod dicitur de Conseruatore, qui potest suam sententiam intra terminum latam, post illum exequi instar delegati ad certum tempus dati, qui potest sententiam exequi, ex *d. cap. de causis*, & glossa *ibi in verb. transacto*, eo quia, inquit, potestas cognoscendi expirauit, non autem potestas exequendi. Iuuat, quod dicitur *in c. in litteris* 9. ibi, Vel per alium sententiam executioni mandauit, per quæ verba verius est etiam iure Canonico delegatum posse suam sententiam exequi, quod defendit gloss. *in cap. quisquis.* 2. *quæst.* 6. Decius *in cap. significasti, notab.* 2. *de offic iudic. deleg.* & Longoual *in repetit. l. imperium, num.* 70. & 73. *ff de iurisd. omn. iudic.* Eodem modo sicut delegatus dicitur functus suo officio, eiúsque iurisdictio expirare, cùm per se, vel alium suam sententiam est executus: sic etiam Conseruator poterit post lapsum terminum suam sententiam mandare executioni, si eam tulit intra terminum.

20. Ne autem detur locus ambigendi, tempus præfixum, intra quod negotium est decidendum, incipit currere à die in qua litteræ conseruatoriæ fuerunt præsentatæ, ita *gloss.* 1. ab aliis recepta, *in dict. cap. de causis* 4. *de offic. iudic. delegat.* & Decius *ibi, num.* 5. vbi restringit, nisi ante præsentationem litterarum de consensu partium procedatur: nam tunc à die processus incipiet currere tempus præfixum iudici. Decius *d. num.* 5. *in dict. cap. de causis*, & Abb. *ibi, num.* 6. Confirmatur *ex cap. super eo* 12. *de appellationibus*, per text. *ibi, cùm iudices contigerit litteras recepisse*, quatenus insinuatur per præsentationem rescripti, aut priuilegij iurisdictio fuisse iudici acquisita. Gironda *de priuil. seu exempt. explicat. num.* 1137. Menoch. *remed.* 4. *adipiscenda, num.* 410. vbi vult delegatum non habere potestatem, aut exercitium in causa sibi commissa ante litteras præsentatas, Ioan. Petr. Monet. *de conseruatoribus, cap.* 10. *num.* 338. vbi ad finem subdit, *si dolo partis causa non fuit decisa intra terminum præfixum, adhuc extingui iurisdictionem; dari tamen actionem de dolo contra dolosum.*

21. Conseruatoriæ item concessæ ad tempus certum non iurisdictioni, sed iudici, non pereunt per eius lapsum; iudex tamen est puniendus, Bartol. *in l. properandum, in principio, num.* 6. *Cod. de iudiciis*, Abb. *in d. cap. de causis* 4. *num.* 9. & Decius *eodem numero*, vbi declarant, quando terminus etiam præfixus est iudici, si tribuatur iurisdictio non habenti terminum, processum esse nullum factum ab illo, post lapsum dicti termini, qui datus fuit pro forma, per glossam singularem *in Clementina* 1. *de iure patron.* quam sequitur Decius *in d. cap. de causis, num.* 9.

22. Similiter litteræ conseruatoriæ contra aliquem certum post annum, pereunt parte opponente, si illis non vtatur intra annum, text. *in cap. plerumque, de rescriptis*. Moneta *de Conseruatoribus, cap.* 10. *num.* 400. & 401. ideo opponente parte impetrans non potest illis vti, secus, si non opponat; quoniam hoc fuit in fauorem partis introductum, vt elapso anno non audiatur primus impetrans ob negligentiam: denique litteræ conseruatoriæ post annum durant, si pars aduersa posteriores non impetret, quia sunt ex sua natura perpetuæ, Abbas, Felin. & alij *in cap. si autem, de rescriptis*, idem Abbas, & Innocent. *in cap. plerumque, eodem tit.* per text. *in l. falso. Cod. de diuersis rescriptis*, quæ d. *cap. plerumque*, limitat, & ab eo ita limitatur, vt si per posteriores litteras

priores

priores non reuocentur, permaneant saltem vsque ad triginta anoos, aliàs si de iis fiat métio in posterioribus, illico extinguantur; nulla autem facta mentione expirent post annum, si reperiatur negligétia, vel malitia, seu dolus in primo impetrante, Bart. *in d. l. falso*, & Castro *C. de diuersis rescriptis*. Ex qoibus infertur posteriores litteras, in quibus non fit mentio de prioribus, non esse ipso iure nullas; quia si forent, nullo vnquam tempore conualescerent post annum: siquidem quod nullum est, tractu temporis non conualescit. *cap. non firmatur, de regul. iuris in 6.* & notat Abb. *in d. cap. plerumque, & in dict. cap. si autem*, vbi etiam Decius.

De quibus causis vltra predictas possunt cognoscere Conseruatores.

§. II.

EPITOME.

23. *Conseruatores de violentiis manifestis cognoscunt, non vero de causis ciuilibus indaginem exigentibus.*

24. 25. *Conseruatores non procedunt in omnibus causis eorum, qui eos impetrarunt, neque procedunt in causis ciuilibus.*

26. *Debitores non soluendo faciunt iniuriam in genere, non tamen in specie.*

27. 28. 29. *Conseruatores ex lege Hispana, & ex Concilio Tridentino, & ex iure communi non possut procedere in causis ciuilibus contra aliquem, exceptis conseruatoriis, Salmantina, Complutensi, & Vallisoletana.*

30. *Religiosi pro debitis ciuilibus coram quo iudice debeant conueniri?*

Exempti ratione delicti siue contractus, siue rei de qua agitur, possunt coram Ordinariis conueniri. ibid.

31. *Regulares, & exempti, etsi iudicem habeāt, possunt conueniri coram ordinario in causis mercedum, & miserabilium personarum.*

32. *Regulares extra Monasterium degentes conueniri possunt coram ordinario, si non habeant alias iudicem.*

33. *Causa ciuilis, & criminalis quomodo distinguantur, & cognoscantur.*

34. *Causa mixta dicitur, quæ partim ad publicam, partim ad priuatam vtilitatem dirigitur.*

35. *Conseruatores non possunt cognoscere de causis criminalibus, aut mixtis.*

36. *Conseruatores nequeunt corporalem pœnam imponere, & cur? quia sunt iudices ciuiles.*

37. *Criminalis causa principaliter tendit ad publicam vtilitatem, ciuilis autem ad priuatam, mixta ex vtroque participat.*

38. *Conseruatores ex speciali mandato cognoscunt de causis criminalibus, aut mixtis, excepta causa heresis.*

39. *Conseruatores non possunt procedere vltra vnam diatam.*

& quid de iure Hispano. ibid.

40. *Reali in actione consideratur locus vbi res est, non autem domicilium vbi reus habitat.*

41. *Diata intelligitur vulgaris, non autem legalis, & quando agitur de lucris, intelligitur de vulgaribus.*

42. *Controuersia orta inter Conseruatorem, & Ordinarium super iurisdictione quid faciendum?*

43. *Conseruator certus de sua iurisdictione potest inhibere Ordinario cùm sit illo maior, quoad illam causam.*

44. *Conseruator potest inhibere conseruari alteri, & delegato Apostolico impedienti suam iurisdictionem.*

45. *Conseruator quamuis par Conseruatori, in illum habet imperium, ratione delegationis per quam est maior illo.*

Ordinarius loci non potest absoluere excommunicatum à delegato Papa. ibid.

46. *Conseruator excedens fines mandati Apostolici fit subditus Ordinary loci.*

47. *Ordinarius super nullitate actus delegati potest cognoscere, ex quo delegatus nulliter processit.*

EX *d. cap. statuimus, de officio delegati* 23.
in 6. Conseruatores possunt defendere à manifestis iniuriis, & violentiis sibi commissos: nec ad alia, quæ iudicialem indaginem exigūt, suam possunt extendere potestatem. Ex textu sequitur Religiosos non posse suos debitores conuenire coram suis Conseruatoribus ob causam ciuilem, cùm debitores ipsi negent debitum, vel allegent alias exceptiones legitimas: quia negatione fit res dubia, *l. 3. C. quibus ad libert. proclam. non licet*, Felin. *in cap. si clericus laicum, num. 2. de foro compet. & in cap. coram, num. 8. de officio delegati*, Iason *in l. 1. circa finem, ff. de transact.* & ex consequenti iudicialis indago requiritur, vt ostendant Conseruatores suam iurisdictionem. Atqui dictum *cap. statuimus* hanc indaginem prohibet; ergo contra debitores ex causa ciuili iudices Conseruatores nequeunt procedere: aliàs si ad dubia negotia eorum iurisdictio extenderetur, essent iudices generales in omnibus causis eorum, qui eos impetrarent: quod repugnat *capiti ad hæc 10. de rescriptis, & cap. vlti-*
mo, vers. decernimus, eodem tit. de offic. deleg. in 6. per 24.
hæc verba decernimus, vt si de aliis, quàm de manifestis iniuriis, & violentiis scienter se intromiserint, seu ad alia, quæ iudicialem indaginem exigunt, suam extenderint potestatem, eo ipso per vnum annum ab officio sint suspensi, quam partem vti veram tradunt Alciatus *de præsumpt. regul. 1. præsumpt. 23.* Fusch. *de Visitatione, lib. 2. cap. 23. num. 5.* Cabed. *diuers. iur. argum. lib. 3. cap. 18. num. 4.* Cenall. *commun. contra commun tom. 4. quæst 897. à num. 711.* Campanil. *in diuersorio iuris Canonici rubr. 12. cap. 13. num. 20.* Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. cap. 18. sub num. 101.* ex ea ratione, quia non soluere debitum non importat violentiam, vel manifestam iniuriam in eo sensu, in quo loquitur *cap. 1. & vltimum, de offic. deleg. in 6.* quare Conseruatores aduersùs debitores non possunt procedere ex causa ciuili, cùm talis processus iudicialem exigat indaginem. Ita Doctores citati.

Quod procedit etiamsi ex forma litterarum 25.
suarum regulares habeant Conseruatores ad cognoscendum de quibuscumque causis, vel in quibuscumque causis, tam ciuilibus, quàm criminalibus, vel mixtis; quia hæc ampliatio concessionis referenda est ad iniurias, & violentias manifestas, tam in ciuilibus, quàm criminalibus, vel mixtis, ita vt sentit gloss. *in d. c. 1. de offic. iud. deleg.* ita doctissimus Gabr. Pereira *d. dec. 118. n. 16 & n. 22.* quamuis Bullæ Conseruatoriæ concedant iurisdictionem

ordinariam, quæ, vt ipse ait debent intelligi super eisdem violentiis notoriis, vt de illis audiant partes ordinariè, non verò de aliis causis.

26. Nec obstat si dicatur debitorem inferre violentiam non soluendo, & creditori saltem damnum irrogare, quia respondetur debitorem non soluendo facere iniuriam in genere, non verò iniuriam in specie, quæ requiritur, vt Conseruator possit procedere, & in rescriptis verba accipiuntur in specie, prout habetur *in cap. Rodulphus, de rescriptis.* Vnde caue à Guidone Papæ *quæst.* 18. *num.* 3. *ad finem*, cui adhæret Perez *in l.* 1. *tit.* 7. *lib.* 1. *Ordin. col.* 269. *vers. Conseruatores*, dum asserunt violentiam inferri à non soluenre debitum, & ex consequenti posse creditores, maximè regulares, per censuras contra laicos coram iudicibus Conseruatoribus debitum exigere, quod quidem asserit in praxi receptum Gutier. *lib.* 3. *practicarum quæst.* 9. quæ praxis non est iuri consona, & aberrat à iure, & à ratione; proinde admittenda est sententia communis, quam sequitur idem Gutiert. *suprà à num.* 8. quoniam de iure communi actor debet sequi forum rei, *dict. cap. si clericus*, & per conseruatorias litteras non derogatur iuri communi; non enim dicitur, non obstante iure communi.

27. Confirmatur ex legibus Regiis, *prima & secundas, tit.* 13. *lib.* 2. *noua collect. Regia*, per hæc verba: *Los Conseruadores dados, y deputados por nuestro mui santo Padre no sean osados deperturbar nuestra iurisdition Seglar, ni se entremetan a conocer, saluo de iniurias y offensas manifestas, y notorias, que suelen ser hechas a las Iglesias ò Monasterios, y personas Ecclesiasticas, segun que los derechos comunes disponen, y los santos Padres, que los ordenaren, y no mas, ni aliende, no embargante qualesquier comissiones, ò poderes, que les sean ò son dados: y si los tales conseruadores lo contrario hizieren por esse mismo hecho pierdan las temporalidades, y naturaleza, que en nuestros Reynos tienen, y sean auidos por agenos, y estrannos de nuestros Reynos.* Ex quibus legibus manifestè apparet non posse Conseruatores cognoscere contra debitores ex causa ciuili, neque regulares debitores conuenire coram suis Conseruatoribus, sub pœnis à iure statutis, de quibus *in dict. cap. statuimus, de officio delegati in* 6.

28. Idem habetur in Concilio Tridentino, *sess.* 14. *cap.* 5. quod incipit, *Cùm nonnulli*, ibi: *in ciuilibus etiam causis, si ipse actor extiterit, aliquem ei apud suos Conseruatores iudices in iudicium trahere minimè liceat.* Sic ibi. Quamuis ante Concilium habuissent amplissimam iurisdictionem ex Bullis, & Apostolicis constiturionibus, quia per Concilium ipsum omnia fuerunt, *sess.* 7. *cap.* 14. *ad finem*, abrogata, ibi: *priuilegiis, & exemptionibus, Conseruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus aduersùs præmissa nequaquam valituri.* Atque ita tam ex iure communi, quod *in* 1. *& vlt. cap. de offic. delegat. in* 6. continetur, quàm ex Concilio Tridentino *sess.* 7. *cap.* 14. *& sess.* 14. *cap.* 5. & ex iure Hispano manifestè patet, non posse Conseruatores procedere in ciuilibus contra Ecclesiasticas personas, vel seculares sub grauibus pœnis. Quin etiam regulares adeuntes iudices Conseruatores in aliis causis vltra violentias manifestas incidunt in pœnas spirituales, & in pœnas temporales, quod in praxi malè seruari tradit Ceuall. *commun. contra commun. tom.* 4. *quæst.* 897. *num.* 706. addens se nunquam vidisse aduersùs iudices, nec aduersùs actores prædictas pœnas executioni mandari.

29. Limitatur hæc doctrina in Conseruatoria Salmantina, & Complutensi, & Vallisoletana, quarum concessiones sunt amplissimæ, ex *lege* 8. *tit.* 7. *lib.* 1. *recopil.* vltra casus notoriæ violentiæ, his verbis, *Que el Maestre Scuela ò su lugarteniente pueda conocer, y conozca de todas las causas tocantes ala dicha vniuersidad, y alas personas del dicho studio, aunque no sean iniurias, ni fuercas notorias, ni manifiestas*, vbi de iure Regio, non verò de iure communi Conseruatores earum Vniuersitatum cognoscunt de omnibus causis contra personas Ecclesiasticas, & seculares. Quod etiam est extendendum ad Conseruatores Vniuersitatis Eborensis, & Conimbricensis, quorum iurisdictio quoad seculares scholasticos est immediatè à Rege data, & quoad scholasticos clericos iurisdictio in illos, ac in beneficiarios Eborensis Academiæ immediatè à Sede Apostolica confertur Conseruarori à Rectore electo, Molin. *tract.* 5. *disp.* 29. *n.* 7.

Difficilis aliquando fuit dubitatio, coram quo iudice, Ordinario ne Religiosi, an coram suis Conseruatoribus conueniri debeat pro debitis ciuilibus? Nam Concil. Tridentinum *sess.* 7. *cap.* 14. loquendo de causis ciuilibus exemptorum, clericorum secularium, & Regularium, sic ait: *In aliis verò, si ipsum iudicem non habuerint, coram locorum Ordinariis, tanquam ad hoc ab ipsa Sede delegatis conueniri, & iure medio ad soluendum debitum cogi, & compelli possint, priuilegiis, exemptionibus, Conseruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus aduersùs præmissa nequaquam valituris* Ex quibus verbis Flaminius *de resignat. lib.* 3. *quæst.* 11. arguit *num.* 8. *vers. tertiò subduntur*, in causis ciuilibus mercedum, & miserabilium personarum, quamuis Religiosi certum iudicem deputatum habeant à Sede Apostolica, & in aliis casibus, & causis, si certum iudicem deputatum non habeant, posse conueniri coram Ordinariis locorum, qui habent de iure ordinariam iurisdictionem, & Apostolicam, ex *d. decreto Concilij proximè citato*, ibi: *tamquam ad hoc ab ipsa Sede delegatis.* 30.

Confirmatur ex *d. cap.* 1. *& vltimo, de officio, & potest. iudic. delegat. in* 6. per quæ Religiosi ex causa ciuili nequeunt coram suis Conseruatoribus alios conuenire: ergo nec ipsi possunt conueniri coram dictis iudicibus pro debitis ciuilibus; ratio, quoniam quod quisque iuris in alterum statuit, eo iure ipse vtatur, vt habetur *in l.* 1. *ff. quod quisque iuris.* Item quia Conseruatoribus duntaxat est integrum defendere sibi commissos ab iniuriis, & violentiis manifestis, non verò in aliis causis possunt ipsi etiam tamquam rei vti suis Conseruatoriis, sed debent recurrere ad Ordinarium, qui in aliis causis est iudex delegatus Sedis Apostolicæ, per Concilium Trident. sicut in aliis casibus, in quibus exempti subiiciuntur iurisdictioni Ordinariorum, quos refert Flamin. *dict. quæst.* 11. *à num.* 8. *vsque ad num.* 18. & Ceuall. *suprà ex numer.* 796. iuuat text. *in cap.* 1. *de priuilegiis*, per quem ostenditur posse conueniri exemptos in ciuilibus coram Ordinariis locorum, per hæc verba ibi: *Nihilominus tamen ratione delicti, siue contractus, aut rei, de qua contra ipsos agitur, rectè possunt coram locorum Ordinariis conueniri.*

His tamen rationibus nihil impedientibus dicendum est Religiosos, vel exemptos habentes iudicem Conseruatorem pro debitis ciuilibus coram eo, non autem coram Ordinario, seu Episcopo esse conueniendos; probatur ex Concilio Tridentino *dict. cap.* 14. *sess.* 7. ibi: *in aliis verò, si ipsi iudicem non habuerint.* Ergo,

Ergo, si habuerint religiosi, vel exempti iudicem Conseruatorem, coram illo pro debitis ciuilibus debent conueniri, non autem coram Episcopo, vel Ordinario, coram quo actio ciuilis proponi debet quando exempti iudicem non habuerint Conseruatorem, vel quia illum non habent, vel quia nolunt nominare, tunc enim coram Ordinario locorum agendum est, ita Flamin. d. quæst. 11. num. 9. vers. & in aliis casibus; si certum iudicem deputatum non habeant, Gutierr. practicar. lib. 3. quæst. 10. num. 2. in fine, vers. ecce ego, Ceuall. tom. 4. quæst. 897. num. 813. Augustinus Barbosa de offic. & potest. Episcopi, allegat. 106. num. 43. Quare quando exempti possunt habere iudicem Conseruatorem, & non habent aliquem nominatum, proponatur libellus coram Vicario generali contra reos exemptos, qui si forum declinent, seriò moneantur, vt intra breue tempus ipso loco, & ciuitate nominent Conseruatorem, coram quo actio ciuilis proponatur; aliàs termino præfixo elapso agitabitur coram ipso Ordinario, apud quem ex facultate Concilij causa potest expediri, Gutier. dict. quæst. 10. numer. 4. & Ceuall. suprà num. 815. Andret. pro omnimoda, 1. p. cap. 7. num. 4. fol. 73.

31. Excipe ab hac decisione causas mercedum, & miserabilium personarum, in quibus regulares, quoquo modo exempti, conueniendi sunt coram locorum Ordinariis, etiamsi iudicem aliàs habeāt deputatum à Sede Apostolica. Constat ex Concil. Tridentino sess. 7. cap. 14. vers. addendo insuper, vbi ait in causis ciuilibus mercedum, & miserabilium personarum conueniri debere coram Ordinario regulares extra monasterium degentes quomodolibet exemptos, & clericos seculares, etiamsi certū iudicem à Sede Apostolica deputatum in partibus habeant. Qui duo casus sunt excepti, quod etiam confirmatur ab eodem Concilio sess. 14. cap. 4. ad finem, ibi: in causis verò mercedum, aut miserabilium personarum, huius sanctæ Synodi super hoc decretum in suo robore permaneat, Gutier. sup. d. quæst. 10. n. 3. Ceuall. d. num. 813. & sequenti, Fr. Ioann. de la Cruz lib. 2. de statu religionis, cap. 10. dub. 6. vers. si obiicias,
32. fol. 147. subiungens Concilium d. sess. 7. c. 14. loqui de regularibus extra Monasterium degentibus, quales sunt, qui ex priuilegio, vel speciali licentia habēt domicilium extra sua Monasteria: additque eisdem sic degētibus extra Monasteria concedi simul cum licentia iudices delegatos pro omnibus causis, coram quibus sunt conueniēdi pro debitis ciuilibus, sicut debuissent cōueniri apud Prælatos sui Ordinis, si intra claustra Monasterij viuerent. Quòd si non habeant extra Monasterium iudices delegatos pro ciuilibus, conueniri debent coram Ordinariis locorum, à quibus cogi possunt ad debita soluendum. Vide Fratrem Emmanuel tom. 1. regular. quæst. 65. art. 13.

33. Quid de causis criminalibus, vel mixtis dicendum? Responde primò causam ciuilem esse, in qua principaliter agitur ad priuatam vtilitatem siue ex delicto, siue ex contractu, text. in leg. infamem, ff. de publicis iudiciis, Anton. de Butr. in rubr. de iudiciis, col. 1. post medium, vers. causa ciuilis, Marant. de ordine iudiciorum, part. 4. in principio dist. 1. num. 2. Barbat. in tract. de testib. part. 3. n. 1. in fine. Responde secundò causam dici criminalem quando agitur de pœna corporali gloss. in l. si qua per calumniam, in principio, in verbo auri, C. de Episcopis, & clericis, & in l. qui sepulchra, in verb. videtur, vers. aliàs C. de sepulc. violat. & in l. obseruare §. proficisci, in fine, gloss. magna vers. tu dic tutius, ff. de offic. Procons. & legat. Nec de hoc est aliqua controuersia, sicut dicitur criminalis causa, quando agitur ad publicam vindictam, & non ciuilis, Anton. de Butr. vbi proximè col. 1. post medium, vers. causa criminalis, & ibi etiam Aret. num. 21. Marant. d. part. 4. in principio, dist. 1. num. 2. vers. causa verò criminalis, & num. 24. post medium, Iul. Clar. in practica §. final. quæst. 1. vers. ex quorum omnium dictis, vbi de communi, & vers. ego tamen, in quibus agitur ad publicam vindictam, sequitur Mascard. de probat. conclus. 463. n. 3. lib. 1. quamuis alij contrà, vt videtur in cap. per tuas, de simonia, in fine. In quo non ad commodum priuatum, sed ad publicum potiùs agitur, & tamen dicitur agi ciuiliter, prout vult Bero. in rubric. de iudic. num. 62. vers. item omnes opiniones.

Responde tertiò causam mixtam dici, quæ 34.
partim ad publicam, partim ad priuatam vtilitatem dirigitur, æquè tamen principaliter. Ratio, quia mixtum illud est, quod participat de vtroque, & partim capit ab vno, partim ab alio, ex Bartol. in l. imperium, col. 4. vers. expediens de mero, ff. de iurisdict. omn. iudic. eodem modo causa dicitur mixta quando agitur ad commodum partis, & interesse priuatum ciuiliter insimul & ad interesse publicum, & ad publicam vindictam criminaliter, Anton. de Butr. in rubric. de indic. col. 1. post medium vers. causa mixta; Abbas ibidem vers. causa mixta, post num. 5. Dictum est æquè principaliter, quia non dicitur mixtum judicium, per id, quod venit in consequentiam, puta, si fisco aliquid veniat applicandum non principaliter, sed in consequentiam eius, quod parti principaliter applicatur, & debetur, tunc totum iudicium videtur ciuile, non autem criminale: è contrario autem, si commodum partis, & interesse illius, & id quod parti applicatur, in consequentiam eius veniat quod fisco debetur principaliter, & applicatur, tunc iudicium totum non ciuile, sed criminale censetur, ex eo proloquio, quòd in mixtis denominatio debeat fieri à potentiori, & ab eo quod agitur principaliter, non autem ab eo, quod venit in consequentiam, l. mixtum, § qui furtum, ff. de furtis, Boss. in tit. de appell. num. 9. Ioan. Petr. Monet. de Conseruator. cap. 7. n. 241. fol. 323.

His positis dicendum est Conseruatores regu- 35.
lariter non posse cognoscere de causis criminalibus, aut mixtis eorum, quorum causas defensionis ergò susceperunt, quia officium Conseruatoris non est punire commissa delicta ad publicam vindictam, sed id competit Ordinariis locorum, vel habentibus iurisdictionem ordinariam, cap. placuit 6 quæst. 1. l. præses Prouinciæ, ff. de offic. Præsid. vbi dicitur ad Præsidem pertinere ex Prouincia perditos homines eiicere: iuuat Auth. qua in Prouincia, C. vbi de crim. agi oport. At Conseruator, etiamsi instar in aliquibus sit Ordinarij, & illi æquiparetur, absolutè loquendo est delegatus ad vniuersitatem causarum, & illius materia continetur sub rubric. de offic. delegat. iurisdictioque est simpliciter, & absolutè delegata, vt vult gloss. in cap. 1. & ibi Archid. num. 1. Ioann. Andr. num. 2. Franch. num. 3. & Gemin. num. 5. de offic. iudic. deleg. in 6. Mandos. in praxi sign. grat. verb. Conseruatoria, vers. Conseruatores dicuntur, Fusch de visit. & regim. Eccles. lib. 2. cap. 23. num. 3. Nauarr. cons. 3. num. 1. de offic. deleg. & Azor 2. part. lib. 5. cap. 34. circa principium. Item, quia ad Conseruatorem n[?]pertinet, nisi iurisdictio simplex, non autem mixtum, aut merum imperium; quamuis iurisdictio in genere

sumpta contineat sub se tam iurisdictionem simplicem, quàm etiam merum, & mixtum imperium: nihilominus quando datur alicui iurisdictio simpliciter, non censetur concessa, nisi iurisdictio simplex, ita Angel. *in d. l. imperium, col. 3.* & Iason *ibi col. 6. ff. de iurisdict. omn. iudicum.*

36. Idcirco Conseruatores non possunt vllam corporalem pœnam infligere, cùm hoc, & similia sint meri imperij, nec etiam per viam Inquisitionis punire possunt delicta, sed ciuiliter tantùm, & accessoriè indagare, an delictum sit notorium, vt tradit Innoc. quem ibi *in cap. 1. num 6. de officio deleg. in 6.* multi sequuntur, *& in cap. final. de foro competenti, in 6.* ex ea ratione, qoia ea Inquisitio competit habentibus merum imperiũ; propterea Conseruatores, cùm sint Iudices ciuiles, nec possint corrigere, nec punire, inquirendi potestatem non habent, Bartol. *in l. inter conuenientes, ff. ad municipal.* Vantius *de nullit. tit. de nullit. ex defectu iurisdict. num. 45.* Specul. *in tit. de Inquis. §. item opponitur,* & Conrad. *in pract. in tit. de Inquisit. num. 6.* & Farinac. *1. p. lib. 1. quæst. 1. num. 56.*

37. Confert ad idem probandum Conseruatores dari ad priuatam vtilitatem, & ad eam duntaxat deferri huius officij exercitium, per textum *in d. cap. 1. de officio deleg. in 6.* dum ibi dicitur Conseruatoribus committi aliquos defendendos, & ex Concil. Trident. *sess. 14. cap. 5. de reformat.* quatenus supponitur certos iudices dari per litteras conseruatorias, vt à molestiis, & iniuriis, quæ inferuntur, eas obtinentes defendantur, & in possessione, seu quasi possessione suarum rerum, ac bonorum, vel iurium suorum conseruentur. Atque ita cum criminalis causa principaliter ad publicam vtilitatem tendat, & mixta, vt æquè principaliter ad eandem agatur, sequitur si principaliter tantùm ad priuatam vtilitatem dirigatur actio, eam dumtaxat esse ciuilem, & competere
38. Conseruatori: causa autem criminalis nullo modo, nisi ex speciali mandato, sicuti Vicarius Episcopi non potest sine speciali mandato criminales causas cognoscere. *c. 2. de offic. Vicary, in 6.* vbi scribentes, ita Monet. *de Conseruatoribus, cap. 7. num. 265. pag. 335.* vbi fatetur ex speciali commissione posse Conseruatores cognoscere de causis criminalibus, aut mixtis, si de voluntate Principis à quo dantur, expresè constet, in quibus tamen non venient causæ fidei, & si quæ aliæ sunt indiuidualem expressionem exigentes: neque de hoc potest dubitari, quia non obstante decreto potest Pontifex ampliare iurisdictionem iudicum Conseruatorum ad alios casus, vltra contentos *in d. c. 1. & vltimo, de officio, & potest. iudicis deleg. lib. 6.* Ceuall. *commun. contra commun quæst. 897. num. 723.*

39. An verò possint Conseruatores dum de violentiis, & iniuriis notoriis cognoscunt, procedere vltra vnam diætam à fine diœcesum eorum? Negat text. *in d. c. final. §. conseruatores,* ibi, *conseruatores autem huiusmodi extra ciuitates, seu diœceses, in quibus fuerunt deputati contra quoscunque procedere, aut aliquos vltra vnam diætam à fine diœcesum eorundem trahere non præsumant.* Quod seruandum est de iure communi, secus si in litteris Conseruatoriis plures concedantur dietæ, vt de facto indulgentur à *lege 18. tit. 7. lib. 1. noua recopilationis,* vbi sermo est de Salmātina Conseruatoria, per hæc verba, *Ordenamos, y mandamos, que el dicho Maestre Escuela por virtud dela dicha Conseruatoria, no pueda lleuar ante si persona alguna de mas de quatro dietas contandolas desde la Ciudad de Salamanca hasta fin dela Diocesi delque fuere conuenido y que estas dietas sean de diez leguas, y no mas. sin embargo de qualquier costumbre que hasta aqui aya tenido.* In lege verò 20. reducuntur ad duas diætas, contandolas, ibi, *no conoscan allende dos dietas dela Bulla, no embargante qualquier carta, o, cartas que ayamos dado, paraque los dichos Maestre Scuela o, Vice scholastico pudiesen conocer allende delas dichas dos dietas.* Quarum meminit Concilium Tridentinum *sess. 13. c. 2. de reformatione,* ibi, *vel vltra duas legales diætas distet.* Sed de diætis diximus suprà *disp. 4. de delegatis, num. 41. vsque ad num. 46.* vbi de diæta legali, & vulgari, quarum prima continet viginti milliaria, secunda autem, quæ dicitur vulgaris, determinatur per vsum vulgi, & hominum loci, vt traditur *in c. statutum, §. cum autem, de rescriptis, lib. 6.*

In Hispania autem in actione reali conside- 40.
randus est locus, vbi res sita est, & non domicilium, vbi reus habitat, vt probat *lex 18. n. 7. lib. 1. recopil.* cuius decisioni standum est in Hispania, Mieres *de maioribus. 1. part. quæst. 58. num. 13.* extra Hispaniam iuri communi statur: at verò quando in iure fit mentio de diæta, intelligitur de vulgari, non autem de legali, seu de leucis ciuilibus, Bartol. *in tract. testimoniorum, §. vicena, num. 55. per*
cap. præsenti, vers. loca, de præbend. lib. 6. Felin. *in c.* 41.
nonnulli, de rescriptis. Quin etiam quando fit mentio de leucis, intelligitur de vulgaribus, & in re dubia standum est vulgari mensuræ itinerum, gloss. *in cap. nonnulli, de rescriptis,* Gregorius Lopez *in l. 4. tit. 16. part. 2. verb. Iornadas,* Paladorus *lib. 2. rerum quotidianarum, cap. 19. num. 9.* & Escobar *de ratiociniis computatione 12. à numer. 7.* vide suprà *disp. 4. ex dict. num. 42. vsque ad num. 46.*

Sed quid dicendum quando aliquis fuerit reus, 42.
& elegerit Conseruatorem, quem actor suspectum sibi esse dixerit: aut si qua inter ipsos iudices, Conseruatorem, & Ordinarium controuersia exciterur super competentia iurisdictionis? Ex Concilio Tridentino *sess. 14. cap. 5. vers. quòd si in iis causis, deciditur, nequaquam in causa procedendum, donec per arbitros in formam iuris electos super suspicione, aut iurisdictionis competentia fuerit iudicatum.* Quod si ad vlteriora procedatur à Conseruatore, non obstante recusatione, vel incompetentia iurisdictionis recurrendum est ad Regiam Curiam per viam violentiæ, vbi Rex tamquam defensor Concilij partibus auditis præcipiet mandari executioni decretum Concilij, Ceuall. *commun contra commun. tom. 4. quæst. 897. num. 742. & sequent.*

Porrò si oriatur controuersia inter Conseruatorem aliquem, & inter Iudicem ordinarium super causæ cognitione, & mandatum inhibitionis mittat, vt Ordinarius non procedat, nec cognoscat in causa, si non constet de iurisdictione: imò si controuersia super iurisdictione est, in hoc euentu nequit Conseruator inhibere iudici ordinario, donec causa iuxta Concilium fuerit expedita, quòd si de facto, antequam terminetur causa competentiæ, inhibeat, non est obediendum Conseruatori, cùm in hoc dubio Ordinarius habeat melius suam iurisdictionem fundatam, quàm Conseruator, ita Surdus *cons. 424. n. 35. lib. 3.* Beroius *cons. 117. vol. 3. n. 1.* Roland. *cons. 77. n. 26. vol. 2.* & Couar. *practicar. cap. 24. num. 3.* Vantius *de nullit. ex defectu iurisdictionis, num. 142.*

Probatur, quia, vt inhibitio sortiatur suum effectum, debet esse canonicè facta, vt *in c. non solùm,*

de

de appellat. lib. 6. non est autem Canonicè facta, quando non constat de iurisdictione inhibentis, ideo non est ei parendum, sed Ordinario, Corneus *cons. 25. lib. 3.* Mandos. *in tractatu de inhibitionibus, quæst.* 28. *num.* 2. Marta *de iurisdict. 2. part. cap.* 4. vbi exponit, an quilibet iudex possit cognoscere, an sua sit iurisdictio, & ab possit ab altero inhiberi.

43. Cæterùm, quando constat de iurisdictione Conseruatoris, neque de ea est controuersia, Conseruator à Sede Apostolica deputatus inhibere potest iudici Ecclesiastico qui Ordinarius sit, data iusta causa inhibendi; prout patet ex *cap. 2. de officio delegati in 6.* vbi Conseruatoribus mandatur, vt in coactionibus, & pœnis Pontificali deferant dignitati; nam delegatus Principis est maior quocumque ordinario, *cap. sanè el secundo, de officio delegati, & c. pastoralis. §. præterea, de officio Ordinary,* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt.* 17. *num.* 5. quod est intelligendum quoad illam causam, in qua est delegatus, seu Conseruator, Stephanus Gratian. *disceptat forens. cap.* 111. *num.* 67. & respectu dignitatis, quia respectu firmitatis firmior est Ordinarij iurisdictio, Marant. *disp. 1. incip. Plerumque, n. 1.* Corras. *lib. 3. Miscel. cap. 19. n. 3. & 4.*

Posse autem Conseruatorem Apostolicum inhibere Ordinario, satis patet ex Concil. Trident. *sess. 7. cap. 14.* ibi, *priuilegiis, & exemptionibus, Conseruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus aduersus præmissa nequaquam valituris,* Gutiert. *lib. 3. practicar. quæst. cap.* 10. quem refert, ac sequitur Moneta *de Conseruatoribus, cap. 8. num. 162. ad finem fol.* 591. subdens etiam posse inhibere Legato Sedis Apostolicæ, ex Anchar. *cons.* 132. *num.* 2. quatenus ait posse Conseruatores, & Subconseruatores procedere etiam contra Legatos de latere, eosque mulctare, si veliot se intromittere in causis ad ipsos Conseruatores spectantibus, sequitur Mandos. *in praxi signat. gratiæ, verb. Conseruatoria, circa initium,* Cardin. Tusch. *in suis conclus. iuris, verb. Conseruatores.* Ex ea vulgari ratione, qua traditur delegatum in causa sibi commissa esse maiorem quocumque Ordinario. Sed Legatum Sedis Apostolicæ etiam de latere habere ordinariam iurisdictionem, & inter iudices Ordinarios recenseri, ex *cap. 2. de officio Legati in 6.* his verbis exprimitur: *Legatos Prouinciarum sibi commissarum Ordinarios reputamus.* Sarisque colligitur ex *cap. studuisti,* vbi Scribentes, *de officio Legati,* per quem ductus fuit id asserere in specie, Mandos. *vbi proximè,* & Speculator *tit. de Legat. §. superest, n.* 48.

44. Rursus, & insuper dici meritò potest Conseruatores Apostolicos posse inhibere Conseruatoribus alteris, & delegatis Apostolicis impedientibus suam iurisdictionem, ex *cap. præterea,* & ex *cap. significasti,* & ex *cap. sanè el 2.* & ex *cap. ex litteris, de officio delegati,* per quæ Delegatus Apostolicus indistinctè potest coërcere suam impedientes iurisdictionem. Nam commissa iurisdictione, censentur concessa omnia sine quibus illa explicari nequit, *l. 2. ff. de iurisdict. omn. iudic.* Iuuat iurisdictionem sine coërtione nullam esse, *l. vlt. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictio.*

45. Nec refert quod dicitur non habere imperium par in parem, *l. nam Magistratus, ff. de arbitr. l. ille, à quo, §. tempestiuum, ff. ad Trebell. cap. inferior, distinct.* 21. & *cap. innotuit, de electione, cum suis concord.* Quia per virtutem delegationis in causa, cui datus est iudex, fit maior illo, cui est par, aut etiam inferior. Confirmatur ex traditis *in dict. cap. sanè* 2. per text. *ibi:* vnde in causa illa superior est. Per quem Delegatus Papæ est maior, & dignior, quoad causam sibi delegatam Ordinario, Gutierr. *de matrim. cap. 63. num.* 29. Molin. *de iust. tom. 6. tract. 5. disputat. 26. numero ...* vbi concludit Ordinarium loci non posse absoluere excommunicatum à delegato Papæ, quamuis delegatus iam defunctus esset, aut alia ratione illius iurisdictio esset extincta. Igitur Conseruator in causa sibi commissa habet in parem imperium ratione delegationis. Quinimo potest vnus esse inferior vno respectu, & Superior altero, *l. Pomponius, ff. de negot.* Bald. *in cap. cum inferior, in principio, de maior. & obedientia,* dicens posse esse vnum superiorem, & alterum inferiorem diuersis respectibus, *l. sed si hac §. si liberta, ff. de in ius vocan. l. eius, qui in Prouincia, in fine, ff. si cert. petatur,* Tiraquel. *de nobilit. cap. 28. num.* 15. atque ita Conseruator quamuis sit par alteri Conseruatori, potest esse maior ratione delegationis sibi datæ, quocumque sibi pari, vt sentit Ludouic. Gomez *in cap. statutum, numero* 88. *de rescriptis in* 6. quatenus ait plus esse Conseruatorem, quàm delegatum.

Sed quid dicendum de iure communi quando Iudex Apostolicus, & Conseruator excedunt fines suæ iurisdictionis? Responde de iure communi competere causæ cognitionem Ordinario contra illos, vt in specie tradit Gigas *de pensionibus quæstion.* 70. *versic. contrarium puto verius contra executorem deputatum in Bullis reseruationis pensionis.* Nam si executor modum excedat, & grauet debitorem pensionis, non seruata forma iuris, & suæ commissionis, potest dari recursus ad Ordinarium, seu Legatum, qui super nullitate actus poterit cognoscere, ac prouidere, ex quo delegatus nulliter processit, vt vult Dominicus *in cap. statutum, §. final. in fine, de rescriptis lib.* 6. 46.

Buttius *in cap. studuisti, num. 6. de officio delegati, in vltimo notabili,* vbi resoluit quòd etiamsi de factis à superiore non possit iudex inferior se intromittere, hoc procedere quando facta per superiorem sunt valida, seruata forma suæ commissionis: contra verò si nulla sunt. Idem tenent Cardinalis, & Anchar. *in Clementina 1. de officio Ordinary,* Iason *in l. 2. num. 2. ff. de in ius vocan. versic. adde,* Bald. *in l. aduersus, C. si aduersus rem iudicatam,* vbi dixit quando constat de nullitate patenter, tunc adiri posse quemlibet iudicem inferiorem. Idem tenet Archidiaconus, & Ioannes Andreas, *in cap. si eo tempore, de elect. in* 6. dum volunt posse Ordinarium repugnare delegato Papæ, si nulliter procedat in negotio, quod non continetur in eius litteris, Gigas *de pensionibus quæst.* 70. *ex medio, ad finem.* 47.

Quòd si replices inferiorem per *l. & est receptum, ff. de receptis arbitris,* minorem nihil posse in maiorem? Respondetur id esse verum, quando maior procedit validè, & seruata forma commissionis: secus quando nulliter procedunt, tunc enim inferior potest cognoscere, & examinare, Auiles *in capp. Prætorum, cap. 1. num.* 33. gloss. *ver. la mande,* Montaluus *in l. 4. tit. 7. lib. 1. fori leg. glossa final.* vbi ait indistinctè posse puniri delegatum Principis delinquentem in causa processus ab ordinario, per textum *in Authent vt iudices sine quoquo suffragio, §. volumus collat.* 2. Iason *in l. 2. num. 2. ff. de in ius vocando,* Bald. *in Auth. qua in Prouincia num.* 10. *C. vbi de crimine agi oporteat,* dicens delegatum Principis delinquentem in causa sibi commissa, & abutentem sua iurisdictione,

posse conueniri ratione delicti in loco vbi delinquit; ratio, quia etsi in causa sibi delegata sit maior quocumque Ordinario: attamen ratione delicti subditur Ordinario. Item, quia dum excedit Conseruator formam suæ iurisdictionis, agit tamquam priuatus, ac proinde iurisdictio delegata cessat, Decius *consf.* 143. *num.* 3. Abb. *in cap. significauit, num.* 3. *de offic. ordin.* Lucas de Penna *in l. prohibitum C. de iure fisci, lib.* 10. vbi vult, quòd ordinarij possint resistere delegato, & debent illud facere, aliàs puniri debent, per *legem vnicam*, *C. si quis ius dicenti.*

In quibus casibus appelletur à Conseruatore, & ad quem ab eo appelletur?

§. III.

EPITOME.

48. *Appellatur à Conseruatore in causis plenariis, & facta pendente appellatione reuocantur tamquam attentata.*
49. *Appellatur à Conseruatore etiam ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ.*
50. *Appellari non potest à Conseruatore aliquando etiam in plenariis.*
51. *Appellare quando nunc licitum sit de iure Canonico in quauis instantia, & quid de iure ciuili.*
52. *Appellatur à Conseruatore in causis summariis.*
53. *Appellatio regulariter non recipitur in notoriis, & quando fallit.*
54. *Appellatur à declaratione, delictum esse notorium.*
55. *Appellatio in causis summariis quando est reiicienda.*
56. *Appellatur à declaratoria commissi delicti propter quod contrahitur censura.*
& quando hoc fallat. ibid.
57. *Appellatur à declaratoria incursus excommunicationis.*
58. *Appellatur ad Papam à Conseruatore Apostolico.*
59. *Appellatur ad Papam à Conseruatore laico deputato ab eo.*
60. *Appellatur ad Papam à Subconseruatore non in totum dato, vbi Conseruator ligetur excommunicatione, vel decedat, & in aliis casibus.*
61. *Appellatur ad Papam à iuris arbitris in recusationis casu, vel competentia iurisdictionis Conseruatoris Apostolici cum altero Conseruatore, vel delegato.*
62. *Appellatur ad Regem à Conseruatore etiam clerico quando ab eo est deputatus.*
63. *Appellari ad Legatum etiam de latere non potest à Conseruatore Apostolico, nec in hoc habet locum consuetudo.*
64. *Appellatio à Subconseruatore Apostolico in totum deputato in vna causa est ad Papam.*
65. *Appellatio à Subconseruatore in totum deputato à Conseruatore qui datus fuit à Rege, vel ab alio Principe seculari fit ad committentem Conseruatorem.*

48. QVÆRITVR primò, an detur appellatio à Conseruatore? Respondetur affirmatiuè, non solùm in causis de quibus plenariè cognoscit, sed etiam in causis sine figura iudicij illi delegatis, ita vt eius iurisdictio per appellationem suspendatur, quod procedit regulariter, siue appellatio sit à diffinitiua, siue ab habente vim diffinitiuæ, *l.* 1. *ff. de appellat. cap. venientes, de iureiurando*, *cap.* 1. *de re iudicata*, Lancellotus *de attentatis* 2. *part. cap.* 12. *præfat. num.* 108. *& limitatione* 1. *à num.* 51. *vsque ad num.* 56. Prior pars huius responsionis probatur, quia in plenariis causis regulariter appellatur tam à diffinitiua, quàm ab habente rationem diffinitiuæ, ita vt facta appellatione pendente censeantur attentata, & veniant reuocanda, vt est communis. Quia interlocutoria 49.
habens vim diffinitiuæ, regulatum secundùm naturam diffinitiuæ, vt post alios Alex. *in consf.* 182. *in principio, lib.* 6. & post Socinum *in Regul.* 21. tradit Lancell. Corrad. *de Prætor.* §. 2. *de offic. Prætor. in causf. ciuil. in cap. de appell. sub num.* 21. *versf. vigesimò quando*, quos referens sequitur Lancell. *de attent. d. cap.* 12. *limitat.* 1. *num.* 58. secus de mera interlocutoria: nam appellatione pendente ab ea si iudex procedat, non attentat regulariter, nec gesta veniunt reuocanda per modum attentati, vt habetur expressè, *in cap. non solùm, de appellationibus in* 6. & est communis Canonistarum *in cap. eum qui, de dolo & contumacia in* 6. vt docet Baldus *in l. arbitro, n.* 6. *ff. qui satisd. cog.*

Posterior pars colligitur ex *Clement. sæpe*, *de verbor. significatione*, excludente solùm appellationem frustratoriam in causis summariis; ergo debet appellatio admitti quando non est frustratoria, quod etiam intellige de appellatione non dilatoria. Nam in eadem Clementina *in principio, verb. dilatorias*, repelluntur exceptiones, appellationes dilatoriæ, & frustratoriæ, quæ magis frustrantur, & differunt iudicium, quàm concernant veritatem, Moneta *de Conseruatoribus, cap.* 8. *quæst.* 2. *conclusf.* 9. *num.* 121. *ad* 124. vbi *num.* 125. addit in iudicio summario appellationem tamquam dilatoriam ac frustratoriam esse reiiciendam ab interlocutoria mera, quæ non habet vim diffinitiuæ, & cuius grauamen reparari potest per appellationem ab ipsa diffinitiua, & quamuis de iure canonico antiquo à quolibet grauamine daretur appellatio, *cap. super eo, el* 1. *&* 2. *de appellat.* hodie tamen sublata est per Concilium Tridentinum, *sess.* 24. *c.* 20. *de reformatione quoad primam instantiam, & reg.* 36. *Cancellariæ*, etiam quoad cæteras, & diximus 1. *p. disp.* 24 *de appellationibus, disp.* 24. §. 10. *à num.* 171. *vsque ad* 174. attamen appellatio ab interlocutoria eximit à iudice, non tamen facit attentata, nisi post inhibitionem, cùm possit iudex antequam inhibeatur procedere regulariter, Lancell. *de attent.* 2. *part. cap.* 12. *limitat.* 1. *num.* 2. *&* 3. Quòd autem eximat appellantem à iurisdictione iudicis, constat ex *cap. ad Audientiam*, & ex *cap. dilectus, extrà de appellationibus*, & ex *cap. per tuas, de sentent. excommunicationis, &* ex *cap licèt, eodem titul, lib.* 6. Crauet. *consf.* 103. *Visis, num.* 6. *lib.* 1.

At verò quòd non faciat attentata iudex à quo, donec fuerit inhibitus per iudicem ad quem, probat textus *in c. non solùm*, § *illa verò, de appellationib. in* 6. & tradit Decius *in cap. bona, num.* 2 *de confirm. vtil. vel inutil* prout illum refert Ioann. Bapt. de Asin. *in sua praxi iudic.* §. 31. *cap.* 2. *in* 2. *limit. princ. num.* 4. quod etiam voluit Socin. *in consf.* 45. *Visa, num.* 8. *lib.* 1. eo quia inhibitio facit illicitum, & impedit fieri quod antè licuisset, vt multis probat exemplis Lancell. *dict.* 2. *part cap.* 20. *de attent. post inhibitionem*, *in* 1. *ampliatione.* Vnde pendente appellatione processus valet, & potest post appellationem

lationem à sua interlocutoria, reuocare illam, donec fuerit inhibitus legitimè; aliàs iudex etiam post inhibitionem potest sententiam interlocutoriam reuocare, vt docet Marant. *in speculo suo, in tertia parte sexta partis principalis quaest.2. n.196.* Lancellot. *d. cap.12.de attent. 1. num.25. & 26. & infra cap.10. ampliatione 1.*

Quæritur secundò, an aliquando etiam in ple-
50. nariis interdicatur appellatio à Conseruatore? Responde non posse appellari à Conseruatore in mera interlocutoria, vel grauamine reparabili: quòd si appelletur, non suspenditur iurisdictio Conseruatoris, nisi Conseruator tali appellationi detulisset: tunc enim manet suspensa iurisdictio Conseruatoris, vt patet *in cap.cum appellationibus si iuolis, de appellat. in 6.* quia per delationem censetur abdicare à se omnem iurisdictionem, & illam transfundere in superiorem, vt tradit Ioan.Andr. *in c.cùm cessante*, & alij *ibi* relati per Franch. *numer.14. vers. quintò limitat. de appellationibus.* Ante verò delationem appellationi non suspenditur iurisdictio Conseruatoris in mera interlocutoria, & grauamine reparabili, Moneta *de Conseruatoribus, cap. 9.num. 180. ad finem, & num. 181. in principio.*

Consonat quod dicitur de iure canonico nouo, appellationes non esse interponendas, aut à superioribus recipiendas, nisi à diffinitiuis, vel à diffinitiuarum vim habentibus, & quarum grauamen per appellationem à diffinitiua reparari nequit, vt disponitur à Concilio Tridentino *sess.24. c.20.de reformat.* quo ad causas primæ instantiæ: quo ad omnes autem instantias *in reg. 36.Cancellaria* statuitur, & ordinatur à Summo Pontifice in causis pendentibus, & quæ inposterum sunt agitandæ, nulli ante diffinitiuam sententiam liceat appellare, neque debere admitti appellationem, nisi ab interlocutoria vim diffinitiuæ habente, vel à grauamine quod nequeat reparari per sententiam diffinitiuam, vel per appellationem à diffinitiua. Quibus in decisionibus tam Concilium, quàm Summus Pontifex sequuti sunt leges ciuiles decernentes ante sententiam non admitti appellationes debere ab interlocutoria, nisi in casibus præcitatis, vt deducitur apertè ex *l.liberis, ff. de liberal.caus.* & patet ex *l. ante sententia tempus.C.quorum appell.non recip.* & ex *l.eos qui, §.super his.C de appellat.* iuncta *lege 3.ff.de appellationibus recipiendis.* Vnde parui facienda est glossa *in l.ante sententia tempus*, suprà, quatenus videtur sentire secundùm leges ciuiles appellari posse ab interlocutoria, cùm oppositum per leges has hoc loco citatas demonstretur, nisi quando interlocutoria habeat vim diffinitiuæ, vel contineat grauamen irreparabile per appellationem à diffinitiua, quale fortè erit tortura, text. *in d.l.2.ff.de appell.recip.* Lancell. *de attentat.2.p.c.12.limit.1.n.100. cum sequentibus*, & Blanc. *tract. de compromiss. quaest.5.princ.n.8.*

51. Quæritur tertiò quando integrum sit de iure Canonico appellare in quauis instantia? Responsio ex resolutione proximè data constabit, nempe à diffinitiua, vel à diffinitiuæ vim habente, & cuius grauamen per appellationem à diffinitiua reparari non potest, quod etiam conceditur à iure ciuili ex iuribus *num. præcedenti* numeratis, quibus addi potest *l. intra, ff. de minor. & l. arbitro, ff. qui satisd. cog. l. final. ff. a quibus appell. non licet.*

52. An verò appellandum sit à Conseruatoribus in causis summariis, diximus suprà *num.49.vers.posterior pars*, vide illa, & *Clemen. saepe, de verbor. signific.* in qua excluduntur in causis summariis solùm frustratoriæ, & dilatoriæ appellationes, cæteræ autem appellationes non excluduntur, de his obiter infrà *n.55.*

Quæritur quartò, an in notoriis recipiatur
appellatio? Responde regulariter non admitti, 53.
text. *in c. cùm sit Romana. §. sin autem, c. peruenit, cap.consuluit, el 2.c.cum speciali, § porrò, de appellat. & cap. Romana, de appellat.in 6.* quod procedit tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, in quibus iudex nihil appellatione impediente potest procedere ad executionem suæ sententiæ, & in nostro casu, ac materia Conseruator non debet admittere appellationem dum cognoscit de notoriis iniuriis, & violentiis, ita Abbas *cons. 100. num.3.& 4. vol.1.* quem referens sequitur Cardin. Tusch. *in suis conclusionibus, verb.Conseruatores n.6.* Syluest. *verb.Conseruator num.3. circa finem.* Quod intelligitur ne dum in notorio facti, sed etiam in notorio iuris, quando scilicet notorium resultat ex confessione iudiciali, vel de illo apparet per alios legitimos modos, de quibus plenè Moneta *de Conseruatoribus, c.7.quaest.3.conclus.10.11.& 12. num.150.& 164.& 195.* quibus in locis loquitur de notorio iuris, quod resultat ex iudiciali confessione, vel ex probationibus legitimis, vel ex sententia, & condemnatione, prout probatur *in cap.vestra, de cohabit.cler.& mul.& cap.final.eodem tit.* Moneta *de Conseruatorib.cap. 7 num. 193.194. cum sequentib.*

Hoc tamen fallit primò quando in appellatione exprimeretur causa aliqua offuscans notorium, nempe in confessione, quòd ea fuerit erronea, vel metu tormentorum emanata: tunc enim datur appellatio in notoriis, & iudicis à quo iurisdictio ita suspenditur, vt nequeat suam exequi sententiam, gloss. *in d.c.Romana, §.si autem, in verb. mandetur*, & ibi Scribentes, maximè Ioan. Monach. *num.13 de appellat.in 6.* Mil. *in repert.vers notorium*, licèt regulariter impediat, Bald. *in cap. cum speciali, num.19. de appellat.* vbi docet appellantem debere dicere, Appello à iudicis sententia non obstante confessione mea, quia per errorem, vel per metum confessus fui, quem curabo coram iudice appellationis ad oculum probare, sequitur Lancell. *de attent. 2. p.c. 12. limit. 9. num. 4.* Nam notorium non operatur suos effectus, si contra illud aliquid allegatur, per quod notorium offuscatur, quia perdit vires suas stante offuscatione, Farin. *1. p. lib. 1. quaest. 21. num. 118.*

Fallit secundò quando notorium habet aliquam excusationem, & defensionem, vt in specie vult Contard. *in l.1.C.si de momentanea possessione, num.38.* & est etiam Clari, *§.final.quaest.94.vers. solet etiam dici.* Moneta *de conseruatorib. c.9.n.174.* Similiter fallit tertiò, vt non procedat in notorio probationis, teste Mil. *in d verb.notorium, vers. in notorio autem probationis.* Tunc enim certi iuris est, quòd appellans est audiendus, & appellatio operabitur suos effectus, vt bene Specul *in tit.de appellat § in quibus, sub num.13.vers. decimo in delictis notoriis*, dicens in notorio per famam posse appellari, sequitur Petr.Rebuff. *super constit. Regul. tom.3.in tract de appellat art.7.glossa 2.num.22.* Lancellot. *de limit. 9. num. 12.* & Farinac. *d. quaest.21. num.124.*

Fallit quartò quando iudex ad quem inhibuisset

iudici à quo: tunc recurendum est ad iudicem ad quem, vt tollat inhibitionem, quia iudex à quo etiam quando sumus in notorio, inhibitus nequit suam exequi sentenriam, quamuis casus non sit appellabilis, secundùm *cap. Romana, §. si autem, de appellat. in 6.* Lancell. *d. limit. 9. num. 9.* Stephan. Aufrer. *in additionibus ad decis. Tholos.* 500. quæ est vltim. *in vltimis verbis*, & Gomez *de delictis cap. 1. num. 47.*

54. Fallie denique in sententia declaratotia, à qua potest appellari etiam quando non datur appellatio à sententia diffinitiua super notorio, datur tamen in declaratione notorij, Specul. *in tit. de recusat. §. final. vers. hoc etiam nota*, & Abbas *cons.* 100. *col. penult. vers. & si etiam lib. 1.* Lancellot. *de attent. d. cap. 12. limit. 9. num. 13.* vbi subdit stante appellatione à declaratione super notorio, si procedatur ad executionem, nõ minus esse attentata, quàm si essemus in aliquo alio casu appellabili, ex quo data appellatione resultat regulariter effectus suspensiuus, qui solet attentata causare, prout tradit Iason *cons.* 187. *col. 6. vers. facio aliam conclusionem lib. 2.* Lancellot. *d. cap. 12. limit. 9. n. 13. ver sextò potest limitari.* Addit Foller. *in practica crimin. in verb. Item, quòd est notorius delinquens, n. 14. prope finem, & num. 22.* quòd quamuis non detur appellatio super ipso crimine notorio à sententia diffinitiua condemnatoria, si tamen appelletur ante sententiam, quia non admittuntur exceptiones quibus reus tueri se vult contra notorium, talem appellationem valere, & admitti debere quo ad omnem effectum tam deuolutiuum, quàm suspensiuum, sequitur Fat in *d. quæst. 21. num. 127. ad finem.*

55. Quando detur in causis summariis appellatio, tetigimus suprà *num. 49.* ex ea regula, quòd appellatio censeatur permissa in omni casu, nisi reperiatur expresè prohibita, vt scribit Franch. *in rubr. num. 18. vers. tertiò præmitte, quòd regulariter, de appell.* & rursus *in rubr. num. 2. vers. tertiò præmitte, eodem titulo in 6.* Surdus *cons.* 163. *Arbitror. sub. n. 3. vers. secundò fundatur, & n. 4. lib. 2. tract. de attent. p. 2. cap. 12. ampliat. 5. num. 8. & p. 3. cap. 30. n. 108.* & in specie in causis summariis tradit Contard. *in l. vnica in 1. opposit. num. 1. & 2. C. si de momentanea possessione*, & Luc. Pet. *in pract. Capitol. lib. 4. cap. 2. num. 16.* etiamsi præiudicium sit reparabile in alio iudicio, prout docet Rugin. *tract. de appellat §. 2. cap. 3. num.* 897. quod intellige iuxta ea, quæ diximus suprà *d. num. 49. & num. 52.*

56. Quæritur quintò an detur appellatio à declaratoria commissi delicti propter quod incurritur censura ipso iure? Affirmat Vgolin. *de censuris tab. 1. cap. 21. §. 1. num. 8.* ostendens ad eandem declarationem *num. 9.* necessariam esse partis citationem, dummodo delictum non sit ita notorium, vt nulla competat reo defensio. Dari autem appellationem ab ea declaratoria, tradunt Abb. & Decius *in cap. peruenit el primo, de appellationibus*, & idem Vgolin. *in d. §. 2. num. 19.* & Anton. Gabr. *commun. concl. lib. 6. tit. de regul. iuris. conclus. 3. num.* 59. Quod procedit etiam quando ab eo, quod declaratur, non daretur appellatio. Confirmatur, quia à declaratione notorij datur appellatio, etiamsi non detur à notorio. Franch. *in cap. peruenit. 13. num. 13.* in vltimis verbis, *& num. 14. de appellat.* Nicel. *tract. de concord. gloss. concord. 6. fallen. 2. num. 10. tom. 18. fol.* 191. Scacc. *de appellat. quæst. 17. limit. 22. n.* 36. vbi post plures concludit quando declaratur aliquem incidisse in excommunicationem, dari appellationem ab ista declaratoria, quæ suspendit declaratoriam. Non datur tamen à declaratoria censuratum ob non patitionem rei iudicatæ, quia talis declaratoria censetur pars exequutionis rei iudicatæ, & ideo non datur appellatio. Contard. *in l. vnica limit. 19. n. 19. & sequent. C. si de momentanea possess.* & Lancel. *de attent. p. 2. c. 12. limit. 12. n. 27.* Similiter non datur appellatio à declaratoria incursus in censuras contra obligatum in forma Cameræ, quia appellatio à declaratoria in hoc euentu non suspendit denunciationem, & publicationem faciendam, Galles. *ad formul. Camer. obligat. in 2. part. 3. princip. in cap. reliqua, de process. num. 43.* iunctis his, quæ scribit *num. 38. & sequent. fol.* 363. quem referens sequitur Lancell. *de attentat. p. 2. cap. 12. limit. 21. num. 26. fol. 371. mihi.* Quare in his duobus casibus
nihil impediente appellatione potest denunciari. 57.
Ionnes Petrus Monet. *de Conseruatorib. iudicib. cap. 10. ex num. 244.* In aliis verò appellatur à declaratoria incursus excommunicationis à iure, vel ab homine latæ, nisi factum sit notorium, Lancellot. *d. limit. 21. num. 21. & num. 25.* Monet. *d. num. 245.*

Quæritur sextò ad quem sit appellandum à 58.
Conseruatore Apostolico? Responde appellandum esse ad Pontificem delegantem, non autem ad alium etiam Legatum de latere. Ratio desumitur ex *l. 1. in principio, ff. quis, & à quo appell.* vbi appellans à delegato Principis, ad Principem delegantem appellat. Sed *d. l. 1.* id non probat omnino, nisi quatenus supponit pro regula, esse appellandum ad eum, qui dedit, quod satis probat Abb. post alios *in cap. 2. de officio Legati*, & patet ex *cap. super quæstionum, de officio delegati*, & clariùs demonstratur *in cap. si duo, de appellat. in 6.* & *ibi* glossa, vbi dicitur à delegato Papæ ad Papam appellandum; non verò ad Legatum de latere, quamuis vices Papæ habeat, sic Marches. *tract. de commiss. p. 1. de commiss. super diuers. c. 28. num. 61.* ibi, *propterea, fol.* 305. in secunda impressione. Iuuat quòd à delegato Principis appelletur ad Principem, non obstante, quòd delegatus fungatur auctoritate Principis, vt vult Breder. *tract. de appell. p. 1. tit. 15. col. 138. littera A. vers. à delegato, & vers. si verò*, Scacc. *de appellat quæst. 8. n. 15. & 16.*

Extende responsionem ad Conseruatorem lai- 59.
cum, qui deputatus sit à Papa, à quo etiam appellatur ad Papam, quia consideratur fons, & origo iurisdictionis, vt bene notat Anastas. Germon. *tract. de sacror. immun. lib. 3. cap. 19. num. 86. & tribus sequentib.* & apertè deducitur *ex cap. si duobus. §. denique, de appellationib. cap. nouit, de iudic.* Contrà verò, si Conseruator fuerit Clericus deputatus à Principe seculari, apppellandum est ad Principem deputantem, per regulam generalem, quæ tradit appellandum esse ad eum, qui dedit iudicem, per *d. legem 1. ff. quis, & à quo, l. Imperatores, ff. de appell. & l. præcipimus, §. hæc si, & l. final. C. de iudic.*

Sed quid dicendum de subconseruatore non in 60.
totum dato? Responde, si contingat excommunicati, vel mori delegatum, qui subdelegauit non in totum, tunc appellari à subconseruatore ad Papam, ne delegati absolutio expectata diu præiudicet partibus litigantibus. habetur *in cap. si is, qui caus. de officio delegati in 6.* Quòd si appelletur à subdelegato, non in totum, eo quia non recipit exceptionem per quam denegatur, etiam iurisdictionem habere delegatam: in eo casu appellatio fertur ad primum delegantem, non ad delegatum,

tum, nam si appellatio esset ad delegatum, ipse appellans esset sibi ipsi contrarius, vt colligitur ex *c. si à subdelegato*, quod est penult. *de officio delegati in* 6.

Secus quando simpliciter est subconseruator, seu subdelegatus Papæ, seu Principis; tunc enim ab eo appellatur ad delegatum subdelegantem. *c. 7. si delegatus, in fine*, & *ibi* Ioan. Andr. *de offic. & potest. iudic. deleg. in* 6. Specul. *tit. de appellat. §. nunc tractemus, num. 7. vers. cæterùm, lib.* 5. *fol.* 188. Bartol. *in d. l.* 1. *§. ab eo, num. 2. vers. item oppono*, ibi: *aut appell. ff. quis, & à quo appell.* & Rebuff. *tract. de appellat. in præfat. sub num.* 33. *tom.* 3. *fol.* 478. Ex eo fundamento, quia delegatus Principis refert, & repræsentat Principem; ergo non est appellandum ad Principem, sed ad ipsum delegatum. *c. 27. super quæst. §. porrò, de officio, & potest. deleg.* & notat Abb. *in c. 66. dilecti, el 3. num. 11. de appellat.* & idem est appellare ad ipsum delegatum, vel ad Principem, quod procedit quando delegatus, qui subdelegauit, sibi aliquid causæ subdelegatæ reseruauit, neque integram causam subdelegauit, *d. cap. 27. super quæstionum, §. porrò*, & *ibi* Abb. & Felin. *in principio, num.* 12. *de offic. & potest. iud. deleg.* Scacc. *de appellat. quæst. 7. num.* 63. De subconseruatore in totum dicemus infrà *num. 64. & 65.*

61. Quæritur septimò ad quem appelletur ab arbitris iuris in casu recusationis, & controuersiæ de competẽtia iurisdictionis Conseruatoris Apostolici cum alio Conseruatore, vel delegato? Responde ad Papam, quia in eo casu arbitri electi censentur delegati Papæ, *c. 11. ab arbitris, de offic. & potest. iudic. deleg. in* 6 Abb. *in cap 66. delicti, el 3. vers. 7. casus, num. 14. de appellat.* Marant. *in suo Specul. p. 6. act. 2. principal. in verb. & quandoque appellatur, limit. 7. num. 376. fol.* 512. & Felin. *in cap. 27. super quæstionum, §. porrò, sub num. 14. vers. item fallit in arbitris, de offic. & potest. iudicis delegati.* Nam à sententia illorum, qui sunt delegati à lege, appellatur ad Principem tamquam ad delegantem, Bredet. *tract. de appell. part. 1. tit. 15. col. 139. litt. B. vers. appellatio à sententia.* Quod non solùm habet locum quando est recusatus delegatus Papæ, prout loquitur. *d. c. 11. ab arbitris*; sed etiam quando est recusatus Ordinarius, à cuius sententia appellandum esset ad Papam: longè aliter quando, qui recusatur, est delegatus inferior, vel est talis Ordinarius, de cuius sententia non appelletur ad Romanum Pontificem, nempe quando recusatus est delegatus Regis, vel alterius Rege inferioris: tunc enim ab arbitris appellandum est ad Regem, vel ad Dominum illum Rege inferiorem, Scacc. *de appellat. quæst. 7. num. 109. & 110.* Vide Monetam *de conseruatoribus, cap. 6. num. 183. & 184.*

62. Ex dictis sequitur à Conseruatore etiam clerico dato à Principe seculari appellandum esse ad Principem secularem, ex eo, quòd generale est appellari ad eum, qui iudicem deputauit, vt probat Anastas. Germon. *tract. de sacror. immunit. lib. 3. cap. 19. num. 86. & sequent.* post Abb. *in rubr. numer. 13. vers. sed quatenus*, & Franch. *sub num. 37. vers. tertiò infertur, de appellationibus.* Gregor. Tolos. *tractat. de appellat. lib. 4. cap. 5. num. 3. vers. potest.* Breder. *tract. de appellat. part. 1. tit. 15. in verb. à Clerico, colum.* 132. dicentes appellandum esse ad Principem secularem, qui clericum iudicem constituit. Nisi de iure Regio in particularibus regnis aliud constituatur, vt in regno Franciæ, vbi in temporalibus appellatur ad Dominos à quibus habentur bona illa temporalia, & in Hispania, vbi à Prælatis Ecclesiasticis ciuilem, & secularem iurisdictionem habentibus appellatur ad Regem, prout vult Couarr. *pract. quæst. cap. 4. num. 2. vers. hinc factum est*, & Gregor. Tolos. *de appellat. lib. 4. cap. 4. numer.* 4. iuncto versiculo præcedenti, & Scacc suprà *quæst. 8. num 93. & duobus sequentib.*

Quæritur octauò, an à Conseruatore Aposto- 63.
lico detur appellatio ad Legatum de latere saltem ex consuetudine? Negat Anchar. *cons* 132. & Ruin. *cons. 3. lib. 4.* & Tusch. *verb. conseruatores, num.* 6. vbi volunt non solùm à Conseruatore appellari non posse ad Legatum etiam de latere, sed nec consuetudinem valere, vt à Conseruatore ad Legatum detur appellatio, quod etiam tradit Apost. ad Specul. *tit. de iudic. deleg. §. vltimo, num. 55. litterà B.* ratio, quia in causa Conseruatori commissa, Conseruator est maior Legato etiam de latere, sed potest Conseruator Apostolicus inlubere Legato Sedis Apostolicæ, & procedere contra illum, si suam iurisdictionem impedire velit. Ergo non obrinebit consuetudo, vt appelletur ad minorem, Mandos. *tract. de inhibit. quæst 4. num.* 10. Moneta *de Conseruatorib. cap. 8. num. 163. vers. secunda conclusio, fol. 591. per totum, & cap. 9. fol. 711. num. 135. & num.* 186. Scacc. *de appellat. quæst. 8. art. 2. num* 16. post Marches. *tract. de commiss. p 1. de commiss. super diuers. cap. 28. num. 67. in 2. editione.*

Quæritur nonò, ad quem sit appellandum à 64.
subconseruatore Apostolico in totum ad vnam causam deputato? Responde, ad Papam, vt probatur ex *cap. super quæstionum. §. porrò, de officio deleg.* ibi, *cùm delegatus à nobis iurisdictionem suam in alium transfert totam, si fuerit appellandum, non ad eum, sed ad nos appellar. debebit*, Couarr. *in practicis, cap. 4 numer.* 8. Franc. Ma rc. *quæst. 73. numer. 2 & quæst. 345. num. 4. tom. 1 & quæst. 535. num. 9. tom. 2.* Molin. *de instit. tract. 5. disputat. 21. num. 6. & disp. 22. num.* 1. Barbosa *in l. cùm Prætor §. 1. num. 518. ff de iudic.* Narbona *de appellat. à Vicario ad Episcopum, part. 1. num.* 34. Cæsar Barzius *in Bononien. decis. 155. Præsuppositis, sub num.* 2. & Scacc. *de appell. quæst. 8 limit. 2. nu-*
mer. 34. Quando autem Conseruator sit depura- 65.
tus à Principe seculari, & ipse subdeleget, & transferat in totum in subconseruatorem vices suas, non ad Principem, sed ad committentem, vel subdelegantem appellandum est, quia id decretum est de iure ciuili in delegato tum generaliter *in l. præcipimus, §. hæc si, C. de appellat. l. final. C. de iudiciis, l. 1. in principio, ff quis, & à quo appell.* tum etiam in specie appellationis à subdelegato *in l. vnica, C. qui pro sua iurisdict.* vbi habetur absolutè appellandum esse ad illum, qui causam commisit, non autem ad primum delegantem, Moneta *de Conseruatoribus, cap. 9. num.* 188.

De potestate Subconseruatoris.

§. IV.

EPITOME.

66. *Subconseruator non potest subdelegare aliquam causam, quamuis habeat facultatem subdelegandi a Conseruatore.*

Subconser

66. QVÆSTIONIS est, quidnam potestatis sit subconseruatori? cui interrogationi responderi potest non posse subconseruatorem subdelegare causam aliquam, ita Abb. & Franch. & alij *in c. cùm causam, de appellationibus*, per textum *cùm non nisi delegatus à P incipe*, Couar. *lib. 3. variar c 20. n. 10. vers. superest, & in vers. & profectò asserit*, quamuis Conseruator commiserit subconseruatori facultatem subdelegandi: adhuc enim delegato à Principe non est integrum eam facultatem committere subdelegato, glossa *in c. super quæstionum, §. porrò, verb. transfert, de officio delegati*. Archid. *in c. quamuis, initio, de officio delegati*, Marant. *4. p. dist. 5. principali, an iudicium sit ordinarium, num.* 63. Mandos. *regul. 4. Cancellaria, quæst. 3. n. 7.* Bolognet. *l. 1. n. 137. ad finem, vers. quintò potest, de officio eius*, Villalobos *in communibus, litt. D. n. 55.* & Sanchez post alios, *de matrimonio lib. 3. disp. 31. n. 9.* Nec refert si dicas Conseruatorem esse instar Ordinarij, sed Ordinarius potest committere suo delegato potestatem subdelegandi, vt ait Sanchez suprà *num. 6.* Ergo Conseruator potest suo subconseruatori concedere potestatem subdelegandi saltem causam vnam.

Respondetur tamen delegatum ad vniuersitatem causarum ita esse verè delegatum, vt non sit in pluribus instar Ordinarij: atque ita delegatus
67. inferioris Principe, qualis est subconseruator, nequit subdelegare, vt in specie etiam probat Decius *in d. c. cùm causam, n. 8.* nisi fortè fuerit articulus aliquis iurisdictionem minimè continens; secus si articulus fuerit nudi ministerij, vt benè tradit Sanchez *d. disput. 31. n. 10* & Petrus Ioan. Monet. *de Conseruatorib. iudicib. c. 7. n. 72.* Probatur ex *c. vltimo, §. vices quoque, de officio delegati in 6.* vbi prohibetur regulariter Conseruatori committere vices suas, dum ibi ait Bonifacius octauus vices quoque suas (citationibus, & sententiarum denunciationibus duntaxat exceptis, quas per alios valeant exercere,) nulli committere possint.

Ex quibus verbis patet ante dispositionem eiusdem capitis final. potuisse Conseruatorem aliis committere vices suas in eo, in quo iurisdictionem habebat: nunc autem posse committere citationes, & sententiarum denunciationes, aut intimationes ex eo, quia articuli non continentes iurisdictionem à quolibet iudice possunt delegari, per textum *in c. super quæstionum, citato*, & ibi Abb. & Hostiens. & Sanchez *d. lib. 3. de matrim. disp. 31. num. 10.* nisi Conseruator vltra citationes, & sententiarum denunciationes in litteris habeat posse committere vices suas, vt constat ex eodem *cap finali, in d. vers. vices quoque, propè finem*, quæ verba debent intelligi, vt possint Conseruatores alteri vices suas committere intra ciuitates, seu Diœceses, in quibus fuerint deputati. Quin etiam huiusmodi actus commissionis, seu subdelegationis non poterit exerceri nisi in locis in quibus deputati fuerint Conseruatores, atque ita tradit Ioan. Petr. Monet. *de Conseruatorib. iudicib.* quamuis subobscurè, *cap. 7. num. 59. & sequent.*

Ad hæc subconseruator potest excommunicationem, & aliam quamlibet censuram pronunciare prout de subdelegato liquet quo ad interdictum, ex *c. ex litteris, de officio delegati*, & generaliter, quoad censuras vult Vgol. *tract. de censuris tab. 1. c. 8. n. 1.* & in specie gloss. communiter probata *in Clementina vnica, verb. permittunt, de excessibus Prælatorum.* 68.

Quin adde Conseruatores non posse subdelegationes in se factas à Conseruatoribus etiam tacitè reiicere, neque semel susceptas absque iusta causa deponere. Probatur ex *cap. prudentiam, §. adiicimus, de offic. & potest. iudic. deleg.* vbi si aliquis non exequatur Papæ rescriptum, quod sibi mandatum est, venit grauiter puniendus, Tiraquel. *de priuilegiis scholar. priuilegio* 81. Ex causa tamen iusta tam Conseruatores, quàm subconseruatores commissiones sibi factas possunt non acceptare, & acceptatas dimittere; textus *in cap. pastoralis*, ibi, *dummodo se malitiosè exonerare non quærat, de offic. & potest. iudic. deleg.* Ergo interueniente causa iusta, & exclusa malitiosa excusatione, possunt subconseruatores se eximere ab eo onere iudicandi. Neque est dubium esse onus iudicare, Boërius *decis. 222. n. 1. & 2.* Barbos. *in d. c. pastoralis, num. 3. verb exonerare.* 69.

Sed petes, à quo subconseruator veniet puniendus si malitiosè se exoneret à delegatione sibi mandata? Responde non posse argui ab inferiore, vt colligitur ex glossa *in d. cap prudentiam adiicimus, in verb. arguendus*, ibi §. *sed quis arguet eum, aut puniet?* sequitur Abbas *in cap. final. de rescriptis, col. vlt. num.* 17. dicens delegatum delinquentem in non procedendo, quia in hoc casu solùm delinquit contra Principem, vel Pontificem, non obediendo mandatis illius, puniendum esse à superiore, non verò per inferiorem. Quòd si contingat delinquere iniustè agendo: tunc puniendum esse per Ordinarium loci, quia non punitur, nec conuenitur tanquam delegatus, sed tanquã criminosus, idem tradit Montal. *in l. 4. tit. 7. foro legum lib. 1. in gloss final. in fine*, concludens sine distinctione delegatum Principis delinquentem in processu esse puniendum ab Ordinario, vt *in Anth. Vt iudices sine quoquo suffragio, §. volumus, collatio. 2.* fauet Iason *in l. 2. ff. de in ius vocand. n. 2. versicul.* adde quatenus tradit delegatum Papæ si delinquat, posse accusari coram Ordinario, & puniri postea finito officio. Ioan. de Platea *in l. siue expretoriano, C. de executor. & exactor. lib. 12.* vbi asserit quamuis delegatus aliàs censeatur maior Ordinario, si tamen delinquat in Prouincia sibi mandata Ordinarium, siue Præsidem posse contra eum cognoscere, quòd abusus fuerit sua iurisdictione in processu causæ. Secus quando renuit delegationem

nem sine causa excusante acceptare, tunc enim nisi acceptet, punietur à superiore, non verò ab Ordinario.

Hæc autem resolutio placet Francisco de Auiles *c.1 Prætor. verb. mandado, num. 33. fol.* 27. & est certa quo ad regulatum Conseruatores, eo quia in litteris Conseruatoriis præcipitur iisdem, quando à Regularibus fuerint requisiti, & electi, vt teneantur sub excommunicationis, & suspensionis pœna ipso facto incurrenda officium acceptare, ita Ioan. Bapt. Confett. *in collect. litterarum Apost. & priuileg. regular. Mendican. tit. 4. cap. 6. ad finem*, & tradit Emanuel Rodriquez *regul. quæstionum, tom. 1. quæst. 65. art.* 4. dicens Conseruatores eligendos à Regularibus teneri obsequi acceptando sub pœna peccati mortalis, nisi causam iustam habeant quod etiã præcepit Leo X. & Innoc. VIII. in virtute sanctæ obedientiæ, quæ omnia ostendunt Cõseruatores, qui detrectant acceptare hoc munus non ab alio, nisi à Principe imperante, puniri debere, si mandatum Apostolicum exequi renuant, aut contemnant, *d. glossa in cap. pru-*
70. *dentiam, supra allegato, in verb. arguendus*, & text. *in cap. statuitus, de rescriptis.* Cessante autem causa iusta non acceptandi, potest subdelegatus cogi ad suscipiendam subdelegationem: probatur, quia si tenetur acceptare subdelegationem, tenetur etiam iusta causa cessante prosequi ad sententiam vsque inclusiuè, quoniam verba sunt accipienda cum effectu, *l. 1. §. hæc autem verba, ff quod quisque iuris. cap. relatum, de clericis non resid.* Ioan. Monet. *de Conseruatorib. iudicib. cap.* 10. *ex num.* 344 *ad* 347. Fr. Ioan. de la Cruz *lib. 2. cap. 10. in principio concl. 3. fol.* 142.

71. Porrò subconseruator debet habere qualitates requisitas in Conseruatore, atque ita de iure communi, per *cap. final. de officio delegati*, potest esse, vel Episcopus, vel Abbas, vel constitutus in dignitate Ecclesiastica, tam in Ecclesia Cathedrali, quam in Collegiata; proinde quando vigore litterarum potest Conseruator subdelegare alteri vices suas, id tamen debet facere personis duntaxat qualitates necessaria habentibus, quales sunt, quæ in Conseruatore ex dispositione *c. fin. de officio deleg. in* 6. requiruntur; quarum meminit Ioan. Petr. Monet. *de Conseruatoribus iudicibus cap. 5. num.* 119. *& duobus sequentibus, & n.* 168. *& cap. 7. num.* 65. etiamsi in litteris, quæ concedunt subdelegationem, & iudicialem indaginem permittunt, adsit clausula illa derogatoria, *Non obstantibus iuribus, quæ disponunt de Conseruatoribus*, adhuc enim subconseruator debet habere qualitates requisitas in Conseruatore; sequitur Felinus *in c. si pro debilitate, col. 2. de officio delegati*, & dixi suprà *n.* 3.

Quin imò si Pontifex ex certa scientia deputet aliquem Conseruatorẽ non habentem qualitates requisitas, vt concedit Regularibus, & aliquibus Religionibus facultatem eligendi Conseruatorem sine qualitatibus requisitis *in d. cap. final.* & Conseruatores sic electi facultatem subdelegandi habeant, & subconseruatorem deputent, subconseruator debet habere qualitates, quas petit *d. cap. vlt.* quamuis Decius id non opus esse tradat *in cap. statutum, de rescriptis, num.* 28. vt meliùs asserit Felin. *supra*, quoniam illa concessio facta
72. non habenti qualitates requisitas à Romano Pontifice, est priuilegium personale, quod non communicatur alteri, neque egreditur illum, cui est concessum, *cap. priuilegium, de regul. iur. in* 6. & ideo non debet extendi ad alias personas, neque subconseruator sine qualitatibus requisitis de consensu partium, potest aliquid operari, quia si Pontifex voluisset de consensu partium iurisdictionem prorogari posse, id declarasset, sicut fecit in delegato, quo ad hoc, vt posset procedere extra locum delegationis, *in d. cap. statutum §. in nullo, de rescriptis in* 6. qua ratione vtitur glossa *in d. cap. final.* quo ad Conseruatores, *in verb. præsumant*, & in simili vtitur Pontifex *in cap. ad audientiam, de decimis.* Monet. *d. cap. 7. num.* 414. Item quoniam *in d. cap. final. in fine, de offic. deleg. in 6.* insertum est decretum irritans, *quicquid secus actum fuerit tam ad hoc, quàm quo ad alia singula, omnino decernimus irritum, & inane*, quibus verbis inducitur decretum irritans, quod inficit, & annullat omnia, quæ in contrarium fiunt, & tollit omnes iuris effectus, ita vt nec aliquod iuris fomentum habeant, *cap. si eo tempore, de elect. lib. 6.* Gomezius *in reg. de triennali quæst.* 49. *num.* 3. Cassador. *decis. 1. sub num. 7. de restitut. spoliator.* Rebuff. *ad concordata, in rubrica de firma, & irreuocabili concordatorum stabilitate, vers. vlt. notanda est clausula decreti*, Gonzal. *glossa vlt. in n. 1. 12. 66. & sequent.*

An verò subconseruator incurrat suspensionem 73.
contentam *in cap. final. de officio delegati in* 6. Responde, si abutatur sua iurisdictione vltra fines, ad alia quàm manifestas iniurias, & violentias scienter, & sine speciali potestate se immisceat in iis, quæ exigunt iudicialem indaginem, manere suspensum ab officio, sicut Conseruator incurrisset, si suam potestatem excederet, & eam extenderet scienter, & sine speciali facultate ad alia, quàm manifestas iniurias, & violentias. Ioan. Petr. Moneta *de conseruatoribus iudicibus, cap. 7. num. 575. vers. quarta conclusio.*

Nec obstat quòd in pœnalibus subrogatus non sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, vt notat Bartol. *in l. mulcta, ff de condit. & demonstrat* Iason *in l. si eum, § qui iniuriarum num. 24. ff. si quis caut.* & Farin. *de pœnis lib. 1. tit. 3. quæst. 24. post num.* 67. pro quo iuuat textus *in cap. 1. de officio Vicarii in* 6. dum ait gerentem vices officialis, contra quem pronunciata est excommunicatio, non ligari propterea sententia excommunicationis; iuxta interpretationem illorum, qui caput illud exponunt de delegato ab ipso officiali, prout notat Vgolinus *de censuris tabula 1. cap. 17. §. 8. num. 2. in fine.* Quia hoc intelligendum est vbi non est eadem ratio, sed diuersa: proinde non incurritur eadem pœna. At in nostro casu eadem ratio vrget, nec mutatur casus, quia subconseruator delinquit in eodem, in quo Conseruator si deliquisset, eadem pœna punitetur: igitur subconseruator excedens fines suæ potestatis incurrit prædictam suspensionem ab officio, sicut incurrit Conseruator dum abutitur sua iurisdictione extendendo potestatem suam sine speciali facultate ad ea, quæ exigunt iudicialem indaginem scienter: quia sub nomine delegati continetur etiam subdelegatus, vt colligitur ex *cap. si a subdelegato, de officio delegati, in* 6. & ex *cap. ex litteris, extra eodem titulo*, & ex *l. more maiorum. ff. de iurisdict. omn. iud.* Monet. *sup. d. cap. 7. num.* 177. *fol* 490.

Quæri etiam potest quando cesset iurisdictio,
& officium subconseruatoris? Responde in pri- 74.
mis iurisdictionem subconseruatoris ad beneplacitum concessam à Conseruatore expirare etiam,

quoad

quoad negotia incepta morte Conseruatoris. constat ex *cap. si gratiosè, de rescriptis in* 6. Nam voluntas personæ morte perit, quamuis res non sit integra, ex ratione tradita *in eo cap.* ibi, *per obitum, per quem ipsius beneplacitum extinguitur omnino.* glossa *ibidem, verb. Morte, in fine,* & *ibi* Franch. *num.* 10. Couar. *lib.* 3. *variar. cap.* 15. *num.* 14. *vers.* 2. & ostenditur *in c. si delegatus, de offic. deleg. in* 6. Quare ita concessa ad beneplacitum suæ voluntatis non sunt perpetua, sed expiranr, & extinguuntur morte concedentis, siue concedens sit Rex, siue Pontifex, siue Ordinarius, Enriquez *in summa lib.* 7. *c.* 21. *n.* 5. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 34. *num.* 7. Gutier. *pract. lib.* 3. *quæst.* 11. *num.* 19. & Gonzal. *de mensib.* §. 1. *proœm. num* 9. *cum sequentibus,* & Sanchez *lib.* 8. *de matrim. num.* 49. Secus si concedantur ad beneplacitum dignitatis: tunc enim sunt perpetua, donec à successore, vel ab eodem reuocentur, habetur expresse *in d. cap. si gratiosè, de rescriptis in* 6. DD. præcitati, quos sequitur August. Barbos. *alleg.* 57. *n.* 190.

Hæc autem non procedunt quando iurisdictio concessa ad beneplacitum personæ concedentis, est ordinaria: tunc enim non extinguitur, etsi re integra moriatur concedens, eo quia est fauor publicus, & publica vtilitas, quæ versantur in conseruanda iurisdictione ordinaria. Bald. *in l. meminisse num.* 2. *quæst* 4. *ff. de offic. Proconsulis,* Anton. Gabriel *tom.* 3. *communium lib.* 6. *tit. de prebend. conclus.* 1. *num.* 32. & Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *quæst.* 69. *num.* 9. Quod claudicat in iurisdictione Vicarij Episcopi, quæ est ordinaria, & extinguitur morte Episcopi concedentis, ex ea ratione, quia iurisdictio Vicarij cohæret iurisdictioni Episcopi tanquam accessoria: ideo extincta iurisdictione principali, morte Episcopi, expirat accessoria Vicarij, Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disp.* 29 *n.* 13.

75. Similiter sicut expirat concessio morte concedentis facta ad eius beneplacitum, ita extinguitur finito eius officio, quia similia verba concessionis intelliguntur, quandiu concedens perseuerauerit in officio, & sicut morte perit voluntas concedentis ad beneplacitũ, sic extinguitur voluntas officio finito, nec potest voluntas vlteriùs protrahi, eo quia reuocare est actus iurisdictionis, sicut & protrahere iurisdictionem est actus iurisdictionis; & ideo cùm finito officio concedens destituatur iurisdictione, non potest ad id tempus voluntas illius extendi. Bartol. *in l. centesimis,* §. *si ita stipulatus num.* 11. *ff. de verbor. oblig.* & *ibi* Iason *num.* 5. Curt. iunior *in l. more, n.* 88. *ff. de iurisd. omnium iudicum.*

Non extinguitur tamen iurisdictio subconseruatoris concessa ad voluntatem Conseruatoris illo excommunicato postea, vel in dementiam, vel furorem incidente. Prior pars probatur, quia quamuis Conseruator prout est excommunicatus, non potest officij sui partes agere, eius tamen voluntas adhuc substat, & perseuerat, Franch. *in cap. si gratiosè num.* 12. *de rescriptis in* 6. vbi vult non cessare concessa ad concedentis voluntatem per concedentis suspensionem. Confirmatur argumento iurisdictionis delegatæ, quæ perit delegantis morte, non tamen delegante excommunicato. Bartol. *in d. l. centesimis* 46. §. *si ita stipulatus num.* 12. *ff. de verbor. obligationibus,* & *ibi* Iason *n.* 16. Posterior pars est Couaruuiæ *in* 3. *variarum c.* 15. *num.* 4. *vers.* 3. vbi vult per furorem non cessare voluntatem, sed per obitum, quæ differentia apparet ex *cap. maiores,* §. *final. de baptismo,* & ex *l. si is, qui animo, ff. de acquirenda possessione,* vbi ostenditur morte expirare voluntatem, non autem dementia, vel furore.

Porrò subconseruatoris iurisdictio morte 76.
etiam ciuili Conseruatoris non extinguitur, nec suspenditur, quoad negotia cœpta. Probatur, quia quo ad negotia cœpta non expirat, subconseruatoris iurisdictio mortuo Conseruatore, habetur *in cap. licet vndique, vers. si iurisdictione, & vers. morte mandatoris, de officio, & potest. iudic. deleg.* Sanchez *de matrimonio disp.* 28. *num.* 30. vbi loquitur an potestas delegata ad litteras iustitiæ exequendas expiret morte concedentis, firmatque expirare, quando moritur concedens re integra, hoc est, priusquam delegatus incipiat iurisdictione vti. Contrà verò si res non est integra, sed ipsa vti cœptum est, Ioan. Petr. Moneta *in specie d. cap.* 10. *num.* 259. per text. *in d. c. licet vndique, de officio iudicis delegati,* vbi habetur, si collega subdelegatus à suo collega incipiat vti viuo adhuc subdelegante, iurisdictione sibi commissa posse adimplere vices, & partes suas, & alterius. Confirmatur ex *d. cap. si delegatus, de officio delegati in* 6. vbi dicitur, si delegatus absit, & alicui vices suas cõmittat, posse subdelegatum post mortem delegati vlterius progredi, si viuente delegato iurisdictionis exercitium inchoauit. Eodem modo poterit negotium expedire, ac finire, si subdelegato delegatus partes suas committat sub hac forma, donec duxero vices meas reuocandas. Tunc enim talis subdelegatio non expirabit morte committentis, ex quo res non est integra, nisi ante mortem committentis ab eodem fuerit reuocata, prout conceptis verbis ibi Romanus Pontifex statuit, quoniam perpetuatur in subconseruatore iurisdictio, vbi iurisdictione vti cœpit.

Sed quid dicendum quando Conseruator, qui subdelegauit, eo tempore erat excommunicatus, nominatimque denunciatus, vel suspensus, vel notorius clerici percussor? Responde primò subdelegationem esse omnino nullam; ex *cap. exceptionem, ad finem, de exceptionibus,* quod loquitur generaliter de quocunque iudice excommunicato statuendo eius iudicium esse omnino repellendum, quamuis partes non opponant ibi *excommunicatus autem publicè, & si huiusmodi exceptio non opponitur, nihilominus est officio iudicis repellendus.* Ex quo textu constat actus ab excommunicato isto factos ad iurisdictionem pertinentes esse irritos, quod etiam ostenditur ex *cap. licet, de sententia excommunicationis in* 6. vbi repellitur excommunicatus ab omnibus actibus legitimis, & ex *cap.* 1 *de officio Vicarij in* 6. his verbis, ibi, *ea, quæ ipsi gerendi huiusmodi vices, agunt, eo taliter excommunicato manente, si iurisdictionem tantum recipiunt ab eodem, non possunt obtinere vigorem.* Ex quo itidem liquet subdelegationem factam per Vicarium excommunicatum esse irritam; eo quia nemo potest committere iurisdictionem, qua caret, committere: sequitur *ibi* Hostiensis *verb. gerunt,* & Franch. *num.* 7. adduntque iurisdictionem in huiusmodi excommunicato esse mortuam penes illum, iuuat textus *in cap. aduersùs, de immunitat. Ecclesiæ. vers. quia verò,* per hæc verba *ibi, adiicimus, vt constitutiones, & sententia, quæ à talibus fuerint promulgata, inanes, & irrita habeantur, nullo vnquam tempore valitura.* Moneta *d. cap.* 10. *num.* 222. cum aliis.

Responde secundò delegatum suspensum, vt

amitta r

admittat iurisdictionis vsum, seu exercitium saltem, quo ad actuum validitatem debere esse denunciatum, vel notorium clerici percussorem, quod notat Suar. *de censuris disp. 26. sect. 2. num. 2.* Sayro *de censuris lib. 2. cap. 12. num. 21.* & alij, quos referens sequitur Monet. *de Conseruatoribus c. 10. n. 217. & sequent.*

Responde tertiò per excommunicationem Conseruatoris, qui subdelegauit, non extingui, sed suspendi dumtaxat iurisdictionem, & officium in subconseruatore, quo ad causas nondum inceptas priusquam excommunicatio superuenerat: secus autem vbi delegans, aut subdelegans excommunicatus sit re integra. Prior pars probatur, quia per excommunicationem superuenientem iurisdictio delegantis, aut subdelegantis non tollitur, quando res integra esse desiit. Posterior ex eo constat, quia subrogatus antequam incipiat vti iurisdictione, non censetur habere iurisdictionem efficacem, sed simplicem vtique: at verò cùm est excommunicatus, iurisdictio non potest in illum transire, vt colligitur ex *cap. licet vndique*, & *ibi* glossa *in verb. re integra, de officio iudicis delegati,* Ioan. Andreas *in cap. 1. de officio Vicarij lib 6.* Vgolinus *de censuris tab. 2. cap. 11. § 4. num. 2.* Sayro *eodem tit. lib. 2. cap. 6. num. 20.* Moneta *de Conseruatoribus cap. 10. à numero 270. vsque ad num. 275.*

Idem dicendum est quando Conseruator est suspensus, vel simpliciter, vel à iurisdictione, vel ab officio: tunc enim etiamsi non extinguatur iurisdictio in subconseruatore, suspenditur tamen, quo ad negotia non cœpta vsque ad sublationem suspensionis, prout in delegato post Franchum *in cap. si gratiosè, numer. 12. de rescriptis in 6.* vult inter alios Sanchez *de matrim. d. disp. 28. numer. 57.* quo ad suspensionem delegantis, & Moneta *d. cap. 10. num. 223.* dummodo Conseruator sit denunciatus respectu suspensionis, *& num. 274.* vbi limitat hanc resolutionem, vt non suspendatur iurisdictio in Vicario Episcopi subconseruatore deputato ab illo tanquam Episcopus fuerit, & ipse Conseruator à Romano Pontifice deputatus, & virtute litterarum poterat constituere subconseruatorem etiam Vicarium Episcopi. Etenim in hoc euentu, si Episcopus denuntietur suspensus, vel excommunicatus, integrum est Vicario progredi vlteriùs, quo ad negotia incepta in causis sibi ab eo commissis, nec non quo ad negotia non cœpta in causis sibi ab alio demandatis; ratio, quia quamuis Vicarius destituatur per excommunicatione, & suspensionem Episcopi iurisdictione ab Episcopo sibi tradita, etiam quo ad negotia cœpta, prout habetur expresse de excommunicatione *caput 1. de officio Vicarij. in 6.* & de suspensione, & interdicto tradunt Bertachinus *tract. de Episcopo lib. 4. p. 5. numerom 69.* Cucch. *lib. 2. institut. maior. tit. 8. numer. 134.* & Rebuff. *in praxi beneficiorum tit. de forma vicariatus, numero 217.* quos sequitur Sanchez *lib. 3. disp. 30. numero 8.* Hoc tamen intelligitur de iurisdictione, quam Vicarius recipit ab Episcopo: secus quando Vicarius habet iurisdictionem subdelegatam non solùm ab Episcopo, sed etiam à Romano Pontifice mediante persona Episcopi, qui eo tempore, quo subdelegationem fecit, non erat censura aliqua irretitus, nec notorius Clerici percussor; quare Vicarius in hoc casu est subdelegatus, vel subconseruator Apostolicus. 77.

Breuiter ergo quæres, quibus aliis modis expiret iurisdictio subconseruatoris, aut suspendatur? Responde subconseruatorem amittere exercitium iurisdictionis, quo ad negotia non cœpta per seruitutem, aut bannum Conseruatoris, quòd si Conseruator iura sua iure postliminij recuperet, aut aliàs ad ea regrediatur, ex tunc subconseruator poterit iurisdictionem suam exercere, quo ad negotia non cœpta, nisi alter Conseruator loco illius deputatus esset. Idem dicendum est, si Conseruator officio priuetur: tunc enim non expirat in subconseruatore iurisdictio, quo ad cœpta, sed quo ad non cœpta. Quod extende ad officium Conseruatoris quando expirat per lapsum temporis præfixi, aut per renunciationem officij factam à Conseruatore, vel per reuocationem talis electionis; in quibus omnibus, quoad non cœpta expirat in subconseruatore iurisdictio; secus quo ad incœpta excepto casu lapsus temporis præstituti, in quo per huiusmodi lapsum expirant litteræ conseruatoriæ datæ ad certum tempus quo ad negotia cœpta, & non cœpta, ita in terminis Ioan. Andr. *in additionibus ad Specul. tit. de indicib. deleg. §. final. sub numer. 74. verb. Conseruatoribus, seu littera A. vers. est secundum dubium,* quem refert, ac sequitur Fr. Eman. Rodr. *tom. 1. quæst. regul 65. art. 9.*

Probatur ex traditis à Baldo *in l. edita, col. 13. vers. sed hic quæritur nunquid sufficiat, C. de eden.* vbi vult quòd affirmatiua ad tempus certum limitata inducit, & importat negationem post illud; sequitur Bartol. *cons. 100. A. Domino Cyn. de Bononia in 2. dubio,* dicens, si statutum permittat, vel disponat intra certum tempus, censeri eo elapso prohibere, atque ita inquisitionem postea factam esse ipso iure nullam, fauet idem Bartol. *in l. 1. §. vltimo, ff. de procuratoribus,* quatenus ait, Procuratorem ad certum tempus datum expirare post illud tempus, neque admitti ad prosequendum, quamuis litem fuerit contestatus, quamuis aduersarius voluerit, Paulus de Castro *cons. 104. Visis, & ponderatis, col. 1. lib. 1.* & Baldus *in l. si plures, col. vltim. vers. quæritur vlterius. C. de condit. insert. & in l. cum anterioribus col. 2. vers. nota quòd ille, C. de temp. appell.* vbi docet illum, qui errat in calculo temporis, debere sibi imputare. Fauet Matthæus de Afflict. *decis. 73. Emptor cuiusdam seruæ, numero 3.* dicens conditionem implendam in tempus, non posse impleri post tempus expressum, facit bene ad hoc *in l. Thais. §. intra certa tempora, ff. de fideicom. liber.* vbi non admittitur ad implendum conditionem post tempus, vt habeatur ac si esset impleta in tempore: atque ita quando tempus est taxatum, non potest implere post tempus expressum, per dictum *§. intra;* quod procedit tam in conditionibus momentaneis, quàm successiuis, arg. *l. statu liberum, §. scriptum, ff. de legat. 2.* Vnde si præfigatur tempus ad pronunciandum, laudum post diem compromissi latum per horam vnam, non valet. Bald. *in 1. vol. cons. 372.* incip. *Proponitur, quod dictum compromissum,* & Afflict. *suprà num. 8.* sicut è contrario vetitum ad tempus censetur post illud tempus permissum, *l. Imperator, & ibi* Baldus, *ff. de postu l. l. pater filium, § fundum,* & *ibi* Bart. & Alberic. *ff. de leg. 3.*

Quo ad reliqua contenta *in §. breuiter ergo, num....* probantur ex traditis à Ioan. Petr. Moneta *cap. 10. de Conseruator.* 117. *& sequentib. fol.* 798. *& sequentib. & num.* 263. *cum sequentib. fol.* 861. vbi in specie confirmat nostram doctrinam post Sanchez, & alios ab eo citatos *lib. 8. de matrim. disp.* 28. *num.* 32. *& sequentib.* Quo ad negotia verò cœpta absque vlla distinctione dicendum est posse subconseruatorem procedere, non obstante quacunque morte ciuili, quæ adueniat Conseruatori; quia non debet plus operari mors ciuilis, quàm naturalis; sed Conseruator, si decedat naturaliter, subconseruator potest procedere quo ad negotia cœpta: ergo poterit operari subconseruator, si Conseruator morte ciuili pereat quo ad negotia cœpta, Moneta *supra* ex *n.* 265. *fol.* 861.

Subconseruator, si fiat seruus, illius seruitute suspenditur iurisdictio in eo, donec ad libertatem reuocetur, quia quamuis seruus non possit esse iudex, per *l. cùm Prætor. §. non autem, ff de iudiciis, & l. seruus, iuncta glossa C. eodem titulo, cap. 1. vers. moribus, 3. quæst. 7. & cap sciscitatus, de rescriptis*, id intelligitur, si à principio fiat iudex, non autem superueniente postea seruitute: tunc enim non expirat ipso iure eius iurisdictio, sed suspenditur, donec reuocetur ad libertatem: atque ita liber factus subconseruator iura recuperabit, Moneta *d. cap.* 10. *num.* 278. *cum sequentib.* quæ conclusio habet locum in Episcopo seruo facto, vbi fuerit deputatus subconseruatur, vel Conseruator. Non transibit tamen vsus, vel exercitium talis iurisdictionis durante seruitute in Capitulum, quia in Capitulum non transit iurisdictio delegata, sed ordinaria duntaxat. Fran. Pauin. *tract. de potest Capit. sede vacant par. 1. quæst.* 19. Feder. sen. *conclus.* 30. Quarant. *in compendio Bullar. verb. Capitulum Sede vacante, in principio*, Moneta *d cap.* 10. *num* 166 & Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 2. num.* 10. *vers. id tamen est verum de iis, quæ competunt iure speciali delegato, seu ex commissione Episcopo; secus si de iure Ordinario speciali. Atqui in nostro casu competit iurisdictio Conseruatoris Episcopo ex commissione, vel iure speciali delegato: ergo eo mortuo non transibit iurisdictio in Capitulum.* idem Moneta *d. cap.* 10. *numer.* 279. *fol.* 865.

Denique subconseruatoris morte naturali, vel ciuili regulariter non expirat, aut suspenditur iurisdictio in Conseruatore. Ratio, quia iurisdictio ex quo ipse vsus non extitit, non censetur in subconseruatorem efficaciter transiisse. Quòd si subconseruator cœpit vti iurisdictione, & subdelegatio in totum non fuit facta, sed aliquid iurisdictionis est reseruatum Conseruatori, potest Conseruator commissionem ad se reuocare, prout in delegato cauetur *in cap. super quæstionum, §. porrò, & §. eius ergo, de officio delegati*, Moneta *d. cap.* 10. *de Conseruatoribus iudicibus, num.* 249. *fol.* 855. vbi ait causam posse resumi a Conseruatore, si subconseruator datus etiam in totú moriatur re integra, & non vtatur iurisdictione: quin etiam posse Conseruatorem ad se reducere subdelegationem quotiescunque subconseruator non incepit vti iurisdictione. Vel quotiescunque delegatus in subdelegatione, etiam in totum concessa, adiecit clausulam, donec vices suas ad se duxerit reuocandas: secus si fiat subdelegatio in totum sine clausula prædicta, donec vices suas ad se duxerit reuocandas. Tunc enim, si subconseruator incipiat vti iurisdictione, euanuit omnino Conseruatoris iurisdictio; censetur enim translata cum effectu Conseruatoris iurisdictio in subconseruatorem, text. *in d. cap. super quæstionum, §. porrò*, facit *cap. si delegatus, de officio delegati in* 6. quatenus si ibi dicitur, quòd à subdelegato in totum non datur appellatio ad subdelegantem, hoc est, delegatum; sed ad delegantem, quia iurisdictio delegati cessauit, vt optimè probatur *in cap. venerabili*, per textum his verbis, *commisit in huiusmodi negotio vices suas*, &c. vbi apparet delegationem finiri, si delegatus in totum subdelegauerit causam ipsam nulla parte sibi retenta, prout etiam vult Peregrin. *var lib. 1. super rubrica de offic. & potest. iudic. deleg. num.* 35. *vers. quarto*, & Augustinus Barbosa *in d. cap. venerabili n.* 5.

Vltimò aduerte non posse Conseruatorem subdelegare extra ciuitates, & Diœceses in quibus deputatus est, etiam quando facultas in litteris Conseruatoriis datur, vt possit aliis committere vices suas, prout cauetur *in d. cap. final. §. vices quoque, de officio delegati in* 6. *prope finem.* 78.
Quæ verba secundùm aliquos sunt intelligenda, quòd actus huiusmodi commissionis non possint exerceri à subconseruatore, nisi in loco in quo deputatus fuit Conseruator, atque ita ibi debeat fieri talis subdelegatio, vbi Conseruator fuit deputatus: quòd verò de solo actu ipso commissionis, seu subdelegationis intelligenda sint, colligitur ex ipsis verbis, *§. vices quoque*, vbi postquam Pontifex decreuit, vt Conseruatores nulli potuissent vices suas committere, nisi id habuerint ex beneficio litterarum, adiecit tunc, *nisi intra ciuitates, seu Diœceses, in quibus deputati fuerint.* Quare non aliter possunt intelligi, nisi de actu commissionis, cuius statim meminerat.

Meliùs tamen dicitur Conseruatores procedere non posse extra ciuitates, seu Diœceses, in quibus fuerint deputati, non tamen necesse esse illos facere actum subdelegationis, dum existunt in loco suæ commissionis, sed sufficere, quòd fiat subdelegatio ibi existenti, & morantì, vt in specie tradit in delegato. Gemin. *in cap. si is, cui, num. 4. de officio delegati in* 6. dicens indistinctè delegatum extra locum suæ delegationis morantem subdelegare posse, dummodo subdelegatus existat intra illum locum, & quamuis subdelegatio sit pars processus, seu de actis iudicij, non dicitur tamen Conseruator contra aliquem rectè procedere, quando subdelegat. Ioan. Petr. Moneta *de Conseruatorib. iudicib. cap.* 7. *numer.* 61. post alios, quos *ibi* referens sequitur.

De ordine seruando in iudicio Conseruatorum.

§. V.

EPITOME.

79. *Ordo vbi deficit, nihil boni emergi.*
80. *Conseruatori debet constare de notorij qualitate, vt fundet suam iurisdictionem.*

81. *Conseruater in causis non summariis de consensu partium quem ordinem debet sequi?*

82. *Ordo in summariis non seruatur in notoriis, quia valde differt.*

83 *In notoriis non requiritur litis contestatio, nec iuramentum calumnia.*

84. *Causis in summariis in quibus proceditur simpliciter, & de plano, non tollitur citatio.*

85. & 86. *Citatio etiam requiritur quando supremus Princeps profert sententiam de potestate ordinaria, secus de potestatis plenitudine inter subditos, secus inter non subditos.*

87. *Conseruatoribus fas est cognoscere tantum de causis, qua non exigunt iuris indaginem, & examinationem iudicialem.*

88. 89. *Conseruatori debet offerri aliqualis petitic, seu libellus, non tamen solemnis dum procedit summariè.*

90. *Conclusio in notoriis non est necessaria, que requiritur in libello formali.*

91. *Libellus formalis, & solemnis, qua debeat continere, & an detur copia illius reo.*

92. *Libellum solemnem offerens in causa summaria debet protestari, quod offerat illum instar petitionis aliqualis.*

93. *Conseruator nequit de consensu partium vti in plenariis eo ordine, qui proprius est summariarum quo ad omnes actus.*

94. *Conseruator in summariis procedere potest tempore feriato ob necessitates hominum, secus de feriis in honorem Dei, vel Sanctorum, nisi necessitas, vel pietas suadeat.*

95. *Conseruator potest aliquas breues dilationes concedere.*

96. *Conseruator potest testes recipere, & examinare, & omnia sine quibus illius iurisdictio non potest expediri, facere.*

97. *Testes in iudicio summario debent esse iurati parte citata, vel præsente.*

98. *Conseruator regularium potest procedere in eorum causis sola facti veritate inspecta.*

99. *Conseruator in causis commissis sine figura iudicij potest omittere substantialia de iure ciuili, non autem de iure naturali.*

100. 101. 102. *Conseruator datus ad terminos iuris debet ferre sententiam super notoria iniuria.*

103. *Sententia in notoriis, sicut, & in summariis potest ferri conclusione non facta, & stando, vel sedendo.*

104. *Iudex procedens simpliciter, & de plano, non tenetur omnem iudiciarium ordinem adimplere.*

105. *Conseruator quomodocumque procedat, debet ferre sententiam in termino citationis vltimo emanata, ad sententiam.*

106. *Conseruator non potest habere terminum vltima citationis pro seruato.*

107. 108. 109. *Conseruator an possit habere terminum pro seruato ex consuetudine in aliquo loco contra iuris dispositionem.*

110 *Consuetudo legitimè inducta potest facere, vt habeatur terminus pro seruato.*

111. *Conseruator non potest habere tribunal erectum, sicut habet Ordinarius; potest tamen ius dicere in loco aliquo honesto.*

NIHIL boni emergit, vbi ordo deficit, cùm ordo sit modus agendi, sine quo nihil boni rectè agitur, teste Bald. *tract. schismatis, col.* 3. Requiritur ergo in iudicio conseruatorio ordo, vt omnia honestè & ritè, & rectè fiant, aliqualis iuris: vt igitur Conseruator procedere valeat, ante omnia debet apparere de iniuria, seu violentia manifesta, & notoria, debetque constare de qualitate notorij, per textum *in cap.* 1. & *vltimo, de officio delegati in* 6. gloss. *in d. cap.* 1. *in verb. Conseruatores*, vbi Ioan. Andr. *col.* 3. & 4. Archar. *num.* 5. Fr. Manuel Rodrig. *tom.* 1. *de Regular. quæst.* 65. *art.* 11. *vers. aduertendum.* Fr. Ludouic. Miranda *in manuali Prælatorum, tom.* 2. *quæst.* 47. *art.* 8. *conclus.* 2. & Azor. 2. *p. lib.* 5. *cap.* 34. *quæs.* 7. ex eo fundamento, quia quando iurisdictio ad aliquem pertinet ratione alicuius certæ qualitatis, debet ante omnia illi constare de ea qualitate, Bartol. *in l. multum interest, numer.* 2. & 5. *ff. de conditionib. & demonstrat.* D. Barbosa *in l. si quis ex aliena num.* 148. *ff. de iudicis.* 79.

Porrò dubitanti Conseruatori de illa notorij qualitate fas est eidem examinare summatim an talis iniuria, seu violentia fuerit notoria, & vt fundet suam iurisdictionem, probationes recipere, quòd si non inueniat illam esse notoriam, abstineat, & se pronunciet incompetentem; secus si reperiat rem esse notoriam, ita glossa, & Doctores ferè omnes suprà scripti. Et quamuis Conseruator deputatus ad terminos dicti *cap.* 1. & *vlt. de officio deleg. in* 6. non possit cognoscere de requirentibus indaginem iudicialem, potest tamen in causis suprà dictis aliqualem indaginem adhibere. Innoc. *in d. cap.* 1. quem sequitur glossa post Host. & Archid. *ibi num.* 3. *in principio, & circa finem*, Gemin. *n.* 2. *prope finem*, Franch. *num.* 3. ex eo fundamento, quia quando conceditur Conseruatoribus iurisdictio in notoriis, seu manifestis iniuriis, censentur concessa omnia sine quibus iurisdictionem non possunt expedire. *l.* 2. *ff. de iurisdict. omni. iudic. cap. præterea, cap. prudentiam, §. penult. de officio delegati.* 80.

Quo ad causas autem non summarias Conseruator deputatus iuxta *d. cap.* 1. & *vlt.* quamuis non teneatur seruare illum iuris ordinem, qui in summariis seruatur, potest tamen illum seruare de consensu vtriusque partis. Prior pars probatur ex glossa, & ex Innoc. *in d. cap.* 1. & *vlt.* & apertè colligitur *ibi*, dum Papa interdicit Conseruatori ne suam iurisdictionem extendat ad ea, quæ iudicialem requirunt indaginem: nam iudicialis indago, teste *d. gloss.* communiter recepta *d. cap.* 1. *verb. indaginem*, in eo posita est, vt iudicialis ordo seruetur. Posterior pars ex eo probatur, quia in summariis potest iudex de consensu partium plenum iuris ordinem seruare. *Clement. sæpe, de verbor. signific.* & deducitur ex *cap. ad nostram el* 3. *de iureiurando, & ex cap. super eo, de test. cog.* vbi habetur iudicem in notoriis, etiam quando habet iuramentum de obseruando iuris ordine in omnibus casibus, non teneri adhærere iuris ordini in notoriis: eo, quia notoria excludunt ordinem iudiciarium. Ex quo sequitur non esse quidem necesse in notoriis sequi iuris ordinem, posse tamen sequi consentiente parte, 81.

ea tamen contradicente non poſſe: & ideo fas eſſe illi appellare, vt colligitur ex gloſſa *in d. cap. ad noſtram 3. verb. requirit, de iureiur.* quatenus ait illum, qui iurauit ſeruare iudicarium ordinem in omnibus cauſis, non teneri ſtare iuramento in notoriis; quoniam in omni notorio, ſi ſeruatur iuris ordo, præiudicaretur iuri actoris, & retardaretur cauſarum curſus, cogereturque actor probare, à quo onere liberatur per notorietatem: accedunt quoque diſpendia litis in longum protrahendæ, & ſumptus immodici, quibus iura attendunt, *cap. finem litibus, de dolo, & contumacia, c. diſpendiis, vt lite pendente in 6.* Ergo ſicut in ſummariis conſentiente parte poteſt plenus iuris ordo ſeruari, qui in plenariis cauſis eſt ſeruandus, ſic etiam in non ſummariis cauſis, iuxta terminos *d. cap. 1. & vltimi*, poterit procedi, ſicut in ſummariis maximè partibus conſentientibus: ſiquidem in ſmmariis poteſt iudex, ſi vult, de conſenſu partium huiuſmodi iuris plenum ordinem ſeruare, vt diſponitur *in d. Clemen. ſæpe.*

82. Sed petes, an idem ordo ſit ſeruandus à Conſeruatore in ſummariis, qui ſeruatur in notoriis? Reſponde negatiuè, quia proceſſus in notoriis, & in ſummariis valde differunt, & iuris ordo, qui in ſummariis cauſis adhibetur, cuius meminit *Clement. ſæpe*, eſt medius inter cauſas plenarias, & notorias; atque ita Conſeruator factus ſecundùm terminos dicti *cap. vltimi, de officio deleg. in 6.* non tenetur ſeruare ordinem illum, qui competit cauſis ſummariis, eo quòd in notoriis nullus ferè ordo ſeruatur; at verò in ſummariis ordo iuris aliqualis ſeruandus eſt.

Nam in notoriis ordinem iuris non ſeruari conſtat ex *cap. peruenit, extrà de teſtibus*, & ex *cap. conſuluit, extrà de appellationib.* Bald. *in l. presbyteri, col. penult. C. de Epiſcopis, & clericis*, Menoch. *de recuperanda poſſeſſione, remed.* 14. *num.* 260. Iulius Clarus *in practica quæſt. 9. in princip.* Conrad. *in pract. titulo de notor. crimine, num. 1. in principio, & in fine, pag.* 242. Anton. Gomez *de delictis cap. 1. ſub num. 42. prope finem*, quibus accedit Farinac. *lib. 1. de delictis tit. 3. quæſt.* 21. *num.* 61. ſubdens tamen hoc procedere in criminalibus. Sed meliùs in ſubiecta materia dicendum eſt habere locum tam in criminalibus, quàm in ciuilibus, quia iura quæ volunt in notoriis non eſſe ſequendum ordinem iuris, indiſtinctè loquuntur, non verò in ſpecie in criminalibus, vt videre eſt præſertim *in d. cap. ad noſtram el 3. de iureiurando, & in cap. ſuper eo, de teſt. cogen.* Item in notoriis non requiritur citatio quando certum eſt reo nullam competere defenſionem, ſecundùm communem, Bald. *in l. à procedente, C. de dilat.* Marſil. *in l. de vnoquoque num. 77. ff. de re iudicata*, Conrad. *num.* 5. & Clarus *d. quæſt. 9. verſ. quæro, vbi proximè.* Fruſtrà enim citatur, qui nihil habet opponere releuans, *cap. cùm ſit Romana, & cap. conſuluit, de appellat.* Item in notoriis non requiritur libellus, nec accuſatio, quia iudex procedit ex officio, & nemine accuſante, non ſolùm de iure ciuili, *l. ea quidem, C. de accuſationibus, l. congruit, ff. de officio Præſidis*; ſed etiam de iure Canonico, *cap. tua nos, de cohabitatione cleric. & mulier. cap. ad noſtram el 2. de iureiurando*, & Anton. de Butrio *in tract. de notorio art. 4. in princip.* & Benedict. Capra *in tract. de notor. 4. membr. num. 4. vſque ad numerum 15.*

Accedit in notoriis non eſſe neceſſariam litis conteſtationem, nec iuramentum calumniæ, ſeu quamuis aliam ſolemnitatem reſpicientem ordinationem iudicij, neque indigere probatione, Bellacomb. *tom. 1. commun. opinion lib. 4. tit. 9. num. 265. pag.* 505. Sutd. *deciſ. 259. num. 14. & deciſ. 326. num.* 81. Mendez à Caſtro *in praxi Luſitana lib. 3. cap. 3. num. 33.* & alij, quos ſequitur Auguſtin. Barboſ. *in d. cap. ad noſtram el 3. de iureiurando, num. 3. & num. 6.* requiritur tamen in notoriis citatio ad ſententiam, aliàs actus erit nullus, gloſſa *in cap. ad noſtram el 3.* vbi Baldus *de iureiurando*, Andr. Barbat. *conſ. 24. num. 16. vol. 1.* Roman. *in ſingular.* 775. incip. *Communis opinio*, Camil. Borrel. *2. p. tit. 28. de citatione num. 27. & 28.* ſicut requiritur in notoriis, quando proceditur contra abſentem: quia tunc etiam, quamuis ſimus in notoriis, neceſſaria eſt citatio, tam in ſententia, quàm in proceſſu. Farinac. *d. quæſt.* 21. *num.* 68. poſt alios. 83.

In ſummariis autem cauſis, in quibus proceditur vel de iure, vel de præcepto Principis ſimpliciter, & de plano, non dicitur ſublata partis citatio, quæ deſeruit pro defenſione, ſic Franciſc. de Claperiis *in deciſ. fiſcal. cauſa 35. quæſt. 2. num.* 2. Item ad ſententiam eſt neceſſaria in ſummariis *d. Clemen. ſæpe, in verb. ſententia, de verbor. ſignific.* vbi gloſſa, & eadem gloſſa *in cap. conſuluit, de officio delegati.* Bartol. *in l. 3. §. Stichus, ff. de ſtatulib.* Camil. Borrel. *ſuprà num.* 3. quod procedit, etiam ſi citationem ſtatutum prohibeat, Baldus *in l. 1. col. 2. C. quomodo, & quando iudex*, Ioan. de Imol. *in Clemen. paſtoralis, de re iudic.* Curt. iun. *in conſilio 170. num.* 21. Felin. *in cap. ex parte, el 2. num. 5. de officio delegati*, Camil. Borrel. *1. p. tit. 44. de citatione, num. 123. & num.* 235. vbi id extendit, dicens requiri ci- 84.
tationem etiam in ſententia, quæ profertur per
Romanum Pontificem, vel alium ſupremum
Principem, vt poſt gloſſam, Baldum, & Ca- 85.
ſtrenſem *l. final. C. de legib.* voluit Alex. *in conſilio*
87. in fine vol. 2. Deci. *in conſ. 602. col. final* Boër.
deciſ. Burdegal. 247. *num.* 6. quorum meminit idem Camil. *de præſtan. Regis Cathol. cap. 47. num.* 189. Quamuis Natta *in d. Clemen. ſæpe, §. & quia, col. 27. de verbor. ſignific.* & Hippolyt. de Marſil. *in leg. de vnoquoque, n. 20. de re iudicata*, putent in horum Principum ſententia non requiri citationem, quod declarat Ludouic. Roman. *in conſ. 369. num.* 29. & Alexand. *conſ. 62. col. final. vol. 1. & in conſ. 87. in fine, vol.* 2. intelligi de poteſtatis plenitudine. Tunc enim aiunt valere ſententiam ſine citatione: ſecus de ordinaria poteſtate.

Sed quicduid ſit de ſupremo Principe proferente ſententiam ſine citatione, verius puto neceſſariam eſſe citationem, quando pronunciat inter non ſubditos, vel in cauſa concernente bona in alieno principatu exiſtentia. Quin etiam quamuis pronunciet inter ſubditos, tutius eſt requiri citationem, & verius, vt volunt Capic. *in deciſ. Neapol.* 69. & Hippol. de Maſil. *in ſingul.* 75. incip. *Citatio*, vbi concludunt contra plenitudinem poteſtatis in Principe, qui non poteſt tollere citationem cùm reſpiciat defenſionem, ſitque iuris naturalis, *Clemen. paſtoralis, §. cæterùm*, vbi omnes ſcribentes *de re iudicata*, Bald. *in l. ſi quando, C. de teſtib.* Bapt. Aſin. *in pract. ciuil. §. 1. cap 1. num.* 28. & Camil. *d. tit. 44. de citatione*, 86.

a num.

à num. 118. *vsque ad num.* 121. *& num.* 504. post alios.

Quare in nostro casu absolutè requiritur citatio etiam in causis summariis, & quoties proceditur omisso iuris ordine, & absque figura iudicij, Marian.Socin.senior *in cons.*12.*col.*1. *vol.* 1. argumento textus *in Clemen.sæpe,in verb sententiam*, vbi glossa *in verb.ad id,de verbor.signific.*& volunt Cacheran.*in decis.Pedemon.*79.*sub n.*19.Flamin.Chartar. *in decis. Genuen.* 21. *num.* 34. *&* 36.Stephan. Gratian. *in decis. Marchiæ* 231. *num.* 2. *&* 4.

87. His positis integrum est Conseruatoribus cognoscere solùm iuxta terminos *capitis* 1. *& vlt.de officio deleg.in* 6. de iniuriis, seu violentiis, quæ fuerint manifestæ, & notoriæ, quæque non exigunt iuris indaginem, & examinationem iudicialem: atque ita debent seruare illum iuris ordinem, qui aliàs iuxta eiusdem iuris regulas in notoriis seruatur, gloss *in cap. ad nostram el* 3. *verb. obseruandus, de iureiurando* Franch.*in d.cap.num* 3. *& ibi* Anchar.*n.* 6. Iuuat clausula in litteris conseruatoriis apponi solita, vt procedant ipsi simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta, sine strepitu, & figura iudicij. Qui iuris ordo in notoriis à iure requisitus, & cui Conseruatores adhærere debent, petit citationem, per textum *in d.cap.vltimo, vers.vices, de officio delegati lib.* 6. & sententiam, text.*in d. cap. cùm dilectus* 15.*vers. cùm nimirum, de purgat. canon.* non tamen cum solemnitatibus illis à iure præscriptis, quas petit text.*in cap.vltimo*, & *ibi* Scribentes, *de re indicata lib.*6.sed qualem qualem satis esse, Farinac. *d. quæst.*21.*n.*15.*vers.secunda autem opinio*,Nauarr.*tit. de hæreticis cons.*12.*n.*3.

88. Cùm ergo Conseruator deputatus iuxta *cap.*1. *& vltimum, de officio deleg. in* 6. debeat aliqualem iuris ordinem sequi, vt vult Innoc. *in d. cap.* 1. *num.* 4. *&* 6.& Muneta *de conseruatoribus cap.* 7. *quæst.* 3. *conclus.* 1. coram eo debet offerri aliqua petitio, seu aliqualis libellus, dum procedit summariè, quamuis non ita solemnis, vt *in cap.* 1.*de libell. oblat.* Ratio, quia in notoriis, in quibus ciuiliter agitur, aliqua petitio est necessaria; eo quòd regulariter iudex in ciuilibus non impertitur suum officiuum, nisi petenti, nec supplet de facto, sed de iure solùm, *l. vnica, C. vt quæ desu. aduoc.& l.*4.*§.hoc autem iudicium, ff.de dam. infect.* Ergo coram Conseruatore aliqualis libellus est offerendus, vel aliqua petitio est facienda in causa summaria, sequitur Papien. *in form. libell. act. real.verb.summariè, n.*4.

89. Non requiri autem libellum solennem in summariis, sicut neque in notoriis, sed qualem qualem petitionem sufficere, probat satis Butrio *tract.de notorio,art.*4.*num.*19.& Farinac.*d.quæst.*21. *num.* 64. vbi loquuntur in notoriis, & idem in summariis, quòd non requiratur solemnis libellus, ostenditur ex *d Clemen.sæpe, in principio*, ibi, *libellum non exigat, & §.verum*, quia dum ibi dicitur petitionem posse fieri siue in scriptis, siue verbo, cùm libellus debeat fieri in scriptis, vt constat ex *cap.* 1. *de libell. oblat.* & concludit Capra *in tract. de notor.*4. *membro, num.*13. *&* 14. *& num.* 31. *cum sequentib.* non requiri libellum solennem, sed sufficere qualem qualem petitionem: ex quibus sequitur non esse necessariam conclusionem, quæ requiritur in libello formali, dummodo conclusio ex facti narratione
90. deprehendatur; quod de causa summaria tradit Papien. suprà *d. verb.summariò, num.*4 & *ibi* Addit.*litt. A.* Moneta *d.cap.*8.*num.*9.*&* 15.*& n.*109. vbi ex Natta *d. Clement. sæpe, de verbor signific. in principio*, ad gloss. *in verb. necessario*, ex *num.*30. constituit discrimen inter libellum solennem, & inter petitionem, de qua hoc loco agitur, quòd libellus debeat continere quædam respicientia formam eius, & respicientia intentionem, cùm
sit scripturа continens rem, quæ petitur, causam 91.
petendi, & nomen actoris, & rei, & coram quo petitur, *l.* 1 *ff.de eden Authen. offeratur, C. de litis contestatione.* Item solennis libellus offertur iudici, & eius copia datur reo ad deliberandum, *cap. quoniam contra, de probationibus*, & in principio litis, vt dicitur *in d. Authen.offeratur.* Contrà verò aliqualis illa petitio etiam si in principio litis fieri soleat, ac debeat, ex *eadem Clementina sæpe, § verùm quia*, ibi, *est in ipso litis exordio petitio facienda*; potest tamen verbo fieri, quamuis confestim debeat in actis inscribi, & interseri, vt habetur *in d. §. verùm quia*, nec danda est copia parti contrariæ. Rebuff.*tom.*1.*in commentar.in constit.Gall.tit.de sent. execntor.art.* 9. *gloss.* 2. *num.* 33. post Lanfranc.*in d.Clemen.sæpe*, Paul.& Card.*ibidèm*, vbi addunt hi duo tertiam differentiam, quia in petitione abbreuiatur processus litis.Item quia petitioni non tenetur reus respondere, secus dicitur de libello, cui reus debet necessariò respondere, Natta *in d.Clemen.sæpe,num.* 31. Moneta *suprà d.cap.* 8. *num.* 110. vbi vult in hac petitione non esse necessariam conclusionem, quæ requiritur in causis plenariis, vt colligitur ex *d. Authent.offeratur.*

Quid si offeratur libellus solemnis in causa summaria? Responde producentem sic libellum debere protestari, quòd non producit illum instar solemnis libelli, sed instar qualis qualis petitionis; aliàs non protestando videbitur renunciare summario iudicio, & adhærere Ordinario, per glossam *in d. Clementina sæpe, §. final.* Vnde sequitur posse Conseruatorem deputatum seruare ordinem iuris, qui in plenariis causis seruatur partibus consentientibus, vt dicitur *in d. Clement.sæpe, in fine*, & colligitur ex *d. cap.ad nostrum el* 3. *de iureiurando, & ex d.cap. super eo, de test. cog.* siue partes consentiant tacitè, siue expressè, non tamen potest Conseruator de huiusmodi consensu in plenariis eo vti ordine, qui proprius est summariarum, quod patet *in d. Clement. sæpe, in fine*, his verbis: *si quis tamen in præmissis casibus solemnis ordo iudiciarius in toto, vel in parte non contradicentibus partibus obseruetur, non erit processus propter hoc irritus, nec etiam irritandus.* qui textus loquitur indistinctè de omnibus casibus, in quibus proceditur sine figura iudicij. Nihilominus partes possunt pœnitere de consensu, nisi fuerit expressus: secus si tacitè consentiant; tunc enim poterunt contradicere, & Conseruator deinceps tenebitur procedere secundùm iuris ordinem minus solennem, qui competit propriè causæ summariæ, glossa *in d. Clement. sæpe, in verb. partibus*, Moneta *in d. cap.* 8. *num.* 148. *& sequent.* vbi *num.* 150. subdit ordinem iuris, qui competit propriè causis summariis, non posse adhiberi prorsus in plenariis causis etiam
de partium consensu: secus si Conseruator tan- 93.
quam arbitrator procedat, per glossam *in cap. vltimo, de re indicata in* 6. & per *glossam final. in d. Clement. sæpe*, & *ibi* Natta *numero* 14.

Diximus non posse omnino etiam de consensu partium in plenariis adhiberi ordinem iuris proprium summariæ causæ, quia hoc procedit, quo ad omnes actus: secus, quo ad aliquos, nempe in productione instrumentorum, in positionibus, & aliis similibus, quibus partes possunt renuntiare, Moneta *ubi suprà d. cap. §. num. 151. & sequent.*

94. Item Conseruator in causis summariis potest procedere tempore feriato propter hominum necessitatem, vt habetur *in d. Clementina sæpe, in principio*, ibi, *in tempore etiam feriarum ob necessitates hominum indultarum à iure procedere valeat.* Puta, quæ conceduntur tempore messium æstiuo, & vindemiarum tempore autumnali, *c. final. de feriis, l. 1. & l. Præsides, ff. eodem tit.* Secus quo ad ferias indultas in honorem Dei, & Sanctorum: in his enim non potest procedere *c. final. de feriis*, glos. *in d. Clementina sæpe, verb. necessitates*, quam sequitur Bartol. *in Extrauag. Ad reprimendum, in verb. & figura, num. 9.* & Sigism. Scacc. *tract. de iudiciis, p. 1. c. 53. num. 23.* nisi necessitas vrgeat, vel pietas suadeat. Tunc namque in causis summariis potest procedi etiam tempore feriato in honorem Dei, & Sanctorum, concurrente nimirum necessitate vrgente, vel pietate suadente, quarum glossa meminit *in d. Clementina*, his carminibus,

Hæc faciunt causas festis tractare diebus,
Pax, scelus admissum, manumissio, res peritura,
Terminus expirans, mora testis abesse volentis,
Cumque potestatis patria ius filius exit.

Aduerte tamen diebus feriatis posse partes renunciare quando fuerunt introductæ propter necessitates hominum: secus dicendum de feriis introductis in honorem Dei, vel Sanctorum: quare processus habitus in his diebus, & sententia lata etiam de consensu partium, nullius est momenti, vt dicitur *in c. final. in fine, de feriis.*

95. Similiter Conseruator deputatus cum clausula *simpliciter, de plano, & sine strepitu, ac figura iudicij*, aut etiam cum ea solùm, sine figura iudicij, quamuis debeat esse breuis in concessione dilationum; nihilominus aliquas dilationes potest, & debet indulgere. Quòd debeat esse breuis in dilationibus concedendis, patet ex *d. Clementina sæpe, in principio, seu verf. nos autem*, vbi monetur iudex, vt faciat causam breuiorem, repellatque exceptiones, appellationes, & amputet dilatorias, & frustratorias, reiiciatque partium, & Aduocatorum concertationes, & iurgia, testiumque multitudinem refrænet; & quamuis hæc omnia etiam in plenariis causis conueniant, vt deducitur ex *c. finē litibus, de dolo, & contumacia*, & ex *c. significauerunt, cum sequent. de testibus.* hoc multo magis debet obseruare iudex in causis summariis, quàm in aliis, vt indicat eadem glossa communiter recepta *in d. Clementina sæpe, in verb. amputet*, & *ibi* Natta quod etiam tradit Marant. *de ordin. iudiciarijs, p. 4. dist. 9. num. 21.* Quòd autem debeat in summariis aliquas dilationes concedere, vult inter alios Bartol. *suprà in verbo, & figura, n. 12. in Extrauag. Ad reprimendum*, ex eo quòd *in d. Clemen. sæpe, vbi verf. non sic tamen*, dicitur iudicem causæ summariæ non ita debere facere litem breuem, quin probationes recipiantur necessariæ. Quare cùm probationes debeant fieri, & defensiones admitti, debent expediri intra certum tempus ad litem decurtandam. Quod etiam cauetur *in d. Clement. sæpe*, dum ibi decernitur, vt iudex præfigat terminum ad dandum articulos, & præscribat diem post articulorum dationem, in quo exhibeantur omnia instrumenta, & acta, quibus litigantes vti volunt.

Quod attinet ad testes, vt dictum est suprà §. 1. n. 7. Conseruator deputatus potest illos recipere, & examinare, text. *in c. final. §. circa munera, de offic. deleg. in 6.* vbi Bonifacius octauus disponit, quòdcirca estes coram Conseruatore vocandos seruentur omnia, quæ in delegatis iudicibus constitutio ab eodem edita obseruari mandat, quæ secundùm omnes *in c. statutum, de rescriptis in 6.* continentur; vbi *in §. pro ferendo, ad finem*, posito, decernitur, vt delegatus Sedis Apostolicæ neminem ad ferendum testimonium conuocet, nisi conditione, & statu causæ id requirentibus: sed nec tunc, nisi à producente expensæ testibus ministrentur dum veniunt, morantur, & redeunt. 96.
confirmatur ex traditis à Syluest. *in verb. Conseruator num. 5.* & *ibidem* ab Angelo, & à Ioan. Bapt. Confetto *in summar. priuil. Ord. Mendic. tit. 4. c. 3.* dicentibus, si negetur factum, quod dicitur notorium, procedere posse Conseruatorem, vt pateat qualitas notorietatis etiam per testes, quæ probatio est legitima, *c. 2. de probat. c. super eo, de test. cogen.* Item quia Conseruator in notoriis iurisdictionem habet: quare censentur eidem concessa omnia sine quibus iurisdictio illius non potest expediri. *l. 2. ff. de iurisdict. omn. iudic. c. præterea, de officio delegati*, per text. ibi, *Quia ex eo quod causa*, &c. concesso enim principali, censetur concessum accessorium veniens in necessariam consequentiam principalis, & alia sine quibus stare non potest, Car. d. Tusch. *tom. 1. littera A. conclus. 77.*

Nec refert decisio *in d. c. super eo, de test. cog.* vbi dicitur factum notorium non egere, quòd testium depositionibus declaretur, quia quamuis notorium testibus non egeat, supponitur tamen posse illud declarari per depositiones testium, dummodo notorium sit facti permanentis, non autem transeuntis, aut saltem momentanei, quod etiam habet locum in probatione non notorietaris, sed ipsius facti notorij, quæ regulariter non est necessaria, debent tamen testes rei notoriæ esse tot, vt contrà nequeant esse totidem: vnde dimidia, vel minor pars multitudinis non satis est ad notorium, sed requiritur omnino maior, vt post alios tradit Butrius *tract. de notorio art. 2. n. 2.* Polyd. Rip. *tract. de nocturno temp. cap. 68. num. 26*

Similiter testes in hoc iudicio summario non debent admitti à Conseruatore citra partis consensum, nisi iurati: atque ita debent iurare coram parte, vel ea citata. Primum traditur à Felino *in c. constitutus n. 16. de rescriptis*, Bartol. *in d. Extrauag. Ad reprimendum, in verb. & figura n. 13.* Natta *in d. Clementina sæpe, §. quæ omnia, quæst. 5. princip. verf. nono quæritur.* Iurare autem testes parte præsente, vel citata, est Bartoli suprà *n. 15.* dicentis aliàs auferri parti defensiones, quæ competunt illi ex æquitate naturali. Non requiritur tamen in causa summaria, quòd sint testes citati, dummodo sint requisiti, & producti à parte; quòd si voluntarij se offerant, eorum testimonia fiunt suspecta, & ipsi non probant examinati, text. *in §. si vero ignoti*, ibi, veritatem corrumpere festinantes, & *ibi* glossa *in verb. festinantes, in Authen. de testibus*, Felinus *in cap. 2. num. 25. eodem titulo*, & alij, quos referens sequitur Farinac. *de testibus quæst. 80. num. 1. & 6.* & priùs *quæst. 43. n. 189. ad finem, & quæst. 46. num. 94.* atque ita per sponta 97.

spontaneam oblationem efficiuntur prorsus non integri testes, Bossius *in tit. de oppositione contra testes, num.29.* Grammat. *consil.21. num.6. & consil.35. num.21.* Menoch. *de arbitrar. lib.2. casu 434. num.57. & de præsumptio lib.2. quæst. 55. num.2.* Mascard. *de probationibus, lib.3. conclus.1311. num.44.*

98. Sed quæres, an Conseruator regularium possit procedere in causis illorum sola facti veritate inspecta? Responde affirmanter, si constet ex litteris conseruatoriis eos tali priuilegio gaudere: secus si in illis non sit apposita talis clausula, cuius vis est, ac virtus, vt per eam omittantur solennitates, & subtilitates negotij non tangentes veritatem, Bartol. *in l. fideiussor, §. quidam, ff. mand.* quem referens sequitur Roderic. *tom.1. regular. quæst.65. art. 18. in fine.* Per quam etiam clausulam iuramentum calumniæ remittitur, & omittitur, Natta *in d. Clem. sæpe, & §. non sic tamen, vers. visis, num.35. de verbor. signific.* vnde procedi potest absque vlla iuris positiui solennitate, teste eodem, Natta *ibi, num.36.* quæ non habent locum in causis summariis, quæ expediuntur sine strepitu, ac figura iudicij, & constat liquidò ex *d. Clement. sæpe contingit*, Marant. *d. p.4. dist.9. num.32. & sequent.*

99. Aduerte tamen Conseruatorem in causis summariis, & in causis commissis sine figura iudicij posse omittere aliqua substantialia à iure ciuili introducta, Bartol. *in d. Extrauag. Ad reprimendum, verb. & figura*, Menoch. *de arbitrar. lib.1. quæstion.9. num.2. & quæst.13. num.4.* Scacc. *de iudic. caus. ciuil. cap.53. n.20.* Dixi *introducta à iure ciuili*, non autem substantialia iudicij inducta à iure naturali, vel gentium, quia hæc pertinent ad defensionem naturalem: ac proinde omitti non possunt, Bartol. Menoch. & Scacc. *suprà scripti*, Oldrad. *consil. 115.*

100. Quod attinet ad sententiam, Conseruator ad terminos iuris datus ferre potest, ac debet super notoria iniuria sententiam, glossa *in cap. ab excommunicato, de rescriptis, in cap. super eo, de testib. cogen. in cap. cùm sit Romana, de appellationib.* Bald. *in l.1. Cod. ne ex delict. defunct.* Abb. *in cap. vestra, num.18. de cohabitatione cleric. & mulier. & in cap. final.* pariter *num.18. de confessis*, Clarus *in pract. quæst. 9. vers. præterea quæro, in principio*, & Gomez *tit. de delictis, cap.1. numer. 45.* & videtur probari ex *cap. porrò, de diuort.*

101. Sed his obstat *l. ictus fustium, & ibi* glossa, *de iis, qui notantur infamia*, per quem textum probatur in notoriis iuris ordinem non seruari, nec sententiam requiri, Innocent. *in cap. ex parte, el 1. de verbor. signific.* Decius *in cap. at si clerici, num.142.* de iudiciis, & Bossius *in titulo, quomodo procedendum in crimine notorio, num. 16.* dicens quando crimen est notorium, posse Principem sine sententia bona delinquentis alteri donare, donatariumque posse illis vti, etiamsi non doceat de sententia, dummodo possit probare crimen fuisse notoriè patratum; quoniam notorium ita habet vim sententiæ, & illi æquipollet, gloss. *in d. l. ictus fustium, l. emptorem, in principio, ff. de action. empti*, & Bossius *vbi proximè, num.18. & 19.*

102. Nihilominus ne discedas à sententia glossæ *in d. cap. ab excommunicato*, quæ procedit quoad aliqualem sententiam, & declarationem, seu quoad sententiam non solemnem. Talis enim requiritur in notoriis, ita Ioann. Andr. *in cap. ex parte, de verbor. signific. & in addit. ad Specul. in tit. de notor. criminib. §. notorium, vers. id autem.* Ioann. Calder. *in cap. vestra, de cohabit. cleric. & mulier.* & alij quos sequitur Capra *in tract. de notorio, membro 4. num.85. & sequent.* At verò sententia solennis, & cum requisitis diffinitiua, de quibus *in cap. final. de re iudicata*, non requiritur, vt probat Farinac. *d. quæst.21. num. 115.* post Archidiaconum *in cap. qua Lotharius 2. quæst. 1.* & Ioann. Petrus Monet. *de Conseruatoribus, cap. 8. ex numero 75. vsque ad numerum 78.*

Ex quibus sequitur sententiam in notoriis, sicut & in summariis, posse ferri conclusione non facta, & stando, vel sedendo, prout probatur generaliter de iudice, cui causa est commissa sine figura iudicij, & cauetur *in d. Clement. sæpe, §. sententiam verò*, ibi, *sententiam verò diffinitiuam in scriptis, & prout magis sibi placuerit, stans, vel sedens proferat*; 103. ratio, quia debet sententia esse deliberata, & non subdita, per *l.2. Cod. de sentent. ex peric. recit.* Ideo esse debet etiam in scriptis definitiua, glossa *in d. Clement. sæpe, verb. in scriptis*, addit propterea in scriptis proferendam, ne aliter contingat occultari veritatem propalatam, & in iudicio diffinitam. Non debet tamen iudex in sententia causæ summariæ necessariò sedere, quoniam hæc solennitas est mera iuris ciuilis, &, vt diximus paulo suprà, substantialia omnia iudicij, vel saltem aliqua à iure ciuili inducta omittere potest Conseruator, cui causa committitur sine figura iudicij, non tamen poterit substantialia iudicij remittere: hæc autem sunt seruanda etiam in quolibet iudicio summario, vt post Rot. *decis. 445. num.6. part.1. in nouiss. diuers.* tradit Pegn. *in comment. ad director. Inquis. part.3. comment.103.* & Scacc. *d. cap.53. num.20.* vide *suprà in hoc §. vers. aduerte tamen, n....*

Iudex namque, qui potest procedere simpliciter, & de plano, non tenetur omnem iudiciarium ordinem adimplere: quia similia verba hoc habent indultum, vt si quid relinquatur ex requisitis in ordine iuris, non propterea processus erit irritus, ex glossa *in cap. statuta, de hæret. lib.6. verb. figura*, dummodo substantialia causæ, & iudicij non desint, quòd si defuerint, processus etiam in causa hæresis erit nullus. Dicuntur autem substantialia ea, sine quibus non potest expediri iustè, nempe citatio, iuramenti præstatio de veritate dicenda: item probationes legitimæ, exceptiones vtiles, appellationes necessariæ, & alia, quæ ad substantiam causæ spectant, Pegna *in d. commentario 103. versic. est autem magnum, & comment. 104. per totum.* 104.

Potest item Conseruator siue summariè procedat, siue plenariè, siue etiam de notoriis iniuriis, & violentiis tantùm agat, pronunciare sententiam in termino citationis vltimo emanatæ ad sententiam; nec integrum est illi, habere terminum pro seruato, quia debet pronunciare sententiam in termino peremptorij, seu in termino vltimæ citationis præfixo ad ipsam sententiam audiendam, prout patet ex *d. Clement. sæpe, §. sententiam verò 7. de verbor. signific.* & ex *l. ad edictum, ff. de iudiciis*, & ex scribentibus *in cap. consuluit, de officio delegati*, per textum ibi, vel sententiam proferendam, & infrà per textum ibi, *Ea hora, qua congruè possis procedere.* Ex quibus locis notatur citationem ad sententiam audiendam ita esse necessariam, vt omissio illius reddat ipso iure sententiam nullam, textus *in d. Clement. sæpe, §. sententiam verò, l. vnoquoque 47. ff. de re indicata*, Cæsar de Grassis *decis.11. num.2. de re iudicata*, Bernard. Diaz *in regul.773.* incipit, *Sententia omnis*, & Azeu *in l. finali, tit.17. lib.4. recopil. ex num.39. vsque ad num 52.* Item 105. 106.

notauit quòd quando iudex præfinit diem termini certum, non tamen horam, teneri citatum comparere ad horam, in qua solet iudex sedere pro Tribunali, & ius dicere, Azeued. *l. 1. num. 4. tit. 3. lib. 4. nouæ recopil.* Breder. *in tract. de appellat. part. 2. tit. 72. col. 740. vers. item quæritur*, & Schrader. *de feudis, part. 9. cap. 7. sub num. 39. versic. & confirmatur ex eo.*

107. An verò possit Conseruator habere terminum pro seruato saltem ex consuetudine legitimè introducta? Videtur negandum ex constitutione Gregorij XIII. sub die 4. Iunij 1580. quæ incipit, Romanum decet Pontificem ad id, & alia pleraque impetrata à S. Carolo Borromæo eo tempore Archiepiscopo Mediolanensi, quam Conseruatores, & reliqui iudices delegati à Sede Apostolica in ea Prouincia tenentur obseruare, cuius constitutionis meminit Ioann. Petr. Monet. *de Conseruatorib. cap. 8. num. 243. vers. nec non per conseruatores regularium*, ibi: *statuens siquidem, & ordinans quòd iudices præfati non pronuncient prout in cedula, neque habeant terminum pro seruato, sed sententias suas liberè proferant, & de scripto, in die termini; vt statim publicent, easque recitent, vel recitari iubeant*, &c. quæ omnia in eadem constitutione confirmata sunt ab eodem Pontifice, his verbis, *Nos in præmissis opportunè etiam prouidere volentes, motu proprio, & ex mera voluntate, & deliberatione, ac ex certa scientia nostra, & de Apostolicæ potestatis plenitudine omnes, & singulas ordinationes, & taxas huiusmodi per ipsum Carolum Cardinalem, & Archiepiscopum, seu Præsulem sic vt præmittitur, factas prædicta Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò confirmamus, & approbamus, ac etiam innouamus, & etiam de nouo perpetuò facimus, nec non illis plenaria, inuiolabilis, & perpetuæ firmitatis Apostolicæ robur adiicimus*, &c. rursus sic continuat ibi: *Nec non à iudicibus Synodalibus, & Conseruatoribus, ac etiam Ordinariis & delegatis, ac Notariis, cæterisque supradictis, ac aliis omnibus, & singulis dictæ Prouinciæ ad quos spectat, & spectabit inuiolabiliter perpetuò obseruari*, &c. addens decretum irritans ad finem, quod annullat omnia, quæ in contrarium fiunt, ac omnes iuris effectus destruit, Cassador. *decisio 1. num. 7. de restitut. spoliator*, Gomezius *in reg. de triennali, quæst. 49. num. 3.* Rebuff. *ad concordata, in rubrica, de firma, & irreuocabili concordatorum stabilitate, vers. vltimò notanda est clausula decreti*, & Menoch. *de recuper. possess. remed. 16. num 444.* & alij, quos referens sequitur Gonzal. *de mensib. glossa 67. à num. 12. cum sequentib.* atque ita in Prouincia Mediolanensi non est dubium Conseruatorem non posse habere terminum pro seruato; sed debere ferre sententiam in termino citationis vltimo ad eam emanatæ, iuxta decisionem constitutionis Gregorianæ *vbi proximè.*

108. Extra verò si alicubi fuerit consuetudo contra iuris dispositionem legitimè introducta, quòd ordinarij, & alij iudices delegati possint in sententiis etiam diffinitiuis habere terminum pro seruato, potest admitti, dummodo terminus non repugnet iuri naturali, aut diuino, vt regulariter non repugnat. Dicitur autem in hoc casu legitimè præscripta spatio quadraginta annorum, per textum *in c. finali, de consuet.* debet tamen esse rationabilis, vt valeat consuetudo, Mazol *cons. 118. numer. 52.* Card. Tusch *littera C. concl. 795. n. 14.* quod intellige de iure Canonico ac contra Ecclesiam, & circa prædictum tempus testes debent esse contestes, & non singulares, Vasquez *1. 2. quæst. 97. art. 3. disp. 177. cap. 5.* & Valent. *tom. 2. disp. 7. quæst. 7. punct. 2.* Suar. *tom. 1. de religione lib. 1. de diuino cultu cap. 13. & de legib. lib. 7. cap. 5. & cap. 18. num. 11.*

Si autem sit consuetudo non contra ius, sed præter ius etiam de iure Canonico solùm decem annorum spacium exigitur, Sayro *in claui Regia lib. 3. cap. 11. num 8.* Ceuall. *commun. contra commun. quæst. 357. num. 10.* & Suar. *in thesaur. recept. sentent. litt. C. num. 275.* & Monet. *de distribut. quotid. part. 2. quæst. 12. num 9.* vbi *num 10.* addit hoc non habere locum quando talis consuetudo præter ius fertur ad derogandum iuri alicuius Ecclesiæ: in hoc enim euentu debet esse quadragenaria, Valasquez *consul. 162. num. 14.* & Menoch. *cons. 187. num. 57.* & Augustinus Barbos. *in cap. vltimo, de consuetudine, num. 13. & sequent.* Porrò de iure ciuili, & in temporalibus decem annorum spacium sufficit, vt dicatur legitimè præscripta. Mascard. *de probationibus, conclus. 424. num. 24. & num. 29. & num. 34.* Menoch. *de arbitrariis casu 83. num. 7.* Rebuff. *ad leges Galliæ, in procemio, gloss. 15. num. 13. & 14.* Bortel. *in summa omnium decis. titul. 14. num. 24.* & Rebell. *de obligat. iustitiæ part. 1. lib. 1. quæst. 5. num. 2.* 109.

In nostro autem casu vbi fuerit consuetudo legitimè inducta, quòd in sententiis diffinitiuis iudices habeant terminum pro seruato, admitti debet, quamuis sit contra ius positiuum, ex vulgata ratione qua vtitur Soc. & alij communiter *in cap. quod clericis 9. de foro competenti*, vbi dicitur consuetudinem loci seruandam esse in concernentibus processum, & ita illius tribunalis, vel iudicis coram quo proceditur, Duen. *regul. 147.* Bernard. *regul. 144.* quibus accedit Augustinus Barbos. *in d. cap. quod clericis, num. 9.* & Monet. *de conseruatorib. cap. 8. num. 210.* 110.

Illud non est omittendum, videlicet Conseruatori non esse licitum habere Tribunal erectum, sicut habet Ordinarius in quo ius dicat, ac sententias ferat, & actus iudiciales exerceat. Illud autem potest eligere, vel in loco in quo vel erectum est ab ordinario, vel in domo sua, aut in alio honesto loco. Probatur ex Concil. Trident. *sess. 14. cap. 5. de reformatione*, his verbis: *Non liceat quoque Conseruatoribus iudicibus vllum habere Tribunal erectum.* per quæ verba distinguitur etiam ab Ordinario, cui datum est habere Tribunal erectum in loco certo, & deputato ad ius reddendum, vt deducitur ex *l. penultim. ff. de iust. & iur.* & ex *l. 2. ff. de re iudicata*, Baldus *in l. 1. ff. de iudiciis*, post glossam ibi; Albet. *in suo Dictionario verb. Tribunal*, & Marant. *in speculo part. 6. principio, num. 72. & sequens.* Poterit tamen Conseruator locum à se electum ad ius reddendum ex causa iusta, vel de consensu partium mutare, vt vult Marant. *supra num. 79. & num. 83.* dummodo non exerceat vltra fines diœcesis, aut ciuitatis, in qua est constitutus, text *in cap. statuimus, de officio deleg. in 6. & Clement. 1. de foro competenti.* Extra enim hos fines neque de partium consensu potest ius reddere, Monet. *dict. cap. 8. num. 214.* 111.

* * *

Vtrùm litteræ conseruatoriæ cum amplissimis facultatibus concessæ reuocentur per constitutiones Clementis VIII & Gregor. XV.

§. VI.

EPITOME.

112. *Hodie conseruatoria suos habent limites ex constitutionibus Clementis VIII. & Gregorij XV.*
113. *Reuocantur conseruatores non habentes qualitates cap. statutum, de rescriptis in 6.*
114. *Reuocantur Conseruatores non electi in Conciliis Prouincialibus iuxta formam Concilij Tridentini.*
115. *Restrictio declarans non procedere quoad negotia iam cœpta, vel quoad ea in quibus conseruatoria suum effectum sunt sortita.*
116. *Clementis VIII. constitutio quando fuit edita, & qua causa illius.*
117. *Conseruatoria concedenda debent habere qualitates requisitas in dict. cap. statutum, & quas præsupponunt prædicta Concilia, alias nihil valent.*
118. *Gregorij XV. constitutio circa Conseruatorum qualitates.*
119. *Reuocat conseruatorias non habentes qualitates cap. statutum, & Conciliorum.*
120. *Eligentes Conseruatores aliter quàm iuxta formam præscriptam, quas pœnas incurrant.*
121 *Regulares in Italia, & extra illam intra quantum tempus debent eligere Conseruatores.*
122. *Regulares debent conueniri coram suis conseruatoribus, sed conuenire alios non possunt, & quomodo hoc sit intelligendum declaratur.*
123. *Controuersia super competentia iurisdictionis per arbitros finiatur.*
124. *Conseruatores suos limites excedentes quomodo puniantur.*
125. *Regulares in quibus casibus possunt petere iudicem non suspectum a Principibus secularibus.*
126. *Editio & publicatio huius constitutionis quo tempore fuerit facta.*

QVONIAM de iure communi *cap. 1. & vltim. de officio delegati in 6* litteræ conseruatoriæ suos habent limites, inspiciendæ sunt, quæ conceduntur in ampliori forma, præsertim Religionibus, vt videre est in earum Bullis suo cuique
112. ipsarum loco indicatis Cùm ergo anceps sit quæstio litteræ an hodie huiusmodi cōseruatoriæ, cum amplissima iurisdictione datæ in fauorem, sint in suo robore pristino, ad litterá, & de verbo ad verbum, operæ pretium duxi hoc loco referre litteras vtriusque Summi Pontificis, vt ex earum tenore cognoscatur; vtrùm integrum sit suis vti litteris etiam hisce temporibus post prædictas litteras; Clementis scilicet VIII. & Gregorij XV. editas, & publicatas.

Non esse integrum nec licitum Religionibus suis vti litteris conseruatoriis cum facultatibus amplissimis, sed standum esse, & omnino parendum constitutionibus tam Clementis VIII quàm Gregorij XV. videtur apertissimè ostendi ex earum tenore. Nam edita à Clemente anno 1592. verbatim sic habet:

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & Dominus 113.
noster, Dominus Clemens diuina prouidētia Papa VIII. ne ob malitiosam potentium suggestionem, & ex eo, quòd ob locorum distantiam personarum, quibus causæ mandantur, certa notitia, aut ita facilè haberi potest per iudices aliquos minus interdum idoneos in Conseruatores deputatos causas ipsas cognosci contingeret, cupiens salubriter prouidere, reuocauit, ac declarauit nullas, inualidas, & subreptitias omnes, & quascunque iudicum deputationes in litteris conseruatoriis, iuxta formam in quinterno Cancellariæ descriptam, seu aliàs quomodolibet expeditis hactenus per Sedem Apostolicam perpetuò, vel ad tempus, nondum elapsum concessas, directas iis Conseruatoribus, & iudicibus, qui qualitates non habent requisitas, & descriptas in constitutione felicis recordat. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris sui,
quæ incipit, *Statutum*, quique etiam in Conciliis 114.
Prouincialibus, aut diœcesanis, iuxta decretum Concilij Tridentini electi, & designati non sunt ad instantiam quorumcunque Conuentuum, Capitulorum, militiarum, Vniuersitatum, Collegiorum, Ordinum, ac in fauorem quorumcunque Monasteriorum, Hospitalium, & aliorum quorūuis piorum tam secularium, quàm cuiusuis Ordinis, aut instituti Regularium locorum, quatumuis exemptorum obtentas, cum quibusuis præseruatiuis, restitutiuis, mētis attestatiuis, derogatoriarum derogatoriis, efficāciotibus, & insolitis clausulis, & decretis, quorum omnium tenores Sanctitas
sua haberi voluit pro expressis, non tamen quoad 115.
negotia iam cœpta, vel quoad ea, in quibus illæ suum sunt sortitæ effectum, seu exequutionem habuerūt: ac etiam insuper voluit; & ordinauit, quòd omnes deinceps litteræ conseruatoriæ huiusmodi per Sedem Apostolicam concedendæ ad Conseruatores, & iudices duntaxat dirigantur, qui qualitates iuxta dicti Bonifacij constitutionem habeant, quique in præfatis Conciliis electi, & designati sint, & non aliis, aliter verò expeditæ litteræ præfatæ nullius sint roboris, & momenti, decernens. &c.

Quæ reuocatio supradicta fuit lecta, & publicata Romæ in Cancellaria Apostolica anno 1592. die verò Iouis, 19. Martij Pontificatus sui anno 1.
Ex qua patet reuocatio quarumcunque deputa- 116.
tionum iudicum Conseruatorum à Sede Apostolica concessarum non habentium qualitates, quæ exiguntur *in cap. statutum 11. de rescriptis in 6.* Causa verò huius reuocationis fuit malitiosa petentium suggestio, & electio iudicum minus idoneorum in Conseruatores, qui de causis inutiliter sibi commissis cognoscere non sine partium de-
trimento audebant: quare meritissimò decreuit 117.
non posse esse Conseruatores iudices, qui qualitates *in d. cap. statutum*, requisitas non haberent; quique in præfatis Conciliis electi, & designati non sint, quæ omnia decreto irritante, si aliter fierent, infirmauit omnino.

Confirmatur prædictas litteras conseruatorias esse omnino irritas quo ad ea omnia, quæ non continentur in constitutione superiore, & in constitutione Sanctissim. Domini Gregorij Papæ decimiquinti de Conseruatoribus, quæ sic habet expressis verbis:

SANCTISSIMVS in Christo Pater, & 118.
Dominus noster, D. Gregorius diuina prouidentia

Papæ

Papa X V. ex certis rationabilibus causis animum suum mouen. & de voto venerabilium fratrum suorum S.R.E. Cardinalium Concilij Tridentini interpretum, partim fel.rec.Clement. Papæ VIII. prædecessoris sui vestigiis inhærendo reuocauit, ac nullas, & inualidas decreuit omnes, & quascumque iudicum Conseruatorum electiones, nominationes, seu deputationes, tam in litterarum conseruatoriarum, iuxta formam in quinterno Cancellariæ descriptam, quàm in vim quorumcumque priuilegiorum, perpetuò, vel ad tempus nondum elapsum Apostolica auctoritate concessorum, seu aliàs quocunque iure, vel titulo hactenus factas pro quibuscumque Conuentibus, Capitulis, Militiis, etiam Sancti Ioannis Hierosolymitani, Congregationibus, Collegiis, Ordinibus, Monasteriis, Hospitalibus, aut aliis quibusuis piis, tam secularibus, quàm cuiusuis Ordinis, etiam Mendicantium, seu instituti, vel Societatis regularibus locis, quantumuis exemptis, etiam de necessitate exprimendis, seu illorum personis cuiusuis qualitatis, seu conditionis existant. In futurum verò Sanctitas sua hac generali, & perpetuò valitura constitutione statuit, & decreuit, vt iudices Conseruatores huiusmodi, siue principales, siue subrogati eligi, nominati, aut deputari non
119. possint, nisi non solùm habeant qualitates requisitas, & descriptas in constitutione similis rec. Bonifacij Papæ VIII. etiam prædecessoris sui, quæ incipit, *Statutum*, ita vt vel dignitate Ecclesiastica præditi, vel personatum obtinentes, vel Ecclesiarum Cathedralium Canonici existant; sed etiam in Conciliis Prouincialibus, aut Diœcesanis iuxta decretum Concilij prædicti, iudices electi, seu designati sint. Quodque deinceps literæ conseruatoriæ per Sedem Apostolicam concedendæ suprascriptis tantùm dirigantur, & si quæ literæ aliter expedientur, illæ, ac deputationes huiusmodi, omniaque exinde sequenda nullius sint roboris, vel momenti; & nihilominus, qui secus, quàm iuxta formam superius præscriptam, Conseruato-
120. res huiusmodi cum effectu eligere, nominare, seu deputare, aut electis nominatis, seu deputatis vti ausi fuerint, Regulares quidem voce actiua, & passiua sint ipso iure priuati, adeò, vt habilitationem à nemine, præterquam à Romano Pontifice, consequi valeant, reliqui verò aliis pœnis arbitrio Sanctitatis suæ coërceantur, & prædictorum omnium Conuentus, Monasteria ac loca huiusmodi, eorumque personæ, ac bona careant Conseruatore ad annum, ita vt illorum causæ interea, coram locorum ordinariis duntaxat cognosci, ac diffiniri debeant. Cæterùm vt latiùs pateat Conseruatorum huiusmodi delegendorum facultas, Sanctitas sua admonitos voluit omnes locorum Ordinarios, vt in Synodis Prouincialibus, aut Diœcesanis, quamplures personas ex habentibus qualitates in prædicta constitutione eiusdem Bonifacij prædecessoris contentas, & alioquin ad id aptas designari procurent, & si aliquem interim ex designatis mori contigerit, substituat Ordinarius loci cum Concilio Capituli alium in eius locum, vsque ad futuram Prouincialem, au Diœcesanam Synodum, insuper Sanctitas sua, inhærendo hac in parte decreto similis recordationis Gregorij Papæ XIII. etiam prædecessoris sui, statuit, & ordinauit, vt Regulares, ac personæ huiusmodi in Ita-
121. lia infra duos, extra Italiam verò infra sex menses, à die publicationis in Vrbe præsentis constitutionis inchoandos debeant ubi eligere, seu assumere Conseruatores iuxta formam superiùs propositam, eiusque electionis, seu assumptionis documentum infra tempus huiusmodi penes acta Curiæ Ordinatiorum exhibere, & dimittere tenenantur; alioquin eo termino elapso, quandiu Conseruarores secundùm formam præsentis constitutionis non elegerint, coram eisdem Ordinariis conueniantur: quodque Conseruatores huiusmodi semel legitimè deputati, nisi ex legitima causa à Sede Apostolica, aut locorum Ordinariis, prout iisdem Regularibus, & aliis supradictis libuerit, approbaoda durante quinquennio, à die deputationis, amoueri, aut mutari nullatenus possint, aut valeant. Ad hæc statuit Sanctitas sua, vt 122.
coram ipsis Conseruatoribus regulares, ac personæ suprascriptæ, conueniri quidem, aut trahi debeant, sed alios conuenire, aut trahere nõ possint, ita vt memorati Conseruatores in causis, in quibus Regulares, & alij actores fuerint, nullam prorsus iurisdictionem habeant, sed in iis tantùm, in quibus rei extiterint; neque extra ciuitates, seu Diœceses, in quibus fuerint deputati, contra quoscumque procedere præsumant. Si qua verò inter iudices Conseruatores huiusmodi, & locorum Ordinarios controuersia super competentia iurisdictionis orta fuerit, nequaquam in causa procedatur, donec per arbitros in forma iuris electos super iurisdictionis competentia fuerit iudicatũ. Quòd si qui Cõseruatores, siue in hac par- 123.
te, siue aliàs quomodolibet suos limites excesserint, per annum ab officio Conseruatoris huiusmodi suspensi sint, & pars quæ hoc fieri procura- 124
uerit, sententiam excommunicationis incurrat iuxta formam alterius constitutionis eiusdem Bonifacij Prædecessoris, *cap. final. de offic. delegat in 6.* quæ incipit, *Has constitutione quam sanctitas sua in his omnibus, quæ præsenti constitutioni non aduersantur, innouauit, & innouat.* Per hoc tamen non intendit 125.
Sanctitas sua prohibere, quominus Regulares, & alij supradicti in casibus à iure permissis petant iudicem non suspectum à Principibus, seu Magistratibus secularibus; dum tamen hæc tria copulatiuè concurrant, videlicet, vt Regulares, & alij prædicti sint actores, non autem rei, vtque agant contra laicum, non autem contra Ecclesiasticum, vel aliàs à iurisdictione seculari exemptum, atque vt causa, in qua iudex deputatur, fuerit propbana, non autem Ecclesiastica, & in ea iuxta sacrorum Canonum dispositionem laicus, vt præfertor, eligendus iudex, non competens existat. Quæ omnia & singula in præsenti constitutione contenta Sanctitas sua voluit inuiolabiliter obseruari, decernens sic in iis, cæterisque omnibus præmissis per quoscumque, &c. etiam sacri Palatij Apostolici Auditores, necnon sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sublata, &c. iudicari, &c. nec non irritum, & inane, &c. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac litteris conseruatoriis, quas omnes ad formam præsentis constitutionis reduxit in fauorem quorumcumque Ordinum, tam mendicantium, quàm non mendicantium, Militiarum etiam S. Ioannis Hierosolymitani Congregationum, Societatum, aut cuiusuis alterius instituti, etiam necessariò exprimendi Collegiorum, Capitulorum, Ecclesiarum, Monasteriorum ac piorum quorumcumque, tam secularium, quàm Regularium locorum, nec non illorum etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus priui-

legiis

legiis quoque etiam ex causa, & titulo oneroso, indultis,& litteris Apostolicis etiam Mari magno, seu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, etiam Motu proprio,& ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque tenoribus, & formis specialis, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihilo penitus omisso,& forma in illis tradita obseruata inserti forent, præsentibus pro expressis habens, quibus quoad ea, quæ præsentibus aduersantur, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice, duntaxat specialiter, & expresse derogauit, cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterùm vt præsens constitutio faciliùs omnibus innotescat, Sanctitas sua voluit,& mandauit, vt non solùm in Cancellaria Apostolica, sed etiam ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie campi Floræ publicetur, illiusque exempla in iisdem locis affixa dimittantur, ac in Quinterno Cancellariæ inter constitutiones perpetuas describatur,& annotetur, quæ constitutio fuit lecta, & publicata in Cancellaria Apostolica die 20. mensis Septembris Anno Incarnationis Dominicæ 1621. Pontificatus verò Prælati Sanctissimi Domini Nostri Gregorij Papæ decimiquinti Anno primo. Vide etiam hac de re Franciscum Leo. *in thesauro fori Ecclesiastici, part. 2. cap. 3. n. 101. & duobus sequentibus, & part. 3 cap. 8. num. 57. & 58.* & Augustin. Barbos. *in cap. 2. de officio delegati in 6. pag. 119. & sequentibus.*

Quinam possint esse Conseruatores Societatis IESV, *præsertim in Academia Eborensi, & quas vires habeant contra impedientes suam iurisdictionem?*

§. VII.

EPITOME.

126. *Societas potest eligere vltra personas in dignitate constitutas, Canonicos Cathedralium, & Vicarios generales Episcoporum in Conseruatores.*
127. *Dignitas Ecclesiastica in quo consistat ad hunc effectum, vt possit esse Conseruator.*
128. *Rectores simplices Ecclesiarum non possunt esse Conseruatores.*
129. *Habens personatum an possit esse Conseruator?*
130. *Conseruatores Societatis per se, & per alios possunt defendere illam, ne in rebus ad illam pertinentibus à quoquam molestentur.*
131. *Conseruatores quando non datur accessus ad locu, vbi sunt molestantes, possunt procedere per edicta publica, eosque inhibere per censuras, & alias pœnas.*
132. *Conseruator potest prosequi articulum per alium inceptum.*
133. *Societas potest eligere Conseruatores contra quascumque personas siue sæculares, siue Ecclesiasticas, qui excommunicationis, suspensionis ve sententiam incurrent eo ipso, qui neglexerint acceptare hoc munus.*
134. *Collegæ purificationis sunt exempti à iurisdictione Ordinarij, & subditi Rectoris Eborensis.*
135. *Rector Eborensis habet iurisdictionem ordinariam in Scholares, & Collegas priuatiuè.*
136. *Archiepiscopus, & Capitulum Sede vacante nihil potest contra Clericos scholasticos, neque Collegiales etiam per censuras, quæ nullius sunt firmitatis.*
137. *Collegium purificationis est vnitum Collegio Eborensi.*
138. *Archiepiscopus, & eius officiales nullam habent iurisdictionem contra officiales Academiæ Eborensis.*
139. *Conseruator Eborensis Academiæ potest procedere contra officiales Archiepiscopi si impediant iurisdictionem Academiæ, & officialium ipsius.*
140. *Apparitor scholarium potest capere arma Apparitori clericorum, si de nocte eum inueniat ad libitum vaganti sine virga, nec insigni sui officij.*
141. *Vicarius generalis nequit procedere per censuras contra Apparitorem Vniuersitatis Eborensis, neque eum incarcerare.*
142. *Conseruator Eborensis Academiæ potest inhibere Vicario Archiepiscopi, & causam Apparitoris ad suum Tribunal duci facere.*
143. *Vicarius Generalis nequit procedere contra Conseruatorem Academiæ in casu proposito.*
144. *Archiepiscopus, & eorum officiales nequeunt capere, neque in vinculis detinere Conseruatorem Academiæ Eborensis.*
145. *In quas pœnas incurrerint Archiepiscopus Eborensis, & eius Vicarius, quòd non obedierint sententiis Illustrissimi iudicis Bullæ exemptionis prædicti Vniuersitatis.*

QVÆSITO primò litteræ Conseruatoriæ satisfaciunt per hæc verba: Societati, singulisque illius personis, ac eorum familiaribus, clericali charactere tamen insignitis, vt in quibuscumque causis tam ciuilibus, quàm criminalibus, ac mixtis, etiam in eis in quibus actores, vel conuenti rei forent, ipsis contra quascumque communitates, & Collegia huiusmodi, omnes,& singulos, Archiepiscopos, & Episcopos, ac Abbates, nec non alias personas in dignitate Ecclesiastica constitutas, ac Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Ecclesiarum Canonicos, ac eorumdem Archiepiscoporum & Episcoporū Vicarios in spiritualibus, & officiales generales vbilibet constitutos, in suos possent assumere Conseruatores, & iudices ordinarios indulsit. Sic Gregor. XIII. in sua constitutione Anno de 1573. Datum Romæ octauo Kalendas Iunij, Pontificatus sui Anno primo, vt habetur in litteris Apostolicis nostræ Societatis, fol. 122. 126.

Circa hanc clausulam notandum est primò hoc priuilegium extendi ad familiares Societatatis, clericali charactere tamen insignitos, quod priuilegium

legium ab Alexandro Quarto fuit concessum Fratribus Hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani, vt nemo fine speciali mandato Romani Pontificis seruientes Societati etiam laicos, donec in seruitio domus fuerint, excommunicationi, vel interdicto possit subiicere; & aliter lata, irrita est sententia, & inanis. Refertur *in compendio Minor. verb. familiaris*, §.11. Familiares autem propriè dicuntur, qui expensis alicuius continuè domestici commensales existant, *cap. sicut nobis, de verbor. signific. lib. 6.* vbi Franch. *num. 4. vers. sextò nota*, Oldrado *cons. 198. in principio*, Anchar. *consil. 398.* August. Barbos. *in d. cap. sicut nobis, num. 2. pag. 466.* Vnde qui non insistunt circa seruitia, nec habent expensas, non sunt verè familiares, nec gaudent priuilegio familiarium, quia, vt sint tales, debent insimul haec duo concurrere, inseruire scilicet actu, & viuere expensis domini, Gomez *in regula de impetrandis beneficiis per obitum familiarium Cardinalium, quaest. 13. num. 2* & Anchar. *in dict. cap sicut nobis, num. 4.* Cardin. Tusch. *tom. 3. littera F. concl. 72.* & Mascardus *conclus. 775.* & alij, quos referens sequitur Hispaniarum Primas *cap. decenter. 6. distinct. 99. num 6. & 7.* & August. Barbos. *cap. licet, de priuilegiis, num. 4. lib. 6. pag. 418.*

Notandum est secundò Canonicos Ecclesiarum Cathedralium posse constitui delegatos Sedis Apostolicae, non autem Ecclesiasticos Conseruatores attenta dispositione *capitis vltimi, de officio delegati lib. 6.* ibi, *de caetero deputari non possint, nisi Episcopi, aut eorum superiores, vel Abbates, seu dignitates, vel personatus in Cathedralibus, vel in Collegiatis Ecclesiis obtinentes*, Syluester *verb. Conseruator, num. 2.* Petr. Gregor. *Syntagm. iuris lib. 47. cap. 22. num. 28.* & Monet. *in tractat. de Conseruatoribus, cap. 5.*

Nihilominus ex Conseruatoria Societatis possunt Canonici Cathedralium Ecclesiarum esse Conseruatores, & Episcoporum Vicarij in spiritualibus, & officiales generales vbilibet constituti, esto non habeant dignitatem, vt constat ex eadem. Quare secundùm aliquos potest etiam eligi in Conseruatorem Visitator generalis, quia est officialis generalis in spiritualibus, sicut Vicarius generalis saltem Religiosorum poterit esse Conseruator, sed de hoc *suprà disputat. 12. §. 1. num. 3.*

127. Quaesito secundo responde dignitatem Ecclesiasticam esse beneficium habens administrationem rerum Ecclesiasticarum cum iurisdictione, Innocentius *in cap. cùm accessissent, de constit.* Cardinalis *in Clementina 2. de iud. & in Clementina 2. vers. quid est dignitas, de praeben.* Flamin. *de resignat. lib. 2. quaest. 1. à num. 79.* sequuntur Armil. *verb. dignitas, & verb. Conseruator*, & Tabien. *eodem verbo.* Vnde habere dignitatem secundùm Abbatem *in d. cap. de multa, de praebendis*, est habere iurisdictionem etiam in modicis causis in foro contentioso, hoc est, posse excommunicare, suspendere, & absoluere. Quocirca Rectores simplices Ecclesiarum

128 nequeunt esse Conseruatores, quia quamuis aliquando habeant iurisdictionem aliquam, non tamen habent dignitatem. Fr. Manuel *de Regularibus, tom. 1. question. 65. articul. 2.* ex Abbate *in cap. cum contingat, numer. 31. de foro competent.*

119. Quaesito tertio dicitur posse esse Conseruatorem, qui habet personatum in Cathedralibus, vel Collegiatis, Azor *part. 2. lib. 5. cap. 34* vbi loquitur de iure, iuxta *cap. hac constitutione, de officio delegati, lib. 6.* Fr. Manuel *suprà art. 3.* Dicitur autem personatus quaedam praerogatiua, seu praeeminentia in Ecclesia sine iurisdictione, vt quia habet stallũ in Choro prae aliis, vel simile officium, secundùm Archidiaconum *in c. 1. de consuetudine, lib. 6.* Innoc. *in d. cap. multa*, vbi vult personatum esse dignitatem, & secundùm Coras *de beneficiis, part 4. cap. 3. num. 7.* & Stafil. *in tract. de modo & forma impetr. §. transeo nunc ad dignitates, num. 4.* personatus est honor, & praeeminentia in Ecclesia absque administratione, & ideo posse esse Conseruatorem, qui habet personatum secundùm communem, Tabien. *verb. conseruator, num. 3.* Azor *d. cap. 34.* & alij.

Quaesito quarto responsio sit Conseruatorem electum vnum, vel duos per se, vel alium, etiamsi sint extra loca, habere potestatem defendendi Societatem & bona illius, ac priuilegia, & res omnes ad eandem pertinentes à quibuscumque personis tam saecularibus, quàm Ecclesiasticis indebitè Societatem, & bona illius molestantibus, prout habetur in litteris conseruatoriis eiusdem Societatis. 130.

Quinimò quando non datur Conseruatoribus tutus accessus ad loca, in quibus morantur illi, qui moneri debent, aut inhiberi, possunt haec per publica edicta officere locis publicis edicta affigẽdo, de quibus est verisimilis coniectura, quo ad ipsorum monitorum, citatorum, & inhibitorum notitiam valerent peruenire, *ibidem* in eisdem litteris, *pag. 124.* Confirmatur, quia Conseruatoris est tueri eos, quorum est Conseruator contra manifestas iniurias illatas, vel inferendas, *cap. 1. & ibi* Barbos. *de officio delegati, num. 13. & sequentibus, in 6. ex pag. 118.* Ad haec quilibet Conseruatorum, & iudicum praefatorum potest prosequi articulum per alium inchoatum, etiamsi idem inchoans nullus sit Canonico impedimento detentus. Sic in litteris conseruatoriis *pag. 126.* 131. 132.

Item cùm Conseruatores possint ad munus, & officium suum exequendum id repererint, vti censuris, aliisque iuris remediis contra inobedientes, & contumaces, prout illis conceditur in omnibus litteris conseruatoriis, Fr. Ludouic. Mirand. *in manuali Praelatorum, tom. 2. quaest. 47. art. 8. concl 5.* vsque ad auxilij brachij saecularis inuocationem: nihilominus si Conseruatores electi negligerent huiusmodi officium acceptare, ac debitè, & plenariè exequi excommunicationis, seu suspensionis latae sententiae poenam incurrent, per Bullam Pij Quinti concessam Ordini Praedicatorum 23. Septembris anno 1571. & impressam Romae 1572. 133.

Quinto quaesito dicitur Collegium Beatae Mariae Purificationis esse vnitum Collegio Spiritus sancti tanquam capiti suo membrum tam in spiritualibus, quàm in temporalibus, vt constat ex Bulla vnionis, & ex statutis specialibus eiusdem Collegij Purificationis, & ex sententia, seu ex sententiis latis contra Archiepiscopum Eborensem Olysiponae ab Illustrissimis Collectoribus, in quibus ostenditur scholasticos Eboreoses esse exemptos in spiritualibus, & in temporalibus ab Archiepiscopo Eborensi, & ab eius Capitulo Sede Vacante eosque scholares, seu Collegas esse subditos Rectoris Collegij sancti Spiritus Societatis, his verbis: *ex nunc perpetuò eximimus Collegialesque, & scholares pro tempore degentes in spiritualibus, & temporalibus regere*, &c. iuxta ordinationem per ipsum Regem Henricum desuper factam, Dioecesani loci, seu praedictorum Capituli, vel cuiusuis 134.

cuiuslis alterius licentia, vel consensu desuper minimè requisitis. Atque ita Rector Eborensis Academiæ, & eius Conseruator potest procedere contra scholares, & eorum causas audire priuatiuè, & Archiepiscopus nullam habet iurisdictionem, nec potest cognoscere de illorum causis, cùm non sit eorum Ordinarius, eo modo quo iurisdictio concessa à Summo Pontifice Episcopis, Archiepiscopis, & similibus Prælatis inferioribus est priuatiua, ita vt vnus nequeat cognoscere de causis subditorum alterius, prout volunt Couarru. *in practicis, cap. 31. num.* 1. Victoria *in relectione de potestate Ecclesiastica, in fine*, & Rolandus *consil. 4. n. 5. vol. 1. & cons. 23. n. 10. volum. 2.*

135. Porrò iurisdictio, quam habet Rector Eborensis in scholaribus, est ordinaria, non autem delegata: quoniam, quæ competit ex priuilegio Principis non personæ, sed dignitati perpetuò, aut officio Rectoris Vniuersitatis, & Collegij Spiritus sancti, iurisdictio est ordinaria, Bartol. *in l. ambitiosa, numer. 34. ff. de decret. ab Ordin. faciend.* Ioan. Andr. *addit. ad Speculat. titul. de legat. §. vltim. ad finem, vers. incipienti, Legatus est Ordinarius*, Baldus *cap. final. numer. vnico, de officio Ordinarij*, & ibi Imola *ad finem*, Couarru. *3. variarum, cap. 20. num. 6. & 9.* vbi volunt commissionem perpetuam facere Ordinarium, Felin. *cap. licet, numer. 4. de officio Ordinarij*, Bald *l. 1. ff. de officio Consulis*; ergo cùm iurisdictio Rectoris Eborensis Academiæ sit ordinaria, & priuatiuè concessa, nequit Archiepiscopus se intromittere in causis scholarium, nec contra illos procedere, nec compellere censuris, *cap. quanto, & cap. cùm capella, de priuilegiis*, Abbas, Innocent. & alij *ibidem*; vbi dicitur neminem posse procedere censuris contra exemptos, aut contra alios eorum causa directè, vel indirectè sine speciali mandato Sedis Apostolicæ. Quod etiam clariùs ostenditur ex priuilegio Pauli III. Societati concesso *fol. 35.* in litteris eiusdem Societatis, his verbis: *Nec vllis Prælatis contra aliquem de prædicta Societate, vel contra alios eorum causa, aliquem excommunicationis, suspensionis, vel interdicti sententiam contra eiusdem Societatis priuilegia per vos concessa ferre liceat, & si tulerint eo ipso irrita, nulliusque roboris, vel momenti sit, & esse censeatur.*

136. Iuuat Bulla vnionis edita à Gregorio XIII. per quam Collegium Purificationis tamquam membrum vnitur Collegio Eborensi Societatis, illique illud subiicit in omnibus, & in singulis, ibi: *Et emolumenta prædicta cum omnibus, & singulis suis pertinentiis eidem Collegio sancti Spiritus, seu Vniuersitati, ita quòd liceat Rectoribus, & Collegiales, & scholares in spiritualibus, & temporalibus regere, & gubernare, & circa ea quomodo libet necessaria iuxta ordinationem per ipsum Regem Henricum desuper factam, seu faciendam, gerere, & exercere*, &c. Confert maximè Bulla iurisdictionis concessæ Academiæ Eborensi à Pio Quinto, vbi eximit omnino ab Archiepiscopo Eborensi, etiam ab eius Capitulo scholares, ita vt nequeant visitari, corrigi, emendari, aut puniri nisi à Rectore vniuersitatis Eborensis, vt videre est in tertia pagina eiusdem Bullæ à linea vndecima vsque ad finem totius Bullæ. Ex quibus patet nihil posse Archiepiscopum neque eius Capitulum contra Vniuersitatem exemptam, nec contra scholares, cùm sit iudex incompetens, & ex consequenti deficit eius iudicium. Baldus *in l. clarum. ff. de author. præstan.* & probat latè Menochius *quinto remed. o recuperanda possess. à num. 12. & sequent.* Quod etiam probatur ex decreto irritante Bullæ iurisdictionis vniuersitatis Eborensis, quod annullat, & declarat esse nullos omnes actus factos à iudicibus, quibus non competit iurisdictio. Nam decretum irritans inducere solet formam. Baldus *in l. 1. versic. quæro ergo, ff. de liber. & posthum.* Bart. *in l. de his, Cod. de transact.* & Decius *consil. 518. num. 11.* Vnde forma decreti est seruanda, vt ait Decius *consil. 531. num. 2. & cons. 552. numer. 3.* Cardinal. Paris. *consil. 11. numer. 47. & consil. 15. numer. 23. volum. 2.* aliàs actus est nullus, *l. cùm hi, §. præter. ff. de transact.* & habetur pro infecto, Oldrad. *consil. 319.* Abbas *in cap. dilut, num. 14. de præbend.* Cassad. *decis. 12. à num. 4. super regulas Cancellariæ*, quæ nullitas inferetur ipso iure, *cap. penultim. de præbendis, lib. 6* Ruin. *cons. 70 lib. 3.* & est communis, teste Flamin. *de resignat. lib. 5. quæst. vltima, ad finem, num. 226.* Atque ita quicquid Archiepiscopus Eborensis, & eius Capitulum machinati fuerint contra exemptionem Vniuersitatis, aut contra scholares, & contra eorum priuilegia, nullius est momenti ac firmitatis tamquam factum à iudice incompetente. 137.

138. Sextum quæsitum meliùs enodabitur si facti species narretur, quæ anno præterito contigit inter officialem Eborensis vniuersitatis, & inter officialem Archiepiscopi Eborensis, quæ sic habet Apparitor Eborensis vniuersitatis, vulgò *Meirinho*, dum noctu custodiæ ciuitatis inuigilaret, inuenit horis prohibitis cum armis Apparitorem clericorum sine vllo satellitio, interrogauitque hominem, an forte de mandato Domini Archiepiscopi, aut eius Vicarij, aliquid ageret? respondit Apparitor clericorum, se nihil agere de mandato Superioris, sed ad libitum pro gustu suo incedere: quo audito, Apparitor Vniuersitatis Apparitori Clericorum arma abstulit, ensem videlicet, & pugionem, quæ Prætor ciuitatis illi adiudicauit tamquam perdita.

Quæritur ergo, an Vicarius generalis Domini Archiepiscopi Eborensis potuisset procedere censuris contra Apparitorem Vniuersitatis, vt restitueret arma prædicta Clericorum Apparitori, & coram se promitteret cum iuramento, non illum ampliùs armis spoliaturum? Responsio est negatiua; ratio, quia Vicarius generalis processit contra Apparitorem Vniuersitatis sine iurisdictione, cùm sit exemptus à iurisdictione ordinaria Archiepiscopi per Bullam Summi Pontificis, cuius meminit Sebastianus Acosta in explicatione Bullæ Cruciatæ *quæstione 86.* editam à Pio Quinto 25. die Maij Anno 1568. Pontificatus verò sui Anno tertio. Item processit Vicarius nulliter, quia Apparitor Vniuersitatis non peccauit capiendo arma Apparitori clericorum incedenti ad libitum pro gustu suo per ciuitatem cum armis horis vetitis, nec agenti aliquid de mandato sui superioris, vt ipse interrogatus respondit: igitur Apparitor Vniuersitatis in nihilo peccauit, & ex consequenti non poterat procedere Vicarius cum censuris contra officia

officialem Vniuersitatis nullo dato peccato, vt est communis, D. Thomas *in addition. 3. part. quaestion. 21. articul.* 3. Alexander de Ales 4. *part. summa quaestio. 2. membr. 1. articul.* 3. Bonauentura *in 4. distinct.* 18. *in vltim. part. distinct. quaestion.* 2. S. Antonin. 3. *part. titul.* 24. *cap.* 73. & alij plures, quos refert, ac sequitur Sayt. *de censuris lib.* 1. *cap.* 9. *numero* 28. vbi tradit excommunicationem ferri non posse nisi propter peccatum mortale contumaciæ, & inobedientiæ, quo quis Ecclesiæ obedire recusat. Quare cùm Appatitor Vniuersitatis non peccauerit in armis capiendis officiali clericorum eo modo inuento, non poterat Vicarius agere censuris contra illum.

Confirmatur, quia quilibet Appatitor sæcularis potest spoliare clericos etiam in sacris, armis, si horis vetitis eos inuenerit cum illis, vt patet ex ordinatione Regia *lib. 2. titul.* 1. §. 26. vbi per iudicem sæcularem possunt spoliari armis, si ea deferant vetita, vel horis vetitis: ergo multo fortiùs Apparitor clericorum spoliabitur armis, si inueniatur cum illis horis vetitis tamquam quilibet priuatus, siquidem clerici nullo gaudent priuilegio, vt portent arma vetita, vel tempore non permissu *lib. 5. titul.* 80. §. 11. *Ordinationis Regia*, ibi: *Eporque aos Clerigos de ordens sacras, & beneficiados he defezo per direito, que nam tragam armas, nos assi mandamos que se cumpra, & se forem achados com ellas, que lhe seiam contadas, eperdidas, E se as nam quizerem logo dar seiam lhe tomadas pel os Meirinhos, on Alcaides seus homens quando lhas assi acharem.* id est, quia clericis in sacris à iure interdictum est, ne deferant arma, nos ita mandamus impleri, quòd si illis capiantur dum cum illis fuerint reperti deperdita iudicentur, quòd si noluerint arma tradere, per Apparitores, aut eorum satellites eisdem auferantur: proinde quòd fieri potest clericis licitè dum cum armis horis vetitis inueniuntur per ministros laicæ iurisdictionis ex ordinatione *lib. 5. titul.* 80. §. 11. & ex *lib. 2. titul.* 1. §. 26. quid ni auferentur Apparitori clericorum, dum inuenitur de nocte incedens per vrbem non ratione sui officij, nec de mandato sui Superioris, sed pro gustu suo illicito, & inhonesto post symbolum decursum.

Nec obstat quod dicitur *dict. lib. 2. Ordin. titul.* 1. §. 26. his verbis, *E quanto aos Merinhos dos Pralados mandamos que lhennao tomem as armas, se com ellas nada fizerem o que nam deuem, nem as trouxerem a horas defesas, porem constando que vam fazer alguma deligencia per mandado de seus superiores as poderam trazer a todo tempo*; quia per hunc locum ostenditur Apparitorem clericorum non gaudere priuilegio portandi arma horis vetitis, nisi quando constiterit fuisse iussum aliquid exequi de mandato sui Superioris: cùm ergo Apparitor apertè fassus fuerit se per gustum incedere proprium, neque de mandato superioris aliquam diligentiam acturum esse, iure optimo spoliatus fuit armis; cùm concessio portandi arma Apparitori clericorum fuerit data pro certo tempore cum certis circumstantiis, & concessum ad certum tempus, post illud censetur prohibitum, *l. si vnus*, §. 1. *ff. de pactis.* Tiraquel. *de retract. lig.* §. 2. *gloss.* 2. *numer.* 46. & *de retract. conuent.* §. 1. *gloss.* 2. *num.* 44. Surd. *de alimentis titul.* 5. *quaest.* 3. *numer.* 9. & 10. & *decis.* 189. *numero* 9. & *decis.* 244. *numero* 10. Gonzal. *ad regulam* 8. *Cancell.* §. 1. *proœmial. numero* 4. & D. Barbos. *in l. cùm Prætor, in principio, num.* 45. *ff. de iudiciis.* Quare cùm Apparitor clericorum non possit horis vetitis deferre arma, nisi cùm peragit aliquid ratione sui officij, aut de mandato sui superioris, delatio armorum post illud tempus est illi prohibita, ex traditis à Menochio *cons.* 68. *numer.* 10. & *consil.* 151. *numer.* 46. vbi limitatum ad tempus non extenditur vltra illud, sicut prohibitum ad tempus post illud censetur permissum. Gonzal. *glossa* 65. *numero* 8. & Barbos. *dict. numero* 45. & Surdus *decisio.* 75. *num.* 1.

Nec obest Vicarius generalis, si dicat Apparitorem Vniuersitatis non habere potestatem capiendi arma, nisi scholasticis de nocte horis insolitis. Quia hæc obiectio tollitur per verba statutorum dictæ Vniuersitatis, dum loquuntur de creatione Apparitoris, quæ sic habent: *Paraque o Meirinho da Vniuersidade possa mais liuremente fazer seu officio & vigiar, que os estudantes nam andem adeshoras cum armas, ou tra os deflezos, epessoas quenam forem da iurisdicam da Vniuersidade, nam tenham occasiam de resistir, ou desobedecer ao dito Meirinho, podera o dito Meirinho da Vniuersidade correr denoite a cidade, & prender os que achar embucados, ecom armas defesas, ou atempo defeso ou fazendo oque nam decem, posto que nam seiam da iurisdicam do Conseruador, de modo, emanerra que faz o Meirinho da Vniuersidade de Coimbra, eprezos os leuara ao Conseruador, ou ao Iuiz aque pertencerem, elhes demandara as armas, epenas dellas, que lhe seram iulgadas conforme a ordenaçam epostura da Cidade.* Hoc est, vt Apparitor Vniuersitatis sui officij partes liberiùs præstare valeat, & vigilare, ne scholastici insolitis horis cum armis, & vestibus vetitis liberè vagentur, & ne personæ quæ non fuerint de corpore, nec de iurisdictione Vniuersitatis, habeant occasionem resistendi, aut non parendi prædicto Apparitori, dictus Apparitor Vniuersitatis poterit de nocte percurrere ciuitatem, & capere, & comprehendere quoscumque inuenerit habentes ora pallio obuoluta, & cum armis vetitis horis prohibitis, aut vetita facientes, quamuis non sint de iurisdictione Conseruatoris Vniuersitatis, eo modo quo solet vti Apparitor Vniuersitatis Conimbricensis, eosque deducet captos ad Conseruatorem, aut ad iudicem competentem, apud quos arma vt deperdita postulabit, & pœnas gestantibus à lege positas sibi adiudicari iuxta ordinationem, & statuta ciuitatis, quæ omnia patent ex statutis Vniuersitatis Eborensis ordinatis per Serenissimum Cardinalem Henricum postea Regem Lusitaniæ confirmatis per Regem Sebastianum, eiusque successores, & ex statutis Vniuersitatis Conimbricensis, *lib. . tit. 47. num.* 10.

Ex quibus patet Archiepiscopum, & eius Vicarium nihil posse contra Apparitorem Vniuersitatis propter capturam armorum factam Apparitori clericorum, quæ Apparitori Vniuersitatis per Prætorem iudicem competentem fuerunt adiudicata legitimè, cùm Prætor sit Conseruator sæcularis eiusdem Vniuersitatis, & coram illo, & non coram Vicario quæstio super captura armorum, cùm sit quæstio facti, & non iuris, tractanda erat,

erat, vt ex Bobadilla resultat Pereira *de manu Regia part. 2. cap. 43. num 5. §. apud nos autem*; & Prætor poterat cognoscere in prima instantia de causa dicti Apparitoris clericorum, quatenus est persona potens & officialis, seu Apparitor, vt habetur *in l. nostra lib. 1. ordin. tit. 58. num. 22. ibi: Corregedor nam conhecerà per aucam noua nam anocarà feito algum Crime, nem Ciuil saluo os feitos & causas dos Iuizes, Alcaides, Procuradores, Taballiaens, Fidalgos, Abbades, &c. Ebem assi de outras quaisquer perssoas poderosas nos casos emque direitamente pertenecem a nos.* Dicitur autem potens hoc loco, qui aduersarium ratione officij terrere potest, nec est dubium Apparitores terrere posse aduersarios. Atque ita potest Prætor de illius causa cognoscere, cùm sit Conseruator sæcularis eiusdem Vniuersitatis, ad quem Apparitor Vniuersitatis de nocte inuentos cum armis horis prohibitis quotidie deferre soler. Iuuat eadem lex nostra suprà §. 34. ibi, *Meirindos, Alcaides*, & Cabed. 1. *part. decis.* 102. vbi dicitur decisum, non posse Prætorem inquirere de officialibus Prælatorum, si delinquant in officio, quod etiam notat Barbos. *in Remissionibus ad ad d. §. 34.* ergo potest cognoscere de causis officialium Prælatorum, quando delinquunt aliàs extra suum officium, & sunt laici, & ratione delicti sunt etiam de iurisdictione regia, vt est communis.

Nec refragatur, si quis opponat familiam Episcopi gaudere priuilegio fori, vt volunt Clar. §. *final. quæst.* 35. *num.* 18. *versic. quære nunquid familiares*, Bellug. *in Speculo Principum rubr.* 11. §. *videndum, num.* 9. *in fine, vers. de existentibus.* Capell. Tholos. *decis.* 378. Marant. *de ordin. iudic. part.* 4. *dist.* 11. *num.* 4. Capic. *decis.* 12. Thezaur. *decis.* 22. *num.* 6. Farinac. *in praxi crimin. part.* 1. *quæst.* 8. *num.* 45. Villalobos *in ærario commun. opin. litt. F. num.* 33. & Beller. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de fauore clericorum reali*, §. 1. *num.* 13. Item familiam armatam Episcopi gaudere priuilegio fori, latè disputat Francisc. Leo *in Thesauro fori Ecclesiastici part.* 1. *cap.* 9. *numero* 16. *&* 17. *& cap.* 11. *num.* 18.

Quia in primis dici potest nomine familiarium Episcopi non venire, nisi domesticos, & commensales. Barbos. *in cap sicut nobis, de verbor. signific. num.* 2. *in* 6. *pag.* 466. Abbas *in cap. cùm dilectus, num.* 2. *de cleric. non resident.* Felin. *numero* 1. *c. in litteris*, vbi gloss. *de testibus.* Quare dictus Apparitor clericorum, cùm non sit commensalis, nec domesticus Archiepiscopi, & viuat in domo propria, & de suis bonis, ac de suo officio, non gaudet priuilegio fori, cùm sit laicus. Item dicendum est de rigore iuris hodie familiam Episcopi non gaudere priuilegio fori, nisi cõstet ex clericis in sacris constitutis: non autem, si cõstet ex laicis, quod etiam procedit ex consuetudine Hispaniæ, & Lusitaniæ, vbi familiares Episcopi non gaudent priuilegio fori, teste Gabriel. Pereira *de Manu Regia* 1. *part. cap.* 10. *num.* 13. Suarez *lib.* 4. *contra errores Angliæ cap.* 29. *num.* 9. & constat ex praxi quotidiana, per quam famuli Episcoporum tam in ciuilibus quàm in criminalibus conueniuntur, apud iudices sæculares, quamuis sint Clerici in minoribus, si non habeant requisita in Concilio Tridentino *quæst.* 23. *cap.* 6. *de reformatione.* Barbos. *ibi dict. cap.* 6. *in remissionibus, num.* 3. *& num.* 9. *& num.* 13. *& sequentibus.* Consonat Ordin Lusit. *lib.* 2. *titul.* 1. §. 27. vbi declarantur conditiones, quas habere debent, qui volunt declinare iurisdictionem regiam, & confugere ad Ecclesiasticam, quales non habebat Apparitor clericorum Eborensium. Imò apud Prætorem, seu Conseruatorem Vniuersitatis ipse Apparitor ostendere debuit rationes, aut priuilegia, seu exemptionem à iurisdictione regia, vt dicitur *in d.* §. 27. *ibi, quando declinarem nossa iurisdiçam, alegando, que nam clerigos, offereçam suas cartas*: vnde sæcularis iudex cognoscet, an reus gaudeat priuilegio fori, Cuuarr *pract. cap.* 33. *num.* 1. quod procedit ex concordia facta inter Regem, & clerum, de qua affirmat Caldas Pereira *quæst. forens. lib.* 1. *quæstion.* 25. *numero* 19. *in fine*, & Gama *de sacram. præstan. vltimo supplicio damnatis, quæst.* 5. *numer.* 29.

Sequitur illa controuersia, an Conseruator Academiæ Eboren. possit procedere contra officiales Archiepiscopi si impediant iurisdictionem illius, & officialium ipsius Academiæ? Responsio est affirmatiua, iuxta regulam capitis 2. *de officio Legati*, si eos impediant in suis conseruatoriis. Anchar. *consil.* 132. *num.* 3. Cardin. Tusch. *litt. C. conclusion.* 760. *numer.* 1. *&* 2. præsertim quando officiales Archiepiscopi procedunt sine iurisdictione, & non seruato iuris ordine contra exemptos, quales sunt scholares tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, & officiales eiusdem Vniuersitatis. Quinimo orta dubitatione inter Conseruatorem, & inter Vicarium, ad quem eorum spectet iurisdictio super crimine officialium Vniuersitatis, non ad Vicarium, sed ad Conseruatorem spectat, & ipse cognoscet, an sua sit iurisdictio ob maiorem auctoritatem iurisdictionis Apostolicæ, quam exercet, ex traditis à Decio *in cap. pastoralis, in principio.* Butr. *in c. cæterum, column.* 3. *de iud.* Couarr. *pract. cap* 33. *num.* 1. *in principio*, argum. dubij exciran circa iurisdictionem inter iudicem delegatum, & Ordinarium, in quo euentu cognitio non delegato, sed Ordinario competit, vt per Marant. *de ordin. iudic. part.* 4. *dist.* 16. *num.* 58. *pag.* 204. *& disp.* 1. incip. *Plerumque, num.* 3. & Rebuff. *tom.* 1. *ad leges Galliæ, tit. de Euocat. art.* 1. *num.* 101. *pag.* 270. qui volunt quando Princeps delegat causam alicui speciali delegato, censeri tollere omnem iurisdictionem, & omnem potestatem inferioribus Ordinariis, qui aliàs poterant de illa causa cognoscere. Cùm ergo in nostro casu similis orta sit dubitatio super iurisdictione inter iudicem Conseruatorem, & inter Vicarium generalem, non illi, sed Conseruatori, qui habet maiorem iurisdictionem, competit cognitio, Iason *in l.* 2. *num.* 19. *ff. si quis in ius voc.* Lancellot. *de attentat.* 2. *part. cap.* 20. *num.* 73. dicens Delegatum Principis esse maiorem quolibet Ordinario, *cap. sanè, de officio deleg.* & inhibereque posse omnibus inferioribus. Atque ita cùm fuerit controuersia, an Apparitor Vniuersitatis potuerit armis spoliare Apparitorem de nocte per vrbem vagantem cum armis inuentum pro libito absque negotio ratione sui officij peragendo, vt ipse interrogatus coram Scriba, quem secum afferebat Apparitor scholarium, fassus est, & Conseruator arma vti deperdita Apparitori scholarium adiudicauerit, seruato in hoc casu ordine suo iure optimo Conseruator Vniuersitatis potuit procedere contra Vicarium Archiepiscopi tamquam contra perturbatorem suæ iurisdictionis. 139. 140.

Ex dictis sequitur Vicarium generalem non posse agere censuris contra Apparitorem scholarium,

rium,& multo minus ipsum in carcerem detrudere propter capturam armorum, quibus spoliatus est Apparitor clericorum, quia, vt apparet ex Bulla, prædicti officiales Vniuersitatis sunt exempti à iurisdictione Archiepiscopi, eo quòd Summus Pontifex abstulit omnem iurisdictionem, quam habere poterat Archiepiscopus in scholares, & officiales Vniuersitatis, & eam transtulit in Conseruatorē, ibi, *perpetuò eximimus, & liberamus*, &c. *à correctione, visitatione, iurisdictione*, &c.& ibi ratione cuiusuis delicti vbicumque fuerit commissum, Acosta *in d. quæst.* 86. in explicatione Cruciatæ, sicut Rex abstulit iurisdictionem Iudicibus Ordinariis ciuitatum Eboræ, & Conimbriæ circa sæculares exemptos, & eam concessit Conseruatoribus sæcularibus earundem ciuitatum: atque ita Conseruatores possunt contra Diœcesanos Metropolitanos,& Legatos procedere, & eos punire, si eos turbare præsumpserint in iurisdictionis exercitio, Anchar. *conf.* 13 a. *num.* 9. & multo minus poterit Vicarius capere,& in carcerem conîicere Apparitorem Vniuersitatis, ex ea ratione, quia Apparitor Vniuersitatis non impediuit Apparitorem elericorum in ministerio sui officij, dum illum inuenit armis de nocte vagātem per vrbem pro gustu suo, imò se obtulit illi opem ferre, si fortè pergeret ad aliquid faciendū in suo munere, vt patet ex fide scribæ Apparitoris Vniuersitatis.

Quare cùm nihil ageret contra iurisdictionem Archiepiscopi, sed solùm arma Apparitori clericorum abstulerit, & illum detulerit Prætori ratione obligationis sui officij, qui arma depetdita adiudicauit iuxta legem regiam, nullo modo integrum est Vicario procedere ad capturam, & mittere in Carcerem Apparitorem Vniuersitatis, cùm non haberet iurisdictionem in illum nec ratione personæ, cùm esset laicus exemptus à iurisdictione ordinaria, & haberet iudicem competentem, nimirum Conseruatorem, qui est iudex Ordinarius Vniuersitatis, Scholarium ministrorum,& officialium illius. Quin etiamsi commisisset fortè aliquod crimen, cognitio illius competebat respectiuè Conseruatori, non autem Vicario, Acosta *in d. quæst.* 86. *fol.* 160. *verso, & fol.* 161. Quòd si dicatur crimen commissum esse fori Ecclesiastici, adhuc cognitio illius competebat non Vicario, sed Conseruatori Ecclesiastico Vniuersitatis, quia Summus Pontifex abstulit omnem iurisdictionem erga scholares, & officiales Vniuersitatis Ordinario Archiepiscopo, & eam tradidit Conseruatori, vt liquet ex eodem Breui, his verbis ibi: *Perpetuò eximimus, & liberamus à correctione, visitatione, iurisdictione*, &c. & *ibi* ratione cuiusuis delicti vbicumque fuerit commissum. Per quæ verba, quamuis delinquens ratione delicti efficiatur de iurisdictione alterius, vt per Couarr. *practic. cap.* 11. *num.* 3. Clar. *in* §. *vltim. quæst.* 38. *cum sequent. & quæst.* 85. Gregor. Lopez *l.* 1. *gloss. vltima, tit.* 29. *partit.* 7. Auiles *ad cap.* 17. *Prætorum.* Cabed. *Lusit. decis.* 16 *p* 1. D Barbos. *in lege hæres absens*, §. *proinde in art. de foro delicti*, & Caldas Pereira *quæst. forens. conf.* 23. *n.* 5. nihilominus hoc non procedit in exemptis omnino, vt hoc loco dicitur, scilicet, Perpetuò eximimus, & liberamus ratione cuiusuis delicti vbicumque fuerit commissum.

Nec confert Apparitorem clericorum posse portare arma noctu, quia id intelligitur cum moderamine nostræ legis *d.* §. 26. nimirum quando Apparitor aliquod negotium exequitur ratione sui muneris, vel de mandato sui superioris, secus si tanquam homo priuatus incedat pro suo gustu ad libitum: tunc enim potest spoliari armis, quia non sunt Ecclesiastica, atque ita cùm Apparitor vniuersitatis non sit de iurisdictione Vicarij, nec ratione personæ, nec ratione delicti, cùm nullum commiserit, nec ratione rei sitæ, quia arma non erant Ecclesiastica, non potuit Vicarius procedere ad capturam contra Apparitorem Vniuersitatis, *cap. vltimo, de foro compet.*

Possit ne Conseruator Vniuersitatis inhibere Vicario generali, & causam prædicti Apparitoris Vniuersitatis auocare ad suum iudicium? Responsio est affirmatiua: ratio, quia Conseruator inhibendo Vicario non agit de defensione officialis Vniuersitatis, sed vult, vt ad suum iudicium remittantur acta, & culpæ, si fortè aliquas haberet, vt casu, quo pertineant ad suam iurisdictionem veluti iudex competens puniat. Quòd autem possit Conseruator inhibere Ordinario, patet ex *c.* 2. *de officio delegati in* 6. cùm sit maior illo, *cap. sanè el* 2. *de officio delegati*, Menoch. *de præsumptione lib.* 2. *præsumptione* 17. *num.* 5. vbi delegatum Principis esse digniorem ipso Ordinario vult, & ideo ea, quæ digniora sunt, præferuntur *l.* 2. *de albo scribendo*, Monet *de Conseruatoribus, cap.* 8. *num.* 162. *ad finem fol.* 595. subdens Conseruatores posse inhibere Legato Sedis Apostolicæ, ex Anchar. *consil.* 13 a. *num.* a. Imò posse procedere contra Legatos de latere, illosque mulctare, si voluerint expedire causas ad ipsos Conseruatores pertinentes, Tuschus *in suis conclusionib. verb. Conseruatores.* Sed de his supià *disp.* 12. *de iudice Conseruatore*, §. 2. *ex n.* 42. *vsque ad numerum* 45. 141.

Confirmatur ex litteris conseruatoriis Societatis *fol.* 123. ibi: *Occupatores, seu detentores, præsumptores, & iniuriatores, nec non contradictores quoslibet, & rebelles, quandocunque expedisset auctoritate Apostolica per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo.* & infrà, *Nec non eisdem occupatoribus, detentoribus, molestatoribus, iniuriatoribus, contradictoribus, & rebellibus, etiam sub censuris, & pœnis Ecclesiasticis, ac etiam pecuniariis eorum arbitrio moderandis, inhibendi, ac quibusuis inhibitionibus, eis pro tempore, etiam prætextu quarumcunque litterarum conseruatoriarum, seu priuilegiorum Apostolicorum, quibuslibet concessorum, & concedendorum, pro tempore factis, non obstantibus, eorum iurisdictionem liberè exercendi, loca ad quæ eos declinare contigerit, & in quibus scienter stare præmissi forent, Ecclesiastico interdicto subiiciendi plenam, & liberam facultatem concessit.*

Ex quibus patet Papam concessisse Conseruatori Ecclesiastico potestatem, & iurisdictionem circa laicos in casibus aliàs pertinentibus ad iurisdictionem ordinariam Archiepiscopi, in quibus potest iudicare laicum. Marta *de iurisdictione, part.* 2. *cap.* 1. *num.* 3. ac etiam in casibus mixti fori, iuxta ordinationem *lib.* 2. *titul.* 9. *per totum*, & orta contentione inter Conseruatorem, & Vicarium, cuinam ex duobus competat iurisdictio super crimine officialis Vniuersitatis, Conseruator propter maiorem auctoritatem cognoscit, an sua sit iurisdictio, & potest procedere contra Vicarium generalem, tanquam contra perturbatorem priuilegiorum Apostolicorum quæ Vniuersitas habet, si illum impediat in suis conseruatoriis. Barbosa *de officio, & potestate, allegat.* 106. *num.* 5. & 36. Atque ita bene potuit inhibere Vicario, cùm sit iudex maior in illa causa,

causa, in qua inhibuit, & inhibere potuit omnibus inferioribus. *l. iudicium soluitur*, ibi, *vel eo vetante, qui maius imperium in eadem iurisdictione habet, ff. de iudiciis*, Lancellotus *de attentatis, parte 2. cap. 20. in præfat. num. 71. & 72.* vbi *num. 80.* concludit, quando est dubium ad quem spectet cognitio, maior debet cognoscere, sed Conseruator est iudex maior, cùm sit Apostolicus: ergo poterat cognoscere, & auocare causam ad suum iudicium, & inhibitoria intimara Vicarius nullo modo potuit procedere, cùm haberet manus ligatas, *cap. non solum 7. de appellationibus in 6.* Maranta *de ordine iudiciario, p. 6. 2. actu, seu titulo*, & quandoque appellatur, *num. 207.* quia inhibitio æquiparatur decreto irritanri, Mandos. *de inhibit. quæst. 41. num. 2.* & facta post inhibitionem sunt nulla regulariter ipso iure, Ægidius *decis. 623. Processus, cap. per tuas, de sentent. excommunic. cap. licet, eod. titulo in 6.* Lancellot. *d. cap. 10. n. 15. & n. 17. & ampliatione 10. num. 1.* nec requiritur clausula annullatoria, sed sufficit sola inhibitio: quoniam qui inhibet, eo ipso videtur velle, quòd si contra fiat, actus non valeat, Paul. de Castr. *cons. 267. In facto illorum de Gozadinis, num. 2. in fine, vers. vlt. videtur, lib. 1.* sequitur Aret. *in cons. 75. Diligenter, col. 1. in principio*, dicens, quòd vbicumque iudex facit contra prohibitionem hominis inhibentis, aut aliquid mandantis, actum esse ipso iure nullum, Roland. *in cons. 77. Viso, num. 8. lib. 2.* Quibus probatur posse Conseruatorem inhibere Vicario generali, & ipsum inhibitum non posse procedere validè, tenerique remittere acta ad iudicem inhibentem. Nam inhibitio siue iusta, siue iniusta, est timenda, Rota *decis. 16.* aliàs 307. *Nota quòd audientia, in fine, de appellationibus*, Lancellot. *de attentatis, d. p. 2. cap. 20. ampliatione 10. & 11. in principio.*

143. Sequitur etiam ex traditis non posse Vicarium generalem in casu proposito agere censuris contra Conseruatorem vniuersitatis; quia Conseruator nullam intulit violentiam iurisdictioni ordinariæ, cùm vteretur iurisdictione Ecclesiastica Sedis Apostolicæ, quæ non impedit ordinariam, argument. *l. cælicolarum, C. de Iudæis.* Quin etiam excommunicatio lata à Conseruatore ob iurisdictionem Apostolicam ligat non solùm Vicarium, sed etiam omnes Vicario fauorem impertientes, veluti impedientes Apostolicam iurisdictionem, vt habetur *in Bulla Cœnæ excommunicatio. 16.* Cabed. *diuersorum iuris, lib. 1. cap. 5. num. 12. ad finem.* Secundò ostenditur ex exemptione Conseruatoris Ecclesiastici vniuersitatis, & illius officialium à iurisdictione ordinaria in omnibus suis causis, vt constat ex Bulla Conseruatoriæ, & in casu simili pro exemptione Conseruatoris à iurisdictione ordinaria fuit iudicatum annis præteritis Romæ inter Doctorem Sebastianum Tinoco Conseruatorem, & Franciscum Martins Monteiro Vicarium generalem Archiepiscopi. Casus autem sic se habuit:

Matthias Gallus dum esset Apparitor Clericorum Eborensium 9. die Augusti Anno de 1618. cepit Subdiaconum scholarem in Vniuersitate Eborensi nomine Emmanuelem Albuquercium, cúmque sic captum detulit ad carcerem Clericis deputatum, captus per Procuratorem requisiuit à Conseruatore Vniuersitatis, qui eo tempore erat Doctor Sebastianus Tinoco Canonicus Eborensis, litteras precatorias ad Licentiatum Franciscum Martins Monteiro eo tempore Vicarium generalem Archiepiscopi Eborensis, quæ litteræ fuerunt 13. die eiusdem mensis Vicario intimatæ: qui sibi exhiberi à dicto Conseruatore iussit litteras, & priuilegia Vniuersitatis, & Conseruatoriæ. Conseruator cùm omnibus esset notorium de suo officio, & de priuilegiis Vniuersitatis, non paruit mandato Vicarij, imò tulit monitorium contra dictum Vicarium, quòd illi notificatum fuit decimoquarto die eiusdem mensis, & quia Vicarius non paruit intra tempus præfixum, Conseruator eundem Vicarium excommunicatum pronunciauit, & declarari iussit: publicatúsque fuit Vicarius 17. die eiusdem mensis, & die sequenti actum fuit contra participantes.

Ad instantiam prædicti Vicarij recursus habitus est ad iudicium Legatiæ. Iulius Andrioli Auditor Illustrissimi Domini Doctoris Octauij Acoramboni tunc Collectoris inhibitoriam chartam tulit 21. die eiusdem, quæ fuit notificata prædicto Conseruatori 25. die ipsiusmet mensis, tunc Conseruator inhibitioni obediuit vigesimo septimo eiusdem mensis, deductísque actis ad iudicium Legatiæ prædictus Iulius Andrioli Auditor tulit sententiam pro Conseruatore, in qua pronunciauit illum, & illius officiales esse exemptos à iurisdictione Archiepiscopi, declarauítque censuras à Vicario generali contra Conseruatorem latas esse nullius roboris, his verbis: Bene iudicatum fuit per Reuerendum Conseruatorem iudicem, à quo in proferendo monitorio contra Vicarium Franciscum Martins, de quo agitur, & per dictum Vicarium malè appellatum.

Tandem in tertia instantia deducta fuit causa ad Romanam Curiam, vbi ab Illustrissimis Cardinalibus ad causas Episcoporum decidendas deputatis pronunciatum fuit pro Vniuersitate Eborensi, quæ sententia transiuit in rem iudicatam, & fuit confirmata motu proprio per Breue Gregorij XV. Datum Romæ 22. Nouembris 1621. Fueruntque iudices executores eiusdem, Illustrissimus Dominus Archiepiscopus Braccarensis Hispaniarum Primas, & Olisiponensis, qui delegauit executionem Domino Iacobo Lobo Scholastico eo tempore Mirandensis Sedis, qui Breue, & inhibitionem illius fecit notificari, & intimari Domino Archiepiscopo Don Ioseph de Melo, eo tempore Matriti commoranti, & ipse obediuit inhibitioni 19. die Octobris Anno de 1622. & suis Vicario generali Francisco Martins, aliisque causarum expeditoribus Eboræ commorantibus, inter quos vnus erat dictus Licentiatus Franciscus Nogueira nunc Vicarius, qui omnes inhibitos se declarauerunt 25. die eiusdem mensis, & dictus Franciscus Martins soluit expensas.

. Ex qua constat Conseruatorem per sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, esse exemptum à iurisdictione Archiepiscopi, de quo non est dubitandum cùm sit iudex Apostolicus, qui est maior Ordinario, & dignior, Franc. Molina *de brachio sæculari, c. 6. n. 12.* Gratian. *discept. forens. c. 111. n. 65.* Sbroz *de officio Vicarij, lib. 2. cap. 62.* Bobadil. *in sua politica, lib. 2. cap. 21. num. 59.* & Molin *de iustitia tom. 6. tract. 5. disp. 26. num. 1.* vbi addit excommunicatum à delegato Summi Pontificis non posse absolui ab Ordinario loci, quamuis delegatus sit defunctus, aut ab officio remotus, quia Apostolicus est maior Ordinario, *cap. studuisti, cap. sanè, de officio delegati*, Mandos. *de inhibit. quæst. 5. 6. & 7.* vbi

tradit Ordinarium non posse inhibere delegato, Marta *de iurisdictione* 3. *part. cap.* 4. *num.* 18. Menochius *cons.* 92. *num.* 8. Moneta *de conseruat. cap.* 8. *num.* 162. & Sayr. *de censuris, lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 35. *&* 36. vbi concludit, nec superiorem delinquentem in territorio inferioris ab eo excommunicari posse, nec exemptum simpliciter à iurisdictione alicuius ob delictum puniri; facit gloss. *in cap. placuit* 6. *quæst.* 3. & Panorm. *in cap. suarum, num.* 8. *de priuilegiis.*

Quod procedit, quamuis Conseruator excedat, & procedat iniuste, *cap. si quando, de officio delegati*, vbi Alexander Tertius iubet, vt Ordinarius mandato delegati non resistat violenter; sed, vt apud eum instet, donec Sedi Apostolicæ veritas innotescat, sic ibi; & Augustinus Barbosa *in verb. resistere violenter, num.* 4. per Duenn. per *regul.* 192. *in fine*, & Hippol. *in l.* 1. *num.* 25. *ff. de quæstionibus*; quibus accedit Marant *in disp.* 1. incipit, *Plerunque, num.* 15. ex verbis prædicti *cap. si quando*, sed apud eum instare, vbi notat Ordinarium non posse resistere delegato Principis violenter, si velit exequi sententiam, sed debere precibus apud eum instare, vt rescribatur Principi, si sententia apparet iniusta. Confert Innocent. *in d. cap. si quando*, vbi docet non esse resistendum delegato, quamuis malè agat, & de hoc constet, nisi per appellationem: atque ita nullo modo potest Ordinarius procedere contra iudicem Apostolicum, qui est exemptus, quamuis sit negligens: non enim Ordinarius eius negligentiam corrigere potest, Gratian. *discept. forens. cap.* 154. *num.* 42. Abbas *in cap. fin. de rescriptis, num.* 17. per hæc verba: *Et conclusio sit quod aut delegatus deliquit in procedendo, & tunc quia solùm excessit contra Papam in non parendo mandatis ipsius, non potest per alium inferiorem puniri: aut deliquit peruersè agendo, & tunc potest puniri per Ordinarium loci; quia non conuenitur, vt delegatus, sed vt criminosus.* Sed dicit Ioannes Andreas se non credere, quòd pendente causa coram eo, possit conueniri saltem, vbi impediretur procedere in causa sibi delegata, glossa optima *verb. priuilegij, ad finem in c. suarum, de priuilegiis.* verba sunt Abbatis.

Quòd si dicas Conseruatorem deliquisse, & ideo ratione delicti posse conueniri coram Ordinario, non obstante exemptionis priuilegio, per textum *in d. cap. suarum*, & *ibi* glossa, & Augustinus Barbosa *num.* 27. vbi concludit idem esse dicendum de illis, quibus datum est priuilegium, vt non nisi coram certo iudice possint conueniri, quæ Decretalis nunc ampliatur à Concilio Tridentino *sess.* 7. *de reformatione cap.* 14. & est communis sententia, ex Abbate *in cap. vltimo, num.* 11. & *ibi* Felin. *num.* 5. *de foro competenti.* Responde negando Conseruatorem, & eius officialem deliquisse, neque Vicarium processisse contra Conseruatorem ratione criminis, commissi, sed quia vsus est sua iurisdictione Apostolica in fauorem Apparitoris Vniuersitatis, vt expressè declarauit idem Archiepiscopus, & eius Vicarius, palàm dicentes non processisse contra illum, vt est Canonicus, sed vt est Conseruator, quod nullo modo poterant, cùm esset exemptus per priuilegium concessum personis etiam quoad delicta, nec priuilegium est certo loco circunscriptum. Barbos. *in d. cap. suarum*, cum aliis. Atque ita quamuis Conseruator deliquisset, aut eius officiales, non poterant Archiepiscopus, & eius Vicarius de delictis eorum cognoscere, vbicumque fuerint commissa, cùm id sit illis prohibitum per supradictum Breue, iuxta quod nequeunt cognoscere de delictis scholarium & officialium Vniuersitatis, quod est priuilegium exemptionis simpliciter datum personis, & Vniuersitati.

Nec obest quando acta iudicis delegati Apostolici sunt euidenter nulla, & ex illis oriuntur damna irreparabilia, posse Ordinarium declarare esse nulla, per textum *in cap. solicitudinem*, §. *quia verò*, vbi Decius *de appellationib.* & per id quod notat Cardinalis *in Clement.* 2. *in fine principij*, *de pœnit. & remiss.* dicens inferiorem posse declarare factum superioris iudicis quando constat de eius iniustitia, & nullitate, vt refert Marant. *in quæst. legal. disp.* 1. *num.* 24. Quia ad hoc respondetur ex actis Conseruatoris non emanasse damna irreparabilia, cùm facilis esset appellatio ad Tribunal Domini Collectoris Illustrissimi. Nec acta per Conseruatorem sunt omnino nulla euidenter, in quo euentu cùm facta superioris non sint notoriè nulla, ita quòd non sit aliquatenus hæsitandum, vt ait textus *in cap. cùm contingat*, & *ibi* Nauarrus per textum, his verbis: *Quòd si super hoc fuerit dubitandum, ad exequendum te procedere non oportet, ideo Vicarius nihil poterit contra.*

Sequitur denique non posse Archiepiscopum eiusque Vicarium Conseruatorem capere, & carceri addicere cum dedecore tanquam infamem latronem, cùm non sit illius subditus, sed omnino exemptus, & priuilegiatus priuilegio Papæ, *cap.* 144
cùm Episcopus, de officio Ordinarij in 6. Marta *de iurisdict.* 3. *part. cap.* 1. *num.* 8. & notat Imola *in Clementina vnica, de excess. Prælat. num.* 10. per hæc verba: Exempti eo ipso quòd eximuntur, desinunt esse in personis, & bonis sub potestate Ordinariorum, & habentur instar extraneorum, *cap. luminoso* 18 *quæst.* 2. Nec valet caput, *vt fama* 35. *de sentent. excommunic.* secundùm quod possunt capi clerici, quia id intelligitur ibi de clericis subditis, & non de exemptis, his verbis: *ac mandato Prælatorum, quorum illi sunt iurisdictioni subiecti.* & ibidem, *excessus corrigere subditorum*, & *in cap. si clericos*, *de sentent. excommunic. in* 6. ibi, *Clericos tuæ iurisdictioni subiectos*, Couarr. *practicar. cap.* 10. *num.* 1, *vers. quartò non est prætermittendum*, & Conseruator, vt dictum est, & eius officiales, quamuis habeant in Vrbe domicilium respectu Archiepiscopi, & illius Vicarij, sunt instar extraneorum, & tanquam priuatæ personæ.

LIBER

LIBER QVINTVS

DE OBLIGATIONIBVS, OFFICIO, ET POTESTATE INQVISITORVM CONTRA hæreticam prauitatem.

DISPVTATIO DECIMATERTIA

DE ORIGINE, PROGRESV, ET MODO PROCEDENDI Sancti Officij, ac de reliquis ad illud rectè agendum necessariis.

De origine, dignitate, & auctoritate Sancti Officij in lege naturæ.

§. I.

EPITOME.

1. *Officium Sanctæ Inquisitionis institutum est à Deo in principio nascentis Ecclesiæ.*
2. *Primus Inquisitor in lege naturæ fuit Deus ipse, & primi inquisiti fuerunt primores pares.*
3. *Primi parentes an fuerint infideles formaliter?*
4. *Idololatria crimen à primis parentibus an ortum habuerit?*
5. *Deus dicens, Adam Adam vbi es, scribit formam inquirendi.*
6. *Deus non semel, sed sæpius hæreticos deleuit in lege naturæ, & in lege scripta.*
7. *Peccata primorum parentum non fuisse infidelitatis ostenditur: sed probabilius fuisse traditur.*
8. *Cur Deus de crimine serpentis non inquisierit?*
9. *Quid significet mansisse nudos primos parentes, & postea pelliceis vestibus indutos?*
10. *Cur Deus non punierit primos parentes statim morte?*
11. *Quare Deus Caim vetuit interfici?*
12. *& an fuerit hæreticus dum incidit in desperationē?*

1. OFFICIVM Sanctæ Inquisitionis à Deo Optimo Maximo institutum fuit in Ecclesia Catholica, & hoc Tribunale sancto Ecclesiam tanquam muro Adamantino circuncinxit ad defensionem, ac propagationē fidei, & hæresum in posterum pullulantium extirpationem, & ipse primò functus est officio Supremi Inquisitoris, & se ad instructionem processus contra primos parentes accinxit, vt ostenderet primos parentes fidem serpenti habendo, fidem amisisse, vt colligitur ex verbis, quæ protulit matri Euæ, ita, *scit enim Deus, quod si comederitis ex eo, aperientur oculi vestri; & eritis sicut Dij, scientes bonum, & malum.* quibus verbis crediderunt dicto serpentis nullo modo se morituros, cùm Dominus dixisset, *in quocumque enim die comederis, ex eo morte morieris*, Genes. 2. *ad finem*, & 3. in principio, atque ita Deum esse mendacem crediderunt, credendo verbis serpentis; *nequaquam morte moriemini*, quasi diceret; non est verum, quod dixit vobis Deus, *si comederitis, morte moriemini.* Fidem ergo amiserunt, vt refert Suar. *de opere 6. dier. lib. 4. cap. 4. numero 4.*

Quinimo Eua infidelis fuit in recitando diuino præcepto, quia de suo addidit, ne tangeremus illud, cùm Deus dixisset *de fructu ligni scientiæ boni, & mali, non comedetis*; atque ita in præcepto Dei, nullum erat vitium, sed vitium fuit repertum in recitatione mandati, Ambros. *lib. de Adam, & Eua, cap.* 12. vbi notat mandato Dei contradici, addendo, diminuendo, & mutando. Sicut fecit mulier addendo, quando dixit, *ne tangeremus*; deminuendo, *ne fortè moriamur*, mutando, cùm inquit: *Ex ligno scientiæ boni, & mali*; quæ omnia quasi murmurans de Deo, serpenti aperuit, & illum de auaritia arguebat, & Adamus æstuans cupiditate prohibiti credidit primam veritatem mendacij, & summam bonitatem inuidiæ posse insimulari: mendacij quidem, quòd sentiret, ac crederet posse vitam durare in æternum gustato fructu vetito: cùm contrà ex ore Dei audiuerit mortis supplicium sibi illico imminere, si mandatum sibi impositum non seruaret. Inuidiæ autem, quasi odio permotus Deus viam obstruxisset qua ad Dei similitudinem simillimam perduceretur si pomum ligni interdicti prælibaret. 2.

Quare D. Augustinus 14. *de Ciuitate Dei c.* 17. *& in Enchirid cap.* 45. in primo peccato Adami secundo loco infidelitatem constituit, & primo loco ponit superbiam. Sacrilegium, inquit, illic est, quia Deo non credidisti. Iuuat Prosper *in Respub. ad Capitula Gennens. dub.* 3. his verbis. *Quid est*, inquit, *quòd eidem naturæ solam fidem non vult esse preceptam, quam nisi primum Adam amisisset, cæteris bonis omnibus non careret? Credendo enim Adam diabolo, non credidit Deo.* Idem *in libro contra Collatorem cap* 19. per hæc verba sic loquitur: *Perdidit Adam fidem, perdidit continentiam, perdidit charitatem.* Confert Tertull. *in secundo libro aduersùs Marcionem cap.* 2. dicens Adamum electione sua in delictum hæresis fuisse prolapsum; quod causæ fuit, vt notat Ambrosius *in Epistola* 33. *lib.* 5. ad Marcellianam, quòd agnouerit se esse nudum, quoniam bona indumenta fidei perdiderit: itaque tam Adam, quàm Eua æstuantes cupiditate rei prohibitæ perdiderunt fidem, ac charitatem, sine quibus in errores varios inciderunt. Quinimo Eua videns quòd bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, tulit 3.

de illo, & comedit, & iudicem se constituit de illis, quæ à Deo audierat, videlicet, *in quocunque die comederitis, ex eo morte moriemini*; dicente serpente è contrario, *nequaquam moriemini*. quo facto cùm debuisset firmiter credere Deo, & illius præcepto obedire, iudicauit Deum sibi repugnantia, & non vera præcipere, & ideo magis serpenti, quàm Deo aures dedit, cupiens esse sicut Deus, & sibi, quæ Deo propria sunt, vsurpauit: quæ inter blasphemiæ crimina Doctores tradunt, D. Thomas 2. 2. *quæst.* 13. Sotus *de iustitia*, *lib.* 8. *quæst.* 2. *art.* 3. Rojas *de hæret. p.* 2. *n.* 170. Carrerius *eodem titulo*, §. *circa secundum*, & Bartol. *in l. apud Labeonem.* §. *ait Prætor. ff. de iniuriis.*

4. Ea dictis Iustinus Martyr in admonitione ad gentes colligit idololatriæ crimen ortum habuisse à primis parentibus, existimans propterea eiectos esse à Paradiso, quòd crederent esse Deos, qui non erant, & quos venerarentur in Dei contemptum sibi eos constituentes, quos colerent: atque ita non longè abfuit Adam ab hoc crimine, putans se hominem, futurum esse Deum, credens magis sibi vtile, quod diabolus suasit, quàm quod Deus præcepit, cupiuitque pro Deo coli, vt ea aliis ait Suar. *d. cap.* 4. *n.* 22. *ad finem.*

Vnde Adam per Euam à diabolo seductus experimenti cupidus deliquit, & præferens promissa serpentis iis, quæ diuino Oraculo pronuntiata erant eiusdem culpæ cum muliere, ac perfidiæ accusatus est, sicut credens hæretico, hæreticus est, & credens infideli, infidelis est, textus *in cap. si aduersus, de hæreticis*, & scribentes *in cap. quicumque*, §. 1. & §. *hæreticus autem, de hæreticis, lib.* 6. Ioann. Andr. *in cap. in fidei fauorem, de hæreticis, lib.* 6. Imò grauius deliquit Adam, quàm mulier, cùm longè illi præstaret sapientia, ac intelligentia, qua posset detegere insidias serpentis, & illius technas deprehendere: erat enim Adam sapientia multo excellentior, & animi robore fortior, & multo maioribus beneficiis, quàm mulier circumuallatus: ideo dignior, quòd duriori pœna plecteretur, cùm esset caput mulieris, & Deum ipsum interdicentem sibi pomi illius esum audierit; mulier verò ab ipso Adamo legem promulgatam acceperit. Quamobrem Adamo sententiam soli Deus declarauit in hunc modum, *Puluis es, & in puluerem reuerteris*. seu terra es, & in terram ibis.

5. Habemus ergo primum, & supremum Inquisitorem hæreticæ prauitatis fuisse Deum, & volens inquirere de delicto primorum parentum ad auram post meridiem per se ipsum accedit ad Paradisum illos citando, & in ius vocando tanquam reos. Genes. 3. *Adam, Adam vbi es?* quibus verbis modum, & formam iudicibus cunctis præscribit, vt neminem condemnent nisi priùs in ius vocentur, & conuincantur exemplo Adami vocati, vt se defenderet, cùm citatio sit defensio de iure naturali *l. vt vim, ff. de iust. & iur. l. defensionis, C. de iure fisci, lib.* 10. Angel. *in l. Princeps, ff. de legib. num.* 2. Panorm. *in cap in causis, de sentent. & re iudicata* Hac igitur de causa Deus vocauit Adam, dicens: *Vbi es?* & sciebat vbi nam esset, quamuis delitesceret: effectus autem citationis est comparere in iudicio. Hinc fit quòd statutum disponens sententiam latam contra non citatum valere, esse nullum, quia tolli non potest nullitas quæ procedit ex defectu citationis, Baldus *in l.* 1. *C. quomodo, & quando iudex.* Sed de citatione diximus 1. *p. de obligat. moderat. Reipublicæ, disp.* 12. §. 1. *n.* 7. vbi *num.* 8. & 9. tanquam probabilius sequuti sumus non posse Principes tollere citationem.

Nec semel tantùm Deus officio supremi Inquisitoris functus est, sed iterum atque iterum contra Israëlitas in hæreses, & idololatrias ruentes. Nam, vt ex Exodo, & Numerorum libris patet, in primo biennio ab exitu Ægypti, Israëlitæ decies tentauerunt Deum, & in hæreses inciderunt, *Numerorum* 14. *vers.* 22. ibi, *attamen omnes homines, qui viderunt Maiestatem, & signa, quæ feci in Ægypto, & in solitudine, & tentauerunt me per decem vices, nec obedierunt voci meæ.* 6.

Quinimo *Genesis* 6. Deus deleuit hæreticos, quòd Noe non crediderunt, diluuióque aquarum immisso fuerunt homines extincti, eo quia non potuit Noë illis persuadere, vt à carnali via ad meliorem reducerentur, & nullo modo aures darent hominibus peccata carnis non esse peccata prædicantibus: quod ex verbis Pauli *ad Ephes.* 5. roboratur, dum ait, diluuium fuisse immissum in homines carnales, per hæc verba: *Nemo*, inquit, *vos seducat inanibus verbis, propter hoc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ.* quæ verba D. Thomas sic exponit, homines, vt se traderent concupiscentiis, excogitarunt rationes, quibus probarent, & persuaderent vsum venereum non esse peccatum, & quia homines primi sæculi huic errori crediderunt, venit in eos ira Dei, hoc est, diluuium; in quo omnes perierunt, qui manserunt extra Arcam Noë, hoc est, Ecclesiam Dei, in qua manet Christi fides, quam hæretici impudenter deserunt, Rupert. *lib.* 4. *comment. in Genes. cap.* 71. & August. *lib.* 22. *contra Faustum, cap.* 12.

Defluuio etiam temporis Deus etiam egit Inquisitorem semel, & iterum primum, *Genes.* 18. in Sodomas descendens, *Clamor*, inquit, *Sodomorum, & Gomorrhæorum venit ad me.* Suadebant enim alter alteri nullum vsum Veneris esse peccatum, & ideo absumpti sunt sulphure, & igne; quia peccabant contra naturam, & persuadebant nullum genus libidinis esse peccatum, vt probat D. Thomas ex illis verbis Paul. ad Ephes. 5. *propter quod venit ira Dei in filios diffidentiæ.*

Porrò quamquam certum est asserentes fornicationem, & reliquos vsus venereos contra naturam non esse peccatum hæreticos esse, Albertin. *in rubrica, de hæreticis in* 6. *quæst.* 1. *num.* 11. *in fine, vers. Hinc est, quod quicumque dicit*, & *quæst.* 13. *post* 8. & est communis, teste Farinacio *de hæresi, quæst.* 178. §. 3. *n.* 83. cum aliis, & propterea meritissimò tam per diluuium aquarum, quàm per ignem fuisse deletos suadentes peccata carnis licita esse, cùm sit hæresis manifesta id asserere: nihilominus peccatum primorum parentum, nec fuisse hæresim, neque peccatum infidelitatis, ea eo manifestè ostenditur, per verba D. Pauli 1. *ad Tim.* 2. ibi, *Adam non est seductus, mulier autem seducta in præuaricatione fuit.* quasi dicat, Adam non fuisse seductum deceptione fidei contraria, neque infidelitatem commisisse: aliàs nulla esset differentia inter ipsum, & Euam, quam Paulus inter vtrunque constituit; & consequenter per infidelitatem Adam non peccauit. Iuuat Augustinus *lib.* 11. *Genes. ad litt. c.* 42. vbi quærit, si iam spiritualis erat Adam, quamnis mente, non corpore, quomodo credere potuerit, quod per serpentem dictum est: sic *ibi* August. Et infra: Ideo Apostolum dixisse mulierem seductam esse, non virum. Accedit tenor verborum Pauli *supra* ibi: *Adam non est seductus: mulier autem seducta in præuaricatione fuit.* Ergo Adam per infidelitatem 7.

tatem non peccauit. Confirmatur ex reſponſione Euæ, quæ interrogata à Deo, *Quare hoc feciſti?* reſpondit, *ſerpens decepit me: Adam* autem ſicut Eua, non eſt confeſſus deceptionem; ſed ſolùm dixit, *Mulier dedit mihi, & comedi;* quare ſignum eſt Adam non fuiſſe deceptum, neque in errorem incidiſſe infidelitatis. Vnde quamuis in ſuperbiam inciderit appetendo eſſe, vt Deus; bene potuit habere hunc appetitum ſine deceptione, aut poſitiuo errore, quaſi ſpeculatiuo, vt dicitur de Eua, ideo non infertur ex ſuperbia, quòd præceſſerit error, neque quòd fuerit ſubſecutus. Non enim ex omni ſuperbia ſequitur deceptio fidei contraria, atque ita poſtea potuit comedere, vt complaceret vxori, cùm videret Euam poſt eſum adhuc viuere comedendo fructum; & potuit cogitare in aliquo forte ſenſu ſibi incognito Deum pœnam mortis illis ſimul fuiſſe comminatum.

Quod attinet ad peccatum Euæ, quamuis poſt ſuperbiam illa incidiſſet in infidelitatem, crediditſſetque aliquid dictis Dei, & veræ fidei contrarium, & colligitur ex verbis Pauli 1. ad Tim.2. *Mulier ſeducta eſt*, vbi Patres omnes intelligunt Euam crediditſſe vera eſſe, quæ ſerpens proferebat, & volunt D. Thomas 1.*p. quæſt*.24.*art.* 4.*ad* 1. *&* 2.2.*quæſt*.163. *art*.1. *ad* 4. *& art.* 4.*in corpore, & ad* 1. poſt Auguſtinum *lib.* 11. *Gen. ad litteram, cap*.30.*&* 42.& Chryſoſt.*homil*.16.*in Geneſim*; nihilominus dici poteſt Euam crediditſſe ſerpenti, non tamen credendo propterea Deum mentiri, ſed credendo, vel non interdixiſſe comedere de ligno ſcientiæ, eo modo quo ipſa percepetat, vel non fuiſſe comminatum pœnam mortis, vt pœnam irreuocabilem, vt vult idem Auguſtin *d. lib.* 11. *Gen. ad litteram cap.* 30. vbi loquitur de Eua, his verbis: *Non credens, poſſe inde ſe mori, arbitror, quod putauerit, Deum alicuius ſignificationis cauſa dixiſſe: Si manducaueritis, morte moriemini.* Igitur quamuis falsò exiſtimauerit verba Dei eſſe intelligenda hoc, vel illo modo, & in hoc errauerit, non inde infertur, quòd infidelis fuerit, maximè cùm D. Thomas *d. quæſt.* 163. *art.* 1. dicat maximum Euæ peccatum fuiſſe ſuperbiam, quod non dixiſſet, ſi Eua laberetur in infidelitatem, quæ eſt maius peccatum, quàm ſuperbia. Item excuſari poteſt ab infidelitate ſi dicatur Euam non incidiſſe in infidelitatem cum pertinacia, & formali hæreſi, quaſi crederet per ſimplicem ſerpentis teſtationem Deum fuiſſe mentitum, & propter inuidiam præceptum poſuiſſe, quia hoc difficile eſt creditu. Iuuat D.Thomas *in* 2. *diſt*.21.*quæſt*. 1. *art.* 1.*ad* 1. vbi de primis parentibus ait illos non crediditſſe, Deum dixiſſe falſum, ſed crediditſſe in alio fortè modo verba Dei eſſe accipienda: atque ita cum pertinacia non errauit, quia non intellexit techinas illas dæmonis continere aliquid contrarium verbo Dei, & teſtimonio.

Et quamuis his rationibus probabile ſatis videatur primos parentes non incidiſſe in infidelitatem formaliter, & cum pertinacia, probabilius magis eſt incidiſſe ſimpliciter; vt dictum eſt de Adamo ſuprà ab omnibus, qui ſimpliciter docent Adam fuiſſe ſeductum deceptione fidei contraria, vltra quos *in principio huius* §. citatos, idem ſentiunt Ignatius *Epiſtol.*5.*ad Trallianos*, dicens ita, *Excogitate artes ſerpentis illius, qui omnis mali primus auctor eſt, qui per mulierem decepit primum generis noſtri parentem Adam.* quo in loco priùs admonuit, vt ab hæreſi tanquam à facie colubri fugerent, in hunc modum, *Fugite omnes hæreſes*, & ideo non de alia deceptione, niſi de hæretica loquebatur; ſequitur Irenæus *lib.* 3. *cap.* 37. dum ait Adam fuiſſe ſeductum ſub occaſione immortalitatis. Idem Proſper *lib.* 2 *de vita contemplat.cap*. 19. vbi de primis hominibus repetit, quòd ſe fieri poſſe, quod Deus eſt, crediderunt, & Ambroſ. *lib.de Elia, & ieiunio cap*.4. exponens verba illa, *Ecce Adam factus eſt quaſi vnus ex nobis*, ait, *Irridens vtique Deus approbans dicit, hoc eſt, putabas te ſimilem fore noſtri, quo verbo, putabas, deceptum eſſe Adam oſtendit.* Conſentire videtur Auguſt. *Pſalm*.68. ſuper illis verbis, *Quæ non rapui tunc exoluebam*, ait, *Quis rapuit primò. Ille, qui ſeduxit Adam*, & lib. 14.de ciuit cap.17. *Vtrique parenti infidelitatem, & inobedientiam tribuit*, & lib. 11. Gen. ad litter. cap. 34. & 39. dicit, vtrimque diuinitatem appetiuiſſe.

Multo minus de Eua ambigi poteſt, quòd inciderit in infidelitatem, vt vult Ambroſius *lib. de Paradiſo cap.* 12. dicens, *mulierem priùs erraſſe. Viro enim mulier, non mulieri vir auctor erroris eſt.* Sic ille, & ex illo Apoſtoli 1. ad Tim.2. *Mulier ſeducta in præuaricatione fuit.* Quæ ſeductio in rebus ad fidem ſpectantibus fuit, videlicet, quia ſerpenti dicenti, nequaquam moriemini, plus credidit, quam dicenti Deo, *morte moriemini*; & ſic decepta prolapſa eſt in infidelitatem. Item, quia credidit promiſſioni à ſerpente factæ, *eritis ſicut Dij*, quæ promiſſio errorem in fide inuoluebat. Atque ita incidit Eua in peccatum ſuperbiæ, primò ſtatim poſt ſuaſionem ſerpentis inuaſit mentem illius elatio, ex qua conſecutum eſt, vt crederet eſſe verum, quod ſerpens dicebat, & ita ſecundùm Patres multos Eua credidit formaliter, & cum pertinacia Deum ex inuidia ſibi interdixiſſe eſum fructus ligni, ac ſubinde mentitum eſſe, quando dixit eos fuiſſe morituros, ſi de ligno guſtarent. Et hoc modo fuiſſe deceptam Euam, ſignificat Auguſtinus *lib.* 11.*Gen. ad litteram, c.vlt.*& Chryſoſt.*homilia* 16.*in Gen.*& Cyrill. Alexandr.*lib.*3.*contra Iulian* §. *vbi autem*, his verbis: *ſed mentitum potiùs, & per inuidiam prohibuiſſe, ne comederent, vtpote Deos fore ſcientes, ſi comederent.* Quare ſi hoc credidit Eua, nulla excogitari poteſt clarior hæreſis. Ex quibus Patres colligunt perdidiſſe Euam fidem, quia non amittitur, niſi per infidelitatem formalem; quod etiam vult Tertull. *lib.* 2. *contra Marcionem cap.* 12.

Sequitur, cur Deus non inquiſierit ſerpentem? 8.
Reſponſio ſit ex Auguſtino *lib*.2. *contra Manich.* diabolum non poſſe fateri peccatum ſuum vtiliter, & ſalubriter, nec eſſe in via pœnitentiæ, neque ad pœnitentiam reuerti poſſe. Cùm ergo ſerpens eſſet impœnitens, nec haberet excuſationem qua ſe defenderet, non erat cauſæ ad inquirendum; item quia dæmon eſt obſtinatus, immutabiliterque adhæſit prauo fini in quem ſe retulit in vltimo inſtanti viæ: & ob id non poteſt reſipiſcere, vt vult Durandus *in* 2. *diſt.* 7. *quæſt.* 1. neque flecti in bonum, ſicut Angeli beati non poſſunt in malum declinare, & ſunt in iuſtitia confirmati. D. Thomas *quæſt.* 16. *de malo art* 5. Alenſ.3. *p. quæſt.* 1. *membr.* 2 ſequitur Molina *in* 1. *part D.Thom.quæſt*.63.*art*.6.*concluſ*.5. dum ait Angelos non potuiſſe recuperare gratiam per peccatum ſemel deperditam, cùm habeant inflexibile liberum arbitrium poſt adhæſionem;

fionem; ac propterea serpentem Deus non inquisiuit, cùm post primum peccatum factus inadoprivus pœnitentiæ, nec potuerit euadere damnationem æternam, Cassian. *coll.4.cap.14.* Fulgent. *de fide ad Petrum, cap.3.* & Isidorus *lib.1. de summo bono, c.21. sent.11.* post lapsum enim non est pœnitentiæ locus dæmoni; sicut non est homini post mortem.

9. Sed quæres quid significet mansisse nudos primores parentes post peccatum? Et postea pelliceis indui? Responsio sit vtrumque fuisse nudum ante peccatum, neque hoc primis parentibus erat ignominiæ argumentum, sed honoris; quòd nudi erant non erat insipientiæ, sed securitatis, quòd nuditatem suam non erubescébant: nam nuditas secundùm se non est turpis, verecundia autem est de turpi: atque ita in primæuo statu innocentiæ nullâ verecundiam nuditas inferebat, quemadmodum non afferet post resurrectionem corporum. Bene igitur nudus erat vterque in principio, & non erubescebant, quia quod erubescerent, non habebant. Post peccatum autem erubescebant, quia iustitia, & innocentia spoliari erant. Lippoman. *in Genes.* ex aliis *cap.2. fol.76. & fol.84.* vbi de origine huius erubescentiæ, & ex causa illius. *& fol. 85.* ex Ambrosio per hæc verba, ibi: *& antè quidem nudi erant protoplasti, sed non sine virtutum integumentis.* Nudi erant propter morum simplicitatem, & quòd amictum fraudis natura nesciret. Nunc autem multis simulationum inuolucris, mens humana velatur, nudus enim non est, nisi quem culpa nudauerit; & ideo iaciunt super se folia, qui culpam velare desiderant. Lippoman. supra.

Inducuntur ergo vestibus pelliceis à Deo, quia bona indumenta fidei perdiderunt in signum confusionis, ac perpetuæ ignominiæ, sicut hodie hæretici reconciliati indui solent ab Inquisitoribus vestibus, siue saccis benedictis, crucibus transuersis appositis, vulgò *Sambenitos.* Et quia olim in primitiua Ecclesia huiusmodi sacci benedicebantur, proinde sacci benedicti vocabantur, & portabantur in signum publicæ pœnitentiæ à peccatoribus; quarum vestium meminit Hieronymus Romanus *lib.5 de Repub Christiana, cap.20. fol.264. verf. el Sambenito*, Viualdus *in Candel. tit. de pænit. num.14.* Pegn. *in 3. p. direct. schol.58. vers. prouidere etiam*, & Simanch. *de Cathol. tit.47. ex num.9.* vbi *num.13.* tradit saccum hæreticorum damnatorum, qui comburuntur, longè diuersum à veste reconciliatorum suspendendum esse in ea Ecclesia, in cuius Parochia damnati habitarunt in memoriam impietatis eorum sempiternam; quod hodie non seruatur in Lusitania, sed affiguntur, & suspenduntur in oppidis vbi comburuntur, Olisipone scilicet in Cœnobio, seu in Ecclesia Sancti Dominici; Eboræ in templo Diui Antonij, quod est in foro eiusdem vrbis, Conimbricæ in celeberrimo, ac Regio templo Sanctæ Crucis.

10. Quæres etiam, quare Deus supremus Inquisitor non punierit morte statim primores parentes? Responsio sit primos parentes vestitu pelliceo indutos in signum pœnitentiæ, vt faciliùs diuinam iustitiam ad misericordiam flecterent à Paradiso voluptatis omnibus spoliatos à Deo, durisque, ac perpetuis laboribus addictos fuisse in confesso est, & vt mortis subeundæ admonerentur, pellibus animalium fuerunt induti, viuentesque continuò morerentur, & tam serpentem, quam parentes primores in iram suam incurrisse, his verbis ostendit, dicens serpenti; *quia hoc fecisti, maledictus es inter omnia animantia, & bestias terræ: super pectus tuum gradieris, & terram comedes.* Deinde fœminæ: *In dolore paries: multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.* Denique Adamo ait: *quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, spinas, & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ; in sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Ad quas pœnas cùm à Deo Adam, & Eua damnari essent, cùm illos iam errati pœnituisset, & resipuissent mortem in eas pœnas commutatam distulit Deus. Ad cuius exemplum Inquisitores hæreticos ad meliorem frugem se recipientes, & hæresim abiurantes non tradunt brachio sæculari, neque flammis deuouent, vt quotidie videtur.

Similiter dici potest Deum voluisse occidi Caim, vt diutiùs pressus laboribus, & anxietatibus vndique obrutus vitam ageret, prout ait D. Hieronymus *Epistola 125. ad Damasum*, & Ambrosius *lib.2. de Caim, & Abel, cap.10.* his verbis: *Longæuitas vitæ Caim vindicta est, eo quòd vixit in metu: qua pœna nihil grauius est, quàm vt quis sibi maiorum causa pœnarum sit.* Neque esse dubium quòd fuerit Caim hæreticus, cùm dixit, *Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear*, ex communi sententia Patrum colligitur, quasi diceret, Deus non est potens remittere mihi fratricidium, quibus verbis negauit prouidentiam, & misericordiam Dei, & refert paraphrasis Hierosolymitanæ Auctor ad id confirmandum, dixisse Caim dum vidit oblationem Abelis cum beneplacito à Deo suscipi, suam autem non esse susceptam, *Egrediamur in agrum*, subdens contra Abelem: *Non est iudicium, nec iudex, nec sæculum aliud, nec merces bona pro iustis, nec pœna pro impiis, nec Dei misericordia: creatus est mundus, nec Dei misericordiâ regitur, eo quòd suscepta est oblatio tua cum beneplacito, mea autem non est suscepta cum beneplacito.* Quæ omnia, quamuis in sacra pagina non repetiantur expressa, colligi possunt ex verbis Caim ad Dominum, *maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear*, cùm sint verba, vt ait Rupertus, desperati, & de Dei clementia malè sentientis; sed mentitus est: maior enim est Dei pietas, quàm quæuis iniquitas, quæ in eo tanta fuit, vt se morte damnanerit, dicendo: *Omnis qui inueniet me, occidet me.* Albinus, desperando dixit, velut compendio mortis cruciatus euaderet præsentes, & Ambrosius, nihil grauius, quàm errantem à Deo deseri, vt se reuocare non possit. Mors peccatoris finem peccandi affert, vita autem gubernaculo destituta præcipitatur, & in grauiora prolabitur, vbi de Caim.

11.

12.

Vtrùm in lege naturæ fuerint Inquisitores delegati contra hæreticos, & idololatras?

§. II.

EPITOME.

13. *Nemrod an fuerit parens Idololatriæ, & an fuerit pater Nini?*

Nemrod

14. *Nemrod ſuaſit edificare Turrim, cuius culmen pertingeret ad cœlum.*
15. *Nemrod quomodo fuit punitus à Deo dum ſuaderet colere ignem quaſi Deum?*
16. *Abraham Inquiſiter Idololatriam Chaldeorum arguit*
17. *Sara vxor Abraham functa eſt officio Inquiſitoris, & quomodo?*
18. *Sara ſuaſit viro, vt eiiceret Agar de domo, & cur?*
19. *Iacob inquiſiuit in domo ſua, vt Dij alieni ab ea eiicerentur.*
20. *Eſau, an fuerit Idololatra, aut hereticus, & quomodo perdiderit bona ſua?*

13. CIRCA primam quæſtionē, an Nemrod fuerit parens, & origo idololatriæ, Benedict. Pereira *in Geneſ.cap.*10. *diſp* 5.*n*.80.ex Hieronymo, & Cyrillo tradit, Nemrod filium Chus nepotemCham, pronepoten Noë fuiſſe primam originē idololatriæ, fuiſſeque virum potentem in terra, & Regnū, i. tyrannidem cōparauiſſe, & in longinquas regiones dirionem ſuam protuliſſe, nec non primum Babylonis conditorem, & in ea vrbe primordia ſui Regni conſtituiſſe, quem alij appellant Belum patrem Nini, eo quia omnia, quæ de Nemrod traduntur, conueniunt Belo ad vnum, cùm vtrumque inueniamus annos poſt diluuium circiter ducentos Babylonem regere, & Babylonis eiuſdem vocari primum conditorem. Inſuper vterque etmus idololatriæ parens fuit, ita Peterius *d.cap.*10. *diſp.* 3. multis probat ex *num.* 66. & *num.* 67. Nemrod fuiſſe Belum, quem alij vocant patrem Nini.

14. Is autem Nemrod, teſte Ioſepho, ſuaſit hominibus ſui temporis ſe Deo nihil debere, ſed ſuis viribus quicquid poſſediſſet felicem, ac beatum fuiſſe conſequutum, & eò dementiæ deuentum eſt illius tumens cor, vt ſuaſerit hominibus ædificare Turrim, de qua *Geneſ.* 11. cuius culmen cœlum tangeret, in qua ſe à Dei potentia tueretur, & Deo reſiſteret, quod etiam vult Auguſt. 16 *de ciuitate Dei cap* 4.his verbis: *Gigas ille Nemrod ciuitatem, quæ poſtea dicta eſt Babylon, ædificare egreſſus eſt, vt ea caterarum ciuitatum gereret principatum, vbi eſſet tanquam in Metropoli habitaculum Regni: quamuis perfecta non fuerit vſque, in tantum ſtrſum, quantum ſuperba cogitabat impietas: nimia quippe diſponebatur eius altitudo, quæ idcirco dicta eſt, vſque ad cœlum pertingere. Sed quid nocent Deo quantacumque vel ſpiritalis, vel corporalis altitudo? tutam veramque in Cœlum viam molitur humilitas, ſurſum leuans cor ad Dominum, non contra Dominum.* ſic Auguſtinus.

Fuiſſe autem Nemrod, qui alio nomine dicitur Belus, auctorem idololatriæ, ex eo deducitur quod tradit Ioſeph *lib.* 1. *antiquitatum*, his verbis: *Superbiam, inquit, Deique contemptum excitauit in hominibus Nemrod, nepos Cham viraudax, & manu promptus, ſuadendo ijs non Deo, ſed propria virtuti præſentem felicitatem eos deberet: atque ita paulatim rem ad tyrannidem trahebat, ratus fore, vt homines ad ſe deficerent a Deo, ſi ſe illis Ducem præberet* Conſonat Hugo de Sancto Victore in ſuis annotationibus in Geneſ. *Nemrod*, ait, *in ſe corporis, & virtute ſuperans alios homines, dominium cœpit exercere per violentiam: & induxit eos ad idololatriam, vt ignem quaſi Deum colerent, quia videbatur maximum beneficio Solis, qui igneus eſt, contingere videbat; quem errorem poſtea Chaldei ſecuti ſunt.* ſic ibi: vnde maximam, & multiplicem iniuriam, & Deo, & homini intulit. Quia Deus ſolus debet præeſſe homini, quod Nemrod Deo abſtulit, cùm ſe illi interpoſuit; ſimulque debitum cultum Deo ſuſtulit: homini autem iniuriam irrogauit, quoniam dominio, & imperio iniuſto illum ſubiugauit, & in errorem pertraxit.

Quomodo autem inſana ſuaſio ædificandi turrim, & perſuaſio colendi ignem tanquam Deum à Nemrod inuenta fuerit per Deum punita, ex confuſione linguarum, in quas diuiſi ſunt eius ſectatores, oſtenditur Geneſ. 11. *confundamus ibi linguam eorum, vt non audiat vnuſquiſque vocem proximi ſui.* Atque ita diuiſit eos Dominus ex illo loco in vniuerſas terras, & ceſſauerunt ædificare ciuitatem. Et idcirco vocatū eſt nomen eius *Babel*, quia ibi confuſum eſt labium vniuerſæ terræ, & diſperſit eos Dominus ſuper faciem cunctarum regionum. Quare Caſſianus *collat.*4.*c.*12. ſic loquitur: *Linguarum igitur oborta repentè confuſio ſacrilegos auſus hominum, nefandoſque compeſcuit.* 15.

Nec longè abeſt à ſuperioribus quod tradit Leſſius *lib.* 2.*cap.*43.*de ſuperſtitione dub.*3. *num.*12. *de origine idololatriæ*, vbi vult Ninum ſtatuiſſe patenti ſuo Belo, alio nomine Nemrod, idolum, vt pro Deo coleretur, quia opinatur nec ſine fundamento fuiſſe primum, qui publicè erexit idolum, & ædificato templo, & poteſtate regia homines ad illius cultum excitauit, vt præſens haberetur ſemper memoria Nemrod.

An verò Abraham reprehenderit Chaldæorum idololatriam, qui in igne diuinum aliquod venerabantur? Reſponſio eſt affirmans, quia Chaldæos vehementer obiurgabat, & ea de cauſa, vt de illo Chaldæi pœnas ſumerent, Abrahamum in ignem comburendum proiecerunt, à quo diuino auxilio protectus euaſit incolumis. Rupertus Abb. 5.*lib.de Trinitate in Geneſ.* 2. Multas enim afflictiones ſuſtinuiſſe Abrahamum è Chaldæis, eo quòd nollet colere ignem, tradit Auguſtinus *lib.*16 *de ciuitate Dei cap.* 13. & ex traditione Hebræorum Abrahamum propriè in ignem à Chaldæis iniectum, habetur *lib.* 2. *Eſdræ cap.* 9 *verſ.* 7. his verbis. *Deus qui elegiſti Abraham, & eduxiſti eum de igne Chaldeorum*, quam traditionem etiamſi in principio Hieronymus ſuggiller, illam tamen poſtea approbat, ſicut & Eccleſia probat, dum pro moribundis erat, vt Deus eos liberet ab anguſtiis mortis, & ab igne gehennæ, ſicut liberauit Abraham de Vr, hoc eſt, de igne Chaldæorum. 16.

Quinimo putant aliqui cum Chryſoſt. Thare in Chaldæa mirio fuiſſe idololatram, ſed à filio ſuo Abrahamo conuerſum deſeruiſſe idola, idque probant ex Iudith 5. *verſ.* 8. & ex Ioſue 24.2. ſed verius eſt Thare in Chaldæa non adoraſſe idola, ſed cum Abrahamo filio ſuo Deum verum coluiſſe, & ideo, quia à Chaldæis vexabatur, receſſit, & migrauit in Chnaaan ſuaſu Abrahami, & præ ſenio defeſſus ſubſtitit in Meſopotamiæ vrbe Haran, vbi lapſus eſt Thare in idololatriam, & Nachor eius filius ob deceſſum, & abſentiam ipſius Abrahæ in Chanaam, *Geneſis* 31.30. & patet *Ioſue* 24.2. vbi ſic dicitur *Trans fluuium habitauerunt patres veſtri ab initio Thare Pater Abrahe, & Nachor, ſeruierunt que Dijs alienis trans fluuium.* nimirum Euphratem in Meſopotamia: non autem

tem in Chaldæa, ita ex Augustino, Abulens. & ex Peretio, Cornelius *in Genesim cap.* 11. *vers.* 31. *& sequent.*

Quæri potest, an Abraham antequam à Deo vocaretur, idololatra fuerit? Philo colligit *libro de Abraham.* Verius tamen est nunquam coluisse idola, vt constat ex *Iosue* 24. *vers.* 2. vbi dicitur non Abraham, sed Thare patrem, & Nachor fratrem illius seruiisse Diis alienis; futurus enim erat quasi pater credentium, & exemplar fidei proponendus: idcirco nunquam fuit infidelis, ita Iosephus, Suidas, Peretius, & alij, quos sequitur Cornelius *d. cap.* 11. *vers.* 31. Item, quia, vt ait Ioseph *lib.* 1. *antiquitatum cap.* 16. Abraham omnibus virtute prudentiæ excelluit, his verbis: *Abraham*, inquit, *virtute prudentia maior aliis fuit, & opinionem quam de Deo tunc cuncti habebant, innouare, & immutare prævaluit. Primus itaque præsumpsit prænuntiare Deum creatorem vnum esse cunctorum*, &c. cui soli bonum est honorem, & gratiarum actionem tribuere. Propter quæ Chaldæis, & aliis Mesopotamiis in eum consurgentibus migrationem eligens sequi, per voluntatem Dei terram Chananæam possedit, vbi Altare Deo ædificauit, & hostias immolauit. Concordat Suidas, hoc modo cultus idolorum, inquit, cœpit a Sarug, siue Saruch, & viguit vsque ad tēpora Thare patris Abraham, Abrahamus annos natus 14. Dei cognitione illustratus Patrem his verbis commonuit, *Quid seducis homines ob perniciosum lucrum simulacrorum? Non est alius Deus nisi cœlestis ille totius mundi Opifex. Tandem sumptis patris idolis, iisque partim confractis, partim exustis, cum eo terra Chaldæorum excessit.* Ex quibus liquidò constat Abrahamum fuisse Inquisitorem diligentissimum inter Chaldæos, & apud parentes suos, & ob eam causam fuisse à Deo seruatum à labe, ac peste idololatriæ, vt acriùs, ac vehementiùs in eam exterminandam inueheretur, argumento Christi Domini ad Iudæos dicentis, *Qui vestrûm sine peccato est, primus in eam lapidem mittat.*

Nihilominus quamuis argumenta, quibus probatur Abrahamum semper fuisse ab idolorum cultu longè alienum, valde vrgeant; pro contraria parte ostenditur multos fuisse, ac graues viros, qui tradunt Abrahamum primum idolis seruiisse in puerili ætate, postea verò reiecto idolorum cultu diuina luce perfusum renunciasse superstitioni idolorum, & se ita ad Deum colendum conuertisse, vt Pater credentium dici, & esse mereretur. Huius sententiæ est Cyrillus *tom.* 3. *contra Iulianum lib.* 3. *ad finem. Abraham*, inquit, *radix factus est omnium, qui per legem, & Prophetas eruditi sunt ad pietatem, quem aduocatum dicimus, quasi ex idololatria ad certiorem veri Dei cognitionem.* Sic ille.

Sequitur Andreas Masius *in commentariis super vers.* 2. *capitis* 24. *Iosue*, per hæc verba: *Transfluuium habitauerunt Patres vestri, & seruierunt Diis alienis*; & infrà: *Quod porrò*, ait, *maiores ipsorum trans fluuium coluisse Deos alienos, non ad Sem, & Noe aliosque remotiores, sed ad proximos maiores pertinet. Hoc enim solum agitur, vt constet, gratuitò ipsos esse a Deo adoptatos pro populo: neque gratis solum, verum cùm etiam hostes essent, & diuinum cultum, atque honorem, non Deo vero, cui debebatur, sed alienis falsisque Diis adhiberent. Nominatim autem ponitur ante oculos Thare, & duo eius filij Abraham, & Nachor, quod ex his vniuersa Hebræorum stirps esset prognata. Neque enim eos audire possum qui magno conatu Abrahamum ab hoc turpissimo idololatriæ scelere vendicare, nescio quibus argutiis student.* Ita ille.

Ad hos Lindanus *in Panoplia Euangelica lib.* 1. *cap.* 11. *ad finem*, sic ait. *Ille credentium omnium Pater Chaldæus, id est, Abraham, cùm esset idololatra ex idololatria ad veram veri Dei latriam est conuersus.* Confert Georgius Cedrenus Græcus auctor, qui hoc ipsum in sua Historia apertè tradit. Cui accedit Philo Iudæus *in libro*, cuius titulus est, *Abraham, Chaldæi*, inquit, *mundum ipsum existimabant esse Deum prophana sanè opinione, creaturam facientes Creatoris similem. Huic innutritus dogmati Abraham, & per longum tempus Chaldaico imbutus delirio tanquam post altum somnum aperto mentis oculo, postquam puram lucem pro densis tenebris cœpit intueri, secutus eius splendorem animaduertit, quod prius non viderat præesse mundo quendam aurigam, gubernatoremque, qui sui operis saluti prouideat, nec totius modo, sed eius quoque partium omnium curator, tutorque sit*, &c.

Fauet etiam huic opinioni D. Augustinus *lib.* 10. *de ciuitate Dei cap. vltimo*, his verbis: *Abraham diuinum accepit Oraculum. In semine tuo benedicentur omnes gentes. qui fuit gente Chaldæus: sed, vt talia promissa perciperet, quòd ex illo propagaretur semen dispositum per Angelos in manu mediatoris, in quo esset ista liberandæ animæ vniuersalis via, hoc est, omnibus gentibus data; iussus est discedere de terra sua, & de cognatione sua, & de domo patris sui. Tunc ipse primus a Chaldæorum superstitionibus liberatus, vnum verum Deum sequendo coluit, cui hoc etiam promittenti fideliter credit*, &c. Cui suffragatur glossa Interlinear. *Genes.* 12. super illa verba, *Qui ædificauit ibi Altare Domino*, addit: *quippe qui, videlicet Abraham, renuntians idololatriæ Altare Domino ædificauit contempto igne Chaldæorum.*

Propter quæ argumenta aliqui putant Abraham idololatriæ superstitione fuisse notatum, & ab ea, duce Deo, euocatum, sicut Doctor gentium Paulus fuit à Iudaismo, & Matthæus ad Apostolatum, à telonio traducti. Nihilominus cùm Abraham non dicatur in sacra pagina idololatriæ crimine infectus, non est recedendum à parte contraria, vt etiam vult Abulensis *quæst.* 6. *cap.* 24. *Iosue*, credens illum esse excipiendum de numero Patrum Iudæorum, qui seruierunt idolis.

Officium autem arguendi idololatriam ad Saram Abrahæ vxorem concessum fuit Deo id permittente, *Genes.* 21. cùm absolutè dixerit Abrahamo: *Eiice ancillam, & filium eius; non enim erit heres filius ancillæ, cum filio meo Isaac.* Quod protulit Sara cùm vidisset filium Agar Ægyptiæ ludentem cum filio suo. Quo in loco lusus ille Ismaelis cum Isaac ab Hebræis dupliciter exponitur: primò significat *ludere* lasciuè iocari, ac venereum actum exercere, secundò accipitur *ludere*, pro idololatrare, *Exod.* 32. cùm ergo vidisset Sara ludere Ismaelem, hoc est, lasciuè, & obscœne cum filio suo iocari, aut, quod verius videtur, facientem aliqua per ludum, & iocum quæ pertinebant ad idololatriam, prorupit in hæc verba: *Eiice ancillam, & filium eius*, quasi functa officio Inquisitoris nullo modo passa est commorari domi suæ, etiam per iocum vicum docentem seruire idolis. Quam partem innuit Hieronymus *in traditionibus Hebraicis in Genesim*, iuxta

illud

illud *Exodi* 32. *Sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.* Verita igitur ne domestica consuetudine Ismaelis Isaac moribus, & vitiis illius imbueretur, filij sui saluti, & moribus consulens longè à domo sua voluit abscedere Ismaelem; cuius sententiam Deus comprobans iussit Abrahamo, vt Saræ voluntatem exequeretur, & filium, & matrem è domo eiiceret. Nam si mater domi retineretur, daretur occasio redeundi domum, vt videret matrem, & inficiendi animum pueri Isaac, quæ Ismaelis petulantiam non compescebat, Cornelius *in Genesim cap.* 21. *vers.* 9.

19. Ad hæc Iacob Patriarcha *Genesis* 35. familiam suam idolis expurgat, Aram Deo ædificat, & conuocata omni domo sua, ait: *Abiicite Deos alienos, qui in medio vestri sunt, mundamini ac mutate vestimenta vestra.* Vnde patet in familia Iacob fuisse idola, & idololatras: habitauit enim in domo Laban idololatriæ per viginti annos, & inde vxores, & famulos assumpserat, & multam familiam abduxerat. Abducta ergo idola infodit Iacob subter Terebinthum, quæ est post vrbem Sichem, & quamuis Caietanus credat idola fuisse integra sub terra defossa, & abscondita, his verbis: *Rationabile est, vt accelerans discessum caruerit Iacob commoditate consumendi simulacra igne: & ideo absconderit ea sub terra, vbi erat quercus. Verùm ne materia area, vel argentea, vel aurea idolorum, & ornamentorum, quæ in illis erant, remaneret apud domesticos Iacob, demisit ea sub terra defossa, & abscondita.* Sic ille.

Abulensis autem aliter sentit: fecit, inquit, Iacob magnam, & profundam fossam, & omnem idolorum metallicam materiam plùsque factam, deiecit in illam fossam, quæ penetrauit in profundum per viscera terræ, vt inde à nemine posset accipi. Noluit autem argentum, & aurum illud transfiguratum in aliam formam penes se, suosque haberi, ne quod semel fuerat dicatum cultui dæmonum, aliquando id ad vsus huminum applicaretur.

Illud autem non est omittendum, Iacobum *d. cap.* 35. anxium, & mœstum fuisse, expectareque incursum Chananæorum propter cædem Sichimitarum, mox Deum illi metum ademisse dicendo, Abiicite Deos alienos, & mundamini, ac mutate vestimenta vestra; quasi diceret, cognoscite esse vnum Deum verum, & ad eum confugite, & pro vestibus induite saccum, siue cilicium in signum pœnitentiæ: quibus factis nolite timere, quod accidit Iacobo, & filiis illius postquam defossa sunt idola subter Terebinthum: tunc enim profecti sunt, terrorque Dei inuasit omnes per circuitum ciuitatis, & non sunt ausi persequi recedentes. Vide, ait Chrysost. quid mereatur timor Isaac, & Iacob, quo ipse timuit Deum, scilicet, vt vicissim Deus faciat eum omnibus terribilem.

20. Sequitur tandem, an Esau fuerit hæreticus, aut idololatra, & quomodo primogenitum perdiderit? Respondeo primò peccatum Esau in rigore posse excusari à simonia dum vendidit primogenium: peccauit enim per excessum gulæ, vt est communis inter Doctores. Sic Gregorius 2. *moral. cap.* 27. & Augustinus *de ciuitate Dei* 16. *cap.* 37. vbi ait Esau peccasse per immoderantiam cupiditatis, & *in Psalmo* 46. ait per gulam amisisse primogenita: idem tradit Chrysost. *homilia* 51. *ad Hebræos*, & ibi Theophil. & D. Thomas *ibi* vocat illum gulosum, considerans potius causam venditionis, quam proprietatem vocis. Item dici potest Esau peccasse instar prodigi, qui rem nobilissimam, id est, primogenituram, cui Sacerdotium erat adiunctum pro re vilissima cupiditate victus permutauit, vt notat Lippom. cum aliis *in Genesim.* Peccauit ergo Esau tanquam profanus etiam carens spiritu Religionis, & affectu, & contemnens ius primogenituræ vendendo illud, non prout erat spirituale, & ideo dictus est profanus, quia illud contempsit, vt colligitur ex verbis *Genesis* 25. dum ita concluditur: *Abiit paruipendens quod primogenita vendidisset*; vbi Lippoman. legit, vilipendit primogenitum, secundùm Septuaginta, & Chaldaicum, in quo exaggeratum est peccatum Esau, quòd esset vir profanus, helluo, vorax, mundanus, spiritualia parui faciens, & conculcans. Theophil. *ibi.*

Nihilominus sunt non contemnendi Auctores, qui dicunt reperiri simoniam in venditione primogenituræ, cui erat adiunctum Sacerdotium, secundùm communem, ita D. Thomas 2. 2. *quæst.* 110. *art.* 4. *ad* 3. vbi accusat Esau tanquam simoniacum, sequitur Caietanus, & probatur ex Paulo *ad Hebræos* 12. vbi vocat Esau profanum, hoc est, irreligiosum, res sacras non curantem: ex quo sequitur dum vendidit primogenituram, vitio simoniæ fuisse irretitum, quud probat Augustinus *dicto Psal.* 46. dicens ita, *Esau per gulam perdidit primogenita sua, nam plus amauit, quod corporaliter concupierat, quam quod spiritualiter priùs nascendo meruerat.* Quare dum Augustinus ait *spiritualiter*, ostenditur rem illam fuisse spiritualem, & venditionem illius fuisse simoniacam: sequitur Chrysost. *dicta homilia* 31. vbi vocat Esau mundanum, vendentem spiritualia: quibus rationibus hæc sententia fit probabilis, nec inde sequitur Iacob incurrisse simoniam dum emerit ab Esau ius primogenituræ. Non enim Iacob emit, neque acquisiuit ius aliquod spirituale per illam emptionem, sed abstulit impedimentum, quod Esau sibi poterat opponere, quòd priùs natus esset, cùm re vera ius primogenituræ competeret Iacobo ordinatione, & donatione diuina; ita D. Thomas, & Caietanus *vbi supra art.* 4. & quamuis verba Iacob sonarent venditionem, mens illius non fuit petendi veram venditionem, sed traditionem rei sibi debitæ diuinitus, & ideo obtulit Esau escas, vt moneretur sibi reddere primogenita, quæ aliter ab illo non poterat consequi.

Porrò si qua fuit simonia ab Esau contracta in venditione primogenituræ, in cuius erat possessione à natiuitate sua de consensu patris Isaac, non propterea potest dici hæreticus formaliter, esto simoniæ crimen dicatur hæresis, *cap. quoties, de simonia*, vel saltem æquiparetur ipsi hæresia sceleri. *glossa vltim. in cap.* 1 *de testibus in* 6. Rebuff. *in praxi benef. tit. de simonia, in resignat. num* 12. & Flamin. *de resignat. lib.* 7. *quæst.* 2. *num.* 6. & *lib.* 14. *quæst.* 2. *num.* 10. & *quæst.* 8. *num.* 8. nec consequenter Esau potest vocari idololatra, quamuis simonia comparetur idololatriæ, *cap. citò*, & *cap. eos* 1. *quæst.* 1. Flaminius *de resignat. lib.* 14. *quæst.* 8. *n.* 5. propter immanitatem criminis: non tamen dicuntur simoniaci hæretici, aut idololatræ stricto, sed largo modo, Menochius *de præsumptionibus lib.* 5 *præs.* 6 *n.* 30. & *præsumpt.* 8. *n.* 1. Mascard.

Mascard. *de probat. conclus.* 1305. *num. vltimo.* Flamin. *de confid. quaest.* 8. *num.* 22. Suar. *de Religione, tom.* 1 *tract. de simonia, lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 5. Henriq *in summa, lib.* 14. *cap.* 6. *num.* 7. *litt. K.* & Emman. de Valle *de ensalmis, & incantat. sect.* 3. *cap.* 3. *num.* 22. vbi vult verisimile esse illum malè sentire de sanctitate Ecclesiæ, qui committit crimen simoniæ eo ipso, quòd impretiabile licetur, quasi credat Ecclesiam velle spiritoalia licere, vel spirituale non esse impretiabile. Ob quam causam simoniaci dicuntur detestabiliores omni peccatore, Redoan. *de simonia, part.* 4. *cap.* 11. *num.* 14. Flamin. *de confiden. quaest.* 8. *num.* 27. & ob id simonia dicitur hæresis propter immanitatem criminis. Vbert. *verb. simonia*, & Lorin. *act.* 6. *vers.* 18. §. *simonia.*

De Hæreticorum & Idololatrarum iudicibus, qui fuerunt in fine legis naturæ, & in decursu legis scriptæ vsque ad Natiuitatem Christi Domini.

§. III.

EPITOME.

21. *Moyses an fuerit Iudex & Princeps temporalis, & spiritualis Pontifex?*
22. *Moyses in Ægypto vexando Pharaonem exercuit officium Iudicis in ipsum, & in illius Magos.*
23. *Pharao obdurato animo pœnas luit acerbissimas.*
24. *Idololatris difficile est Deum cognoscere, sunt enim fatui.*
25. *Elias contra Iezabel & Achab apostasiam, ad Baal Sacerdotes iudex destinatus est.*
26. *Iudices fuerunt filij Leui contra Idololatras.*
27. *Qui nam fuerint iudices contra Chore, Dathan & Abiron, & contra Ophini, & Phinees filios Heli?*
28. *Abimelech vrbem Sichem diruit, & complures simul cum Baal igne absumpsit.*
29. *Saul, & Dauid fuerunt Iudices acerrimi contra Infideles.*
30. *Nabuchodonosor sæpe functus est officio iudicis. Quid de Dario? ibid.*
31. *Gentiles præsertim Romani fuerunt Iudices contra violatores suæ falsæ Religionis.*
32. *Iudices fuerunt Iehu contra Achab Regem Iosias templum, & Iudæam ab Idolis mundans.*
33. *Ionathas Azotum, & templum Dagon succendit.*
34. *Iudices fuerunt Esdras, Mathathias Sacerdos, & Iudas Machabæus.*
35. *Cyrus Persarum Rex suo modo, fuit etiam Iudex, fecitque facultatem Iudæis redeundi in Hierusalem.*

21. FVISSE Moysen Pontificem temporalem & summum Pontificem spiritualem ex sacra pagina constat *Exodi* 18. ibi: *sedit Moyses, vt iudicaret populum, qui assistebat Moysi à manè vsque ad vesperam.* & infrà, *Moyses respondit Iethro socero suo: Venit ad me populus quærens sententiam Dei.* Ex quo patet Moysen esse Principem, & Pontificem in spiritualibus: ibi textus, *Veniunt ad me, vt iudicem inter eos, & ostendam præcepta Dei, & leges eius.* August. *super Exod. quæst.* 67. cùm lex Dei adhuc conscripta non esset, ex hoc deducit legem Dei esse sempiternam, quam consulunt omnes piæ mentes. Veniebat ergo populus ad Moysen ad quærendum Deum iuxta Hebræum. Caietan. *ibi, fuit item Moyses Sacerdos simul, & Dux, Psalm.* 98. *Moyses & Aaron in Sacerdotibus eius.* item *Leuitic.* 8. consecrauit Moyses Aaronem in Sacerdotem, sanctificauit tabernaculum, & Altare; obtulit Sacrificia, & holocausta, quæ exequi non poterat, nisi Sacerdos, fuit denique Inquisitor cum potestate occidendi idololatras, quia descendens de monte tabulas legis fregit, & sancto zelo aduersùs publicam impietatem incitatus mandauit Leuitis, vt interficerent idololatras, cecideruntque in die illa quasi viginti tria millia hominum; vitulumque quem fecerant combussit, & contriuit, redactúsque in puluerem datus fuit in aqua filiis Israël in potum, Abulens. *Exodi cap.* 32. *quæst.* 30. tradit Moysen coëgisse Israëlitas bibere aquas, in quibus fuerat aspersus cinis vituli combusti, vt cognosceret qui in vitulo conficiendo peccarunt, vel qui magis peccarunt, & vt ita sciretur modus punitionis in illis exercendæ, & in delinquentibus dum bibebant signum sceleris, ex potu illo apparebat, quòd neque in Aaron, neque in Leuitis apparuit, quia si apparuisset, sine dubio occiderentur, tam ipse, quàm Leuitæ: neque Aaron fuisset assumptus ad summum Sacerdotium, in quo requirebatur homo mundissimus. Alensis *suprà quæst.* 31. *& quæst.* 32. neque repertus est, qui mandato Moysis resisteret, cùm præesset populo Israël tanquam Rex, tanquam Iudex, tanquam pater, & pædagogus. Abulens. *Exod. tom.* 2. *fol.* 246. Sed verius est Aaron peccasse in faciendo vitulo, quia debuisset potius mori, quàm vitulum fabricare, propter quod Deus ei iratus est, & voluit eum delere, nisi Moyses rogaret pro eo. Alens. *suprà quæst.* 33. & patet ex *Deut. c.* 9.

Functus est etiam Moyses in Ægypto officio 22.
Iudicis, dum Pharaonem frequenter monuerit, vt dimitteret populum ad sacrificandum. *Exod.* 9. ibi, *dixitque ad Moysen: Manè consurge, & stà coram Pharaone, & dices ad eum: Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi. Quod si adhuc renuis, & retines eos, erit super agros tuos manus mea, & super equos, & asinos; & camelos, & boues, & oues pestis valde grauis.* Qua peste percussa sunt animalia, quæ erant in agris oues, & boues; quæ animalia pro Diis colebant Ægyptij, & in illis puniebantur, vt admonerentur dementiæ suæ, cùm viderent Deos suos interire. Origenes hoc loco, & Cornelius *vers.* 3. quæ omnia facta sunt, vt dimitteret populum Pharao, & vt ipse Pharao, & populus eius cognoscerent diuinam potestatem, & vt darent gloriam Deo illi, quibus antea fuerat incognitus Dixerat enim Pharao: Quis est Dominus, vt audiam vocem eius? Dominum nescio, & Israel non dimittam: in tantâ elatus est superbiam.

In maleficos etiam inuectus est Moyses, eósque vexauit, ac superauit. Primò cùm eius serpens deuorauit serpentes eorum. Secundò, cùm produxit ciniphes, quos Magi efficere non potuerunt. Tertiò vlceribus cruciando eosdem omnino expugnauit. Rupertus *ibi.*

Sed petes, cur dicatur cor Pharaonis indura- 23.
ri? Dic ita dici, primò quòd tantis signis visis, quæ Deus solus producere poterat, non assentiebat mandato Dei, nec petitioni Moysis; vel si ad modicum angustiis vndique vexatus assentiebat,

fentiebat,mox resũptis viribus diffentiebat, ita vt nullo modo petitis aonueret tedeunte pertinacia. Alenf. *Exod.cap.4.quaeft.12.* vbi addit quòd Deus dicatur cor Pharaonis indurare, non apponendo quidem malitiam,fed non apponendo fuam gratiam, aut appofitam non conferuando. Cornelius *cap. 7. Exod. quaeft. 2. fol. 378. col. 2.* vbi agit de medis, quibus induratum eft cor Pharaonis; idque ex multis probat argumentis.

24. Quaeftionis tamen eft, cur difficile fit idololatris Deum cognofcere? Damafcenus *in hiftoria Barlaam, & Iofaphat*, refpondet idololatras effe fatuos, & intellectu, ac ratione penitus deftitutos. *Erubefce*, inquit, *ftulte, & manum fuper os tuum fatue pone, qui colis idolum, quod homo fecit, quod paulo antè vidifti ferro caefum, & ligne conflatum, & malleis productum. Quòd de terra eleuas, & in alto collocas. Deum corruens in terram, miferum lapidem mifèrior illo adoras, & non Deum. Euigila infeliciffime, & intellige, quod antiquior es tu Deo à te facto. Hac plurima funt infania. Amentia quippe, non pietatis funt opera veftra.* Ex quibus patet quàm ftulti fint, qui idolis feruiunt, cùm aberrent omnino à veritate. Iuuat Francifcus Petrarcha *in 3. libro* inuectiuatum, credens nullum de Philofophis, & Poëtis coluiffe idola, cùm veritatem cognofcerent, Alenf. *Leuit. fol. 436. litter. D.*

25. Porrò in lege fcripta non defuerunt iudices contra Apoftatas. Nam fuit Elias Propheta zelo iuftitiae accenfus contra Achab, & vxorem ipfius Iezabel filiam Regis Sidonis, & Tyri à qua dementatus vltra vitulos aureos aedificauit Altare Baal Deo Tyriorum, Sacerdotefque illi, ac falfos Prophetas affignans Baal coluit, & adorauit. quae fuit caufa, vt Elias Dominum oraret, ne plueret fuper terram annis tribus, & menfibus fex; & morte turpiffima Achab, & Iezabelem icti funt à Deo 3.*Regum 22.& Paralip. 18.* Quinetiam Elias occidit Prophetas Baal 3.*Regum cap. 18.& 19.* & duos quinquagenarios Regis Ochofiae 3.*Regum c. t.e quod Chriftus & c.ea vindicta 23. quaeft.4.* in quibus omnibus Elias functus eft officio Inquifitoris contra idololatrian,& contra impios Sacerdotes Baal, non verbo, fed ferro vfus eft, iuxta illud *Ecclefiaftici 48. num.1.* ibi,*furrexit Elias Propheta, quafi ignis, & verbum ipfius, quafi facula ardebat.* Conuocat etiam ad fe in monte Carmeli vniuerfum Ifraëlem, 3. *Regum cap. 18.* oblatoque facrificio inuocat Deum, & cecidit ignis Domini,& vorauit holocauftum,& lapides, puluerem quoque, & aquam, quae erat in aquaeductu lambens, & infrà,ibi, *dixit Elias, Apprehendite Prophetas Baal, & ne vnus quidem effugiat ex eis, quos cum apprehendiffent, duxit eos Elias ad Torrentem Cifon, & interfecit eos ibi.*

26. Similiter contra idololatras Iudex fuit Deus per manus filiorum Leui, quinimo Chore, Dathan, & Abiron alienati à confortio Moyfis cum
27 omnibus rebus fuis viui à terra hiante abforpti funt, non tam Moyfis principatum ambientes, quàm Aaronis Sacerdotio inuidentes, ideo velut fchifmatici tam acri fupplicio puniti funt. Item contra Ophni, & Phinees filios Heli Deus fuit Inquifitor, 1. *Regum 2.* eofque vti de haerefi fufpectos vna die in bello caefi perierunt, quia cum mulieribus excufantibus ad oftium Tabernaculi rem habuerint, & quòd abftulerint per vim ab immolantibus carnes, & denique quòd auerterint à Dei cultu mulieres, quae ad oftium Tabernaculi vigilabant.

Adde, Abimelech filius Gedeonis fpurius, qui iudicis officio vfus eft, quando feptuaginta fratres fuos fuper lapidem vnum iugulauit, vrbem Sichem diruit, & Baal eum mille hominibus combuffit, *Iudic.c.9.* Quid de Saule Rege? Nonne exercuit munus Iudicis quando abftulit maleficos, & hariolos, eofque interfecit, qui Pythones habebant in ventre, hoc eft, qui daemones in ventre loquentes geftabant, 1. *Regum 28. num.3.* Quid de Dauide, qui combuffit Philifthinorum Deos, 1.*Paralip.cap.14.* poftquam eos expugnauit. Inter quos locum habere poteft Nabuchodonofor Rex Babyloniae, qui exercuit officium Iudicis contra Eliachim haereticum,& contra Iudaeos idolis feruientes, Iofeph. *de antiquitatibus lib.10.cap.11.* Ieremias *cap.43. 44.& 52.* vbi narrantur multa incommoda, quae populus Ifraël propter haerefim, & idololatriam. Quin etiam in trafmigratione Babylonis, quae per annos feptuaginta durauit, idem Nabuchodonofor poftquam vidit in fornace tres pueros illaefos, & intactos deambulare, & inter eos fimilem filio Dei ambulantem Iudex, ac praedicator omnipotentis Dei factus eft, *Daniel.3.* *Benedictus*, inquit, *Deus eorum, Sidrach videlicet, Mifach, & Abdenago, qui mifit Angelum fuum, & eruit feruos fuos, qui crediderunt in eum; & verbum Regis immutauerunt, & tradiderunt corpora fua, ne feruirent, & ne adorarent omnem Deum, excepto Deo fuo.* Ex quibus verbis videmus apertè Nabuchodonoforem Dei hoftem, eiufdem fieri praedicatorem: nec non & Inquifitorem, & acrem vindicem eorum, qui verum Deum blafphemarent; vt videre eft ex decreto publico illius, per haec verba, ibi *num. 66. A me*, ait, *pofitum eft hoc decretum, vt omnis populus, Tribus, & lingua, quaecumque loquuta fuerit blafphemiam contra Deum Sidrach, Mifach, & Abdenago, difpereat, & domus eius vaftetur. Neque enim eft alius Deus, qui poffit ita faluare.* fic ibi. Quod decretum non verbis tantùm, fed etiam fcriptis confignat, miffis ad omnes Prouincias litteris in hanc formam: *Nabuchodonofor Rex omnibus populis, gentibus, & linguis, qui habitant in vniuerfa terra, pax vobis multiplicetur. Signa, & mirabilia fecit apud me Deus Excelfus. Placuit ergo mihi praedicare figna eius, quia magna funt, & mirabilia eius, quia fortia, & Regnum eius, Regnum fempiternam, & poteftas eius in generatione, & generationem.* Haec Daniel fuprà *num. 98.*

28.

29.

30.

Quid de Dario Perfarum Rege? Conftat Tyrannum fuiffe, & Dei inimicum, & à Religione à vero Deo omnino alienum. Nihilominus Iudicis officio functus decretum conftituit, vt Deus verus ab omnibus laudaretur, in hunc modum, *Daniel. 6. num. 26. A me*, inquit Darius, *conftitutum eft decretum, vt in vniuerfo Imperio, & Regno meo tremifcant, & paueant Deum Danielis. Ipfe eft enim Deus viuens, & aeternus in faecula, & Regnum eius non diffipabitur, & poteftas eius vfque in aeternum. Ipfe liberator, atque Saluator, faciens figna, & mirabilia in coelo, & in terra: qui liberauit Danielem de lacu leonum.* Ex quo oftenditur competiiffe Dario munus Inquifitoris, & laudatoris potentiae Dei, neque audebit quis potentiam eam negare, quam inimicus fatetur. 31.

Nec minus hanc partem probat Cyrus Perfarũ Rex,qui primo anno fui Imperij 1.*Efdrae 1.n.1.* 3. fic

sic ait: *Omnia Regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli, & ipse præcepit mihi, vt ædificarem ei Domum in Ierusalem, quæ est in Iudæa. Ipse est Deus, qui est in Ierusalem.* quo loci Doctor ea nostris ita ait. Quis suspectum encomiastem esse diceret, quem inimicum esse agnosceret? Quis ambigeret de veritate illius Numinis, cui vel ipse aduersarius tam honorificum testimonium perhiberet. Confert Chrysost. *homilia 57. in Genes.* dicens semper infidelium, & aduersantium Religioni testimonia maiorem habere fidem. Et hoc est ex Omnipotenti sapientia Dei, vt inimici veritatis fiant testes veritatis, & lingua sua prædicent. Sic etiam infideles Iudæi, si verè abiurata hæresi conuicti ad veritatem nostram redeunt, multo fortiùs suos in fide nutantes ad fidem conuertunt, & in fide confirmant, quàm alij fideles. Probatur argumento Magorum Pharaonis, qui signorum magnitudine conuicti tẽdem Regi diaerunt: *Digitus Dei est hic, Exod. 8. num. 19.* vt Rex qui Moysis, & Aaronis amicorum Dei Oraculis fidem non habuerat, saltem inimicorum testimoniis flecti se, & conuinci pateretur. quo argumento vsus est Tertullianus *in Apologetico cap. 12.* de anima infideli loquutus.

31. Hinc factum est, vt Gentiles, qui fuerunt Iudices contra violatores suæ falsæ Religionis, postea veritate competta multos infideles suis testimoniis ad cognitionem veri Dei traducerent, vt passim veterum monumenta prædicant. Fuisse autem Gentiles pro sua falsa Religione tuenda Inquisitores diligentissimos in inuestigandis, castigandisque hominum excessibus contra Deorum suorum ritus, Titus Liuius *decadis tertiæ lib. 5.* ita ostendit, Quo, inquit, diutius trahebatur bellum, & variabant secundæ, aduersæque res, non fortunam magis quàm animos hominum tāta religio, & ea magna ex parte externa ciuitatem incessit, vt aut homines, aut dij, repentè alij viderentur facti. Nec iam in secreto modo, atque intra parietes, ac postes contemnebantur Romani ritus, sed in publico etiam, ac foro Capitolioque mulierum turba erat, nec sacrificantium, nec precantium deos patrio more. Sacrificuli ac vates ceperant hominum mentes: quorum numerum auait rustica plebs ex incultis diutino bello, infestisque agris egestate, & metu in vrbem compulsa, & quæstus ex alieno errore facilis, quem velut ex concessæ artis vsu exercebant. Primò secretæ bonorum indignationes exaudiebantur. Deinde ad patres etiam, & ad publicam querimoniam excessit res. Incusati grauiter ab Senatu ædiles Triumuirique capitales, quòd non prohiberent, cùm emoueri eam multitudinem è foro, ac disiicere apparatus sacrorum conati essent, haud procul abfuit quin violarentur. Vbi potentius iam esse id malum apparuit, quàm, vt minores per magistratus sedaretur. M. Æmilio Prætori vrbis negotium ab Senatu datum est, vt & his religionibus populum liberaret. Is, & in concione Senatusconsultum recitauit, & edixit, vt quicumque libros vaticinos, precationésve, aut artem sacrificandi conscriptam haberet, eos libros omnes literasque ad se ante Calend. Aprilis deferret: neu quis in publico sacróve loco nouo, aut externo ritu sacrificaret, & aliquot publici Sacerdotes mortui eo anno sunt.

Si hæc inter Gentiles à vera doctrina aberrantes accidebat, quid de sectatoribus Catholicis expectandum est ad fidei orthodoxæ puritatem conseruandam, nisi vt succrescentibus erroribus excubatores creentur, qui circa vineam Domini vigilias custodiant, & non patiantur viuere hæreses, & multo minus hæresum auctores. Hi 32.
sunt de quibus *Exod. 22. vers. 18. Maleficos non patieris viuere*, & infrà, *Qui immolat Diis, occidetur, præterquam Domino soli.* Item Iehu vnctus in Regem Israël iussu Elisæi, Achab Domini sui domum deleuit, *4. Reg. 9. & 2. Paralip. 22.* vindictam sumpsit de iniuriis Deo irrogatis: nec non Ioram Regem Israel, & Ochoziam Regem Iuda idolis seruientes de medio sustulit, & filius eius Ioacham idololatra traditus est à Domino in manus Azael Regis Syriæ, *4. Reg. 13.* grauissiméque opprimitur.

Quid de Iosia filio Amon? Constat regnasse triginta & vno annis, & octauo anno sui Imperij quæsiisse Deum Patris sui Dauid; anno verò duodecimo mundasse templum Ierusalem, & à Iuda idola exterminasse, euertisseque Altaria, & simulacra Baal, & excelsa abstulisse, penitusque extinxisse, *4. Reg. 22. & 23. & 2. Paralip.* Quare inter iustos Hebræorum Reges recensetur. Mendoça *tom. 1. annot. 4. proœminal sect. 7. num. 11. & in lib. 1. Regum cap. 2. annot. 21. num. 11. fol. 866.* dicens Iosiam non tam ferro, quàm flammā vsum fuisse in extirpanda idololatria.

His accedit Ionathas functus etiam officio Iudicis dum Azotum, & templum Dagon succendit, *1. Machab. 10.* Successit Ionathas fratri suo 33.
Iudæ electus à populo Princeps, Dux, ac Pontifex, & præfuit decem, & nouem annis, & pro inflammato Templo ab Alexandro Ægypti Rege accepit in præmium fibulam auream, & vrbem Accaron cum omnibus possessionibus suis, ac finibus. Similiter ante Ionatham Iudas Machabæus, & ante Iudam Mathathias pater Iudices 34.
fuerunt eaimij, *1. Machabæorum 2. & 2. Machab. 5.* vbi Iudæum sacrificantem, & Regium Ducem compellantem interfecit, aram euertit, & cum filiis, & amicis in desertum abiit. Denique Ducibus Antiochi, & exercitui fortiter restitit, idololatriam exterminauit. Iudas autem loco patris post mortem illius Principatum simul, & Pontificatum assumens, impios omnes gladio confecit, Ierosolymam cepit, illam ad felicitatem pristinam reducit, templum mundat à sordibus idolorum, & vtrumque Altare tam holocausti, quàm thymiamatis de nouo erigit, tabernaculi, & templi vasa, & instrumenta omnia instaurat, ac renouat. Denique Esdras in numeru Inquisitorum locum habere potuit, qui audiens multos ex Iudæis duxisse vxores idololatras, scidit vestimenta sua, & populum ad pœnitentiam induxit, *1. Esdræ 10.* vbi dicitur constituisse iudices, qui separent externas vxores cum natis earum à populo Israëlis, easque præcipit repudiari.

Quis autem fuerit Cyrus Persarum Rex, qui 35.
fuit suo modo Iudex, & fecit facultatem Iudæis reducendi in Iudæam; atque impensis regiis ædificandi ibi templum Deo Israël: Dubitari potest, quia Cyrus successit Dario Medo, qui successit annos natus sexaginta duos Balthazari interfecto. Cùmque varij fuerint Darij, vt constat ex Peretio *in Daniel. in libro 10. c. 9. fol. 273. & sequent.* & de Cyro variè existimetur circa eius parentes, teste eodem Peretio *lib. 9. fol. 255. ex littera B.* satis est quo ad præsens institutum, asserere fuisse Cyrum successorē Darij Medi, qui regnauit annis viginti duobus, *1. Esdræ 1. & 2. & 2. lib. c. 7.* Pererius *suprà.*

Qui

Qui nam fuerint Inquiſitores à tempore legis gratiæ vſque ad hæc tempora, & quantis oppreſſi malis, qui Catholicæ fidei reſtiterunt.

§. IV.

EPITOME.

36. *Inquiſitor maximus, & primus legis gratiæ fuit Chriſtus Dominus, vbi primum natus eſt in Bethleem.*
37. *Chriſtus Dominus damnauit Phariſæorum errores, & Sadducæorum, & Herodianorum.*
38. *Chriſtus Dominus priuauit Iudæos Regno propter eorum infidelitatem.*
39. *Apoſtoli poſt Chriſtum Dominum fuerunt Inquiſitores generales.*
40. *Summi Pontifices omnes ſunt Inquiſitores ordinary, & creant Inquiſitores plenè.*
41. *Epiſcopali dignitati accedit poteſtas inquirendi contra infideles, & hæreticos.*
42. *Quando incepit Inquiſitio delegata contra hæreticam prauitatem?*

36. CHRISTVS Dominus eadem nocte, qua fuit editus in lucem, exercuit officium Inquiſitoris contra omnes Sodomitas in mundo eo tempore exiſtentes, eoſque de medio tollens, inter quos fuit Vergilius, vt probat Manuel de Valle *de Euſalmis ſect.3 cap.4.n. 12. ad finem*, cum aliis. Ratio verò cur ſubitò ira perierunt, deducitur ex illo Pauli *ad Epheſ.5.* ibi, *Propterea venit ira Dei in filios diffidentia.* quaſi eo ipſo quòd hoc crimine aliquis implicetur de Dei exiſtentia, vel prouidentia dubitare præſumatur. Fuit item Inquiſitor legis Euangelicæ euocans ſtella duce è tenebris Reges Magos ad ſtabulum vbi natus fuit, coegitque Iudæos ipſos Herode Rege interrogante fateri filium Dei naſciturum fore in Bethleem Iudæ. Quos quidem pœnituiſſe Natiuitatis Filij Dei, oſtenditur ex illo Matthæi, *Turbatus eſt Herodes, & omnis Hieroſolyma cum illo.* Quam denique Chriſtus Dominus in puerili adhuc ætate, ſexto ſcilicet ætatis ſui anno, morbo diutino, & corroſione vermium ſcatentium vexatum interfecit; eo, quia perſecutus eſt ipſum Dominum, eumque exulare fecerit in Ægyptum, & Innocentes à bimatu, & infrà in Bethleem, & in omnibus finibus eius occiderit.

37. Item Chriſtus Dominus Phariſæorum errores damnauit perſonaliter. Dicebant enim fas eſſe vxorem dimittere etiam non ratione fornicationis, & libellum repudij dare. Similiter aſſerebant externam corporis immunditiam neceſſariò inducere mentis immunditiam: nec non licitum eſſe vxorem alterius ita dimiſſam, in vxorem ſuam viuente adhuc marito ſuſcipere. Item dicebant ſicut licitum eſt amicos diligere, ſic etiam fas eſſe inimicos odio proſequi, qui errores *Marci* 10. damnati ſunt. His addebant meliùs, & ſanctiùs eſſe temporalia offerre Sacerdotibus, quàm parentibus indigentibus alimenta ſuppeditare: traditiones hominum, & ordinationes, decretis legis diuinæ præponendas, & præ illis obſeruandas. Denique lotiones, & munditias manuum, & corporum exteriùs importare neceſſariò ablutionem à peccatis, & munditiam mentis inducere. Hos errores eorumque doctrinam, & mores Chriſtus ſæpe acriter arguit, & reprobauit Matth. 15. vbi Dominus Phariſæos cæcos appellat, & cæcorum duces, *ſinite illos*, inquit, *cæci ſunt, & duces cæcorum*, vbi oſtenditur Phariſæos à vera Meſſiæ cognitione propter inuidiam, atque odium aberraſſe.

Damnauit etiam errores Sadducæorum, qui negabant reſurrectionem mortuorum futuram eſſe, & animæ immortalitatem, & ſpiritum, vt docet Lucas *Act.* 23. *Sadducæi* (inquit) *dicunt, non eſſe reſurrectionem, neque Angelum, neque Spiritum.* Chriſtus Dominus ex Scriptura probat, & animam eſſe immortalem, & reſurrectionem fore, ex ſolius Moyſis teſtimonio, ratio, quia Sadducæi libros Moyſis quinque tantùm recipiebant, & ideo ex Moyſe Dominus teſtimonium ducit, *Exod.cap.*3. Quamobrem D. Hieronym *Matth.* 22. ad comprobandam hanc veritatem reſurrectionis, multo aliis clarioribus exemplis vſus eſt, ex quibus dicit illud Iſaiæ 26. ibi, *Suſcitabuntur mortui, & reſurgent, qui in ſepulchris ſunt*, & Dan. 12. ibi, *Multi qui dormierunt de terræ puluere conſurgent.* Quia ergo Sadducæi Prophetarum vaticinia contemnebant, & quinque tantùm libros Moyſis venerabantur, ſuperuacaneum erat ex Prophetis argumenta educi, quorum auctoritatem reſpuebant: atque ita confutauit Chriſtus Dominus Sadducæos verbis Angeli, *Exod.* 3. gerentis perſonam Dei, dum apparuit Moyſi in rubo, & dixit: *Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob.* quibus verbis argumentatur Chriſtus, & probat reſurrectionem futuram. *De reſurrectione*, inquit, *mortuorum non legiſtis, quod dictum eſt à Deo, dicente vobis: Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob? Non eſt Deus mortuorum, ſed viuorum.* Apud Marcum ait Dominus: *Non legiſtis in libro Moyſi ſuper rubum, quomodo dixerit illi Deus*, &c. Vnde cùm Deus dicat, *non eſt Deus mortuorum, ſed viuorum*, & dicat Abraham, Iſaac, & Iacob ſe eſſe Deum: ergo Abraham, Iſaac, & Iacob viui ſunt. Atqui non ſunt viui corpore: ergo animo. ergo animi hominum viuunt, & ſunt immortales, & reſurgent, quia vos negatis reſurrectionem, eo quòd animos ſimul cum corpore putatis mori: igitur reſument rurſus corpora, eritque reſurectio mortuorum. Confert Hieronymus *Matth.* 22. dicens non poſſe fieri, vt eorum eſſet Deus, qui nequaquam ſubſiſterent. Item, quia Deus dicitur Deus Abraham, Iſaac, & Iacob propter cultum: igitur Deum colunt, & venerantur, nec ſunt mortui omnino. Sed colere Deum non eſt mortuorum, ſed viuorum; ergo iſti Patriarchæ viuunt, non corpore. ergo animo. Fuit igitur Chriſtus Dominus Inquiſitor non ſolùm Phariſæorum, ſed etiam Sadducæorum, & vtrorumque errores confutauit.

Reprobauit etiam errores Herodianorum, qui putabant *Matth.*14. licitum eſſe vxorem alterius etiam eo viuente ſibi aſſumere in vxorem, vt fecit Herodes, qui vxorem fratris ſui viuentis ſibi accepit in vxorem. Quem errorem perſonaliter damnauit D. Ioannes Baptiſta, propter quod in carcere decapitatus eſt. Qui verò fuerint Herodiani, & eorum hæreſis, non ſatis conſtat, cùm aliqui putent illos dici Herodianos, quod credi-

derint Herodem primum Regem, Messiam esse, quæ opinio tanquam ridicula reiicitur à D. Hieronymo *Matth.* 22. *& in Decalogo aduersus Lucif. versus finem*, ait Herodem Regem ab Herodianis fuisse susceptum pro Christo. Sequitur Epiphanius *hæresi* 20. dicens hæresim Herodianorum fuisse, qui Herodem Messiam putarunt in lege promissum, & vt Christum approbabant. Idem refert Tertullianus *lib. de præscriptionibus, cap.*45. Herodiani, inquit, Herodem Regem dixerunt esse Christum ex illo loco *Genesis* 49. ibi, Non auferetur sceptrum de Iuda, donec veniat, qui mittendus est. Iuuat Damascenus *in libro de hæresibus : Herodiani*, ait, *omni ex parte erant Iudæi.* Herodem autem, vt Christum approbabant, eúmque Christi, id est, Messiæ, & honore afficiebant, & appellabant nomine. Suffragatur Euthymius *Matth.* 22. his verbis. *Herodiani genere quidem erant Iudæi ; vehementer autem Herodem colebant , & ipsum esse dicebant Christum à Prophetis promissum. Ex ea ratione, quia à Prophetis prædictum erat, tunc venturum esse Christum, quando deficeret, qui ex Iudæis regnaret : sed quia in diebus Herodis, qui infantes occiderat, defecerat, ex Iudæis, qui imperaret, & hic erat alienigena, & primus Iudæis imperauit, propterea suspicabantur Herodem esse Messiam, qui venturus expectabatur.* Concordat Philastrius *in libro de hæresibus*, per hæc verba: *Herodiani sunt ab Herode Iudæorum Rege sic appellati. Resurrectionem confitentur : legem, & Prophetas accipiunt. Herodem autem Regem Iudæorum percussum ab Angelo, ipsum, vt Christum sperantes, expectant.* Alij denique Herodianos dici putant ab aliqua alia secta, quam Herodes sectabatur, de qua Christus Dominus Marci 8. *Cauete*, ait, *à fermento Pharisæorum, & fermento Herodis*, hoc est, Pharisæorum improbam doctrinam fugite, & Herodis; siue fuerit ea quam Herodiani tenebant, quòd Herodem primum Regem Messiam esse putabaut, siue aliqua alia; quam Christus Dominus damnauit, dicens, *Cauete à fermento Herodis.* Vide Isidorum *lib.*8. *Etymolog. cap.* 4. & Antoninum *in summa, part.*4.*tit.*11.*cap.*6.

38. Insuper Christus Dominus priuauit Regno hæreticos Iudæos, & vrbem Hierusalem prædixit igne, & ferro euertendam, vt ostenditur ex parabolis vineæ locatæ agricolis, & nuptialis conuiuij inuitatis iam parati, qui noluerunt venire. Nec non priuauit eos non solùm Regno, sed etiam Sacerdotio, Templum dirutum est, & combustum, ipsique traditi perpetuæ captiuitati propter infidelitatem: & propter mortem Christi, prout etiam obseruat Iosephus *de bello Iudaico, lib.*7. *cap.* 24. his verbis: Titum ingressum ciuitatem Hierusalem intuitum, fuisse ciuitatis propugnacula, munitiones, ac turres inexpugnabiles dixisse. Deus erat, qui detraxit ab istis monumentis Iudæos non hominum manus. Quare non esse adscribendam Iudæorum vastationem Tito, sed Deo iracundiam contra Iudæos ostendenti in confesso est, *Isaiæ* 5. *Auferam sepem eius, & erit in direptionem: diruam maceriem eius, & erit in conculcationem.* Non alia ratione, nisi quia Christum Dominum eiecerunt extra vineam, hoc est, extra ciuitatem Hierusalem, & in monte Caluariæ crucifixerunt. D. Hieronym. Quid faciet ergo illis Dominus vineæ? Veniet, & perdet colonos istos, & dabit vineam aliis. Item malos malè perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. Quæ sententia lata fuit ab ipsis Iudæis aduersùs semetipsos, & suo se gladio damnarunt. Ex quibus demonstratur aduersùs Iudæos Inquisitorem Maximum fuisse Christum, illísque prædixisse omnia mala futura, priuationem scilicet Regni, confiscationem bonorum, exilia, & captiuitatem. Iuuat D. Hieronymus super verbis illis: *Qui ceciderit super lapidem istum, confringetur*, hoc est, qui peccator est, & tamen credit in Christum, cadit quidem super lapidem, & confringitur, sed non conteritur animo, quia reseruatur per pœnitentiam ad salutem. Super quem verò ille ceciderit, id est, cui lapis irruerit, & qui Christum negauerit, omnino sic conteretur, vt nihil quidem ex illo supersit.

Sequitur Apostolos post Christum fuisse Inquisitores, ac fidei propugnatores generales, & dicuntur Duces Iudæ, qui præpositi sunt credentibus, & patres credentium meritò appellantur, iuxta illud *Zachar. cap.*12. *Dicent Duces Iuda, quoniam sunt ex illo populo Iudæorum, in medio hostium non trepidabunt, & perdent omnem infidelitatem, Marci vltim.* ibi, *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ ; qui verò non crediderit, condemnabitur.* & D. Petrus in Hierusalem functus est officio Inquisitoris aduersùs Ananiam, & eius vxorem, mentientes Spiritui sancto, *Actorum* 5. & Romæ contra Simonem arte dæmonum ad Cœlum volare cupientem ex aëte verbo suo deiecit vniuersa Roma spectante. Et Ioannes Apostolus, & Euangelista rediens Ephesum Ebionem, Cerinthum & Marcionem negantes Christum Dominum non fuisse ante Mariam, neque esse Deum, Euangelio suo ostendit illos esse hæreticos, & sicut tales fuerunt damnati ab celeberrima Synodo ab Apostolis coacta in Hierusalem, de qua *Actorum* 15. his verbis : *Cum autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus dixit ad eos : Viri fratres, vos scitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire gentes verbum Euangelij, & credere*, &c. ex cuius verbis deducitur Ecclesiam accepisse ius inquirendi aduersùs hæreticos. 39.

His adde D. Paulum *Actor.*13. in Insula Papho Elymam Magum Pseudoprophetam Iudæum contradicentem sibi obcæcasse ad tempus ; *& 1. Cor.*16. scribit sic : *Si quis non amat Dominum* IESVM *Christum, anathema sit*, & Galat.1. *Si quis vobis euangelizauerit aliud, præter id, quod accepistis, anathema sit.* Chrysost. *in homilia de anathem.* Ita Apostoli admodum diligentes fuere, hæreses quidem redarguendo, & eiiciendo, & patet ex illo *Titi vltimo* : ibi, *hæreticum hominem post vnam, & secundam correctionem deuita, sciens, quia subuersus, qui eiusmodi est, & delinquit, cum proprio iudicio condemnatus sit.* Accedit Bellarminus *tom.*2. *lib.*3.*c.*2. *de pœnitentia*, dicens Apostolos, & eorum successores iudices esse à Domino in Ecclesia constitutos in causis pœnitentium, vbi id copiosè probat.

Esse autem Summos Pontifices Inquisitores supremos, & habere plenissimam potestatem creandi censores fidei, nemo est, qui ambigat. Nam à quocunque Inquisitores hæreticæ prauitatis delegentur, semper sunt Delegati Papæ, & ab eo accipiunt iurisdictionem. Illi autem quibus Pontifex Roman. committit, tantùm habent ab eo ministerium eligendi, aut nominandi Inquisitores ; glossa *in verb. committi.* & *in verb. amouere, Clem.*2. *de hæret.* & ideo dicuntur instituti à Sede Apostolica, quia omnia nostra facimus, quibus nostram auctoritatem impertimur, *l.* 1. §. *Sed neque* 40.

que, Cod. de vet. iur. enucl. Lapus *allegat.* 32. incipit, *An fratre minor.* & Repert. Inquisit. §. *item an Inquisitores iudiciarij, fol. mihi* 475. Quare Papa non solùm est Iudex in crimine hæresis, sed etiam est supra omnes alios iudices, & vniuersa aliorum iudicum iurisdictio à iurisdictione Papæ originem habet. Læl. Zecch. *in summa part.* 1. *tit. de fide, rubr. de heresi cap.* 11. *num.* 13. *in principio*, post Pegnam *in additionib. ad Eymeric. in Directior. Inquisitor. part.* 3. *quæst.* 1. *comment.* 50. *vers.* 1. *fol. mihi* 535.

41. Porrò Episcopi in crimine hæresis sunt iudices ordinarij, & eo ipso quòd ordinantur, seu consecrantur iure diuino in hæreticos accipiunt potestatem, Conrad. Brun. *lib.* 4. *de hereticis cap.* 1. Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitor. in verb. Inquisitor, num.* 6. *in fine.* Simanc. *de Cathol. instit. titul.* 25. *num.* 3. *& tit.* 34. Albertin. *tract. de agnosc. assertio. quæst.* 11. *num.* 11. Zanchin. *in tract. de heret. cap.* 8. *num.* 3. Clar. *in pract.* §. *heresis, num.* 5. Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 21. *num.* 4. *in principio*, & Carrer. *in tract. de hereticis, num* 65. *in principio.* Quæ iurisdictio extenditur etiam ad exemptos in crimine hæresis, ita vt possit procedere Episcopus contra illos tamquam Ordinarius, prout tradit Hostiensis *in cap. ad abolendam, numer.* 13. *extrà de hereticis.* Nec videtur dissentire Marian. Socin. *in dict. cap. ad abolendam, num.* 14. *&* 15. *& num.* 32. *& sequentib.* quamuis *num.* 40. vtramque opinionem posse defendi tradit. Nihilominus Episcopos in crimine hæresis etiam contra exemptos esse Ordinarios, ex eo ostenditur, quia Episcopo concessa est generaliter, & vniuersaliter delegatio, ac propterea censenda est ordinaria iurisdictio, & non delegata. textus *l. cùm Prætor, ff. de iudiciis*; procedunt enim Episcopi quoad effectum iure suo. Hostiens. *suprà.*

Nihilominus verius est quoad exemptos, Episcopos in hoc crimine esse potius delegatos, quàm Ordinarios, vt ostendit textus *in d. cap. ad abolendam, in fine* §. *si qui verò, extrà de hereticis*, his verbis: *Si qui verò fuerint, qui à lege diœcesanæ iurisdictionis exempti soli subiaceant Sedis Apostolicæ potestati, nihilominus in iis, quæ sunt contra hereticos instituta, Episcoporum subeant iudicium, & eis in hac parte tanquam a Sede Apostolica Delegatis, non obstantibus libertatis suæ priuilegiis obsequantur.* gloss. *in cap. per hoc, in figuratione casus in fine vers. Nota, vt dicitur, de hereticis in* 6. & *ibi* Geminian. *in* §. *fine, num.* 2. Repertor. Inquisitor. *in verb. Delegatus, vers. Nota quòd Episcopus, & in verb. Episcopus, vers. secundò*, Carrer. *suprà de hereticis num.* 65. Zanchin. *in tract. de hereticis cap.* 8. *num.* 3. Simanc. *de Cathol. tit.* 25. *rubr. de Episcopis, num* 6. *vers. item Episcopus*, Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisitor. in verb. Inquisitor. num.* 6. *in fine, & num.* 11. *ad finem, vers. aduerte tamen*, Gundisalu. *in tract. de hereticis, quæst.* 7. *num.* 14.

Illud etiam accipe, quamuis Episcopus sit Ordinarius in crimine hæresis, posse tamen delegari à Papa in vna, vel pluribus causis specialibus; tunc enim habebit delegatam iurisdictionem, nisi fortè moneatur à Pontifice, & ab eo excitetur ad peragendum suum officium. Nam tum temporis censebitur Ordinarius, non verò delegatus, prout vult glossa *id cap. per hoc, in verb. Delegata, de hereticis in* 6. Iuuat Gundizal. *suprà de hereticis quæst.* 7. *num.* 12. *in fine, vers. idem si sit delegatus à Papa.* Quinimò quando Episcopus in crimine hæresis est iudex competens, non propterea Vicarius eius generalis in hæresi competens iudex est, ita Ioann. de Imola *in Clementina* 1. *num.* 19. *vers. Nunquid autem Vicarius generalis*, & *ibi* etiam Cardinal. Zabarel. *in* §. *Duro, num.* 9. *in* 12. *quæst.* in crimine hæresis, nisi habeat speciale mandatum, Vmbert. Locat. *in Iudicial. Inquisitor. in verb. Episcopus.* Gundizal. *in tract. de hereticis; quæst.* 7. *num.* 14. & Decian. *suprà lib.* 5. *cap.* 21. *numer.* 7.

Cùm ergo Episcopi successerint Apostolis, qui iure diuino Ordinarij fuerunt Inquisitores contra hæreticos, Episcopis, quorum est oues sibi commissas ab hæresi illæsas custodire, iure diuino hoc negotium à conditu legis gratiæ incumbit in hæreticos inquirere, adeò, vt si negligentes fuerint in extirpandis hæresibus à sua Diœcesi remoueri debeant ab Episcopali dignitate, vt probatur ex Concilio Mileuitan. *cap.* 25. & Lateran. *cap.* 3. & in specie *in cap. excommunicamus* 1. §. *volumus, de hereticis.* Pegna *in* 2. *part. Director. comment.* 2. §. *Episcopi*, & deducitur ex *cap. penultimo, de regulis iuris*, per hæc verba: *Non potest esse pastoris excusatio, si lupus oues comedit, & pastor nescit.* Quare cùm hæc causa de extirpandis hæresibus sit penes Episcopos, ad ipsos officium Inquisitorum à principio legis gratiæ spectat, cùm ipsi sint successores Apostolorum.

Sequitur dicendum quando Inquisitio primò delegata fuerit instituta à Summo Pontifice? Prateolus opinatur *lib.* 4. *suæ historiæ*, Valchum hæreticum tempore Henrici Quinti Imperatoris, & Paschalis Papæ secundi anno de 1117 fuisse damnatum ab Episcopo Gerundensi, & ab Ernoldo Burgensi Inquisitore, secundùm quem anno Domini 1100. iam Inquisitorum officium erat institutum, & iudices delegati eo fungebantur præter Episcopos. Nihilominus Hieronymus Romanus *lib* 5. *historiæ de Repub. Christiana*, innuit officium Inquisitoris traditum fuisse Inquisitoribus anno Domini. 1243. imperante Summo Pontifice Innocentio Quarto, in quo anno Pontifex creatus fuit, teste Iacobo Castellano *in suo Catalogo Pontificum*, & probari potest ex constitutione edita ab eodem anno de 1254. cùm negotium, vbi fidei Catholicæ aduersùs hæreticæ prauitati errores curam committit fratribus Ordinis Prædicatorum, quæ constitutio ordine est 15. Patet etiam ex constitutione 16. in qua idem negotium committit dilectis filiis Ministro, Custodibus, Guardianis Conuentualibus, vel eorum Vicariis Sancti Francisci, vt videre est apud Laërtium Cherubinum *in sua collectione Pontificum tom.* 1. *a fol.* 77. *ad folium* 80. 42.

Veruntamen multo verius est Tribunal Sanctæ Inquisitionis cœpisse Ecclesiam Dei gubernante Innocentio Tertio Pontifice Maximo, qui creatus fuit anno Domini 1198. & vixit in Pontificatu annis 18. mensibus 7. diebus 16. & Albigentium errores, & hæreses occasio fuerunt, vt tantùm Tribunal aduersùs hæreticos erigeretur ineunte anno Domini 1200. in quo Petrus Monachus Legatus mittitur ad Innocentio Tertio ad Albigenses, à quibus multis vulneribus confossus vitam finiuit de mandato Comitis Raimundi Quarti, cuius potentia, & temeritate, & insolentia Albigenses freti in magnam dementiam elati sunt. Primus autem cui officium Sanctæ Inquisitionis fuit commissum à Summo Pontifice, fuit Beatus Dominicus, vt constat ex litteris quas accepit ab Innocent. Tertio Anno de 1201. quarum

inscriptio sic habebat: *Magistro fratri Domino, & eius sociis Prædicatoribus*. ex quo vides officium delegatæ Inquisitionis in Prouincia Prouinciæ, siue in Gallia Narbonensi, primum Beato Dominico fuisse commissum, & ab eo incepisse, vt obseruat Pegna *commentar. 32. 3. part. directorij, versic. quo verò tempore*. Petrus Matthæus V. I. Doctor, his verbis in annotationibus ad summam constitut. Pont. tit. Pij Quinti §. 26. ibi: *Fauit B. Dominici votis, & operi Summus Pontifex iniuncto ei consuræ, seu, vt vocant, Inquisitionis, hæreseos munere, quo quidem ipse B. Pater primus omnium ornatus est*. sequitur Fr. Antonius de Sena dec. 1. f. 13 Fr. Stephanus de Senhalac *cap. 2 de gl. nom. prædic*. Fr. Leand. Albert. *in vita Sancti Dominici, lib. 1.* Iuuat Lucius Marinus Sicul. *in sua historia Hispaniæ*, dum sic ait: *Procurante Innocentio Tertio Pontifice Max. hæresim apud Tolosam nuper obortam mira celeritate, atque virtute compescuit S. Dominicus*, &c. & Fr. Ioan. Marieta *part. 2. lib. 7. cap. 11.* & alij, quos referens sequitur solertissimus antiquitatum vindex Fr. Ludouicus de Sousa *in histor S. Patriarchæ Dominici, cap. 3. fol. 8. col. 3. & 4.* vnde luce meridiana clariùs B. Dominicum fuisse primum Inquisitorem ostenditur ex constitutione edita à Sixto Quinto, cuius verba sic habent. Imò verò imitatione (loquitur enim de Sancto Petro de Verona eiusdem Ordinis) accensus Beati Patris Dominici, vt ille perpetuis, & concionibus, & disputationum congressibus, officióque Inquisitionis, quod ei primum prædecessores nostri Innocentius Tertius, & Honorius Tertius, commiserant contra hæreticos mirabiliter se gessit, & infrà. Quamobrem S. Petrus de Verona post Beatum Dominicum non immeritò Princeps appellari debet Sacrosancti officij Inquisitionis, cùm ipse primus illud suo sanguine consecrarit. Hæc Sixtus Quintus decimoquinto die Aprilis anno Domini 1586. anno 1. sui Pontificatus, incipit, Inuictorum Christi militum numerus ingens, vbi probatur testimonio tanti Pontificis munus sancti Officij ab Innocentio III. & Honorio III. Beato Dominico, & fratribus illius, fuisse commissum, quod postea ab Innocentio IV. eisdem fratribus anno Domini 1254. incipit, *Cùm negotium*, & rursus, Malitia huius temporis fuit demandatum in Prouincia Lombardiæ.

Quo tempore fuerit erectum Tribunal sancti Officij tam in Hispania, quàm in Lusitania?

§. V.

EPITOME.

43. *Dominicani in Hispania Religiosi præfecti fuerunt officio sanctæ Inquisitionis.*
44. *Officium sanctæ Inquisitionis Catholicis Regibus postulantibus fuit instauratum.*
45. *Thomas de Torquemada fuit primus Inquisitor generalis Hispaniæ.*
46. *Inquisitores generales in Hispania non fuerunt ante Catholicos Reges.*
47. *Inquisitores Regnorum Aragoniæ Sixtus IV. subiecit supremo Inquisitori Castellæ.*
48. *Inquisitores generales in Regno Aragoniæ, qui fuerint, & in Regno Castellæ?*
49. *Inquisitio quando fuerit introducta in Lusitaniam?*
50. *Inquisitores generales quinam fuerint ad id vsque tempus in Lusitania?*

ANTE tempora Catholicorum Regum Tribunal sanctæ Inquisitionis in Castella, & Legione fuit erectum, vt constat ex litteris asseruatis in Archiuo sanctæ Catherinæ Martyris Barcinone missis à Clemente Papa IV. datis Viterbij Kalend. Februarij anno Dominicæ Incarnationis 1267. anno secundo sui Pontificatus, ad Prouincialem Ordinis Prædicatorum in Hispania cum facultate, & potestate nominandi duos, ex Ordine suo, fratres, qui officio inquirendi contra hæreticam prauitatem fungerentur. Quo etiam in archiuo asseruatur constitutio alcera edita à Clemente Sexto, quarto Idus Aprilis anno Domini 1350. Pontificatus sui anno 9. missa ad Patrem Nicolaum Rosellis Aragoniæ Prouincialem, in qua Pontifex præcipit, vt Inquisitores, quos ipse in sua Prouincia nominauerit, electis à Prouinciali Castellæ nullatenus essent subiecti. 43.

Quin etiam Bonifacius Papa Nonus, qui creatus fuit anno de 1389. optauit in Regnis Castellæ, Legionis, & Lusitaniæ Tribunal Inquisitionis instituere, in quibus tunc Regnis familia Dominicana ad vnum Prouincialem spectabat. Regnabat enim in Castella, ac Legione Henricus Tertius, & in nostra Lusitania Ioannes felicis recordationis huius nominis Primus: Bonifacius, inquam, prima die Februarij 1394. fecit potestatem Magistro Vincentio de Lisboa, qui eo tempore Prouincialis erat, & eius successoribus creandi Inquisitores per Breue Apostolicum, quod hodie in Lusitania in præclaro eiusdem Ordinis Monasterio Beatæ Mariæ de Prælio vocato custoditur. Nihilominus cùm eo tempore Ecclesia laborabat schismate, & Castellæ, & Legionis Rex Clementi, non autem Bonifacio præstabat obedientiam, diploma Bonifacij non habuit effectum, ex quibus satis constat Patres Ordinis Prædicatorum in Hispania post obitum sui Patriarchæ, singulari doctrina, ac vitæ sanctitate multum profuisse, & eidem Inquisitionis officio contra hæreticam prauitatem Apostolica auctoritate præfuisse.

Constat item ante tempora Regum Catholicorum ratò fuisse creatum Inquisitorem generalem, qui alios per Prouincias disponeret, & Summis Pontificibus id curæ fuisse, & ideo sæpiùs Sanctum officium in Prouinciis defuisse, eo quia Episcopis ex officio incumbebat hæreses extirpare, cùm autem in Hispania paulatim cœpissent hæreses serpere, vt faciliùs tanto malo obuiaretur, officium Sanctæ Inquisitionis intermissum, instaurari à Regibus Catholicis po- 44.
stulatum est anno primo Pontificatus Innocentij Octaui anno Domini 1484. vt apparet ex prima Hispalensi instructione, in quo anno celeberrimus virorum doctissimorum in omni genere litterarum conuentus Hispali coactus fuit auctoritate Apostolica Catholicis Regibus id postulantibus, cui præfuit sapientissimus Prior Monasterij Sanctæ Crucis Segouiensis Fr. Thomas de Tor- 45.
quemada Ordinis Prædicatorum. In quo actum fuit de Ordine seruādo contra hæreticos latis super hoc negotio statutis, & ordinationibus valde salutari

salutatibus,quibus in Hispania ad hæc vsque tem. pota Sancti officij Tribunal vtitur.

Fuit ergo Regum Catholicorum temporibus idem officium de nouo introductum, seu instauratum, vt notat Albertinus *in repetitione cap. 1. de hæreticis, lib.6. quæst.12. n.4.* & eorum industria, ac iussu ordo iudicialis in eo Tribunali seruari solitus magna ex parte institutus, Simanchas *de Catholicis instit. rubr. de Inquisitor. Apostol. tit. 34. num.5.* Pegna *d. comment. 32. versic. hoc igitur officium.* Fr. autem Thomas de Torquemada fuit primus Inquisitor generalis in Regnis Hispaniæ, & ante Catholicos Reges, generalis Inquisitor
46. nullus extitit, Paramus *de origine officij tit.2.cap.2. num.* 10. Eorum tamen tempore reformatio Sanctæ Inquisitionis demandata fuit viro clarissimo D. Petro Gonzales de Mendoça, Archiepiscopo Hispalensi, & Fratri Thomæ de Torquemada primario Inquisitori, qui ex decreto Catholicorum Regum Inquisitores Cordubæ, Gienniique, & Hispali degentes ad prædictam Hispalensem vrbem cum alijs viris doctissimis conuocauit; vbi de statu Sanctæ Inquisitionis sapienter, mature, & vtiliter actum est, Paramus *vbi supra d.cap. 2. n.16.*

47. Porrò Inquisitores Regnorum Aragoniæ Sixtus Quartus subiecit supremo Inquisitori Castellæ, Bulla propria anno 1483. quam postea Innocentius Octauus eius successor Apostolica auctoritate confirmauit quoad Castellam ad Legionem anno 1485. tertio Nonas Febr. Pontificatus sui anno 5. & anno proximo sequenti, quoad Aragoniam, Valentiam, & Cathaloniam idem extendit. Bulla autem Innocentij Octaui, vbi de hac subiectione sic incipit: Innocentius Episcopus, seruus seruorum Dei, Dilecto filio Thomæ de Turrecremata, Ordinis fratrum Prædicatorum, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Domini 1484. tertio Idus Februarij, Pontificatus nostri anno 2.

48. Neque abs re videtur hoc loco recensere Inquisitores quinam fuerint generales in Regno Aragoniæ, & qui in Regno Castellæ per aliquot annos, non autem perpetua serie. Primus ergo generalis Inquisitor Aragoniæ fuit Fr. Ioannes de à Longares anno 1307. vsque ad annum 1320. postea Cardinalis frater Nicolaus Rosel, eique proximus Nicolaus Eymericus ab anno 1358. vsque ad 1394. Necnon frater Ioannes de Lorgerio: aliquandiu verò vnus Aragoniæ præsidebat, Cathaloniæ alter, alius Balearibus, ac Comitatibus Rossilionis, & Ceritaniæ, quæ Cathaloniæ pars est. Vide reliqua apud Paramum *lib. 2. de origine officij tit. 2. cap. 8. num.* 11. vbi obseruat non semper in Regno Aragoniæ Inquisitores generales, sed interdum: imò *num.* 14. ostendit Inquisitores Regni Aragoniæ subiectos esse Inquisitori generali Castellæ, & Ioannem Episcopum Vicensem in Corona Aragoniæ anno de 1507. Inquisitorem generalem constitui à Iulio II. & Leonem X. duos in Regnis Aragoniæ, atque Nauarræ, Ludouicum scilicet Episcopum Dertusanum, & fratrem Ioannem Polo Ordinis Prædicatorum creasse Inquisitores generales, vt ostenditur in eius Bulla data 15. Iulij anno 1513. postea verò Ferdinando Catholico defuncto Adrianus Episcopus mortuo Episcopo Dertusano in Rgnis Aragoniæ, & Nauarræ Inquisitor generalis creatur per Leonem Decimum, vt continetur in eius Bulla, data decimoquarto Nouembris anno de 1516. Pontificatus sui Quarto.

Series Inquisitorum generalium in Regno Castellæ primo loco memorat Fratrem Thomam de Torquemada anno Domini 1483. in Castella, Legione, & Aragoniæ creatum à Sixto Quarto die 17. Octobris eiusdem anni, qui postea fuit confirmatus ab Innocentio Octauo anno 1485. die tertio Februarij anno sui Pontificatus secundo. Huic accessit Fr. Didacus Deza Taurinus, ex Prædicatorum Ordine, præceptor Principis Ioannis Catholicorum Regum filij ab Alexandro Sexto Primarius Inquisitor creatus Kalend. Decembris anno Domini 1498. in Castella & Legione, & Kalend. Septembris sequentis anni 1499. in omnibus Castellæ Regnis euectus fuit ad generalis Inquisitoris primariam dignitatem. Post Didacum Deza Frater Franciscus Nimenius Cisneiros in Castellæ, & Legionis Corona eandem primariam dignitatem Inquisitoris generalis fuit adeptus, & propter eximia virtutis, ac Sanctitatis documenta à Regina Elizabetha Confessarius electus est, ac denique creatus Archiepiscopus Toletanus, deinde Cardinalis Sanctæ Balbinæ à Iulio II. anno 1507. adeò paupertatis D. Francisci de cuius familia erat, amator, vt nunquam nisi pedibus incederet, vel ad summum asello humili vteretur. Huic proximus fuit in generali Inquisitoris officio Ludouicus Dertusensis Episcopus, ex Dominicana familia in Aragoniæ Corona priùs Inquisitor generalis, deinde secutus est Adrianus in eandem dignitatem elatus à Leone X. postridie Idus Nouembris anno Domini 1516. antea Episcopus Dertusensis Aragoniæ, Valentiæ, & Siciliæ Regnis Inquisitor generalis præponitur, & anno de 1518. ab eodem Pontifice Leone X. Regnis Castellæ, & Legionis delegatur. Post hunc Alphonsus Manriques, Archiepiscopus Hispalensis, ab Adriano Papa VI. Generalis Inquisitor fuit constitutus anno de 1523. 4. Idus Septembris.

Illo autem vitâ functo, Ioannes Taueira Toletanus Antistes creatus fuit in ditionibus Hispaniæ Inquisitor generalis à Paulo III. anno 1539. 7. Idus Nouembris. Anno autem Domini 1546. 12. Kalend. Martij D. Garcia de Loaysa Generalis Inquisitor factus fuit ab eodem Paulo III. cui accessit D. Ferdinandus de Valdes anno Domini 1547. 13. Kalend. Februarij à Paulo III. ad eandem dignitatem in Regnis Hispaniæ eductus. Post hunc euocatus D. Petrus de Espinosa, Episcopus Seguntinus, à Pio Quinto ad idem officium anno salutis 1566. sexto Idus Septembris, datus ab eodem Coadiutor, & futurus successor eidem Ferdinando. Sequitur D. Petrus Pontius de Leone, creatus Inquisitor generalis in Corona Hispaniæ per Gregorium XIII. anno 1572. postridie Kalend. Decembris, morte tamen præuentus officium non exercuit.

His adde D. Gasparem Quiroga, Cardinalem Archiepiscopum Toletanum, qui anno 1573. possessionem succepit huius Officij supremi auctoritate Gregorij XIII. & a Rege Philippo secundo ad supremum Concilium, vulgò *de Estado*, euectus, & anno 1577. ad Archiepiepiscoparum Toletanum electus, & anno sequenti ad eodem Gregorio XIII. ad Cardinalium diginitatem assumptus fuit. Huic proximus fuit D. Hieronymus Manriques Abulensis Episcopus, qui priùs Murciæ Inquisitoris officio functus est, & postea ad supremum Inquisitionis apicem à Clement. VIII. postridie Nonas Maij anno 1595. euectus, &

Kalend.

Kalend. Septembris eiusdem anni extremum clausit diem. Pust hunc D. Petrus Portocarrerio supremi Inquisitoris onus, & decus, & officium laudabiliter obiuit, & possessionem adeptus est septimo Idus Iunij anno Domini 1556. cùm esset Episcopus Conchensis. Mitto cæteros pro quibus vide recentiores, ne multus sim.

49. Quæstionis tamen est, quando fuerit indnctum in Lusitaniam Inquisitionis Tribunal? Illescas *in historia Pontificali 2. part. lib. 6.* & ex illo frater Alphoosus Fernandez *in concertatione contra hereticos anno 1541. fol.* 260. Fr. Anton. de Sotomaior *in historia Orientali lib. 4. cap.* 28. Figueroa *en la plaça vniuersal. discursu* 69. Param. *de origine Inquisitionis lib. 2. cap. 15. num. 6. vers. compendiosa de Sahauedra narratio*, Ceuallos *lib. 4. de violentiis quæst.* 1. aliàs 897. *num.* 359. opinantur in hoc Regnum Lusitaniæ fuisse inductum officium Sanctæ Inquisitionis sagacitate, & industria cuiusdam Cordubensis nomine Sahauedræ, qui confictis Bullis Apostolicis rem ad exitum perduxit; quæ narratio, seu nugatio mera fabula est, ita vt ipse Param. *d. num. 6. ad finem* asserat, se adduci non posse vt credat, & probatur esse falsam hanc nouellam, primò, quia anno 1539. adhuc Sahauedra non introduxerat in Lusitanam Coronam Inquisitionis officium, prout apparet ex ipsa schedula relata per Param. *dict. cap. 15. num. 6. col.* 3. & tamen iam eo anno in Lusitania erat Inquisitor secundus generalis Cardinalis Henricus, vt ostenditur ex diplomate Summi Pontificis, & virtute illius ab eo anno 1539. vsque ad annum 1579. officium supremi Inquisitoris diligentissimè peregit; & confirmatur esse falsam narrationem Sahauedræ ex traditis concludenter à fratre Seraphin de Freitas Lusitano Iuris Pontificij Professore in additionibus ad tractatum Illustrissimi Hispaniarum Primatis *de solicitantibus, quæstion. 22. numer.* 38. *versic. his sic constitutis, & sequentibus.*

Conclusio ergo sit, Tribunal Sanctæ Inquisitionis fuit introductum in Lusitaniam anno Domini 1533. mense Aprilis, gubernante Ecclesiam Dei Clemente Septimo, ad instantiam, & petitionem Serenissimi Regis Portugaliæ Ioannis huius nominis Tertij, quod Pontifex eidem Regi concessit per Bullam specialem, in qua Inquisitori supremo, & vniuerso Tribunali, & cunctis Inquisitoribus, & officialibus Sancti Officij indulsit ampla priuilegia, immunitates, exemptiones, & libertates, quibus omnes ad id vsque tempus perfruuntur, & perfruentur; vt videre est in eadem Bulla, ita Franciscus de Andrada *in Chronico eiusdem Regis p. 2. cap. 82. in principio*, & Dom. Fr. Amator Arraiz, Episcopus Portalegrensis *in tertio Dialogo cap. 3. fol.* 60. *col.* 1. ac idem Fr. Seraphin. de Freitas *num. 34. vbi suprà*, vbi concludit anno 1533. per Serenissimum Regem Ioannem Tertium officium Sanctæ Inquisitionis fuisse petitum, & obtentum à Clemente Septimo, quibus refellitur fabula Sahauedræ.

50. His positis consequens est dicere de Supremis Inquisitoribus eo ordine, quo fuerunt in Lusitania electi, & constituti. Primus igitur Inquisitor generalis fuit Fr. Didacus da Sylua, ex Decalciatis Ordinis Sancti Francisci, eiusdem Ioannis Regis Tertij Confessarius, Episcopus Ceutensis, vel potiùs Essilissensis anno 1536. Param. *d. cap.* 15. *numer.* 8. Fr. Seraphin de Freitas *dicta quæst.* 22. *num.* 35. quo officio per tres circiter annos functus ad Braccarensem Archiepiscopatum euectus se abdicauit.

Secundus Generalis Inquisitor fuit Infans Henricus Cardinalis tituli Sanctorum quatuor Coronatorum, Fr. Germanus Ioãnis Tertij Portugaliæ Regis, eo tempore Archiepiscopus Eborensis, ac postea Braccarensis Hispaniarum Primas, qui tandem demortuo Sebastiano Rege ad Regale culmen euocatus est. Non tamen Inquisitoris generalis officio vnquam renunciauit: imò in causis fidei sic subscribebat: Rex Henricus tanquam Inquisitor generalis, &c. quo officio ab anno 1539. vsque ad annum 1579. id est, per quadraginta annos functus fuit. Quin imò in nostrum Collegium Eborense, cuius ipse fuit fundator, dum aliquoties per tempus moraretur, ac resideret, Inquisitores inferiores frequenter vocare in causis fidei solebat, & de illis in domo ad hoc munus deputata agebatur, quibus Cardinalis præsidebat, vel eius loco Pater Leo Henriquez, nostræ Societatis Confessarius illius pro eo Præsens erat.

Tertius Inquisitor generalis Coadiutor eiusdem Cardinalis cum futura successione datus fuit Dominus Emmanuel de Meneses, Conimbricensis Episcopus, Arganili Comes ex Bulla Gregorij XIII. anno 1578. die 24. Februarij, qui in prælio Regis Sebastiani animosè dimicans occubuit, & ideo successio futura non obtinuit locum. Quartus Inquisitor generalis Henrico Cardinali proximus fuit Dominus Georgius de Almeida Archiepiscopus Olisiponensis, qui per Bullam Gregorij XIII. die 27. Decembris anno 1579. creatus fuit: quod officium exercuit vsque ad mensem Martij anni 1585. in quo vltimum conclusit diem. Anno tamen 1581. de mandato illius editus est in lucem Index librorum prohibitorum, cum regulis confectis per Patres à Tridentina Synodo delectos, auctoritate Pij Quarti Pontificis Maximi comprobatus, cui alter Index iussu eiusdem Inquisitoris supremi additus est, in quo continentur in his Portugaliæ Regnis libri prohibiti, cum aliis multis ad eandem librorum prohibitionem spectantibus tam Latinè, quàm Lusitanè. Quintus Inquisitor generalis in Lusitania fuit Ordine Cardinalis Albertus tituli sanctæ Crucis in Hierusalem, Archidux Austriæ, pro eo tempore quo loco Philippi Secundi acroamare Prudentis Lusitaniam moderabatur ex Bulla Sixti Quinti anno 1586. 25. die Ianuarij, qui postea Comes Flandriæ, & Dux Burgundiæ fato concessit.

Cui successit Dominus Antonius Matos de Noronña, Episcopus Eluensis, ex Bulla Clementis Octaui data Romæ anno 1596. qui priùs Inquisitor Cordubæ fuit constitutus, & illinc cum eodem officio Toletum translatus, quibus in locis præclarè se gessit, & inde à Philippo Secundo in Lusitaniam cum delegatione missus negotia sibi tradita mirabiliter composuit, quibus peractis in supremum Consilium Sanctæ Inquisitionis generalis cooptatus, & inde ad officium Inquisitoris generalis factus Episcopus euocatus fuit. Post hunc idem munus adeptus est Dominus Alexander, Ioannis Brigantiæ Ducis filius, Archiepiscopus Eborensis, ex Bulla Clementis Octaui die 29. Iulij anno 1602. Huic proximus Dominus Petrus de Castillo, Episcopus Leiriensis Regiæ antea Cameræ, seu Referendariorum sacri Palatij Præses, nec non Portugaliæ

Prorex

Protex integerrimus, ex Bulla Clementis Octaui anno 1604.23. Auguſti.

Noous Ioquiſitor generalis Dominus Fetdinandus Mattinz Maſcategnas, Epiſcopus ex Algatbio Luſitaniæ anno 1616. ex Pauli Quinti Breui, Rector antea Vniuerſitatis Conimbricenſis, omnibus titulis digniſſimus, in quo, an nobilitas, an ingenium vniuerſale ad omnem doctrinam, & litteratum etuditionem, an motum integritas, ac immenſa liberalitas maximè in pauperes Principem, ſiue locum vendicet, ambigi meritò poteſt.

Decimus Inquiſitor generalis tanto muneri præfectus eſt Dominus Franciſcus de Caſtro ex antiqua familia, clariſſimaque caſtrorum nobilitate, Epiſcopus Egitanienſis ex Bulla Vrbani Octaui, cuius mores integri, & ſanctiſſimi, virtuteſque excellentes, & ſingulares omnibus ſunt in confeſſo, iam ab eo tempore, quo in Collegium Diui Petri fuit cooptatus, & inde ad Vniuerſitatem Conimbricenſem Rector digniſſimus promotus, quæ omnia, & alia munia publica tanto ſucceſſu perfecit, vt tandem ad hanc Inquiſitoris generalis nomenclaturam, ac dignitatem, veluti propugnaculum fidei ioexpugnabile, & defenſor voius auocatus eſt.

De Inquiſitoris generalis poteſtate, & obligationibus tam in genere, quàm in ſpecie.

§. VI.

E P I T O M E.

51. *Inquiſitor generalis à Rege ſolet creari, & à Romano Pontifice confirmari*
52. *Inquiſitoris generalis qualitates circa ſuum officium peragendum.*
53. *Inquiſitor generalis nominat Inquiſitores, & Papa delegat ab eo nominatos.*
54. *Inquiſitor generalis exhibet nudum miniſterium, dum nominat Inquiſitores.*
55. *Inquiſitor generalis eligit miniſtros viſitatores, & nominat Conſiliarios Senatus ſupremi, quibus datur expedire cauſas appellationum, & res arduas componere cum generali Inquiſitore.*
56. *Inquiſitoris generalis in Hiſpania eſt remouere Inquiſitores, ex cauſa tamen iuſta.*
57. *Cauſa præcipua remouendi ab officio Inquiſitores quæ ſint?*
58. *Inquiſitores oportet eſſe peritos. firmæ valetudinis, non negligentes, ſenes potius quàm iuuenes.*
59. *Magiſtri generales minorum fratrum, & Prædicatorum poſſunt remouere ſubditos ab officio Inquiſitorum, ex cauſa tamen iuſta.*
60. *Inquiſitoris generalis eſt mutare de vno ad alium locum Inquiſitores nominatos, aut remouere.*
61. *Iuriſdictio Inquiſitorum ſit ne ordinaria, an delegata, & an ſit reſtringenda, vel amplianda oſtenditur.*
62. *Inquiſitor generalis poteſt auocare ab Epiſcopis omnes cauſas hæreſim ſapientes.*
63. *Inquiſitor generalis an poſſit diſpenſare in depoſitione facti benedicti duntaxat, & quid de Inquiſitoribus inferioribus?*
64. *Ætas neceſſaria Inquiſitoribus, quænam ſit de iure?*
65. *Delegati ab Epiſcopo in cauſa fidei quam ætatem habere debeant?*
66. *Inquiſitores deputati à Papa poſſunt eſſe, eſto non ſint 40. annorum.*
67. *Epiſcopi cur poſſint eſſe triginta annorum, non autem Inquiſitores?*
68. *Inquiſitores in Hiſpania poſſunt eſſe, qui attingunt trigeſimum ætatis annum abſque diſpenſatione, & quid de Commiſſariis?*

INQVISITOR generalis vbique regulariter à Rege ſolet creari, & à Summo Pontifice confirmari cum ampliſſima poteſtate in cauſis fidei contra hæreticos apoſtatas, eorumque complices, receptores fautores, ac defenſores. Ad hanc dignitatem ſemper aſſumitur aliquis Antiſtes ex præcipuis Luſitaniæ, vir immaculatæ vitæ, manſuetus, benignus, ac miſericors, quique cum manſuetudine rigorem dum opus fuerit, & cum miſericordia iudicium miſceat, & cum lenitate ſeueritatem adhibeat, textus *in cap.licet dist.45 & cap.iudicat 3.quæſt.7. & cap 1. 23. quæſt. 5.* vbi D. Auguſt. iudicem alloquens, inquit, Imple Chriſtiane iudex pij patris officium, ſic ſuccenſe iniquitati, vt conſulere humanitati memineris, nec in peccatorum atrocitatibus exerceas vlciſcendi libidinem, ſed peccatoribus curandi adhibeas voluntatem. Noli atrociùs vindicare, quod leniùs inueniſti; inquirendi, quàm puniendi maior neceſſitas eſt. Ad hoc enim, & mitiſſimi homines facinus occultatum diligenter atque inſtanter examinant, vt quibus parcant, inueniant Et quamuis hæc ita ſint, Inquiſitor generalis aliter ſe debet habere cum illis, qui miſericordia ſancti Officij abutuntur, quique ſunt incorrigibiles, & obſtinati in ſuo moriuntur peccato, *cap.eſt iniuſta 21.quæſt.4* Tunc enim miſericordia non eſt ſequenda. *l.aut facta, § final ff.de pœnis*, & tradit Præpoſ. *in cap.ſana, num.5. diſt.10.* 51. 52.

Tanta item eſt Inquiſitori generali à Summo Pontifice poteſtas conceſſa, vt poſſit deputare, ſeu nominare omnes Inquiſitores, eóſque nominatos, ſeu deputatos Papa delegat, argumento textus *in l.pater, ff de manumiſſ vindict.* vbi habetur, ſi pater ſcripſit filio, vt aliquem ex ſeruis ſuis manumittat, & ille manumiſerit Stichum, Stichus ille erit liber: ſolùm enim filio conceſſit electionem, ipſe verò pater manumiſit. Confert Bartol. *in l. item eorum, §. ſi decuriones, ff.quod cuiuſque vniuerſ.* dum obſeruat ordinata ab habentibus auctoritatem à Concilio, ab ipſo Concilio cenſeri diſpoſita. Atque ita Inquiſitores inferiores nominati, deputati, electi, aut delagati per generalem Inquiſitorem ex poteſtate eidem à Papa tributa, ſunt electi, deputati, ſeu ſubdelegati, aut numinati ab eodem Pontifice, & ab eo accipiunt iuriſdictionem, & poteſtatem. Inquiſitor autem generalis ſuper eorum deputatione, ſeu nominatione ſolum exhibet nudum miniſterium ad inſtar Nunciorum, Baldus *in l. qui autem, § conſtituere, ff. de conſtit. pecun.* & eſt veluti organum quoddam, quo mediante vox Papæ tranſit ad Inquiſitores ſic delegatos *l.qui autem ſuprà, § final.* & dicit gloſſ. & Bartol. *in l. multum intereſt, Cod. ſi quis alteri, vel ſibi,* & ab eo eorum iuriſdictio immediatè dependet, gloſſ. *in verb.committi, & in verb.amouere. Clement. 2. de hæreticis*, Panormit. *in cap. ſanè quia.de officio* 53. 54.

officio delegati, in principio, & Repertorium Inquisitor. *in verb. Inquisitores, vers. item an Inquisitores iudiciarij habeant iurisdictionem a Ministro generali*; Eymericus 3. *part. quæst.* 3. vbi Pegna *comment.* 52. & Lapus *allegat.* 32. incipit, *An fratre minor.*

55. Item ad Inquisitorem generalem non solùm spectat Inquisitores, & alios ministros eligere, Visitatores ad Inquisitorum Prouincias mittere, sed etiam nominare Consiliarios sanctæ, ac generalis Inquisitionis, quibus competit summa cognitio, ac iurisdictio. Quorum etiam est officium causas appellationum expedire, discordias inter Inquisitores excitatas componere, delicta ministrorum castigare, & de rebus difficilibus cum generali Inquisitore tractare; textus *in d. Clement.* 2. *de hæreticis*, Eymeric. 3. *part. Director. quæst.* 10. & Simancas *de Catholicis, titul.* 34. *numero* 6. & 7.

56. In Hispsnia autem committuntur appellationes dicendæ Inquisitori generali ex Bulla Clementis Septimi, cuius meminit Paramus *de ordine iudiciario S. Officij lib.* 3. *quæst.* 4. *ex num.* 102. ad quem etiam pertinet potestas remouendi Inquisitores ab officio, quamuis iurisdictio Inquisitorum non pendeat ab ipso Inquisitore generali; sed actus solus constituendi, seu remouendi, gloss. *in d. Clement.* 2. §. *Notari, in verb. amouere*, quam Abbas, Cardinalis, & Bonifacius sequuntur ex facultate, aut ex commissione Papæ; non tamen hæc remotio fieri debet nisi causa legitima, ac

57. iusta id exigente. Præcipuæ causæ possunt esse impotentia, negligentia, iniquitas, dolus, seu fraus commissa prætextu officij, Eymeric. 3. *part. quæstion.* 10. & 12. & *ibi* Pegna *comment.* 61. *versic. Ac de causis quidem remouendi iudices*, per legem, *si quos, Cod. de officio præfecti Prætor. Orient.* his verbis: *Si quos iudices, vel propter aduersam, & longinquam corporis valetudinem, vel propter negligentiam, aut furtum, vel simile aliquod vitium sublimitas tua inutiles esse reperit.* hæc ibi.

58. Ex quibus prima causa est impotentia ad exercendum officium Inquisitoris, sub illa infirmitas, ignorantia, & senectus continetur. Infirmitas debet esse perpetua, quòd si est temporalis, non remouetur Inquisitor, sed potest ipse infirmitate durante sibi Vicarium, seu commissarium instituere, cui committat vices suas; est enim Principis delegatus, qui propter causam iustam subdelegare potest, cùm voluerit, Lucerna Inquisitor. *verb. Inquisitor, num.* 2. & ideo Inquisitor hæreticæ prauitatis vices suas potest committere, & eas reuocare cùm voluerit, Pegna *vbi proximè, vers. sed iam percurramus.* Ignorantia, aut imperitia causa est sufficiens vt Inquisitor amoueatur; oportet enim iudices esse peritos, text. *in cap. ex litteris, §. cæterùm. de consanguinitate, & affinitate, verb. si statuta Canonum non ignorent.* Menoch. *consil.* 100. *num.* 240. & *num.* 258. & textus *in Authent. de iudicibus*, §. 1. Item de senectute, quia morbo comparatur. quod intellige de senibus mente, & iudicio inualidis, & memoria infirmis: secus de illis, qui valent memoria, & iudicio, & prudentia, & experientia: hi enim ad regendum, & gubernandum sunt aptissimi. De quibus dicitur, senectus ætate fit doctior, vsu tutior, processu temporis sapientior, secundùm D. Hieron. quem refert Phœbos Lusitanus *decis.* 66. *num.* 7. & 8. traditque optimè Archidiaconus *in cap. tanta, distinct.* 86.

Propter negligentiam in officio remoueri potest officialis, præsertim Inquisitor, *cap. si qui Episcopi* 1. *quæst.* 1. glossa *in cap. excommunicamus* 1. §. *vltimo, de hæreticis*, æquiparatur negligentia dolo. Specul. *titul. de restit. in integrum* §. 1. *vers. vt autem.* Dicitur autem negligens, qui non procedit aduersùs hæreticos, vel, qui procedit extra tempus, cùm potuerit tempore debito. Barbos. *in prælud. ad l. si mora, n.* 9. *ff. solut. matrim.* & ostenditur *in c. ad falsariorum*, & glossa *ibi, de crimine falsi*, Augustinus Barbos. *ibi num.* 17. Iniquitas denique causa est satis, supérque, vt remoueatur Inquisitor, sub quo nomine intelligitur extorsio pecuniarum illicita prætextu sancti Officij, Comensis *in lucerna verb. Inquisitor.* §. 10. Franciscus Squillacensis *tract. de fide Cathol. cap.* 53. textus *in d. Clementina* 2. §. 1. *de hæreticis*, & Simancas *de Cathol. tit.* 34. *num.* 44. & alij, quos referens sequitur Param. *d. lib.* 3. *quæst.* 2. *ex num.* 58. *vsque ad num.* 70. & Farinac. *de hæresi, quæst.* 186. §. 2. *num.* 34.

Sed quid dicendum de Inquisitoribus electis à Prælatis Prouincialibus, aut ministris eorum Ordinum, quibus à Sede Apostolica indultum est deputare tales Inquisitores? Responde vbi deputatio, seu electio Inquisitorum commissa est Magistro generali Ordinis Minorum, aut Magistro generali Ordinis Prædicatorum, posse remoueri à suis superioribus, à quibus fuerunt electi, auctoritate tamen Apostolica; ita patet ex Bulla Innocentij Quarti edita anno 1254. incipit, *Licèt ex omnibus*, cuius meminit Pegna inter litteras Apostolicas *fol.* 20. & ex alia Clementis IV. anno 1265. incipit, *Licet ex omnibus*, relata ab eodem suprà *fol.* 56. Pegna *in Directorio, part.* 3. *quæst.* 9. *comment.* 58. *fol.* 402. *col.* 2. & 3. Quod intelligitur ex iusta, & rationabili causa, non autem ad libitum, Eymeric. *dict. part.* 3. *quæst.* 10. & *ibi* Pegna *comment.* 59. *fol.* 583. Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitor. num.* 38. *vers. Nota tamen*, & *n.* 40. *vers. Nec etiam*, Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 8. *c.* 18. *quæst.* 9. *vers. si quæras*, & Læl. Zech. *in summa, p.* 1. *tit. de fide, rubr. de hæresi, cap.* 11. *num.* 3. *vers. & Inquisitores possint remoueri.* 59.

Inquisitoris etiam generalis est sicut & deputare Inquisitores, ita etiam remouere re maturè cognita, ac mutare, & de vno cùm opus fuerit ad alium locum transferre, Farinac. *vbi suprà numer.* 36. post Pegnam 3. *part. Directorij, comment.* 58. *vers. hodie*, vbi obseruat hisce temporibus non competere magistris generalibus remouere Inquisitores, sed Inquisitori generali, ad quem etiam pertinet, cùm expedit mutare, ac de vno ad alium locum transferre. 60.

Quam iurisdictionem habeat generalis Inquisitor, & reliqui inferiores, ordinariam ne, aut delegatam, quæstio anceps est? Archidiacon. *in cap. ne aliqui, in fine, versic. vel dic, de hæreticis in* 6. & Bonifacius de Vitalinis *in Clementina* 1. *n.* 21. *eodem titulo, de hæret.* Opinantur habere iurisdictionem ordinariam, eo ipso quòd Inquisitores sunt delegati ad vniuersitatem causarum. 61.

Alij contrà putant, Inquisitores contra hæreticam prauitatem esse iudices delegatos, & non ordinarios, ita scribentes *in cap. per hoc*, per textum *ibi, de hæreticis in* 6. Ioannes Andreas *in principio*, Geminian. *vers. Nota textum expressum, n.* 1. *ibidem*, Ioannes de Imola *in Clementina* 2. *sub numer.* 5. *vers. nota bene, de hæreticis*, Syluester *in verb. hæreticus*, §. 2. *n.* 2. *vers. auctoritas autem eorum*, Comensis *in Lucerna, verb. Inquisitores, numer.* 16.

Lapus

Lapus *allegat.* 32. incipit, *An frater minor.* Federicus de Senis *cons.* 145. incipit, *Ioannes Episcopus, num.* 1. Gondissal. *tract. de hæreticis quæst.* 23. *num.* 6. Ioann. Rojas *in singularibus fidei* 44. *&* 97. quæ sententia est communior. Ratio, quia Inquisitores non sunt dati à Principe ad vniuersitatem causarum, & ideo non possunt dici Ordinarij, cùm sint deputati ad specialem hæresis causam tractandam, & ita non habent vniuersalem iurisdictionem in omnes personas, cùm non procedant contra omnes contra fidem delinquentes, vt infrà ostendetur. Quare Inquisitores esse delegatos, non autem ordinarios, multo verius est, ita Eymericus 3. *part. director. quæst.* 4. ex ea ratione, quia nullam habent iurisdictionem, nec in personis, nec in delictis, nec in causis, nisi vbi quantum, & circa quos ei confert Romanus Pontifex. sic ille. sequitur Sigismund Scaccia *in tractatu de iudicio causar. ciuil. criminal. & hæretical. cap.* 67. *num.* 5. vbi testatur de communi, quam etiam amplectitur Azot *dict. part.* 1. *libro* 8. *cap.* 18. *rubric. de sacris Apostolicis Inquisitoribus, quæst.* 6.

Dici etiam potest Inquisitores esse Ordinarios, quoad vtilitates iurisdictionis ordinariæ, & esse delegatos, quoad vtilitates delegatæ, ita Molina *de iurisdictione, tractat.* 5. *disputat.* 29. §. *illa vero ratione*; vbi concludit hisce temporibus consideratis multis priuilegiis in fidei fauorem huic officio sanctæ Inquisitionis concessis, iurisdictionem hanc, etsi hodie delegatam appellemus, valde tamen accedere ad ordinariam; non solùm quia est iurisdictio ad vniuersalitatem causarum fidei, & ad illa, quæ ad illas extirpandas conducunt; sed etiam, quia est perpetua, nec finitur per obitum, vel per depositionem, vel per promotionem & ascensum ad alia, & prouisus in tali munere etiam re integra non perdit iurisdictionem per mortem creantis illum, perinde, ac si iurisdictio illa esset ordinaria, & officium illud, vt ostenditur *in dict. cap. ne aliqui, de hæreticis in* 6. ibi, *Ne aliqui dubitationem solicitam excitantes in dubium reuocent, an officium Inquisitionis hæreticæ prauitatis, solicitudini vestræ intra certos limites ab Apostolica Sede commissum expiret per mortem Romani Pontificis, qui commisit; præsertim declaramus edicto ipsum officium, non solùm quoad negotia viuente mandatore incepta, imò etiam quoad integra, & nondum cœpta, & quod plus est, quantum ad ea, quæ tunc nequaquam emerserant, in fauorem fidei post committentis obitum perdurare.* Hactenus caput *ne aliqui.* Ex quo clarè patet quantum accedit ad iurisdictionem ordinariam, cuius proprium est morte concedentis non expirare. Molina *suprà*, quem sequitur Emmanuel do Valle *de Ensalmis sect.* 3. *cap.* 1. vbi addit iurisdictionem Inquisitorum & ordinariæ, & delegatæ habere vtilitates, & esse adeò priuilegiatam eo, quia tam de praxi, quàm de iure habet, vt Episcopi non se intromittant de causis fidei, etiam cumulatiuè, nisi assistendo Inquisitoribus. Quo fit, vt iurisdictio Inquisitorum sit delegata quoad ea, quæ supra ordinariam iurisdictionem inferiorum Summo Pontifice sunt maioris perfectionis, & excellentiæ, quatenus Inquisitores repræsentant ipsum Papam, & vices illius tenent in iis, quæ ad illos pertinent, & sic excellunt cunctis Ordinariis Summo Pontifice inferioribus, & non habent imperfectionem iurisdictionis delegatæ, cùm non sit odiosa, & ex consequenti restringenda, sed fauorabilis, & in fauorem fidei ampliãda, quod est proprium ordinariæ iurisdictionis, & repugnat delegatæ. Molina *vbi suprà, dict.* §. *illa, ad finem*, Param. *dict. quæst.* 2. *cum aliis, num.* 20. *fol. mihi* 522. Et quamuis *num.* 101. disputandi gratia probet iurisdictionem Inquisitorum non esse extendendam, sed restringendam, contrariam sequitur ex *num.* 107. *vsque ad numerum* 111. vbi ostendit Inquisitores deputatos à Sede Apostolica in causa hæresis esse maiores quolibet Ordinario, habereque auctoritatem ab illo Pontifice à quo destinati sunt, & maiori ac fortiori iurisdictione stabiliri, quàm Episcopos, textus *in cap. sanè* 2. *& cap. studuisti, de officio delegati*, Molina *suprà disp.* 26. *numer.* 1. Sbroz *de officio Vicarij lib.* 2. *quæst.* 62. *num.* 10. Francisc. Molina *de brachio sæculari cap.* 6. *numer.* 12. & Aldrete *de religiosa discipl. tuend. lib.* 1. *cap.* 3. *numer.* 33.

Quæres, an Inquisitor generalis possit liberè in 62.
hoc Regno auocare omnes causas criminum tam hæresis, quàm hæresim sapientium ab Episcopis, & eorum officialibus etiam per censuras? Responsio est affirmatiua, ex traditis à Valle *de Ensalmis sect.* 3. *num.* 11. & à Primate Hispaniarum *in libello de solicitantibus quæst.* 2. *fol.* 14. vbi refert diploma Pij IV. concessum Serenissimo Henrico Cardinali Inquisitori supremo: datum Romæ die 14. Aprilis 1561. vt possit quascunque causas hæresis, & illius prauitatem huiusmodi sapientes coram Ordinariis Regnorum, Prouinciarum, & locorum præfatorum nunc, & in futurum in quibuscunque statu, ac terminis pendentes quandocunque tibi expediens visum fuerit ab ipsis Ordinariis ad te aduocandi, ac illis, eorúmque iudicibus, & personis, ne in eis vlteriùs procedant sub censuris, & pœnis Ecclesiasticis inhibendi, eásque causas cum omnibus, & singulis suis incidentibus, dependentibus, emergentibus, &c. per te, vel alium, seu alios audiendi, & fine debito terminandi, cæteráque in præmissis, & circa ea necessaria, & opportuna faciendi, & exequendi plenam, & liberam auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus facultatem. hæc ibi. Ex quo patet quanta sit potestas supremo Inquisitori à Sede Apostolica concessa.

Ambigi etiam potest, an Inquisitores infe- 63.
riores possint dispensare cum gestantibus saccum benedictum, seu habitellum, vt non deferant illum per tempus ab Inquisitoribus præfixum? Responde de iure communi posse, textus *in cap. vt commissi*, §. *illorum, de hæreticis lib.* 6. In Regnis tamen Hispaniæ nequeunt dispensare in depositione habitelli, aut sacci benedicti, eo quòd prolata sententia illico functi sunt suo officio; nec ampliùs possunt se intromittere: & ideo dispensare in hoc casu reseruatur Inquisitori generali, & supremo Sanctæ Inquisitionis Senatui, textus *in l. iudex, ff. de re iudicata.* Neque sine causa solet dispensare in depositione saccorum benedictorum, eo quia grauissima delicta grauissima pœna, ac pœnitentia plecti debent. Interest enim Reipublicæ, vt crimina non maneant impunita, vt per Thomas de Thomasset. *in floribus legum regular.* 103. Azeued. *leg.* 14. *numer.* 1. *tit.* 9. *lib.* 5. *nouæ recopil. & l.* 1. *n.* 63. *tit.* 1. *lib.* 8. Cabed. *dec.* 75. *n.* 1. *p.* 1. Perez *l.* 4.

gloss. 1. pag. 312. tit. 12. lib. 2. ordin. & l. 1. gloss. 3. pag. 148. in principio, tit. 1. lib. 8.

64. Qvo ad ætatem necessariam ad tantum munus pro virili obeundum, illud certi iuris est, eligi non posse, nisi qui quadragesimum annum attigerit. habetur *in Clementina 2. de hæreticis*, his verbis: *Statuimus nullis ex tunc, nisi quadragesimum ætatis annum attigerunt, officium Inquisitionis prædicta committi Inquisitoribus*, Calderio. *in tractat. de hæreticis, rubr. 1. n. 3.* Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquisitor. in verb. Inquisitor, n. 4.* Rojas *singul. 106. n. 7.* Decian. *in tractat. criminal. lib. 5. cap. 22. n. 3.* Pegna *in additionibus ad Director. part. 3. quæst. 12. comment. 51.* Azor *instit. moral. part. 1. lib. 8. cap. 17. rubr. de sacris Inquisitoribus Apostolicis, quæs. 4.*

Hæc autem resolutio procedit de iure, & ideo eligentes Inquisitorem minoris ætatis puniri debent, tanquam iuris violatores, glossa *in dict. Clementina 2. in verb. committi, vers. sed quid si contra, de hæreticis, & ibidem, in verb. in his.* Non tamen punientur excommunicationis & priuationis officij gladio, de quibus fit mentio in illo textu. Zabarel. *ibi num. 3. vers. Tertiò quæro, in principio, & in §. Inquisitoribus, num. 5. vers. Nonò quæro*, sequitur Bonifac. de Vitalinis *in d. Clementina 2. num. 27. & sequent.* & Ioann. de Imol. *num. 5.* Vnde ex defectu ætatis quadragesimæ electio erit nulla tanquam facta contra sacros Canones, prout vult glossa *in d. Clement. 2. in verb. committi, vers. & licèt hic non apponatur, de hæreticis*, & Bonifac. de Vitalinis *n. 27. & sequent.*

65. Fallit tamen in Delegatis ab Episcopo, vel à Capitulo Sede vacante, in quibus non requiritur ætas quadraginta annorum, prout vult Bonifac. de Vitalinis *in dict. Clement. 2. de hæreticis, num. 38. & 39.* Sed, bona venia, meliùs ait glossa *in d. Clementina 2. in verb. committi, in principio, versic. idem puto*, debere esse Delegatos in causa fidei ab Episcopo, vel à Capitulo Sede vacante quadragenarios; sequitur Paul. de Leazzar *in dicto verb. committi*, & Ioann. de Imol. *num. 5. vers. iuxta hoc quærit glossa.* Imò quoad Commissarios Inquisitorum attinet, Eymeric. *lib. 3. direct. quæst. 2. & quæst. 16.* refert ex Ioanne Andrea debere esse sicut & Inquisitores quadraginta annorum, quod etiam tradit Vmberti Locat. *in praxi verb. Inquisitor, vers. Inquisitoris ætas*; sed Eymericus *in d. quæst. 16.* id non probat, quoniam, inquit, non cautum est in iure. Pegna *comm. 62. & 65.* meminit litterarum Clem. VII. qui post tempora illa Eymerici, quæ sic habent: *Decernimus insuper, vt vestros Vicarios, seu commissarios instituere valeatis, viros vestra sententia prouidos, aptos, & idoneos, dummodo ætatis trigesimum annum attigerint.* Hæc ibi. iuuat Simancas *suprà tit. 34. num. 12.* per hæc verba: *sed quia nonnunquam scientia, & prudentia defectum ætatis supplet, Pontificis maximi generali decreto constitutum est, vt trigesimum annum attigerit, Inquisitor Apostolicus esse queat in Hispania.* sic ille: eo quòd ætas triginta annorum perfectissima est, Pegna autem suprà *dict. comment. 75. vers. veruntamen approbat, dict. §. decernimus*, quo loco & commissariorum qualitas, & eorum triginta annorum ætas luculenter præscribitur.

66. Suprà dicta temperari possunt si dicas Inquisitores deputatos à Papa siue sciat, siue ignoret eorum ætatem, non esse necesse quòd habeant quadraginta annos, ita Bonifac. de Vitalinis *in d. Clementina 2. num. 4. vers. Vnde si Papa, de hæreticis.* Probatur ex praxi quotidiana, secundùm quam Domini Cardinales Eminentissimi præfecti Sancto Inquisitionis Generalis Officio, eligunt Inquisitores, & de eorum ætate parum curatur, si attingunt trigesimum annum, sequitur Vmbert. Locat. *suprà verb. Inquisitor, num. 4. in fine*, ex concessione Clementis VII. *in Breui*, incipit, *Cùm sicut*, quod refert Pegna inter litteras Apostolicas *fol. mihi 138.* confert Chrysost. *in Euangelium Marci homilia vltima*, dicens: *hominibus perfecta ætas triginta anni sunt.* Nec obstat quod cauetur *in dict. Clementina 2.* quia in Episcopis, qui Ordinarij Inquisitores sunt, ætas duntaxat triginta annorum exigitur: igitur Inquisitores creari possunt, si trigesimum annum attigerint, & habuerint maturum iudicium, canamque prudentiam, Rojas *singular. 106. n. 7. & 8.*

Sed argumento de Episcopo respondet Panor. 67. *in cap. cùm in cunctis, de electione num. 6.* id propterea contingere, quoniam promouendi ad Episcopatum, transeunt eum magna inquisitione, receptis priùs testibus, & re discussa in Consistorio Papæ cum Collegio Cardinalium. Item, quia euectus ad Episcopatum creditur ex omni parte esse idoneus: at verò non tanta fit inquisitio, nec tantum discutitur in officio Inquisitionis committendo, & ideo Canones, & iura voluerunt, vt Inquisitores sint ætate maturiores. hæc ille. Quamobrem secundùm ius commune Inquisitores hæreticæ prauitatis debent attingere quadragesimum annum, *Clement. Nolentes, in principio, de hæreticis, cap. sanctimoniales, 20. quæst. 1. & in director. Inquisitor. part. 3. quæst. 2. & quæst. 16.* vbi *in d. quæst. 2.* dicitur, quòd eadem ætas exigitur in eorum commissariis, Felin. *in cap. cùm vigesimum annum, de officio delegati*, Ludouic. Carrer. *de hæret. § de cuius officio, in principio*, Azor *1. p. instit. moral. lib. 8. cap. 18. vers. quarto quæritur.*

In Hispania autem auctoritate Summi Pontificis possunt eligi Inquisitores, qui trigesimum ætatis annum attigerint, Simancas *dict. tit. 34. num. 12.* Molina *dict. disput. 28. numer. 22.* Azor *vbi proximè*, vbi idem volunt de Commissariis Inquisitorum, dicentes hanc dubitationem esse sublatam per rescriptum prædictum Clementis VII. vbi statuit Commissarios posse institui, seu Vicarios, si attigerint trigesimum annum, absque dispensatione. Addit Molina Archiducem Albertum tunc Cardinalem ante quadragesimum annum fuisse creatum generalem Inquisitorem in Lusitania, quod etiam contigit Domino Alexandro, Ioannis Ducis Brigantiæ filio, qui postea Archiepiscopus Eborensis mortuus est, & ita discordia tota hæc componitur. 68.

De Inquisitoribus, & de potestate, auctoritate, & dignitate eorum.

§. VII.

EPITOME.

69. *Inquisitores generales, inferiores, & supremi Tribunalis a Summo Pontif. immediatè capiunt iurisdictionem.*

70. *Inquisitores loco suî possunt alios substituere, & mandare vices suas.*

Commissarij

71. *Commissarij, seu subdelegati nequeunt sibi alium Commissarium substituere.*

72. *Vicarij, seu delegati Inquisitorum, quas debeant habere qualitates, & priuilegia.*

73. *Delegatus Inquisitoris, an possit suam exequi sententiam.*

74. *Inquisitores possunt cogere magistratus sæculares, vt renocent statuta lata contra officium Inquisitionis.*

75. *Inquisitores possunt inuocare auxilium à quocumque Principe.*

76. *Inquisitores possunt cogere iudices laicos ad exequendas sententias a se latas, & possunt facere, vt regulares sint Notarij*

77. *Inquisitores multi in eodem districto pariter, & diuisim possunt fungi suo officio.*

78. *Inquisitorum iurisdictio, an expiret per obitum Pontificis concedentis?*

79. *Inquisitoris iurisdictio ad beneplacitum Papæ concessa non expirat morte concedentis.*

80. *Inquisitores possunt vti familia armata, & concedere licentiam deferendi arma.*

81. *Inquisitores quando censeantur abuti concessione delationis armorum?*

82. *Inquisitoris iurisdictioni non est derogatum per Concilium Tridentinum sess. 24. cap.6.*

83. *Inquisitoribus quid faciendum quando ingrediuntur aliquam Prouinciam?*

84. *Venire sponte manifestare suos errores, qui dicantur, & quam veniam, seu pœnam mereantur?*
& quid de relapsis, & de iis, qui veniunt post tempus præfixum? num. 85.

69. INQVISITORES contra hæreticam prauitatem siue sint generales, & supremi, siue inferiores, suam iurisdictionem immediatè habent à Summo Pontifice. Est certa & communis, Locat. *in opere iudiciali, verb. Inquisitor num. 5.* Repertor. Inquisitor. *verb. Inquisitor §. item an Inquisitores*, & est decisa in rescripto Clementis IV. incip. *Catholicæ fidei*, cuius meminit Eymericus *3. part. director. quæst. 6.* Molin. *de iustitia tract. 5. disputat. 28. numer. 5.* Azor *dict. lib. 8. cap. 18. vers. Quinto quæritur*, Param. *d. q. 2. num. 37. & 46.*

Similiter Senatores supremi Tribunalis in vniuersa Hispania, quamuis videantur esse subdelegati à supremo Inquisitore, quasi ab illo capiant iurisdictionem, immediatè tamen à Summo Pontifice habent suam iurisdictionem, atque ita non sunt subdelegati, sed delegati Sedis Apostolicæ, Molina *suprà num. 7.* Summus enim Pontifex in hoc fidei negotio tradit Inquisitoribus eandem potestatem, & iurisdictionem, quam ipse habet, cuius sunt delegati, vt ostenditur *in cap. per hoc, de hæreticis in 6.* & *ibi* Geminianus, & tenet gloss. *in Clementina Nolentes, verb. ipsorum, de hæreticis*; ideo non sunt subdelegati Inquisitoris supremi eos nominantis, sed delegati Papæ, à quo recipiunt iurisdictionem, Param. *de potestate delegat. Inquisit. lib. 3. quæst. 2. num. 37.* & ex consequenti possunt subdelegare vices suas, cùm sint delegati Principis in fidei fauorem. Est enim amplianda iurisdictio delegata Papæ in causis fidei, prout volunt Dominicus, & Ioann. Andr. *in cap. ne aliqui 2. de hæret. lib 6.* & in specie quòd possint Inquisitores subdelegare, ex eo probatur, quia iure Pontificio iurisdictionem plenam habent contra omnes hæreticos, & Apostatas, atque ita immediatè censentur delegati à Papa, & non subdelegati ab Inquisitore generali, à quo non accipiunt iurisdictionem, sed à Summo Pontifice, & ideo possunt subdelegare, siue subsit causa iusta, siue non; Abbas *in cap. si pro debilitate, de officio delegati.* Paramus *suprà d. quæst. 2. numer. 24* Farinac. *de hæresi quæst. 186. num. 171* Possunt enim committere aliis quoscunque actus iudiciales, secundùm Geminianum *in cap. vt commissi, numer. 3. versic. Quæro an Inquisitores isti*, per illum text. & *ibi* etiam Franch. *numer. 1. in 1. notabili, de hæreticis in 6* & Farinac. cum multis *dict. quæst 186. num. 29.*

Nec de hoc ambigi potest, posse scilicet Inquisitores eorum hoc loco alios substituere, illisque mandare vices suas, latè probat Anchar. *in Clementina 1. §. sanè num. 8. de hæreticis*, subdens non dum Inquisitores posse facere delegatos, sed etiam tota die facere suos Vicarios, sequitur *ibi* Ioannes de Imola *num. 19 vers. tractat hic Paul.* est etiam glossa *in Clementina 2. in verb. ipsorum, de hæreticis*, vbi in vtramque partem nodum enodat, & in hanc partem inclinat, dicens ita seruari posse, scilicet Inquisitores facere substitutos, seu Commissarios, quibus committant vices suas propter valetudinem, vel absentiam, vel propter aliam causam, Gonçaluus *de hæretica prauitate, quæst. 7.* Zanchin. *cap. 30.* Simancas *de Catholic. institut. titul. 34. num. 29.* Eymericus *in Director. part. 3. quæst 13.* & *ibi* Pegna *in commento 62.* & Azor *d. lib. 8. cap. 18. vers. decimò quæritur*, vbi firmat id olim controuersum fuisse; sed hodie non posse ambigi ea de re, cùm apertè colligatur hoc ex *cap. ne aliqui, de hæreticis, §. Inquisit. & § Notarij*, & extent in Directorio *dict. part. 3. quæst. 3. in commento 62.* ea de re constitutione Pij Secundi, incipit, *Cum iam dudum*, & Clementis septimi, incipit, *Cùm sicut*, vbi resolutio habetur clara. 70.

Nequeunt tamen Commissarij ab Inquisitore constituti sibi alium Commissarium substituere, gloss. *in cap. super quæstionum, §. porrò, verb transferre, de officio delegati*, gloss. *in cap. cùm causam, verb. delegatus, de appellat.* Marant. *de ordine iudiciario, part. 4. distinct. 5 princip.* an iudicium sit ordinarium, *num. 63.* Mandos. *reg. 4. Cancell. quæst. 3. num. 7.* Couarr. *lib. 3. variar. cap. 20. num. 11.* Sanch. *de matrimonio, lib. 3. disp. 31. num. 5. & 9.* vbi tradunt nullum delegatum etiam Principis posse subdelegare cum facultate subdelegandi; idem vult Barbos. *in l. cùm prætor, §. 1. num 154. ff. de iudiciis*, quia alioqui daretur progressus in infinitum. Item Inquisitor cùm sit Delegatus, non potest alteri suas vices delegare cum facultate subrogandi alium loco sui, cùm hoc sit personæ priuilegium, quod extinguitur cum persona, & in alterum non transmittitur, *cap. priuilegium, de regulis in 6. cap. sanè, de priuilegiis*, eo quia priuilegium certæ personæ concessum ipsam sequitur, & ad alias non extenditur *l. in omnibus causis 69. l. priuilegia 157. ff. de regulis iuris.* textus optimus *in l. sordidorum, Cod. de excusat. mun lib. 10.* ex quibus desumpta est *dict. reg. priuilegium, lib. 6.* 71.

Quas verò qualitates debeant habere Vicarij, seu Delegati, vel Commissarij Inquisitorum in crimine hæresis, vel in causis fidei, consule Eymericum *in director. Inquisitor. part. 3. quæst. 16.* vbi vult debere esse litteratum, constantem, firmum, circumspectum, fideique zelatorem, & scientem discernere inter lepram, & lepram, hæresim, & 72.

hæresim, Catholicam veritatem, & hæreticam prauitatem, & in summa debet habere omnes qualitates requisitas in quolibet Inquisitore, Farinac. d. quæst. 86. num. 55. post Pegnam ad Eymericum part. 3. quæst. 14. comment. 63. vers. creabit verò, vbi ait creandum esse Commissarium virum prudentem, negotio aptum, pium, litteratum, fidei zelo ardentem, & Christianum veterem: hi autem gaudent priuilegiis, quibus & Inquisitores. nam Vicerector gaudet immunitate Rectoris.

Hæc autem ita indistinctè sumpta non procedunt, nisi in Commissariis à Summo Pontifice creatis: nam hi sine dubio gaudent priuilegiis illis, quibus vtuntur Principes, quorum sunt Vicarij, seu Commissarij, l. final. C. vt dignit. ordo seruet. lib. 12. Alexand, in rubric. ff. de officio eius, cui mandat. est iurisdict. num. 14. Bart. in l. filius, ff. de legationibus. Secus quando Vicarij, seu Commissarij, constituti sunt ab ipsismet iudicibus inferioribus, seu delegatis: tunc enim non fruuntur ea immunitate, nec priuilegiis, quibus gaudent illi, quorum sunt Vicarij, dict. l. filius. & l. vicarius, ff. de legatio. sic in nostro casu. Quòd, si Delegatus dicat in commissione, seu in delegatione, quòd Delegatus valeat alteri delegare, Delegatus non delegat, sed ipse delegans. Bart. in l. more maiorum, col. 4. vers. quæro quid si in delegatione, ff. de iurisdict. omn. iudic. & est communis, Abbas in cap. cum Bertholdus, colum. 8. vers. & hæc faciunt, de re iudicata. Sed de his diximus suprà disp. 11. num. 2. cum sequentibus, & numer. 57. & 63.

73. Ex dictis sequitur, si Delegatus à Delegato nequit subdelegare, non posse suam sententiam mandare executioni, sed recurrendum esse ad superiorem, qui ipsum delegauit, Bart. in l. à D. Pio, num. 14. Ias. num. 13. ff. de re iudicata, Alciat. lib. 2. Paradox, cap. 2. num. 3. eo quia non propria, sed mandata iurisdictione vtitur, illius scilicet, qui illum delegauit. l. 1. §. qui mandatum, ff. de officio eius. Item, quia executio sententiæ est merè Imperij, l. imperium, l. iubere cauere, ff. de iurisdict. omn. iudic. hoc autem non transit in delegatos. l. 1. ff. de officio eius. Quare recurrendum est ad Delegatum pro executione sententiæ, vt videtur tenere textus in l. à D. Pio, citata, dum ait iudicum à se datorum sententias exequentur ij, qui eos dederunt. Quoniam delegatus, qui tulit sententiam, functus est officio suo, l. si vt proponis, Cod. quomodo, & quando iud. l. Paulus. l. iudex, ff. de re iudicata.

Nihilominus quamuis hæc pars tantis iuribus, & rationibus fulcita videatur, dicendum est delegatum posse suam exequi sententiam, etiam quando est delegatus ab inferiore, cap. significasti, cap. in litteris, de officio delegati, vt per Menochium de arbitr. lib. 1. quæst. 74. n. 48. cum sequent. Steph. Grat. discept. forens. cap. 66. n. 6. & 7. Galganet. de iure publico, lib. 2. tit. 51. num. 7. Bellamer. decis. 13. Aloys. Ricc. in collect. decis. part. 4. collect. 1076. vbi loquuntur de Delegato Principis: idem absolutè dicendum est de quolibet delegato ab Ordinario, posse scilicet suam exequi sententiam (quamuis aliqui contradicant) quia id est verius, etiam de iure Canonico, vt defendit glossa in cap. quisquis 1. quæst. 6. Decius cap. significasti, notab. 2. de officio delegati, Panormitan. in c. si quis contra, de foro competent. num. 28. Alexand. in rubric. ff. de officio eius, num. 9. & in l. 2. ff. de iurisdict. omnium iudicum, num. 10. Longoual. in l. imperium, num. 170. ff. de iurisdict. omn. iudic. Bernard. Diaz regul. 178. Bellet. disquisit. cleric. part. 1. tit. de fauore clericorum reali, §. 5. num. 27. vbi ait posse exequi sententiam manu militari, sequitur Hieronym. Fernandez de Otero Romanarum lucubrat. quæst. 5. per totam, vbi contrariis bene respondet.

Neque discordat ius ciuile, per quod delegatus ab inferiore sententiam suam exequitur. l. final. Cod. de iudiciis, l. si reus paratus, iuncta gloss. verb. Præses, ff. de procuratoribus, l. si soluturus, ff. de solut. Authent. de exhibend. reis, §. si verò, collat. 5. quia leges ciuiles non dedignantur sacros Canones imitari, cap. 1. & 2. de noui operis nunciatione, & leges, & Canones adiuuantur inter se, vt per Rebuff. in tractat. nominat. quæst. 15. numer. 14. & Torreblanca Villalpando lib. 3. de criminis cognitione, cap. 5. de iurisdictione delegata Inquisitorum, ex numer. 15. vsque ad numer. 23.

Quid de potestate Inquisitorum contra iudices sæculares, & officiales laicos? Certum est 74.
posse cogere magistratus, vt reuocent statuta, quæ obstant officio Inquisitionis, cap. statutum, de hæreticis, lib. 6. vbi dicitur nullius esse roboris statuta cuiuscumque loci per quæ negotium inquirendi contra hæreticam prauitatem directè, vel indirectè impeditur, quia sunt contra Ecclesiæ Catholicæ libertatem. Eymericus part. 3. quæst. 34. Pegna ibi comment. 83. vers. illud tamen obiter dixerim, fol. mihi 562. Tabien in summa, verb. Inquisitor, num. 10. Dicuntur autem impedire directè officium sanctæ Inquisitionis, qui captos ob hæresim soluunt de carcere, testes in causa fidei pro eo, quòd testificati sunt, percutiunt, & impediunt processum, vel sententiam in causa fidei, vel ad hæc agenda auxilium, fauorem, aut consilium exhibent. Quin etiam dicitur impedire, qui minis terrent familiares Inquisitionis, argumento cap. 1. in principio, de officio delegati, & vult Comensis in sua lucerna, verb. impedientes, §. 2. Indirectè autem dicitur impedire Sanctum Officium, qui statuerit, quòd nullus deferat arma nisi fuerit de familia Domini temporalis, e', qu statuer t, quò l nullus capiatur, nisi a Domino ipso. Ex quibus impediuntur sancti Officij familiares, ne arma deferant, neque delinquentes capiant, vel faciant capi, Pegna 2. p. ad quæst. 44. ex num. 1. Eymeric. comment. 79. vers. quidam namque sunt.

Item Inquisitores auxilium inuocare possunt 75.
quorumcumque Principum, & Magistratuum, Simanc. dict. tit. 34. numer. 24. & Magistratus compellere, vt sibi præstent brachium sæculare per censuras, quoties fuerint requisiti, cap. ad abolendam, de hæreticis, quamuis id non haberent in mandatis, Federicus de Senis consilio 163. incipit, Super inuocatione, & petitione, eo quia cùm res aliqua conceditur, censentur omnia concessa, sine quibus ea res expediri non potest. Atque ita Inquisitores possunt brachium sæculare inuocare, etiamsi id sibi expresse non concederetur: quæ sententia valdè placet Pegnæ contra Eymericum comment. 106. ad finem.

His adde posse Inquisitores cogere iudices lai- 76.
cos, vt exequantur sententias à se ipsis latas, & contra impedientes eorum officium procedere; nec

nec tenentur processum à se factum ostendere iudicibus laicis, quòd si recusent executioni mandare, compelli possunt ad exequendum per censuram Ecclesiasticam, per ea quæ notantur *in gloss. in verbo praiudic. cap. 1. de officio Ordinarij, & in gloss. in verb. contra eum 2. de maledicis*, quibus adhæret Comensis *in Lucerna Inquisitorum, in verb. executio contra damnatos, de hæresi, num. 7. vers. imò Inquisitor.* Quin etiam possunt aduocare quoslibet viros etiam Religiosos, & alios Theologos, & vtriusque iuris Doctores, & omnibus, & singulis iniungere, vt sibi in mandatis obediant in virtute sanctæ Obedientiæ, & si secretum patefecerint, possunt eos excommunicare, Comensis *verb. Inquisitor hæreticæ prauitatis, numer. 21.* Similiter possunt compellere clericos & Regulares, & alias personas idoneas, vt exerceant officium Notariorum, & quamuis id olim Inquisitoribus esset prohibitum, vt non possent sibi creare Notarios, nec Tabelliones, vt obseruat Pegna *comment. 20. ad Directorium, versic. tertia persona, fol. mihi 426. column. 2. & comment. 67. fol. 550. §. cæterum hodie.* Nihilominus hodie ex indulto Pij IV. datum est, vt Inquisitores valeant, & eorum Commissarij in causis fidei auctoritate Apostolica creare vnum, vel plures, etiam clericos sæculares, vel Regulares, Notarios, seu Tabelliones, quorum creatio debet fieri coram alio Notario, & testibus, tradito illis de more calamo, & atramentario, præstitóque iuramento, nempe: Esto Notarius, & fidelis, Pegna *dict. comment. 67. ad finem, & commentar. 68.* post Comensem, & Locarum, *verb. Notarius*, & Simancas *de Catholicis, tit. 41. numer. 7. & 8.*

77. Illud etiam aduerte de iure communi quando multi creantur Inquisitores in eadem Prouincia, seu districto eodem, pariter, ac diuisim posse suo officio fungi contra illos, ad quos iurisdictio ipsorum protrahitur, *cap. vt officium, de hæreticis lib. 6.* Simancas *dict. tit. 34. numer. 25.* nisi aliud Inquisitoribus præscribatur, Pegna *comment. 95. ad 3. part. direct.* & Eymericus *quæst. 66.* Molina *tract. 5. disputat. 28. num. 9.* Non tamen Inquisitores, quamuis simul, & separatim procedere queant, poterunt punire omnes eundem reum, sed vnus duntaxat, quia abs re erit punire pro eodem delicto quempiam eisdem, aut diuersis pœnis, quando sufficienter ab vno iudice competente est punitus, Carrerius *in tract. de hæreticis numer. 94. in fine*, Angelus *in l. si pluribus, in principio, versic. propterea dixit, ff. de legatis 1.* & Guido de Suzaria *in l. si quis postea, ff. de iudic.* Similiter quando alicui tributus est à Summo Pontifice particularis Inquisitor, vt contra illum inquirat, non possunt Inquisitores Prouinciarum, esto sint iudices generales, & videantur habere vniuersalem iurisdictionem quoad personas, inquirere contra illum, quoniam in eo casu censetur causam illius ad se aduocare eo ipso, quòd causam illius delinquentis remisit ad specialem iudicem, & censetur interdicere aliis Inquisitoribus Ordinariis causæ cognitionem, Carrerius *de hæreticis, numer. 83. versic. item non potest procedere.* Decius *cons. 137. in principio*, confert *cap. vt nostrum 56. de appellationibus*, & *ibi* Barbosa, *numer. 5. & 6.* vbi tradit Principem, vbi primum ad se aduocauit causam, & illam delegauit, censeri supra illam abstulisse iurisdictionem cuicunque inferiori, post Marant. *disp. 6. numer. 21.* & Rebuff. *tom. 3. ad leges Galliæ, tractatu de aduocationibus, num. 110.*

Quæri tamen potest, quando expiret potestas Inquisitorum, nunquid per mortem Summi Pontificis, qui eam concessit? Responsio negatiua placet propter Fidei, & Religionis fauorem, quamuis sit iurisdictio delegata. placet ex *cap. ne aliqui, de hæreticis in 6. Ne*, inquit, *aliqui dubitationem solicitam excitantes in dubium reuocent. An officium Inquisitionis hæreticæ prauitatis solicitudini vestræ intra certos limites ab Apostolica Sede commissos expirat per mortem Romani Pontificis, qui commisit, præsenti declaramus edicto, ipsum officium post committentis obitum perdurare.* Sic Pontifex. Atque ita non expirat iurisdictio Inquisitoris per mortem concedentis, siue causæ sint cœptæ, siue non, vt ostenditur *in dict. cap. ne aliqui.* Simanc. *supra numer. 14. & in Enchiridion. viol. Religion. titul. 7. eadem rubrica, de Inquisitoribus, numer. 5.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 22. numer. 5. & numer. 29.* Azor *1. part. lib. 8. cap. 18. versic. septimò quæritur, fol. 789.* siue Inquisitores sint electi immediatè à Papa, siue electi à Cardinalibus, Episcopis, siue à Magistris Ordinum generalibus, siue Prouincialibus, Azor *vbi proximè d. quæst. 7.* 78.

Sed quid dicendum de Inquisitore ad beneplacitum electo? Videtur expirare morte delegantis, Ioannes Andreas *in dict. cap. ne aliqui, numer. 2. vers. in glossa prima*, Decian. *in tractatu crimin. lib. 5. cap. 20. num. 8. vers. fallit tamen, & cap. 22. numer. 19.* Verius tamen est non expirare iurisdictionem Inquisitoris electi ad beneplacitum Summi Pontificis per obitum illius, donec aut expressè & nominatim fuerit reuocata, aut quando in litteris creationis, seu delegationis expressè de reuocatione fiat mentio, & hoc in fauorem fidei, Azor *dict. cap. 18. vers. septimò quæritur*, vbi testatur de veriori opinione, Pegna *in addit. ad Eymeric. in director. Inquisitorum part. 3. quæst. 7. comment. 56. vers. sed vt verum fatear. fol. mihi 540.* 79.

Insuper Inquisitores possunt vti familia armata ad tuendam suam iurisdictionem, textus *in Clementina, Nolentes, §. porrò, de hæreticis*, Repertor. Inquisitor. Comensis, Rojas & alij quos referens sequitur Farinac. *de hæresi quæst. 182. numer. 9.* Eymeric. *in director. Inquisitor. part. 3. quæst. 56.* & *ibi* Pegna *comment. 105. vers. primò & sequentib.* quo priuilegio possunt vti Inquisitores ipsi, quoties opus fuerit ad suam defensionem, aut ad capiendos hæreticos. Clemens Quintus idem priuilegium confirmauit *in Concilio Viennensi, circa annos Domini 1310.* Illud renouauit Ioann. XXII. rescripto quodam incipiente: *Exigi Ordinis vestri*, quod edidit Auenione Anno Domini 1321. Posse autem vti Inquisitores familia armata, tradit etiam Gundisal. *tract. de hæreticis quæst. 11. num. 15.* Simanc. *de Cathol. instit. tit. 41. num. 15.* idem Repertor. Inquisit. *verb. arma, § sed vtrùm Inquisitores*, Comensis *in lucerna, verb. Inquisitor §. 14.* & Rojas *de hæreticis part. 2. titul. de priuilegiis Inquisitorum, num. 422. vers. item Inquisitores*, quibus omnibus permissum est arma portare etiam in tempore prohibito, noctuque pulsato etiam cymbalo; idem Rojas *singular. 21. n. 8.* vbi *n. 9.* addit vsum armorum quoad familiares sancti Officij esse limitatum propter eorum multitudinem. 80.

Nihilominus oppositum est verius, licitum

ſcilicet eſſe vſum armorum officialibus Inquiſitorum impunè, maximè de licentia ipſorum Inquiſitorum, textus optimus *in Clementin. 2. §. final. de hæreticis*, & *ibi* gloſſa *in verb. confeſſione*, & *ibi* Zaberell. *§. porrò numer. 1. in ſecundo notabili*, Marſil. *in practic. criminal. in §. pro complemento, numer.* 5. Simancas *ſuprà cap.* 34. *numer.* 13. *& cap.* 41. *per totum*, vbi in ſpecie numerat omnes officiales, & Miniſtros ſancti Officij, & Campegius *in additionibus ad Zanchin. in tract. de hæreticis cap. 9. littera A. verſ. item quia iura ciuilia.* quæ immunitas deferendi arma extenditur etiam Aduocatis, Notariis, Conſultoribus, cuſtodibus, & illis etiam, qui contra hæreticos publicè ſcribunt; dummodo non ſint viri ſceleſti, improbi, aut alienigenæ, ita Pegna ad Eymericum *part. 3. quæſt. 56. comment.* 105. *verſic. rurſus arma deferre*, dummodo prædicti officiales deferendo arma, & Inquiſitores licentiam concedendo, delatione & conceſſione armorum non abutantur, vt dicitur *in dict. Clementin. 2. in fine*, his verbis: *Porrò Inquiſitoribus ipſis diſtrictiùs inhibemus, vt nec abutantur quomodolibet conceſſione portationis armorum*, & *ibi* Zabarel. *in §. porrò, in ſummario, & in primo notabili.*

81. Dicuntur autem Inquiſitores abuti conceſſione delationis armorum, quando faciunt facultatem deferendi arma officialibus, qui non ſunt neceſſarij, Syluester *in ſumma verb. hæreticus 2. numer.* 13. *verſ. item ne abutantur.* Similiter dicuntur abuti, quando tribuunt facultatem deferendi arma aliquibus, qui actu non inſeruiunt Sanctæ Inquiſitioni, vt colligitur ex verbis *dicta Clementina 2. in fine, de hæreticis*, quæ ſic habent: *Tales, qui ſe conferant ad ſua cum Inquiſitoribus ipſis officia exequenda.* ex quo loco qui actu non habent officia exequenda, non poſſunt vti conceſſione portationis armorum.

Non tamen ex abuſu concedendi licentiam deferendi arma Inquiſitor priuatur priuilegio concedendi licentiam armorum, Bonifac. de Vitalinis *in dict. Clementina 2. ante numerum primum, in ſummario, & numer.* 125. quamuis regulariter priuilegium amittat, qui eo abuſus eſt, per textum *in cap. tuarum, de priuilegiis, verb. priuilegium meretur amittere*: textus *in cap. vbi, 74 distinct. & in cap. vt priuilegia, in principio, eodem titulo, & in cap. contigerit 2. de ſententia excommunicationis.* Quia abuſus dicitur, quando priuilegiatus metas priuilegij ſui excedit, vt *in dict. cap. vt priuilegia*; ſecus tamen de abuſu Inquiſitorum in concedenda portatione armorum. Farinac. *d. quæſt.* 82. *n.* 92. & ideo non perdit priuilegium abutens illo, Bonifac. de Vital. *ſupra.*

82. Quæſtio eſſe poteſt, an Inquiſitorum iuriſdictioni cenſeatur derogatum per generales Concilij Tridentini commiſſiones ſuper delictis factas Ordinariis? Reſponſio eſt negatiua: colligitur ex eodem Concilio *ſeſſ. 24. cap. 6. de reformatione*, vbi conceditur Epiſcopis, vt pro foro tantùm interno valeant abſoluere ab hæreſi occulta per accidens. Ex quibus apertè ſupponitur, Epiſcopos non poſſe ſe intromittere de cauſis fidei pro foro externo etiam cumulatiuè. An autem hoc decretum reuocatum ſit quoad eam facultatem, diximus *diſput. 3. de cenſuris Bullæ Cœnæ §. 21. numer.* 348. atque ita omnes cauſæ hæreſis hodie ſpectant ad Inquiſitores priuatiuè ad omnes alios iudices, non excluſo iudicio Ordinarij coaſſiſtentis Inquiſitoribus in cauſa propriæ ouis, ita Paulus Quintus adhibitis pœnis grauibus contra ſuperiores Regularium intromittentes ſe vlteriùs in cauſis ſuorum ſubditorum, neque eos deferentes confeſtim ad iudicium ſancti Officij anno 1606. Kalend. Septembris anno 2. ſui Pontificatus. Per quam conſtitutionem reuocantur omnia priuilegia, & facultates conceſſæ ſuperioribus quorumcunque Ordinum, vt nequeant cognoſcere de cauſis ſuorum ſubditorum ſpectantibus ad officium Sanctæ Inquiſitionis. per quæ verba prædicta conſtitutio extenditur ſaltem ad omne delictum, quod ſecum affert aliquam hæreſis ſuſpicionem, & ad eam aſtringitur, eo quia in procœmio illius fit mentio ſolius hæreſis: quare ex vi illius nequeunt Inquiſitores cognoſcere de Regulari ſodomita, priuatiuè ad ſuos Ordinarios, niſi aliunde conſtaret de poteſtate circa hoc crimen conceſſa Inquiſitoribus à Summo Pontifice.

Quid dicendum de Inquiſitoribus, quando ingrediuntur aliquam Prouinciam ad inquirendum 83.
contra hæreticos, & contra delicta, quæ ſapiunt hæreſim? Reſponde debere in primis litteras delegationis ſuæ oſtendere Capitulo Eccleſiæ Maioris, & Cameræ, ſeu Conſiſtorio ciuitatis, per quas conſtet illos eſſe iudices cauſarum fidei. Deinde certo die feſto populus conuocari debet, & clerus ad Eccleſiam, vbi concio eſt habenda de fide Catholica, & coram ſtantibus iuriſdictio Inquiſitorum declaranda publicè, quam ob cauſam miſſi ſunt. Poſt hæc concione abſoluta Inquiſitores præcipiant, vt omnes iurent coram elata Cruce ac libro Euangeliorum ſe fauorem, & auxilium ſanctæ Inquiſitioni daturos, & illius officialibus neque vnquam per ſe, vel per alios eiſdem fore impedimento, ſed adiumento, vt in omnibus negotium fidei ſanctè præſtetur. Sufficiet iuramentum præſtari ſæcularibus iudicibus, & eorum officialibus, de quibus omnibus Notarij Inquiſitorum in actis fidem præſtent. Præterea coram Vniuerſo populo contra inobedientes, & rebelles litteræ monitoriæ ſunt legendæ, & edictum publicè cum termino præfixo triginta, vel quadraginta dierum proponatur, intra quem omnes qui errores ſuos apud Inquiſitores plenè confeſſi fuerint, & alios delinquentes in edicto contentos manifeſtauerint, admittendi ſunt ad pœnitentiam, & reconciliandi Eccleſiæ Catholicæ, ita Repertor. Inquiſitor. *verb. Inquiſitio, verſ. Quando Inquiſitores incipiunt*, Eymeric. *in 3. partem direct. in tit. de generali ſermone habendo*, & *ibi* Pegna *comment.* 12. *fol. mihi* 410. *& ſequent.* vbi de hac materia plenè, & Simancas *de Catholicis tit. 44. in rubr. de ordine procedendi, num. 1. & ſequentib.* vbi latè, *& in Enchiridion violat. Religion. tit. 22. rubr. de Inquiſitionis ordine num. 1. & ſequentib.* quibus accedit Decian. *in tract. crimin lib. 5. cap. 27. num. 1. & ſequent* & Paramus *de origine ſanctæ Inquiſitionis lib. 3. quæſt. 4. rubr. de forma, & ordine iudiciario ſancti Officij, num. 1. & ſequentib. & num.* 18.

Qui autem dicantur ſponte venire ad manife- 84.
ſtandum errores ſuos coram Inquiſitoribus, illi cenſentur, qui infra tempus gratiæ redeunt præfixum omnibus, quamuis ſint generaliter admoniti, non enim propterea videntur venire coacti, cùm non veniant nominatim admoniti, ſed generaliter, textus *in l. final. verſ. Domini, Cod. de his qui latron. occult.* Pegna *dict. commentar.* 12. vbi *numer.* 56. negat ſponte venientes vitare omnem

nem pœnam, ſed pro qualitate perſonarum, & criminum arbitrio Inquiſitorum benignè tractandos, aut pœnam aliquam pecuniariam imponendam, aut aliqua charitatis opera iniungenda.

Item cum ſponte confeſſis mitiùs eſt agendum, quàm cum conuictis, gloſſ. *in cap. de hoc, verb. confeſſi, de ſimonia*, quam communiter tradit receptam Pegna 3. *p. director. comment.* 11. *littera G. cap. vltimo*, & *ibi* gloſſ. *de furtis*, Tiraquel. *de pœnis temperandis cauſ.* 30. *num.* 1. niſi confiteatur timore probationis: tunc enim nihil differt à conuicto, quo ad pœnæ impoſitionem, gloſſ. *verb. confeſſi in d. cap. de hoc, verſ. ſed non*
85. *parcitur*, Tiraquel. *ſupra d. cauſa* 30. *num.* 9. Similiter ſi relapſi à nemine deprehenſi ſponte veniant, & planè confiteantur reincidentiam, & veniam petant errati, pœna mortis non ſunt puniendi. Non enim videntur incorrigibiles, nec dici poſſunt propriè relapſi, cùm non ſint iudicialiter bis damnari publice, quæ ſententia, quia benignior eſt admittenda, & placet Hoſtienſi *in cap. ad abolendam, in verb. ſine vlla audientia, & verb. audientia, de hæreticis*, ſequitur Albertinus *de agnoſcendis aſſertionib. quæſt.* 25. *num.* 25. *verſ. & per hoc forſan*, & Alphonſus Caſtro *lib.* 2. *c.* 2. *de iuſta hæret. punit.* quod procedit quando reincidentia huius relapſi ſponte venientis ſit occulta.

Venientes denique non ſponte, vel venientes poſt tempus gratiæ iam elapſum carceri perpetuo ſunt mancipandi, ſi hæretici, aut credentes fuerint, vt vult Concilium Narbonenſ. *cap.* 9. Arnal. Albertin. *in cap. quoniam, de hæreticis lib.* 6. *quæſt.* 12. & Simancas *de Catholicis tit.* 47. *num.* 27. ait occultum hæreticum à nemine indicatum, ſi ſe ipſum ad Inquiſitores deferat, & errores ſuos fateatur, non eſſe puniendum publica pœnitentia, ſed clam abſoluendum, neque damnandum ad carcerem perpetuum, ſi fateatur errores priuſquam teſtibus publicatis conuincatur. Simanc. *idem num.* 35.

An Epiſcopus, & Inquiſitor in crimine hæreſis debeant ſimul procedere, & quando alter ſine altero id poſſit?

§. VIII.

EPITOME.

86. *Epiſcopi ſine Inquiſitoribus, & Inquiſitores ſine Epiſcopo de iure communi poſſunt procedere contra hæreticos, eos inquirendo, & in ius vocando.*
87. *Epiſcopus ſine Inquiſitore, & Inquiſitor ſine Epiſcopo nequeunt procedere ad concludendum reum in carcere tetriori, ſeu duriori, aptiori potius ad pœnam, quàm ad cuſtodiam.*
88. *Inquiſitores, & Epiſcopi, quo pacto ſe gerere debeant apud Hiſpanos in cauſis hæreticorum.*
89. *Inquiſitor ſine Epiſcopo, & Epiſcopus ſine Inquiſitore poſſunt citare, capere, & detrudere in carcerem inquiſitos de hæreſi.*
90. *Epiſcopus an ſine Inquiſitore, & Inquiſitor ſine Epiſcopo poſſit abſoluere hæreticum per ſententiam diffinitiuam?*
91. *Inquiſitor, & Epiſcopus ſi vterque ſimul citent inquiſitum de hæreſi, coram quo debeat comparere?*
92. *Epiſcopus an poſſit torquere ſine Inquiſitore inquiſitos de hæreſi?*
93. *Epiſcopus ſine Inquiſitore an poſſit in cauſa hæreſis priuare reum beneficiis obtentis?*
94. *Inquiſitor, & Epiſcopus diuiſim procedentes ſuper eodem facto de hæreſi, an poſſint diuiſim ſententias ferre?*
95. *Epiſcopo, & Inquiſitore inter ſe diſcordibus circa ſententiam, quid agere debeant?*

De iure communi Inquiſitores, & Epiſcopi poſſunt ſimul & diuiſim procedere in crimine hæreſis, & in eadem cauſa, vel coniunctim. Conſtat ex 86.
conſtitutione Vrbani IV. edita anno 1261. incipit, *Licet ex omnibus*, cuius meminit Pegna *in director. Inquiſitor. p.* 3. *comment.* 96. Repertor. Inquiſitor. *verb. Inquiſitor* § *in quibus poſſit.* ſequitur Calder *in tractatu de hæreticis, rubr. de proceſſibus Inquiſitorum ante numerum primum.* textus optimus *in cap. per hoc, §. verum, de hæreticis in* 6. his verbis, *Concedimus, quòd per Epiſcopos, & per Inquiſitores de facto eadem inquiri valeat communiter, vel diuiſim*, concordat Roias *ſingular.* 44. *num.* 2. vbi notat ſigulare eſſe in crimine hæreſis quòd ſuper eodem delicto valeat quis vocari eodem tempore coram diuerſis iudicibus, nempe coram Ordinario, & coram Inquiſitoribus, Ludouicus Gomez *in cap. diſpendia, de reſcriptis lib.* 6. & Iac. Septim. *in inſtit. Cathol. c.* 45. *num.* 20.

Nec obſtat *cap. final. de reſcriptis*, nec *l.* 1. *§. final. C. de aſſert. tollen.* vbi dicitur ſuper eodem delicto coram diuerſis iudicibus non eſſe quempiam conueniendum, ne iudicium diuidatur, & ne alter iudex condemnet, & alter abſoluat, quia hoc ſingulare eſt in cauſa fidei, vt poſſit quis trahi ad diuerſos iudices, *d. cap. per hoc*, vbi Franch. & alij, *in principio, de hæreticis lib.* 6. *Clementina* 1. *de hæret. & Extrauag. Benedicti, eodem titulo*, incipit. *Ex eo*, & Ponzibinius *de lamiis num.* 74.

Quare Epiſcopus, & Inquiſitor poſſunt procedere de iure communi contra hæreticos, cùm habeant iuriſdictionem in ſolidum, Ancharanus *in Clementina* 1. *num.* 1. *in principio, in* 1. *notabili, de hæreticis, & num.* 2. *in* 2. *notabili.* Eo quia quando plures habent iuriſdictionem in ſolidum, non eſt locus præuentioni, & quilibet poteſt vti ſua iuriſdictione, Cardinal. Zabarel. *in d. Clementina* 1. *§. propter, num.* 3. *in* 6. *notabili.*

Quæritur tamen, an Inquiſitor ſine Epiſcopo, & Epiſcopus ſine Inquiſitore valeant ponere 87.
reum in carcere duriori, non ad cuſtodiam, ſed ad pœnam? Reſponſio eſt negatiua: ſecus quando ponitur ad cuſtodiam, videlicet, quia alibi nequit cuſtodiri cautè, ita Boniſac. de Vitalinis *in Clement.* 1. *de hæreticis, num* 32. Zabarel. *in* §. *duro, ante num* 1. Eymeric *in Directorio* 3. *p. quæſt.* 47. *num.* 2. *verſ. duo tamen*, Petr. Gregor. *ſyntagm. iuris, lib* 33. *cap.* 7. *num.* 5. *verſ. primum*, & Decian. *in tract. criminal. lib.* 5. *cap.* 22. *num.* 6. Molin. *tractat.* 5. *diſput.* 28. *num.* 12.

Quæritur deinde, quid dicendum in crimine 88.
hæreſis in Hiſpania? Reſponde Epiſcopum non procedere ſimul cum Inquiſitore, ſed cauſam ad Inquiſitorem remittere, Simancas *de Catholicis, tit. de Epiſcopis* 25. *num.* 5. Molina *d. diſp.* 28. *n.* 13.

vbi ait, in Hiſpaniis extare litteras Apoſtolicas, quibus præcipitur, vt Epiſcopi, & alij Ordinarij in negotiis fidei non ſe intromittant, ſed totum Inquiſitoribus relinquant. Quòd ſi aliqui Ordinarij reperiant aliquid notatu dignum, his de rebus ſummariam informationem ad Inquiſitores tranſmittant; neque eſt dubium officium ſanctæ Inquiſitionis in Hiſpania, & Luſitania maiori auctoritate, ac potentia pollere, quàm in aliis Regnis, & Inquiſitores diligentiùs in hæreticos inquirere, & efficaciùs hæreſes eradicare; & ideo Inquiſitoribus datum fuit munus inquirendi contra hæreticos à Summo Pontifice, vt ex officio ſanctum Officium exercerent in ſolidum, *cap. per hoc, & cap. ne aliqui, de hæreticis lib. 6.* dummodo ipſi Epiſcopi, aut eorum Vicarij intereſſent cum Inquiſitoribus in ſententiis proferendis contra delinquentes, & eos eorumque fautores, defenſores, & receptatores punirent, innocentes abſoluerent, & reſipiſcentes ad Eccleſiæ gremium, & vnitatem reciperent, *cap. ad abolendam, extrà de hæreticis, cap. vt commiſſi, §. priuandi, de hæreticis, lib* 6. Quòd ſi aliter fiat, ipſo iure nihil valet, textus *in Clementina* 1. *§. duro, de hæreticis*, & *ibi* Cardin. *quæſt.* 3.

89. Inſuper inquiſitor de iure communi ſine Epiſcopo, & Epiſcopus ſine Inquiſitore poſſunt inquiſitos de hæreſi citare, capere, in carcerem detrudere, tormentis tamen ſubiicere non poteſt vnus ſine altero, vt dicetur infra *num.* 92. textus *in Clementina* 1. *§. propter, de hæreticis*, his verbis: *Sic quòd quilibet de prædictis ſine alio citare poſſit, & arreſtare, ſiue capere ac tutæ cuſtodiæ mancipare ponendo etiam in compedibus, vel manicis ferreis, ſi ei viſum fuerit faciendum: nec non inquirere contra illos, de quibus pro huiuſmodi negotio ſecundum Deum, & iuſtitiam viderit expedire: duro tamen traderе carceri, qui magis ad pœnam, quàm ad cuſtodiam videatur, Epiſcopus ſine Inquiſitore, aut Inquiſitor ſine Epiſcopo Diœceſano, aut eius officiali non valebit.* hæc ibi. Anchar *num* 1. *&* 5. *ad finem*, & Bonifac de Vitalin. *num.* 18. Nihilominus in Hiſpania Epiſcopi nequeunt comprehendere hæreticos, niſi quando caſus accidat, vt ipſi aufugiant, niſi comprehendantur: tunc enim comprehendere poſſunt, vt ad Inquiſitores tranſmittantur, aut illos faciant certiores, vt captos ad ſuum carcerem deferant, Simancas *de Epiſcopis d. titulo* 25. *num.* 5. & Molina *tract.* 5. *de iuſtitia diſp.* 28. *n.* 13.

90. Ambigi etiam poteſt, an Inquiſitor ſine Epiſcopo poſſit reos abſoluere inquiſitos? Gloſſa *in d. Clement.* 1. affirmat, quam ibi ſequitur Bonifac. de Vitalin. Carrerius *de hæreticis num.* 72. vbi teſtatur de communiori opinione; quamuis poſtea multa ſuggerat contra illam, ſequitur Petrus Gregorius *Syntagma iuris lib.* 33. *cap.* 7. *num.* 5. *verſ. notat tamen.* Ratio, quia abſolutio magis fauore digna eſt, quàm condemnatio. *l. cùm quidam, ff. de liber, & poſthum. l. præcipimus, C. de appellationibus*, Eymericus *in director Inquiſitor. p.* 3. *quæſt.* 48. *num* 1. ſequitur & *ibi* Pegna *comment.* 97. vbi multis hinc inde adductis hanc partem vocat veriorem, quamuis contrariam ſecuriorem putet; adhæret Azor. *Inſtit moral. p.* 1. *lib.* 8. *cap.* 18. *rubr. de ſacris Apoſtolicis Inquiſitoribus quæſt.* 16.

Verior tamen eſt ſententia negans poſſe vnum ſine altero ſententiam abſolutoriam ferre? Ratio, quia abſolutio, & condemnatio ſunt correlatiua, & correlatiuorum idem eſt iudicium, *l. final. C. de indicta viduit. tollen. l. final. ff. de acceptil.* Ioan. Andr. & Imola *in d. Clementina* 1. Item quia ſententia eſt firmior, quando plurium iudicio eſt comprobata, & lata, *c. prudentiam, de officio delegati, l. athletas* 4. *in principio*, ibi: *& generaliter ita omnes opinantur, ff. de his, qui notantur infamia*, Molin. *tract.* 5. *de iuſtitia diſp.* 28. *n.* 15. *& n.* 16 Simancas *de Catholicis tit.* 3. *rubr. de abſolutione num.* 8. *&* 9. vbi alios refert, & teſtatur de veriori conſuetudine Hiſpaniarum recepta ſententia, & *in Enchirid. violat. Religion. tit.* 51. *eadem rubrica de abſolutione, num.* 2. ſequitur Rojas *ſingular.* 27. *n.* 7. vbi hanc ſententiam vocat maturiorem, & integriorem, & veriorem, & Azor *ſuprà*, vbi eam putat veriorem, quamuis primam magis conformem iuri arbitretur.

His accedit dubitatio quando Inquiſitor, & 91.
Epiſcopus inſimul citant inquiſitum de hæreſi, coram quo debeat comparere? Reſponde ex Bonifacio de Vitalinis *in Clementina* 1. *num.* 188. *de hæreticis*, in hoc caſu poſſe comparere coram quo voluerit. Quòd ſi Epiſcopus præueniat in citando debere comparere coram eo, qui præuenit, Bonifac. *ibi d. n.* 188. per textum *in lege, qui prior.*

Sed meliùs reſponde citatum eodem tempore ab Inquiſitore, & ab Epiſcopo teneri comparere coram Inquiſitore, non autem coram Epiſcopo, eo quòd Inquiſitor tanquam delegatus Papæ eſt maior Ordinario, Ioannes de Anania *in cap. excommunicamus primò, §. volumus, num.* 2. & *ibi* Felin. *ſub num.* 4. *verſ. nota, ex fide, extrà de hæreticis*, Simancas *de Catholicis inſtitutionib. tit.* 43. *rubr. de modo procedendi, n.* 13. Pegna *in directorio, part.* 3. *quæſt.* 5. *num.* 4. *& num.* 5. *verſ. ſed ponetur, commentario* 54. *littera A. verſ. primo, & ſequent.* nec diſcordat Paramus *de origine S. Inquiſitionis lib.* 3. *quæſt.* 4. *rubr. de forma, & ordine iudiciario ſancti Officij, num.* 69. & Azor. *p.* 1. *lib.* 8. *cap.* 18. *quæſ.* 8. Neque Epiſcopus in hoc caſu poteſt impedire proceſſum Inquiſitoris, cùm ſit minor Inquiſitore, ex traditis ab Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquiſitorum, in verb. Inquiſitor, num.* 7. *verſ.* 5. & Campeg *in additionib. ad Zanchinum in tract. de hæreticis cap.* 8. *littera G. in verb. Epiſcopus*, Decianus *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 22. *n.* 10. *& c.* 32. *n.* 9. & alij.

Quin etiam id procedit non ſolùm, quando ambo citant eodem tempore ſimul, ſed etiam quando Epiſcopus, & Inquiſitor citant aliquem reſponſurum de fide pro eadem die, & hora, quamuis ad diuerſa loca, debet citatus comparere coram Inquiſitore: ſi autem citetur aliquis ab vtroque diuerſo tempore ad comparendum, tunc coram vtroque comparere debet, Franch. *in cap. per hoc, num.* 9. *verſ. & intellige prædicta, de hæreticis, in* 6. Confert Eymeric. *in director. p.* 3. *quæſt.* 5. *num* 5. *verſ. ſed quid ſi Epiſcopus*, & *ibi* Pegna *comment* 54. *verſ. Tertium eſt*, & Azor. *ſuprà d. cap.* 18 *quæſ.* 8. *verſ. vnde ſi Epiſcopus.* Denique ſi eſt citatus, vt compareat eadem die, & hora coram vtroque, poterit comparere etiam coram quo maluerit, & coram alio debet proteſtari, ſe iam comparuiſſe coram alio iudice, & ideo non potuiſſe eodem tempore, & eadem hora comparere coram vtroque, Eymericus *ſuprà p.* 3. *quæſt.* 5. *num.* 2. *& ſequent.* Azor. *ſuprà d. quæſ.* 8. quod intelligitur quando Epiſcopus procedit vt Ordinarius, ſecus quando procedit vt delegatus, tunc enim ſunt pares, cùm ab eodem, & ad idem ſunt delegati, puta, quando Epiſcopus, & Inquiſitor procedunt contra exemptos, tunc enim

pares

pares ſunt, nec vnus maior alio eſt, Eymericus *ſuprà num.*1. Tunc enim poteſt comparere coram quo maluerit.

Similiter Epiſcopus ſine Inquiſitore, & Inquiſitor ſine Epiſcopo nequeunt inquiſitos de hæreſi tormentis ſubiicere, text. *in Clem.*1.§. *propter, de hæreticis*, ibi, *duro tamen tradere carceri*, &c. vel tormentis exponere illos Epiſcopus ſine Inquiſitore, aut Inquiſitor ſine Epiſcopo Diœceſano, aut eius officiali non valebit, gloſſ. *verb. duro*, text. *in cap. per hoc, ſub* §. *verum, de hæreticis in* 6. Pegna *ad Eymericum, d. p.* 3. *comment.* 39. *littera B. verſ. in tali caſu*, vbi loquitur de decreto torturæ proferendo ab Inquiſitore, & ab Epiſcopo ſimul, ac etiam de illius exequutione, quòd nõ debeat fieri executio, niſi ab Epiſcopo ſimul, & ab Inquiſitore, idem Pegna *comment.* 110. *col.* 1. *in fol. mihi* 641. Quinimo ad eruendam veritatem Epiſcopus ſine Inquiſitore, & Inquiſitor ſine Epiſcopo nequit imponere ieiunia inquiſito de hæreſi, vt obſeruat gloſſ. *in d. Clement.* 1. *de hæreticis*, & *ibi* Ioannes de Imola *num.* 6. *verſ. iuxta prædicta.*

Iuuat Conſtitutio Vrbani IV. edita anno 1161. incipit, *Licèt ex omnibus*, relata à Pegna poſt Director. Inquiſitor. inter litteras Apoſtolicas *fol. mihi* 52. vbi Inquiſitor ſine Epiſcopo, & Epiſcopus ſine Inquiſitore nequit hæreſi infectos morti adiudicare, aut perpetuo carceri condemnare, Roſell. *in ſumma, in verb. hæreticus, num.* 49. Eodem modo nequit alter ſine altero priuare hæreticum beneficiis
93. obtentis, & dignitatibus Eccleſiaſticis, textus *in cap. vt commiſſi, in verſ. priuandi, de hæreticis in* 6. dum *ibi* dicitur Inquiſitores quando voluerint priuare hæreticos dignitatibus, & beneficiis Eccleſiaſticis, debere requirere conſilium Epiſcoporum, aut eorum Vicariorum, dum Epiſcopi abſunt, & Geminianus *ibi in verb. priuandi, num.* 2. & 5. & *ſequent.* Roſell. *in verb. hæreticus, num.* 44. *verſ. item priuandi*, Simancas *de Catholicis, tit.* 46. *rubr. de pœnis, num.* 71. pro quo extat Bulla Alexandri IV. edita anno 1258. incipit, *Quod ſuper, verſ. frequenter*, relata à Pegna *fol. mihi* 30. inter litteras Apoſtolicas. Longè aliter, quando hæreticus priuandus eſt honoribus, dignitatibus, & officiis ſæcularibus: tunc enim Inquiſitores non debent conſilium Epiſcoporum, vel eorum Vicariorum requirere, vt habetur *in d. cap. vt commiſſi, de hæreticis in* 6. & *ibi* gloſſ. declarat *verſ. Nota, quod cum inquiſitos, & in verb. honoribus*, & Decian. *in tractatu criminal. lib.* 5. *cap.* 21. *num.* 19. Pegna *in director.* 3. *p. comment.* 162. *verſ. circa primam aſſertionem*, vbi vult, quando hæretici priuandi ſunt beneficiis Eccleſiaſticis, conſilium Epiſcoporum requirendum eſſe ab Inquiſitore, non tamen teneri expectare conſenſum, vt deducitur ex textu *in d. cap. vt commiſſi*: ſecus quando priuatio eſt facienda de officiis ſæcularibus, quia ad hoc ſufficit Inquiſitor, ex gloſſa *in d. c. vt commiſſi, verb. honoribus*, & ex Lambertino *de iure patronatus, lib.* 2. *p.* 1. *art.* 6. nonæ quæſtionis principalis.

94. Sed quid dicendum de Inquiſitore, & Epiſcopo diuiſim procedentibus ſuper eodem facto de hæreſi, an poſſint diuiſim ſententias ferre? Reſponde ante prolationem ſententiæ, quando nihil ſupereſt agendum, niſi ferre ſententiam, debere inter ſe ſimul communicare proceſſus, & per vtrumque ſimul ſententiam eſſe proferendam, *c. per hoc, de hæreticis*, *lib.* 6. Rojas *ſingular.* 27. *num.* 5. *verſ. Nam quando diuiſim*, Repertor. Inquiſitor. *in verb. communicare, verſ. ſed quomodo*, Vmbert. Locat. *in iudicial. Inquiſitor. in verb. Epiſcopus, num* 3. Carrer. *in tract. de hæreticis, num.* 70. Calder. *in tract. de hæreticis, rubr. de proceſſibus, num.* 1. & Simanc. *de Catholicis, tit.* 25. *de Epiſcopis, num* 4. quod procedit quando Epiſcopus, & Inquiſitor diuiſim procedunt. Secus quando alter tantùm procederet, quia in hoc euentu procedens ſolùm non procedenti non tenetur acta iudicialia alteri communicare, ita Franchus *in d. cap. per hoc, de hæreticis in* 6. *ad finem*, & Campeg. *in additionibus ad Zanchin. in tract. de hæreticis, cap.* 8. *littera F. in verb. proceſſum, poſt principium.*

Quando verò ambo procedentes diuiſim inter 95.
ſe diſcordent in ſententia proferenda, tunc de iure communi cauſa ab Inquiſitoribus, & ab Epiſcopo bene instructa remittenda eſt ad Sedem Apoſtolicam, *Clementina* 1 *de hæreticis*, & habetur *in d. cap. per hoc, de hæreticis, lib.* 6. Eymeric. 3. *p. direct. quæſt.* 50. Simanc. *ſupra d. num.* 4 *verſ. ſed hodie minus hoc*, Pegna *comment.* 99. Molina *de iuſtitia, tract.* 5. *diſp.* 28. *num.* 14. *fol. mihi* 2894. & alij communiter. Hodie tamen in Hiſpania, vt cauſæ breuiùs expediantur, dum eſt aliqua diſcordia inter Inquiſitores, & Ordinarios in pronunciando, remittitur cauſa inſtructa ad Senatum ſupremum, ſeu menſam magnam ſanctæ Inquiſitionis, Simancas *vbi proximè d. tit.* 25. *de Epiſcopis, num.* 5. *verſ. ſed hæc ferè omnia in Hiſpania hodie longè aliter ſiunt*, & Molina *d. diſp.* 28. *num.* 14. *ad finem, fol.* 2895. vbi refert ea de re inſtructionem de Madrid latinè donatam, his verbis: *In omnibus caſibus, in quibus contigerit ſuffragiorum diſcrepantia inter Inquiſitores, & Ordinarium, vel aliquem ipſorum in definitione cauſæ, vel in quocumque alio actu, vel ſententia interloquutoria, debet cauſa ad Senatum ſupremum Inquiſitionis remitti, quòd ſi Epiſcopus, & Inquiſitores concordauerint, quamuis periti, ſeu conſultores diſſentiant, & ſi numero ſint plures, ſententia Epiſcopi, & Inquiſitorum exequutioni mandetur. Verumtamen in cauſis grauiſſimis non debent vota Inquiſitorum, Ordinarij, & conſultorum exequutioni mandari, etiam ſi fuerint conformia inconſulto Senatu, ſicut ſolitum eſt, & iuſſum fieri.* hæc ibi, cuius inſtructionis Madrilianæ factæ anno 1561. c. 66. meminit Pegna *comment.* 99. *verſ. iam illud vlteriùs addo*; quæ vbique inſtructio videtur obſeruanda, non ſolùm in cauſis grauiſſimis, ſed etiam in aliis non ita grauibus, in quibus vota fuerint diſcrepantia, vt monet Rojas *tractatu de hæreticis, p.* 1. *num.* 437.

Inquiſitores quouſque nequeant procedere contra officiales aliquos Sedis Apoſtolicæ, vel contra Epiſcopos, aut exemptos.

§. IX.

EPITOME.

96. *Inquiſitores non poſſunt procedere contra officialem Sedis Apoſtolicæ, & qui veniant nomine officialium?*
97. *Inquiſitores an poſſint inquirere contra Nuntios, ſeu Legatos Sedis Apoſtolicæ?*
98. *Inquiſitores an poſſint inquirere contra Epiſcopum ſuſpectum de hæreſi?*
99. *Inquiſitores an poſſint carcerare Epiſcopum ſuſpectum de fuga?*

Hæreticus

100. *Inquisitores quid agent, quando Episcopus est hæreticus manifestus, aut quando hæreses prædicat?*

101. *Episcopi an possint procedere contra Inquisitores suspectos de hæresi?*

102. *Inquisitores delinquentes in suo officio à quibus sunt puniendi?*

103. *Officiales Inquisitorum an sint exempti ab Ordinario, & an possint ab eo excommunicari tam in genere, quam nominatim, & an incurrant excommunicationes latas à iure, vel à constitutionibus Synodalibus?*

104 *Inquisitores contra Inquisitores an procedere possint?*

105. *Inquisitores contra exemptos quando possint procedere etiam si sint Religiosi?*

106. *Inquisitores an possint procedere contra mortuos?*

107. *Inquisitores procedere possunt contra omnes in iure non exceptos?*

96. PRIMA resolutio, Inquisitores nequeunt procedere contra officiales Romani Pontificis si deferantur de hæretica prauitate, *cap cùm Matthæus*, inter Extrauagantes communes, Syluestr. *in verb. hæreticus*, §. 2. *num. 5. in fine*, Vmbert. Locat. *in iudicial Inquisitor. in verb. exempti*, Eymeric. *in director. Inquisitor. p. 3. quæst.* 26. & *ibi* Pegna *comment* 75. vbi nomine officialium Sedis Apostolicæ intelligit constitutos ab eadem circa ea, quæ concernunt honorem, & dignitatem Sedis Apostolicæ, & ideo hoc priuilegio gaudebunt omnes, qui agent de negotiis immediatè ad Sedem Apostolicam pertinentibus, inter quos numerantur etiam Notarij Summi Pontificis, *d. cap. cum Matthæus*, & reliqui ab eo constituti, contra quos propter reuerentiam sanctæ Sedis non est procedendum.

Secunda resolutio. Propter eandem reuerentiam, & dignitatem Apostolicam Inquisitores nequeunt procedere contra Nuncios, vel Legatos Curiæ Romanæ, ita præcitati *in* 1. *resolutione*. Nomine autem Nuntij, seu Officialis Sedis Apostolicæ is dicitur, qui Nuncium illius siue mandatum profert, qui & Legatus vocatur, *cap. nobilissimus, dist.* 97. vbi dicitur viro nobilissimo legatione fungenti credendum esse, quamuis litteras non ostendat, Molina *tract. 5. disp. 28. num.* 20. nisi de licentia Papæ.

97. Tertia resolutio. Aduersùs Episcopum Inquisitor nequit inquirere, & multo minus iudicare de hæresi, quia solus Pontifex hodie potest procedere contra illum ex constitutione Pij IV. edita anno 1563. incipit, *Romanus Pontifex*, etiam quando Episcopus prætenditur hæreticus, adhuc enim à solo Papa iudicatur *c. accusatus, & c. quamuis, 3. quæst* 6. Abbas *in c. excommunicamus, el primo num. 13. extra de hæreticis*. Simancas *de Episcopis, tit. 25. num.* 10. dicens consulendum esse omnino Summum Pontificem ad quem spectant de iure Episcoporum causæ, & *tit. 34. n. 36.* vbi ostendit, nec in Episcopos, nec in superiores Prælatos esse inquirendum, nisi de licentia expressa Summi Pontificis, *c. Inquisitores, de hæreticis in* 6. cuius sunt hæc verba: *Inquisitores hæreticæ prauitatis ab Apostolica Sede, seu alio, vel aliis cuiuslibet deputati de huiusmodi crimine inquirere contra Episcopos nequeunt, aut eius prætextu procedere contra eos*, & glossa *ibi in verb. Apostolica, in fine*. Carrer. *de hæreticis n* 74. Decianus *in tract. crimin. lib. 5. cap. 21. num. 5. & cap. 23. num.* 2. Molina *tract. 5. disp. 28. num* 19.

Quarta resolutio. Inquisitores nequeunt inquirere contra Episcopum suspectum de hæresi sub prætextu instruendi Summum Pontificem de statu Episcopi, ita gloss. *dicto cap. Inquisitores, in verb. Apostolica, in fine vers & isti Inquisitores, de hæreticis in* 6. & *ibi* Archid. *in principio, in verb. inquirere.* iuuat Concilium Tridentinum *sess.* 24. *de reformatione, c. 5.* ibi, *etiam hæresis*; quare causa hæresis, & suspicio illius reseruatur Summo Pontifici. Nauarr. *cons. 1. de foro competent. n. 5.* & Pegna *p. 3 Inquisit. director. comment. 76. vers. cæterùm, fol. mihi* 556. & Fr. Emman. *de Regularibus tom. 2. quæst. 81. art. 1. vers. aduertendum tamen.* 98.

Verius tamen est sub prætextu informandi Summum Pontificem, posse Inquisitores cognoscere de hæresi Episcopi ea intentione, vt informatio mittatur circa hoc negotium ad Summum Pontificem, & ex consequenti possunt recipere dicta testium, vt de illius hæresi nuncietur Sedi Apostolicæ, Decian. *in tractatu criminal. lib. 5. cap. 23. num.* 2. Simanc. *in Enchiridion. violata Religion. tit. 8. num. 2. & de Catholicis, tit. 25. rubr. de Episcopis n.* 8. aliter enim sciri non poterit Episcopum crimine hæresis esse infectum. Probatur, quia etiam non iudex potest contra reum testes accipere, vt mittat ad suum iudicem instructionem, *l. 1 C. de exhibendis reis, cap. Inquisitores, de hæreticis lib. 6. Extrauagan. cum Matthæus, de hæreticis, in fine*, Lælius Zecch. *in summa p. 1. tit. de fide, rubr. de hæresi cap. 11. num. 13. vers. Nec etiam contra Episcopum*, vbi concludit posse Inquisitorem aduersùs Episcopum suspectum recipere testimonia, vt negotium instructum ad Papam referatur.

Quinta resolutio. Quando Episcopus est hæreticus, & suspectus de fuga, potest carcerari ab Inquisitore, & carceratus Romam mitti, Gundisal. *in tract. de hæreticis quæst. 7. num. 15. vers. crederem tamen*, vbi essent suspecti de fuga, sequitur Pegna *in additionibus ad Eymericum in director. Inquisitor p. 3. quæst. 27. comment. 76. vers. rursus si Episcopus, & vers. cæterùm, fol. mihi 556. col.* 2. post Repertorium Inquisitorum *in verb. carcer. vers item an Inquisitor possit incarcerare Episcopum, & in verb. Episcopus, vers. ad secundum.* 99.

Item quando Episcopus est hæreticus manifestus, Inquisitor potest informationes facere, & mittere Romam ad Summum Pontificem, Pegna *supra, §. quod si verum*, subdens, multo magis id procedere, quando Episcopus aliquid molitur in manifestum fidei detrimentum vergens, puta si hæreses prædicet, vel fideles inducat in errores: tunc enim addit integrum esse Inquisitoribus Episcopum capere, & carcerare donec Romano Pontifici Papæ deferatur negotium. Cardinales tamen ex constitutione Pij Quinti ab eo tempore cum sint generales Inquisitores in vniuersa Christiana Republica, possunt procedere contra Episcopos hæreticos, & contra alios Prælatos ibi nominatos, & ex consequenti possunt illos monere, citare, & requirere ad effectum, vt negotio perfecto, & actis delinquenter excussis, causa Romano Pontifici præsentetur, ac denique sententia contra illos pronuncietur, ita Pegna *dicto comment.* 76. vbi meminit constitutionis *in §. illud postremò*, incipit, *Romanus Pontifex*, editæ anno Domini 1563. 100.

Sexta

101. Sexta reſolutio, Epiſcopus poteſt contra Inquiſitorem de hæreſi ſuſpectum, quamuis nequeat, procedere, non tamen prohibetur ſecretò facere informationem, eámque mittere Summo Pontifici, Eymericus 3. *part. directorij*, *quæſt.* 30. *verſ. crederem tamen*, & *ibi* Pegna *comment.* 79. *verſ. nos in hac controuerſia*, & Molina *tractat.* 5. *diſp.* 28. *num.* 21. *verſ. quoad Inquiſitores*; addúntque, procedere ad realem capturam, non eſſe tutum, niſi eſſent Inquiſitores manifeſti hæretici, nec Summus Pontifex facilè conſuli poſſit, & fides periclitaretur: tunc enim per Epikeiam poſſent carcerari ad maiora mala vitanda. Molina *ibi* ſubdit in Hiſpaniis, vbi Inquiſitores particulares ſunt amouibiles ad nutum, ab eo munere per Inquiſitorem generalem recurrendum eſſe ad illum, & comprehendi, ac puniri ab eo poſſe.

102. Septima reſolutio. Inquiſitores in officio ſuo delinquentes, puta extorquendo pecunias prætextu officij, vel alias res illicitè, excommunicationis pœnam ipſo iure incurrunt, à qua nequeunt abſolui præterquam in mortis articulo, niſi prius ſatisfecerint illis, à quibus pecunias, aut ſimilia extorſerunt. Habetur *in Clementina* 2. *de hæreticis*, *verſ. Ne prætextu officij Inquiſitionis, quibuſuis modis illicitis ab aliquibus pecuniam extorqueant, quòd ſi ſecus fecerint, excommunicationis ſententiam eos ſubiacere decernimus ipſo facto, à qua non poſſint abſolui, præterquam in mortis articulo, donec illis, à quibus extorſerint, plenè ſatisfecerint de pecunia ſic extorta.* gloſſ. *ibi verſ. nota quòd Inquiſitor*, Bonifacius de Vitalinis ante *num.* 1. *in ſummario*, & *num.* 90. Sylueſt. *in ſumma, in verb. hæreticus* §. 2. *num.* 13.

Dictum eſt, modis illicitis prætextu officij pecunia extorta: quare ſecus ſi licitè extorqueatur, aut, ſi ſponte pecunia, aut aliquid aliud per viam muneris offeratur: tunc enim non incurritur excommunicatio, Armilla *verb. excommunicatio*, inter caſus excommunicationis, *caſu* 20. *num. vnico*, Suarez *de cenſuris, diſp.* 23. *ſect.* 5. *num.* 25. quod extendit, non eſſe locum excommunicationi, quamuis Inquiſitor, aut Commiſſarius cognoſcat ſibi offerre pecuniam, aut ſimilia prætextu officij: ſimiliter excuſatur ab ea, quando propter metum vexationis, aut rigoris Inquiſitoris offerretur: eo quia requiritur, vt incurratur cenſura, crimen concuſſionis, quod committitur, iuxta Syluest. *verb. concuſſio, quæſt.* 1. *num.* 2. quando quis conſtitutus in officio extorquet pecunias, vel ſimilia à ſubditis illato metu, aut recuſando officium debitum præſtare, niſi detur pecunia, aut quid ſimile, ita Cardinalis *in Clementina* 2. *verb. Inquiſitoribus*, *num.* 1. *in* 2. *oppoſitione*, & Aocharanus *num.* 5. *notabili* 3. Et quamuis ibi fiat mentio extorſionis pecuniæ, nomine pecuniæ clauditur quodcunque pecunia æſtimabile, Caietanus *in ſumma, verb. excommunicatio, cap.* 4. Nauarrus *in ſumma, cap.* 27. Hiſpana *num.* 143. & Latina *num.* 142. D. Antoninus 3. *p. tit.* 24. *cap.* 8. Angelus *verb. excommunicatio* 7. *caſu* 42. *num. vnico*, Suarez *de cenſuris, diſp.* 23. *ſect.* 5. *num.* 25. Nec ſimiliter excommunicatio incurritur, ſi extorqueatur pecunia alio prætextu, quàm officij Inquiſitionis, quia hæc conditio expreſsè petitur *in d. Clementina* 2. & gloſſ. ibi *verb. prætextu*, & Cardinal. *verb. Inquiſitoribus*, ſtatim *in principio*, *notabili* 1. Syluester *verb. excommunicatio* 9. *caſu* 41. *num.* 81. Angelus & Tabiena *vbi proximè*.

Item non incurritur hæc excommunicatio, ſi prætextu, ſeu occaſione officij Inquiſitionis extorqueatur mutuum, eo quòd illud non eſt pecunia æſtimabile, nec pecunia ſimpliciter extorquetur, vtpote quæ eſt reddenda: incurretur tamen poſtea, ſi non reſtituatur, ſed omnino vſurpetur, quaſi re vera data eſſet: ex tunc enim cenſetur vera extorſio pecuniæ, Suar. *d. diſp.* 23. *ſect.* 5. *num.* 25. Nec incurrent hanc cenſuram Epiſcopi in cauſis fidei ſub prætextu officij illicitè facientes extorſiones, ſicut Inquiſitores incurrunt, gloſſ. *in d. Clementina* 2. *in verb. commiſſariis, de hæreticis*, & *ibi* Cardinal. Zabarel. *in* §. *Inquiſitoribus*, *num.* 1. *verſ. oppono, quia hic non dicit*, & *in* §. *notarij*, *num.* 4. Repertor. Inquiſitor. *in verb. extorquere, ſub verſ. primo*, quia Epiſcopi propter eminentem dignitatem non veniunt ſub quacumque etiam generali diſpoſitione, niſi de illis fiat mentio, *cap. quia periculoſum, de ſententia excommunicationis, lib.* 6. *cap. ſi compromiſſarius*, §. *huiuſmodi quoque pœna, de electione, eodem libro*. Quare minus bene Guillelmus relatus à Bonifacio *in d. Clementina* 2. *à num.* 41. *vſque ad num.* 46. dixit Epiſcopos includi ſub eadem excommunicatione; neque Prælatos iuriſdictione quaſi Epiſcopali fungentes in propria Diœceſi; neque ipſorum Vicarios, ſeu commiſſarios ad negotia Inquiſitionis in ſua Diœceſi expedienda, Sanchez *in præcepta Decalogi, lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 5. & 6. vbi docet contineri Vicarios Inquiſitorum, & Epiſcoporum, ſiue ſint Vicarij, ſiue eorum ſubſtituti, ſeu commiſſarij; non autem includi Epiſcopos, nec Capitulum Sede vacante ſub ea diſpoſitione, & excommunicatione, Farinacius *de hæreſi, quæſt.* 86. §. 7. *num.* 141. ſed eorum Vicarios, cùm textus meminerit Vicariorum iuriſdictionis Epiſcopalis.

Poſſunt item Inquiſitores delinquentes in officio modis illicitis pecunias extorquendo remoueri ab officio, *Clementina* 2. §. 1. *de hæreticis*, textus *in l. illicitas, ff. de officio Præſidis*, & *in cap. in tantum*, & *in cap. audiuimus, de ſimonia*, Comenſis *in Lucerna, verb. Inquiſitor*, §. 10. In Hiſpania Præſes Inquiſitionis, ſeu Inquiſitor generalis Inquiſitores delinquentes punire poteſt, per textum *in d. Clement.* 2. *de hæreticis*, Eymericus 3. *p. directorij*, *quæſt.* 10. & Pegna *comment.* 61. *verſ. In Hiſpania Præſes*, vbi etiam tradit hanc poteſtatem Inquiſitori maiori datam eſſe a Leone Decimo, Pontifice maximo. Lælius Zecchius tamen *in ſumma, p.* 1. *tit. de fide, rubr. de hæreſi*, *cap.* 11. *num.* 13. *verſ. hodie tamen Cardinales indiſtinctè*, tradit Inquiſitores indebitè extorquentes pecunias, non poſſe puniri, niſi ab Illuſtriſſimis Dominis Cardinalibus, qui præſunt Generali officio ſanctæ Inquiſitionis. Cùm ergo in Hiſpaniis Inquiſitor Generalis Præpoſitus ſit ſanctæ Inquiſitionis officio, ab eo delinquentes puniendi ſunt, ex Farinac. *ſuprà num.* 144 *verſ. limita quintò*, & ex Pegna *dict. comment.* 61. *verſ.* & *in Hiſpania*, vbi *verſic. quibus tamen*, concludit poſſe Summum Pontificem quoſlibet Inquiſitores quorumcunque Regnorum ad Romanam Curiam vocare, citare, & coërcere, cùm ſit omnium iudex. Et ideo non eſt audiendus Rojas *de hæreticis*, *part.* 2. *titul. de priuilegiis Inquiſitorum*, *numer.* 417. *verſicul. item Inquiſitores*, dum ait, non poſſe illos ad Romanam Curiam vocare; id enim ſimpliciter eſt falſum, ſi intelligatur à Romano Pontifice: erit tamen verum, ſi id aſſeratur à quibuſuis iudicibus, & pro quibuſuis cauſis, ſicut alij quilibet ad Romanam Curiam euocantur: ſecus ſi vocentur à Romano Pontifice.

Quæſtionis

Quæstionis est, à quo, & quomodo debent absolui Inquisitores, & reliqui incurrentes Excommunicationem propter illicitas extorsiones factas prætextu sacri Officij? Responsio sit, absolutionem non esse omnino reseruatam Summo Pontifici, sed permittit, vt impendi possit ab inferioribus Summo Pontifice præmissa plena restitutione rerum acceptarum, ita Bonifacius *in ea Clementina 2. num. 90.* & Suarez *tom. 5. in 3. p. disp. 23. sect. 5. num. 27.* Neque censebitur parti satisfactum, nisi cum effectu restitutio fiat vsque ad vltimum denarium: cùm Clementina ipsa plenam petat satisfactionem. Plenè tamen satisfaciet absoluendus, si creditore absente, longéque distante pœnitens tradat viro fideli de mandato Confessarij pecuniam restituendam. Henriquez *lib. 13. de excommunicatione cap. 28. numer. 4.*

Porrò si extorquentes non sint satisfaciendo propter paupertatem, possunt absolui absque reali satisfactione ab inferioribus, tradita sibi possibili cautione restituendi, præsertim in articulo mortis: nam extra illum absolutio non tenebit, si torquentes possunt realiter satisfacere. Imola *in d. Clementina 2. num. 7.* Bonifacius *num. 99.* Syluester *verb. excommunicatio 9. casu 42. num. 81.* Nauarrus *in summa cap. 27. num. 142.* & Antonin. *3. p. tit. 24. cap. 8.* Iuuat Henriquz *eo c. 28. num. 4. in principio*, dicens datam delegato potestatem absoluendi cum conditione, ne absoluat, nisi priùs integra, & realis satisfactio fiat, posse absolui quando reus non est satisfaciendo. Confirmatur ex constitutione Gregorij XIII. *de datis, & acceptis pro iustitia, vel gratia*, his verbis: *Ne quisquam admittatur ad absolutionis gratiam, nisi priùs erogatum esset pauperibus, quantum ille dedisset, vel recepisset.* vbi Nauarrus *in commento illius num. 38.* vult his non obstantibus posse absolui illos, quando impotentia restituendi excusat, sequitur Molina *de iustitia disp. 82. col. 3. vers. pœna*, in eadem constitutione, docens, quando per reum stat quominus restituatur non esse absoluendum: secus si per illum non stet.

103. Octaua resolutio inuoluit nodosam quæstionem priùs expediendam, an scilicet officiales Inquisitorum sint exempti ab Ordinario, & an possint ab eo excommunicari tam in genere, quàm nominatim, & an incurrant excommunicationes latas à iure, vel à constitutionibus Synodalibus? Responde primò ex constitutione Vrbani, quæ incipit, *Dilectis filiis fratribus*, edita anno Domini 1261. priuilegium in fauorem fidei fuisse concessum, ne causæ Religionis propter excommunicationem Inquisitorum, aut aliorum Sancti officij ministrorum impediantur; per quod neque Inquisitores, neque eius Notarij ab Apostolicæ Sedis Delegatis possunt excommunicari, vel suspendi, aut Interdicti sententia innodari absque speciali mandato Summi Pontificis de hac Indulgentia expressam mentionem faciente, de qua meminit Eymericus *in directorio Inquisitor. p. 2. fol. 132. & p. 3. fol. 512. quæst. 21.* vbi Pegna *commentario 70* priuilegium hoc de non excommunicandis Inquisitoribus, vel eorum Notariis extendit ad alios Inquisitorum, & Sancti Officij Ministros, vel officiales, quia fauores sunt ampliandi, præsertim in causa fidei, quamdiu ipsi hoc officio, ac munere intenti fuerint. Secus si ab eo fuerint amoti, quoniam cessante causa priuilegij, cessare debet priuilegium, *cap. cùm cessante 60. de appellationibus*, Sanch. *de matrimonio lib. 8. disp. 30. num. 12. & in præcepta Decalogi lib. 4. cap. 2. num. 42.* Tiraquel. *d. tract. Cessante causa p. 1. n. 18. & num. 226. l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patron.* quod procedit etiam si Inquisitores, & eorum officiales renuncient huic priuilegio: adhuc enim eo gaudebunt, cùm sit beneficium datum huic Ordini potius, quàm priuatis personis eiusdem corporis; & ideo renunciari non potest, cùm detur in fauorem publicum, hoc est, fidei. *cap. si diligenti, de for. compet.* Couar. *in c. quamuis pactum, p. 2. in principio, num. 9.* Roland. *cons. 4. num 9. vol. 1.* Gales. *de Camer oblig. quæst. 2. num 1.* Scacc. *de iudic. causar. ciuil. & crimin. lib. 1. c. 11. num. 35. & sequent.* Surd. *cons. 396 num. 14.* & Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de fauore cleric. personali, §. 7. n. 21.*

Non tamen inde colligas officiales Inquisitorum esse exemptos ab Ordinario, nec posse excommunicari tam in genere, quàm nominatim propter casus aliquos, qui non pertinet ad munera, seu officia Sanctæ Inquisitionis, & consequenter incurrunt excommunicationes à iure latas, vel à constitutionibus Synodalibus; ratio, quia nullum est priuilegium eos excipiens ab huiusmodi excommunicationibus: quinimò priuilegium ab Vrbano Quarto concessum de non excommunicandis Inquisitoribus, vel eorum Notariis, non est omnino certum competere aliis Sancti Officij ministris, nimirum Aduocatis, promotori fiscali, consultoribus, carcerum custodibus, & similibus, sed est valde probabile propter eandem rationē, quæ reperitur in Notariis, quos non posse excommunicari sine Sedis Apostolicæ facultate, concessit dictus Vrbanus Quartus, Pegna *3. p. comment. 70.* & Eymericus *ibi quæst. 21. fol. 552.*

Nona resolutio. Inquisitor non potest procedere contra Inquisitorem hæreticum, aut de hæresi suspectum. Ratio, quia par in parem non habet dominium, *21. distinct. inferior.* Item, quia Inquisitor est officialis Summi Pontificis, cùm sit delegatus eiusdem, vel saltem Nuncius, *cap. ne aliqui, de hæreticis lib. 6.* contra autem officiales, seu Nuncios nequeunt Episcopi, & Inquisitores procedere, *c. cùm Matthæus, Extrauagans Ioannis XXII. de hæreticis* cuius meminit Eymericus *2. p. directory, fol. 125. tit. de hæreticis c. 2. & 3. p. quæst. 30.* & *ibi* Pegna *comment. 79.* vbi tradit non posse procedere Inquisitorem contra Inquisitorem, sed posse alterum contra alterum informationes recipere, & eas Summo Pontifici denuntiare. 104.

Decima resolutio. Inquisitores hisce temporibus, præsertim Cardinales, qui sunt Inquisitores generales, possunt procedere contra Episcopos, & contra quoscumque alios Prælatos exemptos, quos monere, citare, & requirere valent, vt compareant intra præfixum terminum personaliter: nec non processus factus ad Summum Pontificem mittatur, vt contra tales post latam sententiam iustè procedatur. Habetur in Extrauagante *Romanus Pontifex*, edita à Pio Quinto anno Domini 1563. Refertur inter litteras Apostolicas pro officio Sanctæ Inquisitionis à Pegna *3. p. comment. 76. vers. illud postremò, fol. 556. col. 2.* Item Inquisitores possunt procedere contra Religiosos exemptos, etiam si sint mendicantes, habetur *in cap. vt officium, §. denique, de hæret. lib. 6.* non obstantibus aliquibus priuilegiis, quibuscumque personis cuiusuis conditionis, seu communitatibus, 105.

munitatibus, vel vniuerſitatibus ſpecialiter, & generaliter ſub quacumque verborum furma conceſſis, vel concedendis.Eymericus 3. *p. quaſt.*28. & *ibi* Pegna *comment.77.verſ.iuſtiſſime fol.*558.

106. Vndecima reſolutio. Inquiſitores poſſunt procedere contra hæreticos mortuos,qui etiam poſt mortem de hæreſi ad Inquiſitores delati ſunt.patet ex *c.filij, de hæreticis lib.*6. ita Simancas *de Cathol inſtit.tit.* 18 *n.* 14. diceos ſecundùm veriorem ſententiam,poſſe accuſari,atque damnari hæreticum defunctum etiam poſt quadraginta annos. Nam, quando Inquiſitores procedunt ad effectũ, & finem damnandi memoriam hæreticorum defunctorum, quocumque tempore reperiatur eos fuiſſe hæreticus, & in hæreſi deceſſiſſe poſſunt pronuntiari ſi legitimè conſtet de eorum hæreſi, nec non declarari excommunicatos deceſſiſſe,eſſeque indignos ſuffragiis Eccleſiæ, neminemque poſſe pro illis orare, quin imò eorum oſſa exhumanda ex loco ſacro,& comburenda,ſi fieri poſſit ſeparatio, Pegna 3. *p.fol.* 571.*comment.*92.*verſ.in qua difficultate.*

Hæc tamen actio procedendi contra hæreticos defunctus non extenditur contra fautores, receptatores,& defenſores hæreticorum, & ideo poſt mortem non poſſunt accuſari,ſi perſonas defenderunt,& non hæreſes,*c.accuſatus,§ porrò*, vbi Archidiaconus,& Ioan. Andr. *de hæreticis, lib.* 6. Gundiſſal.de Villad.*de hæreticis,quaſt.*21.*n.*8.Rojas *in ſingularibus fidei ſingulari* 34. Simanc. *de Cathol. inſtitut.tit.*4.*de accuſat n.* 5. Secus de credentibus, qui cùm hæreticis adhærent, non eſt dubium poſſe aduersùs eos defunctos procedi;modò ſint verè,& propriè credentes hæreticorum, Pegna *d. cõment.*92.*verſ.cæterùm, & verſ.mihi hac ſententia.*

Duodecima reſolutio. Inquiſitores procedere poſſunt contra omnes in iure non exceptos,etiam ſi ſint priuilegiati, & habeant indultũ reuocandi forum,vt non conueniantur,niſi coram certis iudicibus in priuilegio contentis,*cap excommunicamus,*1.*§.credentes,c.ad abolendam.§.final.de hæreticis.* Rojas *ſingular.* 163.*n.* 2. *& de priuilegiis, num.*430. Pegna 3.*p.comm.*94.

De priuilegiis Inquiſitorum.

§. X.

EPITOME.

1.& 2. *Inquiſitores in vita & in morte conſequuntur Indulgentiam plenariam, & conſiliarij, & officiales eodem priuilegio gaudent.*
& quid de temporali Indulgentia? ibidem.
3. *Inquiſitores ſunt exempti à iuriſdictione Ordinariorum, & quid de Religioſis, an ſint exempti à ſuis Prælatis? & infra num.* 16.
4. *Inquiſitores, quando poſſunt communicare cum dominis temporalibus excommunicatis?*
5. *Inquiſitores poſſunt mutuo ſe abſoluere ab excõmunicatione,& ſecum diſpenſare in irregularitate.*
6. *Regulares Inquiſitores pro negotio ſancti Officij poſſunt ſine licentia Prælatorum Romam ire.*
7. *Inquiſitores poſſunt reuocare ſtatuta,quæ impediunt officium ſancta Inquiſitionis.*
8. *Inquiſitores poſſunt vocare teſtes,& delatos ab vno territorio ad aliud.*
9. *Inquiſitores, & eorum officiales, qui percuſſerint à quibus debent puniri? & quibus pœnis?*
10. *Inquiſitores, & eorum officiales poſſunt vti armis.*
11. *Inquiſitores habentur pro præſentibus in ſuis beneficiis non curatis.*
12. *Prælati regulares ſubditis Inquiſitoribus nihil poſſunt præcipere in pertinentibus ad ſuum officiũ.*
13. *Inquiſitores poſſunt procedere ſummariè, ſimpliciter,& ſine figura Iudicij.* 26.
14. *Inquiſitores tam in ciuilibus,quàm in criminalibus ſunt iudices reconciliatorum Eccleſiæ, & quomodo?*
15. *Inquiſitores excepto vno,vel altero crimine poſſunt cognoſcere de aliis ſuorum familiarium, & officialium.*
16. *Inquiſitores regulares ſunt exempti à ſuis ſuperioribus in ſpectantibus ad ſuum officium.*
17. & 18. *Inquiſitores poſſunt præcipere clericis, & laicis,& vt interſint concionibus, & vt publicent quaſcumque monitorias litteras.*
19. *Inquiſitores in crimine hæreſis poſſunt procedere nulla præcedente infamia.*
20. *Gubernatores ciuitatum ad præſtandum iuramentum de defendenda Eccleſia poſſunt cogi ab Inquiſitoribus.*
21. *Inquiſitores in ſpectantibus ad ſuum officium poſſunt compellere regulares etiam ad exequendum officium tabellionis.*
22. *Inquiſitores non habentes ſtipendium poſſunt exigere expenſas ab his contra quos procedunt.*
23. *Inquiſitores an recuſari poſſint oſtenditur, & poſſe verius videtur.*
24. *Inquiſitores procedunt contra prædicantes ſcandaloſas propoſitiones, vel fidei contrarias.*
25. *Inquiſitores non tenentur publicare dicta teſtium contra hæreticos, nec reddere rationem de proceſſibus niſi ſummo Pontifici; vel Inquiſitoribus Almæ Vrbis.*
26. *Inquiſitores poſſunt procedere contra Sacerdotes in actu confeſſionis mulieres ad inhoneſta ſollicitantes.*

DE priuilegiis agendum,ab illis ſit exordium,quæ animæ proſunt: ac primò Inquiſitores in vita pro exercendo ſuo munere plenariam aſſequuntur Indul- 1.
gentiam, & remiſſionem omnium peccatorum. In morte autem ſimilem indulgentiam obtinent, ſi adhuc in exequendo eodem officio detinentur; habetur *in Repertorio Inquiſitorum, verb. Indulgentia*, Tabien *in ſumma verb. Inquiſitor,n* 39.Vtrumque oſtenditur in litteris Apoſtolicis Clementis, Alexandri, & Vrbani Quarti, quarum meminit Eymericus *in director.Inquiſitor.*2.*p.fol.*129.*cum ſequentibus, &* 2.*p. quaſt.*130.& *ibi* Pegna *comment.* 179. vbi addit quoties in vita contra hæreticos in fauorem fidei exercent aliquem actum reconciliationis per ſe ipſos, toties Indulgentiam plenariam conſequi, quod priùs aſſerit Repertorium Inquiſitorum *verb.Indulgentia,verſ.Item Inquiſitores*,his verbis: *Exercendo Inquiſitores officium gaudent in quolibet actu Inquiſitionis, quando fit aliquis actus reconciliationis,vel aliqua executio durante tempore officij,in quolibet actu, Indulgentia plenaria omnium peccatorum ſuorum.* Quod latiùs habetur in prædictis litteris Summorum Pontificum,vbi Inquiſitoribus pro ſuo officio adminiſtrando conceditur illa Indulgentia, quæ auxiliantibus, & ſuccurrentibus Terræ ſanctæ in Concilio generali fuit indulta,id eſt,peccatorum venia.

Similiter eodem priuilegio fruantur Conſiliarij, & reliqui ſacri Officij officiales, & miniſtri, qui perſonaliter adſunt in executione aliqua,ſi in 2.

officio moriantur, plenariam omnium peccatorum remissionem consequuntur. *c. excommunicamus.* 1. §. *Catholic. de hæreticis.* Insuper Summus Pontifex concedit Consiliariis, & omnibus aliis, qui Inquisitoribus assistunt personaliter, & existunt in executione sui officij, vel auxilium, fauorem, vel consilium præstant, tres annos de Indulgentia, & plenariam, cùm in prosecutione negotij moriuntur. Quin etiã ex rescripto Vrbani Quarti probatur eodem priuilegio trium annorum gaudere quoscumque alios, qui vbi oportuerit, assistunt Inquisitoribus, & clariùs id ostenditur ex Constitutione Gregorij Noni, incip. *Ille humani generis,* his verbis, ibi, *Ad hæc, vt super præmissis omnibus officium sibi commissum liberiùs possint, & efficaciùs exercere, omnibus, qui ad prædicationem eorum* (scilicet Inquisitorum) *accesserint, in singulis stationibus viginti dies: illis verò, qui ad impugnandum hæreticos fautores, receptatores, & defensores eorum in munitionibus, vel Castellis, vel alias contra Ecclesiam rebellantes ipsis ex animo auxilium, consilium præstiterint, vel fauorem de omnipotentis Dei misericordia tres annos de iniunctа sibi pœnitentia relaxamus, & si qui ex his in prosecutione huiusmodi negotij fortè decesserint, eis omnium peccatorum, de quibus corde contriti, & ore confessi sunt, plenam veniam indulgemus.* hæc ibi, quo priuilegio gaudent etiam familiares sacri Officij, qui ad nutum Inquisitorum præstò sunt, & ea exequuntur, quæ ad hoc sanctum Tribunal, & ad fidei propagationem spectant. Pegna *d. comment.* 178 *ad finem.* Rojas *de priuilegiis Inquisitorum, num.* 413. & Bernard. Comensis *in lucerna Inquisitorum, verb. Indulgentia eorum, qui fauent sanctæ Inquisitioni,* vbi refert priuilegia varia Summorum Pontificum, addens ex Vrbano Quarto socios, & Notarios Inquisitorum, & reliquos officiales sancto Officio fauentes, auxiliúmque præstantes pro singulis vicibus consequi quindecim annos de Indulgentia, & si in prosecutione talis auxilij decesserint, contritos corde, & ore confessos consequi omnium peccatorum plenariam Indulgentiam.

3. Secundum priuilegiũ. Inquisitores sunt exempti a iurisdictione Ordinariorum, quòd si fuerint Religiosi, suis superioribus, & Prouincialibus obedire non tenentur. Rojas *de priuilegiis Inquisitorum n.* 417. & 418. sed de hoc infra *priuileg.* 15. Tertium

4. priuilegium. Inquisitores absque incursu excommunicationis possunt requirere dominos temporales excommunicatos ad eis auxilium præstandum, Eymericus 3. *p. directorij, quæst.* 22. & patet ex *c. Præsidentes, de hæreticis, lib.* 6. nec propterea incurrunt excommunicationem minorem participantes cum excommunicatis, quæ incurritur. *c. nuper, & cap. siquidem, de sentent. excommun. cap. quoniam multos* 11. *quæst.* 3. quam censuram euadunt Inquisitores fauore fidei. Huius priuilegij meminit Rojas *singul.* 59. incip. *Excommunicatus est, & singul.* 72. incip. *Gesta per Regem.* Arelatanus *tract. de hæret. notab.* 40. incip. *Quamuis Tyrãnus.* vbi nota fauore fidei, si de mandato Inquisitorum Tyrannus aliquid efficiat in hæreticos, validum esse, cùm gesta per Tyrannum ipso iure sint irrita, *c. fundamenta, §. quod si secus. de electione in* 6. *l. decernimus, C. de sacros. Ecclesiis, & Clement. Pastoralis, de re iudicata.*

5. Quartum priuilegium. Inquisitores mutuò se absoluere possunt ab excõmunicatione, & quamuis facilè, & sine fidei, & sacri Officij detrimento possint adire superiores a quibus mutuò absoluantur: nihilominus fauore fidei ipsi mutuo se possunt absoluere, Campegius apud Zanchinum *c.* 31. *in principio,* Io. Rojas 2. *p. de hæreticis, n.* 413. & Pegna 3. *p. directorij comment.* 72. vbi hanc partem sequitur, quia benignior, & fauorabilis; quod priuilegium extẽdit ad Commissarios Inquisitorum. Potest etiam Inquisitor super irregularitate cum socio dispensare ex rescripto Vrbani Quarti anno Domini 1261. & Repertor. Inquisit. *verb. irregularitas, vers. si tamen,* & Campegius *vbi proximè.*

Quintum priuilegium. Inquisitores Religiosi ad Romanam Curiam ire possunt cum socio sine licentia Prælatorum Ordinis. Constat ex litteris Gregorij Vndecimi, non obstantibus quibuscumque prohibitionibus, seu constitutionibus eorundem Prælatorum, seu Capitulorum generalium, seu Prouincialium. Non tamen possunt Inquisitores ad libitum socios sui Ordinis fratres assumere, quia de iure communi, vel priuato id non reperitur expressum, inuenitur tamen, quòd Prælati, & præsidentes debent illis concedere socios, de quibus meritò consolentur, vt eant, & exequantur negotia sacri Officij. Inquisitores tamen priuati non tenentur ad Romanam Curiam personaliter accedere, Pegna 3. *p. comment.* 32. 6.

Sextum priuilegium. Inquisitores possunt reuocare statuta sæcularia, per quæ officium sanctæ Inquisitionis, vel impediatur, vel retardetur, patet ex *c. statutum, de hæreticis lib.* 6. & cauit Innocentius Quartus ante Vrbanum Quartum in rescripto incipit, *Ad extirpanda.* § *cæterùm teneatur,* vt refertur inter litteras Apostolicas pro officio sanctæ Inquisitionis, Repertorium Inquisitorum *verb. statutum, vers. nota, quod nullum statutum.* Nomine autem statuti intelligitur etiam hoc loco quæcumque consuetudo etiam immemorialis, per quam negotium sacri Officij impediretur. Hanc Inquisitores poterunt abrogare, & de medio tollere, cùm non sit consuetudo, sed praua corruptela, & multo fortiùs poterunt delere leges municipales, cùm fidei negotium impediant, aut illi directè, vel indirectè se opponant, sunt enim ipso iure nullæ tanquam editæ contra libertatem Ecclesiæ Catholicæ, Tabiena *in summa, verb. Inquisitor, n.* 10. Iuuat *Authent. Cassa, & irrita, C. de sacros. Eccles.* vbi gloss. & Doctores communiter. 7.

Septimum priuilegium. Inquisitores non obstante Constitutione de duabus dietis edita in Concilio generali fauore fidei, possunt euocare testes extra suam Diœcesim, & Prouinciam, patet *in c. vt officium, §. compescendi, de hæret lib.* 6. Repert. Inquisitor. *verb. Dieta,* Simanc. *de Cathol. inst. tit.* 34. *num.* 24. & Rojas *singulari* 95. *n.* 1. incipit, *Inquisitores fauore fidei.* Insuper possunt delatos, seu accusatos pertrahere de vna Diœcesi ad aliam, habetur *in d. c. vt officium, §. denique, de hæreticis lib.* 6. Pegna 3. *p. directorij comment.* 91. *& comment.* 123. Quinimo possunt citare hæreticum absentem etiam extra suum territorium, text. *in cap. vt commissi, vers. & contra illos, de hæreticis in* 6. ibi, & contra illos, quos in Prouincia, in qua vobis Inquisitionis officium est commissum, hæresis crimen constiterit commisisse, licèt ad alias partes se transferendos duxerint procedendi, & *ibi* glossa *in figuratione casus, vers. sed ponamus.* Archidiacon. *num.* 3. *vers. quod si citati,* & alij, quos referens sequitur Farinac. *de hæresi, quæst.* 185. *num.* 104. *& quæst.* 197. vbi addit hæreticum vbique puniri posse, nec teneri Inquisitores remittere hæreticum Inquisitoribus domicilij illius, Vmbert. Loc. *in indic. Inquis in verb. Inquisitor, n.* 14. dicens sic fuisse statutum per Clementem 8.

menem Quartum in quadam conſtitutione, quæ incipit, *Quoniam illis,§.quo autem.* Vide tamen hac de re apud Farinac. varietatem opinionum, & concordiam *ibi,n.* 10 11.*&* 12.

9. Octauum priuilegium. Qui percuſſerint Inquiſitorum familiares, vel offenderint, vel aliquo modo intulerint eiſdem iniuriam, aut Inquiſitoribus, iudicari, ac puniri ab eiſdē Inquiſitoribus poſſunt, ita Simancas *ibi ſuprà tit.* 34.*n.*28.*& in Enchiridion. violat Religion.tit.*7.*rubr.de Inquiſitoribus,n.*13. Zanchin *in tractatu de hæreticis c.*32.*n.*1. vbi reſpondet contrariis, qui loquuntur de iniuriis contra Inquiſitores factis. De vulnerantibus autem, ſeu occidentibus officiales ſancti Officij, quòd poſſint puniri per Inquiſitores, & tradi curiæ ſæculari, ſi crimen fuerit capitale, & dignum pœna mortis, habetur in conſtitutione Leonis Decimi, Simancas *de Catholicis inſtit.tit.*41.*n.*41. vbi meminit conſtitutionis Pij Quinti anno 1579. incipit, *ſi de protegendis*, relatæ à Pegna *poſt director. Inquiſitor. inter literas Apoſtolicas, fol. mihi* 174. qua cauetur percutientes, perterrefacientes Aduocatos, Procuratores, Notarios aliosque miniſtros ſacri Officij, puniendos eſſe pœna capitis, & aliis pœnis, quibus puniuntur admittentes crimina læſæ Maieſtatis, quod intelligitur, quando hoc faciunt in odium, & in contemptum ſancti Officij: ſecus ſi ex alia cauſa conſtet delinquentes hæc feciſſe, probentque, ne enim excuſantur; ſicut receptatores, fautores, & defenſores hæreticorum excuſantur, quando non ex cauſa hæreſis, neque ex contemplatione illius, ſed cauſa carnalis amoris, vel alia huiuſmodi occaſione hæreticos receptant defenduntque illos, aut illis fauent: tunc enim quemadmodum receptatores, & cæteri non puniuntur, vt hæretici, ſed mitiori pœna, Nauar. *de cenſuris c.*27. *n.*55.*verſ.quarta, quòd fautores,* Tolet. *in ſumma lib.*1. *c.*18. eodem modo in noſtro caſu, quando officiales ſacri Officij non verberantur, neque alia iniuria afficiuntur in contemptum, ſeu in odium ſacri Officij, ſed ex alia cauſa, authores non incurrent pœnas conſtitutionis Pij Quinti, ſed alia mitiori punientur.

10. Nonum priuilegiū. Inquiſitores poſſunt tenere familiam armatam, propter defenſionem ſuæ iuriſdictionis, ac perſonæ, ac familiæ ſuæ, & ad capiendum hæreticos, text. *in Clementina Nolentes,§. porrò, de hæreticis,* Pegna *p.*3.*Director. comment.*105. *verſ.*1. & Eymeric. *ibi quæſt.*56. officiales tamen Inquiſitorum gaudent hoc priuilegio, præſertim de licentia ipſorum Inquiſitorum, text. *in Clementina* 2.*§.final. de hæreticis,* & *ibi* Anchar. *n.*11. Villadiego *in tract. de hæreticis, quæſt.*11.*n.*16. Repert. Inquiſit. *in verb. arma, verſ. Sed vtrùm Inquiſitores,* & Simanc. *de Cathol.inſtit.c.*34.*n.*23.*& c.*41.*per totum,* vbi nominatim refert omnes officiales ſacri Officij, ſed de his ſuprà in hac diſputatione §. 7. *n.* 80. *&* 81.

11. Decimum priuilegium. Inquiſitores habentur in omnibus ſuis beneficiis non curatis pro præſentibus, & reſidētibus, & percipiunt omnia emolumenta eorum, quæ præſentes recipiunt, Rojas *ſingular.*69.*& de priuilegiis Inquiſit.n.*420. quamuis Spino *in ſpeculo teſtam.gloſſ.*3.*n.*78. dicat priuilegiū eſſe extendendum ad habentes beneficia eſſe incurata, ſed contrarium eſſe verius, tradit Ceuall. *commun.contra commun.quæſt.*585.*n.*12. vt etiā diximus ſup. *lib.*3.*diſp.*8.§.2.*n.*33. vbi de hac re cū aliis.

12. Vndecimum priuilegium. Prælati Ordinum Prædicatorum Inquiſitoribus ſuorum Ordinū nihil poſſunt iniungere in ſpectantibus ad ſuū officiū, ita Locatus *in opere iudiciali, verb. Inquiſitor. §.nota quòd n.*39. ex reſcripto Alexandri Quarti, & Vrbani Quarti, de quibus Eymericus 2.*p.directorij, fol.*136.*&* 3.*p.quæſt.*11. & *ibi* Pegna *comment.*60. vbi concludit non teneri regulares Inquiſitores obedire ſuis Prælatis in iis, quæ ſpectant ad ſacrū Officium, cùm ſint ipſius Pontificis, & nullius alterius delegati, ſecus in concernentibus Religionem ſuam, ſequitur Rojas *tract. de hæret. p.* 2. *n.* 418. & Campegius apud Zanchinum *cap.* 31.

Duodecimum priuilegium. Inquiſitores in cauſis hæreticorum, ſi velint, poſſunt procedere ſummariè, ſimpliciter, & ſine ſtrepitu, ac figura iudicij, non tamē cogi poſſunt, habetur *in c.ſtatutum, in principio, de hæreticis in* 6. per hæc verba: *Concedimus, quòd in Inquiſitionis hæreticæ prauitatis negotio procedi poſſit ſimpliciter, & de plano, & abſque iudiciorum ſtrepitu, & figura.* Per quam clauſulam non exigitur libellus, nec litis conteſtatio, item poteſt procedi tempore feriarum, & amputari dilationes fas eſt, & repellere exceptiones, & appellationes dilatorias, fruſtratorias. In quo etiam iudicio non eſt neceſſaria concluſio, Vmbert. Locat. *ſup. n.*6.*&* 7.*in verb.procedere*, Repertor. Inquiſitor. *in verb. concluſio accedit.* Pegna *in additionibus ad Eymeric. p.*3. *quæſt.* 54. *comment.* 103. vbi decidit per hanc clauſulam non poſſe cogi adimplere omnem ordinem iudiciarium, ita, vt proceſſus propterea fiat nullus, eo ordine non ſeruato. Non tamen virtute huius clauſulæ poſſunt tolli probationes neceſſariæ, nec citationes, & iuramenta de calūnia, Pegna *ſup.comment.*104. Locat. *ſup. in verb.procedere, n.*7.*& verb.de plano,* quod ſequitur Carter. *in tract. de hæreticis n.*108.*verſ. in contrarium,* quia non tolluntur ſolēnitates iuris gentiū, vel diuini, ſed iuris ciuilis. 13.

Decimumtertium priuilegium. Inquiſitores in cauſis tam ciuilibus, quàm in criminalibus ſunt iudices competentes omnium, qui Eccleſiæ reconciliati ferunt habitū publicæ pœnitentiæ, text. ſingularis *in c.aliud.*11.*quæſt.*1.*& in c.aliud. de pœnit. diſtinct.* 1. vbi Leo Papa dicit, ſi quis pœnitens cauſam habeat quam negligere fortè non debeat, melius eſt illi, vt expectet Eccleſiaſticū, quàm forenſe iudicium; ita gloſſ. & Interpretes *ibi,* & Hoſtienſ *in ſumma, de for. compet.§.ex præmiſſis patet. n.* 11. Alciat. *in praxi vtriuſque iuris tit. de compet.iud. ade.verſ.*6. & Repertor. Inquiſitor. *verb. pœnitentia, verſ. nota quòd publicè pœnitentes,* quod procedit ſiue pœnitens ſit actor, ſiue reus; gloſſ. *in verb. Eccleſiaſticum, in d.c.aliud,* Rojas tamen hoc intelligit, quando pœnitentes inter ſe leniter rixati ſunt dum in perpetuo, vel temporali carcere ſacri Officij detinentur, vel propter habitum pœnitentiæ mutuis ſe conuitiis lacerant. Extra verò hos caſus, aut alios ſimiles non credit Inquiſitores eſſe illorum iudices cōpetentes, ſequitur Simancas *de Cathol.inſt tit.*47.*rubr.de pœnitētibus & cōuerſis n.*18. 14.

Et quamuis vtraque ſententia ſit probabilis, & in caſibus leuibus à Ioanne Rojas memoratis, pars affirmatiua ſit vera, abſolutè tamen in caſibus atrocioribus, quando datur vulneratio, aut occiſio, negatiua eſt ſequenda. Non enim tunc eximuntur à iuriſdictione regia, nec illos lex aliqua à iudicio ſæculari liberat; atque ita huiuſmodi pœnitentes tam in ciuilibus, quàm in criminalibus extra caſus numeratos, foro ſæculari ſunt ſubiecti, Pegna *in additionibus ad Eymericum, in Director. Inquiſitor. p.* 3. *quæſt.* 97. *commentar.* 146 *verſ. in altera ergo quæſtionis parte*, negatiuam ſententiam amplectitur, dum pœnitentes pœnitentiam peragunt extra

extra carcerem. Nihilominus propter authoritatem Hostiensis *in summa tit. de foro compet.* Augustin. Bero. *in c. his, extra de accusatione*, Repertor. Inquisitor. *verb. pœnitentia*, §. *nota*, *quod publicè pœnitentes*, Antonij Butrij *in cap. 2. de for. compet.* & aliorum indistinctè asserentium hos publicè pœnitentes laicos non esse exemptos à iurisdictione Inquisitorũ, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, pars affirmãs indistinctè est valde probabilis.

15. Decimumquartum priuilegium. De quibuscumque causis criminalibus familiarium suorum, & officialium sacræ Inquisitionis, Inquisitores in fauorem fidei possunt cognoscere, excepto crimine læsæ Maiestatis, & nefando contra naturam, & rebellionis, vel seditionis publicæ, Simancas *suprà tit. 41. de ministris, & eorum officijs, n. 19.* quamuis familiares, & officiales sint laici. Item, quia priuilegium concessum Inquisitoribus extenditur ad eorum familiares, & domesticos, *Authentica, Habita, in princ. C. ne filius pro patre. l. 2. §. 1. ff. de vsu, & habit. c. licet, de priuileg. lib. 6.* exceptis autem prædictis criminibus, nequeunt familiares, & officiales Inquisitorum ab aliis iudicibus inquiri, & puniri; poterunt tamen capi, & ad Inquisitores remitti cum probatione summaria delictorum. Simancas *vbi suprà n. 20.* Paramus *de origine Sanctæ Inquisitionis, lib. 3. quæst. 6. n. 27. cum sequentibus*, vbi id satis probat.

16. Decimumquintum priuilegium. In rebus spectantibus ad sacrum Officium Inquisitores regulares sunt exempti à iurisdictione suorum Prælatorum, nec debent reddere rationem de his, quæ pertinent ad officium Sanctæ Inquisitionis. Item nequeunt Prælati eos inhibere neque directè, aut indirectè impedire, Vmberi. Locat. *in iudiciali opere Inquisitor. §. nota quod, n. 39. & §. reddere autem rationem n. 40.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. c. 22. n. 33.* patetque ex constitutione Alexandri Quarti edita anno 1260. incipit, *Catholicæ fidei negotium*, cuius meminit Pegna *inter litteras Apostolicas, folio mihi 50.* sequitur Campeg. *in additionibus ad Zanchin. in tract. de hæreticis, c. 31. vers. secundum quod ad superiores attinet*, idem voluit Eymetic. *in Directorio Inquisit. p. 3. quæst. 11. & quæst. 12. ex n. 2.* & Pegna *in additionibus ibi, comment. 60. per totum, & comment. 61. in principio*, post Ioannem Rojas *tract. de hæret. p. 2. num. 418.*

17. Decimumsextum priuilegium. Inquisitores possunt præcipere sub pœna excommunicationis, vt clerici, & laici intersint sermonibus eorum. *c. vt commissi, de hæreticis lib. 6.* & ita seruatur de consuetudine, vt testatur Repertor. Inquisitor. *verb. prædicare, vers. an Inquisitores.* Quare minus bene Angel *in summa, in verb. Inquisitor*, tradit contrariũ; Rojas *de priuilegiis, n. 425.* quin imò Inquisitores, cùm viderint expedire, possunt præcipere in virtute obedientiæ, & sub pœna excommunicationis, ne alij prædicent eo tempore, & in eodem loco, quando ipsi pro facto fidei prædicare velint, sic Comensis *in lucerna, verb. Inquisitores, num. 11. vers. possunt Inquisitores, & verb. Prædicatores.*

18. Decimumseptimum priuilegium. Possunt præcipere cuilibet Sacerdoti etiam curato, vt litteras monitorias publicet, & denunciet coram populo excommunicatos ab eisdem; quòd si recuset publicare, vel denunciare, possunt hominem censuris, & aliis pœnis compescere, cùm sint delegati, Summi Pontificis, quibus integrum est quoscumque clericos cogere ad exequendum ea, quæ pertinent ad negotiũ sibi commissum, patet ex priuilegio Vrbani Quarti, incipit: *Licèt ex omnibus mundi partibus*, Panormitan. *in c. pastoralis, col. 1. in verb. compellere renitentem, & in §. quia verò, de officio delegati.* Nam delegatus potest compellere omnes, quos potuisset compellere delegans cùm habeat vices delegantis.

Decimumoctauum priuilegium. Inquisitores in crimine hæresis possunt procedere nulla præcedente infamia de eo delicto, text. notabilis *in c. excommunicamus 1. §. adiicimus, de hæreticis*, vt per Duennas *regul. 198. vers. limita nonò*, Aldret. *de religiosa disciplina tuenda lib. 1. c. 7. n. 13.* Martin. Delri. *disquisit. magic. lib. 5. quæst. 7. pag. mihi 444. concl. 1.* quod priuilegium ibi extendit ad crimen læsæ maiestatis, de quo Menoch. *cons. 100. n. 64.* Decian. *tract. crimin. lib. 7. c. 43. n. 8.* Gigas *de crimin. læsæ Maiest. quæst. 9. n. 4. lib. 2. in titulo, qualiter in crimine læsæ Maiestatis procedatur*; vbi hoc idem ampliat procedere in omnibus aliis enormibus delictis. At in crimine hæresis certi iuris est procedi posse ad inquisitionem nulla præcedente diffamatione, vt patet ex eodem *c. excommunicamus*, vbi Cardin. & Ioan. de Anna, Cardinalis idem *in Clementina 1. §. penultimo, & in Clementina 2. in 2. quæstione, de hæret.* Carrer. *in pract. crimin. in tract. de hæret. n. 100.* Roland. *cons. 8. n. 6. vol. 3.* & alij, quos sequitur Farinac. *1. p. de Inquisitione quæst. 9. n. 14. & 15.* & Barbos. *in d. c. excommunicamus, § adiicimus, num. 45.* 19.

Decimumnonum priuilegium. Inquisitores compellere possunt Gubernatores, & Rectores ciuitatum, & oppidorum ad præstandum iuramẽtum de tuenda Ecclesia contra hæreticos, Simancas *de Catholicis instit. tit. 33. n. 8. & 9.* si secus fecerint, in sententiam excommunicationis incurrent, *c. vt officium, § vlt. c. vt inquisitionis, in principio*, possuntque cogi sub excommunicatione latæ sententiæ, idem tradit Repert. Inquisitor. *verb. iuramentum, vers. omnes potestates, & vers. Item omnes Rectores*, Eymeric. *3. p. directlor. quæst. 32.* & *ibi* Pegna *comment. 81.* 20.

Vigesimum priuilegium. Inquisitores possunt personas religiosas cogere ad exequendum officiũ tabellionis, quoad ea quæ spectant ad officium Inquisitionis, *c. vt officium, de hæret. lib. 6. §. ad ad conscribendas*, Campegius apud Zanchinum *c. 9. vers. omnia faciet*, Comensis *verb. Inquisitores, §. 22.* Quin imò possunt, si necessitas vrgeat, creare alios Notarios, eisque salarium constituere iostum, Simancas *d. tit. 41. de Cathol. instit. n. 8.* quod ostenditur ex rescripto Pij Quarti, incipit, *Pastoralis officij cura*, cuius meminit Pegna *3. p. directlorij cõment. 20. vers. his omnibus priuilegiis*, addens, *ibi vers. rursus*, ad hanc prouinciã suscipiendam posse cogi viros idoneos ab Inquisitoribus, ex traditis per Baldum *in rub. C. de fide instrumentorum*, & creati tabelliones prius quàm aliquid conscribant, debent iurare se non reuelaturos aliquid de rebus, quas scripserint: nec non se fideliter, & absque fraude omnia excepturos, Abbas, & Baldus *in c. quoniam contra, de probationibus*, quos refert idem Decius *n. 199.* 21.

Vigesimumprimum. Inquisitores, si alicubi non habeant sufficiens stipendium, possunt exigere expensas ab illis, contra quos procedunt, & eos in expensas condemnare. Sunt enim iudices delegati, & ideo possunt eas petere, vt notat Raymundus *in summa p. 2. de iudicibus*; quia nemo cogitur suis stipẽdiis militare, *1. ad Corinth. 9.* Campegius apud Zanchinum *c. 19. vers. consequenter nunc peti potest*, vbi tradit Inquisitores, & expensas, & sportulas, seu salarium posse recipere; quod autem dicit de sportulis 22.

sportulis, non omnino probatur, vt vult Romanus *singulari* 183. incipit, *Tu scis*, per textum *in c. cum ab omni, de vit. & honest. clericor.* Atque ita vbi pauperes fuerint Inquisitores, debent ali à cōmunitatibus, in quibus degunt, vt cōmendatur in rescripto Innocentij Quarti *Ad extirpanda*, vbi cauetur a communi ciuitatis prouideatur ministris Sancti officij, & quamuis de iure ciuili Romano esculenta, & poculenta possint recipi, quæ intra paucos dies consumantur, *l. solent, ff. de officio proconsul.* neque hoc ius Canonicum interdicat potestatibus delegatis, *c. statutum, §. insuper, de rescriptis lib.* 6. Nihilominus multo melius est nihil accipere à reis, neque ab eorum consanguineis, vel amicis, vt bene notat Simancas *de Catholicis institutionibus, tit.* 34. *num.* 41. *& sequent.* vbi *num.* 45. addit Inquisitores dona accipientes ligari excommunicatione, & officio priuari, aliisque pœnis puniri ex prima instructione Hispalensi, *cap.* 25. & ex 2. *instructione cap.* 1. *& ex* 4. *instructione c.* 15. in quibus etiam prohibetur, ne ministri omnes munera, nec poculenta, aut esculenta capiant, qui secus fecerint, & conuicti fuerint, præter priuationem officiorum, & excommunicationem duplum reddant, idem Simanc. suprà *tit.* 41. *n.* 37. eisdémque pœnis subiiciantur, qui ex ministris id sciuerint, & Inquisitoribus non retexerint.

23. Vigesimumsecundum priuilegium. Inquisitores nequeunt recusari, Archid. & Dominicus *in c. quia plerique, de offic. ordin. in* 6. Ripa *in tract. de peste lib.* 3 *n.* 140. Menoch. *lib.* 1. *de arbitrariis iudicum, quæst.* 37. *n.* 40. Ioannes Rojas *in singularibus fidei, singulari* 100. *& de priuilegi.* 1, *n.* 455 quibus accedit Comensis *in lucerna Inquisitor. verb. recusatio,* §. 1. dicens in causa hæresis recusationem Inquisitoris rarò, aut nunquam ferè contingere. Nihilominus hoc priuilegium non caret contradictoribus, posseque recusari volunt Simancas *de Catholicis instit. tit.* 17. *n.* 51 *&* 52. vbi de modo, quando Inquisitor recusatur seruando agit, & Tabien. *in summa verb. Inquisitio.* §. 4. *n.* 5. & alij, posse hoc ipsum asserentes, quæ sententia de rigore iuris non est reiicienda, quia fortè verior est, & illam tradit Eymericus 3. *p. director. Inquisitor. fol.* 451. *& sequent.* & *ibi* Pegna *comment.* 30. vbi posse recusari tutiùs credit *vers. Demus ergo, & infra vers. hanc vero sententiam*, & ordinem in recusatione seruandum omnino existimo, concluditque non esse eligendos arbitros, qui cognoscant de recusatione, sed causam remittendam ad supremum Senatum, vt ipse decernat quid fieri debeat visis, & examinatis causis suspicionis secundùm formam Madrilianæ *instructionis edita anno Domini* 1561. *c.* 52.

24. Vigesimumtertium priuilegium. Inquisitores procedunt contra Prædicatores prædicantes, aut proponentes scandalosas propositiones, vel a fide discrepantes, patet ex constitutione trigesima Paul. III. *tom.* 1 *Bullarij*, à Laertio collecti, *fol.* 659. etiamsi Prædicatores sint regulares, & priuilegiati, dummodo non sint Episcopi.

25. Vigesimumquartum priuilegium. Inquisitores non tenentur publicare dicta testium contra hæreticos, & examinatorum, vel rationem reddere de processibus alteri, quàm Romano Pontifici, aut Inquisitoribus Almæ vrbis, habetur *in constitutione Pij Quarti* 40. edita anno Domini 1561. *tom.* 2. *fol.* 54. *col.* 2. vbi §. 3. inhibet Summus Pontifex vniuersis, & singulis Archiepiscopis, Episcopis, & eorum Vicariis, & singulis iudicibus tam Ecclesiasticis, quàm sæcularibus, cuiuscumque dignitatis, vel conditionis existant, ne Inquisitores quouis prætextu molestare audeant, vel præsumant ad nominum, & cognominum dictorum testium reuelationem, & publicationem.

Vigesimumquintum priuilegium. Inquisitores 26.
procedunt contra Confessarios, qui mulieres in actu confessionis ad actus inhonestos solicitant. Pius Quartus *in Bulla* 4. *Cum nuper.* & Paulus Quintus *in Bulla, Dilecti fili*, edita 16. Septembris 1608. vbi præcipiunt, vt inquiratur contra solicitatores tanquam de hæresi suspectos, sed generaliter non loquuntur. Ideo Gregor. XV. *in Bull. Vniuersi Dominici gregis, edita* 30. *Augusti.* 1622. ipsorum constitutiones confirmauit, ampliauit, & extendit ad omnes vbique locorum existentes.

Vtrùm pro officiis sanctæ Inquisitionis possit pecunia, vel aliquid temporale dari?

§. XI.

EPITOME.

1. *Sacrum Inquisitionis Tribunal est institutum à Sede Apostolica.*
2. *Inquisitores instituuntur proximè interdum à Romano Pontifice, interdum à Cardinalibus, vel ab Inquisitore generali.*
3. *Equites ad sacrorum militum Ordines pro pretio admittere est simonia.*
4. *Simonia non est dare munus, vel donum cum spe gratitudinis per spirituale donum ex pura gratitudine obtinendum.*
5. *Non est licitum deducere in pactum antidoralem obligationem cum speciali promissione implendi illam.*
6. *Simonia est vendere, vel emere officia Inquisitorum interuentu rei temporalis.*
7. *Inquisitores habent potestatem absoluendi ab hæresi in vtroque foro, & possunt hanc potestatem delegare, & ideo est simoniacus, qui officium emit.*
8. *Consultores an sint simoniaci, & assessores si emant hæc officia?*
   & quale sit officium consultorum?
9. *Consultores Sancti officij non incurrunt irregularitatem.*
10. *Dare, vel accipere aliquid præcedente promissione dandi, siue vocetur* a'v'ica as, *siue quocumque alio vocabulo est simonia.*
11. *Postulare post factum beneficium liberaliter, promissionem aliquid dandi, an sit simonia?*
   & quid dicatur fieri incontinenti, ibid.
12. *Quæ simonia sit dare, & accipere pecuniam pro officio Inquisitoris?*
13. *An incurratur excommunicatio ab huiusmodi contrahentibus, vel aliqua alia pœna, & quid in reliquis officiis Ecclesiasticis temporalibus?*
14. *Inquisitori an liceat dare aliquid, vel deputato ad redimendam vexationem, vt alteri præferatur.*
15. *Inquisitores, seu Deputati simoniacè hæc officia obtinentes, an teneantur illa dimittere, & non dimittendo, an teneantur restituere salaria, & an validè procedant?*
16. *Mediatores in his officiis pro pecunia consequendis an teneantur restituere, & quibus, & an incurrant excommunicationem?*

1. ANTEQVAM ſingulis quæſtiunculis fiat ſatis, ſciendum eſt ſacrum Inquiſitionis Tribunal inſtitutum eſſe à Romano Pontifice, Simanc. *de Cath.inſtit.tit.* 34 *ex n.*4. *vſque ad n.*14. Azor *inſtit.moral.p.*1.*lib* 8.*c.*18.§. *quintò quæritur*, poſt Eymeric. 3.*p.quæſt.*3. *fol* 536. & *ibi* Pegna *comment.* 52. vbi refert Vmbertum Locatum *in opere iudiciali*, *verb. Inquiſitor*, *num.* 5. Repertor. Inquiſitor. *verb. Inquiſitor.* § *item an Inquiſitores*, quod eſt apertiſſimè definitum per reſcriptum Apoſtolicum Clementis Quarti, incip. *Catholicæ fidei*, cuius meminit Eymericus 2 *p.*§.*Nam ſi prædicta Sedes*. 2. Hodie tamen in Italia Inquiſitores non eliguntur à Prioribus Prouincialibus familiæ Dominicanæ, & Franciſcanæ, ſed à Reuerendiſſimis Cardinalibus Inquiſitoribus generalibus in vniuerſa Republica Chriſtiana. In Hiſpania autem, & in Luſitania authoritate Romani Pontificis generalis Inquiſitor creatur, nominatus priùs à Rege à Pontifice approbatur, & confirmatur cum ampliſſima poteſtate inquirendi in omnes hæreticos. Huic ſic electo, & confirmato competit Inquiſitores inferiores eligere, & alios miniſtros creare, quorum iuriſdictio non expirat per mortem Pontificis, ſiue cauſæ ſint iam cœptæ, ſiue non; text. *in cap.ne aliquis*, *de hæreticis in* 6. ex quibus patet officia Inquiſitionis eſſe Eccleſiaſtica, & ex conſequenti ſapere ſimoniam, ſi pecunia, aut pretio aliquo dato emantur, aut vendantur.

3. Sed contrà obiici poteſt, non eſſe ſimoniam, quia admittere aliquem ad ordines militares, vel ad habitum illorum ſuſcipiendum pretio dato, & accepto, non eſt ſimonia, cùm Ordines militares non ſint abſolutè, & ſimpliciter Religiones. Deinde, quia annui fructus, ſeu reditus Cõmendatum, ſeu præceptoriarum, qui militibus conceduntur, ſunt potius ſtipendia militaria, quàm beneficia Eccleſiaſtica: igitur nulla contrahitur ſimonia, quamuis pretio confetantur, vel permutentur.

Verius tamen eſt incurrere ſimoniam, qui pretio dato, & accepto admittunt Equites ad prædictos Ordines, vel ad habitũ ſuſcipiendum, quamuis propriè, & ſimpliciter non cenſeantur Religiones: nihilominus ſimonia committitur dato pretio, vel accepto, eo quòd per ingreſſum in aliquem horum Ordinum, vel per ſuſceptionem habitus datur ius ad multa priuilegia Eccleſiaſticá, quibus gaudent milites illorum Ordinum, Azor. *inſtit.moral.p.*1.*lib.*13.*c.*6.*quæſ.*3. & Garcia *de beneficiis*, *p.*1.*c.*4.*n.*6. vbi dicitur eſſe ſimoniam dare pecuniam pro commenda. Igitur, ſi magiſter Ordinis interuentu pecuniæ aliquem recipiat, afficitur labe ſimoniæ, ſicut afficitur pecuniam accipiens Commendatarius, quòd commutet reditus ſuos, hoc eſt, commendam cum reditibus alterius militis. Probatur, quia ſimonia conſiſtit in venditione alicuius temporalis pro aliquo ſpirituali, quod cernitur in noſtro caſu, ſicut reperitur, quando datur aliquid pro ingreſſu ad Monaſterium, quaſi pretium, Soarez *de Religione*, *tom.*1. *lib* 4. *de ſimonia*, *cap.*17.*num.*13. Barboſ. *cap de Regularibus*, *n.*2. *de ſimonia*. Quinimo non caret ſimonia miles commendatarius authoritate propria, ſi abſque conſenſu Magiſtri commutet reditus ſibi commendatos cum reditibus alterius militis, argumento illorum, qui faciunt commutationes in prouiſionibus beneficiorum, qui committunt ſimoniam contra ius poſitiuum, vt per Soarez *ſuprà de ſimonia*, *cap.*31. *num.*14. & *cap.* 60. *num.* 5. quem referens ſequitur Barboſ. *cap. de hoc* 11. *verſ præſtarent*, *num.* 6. *de ſimonia*.

Non erit tamen ſimonia dare aliquod donum, 4.
vel præſtare obſequium cum ſpe gratitudinis, & intuitu remunerationis per ſpirituale donum, vel officium Eccleſiaſticum ex mera gratitudine conſequendum, & ex hac intentione in animo retenta externum aliquod donum impertare remota, & ſecluſa omni obligatione externa licitum eſt, & nullo modo ſimoniacum. Hinc fit licitum eſſe beneficium Eccleſiaſticum concedere ex gratitudine præſtanti obſequium temporale, & ad compenſandam obligationem antidoralem, ita Caietan. *verb ſimonia*, Nauarr. *in manuali*, *cap.* 23.*n.* 106. *ad quartum*, ex regula dicente, dare ſpirituale ad referendam, vel ineundam gratiam, non eſſe ſimoniam, dummodo liberaliter donetur. Soarez *ſuprà num.*6. Non enim eſt intrinſecè malum, per ſe loquendo, petere animum gratum in recipiente donum, vel obſequium, quando aliquid gratis donatur ante receptum donum ſpirituale. Probatur ex D. Thoma 2.2.*quæſt.*78.*art.*2.*ad* 3. ibi, *ſi munus*, inquit, *ab obſequio*, *vel à lingua non quaſi ex obligatione rei exhibetur*, *ſed ex beneuolentia*, *quæ ſub æſtimatione pecuniæ non cadit*, *licet hoc accipere*, & *exigere*, & *expetere*. quo in loco agit de vſura. Sicut ergo licet hoc debitum exigere quod perſoluitur ex gratitudine, & ex beneuolentia; ita in materia ſimoniæ hoc licebit peti ſine aliquo vitio, cùm teneatur ex naturali obligatione facere, quod petitur, hoc eſt recognoſcere naturalem obligationem gratitudinis.

Non licebit tamen deducere in pactum anti- 5.
doralem obligationem, nouamque addere promiſſionem ad illam implendam, Felin. *in cap. ad audientiam* 2. *de reſcriptis num.*10. his verbis: *deducere in pactum obligatorium obligationem antidoralem eſt ſimonia: ſecus vbi ſola obligatio naturalis deducitur in pactum, eo modo, quo debitor eſt obligatus*, *quia non videtur illicitum*. Ita Felin. quia hoc ſecundum pactum non eſt aliud, quàm pactum oſtendendi ſe gratum, quod licet, neque eſt pactum nouum, ſed eſt memoria, ſeu recordatio beneficij accepti, quæ ineſt accipienti beneficium. Primum autem pactum cum ſpeciali promiſſione adimplendi antidoralem obligationem, ideo reprobatur, quòd nouam obligationem inducat præter naturalem, & hæc pactio in ſpiritualibus non eſt licita, & cùm ſit pretio æſtimabilis, & non inſit antidorali obligationi, eſt illicita & ſimoniaca, Soarez *ſuprà lib.*4.*cap.*45.*num.*9.

His poſitis manifeſtum eſt ſimoniam commit- 6.
ti, ſi emantur, vel vendantur officia Inquiſitorum, aut deputatorum, vel concedantur interuentu alicuius rei temporalis, cùm ſint officia Eccleſiaſtica à Romano Pontifice inſtituta, ad cau-
ſas fidei orthodoxæ decidendas, & Inquiſitores, 7.
ſint iudices Eccleſiaſtici à Sede Apoſtolica delegati, & habeant poteſtatem non ſolùm abſoluendi in foro externo Inquiſitores ab hæreſi; ſed etiam in foro animæ, & quamuis aliqui cenſeant hanc poteſtatem competere ſolùm Conſiſtorio vniuerſo, non verò cuilibet Inquiſitorum, vt Henriquez *lib.*6. *de pænitentia cap.* 7. *num.*3. & *in commento littera T.* & Viuald. *in ſuo candelabro Sacramentorum*, *in nouiori editione anni* 1602. 1. *part. titul.*11. *de abſolutione ſacramentali*. Verius tamen eſt multo non ſolùm poteſtatem abſoluendi eſſe in toto conſeſſu Inquiſitorum, ſed in quolibet eorum qui independenter à conſenſu ſociorum poterit

in

in foro etiam conscientiæ absoluere, vt deducitur ex constitutione Clementis septimi, incipit, *cum sicut, vers. Vobis etiam*, cuius meminit Pegna *in Directorio Inquisitor. in fine*, inter Bullas Apostolicas pro officio Inquisitorum, vbi hæc potestas conceditur Inquisitoribus, & eorum Commissariis; sed Commissarij non habent Consistorium: ergo cuilibet Inquisitorum integrum erit absoluere ab hæresi, tam in foro externo, quàm interno.

Imò potiùs potest quilibet Inquisitorum hanc potestatem delegare priuato Confessori, cùm sit potestas perpetuò annexa officio Inquisitoris, ac propterea delegabilis, Sanchez *lib. 2. de matrimonio, disp. 40. num. 17.* Vnde consequi officium Inquisitorum, vel deputatorum pecunia data, vel accepta, est simonia; cùm sit officium Ecclesiasticum habens potestatem absoluendi etiam in foro conscientiæ ab hæresi, quæ sunt munera spiritualia annexa eorum officio, Paramus *lib. 3. quæst. 9. num. 190. vers. in foro tamen interiori*, post Eymericum *3. p. directorij, tit. de sponte venientibus in tempore gratiæ, vers. attendant tamen Inquisitores, n. 59. fol. mihi 430.* & Pegna *ibi comment. 12. vers. attendant, & sequenti fol. 442. pag. 2.* Nec consultores Inquisitorum possunt sine simonia in Castella, seu in alio loco, vbi Consultores extant, emere pecunia, vel re æquiualente locum consultorum, aut Assessorum, quia quamuis non habeant votum decisiuum, vt notat Simancas *de Catholicis instit. rubr. de ministris, & eorum officiis, tit. 41. num. 11.* nihilominus ab Inquisitoribus Assessores petiti, quos Consultores nominare solemus, vocandi sunt, vt in causis fidei consilium eis præbeant, & Inquisitores nihil definire possunt sine illis; & infrà idem Simancas *num. 12.* addit non esse procedendum ad sententias, nisi eorum audito consilio, visis priùs, & examinatis, & communicatis causarum actis, neque Inquisitores absque illis deliberare debent, & suam singulis sententiam dicant, & illa sequenda est, quæ maiori, & saniori parti melior, & iustior visa fuerit; etiamsi Inquisitores non teneantur necessariò adhærere consilio Consultorum, vt volunt Albert. *in cap. 1. de hæreticis, lib. 6. quæst. 10. & lib. de agnosc. assertio. Cathol. quæst. 26.* Abb. Decius, & reliqui *in cap. si pro debilitate, de officio delegati.*

8. Confirmatur ex regula, quæ tradit facientem cum consilio, teneri exigere, non tamen obligari ad sequendum. Couarr. *2. p. Epitome, cap. 3. §. 8. n. 3.* Paul. de Castro *consil. 300. vol. 1.* Alex. *in l. turpia, §. 1. ff. de legat. 1.* regulariter consilium non præsumitur esse de substantia. Menoch. *de præsumptionibus, lib. 6. præsumptione 34. num. 23.* Sanchez *lib. 1. de sponsalibus, disp. 34. num. 24. conclus. 8.* secus si res non debet fieri nisi cum consensu, quoniam facere iussus cum consensu, tenetur sequi illum, aliàs actus erit nullus. *c. cùm in veteri, & ibi glossa verb. expectatum, ad medium, de electione*, glossa *verb. assensus*, per textum *ibi in cap. 1. §. cùm verò, ne Sede vacante in 6.* Abbas *in cap. quanto, num. 4. de his, quæ fiunt à Prælato*, Lambertin. *de iure patron. lib. 2. p. 1. quæst. 2. art. 12. num. 6.* Nam consensus quando requiritur, præsumitur esse de substantia actus. Bald. *in l. final. §. necessitate, num. 16. C. de bonis, quæ liberis, & in l. 1. n. 45. C. qui admitti*, & alij apud Menochium *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 34. num. 12 & 13.*

9. Porrò Consultores Sancti Officij non incurrunt irregularitatem, vt ostenditur ex Constitutione Pauli Quarti edita anno 1557. die 29. Aprilis, quam postea confirmauit Pius Quintus, vt testatur Vmbert. Locatus *in opere iudiciali Inquisitorum*, Pegna *2. p. directorij, cap. 27. Nouimus, de verborum significatione*, & *ibi* Pegna *fol. 124. col. 1 & 2.* Ex quibus quamuis non incurrant irregularitatem Consultores ex prædicta constitutione Pauli Quarti, non propterea desinunt esse officiales Ecclesiastici necessariò electi ad consulendum in causis fidei, & consequenter si eligantur ad hoc officium, mediante pecunia incidunt in crimen simoniæ.

Insuper erit simonia si quid detur, vel accipiatur præcedente promissione dandi aliquid pro bono nuncio, seu bono successu, vulgò *albricaras*. 10.
Quia quamuis dare aliquid intuitu gratitudinis, & ob remunerationem per spirituale donum ex pura gratitudine consequendum absque vlla obligatione externa non sit simonia, eo quòd gratitudo non est voluntaria accipienti bonum opus; sed est necessaria, quia vnum ex alio necessariò sequitur, & ideo nullum in hoc est peccatum: attamen, quia non est licitum deducere in pactum antidoralem obligationem cum speciali promissione implendi illam, idcirco pactum obligatorium facere cum speciali promissione erit simonia, ex sententia multorum, quos refert Felin. *in cap. ad audientiam 2. de rescriptis*, Suarez *d. lib. 4. de simonia, c. 45. num. 9. fol. 965. col. 1.* cùm sit pactum nouum nouam aliquam obligationem inducens vltra naturalem: secus quando sola obligatio naturalis deducitur in pactum, ita vt ab honestate & gratitudine emanat: tunc enim qui promittit, non vult ad aliquid ampliùs se obligare, nisi ad id cui iam erat obligatus, atque ita non est simoniacus, si se obligat per pactum præstare id quod sine pacto præstare tenebatur, *gloss. penult. & final. in cap. si fœnerabilis 14. quæst. 3.* Couar. *1. variar. c. 10. num. 4. ad finem.* Cùm ergo promittitur dare aliquid pro bono nuncio officij obtenti sit pactum, quod non inest ex natura rei, & inducit nouam obligationem positiuam præter naturalem, & sit quid onerosum, & pretio æstimabile, propterea est conditio simoniaca. D. Thomas *2. 2. quæst. 78. art. 2. ad secundum, & tertium*, ex ea ratione, quia ex beneficentia sequitur antidoralis obligatio, ex pacto autem pro bono nuncio, seu bono successu officij, seu beneficij consecuti, oritur obligatio ciuilis, etiam in foro externo, si de tali pacto constet per scripturam sufficientem, aut per alium modum secundùm leges, & multo fortius erit simonia si postuletur aliquid ante præstitum obsequium, sine quo non fiet obsequium, quamuis dicatur solùm liberaliter postulari.

Sequitur an sit licita promissio post beneficium obtentum facta dandi aliquid? Respondetur negatiuè, si post receptum purè, & sine conditione donum, aut obsequium, ex quo secuta est obligatio ad antidora detur spirituale, quamuis detur animo, & intentione satisfaciendi huiusmodi obligationi, Nauarr. *in manuali cap. 23. num. 106.* & Soarez *lib. 4. de simonia*, post alios, quos *ibi* refert *cap. 45. num. 13.* subdens non esse simoniam, etiamsi verbis explicet illam intentionem, quia ex beneficio naturaliter sequitur antidoralis obligatio, & exprimere, & declarare obligationem, quæ inest, non facit simoniam. Et ante hos Ioannes Andr. Abb. & alij *in cap. veniens 1. de testibus*, vbi concludunt simoniam non committi, si post actum liberum interuenit promissio, Decius *in cons. 118. Viso instrumento, num. 4.* vbi hoc limitat, nisi facta fuerit promissio incontinenti post prouisionem 11.

uisionem officij, seu beneficij Ecclesiastici: secus, si ex interuallo, Bellamer. *decis.* 12. ratio, quia, quæ incontinenti fiunt, censentur inesse, *l. lecta, versic. dicebam,* & *ibi* omnes, *ff. si certum petatur, l. si quis, §. quia ita, ff. de incend. ruin. naufrag. gloss. ultim. in l. penultima, Cod. de instit. & substit.* Baldus *in l. petens, columm. penultim. versic. dicunt tamen,* & *ibi* Decius *in 2. notab. Cod. de pactis:* vnde dicitur paria esse aliquid fieri antè, vel pòst incontinenti, vel in ipso actu. Iason *in l. non solùm §. morte col. 5. vers. & ista glossa, ff. de noui operis nunc.* & Felinus *in cap. cùm oporteat, col. 6. de accusat.*

Dicitur autem promissio, seu pactum fieri incontinenti, si fiat eodem die, quo facta fuit prouisio, & multo fortiùs, si fiat eodem die, loco, & testibus, & Notario, vt notat Baldus *in d. l. petens,* Corneus *cons.* 349. *vol.* 1. Item si fiat antequam diuertatur ad actus extraneos, dicitur pactum incontinenti. *l. duos reos §. final. de duobus reis l. cùm antiquitas, Cod. de testam.* idem Baldus *suprà* dicens si appareant duo contractus facti eodem die, loco, & testibus, censeri correspectiuos, & sic primum factum esse propter secundum, & secundum propter primum; secus quando fiunt ex interuallo, vt in nostro casu.

12. Simonia, quæ committitur ex pacto dandi, & accipiendi pecuniam pro officio Inquisitoris, vel aliquid æquiualens tamquam pretium, si compleatur pactio ex vtraque parte saltem quoad aliquam partem, censetur realis, redditurque collatio nulla, & simoniaci tenentur reddere, sic accepta *cap. Inquisitionis, in principio, de accusat.* Capua *lib.* 2. *decis. cap.* 96. *num.* 27. post Nauarrum *in manuali cap.* 23. *num.* 105. An verò incurratur ex-
13. communicatio à contrahentibus circa officia Inquisitorum, seu deputatorum? Videtur negandum, ex Nauarro *in summa cap.* 23. *num* 111. *versic. septimo,* dicente nullum simoniacum præterquam in ordine, & beneficio esse ipso iure excommunicatum, quod etiam vult Syluester *verb. simonia, quæst.* 19. neque ex iure antiquo contra simoniacum reperitur excommunicatio: Extrauagans autem 2. *de simonia,* excommunicat duntaxat ipso iure simoniacos in ordine, & beneficio, incipit, *Cum detestabile.* consonat Extrauagans Martini Quinti in Concilio Constantiensi, incipit, *Sacro,* & altera eiusdem edita Mantuæ anno secundo sui Pontificatus, incipit, *Damnabilis:* quarum meminit Syluest. *suprà*; secus de aliis simoniacis.

Nec obstant *cap. reperiuntur, & cap. quicumque, & cap. placuit,* 1. *quæst.* 1. quæ simoniam sub anathemate prohibent, quia loquuntur de simonia solùm in ordine, & beneficio, & sic de aliis iuribus. Quin imò dicta Extrauagans 2. *de simonia,* quando mentionem facit officiorum Ecclesiasticorum, id intelligit de officiis, quæ sunt beneficia Ecclesiastica, vt *in cap. de multa, de præbendis, & in cap. cùm accessissent, de constit.* Nauarr. *d. cap.* 23. *vers. septimo, citato,* & hi egent absolutione Papali, Sayro *de censuris lib.* 3. *cap.* 30. *num.* 6. vbi *num.* 7. tradit nomine beneficij venire etiam electiones, postulationes, confirmationes, & quasuis alias prouisiones Ecclesiarum, Monasteriorum, Dignitatum, Personatuũ, & officiorum, item Prioratus, Guardianatus, & similia, quæ sunt Prælationes, & officia pastoralia apud Mendicantes, in quibus concludit tam dantes, quàm accipientes, necnon mediatores incidere in excommunicationem, à qua nõ excusantur dantes, aut accipientes aliquid temporale pro ingressu Religionis, patet *in Extrauagante* 1. incipit, *Sanè,* seu, *Ne in vinea,* Vrbani Quinti, *de simonia,* sequitur Suarius *de simonia, lib.* 4. *cap.* 55 *num.* 5 *vers. nihilominus, fol.* 1029. *col.* 1. Graff. *decis. lib.* 2. *cap.* 97. *n.* 3.

Vnde deducitur dantes, & accipientes pecuniam propter aliquod officium Ecclesiasticum, quod non est beneficium propriè, non incurrere excommunicationem ex dicta Extrauagante, quæ sententia in praxi est sequenda, quia benignior in materia pœnali, & quia consideratis verbis Extrauagantis semper videtur loqui de officiis ordinariis Ecclesiarum. Quare officium Inquisitoris cùm sit delegatio quædam, & non sit beneficium, non comprehenditur sub excommunicatione contra dantes, & accipientes aliquid pro beneficio consequendo, Suarius post alios *lib.* 4. *de simonia c.* 55. *n* 49. & 50. & multo minus incurretur excommunicatio, si detur aliquid pro consequendo Auditoratu, vel clericatu Cameræ Apostolicæ; aut pro officio temporali OEconomi, & Aduocati, quæ non videntur esse officia Ecclesiastica.

Sequitur illa dubitatio, an licitum sit petenti officium Inquisitoris dare aliquid, ne alter inferior illo meritis, ac doctrina præferatur? Respon- 14.
detur non carere labe simoniæ, qui plurium electorum suffragio electus ad Inquisitoris officium dederit alicui pecuniam electioni contradicenti, ne impediat electionem repugnando, Azor *instit. moral. p.* 3. *lib.* 12. *cap.* 7. *quæst.* 1. *vers. quæres.* Nam ius eligendi ad aliquod Ecclesiasticum officium vendi non potest, Soarez *lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 7. *de simonia.* Post ius verò quæsitum, seu obtentum officium, aut aliud spirituale donum, non est simonia redimere vexationem, quæ pro iure tollendo infertur iniustè, vel probabiliter timetur, Redoan. *de simonia, p.* 2. *cap.* 31. *num.* 48. & *p.* 3. *cap.* 2. *num.* 5. Cened. *ad Decretal. collect.* 164. *num.* 1. Cardinal. Tusch. *tom.* 8. *littera V. concl.* 174 *num.* 1. Suar. *d. lib.* 4. *de simonia, cap.* 19. *n.* 7. & *cap.* 50. *à principio,* Azor. *instit. moral. p.* 3. *lib.* 12. *cap.* 11. *quæst.* 4. Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *quæst.* 80. *num.* 2. Lessius *de iustit. lib.* 2. *cap.* 35. *dub.* 18. *num.* 107. & Menoch. *cons.* 67. *ex num.* 17. Vt ergo excusetur à simonia redemptor suæ vexationis, debet habere plenum ius, Soarez *suprà cap.* 50. *num.* 8. atque ita si quis tantùm sit electus, & nondum confirmatus, non habet vexatio locum in illo iure, quod electus à maiori parte acquisiuit plenum, sed tantùm in confirmatione eiusdem iuris, quæ ad electionem accedere debuit, Reginal. *in praxi fori pœnitentialis, lib.* 22. *num.* 124. Quare pro iure spirituali quærendo illicitum est dare aliquid, Abb. *in cap. dilectus, de simonia,* quia videtur ambitiosus dando pecuniam, vt faciliùs illud adquirat; quòd si habeat ius quæsitum, & vexetur in illo iniustè, potest dare pecuniam vexanti, vt sic redimat vexationem facti. Quin imò quamuis habeat ius in re pro possessione acquirenda, non licet aliquid dare, vt notat Innocentius *in cap. ad aures, de simonia,* & Abbas *in d. cap. dilectus,* est enim possessio quid spirituale, vel annexum spirituali propter administrationem saltem rei spiritualis, quæ inde sequitur. 1. *quæst.* 3. *cap. si quis obiecerit,* & ideo dans pecuniam, qui non habet possessionem, quia fortè est spoliatus, non solùm redimit vexationem, sed possessionem, quod non licet, vt ait Abbas ex sententia Innocentij *in cap. ad aures, de simonia.*

Ambigi etiam potest an Inquisitores, seu Deputati simoniacè sua officia obtinentes, teneantur illa dimittere, quòd si non dimittant, an iustè 15
salaria

salaria recipiant, & an validè in suis officiis procedant? Suarius *lib. 4. de simonia c. 57. n. 50.* insinuat licet obtinentes non incurrunt in excommunicationem, sic delegationem, seu commissionem eisdem factam, non esse nullam ipso iure, teneri tamen delegantem reuocare illam, si cognoscat interuentu pretij fuisse datam, & ob id conseruari, argumento licentiæ, quam dedit Parochus ad eligendum Confessorem pro pecunia, quæ non est irrita ipso facto, quoniam nullo iure cauetur talis irritatio. Vnde consequenter asserendum est delegationem esse validam, donec reuocetur; interim possunt Inquisitores salarium percipere; pretium tamen datum est restituendum, Suarius *suprà*; restitutio autem facienda est danti, ex *cap. de hoc, & cap. final. de simonia*; sed textus illi loquuntur de pretio temporali recepto, nondum dato spirituali, quia intentio dantis est non transferre dominium nisi secuto effectu, Capua *lib. 2. decis. cap. 96. num. 25.*

Sed contrà; datio pecuniæ fuit turpis in nostro casu, tam ex parte dantis, quàm accipientis: ergo turpe lucrum non est restituendum danti, quia turpiter dedit, ita *l. 1. 2. & 3. & l. si ob turpem, ff. de condict. ob turpem causam*; sed facilis est respõsio si dicas hoc habere locum post sententiam iudicis qui in pœnam potest priuare dantem pecunia sua, & præcipi, vt detur pauperibus, vel Ecclesiæ: at verò ante sententiam ex iure naturæ etiam restituendum est domino proprio, quæ sententia censetur D. Thomæ 2. 2 *quæst. 100. art. 6.* vbi ostenditur venditionem rei spiritualis fieri contra voluntatem domini, & ideo pretium acceptum esse restituendum, cùm datum sit pro spiritualibus, quæ nullam habent æstimationem. Nauarr. *cap. 17. n. 32.* & Couarr. *in regula peccatum 2. p. §. 2. n. 7.* proinde, qui vendit rem, quæ non est pretio æstimabilis, non suam, contra voluntatem domini, non potest pretium retinere, cùm venditio fiat cum iniustitia, ex qua oritur obligatio restituendi danti in foro conscientiæ ante sententiam. Suar. *suprà c. 59.* post Caietanum *in summa verb. simonia*, Victoria *2. p. relect. n. 6.* & alios, lege illum supra ex *n. 11. vsque ad n. 14. & cap. 60. ex n. 3.*

16. An verò mediatores in his officiis consequendis in aliquas pœnas incurrant, & teneantur restituere pretium? & an ligentur excommunicatione? Dico primò mediatores criminum censeri committere crimen, & mediatores simoniæ esse simoniacos, Flamin. *de confidentiis, quæst. 22.* Vnde mediator confidentiæ incidit in excommunicationem, *cap. si quis Episcopus 1. quæst. 1.* committit enim confidentiam mediator confidentiæ, vt in specie affirmant Maiol. *de irregular. lib. 5. cap. 45. vers. suprà dictis omnibus*, & Mascard. *de probationib. conclus. 1306. num. 32.* Nihilominus in nostro casu mediator recipiens pretium pro consequendo officio, tenetur restituere ante sententiam, ex traditis à Suario *lib. 4. de simonia cap. 60. n. 3. & n. 4.* quia non potest apud se retinere rem alienam, cuius non est factus dominus. Sed hi Auctores loquuntur de sola materia beneficiali, vnde pretium receptum in aliis materiis simoniæ etiam in ordine non est restituendum in conscientia ante sententiam, quia non reperitur ius ad restitutionem obligans, ita Suarius *d. cap. 60. num. 13 vers. dico tertio, per totum.* Sed oppositum est verius ex suprà traditis *num. præcedenti*, quia dominium pretij semper mansit apud dantem, Bannes 2. 2. *quæst. 31. art. 7. dub. 2.* Non erunt tamen mediatores excommunicati per ea, quæ diximus de contrahentibus, quia excommunicatio non reperitur ipso facto, nisi contra simoniacos in beneficio, vel in ordine, vel in ingressu Religionis, Suarius *lib. 4. de simonia c. 56. n. 2. cum sequentibus*, Flaminius *de confidentiis quæst. 23. n. 44.* post Caietanum *in verb. excommunicatio cap. 72.* Nauarrus *cap. 27. num. 106.* vbi concludunt excommunicationem ipso iure non incurri in simonia commissa super aliis rebus spiritualibus, vel annexis eis, exceptis tribus casibus.

DISPVTATIO XIV.

De Confessariis in actu Confessionis ad actus inhonestos solicitantibus.

Hac de re extant tres constitutiones. Prima Pij Quarti, incipit, *Dilecte fili*, edita die 14. April. 1561. 1.
Pontificatus sui anno secundo. Secunda Pauli Quinti, incipit etiam, *Dilecte fili salutem*, edita die 16. Septembris 1618. Pontificatus sui anno quarto. Tertia Gregor. XV. incipit, *Vniuersi Dominici gregis*, edita 30. Augusti 1622. Priores duæ missæ Inquisitori Generali Portugaliæ, & Algarbiorum Regnis hæreticæ prauitatis, quas Gregorius XV. confirmauit, ampliauit, & extendit ad omnes vbique locorum existentes. Tenor Constitutionis Pij Quarti est sequens.

Dilecto filio Henrico tituli Sanctorum quatuor Coronatorum Presbytero Cardinali Infanti Portugaliæ nuncupato, Pius Papa Quartus.

Dilecte fili noster, salutem, & Apostolicam 2.
benedictionem. Cùm audiamus quosdam locorum Ordinarios istarum partium, gratia, odio, vel timore causas hæresis inconsultò, ac præcipitanter expedire, seu in longissimum tempus protrahere. Nos huic malo, quo nullum aliud in religione periculosius conspicitur, ea, qua possumus prouidentiâ, occurrere volentes, tibi cuius prudentiæ officium Inquisitionis huius prauitatis primò, & deinde legationis munus in illis regnis, cæterisque Prouinciis, & locis Serenissimo Regi Portugaliæ subiectis, quoad causas fidei demandata sunt quascumque causas hæresis, & illius prauitatem huiusmodi sapientes coram Ordinariis Regnorum, Prouinciarum, & locorũ præfatorum, nunc & in futurum in quibuscunque statu, ac terminis pendentes, quandocumque tibi expediens visum fuerit ab ipsis Ordinariis ad te aduocandi, ac illis, eorumque iudicibus, & personis, ne in eis vlteriùs procedant, sub censuris, & pœnis Ecclesiasticis inhibendi, easque causas cum omnibus, & singulis suis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, iuxta facultates tibi traditas per te, vel alium, seu alios audiendi, & fine debito terminandi, cæteráque in præmissis, & circa ea necessaria, & opportuna faciendi, & exequendi plenam, & liberam auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus facultatem. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrariis quibuscumque, aut si Ordi-

narijs

natiis iudicibus,& perſonis præfatis, vel quibuſuis aliis communiter, vel diuiſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quòd interdici, ſuſpendi, excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam,& expreſſam,ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionem. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcat. die 14. April. 1561. Pontificatus noſtri Anno ſecundo. Tenor autem Bullæ Pauli Quinti,

Dilecto filio in Portugaliæ, & Algarbiorum Regnis hæreticæ prauitatis Inquiſitori generali, nunc, & pro tempore exiſtenti Paulus Papa Quintus.

3. Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cùm ſicut nuper non ſine animi noſtri moleſtia accepimus, diuerſi Sacerdotes in Regnis Portugaliæ, & Algarbiorum, ac eorum ciuitatibus, & Diœceſibus, ac dominiis curam animarum habentes,ſiue eam pro aliis exercentes, aut aliàs audiendis confeſſionibus pœnitentium deputati, in tantam proruperunt iniquitatem, vt ſacramento Pœnitentiæ in ſacramentali confeſſione abutantur: nec illi,& qui id inſtituit, Domino Deo, & Saluatori noſtro IESV-Chriſto iniuriam facere vereantur,mulieres videlicet pœnitentes ad actus inhoneſtos,dum earum audiunt confeſſiones, alliciendo, & prouocando, ſeu allicere, & prouocare tentando, & procurando, ac loco earum per Sacramentum huiuſmodi Creatori noſtro reconciliationis grauiorum peccatorum mole eas onerando, & in manibus diaboli tradendo,in diuinæ Maieſtatis offenſam, & animarum perniciem,ac Chriſti fidelium non modicum damnum. Nos in animum inducere nequeuntes,quòd qui de fide Catholica rectè ſenſerint Sacramentis a Chriſto inſtitutis abutantur, aut illis iniuriam faciant: tibi per præſentes committimus, & mãdamus quatenus,prout in aliis cauſis ſancti Officij fieri ſolet per te, vel per alium,ſeu alios à te deputandum,ſeu deputandos contra omnes, & ſingulos Sacerdotes dictorum Regnorum,ac illarum ciuitatũ, & Diœceſium de præmiſſis quomodolibet diffamatos,tam ſæculares,quàm quorũuis Ordinum etiam exemptorum,& Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectorũ regulares, cuiuſcumque dignitatis,ſtatus gradus,Ordinis,cõditionis,& præeminentiæ exiſtant,tam ſuper præmiſſis,quàm ſuper Fide Catholica,& quicquid de ea ſentiant diligentèr inquiras, & iuxta facultatum ibi contra hæreticos, aut de hæreſi quouis modo ſuſpectos à Sede Apoſtolica conceſſarum continentiam, & tenorem procedas, ac culpabiles repertos iuxta exceſſuum ſuorum qualitatem, prout iuris fuerit, punias,eos etiam,ſi & prout de iure fuerit faciendum debita præcedente degradatione, ſæcularis iudicis arbitrio puniendos tradendo,non obſtantibus conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis,ac Eccleſiarum, & Monaſteriorum, nec non Ordinum quorumlibet, quorum ipſi Sacerdotes fuerunt, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; priuilegiis quoque,indultis, & litteris Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac quibuſcumque clauſulis, & decretis etiam motu proprio, aut alias quomodolibet conceſſis,etiam iteratis vicibus, approbatis,& innouatis, quibus omnibus eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub annulo Piſcatoris, die 16. Septembris M. DC. VIII. Pontificatus noſtri anno IV. *Scipio Cobellutius.*

GREGORIVS PAPA XV. ad perpetuam rei memoriam.

Vniuerſi Dominici gregis curam, quamquam immeriti,cæleſti diſpoſitione gerentes,ſedulò inuigilare tenemur,vt ab omnibus prauis contagiis conſeruetur immunis,multóque maiori ſtudio prouidere, vt omnis peſtis ab iis auertatur, quibus alios ſanandi officium eſt commiſſum, ne quod Euangelica ſcripta nos admonent ſale infatuato non ſit,in quo ſaliatur,& ad nihilum proſit vltra, niſi vt mittatur foras,& conculcetur ab hominibus. Quoniam autem à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris quibuſdam in locis prouiſum fuit, vt impiom, ac nefandum ſcelus, quod non ſolùm inter Chriſti fideles non eſſe,ſed nec etiam nominari debet,procul ab iis arceatur, videlicet, vt aliquis Sacerdos ad ſacras audiendas confeſſiones deputatus, ſacroſancto Pœnitentiæ Sacramento ſolicitando pœnitẽtes ad turpia abutatur, ac pro medicina venenum,pro pane aſpidem porrigat,& cæleſti medico infernalis veneficus, ex parte ſpirituali proditor execrabilis animarum reddatur. Idcirco Nos ea, quæ his perniciosiſſimis diaboli inſidiis arcendis certis locis ſalubriter conſtituta ſunt, nollibi deſideretur, quantum ex alto conceditur prouidendum duximus. Aliàs ſiquidem à fœliciſſimæ recordationis Pio Papa Quarto Prædeceſſore noſtro emanarunt litteræ tenoris ſubſequentis, videlicet 4.

Pivs Papa Quartus venerabili fratri Archiepiſcopo Hiſpal. in Regnis Hiſpaniarum hæreticæ prauitatis Inquiſitori generali. Cùm ſicut nuper non ſine animi noſtri moleſtia accepimus,diuerſi Sacerdotes in Regnis Hiſpaniarum, atque etiam in eorum Ciuitatibus,& Diœceſibus curam animarum habentes,ſiue eam pro aliis exercentes, aut aliàs audiẽdis confeſſionibus pœnitentum deputati, in tantam proruperint iniquitatem, vt Sacramento Pœnitentiæ in actu audiendi confeſſiones abutantur,nec illi,& qui id inſtituit Domino Deo,& Saluatori noſtro IESV Chriſto iniuriam facere vereantur: mulieres videlicet, pœnitentes ad actus inhoneſtos, dum earum audiunt confeſſiones,alliciendo, & prouocando, ſeu allicere,& prouocare tentando,& procurando,ac loco earum per Sacramentum huiuſmodi Creatori noſtro reconciliationis,grauiori peccatorum mole eos onerando, & in manibus diaboli tradendo in diuinæ Maieſtatis offenſam,& animarum perniciem,Chriſti fidelium ſcãdalum non modicum. Nos in animum inducere nequeuntes, quod qui de fide Catholica rectè ſentiunt, Sacramentis in Eccleſia Dei inſtitutis abutãtur,aut illis iniuriam faciant,fraternitati tuæ, de cuius eximia pietate, virtute atque doctrina plurimum in Domino confidimus, per præſentes committimus, & mandamus quatenus per te, vel per alium, ſeu alios à te deputandum, ſeu depotandos, contra omnes, & ſingulos Sacerdotes dictorum Regnorum,ac illarum Ciuitatum, & Diœceſum de præmiſſis quomodolibet diffamatos tam ſæculares, quam quo-

rumuis

rumuis etiam exemptorum, ac Sedi Apostolicæ immediatè subiectorum Ordinum Regulares cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, præeminentiæ, existant, tam super præmissis, quàm super Catholica, & quid de ea sentiant diligenter inquiras, & iuxta facultatem tibi contra hæreticos, aut de hæresi quouis modo suspectos à Sede Apostolica concessarum continentiam, & tenorem procedas, & culpabiles repertos iuxta excessuum suorum qualitates prout iuris fuerit, punias, eos etiam si, & prout de iure fuerit faciendum, debita præcedente degradatione, sæcularis iudicis arbitrio puniendos tradendo. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum, necnon Ordinum quorumlibet, quorum ipsi Sacerdotes fuerint etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis etiam motu proprio, aut aliàs quomodolibet concessis, etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnibus eorum tenores præsentibus pro expressis habentes, hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datæ Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die 16. Aprilis mill. sexc. sexagesimo primo. Pontificatus nostri anno secundo.

Igitur, vt litteræ prædictæ perpetuis futuris temporibus, & vbique locorum inuiolabiliter obseruentur, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostra, ac de cõsilio venerabilium fratrum nostrorũ S.R.E. Cardinal. contra hæreticam prauitatem generalium Inquisitorum, præinsertas litteras huiusmodi, ac omnia, & singula in eis contẽta Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque omnibus, & singulis inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiicimus, illásque non solùm in prædictis Hispaniarum Regnis, sed in quibusuis Christiani Orbis partibus, firmiter, & inuiolabiliter obseruari præcipimus, & mandamus, ac prætetea, ne in futurum de pœna his delinquentibus imponenda, & de modo contra eosdem procedendi ab aliquo dubitari possit, statuimus, decernimus, & declaramus, quòd omnes, & singuli Sacerdotes, tam sæculares, quàm quorumuis etiã quomodolibet exemptorum, ac Sede Apostolicæ immediatè subiectorum, Ordinum, institutorum, Societatum, & congregationum Regulares cuiuscumque dignitatis, & præeminentiæ, aut quouis priuilegio muniti existant, qui personas, quæcumque illæ sint, ad inhonesta, siue inter se, siue cum aliis quomodolibet perpetranda in actu Sacramentalis confessionis, siue ante, vel post immediatè, seu occasione, vel prætextu confessionis huiusmodi, etiam ipsa confessione non secuta, siue extra occasionem Confessionis, in Cõfessionario, aut in loco quocumque, vbi confessiones sacramentales audiantur, seu ad confessionem audiendam electo, simulantes, ibidem confessiones audire, solicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, siue tractatus habuerint, in officio sanctæ Inquisitionis seuerissimè, vt infrà, puniantur, & Inquisitores, & locorum Ordinarios omnium Regnorum, Prouinciarum, ciuitatum, dominiorum, & locorum vniuersi Orbis Christiani in suis quemque Diœcesibus, & territoriis per has nostras litteras etiam priuatiuè, quoad omnes alios specialiter, ac perpetuò iudices delegamus, vt super his contra prædictos simul, vel separatim in omnibus prout in causis fidei iuxta sacrorum Canonum formam, nec non officij Inquisitionis huiusmodi constitutiones, priuilegia, consuetudines, & decreta diligenter inquirant, & procedant, & quos in aliquo ex huiusmodi nefariis excessibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate, & cum circunstantiis suspensionis ab executione ordinis, priuationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcumque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, nec non vocis actiuæ, & passiuæ, si regulares fuerint, exilij damnationis ad triremes, & carceres etiam in perpetuum absque vlla spe gratiæ, aliásque pœnas decernant, eósque si pro delicti enormitate grauiores pœnas meruerint debita præcedente degradatione Curiæ sæculari puniẽdos tradant. Dantes etiam facultatem venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, generalibus Inquisitoribus, ne delictum tam enorme, & Ecclesiæ Dei tam perniciosum remaneat ob probationum defectum impunitum, cùm difficilis sit probationis, testibus etiam singularibus concurrentibus, præsumptionibus, indiciis, & aliis adminiculis delictum probatum esse arbitrio suo iudicandi, & Curiæ sæculari, vt præfertur, reum tradendum esse pronunciandi. Non obstantibus omnibus, quæ dictus prædecessor in suis litteris prædictis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Mandantes omnibus Confessariis, vt suos pœnitentes quos nouerint fuisse ab aliis, vt suprà solicitatos, maneant de obligatione denunciandi solicitantes, seu vt præfertur tractantes, Inquisitoribus, seu locorum Ordinariis prædictis: quòd si hoc officium prætermiserint, vel pœnitentes docuerint, non teneri ad denunciandum Confessarios solicitantes, seu tractantes, vt suprà, iidem locorum Ordinarij, & Inquisitores illos pro modo culpæ punire non negligant. Volumus autem, vt præsentium transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra vbique habeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ, quodque eædem præsentes litteræ, seu illarum exempla ad valuas Basilicarum sanctæ Ioannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ affixæ omnes ita arctent, & afficiant, ac si vnicuique personaliter intimatæ fuissent. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, sub annulo Piscatoris, die 30. Augusti M. DC. XXII. Pontificatus nostri anno secundo.

Dilecto filio nostro Henrico tituli Sanctorum quatuor Coronatorum Presbytero Cardinali Infanti Portugaliæ nostro, & Apostolicæ Sedis de latere Legato.

GREGOR. PAPA XIII.

Dilecte fili noster, Salutem, & Apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper curauit charissimus in Christo filius noster Sebastianus Portugaliæ, & Algarbiorum Rex Illustris, quòd cùm aliàs accepisset in Regnis atque dominiis suis propter diuersarum vndique gentium concursum

cursum ad illa, horrendum, detestabiléque sodomiæ crimen inter aliquos diffidentiæ filios serpere cœpisse, vt effrænata pestiferorum hominum huiusmodi libido reprimeretur, & ne syncera pars in putredinem prolaberetur, eiúsque criminis rei faciliùs inuestigari, corrigi, puniríque valerent, felicis recordationis Pio Papæ Quarto prædecessori nostro supplicari fecerat humiliter, vt dilectis filiis generali, & aliis Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in Regnis, & dominiis suis Apostolica auctoritate deputatis contra prædicti criminis reos procedendi, exequendi licentiam, & facultatem concedere dignaretur, ipséque prædecessor an id tunc expediret certam notitiam non habens, tibi dederat in mandatis, vt in eo negotio, vel iuxta ipsius Regis petitionem, vel aliàs si, & prout tibi
3. videretur expedire, tuam conscientiam onerando prouideres, ratum haberi, & inuiolabiliter obseruari debere volens quicquid circa id statuendum duceres, & ordinandum, prout ipsius Pij prædecessoris litteris in forma breuis desuper expeditis pleniùs continebatur, & sicut eadem subiungebat expositio, cùm ante obitum prædicti prædecessoris, tu nihil in negotio ipso ordinaueras, dubitetúsque propterea facultatem tibi attributam concedentis morte expirauisse, cupiebat nunc in præmissis de opportuno, celerique remedio auctoritate nostra prouideri, ac propterea nobis humiliter supplicari fecit, quatenus tibi, qui etiam generalis Inquisitor hæreticæ prauitatis in Regnis, & dominiis prædictis Apostolica auctoritate deputatus existis, ac pro tempore existenti Generali, & dilectis filiis Inquisitoribus eiusdem hæreticæ prauitatis, in ipsis Regnis, & dominiis præsentibus, & futuris, & eorum cuilibet, vt contra omnes, & singulas personas sæculares, vel cuiuscumque etiam exempti, & Apostolicæ Sedi immediate subiecti, etiam militaris Ordinis regulares, aut Clericos etiam in sacris, etiam presbyteratus Ordinibus constitutos, cuiuscumque status, ordinis, gradus, vel conditionis existant, quod huius horrendi criminis reos, etiam forsan de præterito, aut si carcerati reperiantur, siue per denunciationem, accusationem, aut ex mero officio, seu Procuratoris fiscalis, quem ad id duxerunt deputandum, aut cuiuscumque alterius instantia eis esse constiterit eisdem modo, & forma seruatis, quibus in causa hæresis procedi consueuit procedere, eosdémque reos conuictos, aut confessos debita animaduersione etiam iuxta leges sæculares ipsorum regnorum punire, & castigare, seu Curiæ tradere sæculari, testes quoque, qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel fauore sobtraxerint, per censuram Ecclesiasticam, & opportuna iuris remedia ad veritati testimonium perhibĕdum compellere, omniaque alia, & singula in præmissis necessaria, seu quomodolibet opportuna facere, & exequi, liberè, & licitè valeant licĕtiam, & facultatem concedere dignaremur. Nos igitur cupientes nefandum hoc scelus propter quod ira Dei in filios venit diffidentiæ, non solum cohibere, & extirpare; sed ab hominum memoria penitus abolere, dictique Pij prædecessoris litterarum tenores pro expressis habentes, & illius vestigiis inhærentes, cùm an præmissa fieri expediat certò nesciamus circumspectioni tuæ de cuius summa prudentia maximam in Domino fiduciam habemus, per præsentes committimus, & facultatem concedimus quatenus consideratis diligenter circunstantiis, vniuersisque circa hoc fuerint attendendæ, super quo conscientiam tuam oneramus in præmissis, vel iuxta prædicti Sebastiani Regis nobis porrectam supplicationem prædictam, vel aliàs, si & prout tibi videbitur expedire, prouideas, ratum, & gratum habituri, quidquid in eisdem præmissis, aut circa ea statuendum duxeris, & ordinandum quod & obseruare debere volumus, atque decernimus, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, priuilegiis quoque indultis, & litteris personis, & ordinibus prædictis quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die decima tertia Augusti millesimo, quingentesimo septuagesimoquarto. Pontificatus nostri anno tertio. *Cæsar Glorierius.*

Extat etiam Constitutio Pij Quinti edita anno Domini 1568. tertio Kalendas Septembris, incip. *Horrendum illud contra Sodomitas exercentes hoc vitium.* Vt autem Constitutioni sit locus huic contra clericos crimen illud exercentes requiritur frequentia, vt vult Nauar. *in manuali*, c. 27. n. 249. dicens ita respondisse Gregor. XIII. & eius Datarium Manuel *tom. 1. de Regular. quæst. 30. art. 19.* Henriq. *lib. 13. c. 36. littera N. & lib. 14. c. 5. §. 1. littera F* Suar. *de censuris, disp. 31. sect. 4. n. 25.* & alij quos refert Garcia *de beneficiis*, & sequitur *p. 11. c. 10. §. 2. num. 198.* Sed hæc constitutio Pij Quinti non habet locum in laicis, sed in Clericis. Nauarr. *d. n. 249.* & Garcia *n. 202.* Et quamuis Aldrete *lib. 2. de relig. disciplina tuenda, c. 15. à n. 27.* & Farinac. *tom 4. quæst. 148. n. 30.* dicant crimen hoc pro prima vice puniendum, non tamen eo casu probant Clericum relaxandum, quia requiritur frequentia ex *verb. exercentes*, Freitas *de solicitandis, quæst. 2. n. 37. & 38.* vbi ait ad relaxandum Curiæ sæculari requiri incorrigibilitatem, quæ datur quando non est spes emendæ. Vide Ordinationem Lusitanam *lib. 5. tit. 13. in principio, & ibi* Barbos. qui meminit constitutionis Pij Quinti, dicens habere locum in eo, qui hoc crimen vsu continuato exercet, & Barbos. filius *in cap. clerici, de excess. Prælat. num. 4. cum sequentibus, & de potest. Episcopi, alleg. 46. n. 25. & 27.* 4.

Quomodo sint intelligendæ constitutiones contra solicitantes ad actus inhonestos in confessione sacramentali?

§. I.

EPITOME.

1. *Solicitare in hoc casu de quo agimus, quid significet?*
2. *In dubio an Confessarius voluerit solicitare, quid dicendum sit?*
3. *Solicitare ad alia peccata etiam grauissima, an contineatur sub his constitutionibus?*
4. *Laicus simulans se Sacerdotem solicitando, non punitur pœnis constitutionum.*
5. *Quas personas comprehendant hæ constitutiones?*
6. *Fraterna correctio an sit præmittenda antequam fiat denunciatio; si detur spes emendæ?*
7. *Quibus signis deprehendatur spes emendæ?*
8. *An sint deferendi, qui sunt iam emendati?*
9. *Crimen quando est occultum, an sit deferendum, si probari non potest.*

Vtrum

10. *Vtrùm denunciatio possit fieri de hoc crimine nulla præcedente infamia?*

11. *Si sub secreto hoc crimen sciatur, denunciari an debeat?*

1. SOLICITARE ad actus inhonestos est prouocare, seu allicere, seu inuitare, seu precibus rogare ad turpia, etiam si actus inhonesti non sint completi. Sanctarel. *de hæresi, quæst.* 44. Barthol. Gyprius *in tract. de cas. reser. c.* 14. *n.* 5. Seraph. de Freitas *quæst.* 1. *n.* 14. vbi vocat solicitationem prohibitam, quæ fit actibus, vel verbis, vel nutibus, aut ictu oculorum, aut alio signo ad libidinem prouocante, & multo fortiùs, si Confessarius osculetur pœnitentem in Confessionali, aut amplexetur, aut manus vel aliam partem pœnitentis attrectet, Bonacina *tom.* 1. *tractatione de obligatione denunciandi Confessarium solicitantem pœnitentes ad turpia*, ex *fol.* 1111. vbi probat veram esse, & propriam solicitationem, quæ aliquo ex huiusmodi modis exercetur, Param. *in explicatione quæstionis* 10. *n.* 116. & 118. *de origine Inquisitionis.*

2. In dubio autem, an Confessarius aliqua verba protulerit, siue signum aliquod ex memoratis fecerit animo prouocandi pœnitentem fœminam? Affirmat Sanctarel. *c.* 44. sed oppositum est verius, quia dubia in meliorem partem sunt interpretanda, Aldret. *de religiosa disciplina tuenda, lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 23. Aloys. Ricc *in collect. decis p.* 1. *collect.* 220. vbi multis exemplis id confirmat, Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 1. *comp.* 17. *n.* 2. & Farin. *in praxi crim. p.* 3. *q.* 85. *à n.* 27. Item quia in dubio benignior interpretatio est facienda. Thom. de Thomas. *in floribus legum regul.* 154. Bonac. *in specie vbi supra* 2. *prop. s.*

3. Sequitur illa difficultas, an sit denunciandus Confessarius, qui solicitat in cõfessione pœnitentem ad alia grauiora peccata, non tamen turpia? Responde ex vi harum Constitutionum, negatiuè, Cunha *eod. tract. quæst.* 8. *n.* 6. Bonacin. *supra num.* 7. Sanctarel. *cap.* 46. idem Bonacin. *n.* 13. & Param. *de origine Inquisitionis, quæst.* 10. *fol.* 881. dicens ex decreto à Clemente Octauo pronunciato solicitantes mulieres comprehendi dum eas prouocant ad impudicitiam, & peccata carnis: igitur solicitantes ad diuersa à carne crimina omnino excluduntur à pœnis constitutis in sacris constitutionibus.

4. Includuntur tamen solicitantes pœnitentem ad nefandam libidinem, vel ad molliti[e]ẽ, dummodo solicitãs sit Sacerdos. Vnde, si fuerit Diaconus, vel laicus, simulantes se esse Sacerdotes, non puniuntur ex vi harum constitutionum, præsertim, per constitutionem Gregorij XV. vbi requiritur, quòd solicitatio fiat à Sacerdote. Idem constat ex constitutione Pauli V. his verbis, ibi: *Diuersi Sacerdotes in Regnis Portugaliæ, & Algarbiorum, ac eorum ciuitatibus, & Diœcesibus, ac dominiis curam animarum habentes, si eam pro aliis exercentes, aut alias audiendis confessionibus pœnitentium deputati*; & infra, *contra omnes Sacerdotes dictorum Regnorum.* quæ verba ostendunt solicitantes debere esse Sacerdotes deputatos ad audiendas confessiones. Ex quo videtur sequi Sacerdotes, qui non sunt deputati excipiendis confessionibus, non puniri per has constitutiones, si fortè audiant pœnitentes, & solicitent. Sed meliùs dices posse puniri cùm sint Sacerdotes simplices, qui non omnino excluduntur à Confessionibus audiendis in aliquibus casibus.

5. Quæri potest, an Constitutiones extendantur ad Episcopos huius criminis reos? Et videtur affirmandum, ex traditis à Cunha *quæst.* 12. *n.* 2. quia constitutiones loquuntur generaliter. Nam Paulus Quintus sic ait, ibi, *contra omnes, & singulos Sacerdotes de præmissis quomodolibet diffamatos, tam sæculares, quam quorumuis Ordinum etiam exemptorum, & Sedi Apostolicæ immediatè subiectorum, regulares cuiuscunque dignitatis, status gradus, Ordinis, conditionis, & præeminentiæ existant*: ergo extenduntur ad Episcopos, si in confessione solicitent. Dicendum tamen est non posse procedere Inquisitores contra Episcopus, esto sint rei huius criminis. Ratio, quia nequeunt contra Episcopos inquirere de hæresi, *c. Inquisitores de hæreticis lib.* 6. Ergo multò minus contra solicitãtes, qui de hæresi sunt suspecti. Item quia Episcopi sunt excepti, nec comprehenduntur in pœnis suspẽsionis, & interdicti, nisi de illis fiat specialis mẽtio, *c. periculosum, de excommunicatione, lib.* 6. fas tamen erit excipere testes, & eorum testimonia seruare, & Apostolicæ Sedi denunciare, ex *d. c. Inquisitores*, ibi, *sciuerint, vel inuenerint.* Villad. *de hæretica prauitate, q.* 7 *n.* 15. Simanc. *de Catholicis inst. c.* 25. *n.* 8. *& in praxi. c.* 8. *n.* 2. Fauet, quod traditur de eo, qui non est iudex, qui potest testes excipere, & eorum dicta ad proprium iudicem mittere. *l.* 1. *C. de exhibendis reis. & l.* 2. *in principio, ff. de re militari.* Hoc tamen priuilegium non prodest Episcopis electis, nisi q[uod] iã approbati, confirmati, & consecrati sint, Simanc. *d. c.* 25. *ex n.* 11.

6. An fraterna correctio sit præmittenda antequam solicitantes deferantur? Aliqui affirmant, si detur spes emendæ. Est enim correctio fraterna de iure naturali, & diuino; ideo si speretur emenda, non est omittenda: nam ius naturæ dictat, quòd alter alterum instruat, & moneat; errantem ab errore abducat, & adiuuet, & famæ illius conseruandæ quantum fieri potest, studeat, ita D. Thomas 2. 2. *quæst.* 33. *art.* 7. *in corpore, & art.* 8. *ad* 1. Vnde non solùm ipsa correctio fraterna, sed etiam ipse ordo correctionis est in præcepto tam naturali, quàm diuino: patet ex verbis Domini Matthæi 18. *Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum*, vbi explicatur præceptum naturale, modúsque in eo seruandus: cùmque hoc præceptum bonum spirituale respiciat ratione proximi, & bono conscientiæ consulat, ita studere debemus conscientiæ proximi, vt quantum fieri potest, famæ bonus odor non pereat, quod fiet, si præcedat correctio fraterna, quæ nullo modo est omittenda, quando datur spes emendæ. D. Thomas *suprà art.* 7. vbi id extendit ad hæreticum, qui non est denunciandus omissa correctione, si spes emendationis concipitur; sequitur Caietanus *ibidem*, Sotus *de tegendo secreto, memb.* 2. *quæst.* 1. *concl.* 1. & 5. *de iustitia, quæst.* 1. *art.* 1. *vers. his tamen non obstantibus.* Cano *de locis Theol. cap.* 9. *versus finem*, Abulens. *in Matth.* 18. *quæst.* 97. *ad* 7. *argument.* Castro *lib* 2. *de iust. hæret. cap.* 25. *conclus.* 1. Nauarr. *cap* 18. *num.* 59. & communiter scribentes *in cap. nouit, de iudiciis.*

Ergo in nostro casu, si detur spes emendæ, non sunt denunciandi solicitantes, nisi præmissa correctione fraterna, Sayr. *in claui, lib.* 11. *cap.* 3. *num.* 6. vbi loquitur de vitio Sodomiæ, dicens peccare mortaliter, qui denunciat omissa correctione. Constat ex *cap. si peccauerit* 2. *quæst.* 1. & ex traditis à D. Thoma suprà *art.* 7. *ad* 5. & *quodlib.* 11. *art.* 13. Gutier. *in canon. lib.* 1. *cap.* 11. *à num.* 20. *vsque ad* 27. post alios, quos sequitur, qui tradunt quoties Prælati, vel Superiores præcipiunt, sub excõmunicatione latæ se[ntentiæ] ..., vt denuncietur de delinquentibus, id esse sub intelligendum,

seruata forma iuris naturalis, & diuini, hoc est, præmissa correctione fraterna, si detur spes emendæ, secus, si nulla existat; tunc enim correctio omitti potest.

7. Dari autem spem emendæ, vt aliquis liberetur à prædicta denunciatione, deprehendi potest ex efficaci modo petendi veniam à fœmina solicitata, & ex rubore & animi humilitate, & submissione, quando corripitur, & ex aliis indiciis æquiualentibus. Item si iam elapsum est multum temporis post actum solicitandi, ita Paludan. *in 4. dist.* 19. *quæst.*4. & Graff. *decis.lib.*2.*cap.*69.*num.*18. vbi loquitur de hæretico, de quo probabiliter præsumi potest, quòd corrigatur per admonitionem secretam, tunc enim erit contra charitatem, seu contra iustitiam, teste Petro Nauarra *lib.* 2. *cap.* 4. *part.* 2. *dub.* 11. *num.* 131. deferre delinquentem ad iudices, vt publicè postea puniatur, & infametur apud alios, cùm publicandum sit eius peccatum: atque ita nemo negabit delato fieri iniuriam, si deferatur nulla præmia correctione. Quare minus bene Sapientissimus Cunha contrarium concludit *de solicitantibus*, *quæst.* 18. *num.* 11. post alios, cùm opposita sententia sit multo probabilior, Bonacin. *in tractatione de obligatione denunciandi solicitantes*, *n.*9. Contraria tamē sententia tenenda est, quæ negat præmittendam esse correctionem fraternam in eo crimine, quod cùm reddat Autorem suspectum de hæresi, regulandum est quoad denuntiationem instar hæresis.

8. Nec sunt deferendi solicitantes omnino emendati, ex traditis à Michaële Salon. 2.2.*q.*68. *art.* 1. *contron.*2. sequitur Sayr. *in claui lib.*12.*c.*14. *n.*24. *&* 27. Bonac. *suprà n.*9. Henriq. *tom.*2. *lib.*13.*c.*18. *n.*3. & est D. Thom. 2.2.*q.*33.*art.*7.*ad* 3. & Sotus *de iustitia, lib.*5.*q.*5. *art.*1. *ad finem.* Quæstionis tamen est, quando crimen ita est occultum, nec potest ab eo

9. probari, & præcipitur sub excommunicatione generali, vt denuncietur, an debeat deferri? Nauarrus *lib.* 1. *consiliorum cons.* 11. *titul. de officio iudicis Ordinarij, num.* 4 *&* 5. tradit neminem debere denunciare, nisi quòd probari potest, & peccare, qui contrà fecerit, *cap. placuit* 6. *quæst* 2. & obseruatur *in cap. qualiter, & quando* 1. *de accusat.* Felin. *in cap. de cætero, de re iudicata*, sequitur Cenedo *collect.* 101. *ad Decretales num.* 3 *fol.* 254. quod intelligitur, quando delinquens nullo modo est diffamatus, tunc enim non debet manifestari, si crimen est omnino secretum, sed de hoc infrà *num sequent.*

10. Aliqui dicunt non posse fieri denunciationem huius criminis, nulla de eo infamia præcedente, minor tamen, quàm ea, quæ necessaria est in aliis delictis. Ratio, quia in constitutione Pauli Quinti contra solicitantes dicitur, quòd denunciandus de hoc crimine debet esse quomodolibet diffamatus. Infamatus enim, seu diffamatus de aliquo crimine ille dicitur absolutè, qui est notatus de illo apud bonos, & graues, seu cuius fama, & opinio læsa est apud bonos viros super eo crimine, & de illo apud illos malè audit, Felin. idem dicit *in cap. testimonium, de testibus num.*14 Vgolin. *de irregularitate cap.*60 *num.*4. Syluest. *verb. infamia num* 2. Henriquez *lib* 14. *cap.* 1. Diuulgatur enim vilitas quædam, quæ oritur ex illo vitio apud bonos viros, dum exit in lucem, Garcia *de beneficiis part.* 7. *cap.*8.*num.*12. Tolet. *in summa lib.*5. *cap.*63. vbi volunt famam esse notitiam, quam habent homines de aliquo, quòd [illegible] na est, dicitur bona fama; si verò mala, dici[illegible] famia.

Dicunt non [illegible] quiri tantam infamiam, quanta opus est in aliis criminibus, quod probant ex verbis huius constitutionis, ibi, *de premissis quomodolibet diffamatos.* igitur satis est, vt de ipsis criminosis possit fieri denunciatio, quòd sint quomodolibet diffamati, hoc est, vt patiantur iam aliqualem infamiam super crimine solicitandi. Et confirmatur, quia constitutio est pœnalis, propterea non debet extendi ad solicitantes, qui nunquam de hoc crimine notati sunt; Odia *lib.* 6. quamobrem nulla præcedente infamia nefas est denuntiare, quamuis præcipiatur denunciatio sub gladio excommunicationis; quoniam excommunicatio est actus iurisdictionis exterioris; proinde non extenditur, nisi ad delicta, quæ in tali foro sunt probata, aut probanda, qualia non sunt occulta omnino, ex *Clementina Nolentes, de heret.* cum glossa, vbi excommunicatio fertur contra Inquisitores in eo officio pecunias extorquentes, & additur, quòd scientes hoc factum Inquisitores redarguant, seruato ordine Euangelicæ correctionis: nihilominus, si cognoscant crimen esse commissum ab Inquisitoribus, eo modo, vt possit probari, in eo casu denunciatio fiat Prælatis. Vnde inferes non esse denunciandos solicitantes, quoties à tali vitio non fuerint quomodolibet diffamati, cùm id probari non possit, *cap. plerunque* 12. *quæst.* 7. gloss. *in cap. si Sacerdos, de pœnit. & remiss. dist.* 7. vbi Nauarr. *& in cap. inter verba, conclus.* 6. *n.*259. & notant scribentes *in dicta Clementina, Nolentes.*

His tamen non obstantibus regula, nemo obligatur ad denunciandum, quod probare nequit, non habet locum in hoc casu solicitandi, in quo tenetur denunciare solicitata ex D. Thoma 2.2. *quæst.*70. *art.*1. *&* 2. siue denunciatio non sit iudicialis, nec in criminis vindictam, sed in emendam, siue sit iudicialis, vt est verius, cùm debeat iudicialiter puniri, quamuis delator probare non possit, Sanctarel. *cap.* 44. *suprà num.* 12. Bonacina *citatus num.* 11. *vers. obiicias quartò*, & concludunt ex Suario hac de re consulto Illustrissimus Cunha *de solicitantibus quæst.* 10. *num.* 7. & Freitas *ibi num.* 13. vbi addit, quamuis fœmina solicitata sciat se vnicam esse, quæ fuerit solicitata, teneri tamen denunciare, quia in hoc crimine sapiente hæresim datur obligatio denunciandi, non tamen datur obligatio probandi, Eymericus *in Director. Inquisitor. part.* 3. *rubr. de secundo modo procedendi in causa fidei per denunciationem*, *num.* 68. *in principio*, vbi vult in denunciatione non esse opus, quòd denuncians offerat se ad probandum, sed satis esse, quòd dicat se denunciare ob zelum fidei, vel ob timorem pœnæ contra non denunciantes impositæ. Nam quamuis de iure denuncians teneatur probare ea, quæ detulit per legem *ab accusatione, ff. ad Senat Consul. Turpillan.* praxis tamen hodierna contrarium seruat, ita Angelus *in tractatu de malefic. vers. nec ad denunciationem num.* 20. Marian. Soc. *in cap. qualiter, & quando el* 2. *num.* 72. *vers. & licèt secundum iura, extrà de accusationibus*, Salicetus *in l. ea quidem, C. de accusationibus, n.*23. quibus accedit Iulius Clarus *in pract. crimin.* §. *final quæst.*7. *versic. quæro nunc, quæ sit forma*; nec discordat Sigismundus *in tract. de iudicio causar. ciuil. crimin & hæretical. cap.*72.*num.*4. & Paramus *de origine S. Inquisitionis lib* 3. *quæst.*8 *num.*21. *&* 22. vbi ait denuntiantem non teneri probare suam denunciationem, nec puniendum esse si non verificet: posse tamen ex calumnia condemnari in expensis. Aperitur tamen via post factam denunciationem Inquisitori procedendi ex officio, & non ad instantiam partis, nec punitur denuncians, si desistit. Decian. *in tract. crimin. in l.* 5. *cap.* 30. *num.* 5. Eymericus

suprà

supra dict. num. 68. Pegna *ibi comment.* 15. *vers. his peractis.*

11. Quòd si crimen solicitandi sciatur sub secreto commisso non est denunciandum, quia sicut iudex non potest obligari vt illi denuncietur reus, de quo nulla est infamia, nec indicia sufficientia, quòd commisisset tale, vel tale delictum, quoniam hoc esset infamare illum contra legem diuinam cum onere restituendi: sic etiam cùm delictum scitur sub secreto, nec ab alio, quàm ab vno scitur, non potest manifestari iudici inquirenti generaliter, nec specialiter, cùm secreta non subsint punitioni iudicis, sed diuinæ vindictæ. D. Thom. 2. 2. *quæst.* 70. *art.* 1. Nauarr. *in manuali cap.* 18. *in fine*, & alia via illi delicto obuiari potest, D. Thomas *suprà quæst.* 69. *art.* 2. Nauarr *cit. num.* 60. *&* 61. nisi criminosus is esset huiusmodi solicitationibus assuetus, & ad eadem crimina iteranda præparatus: tunc præmissa correctione fraterna, si post illam non speretur emenda, denuncietur. D. Thomas *dict. quæst.* 70. *art.* 1. & Sot. *lib.* 5. *de iust. quæst.* 7. *art.* 1. & Nauarr. *vbi proximè num.* 60. vbi quando alia via excusari non potest, id solum detegatur, quod remedio est necessarium, & loquitur de delicto vergente in perniciem tertij, cui alia via obuiari non potest. Ergo nullo modo solicitantes sunt detegendi, si sub secreto commisso crimen sciatur, & possit huic malo alia via occurri, maximè per correctionem Euangelicam, aut per alia remedia, quæ charitas, & zelus animarum docere solet.

De reliquis causis, quæ excusare possint à denunciandis solicitantibus.

§. II.

EPITOME.

1. *Qui dicantur emendati, qui non sunt denunciandi?*
2. *Damnum graue denuncianti inferendum, an excuset a denunciatione, vel aliquod malum, vel metus grauis?*
3. *Honoris iactura, & amissio famæ, an excuset fœminam a denunciando.*
4. *Fœmina honesta, quæ est sub potestate patris, an excusetur à denunciando, & quid, si longè distent Inquisitores? an teneantur suis sumptibus ire?*
5. *Fœmina, quæ præbuit consensum Confessario solicitanti, an teneatur illum manifestare?*
6. *Sacerdos solicitans ad actus turpes dum assistit matrimonio, vel dum baptizat, non debet denunciari.*
7. *Fœmina solicitans Confessarium non tenetur denunciare illum, quamuis Confessarius inde occasionem sumpserit exercendi cum ea actum turpem.*
8. *Confessarius solicitatus non tenetur deferre fœminas solicitantes.*
9. *Filia spiritualis ratione Baptismi, aut Confirmationis, vel sacramenti Pœnitentiæ non debet denunciare patrem spiritualem, si alia occasione quàm confessionis ab eo fuit solicitata.*
10. *Fœmina an debeat denunciare Confessarium, qui pro crimine fuit punitus.*

11. *Solicitata non potest absolui, nisi denunciet, & quando possit, & à quo possit?*

Dicitvr quis esse emendatus, & nullo modo deferendus, quando cessauit per triennium à delicto commisso, cessat enim præsumptio, quæ habetur de homine semel malo, tunc non præsumitur iterum malus, si per spatium triennale bene, & honestè vixit, habetur *in* §. *sancimus, verb. nequaquam*, & *ibi* Angel. *in Authent. de Monach.* ibi; *triennalis temporis testimonium, collat.* 1. Corset. *singular. in verb præsumptio* 1. Cassan. *consil.* 60. incipit, *Quidam prior, num.* 4. Aleiat. *regul.* 2. *præsumpt.* 7. *num.* 3. Blanch. *in practic. criminal. in fine, in cautela* 14 Roland. *cons.* 63. *num.* 12. *lib.* 3. Mascard. *de probat. conclus.* 222. *num.* 22. post alios, *& conclus.* 465. *num.* 10. *& conclus.* 1003. *num.* 41. & Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 89. *num* 103. *& lib.* 5. *quæst.* 32. *num.* 30. quibus accedit Gumez *in regul. Cancellar. in reg. de triennali, in fine, vers. nec mirandum*, dicens per lapsum triennij præsumi malum de malo fieri bonum, si laudabiliter vixit, & ex consequenti emendatum de crimine censeri. 1.

Illud etiam aduerte ab hac denunciatione excusari fœminam solicitatam, si ex delatione timeat sibi graue damnum inferendum à delato. 2.
Suarius *de censuris disputat.* 14. *sect.* 3. *num.* 13. *& disput.* 20. *sect.* 3. *numero* 9. *& tom.* 1. *de Religione, lib.* 4. *de hær. canon. cap.* 27. *num.* 30. tradit excusari, sequitur Sanchez *lib.* 4. *de matrim. disp.* 4. *ex num.* 3. *vsque ad* 8. *& disput.* 5. *num.* 4. *& sequentibus*, vbi loquitur de metu cadente in virum constantem, per text. *in cap.* 2. § *cùm autem*, *&* §. *præterea, de obseruatione ieiunij*, consonat Sotus *lib.* 5. *de iustitia quæst.* 6. *art.* 4. & Henriquez *lib.* 13. *cap.* 18. *num.* 3. siue hoc damnum graue sit inferendum fœminæ denuncianti, aut parentibus, aut filiis eiusdem, aut consanguineis, aut affinibus, quod intellige in gradibus propinquioribus; quia naturalis affectio obligat, & facit, vt quando damnum, aut metus grauis imminet, aut infertur consanguineis, & affinibus, censeatur imminere, aut inferri ipsi denuncianti, Sanchez *d. disp.* 4. *ex n.* 5. *vsque ad n.* 12.

Idem dicendum est, quando timetur ex denunciatione probabiliter magnum scandalum: tunc enim, quamuis probare possit, & mandatum denunciandi latum sit sub excommunicatione, non tenetur denunciare. Adrian. 4. *de confessione quæst.* 5. *dub.* 7. §. *de secundo, vel tertio dico*, Nauarr. *in summa cap.* 22. *num.* 83. & alij, quos referens sequitur Gutier. *lib.* 1. *quæst. canon. cap.* 11. *num.* 29. & Sanchez *de matrimonio lib.* 3. *disp.* 13. *num.* 4. & Sà *verb. matrimonio, num.* 23.

Similiter excusantur à denunciando fœminæ, 3.
si notabilem aliquam valde timeant honoris iacturam, & famæ amissionem, vel infamiam grauem, quia honoris iactura fœminæ honestæ grauior est morte ipsa, ita videtur sentire gloss. *in cap. cùm dilectus, verb. metum, de his, quæ vi.* & Sanchez *dict. lib.* 4. *disputat.* 5. *numero* 11. Aragonius 1. 2. *quæstion.* 88. *articul.* 3. Henriquez *de matrimonio cap.* 9 *numero* 4. Idem iudicabis, quando ex reuelatione fœmina se constitueret in aliquo scandalo, & infamia, quibus facilè occurri non possit, Gutierrez *dict. lib.* 1. *Canon. cap.* 11. *numero* 14. *& sequenti*; post Cordub. & Nauar. quos *ibi* refert, ac sequitur: Nam metus infamiæ facti, cui non facilè occurritur;

ritur, cadit in virum constantem; secus quando facilè occurritur, probatur ex *cap.* 22. *Prouerbiorum*, ibi, *melius est bonum nomen, quàm diuitiæ multæ.* Atqui metus amittendi amplum patrimonium, est metus cadens in virum constantem, ex *cap.* 1. *de restitutione spoliatorum*, & æquiparatur metui mortis; ergo si metus mortis excusat, excusabit metus amittendi amplum patrimonium, & multo fortiùs timor infamiæ, quæ æquiparatur metui mortis, *l. iusta. ff. de manumissis vindict.* vbi gloss. *verb. infamia*, tradit, quòd simile est periculo vitæ, ita Paludan. *in* 4. *distinct.* 29. *quæst. vnica, artic.* 2. *conclus.* 2. *num.* 13. Aragonius 2. 2. *quæst.* 82. *artic.* 3. §. *pro explicatione huius difficultatis aduertendum est*, Frater Manuel *tom.* 1. *summa, in* 2. *editione, cap.* 231. *conclus.* 3. *num.* 3. & Sotus *in* 4. *distinct.* 29. *quæst.* 1. *artic.* 2. *in fine.* Hæc autem procedunt quando infamia est grauis: secus si sit leuis, & ita docent Sotus *lib.* 7. *de iustitia, quæst.* 2. *art.* 1. *ad* 2. *vers. haud tamen hîc placabitur*, Matienzo *lib.* 5. *recopil. tit.* 1. *rubr. gloss. n.* 189. & Martin. Viual. *in suo Candelabro*, 1. *p. de matrim. num.* 59.

4. Idem esto iudicium de fœmina honesta sub potestate patris constituta, quæ non potest exire domo, neque adire Episcopum, neque eius Vicarium, & multo fortiùs excusabitur, si oporteat ire ad Vicarium Episcopi, vel Romam, vel ad alium, qui commoretur in partibus remotis, quem adire non potest sine expensis propriis, vt cum Rosella, & Sylua nuptiali, vult Gutierr. *d. cap.* 11. *num.* 23. *ad finem.*

5. Ambigi tamen potest, an fœmina solicitata, quæ præbuit consensum solicitanti, teneatur denunciare? & videtur negandum, quia nemo tenetur prodere se ipsum, quando non legitimè interrogatur, ex traditis à Nauarro *de hæreticis, consil.* 5. *num.* 3. per *cap. quis aliquando*, §. *his authoritatibus*, ibi, *non tibi dico, vt te prodas, de pœnit. distinct.* 1. Dicendum tamen est pœnitentem non teneri se detegere, nec se prodere, sed solùm manifestare Confessarij turpitudinem, quòd si interrogetur de consensu cum Confessario posse negare amphibologicè se dedisse consensum. sic Sanctarel. *de hæresi, cap.* 44. *num.* 12. Illustrissimus Cunha *de solicitantibus, quæst.* 10. *n.* 5. *vers. dico tamen, & n.* 6. *vers. vlterius, & n.* 10. *vers. ad argumentum*, addens si fœmina casu de proprio crimine loquatur, nullam sibi inde oriri infamiam, neque ab Inquisitoribus ob id puniri posse, sequitur Bonacin. *tom.* 1. *tract. de obligat. denunciandi, num.* 10. *vers. addo primò.*

6. Excusatur item Sacerdos solicitans ad inhonesta dum exercet sacramentum Baptismi, seu dum assistit matrimonio, vel dum aliud Sacramentum administrat; quia constitutiones solùm loquuntur de Sacramento confessionis, & quamuis liceat extendere legem ex identitate rationis ad cætera Sacramenta, vt per Villag. *in tractatu de extensione legum. prel.* 22. Gutier. *practic. lib.* 3. *quæst.* 17. *à num.* 75. Surd. *cons.* 302. *numer.* 14. & 22. Rebell. *de obligat. iustitia, part.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 6. *sect.* 3. *num.* 12. & Caldas Pereira *in l. si curatorem, verb. vel aduersarij dolo, num.* 33. *ad finem, & de emptione, & venditione, cap.* 1. *num.* 7. Nihilominus cùm constitutiones sint pœnales, non debent extendi ad alia Sacramenta non expressa, quia si voluissent Pontifices comprehendi alia Sacramenta, expressissent. *l. vnic.* §. *sin autem ad deficientis, Cod. de caducis tollendis, l. si seruus*, §. *prætor ait, vers. non dixit, ff. de acquirend. hæred.* Menoch. *cons.* 1. *num.* 178. & *cons.* 140. *num.* 4. Gutier. *dict. lib.* 3. *quæst.* 22. *num.* 7. Cardinal. Tusch. *tom.* 8. *littera V. conclus.* 89. *num.* 5. Censetur enim lex id noluisse, cùm facilè id exprimere potuisset, nec expressit. Menoch. *consil.* 30. *numer.* 8. Armendar. *in procemio additionum ac recopil. legum Nauarræ, num.* 150. Nam casus omissus à lege, vel à Canone, pro omisso habetur. Item, quia lex prohibitiua loquens de aliquo tantùm, in aliis non habet locum, etiam data similitudinem rationis, Abbas, & Anan. *num.* 2. *in cap. quod quibusdam* 4. *de fideiusser.* cum aliis citatis à Suar. *de legibus, lib.* 6. *cap.* 3. *num.* 12. *in fine.*

Excusantur etiam à denunciando fœminæ solicitantes Confessarium, quem solicitarunt pœnitentes ipsæ, quamuis Confessarius ex ea occasione arripuerit consensum peccandi; cùm enim Confessarius fuerit solicitatus, & non solicitans, & pœnitens solicitauerit, non obligatur denunciare solicitatum. Sanctarel. *de hæresi, cap.* 46. *num.* 2. & Bonacin. *suprà num.* 17. Secus, si fœmina animo confitendi accessit ad Confessarium, illique confessa est aliqua inhonesta, & turpia, & Confessarius ex peccatis auditis occasionem accepit implendi aliquem actum turpem, Bonacin. *vbi proximè num.* 17. Contra verò si fœmina adiuit Confessarium, non animo confitendi, sed manifestandi dumtaxat homini affectionem turpem erga illum, tunc enim, cùm fœmina fuerit solicitans, & ipse solicitatus, non est denunciandus, Sanctarel. & Bonacina *suprà.* 7.

Tenebitur tamen fœmina denuntiare Confessarium solicitantem ad peccandum cum aliis, vt ostenditur ex Constitutione Gregorij XV. his verbis, *siue inter se, siue cum aliis*, vt tradit Bonacina *tract. de obligatione denunciandi suprà, ampliat.* 3. *num.* 5. & 18. addens *num.* 19. esse etiam deferendum Confessarium, qui induxerit fœminas ad ferendum sibi alias ad peccandum secum, vel cum aliis.

Controuerti tamen potest, an teneatur Confessarius solicitatus deferre fœminas solicitantes? Pars negans ex eo probatur; quia constitutiones procedunt contra omnes, & singulos Sacerdotes, tam sæculares, quàm quorumuis Ordinum, etiam exemptorum solicitantes, & nec verbum quidem de Sacerdotibus solicitatis: ergo solicitatus non tenetur deferre fœminas solicitantes. Item, quia lex præceptiua in hoc differt à pœnali, quia præceptiua aliquid faciendum iubet, aut prohibet, nulla facta mentione pœnæ; pœnalis autem apponit pœnam alicui infligendam propter culpam commissam. Castro *lib.* 1. *de potest. leg. pœnalis, cap.* 3. *ante finem.* Ex quo sequitur constitutiones contra solicitantes esse pœnales; atque ita non esse extendendas ad personas in illis non expressas. Cùm ergo non fiat mentio, nisi de Sacerdotibus solicitantibus, non debent extendi vltra crimen, aut personas per legem expressas; nec valet argumentum à simili, aut à contrario sensu; nisi fortè talis extensio per alias iuris regulas apertè, & euidenter probari posset. Sic Afflict. *decis.* 21. *n.* 7. Hippolytus *cons.* 71. *n.* 19. & *cons.* 52. *n.* 36. Franciscus Coscius *in cap. translato, n.* 50. *de constitut.* & Castro *lib.* 1. *de potest. leg. pœn. cap.* 71. *documento* 3. quæ doctrina in praxi est sequenda, contra Panor. & Decium *in cap. translato, num.* 7. 8.

num. 7. de constit. minus bene sentientes legem pœnalem extendi posse ab vno casu ad alium casum similem, quibus obstat *cap. pœna, de pœnit. dist.* 1. vbi dicitur, *pœnæ legum interpretatione molliendæ sunt potius, quam nimis exasperandæ; atque ideo proprium casum non excedant.* sic ibi. Igitur solicitatus nun tenetur deferre fœminam solicitantem, Sanctarel *de hæresi, cap. 46. num. 4.* & Bonacina *suprà num. 2.*

Sed quid si Confessarius solicitatus à fœmina consentiat, & aliquem actum inhonestum peragat? Affirmat Graphis *cons. 7. à num. 8. de pœnit. & remiss.* quem sequitur Seraphin. de Freitas *in annotationibus in libello de solicitantibus ad cap. 9. num* 8. subdens excusari ex eodem Graph. *dict. cons. 7. num.* 1. Confessarium solicitatum ab hac constitutione, quando fuit vocatus ad excipiendam confessionem fœminæ ægrotantis, & ab ipsa fuit solicitatus minitante, nisi in actum turpem consentiat, se vociferaturam vim ab illo esse passam, & ille, ne illam infamiam incurrat, deueniat ad actum turpem: tunc enim quamuis metus infamiæ culpam extenuet, & ab ordinaria criminis pœna excusetur, ab extraordinaria tamen non debet absolui, vt per Tiraquel *de pœnis temperandis, caus. 36. num.* 3. Farinac. *in praxi crimin. part. 3. quæstion. 97. numer.* 23. per textum *in cap. sacris*, & *ibi* Baldus *de iis, quæ vi met. caus.* ibi, *licèt metus attenuet culpam, non tamen eam prorsus excludit.*

9. Non tenetur item denunciare filia spiritualis ratione Baptismi, vel Confirmationis, vel confessionis patrem spiritualem, qui eam solicitauit alio prætextu, vel occasione, quàm confessionis etiam simulatæ, nimirum si extra confessionem, vel confessionale post transactam confessionem, & post tempus notabile fœminam ipsam visitauit domi suæ, aut eam per litteras, vel per fœminas, vel internuncios ad suam procacem affectionem solicitauit. Ratio, quoniam constitutiones solùm obligant ad deferendum solicitantes sub prætextu, & sub occasione confessionis, Sanctarel. *de hæresi cap. 44. num.* 15. & Bonacin. *suprà num.* 21. post Illustrissimum Cunham *de solicitantibus quæstion. 5. num. 15. vers. similiter*; quoniam Confessionis sacramentum non fuit acceptum, vt medium ad hoc peccatum perpetrandum: tunc enim, quamuis grauis iniuria irrogetur Sacramento, & per tale peccatum contrahatur specialis sacrilegij malitia de necessitate confessionis detegenda, non solùm tamquam circunstantia notabiliter aggrauans; sed etiam tanquam mutans speciem, prout vult Sanchez *de matrimonio lib. 7. disput. 55. num. 3. & 4.* post plures *ibi.* Nibilominus cùm solicitatio contigerit, & copulam habuerit, multo pòst tempore post confessionem exceptam, non constringitur pœnis constitutionum, nec cognoscent censores fidei de hoc crimine. Sanchez *ibi num.* 1.

10. Sequitur difficultas de fœmina solicitata, quæ non denunciauit de Sacerdote solicitante, qui ab aliis fœminis fuit delatus, & conuictus, & ab Inquisitoribus punitus, nunquid debet deferri ab ea, quæ tacuit? Negatiuè responde, quia ex quo pro eodem crimine fuit iam punitus, non debet rursus puniri, nisi de nouo reincidat, text. *in cap. quanto 3. de translatione Episcopi*, ibi, *vt in eo puniantur, in quo peccauerunt*, ita Peterr. *in Extrauag. Ambitiosæ, de reb. Eccles. non alienan. verb illis exceprit num.* 8. quem refert Barbos. *dict. cap. quanto num* 4. censetur enim Confessor condemnatus iam emendatus, & ideo cessat obligatio defetendi. Probatur ex *lege nostra l b. 5. Ordinationum tit.* 113. *in principio*, ibi; Nam *Seia dabi emdiante mais accusado*, hoc est, siue ab eodem accusatore, siue à diuerso, Iulius Clarus *in pract. §. vltim. quæst. 57. num. 1. & num.* 12. & expresse habetur *in l. 12. tit. 1. partit. 7.* ibi, Nolo *podria accusar otro ninguno*, quod procedit, quando reus fuit punitus ea pœna, quam qualitas delicti exigebat: tunc enim non potest ampliùs procedi contra delinquentem, per Bald. *cons. 31. lib. 4. & cons. 292. eodem volumine, & cons. 124. vol. 5.* & Paul. da Castro *cons. 118. lib. 1.* & alij apud Iulium *d. num. 12. & sequent.* Marant. *de ordine iudiciario part. 6. tit. de Inquisitione, num.* 49. Couarr. 2. *resolut. cap. 1. in principio*, & Decian. *tract. crimin. lib. 3. cap. 30. per totum*, præsertim *num.* 5. Idem intelligitur quando per indulgentiam legitimi superioris veniam reus fuit consequutus, Decianus *suprà num.* 7. Couarr. *num.* 2. & Clarus *n.* 9. vbi concludunt post absolutionem non admitti aliam accusationem, quando absolutio impensa fuit per viam non solùm meræ iustitiæ, sed etiam per viam Indulgentiæ, vel dispensationis concessæ à legitimo superiore, secundùm glossam *in cap. de his, de accusationib.* quæ communiter recipitur ab Scribentibus, prout notat Decius *cons. 137. circa principium*, subdens quòd crimina semel dimissa iterum in vltionem venire diuina clementia non patitur.

Quinimò Inquisitio formari nequit contra illum, qui per absolutionem à iudice liberatus fuit, vt per Farinac. *in praxi criminali quæst. 6. n.* 1. latè probatur, & antè *quæst. 4. ex num.* 4. vbi de hac re plenè. Absolutus autem in foro pœnitentiali adhuc potest inquiri, & accusari in foro iudiciali, non obstante illa absolutione, Iulius Clarus *§. final. quæst. 16. num. 5. & quæst. 57. num.* 10. Tiraquel. *de pœnis temperandis, cap. 25. num* 4. Paladoro *part. 3. differentia 12. §. 2. num.* 12. Sanchez *de matrimonio lib 8. disp. 34. num.* 26. Sayr. *de censuris lib. 2. c. 10. num.* 31. Comitol. *respons. moral lib. 6. quæst.* 6. & apertè gloss. *in cap. qui crimen. 6. quæst. 1. & in cap. penultimo, de pœnit. dist 1. & in regula peccati venia, lib. 6. & in cap. gaudemus, de diuortiis.* Couarr. *dict. lib. 2. cap. 10. num.* 3. & alij, quos referens sequitur Farinac. *dict. quæst. 4. num. 5. & 6.* dicens absolutum in foro pœnitentiæ, siue pœnitentia fuerit secreta, siue publica, posse iterum molestari in foro iudiciali. Sic in nostro casu.

An verò possint absolui fœminæ solicitatæ, quin priùs solicitatores denuncient? P. Fagundez 11.
in secundo præcepto lib. 4. cap. 3. num. 31. tradit Sacerdotes solicitantes posse absolui à Confessariis ordinariis; fœminas autem prætextum confessionis etiam semel solicitatas, non posse absolui, nisi priùs deferant solicitantes, modò sint hac de re aliquali infamia infamati; quia hoc onus imponitur fœminis solicitatis, non autem viris solicitantibus: hæc verò denunciatio fieri non potest, vt dictum est, nisi præcedente aliqua infamia, minori tamen, quàm quæ requiritur in aliis delictis ob turpitudinem criminis: denunciationem omittens cùm denunciare tenetur, solum peccat in religionem debitam sacramento Pœnitentiæ, & ideo absolui non potest in foro conscientiæ, nisi satisfaciat præcepto de deferendo solicitantem, nec ab excommunicatione per Cruciatam, vel per quoduis aliud Iubilæum, ita Rodriguez *tom. 1. regul. quæst. 27. art. 3. in principio, & in summa part. 1.*

cap 207.*conclus* 1. Henriquez *lib.5.de pœnit.cap.*10. §.11 *littera T.* Sed meliùs Lucius *in summa cap.*24. *num.*11. tenet posse absolui ab excommunicatione lata ab Inquisitoribus, quæ perpetuò durat, cùm Inquisitores perpetuò visitent, & idcirco illorum excommunicatio est perpetua, & obligatio denunciandi durat perpetuò. Nec refert quòd in publicis fidei actibus feratur edictum, vt intra triginta dierum tempus denuncietur crimina in eo edicto, quia terminus triginta dierum incipit à die notitiæ criminis, & excommunicationis. Subdit tamen Lucius sic absolutus fœminas virtute Bullæ, vel Iubilæi cogendas esse denunciare Inquisitoribus solicitantes cùm primum commodè potuerint, quod si recusent, non posse absolui.

Sed quid si de facto fœmina solicitata absoluatur, nec ad denunciandum fuit monita? Manuel Rodriguez *in summa* 1. *part. cap.* 204. aliàs 207. *num.* 1. opinatur in hoc casu Confessarium esse puniendum, quod puto verum in foro conscientiæ dum de ea omissione confessus fuerit apud suum Confessarium; in foro autem externo neque ab Inquisitoribus, neque ab Ordinario puniri potest, cùm apud ipsos probari nequeat, ex traditis à Graffis *in decis.lib.*1.*cap.*23.*num.*22. Henriquez *in summa lib.*6.*cap.*19. Soarez *tom.*4.*disp.*33.*in fine*, Mascard.*conclus.*1286. Menoch. *de arbitr.casu* 414. & Aloys.Ricc.*in decis.Curiæ Archiep.Neap.part.*1. *decis.*190. Non enim præsumitur malum de Sacerdote sine probatione, & in dubio in fauorem Confessarij standum est. Poterit etiam absolui solicitata virtute Bullæ, si Confessarius deferendus mortuus est, quia per mortem cessauit obligatio denunciandi, & delictum regulariter morte extinguitur cum pœna, *l.defuncto.ff.de publicis iudiciis. l.*1.*cum aliis, Cod.si reus, vel accusator mortuus fuerit. l. pupillum, §.in heredem, ff. de regulis iuris, l.*1 *Cod.ne ex delicto defuncti*, Bartol. *in dict. l. defuncto*, Angel. *in § publica autem, num* 3.& *ibi* Scribentes *Instit.de public.iudic.* Decius *in dict l.pupillum, suprà*, Gig. *de crimine læsæ Maiest lib.*1.*tit. qualiter in crimine læsæ Maiest.proced. quæst.*20.*num.*1.

Nec obstat ab hac regula, delicta morte delinquentium vnà cum pœna extinguūtur, excipi crimen hæresis, de quo etiam post mortem delinquens potest accusari, per textum *in cap. filij, de hæreticis lib* 6. *l.Manichæos, C.de hæreticis*, Marsil. *in l. qui sine, vers. Item hæreticus mortuus, ff.de quæstionib. & l. qui falsam, §. accusatio, num.* 17.*ff. ad l. Cornel.de falsis*, Carrer.*in pract.crimin.tract.de hæret. §. expedito processu hæreticorum, n.*11. *pag.mihi* 239. Gomez *variar. resolut. tom.* 3. *de delictis cap.* 1. *numer.*80. Roland.*consil.*8.*num.*8. *lib.*3. Clarus *in practica quæst.*51. *vers. sunt tamen aliqua crimina, & in §. hæresis, vers.item de crimine*, & Mascard.*de probationib.lib.*1. *conclus.*348. *num* 35. *vers.amplia etiam.* Quia hæc regula, de qua suprà, excipit crimen hæresis in odium, & detestationem hæreticorum, non tamen excludit fautores & receptatores hæreticorum mortuos, si non sint hæretici, per *cap. accusatus §. porrò, extra de hæreticis*, & notat Gondizal.*in tract. de hæreticis quæst.*22. *num.* 8. & multo fortiùs non excludit suspectos de hæresi, *dict.cap. accusatus, §.porrò, extra de hæreticis*, vt per Zanchin. *in tract de hæreticis cap.*24 *num.*2. *& cap.*25. vbi tradit non habere locum, nisi contra verè hæreticum etiam defunctum, non autem contra suspectum de hæresi. Cùm ergo solicitantes sint tantùm suspecti de hæresi, nec eorum bona sunt confiscanda etiamsi viuant, multo minus sunt accusandi post mortem, nec denunciandi, & ideo fœmina omittens denunciare solicitantem iam mortuum, potest absolui virtute Bullæ ab excommunicatione, quam incurrit, propter omissam denunciationem, nisi ex aliqua causa iusta excusetur.

Quin etiam poterit absolui à mendicantibus in foro conscientiæ. Nam eorum priuilegia pro foro animæ tantùm valent. Similiter fœminæ, si detur causa legitima differendi denunciationem, possunt absolui virtute Bullæ, cum obligatione denunciandi, vbi primum sese occasio obtulerit, vt post multos tradit Sayr.*de censuris lib.*2.*cap.*18. *ex num.*11. & clariùs Soarez *de censuris, disput.*20. *sect.*2. *num.* 14. & colligitur ex *cap. eos, de sentent. excommunicationis in* 6. Quòd si cessante legitimo impedimento, non fiat denunciatio, fœmina reincidit in eandem censuram, idem Sayr. *lib.*3.*de censuris cap.* 28. *num.* 36. *versic. secundò, si illi quibus iniungitur.*

Vtrùm per constitutiones contra solicitantes ablata fuerit iurisdictio cognoscendi de hoc crimine Episcopis?

§. III.

EPITOME.

1. *Iurisdictio priuatiua quæ sit, & quæ accumulatiua?*
2. *Iurisdictio, quæ conceditur per dictionem taxatiuam, an dicenda sit cumulatiua, vel priuatiua?*
3. *Verba constitutionum, contra solicitantes procedas, & inquiras, non tollunt iurisdictionem Episcopis.*
4. *Episcopi possunt cognoscere de solicitantibus fœminas.*
5. *In quibus casibus possint Inquisitores cognoscere priuatiuè de solicitantibus?*
6. *Vtrùm in casibus contra solicitantes detur præuentio?*

AMBIGI hoc loco potest, an iurisdictio concessa in constitutione Pauli Quinti censoribus fidei sit priuatiua, an accumulatiua respectu Episcoporum? Respondeo non esse priuatiuam, quia priuatiua conceditur cum inhibitione, ne alij de illis causis, seu causa possint cognoscere, seu inquirere: quæ inhibitio non repetitur cum hac restrictione in constitutione hac; sed solùm conceditur, vt Inquisitores possint inquirere: ergo non aufertur iurisdictio Episcopis, quæ illis competit de iure ordinario, sed solùm extenditur, vt alij cognoscant ex præuentione. 1.
Item, quia iurisdictio, vt sit priuatiua, debet concedi in fauorem personæ: quòd si concedatur in fauorem causæ, est cumulatiua. Sic *lex prima tit.*2. *lib.*9. *recopil. Castellæ*, Afflict. *decis.* 41. *num.*1. *&* 2. *&* 3. Azeued. *in rubrica tit.*13.*recopil.num.*11. quos refert, ac sequitur Curia Philip.*part.*1. §.4.*num.*13. *&* 14 vt patet ex his constitutionibus, quæ sunt in fauorem Sacramentorum, & in defensionem illorum, vt maior puritas, & synceritas in eorum administratione reluceat; non autem in fauorem Inquisitorum, & probatur, quia etiam in dubio,

quando

quando non apparet, fuerit ne concessa iurisdictio in fauorem personarum alicui Tribunali, sed in specie certa causæ apparet fuisse concessa in fauorem publicum, quæ de iure competebat Ordinariis, præsumitur concessa non priuatiuè, sed cumulatiuè. Sic Bartol. *in l.* 1. *C. de officio Præfecti Vrbis*, Aretin. *in l. quod in rerum*, *§. si quis post*, *col.* 2. *ff. de legibus*, & *ibi* Iason *n.* 8. Felin. *in c. Pastoralis, col.* 1. *de officio Ordin.* Angel. *in l. testamenta, ad finem, vers. idem est, si dubitatur C. de testam.* Anchar. *cons.* 164. *n.* 6. *vers. neque ex eo*, quatenus ait iurisdictionem de nouo concessam quibusdam officialibus, non præiudicare iurisdictioni Ordinarij, quoniam præsumitur cumulatiuè concessa. Ergo quamuis concedatur Inquisitoribus posse cognoscere de hoc crimine contra solicitantes, hoc non tollit ab Ordinario iurisdictionem, quam de iure habet; sequitur Decius *in cons.* 3. *n.* 3. Ripa *tract. de peste tit. de præseruatiuis*, & alij.

Adde *cap.* 17. *de hæreticis in* 6. ibi, *per hoc quod negotium hæreticæ prauitatis alicui, vel aliquibus ab Apostolica Sede generaliter in aliqua Prouincia, ciuitate, vel Diœcesi delegatur, Diœcesanis Episcopis, quin & ipsi authoritate ordinaria, vel delegata, si habent, in eodem procedere valeant, nolumus derogari.* Fauet Concilium Tridentinum *sess.* 6. *c.* 4. *& sess.* 25. *c.* 6. *de reformatione*, vbi conceditur Episcopis, vt possint visitare omnia capitula, & illorum personas: quæ visitatio intelligitur cumulatiuè, non verò priuatiuè ad Abbates, vel Decanos, seu alias personas, quibus ante Concilium competebat visitatio. Gonzales *ad regul.* 8. *§.* 2 *proœmij n.* 21. ex sacra Congregatione, vbi constat facultatem visitandi non esse priuatiuam ad eos, quibus competebat visitare. Cùm ergo Episcopi possunt de hoc crimine contra solicitantes inquirere, & cognoscere, quamuis postea eadem facultas concedatur Inquisitoribus, nō propterea Episcopis aufertur facultas cognoscendi de eisdem, vt bene probat Cābed. *part.* 2. *decis.* 13. *ex num.* 1. *vsque ad num.* 11.

Ex dictis sequitur iurisdictionem concessam Episcopis à Summo Pontifice, de se esse priuatiuam; iurisdictionem autem Inquisitorum esse accumulatiuam ad Episcopum, qui est iudex Ordinarius in causa hæresis, non autem priuatiuam, *c. per hoc, de hæreticis in* 6. quia iurisdictio semper præsumitur concessa à principio absque præ-
2. iudicio tertij, Rolandus *cons.* 80. *a n.* 5 *vol.* 2. Nec refert si dicas iurisdictionem, quæ conceditur alicui per dictionem taxatiuam, videlicet ille solus procedat, esse priuatiuam. Nam adhuc censebitur iurisdictio cumulatiua, & non priuatiua, *l. viros spectabiles. C. de diuersis officiis lib.* 12. & Bartol. *ibi n.* 1. notat, quòd si statuto caueatur scholares debere conueniri tantùm sub Episcopo, & de consuetudine Rector etiam cognoscit per tale statutum non derogari consuetudini, Roman. *cons.* 393. *n.* 3. Bald. *cons.* 233. *n.* 2. *lib.* 3. Decius *cons.* 3. *num.* 1. *vol.* 1. addit Thomas Grammaticus *cons.* 2. *num* 9. dictionem taxatiuam positam in concessione iurisdictionis excludere alios iudices pares illi, cui tribuitur iurisdictio, non autem maiorem generalem, & Ordinarium, sequitur Rolandus *d. cons.* 80. *ex num.* 5. *cum sequentibus*, Gonzales *§.* 2. *proœmij num.* 27. *&* 28. *cum sequentib.*

3. Nec facit pro Inquisitoribus dicere Summum Pontificem in sua constitutione contra solicitantes, Inquisitoribus, Procedas, & inquiras, quia per hæc verba noluit concedere iurisdictionem priuatiuam Tribunali Inquisitionis ad Episcopos, nec voluit derogare iurisdictioni Ordinariorum, sed tantùm concessit sacro Tribunali facultatem cognoscendi etiam de hoc crimine, *l.* 2. *§ quod si a Principe*, *ff. ne quid in locis publicis*; patet ex *cap. suggestū, de decimis, c. cùm dilectus, de consuetudine, cap. dudum, de priuilegiis.* Faciunt tradita à Flaminio *de confidentiis quæst.* 79. *à num.* 41. dicente ab omnibus receptum per iurisdictionem in particulari concessam à Principe alicui, non censeri derogatum Ordinarij iurisdictioni; sed eam accumulatiuè traditam iudicari, Roland. *cons.* 48. *n.* 25. *col.* 2. Couarr. *in c. Alma, part.* 1. *§. vltimo num.* 3. *de sent. excommunic.* Etiam si concedatur per verbum taxatiuum, puta, ille solus, vel ille duntaxat, possit procedere, vel inquirere; adhuc censebitur concessio cumulatiua, & non priuatiua, *d. l. viros spectabiles. C. de diuersis officiis lib.* 12. & *ibi* Bartol. *n.* 1. Dictio namque taxatiua non excludit maiores iudices, neque Ordinarios. Proinde cùm de iure datum sit Episcopis inquirere de hoc crimine, & procedere contra solicitantes, opus erat in constitutione Pontificia contra solicitantes, vt fieret expressa derogatio, ne Episcopi deinceps se intromitterent in hoc crimine inquirendo, cognoscendo, seu puniendo. Cùm ergo constitutio hac de re nihil loquatur, possunt Episcopi sicut antea de hoc crimine inquirere, cognoscere, & punire, quoniam iurisdictio Inquisitorum est accumulatiua, & delegata ad iurisdictionem ordinariam, cui fauendum est, ex Vantio *de nullitate sententiæ ex defectu iurisdictionis num.* 26. post Alexand. *in l. Titia textores*, *ff. de legat.* 1. Ex quibus constat posse in hoc casu procedere Episcopos diuisim, & condemnare. Item denunciantes apud Episcopos non teneri denunciare apud fidei censores, si Episcopi acceptent denunciationem. Imò quamuis sint negligentes in acceptando, seu in inquirendo delatores, in conscientia non tenentur adire prætorium sacræ Inquisitionis, cùm iam satisfecerit præcepto imposito denunciandi. Vide Iul. Clar. *in praxi*, *§. hæresis n.* 6. & Molinam *de iustit. tract.* 5. *disp.* 28. vbi agunt de modo procedendi, quo vtuntur Episcopi, & fidei censores in casu hæresis.

Ex quibus concluditur cùm potestas cogno- 4.
scendi non sit in fauorem Inquisitorum, non esse priuatiuam, sed cumulatiuam, & Episcopos in solicitantes habere ordinariam potestatem, possique procedere diuisim, & condemnare, & idem posse Inquisitores in hoc casu, quod non possunt in casu hæresis: in quo & ipsi, & Episcopi possunt agere simul, & diuisim: non tamen possunt condemnare, nisi vtrique simul interueniant. Secus dicendum est de iurisdictione concessa Prælatis regularium in suos religiosos, quæ est priuatiua ad Episcopos; cùm sit iurisdictio concessa in fauorem personarum. Confert Concilium Trident *sess.* 25. *tit. de regularibus*, *c.* 14. Abbas *in cap. Pastoralis, de officio ordinar. & in c. cæterum col.* 2. *vers. Fateor tamen, de iudiciis*, Felin. *n.* 4. *vers. limita septimò, in d. cap. Pastoral.* cùm iis Prælatis fiat potestas corrigendi excessus suorum subditorum, & sint exempti à iurisdictione Episcopali, & declarat Rota Romana, teste Puteo *decis.* 239. *lib* 3. & censuit Congregatio die nono Iulij 1573 super dicto *cap.* 14. Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 18. *casu* 11. *&* 12. *& num.* 22. *&* 23. post plures ibi allegatos. Confirmatur ex Bullis Apostolicis Pauli Tertij *fol.* 34. & Clement. VII. & ex

aliis Summorum Pontificum. Vnde patet Regulares eorúmque bona quæcumque ab omni iuriſdictione, & correctioue Ordinariorum eſſe excépta, &ſuſcepta ſub protectione immediata Sedis Apoſtolicæ, ita, vt neque Prælati, neque eorum ſubditi Regulares ſubiiciantur etiam ratione delicti Ordinariorum iuriſdictioni, exceptis iis caſibus, in quibus Tridentina Synodus eos Epiſcopis ſubiecit. Atque ita certum eſt iuriſdictionem Prælatis regularibus conceſſam erga ſubditos ſuos eſſe priuatiuam ad quoſcumque Ordinarios Summo Pontifice inferiores. Idem dicitur, quando iuriſdictio eſt conceſſa per contractum, tunc enim intelligitur priuatiuè conceſſa, Menoch. *lib. 2. de præſumptionib. præſumpt.* 18. *n.* 23. ſed in caſu noſtro non eſt conceſſa iuriſdictio, neque in fauorem Inquiſitorum, neque per contractum, ſed in fauorem cauſæ; ergo non eſt priuatiuè, ſed cumolatiuè conceſſa.

5. In hoc tamen caſu contra ſolicitantes ex decreto Clementis Octaui, cuius meminit Param. *de origine Inquiſitionis quæſt.* 10. *n.* 168. *fol.* 881. ibi priuatiuè etiam quoad ſuperiores regularium, Inquiſitores duntaxat habent priuatiuam iuriſdictionem quoad ſuperiores Regularium, ita vt Prælati Regularium nequeant cognoſcere de Regularibus ſi fortè Regularia aliquis ſolicitet, & ideo quoad Regulares duntaxat eſt priuatiua, quoad alios autem eſt cumulatiua, nec per eam poteſtatem inquirendi erepta fuit Epiſcopis iuriſdictio ordinaria in iſtum caſum, & ita poſſunt nunc de hoc caſu cognoſcere Epiſcopi, ſicut antea poterant, ita Pater Fagundez *præcepto ſecundo lib. 4. c. 3. n. 31. verſ. per hanc verò Bullam, fol. mihi* 382. *col.* 1. *ad finem*, vbi addit ſic reſpondiſſe grauiſſimos, ac doctiſſimos noſtræ Societatis viros hac de re conſultos. Hinc fit, ſi denunciatio fiat apud Epiſcopum, & ille acceptet eam, non
6. teneri denunciari ſolicitantes ad ſacrum Inquiſitionis Tribunal; datur enim præuentio: vt conſtat ex Bulla Gregorij Decimiquinti *verſ. omnes hæreticæ prauitatis Inquiſitores, & locorum Ordinarios*, & ideo vtrique poſſunt cognoſcere de ſolicitantibus, eoſque punire. Bonacin. *ſuprà n.* 22. *&* 23. Regulariter autem adeundum eſt Tribunal, quod eſt magis idoneum ad procedendum in huiuſmodi caſibus.

Quomodo ſint intelligenda verba conſtitutionum, quæ dicunt, Dum earum confeſſiones audiunt?

§. IV.

EPITOME.

1. *Vtrùm fœmina ſolicitata in actu confeſſionis, ſiue antè, ſiue pòſt immediatè teneatur denunciare? pars negans oſtenditur; pars affirmans eſt ſequenda.*
2. *Confeſſio ex parte pœnitentis bona fide facta, ex parte Confeſſarij malo animo accepta, an ſit vera confeſſio, de qua hoc loco, & quid de confeſſione inualida?*
3. *Solicitans in confeſſionali abſque animo confitendi, an ſit deferendus?*
4. *Sacerdos ſolicitans in actu confeſſionis antecedenti, ſi confeſſio non ſequatur, neque abſolutio impendatur, an comprehendatur ſub Breui?*
5. *Solicitare fœminam ad actum nefandum, vel ad mollitiem, an ſit caſus Bullæ? & quid de ſolicitantibus pueros?*
6. *Conſtitutiones hac de re, an extendantur ad actus præteritos ante promulgationem.*

PRIMA difficultas, an fœmina ſolicitata paulo ante, vel paulo poſt confeſſionem, teneatur denuntiare ad fidei arbitros? Ratio dubitandi, quia conſtitutio Pauli Quinti ait ibi, *dum earũ audiunt confeſſiones.* Ergo ſi paulo ante, vel paulo pòſt Confeſſarius ſolicitet fœminam ad actus inhoneſtos, nõ poterit deferri. Probatur, quia cùm lex ſit pœnalis, non eſt extendenda vltra crimen, caſũ, aut perſonam, quamuis eadem ratio inueniatur in aliis criminibus, aut caſibus, ita Felin. *in proœmio Decretal.* Caſtro *lib.* 1. *de lege pœnali, c.* 71. *documento* 3. Hippolyt. *conſ.* 71. *n.* 19. *conſ.* 52. *n.* 36. Afflict. *deciſ.* 21. *a n.* 5. vbi dicit hoc eſſe de mente Ioannis Andr. *in Mercu. in regul. odia, in ſexto*, & Cyn. *in l.* 2. *C. quæ ſit longa conſuetudo.* facit *cap. pœna, de pœnit. diſt.* 1. vbi dicitur pœnas legum interpretatione molliendas eſſe potius, quàm nimis exaſperandas, & conſequenter proprium caſum non excedere, vnde gloſſ. *in regul. odia, prœcitata*, ait argumentum à ſimili non valere in pœnis, item, quia lex pœnalis pendet à ratione, & à voluntate legiſlatoris, nimirum puniri hoc, aut illo modo, pendet ex ſola voluntate ferentis legem, lex autem non pœnalis pendet à ſola ratione. Atqui conſtitutio præſens ſolùm loquitur de ſolicitantibus, dum audiunt confeſſiones fœminarum; ergo ſi ſolicitet Confeſſarius ad actum impudicum fœminam extra actum confeſſionis, non eſt deferendus. Sayr. *in claui lib.* 3. *de lege pœnali cap.* 8. *n.* 9. Garcia *de beneficiis, part.* 11. *cap.* 10. *§.* 2. *num.* 196. *cum ſequentibus*, & Sanchez *lib.* 2. *in præcepta Decalogi c.* 28. *num.* 4. *&* 5. vbi volunt ex identitate, ſeu maioritate rationis non fieri extenſionem in pœnalibus extra caſum, ſeu crimen in lege contentum. Cùm ergo dicta conſtitutio, ſeu conſtitutiones, non loquantur, niſi contra ſolicitantes, dum audiunt confeſſiones, non ſunt extendendæ ad ſolicitantes ante, vel poſt confeſſionem. 1.

Cæterùm dicendum eſt non ſolùm ſolicitantes dum audiunt confeſſiones comprehendi, ſed etiã paulo ante, vel paulo poſt confeſſionem, ſi ſolicitent. Ratio, quia, quæ fiunt ante actum, vel poſt illum ſtatim, vel propè, vel circiter, cenſentur fieri in eodem actu, *l. in operis*, & *ibi* gloſſ. & Bartol. *ff. locati.* Bald *in cap.* 1 *col.* 2. *in verb. pacem. tit. de pace tenenda*, Tiraquel. *de retract. conuentio.* §. 1. *gloſſ.* 5. *num.* 1. *fol. mihi* 339. *& fol.* 340. *num.* 6. *& in l. ſi vnquam, verb. donatione largitus, num.* 101. *& ſequent.* vbi probant fieri in eodem actu, quæ fiunt incontinenti, ſiue antè, ſiue pòſt. Cenſetur enim vnicus actus, quia quod vni ineſt, alteri quoque ineſſe creditur, propter vicinitatem vtriuſque, & propter propinquitatem temporis. Idcirco bini illi actus iudicari debent, ac ſi vnus tantùm eſſet, per *l. cùm antiquitas, C. de teſtament. & l. hæredes palam, §. vno contextu. ff. eodem titulo*; argumento teſtium, qui debent iurare antequam deponant, vt habetur *in l. iuriſiurandi, C. de teſtibus, & cap. de teſtibus, & cap. nuper, eodem titulo.* Veruntamen ſatisfaciunt, ſi iurent confeſtim poſtquam depoſuerunt:

deposuerunt: consentiunt namque iurate in ipso actu, & in eodem tempore, ita Hostiensis *in summa, tit. de testibus, §. super quibus, vers. sed quid si testis.* Baldus, & Castro *in d. l. iurisiurandi*, idem Bald *in l. vltima col. 2. vers. secundò incidenter quaero, ff. de feri.* vbi ait post terminum probationibus assignatum, posse admitti ad probandum, qui in continenti vult probare, siue per testes, siue per scripturam, quia videtur probare intra terminum, qui probat post terminum incontinenti, quod etiam laudat Iason *in l. non solùm, §. morte, ff. de oper. nou. nunciatione.* Ergo Sacerdos solicitans etiam ante, vel paulo post confessionem, dicitur solicitare in ipso actu confessionis, ac proinde est defetendus ad Inquisitores, vt in specie Enriquez *lib. 6. de poenitentia cap. 17. num. 4. littera L. & cap. 22. ad finem, num. 6.* & Rodriquez *de Regularib. tom. 2. quaest. 27. art. 2. ad medium, & art. 3. ad principium*, quod etiã vult Gregorius Decimusquintus *in sua Bulla*, Bonacina *tom. 1. tract. de obligatione denunciandi 2. propos. n. 6.*

2. Secunda difficultas, an confessio ex parte poenitentis bona fide incepta, & ex parte Confessarij malo animo comprehendatur sub hac constitutione, & quid de confessione inualida? Responde quoad priorem partem solicitatam teneri deferre Sacerdotem, si solicitet ad turpia, cùm foeminae mens fuerit se accusandi, & quamuis confessio non perficiatur, non proinde excusat foeminam à denunciatione, Bonacin. *vbi supra d. 2. propos. n. 6.* ex dicta Bulla Gregorij X V. vbi tradit comprehendi sub Breui solicitantem occasione, vel praetextu confessionis, siue confessio, vel absolutio sequuta fuerit, siue non, siue prouocatio fiat extra occasionem confessionis in Confessionali, aut in loco deputato, aut electo ad confessiones audiendas, & Confessarius fingat se velle confessionem audire. Eadem responsio posteriori parti competit, non obstante quòd confessio sit inualida. Quin imò dicitur vera solicitatio secundùm mentem constitutionis Gregorianae, nulla existente sacramentali confessione, videlicet si foemina solicitetur ante accusationem, & ipsa ob id nolit se accusare, vel si Confessarius contritus nolit illam audire, iam praecedens solicitatio, sufficit ob iniuriam sacramento illatam, Graffis *consil. 1. de cognat. spirit. à n. 25.*

3. Et quamuis Illustrissimus Cunha *de solicitantibus quaest. 14. n. 11.* opinetur non esse deferendum Confessarium à foemina solicitata, quando ipsa non praetextu confessionis, sed diuersae rei praetexto accessit ad Confessarium publicè audientem alias foeminas in Confessionali, quia non solicitauit poenitentem, nec volentem confiteri, nihilominus, quia solicitatio fuit in loco Confessionalis, idcirco Confessarius incidit in poenas constitutionis Gregorij X V. contra solicitantes, Bonacina *supra secunda propos. num. 6.* Sicut etiam incidit solicitans in actu confessionis antecedente, siue confessio, vel absolutio sequatur, siue non. Vnde minus bene tradit Benedictus Ægidius *in tract. de iure, & priuilegio honestatis art. 11. num. 19.* dum ait non incidere in poenas solicitantis Confessarium non paratum ad excipiendas confessiones foeminae, quae reiecta solicitatione confessionem periuit, & Confessor audiuit relicta solicitatione, cuius sententia potest procedere, quando solicitatio fuit extra locum deputatum, seu electum ad confessiones audiendas, Gregorius. X V. *in sua Bulla*, & Bonacin. *ibi numer. 6. suprà.*

4. Tertia difficultas, an solicitans foeminam ad mollitiem, seu actum nefandum, seu pueros prouocans ad libidinem, comprehendatur sub constitutionibus? Responsio quoad foeminas sit affirmatiua, quia quamuis in specie non fiat mentio de mollitie, neque de actibus contra naturam, satis est quòd fiat mentio de solicitatione ad turpia, & constitutiones loquuntur de inhonestis actibus, & turpibus generaliter, & sub genere comprehenduntur omnes species, & terminus indefinitè positus in huiusmodi legibus adaequat decretum vniuersale. iuuat Paramus *de origine sancti Officij, quaest. 10. fol. 881.* ex constitutione Clementis V I I I. per haec verba, ibi, *Solicitantes mulieres ad impudicitiam, & peccata carnis*: atque ita quamuis non exprimantur actus nefandi in specie; ratio tamen, & intentio legislatoris satis ostenditur per verba ad impudicitiam, & per verba ad peccata carnis. 5.

Quoad solicitatores puerorum etiam comprehendi manifestum est, si prouocentur ad nefandos actus. Ita Salzedus *in practica cap. 81. vers. deponantur, in fine*, vbi ait sic fuisse indicatum in casu, Lodouicus Lopez *1. par instructorij c. 35. vers. ad hic iam, in fine.* Manuel Rodriquez *de Regularibus tom 2. quaest. 17. art. 3.* & alij, quos referens sequitur Illustrissimus Cunha *de solicitantibus quaest. 6. num 6.* vbi *num. 11.* addit idem esse dicendum de solicitante pueros in confessione, vel paulo antè, vel paulo pòst ad mollitiem, post Franciscum Suarium.

Nec refert dicere constitutionem non extendi ad solicitantem masculos, nec loqui de illis: quià quamuis non loquatur, nisi de foeminis solicitatis, id propterea factum est; quia ipsae frequentiùs solicitari solent, & sub eis masculi intelliguntur, Cunha *d. quaest. 6. num. 12.* ex ea ratione, quòd etiam poenales leges ad similia frequentissimè extenduntur, argumento *c. 1. de maledicis*, quod loquitur in clericis, & poena illius laicos etiam constringit, secundùm Hostiensem *in summa eodem titulo, § alij maledicunt Principem Ecclesiasticum, post principium, vers. idem credo de laico*, Henric. Boic. *ind. c. 1. n. 5. vers. idem credo de laico, & n. 6. vers. maximè inter laicos, extrà de maledicis.* Confert leges poenales editas in bonum publicum, & vtilitatem vti fauorabiles extendi posse, vt notat Bart. *in l. quemadmodum n. 4. C. de agricolis lib. 1.* sequitur Iason *in l. quod Seruius n. 2. ff de conditione causa data.*

Quarta difficultas an constitutiones extendantur ad actus praeteritos ante promulgationem factos: Videtur dicendum non extendi ad praeterita, sed solùm ad futura post promulgationem commissa, quia leges nouae, seu nouitet editae respiciunt absolutè casus futuros, non verò praeteritos, *c. vltimo, de constitutionibus, l. leges. C. de iureiurando.* Nauarr *in manuali c. 23. n. 109 & 111, & de simonia consil. 18.* vbi ait confidentiarios non subdi poenis ante promulgationem Pij Quarti, sequitur Flaminius *de confident. quaest. 12.* cùm lex regulariter futura respiciat, non tamen praeterita. sic etiam Bartol. *in l. omnes populi n. 39. ff de iust. & iur* Hostiensis *in summa tit. de constitutionibus, §. quando constitutio*, quod procedit, si ratio constitutionis antecesserit constitutionem, quoniam per hoc prohibitio constitutionis ipsius non trahitur retro ad tempus antecedens, sed ad futurum, Bald. & Salicet. *in l. testium. C. de testibus.* Imò quamuis 6.

quamuis lex loquatur per verbum ſubiunctiui modi, quæ poſſet importare præteritum, ſemper reſpiciet futurum, Abbas *in dict. cap. vltimo, de conſtitut.* & *ibi* Felinus *num. 1.* gloſs. *in l. cum tale, §. vltimo, ff. de condit. & demonſtr.*

Nec refragatur, ſi quis dicat hanc conſtitutionem nouam coincidere cum iure antiquo Summi Pontificis Pauli Quarti, ac proinde ad præterita eſſe trahendam, quoniam hæc conſtitutio reſpectu noſtri regni eſt noua, & quoties conſtitutio eſt noua, vel habet inductionem iuris noui in aliquo regno, nunquam trahitur ad caſus præteritos. *l. ius ciuile, ff. de legibus,* Imola *cap. quoniam, de conſtitut.* & tradit eſſe commune Benedict. Capra *in regula ſexta num. 43.* & valet etiam quando conſtitutio eſt antiqui iuris declaratoria, ſi habet verbum promulgatorium iuris noui, vel quando lex eſt noua in aliquo Regno, vel Prouincia reſpectu pœnæ, ita gloſſ. *in cap. vnico, de clericis non reſidentibus in 6.* & *ibi* Geminian. & alij, Felin. *in d. cap. vltimo, de conſtitut.* & in ſimili probat Flaminius *de confident. quæſt. 12. à num. 8.* Igitur non eſt extendenda, niſi ad futura hæc conſtitutio, non autem ad præterita, niſi in lege id exprimatur. Gama *deciſ. 313. num. 9.* per *d. l. leges, C. de iureiurando.*

Nihilominus dicendum eſt conſtitutionem Pauli Quinti extendendam eſſe ad præterita, cùm ſit fauorabilis, & in fauorem fidei, ac Religionis, quod colligitur ex verbis conſtitutionis, quomodolibet diffamatos, & ex verbis *ibi*, *ſuper præmiſſis diligenter inquiras.* quæ verba comprehendunt diffamatos ante promulgationem conſtitutionis: ergo extenditur ad præterita, Illuſtriſſimus Cunha *de ſolicitantibus, quæſt. 3. num. 7. & num. 20. 21. & 22.* cum multis, quos ibi referens ſequitur, cui accedit Bonacin. *d. propoſ. 2.* vbi tradit Bullam Gregorij Decimiquinti extendi ad actus præteritos. Quando verò lex noua iuris antiqui declaratoria extendatur ad præterita, tradit Morla *in emporio iuris, part. 1. tit. 1. quæſt. 6. num. 11. cum ſequentibus,* Armend. *in proœmio additionis ad recop. legum Nauarræ, num. 45.* Caldas Pereria *de poteſtate eligendi, cap. 11. num. 30.* & Don Chriſtophorus de Pace *in ſcholiis ad leges ſtyli, l. 200 num. 2. & 29. verſ. oritur,* & P. Ribadan. *in lib. pro defenſione Societatis* IESV *cap. 15.*

Quibus pœnis puniendi ſint Confeſſarij ſolicitantes, & quot teſtes ſufficiant ad probandum hoc crimen.

§. V.

EPITOME.

1. *Solicitans in confeſſione incurrit pœnas, quas incurrunt ſuſpecti de hæreſi.*
2. *Crimen ſolicitationis inceſtum, & ſacrilegium continet, & quæ ſit pœna inceſtus, ac ſacrilegij?*
3. *Confeſſarij ſolicitantes poſſunt ſuſpendi beneficiis, ac officiis, & aliis pœnis puniri.*
4. *Solicitans in confeſſione etiam priuari debet à confeſſionibus fœminarum audiendis.*
5. *Solicitans quando ſit tradendus, & relaxandus Curiæ ſæculari?*
6. *Solicitans an debeat abiurare de leui, aut de violenta, ſeu vehementi.*
& an ſit degradandus? ibid.
7. *Quot teſtes requirantur ad conuincendum ſolicitantes, & an ſingulares probent?*
8. *Teſtes in hoc crimine probando, an poſſint eſſe fœminæ?*
9. *Teſtium qualitas, quæ, & qualis requiratur in crimine ſolicitandi?*

QVÆSTIONIS eſt, an ſolicitatio in confeſſione præ ſe ferat hæreſis ſuſpicionem? Reſponſio eſt affirmatiua, vt patet ex proœmio conſtitutionis, per hæc verba, ibi, *Nos in animum inducere nequeuntes, quòd qui de fide Catholica rectè ſentiunt, Sacramentis à Chriſto inſtitutis abutantur, aut illis iniuriam faciant.* Item, quia Inquiſitorum iuriſdictionis quaſi ordinariæ fundamenta ſunt crimina, quæ de hæreſi ſuſpicionem ferunt, vt notat Paramus *de origine Sancti Offici, quæſt. 10. num. 97.* poſt Albertin. *de agnoſcendis aſſertionibus Cathol.* vbi tradit, quando ſuſpicio dicatur leuis, quando vehemens, quando violenta. Cùm ergo Inquiſitores procedant contra ſolicitantes virtute prædictæ Paulinæ, ibi, *iuxta facultatem contra hæreticos à Sede Apoſtolica conceſſam*, &c. ſatis oſtenditur ſolicitantes præſeferre ſuſpicionem de hæreſi ſic Farinac. *in praxi crimin. part. 4. de delictis carnis, quæſt. 137. num. 28.* & Illuſtriſſimus Cunha *de ſolicitantibus, quæſt. 2. num. 7. & num. 15. & 17.* vbi concludit ſuſpectos de fide haberi illos, qui in confeſſione ad turpia pœnitentes ſolicitant. Quare cognitio de hoc crimine pertinet ad Inquiſitores ex officio, vt patet ex decreto Clementis Octaui à Paramo, relato *ad finem quæſtionis 10. de origine Sancti officij*, his verbis: *ſicut in aliis ad ſancta Inquiſitionis officium pertinentibus.* Vbi nota dictionem, *aliis*, per quam demonſtratur caſum ſolicitandi pertinere ad Inquiſitores ex officio: ſecus de peccato Sodomiæ, quod pertinet ad Inquiſitores ex commiſſione, non quòd faciat ſuſpicionem hæreſis, nec peccantes de hæreſi abiurant. Longè aliter de ſolicitantibus, qui abiurant vt ſuſpecti de leui, vt *infra.* 1.

Incurrunt ergo ſolicitantes in pœnas quibus afficiuntur ſuſpecti de hæreſi, vt notat Paramus *ſupra d. quæſt. 10. num. 90. & 97.* & Pegna *2. part. directorij, comment. 81. fol. 383. col. 2. verſ. Ille quoque grauiter peccat,* nec leuem contrahit malæ credentiæ ſuſpicionem, qui in confeſſione ad Venerem, vel ad alia flagitia ſolicitat pœnitentem. Pœnæ autem contra ſuſpectos de hæreſi ſunt arbitrariæ, & ideo iuxta facti, & perſonarum qualitatem Epiſcopus, & Inquiſitor poſſunt imponere pœnam arbitrariam. gloſſ. *in cap. vt commiſſi, verſ. & illorum, de hæreticis in 6.* & *ibi* ſcribentes; vbi volunt quando agitur de puniendis ſuſpectis de hæreſi pœnam eſſe arbitrariam, quæ regula, ſeu concluſio habet locum in omnibus pœnis imponendis ſuſpectis de hæreſi, Ioannes de Imola *in Clementina Ad noſtram, num. 23.* & *ibi* Zabarell. § *porrò, n. 2. tit. de hæreticis,* & Calderin. *in tractat. de hæreticis, rubr. de hæreticis redeuntibus, & conuerſis, num. 1.* vbi aduertit in pœnis imponendis aliter procedendum contra ſimplices, aliter contra prudentes, aliter contra laicos, & aliter contra Eccleſiaſticos, Roſell. *in ſumma in verb. hæreticus, num. 44.* & Tabiena *eodem verb. hæreticus, num. 23. & 24.*

Porrò crimen ſolicitandi continet inceſtum, & ſacrilegium. Inceſtum, quia ſollicitat filiam ſpiritualem, Decian. *tract. crimin. lib. 6. cap. 23. num. 1. & ſequentib.* Ægidius *de priuileg. honeſt. art. 11. n. 18.* 2.

&

& Farinac. *de delictis carnis, part.4. quæſt.* 149. Sacrilegium autem ex eo reperitur, quia ſolicitatio fit in ſacramento Pœnitentiæ, & ex iniuria illata Sacramento, & loco ſacro ſacrilegium eſt manifeſtum, Azor *inſtit.moral.par.1.lib.9. c.*28. Graff. *deciſ.lib.2.c.* 48. Leſſ. *de iuſtitia lib.2.c.* 45.& Suar. *de Religione tom.1.tract. de ſacrileg. lib.3. c.1. & 5.* Pœna verò ſacrilegij ordinaria de iure ciuili capitalis eſt, *l.ſacrileg y, ff.ad legem Iuliam pec.l.aut facta, §.locus, ff. de pœnis*, quod eſſe receptum teſtantur graues auctores ſacrilegos olim, vel ex ſaxo præcipitari, vel pœna parricidis debita puniri.

Quoad inceſtus pœnam aduertendum eſt; actum ſolicitandi, niſi compleatur, non reputari pro actu perfecto, Boërius *deciſ.*316.n.2. Nam affectus non punitur pœna inceſtus ordinaria, niſi ſequatur effectus, Duennas *regul.*35. Aloyſ.Ricc. *in collect.deciſionum part.5.collect.*1895. Thomas de Thomaſ.*in floribus legum,regul.*18. Franc. Galet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verb.affectus*, Cardinal. Tuſch. *littera C. concluſ.* 544. & Benedictus Ægidius *in lege ex hoc iure, ff.de iuſt. & iur. par.1. c.7.n.*32. quotum aliqui limitant in delictis atrociſſimis, nimirum in crimine læſæ Maieſtatis, ſimoniæ, veneficij, & in propinante venenum. Atqui ſolicitatio in confeſſione ad alliciendum filiam ſpirituale ad turpia, eſt inceſtus inchoatus, & per ſolicitantem non ſtat peruenire ad actum completum in crimine atrociſſimo: ergo debet puniri inceſtus vti actus perfectus, præſerti m, ſi Confeſſarius non multo poſt libidinem perfecit. Quòd ſi ſolicitatio non habuit effectum, arbitrio Inquiſitorum puniendus eſt. Idem erit ſi poſt longum temporis terminum accedat ad ſolicitatam non ex vi ſolicitationis præteritæ, ſed accedente noua ſolicitatione: tunc enim cùm videatur crimen inceſtus ſolicitatio non egredi, non videtur locus Inquiſitoribus, vt inquitant, ex traditis à Nauarro *conſ.2. de hæreticis*, incipit *vtrum Inquiſitores, per totum*, & Paramus *de origine ſancti Officij, quæſt.*10.n.91.

3. Inſuper Confeſſarij ſolicitantes poſſunt ſuſpendi, & priuari officio, ac beneficio, & aliis pœnis puniri, Paramus *de origine ſancti Officij, quæſt.*10.n.166.*poſt medium*. Quin imò pecuniariæ pœnæ eiſdem imponi poſſunt piis operibus, ex traditis à Pegna 3. *par. Directory, comment.* 1. *verſ. hæc verò pœna*. Nam quamuis pœna pecuniaria reſpectu alterius ſit commodum; attamen propter ipſius delinquentis culpam vera pœna cenſetur, cùm prætextu inopiæ aliquando in corporalem mutatur, Couarr.lib.2.*variar.c.1.n.*8. & Boër. *deciſ.* 349.*n.* 11. Quòd autem poſſint ſuſpendi ab officio, & beneficio, ex eo patet, quia ſuſpecti de hæreſi pœna arbitraria puniri poſſunt vltra ſuſpenſionem: ſicut puniuntur Sacerdotes ſecundis nuptiis benedictionem impertientes in caſu non permiſſo, vt docent Menoch. *caſu*417. *n.*8. Ceuallos *commun.contra commun. quæſt.*604.n.136. Perez *lib.5.ordinam.verſ intelligas,pag.*521.5. *col.*5. & Salzed. *in praxi, c.* 77. *littera F.verſ.in hoc delinquens.*

4. Præterea ſolicitantes in confeſſione debent ſuſpēdi à confeſſionibus, præſertim fœminarum, excipiendis, ſic Cantera *in quæſtionib. criminalib. c.1.n.*65.*ad finem, de hæreticis fol.* 426. Lucius *in ſumma ſummarum c.* 24.*n.*11. & Graff.*conſ.1.n.*30. *de cognat.ſpirit.* Vide Riccium *in praxi fori Eccleſiaſtici deciſ.*369.n.1. dicentem Neapoli Parochum priuatum fuiſſe propter hoc crimen à cauſa animarum per annum integrum duntaxat. Addit que ſic fuiſſe punitum, quia delatus in tortura non confeſſus eſt, ſed negauit, & ob id fuit ad tempus ſuſpenſus: cùm ſi de crimine eſſet legitima probatio, in perpetuum debuiſſet a confeſſionibus audiendis ſuſpendi, Cantera *vbi ſupra*.

5. Controuerti tamen poteſt, an impurus Confeſſarius ſit tradendus Curiæ ſæculari, vt hæreticus? Reſponde negatiuè, quia ſuſpectus de hæreſi ratione delicti nunquam de hæreſi formaliter conuinci poteſt, etiam ſi frequenter committat delictum idem, quod ſecum fert ſuſpicionem hæreſis, quia ratione huius delicti non dicitur relapſus in hæreſim, & ex conſequenti, vt hæreticus tradi non poteſt Curiæ ſæculari. Nihilominus in noſtro caſu, ſi clericus fuerit incorrigibilis, & redierit ad eadem delicta, poſt aliquam monitionem perſeuerauerit, poterit tradi Curiæ ſæculari puniendus, vt conſtat ex verbis conſtitutionis Paulinæ, ibi, *procedas, ac culpabiles repertos iuxta exceſſum ſuorum qualitatem, prout iuris fuerit punies etc, etiam ſi, & prout de iure fuerit faciendum, debita præcedente degradatione ſæculari iudicis arbitrio puniendos tradendo.* Ex quibus verbis id oſtenditur, textus etiam *in cap.cum non ab homine, de iudiciis, verb. incorrigibilis.* Sed hic textus loquitur in caſu diuerſo, nimirum, quando in graui crimine deprehenſus depoſitus, deinde propter contumaciam excommunicatur, & poſtea anathematizatur, & ſi adhuc in contumacia perſeuerat, nec iudici Eccleſiaſtico obedit, poterit talis incorrigibilis comprimi per poteſtatem ſæcularem, Couarr.*pract c.*23.*n.*2.*verſ.ſecundò eſt notandum*, Clar.*§.final. quæſt.*36. *verſ.ſed quæritur*, Menoch.*de arbitrar caſu* 415.*n.vltim.*& Barboſ.*de offic & poteſt. Epiſcop. allegat.* 110. *num.* 14. & 16.

Longè aliter in caſu ſolicitationis, in quo, vt degradetur, non eſt opus procedere per gradus incorrigibilitatis attento iure, cùm Inquiſitoribus permittatur, vt poſſint, ſi, & prout de iure fuerit talis peccati, reos degradatos relinquere Curiæ ſæculari, præmiſſa videlicet iudicis Eccleſiaſtici ſententia, vt ſolicitans ex ſuo miſero ſtatu ad Curiā ſæcularem ſolenniter transferatur; atque ita ſolemnis degradatio debet præcedere antequam poteſtati ſæculari tradatur. Nam clericus actualiter degradatus punitur à iudice ſæculari, cùm per degradationem fiat de Curia ſæculari, & ideo punitur per illam, *c.2. de pœnis*. Mil. *in practica pag.mihi* 93. *n.*25. Boſſ.*in titulo de for. compet. num.*140. Diaz *in pract.crimin.* Canon *c.*133.& niſi clericus ſit à iudice Eccleſiaſtico degradatus, & poteſtati ſæculari traditus, non poteſt pro quocumque etiam grauiſſimo crimine ab eadem ſæculari poteſtate puniri, vt eſt communis, reſte Couat.*pract.c.*32.*n.*2.*verſ primum etenim illud conſtat.* Clarus *in pract.quæſt.*36. *verſ. ſcias autem*, & Roland.*conſ* 4.*n.*22.*vol.*1.

Illud etiam dubium expedire expedit; an ſolicitans ſuſpectus de fide abiuret de leui? Placet affirmare; quia id onus imponitur ſuſpectis in fide, Simancas *de Catholicis inſtit. titul.* 1. *n.* 18. & *num.* 21. vbi reddit rationem, quare ſuſpecti de hæreſi coguntur errores ſuos abiurare, ſequitur Menoch. *de arbitr.caſu* 372. & Paramus *de origine ſancti Officij quæſt.*10.*n.*166.qui *n.*165.*verb.allucato*, tradit hanc abiurationem eſſe faciendam in ſecreta aula ſacri Officij coram Epiſcopo loci, & 6.

aliis

LIBER SEXTVS

DE EXCELLENTIA, POTESTATE ATQVE OFFICIO EMINENTISSIMORVM CARDINALIVM.

DISPVTATIO DECIMAQVINTA

DE ORIGINE, ET ANTIQVITATE, AC DE RELIQUIS QUÆ SPECTANT AD ILLUSTRISSIMOS DOMINOS CARDINALES.

Quando inceperit olim Cardinalitia dignitas.

§. I.

EPITOME.

1. *Cardinales vnde sic vocentur, & de eorum origine.*
2. *De excellentia, & dignitate antiqua, & hodierna.*
3. *De officio multipli Cardinalium.*
4. *Cardinaliũ insignia, quæ sint, & à quo fuerint inducta.*
5. *Cardinalium dignitas an possit extingui à Romano Pontifice.*
6. *Cardinales an possint renunciare Cardinalatui?*
7. *Cardinalium Collegium an possit præscribere iurisdictionem, & authoritatem Romani Pontificis?*
8. *Cardinalium potestas tota oritur à Romano Pontifice.*
9. *Cardinalium gradus, & ordo quotuplex?*
10. *Tituli Presbyterorum viginti octo specialiter nominati sunt.*
11. *Cardinalium Diaconorum tituli olim erant decem & octo.*
12. *Cardinalium Episcoporum tituli hodie sunt sex, olim septem, vel octo.*
13. *Cardinales an sint instituti de iure diuino?*
14. *Cardinalium creatio vsque ad quem numerum ascendere debeat?*
15. *Cardinalium Collegium quid possit Sede vacante?*

1. CARDINALES dicuntur à cardine, cardo autẽ ex ferro construitur, in quo fores vertuntur, sic in Cardinalibus Romano Pontifici assidentibus totius Ecclesiæ pondus vertitur, ac voluitur, & quemadmodum venti principales, qui ex quatuor mundi partibus perflant, dicuntur Cardinales, sic etiam Diaconi Præfecti præcipuis ciuitatis partibus, quæ Cardines vocabantur, iure optimo dicti sunt Cardinales, Barbar. *de præstantia Cardinaliũ quæst.* 1. *n.*23. post alios Vasquez *de ordine disp.* 242. Franciscus Leo *in thesauro fori Ecclesiastici*, *c.*2. & Cæsar *in sua Hierarchia Eccles. disp.* 2. §. 1. *n.* 5. Azot *instit. moral. par.* 2. *lib* 4. *c.* 1. *in principio*, & est communis.

De origine autem Cardinalatus Hieronymus Platus *de dignitate Cardinalis c.*2. tradit, qui nunc Cardinales dicuntur, Presbyteros quondam, vel Diaconos Vrbis Romæ appellari solitos, Beatumque Petrum, cùm Romæ posuisset Sedem ex omnibus Christianis quosdam elegisse, ordinasseque per manuum impositionem partim Presbyteros, partim Diaconos, quibus sua munera impertiuit. Numerus verò illorum quantus fuerit à Cleto Romano Pontifice tertio à Sancto Petro ad quinque, & viginti ascendisse memoratur. Postea verò Euaristus Papa anno Domini 96. huiusmodi Presbyteris singulas Parochias distribuit, vt suas quisque oues cognouisset, & earum curam diligenter administrasset. Porrò non est negandum ab eodẽ Euaristo ad septenariũ numerum in Ecclesia Romana Diaconos fuisse redactos, & Titulos in Vrbe Presbyteris diuisos, vt vnusquisque suæ Parochiæ terminis distinctæ curam haberet. Quando autem Presbyterorum Cardinalium nomen effluxerit, vt is videlicet diceretur Presbyter Cardinalis, qui cæteris eiusdem tituli Presbyteris præficeretur ac præesset, non omnino constat: quidam opinantur Cardinales ita dictos originem habuisse à tempore Gregorij Primi, alij verò à tempore Siluestri Primi, alij à tempore Marcelli, alij denique à Pontiani; sed verius à Beato Syluestro in Synodo generali anno 330. vel circiter.

Illud certum est Cardinalitiæ dignitatis nomẽ non fuisse impositum illis in principio nascentis Ecclesiæ, vt refert Eugenius Quartus *in Epistola ad Episcopum Cantuarensem*, cuius meminit Iacobatius *in lib. Concil.* 1. *n.* 252. dicens Apostolos Christo Domino assidentes repræsentare Cardinales, qui Romano Pontifici assistunt, additque Cardinalium nomen non fuisse in principio nascentis Ecclesiæ expressum, Petrus tamen Gregorius *in libro* 15. *de personis c.* 4. *de Cardinalibus n.*4. vult Cardinalium dignitatem non eandem quondam fuisse cum hodierna. Quin imò Cardinales Episcopi ordine, & dignitate inferiores extitisse vsque ad tempora Clementis Quinti, & Ioannis XXII. & *numero* 10. refert Pontianum in cathedra Summi Pontificatus anno Domini 235. fuisse collocatum, quo tempore nomen Cardinalium non erat in vsu, quod cœpit vsurpari si credendum est Volaterrano *in Anthropologia*, sub Benedicto Nono, qui Summi Pontificatus Sedem fuit adeptus circa annum Domini 1031. Sed multo antè iam esse in vsu nomen Cardinalium refert Luithprandus Ticinensis *lib.*6. *de rebus per Europ. gestis*, dum ait circa annum 930. in Synodo contra Ioannem Vndecimum celebrata fuisse ibi Cardinales Diaconos, Cardinales Presbyteros, & Cardinales Pontifices, qui erant sub Othone magno. Vide Petr. Gregor. *supra n.*11. & 12.

Differt excellentia antiqua, & dignitas ab excellentia, & dignitate hodierna. Nam hodiè 2.
Cardinales authoritate honoris Episcopis præstant, & sunt vocati in partem solicitudinis, *c. ad honorem, extrà de vsu pallij* 11. *quæst.* 1. *c. de cætero*,

& Cardinalium cõſilio Romanus Pontifex agenda ordinat,& diſponit, *cap fundamenta*,§.*decet*,*de electione in* 6 & repræſentant perſonas Apoſtolorum, & ſunt pars corporis,& membra Romani Pontificis,ac Conſiliarij,& coadiutores, *c.per venerabilem,ante finem,verſ.ſunt autem Sacerdotes,qui filij ſint legitimi*, & regulariter ſine Cardinalibus ardua Summus Pontifex expedire non ſolet:olim autem tempore Innocentij Primi,qui fuit Auctor huius capitis,Cardinalium dignitas non erat cognita,vt latè comprobat Virg. Polydor. *de inuentione rerum lib.*4.*cap.* 9. & munera,quæ antea gerebant Epiſcopi in conſiliis Summorum Pontificum,deinde poſt tempora Innocentij Quarti, gerere cœperunt Cardinales,vt probat textus *in d.c. fundamenta* , §.*decet*,*de electione in* 1.ſequitur Tuſchus *tom.* 1. *littera*,*C. concluſ.* 95. vbi à principio habuiſſe Summum Pontificem Sacerdotes,& Epiſcopos oſtendit,qui ſibi aſſiſterent,quamuis non eſſent Cardinales, neque eo nomine appellarentur; quod etiam probant Iacobat.*de Concil.lib.*1. *art.*12.*pag.*26.*& verſ.ſimiliter pag.*41. & Garcia *de nobilitate gloſ.*48.§ 3.*n.*35.At verùm olim ſunt,qui dicant officium illorũ eſſe & mortuos ſepelire,& catechumenos baptizare , vt *infrà verſ. quotuplex.*

3. Sequitur dicendum de officio Cardinalium,atque in primis diſcuti poteſt,an nomen Cardinalis ſonet dignitatem, vel officium ? Aliqui putant Cardinalis nomen iure communi non eſſe nomen dignitatis , ſed officij. Sic Cardinalis Albanus *de Cardinalib.quæſt.*6. Sed oppoſitum eſt probabilius,eſſe videlicet nomen dignitatis, vel iure, vel conſuetudine. Nam Cardinales idem ſonat atque principales,nec eſt dubium illos honore,& dignitate cæteris excellere. Iuuat Cardinales habere ius, & poteſtatem eligendi Summum Pontificem. & in Eccleſiis quibus præficiuntur , habent Epiſcopalem,*c.his,de maioritate,& obedientia.* Villadieg.*de orig. Card.n.n.*7.Leon.*in Theſaur. for. Eccleſiaſt.par.*2.*d.*1.*n.*7. Azot *part.* 2. *lib.*4.*c.*1. *quæſ.* 8 *prope finem.*Falcon.*de reſeru quæſt.*2. *n.*10.& ideo poſſunt excommunicationis,ſuſpenſionis , & interdicti ſententiam ferre,& Pontificiis inſignibus vti,& ſolemniter benedicere, vti Epiſcopi,quamuis Epiſcopi non ſint,Hoſtienſis,& Ioannes Andreas *c.*1.*de ſupplen neglig.Prælat* Item habent ius conferendi beneficia in ſuis Eccleſiis titularibus, Gonzal.*ad reg.*8.*Cancell.gloſſ.*3.*n.*18.& Ioan.à Cochier.*in regul.*1 *Cancell n.*23.*verſ ſecunda*;modò ſint in Vrbe: quæ omnia præ ſe ferunt, & oſtendunt Cardinales dignitatem habere.

Quotuplex autem Cardinales munus habeant, eſt in promptu , triplex ſcilicet,quorum primum competit Cardinalibus Epiſcopis,ſecundum Cardinalibus Presbyteris :tertium Cardinalibus Diaconis. Sed meliùs primum officium ad ſingulos Cardinales ſpectat ratione Ordinis , in quo quiſque eſt;reliqua autem duo omnibus ſunt communia:alterum in Pontifice eligendo, alterum in eo adiuuando,Hieronym. Plat.*de Cardinalis dignitate c.*4 *in principio* , *& c.*5.*etiam in principio*, *& c.*6 *per totum*:quorum officium olim conſiſtebat in mortuis ſepeliendis , & in infantibus baptizandis, vt tradit Arch.*in c.vbi periculum,n.*4 *de electione lib.*6. dicens Marcellum Pontificem,qui fuit anno Domini 304. Cardinales quindecim Romæ conſtituiſſe ad hunc effectum , ſequitur Franciſcus de Padua Cardinalis Florentinus *in Clementina Ne Romani*,§ *porrò* , *de electione*,Barbatia *de præſtantia Cardinalium quæſt.*1.*n.*5. vbi addit Cardinales hodie non exercere huiuſmodi officia, Flaminius *de reſignatione lib.*2.*quæſt.*1.*n.*34.*& ſequent.* Cened.*ad Decretales collect.*115.*n.* 2. poſt plures *ibi* relatos.

Conſiſtere autem ſecundum officium Cardinalium in eligendo Summo Pontifice, habetur *in c.oportebat diſtinct.*79.*& c.in nomine Domini,diſt.*23. ibi,*Cardinales adhibeant, c.vbi periculum*,§.1.*de electione in* 6.*c.licet, extrà de electione*,Antonius Cucch.*lib.*2.*de Cardinalibus tit.*4.*n.* 29.*verſ. Cardinaliũ poteſtas, & officium* , & aliæ conſtitutiones de Romani Pontificis electione agentes,quarum meminit Barboſ.*in d.c licet de vitanda, n.*2.*& n.*5.Azor. *d.lib.*4.*c.*2.*verſ.decimoquartò quæritur.*Tertium officium Cardinalium eſt aſſiſtere , & conſulere Romano Pontifici , eumque adiuuare in officio Sacerdotali,Archid.*in d.c vbi periculum n.*4.*de electione lib.*6. Cardinalis *in Clement.ne Romani* , §.*porrò n.*2.*de electione*,Hoſtienſis *in c.bona memoria n* 5.*de poſtul.Prælat.* Præpoſ.*in c.quamquam n.*12.2.*quæſt.*7. Barbar.*de Card.quæſt.*12.*n.*1.& ob id tenentur reſidere in Curia,vbi Papa reſidet. Abb. *in c.* 2. *n.* 2. *verſ nota primò*, *de clericis non reſidentibus*, Hojeda *de incompati.par.*1.*c.*2. & eſt communis. Propterea dicuntur fratres ipſius Papæ,Hoſtienſis *in c.ad liberandam,n.*3.*de iud.* & faciunt vnum corpus cum eodem,Archid.*in c.cùm redemptor, & in c. Abbatibus* 12.*quæſt.*7. ſicuti Canonici cum Epiſcopo,Hoſtiẽſ *in c.antiqua,de priuilegiis*, & Roman.*conſ.*4 8.

Inſuper,quia coadiuuant Pontificem, dicuntur Cardinales pars corporis Papæ,Corraſ.*de benefic. par.*4.*c.*2.*n.*13.Belleocin.*tit.de chari.ſubſid.c.* 66.*n.* 5.Gigas *de penſ.quæſt* 59.*n.*12.& Iacobat.*de Concil. lib.*7 *art* 55.& Cardines Orbis, Manfred.*de Card. deciſ.*45.Item columnæ Eccleſiæ, Mant.*de Concil. n.*69. Senatores Eccleſiæ,Marſil.*de Eccleſ.redd. c.* 13.*n.*17.Nec non dicuntur Reges lumine Eccleſiæ,& Principes,Manfred.*deciſ* 49. *&* 69 *&* 70.& Petr.Gregor.*par.*2.*Syntagm. iuris de Cardinalib lib.* 15.*cap.*4.*n.*2.& Cæſar.1. *par. de Eccleſiaſtica Hierarch.diſp.*2.§.4.*de officio Cardinalium,n* 8.*&* 9.

Cardinalium quæ ſint inſignia, & à quo fuerint inducti ? Quoad primum,inſignia Cardinalitiæ dignitatis ſunt galerus , ſeu pileus rubricatus, & purpura,nõ ad pompam,ſed in ſymbolũ, quibus vtuntur tanquam exiſtentes parati effundere pro Chriſti nomine, ac fide,cui deſtinantur, ſanguinẽ propriũ,Petr.Gregor.*de Republica lib.*4.*c.*11.*de veſtitu n.*7.*verſ.purpurati*.Onufrius *in Chrõ.anno* 1250. Baron.*tom* 10.*anno* 882. §. *quod autem*.Manfred.*de Cardinal.c.* 5. Cardinalis autem decoratus bireto rubro,ſi intra annum ad Curiam Romanam non ſe contulerit,eo ipſo priuatur dignitate.Item antequam biretum, quod à Romano Pontifice de more benedici,ac per certum nuncium mitti ſolet, ei tradatur , illiusve capiti imponatur, iurat coram viro in dignitate Eccleſiaſtica conſtituto, ſe intra annũ à die præſtiti iuramẽti omni mora poſtpoſita,& impedimento remoto ad Vrbem, vel aliò, vbi Romana Curia eo tempore fuerit,perſonaliter aduenturum,Xiſtus Quintus *in conſtitutione* 50. cuius meminit Laërtius Cherubinus *tõ.*2.*Bullarij fol.* 560.*& ſequent.*§.19. vbi addit,ſi fortè id iuramentum præſtare recuſauerit,vel non cõparuerit poſt præſtitũ iuramentũ ipſo facto abſque alia declaratione Cardinalatus honore priuatus exiſtat,& quibuſcũque illius inſigniis,facultatibus, priuilegiis, aut authoritatibus careat eoipſo,& perpetuò priuatus ſit, & eſſe cenſeatur , & biretum deponere omnino teneatur. 4.

Quoad ſecundum,Innocentius Quartus in Peruigilio

uigilio Natalis Domini anno 1244. à partu Virginis Logduni in Concilio generali tredecim Cardinales Excellentissimos litteris, ac sanctitate viros creauit, eisque insigne pileum rubrũ dedit, vt habetur *in vita huius Pontificis*. Paulus autem secundus præcepit sub graui pœna, ne quisquam pileo rubro præter Cardinales vteretur. quibus addidit pannos coccinei coloris, quibus equi, vel mulæ dum equitarent, ornarentur, quibus etiam ornamentis vti non poterant, nisi Legati de latere, vt notant Gambaros *lib. 2. de potest Legat. c. 1. de variis ordinariorum nominibus*, Pancirola *variar. lib. 1. c. 19.* vbi etiam de insignis ipsius Papæ multa tradit, & refert Barbos. *c. antiqua, de priuilegiis 23. n. 18.* & Azor. *instit. moral par. 2. lib. 4. c. 3. quæst. 18.* vbi subdit ipsum Paulum secundum decreuisse vt galeri Cardinalium ex serico coccineo fierent, & alia insignia ad ornamentum addidisse, de quibus Manfred. *supra c. 5.*

5. Sequitur difficultas, an Cardinalium dignitas possit extingui à Summo Pontifice? Pars negans ex eo probatur, quia est amplissima, earumque officium à Principe Apostolorum fuisse institutum, vult in Eugenij Quarti *constitutione 15*, diligentissimus Laërtius Cherubinus *tom. 1. Bullary pag. 282. §. 4.* vbi ait, quamuis nomen huius dignitatis, quod modò est in vsu, ab initio primitiuæ Ecclesiæ non ita fuerit expressum; officium tamen ipsum à beato Petro, & ab eius successoribus fuisse institutum. Ergo non potest Summus Pontifex Cardinalatus dignitatem extinguere, vt probat Ant. Cucc. *de Cardinalibus tit. 4. n. 52.* Quin imò Innocentius Tertius ex veteri Testamento iussu Dei traxisse originem tradit ex illo *Deuteron. 17.* vbi dicitur, vt pro difficultate, & ambiguitate iudicij accedatur ad Sacerdotes Leuitici generis, & iudicem, qui fuerit eo tempore, & ipsorum iudicio obtemperetur, qui locus intelligitur de Summo Pontifice, & de Cardinalibus, qui sunt fratres illius, & coadiutores, eisdemque ab exordio Ecclesiæ, sicut & hodie in gubernatione totius Ecclesiæ assident, Azor *lib. 4 supra c. 1. vers. tertiò quæritur*, dum dicit Cardinales in Leuitici generis Sacerdotibus fuisse adumbratos, quod dixit Innocentius idem *in c. per venerabilem, qui filij sint legitimi, verb. in executione sacerdotalis officy coadiutores*; ex quo deducitur Pontificem semper Sacerdotes, & Episcopos habuisse sibi assistentes, quamuis Cardinales non appellarentur, sed alio nomine.

Quin imò ex Concilio Stephani Papæ colligitur in regimine vniuersalis Ecclesiæ Summis Pontificibus assedisse, qui officio, ac ministerio horum, qui nunc Cardinales dicuntur, fungerentur: oportebat, inquit, vt hæc sacrosancta Domina Romana Ecclesia, iuxta quod à Beato Petro, & eius successoribus institutum est, ritè ordinaretur, & in Apostolatus culmine vnos de Cardinalibus Presbyteris, aut Diaconis cõsecraretur. ex quo colligitur fratres, qui inter Cardinales numerantur, tempore Beati Petri extitisse. Nulla ergo ratione poterit tanta dignitas extingui à Romano Pontifice, cùm Cardinales pro honoris, ac dignitatis eminentia partem sui corporis Summi Pontifices appellent, ita Andreas Siculus *de Cardinalibus quæst. 1.* & à Corrado probatos tradit, quem sequitur Cucch. *vbi suprà d. n. 52.*

6. An verò Cardinalatus possit renunciari? Posse fieri renunciationem in Consistorio non est dubium, vt fuit seruatum tempore Alexandri Sexti, Franch. *in cap. 1 sub n. 3 de renunc. in 6.* Bursat. *cons. 341. n. 20. lib. 5.* & Bertachin *in tractatu de Episcopis par. 1 lib. 2. n. 52* cùm sit beneficium Ecclesiasticum, Hojed. cum aliis *in tract. de incomp. benefi. par. 1. in procemio n. 9.* Ratio, quia Pontifex in Consistorio solet creare Cardinales, vt constat; nec potest renunciari nisi coram Papa, Franc *vbi supra*, & videtur sentire Bursatus *cons. 342. n. 20. vol. 4.* quoniam Pontifex habet potestatem priuandi Cardinales: ideirco ad illum pertinet potestas recipiendi renunciationem. Rot. *decis. 5. de renunc. in antiquis, & decis 13. num. 2. eodem titulo, & lib.* Debere autem renunciationem fieri in Consistorio, quoniam ardua in Consistorio expediuntur, & hæc renonciatio est de arduis, Franc. March. *in 1. par decis. 456. n. 61. & 1112. n. 28. & 1297. n. 5.* Item potest fieri a Cardinali renunciatio per Procuratorem, vt fecit Dux Etruriæ anno 1588. teste Flaminio *lib. 8. quæst. 4. per totum, & lib. 7. quæst. 11. n. 12. & lib. 9. quæst. 2.* vbi ostendit etiam Papatum posse renunciari.

Non posse autem Collegium Cardinalium præscribere iurisdictionem, & authoritatem Romani Pontificis, certi iuris est. Hoc autẽ non competit ex Cardinalibus, sed vniuerso Collegio Cardinalium competit, id est, auctoritas. & minor est Sede vacante, quàm cæterorum Collegiorum iurisdictio, Antonius Cucc. *sup. n. 52. & 53.* 7.

Tota tamen potestas Cardinalium a Summo Pontifice manat, Azor. *par. 2 lib. 4. c. 1. vers. tertiò quæritur, ad finem*, vbi ait Cardinalium potestatem à Romanis Pontificibus fluxisse, videlicet, quòd Pontificem eligant, quòd negotia Ecclesiæ exequantur, quòd suffragia ferant, quòd comitiis Pontificiis intersint, quòd sententiam dicant. & consiliũ suggerãt, & alia similia conficiant. Barbatia *de præstantia Cardinalium, quæst. 1. n. 10. & n. 12.* ex Archidiacono *in c. vbi periculum, de electione lib. 6.* 8.

Quòd multiplex etiam sit gradus, & ordo Cardinalium, est in confesso; sicut non sine diuino afflatu fuisse institutum ad Summum Pontificem adiuuandum constat, nam sicut in corpore humano membra omnia mirabiliter à diuina sapientia fuerunt disposita, & sua oculis, manibus, auribus, ac reliquis omnibus specialis functio impertita, vt quælibet pars corporis perfectioni inseruiret; ita Christus Dominus in corpore suæ Ecclesiæ status multiplices, & officia pro temporũ ratione, ac varietate creauit, vt Ecclesiæ officiis inuigilarent, & capiti Ecclesiæ supremo, hoc est, Pontifici seruirent. Cardinales igitur in tres ordines sunt distincti, Episcopos, Presbyteros, & Diaconos. Vnde sequitur triplicem Cardinalium gradum, & ordinem in sacro Collegio. Tituli Episcoporum Cardinalium olim fuerunt septẽ, vel octo, Hostiensis, Velitrensis, Portuensis, & Sanctæ Rufinæ, Sabinẽsis, Tusculanensis, Prænestinensis, Albanẽsis. Tituli Presbyterorum Cardinalium sanctæ Crucis in Hierusalem, Sanctorum Marcellini, & Petri, quatuor Coronatorũ, Ioannis, & Pauli, Sanctæ Anastasiæ. Tituli, & Ecclesiæ Diaconorum, vt Sanctæ Luciæ in septisoliis, Sanctæ Mariæ in Aquiro, Sancti Theodori, S. Mariæ in Cosmedin Ita Onufrius Panuinius Veronensis *lib de Episcopatibus*; & Damasius Bibliothecarius *lib Cameræ Apostolicæ*. Addo tamen Titulos Cardinalium aliquando plures, aliquando pauciores extitisse: possunt enim augeri numero, vel minui, ad libitum Summi Pontificis, Petrus Gregorius *suprà de Cardinalibus lib. 15 c. 4 num 8.* Azor. *d. lib. 4. cap. 5.* 9.

verſ.ſextò queritur, per totum; vbi meminit titulo-
rum antiquorum,recentiorúmque,qui à Summis
Pontificibus fuerunt adiecti. Antonius Cucc. *ſu-
prà ex n.* 11. *& ſequentib.* vbi addit Cardinalem
non habere vocem, ni ſaltem ſit Diaconus], nam
Cardinalatus ipſe non eſt ordo , ſed dignitas , &
officium , nec fieri ſolet Cardinalis ſine Diaconi
ſaltem titulo , Hoſtienſis *in cap.2. de offic. Archid.
Clem.vt hi,qui,§.illi verò* , vbi Cardin.*de ætate , &
qualitate*. Denique Cardinalium qui numerus
eſſe debeat, & qua ſcientia præditi , decreuit
Sixtus Quintus *conſtitut.* 50. quæ habetur *tom.* 2.
Bullarij , à Laertio collecti, *fol.* 560. *& conſtitut.*
55.*fol.*573 *eod.tomo*,vbi idem Sixtus Cardinalium
Titulos Presbyterales , ac Diaconales certos , ac
inuariabiles deſignauit,Flamin. *de reſignat. lib.* 7.
*c.*12.*n.*3.*&* 4.

10. Olim tamen Presbyterorum tituli numera-
bantur octo, & viginti : Diaconorum octodecim,
Specul.*in titulo de Legat.§.ſequitur*,quamuis Caſſa-
11. næus *in catalogo par.4.conſiderat.*12. *verſ. Diaconi*,
dicat Diaconos Cardinales numero eſſe ſexdecim.
Inter Cardinales,Hoſtienſis aliis excellit ex priui-
legio Eccleſiæ Hoſtienſis,eo,quia Papam coronat
& vngit Imperatorē, & præcedit omnes Patriar-
chas,& immediatè poſt Summum Pontificem ſe-
det,Caſſanæus *d.par.4.conſideratione* 12.§.*& aduer-
te,& verſ.Diaconi*,Anton. Cucch.*ſup.n.*14. Eorum
12. inſtitutio non eſt de iure diuino , vt minus bene
docet Panormitanus *in c. per venerabilem, qui filij
13. ſint legitimi*, Turrecremat.*in ſumma lib.*1.*c.*8.*&* 83.
Antonin.3.*par.tit.*21.*c.*1. *&* 2. ſequitur Barbat. *de
præſtantia Cardinalis,quæſt.*1. & Albanus *quæſt.*5.ex
ea ratione , quia videntur Cardinales ſucceſſiſſe
ſeptuaginta duobus Chriſti Domini diſcipulis,
qui vt coadiutores duodecim Apoſtolorum erant.
Sed meliùs alij negant Cardinales eſſe de iure di-
uino,ſed de iure poſitiuo tantùm , ſic Sotus *in* 4.
*diſtinct.*14.*quæſt.*2.*art.* 4. Azor.*ſup. d. c.*1.*verſ.tertiò
queritur*,ſed Barboſa *in d.cap.per venerabilem n.*46.
affirmatiuam partem nullo fundamento probat.
Quare Cardinalatum eſſe de iure poſitiuo , &
Pontificio, non eſt dubium,vt plenè probat Cæ-
ſar *de Cardinalibus diſp.*2.§.1.*n.* 15.

Ex dictis ſequitur poſſe augeri Cardinalium
14. numerum à Summis Pontificibus,& non habere
numerum præfixum, ſiquidem hoc collegium de
iure poſitiuo eſt inſtitutum.Nihilominus ex Con-
cilio Baſilien. *in §. ſtatuit de numero Cardenalium*,
colligitur moderatum debere eſſe numerum illo-
rum;cuius interpres gloſſ.*in d.§.ſtatuit,in verb.mo-
deratus* , refert gubernante Pontiano Dei Eccle-
ſiam,Cardinales attigiſſe numerum ducentorum
triginta ſex,quod videtur falſum,cùm Pontifica-
tum adeptus fuit Pontianus anno Domini 235.vt
notat Euſebius *lib.*6. *cap.*22. quo tempore nomen
Cardinalium adhuc non erat in vſu.

Cæterùm hodie numerus Cardinalium crean-
dorum , qui Apoſtolorum perſonas referunt , &
ſunt Pontificis Conſiliarij, & coadiutores,à Six-
to Quinto præfinitus eſt conſtitutione 50. edita
anno Domini 1586. & conſtitutione 55. edita
anno Domini 1587. Ex quibus patet Cardinales
non poſſe eſſe plures , quàm ſeptuaginta,ex qui-
bus ſex ſint Epiſcopi , Presbyteri quinquaginta,
Diaconi quatuordecim. Quòd ſi vnum,vel plu-
res , inquit Romanus Pontifex , à nobis , vel pro
tempore exiſtente Romano Pontifice in futurum
vltra dictum numerū eligi in Cardinalē,aut crea-
ri,aut pronunciari contigerit,decernimus huiuſ-
modi electionem,creationem, & pronunciationē
nullam , irritam , & inanem fore , & cenſendam
eſſe , nullumque ius, ſeu titulum re , aut nomine
ſic electu,ſeu electis acquiri,neque eorum quem-
quam , pro Cardinali haberi , aut reputari poſſe,
aut debere , ſic *in d.conſtitutione* 50.quod repetitur
ab eodem Pontifice *in conſtitutione* 55. §. 2. *verſ.
habita igitur,&* §.3.*verſ.ex Diaconiis,&* §.4.*verſ.ita
vt computaris*. Et quamuis hoc ita ſit cùm totum
negotium pendeat ab arbitrio Pontificis, qui po-
teſt & plures , & pauciores creare Cardinales,vt
Laudenſis *in tractatu* 2. *de Cardinalibus* , *quæſt.* 2.
Corradus *lib.*11.*c.*2.§.1. *verſ. inſtitutionem n.* 15. *in
temp ind.* rectè tamen illum facturum tradit Cuc-
chus , ſi Cardinales non excedant numerum ſe-
ptuaginta duorum , qui fuit numerus diſcipulo-
rum D mini.

Quæri poteſt , quæ ſit poteſtas , ac iuriſdictio 15.
Collegij Cardinalium Sede vacante ? Reſponde
interim dum vacat Sedes , Cardinalium Colle-
gium Rempublicam Chriſtianam regere, rerum-
que difficultatibus conſulere , donec Pontifex à
Cardinalibus alius eligatur.ita Petr.Gregor.*ſuprà
lib.*15.*cap.*4.*n.*16.Conſtat item Collegij Cardina-
lium poteſtatem per interregnum minorem eſſe,
quàm cæterorum Collegiorum Sede vacante,An-
tonius Cucchus *ſuprà de Cardinalibus n.*53. Atque
ita nequit Collegium ea præſtare, quæ Romano
Pontifici ſunt reſeruata,vt *in Clementina ne Roma-
ni §.irritum,de electione*.Et quamuis Canonicorum
Collegia poſt mortem Epiſcopi ſui habeant iuriſ-
dictionem Epiſcopalem, *cap.his* , *quæ,de maior. &
obed.& c.olim* , *eodem titulo in* 6. Capic. *deciſ.* 114.
*n.*2.Barboſ.*in d. c. his n.*4. vbi volunt Collegia Se-
de vacante ſuccedere in poteſtate, & iuriſdictio-
ne Prælati.

Nihilominus hoc non procedit in Collegio
Cardinalium mortuo Pontifice,non enim poteſt
Collegium conſtitutiones, aut leges condere, nec
antea authoritate Pontificis confirmatas infir-
mare,vel in aliquo mutare;nec etiam Cardinalem
aliquem creare , vt minus bene dixit Præpoſitus
in c.nullus vnquam , *in principio*, poſt Hugon. *diſt.*
79.quos meritò carpit gloſſa *verb.poteſtatis in Cle-
ment.*1 *in principio,de electione*,cùm ſolus Papa Car-
dinales creet,ſic Hippol.*ſingulari* 669. Padilla *in l.
vltima n.*11.*C.de diuerſis reſcriptis*,Suarez *de legib.
lib.*4.*c.*4.*n.*6.& Azor 2.*part.lib.*4.*c.*3.*quæſ.* 1.Ponti-
ficem tamen poteſt creare reſeruatis legibus , ſi
quæ ſint aliquid de Romano Pontifice creando
ſtatuentes. Similiter nequeunt Cardinales mor-
tuo Pontifice extra Curiam Legatum mittere,
præſertim inuitum, nec reuocare à Pontifice miſ-
ſum , cùm hæc , & alia ſint de reſeruatis Sum-
mo Pontifici , Cardin. Alexan. *in Clem. ne Roma-
ni*, *de elect. quæſt.* 2. Ex eo fundamento , quia ſi
quæ ſunt poteſtatis , & iuriſdictionis Pontificiæ,
omnia Sede Apoſtolica vacante Collegio Cardi-
nalium concederētur;ſicut Canonicorum Colle-
giis, quæ Epiſcopalis iuriſdictionis ſunt,conceſſa
videmus,fortè Collegium Cardinalium non tam
citò de Pontifice eligendo tractaret;idcirco Col-
legio prædicto tot, & tanta denegantur, Azor *ſu-
prà d. quæſt.*1. *ad finem*.

Hinc fit, vt Sede vacāte penes Collegium Car-
dinalium non ſit poteſtas conferendi beneficia,
Clementin.ne Romani, §.1.*de electione*,quia collatio
beneficiorum eſt iuriſdictionis;at quæ ſunt Pon-
tificiæ iuriſdictionis,ad Collegium Cardinalium,
dum vacat Sedes Apoſtolica , non pertinent,po-

poterit

terit tamen sacrum Collegium Sede vacante omnibus beneficiariis generale subsidium imponere, si grauis, & euidens causa existat, videlicet si Ecclesiæ periculum immineat, dummodo tale subsidium omnium Cardinalium calculo, ac suffragio imponatur, sic Bellencus *in suo tractatu quæst. 7.* quem referens sequitur Azor 2. *part. lib. 9. cap. 14. de subsidio charitatiuo quæs. 5. vers. item Collegium Canonicorum.*

De Cardinalium iurisdictione, ac potestate in Ecclesiis, quarum sunt Titulares.

§. II.

EPITOME.

1. *Cardinales in Ecclesiis quarum sunt titulares, habent iurisdictionem Episcopalem, tenenturque eas visitare semel in anno.*
2. *Cardinales possunt beneficia in suis Ecclesiis vacantia conferre, & resignationes recipere, & censuras ferre.*
3. *Cardinales dum absunt ab Vrbe, nequeunt conferre beneficia vacantia, & non possunt abesse à Summo Pontifice sine licentia illius.*
4. *Cardinales, qui habent Episcopatum, tenentur residere in Curia secundum alios; at teneri residere in suo Episcopatu est certum post Concilium Trid.*
5. *Cardinales in suis titulis habent potestatem Ordinis, & ideo Presbyteri, & Diaconi possunt conferre primam tonsuram, & omnes Ordines minores.*
6. *Cardinales, qui non sunt Episcopi, in Concilio habent idem ius definiendi ea de quibus ibi agitur, sicut Cardinales Episcopi.*
7. *Papa n non posse ardua expedire sine Cardinalibus est aliquorum, sed posse est probabilius.*
8. *Cardinalis factus Legatus Apostolicus Vrbis, non potest beneficia vacantia conferre, absente Pontifice.*
9. *Episcopi, & Prælati exempti possunt sibi eligere confessorem ex approbatis.*
10. *Cardinales debent confiteri apud Confessarios à proprio Episcopo approbatos, & quis censeatur Confessarius approbatus post Concilium Tridentinum?*
11. *Cardinales possunt exigere charitatiuum subsidium ex causa iusta ab Ecclesiis suorum Titulorum.*

1. IN primis Cardinales in prædictis Ecclesiis habent iurisdictionem Episcopalem. Sic Iacobat. *de Concil. lib. 2. art. 2. num. 11.* Villadieg. *de orig. Card. num. 7.* Manfred. *de Card. decis. 106.* Æneas de Falcon. *de reser. benefic. quæst. 2. princip. n. 10.* & ideo habent correctionem, & possunt visitare personas subiectas ratione Titulorum. Pauin. *de visit. part. 1. quæst. 2. n. 16.* Manfred. *de Cardin. quæst. 106.* vbi addit Vicarium Vrbis non posse sumere cognitionem de causis sub Titulis Cardinalium, ac propterea residere in Vrbe tenentur, Cardin. Alea. *in cap. filium vestrum,* & constat ea constitutione septima Leonis decimi edita an. Domini 1514. ibi, *Tituli sui loca, si præsentes in Curia fuerint personaliter; si verò absentes, per Vicarium idoneum semel saltem singulis annis visitent, Clericos, & populos Ecclesiarum Titulo suo subiectarum cum diligentia inquirant, vigilénque circa cultum diuinum, & bona dictarum Ecclesiarum, moresque in primis, & vitam clericorum, & Parochianorum solerter explorent, eosque omnes, & singulos ad rectè, honestéque viuendum paterno moneant affectu.* sic ibi.

Insuper possunt conferre beneficia vacantia 2.
in his Ecclesiis, & recipere resignationes, Flaminius *d. resignat. lib. 7. quæst. 12. num. 5.* vbi loquitur de Cardinalibus Episcopis, quia ibi in suis Diœcesibus possunt conferre beneficia vacantia non solùm de iure ordinario, sed etiam ea concessione facta per Pontificem in adeptione illius Ecclesiæ, & ex consequenti habent ius destituendi, & ius admittendi resignationes illorum beneficiorum, ex regula vulgari, *Qui habet ius instituendi, & destituendi, potest admittere resignationes.* quæ regula extenditur ad Cardinales, Presbyteros, & Diaconos, qui possunt conferre beneficia existentia in suis Titulis, & destituere beneficatos, Abbas *in cap. his qua, de maior. & obed.* quod ius illis competit ratione Titulorum, Zabarel. *in Clementina ne Romani, de electione num. 4.* Mandos. *In regula 7. Cancell. quæst. 2. num. 5.* nec non possunt resignationes illorum beneficiorum recipere.

Præterea possunt excommunicare in Ecclesiis Titularibus, & suspensionem, & Interdictum ponere, & benedicere solẽniter instar Episcoporum, quamuis Episcopi non sint, Hostiensis, & Ioannes Andreas *in cap. 1. de suppl. negl. Prælat.* Azor *d. lib. 4. cap. 3. quæs. 2. in fine,* vbi tradit Cardinales, Presbyteros, & Diaconos habere iurisdictionem Episcopalem forensem in Ecclesias, quarum sunt Titulares, & in Capellas, ac reliquas Ecclesias ipsorum Titulis subiectas, Roman. *cons. 498.* Mandos. *in d. regula 7. Cancell. quæst. 2.* & Anastas. Germon. *de indultis Cardin. §. tam ratione, num. 20. cum sequent.*

Nequeunt tamen Cardinales, quando non sunt 3.
in Vrbe, conferre beneficia existentia in suis Ecclesiis Titularibus, quandiu absentia durat: tunc enim solus Papa disponet de illis tanquam reseruata ratione dictæ absentiæ, ita habetur *in dicta regula 7. Cancellaria,* & Gonzal. *sup. reg. 8. gloss. 13. num. 13. vers. diximus, & vers. quod tamen.*

Quinimò Cardinales nequeunt abesse à Summo Pontifice absque expressa licentia, Hostiensis *in cap. Ecclesia el 2. in ordine 57. de electione, sub num. 5. vers. tum,* quia Cardinalis magis habet alas ligatas, quàm Episcopus, cùm sine licentia ooo consueuerit exire Curiam, quia ex officio tenentur residere in Curia apud Summum Pontificem, quia eorum officium est assistere Papæ: ideo non possunt abesse, Flamin. *de resignat. lib. 1. quæst. 10. n. 9.* Camill. Borell. *in summa omnium decis. tit. 10. num. 8.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 24. num. 123.* vbi addit ex *cap. 2. de clericis, non resident.* fuisse depositum Cardinalem in suo Titulo non residentem, & expressè vult Caputaq. *decis. 8. num. 2. par. 2.* allegans ad hoc *cap. final. de rescriptis lib. 6.*

Quæstionis tamen est, an Cardinalis habens 4.
Episcopatum, teneatur residere in Curia, & in conspectu Papæ? Abbas *in d. cap. bona el 1. tertio notabili num. 6. de postul. Prælat.* affirmat, & à Curia non posse discedere sine licentia Papæ, docet Gonzal. *vbi proximè num. 128.* etiamsi habeat Episcopatum, & ea antiquioribus Oldrad. *cons. 48.* Hostiens. Butrius *in cap. Ecclesia vestra 2. de electione,* Innocentius *in cap. iam dudum, de præbendis,* &

Ioanoes Andreas *in d. cap. Ecclesia vestra.* Ex ea ratione, quia qui Romano Pontifici assistunt, & inseruiunt, non videntur abesse à suis Ecclesiis, & Episcoparibus, cùm vtilitas publica priuato commodo sit præferenda, Surd. *decis.* 255. *num.* 11. Auiles *ad cap.* 1. *Prætor. num.* 6. Cabed. 1. *p. decis.* 74. *num.* 5. & Gironda *de priuilegiorum, seu exemptionum explicat. num* 902

Dicendum tamen est Cardinales in Ecclesiis quarum habent curam in vtroque foro, & in quibus sunt Episcopi, teneri residere, ita Felin. *in cap. nonnulli num.* 65. *de rescriptis*, & Ioan. Imol. *in d. cap. Ecclesia vestra, de electione*, Caietan. 2.2. *quæst.* 185. *art....* & Sotus *lib.* 10. *de iust tia quæst.* 3. *art.* 4. qoam sententiam post Concilium Tridentinum esse tenendam, tradit Azor *d. lib.* 4. *cap.* 3. *quæs.* 3. *vers. altera opinio*, ex Concilio Tridentino *sess.* 23. *cap.* 1. *de reformatione*, his verbis: *Declarat sacrosancta Synodus omnes Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, ac Cathedralibus Ecclesiis quibuscumque, quocumque nomine, & titulo Præfectos, etiamsi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sint, obligari ad personalem in sua Ecclesia residentiam, vbi iniuncto sibi officio defungi teneantur: neque abesse posse, nisi ex causis, & modis infra scriptis.* Hæc ibi. Idem repetit Azor *d. par.* 2. *lib.* 7. *cap.* 4. *quæs.* 7. & *cap.* 6. *quæs.* 1. vbi concludit Cardinales Episcopos Ecclesiarum, quæ procul ab Vrbe distant, non posse abesse ab eisdem Ecclesiis, neque habere legitimam causam, vt in Romana Curia commorentur, quia Cardinales alij non desunt, qoorum consilio, sapientia, & industria Romanus Pontifex iuuari possit, sequitur Barbos. *in cap. ex gestis in ordine* 2. *num.* 2. *ad finem, de clericis non residentibus.* Gonzal. *dict. gloss.* 14 *num.* 138.

5. Controuerti etiam potest, an Cardinales habeant potestatem Ordinis in suis Ecclesiis? Dic primò Cardinales posse conferre omnes Ordines minores in propriis Titulis, & suis subditis, ac familiatibus, Hostiensis *in cap.* 1. *de supplen. negli. Prælat.* Iacobat. *de Concil. lib.* 1. *art.* 12. *vers. item Cardinalibus*, & alij, quos referens sequitur Flamin. *de resignat lib.* 4. *quæst.* 2. *num* 88. Quod secundùm aliquos extendunt ad Cardinales Presbyteros, & Diaconos, etiamsi Episcopi non sint; Anastasius tamen Germon. *in tract. de indult. Cardinal. §. tam ratione num.* 20. post alios volunt non posse ea, quæ sunt Ordinis, posse tamen, quæ sunt iurisdictionis, quod de iure videtur verius. De consuetudine autem non est dubium posse conferre Ordines minores, vt vltra citatos docet Bertach. *in tract. de Episc. in 3. part. princ in principio num.* 11. *lib.* 3. Antonius Cucch. *suprà num.* 66. Henriquez *de sacramento Ordinis cap.* 23 §. 3. Cæsar *disp.* 2. *de Cardinalibus* §. 5. *num.* 8. post Gemin. *in cap Abbates de priuilegiis lib.* 6. & alij.

6. Sit ne discrimen inter Cardinales, qui non sunt Episcopi, & Concilio intersunt, & inter eos, qui sunt Episcopi in definiendo ea, de quibus ibi agitur circa res fidei, & morum? Responde eos ius, & authoritatem habere definiendi non minus, quàm Episcopi Cardinales habent, ita Turrecremat. *in summa de Ecclesia lib.* 3. *cap.* 14. *in responsione ad Sextum*, & Iacobat. *de concil. lib.* 1. *art.* 7. *vers. & idem reperio teneri.* Ideo non Episcopi simul cum Episcopis Pontificalibus vestibus induti, & mitrati in definiẽdis huiusmodi rebus intersunt, sunt enim quasi corpus vnum cum Summo Pontifice, imò pars corporis ipsius dicuntur, per textum *in cap. felicis, de pœnis lib.* 6. iuuat *cap. per venerabilem, vers. Rationibus, qui filij sint legitimi*; vbi Pontifex videtur dicere Cardinales vnà cum Romano Pontifice esse coniudices, sicut in Deuteronomio Sacerdotes Leuitici erant cum supremo iudice, atque ita regulariter Pontificem ardua negotia Ecclesiæ expedire non solere sine illis. Quocirca vocantur filij primi gradus Papæ Consiliatij eius, post Papam maiores Patres spirituales, præferuntur Patriarchis, Collegium illorum est sacrum, & sacer Senatus.

7. Dixi regulariter solere negotia Ecclesiæ expedire cum Cardinalibus, vt per Rebuffum *in concordatis, titulo, de approbat. conuent.* gloss. *de eorum consilio pag.* 519. *in fine*, & quamuis non desint, qui asserant Benedictum XI suspendisse statuta, quæ Bonifacius sine Cardinalibus Marchianis confirmauerat; dicendum est, iuxta veriorem posse Pontificem sine Cardinalibus etiam ardua expedire, vt per Cardinalem Alba. *in tract. de Cardin. cap.* 39. Francisc. Marc. *decis.* 456. *num.* 62. & *decis.* 1122. *num.* 28. & 1297. *num.* 5. 1. *part.* Mench. *Illustr. cap.* 23. Cardin. Paleoth. *de consult. sacri Palatij part.* 1. *quæst.* 3. Garcia *de nobilitate gloss.* 48. *d.* §. 3. *num.* 53. & Flamin. *de resignat. lib.* 3. *quæst.* 18. *num.* 124. ex ciuilitate tamen in arduis debere communicare cum Cardinalibus, Barbos. *in d. cap. per venerabilem, num.* 45. sed de his dixi suprà *disp.* 1. §. 2. *num.* 12.

8. Difficultas etiam est, si Cardinalis fiat Vrbis Legatus Apostolicus, possit ne conferre beneficia Papa ab Vrbe absente sine speciali mandato illius? Responsio est negatiua; quia specialis est Episcopus Vrbis, & Legatus Vrbis habet vicem Vicarij generalis, & ideo sicut Vicarius Episcopi absque speciali mandato, non potest, conferre beneficia, *cap.* 1. *de offic. Vicarij in* 6. sic etiam Legatus Apostolicus Vrbis non potest, quoniam beneficia Vrbis sunt reseruata Papæ, vel Cardinalibus, sic Gamb. *lib.* 3. *num.* 702. & *sequentib.*

9. Quid de potestate eligendi sibi Confessarium? Responde Episcopos, & Prælatos exemptos posse sibi eligere Confessorem. Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici decis.* 548. *num.* 1. *in prima edit.* & *resolut.* 470. *in* 2. *edit.* Anton. Gomez *in exposit. Bullæ Cruciata clausul.* 10. *num.* 85. Henriquez *in summa lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 2. *in commento littera I.* & *cap.* 7. *num.* 5. *in comment littera B.* & *cap.* 13. §. 3. & *lib.* 14. *de irregul. cap.* 18. §. 3. & Soar. *tom.* 5. *disp.* 41. *sect.* 2. *num.* 9. quod priuilegium extende ad Cardinales, 10. vt per Henriquez *d. cap.* 13. §. 3. Paul Comitol. *respons moral. lib.* 1. *quæst.* 101. *num.* 4. & Azor *instit. moral. part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *quæs.* 16. vbi addit post Concilium Tridentinum Cardinales, qui nec sunt Episcopi, nec Legati, confiteri debere vni ex approbatis Confessariis ab Episcopo proprio; aliter enim non censetur Confessarius idoneus ad excipiendas confessiones.

Cæterùm Cardinales Episcopi, & qui legationis causa ab Vrbe sunt absentes, nequeunt sibi eligere Confessarium, qoi ab Episcopo proprio non sit approbatus, ex Concilio Tridentino *sess.* 23. *cap.* 15. *de reformatione*, vbi non reputatur idoneus, nisi qui aut parochiale beneficium habeat, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur necessarium, aut alias idoneus iudicetur: igitur Cardinales post Concilium debent fateri apud Confessarium ab Episcopis approbatum, non obstante *capite vltimo, de pœnitentiis, & remissionibus*, vbi fiebat facultas Prælatis exemptis, vt possint eligere sibi Confessarium, quem maluerint, quia id procedebat

bat ante Concilium Tridentinum, non autem poſt illud, vt cenſuit Congregatio, prout referunt Gallet. *in margarita caſuum conſcientiæ, verb Epiſcopus*, Proſper. de Auguſt *in addit. ad Quarant. verb. Archiepiſcopi authoritas, verſ. 17. in addit littera A.* Aloyſ. Ricc. *d reſol.* 870. & Azor *d. quaſ. 16. verſic. quæres an Cardinales.*

11. Huc accedit dubiolum, an poſſint Cardinales ab Eccleſiis ſuorum Titulorum, in quibus habent iuriſdictionem Epiſcopalem, & iura Epiſcopalia, exigere charitatiuum, alio nomine ſubſidium? Reſponſio ſit affirmatiua ex eo fundamento, quia in Eccleſiis prædictis habeor iura Epiſcopalia, vt volunt Ioannes Andreas, & Dominicus *in cap. 1. de maiorit & obed. in 6.* Cardinal. *in Clementina ne Romani §. irritum quaſt 2. de electione.* Item, quia inter huiuſmodi iura Epiſcopalia numeratur poſſe tale ſubſidium petere: ergo illud habent. Probatur ex *cap. cum Apoſtolus, de cenſibus, verb. cum charitate moderatum*, vbi dicitur poſſe Epiſcopos pro multis neceſſitatibus ex cauſa manifeſta obuenientibus moderatum à clericis ſubſidium poſtulare, vt per Duen. *regul.* 89. *&* 253. Grammat. *deciſ.* 88. Purpur. *conſ. 329. num. 2. volum. 1.* & Bellet. *diſquiſit. clerical. part. 1. tit. de clerico debitore. §. 12. num. 2.* nec non charitatiuum ſubſidium exigere poteſt, *cap. Sede vacante*, Bartholomæ. Bellencin. *de ſubſidio charitatiuo quaſt 7.* Azor *inſtit. moral. part. 2. lib. 9. cap. 14. quaſ. 5. verſ. item Collegium*; non alia ratione, niſi quia habent iuriſdictionem Epiſcopalem & iura Epiſcopalia: atqui Cardinales in ſuis Eccleſiis quarum ſunt titulares, habent iuriſdictionem Epiſcopalem, vt per Villadiego *de origine Cardinalium num. 7.* & per Flamin. *de reſignation. lib. 7. quaſt. 12. num. 10.* Leon. *in theſauro fori Eccleſiaſt. part. 2, cap. 1. num 7.* & Azor *d. part. 2. lib. 4. cap. 1. quaſ. 8. prope finem.* Ergo poſſunt Cardinales ex cauſa rationabili huiuſmodi ſubſidium petere. Confert eoſdem poſſe viſitare Eccleſias ſuorum titulorum, & ab illis procurationes recipere, *cap. cum Apoſtolus, de cenſibus* igitur ſubſidium poſſunt petere, Bellencinus ita *in ſuo tractatu quaſt. 3.* quem ſequitur Azor *ſuprà lib. 9. cap. 14. quaſ. 5. verſ. quæres, an Cardinales col.* 1042.

De indultis, & priuilegiis Cardinalium.

§. III.

EPITOME.

1. *Cardinales poſt Papam ſunt digniores omnibus in Eccleſia.*
2. *Papa poteſt ſolus creare Cardinales.*
3. *Cardinales cum Romano Pontifice iudicant omnes, nec poſſunt iudicari, niſi ab ipſo.*
4. *Cardinalem offendens punitus à iudice Eccleſiaſtico, adhuc puniri poteſt à ſeculari.*
5. *Percuſſores Cardinalium incidunt in Bullam Cœnæ, & in crimen læſæ Maieſtatis, & ciuitas priuatur Epiſcopali dignitate propter offenſam illatam Cardinalibus.*
6. *Cardinalibus aliquid aſſerentibus plenè creditur, licèt litteras non exhibeant ſuæ legationis.*
7. *Cardinalibus Legatis creditur, quando aſſerunt, & exponunt nomine Pontificis omnia eidem ad quem mittuntur.*
8. *Cardinali creditur in præiudicium tertij, Papa in loco præſente, quia non præſumitur mentiri.*
9. *Cardinalibus aſſerentibus ſe Legatos de iure non creditur, niſi litteras oſtendant.*
   ſecus de conſuetudine Romanæ Curiæ. ibid.
10. *Cardinalibus atteſtantibus de factis per ſe, vel coram ſe vti Legatis creditur: ſecus de factis coram ſe vti coram iudicibus ordinariis.*
11. *Sententia Autoris in hac differentia, & diſcrimine.*
12. *Cardinales non ſubiiciuntur regulis Cancellariæ, niſi de illis fiat mentio.*
13. *Generalis diſpoſitio odioſa non includit Cardinales præſentes, ſecus verò abſentes, ſi contineat verba cuiuſcumque dignitatis, & gradus.*
14. *Filiusfamilias abſoluitur à patria poteſtate per Cardinalatum, vel per Epiſcopalem dignitatem.*
15. *Cardinales non tenentur perſonaliter comparere in iudicio.*
   etiam in caſu hæreſis, ſed ſatis eſt per Procuratorem, num. 16.
17. *Vicarius Papæ non habet iuriſdictionem in Cardinales, neque in ſubditos, & familiares eorum.*
18. *Beneficia familiarium Cardinalium non conferuntur à Pontifice ſine aſſenſu Cardinalium*
19. *Beneficia plura incompatibilia ex facili diſpenſatione Cardinales habent, & beneficia ſuarum Eccleſiarum conferunt, niſi vacent in Curia.*
20. *Palatia Cardinalium gaudent immunitate ergà delinquentes, ſicut Eccleſia*
21. *Damnatus ad patibulum à Cardinali obuio liberatur, niſi crimen ſit valde atrox.*
22. *Cardinales poſſunt habere carcerem priuatum, nequeunt tamen puniri pro delictis ante Cardinalatum commiſſis.*
23. *Familiares Cardinalium puniendi ſunt à Vicariis ſuorum Cardinalium.*
24. 25. 26 *&* 27. *Cardinales quando teſtari poſſint ſine licentia Pontificis, & an Religioſi de licentia Prælatorum poſſint teſtari.*
28. *Cardinalis, qui habet facultatem teſtandi, quoties poterit teſtari?*

CARDINALES poſt Papam ſunt digniores omnibus in Eccleſia, Caſtro *conſil. 420. num. 4. & conſ. 421. num. 2. lib. 1.* & Pontifex maximus creat Cardinales, & non alius, Ioannes Andreas, & Abbas *in cap ſanè, de conuerſ. coniug.* Matt. Laud. *in 1. tractatu quaſt. 20.* Decius, & Felin. *in cap. 1. de conſtitut.* Nec dum creat eos, tenetur aſſenſum exquirere à Collegio Cardinalium, ſed ſolus hoc facere poteſt. Anton. Cucch. *de Cardin. lib 1. tit. 4. n. 21. cum ſequentib.* Quòd autem Cardinalatus excellat omnibus dignitatibus, quæ ſunt in vniuerſo Orbe, Eccleſiaſticis poſt Papam, volunt Roman. *conſil. 498. num. 11.* & Gemon. *de indultis Card. inſcript. §. Epiſcopus, num. 7.* cùm Cardinales vnà cùm Romano Pontifice iudicent omnes, nec poſſunt iudicari niſi ab ipſo Pontifice, & Collegio, quod ab eo expreſſam habuerit iudicandi poteſtatem, Hoſtienſis *ad cap. dilectus 1. de præbendis*, Felin. *in rubr. de maior. & obed. num. 20.* & Rebuff. *ad §. ſi quis verò, in verb. Cardinalis, rubr. de collat. in concord.* Nec deponi, niſi à ſolo Papa, & hoc ex cauſa iuſtiſſima, per textum *in cap. 2. de clericis non reſidentibus,* 1.

debent

debéníque conuinci Cardinales Episcopi per testes septuaginta duos, Presbyteri per testes sexaginta quatuor, & Diaconi per septuaginta duos, text. sic intelligendus *in cap. Prasul. 2. quæst. 4.* quamuis Abbas dicat *in cap. licèt vniuersi, de testibus*, hoc iam non esse in vsu.

4. Item Cardinalium personam offendentes postquam puniti fuerint à iudice Ecclesiastico, puniri possunt etiam à sæculari, Bonifac. Octauus *in cap. final. de pœnis lib. 6.* Anastas. Germon. *de sacror.*
5. *immunit. lib. 3. cap. 12. num. 73.* Quin imò hodie percussores Cardinalium in Cœna Domini excommunicantur, & incidunt in pœnam læsæ Maiestatis, *cap felicis*, & *ibi* Anchar. *in 4 notab num. 2. de pœn. in 6.* Martin. Lauden. *quæst. 48.* Gigas *de crimin. læsæ Maiest. parte prima quæst 5. per totam.* Ciuitas offendens Cardinalem priuatur Episcopali dignitate. Eandem incurrit pœnam, si offendentes adiuuet, vel illis præstet fauorem, vel Consilium, Tusch. *verb. Cardinalis conclus. 102. num. 2.* dummodo non fiat defensionis causa offensio, quia defensio est de iure naturali, & tolli non potest, Bald. *consil. 107. Qui mortem aliter, lib. 4. per totum.*

6. Quanta verò fides sit habenda Cardinalibus dum aliquid asserunt, ex eo ostenditur, quia asserenti se Legatum creditur plenè, quamuis litteras suæ legationis non exhibeat, cùm nunquam ferè extra Curiam exeat sine titulo legationis, gloss. *in cap. sicut, de sententia excommunicationis*, Aret. *in cap. cum à nobis, num. 13. extra de testibus*, Nell. *de testibus num. 85. in 19. casu.* Campeg. *de testibus regul. 197. in 14. fallent. post principium.* Gabriel. *tit. de probat. conclus. 1. num. 1. 2. & 3. lib. 1.* & Mascard. *de probat. lib. 1. conclus. 140.* & est communis, vt in omnibus, quæ veniunt iure ordinario legationis, omnino fides habeatur Cardinalibus. Quod extende ad omnia ea, quæ veniunt iure ordinario sub generali commissione, siquidem creditur in principali, quòd sint Legati, Felin. *in cap quod super his, num. 8. & 9. de fide instrument.* & Mascard. *d. conclus. 140. num. 1. & num. 5. & 8.* vbi ampliat ad ea, quæ de consuetudine conceduntur Legato, licèt in generali commissione non veniant de sui natura, idem Mascard. post alios *in conclusion. 269. numero 11.* & Gabriel. *titul. de probat. lib. 1. conclusion. 3. num. 12.*

7 Quinimò Cardinalibus Legatis creditur, quando asserunt, & exponunt nomine Pontificis ea eidem ad quem mittuntur, gloss. *in cap. ad Apostolicæ, in verb. proponit. de re iudicata in 6.* Mascard. *d. conclus. 140. post num. 7. vers. quæ ampliatio, & conclus. 269. num. 9.* Idem dicendum est, quando asserunt se Legatos Papæ, seu delegatos in aliqua causa particulari, vel in aliquo specialiter sibi commisso viuæ vocis oraculo, quamuis etiam si aliunde non doceat de commissione sibi facta, Baldus, & Salyc. *in l. iurisiurandi. C. de testibus*, Abbas *in cap. super his num. 5. vers. aut asserit, de fide instrument. & in cons. 10. videtur primo, num. 2. & 4. lib. 2.* Alciat. *de præsumpt. lib 3. regul. 1. præsumpt. 48. vers. vnde etiam propter magnam nobilitatem*, Mascard. *d. concl. 140. n. 20.*

8. Creditur item Cardinali asserenti de ordine Papæ Papa præsente etiam in præiudicium tertij, quia non præsumitur mentiri cùm Pontifex sit in loco vbi tale asserunt, & facile sit recursus ad illum, Mascard. *in d. conclus. 140. num. 16.* & pleniùs *conclus. 269 num. 22. cum sequentibus*, & Anton.
9. Gabriel *supra d. conclus. 3. num. 10.* De iure tamen non creditur Cardinalibus asserentibus se Legatos, vbi agitur de præiudicio tertij, nisi suarum legationum litteras ostendant, secundùm *glossam final. in cap. sicut nobis, de sententia excommunicationis.* Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 2. num. 3.* Abbas *in cap. cum à nobis num. 3. vers. ex quo infertur*, & *ibi* Aretin. *num. 15. de testibus*, Crot. *de testibus, num. 210. in 1. conclusione*, Campeg. *eodem titulo regul. 197. in fallent. 21.* Menoch. *cons. 100. num. 73. & num. 78.* & Mascard. *de probat lib. 1. conclus. 140. num. 10.* & pleniùs *conclus. 269. num. 21. & lib. 2. conclus. 1004. num. 59.* Et quamuis de consuetudine Romanæ Curiæ credatur Cardinalibus asserentibus aliquid in præiudicium tertij, vt volunt Decius *in cap. constitutus el 1. in 4. notabili, num. 9. de appell.* Cortad. *in præf. §. 2. de officio Prætor. in caus. ciuil. rubr. de testibus dicta testium assumen in princip. n. 4. ad finem fol. 114.* & Mascard. *dict. conclus. 140. num. 17. & conclus. 269. num. 12.* Nihilominus hoc
procedit, quando Cardinales voluerint attestari 10.
de factis, vel per se, vel coram se vti Legatis de latere: secus si voluerint attestari de factis coram se vti coram iudicibus ordinariis aliter, vel de factis aliter, quàm ex virtute legationum: tunc enim, nisi probetur consuetudo in eo casu in specie non est admittenda, vt probat Mascardus *de probat. lib. 1. conclus. 140. num. 17. & conclus. 269. num. 12.* quia præiudicat tertio grauiter, ita Abbas *in cap. quod super his, in fine, de fide instrumentorum*, per hæc verba ibi, *Ego tamen non crederem hoc procedere in*
graue alterius præiudicium. ex quibus verbis colliges 11.
neque ex consuetudine credendum esse plenè Cardinalibus asserentibus, quando agitur de tertij præiudicio: secus in aliis commissis à Papa Cardinalibus, quoniam tunc ex consuetudine creditur illis, non tamen in aliis, Bellamer. *cons. 12.* relatus à Soc. *in cons. 99. num. 13. in fine vers. 2. quia, lib. 3.* quem Soc. *ibi* sequitur, & Mascard. *d. conclus. 269. num. 15.* Denique Cardinali Legato non creditur circa demandatam sibi iurisdictionem in rebus exigentibus speciale mandatum, & quæ non pertineot ad illum de iure communi: secus, si pertineant de iure communi, Tuschus post alios *verb. Cardinalis, conclus. 103 num. 18.*

Illud etiam non est omittendum, Cardinales 12.
non subiici regulis Cancellariæ, nisi illis nominatim includantur propter reuerentiam quæ ipsis haberi solet, vt tradit Gomez *in proœmio ad regul. quæst. 4. & ad regulam de impetr. benefic. vac. per obitum famil.* vnde est opus indulti mentione, aliàs indulto Cardinalis non derogatur, nisi per expressam mentionem, Paris. *cons. 79. lib. 4.* Puteus *decis. 141. lib. 2.* Capuaquens. *decis. 82. part. 2.* Non tamen opus est fieri mentionem ipsius Cardinalis nominatim in derogatione indulti, sed satis est dicere conferendu beneficium in Diœcesi Cardinalis alicuius, non obstante indulto Præsulis, etiam Cardinalis, ita Puteus *decis. 190. in principio, lib. 3.* Germon. *de indultis §. alioquin, num. 34. & sequent.*

Item generalis dispositio odiosa non includit 13.
Cardinales: sunt enim digni speciali mentione, Anchar. *cons. 295. Pro clariori, num. 5* & est communis, vt vult Gomez *in reg. de valore quæst. 1. in principio*, & Bellene. *in tract. de charit subsid. q 66.* & ideo non comprehenduntur in excommunicatione generaliter lata, nisi de illis fiat specialis mentio, per *cap. quia periculosum, de sent. excommunicationis lib. 6.* Sed quid, si dispositio generalis contineat verba cuiuscumque dignitatis, & gradus?

Responde

Responde non comprehendere præsentes in Curia; secus verò absentes, Gomez *in regula de valore quæst.* 1. *num.* 3. *in fine*, nihilominus idem Gomez *in procemio regula indistinctè quæst.* 4. *num.* 2. ait comprehendi Cardinales quando dispositio habet verba cuiuscumque dignitatis, & gradus, ex ea ratione, quia generalis dispositio etiam priuilegiatos includit, & ita fuisse iudicatum fert Tuschus *suprà d. concl.* 100. *num.* 27. *vsque ad numerum* 36. refertque concordantes.

14. Quid de patria potestate, & de comparendo in iudicio? Quoad primum Martin. Lauden. *quæst.* 80. *de Cardinalibus*, tradit per Cardinalatum filiumfamilias absolui à patria potestate, *in Authent. sed Episcopalis dignitas, Cod. de Episcopis, & clericis, & in cap. indecorum, de ætat. & qualit.* non tamen perdit iura suitatis, argum. *l. quod fauore, Cod. de legib.* gloss. *in dict. cap. indecorum, verb. se ipsos*, ibi, *qui enim in Prælatum eligitur, etsi minor sit, non debet esse sub patris potestate.* Ex qua regula sequitur per Episcopalem dignitatem solui à patria potestate, Cotta *in memorab. verb. Episcopalis dignitas*, Molin. *de iustitia tract.* 2. *disp.* 229. *vers.* 6. Rebellus *de obligat. iustitiæ part.* 2. *lib.* 1. *quæst.* 8. *num.* 60. *vers. octauo*, & Gutierr. *in* §. *sui, num.* 10. *& sequent. Instit. de hæredum qualitate & differentia*; ergo multo magis per Cardinalatus dignitatem liberabitur à patria potestate, Antonius Cucch. *de Cardinalibus, num.* 87.

15. Quoad secundum de comparendo in iudicio dic non teneri Cardinales personaliter comparere, sed satis esse, si compareant per Procuratorem, secundùm Specul. *in titulo de acto.* §. *vnico vers. item Illustris, & in l. penult. & in Authent. quod ius C. de procurat.* Laudensis *suprà quæst.* 76. Non enim subiiciuntur communibus legibus, & regulis Cardinales, textus singularis *in l. bene à Zenone, in vers. dignam sua prærogatiua fortunam, Cod. de quadri. præscript.* Barbat. *de præst. Cardin. quæst.* 7. 1. *part. num.* 8. Non est tamen negandum quòd Pontifex si voluerit in crimine hæresis, vel schismatis

16. condemnare Cardinalem cum minori numero testium, quàm exprimitur *in dict. cap. præsul.* quod possit, vt est gloss. *in Clement. ne Romani, de electione, & in cap.* 1. *de schismaticis*, in quibus casibus etiam potest comparere per Procuratorem, vt ait Specul. *suprà*, & deducitur ex *l. penult. cum Authent. sua, C. de procur.* quæ decernit Illustres debere constituere Procuratorem in iudicio, nec debere citari verbaliter, sed requiri scripturam ad citandum Cardinalem, vt notatur *in l. quoties, Cod. de dignit. lib.* 12. Quin etiam nec Vicarius Papæ habet iurisdictionem in Cardinalem, per *cap. primum, de offic. Ordin. lib.* 6. vbi, quando dicitur in aliqua dispositione Vicarios habere eandem iurisdictionem, quam habent ipsi Ordinarij, non intelligitur contra Illustres in aliquo gradu dignitatis constitutos. Ex quo sequitur Vicarium Papæ non habere iurisdictionem in Cardinalibus, neque in subditis, & familiaribus ipsorum, & ideo remittuntur ad eorum Vicarios, Cardin. *in dict. Clement. ne Romani, de electione*, Tusch. *suprà concl.* 100. *num.* 52.

17. (marginal number beside "lib. 12. Quin etiam")

18. Item Cardinales ex priuilegio habent, quòd beneficia suorum familiarium nequeunt conferri per Romanum Pontificem absque consensu Cardinalis patroni, Bellamet. *consil.* 19. *num.* 2. *vers. quintò quia*, vbi ait Cardinalem Legatum etiamsi habeat amplissimam potestatem conferendi beneficia, non posse disponere de beneficiis vacantibus per obitum familiarium Papæ, vel Cardinalium, Gonzal. *ad regul.* 8 *gloss.* 51. *num.* 63. vbi ait, si familiaris obeat, & Cardinalis sit præsens in Curia, requiri consensum illius duntaxat, vt Papa conferat, non verò collationem esse reseruatam Cardinali.

Item possunt Cardinales plura beneficia incompatibilia ex dispensatione obtinere facilè, 19.
iuxta *Extrauag. de præbendis*, & liberè conferre beneficia Ecclesiarum, quarum sunt titulares, seu commendatarij, non obstantibus quibuscumque reseruationibus, nisi fortè in Curia vacauerint. Cæsar *de Cardinalibus disp.* 2. §. 5. *num.* 13. & in Ecclesiis quarum sunt titulares, si sunt Ecclesiæ Patriarchales, habent eandem iurisdictionem, quam habent Patriarchæ, & alij superiores, videlicet Archiepiscopi, & Episcopi; Tusch. *de Cardinalibus conclus.* 100. *num.* 51.

Domus, seu Palatia Cardinalium conferunt 20.
immunitatem omnibus delinquentibus ad ea confugientibus, sicut ad Ecclesiam, nec possunt extrahi ab illis per iudicem sæcularem, ita Manfred. *in tract. de Cardinalibus cap.* 8 *priuileg.* 14. quod de consuetudine tradit Iul. Clar. *lib.* 5. § *final. quæst.* 30. *num.* 26. & Tusch. *vbi proximè d. concl.* 100. *num.* 53. Quo etiam priuilegio gaudet damnatus 21.
ad patibulum, si obuiam fiat Cardinalis eidem in itinere, & ab eo veste, aut pileo protegatur, Felinus *in cap. quærenti, de officio delegati*; Cened. *part.* 2. *collectan.* 139. *num.* 10. vbi addit hoc non habere locum, quando ducitur ad supplicium ratione falsitatis: tunc enim non poterit liberari à Cardinali, vt tradit Ioseph. Ludouic. *decis.* 15. *Lucen. num.* 35. Plaça *de delictis cap.* 34. *num.* 3. Tiraquel. *de pœnis temperandis, caus.* 31. *num.* 24. Menoch. *de arbitrar. casu* 306. *num.* 12. & Petr. Rebuff. *in concord. tit. de collation.* §. *si quis verò, in gloss. Cardinalatus, in vers. hodie Curia Romana, pag.* 340. Anton. Cucch. *de Cardinalibus, num.* 85. addit ductum ad supplicium mortis liberari à Cardinali obuio suo pileo capiti eius imposito, dummodo crimen deliquentis non sit falsi, læsæ Maiestatis, hæresis, proditionis in patriam, alteriusve delicti atrocis, & horrendi, quod priuilegium ex consuetudine fuisse inductum, tradunt Baldus, Salicetus, Castr. *Cod. de appellat.* Barbat. *suprà quæst.* 10. *col.* 1. Lauden. *in* 2. *tractatu quæst.* 47. Petr. Duennas cum aliis, *in regul.* 80. *verb. Cardinalis.* Non potest tamen hoc indultum per substitutum exerceri, Laudensis *in* 6. *q. prioris tractatus*, & Duennas *regul.* 81.

Similiter Cardinales priuatum carcerem habere possunt ad puniendos domesticos, & familiares suos ex vsu, & consuetudine, vt vult Manfred. 22.
in tract. de Cardinal. cap. 8. *priuileg.* 18. non obstante *l.* 1. *Cod. de priuatis carceribus*, decernente pœnam capitis exercenti priuatum carcerem, sequitur Clarus §. *final. quæst.* 68. *num.* 32. *vers. priuatum carcerem.* Item nequeunt conueniri, nec puniri pro delictis ante Cardinalatum commissis, ex ea ratione, quia non præsumitur Cardinalis euectus ad tantam dignitatem, nisi facta diligentissima eius morum, & vitæ priùs examinatione, iuxta *cap. Præsul.* 11. *quæst.* 5. Manfred. *decis.* 286. Anton. Cucchus *suprà num.* 94. & alij communiter. Eorum familiares delinquentes à Vicariis suorum Cardinalium, seu Auditoribus ex consuetudine puniendi sunt, Pauin. *de potestate capituli Sede vacante, q.* 10. *p.* 2. *princ.* Lauden. *suprà in* 2. *tractatu q.* 75. vbi citat Zabarel. *in Clem. ne Romani, vbi proximè, q.* 35. *vers. excipiuntur*, Cucchus *de Cardinalib. n.* 114. 23.

Quæri

24\. Quæri poteſt, an Cardinalis teſtari poſſit ſine licentia Summi Pontificis? Negat Hoſtienſis *in ſumma, in titulo de pœnit. §. cui confitendum, verſ. cui Cardinalis*, quod eſt verum, ſi fuerit Religioſus profeſſus, tunc enim neceſſaria eſt licentia. Laudenſis *de Cardinalibus, quæſt.* 57. poſt Baldum *in Authentica licet, C. de Epiſcopis, & clericis*, Azor 2. *part. lib.* 4. *cap.* 3. *verſ. ſextò quæritur*; ſecus, ſi non fuerit Religioſus: tunc enim teſtari poteſt de his, quæ ſua induſtria, & virtute acquiſiuit, & de bonis patrimonialibus, ſicut alij clerici. Nam Religioſi profeſſi tacitè, vel expreſsè teſtari nequeunt, textus *in cap. quia ingredientibus* 19. *quæſt. vltim. Authentica Ingreſſi, & Authent. ſi qua mulier. C. de ſacroſ. Eccleſ.* eo quia profeſſi Religionem tranſeunt in poteſtatem monaſterij, cum ſuis omnibus bonis. Item, quoniam, qui ſui iuris non ſunt, teſtari prohibentur, Nauarr. *in manuali cap.* 27. *num.* 170. Molina *de primogen. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 54. Spino *in ſpeculo teſtamenti in rub. gloſſ.* 6. Gama *deciſ.* 309. *num.* 2. Valaſc. *conſult.* 108. *num.* 7. Molina *de iuſtitia tract.* 2. *diſp.* 141. & latiùs Sanchez *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 8. *à principio*, vbi probant Religioſos profeſſos non poſſe teſtari non ſolùm de bonis, quæ illis competunt ratione ſuæ Religionis, ſed nec etiam de patrimonialibus.

25\. Extende etiam ad pias cauſas Religioſos teſtari non poſſe de Prælatorum ſuorum licentia, ita Bartholomæ. à S. Fauſto *in theſauro religioſorum lib.* 8. *quæſt.* 65. Nauarr. *commento* 4. *de regular. num.* 44 *& num.* 22. *corol.* 10. Graffis *deciſ. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 59. Molina *de iuſt. tract.* 2. *diſp.* 145. *verſ. dubium eſt*, Leſſius *de iuſtitia lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 8. *num.* 73. Azor *part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 9. *quæſ. vlt.* & Sanchez *d. cap.* 8. *num.* 5. poſt plures, aſſerens nec Prælatum cum Conuentu, nec Capitulum generale poſſe facere facultatem teſtandi. Quinimò nec ex ſuperioris licentia poſſe profeſſum facere codicillos, Tapia *in Authent. Ingreſſi C. de ſacroſ. Eccleſijs, verb. ideoque nec de his, cap.* 1. *num* 64. Barthol. à S. Fauſto *ſuprà d. lib.* 8. *quæſ.* 71. nec donationem cauſa mortis, Nauarr. *d. cap.* 27. *num.* 270. *& conſ.* 6. *num.* 3. *de præſumpt. in* 1. *edit. & conſ.* 2. *num.* 3. *de præſumpt. in* 2. *edit.* Graff. *deciſ. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 58. niſi quid modicum donet, Tapia *d. cap.* 1. *num* 4. Garc. Falcon. *regul.* 456. *num.* 4. Sanchez *d. cap.* 8. *num.* 11. cum aliis *ibi*, & Xuar. *allegat* 20. *num.* 27. *in fine*. Accedente ergo Pontificis licentia poſſe profeſſum teſtari, concludunt Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 67. Menoch. *Illuſtr. cap.* 102. *num* 2. Redoan. *de ſpoliis Eccleſ. quæſt.* 7. §. *his præſuppoſitis*, *num.* 10. Sim. de Prætis *de interpretat. vltim. voluntatum lib.* 2. *interpretatione. dub.* 1. *ſolut.* 4. *num.* 73. Benedict. Ægid. *in l.* 1. *Cod. de Sacroſſ. Eccleſ. part.* 1. §. 1. *n.* 6. *in fine*, & § 7. *num.* 7. Sanchez *d. cap* 8. *num.* 45. & Barthol. à S. Fauſto *lib.* 8. *quæſt.* 66. Ergo in noſtro caſu cùm Cardinalis Religioſus quicquid acquirat videatur tranſire in rem ipſius Eccleſiæ, vt docet Abbas *in cap.* 1. *de teſtamentis*. idcirco teſtari non poteſt niſi de conſenſu Romani Pontificis.

26\. Porrò Cardinalis clericus duntaxat poteſt teſtari de bonis ſui patrimonij, & de bonis ſuo labore quæſitis, aut propria pecunia emptis, aut ratione alicuius muneris comparatis, quod alioqui ſæculares obire conſueuerunt, aut denique de bonis, quæ quatenus clericus ſua opera, & induſtria fuit conſecutus, argumento Epiſcopi, qui poteſt de bonis patrimonialibus, aut propria induſtria quæſitis teſtari, non autem de rebus Eccleſiæ, aut eius intuitu quæſitis, Molina *de primog. lib* 2. *cap.* 10. *num.* 27. Henriq. *in ſumma lib.* 10. *cap.* 33. *num.* 3. *littera L.* & de Cardinalibus in ſpecie Azor *part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *quæſ.* 6. & ſicut Epiſcopus de his bonis intuitu Eccleſiæ quæſitis non poteſt teſtari ſine aſſenſu Romani Pontificis; ſic etiam Cardinalis nequit de eiſdem bonis, quæ ratione dignitatis, vel Eccleſiæ, cuius eſt titularis. ita Ioann. Andr. Abbas, & Anchar *in cap. cùm in officiis, de teſtamentis* atque ita requiritur facultas Summi Pontificis, vt de fructibus beneficiorum, & de acquiſitis ex beneficiorum redditibus teſtetur, Hoſtienſ. *in ſumma de pœnit. & remiſſ. §. cui confitentur, verſ. cui Cardinales*, & alij, quos referens ſequitur Anton. Cucch. *de Cardinalibus, num.* 89. *&* 90. Nihilominus teſtari poteſt de bonis, quæ illi obueniunt ratione pilei, ſeu galeri Cardinalitij, hoc eſt, ratione muneris, quo fungitur aſſiſtens Romano Pontifici, quia non ea conſequitur ratione beneficij Eccleſiaſtici, Albanus *ſuprà quæſt.* 15.

27\. Similiter Cardinalis filiusfamilias teſtari poteſt de bonis quæſitis ante Cardinalatum, & de illis, quæ habuit à conſanguineis, Anton. Cucch. *ſupra num.* 88. poſt Clarum §. *teſtamentum quæſt.* 27. *num.* 1. & probatur ex *Authentica Presbyteros C. de Epiſcopis, & clericis*, ibi: *Presbyteros, & Diaconos, & Subdiaconos, Cantores, lectores, quos omnes clericos appellamus, res quomodolibet ad eorum dominium venientes habere in ſua poteſtate præcipimus, ad ſimilitudinem caſtrenſium, & donare cui volunt ſecundum leges, & teſtari in his; licèt ſub parentum ſint poteſtate*, ſic Thomas Vaz *allegat.* 29. *à num.* 100. *vſque ad num.* 142. ſequitur Valaſc. *conſult.* 108. *num.* 12. *& duobus ſequentibus*. Quando verò Cardinalis teſtatur, debet ſeruare ea, quæ à iure canonico, non verò, quæ à iure ciuili præſcribuntur: atque ita teſtamentum Cardinalis firmum erit, ſi fiat cum duobus, aut tribus teſtibus, quamuis de iure ciuili requirantur ſeptem.

28\. Quæſtionis tamen eſt, quando Cardinalis habet facultatem teſtandi à Pontifice, poſſit toties quoties voluerit teſtamentum condere? Pars negans ex eo probatur, quia facultas conceſſa [illegible], vt ingrediatur in Monaſterium Monialium, extinguitur prima vice, nec poteſt ampliùs introire, ita Couarr. *in cap. cum in officiis, de teſtamentis, num.* 8. Redoan. *tract. de ſpoliis Eccleſiaſticis quæſt.* 7. *verſ. & iſta gratia*, poſt Decium *conſ.* 402. *& conſ.* 512. Requiritur tamen, vt hæc licentia ad teſtandum expreſsè concedatur, vt per Nauarrum *conſil.* 71. *in fine, de Regular. in* 1. *edit. & conſ.* 7. *in fine, de donat. in* 2. *edit.* Barthol. à S. Fauſto *dict. lib.* 8. *quæſt.* 70. & Sanchez *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 8. *num.* 55. Poſſe nihilominus toties quoties voluerit teſtari vſque ad mortem, & teſtamentum priùs factum reuocare, qui habuerit facultatem teſtandi, eſt certum, neque extingui primo actu, docent Nauarr. *de redditibus, quæſt.* 3. *monit.* 9. Gutierr. *pract. lib.* 3. *quæſt.* 48. *n.* 7. Fr. Emmanuel *tom.* 3. *regul. q.* 68. *art.* 5. Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum d. lib.* 8. *q.* 79. Gonz. *ad regulam* 8. *Cancell. gloſſ.* 11. *numer.* 97. poſt Paulum Granutium *theoremate* 13. *num.* 4. & Couar. *in nouiori impreſſione* ſuprà mutata ſententia hanc partem ſequitur, accedit Sanch. *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 1. *n.* 17. Tapia *in Authent. Ingreſſi, verb. ideoque nec de his, c.* 1. *n.* 31. & Azor 2. *p. lib.* 4. *c.* 3. *verſ. decimò quæritur*, vbi hanc ſententiam veriorem dicit.

In

In quæſtionem tamen venit, an expiret hæc licentia re integra morte concedentis? Negat Sanchez *de matrimonio diſp.* 28. *num.* 82. ad quem locum ſe remittit *tom.* 2. *lib.* 7. *in præcepta Decalogi d.cap.* 8. *num.* 57. *in fine*, Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſa* 12. *n.* 35. poſt Mandoſium *de ſignatura gratiæ, tit. de licentia teſtandi*, & Nattam *conſil.* 647. *lib.* 4 *per totum*, quæ ſententia placet Petro Barboſæ *in l. diuortio, §. quod in anno, num.* 20. *ff. ſoluto matrimonio.*

An verò licentia teſtandi debeat præcedere, an ſufficiat ſuperuenire vt teſtamentum ſuſtineatur? Partita eſt quæſtio. Socin. *in l. ſi quis filio § irritum, ff. de iniuſt. teſtam.* tradit facultatem debere præcedere teſtamentum, nec ſufficere, quòd ſubſequatur. Paulus de Caſtro, quem citat Albanus *de Cardinalibus, quæſt.* 48. tradit teſtamentum priùs factum per licentiam ſubſequentem, ſubſiſtere. Ratio, quia teſtamentum, cùm ſit actus ſucceſſiuus, & deambulatorius vſque ad mortem, non dicitur eſſe perfectum, niſi tempore mortis à quo capit robur. Ita Matienzo *l.* 3. *gloſſ.* 3. *num.* 4. *tit.* 4. *lib.* 5. *noua recopil.* Nauarr. *commento* 2. *de Regularibus*, *à num.* 256. Molina *de iuſtitia tom.* 1 *tract.* 2. *diſp.* 141. *in fine*, Sanchez *in præcepta Decalogi lib.* 7. *cap.* 8. *num* 60. & confirmatur ex *d. l. ſi quis filio ex hæredato. § irritum, verſ. qua ratione, ff. de iniuſto rupto*, vbi diſponitur, quòd ſi inhabilis ad teſtandum habuerit licentiam teſtandi à Principe, poſſe non ſolùm teſtari, ſed etiam teſtamentum tempore inhabili factum confirmare per licentiam ſuperuenientem, Anton. Gomez *in l.* 42. *Tauri num.* 2. vbi multis exemplis id confirmat: quamuis contrarium tamquam verius teneant Alexander *conſ.* 17. *num.* 4. *&* 5. *volum.* 4. Caputaquen. *deciſ.* 258. *num.* 1 *part* 3. & alij, quos referens ſequitur Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 47. *n.* 48. vbi *num.* 49. addit teſtamentum vnius Cardinalis ante licentiam confectum, non fuiſſe validatum per licentiam ſubſequutam; & ideo huic opinioni adhærent vltra præcitatos Mandoſius *regul* 18. *Cancell quæſt.* 12. *num.* 18. & Flamin. *de reſignat. lib.* 11. *quæſt.* 7. *num.* 90. *&* 91. & Azor *d. cap* 3. *quæſ.* 8.

Nihilominus, quamuis hæc ſententia ſit tutior, non tamen eſt verior, argumento à ſimili, quoniam quamuis emphyteuta alienet rem inconſulto domino, & ideo incidat in pœnam commiſſi, ſi poſtea dominus concedat facultatem alienatio antea facta ſine conſenſu illius, conualeſcit, & emphyteuta excuſatur à pœna. Item nemo poteſt facere molendinum ſine licentia Principis in fluuio nauigabili: attamen ſi quis faciat, & poſtea obtineat licentiam, confirmatur molendinum antea factum, ita Gomez *d. l.* 42. *num.* 2. quod etiam roboratur argumento beneficiorum incompatibilium, quæ ſi quis habeat ſine licentia Pontificis, & poſtea impetret facultatem, valet diſpenſatio, vt poſſit illa retinere, vt in ſpecie Paulus de Caſtro *in d. §. irritum*, & *ibi* Imola, & Iaſon *in l. quominus, de flumin. quæſt.* 21. *num.* 128. ergo in noſtro caſu ſatis eſt, vt teſtamentũ conualeſcat, quod ſubſequatur licentia, vt volunt Nauarr. Gomez, Matien. Matien. Molina, & Sanchez *citati.*

EPITOME.

29. *An Pontifex poſſit concedere inhabili, vt teſtetur ſimpliciter in quoſlibet vſus?*
30. *An conſuetudo faciat facultatem teſtandi Cardinalibus?*
31. *Conſuetudo an valeat, vt Monachi teſtentur?*
32. *Monachos, & Cardinales non poſſe teſtari ſine expreſſa licentia eſt verius.*
33. *Licentia ad teſtandum non habet effectum, niſi ſit in Camera Apoſtolica regiſtrata, & ſoluitur compoſitio viginti quinque pro centenario.*
34. *Licentia Monacho data non extenditur ad primogenium inſtituendum, niſi exprimatur?*
35. *Profeſſis ex ſolo iure humano prohibitum eſt teſtari.*
36. *Monachus Epiſcopus non liberatur à voto paupertatis.*
37. *Religioſus factus Cardinalis, quas obligationes ſuæ religionis retineat?*

RATIO dubitandi eſt, quia licentia conceſſa à Summo Pontifice Religioſis ad teſtandum, intelligitur ad vſus pios, vt alioquin licentia conſentiat cum iure communi, ac proinde nequeunt ad profanos, ſed ad pios duntaxat vſus teſtari Molina *tract.* 2. *diſp.* 141. *verſ. facultas Religioſo*, *&* *diſp.* 604. *n.* 3. Sanchez *in præcepta Decalogi lib.* 7. *c.* 8. *n.* 51. Azor 1. *p. lib.* 12. *c.* 9. *quæſ. vlt.* & Leſſius *de iuſt lib.* 2. *c.* 19. *dub.* 4 *n.* 40. Molina *de primog. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 67. *&* *c.* 10. *n.* 30. Tapia *in d. Authent. Ingreſſi, c.* 1. *n.* 24. & alij. Hoc poſito ducet Barbatia *de præſtantia Cardinalium p.* 1. *q.* 4. non poſſe Pontificem facere facultatem teſtandi Cardinalibus ſimpliciter in quoſlibet vſus, quos voluerint, argumento *cap. relatum el* 2. *de teſtamentis*, atque ita poteſtas teſtandi reſtringi ad pias cauſas, ſeu ad eleemoſynas, arg. *c. cum dilectus, de conſuetudine*, *& c. ex parte, de verborum ſignificatione.* Nihilominus probabilius eſt poſſe Pontificem concedere licentiam teſtandi in quoſlibet vſus, licitos tamen, & honeſtos, vt patet ex forma licentiæ, quæ ſic habet: Damus tibi licentiam teſtandi in quoſcumque vſus, quos tu ipſe malueris, Azor 2. *p. lib.* 4. *c* 3. *quæſ.* 12. 29.

Et quamuis Germon. *de indult Cardin. §. quod tu Romanam*, tradat *n.* 25. licentiam teſtandi reſtringi ad pios vſus, & non aliter; meliùs opinatur Azor *vbi ſuprà*, & Couarr. *in c. cùm in officiis, de teſtamentis, n.* 7. aſſerit huiuſmodi licentiam valere ſine vlla omnino cauſa; etiamſi Alexander *conſ.* 101. *num.* 8. *volum.* 7. credat in Papæ licentia ſemper præſumi cauſam ſubeſſe.

An autem poſſint Cardinales ex conſuetudine teſtari ambigitur? Nam Manfred. *in tract. de Card. dec.* 126. vult Cardinales poſſe ſine licentia Pontificis teſtari conſuetudine huiuſmodi præſcripta; Anaſtaſ. tamen Germon. putat Manfredum ſomniaſſe, quia *ex cap. cùm in officiis, & ex cap. relatum, de teſtamentis*, quibus id probat, contrarium probatur: neque teſtari ſolent Cardinales ſine expreſſa facultate. Contrà verò Innocentius *in cap. cùm in officiis, de teſt.* concedit hanc conſuetudinem in clericis beneficiariis poſſe reperiri, cùm non repugnet iuri diuino, aut naturali, ſed ſolùm iuri canonico, quod conſuetudine præſcripta abrogari poteſt: ſequitur Sanchez *lib.* 7. *in præcepta Decalogi c.* 8. *n.* 61 *&* 62. quatenus ait poſſe Monachos per Pontificis priuilegium teſtari, poſſe etiam per conſuetudinem legitimè præſcriptam, ex traditis à Fel. *in c. quæ in Eccleſiarum, n.* 27. *de conſtit.* quippe conſuetudo præſcripta habet vim cõcedendi ius nouum, & antiquum abolendi, *c. final. de conſuetudine.* Item prohibitio teſtandi eſt de iure humano inducta, & Monachi ſecundùm veriorem ſentẽtiam ſolo iure humano fiunt inhabiles ad dominium habẽdum; Sanchez *d. cap.* 8. *in principio, n.* 4. at ius humanum 30.

per conſuetudinem aboletur. Quare per conſue-
tudinem, ſicut & per priuilegium poſſunt inhabi-
les ad teſtandum, teſtamentum condere, ita Na-
uarrus *comment. 2. n. 44. de regular.* Tapia *in Authen,*
Ingreſſi, verſ. Ideoque nec de his, cap. 1. num. 6. Cod. de
ſacroſſ. Eccleſ. & Sanchez *d. cap. 8. num. 61. ad finem,*
vbi ſubdit conſuetudinem ſufficere, quæ ſufficit
ad derogandum iuri humano, nec eſſe neceſſa-
riam conſuetudinem immemorialem. An verò
Cardinales ſint in conſuetudine teſtandi, ipſi
nouerint. Quoad Religioſos multi negant vale-
re hanc conſuetudinem, etiam præſcriptam, in-
ter quos Baldus *in Authentica Ingreſſi, num. 5. C.*
de ſacroſ. Eccleſ. & *ibi* Iaſon *num.* 8. Henricus *cap.*
ſi quis ſanè, num. 10. de peculio Clericorum, & Graff.
deciſ. lib. 3. cap. 5. n. 59. Cæterùm cùm hæc prohibi-
tio ſolùm de iure humano repugnet regulæ Mo-
naſticæ, non eſt negandum poſſe tolli per conſue-
tudinem legitimè inductam, vt tradit Sanchez
cum aliis *d. cap. 8. num. 62.*

32. Verius tamen puto, ſine expreſſa licentia nec
Monachos, nec Dominos Cardinales poſſe teſta-
ri, & ita fieri ſolet, eo quia facultas ab eiſdem im-
petrata ad teſtandum non ſuum effectum ſorti-
tur, niſi in Cameta Apoſtolica fuerit regiſtrata.
Quinimo quando ſit facultas teſtandi de certa
ſumma, ſoluitur compoſitio ad rationem viginti
quinque pro centenario, quæ compoſitio hiſce
temporibus reduci ſolet ad viginti, & ad duo de
33. viginti, ita Germon. *d. §. quod tu Romanam, num. 29.*
fol. 403. col. 1. Accedente igitur Summi Pontificis
licentia poſſe profeſſum in quacumque Religione
teſtari, volunt Greg. Lop. *verb. deſcendentes, tit. 1.*
p. 6. l. 17. & ex antiquis Bald. *in Auth. niſi rogati, n. 23.*
C. ad Trebel. Couart. *c. 2. de teſtam. n.* 10. Molin. *de*
34. *primog. lib. 2. c. 9. n. 67.* ea tamen licentia non exten-
ditur ad primogenium inſtituendum ex bonis
ſuis, & intelligitur, vt teſtetur ad pias cauſas, non
autem ad profanas; idem Molina *ibid. & c. 10. n. 30.*
niſi in licentia id exprimatur, Couar. *in c. cum in of-*
ciis, de teſtamentis, n. 7. Sanchez *d. lib. 7. c. 8. num. 54.*

35. Poſſe autem profeſſum ex licentia Pontificis
teſtari nemo dubitat, quia teſtari illi eſt prohibi-
tum ex ſolo iure humano, quod non ligat Ponti-
ficem, & in eo poteſt diſpenſare, Bald. *in l. ſi quan-*
do 35. in fine principij. C. de inofficioſo teſtamento, De-
cius *in d. Authent. Ingreſſi, n. 12.* Bertrandus *conſ. 12.*
num. 8. & conſ. 16. num. 1. vol. 3. Auendan. *de exequen.*
mandat. part. 1. cap. 4. verſ. tertiò requiritur, Simon.
de Prat. *de interpretat. vltima volunt. lib. 2. interpre-*
tatione 1. dub. 1. ſolut. 4. num 73. Gregor. Lop. *l. 53.*
verb. que los ganen. tit. 6. part. 1. Graff. *1. part. deciſ.*
lib. 3. c. 5. n. 57. & 59. Burg. de Paz *l. 3. Tauri, n. 689.*
& Azor. *1. part. lib. 12. c. 9. quæſt. vltima,* & loquen-
tes de Monacho Epiſcopo, quamuis eum non li-
berent à voto paupertatis, negentque poſſe teſta-
ri, non tamen negant id poſſe de licentia Papæ, D.
36. Thomas 2. 2. *quæſt. 185. art. 8. ad 3.* D. Antoninus 3.
part. tit. 20. c. 2 §. 7. Sotus *lib. vlt. de iuſtitia, quæſt. vlt.*
art. vlt. ad vlt. & Azor. *tom. 1. lib. 12. c. 7. quæſ. 2. fin.*

37. In quæſtionem poteſt venire, quæ obligationes
maneant in Religioſo facto Cardinali? Reſponde
Religioſum Cardinalem factum verè Religio-
ſum manere, & ex conſequenti retinere vinculum
paupertatis, & eſſe incapacem proprij dominij,
ac proinde ſine diſpenſatione non poſſe teſtari, vt
dixit Baldus etiam *in Authent. Licentiam, de Epiſco-*
pis, & clericis, atque ita omnia poſt talem digni-
tatem quæſita, acquirit Eccleſiæ ſuæ, cuius titu-
lum, ac regimen habet: aliàs Eccleſiæ Romanæ,
aut Sedi Apoſtolicæ acquiret. Denique obedien-
tiam retinet, immediatéque ſoli Pontifici ſub-
eſt. Habitum etiam deferre debet, & ita obſer-
uat vſus Eccleſiæ, Suar. *de Religione, tom. 4. lib. 3.*
cap. 18. num. 4.

De prærogatiuis, & præeminentiis, quæ competunt Collegio Cardinalium tam viuente, quàm mortuo Summo Pontifice.

§. IV.

EPITOME.

1. *Collegium Cardinalium, & Pontifex Summus ſunt vnum corpus.*
2. *Collegium Cardinalium eſt gremium Romanæ Eccleſiæ.*
3. *Cardinales ſunt Capitulum vniuerſalis Eccleſiæ.*
4. *Pontifex dum alienat res Eccleſiæ, debet facere, vt interueniat aſſenſus Cardinalium.*
5. *Papa non deponit de conſuetudine Cardinalem ſine conſenſu aliorum.*
6. *Papa mortuo iuriſdictio an remaneat in Collegio Cardinalium, duplex eſt opinio, altera affirmans, altera negans.*
7. *Capitulum Sede Epiſcopali vacante habet iuriſdictionem, quæ de iure ordinario ad Epiſcopum pertinet.*
8. *Apoſtolica Sede vacante iuriſdictio remanet penes Chriſtum Dominum.*
9. *Cardinales eligunt Summum Pontificem, & Chriſtus Dominus confert iuriſdictionem.*
10. *Cardinales mortuo Papa habent omnia, quæ non ſunt Papæ reſeruata.*
11. *Cardinales Sede vacante poſſunt reſtituere famā.*
12. *Cardinalium collegium viuente Papa reſtituit famā.*
13. *Cardinalium Collegium non poteſt ſtatuere, vt liceat Pontifici eligere ſucceſſorem.*
14. *Papa cum Cardinalibus licet facere conſtitutionem ſuper modum eligendi Pontificem.*
15. *Papa non poteſt alteri concedere, vt ſucceſſorem in ipſius locum deligat.*
16. *Papa poteſt facere conſtitutionem ſuper electione ſui ſucceſſoris.*
17. *Eccleſia ſi Papæ conferret iuriſdictionem, poſſet illam limitare, & augere.*
18. *Eligendi Pontificem modus non fuit à Chriſto præſcriptus, ſed Eccleſiæ commiſſus.*
19. *Electio Papæ debet habere duarum partium ſuffragia.*
20. *Electio Papæ ad quem pertineret, ſi omnes Cardinales perirent?*
21. *Conſtitutio Greg. X. ſuper electione Papæ.*
22. *Cardinales nequeunt deponere, ſed eligere Pontificem.*
23. *Cardinales in caſibus moram non patientibus, quam habent iuriſdictionem.*
24. *Papa propter ætatem, vel morbum facto inutili ad gubernandum, quis prouidebit?*
25. *Schiſmate orto Concilium congregare poſſunt Cardinales, & viuente Papa, ſi neglexerit, cogere.*
26. *Cardinales eligi a generali Concilio neceſſitate, & vſu aliqui volunt, ſed oppoſitum magis placet.*
27. *Sede vacante Collegium Cardinalium nihil poteſt in iis, quæ competunt Pontifici viuenti.*

Cardinales

28. *Cardinales in generali Concilio habent ius definiendi, & subscribendi in decretis illius.*
29. *Ius definiendi, & subscribendi in Conciliis est actus iurisdictionis, non vero potestatis ordinis.*
30. *Appellari posse ad Collegium Cardinalium est Bartoli, sed oppositum est dicendum.*
31. *Appellari potest à sententia Cardinalium, non tamen a sententia totius Collegij.*
32. 33. & 34. *Concilium generale an possit statuere, vt alij à Cardinalibus possint eligere Summum Pontificem?*
35. & 36. *Vacante Sede Apostolica tempore, quo celebratur Concilium generale, electio pertinebit ad Cardinales; secus si Concilium deponat Papam.*
37. *Cardinalium nomine veniunt non Rauennates, nec Compostellani, sed Cardinales Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.*

1. COLLEGIVM Cardinalium, &
Pontifex sunt vnum corpus. Roman.
consil. 498. *num.* 10. & *latius* 11.
Felinus *in cap. ad audientiam, in*
2. *fine, de præscriptionibus*; diciturque Collegium
Cardinalium gremium Romanæ Ecclesiæ, *cap.*
in nomine Domini, distinct. 23. Roman. *consil.* 498.
3. *num.* 10. Cardinales sunt Capitulum vniuersalis
Ecclesiæ, proinde in rebus maximis alienandis
Pontifex debet facere, vt interueniat consensus
4 Cardinalium, Bald. *in l. cum multa, Cod. de bonis*
quæ liberis, & de consuetudine Papa non deponit
5. Cardinalem sine consensu aliorum, Ioann. Andr.
cap. 1. *de supplen. negligen. Prælator.* & notant Do-
ctores *in cap. clerici, de vita, & honestate clerico-*
rum, Martin. Lauden. *de Cardinalibus, tract.* 1.
quæst. 33.
6. Quæri potest, an mortuo Papa remaneat iu-
risdictio in cœtu Cardinalium? Responde glos-
sam *verb. Sede vacante, in cap.* 1. *de schismat.* 3. *lib* 6.
opinari, remanere in Collegio Cardinalium Sede
Apostolica vacante, sequitur Bart. *in l. vbi absunt,*
num. 2. per textum *ibi, ff. de tutor. & curator*, argu-
mento *capitis his quæ, de maior. & obed. verb. quando*
autem Ecclesia ipsa vacauit, vbi Collegia Sede
vacante succedunt in potestate, & iurisdictione
Prælati, quod etiam habetur *in cap. cum olim, eodem*
titulo, & *ibi* Barbos. *num.* 3. vbi probat post Ric-
cium *in collect. decis. part.* 3. *collect.* 610. & *part.* 4.
7. *collect.* 380. Capitulum Sede vacante succedere in
omni iurisdictione, quæ iure ordinario spectabat
ad Episcopum tam in spiritualibus, quàm in tem-
poralibus: Azor autem ex communi sententia 2.
p. lib. 4. *c.* 3. *in principio*, tradit Collegium Cardina-
lium in iurisdictionalibus non posse ea, quæ sunt
Romano Pontifici reseruata, ex *Clem. ne Romani, in*
principio, vers. irritum. Cæterùm Capistran. *de au-*
thoritate Papæ, & Concilij part. 3. *secunda princi-*
palis pag. 132. vult potestatem, & iurisdictionem
Papalem defuncto Pontifice manere in Ecclesia
vniuersali: at verò Turrecremat *lib.* 2. *in summ.*
cap. 79. *versicul.* 3. in Sede Apostolica, & in ipsa
dignitate Papali, quæ non moritur, perseuerare
arbitratur.
8. Dicendum tamen est vacante Sede Apostolica
plenitudinem iurisdictionis, & potestatis in se
sumptam penes Christum Dominum remanere,
qui est caput præcipuum, & principale totius Ec-
clesiæ; atque ita Cardinales eligunt Summum
Pontificem, sed potestatem Pontificiam Christus
confert, Christus enim eo ipso, quo Petrum, &
successorem eius constituit in terra, suum Vica-
rium, pollicetur se potestatem illi daturum, qui in
Pontificem fuerit electus. Quare Cardinales eli- 9.
gunt, non tamen conferunt illi potestatem, sed
Christus, & eo mortuo, remanet penes Christum.
Nec inde infertur Cardinales cum Pontifice non
efficere vnum corpus, sed magis cum Ecclesia vni-
uersali, sed satis est, vt dicatur vnum corpus cum
Papa, quòd possit eo defuncto facere omnia, quæ
non sunt Papæ reseruata. Nec etiam est inconue- 10.
niens per interregnum manere Ecclesiam in ali-
quibus sine exercitio illius potestatis, quia ex hoc
non sequitur notabile detrimentum, cùm satis
prouisum sit per sacros Canones, & per cœtum
Cardinalium, & per inferiores Prælatos, in quibus
sufficiens iurisdictio, ac potestas remanet.
Possunt item Cardinales vacante Sede Aposto- 11.
lica simul restituere famæ. Sic Cardinalis Florent.
in Clem. Ne Romani, de electione, verb. irritam. Quin
etiam viuente Papa Collegium Cardinalium re- 12.
stituit famæ, vt notant Doctores *in c. cùm te, de re*
iudicata. Non tamen potest Collegium Cardinaliũ 13.
statuere, vt liceat Pōtifici eligere successores, quia
electio Papæ non competit Papæ, sed Dominis
Cardinalibus, vt *in c. licet, de electione, & in c. vbi pe-*
riculum, de electione in 6. integrum tamen erit Papæ 14.
cum Cardinalibus facere constitutionem super
modum electionis, *dist.* 23. *In nomine Domini*, non
autem sibi successorem nominare, Azor *suprà d.*
lib. 4. *cap.* 5. *vers. tertiò quæritur, ad finem.* Nec item 15.
potest Pontifex alteri concedere licentiam, vt suc-
cessorem in ipsius locum deligat, ita Cardinalis
Albanus *de Card. quæst.* 33. secundùm communem,
quoniam ex tali facultate maxima orientur in-
commoda in detrimentum totius Ecclesiæ, Azor
supra quæst. 4. *vers. sed communis.* Non enim poterit
Pontifex disponere in tempus in quo non est fu-
turus Papa in re tam graui, quæ esset occasio ve-
xandi Ecclesiam, & sicut Papa non potest sibi eli-
gere successorem, vt est communis, & vult Caie-
tanus *de authoritate Papæ tract.* 1. *cap.* 13. & *tract.* 2.
cap. 21. Turrecremat. *lib.* 2. *summa cap.* 51. *cum glossa*
in cap. cùm Apostolica, §. qui in omnibus 8. *quæst.* 1.
sic etiam non poterit facere facultatem alteri, vt
in ipsius locum successorem deligere possit, quo-
niam electio competit Cardinalibus. Flaminius
tamen *de resignat. lib.* 2. *quæst.* 1. *n.* 12. addit Papam 16.
non posse sibi eligere successorem, posse tamen
facere constitutionem, super electione sui succes-
soris, vt Scribentes *in c. licet de vitanda, de electione,*
honestúmque erit si hoc faciat Pontifex de consi-
lio Cardinalium, & Concilio generali, vt notat
Abbas *in d. cap. licet n.* 2. *notab.* 2.
Porrò electio Pontificis, vt dixi, spectat ad Car-
dinales, qui personam designant, potestatem au-
tem, & dignitatem solus Christus immediatè con-
fert suo Vicario, & ab ipso creatur, sicut Prorex
immediatè ab ipso Rege instituitur, Caiet. *opusc.* 1.
de authoritate Papæ, cap. 13. Torres *de fide disp.* 15.
dub. 3. Nam si Ecclesia hanc iurisdictionem, & po- 17.
testatem præberet Pontifici, posset illam, vel auge-
re, vel limitare, vel modum ponere, quod non est
dicendum. Modus eligendi Pontificem non fuit 18.
à Christo Domino præscriptus, sed Ecclesiæ
commissus, vt notat Suar. *de fide disp.* 10. *sect.* 4.
num. 6. sufficitque ad electionem, vt sit valida, quòd 19.
duarum partium suffragia concurrant, Azor *suprà*
part 2. *lib.* 4. *cap.* 5. *quæst.* 7. & Camil. Borrel *decis. in*
summa tit. 4. *n.* 6. Quòd si Collegium Cardinalium

20. Sede vacante omnino fuisset extinctum, & nullus Cardinalis superesset, electio pertineret ad Patriarchas, vt volunt Bald. *in l. vbi adsunt, ff. de tutor. & curator.* & Conrad. *in templo omnium iudicum, lib.2. cap.1. §.2. in principio, num.6.* Sed meliùs Dionysius Paulus *de vera Patriarchalium Sedium*
21. *erectione, cap.16. num.33.* respondet cum Syluestro Aldobr. *in scholiis ad Decium, ad cap. licet de vitanda, num.52. super titulo, de electione*, in hoc euentu competere electioné Pontificis Canonicis Ecclesiæ Lateranensis. Vide constitutionem Gregorij XV. incipit, *Æterni Patris*, editam anno Domini 1621. vbi decernit electionem esse faciendam per secreta suffragia duarum ex tribus partibus Cardinalium in conclaui præsentium.

22. Ex quibus deducitur, quæ iurisdictio competat Collegio Cardinalium Sede vacante circa electionem Pontificis, non autem competit circa depositionem illius, & quamuis *in cap. vbi periculum, de electione in 6. §. idem*, dicatur, Collegium Cardinalium habere iurisdictionem in arduis occurrentibus; & sic videatur habere potestatem ad deponendum Pontificem, si, quod absit, fiat hæreticus, aut Ecclesiæ sit quasi vacans. *c. illud*, vbi periculum non loquitur de his, quæ perti-
23. nent ad Summum Pontificem, neque ad prouisionem Pontificalis Cathedræ, sed de aliis, in quibus conceditur Cardinalibus iurisdictio, quando periculum graue satis imminet. Quare nequeunt Cardinales cognoscere de hæretico Papa, nec declarare an ille perdidisset Pontificiam dignitatem, nec similiter iudicare, an illius electio sit irrita: hæc enim pertinent ad Concilium *cap. si Papa 40.*
24. *dist. & 79. dist. si quis pecunia*, & Cardinales extra casum eligendi Pontificem nihil habent iurisdictionis in Pontificem, nec potestatem de Papatu: vnde si fiat Pontifex mente captus, vel inutilis præ ætate decrepita, vel alio simili impedimento perpetuò affectus, vt nequeat attendere gubernationi Ecclesiæ, Concilium debet de coadiutore prouidere, per *cap. 1. de clerico ægrotante lib.6.* non verò Cardinales se possunt intromittere. In aliis autem casibus Sede vacante Cardinales haberent iurisdictionem vrgente aliqua causa graui, & moram non patiente, extra quam, si quid velint operari, irritum erit, vt *in Clementina, ne Romani, de electione, verb. irritum.*

25. Orto tamen schismate, & contentione data Concilium congregaré possunt Cardinales, Manfred. *de Cardinali. c. 31.* cùm illis totius Ecclesiæ cura commissa sit: non tamen Cardinales, vt singuli, sed vt Collegium conuocat Concilium, Bald. *in cap. olim ex litteris, de rescriptis*, & Lauden. *tract. 2. de Cardinalibus quæst. 38.* patet, quia Collegium Cardinalium viuente Papa, negligente ta-
26. men, potest facere Concilium vniuersale, vt iam dixi; ergo Sede vacante: sicut etiam potest dum vacat Sedes Cardinalem cogere, vt suscipiat officium legationis, Anton. Cucch. *de Cardinalibus n.40.* Posse tamen eligi à generali Concilio Cardinales necessitate id exigente, volunt Iacobat. *tract. de Concilio lib. 6. art. 7. quæst. 1.* & vsu stante, Manfred. *in decis. 86. supra tercentesimam, tract. de Cardinalibus*, quos sequitur Cucchus *eodem tractatu num. 24.* Sed magis placet, quod tradunt Azor. *2. par. instit. moral. lib. 4. c. 1. quæst. 7.* & Tuschus *verb. Cardinal. concl. 104. num. 13.* nimirum Collegium Cardinalium Sede vacante non posse creare Cardinales, licèt possit eligere Pontificem, nec posse condere statuta, quia creatio Cardinalium Summo Pontifici reseruatur, Barbos. *Clem. 2. de elect. n.5. pag. 11. & n. 10.*

Probatur ex constitutione Pij Quarti edita anno 1562. septimo Idus Octobris, Pontificatus sui anno tertio, vbi decernit, quæ sint facienda durante Sede vacante, his verbis: *Sedis autem vacatione durante Collegium Cardinalium in iis, quæ ad Pontificem maximum, dum viueret, pertinebant, nullam omnino potestatem, aut iurisdictionem habeat, neque gratiam, neque iustitiam faciendi, aut factam per Pontificem mortuum executioni demandandi, sed ea omnino futuro Pontifici reseruare teneatur.* sic ibi, ex quibus verbis apertè constat nihil posse in reseruatis Pontifici, vt est creatio Cardinalium. Vide reliqua apud Cherubinum *tom. 2. fol. 91. §. 6.* Barbos. *sup. n. 1. pag. 11.* 27.

Non leuis se offert ambiguitas circa Cardinales in generalibus Ecclesiæ Conciliis, quam vocem scilicet habeant in definiendis rebus fidei, & morum? Conclusio sit habere ius definiendi in Conciliis, & subscribendis in Decretis illorum, non solùm iure sibi commisso, sed etiam iure ordinario. ita Turrecremat. *in summa lib. 3. c. 14. ad 6.* eo quia ius in Conciliis definiendi, & subscribendi, est actus iurisdictionis, non verò potestatis Ordinis; atque ita non solùm est Episcoporum, vt ostenditur in Conciliis antiquis, in quibus, & Episcopi, & Abbates, & Generalis Religiosarum familiarum, definiebant, & subscribebant. 28. 29.

Quid de appellatione? Quamuis Bartol. *in l. 19. vbi absunt, n. 3.* dicat posse appellari ad Collegium Cardinalium: oppositum est dicendum, Gamb. *tract. de authoritate Legati de lat. lib. 9. quæst. 15. num. 55. & 56. tom. 13. par. 2. fol. 219.* quem refert, ac sequitur Sigismundus *de appellat. quæst. 8. n. 169.* non enim Cardinales Sede vacante sunt iudices appellationum. Addit. ad Bart. *in d. l. 19.* 30.
vbi absunt, *in verb. Collegium Cardinalium, ff. de tutor. & curator.* Et quamuis possit appellari à sententia Cardinalis, vt vult Baldus *in l. 1. ff. de officio præfecti Prætor.* quem sequitur Cucchus *sup. n. 16.* attamé *n. 62.* à sententia totius Collegij Cardinalium non posse interponi appellationem ait, sicut à sententia Senatus non est licita appellatio: accedit Albanus *q. 42. vers. tertio*, dicens à sententia Collegij Cardinalium non esse integrum appellare, in cuius opinionem itum est ab Anast. Germ. *de sacrorum immunit. lib. 3. c. 6. num. 37. & sequentibus.* 31.

Quæri item potest, an Concilium generale possit statuere, vt alij à Cardinalibus possint eligere Summum Pontificem? Conclusio sit Cardinalium officium esse vbi Ecclesia vacat per obitum Pontificis, vel per resignationem, eligere Romanum Pontificem, *cap. 1. & 2. dist. 79. cap. in nomine Domini, dist. 23. cap. licèt de vitanda, de electione extra*; deque electione extant constitutiones, vt in Concilio Lateranensi ab Alexandro Tertio anno salutis 1180. Secundùm quam à duabus partibus Romanus Pontifex eligi debet. Rursus alia constitutio Gregorij X. in Concilio Lugunensi edita anno 1274. relata *in c. vbi periculum, de electione lib. 6.* per quam locus, & tempus electioni præscribuntur, conclauis etiam vsus præfigitur. Emanauit etiam post hanc constitutio Clementis VI. incipit, *licèt in constitutione, edita anno Domini 1351.* vbi multa de conclauis vsu. Deinde exiit Bulla Pauli Quarti, incipit, *Cum secundum*, anno Domini 1558. contra tractantes de electione Romani Pontificis viuentis, eóque inconsulto: huic successit Bulla Pij Quarti, inci- 32.

pit,

pit, *In eligendis*, anno 1562. in qua agitur de potestate sacri Collegij Cardinalium, & officialium Romanæ Curiæ Apostolica Sede vacante. Vltimò prodiit Bulla Gregorij XV. incipit, *Æterni*, anno salutis 1621. vbi tres tantùm formæ electionis approbantur, & scrutinium per secreta suffragia faciendum decernitur; de qua suprà *hoc eodem §. vers. porro electio.*

33. Hæc tamen conclusio non habet locum, quando Papa deiicitur ex Pontificia dignitate ex causa iustissima, & quando electio est irrita, & inanis declarata: tunc enim ad Concilium generale pertinebit ius Pontificem creandi, eo quia constitutio in casu mortis electionem decernens non debet extendi, nec potest ad modum alium Sedis vacantis, vt habetur *in cap. susceptum, de rescriptis in 6.* & deducitur ex *cap. si duo dist. 79.* vbi dicitur in discordia duorum electorum in Pontificatu congregandum esse Concilium generale, & illum remanere Papam, quem Concilium approbauerit: sit Abb. *in cap. licet, de vitanda, n. 8. vers. item nota, quòd, de electione*, qui textus fuit allegatus Pisis & Constantiæ, quando fuit Concilium coogregatum contra illos contendentes de Papatu, vt ait Illustrissimus Cunha *in c. si duo, num. 3. dist. 79.*

34. Alij verò absolutè negant hoc ius competere Concilio, sed Cardinalibus, quibus ius eligendi Pontificem conceditur aothoritate Romani Pontificis, & approbatione generalis Concilij, vt constat ex *c. licet de vitanda, de electione*, per textum *ibi*, & à duabus partibus concordantibus, & *ibi* scribentes, & ostenditur ex nouissima Gregorij XV. constitotione, incipit, *Æterni, in* §. 1. vbi cauetur, ne in posterum electio Romani Pontificis fiat, quàm per secreta schedularum suffragia duarum ex tribus partibus Cardinalium in conclaui præsentium, prærerquam, si omnes, & singuli in conclaui præsentes vnanimi voluntate aliquibus ex eorundem Collegio Cardinalium committerent potestatem eligendi, vt vice omnium Ecclesiæ Catholicæ prouiderent de pastore; ergo sola Concilij authoritate absque Romani Pontificis decreto non potest auferri potestas eligendi Pontificem Cardinalibus. Non est tamen negandum cum Cardinali Albano *de Cardinalibus, quæst. 35.* cui adhæret Azor *d. lib. 4 cap. 2. quæst. 13 vers. cæterùm*, posse Concilium eripere id iuris Cardinalibus, non tamen sine iusta causa, nimirum, si propter crimen hæresis Pontifex fuisset depositus, & Cardinales ob aliquã causam suspecti crederentur.

Hinc sequitur, si vacauerit Sedes Apostolica tempore quo generale Concilium fuerit legitimè congregatum, adhuc ad solos Cardinales eorumque Collegium, non autem ad ipsum Concilium pertinere, vt de facto seruatum fuit in electione Leonis X. tempore vltimi Lateranensis Concilij, vbi electio à Cardinalibus, non autem à Concilio facta fuit. Olim tamen Nicolaus II statuit, vt Summi Pontificis electio fieret præcipuè à Cardinalibus; deinde Clerus, & Populus accederet ad eam comprobandam, *c. in nomine Domini, dist. 23.* per textum, sicque reliquos Clerus, & Populus, postea ad solum Collegium Cardinalium electio fuit reducta, *cap. licet, de electione, cap. vbi periculum, eodem titulo Clementina ne Romani, eodem titulo*, Bellarm. *tom. 1. de clericis, lib. 1 cap 9 cum sequentibus*, Palcoth *de consult. sacri Palatij, part. 3. quæst. 4. vers. & eo magis*, & Bursat. *tom. 2. cons. 120. num. 6. & 7. & cons. 118. à principio, & omnino à num 18.* 35.

Hæc autem resolutio limitatur ab Abbate *in d. cap. licet, in vltimo notabili, vers. sed aduerte, de electione*, dicente, vbi Papa deponitur a Concilio generali, tunc ab eo deponente electionem esse peragendam, & non pertinere ad Collegium Cardinalium, sequitur Barbat. *in d. Clementina, ne Romani, §. sanè, de electione*, & aperte *in consilio 82. sub num. 10. vers. & vlteriùs ad prædicta*, nec ab illis recedit omnino Mariao. Socin. *in cap. ad petitionem, n. 7. de accusat.* 36.

Illud etiam pro complemento nota, appellatione Cardinalium non venire Cardinales Rauennates, nec Compostellanos, & similes, sunt enim Cardinales impropriè, Gonzal *ad regulam 8. gloss. 24. n. 162.* Azor *suprà cap. 1. quæst. 1.* Veniunt ergo S. R. E. Cardinales, Abbas *in c. accedentes*, & *ibi* add. *in verb. Cardinales, de præscript.* Germon. *de sacror. immunit. lib. 3. cap. 16. num. 13.* & Vasæus *in Chron. Hispaniæ, c. 21. vers. Compostellanus.* 37.

LIBER SEPTIMVS
DE PATRIARCHIS, ET PRIMATIBVS.
DISPVTATIO DECIMASEXTA
DE PATRIARCHIS, ET DE OFFICIO EORVM.

De eorum dignitate, ac potestate, & officio?

§. I.

EPITOME.

1. *Patriarcha, & Primates habent Episcopalem ordinem communem vtrisque ex institutione Christi, & regimen prælationis ex Apostolorum institutione.*
2. *Patriarcha, & Primates sunt iuris diuini, quoad Episcopalem ordinem, quoad potestatem iurisdictionis, sunt iuris Ecclesiastici.*
3. *Decima debentur de iure diuino, quoad quotam de iure Ecclesiastico.*
4. *Patriarcha & Primas idem sunt, quoad dignitatem, & officium, nomine autem differunt.*
5. *Patriarcha dicitur Princeps patrum, Primas, qui Primas sedes habet in Prouinciis, & idem sunt lato modo.*
6. *Patriarcha propriè sunt Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus, & de eorum origine.*
7. *Ecclesia Romana est omnium mater, & Regina, ac Magistra, & Primatum habet super omnes.*
8. *Patriarchæ etiam Primari; subsunt Romano Pontifici, illique præstant iuramentum obedientia.*
9. *Papa non solum ratione loci habet veram prælationem. sed absolutè est super omnes Patriarchas.*
10. *Papa est Patriarcha vniuersalis, licèt propter humilitatem prohibeat sic vocari.*
11. *Dignitas, & potestas, qua est in omnibus simul Patriarchis, in Romano Pontifice residet.*
12. *Patriarcharum nomine intelliguntur quatuor Patriarchæ principaliores.*
13. *Patriarcha à solo Romano Pontifice pallium accipiunt, & Archiepiscopi; Episcopi autem non, nisi ex priuilegio.*
14. *Ecclesiastica iurisdictio à Papa tanquam à capite in alios Prælatos descendit.*
15. *Beatus Petrus super omnes alios Apostolos Primatum obtinuit, & ipse solus a Christo fuit ordinatus Episcopus.*
16. *Apostoli a Beato Petro fuerunt ordinati Episcopi.*
17. *Episcopi non sunt pares potestate Summo Pontific, nec dignitate.*
18. *Patriarchales Ecclesia quot sint Roma, & qua Regina?*
19. *Patriarcha maiores an tribuant pallium Archiepiscopis suffraganteș?*
20. *Patriarcha quibus in locis, ac coram quibus personis nequeunt ante se crucem elatatam deferre?*
21. *Appellari ad Patriarchas in omnibus causis suarum Prouinciarum licet, & an omisso medio?*
22. *Patriarcha maiores, an possint deponere Episcopos? pars negans est verior.*
23. *Patriarcha maiores ex priuilegio habent plus, quam alij Episcopi, non tamen possunt transferre Episcopos.*
24. *Patriarcharum maiorum nullus debet appellari Patriarcha vniuersalis*
25. *Patriarcha olim præcedebant Cardinales, nunc autem Cardinales præcedunt.*
26. *Patriarcha inferiores, qui sint in Europa, & in Asia?*

DE Patriarchis, & Primatibus illud in 1.
primis obseruari potest, duo in illis
distincta reperiri, Episcopalem scilicet
ordinem omnibus communem ex in-
stitutione Christi Domini, & regimen prælatio-
nis ex Apostolorum ordinatione; atque ita Præ-
latos istos quoad Episcopalem Ordinem, qui
apud omnes vnius est, iuris diuini esse non est
dubium, quoad potestatem tamen iurisdictionis,
iuris esse humani, tradit Bursat. *cons.* 125. *num.* 45.
vol 1. Azor 2. *part. instit. moral. lib.* 3. *cap.* 35. *quæs* 1.
neque nouum est idem nomen Patriarchæ, seu 2.
Primatis ex eadem oratione posse accipi diuersi-
mode secundùm diuersus respectus, nimirum re-
spectu legis diuinæ quoad ordinem Episcopalem,
respectu legis Ecclesiasticæ, quoad prælationem,
argumento capitis *in aliquibus*, § *illa quippe, de de-
cim.* vbi in verbo, *ex lege diuina*, ostenditur deci-
mam deberi. Azor *instit. moral. part* 1. *lib* 7. *cap.* 26.
quæs. 5. *vers. cate ..en iure diuino*; non autem prout 3.
est certa & diffinita pars fructuú, hoc est, respectu
quotæ, circa quam portionem, & quantitatem de-
cimæ valet consuetudo, vt patet ex *eodem cap. in
aliquibus, in verbo, Vel loci consuetudine approbata*,
Rebuff. *de decimis, quæst* 13. *num.* 46. & 54. Azor *d.
cap.* 26. *quæs.* 2. Perez *l.* 3 *tit.* 5 *lib.* 1. *Ordin. pag.* 133.
Cened. *ad Decretum collect. vltim a num.* 4. & Suar.
de Religione tom. 1. *tract.* 1. *lib.* 1. *cap.* 12 quibus acce-
dit Monet. *tract. de decimis cap* 5 *num.* 87.

Idem Primas, quod Patriarcha; quamuis diuer- 4.
sorum sint nominum, eiusdem tamen sunt officij.
Patriarcha Græcum verbum est, significans idem, 5.
quod Princeps Patrum. *cap. cleros* 21. *distinct.* Zech.
*in Repub. Ecclesiastica, tit. de statu Reuerendissimi Pa-
triarchæ, in principio*, Cassan. *in catalogo* 4. *part consi-
derat.* 9 *in principio*. Et valet idem, quod inter La-
tinos sonat Primas, Azor *instit. moral. part.* 2. *lib.* 3.
cap. 35. *quæs.* 2. & Gambar. *de officio Legati, lib* 1. *tit.
de varijs Ordinum nominibus, n.* 11. Anastasius Ger-
mon.

mon. *de sacror. immunit. lib. 2. cap. 5. n. 17. & n. 21.*
quod intellige lato sumpto vocabulo: tunc enim
nulla est inter eos realis differentia, quoad offi-
cium, sed solùm quoad nomen: eo quòd in Occi-
denti vocantur Primates, in Orienti autem Pa-
triarchæ dicuntur, text. *in cap. duo simul in ordine 9.*
de officio Ordinarij, Barbos. *tract. de officio, & pote-*
state Episcopi, p.1. tit. 1. c. 6 n. 7 & 8. Idem *d. cap. duo*
simul, n. 5 in gloss. Patriarchas, ibi, *diuersitas est in no-*
mine, dignitas est eadem Primas tamen de iure ciui-
li dicitur, qui alios authoritate, & dignitate, vel
officio præcedit, per textum *in l. sciendum, vers. sed*
si, ibi, *Primatibus, ff. de legationibus, l. vlt. C. de officio*
diuersorum iudicum. c. 1. de pace iuram. firmand. ibi,
Primatibus, & Titaquel. *de nobilitate c. 37. num. 36.*
De iure verò Canonico dicitur, qui primum lo-
cum tenet in aliqua Prouincia, vel Regno, textus
in c. coram, de in integrum restitutione.

Primates igitur idcirco vocantur, qui primas
Sedes in Prouinciis tenent, suntque maiores Ar-
chiepiscopis, quia hi primas non habent, & ob
hanc causam Anicetus *canon. 2. dist. 99.* pro-
hibuit ne Archiepiscopi dicerentur Primates,
ibi, *Nulli*, inquit, *Archiepiscopi Primates vocentur,*
nisi illi qui primas sedes tenent, quarum Episcopos,
Apostoli, eorumque successores regulariter Patriarchas,
vel Primates esse constituerunt, nisi aliqua gens de-
inceps ad fidem conuertatur, cui necesse sit pro mul-
titudine Primatem constitui: reliqui Metropolitani
nominentur, qui reliquas Metropoles tenent. sic ibi,
ex quo patet idem esse Patriarcha, & Primas.

6. Diximus idem esse Patriarcha, & Primas lato
modo, quia strictè, quatuor simpliciter, & ab-
solute vocantur, & sunt per antonomasiam Pa-
triarchæ, vtique Constantinopolitanus, Alexan-
drinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus, vt
ex Iustiniani nouellis, & Concilio Lateranensi
c. 23. quod generale dicunt non obscurè demon-
stratur, vt notant Doctores *dist. 22. c. 7.* Cassanæus
in catalogo 4. par. consid. 9. Antonius Cucchus *de*
Patriarchis num. 2. vbi addit Constantinopolitanum
Episcopum habere Primatus honorem post Ro-
manum Episcopum, deinde Alexandrinam Se-
dem beati Petri nomine à Marco eius discipulo
atque Euangelista fuisse consecratum, & ideo
Alexandrinum Patriarcham secundum locum ob-
tinuisse. Post hunc Antiochena Sedes ab eodem
Petro priusquam in Vrbe vniuersi Orbis domi-
natrice Cathedram fixisset, erecta fuit, & ideo
tertio loco nominatur Patriarcha Antiochenus:
at verò Hierosolymitanus vltimo loco sedet, &
quatuor isti repræsentant quatuor Euangelistas
in Ecclesia Dei, per textum *in c. scriptum est, de*
electione. Ordo tamen præcedendi habetur *in cap.*
antiqua, de priuilegiis; verb. Constantinopolitana pri-
mum, & verb. Alexandrina secundum, & verb. An-
tiochena tertium, & verb. Hierosolymitana quartam.
Ex quibus verbis ostenditur origo horum Patriar-
charum, & dignitas, & quando inceperint, de
quibus Dionysius Paulus in speciali tractatu *de*
vera quatuor Patriarchalium Sedium erectione, ac
earundem propriè inter se æqualitate, cap. 10. vbi de
Patriarcha Constantinopolitano, *& c. 8.* vbi de
Alexandrino, *& c. 7. n. 7.* vbi de Antiocheno, *& c.*
9. vbi de Patriarcha Hierosolymitano; quem re-
fert, ac sequitur Barbos. *de offic. & potest. Episcopi*
par. 1. sub t. 3. de vera Patriarchalium sedium ere-
ctione c. 3 & c. 4. 5. & 6. & in d. cap. antiqua, de priui-
legiis, & dicemus infrà *§. 7 per totum.*

7. Porrò Romana Ecclesia cùm sit mater om-
nium aliarum, & magistra super omnes Primatum
obtinet, vt per Cordubam *in quæstionario lib. 4.*
quæst. 1. art. 2. Can. *de locis theologicis lib. 2. c. 4.* Bann.
in 2. 2. quæst. 1. art. 12. conclus. 5. Card. Bellarm. *tom. 1.*
de Romano Pontifice cap. 12. cum sequent. Cardin.
Tusch. *tom. 7. littera R. conclus. 363.* Reginald. *in*
praxi fori pœnitent. lib. 1. num. 22. & Barbos. *de offic. &*
potest. Episcop. par. 1. tit. 3. cap. 2. num 14. & ideo Pa-
triarchæ supradicti immediatè subsunt Romano
Pontifici, illique tenentur præstare iuramentum
obedientiæ secundùm formam capitis *Ego N. de*
iureiurando, sicuti Episcopi suo Archiepiscopo, &
Archiepiscopus suo Patriarchæ, gloss. *in cap. anti-*
qua, de priuilegiis, verb. obedientia, & *ibi* Butrius
num. 9. Zabarel. *num 5.* & Abbas *n. 6. vers. in gloss.*
quod intelligit Lancellotus Conrad. *in templo om-*
nium iudicum lib. 2. cap 4 num. 8. quando Episcopi 8.
non subsunt immediatè Papæ, iuxta textum, &
ibi notata *in cap. dilecti filij, de maioritate, & obe-*
dientia, & tradit Cosmas *in pragmat. Sanct. in gloss.*
verb. iuramentum, in cap. licet, §. nihilominus, de ele-
ctione, Rodoan. *de reb. Eccles. non alien. pag. 51. n. 51.*
ex quibus infertur, quòd hodie suffraganei Epi-
scopi, quando consecrantur, præstant iuramen-
tum Sedi Apostolicæ de fidelitate, & obedien-
tia, prout præcipitur *in d. cap. Ego N. Episcopus,*
de iureiurando, & alterum ipsi Metropolitano in
recognitionem maioritatis, prout habetur *in d.*
c. dilecti filij, de maioritate, & obedientia.

Cæterùm Summus Pontifex non solùm habet 9.
prælationem ratione loci aliorum Patriarcha-
rum, sed etiam veram maioritatem, supremam-
que potestatem, atque ita hæreticum erit asserere
Papam non esse Prælatum, ac superiorem cæte-
rorum Patriarcharum, vt bene notat contra er-
rores Græcorum Paul. Grysal. *in decisionibus Ca-*
tholicæ fidei, verb. Papa num. 4. & 10. Raymundus
Ruffus contra Molinæum pro Pontifice maximo
sub num. 8. pag 19 in versiculo Primatum. Nam reli-
qui Patriarchæ sic se habent ad Romanum Pon-
tificem sicut radij ad solem, & fluuij ad fontem,
vt ex Beato Cypriano *in cap. loquitur 24. quæst. 1.*
habemus. Quin imò Cassanæus *in Catalogo par. 4.*
consideratione 7. vers. sed tamen dic, ex D. Thoma
in tractatu contra errores etiam Græcorum, cap. 66. &
c. 67. vocat Papam primum, & maximum om-
nium Episcoporum, & Patriarcharum Patriar-
cham, qui habet vniuersalem prælationem in
vniuersa Ecclesia, & vocat illum vniuersalem
Patrem omnium fidelium, per hæc verba, *Pasce* 10.
oues meas; quod etiam tradit Turrecremat. *in c.*
cum ad verum 96. dist. & quamuis Pontifex pro-
hibeat ob humilitatem se vocari vniuersalem
Episcopum, aut Patriarcham: vniuersalis tamen
Episcopus, & Patriarcha est; Turrecremat. *in c.*
nullus dist. 99. proinde omnis dignitas, ac pote-
stas, quæ in omnibus Patriarchis simul reperi-
tur, in ipso solo Domino Papa, vt in fonte resi-
det. Confert canon 39. Nicæni Concilij ibi, *ille,* 11.
qui tenet Sedem Romæ, caput est, & Princeps omnium
Patriarcharum: quandoquidem ipse est primus om-
nium Patriarcharum, sicut Petrus, cui data est po-
testas in omnes Principes Christianos, & omnes popu-
los eorum, vt qui sit Vicarius Christi Domini nostri su-
per cunctos populos, & vniuersam Ecclesiam Chri-
stianam, & qui contradixerit, a Synodo excommuni-
cetur. sic ibi, & refert Alphonsus Pisanus *lib. 3.*
in Nicænum Concilium, & inuenies *in tom. 1. Con-*
cil. pag 554 & rursus *pag 584.*

Post igitur Romanam Ecclesiam, nunc qua- 12.

tuor sunt præcipuæ, & veræ Patriarchales Sedes, secundùm communem tam antiquorum, quam recentiorum sententiam, quam amplectuntur Hostiens. *in summa de authoritate, & vsu pallij*, Zabarel. *in Clementina In plerisque, de electione quæst.* 8. *num.* 9. Antoninus *in summ. par* 3 *tit.* 20. *cap.* 4. *in principio.* Cassanæus *par.* 4. *considerátione* 9. Gaspar Valasc. *in l. imperium num.* 100. *ff de iurisdict. omni. iudic.* Cucchus *in instit. maior. lib.* 2. *tit.* 7. *num.* 2. Gigas *in tract. de residentia Episcopi, cap. vltimo n.* 8. Raymund. Rub. *contra Molinæum pro Pontifice maximo num.* 14. *pag.* 75. Lancellot. Conrad. *in templo omnium iudicum lib.* 2. *c* 2. §. 3. *num.* 2. *& c.* 3. *num.* 4. Anastas. Germon. *de sacror. immunit lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 1. & Filliuc. *de benefic. tract.* 41. *cap.* 2. *num.* 35. & patet ex *Extrauagant. Sancta Romana, de electione, inter communes, & ex cap. renouantes*, 22. *dist. & ex c. graue nimis, de prebendis*, vbi habetur quatuor tantùm esse Patriarchales Sedes, adeò, vt quando in iure fit mentio de Patriarchis, solùm intelligatur de his quatuor principalibus, Barbos. *in tract de appellatione verborum vtriusque iuris significat. verb. Patriarcha*, Franciscus Leo *in thesauro fori Ecclesiastici part.* 1. *c.* 2. *n.* 27. *&* 28. Cassanæus *d. consideratione* 9.

13. A Romano Pontifice Patriarchæ solummodo pallium accipiunt, patet ex *c. antiqua, de priuilegiis*, per textum ibi, *A Romano Pontifice receperint pallium & Archiepiscopi, nisi ex antiqua consuetudine, vel speciali priuilegio alicui Episcopo specialiter concedatur* Hostiensis *in summa sub titulo de authoritate, & vsu pallij, num.* 3. Durand. *in rationali Diuinorum, lib.* 3. *cap.* 17. Ruzæus *de praeminentia Archiepiscopalis dignitatis priuileg.* 21. & Guido Pancirola *variarum lectionum, lib* 1. *cap.* 20. Datúrque à solo Summo Pontifice vniuersaliter, per textum *in cap nisi specialis, de authoritate & vsu pallij*, quia Pontificalis plenitudo confertur per pallium, nec ab alio dari potest, nisi ab Apostolica Sede, eiúsque Præside Romano Pontifice Petri successore; & quamuis Archiepiscopi, & Patriarchæ consecrati sint, ante pallium acceptum non sortiuntur nomen Patriarchæ, aut Archiepiscopi, vt per Quarantam *in summa Bullarij, verb. Archiepiscopi authoritas, vers.* 32.

14. Neque immeritò, quia à Romano Pontifice tanquam à capite in alios Prælatos descendit omnis Ecclesiastica iurisdictio. Licèt enim Apostoli parem cum Beato Petro acceperint potestatem in vniuersum Orbem, Ecclesiasticam immediatè à Christo Domino, vt ostenditur ex illo Matthæi vltimo, *Data est mihi omnis potestas*, & ex illo, *Euntes ergo docete omnes gentes*, & tradit Victor. *relect.* 2. *sect.* 2. *quæst.* 2. *num.* 9. & Bellarm. *de Roman. Pontifice, lib.* 4. *cap.* 23. nihilominus certi iuris est sanctum
15. Petrum super reliquos Apostolos primatum, & principatum obtinuisse, aliorúmque potestatem fuisse subordinatam authoritati Petri. Nec obstat textus *in cap. in nouo, dist.* 21. ibi, *à Petro sacerdotalis cœpit ordo*; dum constet Apostolos in vltima Cœna simul omnes ordinatos Sacerdotes; quia textus ibi loquitur de ordine Episcoporum, qui sunt maiores Sacerdotes, & hic ordo à Beato Petro dicitur cœpisse, qui solus à Christo Domino
16. fuit ordinatus Episcopus, & reliqui Apostoli consecrationem Episcopalem habuerunt à Petro, vt vult Turrecremat. *lib.* 2. *summa de Ecclesia, cap.* 32. & Bellarmio. *lib.* 1. *de Romano Pontifice, cap.* 23. *vers. quid est ergo*, & Henriquez *de Sacramento Ordinis, lib.* 10. *cap.* 4. §. 2. quamuis contrarium verius existimet Sotus *dist.* 24. *quæst.* 2. *art.* 2 *conclus.* 2. *vers. vnum tamen*, post Augustinum *quæst.* 97. *noui, & veteris Testamenti*, vbi vult Christum Dominum Apostolos ordinasse Episcopos, imponendo eis manus priusquam in cœlos ascenderet.

Siue ergo Apostoli fuerint ordinati Episcopi à 17.
Christo Domino, siue à Petro, semper Petrus mansit eorum Princeps, vt constat ex *d. cap. in nouo*, ibi, *ipsúmque Principem eorum esse voluerunt*, & notat Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchalium Sedium erectione, cap.* 17. *num.* 34. Quinimò inter omnes Apostolos Petrus fuit authoritate Princeps cum summa potestate super vniuersam Ecclesiam, durátque hæc potestas data Petro per successionem perpetuò in Ecclesia; cæteris verò Apostolis data cum eisdem finiebatur, Suar. *de legibus, lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 8. *&* 9. dicens posse Petrum suis legibus, vel præceptis alios Apostolos obligare, illos autem Petrum minimè, & ex consequenti dicendum est Episcopos non esse pares potestate cum Papa, vt inconsideratè dixit Stephan. à Gaeta *in repetitione capitis, ad limina*, 30. *quæst.* 1. *num.* 6. vt refert Dionysius Paulus *d. cap.* 17. *num.* 54. Constat enim Episcopos in suis Diœcesibus habere plenissimam potestatem, exceptis tamen nonnullis, quæ Pontifex sibi reseruat, atque ita non succedunt in omni potestate, aut vniuersali iurisdictione data Apostolis, Sotus *de iustitia, lib.* 10. *quæst.* 1. *art.* 3. *conclus.* 1. Henriquez *d. lib.* 10. *cap.* 32. §. 2. *littera B.* & Reginald. *in praxi fori pœnitentialis lib.* 32. *tract.* 3. *num.* 239. confert textus *in cap. ad honorem, de author. tate, & vsu pallij*, ibi, *Quoniam vocati sunt nimirum Episcopi in partem solicitudinis*, ex quo textu constat Episcopos de omnibus Ecclesiis in ipsorum territorio constitutis habere authoritatem disponendi, non absolutam, sed tanquam vocatos à Summo Pontifice in partem solicitudinis, Barbos. *in d. cap. ad honorem, n.* 3.

Non desunt in Vrbe totius Orbis dominatrice 18.
Ecclesiæ Patriarchales quinque, videlicet sancti Ioannis Lateranensis, sancti Petri in Vaticano, sancti Pauli, sanctæ Mariæ Maioris, & sancti Laurentij extra muros, vt notat Albericus *in rubrica de statu hominum, num.* 6. Inter has Ecclesias sancti Ioannis, quæ est aliarum Ecclesiarum Regina, & caput, primum locum obtinet, ex eo quòd Papa est Princeps Patriarcharum, Ecclesia sancti Ioannis est Princeps ac Regina inter cæteras Patriarchales Romanæ Vrbis, cùm eius sponsus, & Episcopus sit Papa; fuit enim priùs fundata in Vrbe, & in ea capita sanctorum Petri, & Pauli Apostolorum Principum collocata sunt, Gonzalez *ad regul.* 8 *gloss.* 41. *num.* 16. *&* 17.

Quid de Patriarchis Orientalibus? Anastasius 19.
Germon. *de sacror. immunit. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 9. vult illos non largiri suis suffraganeis pallium, nisi priùs Pontifici Romano fidelitatis, & obedientiæ iuramentum præstiterint, iuxta *cap. antiqua, de priuilegiis, in ordine* 23. per textum ibi: *& ipsi suis suffraganeis pallium largiantur.* Nihilominus huic textui refragatur *cap. significasti* 4 *ad finem, de electione*, vbi dicitur de corpore Beati Petri pallium esse recipiendum, hoc est, à solo Romano Pontifice Petri successore, vt volunt Zechius *de Republica Ecclesiastica, tit. de statu Illustrissimorum Patriarcharum, num.* 5. Vasconcell. *in harmonia rubricarum sub titulo de authoritate, & vsu pallij*: ergo à solo Romano Pontifice pallium sumi debet, vt post Hostiensem notat Abbas *in d. cap. significasti, de electione*: attamen Henriquez *in summa d. lib.* 10. *cap* 31. *in principio*,

principio, cum aliis docent hoc priuilegium concessum esse supradictis Patriarchis à summo Pontifice, vt suis suffraganeis Archiepiscopis pallium largiantur, & hac ratione dici posse, non ab alio, quam à Romano Pontifice, & à corpore ipsius Beati Petri assumi. Dicitur enim assumi à corpore Beati Petri pallia, quia consecrata deferuntur ad Altare sacrum in memoriam corporis Beati Petri, & inde Archiepiscopis, si adsunt, vel eorum Procuratoribus, si non adsunt, traduntur. Rufæus de praeminentia Archiepiscopalis dignitatis priuileg. 21. vers. & sciendum, & Guid. Pancir. in thesauro variarum, lib. 1. cap. 20. & Stephanus Durant. de ritibus Ecclesiæ, lib 2. cap. 9. num 43.

20. Patriarchæ Romæ, vel vbi Romanus Pontifex fuerit, Crucem præse ferre non possunt; in aliis autem locis, in quibus non est præsens Papa, etiam extra Prouincias sui Patriarchatus, possunt Crucem deferre, quicquid minus bene Pancirol. dict. lib. 1. cap. 20. §. habeant, contradicat. & colligitur ex cap. antiqua, de priuilegiis, & ibi Barbos. per textum: Nisi in Vrbe Romana, post Rufæum de prærogatinis Archiepiscopalis dignitatis, priuileg. 21. vers. 3. intelligitur. Nam ibi est Romana Curia extra Vrbem, vbi est Romanus Pontifex, vt docet gloss. verb. Romana, in Extrauagan Execrabilis, de praben. Ioan. XXII. Couarr practicar. c. 4. num. 10. Garcia de beneficiis par 5. cap. 1 num. 387. & tradunt Ioannes Monachus in c. vbi periculum num 3. de electione lib 6. Bald. in l. 2. §. miles num. 2 ff de his, qui notantur infamia, & Abbas in cap. Ego N. num. 6. vers. ex hoc nota, de iureiurando, & ideo nequeunt Patriarchæ in Romana Vrbe, vel vbi est Romanus Pontifex, ante se crucem deferre, neque vbi Legatus Papæ præsens est, vt notat Quaranta in summa Bullarij verb. Archiepiscopi authoritas, vers. 28. authoritas est, vbi addit idem esse dicendum, quando præsens esset Cardinalis; quamuis non esset Legatus, vel quando præsens est Nuncius cum potestate Legati de latere, vt habetur in Ceremoniali Episcoporum, sequitur Gonzal. ad regulam octauam gloss. 41 num. 25. Extra verò hæc loca, & extra præsentiam prædictorum vbique iure communi possunt Patriarchæ præferre crucem, Cassanæus supra par. 1. consid 38 conclus. 4. Petr Greg. Syntagmatum iuris lib. 15. cap. 9. n. 6. Enriq d. lib. 10. cap. 29 §. 3. Narbona de appellat. à Vicario ad Episcopum par. 2. fund. 1 n. 12. vbi num 13. subdit Crucem Patriarchalem constare duplici ligno transuerso, quorum superius transuersum breuius est, & inferius longius; & sic distinguitur à Cruce Archiepiscopali, quæ non constat, nisi ligno vnico transuerso, & eam Archiepiscopus in tota sua Prouincia, & non extra ante se latam deferre potest, etiam in locis exemptis, vt habetur in constitutione edita in Concilio generali Viennensi in Clementina Archiepiscopo, de priuilegiis, Anastasius Germon. de sacror. immunit lib. 3. c. 7. n. 29. & Barbos in d. Clementina Archiepiscopo 2. de priuilegiis n. 1. & 2. pag. 123.

21 Quæri potest, an possit appellari ad Patriarchas in omnibus causis suarum Prouinciarum? Responsio est affirmatiua, & in primis ab Archiepiscopo appellatur ad Primatem, Iacobat. tract. de Concil lib. 1 art. 1. n. 255. versus finem tom. 13. par. 1. fol. 204. & Greg. Tolos. tract. de appell. lib. 4. cap. 2. num. 2. vers. ab Episcopis. Item ab Archiepiscopo ad Patriarcham, qui est gradatim supra Archiepiscopum, Cardinal. Alex. in rubrica n. 10. in fine, de appellat. & est communis resolutio quòd Patriarcha sit supra Archiepiscopum, Sigismundus de appellationibus quæst. 7. n. 97. & 99. vers. quod si velimus.

An verò detur appellatio ad Patriarcham omisso medio? certi iuris est dari omisso medio ad Patriarcham Constantinopolitanum, Alexandrinumque, Speculator tit. de appellat. §. nunc tractemus, num. 15 in fine, & Maran. in suo spec. par. 6. verb. & quandoque appellatur, num. 371. & loquendo generaliter in quolibet Patriarcha docent Felinus in cap. 27. super quæstionum, §. porro num. 14 de offic. & potest. iud. deleg. & Gambar. tract. de auth. legat. de lat. lib. 8. quæst. 22. num. 156. vbi de commun. opin. tom. 13. par. 2. fol 212. & Franc. in cap. 7. si duobus, §. denique notab. 2. num. 8. & in cap. 66. dilecti, limit. 9 num. 24. de appellat. Denique Patriarchæ ad quos appellatur à sententia Archiepiscopi, & ad ad quos potest appellari omisso medio, sunt quatuor, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus. Quare alij Patriarchæ inferiores, qui sunt Archiepiscopi Primates non comprehenduntur in terminis huius resolutionis, Sigismundus d. quæst. 8. num. 98. declar. 1. & num. 99. vers. quod si velimus. Ratio potissima, quia si gradatim ad Patriarchas esset appellandum in Prouinciis sibi subiectis, nihil Patriarchis maioribus specialiter esset tributum, proinde eisdem iure communi hoc priuilegium indulgetur, vt omisso medio ad illos in omnibus causis suarum Prouinciarum licita sit appellatio, sic Hostiensis, & Abbas in d. cap. antiqua num. 7. & 8. Petrus Gregorius d. lib. 15. cap. 9. num. 6. & Dionysius Paulus de vera quatuor Patriarchalium sedium erectione c. 1? n. 27.

Nec refert contraria opinio, quam sequitur Zabarel. in d. c. antiqua num 3. vers. nota quoad quatuor, & Henriq. d. lib. 10 c. 29. §. 3. quia illorum opinio habet locum in Patriarchis inferioribus, & in Primatibus, qui minus propriè Patriarchæ dicuntur; nos autem loquimur de quatuor Patriarchis, qua distinctione vtitur Scaccia supra de appellationib quæst. 8. num. 98. vers declara secundò, & num 99. vers. quod si velimus, in fine Quòd si replices obstare textum in d. c. antiqua, ibi, Saluis appellationibus ad Sedem Apostolicam, per quem videtur concedi appellationem omisso medio soli Romano Pontifici; quia respondetur textum non loqui taxatiuè, & ideo non impediri, vt ad quatuor Patriarchas etiam omisso medio appelletur, vt vult Abbas d. num 7. & 8. quæ sententia est verior, & receptior, placetque Anastasio Germon. de sacror. immunit. lib. 3. num. 11. vbi concludit post Hostiensem, Abbatem, & alios ad ipsos Patriarchas non aliter atque ad Romanum Pontificem omissis omnibus mediis, appellari posse, quia, vt ipse ait, honestum visum est, & decens, vt, qui tanta præeminentia, & excellentia præstant, aliqua etiam supra alios gauderent prærogatiua. sic ille.

Hinc sequitur an possint Patriarchæ maiores Episcopos sibi subditos deponere? Affirmant 22.
gloss. 1. in c. renouantes 22. dist. c. suspecti 7. quæst. 5. Cardinalis in Clementina In plerisque, in principio n. 16. de electione, quod sequitur Anast. Germon supra n. 15. dicens Athanasium Petri herotu Episcopum fuisse depositum à Constantinopolitano, testatur que Nicolaus Primus Can. 14. 3. quæst. 5 quia vocatus ad Concilium non venit. Hodie tamen tale priuilegium non est in vsu; quin imò nec probatur à Gambaro in tract. de Legato lib. 2. n. 16.

&

& 18. & post Concilium Tridentinum *sess. 13. de reformat. c. 8 & sess. 24 c. 5.* caret difficultate, quia solus Papa Episcopos deponere potest, Gonzal. *in regula 8. gloss. 41. num 20. & 21.* & Germon. *supra numer. 21.*

23. Possunt tamen Orientales Patriarchæ omnia, quæ possunt Archiepiscopi in suis Prouinciis, & nisi specialiter eis traditum sit, nihil priuilegij plus habent, quàm alij Episcopi, vel quod recepta consuetudine eis concessum est, vt habetur *in c. duo simul, de officio iudicis Ordinarij, verb. Primates, vel Patriarchas nihil iuris, & verb. vel prisca illis consuetudo contulit ab antiquo,* &c. Barbos. *de offic. & potest. Episcop. par. 1. tit. 3. c. 1.* vbi latè *de prærogatiuis, & priuilegiis Patriarcharum.* Anastas. Germon. *de sacror. immunit. lib. 3. c. 7. num.* 23. Non tamen possunt ipsi Patriarchæ maiores transferre Episcopos de vno ad alium Episcopatum, eo quòd translatio Episcoporum ad solum Romanum Pontificem pertinet, quoniam sicut nequeunt carnale coniugium dissoluere, sic nec transferre Episcopos, & ideo translatio ad Summum Pontificem spectat, Anastasius *suprà ex numer. 21. vsque ad 23.* vbi id exemplis probat.

24. Porrò nullus ex quatuor Patriarchis vniuersalis appellari debet, sed sunt omnes pares dignitate, & potestate, nam Pelagius secundus decreuit *can. 4. & 5. dist. 91.* neminem Patriarcharum
25. vniuersalis nomine vti debere, quoniam, ait, si vnus Patriarcha vniuersalis dicitur, Patriarcharum nomen cæteris derogatur, Anastas. Germon. teste *suprà lib. 3. cap. 5. n. 84. pag. 164.* omnes Cardinales etiam non Episcopi, quamuis Presbyteri, & Diaconi sint, præcedunt omnes Patriarchas: decrescit enim dignitas Patriarcharum, & Cardinalium crescit, postquam dictæ quatuor Sedes Patriarchales existunt in manibus infidelium, & hæreticorum, vt refert Clementina *sancta Romana Ecclesia, vers. super hoc, de electione, inter communes,* Gambarus *vbi suprà num.* 19. & alij, quos referens sequitur Gonzales *gloss. 41. numer. 22. & 23.*

26. Alij vltra hos, Patriarchæ dicuntur, inferiores tamen alio nomine Primates, vt Gradensis, Aquilegiensis, Bituriensis, Venetiarum, de quibus Iacobat *tract. de Concil. lib. 1. art. 1. num. 257.* & Pauin. *tract. de officio, & potestate Capit. Sede vacante, prælud. 6. num. 12. tom. 13. par. 2. fol. 412.* qui dicuntur Illustres tantùm, habentque minorem dignitatem, quàm illi quatuor, Iacobat. *eodem art. 1. num. 256. versus finem,* & ad hos non appellatur omisso medio, Iacobat. *d. art. 1. num. 259. fol. 204.* & hi Primates, seu Patriarchæ sunt Archiepiscopi, & dum subscribunt, dicunt *Archiepiscopi Primas.* In Italia, vt refert Sigismundus Scaccia *de appellationibus quæst. 8. num. 99. ver. quod si est.* Primas Archiepiscopus Pisanus, in Vngaria Archiepiscopus Strigonius, in Alemania Archiepiscopus Magdeburgensis, in Francia Viennensis, de quibus Pauin. *d. prælud. 6. num. 13. in verb. sunt etiam Primates,* & Iacobat. *d. lib. 1. art. 1. num. 256. fol. 204.* & in Hispania de iure est Archiepiscopus Braccarensis, & Toletanus, non de iure, sed ex priuilegio, vt ostendetur infrà cùm de Primatu Braccarensi sermo fuerit, & optimè Reuerendissimus D. Rodericus à Cunha *in suo tractatu de Primatu Braccarensi,* luce meridiana clariùs patefecit.

Sunt etiam Patriarchæ minores tres in Armenia, quorum vnus resider in Cilicia, & Armenia minore: secundus Sedem habet in Armenia maiore: tertius in Russia, Prouincia Polonorum præsidet. Maronitæ quoque suum habent Patriarcham, qui in Syria in monte Libano commoratur, Æthiopes item Patriarcham nostræ Societatis Reuerendissimum Dominum Alphonsum Mendezium natione Lusitanum, nunc habent, qui Sedem suam habet in Curia magni Imperatoris Presbyteri Ioannis, & vocatur Patriarcha Abyssinorum, qui in ordine est tertius Patriarcha. Ioannes autem Nonnius Barretus Portuensis fuit primus: cui in itinere defuncto successit Andreas de Ouiedo Castellanus, qui Æthiopiam ingressus fuit, ibique per multos annos commoratus est, & tandem magna sanctitatis opinione extremum clausit diem.

De iurisdictione, electione, & confirmatione Patriarcharum.

§. II.

EPITOME

1. *Patriarchæ in prima instantia sunt iudices Ordinarij Metropolitanorum suæ Prouinciæ.*
2. *Patriarchæ sunt iurisdictione superiores, quamuis iure diuino minimè differant ab Episcopis.*
3. *Patriarchæ præsunt omnibus Archiepiscopis, & Episcopis sui Patriarchatus.*
4. *Patriarchæ ardua debent expedire consulto Metropolitano.*
5. *Patriarcha an possit benedicere solemniter subditos proprios, & alienos.*
6. *Quæ requirantur ad creationem Patriarchæ.*
7. *Quæ sint necessaria ad electionem, & confirmationes Patriarcharum.*
8. *Archiepiscopus potest sibi acquirere ius Primatiale in Prouincia alterius Episcopi.*
9. *Primates, in quibus nam vrbibus debeant constitui.*
   & Archiepiscopi non dicuntur Primates, ibid.
10. *Hæretici omnes Patriarchales Sedes occuparunt, Romana excepta.*
11. *Patriarcha an possit conferre Parochialem Ecclesiam sui suffraganei alteri, quàm ei quem suffraganeus examinauerit.*
12. *Patriarchæ de iure communi habent fundatam intentionem in collatione beneficiorum.*
13. *Patriarchæ non residentes quibus pœnis plectantur, residentes autem gaudent priuilegiis.*

CERTI iuris est Primates, seu Patriarchas iudices esse Ordinarios in prima instantia in omnibus causis Metropolitanorum, seu Archiepiscoporum suæ Prouinciæ, quæ mouentur contra ipsos, siue ab Episcopis, siue ab aliis, vt habetur *in cap. si clericus 2. quæst. 1.* vbi id statuit Concil. Chalcedonense, & declarat Cardinalis Bellarminus *lib. 2 de Romano Pontifice cap. 22.* Cæsar. *disp. 4. §. 4. num. 3. & num. 6.* 1.

Item Patriarcha Archiepiscopo superior est iurisdictione, vt patet, quia sicut Episcopus vni tantùm ciuitati præesse solet, eiusque Diœcesi, & Archiepiscopus vni Prouinciæ multas ciuitates complectenti 2.

complectenti, quarum singuli Episcopi existunt: ita etiā Patriarcha multis Prouinciis præest: atque ita non solùm in Archiepiscopos, sed etiam in Episcopos ius, iurisdictionémque, ac potestatem habet. Azor. 2. par. instit. moral. lib. 3. c. 35. quæst. 1. Præesse autem Patriarchas Archiepiscopis, &
3. Episcopis sui Patriarchatus, non est dubium. Non tamen eodem modo, quoniam in Episcopos, & in eius subditos non habet amplam, nec absolutam iurisdictionem, sed in casibus certis, prout habetur in cap. duo simul, de officio iudicis ordinary, cùm sint immediatè subiecti Archiepiscopis tanquam Ordinariis, per textum in c. Pastoralis, eodem titulo, & Archiepiscopus est Ordinarius iudex omniū Episcoporum suæ Prouinciæ, Gonzal. ad regul. 8. gloss. 42. num. 16. Soar. de Pace prælud. 1. num. 17. in praxi, Quaranta in summa Bullary verb. Archiepiscopi authoritas, num. 10. vers. decima sexta, & Marc. Anton. in praxi Archiepi. Neapol cap. 70. num. 7. Super Archiepiscopos autem, vt dictum est, Patriarchæ habent ordinariam iurisdictionem, & illorum suffraganei dicuntur, sicut Episcopi dicuntur Archiepiscoporum suffraganei, Abbas in cap. antiqua n. 3. de priuilegiis.

4. Proinde Patriarchæ, seu Primati supplere defectus Archiepiscopi, seu Metropolitani, si in officio fuerit negligens, cap. cùm simus 9. quæst. 3. atque ita semper est consulendus Patriarcha à Metropolitano de rebus arduis, quæ non possunt expediri in Prouinciali Synodo, c. si inter 6. quæst. 4. & ideo non est integrum Metropolitano inconsulto Primate suffraganeum consecrare, iuxta
5. cap persona, aliàs de persona. 4. dist. 65. Quin imò Patriarcha Sede vacante Metropolitana de rebus Ecclesiæ disponebat, vt tres Ecclesiæ ipsius fideliter custodirentur, argumento cap. præsenti, de officio Ordinary in 6.

An verò possit Patriarcha extra suum territorium benedictionem immittere solenniter? Negatur absolutè, cùm sit actus iurisdictionis, per quem delentur peccata venialia, ex glossa final. in proœmio sexti, & ex c. aquam, de consecrat. dist. 3. & probatur, quia Prælatus alienis subditis indulgentias concedere nequit, nisi consentiat Episcopus proprius. Nauarr. de Iubilæo notab. 31. num. 13. & Lauor. de Iubilæo, & indulgentiis, par. 2. cap. 11. à num. 28. & num. 29. Quamuis Enriquez in summa lib. 10 cap. 29. §. 4. opinetur Patriarcham, & alium eo inferiorem posse benedicere etiam extra territorium, sed minus benè dictum puta. Posse autem benedicere Patriarcham subditos extra territorium occurrentes, ex eo probatur, quia Prælatus suis subditis indulgentias in alieno territorio existentibus concedit. Suar. tom. 4. disp. 55. sect. 3. num. 17. & Lauor d. cap. 11. num. 37. sequitur Barbos. de offic. & potest. Episcop. par. 3. allegat. 88. n. 25. & 26. vbi concludit ex Lauor. d. num 37. posse Episcopum impertire subditis indulgentiam quadraginta dierum visitantibus talem, vel talem Ecclesiam, esto sit in alieno territorio: ergo subditos in aliena Diœcesi existentes potest suos Patriarcha benedicere.

6. Quæri item potest, quæ requirantur ad creationem Patriarchæ? Responde, si Patriarcha electus erat iam Episcopus consecratus, non requiri nouam consecrationem, sed satis esse consecrationem fieri solitam Episcopis; esse tamen necessariam nominationem, postulationem, electionem, & confirmationem tantùm. Quòd si nondum erat Episcopus consecratus, requiritur vltra electionem, & confirmationem à Summo Pontifice, consecratio, Petr. Gregor. Syntagm. iuris par. 2. lib. 1. cap. 9. de Patriarchatu in genere, num. 2. iuxta quem electio Patriarchæ competit Canonicis Patriarchalium Ecclesiarum, dummodo Patriarchales ciuitates non sint in potestate infidelium, & Canonici pauci ibi reperiantur; in quo euentu ad Summum Pontificem defertur electio, cap. sancta Romana, de electione, in Extrauagant. inter communes, & cap. scriptum in ordine 40. de electione, per textum ibi, & si partes consenserint;
vbi notatur posse Canonicos admittere clericos 7.
Ecclesiarum inferiorum, vel alios extraneos ad coëligendum vacante Ecclesia pro illa tantùm vice, & vt per Abbatem in d. cap scriptum. num. 3. Lambertin. de iure patron par. 1. lib 2. quæst. 3. princip. art. 17. à numero 3. & alij, quos refert Barbos. de offic. & potest. Episcopi par. 1. tit. 1. c. 3. num. 24. Confirmatio autem Patriarcharum electorum, & Primatum spectat ad Summum Pontificem, vel Legatum de latere, Petr. Gregor. suprà num. 3. littera L. Azor. d. cap. 35. vers. tertio quæritur, vbi de necessariis ad Patriarchæ erectionem, seu creationem, concluditque potestatem Ordinis conferri per consecrationem, iurisdictionis tamen facultatem extra consecrationem accipi, ex D. Thoma 2. 2. quæst. 39. art. 3.

Deinde venit in quæstionem, an Archiepisco- 8.
pus possit sibi acquirere ius Primatiale in Archiepiscopatu alieno? Affirmat Petrus Gregorius supra c. 10. de Primatibus num. 2. post Panor. in cap. exposuit, de dilationibus, per textum ibi, vt super
iure Primatia, Barbos. de offic & potest. Episcop. par. 9.
1. tit. 3. c. 8. num 9. Sed petes, in quibus nam vrbibus Primates debeant constitui? Audi Clementis Epistolam primam ad Iacobum fratrem Domini, cuius partem refert Gratianus canon. 2. dist. 80. his verbis: In illis verò ciuitatibus, in quibus olim, Ethnicos primi Flamines eorum, atque primi legis Doctores erant, Episcoporum Primates, vel Patriarchas B. Petrus poni præcepit, qui reliquorum causas Episcoporum, & maiora negotia in fide agitarent. In illis autem, in quibus dudum apud prædictas Ethnicos erant eorum Archiflamines, quos tamen minores esse tenebant, quàm memoratos Primates, Archiepiscopos institui præcepit. In singulis verò ciuitatibus singulos, & non plures Episcopos constitui præcepit, qui Episcoporum tantùm vocabula sortirentur: quoniam nec inter ipsosmet Apostolos par fuit institutio, sed vnus præfuit omnibus.

Anacletus etiam Papa, & successor Clementis in Epistola secunda ad Episcopos Italiæ, vel, vt Contius mauult, ex vita S. Gregorij Papæ, quam refert Gratianus in c. 1. dist. 99. sic ait. Prouinciæ multo ante Christi aduentum tempore diuisæ sunt maxima ex parte, & postea ab Apostolis, & B. Clemente prædecessore nostro ipsa diuisio est renouata in cap. Prouinciarum, vbi dudum Primates erant legis sæculi, ac prima iudiciaria potestas: ad quos, qui per reliquas ciuitates commorabantur (quando eis necesse erat, qui ad aulam Imperatoris, vel Regum confugere non poterant, vel quibus permissum non erat,) confugiebant pro oppressionibus, vel iniustitiis suis, ipsosque appellabant, quoties opus erat, sicut in lege eorum præceptum erat: ipsis quoque in ciuitatibus, vel locis nostros Patriarchas, vel Primates, qui vnam formam tenent, licèt diuersa sint nomina, leges diuinæ, & Ecclesiasticæ poni, & esse iusserunt, ad quos Episcopi, si necesse fuerit, confugerent, eosque appellarent: & ipsi nomine Primatum fruerentur, & non alij. Reli-

qua

qua verò Metropolitana ciuitates, qua minores iudices habebant (licet maiores Comitibus eſſent) haberent Metropolitanos ſuos, qui prædictis iuſtè obedirent Primatibus, ſicut in legibus ſæculi olim ordinatum erat, qui non Primatum, ſed aut Metropolitanorum, aut Archiepiſcoporum nomine fruerentur. ſic ibi.

Ex quibus apertè conſtat Præſides Eccleſiarum per diuerſa nomina fuiſſe dictos, nimirum Pattiarchæ, & Primates, qui etiam Partiarchæ dicuntur, & è contra 1 Archiepiſcopi, Metropolitani, & Epiſcopi, vt vult Gratianus *d. cap. 1. diſt. 99.* licèt per excellentiam nomen Patriarcharum quatuor illis competat, qui omnium ſunt maximi, quibus, & Ptimates obediunt. Prohibitum tamen]eſt Atchiepiſcopis ſe vocate Primates, Anicetus *Canone 2. diſt. 99. Nulli*, inquit, *Archiepiſcopi Primates vocentur, niſi illi, qui primas Sedes tenent, quarum Epiſcopos Apoſtoli, eorúmque ſucceſſores regulariter Patriarchas, vel Primates eſſe conſtituerunt, niſi aliqua gens de inceps ad fidem conuertatur, cui neceſſe ſit pra multitudine Primatem conſtitui: reliqui Metropolitani nominentur, qui reliquas metropoles tenent.* ſic ibi. Vode patet idem eſſe Ptimas, quod Pattiarcha, & idem habate officium, Gratianus *in ſumma diſt.* 99. & idem Archiepiſcopus, quod Mettopolitanus, vt ptobat apertè textus *in c. 1. 99. diſt.*

10. Porrò omnes Pattiarchales Sedes hæreticl occuparunt, Romana excepta. Nam in Conſtantinopolitano Macedonius Hæteſiatcha, Neſtorius, & Sergius ſedetunt: in Alexandria Gregorius Arianus; in Antiochena Eccleſia Paulus Samoſatenus Hæteſiatcha, in Hietoſolymitana Ioannes Origeniſta, & alij, ſic Bellarmin *lib. 4. de Romano Pontifice c. 3.* & Henriq. *de Sacramento Ordinis lib. 10. c. 29. § fin.*

11. Non eſt omittenda quæſtiuncula, an Patriarcha poſſit conferre Eccleſiam Parochialem ſitam in Diœceſi ſui ſuffragánei alteri, quàm illi, quem ſuffraganeus examinauerit? Congregatio interrogata reſpondit Pattiatcham non poſſe ſimiles Eccleſias conferre, niſi approbatis ab examinatoribus deputatis pet Epiſcopum illius Diœceſis, in qua ſitæ ſunt, & intetim dum vacant Parocho, Epiſcopus Diœceſis in qua ſunt, habet ius inſtituendi in illis Vicarium cum portione debita, donec de Rectoribus prouideantur; atque ita dicendum eſt nec Capellanos, poſſe Patriarchã ponere in aliena Diœceſi, quamuis ſuo ſuffraganeo ſit ſubiecta, niſi de conſenſu eiuſdem Epiſcopi præmiſſo examine, quod pet eum, aut per eius examinatores agendum eſt, Anaſtaſ. Gennon. *de indultis Cardinalium, §. quibuſuis n. 15. & 16. cum ſequentibus fol.* 483.

12. Nec refert omnes Pattiatchas, Atchiepiſcopus, & Epiſcopos habere de iure communi fundatam intentionem in iure conferendi omnia beneficia Eccleſiaſtica, quæ in ſuis Diœceſibus conſiſtunt, *cap. legenda 10. quæſt. 1. cap. nemo, de conſecratione diſt. 1. c. conquerente, de officio Ordinarij, & c. cum perſona, verſ. & ſi in priuilegium, de priuilegiis.* Quia obiectio ptocedit in beneficiis reſeruatis Pattiarchæ, non autem in beneficiis Eccleſiarum, quæ ſunt propria Epiſcoporum ſuffraganeorum, qui etiam habent fundatam ſuam intentionem in iure conferendi beneficia; aliter enim ordo Eccleſiaſticus confunderetur, niſi ſua iutiſdictio vnicuique Epiſcopo conſeruetur, *cap. peruenit 11. quæſt. 1.* Abbas *in c. mandatum n. 2. verſ. ex quo infertur, de reſcriptis*, vbi vult hodie poſſe Ordinarios conqueri, quòd per reſeruationes ſit ius conferendi, quaſi abdicatum ab Ordinariis.

13. Reſidere Patriarchas eſt maximè neceſſarium, & ſicut non reſidentibus in Concilio Tridentino *ſeſſ. 6. c. 1. de reformat. & ſeſſ. 14. de reſeruatione c. 1.* & in conſtitutione Pij Quarti, quæ in Bullario eſt 17. incipit, *De ſalute gregis Dominici*, ſub pridie Non. Septembris anno 1560. graues imponuntur pœnæ, de quibus Flaminius *lib. 1. de reſignat. quæſt. 10. n. 32 & lib. 2. quæſt. 1. num. 40.* ſic etiam reſidentibus plura priuilegia indulgentur per conſtitutionem eiuſdem Pij Quarti, vbi pro nullo delicto citari poſſunt ad perſonaliter comparendum, nec pro cauſa etiam grauiſſima, niſi ad hoc commiſſio ſpecialis manu propria Papæ ſubſcripta interueniat, Gonzales *ſuper regul. 8. gloſſ. 41. à num. 1.*

Quinam fuerint Patriarchæ Antiocheni ſecundùm Onuphrium, & Genebrardum in Chronologio, & alios poſt ſanctum Petrum Apoſtolorum Principem, huius Eccleſiæ fundatorem, Anno Domini 39.

§. III.

1. SANCTVS Euodius anno Domini 45. creatus fuit Patriarcha Antiochenus à Beato Petro Apoſtolo, & martyrio coronatus anno Chriſti 71.

2. Huic ſucceſſit S. Ignatius Ioannis Euangeliſtæ diſcipulus ſecundus poſt Petrum, qui in perſequutione Traiani damnatus ad beſtias anno vndecimo Traiani obiit.

3. Sanct. Hero poſt Ignatium magiſtrum palma martyrij decoratus migrauit ad ſuperos anno Chriſti 131.

4. Cornelius poſt hunc eodem ipſo anno Antiochenam Eccleſiam ingreſſus vſque ad an. 143.

5. Hero ſecundus ſucceſſit, qui Antiochenam Eccleſiam rexit per annos ferme viginti ſex.

6. Sanctus Theophilus vir litterarum lumine inſignis.

7. Maximinus anno Domini 191. hunc ſucceſſit in Cathedra Patriarchali.

8. Sanctus Serapion doctiſſimus poſt hunc ſedit in Antiochena Cathedra, ſed de annis quibus eam gubernauit, non conſtat.

9. Aſclepiades poſt Serapion Eccleſiam gubernauit vſque ad annum 219. Philetus vſque ad annum 230.

10. Zebenus, ſecundùm alios Zebinus, extremum clauſit diem anno Chriſti 245.

11. Sanctus Babylas per annos duodecim Eccleſiam adminiſtrauit, & in carcere præduro incluſus mortuus eſt anno Domini 253.

12. 13. Huic ſucceſſit, qui rexit Eccleſiam per annum, & eo amplius, & obiit anno Chriſti 255. Mazabbanes, & Fabius, teſte Euſebio Cæſar. in Chronico fol. 178.

14. Demetrianus ſedit in Cathedrali Eccleſia vſque ad annum.

15. Paulus Samoſateous Hæreſiarcha Cathedram

dram tenuit vsque ad annum 272. in quo à Concilio Antiocheno depositus est cum dedecore.

16. Dominus, qui anno 227. mortuus fuit. Timæus sedit vsque ad ann. 283.

17.18.19.20. Sanctus Cyrillus, qui in cœlum migrauit an. 299. Tyrannus Sancti Cyrilli successor è vita discedit anno 312. cui successit Viralis, qui Concilio Ancyrano, & Neocæsariensi interfuit. Post hunc Sanctus Philogonius extremum clausit diem ann. 319.

21. Paulinus successor Ecclesiam gubernauit ad annum vsque 324. in quo finiuit vitam.

22.23. Huius successor Sanctus Eustathius eodem an. 324. defunctus. Post hunc Eulalius, Eusebius, & Stephanus, omnes Ariana hæresi infecti.

24. Laontius, qui sedem occupabat anno 356. Eufronius, Flacilus, Flauianus 1. pestilens, & maledictus homo.

25. Porphyrius vsurpauit impiè Antiochenam sedem an. Christi 408.

26. Alexander obiit anno 411.

27. Theodotus vir optimus obiit an. Dom. 427.

28. Ioannes hæreticus vir pessimus anno Christi 436. in suum locum abiit.

29. Domnus, qui sedit in Cathedra Patriarchali vsque ad annum 451. condemnatus expulsusque à Dioscoro.

30. Maximus, qui anno 456. obiuit.

31. Basilius admodum Catholicus sedit vsque ad annum 458.

32. Acacius.

33. Martyrius, qui suo se Episcopatu abdicauit anno 471.

34. Petrus Fullo, à Zenone Imperatore reuocatus.

35. Sanctus Stephanus I I. martyrij coronam adeptus est anno 479.

36. Stephanus III. qui anno 482. vitam defecit.

37. Calendion Catholicus.

38. Palladius Eutyehianus, moritur ann. 495.

39. Flauianus II. Orthodoxus, qui ad annum vsque 512. sedem tenuit.

40 Seuerus Acephalorum dux, qui anno 519. ad vitandas pœnas sibi adiudicatas aufugit.

41. Paulus I I. vir Catholicus, sed moribus depravatus, se ipsemet abdicauit anno 522.

42. Euphrasius Hierosolymis Antiochiam appulsus, quo tempore ipsa Antiochena ciuitas, ingenti terræmotu atque incendio subuersa est, & concremata; post diuturnam hæreticæ pestilentiæ infectionem.

43. Ephræm Comes Orientis diuina prouidentia de voluntate Imperatoris factus est Episcopus Antiochenus, quo regimine functus est ad annum vsque 546.

44. Sanctus Anastasius Sinaita relegatus an. 572.

45. Gregorius Antiochena dignitate decoratus vsque ad annum 594.

46. S. Anastasius Sinaita rursus obiit anno 599.

47. S. Anastasius secundus sedit vsque ad an. 609.

48. Gregorius secundus sedit in Cathedra Antiochena vsque ad annum 629.

49. Anastasius tertius Iacobita obiit anno 649.

50. Macedonius de cuius successore nullibi vlla extat memoria.

51. Macarius hæresi maculatus ex Monothelitis in Concilio sexto generali depositus obiit an. 681.

52. Theophanes obiit anno Domini 685. quo tempore Antiochena Cathedra venit in potestatem infidelium pastore viduata.

Fragosi Regim. Christ. Reipub. T — I I.

53. Stephanus IV. Monachus Patriarcha electus fuit an. Domini 741. & moritur 744.

54. Theophylactus vir egregia virtute, multisque diuinæ gratiæ donis insignis mortuus est an. 751.

55. Theodorus secundus Arabum odio exulauit ann. 756. nescitur post Theodorum, qui fuerit Patriarcha vsque ad recuperationem Antiochiæ per Gallos. Scitur tamen Theodoretum Patriarcham fuisse anno 787.

56. Ioannes gubernauit ex anno 1090. vsque ad annum 1097.

57. Petrus postea à Leone Pontifice nono confirmatus anno 1150.

58. Theodorus Balsamon functus est hoc munere ad annos 1186.

59. 60. Præter hos Patriarchas septem Latinos refert Genebrardus, qui propter bellum Terræ sanctæ sub Gofredo Bullonio in sede Antiochena sunt constituti. Bernardus nimirum, Valentinus Episcopus Arelatensis, qui sedit ab an. 1100. vsque ad annum 1136.

61. Rodulphus Mamistanus, qui tenuit obedire Ecclesiæ Romanæ, quam ob causam à Legato Apostolico Innocentij secundi depositus est, obiit anno 1143.

62. Aimericus primus Ordinis Carmelitarũ promotor, qui an. 1187. litteras lamentabiles scripsit ad Henricum Angliæ Regem, subsidiũ reclamans.

63. Rodulphus Secundus Lemouicensis, qui sedem occupauit ad annum 1220.

64. Elias Regiensis Ordinis Prædicatorum vsque ad an. 1250. Aquo tempore q. is Latinorum successerit non constat. Et ante Eliam præfuit Raynerius Lucensis vsque ad ann. 1240.

Patriarchæ Alexandrini secundùm Eusebium Cæsariensem, & Chronicam trium Illustrium Auctorum, Diuo Hieronymo interprete.

§. IV.

Patriarchalis sedes Alexandrina præest omnibus Episcopis Ægypti, Libyæ, & Pentapolis, fundata fuit à D. Marco Euangelista nomine Beati Petri anno Domini 45

1.2. Post Marcum Euangelistam primus Alexandrinæ Ecclesiæ ordinatur Episcopus Annianus Anni Domini 65. & præfuit an. 22. huic Abilius successit an. Domini 86. & præfuit annis 13.

3. Alexandrinæ Ecclesiæ tertius fuit Episcopus Cerdo anno Domini 99. & præfuit annis 11.

4. Alexandrinæ Ecclesiæ quartus Episcopus eligitur nomine Primus, anno Domini 110. & præfuit annis 12.

5. Alexandrinæ Ecclesiæ quintus constituitur Episcopus an. Domini 121. nomine Iustus, & rexit Ecclesiam annis 11.

6. Sextus Episcopus Alexandrinæ Ecclesiæ Eumenes constituitur an. Dom. 132. & præfuit an. 13.

7. Marcus septimus Alexandriæ sedem Cathedralem suscepit anno Domini 144. eamque gubernauit per decem annus.

8. Celadion Octauus Alexandrinæ Ecclesiæ ordinatur Episcopus, anno Domini 151. & præfuit annis 14.

9. Agrippinus nonus Alexãdrinæ Ecclesiæ creatur Episcopus ann. Dom. 168 & præfuit ann. 12.

10. Iulianus X. Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopatum ſortitur anno Domini 181. & præfuit annis decem.

11. Alexandriæ vndecimus conſtituitur Epiſcopus Demetrius anno Domini 198. & præfuit annis 43.

12. Alexandrinæ Eccleſiæ duodecimo loco creatur Epiſcopus Heracleas anno Domini 233. præfuit Eccleſiæ annis 16.

13. Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopus decimus tertius fuit creatus Dionyſius anno Domini 250. & præfuit annis 17.

14. Alexandrinæ Eccleſiæ decimus quartus Epiſcopus ordinatur Maximus anno Domini 267. & tenuit Sedem annis 18.

15. Alexandrinæ Eccleſiæ decimus quintus Epiſcopus præfuit Theonas annis 19. & creatus fuit 285. anni Domini.

16. Alexandrinæ Eccleſiæ decimus ſextus Epiſcopus eligitur Petrus, qui poſtea glorioſè martyrium ſubiuit, & creatus fuit anno Domini 304.

17. Alexandrinæ Eccleſiæ decimo ſeptimo loco creatus eſt Epiſcopus Achillas anno Domini 316.

18. Alexandrinæ Eccleſiæ decimo octauo loco ordinatur Epiſcopus Alexander, à quo Arius Presbyter de Eccleſia eiectus, multos ſuæ impietati ſociat, ad quorum perfidiam coarguendam Synodus 318. Epiſcoporum in Nicæa vrbe Bithyniæ congregata omnes hæreticorum machinas homouſij oppoſitione detecit. Fuit ergo ordinatus anno Domini 322. & Synodus congregata 323.

19. Alexandrinæ Eccleſiæ decimus nonus Epiſcopus ordinatus Athanaſius anno Domini 333. qui ab Arianis perſecutus ad Conſtantinum refugit.

20. Alexandriæ vigeſimus ordinatur Epiſcopus Petrus anno Domini 377. qui poſt Valentis interitum, tam facilis in recipiendis hæreticis fuit, vt non nullis ſuſpicionem acceptæ pecuniæ inculcrit.

21.22. Alexandrinæ Eccleſiæ Timotheus vigeſimus primus Epiſcopus creatus fuit, præfuit annis 7.& huic Theophilus, qui fuit creatus anno Chriſti 403. & præfuit annis 27. ſecundùm Genebradum.

23.24.25.26.27. Poſt hunc Cyrillus adminiſtrauit Alexandrinam Eccleſiam ſecundùm Genebrar. annis 34. cui ſucceſſit Dioſcorus Arianus annis quatuor. Proterius deinde annis ſex, Timotheus 2. hæreſiarcha annis quatuor. Timotheus tertius annis 22. Auctore Genebrard. in forma parua lib. 3.fol.604.

28.29. Alexandrinæ Eccleſiæ poſt Timotheum tertium præficitur Ioannes, anno Domini 485. & rexit menſe vno,cuius ſucceſſor fuit Athanaſius ſecundus,& præfuit annis decem Geneb.

30.31. Eccleſiæ Alexandrinæ ordinatur Epiſcopus poſt Athanaſium 2 Ioannes etiam 2. anno Domini 498 & præfuit annis 9. poſt Ioannem ſecundum conſtitutus eſt Ioannes 3. in ſede Alexandrina, in qua ſedit per annos 11. Geneb. fol. 125.

32.33. Alexandria creatus fuit poſt Ioannem 3. Dioſcorus 2. annis 7. cui ſucceſſit Timotheus Quartus, & præfuit annis 17.Geneb.

34.35.36.37. Alexandrinæ Eccleſiæ poſt Timotheum 4.ordinatus eſt Galanicus anno Domini 555.vixitque anno vno. Deinde ſucceſſit Paulus, vixit menſes 4. deinde Zoilus annis 7. & Apollinaris annis 19. Geneb.

38. Poſt Apollinarem eligitur Ioannes 4. & præfuit Eccleſiæ Alexandrinæ per nouem annos, incepitque tegere anno Chriſti 567. Geneb.

39. Eulogius ordinatur Epiſcopus Alexandriæ anno Domini 580.vixit annos 27.Geneb.

40. Theodoſius, ſiue Theodorus anno Domini 608. ordinatur Epiſcopus Alexandrinæ Eccleſiæ, & vixit annos quinque. Geneb.

41. Ioannes Quintus Eleemoſynarius Alexandrinæ Eccleſiæ ordinatur Epiſcopus anno Domini 615. & præfuit Eccleſiæ an. 10.Deinde ſucceſſit Georgius anno Domini 623. & ſedit in Cathedra annos 10.Geneb.

43. Alexandrinæ Eccleſiæ Cyrus Monothelita ſedem obtinuit anno Domini 637. & præfuit annos decem.Genebrar.Qui Cyrus fuit vltimus Alexandriæ Patriarcha, & multum turbauit Eccleſias ſuo Monoth. errore, donec per Saracenos conceſſus fuit Religionis vſus liber. Soluit quotannis 200000.denariorum ſummam pro Ægypti libertate, eamque per triennium ſic retinuit integram.Poſtea verò Heraclio conditionem detrectante tota Ægyptus in hoſtium manus deuenit. Geneb.lib.3.fol.677.

Alexandriæ Petro à Marco Euangeliſta quinquageſimo, & vltimo. Geneb.lib.3. fol.683.

Quinam fuerint Conſtantinopolitani Patriarchæ, iuxta Genebrar.

§. V.

1. **A**Lexander fuit primus Patriarcha an.Domini 315. & præfuit annis 23.

2. Paulus vir ſanctitate inſignis ordinatur Epiſcopus Cõſtantinopoli anno Domini 341.& præfuit annis nouem, martyrio coronatus fuit.

3. Euſebius præficitur anno Domini 356. & præfuit anno vnico ex Arianis, teſte Genebr. fol. 565. lib.3

4 5.6.7. Macedonius Hæreſiarcha quarto loco ordinatur, & præfuit annis octo,tandem depoſitus. Poſt hunc Eudoxius Arianus anno Domini 368. & præfuit annis decem. Moa Euagrius Catholicus, & poſtea Demophilus annis decem in Cathedra ſedit, qui fuit hæreticus.

8.9.10. Sanctus Gregorius Nazianzenus ordinatur Epiſcopos, & præfuit annis quatuor, & ſponte Patriarchatum deſeruit. Poſt hunc Nectarius minimè malus, natura bonus, rerum Eccleſiaſticarum inſcius moritur anno 397. S.Ioannes cognomento Chryſoſtomus creatur Epiſcopus Conſtantinopoli anno 400.præfuit annis 6.men. 3. di. 26.

11. 12. Arſacius ſucceſſit, & præfuit ann. 1. menſ.4.di.15. poſtea ordinatur Atticus, qui præfuit annis 19.menſ.7.di.10.

13.14.15.Siſſinius ordinatur anno Chriſti 433. præfuit an. 1. menſ.9.di. 25. cui ſucceſſit Neſtorius Hæreſiarcha, & præfuit annos 3. di. 19.tandem condemnatus à Concilio Epheſino primo, poſt hunc Maximianus Monachus, qui præfuit an 2.menſ.5.dies 19.

16. Sanctus Proclus ordinatur Conſtantinopoli anno Domini 442.& præfuit annis 12.

17.18.19.S.Flauianus creatur Epiſcopus Conſtantinopoli, & præfuit annis 3. poſt hunc Anatolius &

& præfuit annis nouem, eius successor Gennadius, qui præfuit annis 13.

20. Acacius ordinatur Episcopus, & fuit hæreticus, vixitque in Patriarchatu an. 14.

21 22. Flauitas Arianus sequitur, & præfuit mens. 3. post Flauitam successit Enchemios, seu vt aliis placet, Ephemius, qui vixit an. decem.

32. Macedonius 2. Orthodoxus creatur ann. Domini 498. & præfuit vsque annum 16. id est 508.

24.25.26. Timotheus deinde Theopaschitas hæreticus præfuit annis septem, & repentina morte de medio sublatus. Huic successit Ioannes 2. Orthodoxus, qui vixit annis duobus, deinde Epiphanius, qui præfuit annis 14.

27.28. Anthemius Eutychianus ordinatur Episcopus, & præfuit mens. 10. condemnatus tamen per Agapetum Summum Pontificem. Mox Menas, qui præfuit annis 17.

29. Eutychius deinde diuinè electus relegatus fuit ab Imperatore Iustiniano, & præfuit Ecclesiæ annis 13. seditque in Cathedra anno Christi 555.

30. Ioannes III. cognomento Scholasticus ordinatur Episcopus anno Domini 662. & præfuit Ecclesiæ annis 11.

31.32. Eutychius rursus præfuit Constantinopolitanæ Ecclesiæ annis 4. & huic successit Ioannes 4. cognomento Ieiunator superbus, & hypocrita, præfuit annis 16.

33. Cyriacus anni Domini 604. electus est vir boni nominis, præfuit annis decem.

34.35.36. Thomas, qui præfuit annis 2. Cyriaci successor, post hunc Sergius Monothelita vir pessimus, post hos Pyrrhus etiam Monothelita, qui præfuit annis 11. & Sergius annis 23.

37.38.39.40.41. Paulus II. etiam Monothelita, qui incertit secundùm aliquos an. 651. post quem Petrus etiam Monothelita, qui præfuit annos 2. & menses 3. cuius successor Thomas 2. eadem hæresi infectus, qua Petrus; deinde Ioannes Quintus, qui præfuit anno quatuor, & obiit secundùm aliquos anno 664. posteà Constantinus, qui præfuit Constantinopoli annis 2.

42.43. Theodorus post hunc vir flagitiosissimus hæreticus præfuit annis duobus, & depositus fuit, post quem Georgius Catholicus, qui præfuit annis duobus, & vitam finiuit anno 682.

44.45. Theodorus iterum ordinatur Episcopus fidem Catholicam se simulans amplecti, reassumptum tenuit clauum per annos duos, deinde Paulus tertius per annos septem, & mortuus est anno Christi 691.

46. Gallinicus Romanam exosus Ecclesiam erutis oculis Romam relegatus fuit anno Christi 703. & præfuit annis 12.

47. Cyrus Monachus præfuit annis sex ab Imperatore Philippico hæretico in exilium reportatus.

48 49. Ioannes Sextus hæreticus Monothelita, & Iconomachus anno Christi fuit depositus 714. Successor illius S. Germanus confessor, præfuit annis 14. mens. 5. di. 7. obiit 730.

50.51. Anastasius deinde Iconomachus eligitur Constantinopoli, præfuit annis 23. obiit anno Christi 553. post hunc sedit Constantinus 2. etiam Iconomachus, præfuit annis 12. capite truncatus à Constantino Copronymo obiit an. 767.

52.53.54. Niceta eadem hæresi vulneratus, id est Iconomachus, præfuit tamen an. 13. mens. 2. di. 22. obiit an. 780. Paulus Quartus post hunc præfuit an. 4. mens. 6. di. 13. Monasticam vitam agens sanctè obiit, an. 784. cui successit Tarasius, & præfuit an. 21. obiit tandem magna sanctitatis opinione.

55 56 57.58. Nicephorus laicus, sed nobilissimus præfuit annis 9. & mortuus est anno Christi 828. post illum Theodorus successit hæreticus, præfuit annis 7. obiit ann. 835. secutus est Ioannes 7. etiam Iconomachus, & expulsus an. 842. sed ante Ioannem, qui præfuit an. 6. nonnulli ponunt Antonium, qui præfuit annis 13. prout vult Geneb. lib. 4. fol. 767.

59.60.61. Methodius vir sanctitate egregius, Confessor insignis præfuit an. 4. obiit an 847. deinde electus est S. Ignatius, qui præfuit an. 16. & obiit an. 858. postea Photius hæreticus laicus, & Eunuchus, qui præfuit an. 7.

62 63. S. Ignatius post illos præfuit ann. 7. Iterum clausit diem ann. 708. deinde Photius iterum an. 9.

64.65. Stephanus Imperatoris Basilij filius præfuit an. 7. Constantinopoli, & magna sanctitatis significatione decessit an. 888. sequitur Antonius 2. cognomento Cauleus, vir sanctus anno Domini migrauit in cœlum 890. postquam præfuit Constantinopoli an 8.

66. Nicolaus Constantinopoli creatur Episcopus; cognomento dicebatur Mysticus, præfuit annis 2. depositus à Leone sexto Imperatore anno 901.

67. Euthymius deinde Sycellus ann. quinqui postea missus est in exilium ab Alexandro Imperatore, vbi vita functus est anno 912.

68.69.70.71.72. Nicolaus idem Mysticus rursus collocatus in Cathedra præfuit annis 13. & mortuus est an. 930. Deinde Stephanus 2. præfuit ann. 3. Postea Tryphon ann. 6. sequitur Theophylactus Imperatoris filius, qui obiit ann Christi 956. post quem Polyeuctus, qui præfuit Constantinopoli annis 17. & fuit vitam Monasticam professus, & mortem oppetiit ann. 970.

73. Basilius etiam Monachus, qui Ecclesiam quatuor annis rexit, tandem à Cathedra fuit eiectus ann. 975.

74.75. Antonius tertius præfuit ann. 6 & sponte suus Cathedræ deseruit, post hunc successit Nicolaus 2. cognomento Chrysoberge annis 13. & obiit ann. 995.

76.77. Sisinnus 2. præfuit ann. 3. & obiit ann. 999. post illum sedit Eulogius, siue Sergius per annos viginti.

78.79. Eustratius, siue Eustatius præfuit ann. 16. obiit anno 1025. post hunc recepit Sedem Alexius per annos totidem, & mortuus est ann. 1043.

80. Michael Cerularius præfuit ann. 8. postea à sede expulsus fuit ann. 1058.

81. Constantinus cognomento Licudex præfuit Constantinopoli annos quatuor, menses sex, & obiuit ann 1066.

82. Ioannes Octauus præfuit ann. 11. & mortuus est ann. 1080.

83. Cosmas Hierosolymitanus vixit ann. 5. mens. 9. vitam finiuit ann. 1086.

84 Eustatius siue Eustratius sedit in Cathedra an. 3. & mortuus est ann. 1089.

85. Nicolaus tertius gubernauit sedem Constan-

tinopolitanam, ann. 27. & obijt ann. 1117.

86. Michael iunior ſedit ann. 4. menſ. 6. & ano. 1146. Sedem deſeruit ſponte.

87. 88. Coſmus 2. Sedem tenuit menſ. 9. Theodoſius 2. ann. 1.

89. 90. Conſtantinus IV. præfuit ann. 2. Deinde Lucas Chriſoberges, qui Conſtantinopoli præfuit ann. 12. & Syoodum congregauit ann. 1166.

91. 92. 93. Michael 3. Sedem tennit ann. 9. Charitoo ann. 1. menſ. 2. Theodoſius ann. 6. eandem Eccleſiam gubernarunt.

94. Baſilius Camaterus Sedem tenuit ann. 3. menſ. 6. & per Imperatorem Iſaac remotus anno 1186.

95. Nicolaus V. aliàs Nicetas Mundanns præfuit ann. 6. menſ. 6. & amotus ab eodem Imperatore ann. 1192.

96. 97. 98. Leontins Sedem tenuit per annum integrum poſt illum Doſitius per annum etiam, à Clero amotus, ab Imperatore poſtea reſtitutus, poſt hos Georgius Xiphilinos rexit Eccleſiam ann. 7.

99. 100. Ioannes IX. cognomento Camaterus Sedem tenuit per ann. 5. ſucceſſit Michael 4. per annos etiam quinque, & per menſ. 6. qui contra Thomam 1. è Latinis ſedit.

101. 102. Theodorns III. Eccleſiam rexit ann. 2. & Maximus Secundus menſ. 7. Sedem tennit.

103. 104. 105. Conſtantinopoli Emmanuel primus præfuit ann. 4. menſ. 7. Deinde Germanus Secundus Sedem tennit ann. 17. menſ. 6. & poſt hunc Methodius Secundus præfuit menſ. tribus.

106. Emmanuel Secundus præfuit Eccleſiæ ano. 14.

107. 108. 109. 110. Nicephorus, qui munus non adiit, moa Arcedius, ſiue Arcenius rexit Eccleſiam per ann. 4. & Germanus tertius per annum integrum, poſtea Ioſephus per ann. 13. qui cognomento Becus dictus eſt.

111. 112. 113. Ioannes X. præfuit Eccleſiæ per ann. 10. deinde Ioſephus iterum per menſ. vnum: poſt quem Georgius, ſiue Gregorius clauo aſſedit ann. 6. menſ. 6.

114. Athanaſius præfuit ann. 4. & Ioannes 11. ann. 6.

115. Athanaſius iterum ann. 8. contra quem ann. 1305.

116. Hugulinos Latinus ſedit.

117. Niphoo Sedem tennit ann. 3. menſ. 10.

118. 119. Deinde Ioannes XII. ann. 4. & Geraſimus ann. 1.

120. Iſaias Sedem tenuit ann. 18.

121. Ioannes Decimus tertius ann. 16.

122. 123. Calliſtus præfuit ano. 2. Philetus ann. 13. menſ. 6.

124. 125. Macarius præfuit ann. 2. menſ. 7. di. 6. Nilus ann. 20.

126. 127. Antonius IV. ſedit ann. quatuor, contra quem ſedit Latinorum Quartus Angelus Corarius.

128. 129. 130. Calliſtus II. præfuit ann. 13. deinde Euthymus ſecundus ann. 3. menſ. 5. & Ioſephus ann. 15.

131. Gregorius tertius præfuit ann. 13.

132. Gennarius, aliàs Gennadius poſt captam Conſtantinopolim profuit ann. 8. fuit enim capta ann. Domini 1452.

133. 134. Simeon præfuit ann. 9. & poſtea Maximus ſedem tenuit ann. 10.

135. Sophronius præfuit ann. 11. Deinde Simeon, deinde Maximus, de quibus ſuprà.

136. 137. Poſt Maximum Niphon præfuit annos 10. deinde Pachomus an. 10. & præfinitè ſedit an. 1500.

138. Theolyptus præfuit ann. 10. regnante in Portugalia ſereniſſimo Emmanuele.

139. Hieremias ann. 15. præfuit vſque ad ann. 1546.

140. Dionyſius præfuit ann. 20. mox Ioas ph. qui moritur ann. 1563.

141. Metrophanes, qui ſedem tenuit an. 1566.

142. Ieremias, cui miniſtri Germaniæ ſuam Auguſtanam confeſſionem ann. 1577. miſerunt, quorum doctrina Ieremiæ diſplicuit, & ob id apud Turcas accuſatus tandem in exilium miſſus.

Hactenus Genebrardus in ſua Chronographia ad noſtra vſque tempora, hoc eſt, ad annum 1581. à quo tempore vſque ad tempus Pauli Quinti duodecim Patriarchæ Sedem Conſtantinopolim tenuerunt, quorum nomina ſunt ſequentia:

Macarius, Matthæos, Gabriel, Theophanes, Meletius, Matthæus, Neophitus. Matthæus idem, qui tertio ſedit in eadem Cathedra, & ibi vitam finiuit. Deinde Raphael, moa Neophitus verè Catholicus, deinde Cyrillus, denique Timotheus Patrenſis Archiepiſcopus.

Patriarchæ Hieroſolymitani ſecundùm Chronicam trium Illuſtrium Auctorum, & ſecundùm Genebrardum.

§. VI.

1. Petrus Apoſtolus natione Galilæus primus Eccleſiæ Pontifex Hieroſolymis ſedit an. 5. ab anno Chriſti Domini 32.

2. Eccleſiæ Hieroſolymorum primus Epiſcopus ab Apoſtolis ordinatus Iacobus frater Domini, & ibi ſedit ano. 30. iuſtus ab omnibus dicebatur; à Iudæis lapidibus opprimitur anno Domini 63.

3. Simeon, qui & Simon Cleophæ ſecundus aſſumitur in thronum Hieroſolymitanum, & præfuit ann. 46. & cruci affigitur anno ætatis ſuæ 120. & anno Chriſti 109.

4. 5. Simeoni Martyri ſucceſſit Iuſtus: deinde per ordinem Zacharias ann. 1. qui alio nomine dicitur Zachæus, & ordinatus eſt ann. Dom. 113.

6. Tobias poſt hunc tenuit Sedem ann. 2.

7. Benjamin Hieroſolymis præfuit an. 2.

8. 9. 10. Ioannes annos totidem, & Matthias ſedem tenuit per annum vnicum, quibus ſucceſſit Benjamin 2. & annos duos Eccleſiam rexit.

11. 12. Hieroſolymis Philippus ann. 3. tenuit Sedem. deinde Seneca ann. 1.

13. 14. Moa Iuſtus ordine ſecundus, & præfuit 38. ann. 1. & Leui ann. 2.

15. 16. Ephraim, ſiue Ephræm Hieroſolymis præfuit ann. 3. Ioſephus ann. 1. & Iudas ann. 2. vſque ad mutationem ſtatus quæ ſub Adriano Hieroſolymis contigit, cuius Imperij ann. 19. expulſi ſunt Iudæi, & Epiſcopi ex Iudaico ſanguine defecerunt.

17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. Marcus fuit primus Epiſcopus Hieroſolymis creatus ex gentibus: deinde Caſſianus, qui præfuit ann. 4. & Publius ann. 1. cui ſucceſſit Maximus, poſtea Iulianus;

poſt

post hunc Gaianus; deinde Symmachos, statim Gaius, & tandem Iulianus 2. qui vltimos præfuit an. 5.

24.25. Capito Hierosolymis præfuit ann. 3. & totidem Maximus anno, Christi 186. creatus Episcopus.

26.27.28. Antoninus, siue Antonius, qui præfuit ann. 4. Valens ano. 1. postquam successit Dulithius, qui sedem tenuit annis duobus.

29.30.31.32.33. S. Narcisus miraculosus propter calumnias impiorum Anachorera factus in Eremum se recepit, & ideo successerunt successiuè, Dius, quo mortuo Germanius, qui præfuit ann. 4. Gordius ann. 5. rursum Narcisus diu latens, postea coactus redit in publicum, & præfuit ann. 20.

34.35. Alexander Hierosolymis præfuit annos 39. diuinitus institutus; cui successit Mezabenes anno Domini 253. & præfuit annis ferme 14.

36. Hymenæus creatus Episcopus Hierosolymis ann. 266. & tenuit Sedem ann. 31. interfuit Concilio Antiocheno.

37. S. Zambdas ordinatur ann. Domini 296. à quo baptizati sunt milites Legionis Thebæorum 6666. pro fide sub Diocletiano interfecti.

38.39. Hermon præfuit secundùm Genebradum fol. 546. ann. 14. secundùm Hieroonymum ann. 39. & creatus est ann. 298. sed magis placet Geneb. secundùm quem Macarius successor Hermonis creatus est ann. Domini 312. & præfuit ann. 20.

40. Maximus quadragesimus post Macarium Hierosolymorum Episcopus moritur; post quem Ecclesiam Ariani inuadunt adeò, vt turbata fuerit successio: primum Cyrillos Eutychius, rursum Cyrillus Irenæus, tertiò Cyrillus Hilarius, quartò Cyrillus, quorum Cyrillus cùm à Maximo fuisset Presbyter ordinatus, & post mortem ei ab Acassio Episcopo Cæsariensi, & cæteris Arianis Episcopis Episcopatus promitteretur, si ordinationem Maximi repudiasset Diaconus in Ecclesia ministraut: ob quam impietatem Sacerdotij mercede pensatus in Heraclium, quem morieus Maximus in suum locum substituerat, varia fraude fslicitans de Episcopo in Presbyterum regradauit. sic Hieronymus in Chronico Trium fol. 189. Præfuit autem Maximus annis 16. creatus ann. 331.

41.42. Sanctus Cyrillus ergo præfuit ano. 39. & obiit ann. 386. Post illum Ioannes 2. qui præfuit ann 29. & obiit ann. Domiui 416.

43. Parahilius Hierosolymis præfuit ann. 7. vsque ad annos Christi 429.

44. Iuuenalis præfuit ann. 39. obiit ano. 457.

45.46. Anastasius obiit ann. Domini 477. sed secundùm Genebrat. post Iuuenalem sequitur Theodosius, Schismaticus, & præfuit an. & Anastasius qui præfuit ann. 6.

47. Martyrius præfuit ann 2. & Sallustius annos 8. & moritur 492 anno à partu Virginis.

48. Elias Arabs io exilium missus an. 513. & præfuit Hierosolymis ann. 23.

49. Ioannes 3. hæterieus Eutychianus: postea ad fidem reuersus protector fidei factus est, præfuit ann. 13. decessit, ann. 525.

50. Petrus deinde successit, qui sedem tenuit per annos 20. & obiit ann. 546.

51. Macarius Secundus præfuit ann. 31. suspectus tamen de Origenistarum errore deiectus est de Throno.

52. Eustochius moritur ann. 561.

53. Ioannes Quartus præfuit ann. 16.

54. Amos sedit ann. 8. & obiit ann. 602.

55. Isaacius siue Isicius, quem Sanctus Gregorius Papa approbauit, præfuit ann. 8. moritur ann. 610.

56. Zacharias qui in Persidem captiuus deductus, postea ab Eraclio Imperarore liberatur, præfuit ann. 20.

57.58.59. Sophronius præfuit ann. 2. Modestus annos totidem. Sophronios iterum ann. 2. præ tristitia obiit videns Hierosolymam in potestate Sarracenorum, & ideo incognita: deinceps Patriarcharum series, teste Genebrardo ex fol. 674. vsque ad fol. 739. vbi ait septies Sarracenos à Constantino Hierosolymis expulso, denuo Saraceni eam adoriuntur, & capiunt, & Ioannem Patriarcham eiiciunt, qui recuperata Vrbe restituitur.

60.61.62. Theodorus deinde sedit ann. 759. Elias præfuit ab eo tempore ad annum 787. Ioannes sedit anno 795.

63.64. Thomas sedit ann. 801. & Orestes sedit aono 1006.

65. Simeon præfuit anno 1088. vsque ad recuperatam terram Sanctam per Gallos aun 1100.

66.67. Dalbertus Patriarcha ex Latinis primus per inuidiam depositus, cui successit Ebremarus, qui depositus fuit a Gibelino Legato Apostolico anno 1107.

68. Gibelinus decrepitus, & inutus præfuit annis quinque.

69. Arnulphus perditus moribus præfuit annis 6. & obiit anno 1118.

70. Goarimundus virtute, & sanctitate insignis, præfuit Hierosolymis annis 10. & clausit vitam anno 1128.

71. Stephanus Abbas Sancti Ioannis Carnotensis vir in vtroque homine clarus, præfuit annis 2. mortuus est anno 1130.

72. Gullielmus Belga præfuit annis 16. obiuit anno 1146.

73. Fulcherus præfuit ann. 17. decessit an. 1159.

74.75.76.77. Amalricus præfuit annis 21 & clausit diem anno 1180. cui successit Heraclius; deinde Albertus; post illos Thomas, qui officium non adiit, deinde Robertus qui in ordine est 78.

79. Thomas, sed nescitur quis latinorum præcesserit in Throno, ille vero sedit ann. 1240.

Quam habeant potestatem in suffraganeos.

§. I.

EPITOME.

1. *Archiepiscoporum nominis etymologia.*
2. *Archiepiscopi an differant à Metropolitanis?*
3. *Archiepiscopi non possunt coniungere in matrimonium subditos suorum suffraganeorum, nisi dum actu visitant.*
4. *Archiepiscopi nequeunt remittere denunciationes in alieno Episcopatu.*
5. *Archiepiscopus dum visitat potest omnia in suffraganeis, quæ potest in subditis.*
6. *Archiepiscopus non potest dispensare in votis, & iuramentis subditorum sui suffraganei.*
7. *Archiepiscopus inualidè dispensat sine causa in Decretis Synodi Prouincialis.*

8. *Archiepiscopus in constiutionibus suæ Diœcesana Synodi, validè dispensat.*
9. *Archiepiscopus extra Prouinciam crucem præferre non potest.*
10. *Archiepiscopus per appellationem habet iurisdictionem in causis subditorum suffraganei, & potest eas delegare cuicumque subdito suffraganei sui, & quid sit illi ademptum?*
11. *Archiepiscopus an possit cognoscere de causis subditorum suffraganei deuolutis per simplicem querelam?*
12. *Archiepiscopus in quibus casibus præter appellationem possit cognoscere de subditis suffraganeorum?*
13. *Archiepiscopus quid posit agere in casu iniustæ excommunicationis inter subditos suffraganei?*
14. *Archiepiscopus potest vocare suffraganeos pro consecratione alterius suffraganei.*
15. *Archiepiscopus est Ordinarius Iudex omnium Episcoporum suæ Prouinciæ.*
16. *Archiepiscopus potest cogere Episcopum, vt constituat sibi Vicarium, quando est impotens ad regendum.*
17. *Archiepiscopus potest corrigere subditos suffraganeorum recedentes à consuetudine in diuinis Ecclesiæ Metropolitanæ.*
18. *Archiepiscopus ex Concilio Tridentino potest visitare Prouinciam, & interrogare de delictis, quamuis non constet de negligentia, neque de incuria suffraganeorum.*
19. *Archiepiscopus potest visitare Prouinciam, & procurationem à subditis suffraganeorum exigere.*
 & potest Episcopos suffraganeis suspendere, interdicere, & excommunicare. ibid.
20. *Archiepiscopus nequit coniungere Ecclesias Episcopis suffraganeis subiectas.*

1. ARCHIEPISOOPVS Græcè dicitur Princeps Episcoporum, hoc est, Primarius Episcopus. Et is est Episcopus, qui primatiæ ciuitati alicuius Prouinciæ, quæ est aliarum Mater, & caput, præest, Azot. *2. part. instit. moral. lib. 3. cap. 33. quæst. 1.* Αρχὸς enim dicitur Princeps, text. *in cap. cleros 21. distinct. verb. à mensura*, & Budæus *in prioribus annotationibus ad Pandectas in l. obseruare. ff. de officio Proconsulis*, & sic passim iura testantur, *c. de his 12. dist.*
2. Vnde colliges nullum esse discrimen inter Archiepiscopum & Metropolitanum, vt minus bene posuit Isidorus *in d. c. cleros*, cùm Archiepiscopus, & Metropolitanus idem sint, & solùm nomine differant, vt notari potest ex textu *in c. pastoralis, in principio, de offic. ordin. & Extrauag. Saluator, de prab. inter communes.* Vbi etiam habetur, quòd Metropolitana Ecclesia est excellentioris honoris, & tituli suffraganea, quæ est sub iurisdictione, potestate, & subiectione Archiepiscopi, Capituli, & Ecclesiæ Metropolitanæ, Imola, Zabarel. & Vital. *in Clementina Archiepiscopo, de priuil.* Quòd si contingat aliquem Archiepiscopum non habere suffraganeos, vt Rosanens. & Lancianens. non erit Metropolitanus, nec Metropolitanicam exercebit iurisdictionem, sed tantùm Episcopalem in propria Diœcesi, Læl. Zech. *tit. de statu Reuerendissimorum Archiepiscoporum.*
3. Quæri potest, an Archiepiscopus possit assistere matrimonio subditorum suorum suffraganeorum, vel facere facultatem ad assistendum? Videtur posse, cùm sit iudex ordinarius totius Prouinciæ, ex gloss. *c. per singulas, verb. totius 9. quæst. 3.* Item, quia Archiepiscopus habet iurisdictionem saltem habitualem, quamuis respectu Diœcesi suffraganei habeat vsum impeditum, sed Parochus excommunicatus non toleratus est impeditus, & tamen potest assistere validè, vt volunt Nauarrus *lib. 4. consiliorum in 1. edit. tit. de sponsal. cons. 52. ad finem, & in 2. tit. de clandest. desponſ. 4. ad finem*, Henriquez *lib. 11. de matrim. cap. 3. num. 4. & 5.* & Petrus de Ledesma *de matrimonio, quæst. 45. art. 5. punct. 3. dub. 3. in fine, fol. 192.* Ergo Archiepiscopus potest assistere, licèt habeat vsum ligatum respectu Diœcesis suffraganei, per glossam *in d. c. pastoralis, in principio, verb. exceptis, de officio Ordinarij.*

Dicendum tamen est non posse assistere matrimoniis subditorum suorum suffraganeorum, nec dare licentiam eos coniungendi, nisi dum actu visitat, cùm non sit Ordinarius in territoriis suffraganeorum, nisi in causis per appellationem deuolutis ad ipsum, Quarant. *in summa Bullarij, verb. Archiepiscopi authoritas num. 13.* Mar. Anton. Genuens. *in praxi Archiep. Neapol. c. 70. n. 7.* Nam citra appellationis articulum, nec partibus consentientibus aliquid potest cognoscere. Mohed. *decis. 5. de appellat.* & Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 4. collect. 989.* & in casibus iure expressis, vt per Mar. Anton. *suprà d. c. 70. n. 6. vers. septimo*, vbi viginti & octo colligit casus, & Quarant. *d. verb. Archiepiscopi authoritas*, vbi quadraginta refert. Dum tamen actu visitat in Diœcesibus suorum suffraganeorum posse Archiepiscopum coniungere matrimonio subditos suffraganeorum, & facere facultatem assistendi, est communis, prout volunt scribentes *in c. Ioannes, de testamentis*, Henriquez *lib. 10. c. 3. n. 3.* Coninch *disp. 27. n. 17.* Soarez *tom. 4. disp. 25. sect. 1. num. 14.* & Gutier. *Canon. lib. 1. c. 66. num. 7.* Ad glossas autem propositas responde procedere in Archiepiscopo, quando causæ deuoluuntur ad ipsum per appellationem. Vnde si Episcopo nolente facere facultatem coniungendi in matrimonium, & causa deuoluatur per appellationem ad Archiepiscopum, poterit ipse causa cognita, vel assistere matrimonio, vel cuicumque Sacerdoti facere facultatem assistendi, prout volunt Suarius *tom. 4. disp. 25. sect. 1. n. 14.* Henriquez *lib. 10. c. 3. n. 3.* & Gutierrez *suprà cap. 66. n. 7.*

Secundò quæritur, an possit Archiepiscopus remittere denunciationes in alieno Episcopatu? Responde negatiuè, nisi in causis appellationum, cùm iurisdictionem in suffraganeos non habeat, 4.
nisi per appellationem, & in aliis paucis casibus iure expressis, ita Franciscus Molina *differ. 11. n. 86.* An autem, si Episcopus existente causa iusta remittendi denunciationes, nolit dispensare, appellari possit ad Archiepiscopum? gloss. *in c. 1. de confessis, in 6.* affirmat, idem *in c. super his, verb. arbitrium, de accusat.* Franch. *in c. 2. de iuram. calum. in 6. num. 3.*

Dicendum tamen est, quando ius ex aliqua causa decernit dispensandum, nolente iudice remittere denunciationes, appellandum esse, quoad deuolutiuum & suspensiuum effectum, quoniam dispensandus habet pro se præceptum legis. Felin. *in c. exceptionem, n. 6. de exceptionibus.* In quo euentu Archiepiscopus, sicut tenetur inferiorem corrigere, sic potest dispensare in denunciationibus, vel inferiorem cogere, vt dispenset. Porrò quando ius non præcipit dispensationem, sed negotium committit conscientiæ Ordinarij, vt in Concilio Tridentino *sess. 14. de matrimonio, c. 1.* vbi dispensatio

teliuqoitur

relinquitur prudentiæ, & iudicio Episcopi, concorrente causa iusta, vt teneatur dispensare, verbi gratia, quando sequitur scandalum, vel est suspicio malitiosi impedimenti, vel quando dispensatio exigitur à subditis ad bonum animæ, aut corporis, nimirum, quando fœmina est iam deflorata, & vir est in periculo mutandi voluntatem: vel denique quando contrahentes viuunt in concubinatu, aut sunt morti vicini, & eo modo volunt recedere à peccato, & legitimare filios; quia in supradictis casibus Episcopus tenetur dispensare, si negет, dabitur appellatio, quoad effectum deuolutiuum, & causa deuoluitur ad superiorem, qui ex officio poterit compellere inferiorem, vt dispenset, argumento glossæ *in c. Domino sancto, verb. necesse, dist.* 50. Anton. *in cap. ut si clerici*, §. *de adulteriis, num.* 12. *in fine, de iudiciis*, Cardinalis *ibi num.* 2. Anchar. *n.* 9. *quæst.* 2. *vers. nunquid er o possit Episcopus*, quod sequitur Sanchez *lib.* 3. *de matrimonio, disp.* 10. *n.* 6. 16. & 21.

Contra verò quando non est causa debita dispensandi, sed conceditur ex gratia, non datur appellatio, si noluerit dispensare, debet enim pars grauari, vt detur locus appellationi, Baldus *in l. quicunque, n.* 17. *vers. quarto casu*. *C. de seruis fugitiuis*, & Felin. *c. super his, de accusationibus n.* 12. *vers. quinto limita*, & *n.* 13. *vers. sexto lim ta*, & Marant. *de ordine iudiciario*, 6. *part. tit.* & *quandoque appellatur, num.* 365. Attamen in hoc casu adhuc potest recurri ad Superiorem, & implorari eius officium, vt dispenset ex misericordia, aut faciat, vt inferior dispenset, prout docet Bart. *in l.* 1. *n.* 11. *ff. de iurisdictione omnium iudicum*, & Iason §. *superest, num.* 65. & 66. *Instit. de actionibus*, dicentes posse officium iudicis misericorditer implorari, quia quamois quod petitur non debeatur, iudex tamen potest facere ex officio, quòd concedatur.

5. Tertiò quætitur, an Episcopus dum actu visitat, possit dispensare, & absoluere à censuris subditos suffraganeorum, & ipsius suffraganeos? Responde in primis posse in irregularitate occulta dispensare virtute Concil. Tridentini *sess.* 24. *de reformatione, cap.* 6. cum subditis suffraganeorum, quoniam dum actu visitat, habet potestatem absoluendi ordinariam ratione officij. ita Soares *tom.* 4. *disp.* 30. *sect.* 2. *num* 8. Auila *de censuris, p.* 2. *cap.* 7. *disp.* 1 *dubio* 10. *concl.* 3. & *p* 7. *disp.* 1. *dub.* 6. *notab.* 2. *circa primam conclusionem*, Henr. q. *lib.* 14. *cap.* 18. *num.* 3. Sanchez *in præcepta Decalogi, lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 6. & *lib.* 4. *cap* 38. *num.* 13. & 14 eo quòd tunc est legitimus illius diœcesis superior Soarez tamen *supra sect.* 2. *num.* 8. & *disp.* 4. *tom.* 5. *sect.* 2. *num.* 12. addit, hoc procedere in foro pœnitentiæ, & quoad casus reseruatos, secus quoad dispensationem in irregularitate; quia dispensatio non ordinatur ad forum sacramentale, & nullibi conceditur Archiepiscopo dispensatio, sed absolutio à peccatis; vt constat ex *cap. finali, de censibus in* 6. ibi, *Potest etiam idem Archiepiscopus dum visitat, subditorum suffraganeorum confessiones audire, ac absoluere confitentes, & ipsis pœnitentias iniungere*. Cùm ergo potestas dispensandi non sit coniuncta cum potestate absoluendi, poterit Archiepiscopus absoluere reseruatis, non tamen dispensare in irregularitate: sicut nequit concedere subditis suffraganei litteras dimissorias ad Ordines, dum visitat, vt vult Franch *in d. cap. final. de censibus, num. vltim.* nec dispensare in denunciationibus præuiis matrimonio.

Nihilominus posse Archiepiscopum dispensare in irregularitate occulta dum actu visitat, tenendum est, ita Henriquez *lib.* 14. *p.* 18. *n.* 3. Auila *supra*, & Bonacina *de censuris, disp.* 1. *quæst.* 3 *punct.* 2. *num.* 7. *vers. tertio*. Similiter in actu visitationis poterit dispensare cum subditis Episcoporum suffraganeorum: quinimò cum ipsismet Episcopis suffraganeis, vt contra Soarez volunt Henriquez *in d. cap.* 18 *num.* 4. Auila *p.* 7. *disp.* 6. *sect.* 5. *dubio* 5. & Bonacina *de censuris, disp.* 7. *quæst.* 5. *punct.* 1. *num.* 2. *in fine*.

Quartò quæritur, an possit Archiepiscopus dispensare in votis & iuramentis subditorum sui suffraganei? Responde Archiepiscopum in foro 6. contentioso esse iudicem ordinarium appellationum, quas subditi à propriis Episcopis ad ipsum interponunt, *cap. pastoralis, verb. compellere, de officio iudicis ordinary*: & ideo si Episcopus dispensationem petitam in voto negauerit quando datur causa iusta dispensandi, aut Episcopus dispensare debet, potest Archiepiscopus proposita appellatione, vel implorato officio illius, dispensare cum subditis suffraganeorum. Alij addunt posse Archiepiscopum dispésare etiam extra tempus, quo suffraganeam Diœcesim visitat, & tenere factum, quamuis dispensare non debeat; ita Paludanus *in* 4. *dist.* 38. *quæst.* 4. *art.* 4. *concl* 8 *num.* 46. & D. Antonin. 2. *p. tit.* 11. *cap.* 2. § 9 *vers. item non potest*, qui duo prius videntur negare, & statim in partem affirmantem propendent; expressè tamen asserunt Manuel 2. *tom summæ, cap* 100. *num.* 1. & Emmanuel Sa *verb. votum*, vbi de voti irritatione, *num.* 12. & loquuntur absolutè, nec distinguunt intra tempus visitationis, neque extra illud. Quare quamuis negatiuam partem sequantur Syluester *verb. votum, quæst.* 4. *dicto* 4. & Sotus *de iustitia, lib.* 7. *quæst.* 4. *art.* 3. *col.* 4. *vers. præter*, & Suar *tom.* 2. *de Religione, tract. de voto, lib* 6. *cap.* 10. *num* 8, affirmatiua probari potest, & admitti vt probabilis, quia Archiepiscopus potest Indulgentias concedere in toto suo Archiepiscopatu, *cap. nostro, de pœnit. & remiss.* vt per Nauarrum *de Iubil.* o, *notab.* 31. *num.* 13. Quarantain *summa Bullary, verb. Archiepiscopi auctoritas, vers.* 31. Bonacin *de Sacramentis, disp* 6. *quæst.* 1. *punct.* 3. *num.* 2. *vers observa*, quem refert ac sequitur Barbosa *de officio, & potestate Episcopi, part.* 3. *alleg.* 88. *num.* 15. Ergo & poterit dispensare cum subditis suffraganeorum, cum vtrumque sit actus iurisdictionis spiritualis, & postulet subiectionem spiritualem, & faciunt, quæ diximus supra paulo ante *vers. nihil ominus*.

Probabilius tamen est in votis subditorum suffraganei sui non posse Archiepiscopum dispensare, ita Syluester *verb. votum* 4 *quæst* 3. *vers quartum*. Sotus *lib.* 7. *de iustitia, quæst.* 4. *art.* 3. Angles *in floribus* 4. *sent. in quæst. de voto, art.* 8. *difficult.* 9. *concl.* 7. & 8. Sà *in summa, verb. votum, num.* 2. & Aragon. 2. 2. *quæst.* 88. *artic.* 12. quibus accedit Sayr. *in claui, lib.* 6. *cap.* 11 *num.* 79. & *num.* 80. Ex ea ratione, quia Archiepiscopus in cura animarum subditorum suffraganei non habet iurisdictionem spiritualem respectu illorum: & ideo quamuis dum visitat, possit absoluere subditos suffraganei à lapsu contra votum commisso, non potest tamen dispensare in voto eorum, quod adhuc manet, neque illud commutare, sequitur Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.* 2. *cap* 11. *num.* 9. & *lib* 4. *cap.* 38. *num.* 11. & deducitur ex potestate concedendi indulgentias, quam habet Archiepiscopus in Diœcesi suffraganea. Ergo argumentum est in aliis non specialiter concessis nihil posse omnino. Et ex consequenti

non poterit cum subditis suffraganei illegitimis dispensare, prout negant, subobscure tamen, Ioan. Andr. *cap. ad extirpandas, num. 3. de filiis presbyt.* & *ibi* Abbas *num. 7.*

Quoad vota autem Episcoporum suffraganeorum dictum est *suprà num. 5. §. nihilominus, ad finem,* posse scilicet Archiepiscopum cum ipsis dispensare, cùm sint Episcopi suffraganei Archiepiscopo immediatè subiecti. Sic Paludanus *suprà distinct.* 48. *quæst. 4. artic. 4. conclus. 8. num. 46.* Sayr. *suprà dict. cap. 11.* Auila *de censuris 2. part cap. 7. disp 1. dub. 10. conclus. 3. & part. 7. disp. 10. dub. 6. notab. 2. circa primam conclusionem:* vtroque tamen loco addit hoc procedere, dum actu visitat: attamen Paludanus, & Sayr. *citati*, & Henriquez *lib. 14. de irregularitate, cap. 18. num. 3.* indistinctè loquuntur, ex eo, quia Archiepiscopus fortius ius habet in Episcopos suffraganeos, quàm in eorum subditos: atque ita poterit cum illis dispensare etiam extra tempus visitationis, quæ resolutio est satis probabilis. & tutò admitti potest in praxi.

7. Quintò quæritur, an Archiepiscopus validè dispenset sine causa in decretis Synodi Prouincialis. Pars affirmans ex eo probari potest, quòd Archiepiscopus videtur esse caput Concilij, & non subest Episcopis Concilij, cùm caput non subest membris suis, *cap. cum non liceat, à capite membra recedere, de præscript.* Ergo potest dispensare. Item, quia ad illum pertinet conuocare Concilium, & habere primam Sedem, & præesse in Concilio Prouinciali, vt caput. Ergo. Pars tamen negatiua est verior, quæ tradit dispensationem Archiepiscopi in decretis Synodi Prouincialis sine causa factam, nihil operari. Probatur, quia quamuis Archiepiscupo competat vocatio, & congregatio Concilij, & prima Sedes illi debeatur; non tamen est superior Concilij, aut maior illo iam congregato; neque habet eandem iurisdictionem, quam habet Concilium; sed habet se veluti coniudex, & collega cæterorum Episcoporum: idcirco irrita est talis dispensatio facta ab Archiepiscopo, qui est inferior Synodo Prouinciali leges ferente, & tradit Nauarrus *lib. 1. consiliorum, in priori edit. de officio Ordinarij, consil. 7. & in posteriori, cons. 6. de maior. & obed.*

Quinimò Synodus Prouincialis potest excommunicare Archiepiscopum, teste Nauarr. *suprà*, & ab Archiepiscopo datur appellatio ad ipsam Synodum, tanquam ab inferiori ad superiorem, Hostiensis *cap. graue. in fine, de præbendis.* Cardinalis *in Clement. 1. § quod etiam in interdictis, num 1. notab. 1. de sentent excommunic* & *ibi* Anchar. *num 4. notab. 5.* Non operabitur ergo dispensatio Archiepiscopi in illis decretis tanquam facta ab inferiori in lege superioris. Item, quia decreta Synodi Prouincialis obligant totam Prouinciam, & Archiepiscopus solus non habet potestatem faciendi statuta, quæ obligent totam Prouinciam, vt habetur *in cap. sicut olim, de accusationibus*, & *ibi* Barbos. *in verb. canonicas regulas, num. 3.* post Sanchez *de matrimonio lib 8. disp. 17. num. 30.* ergo à solo Archiepiscopo non promanant huiusmodi decreta; & ex consequenti non poterit absque causa in illis dispensare. Quia etiam Archiepiscopus tanquam inferior, & Episcopi suffraganei subsunt huiusmodi decretis, quoad vim coactiuam, nec possunt in illis dispensare, nisi vrgente causa aliqua, quando non datur recursus ad Summum Pontificem, nec coacta Synodus Prouincialis iam perseuerat, vt ad illam recurratur, tunc enim potest dari, sicut in lege Pontificia, dispensatio. Non tamen ab Archiepiscopo, vt putat Sanchez *supra num. 37.* cùm non habeat maiorem in hoc potestatem, quàm suffraganei, & in Diœcesi suffraganea non est superior, nisi in causa appellationis: nec etiam dabitur à suffraganeis Episcopis simul cum Archiepiscopo, nisi in Synodo Prouinciali sint legitimè congregati; in quo euentu Synodus ipsa, vel alia Prouincialis poterit dispensare validè absque causa; tanquam, qui dispensat in lege propria, vel in lege facta à prædecessore. Vrgente denique aliquo casu necessitatis, non dato recursu ad Pontificem, poterit Archiepiscopus non solùm, sed etiam Episcopi suffraganei non dato recursu ad Archiepiscopum, vel quando est periculum in mora, in illis decretis dispensare, vt probatur à simili per Sanchez *lib. 2. disp. 40. num. 1. & sequentibus, & num. 7.*

Sextò quæritur, quid possit Archiepiscopus in constitutionibus suæ Diœcesanæ Synodi? Certi iuris est dispensationem factam ab inferiore in lege superioris esse irritam, si causa legitima non intercedat, vt diximus *n. 7.* requiritur enim causa iusta tanquam conditio sine qua non, vt si Episcopus dispenset in lege ieiunij, quia quoties committitur inferiori, vt dispenset in lege superioris, intelligitur causa iusta existente: & mandatum superioris per ius regulatur, *cap. de multa, de præbend.* nec inferior constituitur dominus voluntatis Superioris, vt ad libitum possit de ea quemadmodum de propria validè disponere, ita Angelus *verb. dispensatio num. 3.* & *ibi* Syluester *quæst. 3. num. 5.* Nauarr. *in cap. final. num. 4 de simonia*, Couar. *4. decret. 2. p. cap. 6. §. 7. num. 11.* Stunica *quæst. 5. de voto*, & Sà *in summa verb. dispensatio, num 3.* 8.

In dispensatione Episcoporum in propriis constitutionibus facta non requiritur causa, vt valida sit gratia, quia Episcopus in suo Episcopatu habet potestatem, sicut Romanus Pontifex in toto Orbe, exceptis specialiter reseruatis, argum. text. *in cap. ad honorem, de authoritate, & vsu pallij, & in cap. nouit, ad finem, de iudiciis,* & post Sot. *de iustitia lib. 10. quæst. 1. art. 3. concl. 1.* Henriquez *lib. 10. c. 35. §. 2. in comment. litt. D.* Suar. *tom. 4. de pœnitentia, disp. 25. sect. 1. & de legibus lib. 6. cap. 14. num. 6.* & Sanchez *de matrimonio lib. 1. disp. 61. num. 3. vers de Episcopo*, vbi post plures addit posse Episcopum in omnibus casibus dispensare, qui sibi specialiter non reseruantur: idem repetit *lib. 8. disp. 9. num. 3.* Quare potest Episcopus in propriis constitutionibus sine causa validè dispensare, cùm ab eius voluntate pendeat constitutiones vim habere, & ideo sua potestate ordinaria vtens potest illas abrogare, Antonius *in cap. at si clerici §. de adulteriis, de iudic num 17.* Abbas *num. 10.* Felin. *num 6. & in cap. postulasti num. 13 in 4 casu, de rescriptis.* Couarr. *in cap. Alma mater 1. part. §. 1. num. 7. de sentent. excommunic. in 6.* siue Episcopus peccet, siue non; Cardinalis *in cap. perpendimus num. 6. de sentent. excommunic* Nauarr. *in summa Latina, c. 25. num. 74. & in cap. final. num. 4 de simonia.* Peccabit tamen, si dispenset absque iusta causa, quia facit contra ius commune, imò & diuinum naturale, quod dictat, à lege generali neminem esse eximendum sine iusta causa, prout obseruat *cap. cùm omnes, de constitut.* & docent Azor *1. part. lib. 5. cap. 15. quæst. 3.* & Sanchez *dict lib. 8. disp. 17. num. 27. versic. Cæterùm absque dubio,* quos referens sequitur Barbos. *de offic. & potest. Episc. alleg. 34. num. 4.*

Nullo

Nullo tamen dato scandalo, nec securo damno notabili aliis, Emmanuel Roderic. *in summa c.*237. *num.* 1. & Valentia 1.2. *disp.* 7. *quæst.*5. *punct.*9. *ad finem*, opinantur Episcopum sic dispensantem peccare venialiter, sequitur Barbos. *suprà*. Probabile tamen est, si lex fuerit grauis admodum, dispensare sine iusta causa esse mortale, ita Caietanus *in summa verb. dispensatio*, *in principio*, & *ibi* Armil. *num.* 13. dicentes esse veniale in materia parua: ergo credunt ex suo genere esse mortale. Concordat Couarr. 4. *Decretal.* 2. *part. cap.*6. §.9. *num.*7. vbi dicit fortassis & frequentissimè esse mortale, quod etiam tradit Petrus de Ledesma *in summ. Sacramenti*, vbi de matrim. *cap.*27. *post* 4. *concl. dub.* 1. & Vega 2. *tomo summa cap.* 23. *casu* 14. quod puto satis probabile considerata legis grauitate, & attento damno secuto, vel scandalo.

Deficiente tamen scandalo, aut damno, nec concurrente legum grauitate notabili, dispensare absolutè, vel in aliquibus absque causa erit peccatum veniale, quia lex, seu constitutio illa à voluntate conditoris pendet. ita Valentia vbi suprà, dicens hoc peccatum communiter esse veniale, & ita docent Nauarr. *in summa Latina præludio* 9. *n.*14. *& cap.*25. *n.*5. Philiarchus *de officio Sacerdotis tom.*1. *part.*2. *lib.*3. *cap.* 4. *vers. altera difficultas*, & Sanch. post alios *lib.*8. *de matrimonio, disp.*18. *n.* 7.

Quæstionis tamen est, an detur casus in quo Episcopus nequeat dispensare in suis constitutionibus? Responde primò non posse, si fortè constitutiones firmauit iuramento, quia cùm non possit secum dispensare in iuramento, non poterit dispensare in illis cõstitutionibus, vt probat Azor 1. *p. d. lib.*5. *cap.*15. *quæs.*7. *vers. in præsenti*, & Savr. *de censuris lib.*6. *c.*11. *n.*11. & ex antiquioribus volunt Anton. *in c. at si clerici*, §. *de adulteriis n.*17. *de iudiciis*, & *ibi* Abbas *n.*10. Syluest. *verb. beneficium* 3. *q.*9. *num.*13. *& verb. dispensatio quæst.*13. *num* 19. & *ibi* Tabien. *quæst.* 14. *num.* 15. *& verb. beneficium* 2. *quæst.*15. *num.* 17.

Probabilius tamen est adhuc Episcopum non obstante iuramento posse dispensare in suis constitutionibus. Quoniam iuramentum Magistratus intelligitur ex æquitate seruandum, & nisi iusta causa superueniat: tunc enim dispensare poterit prout vult, Baldus *in l. etsi seuerior num.* 10. *Cod. ex quibus causis infamia irrogetur*; iuuat posse Episcopum quoties cum subditis potest in iuramento dispensare, secum etiam dispensare, vt docet Sanchez *d. lib.*8. *disp.*3. *num.*6. & clariùs *n.* 8. si quidem concedimus Episcopo, quòd est Ordinarius in sua Diœcesi, & in ea potest omne, quod Pontifex valet in toto Orbe, nisi Pontifex sibi reseruet: sed nullibi reperitur interdictum Episcupo secum dispensare in iuramento, siquidem Summus Pontifex secum potest dispensare: ergo potest Episcopus, Sanch. *disp.*17. *num.* 31. post Aretinum *d.* §. *de adulteriis num.* 26. *& num.*27. & Gambar. *de authoritate Legati lib.* 10. *num.*447. Imò valebit dispensatio in huiusmodi constitutionibus iuratis absque causa iusta facta, veluti si non essent iuratæ; quidquid sit de periurio, argumento illius, qui iurauit, se non prodacturum pecunias, quia quamuis peccaret prodigendo pecunias, actus prodigendi valeret, ita Gambar. *eodem lib.* 10. & Bottæus *de Synodo Episcopi part.*2. *art.*4. *num.*12.

Responde secundò non posse Episcopum dispensare, si constitutiones sint confirmatæ authoritate Romani Pontificis. Nam per confirmationem Papalem censentur leges Pontificis: & ideo **cùm Episcopus nequeat abrogare confirmationem**, nequit dispensare in illis, Bottæus *de Synodo Episcopi in d. art.*4. *num.*12. Syluest. *verb. beneficium tertio, quæst.* 9. *num.* 13. Tabien. *verb. beneficium* 2. *quæst.*15. *num.*17. & Azor 1. *part. instit. moral. lib.*5. *cap.* 15. *quæs.*7. & Barbos. *allegat.* 34. *num.* 7. post Sanchez *d. lib.* 8. *disp.* 17. *num.*30. Similiter nequibit dispensare, si constitutiones transierint in contractum in vtilitatem alterius; puta si constitutio fiat, vt omnes properantes ad Vrbem, assequantur hoc, vel illud priuilegium, non poterit Episcopus abrogare constitutiones respectu illorum, qui iam properarunt, eo quia ex contractu iam habent ius quæsitum, qui in Vrbem venerunt, Syluester *verb. dispensatio quæst.*13. *num.*19. Gambar. *d. lib.* 10. *numer.*444. Barbos. *d. allegat.*34. *num.*6. post Sanchez *d. disp.*17 *num.*29. subdens hoc non obstante posse Episcopum ex legitima causa superueniente, contrauenire, quod probat ex traditis ab Aretino *in cap. at si clerici.* §. *de adulteriis*, *numer.* 34. *de iudiciis.*

9. Septimò quæritur, an Archiepiscopus extra suam Prouinciam possit crucem ante se elatam deferre? Responde Patriarchas crucem elatam præ se ferre vbique, præterquam in vrbe Romana, aut vbicunque Summus Pontifex, aut eius Legatus fuerit: deducitur ex *cap. antiqua n* 23. *de priuilegiis*, & *ibi* Anton. & Abbas *in principio*, & diximus *disp.*16. §.1. *num.*20. vbi videbis contrarium, limitatum tamen, Barbos. *de vera patriarchalium sedium erectione, tit.* 3. *cap.*1. *num.* 23. vbi *num.* 24. tradit Archiepiscopos intra Prouinciam posse præferre crucem, iuxta textum *in Clementina Archiepiscopo, de priuilegiis*, & Læli Zech. *de Republica Ecclesiastica tit. de statu Illustrissimorum Patriarcha.* Extra Prouinciam autem Archiepiscopus nequit præeunte Cruce incedere, nisi ex speciali Sedis Apostolicæ priuilegio concessum illi sit Crux verò Archiepiscopi vnius duntaxat transuersi ligni permittitur, Cujac. *in paralip. ad tit de foro compet. in cap. sanè* 3. *in fine.* Iust. Lipsi. *in notis ad suos de Cruce libros*, & Hieron. Roman. *part.*3. *de Repub. Christian. lib.*2. *cap.*6. *ad finem*, *& lib.*3. *cap.*6. *etiam ad finem.*

10. Octauò quæritur, an Archiepiscopus possit subdelegare causas subditorum suffraganei ad se deuolutas per appellationem cuicumque subdito suffraganei, & quæ sint Archiepiscopo adempta? Ex dictis *in cap. pastoralis, de officio Ordinary*, constat Archiepiscopum non posse tractare causas inter subditus Episcoporum, qui ad eius Metropolim pertinent, prout notat Couarr. *de sponsal. part* 2. *cap.*8. §.12. *num* 12. Similiter non posse causas delegatas subditus sui suffraganei repugnantibus committere, Quarant. *in summa Bullary verb. Archiepiscopi authoritas, num.* 12 habere tamen iurisdictionem in subditos suffraganei per appellationem. Idem Quarant. *num.*13. *vers decimaoctaua, vbi proximè*, & Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiep. Neapol. cap.*70. *num.* 7. quæ iurisdictio non censetur ordinaria respectu subditorum suffraganeorum, sed in ipsus suffraganeos Episcopos suæ Prouinciæ, Bottæus *de Synodo part.* 3. *art* 2. *sub num.* 27. Quarant. *supra num.* 10. *vers. decimasexta.* Marc. Anton. Genuens. *d. cap.*7. *num.*7. & Gonzal. *ad regul.*8. *gloss.*42. *num.*16. sed tantùm in quibusdam casibus.

Primus ergo casus est, quando subditorum causæ deuoluuntur ad Archiepiscopum per appellationem: tunc enim Archiepiscopus habet iurisdictionem,

ctionem, per textum *in d. cap. Pastoralis, & in cap. 1. de officio Ordinarij, lib. 6.* Couarr. *practicar. cap. 9. num. 2.* in quo euenit Archiepiscopus causas ad se deuolutas per se potest expedire, aut eas delegare cuicumque subdito suffraganei sui in eius Diocesi, per *cap. 1. de officio Ordinarij in 6.* non tamen poterit compellere, si noluerit, vt delegationem acceptet, per text. *in d. cap. pastoralis, verb. compellere nequit*, & per *c. 1. § 1. de foro compet. in 6.* Quòd si renuat subditus suffraganei sui causam sibi commissam ab Archiepiscopo tractare, Episcopus potest cogere suffraganeum, vt illam acceptet. gloss. *in d. c. pastoralis, verb. nullam*, & Henriquez *lib. 10. c. 30. §. 3.* quia per subditum fieri potest coactio, quando superiori Archiepiscopo aufertur potestas compellendi subditum sui subditi.

Nec refert si dicas delegationem factam extra Prouinciam delegantis non subdito, fieri non posse, nisi partibus consentientibus, & iudice illius loci consulto: ex ea ratione, quia nullus extra suam Prouinciam potest facere iudicium inconsulto iudice loci, & partibus repugnantibus, vt habetur *in lege prima, ff. de officio Proconsulis*, & docet glossa 1. *in cap. vt litigantes, de officio Ordinarij, in 6.* secundùm quam videtur dicendum neque Archiepiscopum posse causam delegare in territorio suffraganei sine illius consensu. Quia responderi potest Diœceses suffraganeorum contineri sub termino Prouinciæ Metropolitani tanquam partes illius; & tanquam tales subesse Archiepiscopo, qui præest in illis, quæ ad eum de iure spectant in pertinentibus ad totam Prouinciam; atque ita cùm inter hos casus habeat locum casus per appellationem, bene potest delegari in territorio Suffraganei, eo minimè requisito, iuxta textum *in cap. 1. de officio Ordinarij, in 6.* Non est tamen negandum post caput, *vt litigantes, de officio Ordinarij in 6.* fuisse decisum non esse integrum Episcopis causas ad illos per appellationem, vel alio modo deuolutas aliis committere extra suam Diœcesim, aut illius à quo appellatum fuit, nisi partibus, & Episcopis locorum consentientibus, aut de consuetudine id sit introductum, vt tradit gloss. *ibi.*

11. Nonò quæritur, an Archiepiscopus possit cognoscere de causis subditorum suffraganei deuolutis per simplicem querelam? Pars affirmans videtur probari ex *cap. ad reprimendam, de officio Ordinarij*, quando scilicet excommunicatus non appellauit intra decem dies, & dempto absolutionis effectu non auditur per appellationis viam, sed per simplicem querelam, ita Abbas *in d. cap. ad reprimendam, sub num. 6. vers. sed quoad alios effectus, & in cap. consanguinei, num. 9.* vbi Felin. *num. 2. de sentent. & re iudic.* Et hinc deducunt aliqui posse Metropolitanum adiri per viam querelæ, quando tollitur appellationis via, sic Marant. *de ordine iudic. p. 6. tit. de appellat. num. 115. cum sequentibus, & tit. de sentent. excommunic. num vlt.*

Nec obstat Couarr. *practicar. cap. 9. num. 2.* negans posse Metropolitanum adiri per viam simplicis querelæ; quia loquitur, si per viam appellationis possit cognoscere; tunc enim non potest adiri aliter: secus, si suffraganeus non faciat ius in causa, vel sententia sublato remedio appellationis, potest adiri Archiepiscopus per simplicem querelam. Praxis Episcop. *verb. appellatio, §. 17. pag. 24. part. 1.* & de iniustitia poterit cognoscere, si fortè excommunicatio fuerit iniusta, & subditum absoluere poterit.

Verius tamen est Metropolitanum non posse per querelam adiri, cùm tantùm sit iudex ex causa appellationis, vt per Couarr. *d. cap. 9. num. 2.* Barbos. *in cap. cùm non ignoretis, de officio Legati, verb. vel querimoniam peruenimus*, Quarant. *verb. Archiepiscopi authoritas, num. 13. vers. decimaoctaua.* Nec iuuat causa iniustæ excommunicationis, quia non versatur inter subditos alicuius suffraganei, nimirum, quando fuit lata excommunicatio in fauorem vnius, in quo euentu non potest Archiepiscopus de illa cognoscere, nisi per appellationem, secus, si sit inter ipsum Episcopum suffraganeum, & suum subditum, nam in hoc euentu Metropolitanus poterit cognoscere ante omnem appellationem, cùm sit iudex Ordinarius causarum Episcoporum suæ Prouinciæ, Gonzal. *d. gloss. 42. num. 16.* cum aliis, & Couarr. *pract. quæst. cap. 9. num. 2.*

Decimò quæritur, in quibus casibus nulla data appellatione possit Archiepiscopus cognoscere de subditis suffraganeorum. Dic in concernentibus totam Prouinciam, videlicet in tollendo prauam consuetudinem ab illa. Ita Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepisc. Neapol. cap. 70. num. 10.* Barbos. *in cap. in tantum 36. verb. de tua Prouincia studeas abolere, num. 2. de simonia.* 12.

Deinde Archiepiscopus potest authoritate propria dispensare cum subditis suorum suffraganeorum, quando suffraganeus culpa sua perdidit ius dispensandi, Borgas. *de irregularitate, part. 3. titulo de dispensat.* Archiep. *fol. 76.* quem refert, ac sequitur Prosper de Augustin. *in addit. ad Quarant. verb. Archiepiscopi authoritas*, dicens in hoc casu posse Archiepiscopum se intromittere authoritate Metropolitani de subditis suorum suffraganeorum. Item quando Episcopus est suspensus ad tempus, & dispensatio non patitur moram pro magno scandalo vitando, aut pro magno bono præstando: tunc enim deuoluitur dispensatio ad Archiepiscopum Metropolitanum. Similiter quãdo sunt discordes inter se Episcopi suffraganei super perceptione iurium Episcopalium in Ecclesia quæ sedet in confinibus duarum diœcesum, potest Metropolitanus compellere illos, vt ad concordiam reducantur, prout tradit Bellencinus *de charitatiuo subsidio, quæst. 52.*

Insuper potest Metropolitanus cognoscere de subditis suffraganei per viam nullitatis, etiam absque appellatione, ex eo fundamento quòd nititur authoritate Bartoli *in l. si expressim, ff. de appellat. col. penult.* dicentis causam nullitatis tractati posse coram iudice à quo sententiam pronunciante, & coram iudice ad quem. *l. absentem, ff. de appellat.* Quod etiam vult Abbas *in cap. in litteris, de officio Delegati.* Oppositum tamen est dicendum, quia quando iudex nequit adiri per querelam, non potest etiam absque appellatione cognoscere de nullitate; sed Archiepiscopo occlusus est aditus per querelam, vt paulo antè diximus: igitur via nullitatis ad illum est interclusa, ita Felin. *in d. cap. in litteris, de officio delegati*, & *ibi* Decius *col. vltim.* quibus accedit Franc. *in cap. dilecto, de appellationibus, quæst. 27.* quos sequitur Couarr. *pract. quæst. cap 9. num. 2.* post Archidiaconum, & Domin. *in cap. concertationi, super gloss. verb. debitum, de appellat. in 6.* resoluens, qui non potest adiri per querelam, non equidem posse de nullitate agere principaliter absque appellatione. Atqui Metropolitanus nequit per querelam adiri, *de officio Legati*, & *ibi* Barbos. *num. 3.* Ergo nequibit absque appellatione nullitatis causam expendere.

Querela

Querela autem datur quoties cauſa defertur ad iudicem abſque appellatione, gloſſ. Panor. & alij *in cap. querelam, de procurat.* Corſetus *in ſingularibus verb. querela*, ſequitur Sigiſmund. *de appell. quæſt.* 17. *num.* 57.

Ad authoritatem Bartoli, & Abbatis dicentium poſſe Metropolitanum agere de nullitatis cauſa inter ſubditos ſuffraganeorum principaliter ſine appellatione, reſponde hoc eſſe verum in ſuperiore, qui poteſt adiri abſque appellatione, non tamen in illo, qui eſt iudex duntaxat ex cauſa appellationis, vt probatur *in cap.* 1. *de officio Legati*, Couarr. *vbi proximè.*

Ad hæc addi poteſt poſſe Metropolitanum cognoſcere de cauſa ſubditorum ſuffraganei, quando ipſi ſubditi ſe ſubmiſerint Metropolitani iudicio: in quo euentu Metropolitanus inter illos erit iudex, quia integrum eſt vnicuique homini priuato alieni iudicis iuriſdictionem prorogare, per textum *in cap. duo ſimul, de officio Ordinarij*, ibi: *Quando clerici tui coram te voluerint*, &c. Quaſi à contrario ſenſu, ſi renuant, poſſint coram Archiepiſcopo ſuum ius requirere. Nihilominus contrarium eſt ſequendum, videlicet non poſſe ſubditos ſuffraganeorum ſubiicere ſe Metropolitani iudicio, ſine conſenſu ſuorum Epiſcoporum. Probatur ex *cap. ſi quis clericus, de foro compet. verb. non deſerat proprium Epiſcopum*, hoc eſt, debent conueniri coram ſuo Epiſcopo, neque ad alienum ea vi formalis conſenſus adire, vt notant ſcribentes *in cap. ſignificaſti, eodem titulo*, Roland. *conſ.* 4. *à num.* 8. *lib.* 1. *& conſil.* 23. *num.* 10. *lib.* 2. Petrus Barboſ. *in l.* 1. *ff. de iudic. art.* 3. *num.* 179. poſt Couarr. *practicar. cap.* 10. *num.* 5. *verſ. octauo.* Sigiſmundus *de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 47. *membr.* 3. *num.* 11. dicens Metropolitanum in ſubditos ſui ſuffraganei niſi ſuffraganei conſenſus accedat, nullam habere iuriſdictionem etiã ipſis ſubditis volentibus. Nec ſufficit conſenſus partium, quia agitur etiam de intereſſe iudicis à quo, ne ab eo ſine cauſa recedatur, Decius *in cap. vt debitum, num.* 80. *verſ. ſecunda concluſio, in fine, de appell.*

Confirmatur ex traditis *in cap. ſignificaſti, de for. compet.* per textum ibi: *& Epiſcopi Diœceſani voluntas accedat.* Ergo ſine voluntate Diœceſani non poteſt clericus conſentire in iuriſdictionem Metropolitani, omiſſo articulo appellationis, ita Perea *l.* 2. *verſ. quid autem tit.* 1. *lib* 3. *ordin. pag.* 467. Azeued. *l.* 7. *à num.* 13. *tit.* 18. *lib. nouæ recopil.* Surd. *de alimentis tit.* 7. *quæſt.* 17. *n.* 49. & Carol. de Graſſ. *de effect. clerical. effectu* 1. *num.* 35. Nec refert iuris ciuilis diſpoſitio, ſecundùm quam laici poſſunt conſentire in iudicem non ſuum, quia clerici magis ſubditi ſunt Epiſcopis, quàm laici iudicibus ſuis, & ideo clerici iuramentum fidelitatis præſtant Epiſcopo: non tamen laici. *cap. Ego enim, de iureiurando, cap. quamquam,* 23. *diſt.* Abbas *in d. cap. ſignificaſti num* 7. Felin. *num.* 2. Socin. *num.* 44. quos refert D. Barboſ. *in l.* 1. *art.* 3. *num.* 190. *& num.* 199. *de iudic.* atque ita Alexander *in l.* 1. §. *& poſt operis, num.* 19. *ff. de noui operis nunciat.* concludit germanam rationem, & differentiam huius deciſionis inter clericos, & laicos ponendam eſſe in ſpeciali ſacrorum Canonum prohibitione. Quare ſi clericus prorogat iuriſdictionem iudicis non ſui, præſente ſuo Epiſcopo, & non contradicente, videtur Epiſcopus conſentire, ita Barboſ. *ſupra in dict. l.* 1. *art.* 3. *num.* 180. *de indic.* & Maſcard. *de probat. concluſ.* 1218. *num* 20. contra gloſſam *in d. cap. ſignificaſti, verb. clerici*, dicentem non poſſe clericum conſentire in iudicem non ſuum ſine expreſſo conſenſu ſui Epiſcopi: ſed fallitur, quia ſufficit tacita voluntas Epiſcopi, videntis ſcilicet, nec contradicentis.

Sed quid dicendum de caſibus conſuetudine introductis, de quibus Archiepiſcopi attenta conſuetudine volunt cognoſcere in 1. inſtantia? Reſponde non poſſe cognoſcere, nec iudicare, quia talis conſuetudo præiudicat regulis Sanctorum Patrum, & canonum antiquorum, de quibus *in cap. nullus* 9. *quæſt.* 2. *cap. per ſingulas* 1. *&* 2. ibi, ſecundùm antiquum noſtrorum Patrum, *cap. conqueſtus*, ibi, *authoritas ſacrorum Canonum, & cap. Archiepiſcopus*, ibi, *iuxta ſtatuta Apoſtolorum*, cum aliis, 9. *quæſt.* 3. & ideo nullo modo obſeruabitur tanquam irrationabilis. Debet enim conſuetudo, vt valeat, eſſe rationabilis, *cap. cum tanto, de conſuetudine.* Dicitur rationabilis, & rationi congruens, quando de ea re, de qua eſt conſuetudo iuſta eſſet lex denuo edita, priori mutata, ſi qua eſſet, vel minimè mutata, ſi nulla exiſtebat, Sylueſt. *in ſumma verb conſuetudo, quæſt.* 1. & Sotus *de iuſtitia lib.* 1. *quæſt.* 7. *art.* 2. *verſ. Quam vero longum*, & Moneta *de diſtribut. quotid. part.* 2. *quæſt.* 12. *num.* 8. vbi vult eſſe rationabilem, quæ Religioni conuenit, congruit diſciplinæ, & ſaluti proſpicit, & à contrario ſenſu eſt irrationabilis, quæ peccatum nutrit, quæ ſcandalum parit, quæ aliquem indebitè grauat, vel denique, quæ bono communi, aut libertati Eccleſiaſticæ aduerſatur. Cùm ergo Archiepiſcopus, ſi voluerit ſe intromittere de conſuetudine in prima inſtantia ſuffraganeorum cauſas examinare offendat regulas ſacrorum Canonum, & grauet iudices inferiores vehementer; & bono communi & libertati Eccleſiaſticæ aduerſetur, nullo modo eſt ferendum, cùm de iure ſimiles cauſæ ad Archiepiſcopum non pertineant.

Atque ita in illis cauſis, quæ conſiderato iure communi ad Archiepiſcopos non pertinent in prima inſtantia, non poterunt illi eas iudicare prætextu conſuetudinis, ſecundùm diſpoſitionem *cap. duo ſimul, in fine, de officio Ordinarij*, & ſecundum *cap.* 1. *de for. compet.* Contra verò in cauſis quæ de iure competunt Archiepiſcopis, nimirum appellationis, & aliis, ſi quæ fuerint, conſuetudo poterit aliquid operari, vt Archiepiſcopus habeat iuriſdictionem in nonnullis caſibus extra illos, in quibus de iure cautum inuenitur, & quamuis hoc etiam interdictum reperiatur per regulas iuris; nihilominus quaſi in conſequentiam permiſſum erit, ſecundùm quod diſponitur *in cap. præterea, de officio Delegati*, vbi principali conceſſo, cenſetur conceſſum veniens in neceſſariam conſequentiam principalis, & hanc partem in propriis terminis docent, Petrus *num.* 2. & Prob. *ad finem in cap.* 1. §. 1. *de for. compet. lib.* 6. Idque probant ex *cap. duo ſimul, de officio iudicis ordinarij*, per textum, qui ſic loquitur, ibi: *Vel priſca illis conſuetudo contulit ab antiquo.* quæ verba ſuffragantur huic ſententiæ, præſertim, quia conſuetudo, & priuilegium æquiparantur, vt per Felin. *in cap. accedentes num.* 6. *de reſcriptis*, Balb. *de præſcript.* 1. *part.* 5. *princip. quæſt.* 7. *num.* 53. & Iaſon *in l. more maiorum num* 42. *cum ſequent. ff. de iuriſdict. omn. iudic.* Atqui per priuilegium poteſt Archiepiſcopus cognoſcere de aliis cauſis vltra caſus appellationis: ergo idem poterit per conſuetudinem; ſi quidem conſuetudo patificatur priuilegio, prout volunt Perea *l.* 1 *gloſſ.* 1. *pag.* 137. *tit.* 6. *lib.* 3. *ordin. & l.* 1 *gloſſ.* 4. *tit.* 1. *eodem lib.* 3. Kirchou. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 1. *tit.* 4. *num.* 1.

num. 1. pag. 167. Menoch. cons. 32. num. 44. vers. tertiò accedit, & cons. 181. num 31. vbi concludit ea, quæ possunt induci priuilegio, posse & consuetudine, cùm à pari procedant consuetudo, & priuilegium, & vice versa, cap. duo sunt, de officio Ordinary, & cap. cùm contingat, de iureiurando, & respondet Oldradus in cons. 162. Quia omnes, & docuit Felin. suprà in d. cap. accedentes. Igitur potest Archiepiscopus in subditos suffraganeorum exercere iurisdictionem ex consuetudine, vt per Palat. in cap. vestras, de donat. inter virum, notab. 2. §. 1. num. 27. & Roch. ad cap. final. de consuetud. sect. 1. num. 25. & habetur in cap. cùm contingat, de for. compet. per textum ibi, vel consuetudine.

Illud etiam est extra controuersiam, posse Metropolitanum ob negligentiam Episcopi in rebus sui officij supplere, quia propter defectus deuoluitur potestas ad superiorem, Quarant. supra in summa Bullarij, verb. Archiepiscopi authoritas, n. 2. vers. decimanona, & Mat. Anton. Genuen. in praxi, d. cap 70. num 3. nimirum, quando Episcopus est negligens in exequutione vltimarum voluntatum, sic Lancellot. Corrad. in templo omnium Indicum, lib 2 cap. 4. sub num. 22. Item si fuit negligens in conferendo beneficio intra semestre: nam eo elapso, collatio pertinet ad Archiepiscopum, c. 2. de concessione prebendæ, Garcia de beneficiis, part. 10. cap. 3. num. 10. & praxis Episcopalis, part. 1. verb. beneficia, §. 2. in principio.

Porrò hæc negligentia in iudice, vel Prælato in his, quæ facere tenetur ratione officij, ex suo genere est peccatum mortale. Nauarr. in cap. contrarium, num. 18. de pœnit. dist. 5. Cosm. in pragmat. Sanctionum, in procemio, verb. neglecta, fol. 35. & Perez in l. 1. prope finem, tit. 1. lib. 8. Ordin. pag 4. Et regulariter iudex Ecclesiasticus negligens in administratione rerum Ecclesiæ, deponendus est, cap. ea, de officio Archidiaconi, & ibi Abbas, & in cap. ea quæ, in princip. de statu Monachorum. Felin. in cap. edoceri, in fine, de rescriptis, quos referens sequitur Beilet. disquisit. Clerical part. 1. tit. de exemptionibus Clericorum, & eorundem bonorum à muneribus publicis, §. 9. num. 4.

13. Vndecimò quæritur, quid possit Archiepiscopus agere in casu iniustæ excommunicationis inter subditos suffraganei, & ipsum suffraganeum? Dic Archiepiscopum, siue per simplicem querelam, siue per appellationem posse cognoscere, de hoc casu text. in cap. venerabilibus, vers. attamen, de sentent. excommunic. in 6. eo quia in causis suffraganeorum, qualis est ista, Archiepiscopus est iudex competens, siue adeatur per simplicem querelam, siue per appellationem, & deducitur ex cap. sacro, de sentent. excommunic. per textum ibi, Excommunicator condemnetur. Atque ita excommunicans iniustè tenetur satisfacere parti damnum illatum, & interesse, vt per Perez tit. 5 lib. 8. Ordin. pag. 181. Farinac. fragment. criminal. part. 1. littera E a num. 42. Sayr. lib. de censuris, cap. 13. num. 16. & Monet. de distribut. quotid. p. 2. quæst. 15. num. 45.

Contra verò si causa excommunicationis est inter ipsos subditos suffraganei, & alter eorum fuit excommunicatus pro damno aliquo illato, tunc Metropolitanus de hoc casu cognoscere non potest, nisi per appellationem. Sayr. de censuris, lib. 2. cap. 21. num. 17. c. Romana, & cap. venerabilibus, de sentent. excommunic. lib. 6. tunc enim non potest ad arbitrium suum excommunicatos ab Episcopis suis suffraganeis, aut ab eorum Vicariis absoluere, nisi causa per appellationem ad eum delata sit. Hostiens. in summa, lib. 5. tit. de sentent. excommunic. num. 12. § quis possit absoluere, vers. est & alia regula, Vgol. tabul. 1. cap. 4. §. 1. num. 11. Zerola 1. part. verb. Archiepiscopus, num. 1. Non enim aliter inter subditos suffraganei Archiepiscopus iudex est, quàm per appellationem, ex d. cap. pastoralis. Quinimo si excommunicatus voluerit contra suffraganeum requirere ex tali excommunicatione interesse amissum, poterit per querelam simplicem ducere causam ad Archiepiscopum, per textum in c. venerabilibus, vers. sed si excommunicatus, de sentent. excommunic. in 6.

Porrò si excommunicatio lata à suffraganeo appareat iustè imposita, Archiepiscopus non absoluet ab excommunicatione, sed causam remittet ad suffraganeum, vt de ea cognoscat post absolutionem, cap. sacro, §. sanè, de sentent. excommunicat. per textum ibi ad excommunicatorem remittat. Fieret enim iniuria Episcopo excommunicanti, si excommunicatus per alium absoluatur, quando constat iustè fuisse excommunicatum, quoniam regulariter ab excommunicatione ab homine lata, is solùm potest absoluere, qui eam tulit, vel eius superior, vbi superioris, ac iudicis partes exercere potest, non verò alius, nisi ex eius commissione. Vnde à sententia lata ab Archiepiscopo Episcopus non absoluit: à sententia autem Episcopi absoluet Episcopus si eam tulit; non tamen Archiepiscopus, nisi in casibus, in quibus potest exercere iurisdictionem suam inter subditos suffraganeorum; argumentu cap. per tuas, & cap. sacro, de sentent. excommunic. & cap. venerabilibus, eodem titulo, lib. 6. & scribentes ibi, & D. Thomas in addit. 3. p. quæst. 24. art. 1.

E contrario autem, si Archiepiscopus examinata excommunicationis causa, intelligat fuisse iniustè latam, poterit absoluere subditum, nec tenetur remittere ad iudicem à quo, & de causa integrum est illi cognoscere, textus in d. cap sacro, §. sanè, vers. si verò constet. Quamuis enim superior reum absoluendum regulariter ad iudicem remittere debeat, qui tulit sententiam, c. ad reprimendam, de officio Ordinarij; sunt tamen aliqui casus in quibus superior sententiam inferioris licitè possit relaxare, videlicet, quando inferior sine solennitate requisita à cap. cùm medicinalis, de sentent. excommunic. lib. 6. protulit sententiam: in eo euentu reus ad superiorem iudicem recurrens potest, & debet statim ab illo absolui. Similiter si superior remittat cognita causa per appellationem, reum ad iudicem, qui tulit sententiam, vt reus ab illo absoluatur, & Episcopus renuat absoluere, potest iudex appellationis illum statim absoluere, iuxta ea, quæ habentur in cap. ad reprimendam, de offic. ordin. Panor in cap cùm ab excommunicatio. num. 14. de rescriptis. Quòd si constet Superiori manifestè excommunicationem esse nullam, statim nullam esse declaret; argumento capitis, venerabilibus, de sentent. excommunic. §. sanè, si certum est, lib. 6 Si autem de iustitia excommunicationis non appareat, sed dubitetur statim præstita cautione ad cautelam reus absoluatur ab Archiepiscopo, vt in d. cap. venerabilibus, §. sed, si ex causa, & §. potest quoque, de sentent. excommunic. lib. 6. & in cap. per tuas, de sentent. excommunic. extrà eodem titulo, aut priùs fuerit ne censura nulla cognoscat, & tunc post cognitionem, aut declaret excommunicationem fuisse nullam, aut reum absoluat, iuxta cap. contingat, de officio delegat. Quòd si superior,

Superior, quando remittere debet reum ad Episcopum suffraganeum, vt reus ab eo absoluatur, reum ipse omissa remissione absoluerit, peccat quidem communiter sic absoluendo, absolutio tamen tenet ex gloss. *in cap. cùm ab Ecclesiarum, in verb. non relaxes, de officio Ordinarij*, vt per Romanum *cons. 354. sub num. 3. vers. veritas est*, Butrius *in cap. qua fronte, de appellat.* & *ibi* Abbas *num. 6. vers. nunc quaro*, & Franch. *num. 31.* Anton. Ricciul *de iure personarum lib. 4. cap. 70. num. 12.* vbi *num. 14.* limitat ne procedat, quando absolutio datur ab eo, qui nequit impendere, nisi in gradu appellationis, sequitur Barbos. *in dict. cap. cùm ab Ecclesiarum, num. 6.* Nihilominus absolutio tributa à iudice appellationis valebit in hoc casu, quia per appellationem iurisdictio illi concessa est, & ad illum causa translata, argumento *cap. non solum, de appellat. in 6.* Panorm. *in cap. pastoralis, § verò, num. 2. de appell.* quamuis malè faciat non remittendo, absolutio autem tenet ob habente iurisdictionem per appellationem. Vgolin. *de censuris tab. 1. cap. 4. § 2. num. 5.*

14\. Duodecimò quæritur, an Archiepiscopus possit vocare suffraganeos pro consecratione alterius suffraganei? Placet affirmare, & vocati ab Archiepiscopo tenentur accedere, vt per Cardinal. Alexand. *in cap. si Episcopus 18. dist.* Quaranta *in summa Bullary, verb. Archiepiscopi authoritas, num. 4. vers. septima.* Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepisc. Neapol. cap. 70. num. 27.* qui etiam docent ibi consecrari debere, vbi vult Metropolitanus. Ad consecrationem Metropolitani debent omnes Episcopi Comprouinciales venire. Quarant. & Marc. Anton. *vbi suprà*, ille *num. 4. vers. sexta*, & hic *n. 26.* & habetur *in cap. si Archiepiscopus, de tempor. ordinationum, verb. omnes Episcopi.* Consecratio autem Episcoporum à minori numero quàm trium Episcoporum fieri minimè potest, *cap. ne Episcopi, verb. sine tribus, eodem titulo*, Henriquez *in summa lib. 10. c. 14. §. 1.* Paul. Comitol. *responsor. moralium, lib. 1. quæst. 48. num. 13.* & alij, quos referens sequitur Barbos. *de offic. & potest. Episcopi, allegat. 1. num. 45.*

15\. Decimotertiò quæritur, quomodo debeat intelligi, quod dicitur, Archiepiscopus est Ordinarius iudex omnium Episcoporum suæ Prouinciæ? Quarant. *in summa verb. Archiepiscopi authoritas, author. 16. num. 10.* indistinctè tradit Archiepiscopum esse Ordinarium iudicem omnium Episcoporum suæ Prouinciæ, quia in tota Prouincia habet iurisdictionem, iuxta textum *in cap. per singulas 1. & 2. 9. quæst. 3. cap. cleros*, ibi, *totius Prouincia solicitudo, distinct. 11.* Hæc autem iurisdictio vocatur Metropolitanum ius: consistit primò in eo, quòd Archiepiscopus habet ordinariam iurisdictionem in omnes Episcopos eiusdem Prouinciæ, *cap. 1. & 2. 99. distinct.* & ad illum pertinet ciuiles causas Episcoporum suffraganeorum expedire: criminales autem in Concilio Prouinciali, si fuerint minores tractandæ, & definiendæ sunt, non existentibus duodecim Episcopis iure antiquo requisitis, quia pæret Concilium Prouinciale consistere ex minori numero Episcoporum. Nam olim si contra Episcopum criminaliter agebatur, & crimen de quo conuictus est, dignum erat depositione à duodecim Episcopis, & à Metropolitano deponi poterat; hodie tamen Summo Pontifici reseruatur, habetur in Concilio Tridentino *sess. 24. de reformatione, cap. 5.* his verbis: *Tam cognitio causarum criminalium grauiorum contra Episcopos quam earum conclusio Summo Pontifici reseruatur.* Henriquez *lib. 13. cap. 55. §. 2.*

Quæ autem dicantur causæ grauiores, tradit Iulius Clarus *in pract. crimin. in principio, num. 9.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. centuria 3. casu 266.* & Lælius Iordanes *in lib. de maioribus Ecclesiæ causis cap. 1. & 2.* & in specie de illis fit mentio in Concilio Tridentino *suprà cap. 5.* incipit., *Causa criminales grauiores contra Episcopos etiam hæresis (quod absit) quæ depositione, aut priuatione digna sunt, ab ipso tantum Summo Romano Pontifice cognoscantur, & terminentur.* Quòd si huiusmodi sit causa, quæ necessariò extra Romanam Curiam sit committenda, nemini protsus committatur, nisi Metropolitanis, aut Episcopis, à Beatissimo Papa eligendis. Hæc verò commissio, & specialis sit, & manu ipsius S. Pontificis signata, nec vnquam plus his tribuat, quàm vt solam facti instructionem sumant, processumque conficiant, quem statim ad Romanum Pontificem transmittant: reseruata eidem Sanctissimo sententia definitiua. Et infrà *in eodem cap. 5. Minores verò criminales causa Episcoporum in Concilio tantùm Prouinciali cognoscantur, & terminentur, vel a deputandis per Concilium Prouinciale.* Hactenus Concilium. Ex quibus patet quanta sit iurisdictio Archiepiscopi in causas ciuiles suorum Episcoporum suffraganeorum, & nihil competere in criminalibus.

Decimoquartò quæritur, an possit Archiepiscopus compellere Episcopum, vt constituat sibi Vicarium, quando ex aliquo casu factus est impotens ad regendum? Affirmat Abbas *in cap. quoniam, de officio iudicis Ordinarij, verb. constituat sibi Vicarium*, Sbroz *de officio Vicarij lib. 1. q. 57.* Quinimo potest cogere Episcopum, vt constituat OEconomum, *c. in nona 16. q. 7. c. cùm simus 9. q. 3.* Item potest compellere, vt constituat Archipresbyterum rutalem, iuxta *c. fin. de officio Archipresbyteri*, Azor *instit. moral. p. 2. lib 3. c. 29 quæst. 3. vers. quo loco.* 16.

Decimoquintò quæritur, an possit Archiepiscopus cogere subditos suffraganeorum in aliquibus casibus? Responde, posse in primis cogere subditos suffraganeorum recedentes à consuetudine Ecclesiæ Metropolitanæ in diuinis Officiis, Quar. *d. verb. Archiepiscopi authoritas, vers. vigesimosecundo*, vbi addit hodie super hoc extare constitutionē Pij Quinti super recitatione Romani Breuiarij, & de Missalis Romani ex decreto Conc. Trid. restituti approbatione. Item potest iniungere suis suffraganeis, vt faciant seruari, quod seruatur in Metropolitana, vt per Mar. Anton. Gen. *in praxi curia Archiep Neap. c. 70. n. 21.* quod intelligitur in illis, quæ de iure seruanda sunt, vt deducitur ex *c. dilectus 2. de simonia, verbo, vt hanc formam per suas Diœceses.* 17.

Decimosextò quæritur quid possit Archiepiscopus ex Conc. Trid. Responde ex *sess. 23. de reform. c. 3.* posse visitare Prouinciam, & inquirere de criminibus, quamuis non appareat de negligentia suffraganeorum sequitur Cab. *p. 1. decis. 8. n. 2.* per text. *in c. sicut olim, de accus.* vbi Panor. *not. ab. 3. n. 4.* Duen. *regul. 298. limit. 17.* & Barbos. *in remiss. ad Conc. Trid. sess. 24. cap. 3. n. 4.* Quod procedit etiamsi non constet de negligentia suffraganeorum. 18.

Decimoseptimò quæri potest, an Archiepiscopus, dum visitat Prouinciam, possit exigere procurationem à subditis suffraganeorum, & Episcopos suffraganeos excommunicare? Quoad primam partem constat ex *cap. cùm nuper, de censibus*, Archiepiscopum posse visitare Prouinciam, & procurationem à subditis suffraganeorum suorum 19.

exigere, vt per Quaranta *in summa Bullarij, verb. Archiepiscopi authoritas, auth. 33. in principio.* Bellet. *disquisit clericalium, part. 1. tit. de bonis clericorum,* §. 11. *num.* 5. *&* 6. Azor *instit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 41. *per totum.* vbi *ad finem vers. decimotertiò quæritur*, addit, si procuratio nunquam petatur à Prælato visitante, non propterea eam remisisse, vt docet Panorm. vnà cum aliis *in c. cùm ex officij, de præscriptionibus*, contra Vincentij antiqui Doctoris sententiam.

Quoad secundam partem dicendum est, Archiepiscopum posse suspendere, interdicere, & excommunicare Episcopos, vt per Decium *in cap.* 1. *de iudiciis, num.* 29. *in* 2 *lectura.* Lancell. Corradus *in templo omnium iudicum, lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 18. Bottæus *de Synodo part.* 1. *num.* 45. *cum sequent.* & Quarant. *in summa Bullarij verb. Archiepiscopi authoritas, num.* 8. & habetur *in cap. venerabilis* 52. *verb. in præfatum Episcopum ab eodem Archiepiscopo, de sentent. excommunic.*

20. Decimooctauò quæritur, an Archiepiscopus possit coniungere Ecclesias suis suffraganeis subiectas? Rebuff. *in praxi beneficiali, part.* 1. *tit. de vnion. benefic. num.* 30. negat, quia potestas coniungendi, & vniendi est iurisdictionis ordinariæ, quam non habet Archiepiscopus in Ecclesiis suorum suffraganeorum: Ecclesias autem suæ ditioni subiectas bene potest coniungere, per *cap. sicut vnire, de excessibus Prælatorum, & ibi* Abbas *num.* 4. Azor 2. *part. instit. moral. lib.* 6. *cap.* 28. *quæst.* 7. Sanchez *tom.* 2. *in præcepta Decalogi, lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 156.

EPITOME.

21. *Archiepiscopus, quam habeat facultatem respectu suorum suffraganeorum in casu hæresis, & respectu subditorum eorundem Episcoporum, & an possit absoluere.*
22. *Archiepiscopus habet facultatem concedendi indulgentias per totam suam Prouinciam, & Archiepiscopatum.*
23. *Archiepiscopus potest solenniter benedicere in locis exemptis, & exercere Pontificalia.*
24. *Archiepiscopus consecratus nondum recepto pallio potest facere facultatem nouitiis disponendi de bonis temporalibus.*
25. *Archiepiscopus post confirmatam sententiam in fauorem matrimonij, an possit adiri à subditis suffraganei, vt retractet sententiam comperto errore?*
26. *Archiepiscopus an possit relaxare interdictum latum à suis suffraganeis.*
27. *Archiepiscopus delinquens in territorio inferioris, an possit ab eo excommunicari?*
28. *Archiepiscopus tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus potest punire Canonicos sui suffraganei ad querelam ipsius.*
29. *Archiepiscopus potest delinquentes in sua Diœcesi cogere, vt exeant à tota Prouincia.*
30. *Archiepiscopus in sua Prouincia inuentis delinquentibus exteris, quid facere debeat?*
31. *Archiepiscopus est iudex Vicariorum Generalium suorum suffraganeorum, & quando?*
32. *Archiepiscopus, quando potest supplere negligentiam Capituli Ecclesiæ suffraganeæ Sede vacante?*
33. *Archiepiscopus omnia crimina notoria in sua Prouincia punit.*
34. *Archiepiscopus in tota sola Prouincia potest monere Regulares vagabundos, vt se recipiant ad sua Monasteria.*

DECIMONONO quæritur de Archiepiscopo dum visitat Diœcesim suffraganei, an possit absoluere subditos suffraganei ab hæresi, & à reliquis casibus concessis à Concilio Trident. Episcopis *sess.* 24. *c.* 6. *de reformat.* Responde, quamuis Archiepiscopus non habeat iurisdictionē ordinariam in subditos suffraganei, sed in solos suæ Diœcesis subditos: dum tamen visitat Diœceses suorum suffraganeorum posse subditos suffraganeorum absoluere ab hæresi, & à casibus concessis Episcopo, in eo decreto Tridentini; donec constet eam potestatem absoluendi, Episcopis esse ademptam; quia dum actu visitat, censetur illa Diœcesis tanquam sua, & habet illa iurisdictionem Episcopalem Episcopo superiorem, ita Suar. *tom.* 4. *in* 3. *part. disp.* 30. *sect.* 2. *n.* 8. *& tom.* 5. *disp.* 41. *sect.* 2. *n.* 12. quo in numero addit hoc procedere quoad forum pœnitentiæ, & quoad absolutionem à reseruatis; sequitur Sanchez *in præcepta Decalogi, lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 6. An verò possit Archiepiscopus absoluere ab hæresi Episcopos sibi suffraganeos? Negat Suar. *de Religione tract. de voto lib.* 6. *c.* 11. *n.* 3. dicens ex iure non constare hanc potestatem competere Archiepiscopo, neque Episcopos suffraganeos esse subiectos Archiepiscopo in spirituali gubernatione suarum personarum; sed in aliquibus duntaxat actibus ad externum Ecclesiæ regimen spectantibus; & ideo standum esse dispositioni capitis *pastoralis, de officio Ordinarij*, nisi circa hoc consuetudo præualeat. 21.

Dicendum tamen est posse Archiepiscopū eos absoluere, & cum ipsis dispensare tamquam cum subditis sibi subiectis, ita Paludan. 4. *dist.* 38. *quæst.* 4. *art.* 4 *concl.* 8. *num* 46. D. Antonin. 2. *p. tit.* 11. *c.* 2. §. 9. *vers. item non potest*, Sayr. *in claui lib.* 6. *cap.* 11. *n.* 79. Auila *de censuris* 2. *p. c.* 7. *disp.* 1. *dub.* 10. *conclus.* 3. vbi limitat pro tempore visitationis: cæteri autem loquuntur absolutè, & sine vlla limitatione; quibus accedit Syluester *in summa verb. Archiepiscopus, in principio*, dicens cum Hostiensi, vberiorem potestatem competere Archiepiscopo in Episcopos suffraganeos, quàm in subditos eorum, quibus rationibus motus Sanch. *suprà lib.* 4. *cap.* 38. *n.* 16. hanc partem vti probabilem amplectitur tutò, non solùm dum Archiepiscopus actu visitat, sed etiam extra tempus visitationis.

Vigesimò quæritur, an Archiepiscopus habeat facultatem concedendi indulgentias per totum suam Prouinciam, & Archiepiscopatum? Responsio est affirmatiua, *c. nostro, de pœnit. & remiss. c.* 1. *eodem tit in* 6. Etiamsi non sit in actu visitationis, dummodo statutum Generalis Concilij non excedat, Cordub. *q.* 14. Quarant. *verb. Archiepiscopi authoritas, vers.* 31. Franc. Leo *in thesauro fori p.* 1. *cap.* 7. *n.* 18. Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepiscop. cap.* 70. *n.* 15. Henriquez *lib.* 7. *de indulgentiis, cap.* 32. §. 1. & Bonacin. *de Sacramentis disp.* 6. *quæst.* 1. *punct.* 3. *num.* 2. *vers. obserua.* Nec refert Archiepiscopum non esse iudicem ordinarium omnium de Prouincia, *cap. pastoralis, de officio Ordinarij*, nec extra suam Diœcesim habere contentiosam iurisdictionem, quoniam concedere indulgentias est actus iurisdictionis voluntariæ, prout volunt Suarius *tom.* 4. *disp.* 49. *sect.* 3. & Aloys. Ricc. *in praxi aurea resolutio.* 306. *num.* 5. & ideo indulgentias potest concedere, vt per gloss. *in d. cap. nostro.* 22.

Vigesimoseptimò quæritur, vtrùm Archiepiscopus 32.

scopus possit solenniter benedictionem in locis exemptis impedere, & in illis Pontificalia exercere? Affirmat Franch. *in cap. Abbates, n. 1. vers. in gloss. de priuileg. is in 6.* Franc. Pauin. *in tract. de visitatione, quaest. 3. 2. partis, num. 9. Clement. Archiepiscopo, de priuilegiis*, Cochier *de iurisdictione Ordinarij in exemptis, disp. 45. num. 34. & 35.*

24. Vigesimosecundò, an possit Archiepiscopus nondum recepto pallio facere facultatem nouitiis disponendi de bonis temporalibus, quamuis sit consecratus? Sanch. *in praecepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. cap. 5. num. 65. & num. 66.* affirmat, ex ea ratione, quia Archiepiscopo ante receptum pallium interdicitur solùm cogere Concilium, & ea, quae ad ordinem Episcopalem pertinent, exercere, non verò, quae sunt iurisdictionis, quae facta confirmatione ante receptum pallium exercere potest, vt constat ex *cap. quod sicut, §. super eo, de electione*, & ob hanc rationem *in cap. suffraganeis, de electione*, habetur Episcopum postquam fuerit in Archiepiscopum promotus, nondum recepto pallio posse committere alicui Episcopo consecrationem sui suffraganei; quasi ea commissio sit actus iurisdictionis, & per confirmationem conceditur Archiepiscopo nondum recepto pallio exequi iurisdictionalia, Hostiens. *in d. cap. suffraganeis, num. 3. & 9.* Ioannes Andreas *ibidem num. 8.* Abbas *num. 1.* & Baldus *num. etiam 1. in fine*: secus de iis, quae pertinent ad potestatem ordinis, quia ea non potest exercere ante receptum pallium, & ideo non potest consecrare Virgines, Chrisma conficere, nec clericos ordinare, Sanchez *vbi suprà num. 66.* & priùs *lib. 4. cap. 38. num. 9.* vbi concludit non posse ante receptum pallium exercere ea, quae ad ordinem Episcopalem spectat, sequitur Barbos. *in d. cap. suffraganeis, in gloss. pallium, num. 3.* Quaranta *in summa Bullarij, verb. Archiepiscopi authoritas, authoritate 32.* vbi Prosper de Augustino *in addit.* id dicit verum in suo Archiepiscopatu tamquam Archiepiscopus, vt etiã notat ea, quae sunt Ordinis ante receptum pallium alteri posse cõmittere.

25. Vigesimotertiò quaeritur, an possit Archiepiscopus post confirmatam sententiam in fauorem matrimonij adiri à subditis suffraganei, vt retractet sententiam comperto errore? Responde sententiam hanc etiam bis confirmatam, aut transacto termino ad appellandum nunquam transire in rem iudicatam, sed comperto errore posse retractari. Probatur ex *cap. lator, de sententia, & re iudicata*, & *ibi* Butrius *num. 8.* Imola *num. 7. vers. item videtur.* Dec. *num. 5. declarat. 4.* Couarr. *de sponsal. p. 2. c. 8. §. 12. n. 12.* Sigismund. *de appellat. quaest. 17. limit. 34. num. 6.* Marc. Anton. *variar. resolut. lib. 1. resol. 39. n. 7.* & Sanchez *de matrimonio lib. 7. disp. 100. ex num. 1. vsque ad decimum.* Idem decernitur *in c. tenor, eodem titulo, & c. fraternitatis, de frigid. s, & maleficiatis.* Non transire hanc sententiam in rem iudicatam etiam quando bis confirmantur, aut quando non appellatur post lapsum terminum, atque ita rescindi posse, ea eo probatur, quia transiens in rem iudicatam fauet peccato separando veros coniuges, vel vniendo non veros; declarandóque matrimonium esse validum cum impedimento dirimenti initum; & ita sententia ratione peccati non transit in rem iudicatum, Abbas *in c. noui, n. 21. de iudiciis*, Bonacos. *communium crimin. part. 1. verb. sententia fol. 250. verso*, & Tiraquel. *de retract. tit. 2. §. 1. gloss. 2. n. 37.* & alij, quos referens sequitur Barbos. *in d. cap. lator, num. 3.* neque aliquod vinculum quantumcumque multiplicatum haber vim sustinendi actum ex quo pullulat peccatum, & ideo retractatur comperto errore.

Quinimò iudex ex officio parte repugnante potest reuocare sententiam matrimonij, quando constiterit de errore, vt deducitur ex *cap. porrò, ad finem, de diuortiis*, per textum, *ibi, tui officij interest matrimonia illa adhibita grauitate dissolui, quia illic itè contracta noscuntur.* Barbos. *ibi num. 6.* Competit enim iudici peccata abolere. Nec dici potest excusari à peccato illegitimè copulatos perseuerare in matrimonio, aut legitimè coniunctos separari. Contraueniens autem sententiae bis confirmatae, vel propter lapsum terminum appellandi non debet audiri indiscriminatim, sed expedit allegare aliquam iniustitiam coram iudice, vt docent Innocentius *in d. cap. tenor, de sentent. & re indicata, num. vno*, Ioannes Andreas *num. 1. in fine*, & Anchar. *num. 4.* Quamobrem iudex debet praemittere summariam causae cognitionem, & ea iusta apparenti, debet audiri, qui vult impugnare sententiam: aliter non audiatur; ita Hostiensis, Anchar. & Baldus *vbi suprà in d. cap. tenor.*

Porrò, vt haec sententia reuocetur, debet condemnatus, proponere nouam querelam, nouúmque libellum in quo petat causam coniugalem iam definitam rursus deferri, ad iudicium, vt sententia rescindatur propter errorem detectum: non tamen proponi potest à subditis suffraganei haec querela noua coram Archiepiscopo, eo quia inter subditos suffraganei est iudex in causa appellationis; non verò in causa querelae, *cap. 1. de officio Legati, cap. venerabilibus, in principio, de sentent. excommunic.* sed coram iudice, qui primam sententiam tulit: is enim per viam querelae adiri potest, Couarr. *4. Decret. 2. part. cap. 8. §. 12. num. 12. vers. tertiò*, & Sanchez *lib. 7. disp. 109. num. 9.* idem Couarr. *practicar. cap. 9. num. 2* quem referens sequitur Barbos. *in cap. 1. de officio Legati, num. 3.*

Vigesimoquartò quaeritur, an possit Archiepiscopus relaxare interdictum latum à suis suffraganeis? Syluester *verb. interdictum 3. §. 17.* negat fas esse Archiepiscopo, vel eius officiali relaxare interdictum, neque suspensionem, aut excommunicationem latam à suis suffraganeis ipsis irrequisitis, nisi ex consuetudine inueterata, & praescripta Archiepiscopo id competat. Probatur *cap. Romana, de sentent. excommunic. lib. 6.* ibi, *Caeterùm interdicti suspensionis, vel excommunicationis sententias latas, scilicet à subditis suorum suffraganeorum, de meritis Archiepiscopus, & eius officiales omissis ipsis excomunicatoribus, non relaxent salua contraria super hoc consuetudine, si quam habent.* Sic ibi. 26.

Quòd si Archiepiscopus de facto interdictum relaxet irrequisitis suis suffraganeis, valere relaxationem vult Syluester *suprà*, quamuis relaxando malè egerit, nisi consuetudo aliqua obesset. gloss. tamen contrarium *in dict. cap. Romana, verb. non relaxent*, sentire videtur, eo quia Archiepiscopus non est iudex ipsorum excommunicatorum, neque ipsorum excommunicantium.

Dicendum tamen est, non propterea, quòd Archiepiscopus possit in casibus in quibus Episcopi tenentur ipsi obedire, illos excommunicare, suspendere, & interdicere, *cap. 1. § final. de officio Ordinarij in 6.* posse absoluere simpliciter subditos suffraganeorum, quoniam in eos non habet iurisdictionem, nisi in tribus casibus, vt declarat gloss. *in cap. venerabilibus, de sentent.* excom

excommun. lib.6. Primus est, quando à suffraganeo, vel ab eius officialibus ad Archiepiscopum fuit appellatum. Secundus, quando suffraganeus excommunicauit aliquem subditum, & is de iniustitia excommunicantis conqueritur apud Archiepiscopum, vt Archiepiscopus illum puniat, iuxta *cap. sacro. 48. de sentent. excommunic.* vbi excommunicans, vel suspendens aliquem iniustè, tenetur ei resarcire damnum, & interesse, & expensas litis, & alia similia, Moneta *de distributionibus quotidianis part. 2. quæst. 15. num. 45.* & alij apud Barbosam *in d. cap sacro num. 9.* Tertius casus est quando subditus suffraganei ex officio iudicis est excommunicatus, non autem ad instantiam partis, ita Henriquez *in summa lib. 13. cap. 51. num. 4.*

Quare quando dicitur absolutio interdicti esse danda ab eo, qui interdixit, non excluditur superior Prælatus interdicentis, vt notat S. Thomas 4. *sententiarum distinct. 18 quæst. 2. articul. 5.* Paludan. *quæstion. 5.* Sotus *dist. 22. quæst. 3. articul. 1. conclus. 3. vers. Atqui illud.* Intelligunt enim nomine superioris, qui est maior non dignitate, sed iurisdictione in ea causa, & persona, in quibus habet locum interdictum. Hoc autem non potest nec debet fieri absque subordinatione illius, qui tulit sententiam ad alium, quæ ostenditur, quando superior causam ab altero inceptam per appellationem legitimam ad se vocat, & hoc modo potest Metropolitanus absoluere ab interdicto lato per suffraganeum Episcopum, *cap. per tuas, 40. de sentent. excommunic.* vbi dicitur iudicem appellationis absoluere posse à censura lata per iudicem à quo appellatur, si constet sententiam esse iniustam. Barbos. *ibi*, cum aliis *num. 2. ad finem.* Item quando per appellationem interdicti sententia deducitur ad Metropolitanum, priusquam impendatur absolutio, ab illo seruetur forma *cap. ad reprimendam, de officio Ordinarij.* Forma autem est, vt absoluatur præstita cautione de satisfaciendo, & sub promissione de parendo mandatis. Nihilominus, quamuis non satisfaciat, nec pareat, non propterea incidit in priorem censuram, sed requiritur, quòd iterum excommunicetur, Couar. *in cap. Alma mater part. 1. § 11. n. 6 de sentent. excommun.* Decius *cons. 145. sub n. 1.*

27. Vigesimoquintò quæritur, an Archiepiscopus delinquens in territorio inferioris possit ab eo excommunicari? Pars affirmatiua ex eo probatur, quia ratione delicti in suo territorio patrati, acquiritur iurisdictio excommunicandi delinquentem, *cap. postulasti, de for. compet.* & sortitur quis forum eo loci, quo deliquit, Afflictis *lib. 1. constit. rubr. 41. num. 12.* Clar. *in §. vltimo, quæst. 38. cum sequent. & quæst. 85.* Gregor. Lopez *l. 1. gloss. vltim. tit. 29. partit. 7.* Perez *l. 1 titulo 17. lib. 8. ordinamenti*, Azeued. *l. 1. à num. 62. cum sequent. tit. 16. lib. 8. nouæ recopil.* Couarr. *practicar. cap. 11. num. 3.* Caldas Pereira *quæst. forens. cons. 23. num 5.* D. Barbosa *in l hæres absens, §. proinde, in art. de foro delicti*, & Cabed. *part. 1. decis. 26.* idem habetur *in cap. vltimo*, & gloss. *in verb ratione delicti*, & *ibi* Panorm. *n. 78. & sequent. de for. compet.*

Nec refert delinquentem non esse subditum alioquin ipsius excommunicantis: nam si ibi delinquat, eius fori efficitur, & excommunicari ab eo potest, prout vult Gabriel. *in 4. dist. 18. quæst. 2. art. 2. conclus. 5.* dummodo tamen aut ibi sit, aut antequam inde exierit, legitimè citatus fuerit. Panorm. *supra num. 7.* Quinimò iudex delicti priuare potest delinquentem beneficio quod habet extra territorium, quamuis executio debeat fieri per iudicem loci, in cuius territorio situm est beneficium. Barbos. *in d. l. hæres, absens §. 1. in art. de foro delicti num. 5. & 6.* & potest excommunicari, nisi relinquat beneficium.

Limitatur hæc resolutio, nisi delinquens in territorio inferioris sit superior ipsius: is enim excommunicari non potest ab inferiore, quamuis delictum committat in territorio illius, & ideo Episcopus Prouinciæ nequit excommunicare Archiepiscopũ, qui est omnino exẽptus à iurisdictione Episcopi, atque ita etiã si habitet in suo territorio, vel ibi delinquat, excommunicari nequit. glossa *in cap. placuit 6. quæst. 3.* Panormit. *in cap. tuarum, num. 8. de priuilegiis.* Ex quibus patet partem negatiuam esse sequendam, nempe non posse Archiepiscopum delinquentem in territorio Episcopi ab eo excommunicari, cùm sit eius superior exemptus à iurisdictione ipsius, idem Panormit. *in cap. cùm inferior, de maior. & obed.* Sayr. *de censuris, lib. 1. cap. 5. num. 25.* cum aliis. Vnde, si in Diœcesi Episcopi ob aliquod delictum lata sit excommunicatio contra committentem illud, non propterea Archiepiscopus ligabitur censura delinquens: quia in ea Prouincia semper Episcopi Archiepiscopus superior esse censetur, & ex defectu iurisdictionis Episcopus in Metropolitanum sententiam excommunicationis ferre nequit, Panor. *in d. c. cùm inferior, de maior. & obed. & in cap. final. de rapt.* & Vgol. *de censuris, tab. 1. cap. 2 §. 11. n. 11.*

Iam verò, si Archiepiscopus aliquis aliena in Diœcesi, quam suus suffraganeus habet in Prouincia alterius Archiepiscopi, & in ea parte delinquat, potest excommunicari ab Episcopo suffraganeo, prout volunt Panormitanus, & Felinus *in c. pendit. 16. de maior. & obed.* quos sequitur Vgol. *supra tabul. 1. cap. 2 § 14.* Eo, quia Archiepiscopus in alterius Prouincia, quæ sua non est, delinquens habetur pro priuato, vt per Azeued. *l. 1. num. 87. cum sequentib. tit 16. lib 8. nouæ recopil* & non censetur in alio Episcopatu extra illam Prouinciam tanquam suffraganeus, sed tanquam alius Episcopus, qui potest punire Archiepiscopum: cessat enim superioritas Archiepiscopi in aliena Prouincia, quoad iurisdictionem, prout vult Anchar. *in Clementina 1. de for. compet.* Atque ita Archiepiscopus delinquens in Diœcesi alterius Archiepiscopi, ab Episcopo loci puniri valet, & excommunicari, vt tradit gloss. *in cap. si qui Episcopi, in verb. dignitate 92. dist.* Quinetiam ipsummet Patriarcham non suum in hoc euentu delinquentem posse excommunicari ab Episcopo, censet Anchar. *in d. Clementina 1. n. 2. de for. compet.* quem sequitur Vgolinus *vbi proxime tabul. 1. c. 2. §. 14. n. 4.*

Vigesimosextò quæritur, an possit Archiepiscopus tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus punire Canonicos sui suffraganei ad querelam ipsius? 28.
Placet affirmare Marc. Anton. Genuens. *in praxi c. 71 de potestate Archiepiscopi, n. 13. vers. decimaquarta authoritas est*; puta si cessent Canonici à diuinis, habetur *in cap. irrefragabili, §. de offic. Ordin. & §. & Metropolitanus ad querela ipsius*, & *ibi* Barbos. *n. 14.*

Vigesimoseptimò quæritur, an possit Archiepiscopus exules facere à tota sua Prouincia in 29.
sua Diœcesi delinquẽtes? Responde primò exemptos, si delinquant extra locum exemptum ab Ordinariis puniri posse, non obstante exemptionis priuilegio, habetur *in d. c. tuarum 11. in verb. nullo prorsus priuilegij beneficio.* Consonat textus *in Auth.*

qua

qua in Prouincia, ibi, *omni priuilegio cessante, C. vbi de criminibus agi oporteat*, text. notabilis, ac difficilis *in cap. 1. in principio, de priuilegiis, etiam in 6.* dum generaliter decidit exemptos ratione delicti non obstante exemptionis priuilegio posse conueniri coram Ordinariis. Quæ Decretalis ampliatur per Concilium Tridentinum *sess. 7. de reformatione, cap. 14.* quod priuilegium intelligitur, quando conceditur certo loco; ideo si priuilegiatus extra locum illum delinquit, priuilegio iuuari non potest, vt latè probat Couarr. *practicar. cap. 11.* Secus, si priuilegium exemptionis detur simpliciter personis, quod prodest etiam quoad delicta; sed de his alibi.

Responde secundò Archiepiscopum posse facere exules à tota sua Prouincia delinquentes in sua diœcesi, *dict. cap. tuarum, & cap. 2. de arbitris, verb. extra Prouinciam exulans*, & *ibi* Barbos. post Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepiscop. Neapol. cap. 70. num. 10.* Baldus tamen *in l. exequutorem, C. de exequution. rei iudic.* docet de iure non posse quem relegari in locum non subditum, *l. relegatorum. §. hoc genus*, & *ibi* Bart. *ff. de interd. & releg.* Sed consuetudo generalis aliter se habet, & est seruanda.

30. Vigesimooctauò quæritur, quid faciendum Archiepiscopo, aliísque superioribus Prouincias suas visitantibus, inuenientibúsque forenses, & cæteros malo nomine laborantes? Dic ex *cap. Romana, §. sanè, de censibus in 6.* Archiepiscopum posse renunciare Ordinariis eorum, vt super his solenniter inquirant, si viderit expedire; ipsos verò Ordinarios habita eorum notitia debere de huiusmodi diligentem inquisitionem facere, & reos punire. Si autem in iis puniendis fuerint desides, Archiepiscopus negligentiam vel supplebit, aut saltem Episcopos, vt illos compescant, compellere potest, vt habetur *in cap. auditum, & cap. omnibus 2. quæst. 5.* Anton. Cucch. *lib. 4. de visitat. tit. 8. num. 106.* Per negligentiam enim Episcopi circa id quod debet facere, deuoluitur iurisdictio ad Archiepiscopum, *cap. cum simus 9. quæst. 3. cap. 1. §. notoria, de censibus in 6.* Sed hic textus loquitur de Episcopo suffraganeo, de quo non est dubium cùm Archiepiscopus non solùm sit iudex Ordinarius suorum suffraganeorum Episcoporum, vt diximus post Anastas. Germon. *de sacror. immunit. lib. 3. cap. 7. num. 33. & 34.* Sed etiam est iudex Vicariorum generalium suorum suffraganeorum, quandò delinquunt in officio, nimirum si sententiam per sordes, vel per munera pronuncient; aut si ferant sententiam excommunicationis sine scriptis, vel sine trina monitione, prout dicitur *in*
31. *cap. sacro, de sentent. excommunic. & in cap. 1. eodem titulo in 6.* secus si non delinquant in officio, Franc. *in cap. 1. §. final. de for. compet. in 6.* Sed nostra quæstio loquitur indistinctè de inuentis in visitatione mala fama laborantibus, nulla facta mentione subditorum suffraganeorum.

32. Vigesimonono quæritur, an Archiepiscopus suppleat negligentiam Capituli Sede vacante? Responde affirmatiuè, si non eligat Vicarium infra octo dies, vel non idoneum, Marc. Anton. Genuens. *in praxi cap. 70. num. 6.* is enim Vicarius à Capitulo electus intra annum litteras dimissorias concedere potest arctaris beneficiis de mandato Capituli. Zerol *in praxi Episc. part. 1. verb. capitulum, in principio, vers. secundum.* Quaranta *in summa Bullarij, verb. capitulum Sede vacante, vers. decimoquarto, in fine*, & Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol.* Quòd si Capitulum recuset concedere dimissorias litteras, delata re per appellationem ad Archiepiscopum prouidebit, quia potest propter negligentiam Episcopi suffraganei illius subditos ordinare, aliáque ad ipsum pertinentia exercere, etiam Episcopo inuito, ita Quaranta *in summa Bullarij, verb. Archiepiscopi authoritas, n. 21. in medio*, quem referens sequitur Barbos. *in remiss. ad Concilium Tridentinum, sess. 23. c. 10. num. 5. fol. 71. verso.*

33. Trigesimò quæritur, quid poterit Archiepiscopus circa crimina notoria suæ Prouinciæ? Certi iuris est posse punire omnia notoria subditorum suffraganeorum, *cap. 1. §. notoria, de censibus in 6.* Et quamuis hic textus loquatur de tempore visitationis; indistinctè tamen, ac communiter intelligitur, vt procedat etiam extra tempus visitationis in omni tempore, Abbas *in cap. ex frequentibus, de institutionibus, num. 10.* vbi testatur de communi, quod intellige, dummodo Episcopus non præueniat in puniendo, Marc. Anton. Cucch. *de visitat. d. titulo 8. num. 107.* vbi autem ambigitur, an notoria sint crimina, Archiepiscopus abstinebit, cùm notorium dici non potest, de quo dubitatur, an notorium sit: quoniam in notoriis criminibus puniendis duntaxat habet iurisdictionem, Cucch. *num. 108.* Marc. Anton. Genuens. *vbi proximè numer. 11. & 12.*

34. Trigesimoprimò quæritur, quam habeat potestatem Archiepiscopus in regulares Apostatas, seu vagabundos extra clausuram? Posse eos admonere, vt redeant ad sua Monasteria, monitis priùs Episcopis suffraganeis suæ Prouinciæ, vt id exequantur, deinde Regularium superioribus, vt eos reducant, quibus negligentibus compellet ipse Regulares, & superiores etiam, Marc. Anton. Genuens. *in praxi d. cap. 71. num. 20.* Secundùm autem dispositionem Concil. Trident. *sess. 6. de reformatione, cap. 3.* Regulares extra Monasterium degentes, etiam prætextu priuilegij sui Ordinis, tuti non sunt, quominus, si delinquant ab Ordinario loci, tanquam super hoc à Sede Apostolica Delegato, iuxta canonicas sanctiones visitari, puniri, & corrigi valeant, Barbosa post alios *de offic. & potest. Episcop. allegat. 105. num. 14. & in dict. cap. quanto, de officio Ordinarij, num. 5.* Azot *institut. moral. part. 1. lib. 13. cap. 4. quæst. 3.* & Fr. Emman. *de regularib. tom. 2. quæst. 2. art. 7. & quæst. 63. art. 7. vers. quinto.*

De Archiepiscoporum potestate, & officio secundùm se ante, & post susceptionem pallij.

§. II.

EPITOME.

1. *Archiepiscopi officium, & dignitas ante pallium susceptum qualis sit?*
2. *Pallium ante susceptum nequit Archiepiscopus consecrare, cogere Concilium, Chrisma conficere, Ecclesiam dedicare, aut Clericos ordinare.*
3. *Pallio accepto in sua Ecclesia Diœcesi, Prouincia, & in locis exemptis Archiepiscopus vti potest; non tamen in aliena.*
4. *Archiepiscopus nequit vti pallio in Prouincia, nisi certis diebus, & quidei sint, & an in processionibus & in Missis defunctorum?*

5. *Archiepiscopus exercens, quæ proueniunt ex pallio, sine illo an faciat validè, & an incurrat aliquam pœnam?*

6. *Archiepiscopus, quæ possit exercere ante pallium susceptum, & quæ non?*

7. *Pallium à quo sit petendum, intra quot menses, & an sit præstandum iuramentum? & quæ sit forma tradendi pallium?*

8. 9. 10. *Pallium nouum requiritur translato ab vno ad alium Archiepiscopatum, & cum quo debeat sepeliri, & quid si pallium perdatur? & numero 11.*

12. *Pallij materia, forma, & figura qualis sit?*

13. *Archiepiscopus ante susceptum pallium non potest ante se Crucem elatam gestare.*

14. *Archiepiscopus renuncians nequit exercere Pontificalia in Diœcesi renunciata cum pallio, etiam de consensu successoris.*

15. & 16. *Differentia inter Episcopum, & Archiepiscopum, & quantum præstet Archiepiscopus Episcopis.*

17. *Archiepiscopus, seu Episcopus, an possint sibi eligere Confessarios?*

18. *Archiepiscopus potest suspendere, interdicere, & excommunicare Episcopos.*

19. & 20. *Excommunicato Episcopo cessat iurisdictio Vicarij, & nisi cesset, potest excommunicari, non tamen deuoluitur iurisdictio ad Archiepiscopum, nisi in casu negligentiæ.*

21. *Archiepiscopus, si absit à sua Ecclesia, an faciat fructus suos, & quid si sit contumax negligat interesse?*

22. & 23. *Archiepiscopo, quando liceat exigere subsidium charitatiuum, & an possit cogi ad illud dandum?*

24. *Episcopus potest esse iudex in causa propria existente causa, quæ spectet ad Ecclesiæ honorem.*

25. *Archiepiscopi nequeunt exigere subsidium charitatiuum extra suam Prouinciam etiam de consilio Capituli.*

26. *Episcopo negligente in erectione seminarij, Archiepiscopus supplere debet.*

27. *Archiepiscopus confirmatus gaudet 16. Bulla Cœnæ contra impedientes Prælatos ne sua vtantur iurisdictione.*

1. PRIMO quæritur de Archiepiscopo, quodnam sit eius officium, & dignitas ante pallium susceptum? Constat, quamuis sit consecratus, non sortiri nomen Archiepiscopi ante susceptum pallium, *cap. 3. de authoritate, & vsu pallij*, Quaranta *in summa Bullarij, verb. Archiepiscopi authoritas, vers. 32. authoritas.* Nam Pontifi-
2. calis officij plenitudo confertur per pallium. Absque susceptione illius nequit consecrare, nec cogere Concilium, nec chrisma conficere, Ecclesiam dedicare, aut clericos ordinare, quamuis in alio Archiepiscopatu iam pallium habuisset; quia requiritur nouum pallium peti, Marc. Anton. Genuens. *in praxi Curiæ Archiep. Neapol. cap. 71. num. 19.* Cuius rei traditio, & ratio est, quia quamuis sint, vt alij Episcopi, confirmati, & consecrati; non tamen se gerunt vt Episcopi, sed vt Archiepiscopi, *cap. 28. §. super, de electione, & electi potestate*, Durand. *in rationali diuinorum lib. 3 cap. 17. n. 11.* Anastas. Germon. *de sacror. immunit. lib. 3. cap. 7. num. 24.*

3. Pallio autem accepto non solùm in sua Ecclesia, & Diœcesi diebus consuetis vti possunt Archiepiscopi; sed etiam in Prouincia, & in locis exemptis, non tamen in aliena Prouincia possunt vti pallio, nisi de consensu illius, ad cuius Prouinciam declinant, secundùm textum *in cap. ex tuarum, in fine, de authoritate, & vsu pallij*, & hoc ex sententia aliquorum, *in cap. cum sis, vers. vbicumque fueris, de vsu, & authoritate pallij.* Nihilominus verba *vbicumque fueris*, cùm sint generalia, restringuntur ad terminos habiles, hoc est, intra Prouinciam, iuxta doctrinam *glossæ 1. in l. 1. Cod. de sacros. Eccles. ad glossam vltimam, in cap. 1. de constitutionibus*, nisi supposito speciali priuilegio ad vtendum pallio in aliena Prouincia, quod aliquando conceditur; tunc enim poterit pallium inducere, Episcopi illius Ecclesiæ accedente consensu. Cucch. *lib. 4. tit. 6. de pallio, eiusque authoritate num. 14.* neque ex consuetudine induci potest, vt etiam extra Prouinciam pallio quis vtatur, *d. cap. ex tuarum, eodem titulo*, Marc. Anton. Genuens. *vbi suprà d. cap. 71. n. 19.* Cucch. *vbi suprà n. 12.*

Quin etiam Archiepiscopi nequeunt in Pro- 4.
uincia omni tempore vti pallio, sed solùm in diebus solemnioribus, quæ numerantur in cæremoniali: quales sunt Natiuitas Domini, dies Circuncisionis, dies sacra Sancto Stephano, S. Ioanni Euangelilistæ, Epiphaniæ, dies Palmarum, Cœna Domini, Octaua Pentecostes, Natiuitas S. Ioannis Baptistæ, dies festi omnium Apostolorum. Item cùm Ecclesias dicant, clericos ordinant, Episcopos sacrant: nec non in diebus Ecclesiæ solemnibus, & die anniuersario Dedicationis Ecclesiæ suæ; ita Cucch. *suprà num. 15.* ex glossa *in cap. ad honorem, de authoritate, & vsu pallij.* Durand. *in Rationali diuinorum lib. 3. cap. 17. num. 13.* Azor *instit. moral. part. 2. cap. 34. quæst. 2. vers. quæres qui.* Non tamen in processionibus, neque in Missis defunctorum vtendum est pallio, Marc. Anton. Genuens. *vbi proximè num. 19.*

Secundò quæritur, an Archiepiscopus exercens 5.
illa, quæ proueniunt ex pallio, absque illo valida sint? Responde, si exerceat non dum consecratus, esse inania, & frustratoria, Azor *2. part. instit. moral. lib. 3. cap. 34. littera E. vers. 6.* Si autem ante acceptum pallium erat Episcopus consecratus, firma manere, quæ fecit circa potestatem Ordinis, Chrismatis, &c. peccabit tamen contra canones, & iura, Anastas. Germon. *suprà lib. 3. cap. 7. num. 26.* & Illustrissimus Cunha *cap. non solùm 7. dist. 100. num. 2.* Sed nulla pœna à iure statuta est: at per sententiam potest ab officio, & ministerio remoueri, aut alia arbitraria pœna mulctari, Azor suprà *lib. 3. cap. 34. vers. sextò quæritur, ad finem.*

Tertiò quæritur, quæ possit Archiepiscopus 6.
ante pallium susceptum, si quidem nequit omnia? Responde, interdictum esse Archiepiscopo cogere Concilium, & exercere ea, quæ sunt Ordinis Episcopalis, vt constat ex *cap. quod sicut, §. super eo, de electione*: integrum tamen illi est post confirmationem nondum recepto pallio exercere ea, quæ sunt iurisdictionis, & ideo potest committere alicui Episcopo consecrationem sui suffraganei, quasi ea commissio sit actus iurisdictionis, sicut potest concedere licentiam in reliquis ad iurisdictionem pertinentibus, vt sunt omnes dispensationes, & absolutiones, & similia, ita Sanchez *in præcepta Decalogi, lib. 4. cap. 38. num. 9. & lib. 7. cap. 5. numer. 66.* vbi loquitur de Archiepiscopo consecrato ante receptum pallium.

7. Quartò quæritur à quónam Archiepiſcopus pallium petere debeat, & intra quot menſes, & quæ ſit formula, qua pallium Archiepiſcopi confertur? Dic primò hodie non dari pallium, niſi inſtantiſſimè petenti per hæc verba. Ego N. Electus N. Eccleſiæ, inſtanter, inſtantiùs, & inſtantiſſimè peto mihi tradi, & aſſignari pallium de corpore S. Petri ſumptum, in quo eſt plenitudo Pontificalis officij. Debet ergo peti à ſummo Pontifice, & non ab alio, & illi competit illud conferre, Azor. *inſtit. moral. part. 2. cap. 34. verſ. quartò quæritur, ad finem*, Cunha *cap. priſca 2. diſt.* 100. *num.* 4. de hoc diximus ſuprà *diſp.* 16. *de Patriarchis*, §. 1. *num.* 13.

Dic ſecundò petendum eſſe pallium intra menſes tres à conſecrationis die, vel confirmationis, vbi conſecratio nulla exigatur, Anton. Cucch. *de pallio*, *tit.* 6. *num.* 16. aliàs dignitate priuatur, *cap. quoniam, diſt.* 100. Azor. *ſuprà verſ. tertiò quæritur, cap. 34. littera E. verſ. tertiò quæritur*, Moſcon. *de Maieſt. milit. Eccleſiæ, lib. 1. cap. 8. pag. 236. littera C.* Durant. *de ritibus Eccleſiæ, cap. 9. lib. 2. num.* 41. Syluester *verb. pallium, ad finem*, & Cæſar. *diſp. 5. de Patriarchis, §. 1. n. 6. verſ. tenentur autem.* Et debet prius præſtare fidei, & fidelitatis iuramentum, *cap. optatum, diſt.* 100. *& cap. ſignificaſti.* 4. *de electione.* Non enim poteſt pallium accipi à Prælato quin priùs præſtet iuramentum de ſeruandis licitis, & iis, quæ continentur in fide, cuius forma habetur in Cæremonialibus, *c. de pallio.* Præſtito autem iuramento traditur ab Epiſcopo Archiepiſcopo, & traditio debet fieri ab Epiſcopo Pontificalibus induto, & poſt celebratam Miſſam. Deſcribitur hæc forma in cæremonialibus ſuprà, Ant. Cucch. *d. tit. 6. num. 16. & ſequentib.* vbi de pallij tradendi forma, ac de iuramento pallium accepturi, vbi *num.* 24. monet eos quibus ab ipſa Apoſtolica Sede pallium fuerit collatum, vt inde egredientes eius rei litteras teſtimoniales deferant ſecum. Si autem non deduxerint, priuabuntur omnibus emolumentis, & prouentibus, nec illis permiſſum erit exercere actus ad ſuum officium pertinentes, per *Extrauag. iniunctæ, de electione.*

8. Quintò quæritur, an ſufficiat idem pallium Archiepiſcopo tranſlato ab vno Archiepiſcopatu ad alium, & cum quo pallio ſit ſepeliendus, & an ſi perdatur pallium, poſſit exercere ſine pallio, quæ pertinent ad munia ſua? Dic primò pallij priuilegium, ſeu vſum illius eſſe perſonale, & inhærere perſonæ, ac proinde non poſſe Archiepiſcopum pallium ſuum alteri commodare ad vtendum illo, ſicut non poteſt quis alieno pallio vti in defectum proprij, Cucch. *ſupra, num.* 25. Azor *ſuprà d. cap. 34. verſ. Octauò quæritur*, Syluester *verb. pallium, ad finem*, Quarant *in ſumma Bullary, verb. Archiepiſcopi auctoritas, verſ.* 32 authoritas quamuis commodari poſſit vt videatur, vt notat Lancell. *inſtitut. Canon. lib. 1 tit. de pallij ratione, verſ. commodari.*

9. Dic ſecundò tranſlatum ab Archiepiſcopatu ad alium, nouo pallio in noua Sede exornandum eſſe, quo vtetur, antiquo pallio relicto; etiam ſi poterit antiquum retinere, ſi voluerit. Cucch. *vbi ſuprà num.* 26. Idem dicas de Archiepiſcopo, qui renunciauit ſi iterum eligatur; puta ſi renunciauit Braccarenſi, & eligitur ad Oliſiponenſem Archiepiſcopatum; opus eſt nouum iuramentum præſtare, & noua pallij petitione, & collatione nuua decorari. Quinimò Archiepiſcopus tranſlatus ad alium Archiepiſcopatum, ſi inde rediens ad eundem, an egeat nouo pallio, & teneatur nouum iuramentum præſtare, eſt valde probabile indigere nouo pallio, & debere de nouo iuramentum iterare: ſicut eget nouis litteris, & ideo non poterit antiquo pallio vti.

Dic tertiò Archiepiſcopum cum ſuo pallio eſſe ſepeliendum, quòd ſi ad ſecundam Eccleſiam ſit tranſlatus, & ibi moriatur, debere ſepeliri cum pallio ſecundæ Eccleſiæ, vel cum vtroque, teſte Panormitano *in cap. ad hoc, de authoritate, & vſu pallij*, quem ſequitur Azor *d. cap. 34. verſ. octauò quæritur*, & *ibi* Barboſ. *num.* 3. 10.

Dic quartò, ſi fortè pallium comburatur, vel amittatur, poſſe Archiepiſcopum ſine illo Pontificalia exequi, ex eo, quia per ſuſceptionem pallij collata fuit Archiepiſcopo Pontificalis officij plenitudo: igitur per combuſtionem, ſeu amiſſionem pallij, non deſtituitur poteſtate exequendi Pontificalia: fauet *cap. niſi, de authoritate, & vſu pallij*; vbi dicitur ante pallium acceptum non ſortiri Archiepiſcopum nomen Achiepiſcopi, licèt ſit conſecratus, Quaranta *verb. Archiepiſcopi authoritas verſ. 32 authoritas.* Cùm ergo ſit Archiepiſcopus, validè operabitur; quoniam pallij acceptio requiritur, vt quæ ſunt poteſtatis ordinis, vel iuriſdictionis, Archiepiſcopus exerceat; quare qui ſemel accepit pallium, adhuc poteſt eo deperdito, vel combuſto Pontificalia munia exercere. Azor *lib. 3 inſtit moral. 2. part. cap. 34. verſ. quintò quæritur, & ſequem.* & Cunha *in cap. pallium num. 5. diſt.* 100. Cucch. *d. titulo 6. num. 3. & duobus ſequentibus*, non obſcurè idem innuit. 11.

Sextò quæritur de materia, & forma & figura pallij? Dic pallium ex natura ſua nihil aliud eſſe, quàm ornamentum Archiepiſcoporum, Crucibus nigris intextum humeros, vel vti corona, pectúſque ambiens, adaptatur humeris Præſulis tribus acubus infixum, & ad humerum ſiniſtrum pars duplex manet: quæ omnia mira continent Sacramenta, Durandus *in Rationali diuinorum, lib. 3. cap. 17. a num.* 3. & Durant. *de Ritibus Eccleſiæ lib. 2. cap. 9. a num.* 44. & Lancellot. *in inſtitutionibus canonicis, cap.* 11. *in principio.* Conficitur autem pallium ex lana, quæ tondetur ex duobus agnis albis, qui quotannis offeruntur ſuper Altare ſanctæ Agnetis in die feſtiuitatis eiuſdem Sanctæ, dum in Miſſa ſolenni cãtatur *Agnus Dei.* Qui autem Agni recipiuntur à duobus Canonicis Eccleſiæ Lateranenſis & mittuntur in paſcua, donec veniat tempus illos tondendi, ex lana eorum, mixta cum alia alba, & pariter munda reducta in filum pallia contexuntur, latitudine digitorum trium, Moſcon. *part. 1. lib. 1. cap. 8. pag. 236. littera C. ad finem.* & Cucch. *de pallio tit. 6 num. 5. verſ. eſt autem*, vbi dicit pallium, non autem paleum eſſe appellandum, ornamentum Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & quandoque Epiſcoporum etiam de corpore B. Petri ſumptum continens plenitudinem poteſtatis Pontificalis, humeros, pectúſque circundans ſacerdotalis ſtolæ more pendens ante pectus, cruces nigras intextas habere, ſupertegens alia ornamenta, Azor *d. cap.* 34. 12.

Septimò quæritur, an poſſit Archiepiſcopus crucem ante ſe elatam geſtare per totam Prouinciam ante ſuſceptum pallium? Reſponſio eſt negatiua, ita Marc. Anton. Genuenſ. *de poteſt. Archiep in praxi, c. 71 n.* 19. poterit tamen ante pallij ſuſceptionem Clericos ordinare, & exercere Pontificalia in aliena Diœceſi nomine & ad inſtantiã aliorum Epiſcoporum. Innoc. *in cap ſuffraganei, de electione*, & Io. Baptiſta Ferret. *conſ.* 90. & qui renuncia- 13.

uit Archiepiscopatui, poterit exercere Pontificalia in Prouincia, & alibi Episcopis permittentibus, non autem potest vti pallio etiam de licentia Episcoporum, *cap. ad supplicationem, de renunciatione*, & Parisius *lib. 1. de resignat. quæst.* 17. Maiol. *de irregularitate lib. 3. cap. 6. num. 8. vers. hinc fit*, & alij apud Barbos. *in d. cap. ad supplicationem n. 3.* Ratio, quia solus Summus Pontifex semper, & vbique pallio vti potest, *c. ad honorem, de vsu, & auth. pallij*; Archiepiscopus autem intra terminos tantùm suæ iurisdictionis, non alibi, etiam ex consensu Ordinarij eo vti potest, gloss. *Clementina Archiepiscopo, de priuilegiis*, latè Maiol. *de irregul. lib. 2. cap. 2. num. 7.* & Flamin. *suprà ex n. 21.*

14. Sed quid dicendum de Archiepiscopo, qui renunciauit loco, non autem dignitati? Dic non posse Pontificalia exercere in Diœcesi, & Prouincia renunciata cum pallio etiam de consensu Archiepiscopi successoris, & suffraganeorum, sed tantùm exercere Pontificalia sine pallio, cum consensu prædictorum, sicut in aliis Diœcesibus de consensu Diœcesanorum, quoniam illo pallio amplius vti non potest, sed debet retinere penes se, & cum eo sepeliri, text. *in cap. ad supplicationem sit.* Parif. *vbi proximè.* Et multo fortiùs non poterit exercere alia Episcopalia nomine suo, sed alieno, vt simplex Episcopus, vt dictum est, inuitatus ab aliis Episcopis. Quarant *in addit. ad vers. 32. authoritas est.*

15. Octauò quæritur, quæ differentia inter Episcopum, & Archiepiscopum? Dic respectu ordinis, & respectu characteris in substantia esse pares Episcopum, & Archiepiscopum, & nihil plus habere vnum, quàm alterum: respectu tamen executionis, & exercitij maiorem solicitudinem habere Archiepiscopum, Cardin. Zabar. *in Clementina Archiepiscopo, de priuileg.* Sotus *in quarto dist. 24. quæst. 2. art. 4.* ideo propter primum in dispositione loquentes de Episcopis comprehenditur Archiepiscopus, gloss. *in cap. quia periculosum, de senten. excommunic. in 6.* & *ibi* Gemin. *in fine*, vbi etiam Franc. & communiter. Quare nihil habet Archiepiscopus plus quàm Episcopus, nisi reperiatur in iure expressum. *c. conquestus 9. quæst. 3.* Propter secundum Archiepiscopus est Summus Episcoporum, Hostiens. *in cap. cùm inferior, num. 12. de maior. & obed. in summa in tit. de officio Archid. §. & quia*, præest omnibus Episcopis de sua Prouincia, *cap. cleros, dist. 21.* Zechius *de Republica Ecclesiastica fol. 114 n. 4.* Cassan. *in Catalogo gloriæ mundi par 5. consideratio. 44 ad finem, & 4. part. considerat. 20.* Parif. *de resignat. lib. 2. quæst. 1. n. 52 & lib. 8. quæst. 5. n. 48.*

16. Item dicitur Archiepiscopus pater, & Episcopus animarum suffragneorum, Quarant. *in summa Nonum Metropoliticum n. 6.* habetque authoritatem pastoralem super Episcopos suffraganeos, *c. 1 dist. 34.* Gemin. *in cap. 1. de supplen. negl. Prælat. in 6. col. 4. in fine*: suffraganeique debent Archiepiscopo suo obedientiam, & reuerentiam præstare, *cap. ad supplicationem, de renunciatione*, gloss. *in c. antiqua, in verb. obedientia, de priuilegiis, & verb. præstito sibi fidelitatis*, & *ibi* Barbos. *num. 9.* Constat idem ex litteris Apostolicis missis ad suffraganeos, quæ sic habent: *Mandantes quatenus eidem Archiepiscopo tanquam membrum capiti obsequentes exhibeatis ei obedientiam, & reuerentiam*, &c. Quocirca suffraganei debent Archiepiscopo honorem debitum exhibere, eumque diligere, & reuereri, cùm solicitudo totius Prouinciæ Archiepiscopo sit commissa, *cap. cleros 21. dist.*

Hinc deducitur ab Archiepiscopo esse exigendam rationem de anima Episcopi. Hostiens. *summa, de pœnit. & remiss. num. 18. in fine*, vbi subdit teneri suffraganeum confiteri Archiepiscopo, Abbas sequitur, *in d. cap. cùm inferior, de maior. & obed.* Nihilominus contrarium est dicendum, posse scilicet Episcopum etiam non exemptum eligere sibi Confessarium non solùm in sua Diœcesi, sed etiam extra, ex approbatis tamen à Concilio Tridentino *sess. 24. cap. 15.* per suum Ordinarium, vt ait Aloys. Ricc. *decis. 548 in 1. edit.* & alij quos sequitur Barbos. *alleg. 25 n. 9.* 17.

Item Archiepiscopus potest Episcopum suspendere, interdicere, & excommunicare, *cap. 2. §. final. de officio Ordinarij in 6. & cap. venerabili 52. de senten. excommunic.* Lancell. Conrad. *in templo omnium iudicum lib. 2. c. 4. sub num. 18.* & Quarant. *in summa Bullarij, verb. authoritas, num. 8.* post alios, & dixi, *§. præcedente, n. 19.* post Bottæum *de Synodo par. 1. num. 45. 46. & 47.* vbi tradit Episcopum, qui omisit congregare Synodum esse suspendendum ab exequutione officij per Archiepiscopum, cui subest. 18.

Item si excommunicatur Episcopus, cessat iurisdictio Vicarij, & eius officialis, & potest suspendi, & excommunicari, si non cesset ab audi[...]dis partibus, Hostiens. *in cap. 1. de officio Vicarij*, non tamen deuoluitur iurisdictio Episcopi excommunicati ad Archiepiscopum, *cap. 1. de suppl. neglig. Prælator. in 6.* sed ad Papam, vt *ibi* per Geminianum, & scribentes, quamquam in casu negligentiæ succedit Archiepiscopus, ex ea ratione, quia negligens peccat in iurisdictionem, propterea ad proximum superiorem deuoluitur; non sic ex alia causa, sed propter negligentiam, sequitur Afflictis *in cap. imperialem, §. præterea, num. 33. de probib. feud. alie. per Feder*, & propter negligentiam solam non deuoluitur iurisdictio ad Archiepiscopum; nisi post terminum præfixum per Archiepiscopum, quando tamen crimina non sunt notoria, Paulin. *de visitat. par. 2. quæst. 5.* quamuis Abbas *in c. si quis contra clericum num. 7. de for. compet.* minus bene, & contra communem tueatur propter negligentiam suffraganeorum non deuolui iurisdictionem ad Archiepiscopum: sed Felin. optimè *in cap. pastoralis, de officio Ordinarij*, dixit opinionem Abbatis esse nouam. Quibus addit ex nouiori dispositione Concilij Tridentini *sess. 24. de reformatione cap. 3.* posse Archiepiscopum visitare Prouinciam, & inquirere de criminibus, quamuis non appareat de negligentia suffraganeorum, C. bed. 1 *p decis. 78. n. 3. vers. hinc etiam*, & Barbos. *in c. sicut olim 25. n. 4. vers. per singulas Diœceses, de accusationibus.* 19. 20.

Nonò quæritur de Archiepiscopo, qui voluntarius recessit ab Archiepiscopatu, & post quadriennium rediit iam non expectatus? Ex *cap. qualiter 9. de clericis non residentibus*, censetur priuatus Archiepiscopatu Nihilominus ex Concilio Tridentino *sess. 23. de reformatione cap. 1. vers. si quis autem*, vltra mortalis peccati culpam, quam incurrit pro rata temporis, quo abest, non facit fructus suos, sed tenetur eos reddere fabricæ Ecclesiæ, aut pauperibus largiri. Quòd si absque vllo legitimo impedimento per menses sex continuos abfuerit ipso facto quarta parte fructuum illius anni priuabitur, & per superiorem Ecclesiæ fabricæ, & pauperibus loci applicabuntur. Quòd, 21.

si

si per alios sex absens perseueret, priuabitur eodem modo alia quarta parte expendenda etiam in fabricam Ecclesiæ, vel in pauperes loci. Deinde crescente contumacia, & durante absentia Archiepiscopus Primas per litteras, vel per Nuncium certiorem faciet Romanum Pontificem de absentia Archiepiscopi; alioquin transactis prædictis tribus mensibus ipso facto Primas ingressu Ecclesiæ est priuatus, in quam pœnam etiam incurret Archiepiscopus, si de absentia suffraganei Romanum Pontificem non certioret, vt habetur in eodem Concilio Tridentino *sess.6. de reformat.c.1.vers.si quis autem*, Barbos.*de officio, & potestate Episcopi alleg.53.num.21.& in d.c.qualiter, de clericis non residentibus.*

22. Decimò quæritur, an Archiepiscopis, seu Primatibus liceat subsidium charitatiuum exigere à clericis? Responsio est affirmatiua, data manifesta, & rationabili causa. *cap.cùm Apostolis, §.prohibemus, de censibus*, ex Concilio Lateranensi ita decretum est: *prohibemus etiam, ne subditos suos talliis, & exactionibus grauare præsumant. Sustinemus autem pro multis necessitatibus, quæ aliquoties superueniunt, vt si manifesta, ac rationalis causa extiterit, cum charitate moderatum, ab eis valeant auxilium postulare.* Hæc ibi.

Charitatiuum autem subsidium secundùm Hostiensem, & alios *in c.conquerente, de officio Ordinarij* dicitur auxilium charitatis; eo quia à principio non per vim exigebatur, sed ex charitate petebatur, & ideo exigitur, quando reditus propriæ Ecclesiæ non sufficiunt pro oneribus occurrentibus, Bellencinus *d. tractatu charitatiui subsidij quæst.* 14. Posse autem exigi constat etiam ex *Clementina prima, de excess. Prælat.§.exigendo*, gloss. *in verb.exigendo:* Episcopus, inquit, potest exigere charitatiuum, dummodo sit moderatum: idem habetur *in cap.conquerente, de officio Ordinarij*, vbi prohibetur exigi ab Ecclesiis suæ Diœcesis, nisi iura Episcopalia, præter moderatum auxilium, quod iuxta formam Lateranensis Concilij, si manifesta, & rationabilis causa extiterit, cum charitate postulent.

23. Quæri tamen potest, an possint cogi subditi Episcoporum ad dandum subsidium, cùm datur causa iusta petendi? Et videtur negandum, quia quod petitur ex charitate, non debetur ex iustitia. Innocent. tamen *in cap. cùm Apostolus*, opinionibus hinc inde propositis, *de censibus*, concludit subsistente manifesta, & rationabili causa posse Episcopum cogere clericos ad præstandum huiusmodi subsidium. Idem volunt Hostiens. & Abbas *in d.cap.cùm Apostolus, de censib.* Quin posse Episcopum clericos excommunicare, nisi soluant subsidium, docet Lapus *allegat.* 20 quæ incipit, *si vacante.* Nec refert subsidium ortum esse ex charitate: quia officio iudicis possunt compelli diuites, vrgente magna fame ad largiendum eleemosynam pauperibus, Azor.*instit.moral. par. 2. lib.* 12. *cap.* 13. *quæst.* 3. Enriquez *in summa lib.*13.*c.*17.§.5.*in fine* Surd.*de aliment. tit.*3. *quæst.*3.
24. *num.*27. & alij, quos refert, & sequitur Rendina *in promptuario recept. sent.tit.*38.*n.* 12. Nec obstat, quòd Episcopus excommunicando non soluentes subsidium intra certum tempus, videatur esse iudex in causa propria, quod interdicitur *in l. 1. C. ne quis in sua causa*, quia iudex in causa propria existente manifesta, & rationabili causa, quæ specter ad dignitatem, & honorem Ecclesiæ, vt dicitur *in cap. Romana, de pœnis*, potest Episcopus, sequitur Alexand. Trentacinq. *vari. resolut. lib.*2.*tit.de iudic.resolut.*5.*n.*7. Surd.*cons.*50.& Marta *in votis nouiss.decis.voto* 57. Quare Archiepiscopi, & Episcopi possunt in ciuitatibus, & Diœcesibus suis cogere subditos ad charitatiuum subsidium, etiam si nondum sint consecrati; dummodo sint confirmati. Bellencin. *quæst.*9. Azor.*d. quæst.*5.*in fine*, ex ea ratione, quia exigere subsidium est iurisdictionis, non autem ordinis, vt dicitur *in cap. conquerente, in fine, de officio Ordinarij.*

25. Dixi, *in ciuitatibus, & Diœcesibus suis*, quia extra diœcesim suam iure tale subsidium non possunt exigere, quamquam consuetudine alicubi introducta, & communiter recepta id fortasse possunt, Bellencin. *d.tractatu, quæst.*2. Azor. *instit. moral par.*2.*lib.*9. *cap.* 24.*d. quæst.* 5. *vers. sed dubia quæstionis est.* Porrò quando Archiepiscopus, vel Episcopus voluerit à clero suo charitatiuum subsidium exigere, oportet, vt id faciat cum consilio Capituli sui, & etiam ipsorum clericorum, per textum *in cap.nouit, & in c.quanto, de his quæ fiunt à Prælato*, docent Innocent. Butr. *in d.c.cùm Apostolus, de censibus*, & Bellencin. *suprà quæst.*10.

26. Vndecimò quæritur, quando Episcopus fuerit negligens in erectione Seminarij, quid faciendum? Responde ex Concilio Tridentino *sess.* 23. *cap.* 18. Episcopum teneri Collegium puerorum erigere; & ideo si in eius erectione negligens fuerit, vel suam portionem denegauerit, Archiepiscopus supplere debet eius negligentiam. Archiepiscopum autem negligentem Synodus Prouincialis increpet in erectione, & in eius conseruatione dormientem. Sic Concilium Tridentinum *in d.cap.*18.*vers.quod si Cathedralium.* Qui denique debeant contribuere, tradit Barbos. *in d. cap.* 18. *fol.*75.& 76.& *allegat.*77.*per totam*, & de vnionibus faciendis Seminario, Gonzal. *de mensibus gloss.*5.§.7.*n.*67.

27. Duodecimò quæritur, an Archiepiscopus electus, & confirmatus, non tamen consecratus, gaudeat priuilegio Canonis decimi, sextæ Bullæ Cœnæ contra impedientes Prælatos, ne sua iurisdictione vtantur? Pars negatiua ex eo probatur, quia ante consecrationem Archiepiscopus propriè, & simpliciter non vocatur talis. Ergo impedientes illum, non incidunt in hanc excommunicationem. Dicendum tamen est in hoc canone nomine Archiepiscopi, & Episcopi intelligi omnes post electionem, & confirmationem, etiam ante consecrationem. Quare impediens Archiepiscopum ne sua ordinaria iurisdictione vtatur post electionem, & confirmationem, manet excommunicatus per hanc censuram, quoniam Summus Pontifex in canone 16. excommunicat omnes, qui impediant Prælatos, ne sua vtantur iurisdictione contra quoscumque, sed Archiepiscopus ante consecrationem habet omnia, quæ sunt iurisdictionis, & potest excommunicare, suspendere, interdicere, visitare, corrigere, beneficia conferre, Ecclesias minores coniungere, & diuidere: voti, & iuramenti vincula soluere, causas audire, & cognoscere, & sibi reseruare quorundam peccatorum absolutiones, vt habetur *in cap.transmissam, cap. nosti, c. qualiter, & cap. nihil, de electione*, & ibi Barbos. post multos. Igitur si Archiepiscopus impediatur post confirmationem, ne vtatur hac iurisdictione, impediens ligatur hac excommunicatione: quamuis in ordine sacerdotali non sit constitutus, Mar. Alter. in specie *tom.*1. *de censuris*

ſuris diſp. 17. de excomm. Bull. Cœnæ lib. 5. cap. 1. fol. 711. col. 1.

Vtrùm Archiepiſcopus poſſit extra ſuam diœceſim extruere opus aliquod pium ex reditibus ſui Epiſcopatus?

§. III.

EPITOME.

1. *Beneficiarij ſunt veri domini fructuum.*
2. *Non tenentur de iuſtitia dare eleemoſynam.*
3. *Quæ viuendo parcè congerunt, poſſunt quibus voluerint largiri.*
4. *& ea quæ acquirunt pro officiis diuinis.*
5. *Epiſcopi non poſſunt extruere opus extra ſuam diœceſim.*
6. *Oppoſitum eſt verius.*
7. *Epiſcopus poteſt inter viuos diſponere.*
8. *Item non tenetur expendere, quod ſupereſt in pauperes ſuæ Diœceſis.*
9. *Epiſcopus tenetur ſuperflua largiri egenis, & piis operibus.*
10. *Relicta pro pauperibus, intelligitur illius loci, vbi teſtator mortuus eſt.*
11. *Relictum Fratribus Tertiariis, an poſſit applicari Monialibus eiuſdem Ordinis.*

1. PRo deciſione huius quæſtionis præmitto primò Beneficiarios ſiue Epiſcopi ſint, ſiue non, habere verè dominium fructuum ſuorum beneficiorum, peccareque, ſi in profanos vſus illos expendant vanè, non tamen teneri ad reſtitutionem, ita Sot. *lib. 10. de iuſtitia quæſt. 4. art. 3.* Sylueſt. *reſtitutio. 3 quæſt. 5.* Couar. *de teſtam. in c. cùm in officiy, num. 3.* Adrian. *in 4. ſent. cap. incipiens, pro clariori, concluſ. 4.* Driedo *de libertate Chriſtiana pag. 199.* & in praxi, & de conſuetudine hoc præmittendum receptum eſt communiter, ſequitur Ledeſma *ſecunda quarti quæſt. 18. art. 5. dubio vltim.* Molina *Theolog. tom. 1. de iuſtitia tract. 2. diſp. 143.* poſt D. Thom. & Caiet. *2. 2. q. 185. art. 7.* & poſt D. Thom. *quodlibeto 6. art. 12.* & probatur ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 24. cap. 12. de reformat.* dicente, vt prouiſi de beneficiis fidei profeſſionem faciant à die profeſſionis intra duos menſes, aliàs non faciant fructus ſuos; vnde ſequitur beneficiarios acquirere dominium fructuum.

2. Præmitto ſecundò beneficiarios non teneri dare pauperibus, quod ſupereſt de ſua congrua ſuſtentatione ex lege iuſtitiæ, ſed ex lege, ſeu præcepto charitatis, legeque impoſita per canones ab Eccleſia non rebus, aut reditibus beneficiorum, ſed perſonis beneficia poſſidentibus, quod præmittendum eſt contra Nauar. *de reditibus Eccleſiaſticis, per totum, & in Apologia*, & alios ſentientes beneficiarios non eſſe dominos ſuorum fructuum, neque vſufructuarios, ſed vſuarios duntaxat, ac proinde nihil poſſe ſibi reſeruare vltra competentem ſuſtentationem, quòd ſi quod ſuperſit impenderint in vſus non pios, peccare cum onere reſtituendi, quæ opinio Nauarri quamuis pro ſe habeat graues ſatis Doctores, nihilominus tanquam rigida repellitur, & Soti tanquam ſuauior ſequenda eſt, & nobis probatur, Nauarri tamen non negamus valde probabilem, ſic Leſſ. *lib. 2. c. 4. dubio 6. n. 42.*

Præmitto tertiò Epiſcopos, & cæteros beneficiarios, quo ad eam portionem fructuum, quæ neceſſaria eſt ad eorum congruam ſuſtentationem, eſſe verè dominos, ita vt eodem modo teneantur, vel non teneantur ex iis erogare ad opera pia; ſicut ex propriis patrimoniis. Cùm hæc portio induat rationem iuſtæ mercedis debitæ ſuo officio, & labori: vnde ſi aliquid auferat ex ea, poteſt id totum impendere, perinde ac ſi eſſent bona ſæcularia. Ita Nauar. *de reditibus q. 1. monito 30.* Couar. *in c. cùm in officiis, de teſtam, n. 2. §. tertio ex eadem ratione*, Sotus *de iuſt. lib. 10. quæſt. 4. art. 3. concluſ. 6.* ratio, quia hos fructus poterant impendere liberè in vſus proprios; igitur ſi parciùs viuendo, & ſuum defraudando ſtatum eos reſeruauit, poterit eos vel donare alteri, vel in alios vſus conuertere. Idem tradit Couar. *cit.* de iis, quæ beneficiarius iuſto labore promeritus comparauit, cùm non ſint fructus beneficij, ſed proprij laboris, & induſtriæ ipſius, qui Eccleſiæ curam gerit. Ita Bologninus *in Annania conſ. 87.* Sicut paſtor, & lector Capituli, Scholaſticus, & alij, cùm ſit iuſta laboris merces, & iuſtum ſtipendium laboris impenſi in gubernatione Eccleſiæ. 3.

Præmitto quartò, eorum, quæ clerici, vel beneficiarij acquirunt pro re ſacra facienda, pro concione, pro confeſſionibus audiendis, & pro cantu, & ſimilibus, fieri verè dominos; quia illis conceduntur hæc veluti merces reſpectu operis impenſi; ideo poſſunt de iis diſponere pro libito; vnde ſequitur, quòd ſi de iis viuant, vel ad pia accommodent, poſſe tantundem vſurpare ex fructibus beneficiorum, & de illis pro arbitrio diſponere, cùm totam ſuam decentem ſuſtentationem poſſint ſibi applicare, & ſecum expendere, nec tenentur viuere ex aliis ſuis bonis; ideo ſi de aliis ſuis bonis erogent pauperibus, poſſunt vti compenſatione ex fructibus beneficij. Ita Nauar. *q. 1. de reditibus, monito 32.* Leſſius *d. lib. 2. c. 4. dub. 6. n. 38. §. vnde ſequitur.* Reginal. *tom. 2. lib. 30. tractatu tertio, de ratione iudicandi de peccatis, n. 98. cum ſequent fol. 218. § ſextum dubium*, vbi citat pro hac parte Angel. *verb. clericus 13. num. 9.* Sylueſt. *eodem verbo 4. quæſt. 12.* & confirmatur ex *cap. ſi Epiſcopus, 12. quæſt. 5.* vbi datum eſt Epiſcopis, quòd poſſint decedentes tantum relinquere, quibus maluerint, de bonis, hoc eſt, de fructibus ſuarum Eccleſiarum, quantum de bonis patrimonialibus Eccleſiis ſuis contulerint, dummodo dum has expenſas fecerint, non gratis, & liberè donauerint, quia tunc non poſſunt vti compenſatione, quòd ſi quando expendunt, vel Eleemoſynas de bonis patrimonialibus fecerunt, vel aliqua alia pia extruxerunt nihil cogitarunt de expendendo gratis, vel non, bene poterunt habere voluntatem vtendi compenſatione, & tantundem expendere de reditibus beneficij pro ſuo arbitrio, in quoſuis vſus, Nauar. *de reditibus quæſt. 3. monito 4. n. 3.* 4.

His præmiſſis videtur dicendum non poſſe Epiſcopum extruere opus pium, de quo eſt quæſtio extra ſuam Diœceſim. Moueor primò authoritate Coſtæ Luſitani *in cap ſi pater, de teſtam. in 6. verb. pauperes, num. 11.* vbi ait legatum relictum pauperibus indiſtinctè, eſſe diuidendum inter pauperes eiuſdem ciuitatis teſtatoris, arg. *l.* 5.

qua

qua conditio, §. *final. ff. de conditio. & demonstr.* gloss. *in dict. cap. si pater*, *in verb. pauperes.* Bart. *in l.* 2. *numer.* 2. *Cod. de annon. ciuilib. lib.* 10. Tiraqoel. *in tractat. de priuileg. pia causa, priuileg.* 56. Gomez 1. *variar. cap.* 12. *num.* 48. & *in l.* 31. *Tauri*, *num.* 4. Idem confirmat diceos testatore mandante executoribus testamentariis, quòd bona sua diuidant inter pauperes, vel pias causas illius loci, in quo testator habeat domicilium habitationis, per text. *in l. si quis ad declinandum, Cod. de Episcop. & Cleric.* & *ibi* Bartol. Bald. & communiter scribentes. Igitur cùm Episcopus habeat onus expendendi in vsus pios, quod superest de necessariis ad vitam, & sustentationem, tenetur expendere intra limites sui Episcopatus.

Moueor secundò ex traditis à Couarr. *in cap. cùm tibi, de testam. num.* 4. affirmante posse pauperes in genere hæredes institui; reqoiri tamen, quòd sint pauperes illius ciuitatis, in qua conditum est testámentum, quod Couar. intelligit, si testamentum fiat in loco domicilij testantis; alioqui pauperes domicilij testantis sunt admittendi, ex glossa *in cap. si pater de testament. in* 6. *verb. pauperes*, & idem probatur ex *l. nulli*, *Cod. de Episcopis, & Cleric.* modò testator non committat executori liberam electionem pauperum: nam tunc eligere poterit, quos voluerit pauperes, siue sint ex dooiicilio, siue ex loco testatoris, siue non. Concordat Molin. *ibi tom.* 1. *de iustitia, tractat.* 2. *disputat.* 157. *column.* 6. §. *quando testator*, *fol.* 904. vbi conclodit distributionem, siue fiat per Episcopum, siue per alium, quem testator assignauerit, esse faciendam inter pauperes loci, vbi defunctus domicilium habeat, aut vbi mortuus est, si ignoretur locus domicilij, aut multum distet, & in eisdem locis, quando testator non expressit aliter, sunt extruenda, seu facienda alia opera pia ab ipso relicta, per *dictam l. nulli*, & *l. si quis ad declinandum*, *Cod. de Episcop. & Clericis.* pari ratione dicendum est omnia opera pia extruenda esse ab Episcopis, vel Archiepiscopis intra fines suarum Diœcesum.

Moueor vltimò ex resolutione *capitis*, *Apostolica*, *de donat.* vbi deciditur posse Episcopum in sua Diœcesi construere Monasterium, vel aliquam Ecclesiam, quamuis exemptam à sua iurisdictione, magnificare pro sua sepultura de quadam parte sui reditus; secus si extra diœcesim hoc vellet, ita Abbas *ibi*, *num.* 3. & 4. §. *notu tertiò*, ibi, *sua videlicet Diœcesi*, sequitur Francisc. Marquez *quæst. p.* 1013. *per totam*; sicque intelligunt *cap. bone rei* 12. *quæst.* 2. & *cap. si Episcopus*, *eadem quæst.* 2. Igitur nullo modo Archiepiscopus absque licentia Summi Pontificis potest expendere reditus suos etiam pro construenda Ecclesia extra suam Diœcesim, vbi sepeliatur.

6. Contrarium mihi semper verius visum est, posse Archiepiscopum ex rediribus, qui supersunt ex sua congrua sustentatione pro qualitate, & conditione tanti status mensurata, expendere in quodcumque opus pium extra suam Diœcesim, dummodo pauperes Diœcesis noo destituantur. Probatur, quia Archiepiscopo interdicitur testari, at donationes facere, dum, viuit licet, & de fructibus suæ dignitatis disponere valet ad pia absolutè, Glossa ordinaria *in cap. præsenti*, *verb. reseruari*, *de officio Ordinary*, *lib.* 6. Confirmatur secundò ex traditis à Molina Iurisconsulto *lib.* 2. *de primogen. cap.* 10. *num.* 48. §. *hoc autem primò temperandum*, vbi ait posse Prælatum dum viuit instituere Maioratum ex causa religiosa, seu pia principaliter, verbi gratia, si ædificet Capellam, vel Ecclesiam, vel Hospitale, & pró cura, seu pro iore patronatus consanguineu, seu eius filio iure maioratus aliquam annuam pensionem relinquere, vel Monasterio pro reparatione, seu fabrica illius. Idem tradit Garcia *de benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 596. vbi volt posse Episcopos de bonis ex Episcopatu acquisitis fundare, seu dotare aliquam Capellam inter viuos, & illius ius patronatus suis consanguineis relinquere, absque eo quòd Ecclesia, seu successor io Episcopatu, vel Camera Apostolica in eo succedat, aut se intromittat. Quin imò istud ius patronatus consanguineis laicis relictum, laicale censendum est, quatenus relinquitur laicis, vt præsentent, & succedant. Nam, vt vult Mohedan. *decision.* 9. *in fine*, ius patronatus laicale dicitur vbi præsentat laicus. Garcia *suprà.*

Item, quia Archiepiscopus est Domious omnium fructuum sui Archiepiscopatus; igitur potest validè inter viuos disponere de illis, quod etiam procedit, quando ipse in morbo constitutus ex quo è vita discessit, aliquas donationes fecit inter viuos, quæ in vtroque foro sunt validæ, & licitæ, quoniam dum viuit habet dispositionem, & administrationem omnium redituum suæ dignitatis, cum hac limitatione, vt superflua, quæ remanent ex portione illi deputata, in opera pia insumat. Corrobatur ex decreto *cap. ad hæc*, *de testament.* vbi deciditur ab Alexand. III. non posse Clericos de quæsitis intuitu Ecclesiæ testari: posse tamen eleemosynas erogare etiam, dum ægritodine torquentur, ita Nauar. *de reditibus in Apolog quæst.* 1. *monito* 81. & 82. Molin. Iurisconsult. *lib.* 2. *de primog. cap.* 10. *num.* 24. & *num.* 35. & Molin. *Theolog. disputat.* 148. *conclus.* 4. *fol.* 837. nulliúsque ex Doctoribus, qoi hac de re agunt, ait Episcopos non posse extra suam Diœcesim facere eleemosynas, nec suos fructus expendere in aliquod opus pium: sed omnes concordes tradunt Episcopos, excepta sua, suæque familiæ decenti sustentatione, teneri erogare io pauperes, & in vsus pios residuum, vt videre est apud Caualcan. 2. *p. decis.* 32 *n.* 32. Cordub. *lib.* 1. *quæst. q.* 18. Sotus *lib.* 10. *de iustitia*, *quæst.* 4. *artic.* 3. *vers. sexta conclus.* Redoan. *de spoliis*, *quæst.* 9. *ex num.* 7. Gutier. *in practic. lib.* 2. *quæst.* 114. Lælius de Zanchis *de priuilegiis Eccles.* 78. *priuileg. à numer.* 5. & alij asserentes Episcopos, & Ecclesiasticos Dominos esse reditoum suorum beneficiorum, posséque ad libitum de illis disponere ad pia, quibus accedit doctissimus Gabriel Pereira *decis.* 95. *numer.* 25. *versic. ex quo etiam prouenit*, post D. Barbosam *in l. diuort. à numer.* 59. *ff. solut. matrim.*

Accedit ratio valde vrgeos, quòd si Archiepiscopus, seu Episcopus non posset opus aliquod pium extruere extra suam Diœcesim, non posset etiam in consanguineos viuentes, & domicilium habentes extra suam Prouinciam eleemosynas erogare, quod est falsum, & constat ex consuetu

consuetudine recepta, & ex Doctoribus communiter asserentibus posse Episcopos suis consanguineis vbicumque sint, extra suum Episcopatum eleemosynas elargiri. sic Molina *lib. 2. de primog. cap. 10. num. 49.* ex Soto *de iustitia, lib. 10. quæst. 4. art. 4.* imò cæteris paribus potius consanguineis, quàm extraneis subuenire debent, ita Reginald. *tom. 3. lib. 30. tract. 3. num. 101. & n. 103. fol. 218.*

Adde beneficiarios satisfacere oneri faciendi eleemosynas egenis, si expendant residua in alios vsus pios, quàm egenorum. Vnde bene possunt ex pendere in ædificium alicuius Ecclesiæ, vel Hospitalis, vel extruere opus aliquod pium. Nauarr. *de reditibus, quæst. 1. monito 26. & in Apologia quæst. 1. monito 28.* vbi nomine pauperum intelliguntur etiam Monasteria tam sæcularia, quàm regularia, & alia omnia opera, & loca pia. Adrian. *in 4. de restitut. quæst. 12. col. 7.* consentit D. Thom. *quodlib. 6. art. 12. & cap. duo 12. quæst. 1. & cap. quatuor, 12. quæst. 2.* post Valerium *suprà n. 604.*

8. Ad hæc beneficiarius non tenetur expendere quod sibi superest in vsus pauperum illius loci, vbi est beneficium, sed sufficit expendere in vsus pauperum cuiusuis loci, Nauarr. *de reditibus, d. quæst. 1. monito 27.* ex eo quòd nullus est textus, qui obliget Episcopum largiri pauperibus illius loci, vbi habet beneficium, & consuetudo contraria quæ vicem habet legis, obseruatur, ex ea ratione, quòd Mater Ecclesia omnes pauperes, vbicumque sint, filios suos reputat, & accidere potest magis gratum Deo his potius, quàm illis subuenire, si pauperiores sint, & virtutibus præstantiores, quàm alij eiusdem loci, ita Nauarr. *vbi proximè*, sequitur Valerius *num. 595.* secundùm *c. non satis, dist. 86.*

Imò si tenerentur expendere residuum in pauperes illius loci, vbi situm est beneficium, sequeretur Episcopos, seu beneficiarios de vno Episcopatu, vel beneficio ad alia translato, non posse secum deferre, quæ sibi supersunt de sua, suæque familiæ decenti sustentatione, sed teneri ea elargiri pauperibus illius loci, cùm consuetudo opposita tanquam lex obseruetur, *cap. cùm dilectus, de consuetudine, verb. Qua optima est legum interpres*, Sylu. *cons. 880. num. 17.* Menoch. *cons. 31. num. 44. & cons. 390. num. 21.* Mascard. *de probat. concl. 1415. n. 10.* & Camill. Borrell. *in summa omnium decis. tit. 14 num. 88.* Habet enim consuetudo vim parem cum lege, & venit appellatione iuris, Bernard. Græuæ *ad pract. pract. Cameræ Imper. lib. 1. conclus. 36.* Menchac. *quæst. frequent. cap. 2. n. 2.* & facit licitum, quod aliàs erat illicitum, vt per Roland. *cons. 59. num. 19. lib. 4.* Gutierr. *pract. lib. 3. quæst. 29. num. 12.* & Mexia *in tract. taxa panis concl. 3. num. 25.* Cùm ergo consuetudo declaret satis esse elargiri residuum pauperibus, quamuis non sint loci illius in quo est beneficium, sequitur non teneri oppositum facere. Nec refert sententia Pauli Castrensis *cons. 337. num. 7. lib. 1.* & Alciati *resp. cons. 1. à num. 3. & num. 43.* negantium posse beneficiarios translatos de vno ad aliud beneficium secum deferre fructus, & reditus prioris beneficij, quia contrarium ex consuetudine antiqua resoluitur, & sic posse Episcopum secum deducere prædictos fructus, & res ex fructibus emptas, Bellamer. *c. cap. si quis translatus 21. quæst. 2. num. 10. vers. sed quid si prædictus*, & D. Barbos. *in 2. part. l. diuortio, in principio, num. 54 & 55.* Quia postquam percepti sunt fructus, Episcopus acquisiuit dominium, secundùm id, quod Canones disponunt, nimirum, vt ex fructibus illis, sibi, & suis accipiat necessaria, & residua distribuat in pauperes, & alia pia opera, *cap. Episcopus, & c. penult. 12. quæst. 1.* Panor. *in cap. cum esses num. 25. de testam.* & Innocent. *in cap. indecorum ad finem, de ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum.*

Confert pro nostra sententia quòd Episcopus ne dum possit superflua ministrare pauperibus, & in pia opera expendere; sed etiam ad id teneri, *cap. 1. 16. quæst. 1.* & patet ex *cap. Apostolica 12. quæst. 2.* de his reditibus agente, vbi decernitur reditus Ecclesiasticos esse ad commodum Ministrorum, & ad sustentationem pauperum, ac peregrinorum, consonat Nauarr. *de reditibus d. quæst. 1.* & colligitur ex *cap. decimas, eadem causa, & quæst.* ibi, *Omne, quod superest in causis, pius ac religiosis erogandum est.* Qui Canones obligant Ecclesiasticos ad opera pia exequenda, nec distinguunt inter pauperes, nec inter opera pia proprij loci, & inter pia extra locum proprij domicilij. Ergo etiam extra propriam Diœcesim potest Episcopus opera pia, vel Capellam, aut Ecclesiam construere, per *l. de pretio, ff. de publicia, in rem actio. & cap. solitæ, sub finem, de maior. & obed.* vni dicitur legem generaliter disponentem, generaliter esse accipiendam, Surd. *cons. 51. num. 7. & cons. 182. numer. 15. & cons. 301. numer. 50.* Cardin. Tusch. *tom. 3. littera D. conclus. 508.* & Armend. *in proœmio addit. ad recopil. legum Nauarræ n. 27.* 9.

Ad argumenta pro contraria parte respondetur, *l. quæ conditio, §. cùm ita, ff. de condit. & demonstr.* locum habere duntaxat in testatore, qui pro amore, & vtilitate suorum cohabitatorum proprij loci tanquam homo priuatus sic est interpretandus voluisse: at verò Ecclesia cùm sit Mater omnium fidelium, omnes pauperes cuiuscuoque loci habet loco filiorum, vt patet ex *cap. alma Mater, de sentent. excommunic. in 6. & Clement. 1. in principio, de summa Trinitate*; ideo omnibus pauperibus vbicumque existant eleemosyna, potest erogari: secus quando non constat de voluntate etiam interpretatiua testatoris, quia cùm ipse natura sua, & ingenio semper incliner in pauperes proprij loci, seu in concíues suos, bene sequitur ab eo relicta, vt diuidantur inter pauperes, ad pauperes sui loci, seu domicilij esse duntaxat proroganda: quod etiam indicat *l. si quis ad declinandum C. de Episcop. & cleric.* dum determinat relictum Hospitali, dandum esse Hospitali loci testatoris, quam decisionem non esse extendendam ad Episcopos, neque ad reliquos beneficiarios vult, vt obligentur distribuere superflua pauperibus sui Episcopatus, seu sui loci, cùm nulla lex, nec cap. nec textus in iure reperiatur, qui compellat eos diuidere decimas, seu reditus pauperibus loci, vbi soluuntur. Imò D. Clemens *in lib. de constitutionibus Apostolicis, lib. 2. cap. 29. & lib. 8. cap. 36.* præcipit eas diuidi, etiam inter peregrinos, & alienigenas, sequitur Nauarr. *de reditibus d. quæst. 1. monito 27.*

Ad *cap. Apostolicæ, & cap. bonæ*, dicendum est, ibi loqui de bonis, seu de rebus Ecclesiæ, non verò de fructibus, aut reditibus Ecclesiasticis: ij enim possunt, & debent expendi ab Episcopo, & erogari orphanis, viduis, afflictis, & peregrinis, vt decernit Clemens Papa, & Martyr. *lib.*

lib. 2. cap 29. de conſtitut. Apoſtolicis, & latiſſimè Nauar. *in Apolog quæſt, 1. de reditibus*, *monito 27.* Nomine autem egenorum, quibus reſidua ſunt impertienda, non ſolùm intelliguntur inopes homines, aut fœminæ; ſed etiam Eccleſiæ, ſeu Monaſteria tam ſæcularia, quàm regularia, & cætera pia opera. Vnde ſequitur reſiduum non ſolùm deberi pauperibus, ſed etiam piis operibus, & fabricis, vt tradit Adrianus *in 4. de reſtitut*, *quæſt. 12. col. 7.* Nauar. citatus *monito 28.*

o. Secus verò reſponde de relictis à teſtatore, vt deſtribuuntur inter pauperes abſolutè, tunc enim nomine pauperum intelliguntur pauperes loci, vbi teſtator habebat domicilium propter maiorem affectionem, quam creditur habuiſſe ad illum locum *d. l. ſi quis ad declinandum*, *§ vbi autem*, *& l. nulli*, *§. ſin autem perſona. C. de Epiſcop. & cleric.* Mantica *de coniecturis vltim. volunt. lib. 8. tit. 5. a n. 2. cum ſequentibus.*

Quòd ſi teſtator relinquat religioſis Tertiariis, non poteſt diſtribui Monialibus eiuſdem Ordinis, quia quamuis nomine fratrum veniant etiam ſorores propter ſanguinis coniunctionem; hæc ratio ceſſat in Monialibus: ita Alberic. *in l. tres fratres*, *ff. de pact.* & Baldus *in 2. lectura*, *in principio*, *ibi*: *idem ſentit Iaſon.* Ego tamen valde dubito, eo quia quando teſtator præcipit, vt fiat diſtributio Monaſteriis; in dubio facienda eſt Monaſterio Monialium potius, quàm virorum: quia viri ſtudioſius acquirunt, quàm fœminæ, *l. quiſquis*, *§. ad filias*, *C. ad l. Iul. Maieſt.* Baldus *in l. cum multa*, *num. 3. C. de donat. ante nupt.* vbi tenet poſt Cin. quòd relictum Monaſterio in dubio intelligitur de Monialibus, cùm Moniales magis indigeãt. Nihilominus cùm legatur expreſſe fratribus Tertiariis, non ſatisfit voluutati teſtatoris, ſi relictum tradatur Monialibus, cùm conſtet de intentione teſtantis, cui ſtandum eſt, *l. vlt. C. de fideicommiſſis.* 11.

LIBER OCTAVVS

DE OBLIGATIONIBVS, POTESTATE, ET OFFICIO EPISCOPORVM, ET RELIQVORVM HABENTIUM iurisdictionem, quasi Episcopalem.

DISPVTATIO DECIMAOCTAVA

DE EPISCOPIS.

De conditionibus, & qualitatibus eligendi in Episcopum, & de requisitis in consecratione illius.

§. I.

EPITOME.

1. *Episcopus gracè, latinè dicitur speculator, seu superintendens.*
2. *Episcopus dicitur custos, & prafectus, subditorum mores speculatur, & vitam.*
3. *Episcopus in Ecclesia in loco editiori sedere solet & cur?*

4.& 5. *Summus Pontifex interdum vocatur Episcopus, & habet pro Diœcesi totum Orbem.*

6. *Episcopali ordine nullus maior est in Ecclesia Dei.*
7. *Summus Pontifex vocat Episcopos, fratres, Cardinales verò, & Reges vocat filios.*
8. *Ætas triginta annorum completa requiritur in Episcopo.*
9. *Episcopus debet esse legitimus, saltem per subsequens matrimonium, secus de Cardinali.*
10. *Scientiam, & doctrinam quantam debeat habere Episcopus?*
11. *Theologus ne, an Canonista debeat esse Episcopus, & qui est praferendus?*
12. *Episcopi dicuntur pastores, habentque baculum pastoralem curuatum, & cur Papa non vtatur baculo?*
13. *Consecratio quando fit, & à quot Episcopis?*
14. *Insignia Episcopi, que traduntur illi dum consecratur, & eorum significata?*
15. *Episcopi tres assistunt consecrationi, sed vnus tantum consecrat nouum Episcopum.*
16. *Episcopus consecrandus, an debeat esse in ordine sacro, & an possit consecrari in die, qua fit Presbyter?*

17.18.& 19. *Consecratio Episcopi, an iure diuino prarequirat ordinem sacerdotalem?*

20. *Pedes Episcopi cur calceentur, & interioribus tunicis cur induatur, & quas virtutes debeat habere?*
21. *Consecrati Episcopi sine qualitatibus requisitis, in quas pœnas incidant?*
22. *Episcopus electus poterit renunciare sine Papa licentia, non autem confirmatus.*

EPiscopi nomen Græcum est. 1.
Episcopus græcè, latinè dicitur
speculator, *cap. cleros*, §. *Episcopus*
21. *dist.* vel superintendens, *cap. qui*
Episcopatum, 8. *quæst.* 1. ita Gigas *in*
tractatu de residentia Episcoporum c. 1. *à n.* 1. Anastas.
Germon. *de sacror. immunit. lib.* 3. *cap.* 8. Azor.
instit. moral. par. 2. *lib.* 3. *cap.* 27. *quæst.* 1. Gonzal.
ad regul. 8. *Cancellar.* *gloss.* 42. *numer.* 18.
D. Augustin. *lib.* 1. *de ciuitate Dei cap.* 9. vocat
Episcopum obseruatorem, custodem, & præ- 2.
fectum, qui speculatur subditorum mores, &
vitam, & D. Ambrosius dicit *de dignitate Sacerdotali cap.* 6.
Episcopum esse quasi superinspectorem,
ac proinde ipsum in loco editiori sedere in 3.
Ecclesia, vt ipse cunctos ex alto respiciat, & ab
omnium oculis videatur.

Ideo Summus Pontifex dicitur interdum Sum- 4.
mus Episcopus, *c. Pontifices* 7. *quæst.* 1. *& in c. Messana, de electione.*
Est enim Episcopus vniuersalis
Ecclesiæ. Flamin. *de resignat. lib.* 11. *quæst.* 13. *num.*
132. Praxis Episcop. *par.* 1. *verb. pragmatica*, §. 3.
pag. 278. Cæsar Baron. *annalium Ecclesiæ tom.* 8.
anno Christ. 595. *pag.* 64. *&* 68. habetque pro pro-
pria Diœcesi totum Orbem, Gonzal. *ad reg.* 8. 5
cancell. §. 1. *proœm. num.* 44. Camill. Borrell. *in summa*
omnium decision. tit. 4. *num.* 10. Interdum Papa se ip-
sum Episcopum Vrbis Romæ, aliquando Catho-
licæ Ecclesiæ vocat Episcopum, *c. si Episcopus* 2.
quæst. 9. *c. transmarinos, c. Apostolicos*, *dist.* 98. Gam-
barupta *de casibus reseruatis cap.* 1. *num.* 7. *&* 8. Nec
immeritò, quia nullus ordine Episcopali maior
est ordo in Ecclesia Dei, vt asserit gloss. *verb. Episcopus*,
in proœmio lib. 6. gloss. *verb. de Episcopis*, *in* 6
cap. quia periculosum, *de sentent. excommunic. eodem*
lib. 6. Cassan. *in Catalogo gloria mundi par.* 4. *considerat.* 25.
& Anastas. Germon. *de indultis Cardinalium*
verb. Episcopus. Vt autem magis ostendatur Epi-
scopalis dignitas, Summus Pontifex vocat Epi-
scopos fratres, quasi sibi æquales, Cardinales ve-
rò, & Reges filios, text. *in cap. quùm graui* 6. *de* 7.
crimine falsi, Decius *in cap. cùm venerabilis num.* 2.
de except. Cosm. *in pragmatica tit. de num. Cardinalium*,
gloss. Cardinales.

Porrò Episcopalem ad dignitatatem promo- 8.
uendus debet esse ætatis triginta annorum, & an-
te trigesimum annum completum promoueri ne-
quit, vt voluit Gregorius X I V. *in constitutione sua*
publica 15. *Maij*, 1591. expressis verbis ibi, *annum vigesimum expleuisse*,
Menoch. *de arbitr. casu*
427. *num.* 24. Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiastici cap.* 3. *num.* 7. Armendar. *in addit. ad recopil. le-*

gum

gum Nanarra ad librum 1.*tit*.2.*l*.1.*de ætatibus*, *n*. 18. Gutier.*Canon.lib*.1.*cap*. 26.*num*. 39. Lessius *de institia lib*.2.*cap*.34.*dubio* 20.*num*. 103. Azor.*instit moral.par*.2.*lib*.6 *cap*. 5. & Reginald. *in praxi fori pœnit.lib*. 3. *tractatu* 3. *num*. 163. *vers*. 1. Quare hodie reiicitur gloss.*verb.compleuerint*,*cap.vni.de ætate*,*& qualitate*, asserens Episcopum esse posse, qui trigesimum ingressus est annum Et eandem ætatem requiri in promouendo ad Cardinalatum, docet Henriq. *in summa lib*.10.*cap*.19. *propè finem*,§.3.*& lib*.14.*cap*.9.*ad finem*

9. Item promouendus ad dignitatem Episcopalem debet esse natus de legitimo matrimonio, Francisc.Leo *supra par*.1.*c*.3.*n*.8. Et satis est quòd sit legitimatus per subsequens matrimoniom,cùm iuris fictione à tempore natiuitatis reputetur legitimus, Couar. *de sponsalibus par*.2.*c*.8.§.2. *n*.30. Menoch.*cons*.16.*num*.5.*&* 17.*& cons*.799. *num*.12. Azor.*instit.moral.par*.3.*lib*.2.*cap*.14.*quæst*.14. Soarez *tom*.5.*de censuris disp*.50.*sect*.5. *à num*. 10. & Bellet. *disquisit.clericæl par*.1.*tit.de disciplina clericali*, §. 2. *num*. 18. Non tamen legitimatus per subsequens matrimonium potest ascendere ad dignitatem Cardinalatus, prout statuit Sixtus Quintus *in sua constitutione* 50. incip. *Postquam*. Sayr. *de censuris lib*.6.*c*.10.*n*.13.*&* 14.

10. Requiritur item quòd Episcopus sit in Vniuersitate aliqua vel Magister, vel Doctor, aut Licentiatus in sacra Theologia, vel iure Canonico, aut saltem publicò alicuius Academiæ testimonio approbatus ad alios instruendos appareat, vt ita muneri sibi iniuncto queat satisfacere, vt per Concilium Tridentinum *sess*.22.*de reformatione* c. 2. & *ibi* Barbos.*in remissionibus*. Ex constitutione tamen Gregorij XIV. incip. *Onus Apostolicæ*, cuius meminit Quaranta *verb. electio*, nec sufficit priuilegium Doctoris, aut Licentiati, sed debet fieri de doctrina promouendi diligens Inquisitio, nisi aliunde constet ex aliqua publica functione. Hinc Chrysostom.*homil*. 15. sic ait, Cur Apostolus ait: Oportet Episcopum esse Doctorem, nisi vt doceat? Nec satis est quòd doceat exemplo vitæ; imò oportet eum laborare in verbo, & doctrina. Quare Episcopus omnium sacrarum, Interpretationum, atque factorum, scientia debet esse præditus. In prouisione ergo Episcopatus Theologus præferri debet iuris Pontificij Professori, præser-
11. tim vbi hæresum venenum serpit. Henriquez *in summa lib*.10.c.30.§. 2. *littera E*. Azor. *instit moral. lib*.3.*cap*.28.*quæst*.10.*par*.2.& Bobadil.*in sua politica lib*.1.*cap*.6.*num*.14. In spectantibus ad forum iudiciale, & censuras, & pœnas Ecclesiasticas præferendos esse Theologis Canonistas, voluit Fr. Emmanuel *quæst. regular. tom*.1.*quæst*.11.*art*. 4. Menoch.*de præsumpt.lib*.2.*præsumpt*.71.*n*. 49.& Azor. *instit.moral. par*.1.*lib*.2.*c*.17. *quæst*.3. *& par*. 3. *lib* 1. *c*.3.*quæst*.4.

12. Addi potest non impropriè Episcopos dici pastores, & subditos eorum oues appellari, cùm sint speculatores vigilantes super gregem suum, in cuius officij pastoralis signum baculum pastorale traditur Episcopis, textus *in cap.vnico*, *in fine*, *de sacra vnctione*], Durand.*in ration. diuin. lib*.3. *c*.15. Guido Pancirola *in thesauro variarum lectionum lib*. 1. *cap*. 19. Est tamen baculus curuatus Episcopis limitatam potestatem significans, & inde Papa non vtitur baculo, cùm potestatem habeat vniuersalem, & non limitatam: item baculus est authoritatis scilicet, & disciplinæ insigne, sustentaculum imbecillitatis humanæ; vt Episcopus in corripiendis vitiis piè saniat, & iudicium sine ira teneat. Item vt in tranquillitate seueritatis censuram non deserat; quin imò reuocet errantes, iustos regat, pungat, & stimulet ignauos, & inertes, iuxta Ezechiel.cap. 34. *attrahat vagum*, *sustentet languidum*, *stimulet pigrum*. Fit autem Episcopi consecratio die Dominica ad minus tribus Episcopis congregatis; vnus super eundem benedictionis munus infundit: reliqui, qui adsunt, caput illius suis manibus tangunt, & illud sacro Chrismate vnà cum manibus inunguot.
Deinde in manibus vngitur propter officium, & 13.
ministerium Episcopale, & vt cognoscat se suscepisse dignitatem propter negotium, vt portet pondus diei, & æstum: insuper vt in illis manibus appareat virtus Spiritus sancti, & illis laboret, & operetur bonum ad omnes quidem, sed maximè ad domesticos fidei, & quidquid benedixerit, benedicatur, & quidquid sanctificauerit, sanctificetur.

Præterea imponitur nouo Præsuli sacra Cydaris in capite, bicornisque galea cum Patris omnipotentis inuocatione, vulgò *Mitra*, quæ scientiam vtriusque Testamenti in eo residere Testatur. Duo mitræ cornua, duo designat testamenta: anterius nouum, posterius vetus, quæ duo Episcopus scire debet.*c.Episcopus* 23.*quæst*.1.quibus fidei inimicos
terrere, ferire, ac lacerare potest. His cornibus ar- 14.
matus Ambrosius Theodosio, Basilius Valentino, & Chrysostomus Arcadio fortitèr se opposuerunt, & terribiles apparuerunt.

Quæri potest, an sit de substantia consecrationis Episcopi ponere librum super caput illius? Syluester *in verb.consecratio n*.1.affirmat; negat tamen gloss.*in c. Epicopus*,*dist*.23. quia iuris est Canonici præceptum; & ideo ex communi sententia non pertinet ad consecrationis substantiam poni ab Episcopis consecratoribus super caput Episcopi codicem Euangelij, ita Azor.2.*p.instit moral.lib*. 3.*cap*.30.*quæst*.3.*vers.deinde quæres*.

Ambigi etiam potest, an quilibet trium Episco- 15.
porum, qui manus imponũt super caput Episcopi, & tenent Codicem Euangelij, consecret Episcopum: Negant aliqui nullum ex tribus per se solùm consecrare, sed omnes tres simul, & cõiunctim. Ita gloss. & Hugo *in c. Episcopus dist*.23. Syluester tamen *in verb.consecratio*,*primo*,*n*.1.multò meliùs, ac veriùs tradit post Hostiensem, & Gofredũ vnum totam consecrationẽ peragere, alios verò adiutores esse. Requiritur tamen, quòd assistant consecrationi, & adiuuent saltem tres Episcopi, *cap. ne Episcopi*, per textum, *sine tribus*, *de temporibus ordinationum*, Henriquez *in summa lib*.10.*cap*.24. §.1. Paul.Comitol.*responsorum moralium lib*.1. *quæst*.48. *n*.13.aliàs non esset consecratus, per glossam *in d.c. ne Episcopi*. Locus autẽ idoneus consecrationi est Ecclesia, quæ placuerit Metropolitano, c. *final*.51. *dist*. Concilium Tridentinum *sess*.22.*c*.2.*de reformatione*, nisi aliud ex consuetudine sit introductum, Syluester *verb consecratio*.1.*n*.3. Enriquez *in summa lib*.10.*cap*.23.§.5.*in principio*, & Lessius *de instit lib*. 2.*c* 34.*n*.103

16. Ad hæc consecrandus ad Episcopatum debet in sacro Ordine antea per sex menses constitui, ex Concilio Tridentino *sess*. 22.*de reformat* c.2.& volunt Francisc.Leo *in suo Thesauro fori Eccles.p*.1.*c*.3. *n*.9.& Cãpan.*in diuers.Iur.Canon.rubr*.7.*c*.6.*n*.43. Ex Bulla tamen Gregorij XIV. publicata 15. Maij 1590. requiritur, quòd sit promotus ad omnes Ordines sacros ante sex menses; sicut ante Cõcilium

decreuerat textus *in c. Osius 61. dist.* ita Campanil. *rubr.* 11. *c.* 7. *num.* 8.

Porrò promotus ex dispensatione Summi Pontificis ad Presbyteratum in die Dominico, nequit eadem die consecrari Episcopus, sic Innocentius *in c. litteras, de temporibus ordinationum*, reiecta glossæ sententia opposita verbo *Sabbati, in fine, in c. quod à patribus 75. dist.* Campanil. *in diuersorio iuris Canonici rub.* 6. *c.* 4. *n.* 5.

17. Quæri potest, an substantia consecrationis Pontificiæ requirat per se iure diuino Ordinem sacerdotalem? Partita est quæstio, prima tradit Ordinem sacerdotalem ex præcepto Ecclesiæ tantummodo requiri: ac proinde si quis nondum presbyteratu initiatus Episcopus sacretur, verè Episcopum esse, ita scribentes *in c. 1. de clerico per saltum promoto*, vbi Ordinem sacrum bene quis recepit, etiã si nullum habeat de minoribus, gloss. *ibi* gloss. alia *in c solicitudo 52. dist.* D. Thomas & omnes Theologi *in 4 senten. dist.* 24. Syluest. *in summa verb. ordo. 5. quæst. 5.* quos refert, ac sequitur Salzedo *ad Bernard. cap. 24. littera B.* Confirmatur, quia si quis ordinatur per saltum omisso subdiaconatu, Sacerdos, & Episcopus consecratur, suscipit characterum Ordinis, sed non eius executionem, quia Ordines illos non poterit conferre quos non accepit, sic ex D. Thoma tenet Salzed. *ad Bernard d. c. 24. addit 1 littera A. vers. inter promotos*, Campanil. *in diuersor. iuris Canonici, rub.* 10. *c. vni. n.* 3. iuuat *c. ex litteris, de excess. Prælat.* ex eo, quia, qui consecratur Sacerdos ante acceptum Diaconatum, fit verè Sacerdos, & sacerdotalem consequitur potestatem; sunt enim Ordines Ecclesiastici inter se distincti, & superiores inferiorem non suaptè natura, sed ex ordine, & præcepto Ecclesiæ expostulant.

18. Secunda negat Episcopum fieri posse, qui nondum Sacerdos creatus, consecratur Episcopus, *c. sua, vnic. de clerico per saltum promoto*, & *ibi* gloss. *ad finem*, ibi, *præter Episcopalem scilicet Ordinem, quem nemo recipere potest, nisi sit saltem Sacerdos.* Sequuntur Hostiens. *in eodem capite post num.* 2. Maiol. *de irregul. lib.* 4. *c.* 12. *num.* 3. Syluest. *verb. Ordo* 2. *n.* 1. Borgas *tract. de irregul. par. 5. sub hac rub.* Sà *verb. Ordo num.* 25. & Eriquez *lib.* 10. *cap.* 7. §. 1. & videtur communis omnium Theologorum. Ducuntur, quia Episcopus est Sacerdos, & præfectus summus: non erit ergo summus, si non fuerit Sacerdos. Item, quia si non sit Sacerdos dum consecratur Episcopus, nullus erit Sacerdos ab eo consecratus, quamuis illum consecret.

19. Ex his duabus opinionibus dicendum est, quamuis sacerdotium non præcedat, validam tamen esse collationem Ordinis Episcopalis, quia præposteratio in collatione Ordinum non vitiat, quamuis executionem impediat, ita secundùm Interpretes iuris Canonici: ait verò secundùm Theologos, & fortè veriùs Episcopalem Ordinem non suscipere, qui Sacerdotio caruit, arbitrare; ita secundæ sententiæ Doctores cum Scoto, Richardo, Paludano, Soto, & aliis *in 4. dist.* 24. quos referens sequitur Azor *par. 1. lib. 3. cap.* 30. *quæst.* 9 *vers. secunda opinio.*

20. Peti etiam potest, quare Episcopi pedes calceentur, & interioribus quibusdã tunicis induantur? Certi iuris est calceari pedes ad annunciandum Euangelium pacis, vt eat, & redeat, laboret, & non quiescat, nec delitescat otiosus. Interioribus quibusdã tunicis vtitur, quæ puritatem, & innocentiã, & integritatem vitæ denotant, quarum virtutum interiorum solus Deus animarũ sponsus est verus speculator. Induitur item Dalmatica latas manus habente, significanteque quanta debeat esse in pauperes Episcopi liberalitas, & hospitalitas. Decet enim, & oportet Episcopum sicut Dei dispensatorem hospitalem esse, benignum, liberalem, *Ad Titum.* 1. vt inquit Apostolus. Traditur item annulus sacer nouo Præsuli, vt sanctam Ecclesiam sponsam suam intemerata fide custodiat, Durand. *in rationali diuinorum lib. 3. cap.* 14. Insuper chirothecis manus operit, vt nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua; non tamen chirothecis semper vtitur, sed interdum chirothecas exuit, oportet enim ad ædificandum, opera bona exhibere, & exemplo omnibus prælucere, Durand. *lib. 3. cap.* 12.

In quas pœnas incidant Episcopi sine qualitatibus requisitis consecrati ambigitur? Inprimis electus, si intra tres menses confirmationem non petat, ius, quod ex electione consecutus est, amisit, vt notat gloss. per textum *ibi in c. quam sit, de electione lib. 6.* & electio omnino est inanis, quamuis postea electus consensum præstet. Sufficiet tamen, si amicus Episcopi electi nomine eius postulet confirmationem sine mandato, modò electus intra illos tres menses ratum habeat, textus *in d. cap. quam sit*, Tiraquel. *de pœnis temperandis caus.* 22. *n.* 37. Azor. *instit. moral par. 2. lib. 3. c. 29. quæst.* 11. alioqui, si confirmationem petat transacto trimestri, & impetret, confirmatio est Inutilis, quia non conualescit lapsu temporis, quod ab initio irritum fuit, Azor *suprà.* Similiter consecratio facta ab vno tantùm Episcopo authoritate priuata irrita erit, neque consecratus hoc modo Episcopalem Ordinis potestatem acciperet, quia consecratus non est, nisi à tribus Episcopis consecretur, iuxta Apostolicum decretum. Quare reiicitur Paludanus dum vult, illum esse, consecratum in libro de potestate Papæ, credens ternarium Episcoporum numerum ad substantiam consecrationis non pertinere; sed fallitur, quia Apostoli constituerunt, vt Episcopus à tribus Episcopis consecretur, Azor *suprà c. 30. vers. quæro item, & vers. sed quid dicendum.* Denique, si Episcopus consecretur ante annum trigesimum completum, non erit irregularis, ex traditis per Soarez *tom. 5. disp.* 81. *sect.* 1. *n.* 29. & per Campanil. *in diuersorio iuris Canonici rub. 7. cap. 4. n.* 17. quos referens sequitur Barbos. *de offic. & potest. Episcopi alleg.* 1. *n.* 29. 21.

Quid dicendum de Episcopo electo ante confirmationem, poterit ne renunciare sine Papæ licentia? Responde affirmatiuè in manibus eligentium. Rot. *decis.* 8. *n.* 3. *de iure patron. in nouis*, & videtur tenere gloss. *in c. 2. verb. confirmatus, de translat. Episc.* & gloss. *in c. cum inter, de electione, verb. quasi*, quod procedit etiam post consensum præstitum. Nam electus ante acceptationem non potest renunciare, quia nullum ius habet, sed sufficit non consentire electioni; post acceptationem & consensum, potest renunciare inconsulto superiore: post confirmationem verò cum superioris authoritate, Flaminius *de resignat. lib. 7. quæst. 1. num.* 79. *& duobus sequentibus*, Reginal. *lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 331. Rendina *in promptuario recept. sentent. tom. 1. tit. 36. num* 28 Barbos. *in cap. inter, de translat. Episcop. num.* 8. *&* 26. 22.

De

De excellentia, ac dignitate Episcopali, déque virtutibus Episcoporum, & à quibus abstinere debeant?

§. II.

EPITOME.

1. *Episcopus habet nomen non officij tantùm, sed etiam dignitatis, & potestatis.*
2. *Episcopatus non solùm est dignitas, sed culmen dignitatis.*
3. *Episcopalis dignitas vti ordinaria, & in generalè est constituta a Christo Domino, & de iure diuino, in particulari, in hoc, aut illo pendet à Romano Pontifice.*
4. *Romanus Pontifex potest creare Episcopos, & trãsferre inuitoc, Diœceses diuidere, minuere, aut supprimere.*
5. *Pontifex nequit ex toto, vel ex parte, mutare, vel abrogare, quæ Apostolis tradita sunt tanquam præcepta Domini circa sacramenta.*
6. *Pontifex non potest mutare quæ sunt iuris diuini, poterit tamen hunc, aut illum eximere ex rigore iuris diuini.*
7. *Ecclesia ipsa non potest mutare modum regiminic per Dominum institutum, secus de iurisdictione Episcopali in particulari prout in hoc, vel illo subiecto reperitur.*
8. *Episcopalis dignitas quando possit appeti sine peccato, & quando appetatur cum peccato?*
9. & 10. *Episcopatus an sit ordo distinctus à Secerdotio?*
11. & 12. *Ordines singuli, an sint sacramenta, & quid de prima tonsura?*
13. *Vita Episcoporum qualis esse debeat, & quanta eorum virtus, ac doctrina, ostenditur.*
14. *Officium Episcopi non tam honor, quàm labor est.*
15. *Episcopi habent ministerium, non dominium, vocantur ad labores, non autem ad commoda, plus nocent in do exemplo, quam peccato.*
16. *Episcopi sunt speculatores, ratione ordinis Episcopalis, sunt maiorec Cardinalibus, & Christus Dominus dictus est Episcopus.*
17. *Finis gubernationis Episcopalis qualis sit, & quale officium Episcoporum gentilium olim.*
18. *Episcopi à quibus cauere debeant, & quæ effugere teneantur?*
19. *Episcopus debet esse sine patre, sine matre, & sine genealogia, & sine consanguineis, ne dissipent bona Ecclesiæ.*
20. *Peccatum quale sit dissipare bona Ecclesiæ in profanos vsus.*
21. *Episcopus inconsulto Papa nequit de superfluis fabricæ vnius Ecclesiæ fabricæ alteri aliquid tribuere.*

1. EPISCOPATVS dignitas est, Episcopus non officij tantùm, sed dignitatis, & potestatis habet nomen, text. *in c. 2. de officio delegati lib. 6.* ibi, *Pontificali dignitate,* & *in Clementina in plerisque*, ibi, *Pontificalis dignitas, de electione.* Nec refert textus *in c. qui Episcopalem*, vbi dicitur nomen Episcopi esse nomen operis, & non honoris, *& c. 8. quæst. 1.* ex quibus hæreticis colligunt Episcopi nomen solum esse muneris, & officij, non autem potestatis, seu dignitatis, quia apertè decipiuntur, Bellarmin. *de controuers. Christianæ fidei tom. 1. lib. 3. de Romano Pontifice c. 14.* & Azor. *instit. moral. lib. 3. c. 27. quæst. 2.* Eoriquez *in summa lib. 10.*
de ordinis Sacramento c. 32. Quin imò Episcopatus 2.
non solùm dignitas, sed culmen dignitatum probatur esse, vt probat textus *in cap. penultimo, de præbendis*, ibi, *ad culmina dignitatum*, quem ad hoc notat glos. *verb. dignitatum, in cap. 2.* etiam *de præbendis lib. 6.* Consonat gloss. *verb. Episcopus, in proœmio, libri sexti*, vbi dicitur maiorem esse ordinem, quàm sit in Ecclesia Dei, atque ita Episcopatus non solùm est officij nomen, sed est dignitas maxima.

An verò Episcopatus sit de Iure diuino, contro- 3.
uerti potest? Nihilominus vt longa altercatio intersecatur, dic Episcopalem dignitatem eiusque iurisdictionem vti ordinariam, & ex officio consideratam saltem in generali esse institutam à Christo Domino ad effectum, vt Summus Pontifex Ecclesiam ipsius regeret, iuxta illud Pauli *ad Ephes. 4. & 1. ad Corinth. cap. 12.* ibi posuit Christus in Ecclesia Pastores, hoc est, Episcopos, & iuxta Actorum 20. *posuit vos Spiritus sanctus Episcopos regere Ecclesiam*, sequuntur Bellarmin. *lib. 4. de Romano Pontifice cap. 25.* & Soar. *tom. 4. de pœnit par. 2. disp. 25. sect. 1. a num. 7.* vbi concludunt Episcopalem dignitatem saltem in generali esse institutam à Christo Domino. Si autem sumatur hæc dignitas in particulari, prout videlicet in hoc, vel illo subiecto reperitur collocata non esse de iure diuino, neque ab eo accipere certos gradus iurisdictionis immutabiles; sed totam pendere à Romano Pontifice, à quo iurisdictio immediatè conceditur, & deriuatur, prout tradunt Couarr. *in regul. peccatum par. 2. §. 9. n. 6.* Bellarmin. *lib. 4. de Romano Pontifice, cap. 24.* Valent. *tom. 4 disp. 7 quæst. 10. puncto 2. pag. 2. col. 1.* & Suarez *d. disp. 25. sect. 1. ex n. 10.*

Probatur, quia Romanus Pontifex per se, vel 4.
per alios sua authoritate potest creare, & transferre Episcopos, text. *in c. cùm ex illo, verb. translationis Episcoporum, de translat. Episc.* Valerius Reginald. *in praxi lib. 30. tract. 3. num. 257.* & habetur *in c. inter corporalia. de translat. Episc.* & ibi Barbos. *n. 7.* vbi addit posse Episcopum etiam inuitum ex causa transferri de vna Ecclesia ad aliam, vt per Flaminium *de resignat. lib. 3. quæst. 10. n. 14.* Item potest Summus Pontifex Diœceses diuidere, erigere, minuere, augere, aut deprimere. Similiter extendere, vel limitare ipsam iurisdictionem, quæ Episcopali muneri intrinsecè cohæret, vt ordinaria, potest Papa dum scilicet ipsum pastoris animarũ officium eam intrinsecè petit, ad quod munus Episcopus creatur respectu oorũ, propter quos assumitur in spiritualibus. Non potest tamen Summus Pontifex ex toto, vel ex parte aliqua mutare, vel abrogare, quæ Apostolis tradita sunt tanquam iussa, & præcepta Domi- 5.
ni, quæ pertinent ad naturam, & substantiam Sacramentorum, & ad eorum materias, formas, & ordinarios ministros. Pari modo secundùm communem Theologorum *in tertio dist. 37.* &
Couar *de matrimonio p. 2. c. 6. § 9. n. 4.* quam etiam 6.
tradit S. Thomas 1 2. *quæst. 100. art. 8.* nequit Summus Pontifex aliquid eorum, quæ sunt iuris diuini ex toto, vel ex parte abrogare, aut mutare, etiam si ex iusta causa queat hunc, aut illum eximere à rigore iuris diuini. Non enim idem est aliquem à iuris diuini rigore soluere, & ius diui-

num ex toto, vel ex parte tollere. Azor. *2. p. lib. 4. c. 18. quæst. 1. & 2.* & ex consequenti Episcopali Monarchia in Ecclesia per Dominum instituta, vt eam gubernaret, non poterit tota ipsa Ecclesia modum regiminis mutare, ita Suar. *tom. 4. de pœnit. p. 2. disp. 25. sect. 1. n. 7. & sequent.* ex authoritate plurimorum probat, quod etiam post alios obseruat Couarr. *in regula peccatum p. 2. §. 9. n. 6.* Secus de iurisdictione Episcopali, & de ipso munere Episcopali sumpto in particulari, prout in hoc, vel illo subiecto respectu horum, vel illorum subditorum collocatur, non enim est de iure diuino, nec ab eo habet certos gradus iurisdictionis immutabiles, sed totum pendet à Summo Pontifice, per quem idem munus immediatè in particulari habetur, & à quo iurisdictio immediatè manat, Couar. *suprà*, & Suar. *vbi proximè n. 10.* P. Fagundez *p. 2. lib. 7. c. 1. n. 25.*

8. Ambigi potest, an Episcopalis dignitas possit appeti? Respondet Chrysost. *homil. 35.* his verbis: *Opus quidem desiderare bonum, bonum est: Primatum autem honoris concupiscere vanitas est; Primatus enim fugientem se desiderat, desiderantem se horret.* Hæc ille. Vnde Episcopatum desiderare propter annexum laborem, qui ordinatur ad honorem Dei, & proximi salutem, bonum opus desiderat, in quo sensu loquitur Apostolus 1. *ad Timotheum* 3. & tradit D. Thomas 2. 2. *quæst. 185. art. 1.* Aluarez Guerrero *in speculo iuris Pontificij c. 4. post principium*, & Azor. *instit. moral. part 2. lib. 3. c. 28. quæst. 2.* Atque ita Episcopatus potest appeti sine vllo peccato ab illo, qui eo dignus est, dummodo principaliter appetatur, vt prosit, quamuis secundariò appetatur propter honorem, & diuitias, non erit ob hoc mortale, quamuis Caietanus aliter senserit ex verbis D. Thomæ 2. 2. *quæst 135. art. 1.* sed fallitur, quia talis appetentia sola nullam continet iniustitiam, neque irreuerentiam Dei, item quia bene possumus appetere, & petere minus principaliter honorem, & temporalia à Deo ipso, & spiritualia principaliter, Nauar. *miscel. 42. & de senten. excommunicatione cons. 17. n. 7.*

9. Præterea in quæstionem venire potest, an Episcopus sit ordo a sacerdotio distinctus? Negant Theologi, dicentes septem in Ecclesia tantùm esse Ordines, quatuor videlicet minores, & tres maiores, & sic excludunt Episcopatum ex numero Ordinum, ita D. Thomas *3. p. quæst. 40. art. 5.* Henriquez *in sũma lib. 10. c. 2. in principio*, & Bonacina *de Sacramentis disp. 8. quæst. vnica, punct. 1. n. 3.*

10. Verius tamen est iudicium Canonistarum dicentium Episcopatum esse Ordinem à Sacerdotio disiunctum, id probatur ex Concil. Triden. *sess. 23. de sacramento Ordinis cap. 4.* ibi, *Episcopos, qui in Apostolorum locis successerunt, ad hunc hierarchicum ordinem præcipuè pertinere*, textus *in c. 1. iuncta glossa verb. à cap. 32. dist.* Confirmatur fortiùs est eo, quia Episcopi multo magis ordinantur ad Eucharistiæ Sacramentum, quàm alij inferiores, cùm consecrant Sacerdotium, & consecrant Altaria, & vasa ad vsum eiusdem Sacramenti, quibus pensatis rationibus hanc partem tuentur Emmanuel Sa *verb. Ordo num. 7.* Bellarmin. *de sacr. Ordinis cap. 1.* Valent. *tom. 4. disp. 9. quæst. 1. punct. 4.* Vasquez *p. 3. tom. 2. disp. 240. cap. 3.* Coninch *de Sacr. tom. 2. disp. 2. dub. 2. n. 9.* Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiastici p. 1. cap. 4. num. 17.* & Campanil *in diuersor iuris Canonici rub. 2. num. 7.* dicentes Episcopatum esse Sacramentum, & Ordinem distinctum à Sacerdotio. Esse autem ordinationem Episcopalem verè, & propriè Sacramentum, tenet receptior opinio, prout defendit Cardin. Bellarmin. *de Sacramentis lib. 1. cap. 5.* & Valent. *tom. 4. disp. 9. quæst. 1. punct. 4. vers. secundò controuersum*, quos referens sequitur Campanil. *supra rubr. 2. num. 7. ante vers. Episcopatum.*

Porrò, an singuli Ordines sint Sacramenta, 11.
variant inter se Doctores. Nonnulli opinantur solùm sacerdotalem Ordinem esse Sacramentum, ita Durand. *in 4. sentent. distinct. 24. quæst. 2. num. 6.* quam partem de Sacramento Ordinis Victoria *n. 227.* putat probabilissimam. Alij credunt minores Ordines non esse Sacramenta, sed sacramentalia: maiores tamen solùm esse Sacramenta, ita Sotus *in 4. dist. 25. q. 1. art. 2. & art. 4. vers. dubium ergo*, & Vasquez *3. p. tom. 3. disp. 237. cap. 2. in principio.* Alij denique verius censent tam maiores, quàm minores Ordines esse Sacramentum, & conferre gratiam, sic Bonauentura *in 4. sent. dist. 24. art. 2. q. 4.* Cardin. Bellarmin. *lib. 1. de Sacramento Ordinis, cap. 8.* Valent. *tom. 4. disp 9. q. 1. punct. 4* Enriquez *in summa lib. 10. cap. 2. §. 2.* Emman. Sà *verb. Ordo num. 21.* Enriquez *in summa lib. 10. cap. 2. §. 2.* & Coninch *de Sacramentis tom. 2. disp. 28. dub. 6.* quos sequitur Bonacin. *de Sacramentis disp. 8. q. vnica, punct. 2. num. 2.*

Prima tamen tonsura non semper venit appe- 12.
latione Ordinis propriè, sed habet se tanquam præambulum, seu dispositio ad Ordines, sicut Nouitiatus ad Religionem, in quo sensu videntur veriùs loqui Theologi asserentes indistinctè primam tonsuram non esse Ordinem propriè, sed impropriè ratione quorundam actionum, vide Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 31. num. 17.*

Quanta autem debeat esse virtus, & quàm ex- 13.
cellens viuendi modus Episcoporum, tradit Dionysius Areopagita *de cælesti Hierarchia cap. 5.* dicens Episcopum esse virum diuinum, diuino numine afflatum, qui sit præditus omni sacra disciplina, perficiens ea, quæ perficiuntur, omnemque sacerdotalem doctrinam complexus. Dicitur etiam Episcopus minister, & adiutor Dei, ac dispensator ministeriorum eius. Apost. *ad Corinth. 4.* Sapientibus, & incipientibus debitor. Item sal terræ, *Matth. 5.* vt condiat aliorum mores sapientissimis institutis, ac moribus incorruptis, imaginem Dei referens, prout vult Ignatius Ioannis discipulus *in Epist. ad Smirnenses*, & vt tradit Basilius *in Epistol. 61.* Episcopus vocatur Angelus Dei, Illustris animarum custos, Sacerdos inieruenta sacrificia offerens. Ex quibus ostenditur, quàm magna sit Episcoporum dignitas, quanta potestas, & iurisdictio, quàm excellens vitæ sanctitas, si quidem sunt Dei imagines, Angeli Dei, sal terræ, & animarum custodes. Anastas. Germon. *de indult. Cardinal. §. Episcopus, fol. 369. per totum.*

Est item Episcopo officium non tam honor, 14.
quàm labor, cùm sit seruus suorum subditorum; quam seruitutem etiam cognouit Rex Antigonus Macedonum dicere filio solitus: Scito fili Regnũ nostrum esse splendidam seruitutem. Labori igitur, & seruituti inseruire debet Episcopus, teste Bernardo *in Epistola ad Roman homilia 11.* dicente, *In omnibus exemplo Apostoli honorificabitis ministerium vestrum, ministerium, inquam, non dominium; ipsum quidem honorificabitis, non vos, nam, qui quærit, quæ sua sunt, se cupit honorari, non ministerium*, sic ille. Ratio quia Episcopi vocati sunt pro Dei gloria ad labores, non autem commoda propria, &

ad

ad charitatem in animas ouium infundendam; quantum enim quiſque habet charitatis, tantum habet & virtutis. Contrà verò, qui malè viuit in conſpectu eorum quibus præpoſitus eſt, quantum in ipſo eſt, occidit, nec ſolùm vitia contrahunt Principes, ſed exemplo ſuo ſubditos præcipitant, & plus exemplo, quàm peccato nocent, res enim pernicioſa exemplum; facit illud Auguſtini ad paſtores, *Epiſcopus honeſtè, & vt Chriſtianum Antiſtitem decet, viuat, caueatque, ne ſuo exemplo ſubditis noceat*. Et D. Gregorius *lib. 24. moral. cap. 30.* ſic loquitur: *Vnde neceſſe eſt, vt is, qui præeſt, qua exempla ſubditis præbeat, ſolerter attendat, & tantis ſe ſciat viuere, quantis præeſt, quia, vt ait Plinius, non tam imperio nobis opus eſt, quam exemplo.* Ioann. Licerier *in tract. de primog. lib. 1. quæſt. 9.* quia Prælatorum factum de facili trahitur in exemplum à ſubditis, *cap. magna, de voto*, & ideo ſubditorum peccata Prælatis imputantur, *cap. irrefragabili, de officio Ordinarij*.

16. Ex officio ergo, & ex obligatione Epiſcoporum, & ex eorum perfectione, ac titulo oſtenditur quantum debeant inuigilare, ac ſudare in ſuo munere rectè obeundo. Sunt enim ſpeculatores Epiſcopi, & ex Ordinibus maior eſt Epiſcopalis dignitas, & præcipuus Ordo in Eccleſia, & ratione Ordinis maior Presbytero, vel Diacono Cardinali, vt vult Barbatius *in tractatu de præſtantia Cardinalis, quæſt. 1. partis primæ*, Felin. *ad rubr. de maior. & obed. num. 20. ad cap. quod ſuper, in fine, de fide instrument.* Decius *ad cap. cum venerabilis, in principio, de except.* quamuis hodie Cardinalatus ſit maior omnibus dignitatibus, cùm Cardinales vna cum Romano Pontifice omnes iudicent, nec ab alio, quàm ab ipſo Pontifice, & Collegiis, quæ ab eodem expreſſam habeant iuriſdictionem, poſſunt iudicari, Ioan. Andr. *in cap. dilectus 1. de præbendis*, Rebuff. *ad §. ſi quis vero, in verb. Cardinalis, rub. de collat. in concord.* ad Felin. *ad rubr. de maior. & obed. n. 20.* Quinimò Chriſtus Dominus Epiſcopus dictus eſt, ipſo Principe Apoſtolorum atteſtante *Epiſt. 2. cap. 2.* per hæc verba: *Eratis enim ſicut oues errantes, ſed conuerſi eſtis nunc ad paſtorem, & Epiſcopum animarum veſtrarum.*

17. Iam verò ſi conſideretur Epiſcopalis gubernationis finis, apertè reperietur eſſe populos commiſſos doctrina, & exemplo ad Deum dirigere, argum. Moyſis è tenebris Ægypti ad cæleſtem promiſſionis terram filios Iſraël traducentis. Iuuat Epiſcopum Canonum eſſe cuſtodem, & magiſtrum, *cap. cum quibus, & ſequent. 24. quæſt. 3.* & interdum Epiſcopum Patrem patriæ vocari, Anaſt. Germon *ſupra d. §. Epiſcopus, num. 18.* Quin etiam Theodorus Balſamon Antiochenus Patriarcha, & Photij Nomocanonis interpres, *in Canone 58. Apoſt. Epiſcopus*, inquit, *ideo conſtituitur, vt quæ ſui ſunt populi attendat, & ideo etiam Populus eſt appellatus.* Arcadius denique Iuriſconſultus Epiſcopos dixit illos olim, qui pani cæteriſque venalibus rebus præerant, quæ populis quotidianum victum ſuppeditabant, *l. vltim. ff. de muner. & honor.* hinc Epiſcopi noſtri dici poſſunt qui cæleſti præſunt pani, rebúſque aliis, quibus egent Chriſtiani ad æternum alimentum, & ſalutem conſequendam. Anaſtaſ. Germon. *in Paratitlis, tit. de temporibus ordinat.*

18. Extra controuerſiam ſunt, quæ nocere poſſunt conſequentibus Epiſcopatum. In primis, qui appetunt hanc dignitatem propter honorem, & abundantiam rerum temporalium illicitè faciunt inſtar Phariſæorum ambientium primos accubitus in cœnis, & primas Cathedras in ſynagogis. Item grauiter peccant Epiſcopi ad Epiſcopalem dignitatem aſpirantes principaliter, vt poſſint ſuis cognatis, & familiaribus de beneficiis prouidere. Nauar. *de Orat. miſcel. 42. num. 2.* Vocantur enim Epiſcopi dum in Sede Epiſcopali collocantur ad labores, & ſolicitudines pro Dei gloria, & vt fiant ſerui Chriſti, & miniſtri omnium propter Chriſtum. Chryſoſt. *lib. 3. & 6. de Sacerdot.* vocat onus Epiſcopalis officij, pelagus laborum, & abyſſum ærumnarum. Auguſtinus autem *in cap. ante omnia 40. diſt. Nihil*, inquit, *eſt miſerius, triſtius & damnabilius apud Deum Epiſcopatus officio ſi perfunctoriè agatur, & ſi, vt decet, nihil periculoſius.* Nam in Actibus Apoſtolorum *c. 20* dicitur, *Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei.* & paulò pòſt, *Propter quod vigilate*, &c. & Apoſtolus 2. ad Timoth. 4. *Tu verò vigila, in omnibus labora, miniſterium tuum imple.* Quibus verbis oſtenditur quanta debeat eſſe vigilantia, & ſolicitudo ab Epiſcopis in omnibus ad ſuum munus pertinentibus impendenda.

Oportet item, quòd Epiſcopus ſit ſicut Melchi- 19.
ſedech ſine patre, & ſine matre, & ſine genealogia, compeſcendo naturales affectus, & teneros effectus erga conſanguineos, per quos, & per cognatos ſolet ſubſtantia, ac reditus Eccleſiarum plerunque periclitari, *c. de Syracuſanæ 28. diſt.* & Epiſcopi nonnulli videntur cæci circa ſuos nepotes, teſte gloſſa *in c. peruenit. 1. quæſt. 2.* Baldus *in Authentica Quicumque, C. de ſacroſ. Eccleſ.* & Iaſon *in vſibus feudorum, tit. cui feudum dare poſſunt, n. 14.* Quamobrem *in Authent. Quomodo oportet Epiſcopos, §. 1. collat. 1.* ſtatuitur ne quis, qui habuerit filios, vel nepotes, etiam legitimos, creetur Epiſcopus. Vbi pro nepotibus intelliguntur filiorum filij, prout Abbas vult *in c. 1. de teſtamentis, num. 3.* Requiritur ergo diſpenſatio de iure communi, vt habens filios, vel nepotes, eligatur in Epiſcopum. Sic Innocentius, & Abbas *in principio, d. c. 1. de teſtam.* quos ſequitur Nauarr. *de ſpoliis clericorum, §. 19. num. 2.* Quamuis oppoſitum conſtituatur *in c. Epiſcopus 12. quæſt. 2.* cui fauet contraria conſuetudo. Remota tandem fraude, & temperata amore Dei conſanguineorum affectione bene poſſunt Epiſcopi benefacere conſanguineis egenis, moderatè tamen pro ratione ſtatus, ac conditionis, cùm maiorem charitatem, & pietatem in ſuos, quàm in extraneos exercere queant, textus *in c. in Canonibus 16. quæſt. 1.* & in illos alienare bona Eccleſiæ emphyteuticari ſolita. Menoch. *conſ. 18. n. 19. verſ. non obſtat, & conſ. 79. n. 1. & 4.* Surd. *de aliment. tit 8. priuileg. 92. num. 2.* Cald. Pereir. *de poteſt. eligendi cap. 13. numer. 2. 8. & 11.* & Flamin. *de reſignat. lib. 9. quæſt. 17. n. 124.* Barboſ. *in cap. dilecto, n. 2. de præben.*

Sed quid dicendum de Prælato, qui quod ſibi 20.
vltra congruam ſuſtentationem ex reditibus Epiſcopatus ſupereſt, conſumit in profanos vſus. D. Thomas & Caietanus *2. 2. q. 185. art. 7.* tradunt peccare mortaliter, idem D. Thomas *quodlibet 6. art. 12.* Couar. *in cap. cum in officiis, de teſtam. num. 3.* & Sotus *de iuſtitia, lib. 10. quæſt. 5. art. 3. & 4.* quos referens ſequitur Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 10. num. 46.* debent enim ſuperflua in vſus pios conuerti, & inter pauperes diſtribui: in quo euentu poſſunt dari illis qui ſunt de ſanguine. Menoch. *conſ. 321. num. 3. de præſumpt. lib. 4. quæſt. 125. num. 13.*

11. Non potest autem Episcopus sine licentia Papæ de superfluis fabricæ vnius Ecclesiæ, fabricæ alterius assignare, cùm hoc nullo iure concessum reperiatur, Nauarr. *cons. 2 in antiquis, alias* 15. *in nouis, de rebus Ecclesiæ non alienand.* Nec refert gloss. *in cap. constitutus, de Relig. domib. & in cap.* 1. *de reb. Eccles. non alienand,* per quam Burg. *in cap. quæ in Ecclesiarum, de constitut. num.* 271. affirmat posse Episcopum inconsulto Romano Pontifice; idem sequitur Marc. Anton. Genuens. *in man. Pastorum, cap.* 36. *num.* 8. sed magis placet sententia Nauarri negantis, quia tam de iure antiquo *in cap.* 1. 12. *quæst.* 1. quàm de iure nouo Concilij Tridentini *sess. 7. cap. vltimo, de reformat. & sess.* 25. *cap.* 8. applicari nequit, sine Papæ authoritate aliquid vnius Ecclesiæ alteri.

De iis, quæ possunt Episcopi circa sacramentum Ordinis, tam in suis Diœcesibus, quàm extra illas.

§. III.

EPITOME.

1. *Episcopus confirmatus nihil potest quoad Sacramentum ordinis, sed solùm, quæ pertinent ad iurisdictionẽ, & ideo potest indulgentias concedere.*
2. *Episcopus consecratus est minister Sacramenti ordinis, quamuis sit hæreticus excommunicatus, suspensus, vel interdictus.*
3. *Episcopus etiam hæreticus, occultus tamen validè confert Ordines, & ordinatus non caret executione.*
4. *Episcopo competit examen ordinandorum, non solùm de vita, & moribus, sed etiam de aliis defectibus.*
5. *Descendentes ex Iudæis, vel Mauris, an excludantur ab ordinibus de iure?*
   & quid ex constitutionibus Summorum Pontificum Clementis Octaui, & Pauli Quinti circa beneficia? n. 6.
7. *Testes quomodo iurare possunt descendentes ex Iudæis esse ex veteranis Christianis?*
8. 9. 10. & 11. *Neophyti qui sint, & quomodo ordinandi, & qualis inquisitio debeat fieri de illis antequam ordinentur?*
12. *Ordines minores suscipiens, an debeat habere intentionem ascendendi ad maiores?*
13. *Tonsuram clericalem, aut minores suscipiens tantum, vt forum declinet, an peccet mortaliter?*
14. *Religiosi ordinandi debent examinari circa doctrinam.*
15. *Illiterati omnino sunt irregulares, nec possunt ordinari, & qui dicantur omnino illiterati?*
16. *Ordinatus sine examine, & sine inquisitione aliqua an sit suspensus?*
17. *Episcopus prohibens sub excommunicatione ne quis ordinetur sine approbatione, quam mentem habeat contra ordinatum sine requisitis?*
18. *Episcopo ordinante, dicentéque non habere mentem ordinandi, nisi approbatos, non approbati non manent ordinati.*
19. *Examinati, & approbati à suo Episcopo possunt iterum examinari ab ordinante.*
20. & 21. *Episcopus, an possit ordinare in aliena Diæcesi, & quas pœnas incurret?*
22. *Episcopus ordinans suos in aliena Diœcesi, quas pœnas incurrat.*
23. & 24. *Episcopi titulares nequeunt ordinare in loco exempto, neque in aliena Diœcesi, & quas pœnas incurrant, & quando excusentur, si ordinent?*

EPISCOPVS electus antequam sit confirmatus, nihil potest administrare ex iis quæ pertinent ad Sacramentum Ordinis: post confirmationem potetit ea, quæ sunt iurisdictionis, etiam antequam sit consecratus, non autem quæ sunt Ordinis, Cosm. *in pragmat. sanct. titul. de elect. verb. benedictionis num.* 2. *pag.* 149. Couarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 16. *num.* 6. Flamin. *de resignat. lib.* 10. *quæst.* 6. *num.* 30. & Azor *instit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 29. *quæs.* 5. Quare confirmatus potest indulgentias concedere, cùm sit actus iurisdictionis, D. Thomas *in* 4. *dist.* 20. *quæst.* 1. *art.* 4. *quæstiunc.* 2. Azor *dict. cap.* 29. *quæs.* 8. & Reginald. *fori pœnitentialis lib.* 7. *num.* 123. & dimissorias ad Ordines concedere, Flores de Mena *variar. lib.* 3. *quæst.* 24. *num.* 11. 1.

Minister igitur Ordinis Sacramenti Episcopus est propriè; est de fide iuxta Concilium Tridentinum *quæst.* 23. *de sacramento Ordinis, canon.* 4. & probat D. Thomas 3. *part. quæst.* 65. *art.* 3. *arg.* 2. Victoria *de Sacramento Ordinis num.* 2. *num.* 3. & 4. Henriquez *lib.* 10. *cap.* 21. Vasquez *in* 3. *part. D. Thomæ tom.* 3. *disp* 243. & 245. & Bonacina *de sacram. disp.* 8. *quæst. vnica punct.* 5. *num.* 1. & ideo ad Episcopum conferendi Ordines potestas pertinet, & penes illum moratur, quamuis sit hæreticus, excommunicatus, suspensus, vel interdictus, semper enim retinet characterem & potestatem conferendi Ordines validè, Henriquez *dict. lib.* 10. *cap.* 21. *in principio,* Valent. *ad D. Thomam disput.* 9. *quæst.* 3. *punct.* 2. *vers. penult. tom.* 4. Coninch *de Sacramentis, tom.* 2. *disp.* 20. *dub.* 9. & Beller. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de disciplina clericali* §. 1. *num.* 25. Ordinatus tamen executione caret. Attamen si huiusmodi Episcopus hæreticus, schismaticus, & qualitercumque excommunicatus occultus sit, validè confert Ordines, & veram Ordinis executionem habet absque vlla suspensione, ita Panorm. *in cap. veritatis, num.* 46 *de dolo.* Conarr. *in cap. Alma mater, part.* 1. §. 6. *num.* 7. Gutierr. *Canon. lib.* 1. *cap.* 1. *num* 81. & 89. & testatur communem Mascard. *de probat. conclus.* 649. *num.* 45. & alij quos referens sequitur Sanchez *lib.* 3. *de matrimonio, disp.* 22. *sub num.* 35. *vers. verius tamen est.* Adest enim communis error facti, cum titulo, & æquitas postulat, vt omnino valeat quidquid gerit: quia dignitas potius, quàm persona agit. Nec refert axioma illud, *Nemo dat, quod non habet,* quoniam intelligitur de causa principali; non autem de instrumento, quale est Sacerdos Sacramentum conferens: & ideo, quamuis impius sit, gratiam, quam non habet, largitur. Abbas *in d. cap. veritatis, num.* 46. *de dolo.* Palud. *in* 4. *dist.* 18. *quæst.* 4. *num.* 6. *vers. quartus effectus,* & Castro *lib.* 2. *de lege pœnali, cap. vlt. conclus.* 2. *ad finem, ante* §. *alij sunt actus ciuiles.* 2. 3.

Quæres item, quale sit munus Episcopi circa examen ordinandorum? Constat ex Concilio Tridentino *sess.* 23. *de reformatione cap.* 5. & *cap.* 7. esse inquirendum de genere, de Natalitiis, de persona, de institutione, de patria, de vita, & moribus eorum. Patria namque est inuestiganda, vt inde deprehendatur quibus ordinandi moribus sint imbuti, 4.

imburi, Tiraquel. *ad l. 7. connub. gloss. 1. part. 7. n.* 17. Genus etiam ad Ordines inquirendum est, an ordinandus sit filius ancillæ, vel serui, aut filius, aut nepos hæreticorum, fautorum, defensorum, vel receptatorum: eo quòd ius illos à suscipiendis Ordinibus eiicit vsque ad secundum gradum per viam masculinam, ita Henriquez *in summa, lib.* 10. *c.* 17. *n.* 2. *in comment. litt. G.* vel vsque ad primum per viam fœmininam, idem Henriq. Auil. *de censuris, p. 7. disp.* 4. *dub.* 4. Fr. Emman. *in summa, tom.* 1. *cap.* 160. *num.* 2. *& quæst. regul. tom.* 1. *quæst.* 24. *art.* 7. Item inquirendum, quod sint legitimi: nec ordinandorum genus in Concilio Tridentino refertur ad descendentes ex genere Hebræorum, prout docet Cened. *ad Decretales, collect.* 77. *num.* 1. *vers. ego*
5. *tamen.* Vnde non reperitur iure cautum, quòd conuersi ex Iudæis ab Ordinibus suscipiendis excluduntur, nam caput *constituit* 17. *quæst.* 4. ex Concilio Tol. IV. *can.* 65. desumptū, quatenus decernit Hebræos, aut eorum descendentes inhabiles esse ad obeunda munia publica, loquitur de Iudæis nuper ex Iudaismo ad fidem vocatis; non autem de illis, qui ex infantiæ tempore baptizati ex Iudæis originem ducunt.

6. Hodie tamen ex constitutione Clementis Octaui edita anno Domini 1600. sub die 18. Octobris, quam postea Paulus Quintus confirmauit, non omnino excluduntur Hebræorum descendentes ab Ordinibus suscipiendis; sed ordinauit, vt ex tunc Canonicatus, & Præbendæ, ac dignitates in Cathedralibus, & dignitates principales in Collegiatis Ecclesiis, nec non parochiales, & earum perpetuæ vicariæ, cæteráque curam animarum habentia in prædictis Regnis Hebræis, & eorum descendentibus vsque ad septimum gradum inclusiuè, à tempore conuersionis illorum originem trahentibus nullo modo conferantur, constitutio autem Pauli Quinti edita fuit anno 1612. die 10. Ianuarij, ex quibus constat Hebræos ad hæc suprà dicta beneficia esse omnino inhabiles.

7. Quæres, quando fit inquisitio de promouendo ad Ordines, qualiter possint testes iurare ordinandum esse ex veteranis Christianis; quamuis à Iudæis, vel Mauris oriatur? Soarez *tom.* 5. *disp.* 45. *sect.* 3 *num.* 9. & Sanchez *in præcepta Decalogi, lib.* 2. *cap.* 28 *num.* 16. videntur asserere, posse iurare illum esse Christianum veterem, nec descendere ex Maurorum, aut Iudæorum sanguine, si non est Neophytus ex Iudæis, vel Mauris; sed ab infantia baptizatus, & quando non est filius, vel nepos per viam masculinam, vel filius per viam fœmininam hæretici defensoris, receptatoris, vel fautoris hæreticorum, quia constitutiones Pontificiæ, quæ prohibent admitti ad aliquam dignitatem, vel ad aliqua beneficia originem trahentes ex Mauris, vel Iudæis, aut hæreticis, sunt intelligendæ ex iuris æquitate, nec habent locum in descendentibus ex illis, qui sponte sua, & voluntate propria conuersi sunt. ita Nauarrus *cons.* 1. *sub titulo de Iudæis, in* 1. *edit. & cons.* 22. *sub titulo, de hæreticis, in* 2. *edit.* & Auila *de censuris, part.* 7. *disp.* 4. *dub.* 3. Sanchez *d. lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 3.

8. Porrò Neophytus, qui recenter, & de nouo induit habitum Ecclesiasticum, non debet ordinari. Dicitur autem propriè Neophytus qui ex Hebræa lege, aut Mahometica, nuper legem Christi professus est, non verò, qui ab ipsa natiuitate nomen dedit Christo, quamuis originem ducat à Iudæorum gente. Felin. *in cap. cum te, n.* 12. *de rescript.* & *ibi* Decius *num.* 6. Nauarr. *in manuali, cap.* 27. *num.* 205. *post principium*, Couarr. *in Clement. si furiosus* 1. *part.* §. 2. *num.* 6. *de homicidio*, & Tulet. *in summa lib.* 1. *cap.* 64. *num.* 14. Nam Neophytus impeditur, ne possint ordinari irregularitate procedente ex defectu animæ, Trotius *de vero clerico, lib.* 2. *cap.* 12. Fr. Emman. *in summa, cap.* 159. *n.* 2. & Roman. *sing.* 416.

Similiter Neophytus, seu nuper plantatus in fide, nequit in Episcopum ordinari, text. *in cap. quoniam* 1. 48. *dist.* ne elatus in superbiam in iudicium incidat diaboli, Apostolus 1. *ad Timoth. cap.* 3. Quòd, si Neophytus sit humilis opere, & exemplo, bene potest eligi, quia cessante ratione constitutionis, cessat constitutio. Tiraquel. *in tract. Cessante causa, num.* 55. *& num.* 130. *&* 215. Nauar. *in manuali suprà*, & Barbos. *de officio Episcopi, p.* 1. *titul.* 2. *gloss.* 17. & deducitur ex *cap. Neophytus* 9. *dist.* 61. In minoribus poterunt ordinari Neophyti, non tamen dicendi sunt tales, filij conuersorum, qui in infantia fuerunt baptizati, & ideo possunt ordinari, cùm iam non reputentur Neophyti, sicut non reputantur, qui a multo tempore, veluti decem annorum, ad fidem sunt conuersi. 9.

In Castellæ Regno Neophyti, & cæteri noui 10.
Christiani non prohibentur ascendere ad omnia publica officia, sed solùm ad certa, & destinata, nimirum ad officium iudicis in supremis consiliis Regni, neque ad officia Cancellariæ, Ignat. del Villar *in sylua responsor. lib.* 1. *respons.* 12. *à num.* 40. *&* 41. vbi addit eos remoueri ab officiis domus Regiæ, *& num.* 42. ab officiis sanctæ Inquisitionis, & à Collegiis scholarium. In regno etiam Portugaliæ Neophyti, & originem trahentes à Mauris, & Iudæis non admittuntur ad vlla officia publica ex regio diplomate. Barbos. *in c. ex speciali* 18. *ex num.* 2. *ad* 6. *de Iudæis, & Sarracenis, & tract. de offic. & potest. Episcop. part.* 1. *tit.* 3. *gloss.* 17. *num.* 30.

Qui igitur Neophytos ordinare voluerit, debet 11.
diligenter rimari multa circa illorum vitam, atque ea præsertim, quibus ante conuersationem inuigilabant ipsi, vt notat Eymeric. *in* 3 *part. directorij num.* 114. & Pegna *in commento num.* 25. Nec licet, vt qui heri, & nudius tertius erat Catechumenus, hodie fiat Sacerdos, & ministret in Altari. Indignum namque est, vt qui nondum exemplum vitæ suæ exhibuerit, aliorum fiat Magister. Quapropter non debent promoueri ad sacros. Ripa *in cap. cum te, de rescriptis, num* 31. *vers. tertio respondet*, Maiol. *de irregularitate, lib.* 1. *c.* 31. Hoieda *de incompatib. benefic. part.* 1. *c.* 24. *n.* 3. & Campanil. *in diuersor. iur. Canon. rubr.* 11. *c.* 7. *à n.* 1. vbi *n.* 5. decidit Neophytum promouendum ad Ordines etiam minores à conuersione sua debuisse habere iam biennium transactum.

Quid de intentione ordinandorum, an requira- 12.
tur intentio ascendendi ad superiores Ordines? Henriquez *in summa, lib.* 10. *c.* 17. §. 2. tradit non esse ordinandum, qui caruerit ea intentione, quia aliter faciendo peccaret ordinans, Bannes 2. 2. *quæst.* 12. *art.* 1. *in* 2. *difficultate, concl. fin.* An verò peccet ordinatus absque intentione suscipiendi maiores Ordines, quæstio est anceps: Sanchez tradit Initiatum minoribus Ordinibus non teneri habere animum suscipiendi maiores Ordines; quia nullo iure talis intentio requiritur, nec de ea fit mentio in Concilio Tridentino *sess.* 23. *de reformatione, cap* 4. imò, si suscipiens Ordines minores ambigat, an vlteriùs progrediatur, an potiùs resiliat, nullo modo peccat, sequitur Coninch. *de Sacramentis, tom.* 2. *disp.* 20. *à num.* 104.

&

& Bonacin. *de Sacramentis, disp.* 8. *quæst. vnica, p. vlt. in fine.*

13. Maior hæsitatio est, quando quis primam tonsuram, aut minores Ordines suscipit animo duntaxat declinandi forum sæculare? Petrus de Ledesm. *de Sacramento Ordinis, cap.* 7. *post tertiam conclusionem*, Aragon. 2. 2. *quæst.* 12 *art.* 1 *dub.* 1. & Manuel 2 *tom. summa, in* 2. *edit. cap.* 17. *n.* 2. *conclus.* 2. credunt peccare mortaliter, cùm decipiat Ecclesiam in re graui; & similiter Episcopum peccare mortaliter, si conscius illius intentionis illum ordinet: consonat Victoria *de Sacramento ordinis num.* 240. dum vult Episcopum peccare plus quàm venialiter, si contulit primam tonsuram homini, quem scit non habere intentionem inseruiendi Choro. Sanchez autem *in libro septimo disp.* 31. *num.* 17. non videt culpam mortalem in hoc casu, cùm finis nõ sit mortalis, præsertim in Ordinibus minoribus quos est valdè probabile ne esse Sacramenta, nec gratiam conferre. Sancium sequuntur Coninch *de Sacramentis, tom.* 2. *disp.* 2. *n.* 104. *&* 105. & Bonacin. *eodem tractatu disp.* 8. *quæst. vnica, punct. vltimo in fine.* Mihi tamen placet esse mortale suscipere Ordines minores animo vlciscendi liberè iniurias, aliosque offendendi sine timore iudicij sæcularis subeundi, & vt vectigalia, & tributa sæcularibus imposita excusentur. Sic Bannes 2. 2. *quæst.* 12. *art.* 1. *in* 2. *difficult. concl. final.* quem referens sequitur Barbos. *de offic. & potest. Episcop. alleg.* 11. *num.* 12. & Nauarr *cap. quando Latine, cap.* 7. *num.* 15. vbi ait peccatum mortale suscipere Ordines minores, quando intentio est mortalis.

14 Religiosi sunt etiam examinandi circa doctrinam, quæ cùm sit quid extrinsecum, non præsumitur homini inesse; ideo non debet probari per testes, vel per famam, sed ex actuali examine probari debet, atque ita nec Regulares excusantur, quominus possunt examinari de doctrina, vt habetur *in Concilio Tridentino sess.* 23. *cap.* 12. ibi, *Regulares quoque, nec in minori ætate, nec sine diligenti Episcopi examine ordinentur, priuilegiis quibuscunque, quo ad hoc, penitus exclusis.* Ita ibi. Nihilominus tuta conscientia Religiosi, & si deficiant aliquo modo in Latina lingua, ab Episcopis possunt ordinari, quia regulariter non suscipiunt Ordines ad curam animarum exercendam, sed ad inseruiendum Choro, & assistendum Altari, & rebus sacris, & per vsum, & exercitium continuum acquirunt, quæ necessaria sunt ad suum munus peragendum, ita Syluester *verb. clericus* 2. *num.* 1. Grassis *decis. p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 14. Henriq. *de sacrament. Ordinis, lib.* 10. *cap.* 16. *in fine*, Mayol. *de irregul. lib.* 1. *cap.* 31. *num.* 5. & Miranda *in manuali Prælatorum, tom.* 2. *quæst.* 8 *art.* 7 7. Coninch 1. Nec refert *cap. præcipimus* 34. *distinct. & cap. illiteratos, & ibi glossa* 1. 38. *distinct.* vbi dicitur illiteratos non posse fieri clericos, quod etiam volunt Nauarr. *in cap. si quando except.* 11. *num.* 45. *&* 50. *de rescript.* Fuluius Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 34. *num* 79. Henriquez *in summa part.* 2. *lib.* 14. *c.* 8. *num.* 11. Flamin. *de resignat. lib.* 4. *quæst.* 4. *num.* 2 *& lib.* 5. *quæst.* 3. *num.* 70. & Gonzal. *ad regul.* 8. *gloss.* 4. *num.* 41. *cum sequentibus.*

15. Quia loquuntur de illiteratis omnino, qui prima Grammaticæ rudimenta non attigerunt, nec à limine, vt aiunt, eam salutarunt. Ii enim comparantur cœco, *cap. post translationem.* §. *item si quis, de renunciatione*, nec veniunt appellatione hominum; sed animalium intellectu carentium, Gomez *in regula de annali, quæst.* 47. *in fine*, & sunt irregulares ex defectu litteraturæ, Auila *de censuris, part.* 7. *disp.* 4. *dubio* 1. Tolet. *in summa cap.* 58. *versic irregulares ex defectu animæ*, Garcia *de benefic. part.* 7. *c.* 7. *num.* 19. Flamin. *de resignat. d. lib.* 5. *quæst.* 3. *num.* 89. & Gonzal. *ad regul.* 8. *gloss.* 4. *num.* 41. & sunt indispensabiles, prout voluit Rebuff. *de pacificis possess. num.* 264. & Flamin. *de resignat. lib.* 4. *quæst.* 4. *num.* 2. eo quia litteratura videtur necessaria de iure diuino, ex Oseæ *cap.* 34. ibi, *conticuit populus, eo quòd non habuerit scientiam, quia scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi*, ita Viuald. *in Candelabro, part.* 2 *tit. de irregul. num.* 97. Flamin. *lib.* 4. *quæst.* 4. *num.* 7. Azor *instit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *quæs.* 4. *column* 685 Quare si quis principium Grammaticæ habuerit, & ostenderit in futurum addiscendi spem, potest ordinari ab Episcopo, ita Henriquez *suprà dict. lib.* 14 *cap.* 8. §. 11 *propè finem*, Mar. Alterius *de censuris tom.* 2. *disp.* 16. *de suspens. cap.* 1. *vers. secundo, in fine*, & Gonzal. *d. gloss.* 4. *num.* 80. *cum sequentibus.*

Si aliquis nullo præmisso examine, nulláque præmissa inquisitione fuerit ordinatus, si ignotus est, quamuis dignus, deponendus est, ex Syluestro, vel si cognitus, sed inhabilis extiterit, etiamsi impedimentum ordinans deprehenderit, nec expressè dispensauerit, *c. si qui sine examinatione* 81. *dist.* Henriquez *d. lib.* 10. *cap.* 18. §. 1. & Campanil. *in diuersor. iuris Canonici, rub.* 3. *num.* 6. facit *c. nullus, dist.* 24. vbi dicitur ante examinationem, & approbationem nullum clericum esse ordinandum, vt constet, an habeat scientiam ad Ecclesiasticos Ordines requisitam, iuxta tradita per Sotum *in* 4. *distinct.* 25. *quæst.* 1. *art.* 4. *vers. tertia conclusio.* Rebuff. *in praxi tit. de clerico ad sacros Ordines malè promoto, gloss.* 4. *ex num.* 10. Illustrissimus Cunha *in d. cap. nullus, post alios, dist.* 24. *& in cap. si quis sine, dist.* 81. 16.

Veruntamen Gregorius Lopez *partit.* 3. *tit.* 19. *l.* 4. *gloss.* 1. qui loquitur quando quis creatur absque examinatione, sit ne deponendus, quamuis sit idoneus, & allegat glossam, & deponendum esse sentit Hnriquez *in summa, lib.* 10. *c.* 18. §. 1. At dicendum est, si esset cognitus, & dignus, nec peccare, nec deponendum esse, si fuerit ordinatus sine præcedenti scrutinio, vt probat text. *in cap. nullus*, & gloss. *ibi* 24. *dist.* & Syluester *verb. Ordo* 2. *num.* 2. sequitur Mayol. *de irregularit. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 6. Adde notoriè litteratos non esse examinandos ad Ordinum receptionem, Felin. plura cumulans *num.* 28. *de præsumptionibus*, Decius *in cap. constitutis* 46. *num.* 3. *notab.* 4. *de appellat.* Ceuall. *commun. contra commun. p.* 1. *quæst.* 302. *num.* 14. Hinc fit, semel examinatum, & approbatum ad vnum beneficium simplex, non esse ampliùs examinandum ad aliud, simile etiam in alia Ecclesia tam Cathedrali, quàm Collegiata; nisi examen sit pro forma assignatum: tunc enim nullo modo potest omitti, quáuis promotus sit persona valde litterata, & famosa, Lambertin. *de iure patronatus, lib.* 2. *part. prima, quæst.* 11. *art.* 3. *num.* 1. *post principium, & num* 2. Staphileus *de litteris gratia in vltima expectatiua, num.* 5. & Rebuff. *de priuilegiis scholarium priuileg.* 86. *vers. ego vero contrarium seruari*; subdens non posse omitti examen, quamuis examinandus sit notoriè dignus, & doctus, quando in Vniuersitatibus requiritur pro forma examen ad consequendum gradum.

Quando verò Episcopus ante ordinationem in cœptam verbo, vel scripto inhibuit, ne quis non examinatus, nec approbatus veniat ad ordinationem sub excommunicationis pœna; ordinatus 17.

contra

contra prohibitionem huiusmodi non potest in Ordine sic suscepto ministrare, vel ad superiorem ascendere sine Papæ dispensatione. Episcopum autem posse dispensare, si excommunicatio lata non erat, vult Soarex *tom. 5 disp. 31. sect. 1. num. 54. cum sequentib.* Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 32. tract. 2. num. 71.* & Bernard. *in pract. cap. 25. num. 2.* Item poterit dispensare Episcopus cum excommunicato accipienti Ordines, si Religionem ingrediatur, vt ministret in susceptis. ita Reginal. *supra lib. 30. num. 27. in principio*; aliter enim non nisi Papa dispensabit, iuxta *c. 1. & 3. de eo, qui furtiuè ordines suscipit.*

Hostiensis *in summa titulo de scrutinio in ordine faciendo, in fine*, hortatur, vt Episcopi ab huiusmodi excommunicationibus caueant, ne conscientiæ illaqueentur, & ad alias pœnas potiùs recurrant, Salzed. tamen *in addit. ad Bernardum, cap. 25. num. 2. littera B.* notat Episcopos hodie de more consueuisse in Ordinibus conferendis interdicere sub excommunicatione latæ sententiæ, ne quis audeat accedere, qui non fuerit approbatus, aliàs sic ordinatum non posse ministrare in ordine sic suscepto; nec ascendere ad superiores inconsulto Romano Pontifice, & dispensante, nisi crimen hoc fuerit occultum, & non deductum ad forum contentiosum, iuxta Concilium Tridentinum *sess. 24. de reformat. cap. 6.* sequitur Bonacin. *de censuris disp. 7. quæst. 3 punct. 4. num. 5. in fine*, Henriquez *lib. 14. cap. 6. §. 5.* Vgolin. *tract. de offic. & potest. Episcop. cap. 57. §. 2. num. 4. vers. quarto*, & Suarez *de censuris disp. 41. sect. 3 num. 5.*

18. Quòd si Episcopus eo tempore, quo confert Ordines, his verbis vtatur, Non intendimus conferre Ordines non examinatis, & approbatis, accedentes sine examine, & approbatione non manent ordinati: ideo oportet de nouo ordinari, ita Salzed. *supra*, & Rebuff. *in praxi beneficiali tit. de clericis ad sacros ordines malè promotis.* Quinimò excommunicatio ab Episcopo contra accedentes latam contra ipsius prohibitionem extenditur nedum ad subditos ipsius Episcopi, sed etiam ad exemptos, vt cum aliis docet Bonacina *de Sacramentis disp. 8. quæst. vnica puncto 4. num. 32.* Potest enim Episcopus statuendo adiuuare ius commune, apponendo videlicet pœnam à iure non impositam, vel aggrauando pœnam à iure positam, vt per Duenn. *regul* 251.

19. Sed quid si examinatus, & approbatus ordinandus accedat ad Episcopum non suum, poterit ne ne illum iterum examinare? Negatiuè videtur respondendum cum glossa *in cap. Episcopo 9 quæst. 2.* quam probat Præpos. *ibi num.* 3. Post verò Concilium Tridentinum *sess 7. de reformat. cap* 11. tutiùs puto Episcopum facere, si de nouo illum examinet, propter verba eiusdem capitis disponentis neminem ab extraneo Episcopo esse ordinandum, nisi diligenti examine præmisso, fauet *sess. 23. cap* 3. dicens non esse concedendas litteras dimissorias, nisi examinatis, & approbatis: ex quibus apparet ordinandum à non suo tam ab illo, quàm à proprio debere examinari, ita Campanil. *in diuersor. iuris Canonici rub. 9. cap. 8. num. 31. vers. sed ne*, & Bonacin. *de Sacramentis disputat. 8. quæst. vnica punct. 4. num* 33. & decidit praxis noua Episcopalis in propriis terminis *part 1. cap. 1. num. 12.* his verbis. *Concedenda sunt dimissoria ex iusta causa, & prius examinari debet super habilitate ad suscipiendum ordines ille, qui petit dimitti*, Concil. Trident. *sess. 23. cap. 3. de reform.* idque in litteris exprimi debet, nihil tamen obstat quominus dimissus iterum examinari possit ab ordinatore, si ipse examinare voluerit, idem Concilium *sess. 7. c. 11. de reform.* ita praxis.

Quid de Episcopo ordinante in aliena Diœcesi? In primis requiritur licentia proprij Episcopi, 20.
& illa obtenta, potest non solùm ibi, subditos illius Episcopi, in cuius est Diœcesi, sed etiam Clericos, & Religiosos aliarum Diœcesum dimissorias, vel licentias legitimas habentes ordinare; prout volunt Miranda *in manuali Prælatorum, tomo 1. quæst. 38. art. 3. conclus. vnica, in fine*, & Fr. Emmanuel *in summa, part. 2. cap. 14. num 7.* sic Concilij verba *sess. 6. de reformat. cap. 5.* intelligentes, dum ait posse alienum Episcopum dum confert Ordines de licentia proprij ordinare tantùm eidem Ordinario subditos subiectos, non excludere alios non subiectos, qui à suis propriis Ordinariis litteras dimissorias exhibent ad recipiendos Ordines, & eas ostendunt coram Episcopo Ordinario.

Porrò Episcopus in aliena Diœcesi sine expres- 21.
sa licentia Ordinarij loci ordinans, suspenditur à Pontificalibus, & in eandem pœnam incurrit, si ordinet de licentia Episcopi personas non subditas, habetur in Concilio Tridentino *sess. 14. de reformat. cap. 2.* Henriquez *in summa, lib. 13. de excommunicatione cap. 38. § primo*, Campanil. *in diuers. iur. Canon. rubrica 6. cap. 1. num. 2. & rubr. 9. cap. 4. per totum*, Thom. Vax *allegat. iuris tomo 1. alleg. 43. num. 18.* Tolet. *in summa lib. 1. cap. 89. versic. 3.* Vnde si Episcopus alienus voluerit ordinare in loco exempto, requiritur licentia superioris loci exempti, & insuper licentia illius Episcopi, intra cuius fines locus exemptus est, sic Galet. *in margarita casuum conscientiæ, verb. Episcopus, pag. 100. concl. 2.* Armendar. *in addit. ad recopilat. legum Nauarra in lib. 5. titul. 18. l. 7. de Episcopis, num. 35.* & Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici post resolut. 495. in notabilibus de materia Episcop.* ita fuisse iudicatum ibi refert.

Non desunt tamen qui doceant posse Episco- 22.
pos in aliena Diœcesi suis subditis primam tonsuram conferre sine licentia Ordinarij loci, inter quos est Rebuff *in tract. nominat. quæst. 14. num. 29. & num 65. & in praxi beneficiali rubr. de Ecclesiasticis, & a quibus, & quomodo credentur, num. 13.* Henriquez *in summa lib. 3. cap. 6. §. 6.* & Bonacin. *de Sacramentis disp. 30 quæst. vnica num. 13.* Nihilominus oppositum est dicendum, cùm hæc resolutio non conueniat cum supradictis, videlicet Episcopum, qui habet Diœcesim extra illam, munus suum exercere non posse, fauet Concilium Tridentinum *sess. 6. de reformat. cap. 5.* & expressè Nauarr. *cons. 69 de sentent. excommunic.* Salxed. *ad Bernard. in pract. cap. 26. littera A.* Flamin. *de resignat. lib. 1. quæst. 17. num. 17.* Praxis Episcopalis *part. 1. verb. Archiepiscopus num. 2. pag. 16. & p. 2. verb. Episcopus, pag. 45.* Quare posse Episcopos clericalem tonsuram suis subditis in aliena Diœcesi ministrare, non est admittendum. Campanil. *in diuersor. iuris, Canonici, rub. 6. cap. 1. num. 2.* vbi asserit sibi maximè displicere sententiam id asserentem.

De Episcopis Titularibus, seu Annularibus, 23.
quorum Ecclesiæ consistunt in terris infidelium quocumque in loco etiam exempto, si quem ordinent etiam in prima tonsura sub prætextu cuiuscumque priuilegij etiam familiaritatis absque licentia ipsius proprij Ordinarij dic, illos esse

pee

per annum suspensos ab exercitio Pontificalium, vt vult Concil. Trident *sess. 14. de reformat. cap. 2.* & tradunt Azot *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 48. quæst 6.* Henriquez *in summa lib. 14. cap. 17. §. 3 in fine, litera A.* & Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici resolut. 495. in notabilibus de materia Episcoporum, num. 1 in 2. editione.* Quapropter sic suspensus à Pontificalibus potest priuatim facere sacrum, vt docet Henriquez *lib. 13. cap. 32. num. 2.* Auila *de censuris part. 3. disput. 2. dubio secundo, conclus. 10.* & facere alia, quæ competunt illi ratione sacerdotalis officij, non tamen poterit Missam celebrare cum baculo, & Mitra, & cum aliis Pontificalibus insigniis, ita Aloys. Ricc *in praxi fori Ecclesiasti dec. 467. n. ... in 1. edit. & resol. 440. in 2. edit.* non tamen per hanc suspensionem excluditur Episcopus ab exercitio iurisdictionis Episcopalis, Aloys. *suprà num. 3.* post Vgolin. *de censuris, tabul. 4. cap. 6. § 6. num. 5.*

24. Non erit tamen Episcopus suspensus si per ignorantiam ordinauerit Clericum alterius Diœcesis, ita Nauar. *cons. 40. de tempor. ordinat.* & Aloys. Ricc. *suprà decis. 297. in prima edit. & resolut. 256. num 4. in secunda edit.* Secus si ordinet tam scienter, quàm per affectatam ignorantiam sine expressu consensu, seu litteris dimissoriis sui proprij Episcopi, tunc enim est suspensus per annum à collatione Ordinum, vt tradit Anchar. *in c. eos, de tempor ordinat. in 6.* & ostenditur ex Concil. Trid. *sess. 23. cap. 8.* ibi, *Ordinans a collatione Ordinum per annum, & ordinatus à susceptorum Ordinum executione, quandiu proprio Ordinario videbitur expedire, sit suspensus* Reginaldus *in praxi fori pœnit. lib. 32. tractat. 2. num. 69.* & Vgolin. *de potest. Episcop. cap. 26. §. 21. num. 2.* Quòd si Clericalis tonsura tantùm conferatur, à collatione illius duntaxat suspensus erit, *cap. fin. de tempor. ordin. in 6.* Vgolin *dict. § 22. num. 1.* & Bonacin. *de Sacrament. disput. 8. quæst. vnica punct. 4. num. 29.* Contrà verò Episcopus si conferat extraneo Ordines bona fide sub ratihabitione proprij Episcopi, nullam incurrit suspensionem. Mayolus *de irregularitate lib 4. cap. 2. num. 3.* Reginaldus *suprà dict. tractat 2. vers. sunt autem,* & alij, quos refert Soar. *de censuris, disp. 31. sect. 1. num. 17.*

De dimissoriis, & de litteris testimonialibus, & interstitiis.

§. IV.

EPITOME.

1. *Vsus dimissoriarum est antiquissimus. quæ dicantur, & qui differant?*
2. *Episcopi olim dum concedebant dimissorias, non examinabant illum cui eas dabant, sed qui ordinabat.*
   Dimissoria causam debent continere. ibid.
3. *Dimissorias ad Ordines, qui possunt concedere.*
4. *Dimissoria littera concessa ab Episcopo non expirant mortuo concedente, neque concessa à Capitulo per ingressum moderni Episcopi.*
5. *Dimissorias petens est priùs examinandus, & à quocumque Episcopo ordinari potest.*
6. *Dimissoria data ab Episcopo excommunicato, vel suspenso declarato non valent, & subditi possunt recurrere ad viciniorem Episcopum.*
7. *Dimissorias possunt Episcopi extra suam Diœcesim concedere subditis.*
8. *Vicarij Episcopi, quando possint concedere litteras dimissorias, & testimoniales ad Ordines.*
   & quæ pœna ordinatis sine dimissoriis, ibidem vers. quæ pœna.
9. *Interstitia temporum inter vnum, & alterum ordinem minorum, quæ debeant concurrere.*
10. *Interstitiis temporum transactis Ordines debent conferri.*
11. *Interstitiis non seruatis, qui ordinantur, in quam pœnam incurrant?*
12. *Episcopus in quibus casibus cum ordinandis possit dispensare interstitiis non seruatis, & in quam pœnam incurrat Episcopus conferens, & ordinandus recipiẽs Ordines interstitiis non seruatis.*
13. *Abbates, qui possunt conferre Ordines minores, possunt dispensare interstitiis cum suis subditis.*
14. *Cum Religiosis quis debeat dispensare in interstitiis?*
15. *Ordinans sciens non esse transactum tempus debitum interstitiis censetur dispensare cum illo.*
16. *Episcopus cum suo familiari trienniali aliàs non subdito, non potest dispensare in interstitiis.*
   potest familiares ordinare. ibid. & num. 17.
18. *Episcopi titulares an habeant familiares?*

VSVM dimissoriatum fuisse antiquissimum, testatur Augustinus *in Epistola ad Clerum Hipponẽsem 137. vers. cùm istamet causa,* & tempore Concilij Nicæni *in cap. 1. dist. 72.* & *ibi* Illustrissimus Cunha *num. 1. ad finem.* Præfatæ autem litteræ dimissoriæ vocantur à Concilio Tridentino *sess. 23. de reformat. cap. 10. & sess. 7. de reformat. cap. 10.* vbi etiam *Reuerendæ* dicuntur litteræ dimissoriæ, sic vocantur à verbo *dimitto,* quando scilicet proprius Episcopus non confert Ordines, & Clericis subditis facit facultatem liberam, vt ab alio Episcopo ordinentur, ad quem illos dimittit cum litteris dimissoriis. Differunt inter se dimissoriæ, seu Reuerendæ à litteris commendatitiis; siquidem hæ dantur clerico peregrinanti, vt possit in aliena Diœcesi facere sacrum, vt ostenditur ex *cap. 1. de clericis peregrinis,* qui possunt admitti ad celebrandum, dum faciunt fidem iustam de sua ordinatione; vt per Nauarrum *cons. 1. num. 1. in fine, sub titulo de celebratione Missarum in antiquis,* aliàs *cons. vnico num. 1. in fine, sub hoc titulo, in nouis,* Aloys. Ricc. *in decisionibus Curiæ Archiep. Neapol. part. 1. decis. 150.* 1.

Clericatus enim solet probari per litteras commendatitias proprij Episcopi facientes mentionem de ordine Presbyteratus, Rebuff. *in praxi tit. de form. lit. cons num. 22.* Gemill. Borrell. *in summa omnium decis. tit. 7. num. 18.* nec sine litteris testimonialibus proprij Episcopi sunt admittendi ad diuina celebranda in aliena Diœcesi peregrini, Concil. Trident. *sess. 23. de reform. cap. 16.* Concil. Braccatense Quartum *actu 2 cap. 12.* Azor *instit. moral. part 2. lib 3. cap. 49 quæst. 1.* & Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiep. Neapol. cap 41. num. 1.* Nihilominus nun habens litteras testimoniales sui Episcopi, nullo iure est suspensus: ideo secluso scandalo bene potest celebrare vbique, Henriquez *in summa lib. 10. cap. 34. §. 6. in commento littera I.* Reginald. *in prax. fori pœnit lib. 29. n. 42. vers. tamopere,* Nauar. *cons. 5. titul. de celebratione Missarum, & consil. 4 de foro competente in antiquis,* & Sayr. *decis. vnica de celebratione Missarum,* quibus

bus accedit Campanil. *in diuersorio iuris Canonici rubr. 9. cap. 6. num. 7.*

2. Olim cùm Episcopus concedebat litteras dimissorias alicui, non illum examinabat, sed dimittebat examinandum Ordinario, qui Ordines daturus erat. Postea verò in Concilio Tertio Carthaginensi statutum fuit, ne ordinandus dimittatur, nisi examinatus, & approbatus, quod decretum innouauit, & confirmauit Concilium Tridentinum *sess. 14. cap. 3.* ibi, Episcopus quoscumque suos clericos, præsertim in sacris constitutos, absque suo præcedenti examine, & commendatitiis litteris quacumque authoritate promotos. *& sess. 23. de reformat. cap. 3.* præcipit Episcopis, vt per semetipsos Ordines conferant, quòd si præ ægritudine nequeant ordinare, non nisi subditos approbatos, & examinatos ad alium Episcopum ordinandos mittant. In litteris dimissoriis debet causa exprimi rationabilis, ob quam Episcopus proprius noluerit, vel nequiuerit dimisso Ordines conferre, iuxta *cap. 1. de temporibus ordinandor. lib. 6.* In aliquibus Prouinciis ex consuetudine recepta nulla fit mentio causæ, Rebuff. *in praxi titulo de litteris dimissoriis num. 28.* & Salzed. *ad pract. Bernard. Diaz cap. 26. verb. sine licentia, vers. oportet.*

Hodie tamen Concil. Trident. *sess. 7. de reformatione, cap. 11.* his verbis loquitur, *Facultates de promouendo à quocumque non suffragentur, nisi habentibus legitimam causam, ob quam a propriis Episcopis ordinari non possint in litteris exprimendam, & tunc non ordinentur, nisi ab Episcopo in sua Diœcesi residente, aut pro eo Pontificalia exercente diligenti præuio examine.* Hæc ibi. Nisi velis textum illum habere locum in impetrante litteras, vt a quocumque Episcopo posset ordinari: tunc enim oportet, quòd in dimissoriis fiat expressa mentio, quare non possit à proprio promoueri Episcopo, non autem loqui in proprio Episcopo, qui dimisit ordinandos subditos, vt ab aliis Episcopis Ordines capiant, in quibus terminis seruabitur dispositio *cap. 1. de tempor. ordin. lib. 6.* præcipientis in litteris dimissoriis esse exprimendam causam rationabilem, ob quam Episcopus proprius noluit, aut non potuit dimissos ordinare, exceptis Prouinciis in quibus de consuetudine contrarium seruatur.

3. Dimissorias possunt concedere soli Episcopi qui possunt ordinare, Campanil. *in diuersorio iuris Canonici, rubr. 6. cap. 3. num. 13.* Seraph. *decis. 985. num. 3.* & colligitur *ex cap. cùm nullus, de tempor. ordinat. in 6.* Nisi sint excommunicati, vel suspensi declarati. Inferiores Prælati nequeunt dimissorias dare, nisi ex speciali facultate à Sede Apostolica ad id illis concessa, ex *dict. cap. cùm nullus, de tempor. ordinat. in 6. §. inferiores*, aut nisi aliquo speciali iure potestatem dandi eas comparauissent, per ea, quæ tradit Panormit. *in cap. accedentibus, num. 2. de excess. Prælator.* maximè ex consuetudine præscripta, ita Petr. Gregor. *Syntagma iuris vniuersi, lib. 40. cap. 2, num. 19.* & Campanil. *in diuersor. iuris Canonici, rubr 9. cap. 8. num. 2.*

Hodie attento iure Concilij Tridentini *sess. 23. cap. 10.* neque Abbates ipsi, neque alij etiam exempti, neque Collegia, neque Capitula quæcumque Ecclesiarum etiam Cathedralium litteras dimissorias clericis sæcularibus, vt ab aliis Ordines suscipiant, dare possunt. incipit *cap. 10. Abbatibus, & aliis quibuscumque, quantumuis exemptis, non liceat in posterum,* &c. Vnde Henriquez *in summa, lib. 10. cap. 22. §. 3.* tradit personas quaslibet, excepto Præsule, etiam habentes iurisdictionem quasi Episcopalem contentiosam, & voluntariam, non posse prædictam concedere potestatem, & *in commento littera T.* affirmat ita Romæ obtinuisse Episcopum Salmanticensem anno Domini 1581. contra Capitulum suæ Ecclesiæ.

4. His adde dimissorias concessas ab Episcopo non expirare per mortem concedentis, Nauarr. *in cap. placuit, num. 163 de pœnit. dist. 6. & cons. 49. de tempor ordin. in antiquis,* Henriquez *in summa lib. 10. de Sacramento Ordinis cap. 22.* Quaranta *in summa Bullarij verb. Capitulum Sede vacante, versic secundò dubitatur.* Neque concessæ à Capitulo Sede vacante expirant per ingressum moderni Episcopi. Ledesma *in summa part. 1. de Sacramento Ordinis, cap. 8. conclus. 4.* Molin. *de iustitia tract. 5. disp. 11. num. 4.* Quaranta *vbi suprà dict. vers. secundo dubitatur,* Sanchez *de matrimonio lib. 8. disp. 28. num. 83.* ex ea ratione, quia cùm contineant facultatem ordinando concessam, vt ad Ordines promoueatur, sunt gratia facta; & ideo non expirant finita Capituli potestate per aduentum noui Episcopi, Gutierrez *quæst. Canon. lib. 2. cap. 17. num. 2.* Fr. Emman. *tom. 2. summa cap. 14. num. 5. conclus. 5.* Quod intelligitur de dimissoriis concessis post elapsum annum à die obitus Præsulis. Nam ante annum non nisi arctatis beneficiis, ex Concilio Tridentino *sess. 7. de reformat. cap. 10.* Quaranta *in summa Bullarij, verb. Capitulum Sede vacante, versicul. decimoquarto, in fine,* Aloys. Ricc. *in decision. Curiæ Archiepiscop. Neapolit. decis. 30.* & Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verb. Capitulum, in principio, vers. secundum,* aliàs Capitulum contraueniens Ecclesiastico subiaceat interdicto, & promoti si in minoribus Ordinibus fuerint constituti, nullo priuilegin clericali fruantur, præsertim in criminalibus; in maioribus autem sint ipso iure suspensi ab Ordinum executione, ita Fomar. *de Sacrament. Ordinis, cap. 4. numer. 4.* Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiastici, part. 3. cap. 8. à numer. 47.* Rendina *in promptuario recepiar. sentent. tom. 1. titulo 10. à numero 1.* Sayr. *decis. 65. de tempor. ordinat.* Soarez *tomo 5. de censuris, disputat. 31. sect. 1. numero 20.* Bonacin. *de Sacramento, disput 8. quæst. vnica punct 4. num. 22.* & Campanil. *in diuersor. iur. Canon. rubr. 9. cap. 8. num. 5.*

Capitulum tamen Sede vacante, quamuis nequeat concedere litteras dimissorias, potest autem concedere litteras testimoniales, quia non sunt dimissoriæ, Nauarrus *consil. 27. de tempor. ordinatio.* quem refert Bonacina *de Sacrament. disputation. 8. quæstion. vnica, puncto 4. numero 24.* Quin etiam Episcopo extero poterit concedere exercitium Pontificalium, & ordinationem propriorum subditorum, non verò subditorum vacantis Sedis, ita Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepiscop. Neapol. cap. 87. numero 33.* quem referens sequitur Praxis Episcopalis *9. part. 1. cap. 1. num. 13. versic. Capitulum,* & Quaranta *verb. Capitulum Sede vacante, quæst. 11.*

5. Item dimissorias petens debet priùs examinari ab eo à quo illas petit, & potest ordinari à quocumque Episcopo, Concilium Tridentinum *sess. 23. cap. 3. de reformat.* idque in litteris exprimi debet; hoc tamen non obstat, quin possit ab ordinatore rursus examinari, Praxis Episcopalis *suprà dict. cap. 1. num. 12.* Non valent

6. autem dimiſſoriæ huiuſmodi conceſſæ ab Epiſcopo excommunicato, vel ſuſpenſo declarato, ſed tunc poſſunt ſubditi ſe facere ordinari à viciniori Epiſcopo; incumbit enim ſubditis probare Epiſcopum proprium fuiſſe excommunicatum, *cap. 2. de temper. ordin. in 6.* Rebuff. *de dimiſſoriis, num. 19.* & ſequitur praxis noua *dict. cap. 1. num. 13.*

7. Cæterùm Epiſcopi poſſunt concedere dimiſſorias ſubditis extra ſuam Diœceſim, ſi abſentes eas petierint, vt ordinari poſſint ab alio. Item poſſunt examen eorum demandare Epiſcopo loci, in quo reſident, ita deciſum refert Armendar. *in addit. ad recopilat. legum Nauarra, lib. 1. titul. 18. l. 7. de Epiſcopis, numer. 59.* Pro Regularibus ordinandis dicendum eſt dimiſſorias illis eſſe concedendas à ſuis Superioribus iuxta modum, & formam traditam in hac ordinatione Clementis Papæ VIII. vt ſequitur.

De mandato S. D. N. Clementis diuina prouidentia Papæ Octaui tenore præſentium mandatur omnibus, & ſingulis quorumcumque Regularium ſuperioribus, vt de cætero obſeruent, & obſeruari faciant, ea quæ in decreto ſacræ Congreg. Concil. Trid. continentur, cuius tenor eſt talis.

Congregatio Concil. cenſuit ſuperiores Regulares poſſe ſuo ſubdito itidem Regulari, qui præditus qualitatibus requiſitis Ordines ſuſcipere voluerit, litteras dimiſſorias concedere; ad Epiſcopum tamen Diœceſanum, nempe illius Monaſterij, in cuius familia ab iis ad quos pertinet is Regularis poſitus fuerit, & ſi Diœceſanus abfuerit, vel non eſſet habiturus ordinationes, ad quemcumque alium Epiſcopum, dum tamen ab eo Epiſcopo, qui Ordines contulerit, examinentur quoad doctrinam, & dum ipſi Regulares non diſtulerint de induſtria conceſſionem dimiſſoriarum in id tempus, quo Epiſcopus Diœceſanus vel abfuturus, vel nullas habiturus eſſet ordinationes. Verùm cùm à Superioribus Regularibus Epiſcopo Diœceſano abſente, vel ordinationes non habente litteræ dimiſſoriæ dabuntur, in eis vtique huiuſmodi cauſam abſentiæ Diœceſani Epiſcopi, vel ordinationum ab eo non habendarum exprimendam eſſe. Quod qui non fecerint, officij, & dignitatis, ſeu adminiſtrationis, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ priuationis, ac alias arbitrio eiuſdem S. D. N. Papæ reſeruatas pœnas incurrent. In quorum, &c. Datum Romæ die 15. Martij Anno 1596. Cuius mandati meminit Praxis Epiſcopalis *p. 1. c. 1. num. 14. fol. 30.*

Fuit hæc declaratio conceſſa ad inſtantiam Regij Monaſterij Alcobacenſis Regni Portugaliæ, vbi præcipitur, vt litteræ dimiſſoriæ Abbatis prædicti Monaſterij à quibuſcumque Epiſcopis admittantur, Miranda *in manuali Prælatorum, tom. 1. quæſt. 29. art. 3.* vbi *art. 4.* tradit per Concil. Trident. *ſeſſ. 23. cap. 12.* Regulares patentes litteras dimiſſorias exhibentes a propriis Prælatis conceſſas, poſſe de doctrina examinari, non obſtante quocumquè priuilegio poſt Concilium Regularibus conceſſo, vt poſſint ordinari nullo præmiſſo Epiſcoporum examine, vt dicitur fuiſſe quondam conceſſum à Gregorio XIII. pro Religioſis noſtræ Societatis, quia huiuſmodi priuilegium fuit poſtea reuocatum à Sixto Quinto per conſtitutionem ab eo editam contra malè promotos. Illuſtriſſimus Cunha *in cap. ſi quis 8. diſtinct. 77. ex num. 6.* vbi de hac re latè.

8. Porrò Vicarios Epiſcopi ſine ſpeciali mandato huiuſmodi dimiſſorias concedere non poſſe, decidit *cap. cùm nullus, de tempor. ordinat in 6.* cùm ad hoc Vicariatus officium non ſe extendat, niſi Epiſcopo in remotis agente, gloſſ. *ibi verb. remotis*, Mandoſ. *ad reg. 24. Cancell. quæſt. 6. num 9. & ſequent.* Gutiertez *Canon. lib. 2. cap 17. num. 20.* Vgolin. *de offic. & poteſt. Epiſcop. cap. 4. §. 7. verſ. quintò dimiſſorias.* Azor *inſtit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 45. quæſ. 7.* & Praxis noua Epiſcopalis *dict. part. 1. cap. 1. num. 13.* ſubdens ibi in caſu etiam *d. cap. cùm nullus*, vbi, de Epiſcopo in remotis agente, tutius eſſe, vt habeat expreſſum ad hoc mandatum, poſt Sbroz *de Vicario Epiſcopi, lib. 2. quæſt. 41.*

Quæ pœna ordinatis ſine litteris dimiſsoriis proprij Epiſcopi, ſed cum eius licentia? Reſpondetur non eſse ſuſpenſos ſaltem in foro conſcientiæ. Ratio, quia Concilium Tridentinum *ſeſſ. 7. de reformat. cap. 10.* vult, vt quis ordinetur cum litteris dimiſsoriis, vel de licentia proprij Epiſcopi & Prælati, Sayr. *de cenſuris, lib. 7. cap. 10. numer. 34.* Ordinatus autem ab alieno Epiſcopo ſine litteris dimiſsoriis, vel ſine licentia proprij Epiſcopi ab alieno Epiſcopo peccat mortaliter, quia facit contra ſacros Canones, & contra Concilium Tridentinum in re graui, hoc eſt, in receptione Sacramenti, negligitque iuriſdictionem, & authoritatem ſui ſuperioris, & eo ipſo contraxit impedimentum ne poſſit exequi ſuſceptum Ordinem.

An verò ſic ordinatus incurrat ipſo iure hanc ſuſpenſionem, ſeu impedimentum, an ſolùm poſtquam per ſententiam hominis fuerit declaratus talis, eſt quæſtio. Nam *in cap. Epiſcopus in Diœceſim 7. quæſt 1. de Clericis ab alieno Epiſcopo ordinatis*, dicitur quòd amoueantur ab eorum miniſterio: ergo ipſo iure non ſunt ſuſpenſi, ſed ſuſpendendi per ſententiam. Verba textus ſunt, *Quòd ſi fecerit, ſcilicet ordinauerit alienos ſubditos amoueantur his, quos ordinauit.* Similem ſenſum facit *cap. quod tranſlationem, de tempor. ordinat.* vbi dicitur Græco ſubiecto Epiſcopo Latino interdicendam eſse executionem, qui abſque facultate ſui Epiſcopi fuerit promotus à Græco Epiſcopo: igitur requiritur ſententia hominis, vt ſit ſuſpenſus, & non eſt ſuſpenſus ipſo iure. Conſtat ex verbis huius textus, quæ ſic habent: *Niſi de mandato ſui Epiſcopi fiat, interdicenda eſt ei Ordinis executio ſic ſuſcepti, tanquam ab alieno Pontifice ſine mandato, vel licentia ſui Epiſcopi ordinato. Atque ita ſecundùm hanc partem, qui ita ordinatus celebrauerit ante ſententiam, non erit irregularis; ſed tantùm erit in culpa, & grauiter peccabit miniſtrando in Ordine hoc modo ſuſcepto priuſquam Epiſcopus proprius ratam habeat talem ordinationem, & ſuper ea diſpenſet, quamuis non ſit vera cenſura.*

Gloſsa tamen *in cap. neminem, diſtinct. 70. & 71.* innuit ordinatum ita incurrere ſuſpenſionem ipſo iure, non tamen talem, quæ ſecum ferat irregularitatem, ſed poſtquam per ſententiam hominis fuerit pronunciatum incurriſse ſic ordinatum ſuſpenſionem, ſi illam violet, fiet irregularis: gloſsa autem non declarat cuius ſpeciei hæc ſuſpenſio ſit, Abbas tamen *in dict. cap. quod tranſlationem, num. 2.* vult ordinatum ita

ita ab Episcopo alieno esse suspensum, ipso iure; eo quia non habet executionem quoad se, sed quoad alios non remanere suspensum: ac propterea, si celebret, non contrahere irregularitatem; posse tamen ei interdici executionem quoad se, & quoad alios, & ita esse suspensum quoad omnes, & hoc modo interdictum si non abstineat à re sacra facienda, posse excommunicari, & incurrere irregularitatem.

Resolutio tamen sit. Ordinatus ab alieno Episcopo sine litteris dimissoriis sui Episcopi, suspensus est ad arbitrium proprij Episcopi tam per antiquos Canones *dist.* 71. *cap.* 1. *iuncto cap. Salonitana dist.* 63. quàm per Concilium Tridentinum *sess.* 6. *de reformatione, num.* 5. *& sess.* 23. *de reformat. cap.* 8. Maiol. *lib.* 4. *de irregul. cap.* 15. Angel. *verb. irregularitas* §. 32. Viualdus *de suspensione, num.* 126. & Henriquez *de censuris lib.* 13. *cap.* 38. §. 1. Paludanus tamen *in* 4. *dist.* 18. *quæst.* 7. *art.* 2. *casu* 9. vnum casum excipit, nimirum si quis ordinetur ab alieno Episcopo sub ratihabitione, putans suum Prælatum ratum habiturum, per textum *in dict. cap.* 1. *distinct.* 71. quod probat Suarez *de censuris disput.* 31. *sect.* 1. *a num.* 15. Reginaldus *in praxi lib.* 32. *tract.* 2. *cap.* 24. *sect.* 3. *num.* 69. §. *sunt autem*; quamuis Sayr. *de censuris lib.* 4. *cap.* 14. non audeat *numero* 10. post Concilium Tridentinum hanc ratihabitionem admittere, sed puto minus bene, & nimis scrupulosè id audere, cùm eam admittant, Paludan. Suarez & Reginaldus citati & Illustrissimus Cunha *suprà n.* 3. *post c. sæpe contingit, de tempor. ordinat in* 6.

Nihilominus Pius II. qui sedit in Pontificatu annos quinque, menses 11. dies 27. ab anno Incarnationis Dominicæ 1458. vsque ad 1464. Bullam edidit quæ est sexta illius, & incipit. *Cum ex Sacrorum*, cuius meminit Villadiego *in tract. de irregul. cap. de suspensione.* Nauarrus *in manuali cap.* 25. *numero* 270. *& cap. accepta, de restitution. spoliat. opposit* 8. *num.* 34. Maiol. *de irregul. lib.* 1. *cap.* 30. *number.* 9. Sayr. *de censuris lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 11. vbi Pius II. voluit promotum ante legitimam ætatem, aut ab alienis Episcopis absque litteris dimissoriis, vel extra tempora ipso iure suspensum esse, & si in eisdem Ordinibus ministrauerit, fieri irregularem, cum quo solus Papa dispensat, nisi delictum fuerit occultum, quia tunc potest Episcopus dispensare ex Concilio Trident. *sess.* 24. *de reform. cap.* 6.

Hæc autem Extrauagans fuit confirmata per regulas Cancellariæ Innocentij VIII. Alexand. VI. Clementis VII. & Pij V. *regula* 22. Eandem Sixtus V. *in Bulla sua*, incipit, *Sanctum, & salutare*, anno 1588. Nonis Ianuarij, & Clement. VIII. in Bulla quæ incipit, *Romanum Pontificem decet, anno* 1595. pridie Kalendas Martij innouarunt. Attamen cùm Pius II. loquatur tantùm de promotis ad sacros Ordines, adhuc excipiuntur ordinati in minoribus, vt bene vult Soarez *de censuris disp.* 31. *sect.* 1. *num.* 18. Concil. autem Trident. loquitur etiam de ordinatis in minoribus ab alieno Episcopo, eosque suspendit ad arbitrium proprij Episcopi. Vide Suar. *supra num.* 19. Atque ita nunc vbi viget Concil. Trident. omnes ipso iure suspenduntur, siue in minoribus, siue in maioribus Ordinibus initiati sint ab alieno Episcopo sine licentia proprij; secus de ordinatis prima tonsura, quia ipsa non est ordo, sed præambulum, vt diximus *suprà art.* 2. *num.* 11. & 12. & Soarez *vbi proximè, num.* 16. Vt autem

Fragos. Regim. Christ. Reipub. Tom. II.

præfata Pij II. constitutio veniat in notitiam omnium, liceat eam ad verbum apponere, quæ sic habet.

PIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Cùm ex sacrorum Ordinum collatione Character inuisibilis animæ imprimatur, sacra mysteria dispensentur, & ipsarum cura tribuatur animarum; in eorum susceptione excessus graues tantùm magis plectendi sunt, quanto ex illis maiora in mentibus fidelium scandala generantur. Cùm itaque, sicut dignorum relatione non nisi molestè accepimus, nonnulli clerici extra tempora à iure statuta, quidam ante ætatem legitimam; aliqui verò sine dimissoriis litteris contra sanctiones se faciunt ad sacros Ordines promoueri, nos eorundem temeritatem tali castigatione reprimentes, vt aliis in posterum committendi similia aditus præcludatur, authoritate Apostolica, hac constitutione valitura statuimus, & ordinamus, quòd omnes, & singuli, qui absque dispensatione Canonica, aut legitima licentia, siue extra tempora à iure statuta, siue ante ætatem legitimam, vel absque dimissoriis litteris etiam citramontanis (præterquam si in hoc vltimo casu per Cameram Apostolicam iuxta illius stylum ordinati fuerint.) Qui stylus non est hodie in Camera Apostolica, vt D. Laërtius Cherubinus de Nursia *in dicta Bulla annotationibus* testatur. Et ad aliquem ex sacris Ordinibus se fecerint promoueri à suorum Ordinum execu ione ipso iure suspensi sint; & si huiusmodi suspensione durante in eisdem Ordinibus ministrare præsumserint, eo ipso irregularitatem incurrant. Præterea vltra alias pœnas talibus generaliter à iure inflictas, beneficiis Ecclesiasticis possint iure priuari. Volumus autem quòd præsens nostra constitutio in Romana Curia existentes post quindecim dies, absentes verò Italicos post duos menses, alios verò Vltramontanos post sex menses ab ipsius in Audientia Contradictarum, & Cancellaria Apostolica publicatione, & affixione ligare incipiat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno ab Incarnatione Dominica millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, quintodecimo Kalendas Decembris, Pontificatus nostri anno quarto. Hactenus verba, & tenor Bullæ.

Sequitur dubitatio, an hæc suspensio incurratur ab illo, qui bona fide, & sine culpa ordinatus fuit ab alieno Episcopo, & sine litteris dimissoriis, credens ex ignorantia inculpabili talem Episcopum esse suum proprium, eo quia pater ipsius ordinandi, seu ordinati mutauit domum in alium Episcopatum, & filius existimauit bona fide patrem mutasse domicilium animo permanendi in eo Episcopatu, in quo iam morabatur cum tota domo, & familia per aliquot annos? Nauarr. *in manuali, c.* 27. *n.* 155. *& in c. accepta, de restitut. spoliat. oppos.* 8. *num.* 12. excusat à suspensione eum, qui bona fide, & sine culpa sic ordinatur, quoniam Pius Secundus

in præfara constitutione, *Cùm ex sacrorum*, suspendit tantùm illos, qui sine litteris dimissoriis præsumunt Ordinem suscipere: præsumptio verò supponit dolum iuxta Cardinalem *in Clementina 1. quæst. 38. de priuilegiis.* ergo ita ordinatus bona fide celebrans non fit irregularis, cùm non sit suspensus. Item, quia suspensio hæc imponitur à iure in pœnam ei, qui hoc modo promouetur ad Ordines; attamen si bona fide ordinatur, credens illum Episcopum esse suum, vel litteras dimissorias, quas habet, esse sufficientes, non est reus alicuius culpæ: igitur non est dignus pœna aliqua.

Quinimò quamuis dolosè quis suscipit Ordinem ab alieno Episcopo, sed postea peracta pœnitentia imposita pro illa susceptione Ordinis, bona fide ministrat in suscepto Ordine, existimans sine dolo aliquo id esse licitum, non incurrit irregularitatem, Nauarr. *in cap. accepta, opposit. 8. num. 35. de restit. spoliat.* quia pœna irregularitatis propter hanc culpam infligitur præsumenti ministrare, vt constat ex prædicta Pij secundi Extrauag. idcirco non comprehendit ministrantem bona fide. Cessat enim præsumptio, & non adest contemptus, Mar. Ait. *de censur. disp. 9. de suspensione cap. 6. fol. 155. col. 1. in fine, & col. 2. in principio.*

His adde collationem beneficij factam promoto ab alieno Episcopo ad primam tonsuram sine proprij authoritate, antequam proprius ratam habeat promotionem, esse irritam, ita Flaminius *de resignat. lib. 4. quæst. 2 num. 58. vers. His tamen non obstantibus*, Rebuff. *conf. 1.* Garcia *de benefic. part. 1. cap. 5. num. 151.* cum aliis, quia talis suspensus est, & ex consequenti, collatio non tenet, nec potest illi reseruari pensio, vt facta suspenso, *cap. cùm dilectus, vers. quia nobis, de consuetudine*, vbi suspensus ab officio nec eligere, ne eligi potest, & ideo eligi non potest, quia nequit exercere officium ad quod teneretur electus, neque eligere, quia is actus est officij, vt per Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 32. tract. 2. num. 18.* & Barbos. *in dict. cap. cùm dilectus, num. 12.* idem Flaminius *de resignat. lib. 5. quæst. 6. num. 84.* post alios, Lessius *de iustitia lib. 2. cap. 34. num. 116.* & Azor *part. 2. lib. 6. cap. 7. quæst. 2.* & Garcia *suprà part. 7. cap. 5. num. 4.* asserentes collationem factam suspenso non valere.

Secundò adde ordinatum in prima tonsura, vel in minoribus ab alieno Episcopo sine dimissoriis, posse illi excipi non gaudere priuilegio clericali, Rebuff. *de nominat quæst. 14. num. 42. & consil. 1. versic. nec etiam valet*, Salzed. *ad Bernard. in pract. crimin cap. 26.* glossa Ordinis executio *vers. & non solùm*, Francisc. Mar. *1. part. decis. 175.* & Cassanæus *in consuetud. Burgund. rubr. de iustices, gloss. sun creu, in fine*, vbi refert sic fuisse iudicatum, & alij quos referens sequitur Thom. Vaz *alleg. 45. n. 13. & n. 16.* Flam. *lib. 4. q. 2. n. 85.*

Tertiò adde ordinatum ab alieno Episcopo sine proprij facultate teneri in impetratione beneficij se ita fuisse promotum narrare, & explicare, aliter enim impetratio est nulla. Salzed. *suprà c. 26.* Glossa Ordinis executio, Rebuff. *de nominat. quæst. 14. n. 42.* Borrel. *conf. 15. n. 22.* & Thom. Vaz *alleg. 45. num. 17.*

9. Quod attinet ad interstitia temporum inter vnum, & alterum Ordinem minorem, sciendum est, Ordines minores bene posse vno, & eodem die conferri, iuxta glossam *verb. minores in cap. 2. de eo qui furtiuè ordines suscepit*, Nauarr. *in manuali, cap. 25. num. 71. vers. 8.* sequitur Campanil. *in diuersor. iur. Canon. rubr. 6. cap. 2. num. 20.* quatenus concurrat consuetudo, aut dispensatio. Nihilominus Concilium Tridentinum *sess. 23. de reformat. cap. 11.* præcipit minores Ordines esse per temporum interstitia conferendos, subdens, *nisi aliter Episcopo magis expedire videatur*, &c. ergo concedit dispensationem posse intercedere Episcopalem. Laudabilius erit Episcopo abstinere ab huiusmodi dispensationibus, nisi necessitas, vel alia vrgens causa Episcopo exponatur. Nam posse omnes minores simul conferri, est in confesso, Mandos. *super regulam Cancellariæ 24. de malè promotis, quæst. 1. num. 9.* Gutierr. *lib. 1. Canon. cap. 26. num. 31. & 32.* Henriquez *lib. 10. cap. 11. num. 4.* & Bonacin. *de Sacram. disp. 8. q. vnica punct. 5. num. 36.*

Attamen multo meliùs per interstitia temporum debent conferri arbitrio Episcoporum, Vgol. *de offic. & potest. Episcop. cap. 26. §. 27. num. 4.* & Maiol. *de irregul. lib. 3. cap. 24. num. 13.* vbi volunt tutius esse interuallum de vno ex temporibus generalium ordinationum ad aliud interponi. Item potest inter vnum, & alterum Ordinem minorem esse interuallum, quod datur de vno die festo ad alium proximum, cùm singulis diebus festis possit promoueri ad minores. Sorbus *in compendio Mendicantium, verb. Ordo, vers. & sic bene*, & Campanil. *d. rubr. 6. num. 13.* vbi tamen fuit consuetudo promouendi ad minores, & primam tonsuram eodem die, potest seruari, Henriquez *d. cap. 11. num 4.* Campanil. *suprà cap. 2. num. 20.* & Armendar. *ad recop. legum. Nauarra lib. 1. tit. 18. l. 1. n. 57.*

Nec peccat, nec est suspensus, qui eodem die promouetur ad omnes Ordines minores, imò potest accipere illos, & subdiaconatum, vbi fuit talis consuetudo, ita Soarez *tom. 5. disp. 31. sect. 1. num. 41.* Valerius Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 32. tract. 2. num. 70. vers. ad hanc*, Thomas Vaz *allegat. 4. num. 2.* Gutierr. *Canon. lib. 1. cap. 26. num. 31. & 32.* Menochius tamen *de arbitr. casu 564. num. 8.* putat Concilium Trident. *in præsenti* omnem consuetudinem in contrarium abstulisse; sed meliùs Sà *verb. ordo num. 17.* dicit omnes minores dispensante Episcopo posse dari eodem die, & si est consuetudo, simul cum prima tonsura, & cum subdiaconatu, non enim Concilium tollit consuetudinem receptam. Sic ille, quia nullo iure prohibetur, Thomas autem Vaz adhæret Menochio *dict. numero 2. ad finem*, mihi tamen magis placet Sà.

Nec obstat Concilium *dict. sess. 23. de reformatio. cap. 8.* dum vult quòd sacri Ordines conferantur statutis temporibus, quia tantùm disposuit de maioribus Ordinibus sacris, & nihil immutauit de minoribus, de quibus loquitur, & disposuit *in dict. cap 11.* Nam quod non mutatur perseuerat, *l. 1. Cod. de inoffic. dotibus, & l. præcipimus, C. appellat.* nec inducenda est legum correctio, *cap. cùm expediat, de elect, lib. 6.* Qualis verò sit consuetudo Episcoporum circa collationem minorum Ordinum, tradit Henriq. *lib. 10. de Sacrament. ord. cap 12. §. 2.*

Debent ergo Ordines sacri conferri interstitiis temporum seruatis, hoc est, vno anno transacto post susceptum vltimum gradum minorum, si quis promoueatur ad subdiaconatum, rursus à subdiaconatu, ad diaconatum annus debet elabi, 10.

&

& inde ad Presbyteratum alter annus debet transigi, ex Concilio Tridentino *sess. 23. de reform. c. 11. 13. & 14.* Annus, qui debet intercedere inter vnum, & alterum Ordinem, non debet esse Mathematicus; sed sufficit, si computetur à quatuor temporibus Quadragesimæ ad tempora eadem sequentis Quadragesimæ, quamuis annus naturalis nondum completus fuerit, ita censuit sacra Cardinalium Congregatio, vt refert Prosper. de Augustino *in addit. ad Quarant. in summa Bullary, verb. ordo, prope finem, pag. 395.*

Ratio, quia annus inter vnum, & alterum Ordinem sumitur moraliter, & iuxta ritum Ecclesiæ, nimirum ab vna Quadragesima ad aliam, à Pentecoste ad Pentecostem, quamuis inter primam, & secundam Pentecostes solennitatem non sint transacti duodecim menses, ita Praxis Episcopalis *part. 1. verb. Ordo, versicul. ad quartum, circa medium.* Fornar. *de Sacramento Ordin. cap. 3. num. 4.* Bonacina *de Sacramentis, disp. 8. quæst. vnica, punct. 5. num. 33.* Campanil. *in diuers. iur. Canon. rubr. 6. cap. 3. num. 12.* & Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. post resolutionem 276. in notab. de materia Sacram. Ordinis, vers. quoad.* Assignatur annus inter Ordinem, & Ordinem, vt ordinandi meliùs edoceantur in officio Ordinis, quem suscipiunt, & vt consideretur dignitas ad quam euecti sunt, & ita cum ætate meritum vitæ accrescat, & doctrina magis augeatur, Vgolin. *de potest. Episcop. cap. 26. §. 27. num. 2.* & Carol. de Grassis *de effectib. Cleric. in prælud. numer. 326. cum seqq.*

11. Interstitiis non seruatis Ordines recipiens peccat, si faciat absque licentia Episcopi, quamuis contrarium teneat Henriquez *in summa lib. 6. cap. 10. §. 3.* nullam tamen incurrit censuram, vel irregularitatem; ita Praxis Episcopalis *p. 1. verb. Ordo, §. 8. & part. 2. eodem verbo, versic. ad quintum,* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 3. collect. 576.* Sayr. *decis. 56. sub titul. de tempor. ordinat.* & Soarez *de censuris, disputat. 31. sect. 1. num 43.* & Bonacin. *de Sacrament. disp. 8. quæst. vnica, d. punct. 5. num. 35. & de censuris, disp. 3. quæst. 6. punct. 5. num. 7.* vbi resoluit peccare, nulla tamen censura, aut pœna ligari.

12. Episcopus ad Ordines promouens subditum non seruatis interstitiis, nullam pœnam incurrit, prout vult Nauarr. *consil. 4. numer. 1. in nouis, de tempor. ordinat.* & Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. resolut. 483. num. 7. in 2. edit.* Oportet tamen, vt Episcopus clarè dispenset super interstitiis, vel sciens nondum annum esse elapsum à suscipiente Ordines, illum assumat, & admittat ad sequentes. Non enim censetur tacitè dispensare, si ignorans ad Ordines admittat, iuxta tradita à Panormitan. *in cap. veniens, num. 2. & 3. de filiis presbyterorum,* Felin. *in cap. præterea, num. 7. cum sequentibus, de testib. cogendis;* & in specie tradunt Mayol. *de irregularit. lib. 3. cap. 24. num. 14.* Menoch. *de arbitrar. casu 563. numer. 10.* & Salzed. *ad Bernard. in practic. cap. 25. versicul. opportunè.*

Posse Episcopum proprium dispensare cum ordinandis super interstitiis data aliqua causa, habetur in Concilio Tridentino *session. 23. de reformat. cap. 14.* ibi, *nisi ob Ecclesiæ vtilitatem aliud Episcopo videretur;* ita Nauarr. *consil. 12. de tempor. ordinat.* Bonacin. *de Sacramentis, disp. 8. quæst. vnica, punct. 6. num. 1. versicul. grauiorem,* vbi vult maiorem causam requiri in dispensatione interstitiorum, inter Diaconatum, & Sacerdotium, quàm inter cæteros Ordines. Quare dispensare in interstitiis inter maiores Ordines, non competit Episcopo ad eius libitum atque arbitrium non regulatum, quia semper requiritur causa. Miranda *in manuali Prælatorum, tom. 1. quæst. 38. artic. 8. conclus. 3. & 4.* Vgolin. *de offic. & potestat. Episcop. cap. 26. §. 27. numer. 3.* & Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. decis. 561. in 1. edit. & resolut. 483. num. 2. in 2. edit.* Nam Concilium in dispensatione interstitiorum inter minores Ordines exigit solum arbitrium Episcopi: in dispensationibus autem interstitiorum inter minores, & maiores Ordines requirit necessitatem, aut vtilitatem Ecclesiæ. Denique in dispensationibus interstitiorum inter Diaconatum, & Presbyteratum exigit vtilitatem Ecclesiæ, & necessitatem simul, quasi verò non satis sit Ecclesiæ vtilitas, sed quòd etiam requiratur necessitas, vt deducitur ex *dict. cap. 14.* ibi, *& hi sint, qui non modo in Diaconatu ad minus annum integrum, nisi ob Ecclesiæ vtilitatem, ac necessitatem aliud Episcopo videretur, ministrauerint.* ita *in eo cap.* vbi Trident. remittit dispensationem arbitrio, & prudentiæ Episcoporum, posita vtilitate Ecclesiæ, & necessitate bene visa, & considerata ab Episcopis secundùm rationem loci, & temporis, & secundùm qualitatem personæ. Sic Menoch. *de arbitrar. casu 427. num. 30.* Carol. de Grassis *de effectib. cler. in præludio, num. 334.* & Fr. Emman. *regul. tom. 3. quæst. 24. art. 6. & 7.*

Quid, de Abbatibus, qui possunt conferre Ordines minores? Miranda *in manuali Prælat. tom 1. quæst. 38. art. 7. concl. 3.* Respondet dum Abbates subditos suos per se ipsos ordinant in minoribus, posse cum eisdem dispensare in interstitiis, & hoc deducitur ex Concilio *session. 23. cap 10.* ibi, *cuique Regularis subditus sibi non sit,* ita Sorbus *in compendio priuileg. mendican. verb. Ordines sacri, vers. quando vero Abbates,* non possunt tamen promouere personas sæculares habentes litteras dimissorias suorum Episcoporum, vt decidit Rota apud Seraphin. *decis. 985. part. 1.* Quare non sunt audiendi, Quaranta *in summa Bullary, verb. ordo, vers. Abbatibus, pag. mihi 501.* & Azot *institut. moral. part. 1. lib. 12. cap. 20. quæst. 7.* dum volunt ipsam sacram Congregationem censuisse huiusmodi Abbates regulares mitra, & baculo vtentes post benedictionem, & Ordinem sacerdotalem susceptum, posse tonsuram clericalem, ac minores Ordines sæcularibus non subditis conferre, accedente suorum Episcoporum consensu, aut concedentibus litteras dimissorias, vt ab Abbatibus promoueantur; quia hoc repugnat *dict. cap. 10. Concilij,* ibi, *Non liceat,* & ibi, *cuiquam, qui regularis subditus sibi non sit.* Ex quibus verbis apparet ad regulares sibi subditos solùm extendi, non autem ad alios etiam sibi subditos extendi debet, & multo minus ad subditos alterius, etiam si habeant litteras dimissorias ad recipiendos Ordines etiam ab ipsis Abbatibus: sicut non extenditur ad regulares sibi non subditos, etiam si dimissorias habeant speciales suorum superiorum, & specialem consensum Episcopi loci. Atque ita non est admittenda sententia Quarantæ, & Azotij tanquam longè à veritate aliena. Quin imò ipsi regulares subditi ab Abbatibus ordinandi, non ab 13.

Episcopis examinandi sunt, sed ab eisdem Abbatibus, quia Concilium Tridentinum *sess. 25. de reformat. cap. 12.* de solis Ordinibus sacris intelligendum est, ita Nauarr. *cons. 13. alias 14. in nouis num. 5. sub titulo de priuilegiis.* Vide tamen Barbos. *de offic. & potest Episcop. allegat. 3. ex num. 10. vsque ad num. 14. & in cap. cum contingat 11. de ætate, & qualitate n. 2. & duobus sequentibus.*

14. Cum Religiosis autem in interstitiis dispensare potest Episcopus ex causa sibi manifesta per affirmationem suorum Superiorum, nec superioribus licet in hoc casu dispensare, sic Petr. de Ledesm. *in summa part. 1. de sacramento Ordinis cap. 8. vers. la difficultad.* & praxis noua Episcop. *part. 1. cap. 1. num. 50. pag. 58.* vbi refert sic fuisse decisum à sacra Congregatione his verbis, *Congregat. Conc. censuit Superiores regulares non posse dispensare super interstitiis regularium ordinandorum, sed id pertinere ad Episcopum ordinantem, qui tamen quoad causam dispensationis iudicium formare debet ex attestatione superiorum regularium.* Eiusdem decisionis meminit Quaranta *in summa Bullary verb. ordo,* Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepiscop. Neapol. decis. 81. num. 1. & in praxi fori Episcopalis decis. 561. in 1. edit. & resolut. 483. num. 5. in 2. edit.* subdens, faciendam esse mentionem in litteris dimissorialibus suorum superiorum petentium ab Episcopo, vt super interstitiis dispensare dignetur, attenta necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ, seu Religionis, Prosper. de Augustino *in addit. ad Quarant. in summa Bullary verb. ordo, prope finem pag. 395.* quem referens sequitur Barbos. *in remiss. sess. 23. de reformat. c. 11. n. 5.*

15. Episcopus insuper dispensare censetur super interstitiis temporum cum ordinando, si illum ad Ordines admittat, sciens nondum esse lapsum tempus ab Ordine antea suscepto, Felin. *in cap. præterea num. 7. cum sequent. de testibus cogend.* Bartol. *in l. Barbarius num. 12. ff. de offic. Prætor.* & Menoch. *de præsum pt. lib. 2. quæst. 20. num. 7. & de arbitrar. casu 563. n. 10.*

16. Quid de Episcopo cum suo familiari triennali aliàs non subdito, poterit ne cum eo dispensare in interstitiis? Responde familiares ad effectum, vt possint ab Episcopo ordinari, dici eos, qui cum Episcopo fuerint commorati, & præsentes seruierint, non tamen, si absentes fuerint, quamuis sumptibus Episcopi vixerint. ita Maiol. *de irregularitate, lib. 4. cap. 2. num. 5.* Burg. *eodem titulo quæst. 27. num. 13.* praxis Episcop. noua *part. 1. cap. 1. num. 15. pag. 31.* Aloys. Ricc. *in praxi for. Eccles. decis. 307. in 1. edit. & resolut. 266. num. 2. & resol. 267. num. 2. in fine, in 2. edit.* & Bonacin. *de Sacrament. disp. 8. quæst. vnica punct. 4. num. 18.* Requiritur tamen quòd tempus trienniale sit continuum, Campanil. *in diuersor. iuris canonici rubr. 9. num. 12.* Aloys. Ricc. *d. resol. 267. in 2. edit.* vbi *n. 2.* tradit non credi verbis Episcopi dicentis quem esse familiarem suum, & allegat Paris. *cons. 136. n. 31. vol. 4.* Barbos. *in remiss. ad cap nouit, Trid. sess. 23.*

Hunc familiarem triennalem potest Episcopus ordinare, & beneficium cessante fraude illi conferre statim, Concilium Trident. *sess. 23. de reformat cap. 9.* Henriquez *in summa lib. 10. cap. 12. §. 1.* Maiol. *de irregular. lib. 4. cap. 2. num. 5.* Praxis noua Episcop. *part. 1. verb. dimissoria pag. 106. & part. 2. verb. Ordo versic. 5. pag. 72.* Marc Anton. Genuens. *in praxi Archiep. Neapol. cap. 81. num. 3.* Francisc. Leo *in thesauro fori Eccles. part. 1. cap 4. num. 23.* Garcia *de benefic. part. 2. cap. 5. num. 80.* Thom. Vaz *allegat. 5. num. 2.* post alios, quibus accedunt Marr. Fornar. *de Sacramento ordinis cap. 5. ad finem,* Campanil. *suprà rubr. 9. cap. 9.* & Bonacin. *de Sacrament. disp. 8. quæst. vnica punct. 4. num. 15.* Ideo alere familiarem pro beneficio non sufficit.

Huiusmodi triennium sufficit inchoari antequam fuisset Episcopus, ita Garcia *de benefic. p. 1. cap. 5. num. 83.* Fornar *de Sacramenta ordinis cap. 5.* Aloys. Ricc. *in collect. dec. p. 3. collect. 596. vers. amplia quintò;* & in praxi fori Eccles. *decis. 309. in 1. edit. & resolut. 268. in 2. edit.* Mens Concilij Tridentini est, vt familiares cognoscantur ab Episcopo, & eorum mores, ac vita per id tempus pateat; dum cum illo intra domum viuunt, Henriquez *lib. 10. cap. 22. num. 2.* Soarez *de censuris tom. 5. disp. 31. sect. 1. num. 15.* & praxis noua Episcopalis *part. 1. cap. 1. num. 15.* quæ *verb. dimissoria ad Ordines, num. 1. & verb. ordo, vers. quintò dubitatur, pag. 2.* decisum refert, Episcopum debere statim re ipsa familiari suo beneficium conferre; sequitur Garcia *de beneficiis, part. 2. cap. 5. num. 85.* quod habet locum etiam in minoribus, & prima tonsura, Nauarr. *cons. 11. de temporibus ordinat.* Sayr. *decis. 26. sub eodem titulo,* Fr. Manuel *part. 2. summa cap. 14. num. 10.* & Cened. *Canon lib. 1. quæst 38. num 30. vers. quod decretum.* Adde Episcopum in casibus, in quibus potest ordinare familiarem, posse & illi dimissorias concedere, vt ab alio suscipiat Ordines, ita Campanil. *suprà rubr. 9. cap. 9. num. 6.*

Nihilominus non potest Episcopus dispensare cum suo familiari trienniali aliàs non subdito super illegitimitate etiam ad minores Ordines, nec super interstitiis, ita Sayr. *decis. 28. & 29. sub titulo de tempor. ordinat.* Nauarr. *cons. 12. & 13. sub eodem titulo,* Praxis Episcop. noua *part. 2. verb. ordo, versic. quintò dubitatur, & vers. 6.* & Garcia *de beneficiis part. 1. cap. 5. num. 86.* vbi sic resolutum tradit, sequitur Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra in lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis, num. 48.* & Aloys. Ricc. *in præfata resolut. 266. in fine,* & rursus Praxis noua Episcopalis *d. cap. 1. num. 15. vers. sublimitari tamen debet hæc limitatio, fol 31.* vbi vult quòd si familiari iam ordinato collatum est statim beneficium, posse Episcopum postea dispensare quoad interstitia, eo, quia ratione beneficij sit subditus; concordat Campanil. *in diuers. iuris. Canon rubr. 9. cap. 9. numer. 3. & numer 4.* & Armendar. *suprà numer. 50.* & Barbos. id extendit etiam posse fieri cum suo familiari, altàs non subdito super illegitimitate, & super interstitiis pro Ecclesiæ suæ vtilitate; sic fuisse decisum à Sacra Congregat. refert *in remiss. ad sess. 23. de reform. c. 9. fol. 71. col. 1.* 17.

Similiter Episcopi titulares ratione familiaritatis neminem ordinare possunt sine expresso consensu Prælati, Conc. Trid. *sess. 14. c. 2. de refor.* in illis verbis, *etiam prætextu familiaritatis continuæ commensalitatis suæ,* quia non habent Diœcesim in qua familiaris fiat domiciliarius, neque habent beneficia de quibus prouideant ordinatis. Aloys. Ricc. *in collect. dec. p. 3. collect. 596. & in prædicta resolut. 266. n. 2. vers. limita secundo,* Campan. *in diuersor. iuris Canonici rubr. 9. cap. 9. num. 6.* & Praxis noua Episcop. *p. 1. cap. 1. n. 15. in fine pag. 31.* Barbos. post alios *in remissionibus ad sess. 14. c. 2.* Concil. Trid. & contra faciens ab exercitio Pontificalium per annum, & promoti ab executione Ordinum sic susceptorum ipso iure sunt suspensi, donec suo Prælato visum fuerit, Thomas Vaz *alleg. 45. n. 18.* post alios, & Mar. Alter. *de censur. tom. 2. disp. 9. cap. 6. fol. 157. col. 2.* 18.

Quid

Quid possit Episcopus circa malè ordinatos.

§. V.

EPITOME.

1. *Episcopus dispensare nequit, nisi quando tacitè, vel expressè habet facultatem*
2. *Episcopus dispensare potest cum ordinato excommunicato ignoranter.*
3. *Episcopus potest dispensare cum excommunicato, vt retineat beneficium receptum tempore excommunicationis.*
4. *Episcopus potest dispensare ad ordines minores cum pœnitentibus solenniter, data necessitate, vel vtilitate.*
5. *Eiscopus potest dispensare cum sacerdotibus contrahentibus nuptias post peracta pœnitentiam.*
6. *Episcopus clerico à se ordinato sine patrimonio de necessariis prouidet.*
7. *Episcopus potest dispensare cum Diacono Missæ Sacrificium facienti, vt perseueret in suo officio, & retineat beneficium.*
8. *Episcopus cum promotis per saltum scienter potest dispensare, si non ministrent in suscepto Ordine.*
9. *Episcopus cum excommunicato ordinato, vt ministret in suscepto Ordine, si Religionem ingrediatur, dispensat.*
10. *Ordinatus ad præsentationem beneficij cum pacto nihil petendi à præsentante, non potest ascendere ad superiores Ordines, nec in suscepto ministrare.*
11. *Ordinari potest in sacris beneficium habens insufficiens accedente Episcopi dispensatione.*
12. *Ordinandus conueniens cum ordinante non molestare illum, quas pœnas incurrat vterque?*
13. *Ordinatus ante legitimam ætatem in quas pœnas incurrat, & quis possit dispensare cum illo, & an possit resignare beneficium.*
14. *Ordinatus sine titulo, vel cum pacto de restituendo post ordinationem, quas pœnas incurrat, & à quo possit dispensari?*
15. *Ordinatus furtiuè quis dicatur, & an possit in ordine ministrare, & quis dispensabit?*
16. *Episcopus an, & quando cum ordinato ab Episcopo præciso possit dispensare, si scienter ordinetur.*
17. *Episcopus an possit dispensare cum ordinato ab alieno Episcopo sine licentia, vt habeat beneficium?*

1. CERTI iuris est Episcopum dispensare non posse, nisi quando tacitè, vel expressè illi conceditur facultas dispensandi, vt per Cardinal. *in cap. dilectus, de tempor. ordinationum.* Abbas *in cap. at si clerici, §. de adulteriis*, vbi Decius etiam *num.* 6. Emanuel Soarez *communi. opinionum verbo Episcopus num.* 134. Mandos. *regul.* 13. *Cancellaria q.* 6. *num.* 6. Azeued. *l.* 2. *num.* 39. *tit.* 1. *lib.* 2. *noua recopil.* Rebuff. *in praxi titulo de dispensat. ad plura, num.* 27. Vgolin. *de potest Episcop. cap.* 57. §. 1. Borgas *de irregular. p.* 3. *titulo de dispensat.* & Mar. Alter *de censuris tom.* 2. *disp.* 8. *cap.* 3. *vers. sed controuersia*, & resoluit gloss. *verb. suspensos in cap. cupientes, de electione in* 6. Iuuat textus *in c. dilectus*, ibi, *dispensatio à Canone minimè sit permissa, de tempor. ordin.* Per quæ verba ostenditur Episcopum tantummodo dispensare posse in casibus, in quibus illis permittitur à Canone dispensatio. Hæc sententia hodie est magis communis, & magis recepta, pro qua pugnat *c. cùm inferior, de maior. & obed.* vbi dicitur minorem in maiorem non habere potestatem, Iason *in l. omnes populi num.* 11. *ff. de iustitia, & iure* Hippol. *sing.* 182. & Tiraquel. *de pœnis temperandis in præfat. num.* 26. Neque inferiorem superioris iure posse subuertere, volunt Surd. *cons.* 58. *n.* 6. Thom. de Thomassetis *regul.* 147. Azeued. *l.* 2. *n.* 56. *tit.* 14. *lib* 4. *noua recopil.* & Crauet. *cons.* 238. *num.* 5. vbi addit eadem ratione, qua nequit iuri communi inferius præiudicare, eadem non posse abrogare ius consuetudinis, sequitur Mench. *illustrium quæstionum c.* 25. *n.* 10. *cum sequent b.*

Nihilominus non est negandum commune axioma, Episcopum in his quæ sunt de genere permissorum ex rei natura, & ex ipso iure diuino intra propriam Diœcesim posse omnia, quæ Summus Pontifex potest in tota Ecclesia, nisi per sacros Canones, aut per Summum Pontificem Episcopo interdicantur, textus *in c. nuper*, & *ibi* gloss. *verb. non retinuit, de sentent. excommunic.* Nam, quando ius, quamuis non exprimat per quem dispensatio concedenda est, exprimit tamen, & absolutè ait dispensandum esse, eo ipso, quòd negat dispensationem, censetur facere facultatem dispensandi tacitè Episcopis, Vgolinus ita *de censuris tabul.* 2. *c.* 15. §. 1. *num.* 7. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 52. *quæst.* 13. Enriquez *in summa lib.* 14. *c.* 19. §. 2. *iuncta litt. P* Sanchez *de matrimonio lib.* 3. *disp.* 52. *à num.* 1. quia quæ Sedes Apostolica sibi non reseruauit, videtur concessisse. Specul. *tit. de legatis, §. nunc ostendendum, num.* 55. & Episcopus potest omnia in sua Diœcesi, nisi expressè prohibita à iure sint, Perez *l.* 5. *in principio, tit.* 15. *lib.* 8. *ordin. pag.* 315. Rebuff. *in tract. nomin. quæst.* 5. *num.* 31. & Enriquez *in summa lib.* 12. *c.* 3. §. 2. *in commento litt. N.* Atque ita exceptis tantùm à Summo Pontifice sibi reseruatis, in reliquis potest Episcopus dispensare, Sanchez *lib.* 1. *disp.* 61. *num.* 3. & Soarez *tom.* 4. *de pœnit. disp* 25. *sect.* 1. *num* 13 & *de legibus lib.* 6 *c.* 14. *sub num.* 3. & Ludouicus Miranda *in manuali Prælator. tom.* 2. *quæst.* 30. *art.* 10. *conclus.* 2. quia quoties conditor Canonis absolutionem sibi non reseruauit censurarum, videtur concessisse potestatem absoluendi Episcopis, Gutier. *Canon. lib.* 1. *c.* 5. *à principio*, Soarez *tom.* 5. *disp.* 6. *sect.* 4. & Sayr. *de censuris lib.* 2. *c.* 19. *à num.* 2. idem confirmat gloss. *verb. dispensatum, in c postulasti, de clerico excommunicato, & in c. clerici, verb. moniti, eodem titulo*, & tanquam indubitatum docet Victoria *de matrimonio p.* 1. *num.* 7. & Pelagius *de planctu Ecclesiæ lib.* 1. *cap.* 50. *vers. in his*, vbi testatur de communi post alios.

Porrò Episcopus cum ordinato ignoranter ab excommunicato dispensat, ita Bernard. *in pract.* 2.
Canon. c. 28 *num.* 3. in nouissima impressione, quia ignorantia excusat. Recipiens enim & probabiliter ignorans Episcopum esse excommunicatum, aut suspensum, Ordines suscipit, & executionem, neque est reus culpæ supposita probabili ignorantia, nec ministrando manet irregularis. Postquam tamen habuerit sufficientem notitiam, quòd Episcopus, qui ordinauit, erat excommunicatus, debet abstinere ab executione Ordinum, quousque

impetret dispensationem ab Episcopo, qui cognita causa dispensabit post dignam pœnitentiam. Mascard. *de probationibus conclus.* 648. *num.* 46. Comitol. *responsor. moral lib.* 6. *quæst* 58. *n.* 11. Enriquez *in summa lib.* 14 *c.* 6. §. 6. & Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 28. *quæst.* 10.

Quòd si ordinarus cognoscebat scienter, aut ex ignorantia crassa Episcopum, à quo erat ordinandus, esse suspensum, vel excommunicatum, solus Romanus Pontifex dispensare poterit in suspensione, quam contraxit ordinatus scienter, siue ex ignorantia crassa ab Episcopo excommunicato, Bernardus *in pract. c.* 28 *num.* 3. & probatur à simili ex *cap.* 1. *de ordinatis ab Episcopo, qui renunciauit Episcopatui*, vbi sciens, vel ex crassa ignorantia ab hoc Episcopo ordinatur, non potest, nisi a Romano Pontifice tali suspensione liberari, Nauar. *in manuali cap* 27. *num.* 241. Flamin. *de resignat. lib.* 1. *quæst.* 17. *num.* 5. Vgolin. *de censuris c.* 40. Bonacin. *eodem tractatu disp.* 7. *quæst.* 3. *punct.* 4. *n.* 8. ergo similiter in nostro casu Barbos. *de offic. & potest. Episcop alleg.* 48. *n.* 7 *& n.* 10. *in principio, & in c. cum clericis* 2. *de ordin. ab Episcop. n.* 2.

3. Quæri potest, an Episcopus dispensare possit, vt recipiens beneficium cùm esset excommunicatus, post absolutionem illud retineat? Affirmat Vgol *de censuris tabul.* 2. *c.* 13. §. 1. *num.* 2. Azor. *p.* 2. *lib.* 6. *c.* 7 *quæst.* 2. Anton. Ricciul. *in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium, lib.* 4. *cap.* 12. *à principio*, quæ quidem dispensatio habet vim collationis: atque ita secuta dispensatione non est necessaria noua collatio; & ideo poterit dispensatus retinere beneficium, Ricciul. *d. cap.* 12. *num.* 2. Sayr. *de censuris lib.* 2. *c.* 5. *num.* 21 & Soarez *eodem tract. tom.* 5. *disp.* 13. *sect.* 1. *sub num.* 34. *vers. Ratio*, ex ea regula paulo antè à nobis proposita, & recepta, quòd omnis dispensatio, quæ in iure non reseruatur Papæ, potest tribui ab Episcopo, argumento *c. nuper, de sentent. excommunic.* Vnde cùm dispensatio non reseruetur in hoc casu Papæ, censetur concessa Episcopo, vt in specie tradit Abbas *in d. c. postulasti*, 7. *de clerico excommunicato ministrante n.* 8. Couar. *in c. alma mater, p.* 1. §. 7. *num.* 8. Duennas *regul.* 148. *n.* 2. *vers. contra quam*, Azor. *p.* 2. *lib.* 6. *c.* 7. *quæst.* 2. Gomez *in expositione Bullæ cruciatæ, clausul.* 10. *num.* 57. Anton. Ricciul. *d. cap.* 12. *num.* 5. Enriquez *in summa lib.* 14. *cap.* 19. §. 2. & Sanchez *de matrimonio lib.* 8. *disp.* 5. *numer.* 1. post alios.

Quæ doctrina per textum *in d. c. postulasti*, ibi, *dispensatum*, extenditur ad eundem Episcopum, qui contulit excommunicato ignorante, & bona fide beneficium existimans non esse ligatum excommunicatione illum qui beneficium recepit. Sic Abbas *in d. c. postulasti num.* 9. Soarez *de censuris disp.* 13 *sect.* 1. *sub num.* 36. Ricciul. *d. c.* 12. Quinimò poterit Episcopus dispensare, quamuis collatio non competat Episcopo, sed inferiori, adhuc poterit dispensare, dummodo inferior consentiat non aliter; vt vult Cou. *in c. alma mater* 1. *p.* §. 7. *n.* 8. *vers. ego verò non admitterem*, quem sequitur Soarez *d. n.* 36. *vers. addit Panormitanus.*

Non habebit tamen locum, quando collatio facta fuit per Papam, tunc enim non potest inferior etiam dispensando se ingerere, vt tradit Sayr. *de censuris lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 22. Couar. *in d. c. alma*, § 7. *sub n* 8. *vers. quòd si Romanus Pontifex*, & Garcia *de beneficiis p.* 7. *c.* 13. *n.* 78. Quibus adde ex eodem à *num.* 84. *vsque ad num.* 88. & ex Soarez *d. disp.* 13. *sect.* 1. *num.* 36. posse Episcopum, qui scienter contulit beneficium excommunicato, dispensare cum eodem; quod non placet, & ideo contrarium est dicendum cum Abbate *in d. cap. postulast, num.* 9. & cum Sayr. *de censuris, lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 22. & Ricciul. *d. cap.* 12. *num.* 70. *cum seqq.* & idem dicendum est non procedere, nec posse dispensare Episcopum, quando pariter concurrit cum excommunicatione scienter intrusio in beneficio, vt volunt Garcia *p.* 7. *cap.* 13. *num.* 88. & Anton. Ricciul. *suprà de iure personarum, lib.* 4. *cap.* 12. *num.* 13. *vers. tertiò declaratur.*

Poterit item Episcopus dispensare ad Ordines minores cum pœnitentibus solenniter ex necessitate, vel ex vtilitate, per Syluest. *verb. pœnitentia, num.* 3. Mayol. *de irregularitate, cap.* 3. *sub num.* 6. *vers. hæc quæ*, Campanil. *in diuersor. iuris Canonici, in rubrica* 11. *cap.* 21. *num.* 7. Marius Alter. *de censuris, tom.* 2. *disp.* 16. *de suspens. cap.* 1. *vers. quartus casus.* Dicitur ex necessitate, vel vtilitate, quia sine illa, vel ista pœnitentes solenniter nequeunt ordinari, etiam post peractam solennem pœnitentiam, vt per Mayol. *de irregularitate, lib.* 1. *cap.* 2. *sub num.* 4. *vers. quæ omnia*, laborant enim infamia, & ideo ordinari nequeunt, Bernard. *in pract. cap.* 19. *num.* 1. aliàs 23. *in nouiss. edit.* Marius Alterius, & Campanil. *vbi proximè*; & ideo ex necessitate, vel vtilitate ad suscipiendos Ordines minores dispensari possunt, aliter minimè ordinari queunt, ex *cap. ex pœnitentibus* 50. *dist.* & ex *cap si ille, eadem distinctione*, adeò vt solennem pœnitentiam agens, adhuc illa peracta prohibeatur ordinari. Mayol. *suprà d. vers. quæ omnia*: secus, si publicam pœnitentiam egerit, quia post illam ordinari potest, Mayol. *d. lib.* 3 *c.* 3. *post num.* 2. *vers. & licet*; sed Mar. Alter. *de censuris, tom.* 2. *disp.* 16. *de suspensione, cap.* 1. *vers. quarto casu, fol.* 260. *col.* 1. post D. Thomam *in* 4. *sentent. dist.* 14. *quæst.* 1. *art.* 5. *quæstiuncula* 1. *ad tertium*, docet peccatorem post publicam pœnitentiam non posse assumi ad clericatum, & Episcopum talem ordinantem priuari potestate ordinandi, habetur in Concilio Carthaginensi IV. *canone* 68. quod intelligitur quando ordinauit scienter absque dispensatione, vel cùm indiscretè dispensauit, prout notat Bernard *in practica, c.* 23. *verb. post peractam pœnitentiam, num.* 2. Illustrissimus Cunha *cap. penultimo, dist.* 50. *num.* 1. nisi fortè necessitas Ecclesiæ id exigeret, aut consuetudo floreret; in quo euentu post publicam pœnitentiam cum dispensatione ad minores Ordines pœnitens assumi potest, non autem ad sacros. 4.

Rationes quatuor assignat D. Thomas suprà huius prohibitionis, prima est propter dignitatem Ordinum; secunda propter timorem recidiui; tertia propter scandalum ex memoria scelerum præteritorum: quarta demum propter ruborem anteactæ vitæ, & verecundiam, ob quam non audebit subditos peccatores liberè increpare, sequitur Paludan. *in* 4. *dist.* 14. *quæst.* 6. & Antonin. 3. *p. tit.* 14. *cap.* 17. §. *vltimo.* Non tamen pœnitens ab Ordine excluditur ratione pœnitentiæ publicæ, sed quia factus est infamis propter crimen diffamatum, quod intelligit Host. *in cap.* 2. *de officio Archipresb.* vbi publica, & solennis pœnitentia imponitur per iudicis sententiam, non autem si quis propter deuotionem sponte sua pœnitentiam egisset.

Similiter poterit Episcopus dispensare cum Sacerdotibus contrahentibus nuptias post peractam pœnitentiam, quod intellige, si cum vnica, & virgine contraxerint, secus si cum vidua, vel corrupta, vel quando clericus duplex contraxit matrimonium, text. *in cap. ex litterarum, qui clerici, vel vouentes.* 5.

Et

Et quamuis textus *ibi, & in cap. 1. eodem titulo*, non declarent, quando cum virgine, & quando vnicum matrimonium est contractum, ita debent intelligi, ne duplici textui aduersentur in his casibus neganti dispensationem; nimirum *cap. nuper, & cap. vltimo, de bigamia.* ita Couar. *in Clement. si furiosus p.1. §.2.n.2.vers.2.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea resolut.* 220. Petrus de Ledesma *de matrimonio quaest. 66. art 5. in fine*, Valent. *p.4. disp.7. quaest. 18. punct. 3. in prima specie irregularitatis, in fine*, & Sanchez *de matrimonio lib.7. disp.86. n. 20.* quos referens sequitur Barbos. *de offic. & potest. Episcopi, allegat.49. n.26.* vbi *num.27.* addit, si ex delicto occulto proueniat irregularitas hæc similitudinariæ bigamiæ, posse Episcopum dispensare, quamuis clericus in sacris constitutus, aut professus viduam duxerit post sacrum Ordinem, si professus est exemptus, & de licentia sui superioris Episcopo subiiciatur, Aloys. Ricc. *in praxi resolut.* 220. Sanch. *d. disp.* 86. *num.* 22. *&* 23. Posse autem Prælatum Religionis cum suis subditis dispensare in eisdem casibus, quibus Episcopus dispensat, ait Miranda *in manuali Prælatorum tom.2. quaest.8. art.2.* & Henriquez *lib.12. c.6. n.11. prope finem.*

6. Sed quid de Episcopo ordinante clericum pauperem sine patrimonio, nunquid ipsemet tenebitur illi prouidere de alimentis? Antequam fiat satis quæstioni, sciendum est neminem posse ordinari in sacris sine titulo, vt est communis, ne clerici mendicent in vituperium totius militiæ clericalis. Titulus autem duplex est, beneficij, & patrimonij, Nauar. *conf.* 14. *in principio, de tempor. ordin. & num.4. per cap. Sanctorum dist.70.* debetque esse sufficiens ad victum, Concil. Triden. *sess.* 21. *cap.1. de reform.* ibi, *Statuit sancta Synodus, ne quis de inceps clericus sæcularis, quamuis alias sit idoneus moribus, scientia, & ætate ad sacros Ordines, promoueatur, nisi prius constet eum, beneficium Ecclesiasticum, quod sibi honestè sufficiat, pacificè possidere*, &c. Ecce de beneficio. Patrimonium item ad quod quis promouetur, debet etiam esse sufficiens, Nauar. *conf.18. de tempor. ordin.* quantitas illius non taxatur, sed remittitur ad arbitrium Episcopi, arg. *l.1. ff. de iur. delib.* Flamin. *de resignat. lib.2. quaest.6. per totum*, vbi *num.* 20. addit ordinatos ad titulum patrimonij esse verè clericos, & fieri de foro Ecclesiæ, quamuis non habeant Ecclesiam, nec Episcopum sic ordinatis tenere conferre beneficia, aut victualia, *c. Episcopus, de præbendis.*

His positis, Episcopus, qui ordinauit clericum pauperem ad sacros Ordines sine titulo, tenetur ei prouidere de suo, donec aliquem titulum fuerit assecutus, textus *in cap. cùm secundum 16. de præbendis.* ibi, *Tandiu ei vitæ necessaria.* quæ obligatio alendi est punitio delicti Episcopi ordinantis in sacris carentem patrimonio, Sanchez *de matrimonio lib.6. disp.32. num.8.* Quin imo mortuo promouente, obligatio alendi transit ad successorem, ita vt Sede vacante debeat alimenta præstare Capitulum, si tali promotioni non repugnauit, ita Enriquez *in summa lib.10. c. 17 §.4 in commento littera F.* Bonacin. *de Sacramentis disp. 8. quaest. vnica punct. 5. num. 17. vers. respondeo secundo*, & meliùs Campanil. *in diuersor. iuris Canonici rubr.8. c.5. num. 21.* vbi vult Episcopum loco renunciantem, vel translatum ad alteram Ecclesiam teneri alimenta præstare iam illi promoto, non verò eius successorem, ita Innocentius *in d. c. cùm secundum n.1. de præbendis.* Henriquez *d. c.17. §.4.* & Vgolin. *de offic. & potest. Episcop. c.26. §.15. vers. sexto excipitur.*

Hoc autem procedit contra ordinantem scienter, vel debentem scire clericum non habere titulum, & similiter, quando ordinandus dixit se habere patrimonium sufficiens, quia Episcopus tenebatur diligenter inquirere, an haberet patrimonium, Nauar. *conf.1. quaest.16. & conf.14. & vlt. de tempor. ordinan.* Sutd. *de alimentis tit.1. quaest. 60. à num.12. & tit.7. quaest.37. num.40.* & Garcia *de beneficiis p.2. cap.5. num.* 32. Secus si Episcopus non fuit in culpa, quoniam diligenter inuestigauit de patrimonio, & fuit deceptus per fraudem, & per falsos testes, seu probationes, Quaranta *in summa Bullarij, verb. ordo, post secundam conclusionem. vers. tertius casus*, & Vgolinus *de offic. & potest. Episcop. cap.26. §.8. num.5. & §.15. vers. tertiò non tenetur.*

Data ergo scientia, vel negligentia in ordinante de patrimonio, tenetur prouidere ordinato de sufficienti beneficio, & interim necessaria vitæ suppeditare, iuxta qualitatem personæ, loci consuetudinem, & iuxta Ecclesiæ reditus, per glossam *in cap. Episcopus, de præbendis, verb. necessaria*, Ripa *lib.1. resp. cap.14. num.7.* Vgolin. *supra d. c.26. §.15. num.1.* & Menoch. *de arbitrar. casu 169. num.14. & casu 320. num.10.* quamuis ordinatus patrem haberet diuitem, qui posset iustè filio ex causa alimenta denegare ob commissum in patrem delictum. Idem dicendum de Episcopo concedente beneficium pro patrimonio, & ad illius titulum fuit promotus, si postea beneficium fuit homini ablatum, eo quia non poterat illud conferre. Similiter si pro titulo Episcopus prouidit ordinatum de beneficio, sed non sufficienti; tenetur enim supplere defectum, *glossa final. in cap. tuis quaestionibus*, vbi Imol. *num.8. vers. in glossa finali, de præbendis*, Viualdus super Bullam Sixti Quinti contra clericos malè promotos, *num.11. vers. quare*, Graff. *in decis. lib.3. cap.2. num.19* & Henriquez *in summa, lib. 10. cap.17. §. 3. littera Q. & R.* vbi tradit beneficium tenue efficere pro domicilio acquirendo, non autem pro titulo, quia is debet esse sufficiens, Nauarr. *conf.18. de tempor. ordin.* & Flamin. *de resignat. lib.2. quaest.6. num.13.* quibus accedit Barbos. *in d. cap. tuis quaestionibus, num.7. de præbendis, pag.750.*

Episcopus item dispensare potest cum Diacono celebranti Missæ Sacrificium, vt in suo officio permaneat, & retineat beneficium, quod habebat. 7.
Azor *instit. moral. p.2. lib.3. cap.50. in fine, vers. dispensat præterea*, per glossam *in cap. ex litteris, de clerico non ordinato ministrante, verb. misericordiam*, vbi addit posse Episcopum dispensare, vt ad Sacerdotium promoueatur. Sed in irregularitate, quam Diaconus contraxit dum exercuit Ordinem, quem non habebat solus Papa dispensat, vt ad altiorem promoueatur Ordinem, ita Bonaciu. *de censuris, disp.7. quaest.3. punct.6. num.10.* post alios, & Reginal. *in praxi fori pœnitential. lib.30 vers. tertius. n.26.* Si delictum sit occultum, Episcopus dispensare potest, vt alios suscipiat per Concilium Trident. *sess.24 de reformat. cap.6.* Vgolinus *de offic. & potest. Episc. cap. 57. §.3. num.1. vers. si etiam*, & Bonacin. *de censur. d. disp.7. sess.3. punct.6. num.10. in fine*, quos referens sequitur Barbos. *alleg.39. num.43.*

Aduerte ubiter dicentes se esse Clericos, & ingerentes se actibus clericorum, cùm non sint, esse falsarios, & vt tales puniendos, Auiles *glossa vltima, num.2. 1. ad cap.51. Pratorum*, Petr. Gregor. *lib.4. partit. iur. is tit.4. cap.1.* & Beruard. *in practica, c.12. num.2.* Pœna autem contra Missam celebrationem vsurpantes, cùm non sint promoti ad sacrum Presby-

Presbyteratus Ordiné, constituta fuit à Clemente Octauo per suam constitutionem editam anno 1601. sub die quarto Decembris, incipit, *Et si aliàs*; vbi nefarios hos, ac deperditos homines iubet à iudicibus S. Inquisitionis, vel locorum Ordinariis, tanquam Ecclesiæ misericordia indignos à foro Ecclesiastico abiiciendos, & ab Ordinibus Ecclesiasticis, si quos habuerint, ritè degradatos, & statim Curiæ sæculari tradendos per iudices sæculares debitis pœnis plectendos. Quam constitutionem refert Quarantia *in summa Bullarij, verb. ordo, in fine*. Ex quibus consequenter deducitur Clericum nondum initiatum Sacerdotio, qui seriò, & sacramentaliter aliquem absoluit, esse irregularem, prout volunt Nauarr. Sotus, Vgol. & Auila, quos refert, & sequitur Bonacin. *de censuris, disp. 7. quæst. 3. punct. 6. num. 4* post Henriquez *in summa, lib. 6. de pœnit. cap. 2. §. 7. litter. H.* & post Aldret. *de religiosa disciplina tuenda, lib. 2. cap. 19.* Quin etiam Fr. Emmanuel *quæst. regul. tom. 2. quæst. 27. art. 2.* aduertit esse casum sanctæ Inquisitioni commissum, quando non Sacerdos audit confessiones, & seriò absoluit, & colligitur ex eadem constitutione Clement. VIII. citata, incipit, *Et si alias*, vbi dixit sacramentalem confessionem audientes ad sacrum presbyteratus Ordinem nondum promotos à Iudicibus Sancti officij, vel locorum ordinariis esse puniendos, & ritè degradatos Curiæ sæculari esse tradendos, vt debitis pœnis plectantur.

8. Lubet hoc loco adnotare Episcopum ex legitima causa posse dispensare cum promotis per saltum, si non ministrauerint in Ordine sic suscepto, ratio, quia sic ordinatus est ipso facto suspensus secundùm probabiliorem, quam sequitur Host. *in summa, in titulo, de Cleri. per saltum promoto, §. 1.* Nauar. *in manuali cap. 25. num. 71. & cap 27. n. 242.* Eiusdem opinionis est Sotus *in 4. dist. 25. quæst. 1. art. 3. vers. Tertius suspensionis casus*, & idem tenet Syluester *verb. irregularitas §. 13. quæst. 11.* Cùm ergo sit suspensus ipso facto, non potest Ordinem omissum recipere sine dispensatione, neque in suscepto ministrare, quòd si ministret in Ordine suscepto, vel recipiat nouum Ordinem, efficitur irregularis, vt etiam sentiunt Auctores contrariæ partis; & ideo Episcopus non potest dispensare, vt videtur probari ex Concilio Tridentino *sess. 23. cap. 14.* dum ait posse Episcopum dispensare cum promoto per saltum, si non ministrauerit; ergo insinuat à contrario sensu, si ministrauerit, non posse Episcopum dispensare: atque ita per talem administrationem contrahi irregularitatem indicat ab huiusmodi ordinato; & ex consequenti significat non fuisse irregularem, sed solùm suspensum ante administrationem, ita Mar. Alter. post alios *tom. 2. de censuris, disp. 10. de suspensione, cap 5. fol. 181. col. 1. vers. hoc in loco*, siue scienter, siue ignoranter ordinatus fuerit, quia Concilium suprà *cap. 14* non distinguit de promoto scienter, & ex superbia, vel ignoranter, sed simpliciter loquitur. Et eadem ratione non est locus dispensationi ab Episcopo, cum ita ordinato, etiamsi fuerit ordinatus per crassam ignorantiam, vt vult Mayol. *lib. 4. cap. 12. num. 2. de irregularitate*, & Bernard. Dias *in pract. canon. cap. 24. num. 5.* Semper enim eget dispensatione Apostolica promotus per saltum, si ministret ad hoc, vt ad maiores ascendat, nisi in occultis, & non deductis ad forum contentiosum, ex Concilio Tridentino *sess. 24. de reform. cap. 6.* quod adhuc limitat Nauar. *in manuali, c. 27. num. 142. vers. sexto dico*, vbi tradit Papam solùm posse dispensare cum eo, qui ante dispensationem scienter Ordine omisso, vel accepto vtatur ad hoc, vt ad maiorem Ordinem promoueatur, non autem, quando ignoranter ministrauit: vt tamen in suscepto ministret, omnes credunt Episcopum dispensare posse siue ignoranter, siue scienter ante dispensationem vsus fuerit suscepto Ordine; at verò ex Mayol. *lib. 4. de irregul. cap. 12. num. 2.* requiritur dispensatio Papæ, si ante dispensationem Ordine suscepto vtatur, & hoc siue scienter, siue ignoranter ministrauerit, ad hoc, vt ad maiores ascendat, quæ opinio est magis conformis verbis Concilij *sess. 23. cap. 14.* Sayr. *de censuris, lib. 4. c. 14. num. 27.* & clariùs *lib. 7. cap. 10. num. 40. vers. circa dispensationem*, quamuis delictum esset publicum, cùm Concilium *d. cap. 14.* non distinguat inter publicum, & occultum, sed absolutè faciat facultatem Episcopo, vt cum eo dispenset, qui non ministrauerit in Ordine superiori saltuatim suscepto, fauet Syluester *verb. dispensatio quæst. 10. vers. 7.* Si autem sine dispensatione in suscepto maiori, siue in inferiori omisso ministrauerit, solus Papa dispensat ad maiorem Ordinem recipiendum, quia factus est irregularis ministrando suspensus, *cap. cùm medicinalis, de sentent. excommunic. lib. 6.* Barbos. *de offic. & potest. Episcop. alleg. 47. num. 8. & in cap. tua, de clerico per saltum promoto, num. 5.*

9. Quin etiam dispensare potest Episcopus cum excommunicato accipiente Ordinem, si religionem ingrediatur, vt ministret in suscepto, ita Reginaldus *in praxi fori pœnit. lib. 30. num. 27. in principio.* Barbos. *cap. innotuit, de eo, qui furtiuè Ordines suscepit, num. 4.* ex ea ratione, quia potest dispensare in casibus non reseruatis, gloss. *in cap. in quibusdam, verb. dispensatum, de pœn.* explicans verba textus *in fine*, *Nisi cùm eis fuerit misericorditer dispensatum*, inquit, *quòd potestas dispensandi intelligitur concessa Episcopo; si illam Papa sibi expressè non reseruauit*, & confirmat gloss. *in cap. postulastis, verb. dispensatum, de cleric. excommun. ministr.* ergo quando non reseruat Papa, aliis indulgere videtur; & *in cap. nuper, de sentent excommun.* Marius Alterius *de censuris, disp. 8. de relax. & absol. cap. 3. fol. 131. littera D.*

10. Ambigi item potest, an Ordinatus ad præsentationem beneficij, cum pacto nihil petendi à præsentante, possit ascendere ad Ordines superiores, vel in suscepto ministrare? Responsio est negatiua, ita Nauarr. *tit. de tempor. ordinat. cons. 17. num. 1. in nouis*, Auila *de censuris, part. 3. disp. 2. dub. 5. concl. 1. ad 1. argument.* & Bonacin. *eodem tractatu. disp. 3. quæst. 6. punct. 5. num. 4. vers. eadem suspensione.*

11. Nihilominus ordinari potest in sacris, si beneficium Ecclesiasticum non habet sufficiens, si tamen habeat patrimonium idoneum, accedente Episcopi dispensatione, ex Concilio Tridentino *sess. 21. de reform. cap. 2.* Ratio, quia beneficium Ecclesiasticum sufficiens non habens, patrimonium saltem idoneum habere debet, ad cuius titulum non omnis ordinandus est, nisi præcedat Episcopalis dispensatio, vt colligitur ex *d. cap. 2.* his verbis, *Patrimonium verò, vel pensionem obtinentes, ordinari posthac non possint, nisi illi, quos Episcopus iudicauerit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum.* sic ibi. Quocirca cùm Concilium permittat Episcopis potestatem dispensandi interueniente aliqua causa necessitatis, vel commoditatis Ecclesiarum suarum; deficiente causa, tollitur Episcopis facultas, per regulam *cap. cùm*

cessante,

cessante; *de appellat.* & in specie tradit Nauar. *cons.*14.*num.*2. *de tempor. ordinat. in nouis*, vbi narrat se vidisse negatam liceotiam Pintiæ suscipiendi subdiaconatum propter defectum tituli beneficialis, non obstante patrimonio trium millium scutorum.

12. Sed quid si ordinandus conueniat cum ordinante non molestare illum post susceptos Ordines super beneficio, aut alimentis? Responde ordinatum esse suspensum ab Ordine sic suscepto, & ordinantem à collatione per triennium, vt per Henriquez *in summa lib.*13.*de excommunic.cap.* 37. Reginal.*in praxi fori pœnit.lib.* 23.*n.* 199. *& lib.*32. *tract.* 2.*n.* 72. *in fine*, & Campanil. *in diuersor. iur. Canon.rub.*8.*c.*5.*num.*31. *vers. ideo*; sequitur Sayr. *de censuris lib.*4.*cap.*15.*num.*22.*vers.quartus est.* vbi ita ordinatum, cum pacto, vt ab Episcopo victum, alimenta, aut prouisionem noo petat, ait esse suspensum ab Ordine, donec à Sede Apostolica dispensetur. Idem de illo, qui simile egit pactum cum patrono beneficij, cui promisit se nihil ab eo petiturum, si ei concedat beneficium ad cuius titulum ordinetur, ita Nauar. *in manuali c.*27.*num.*158.Maiol.*lib.*4.*de irregul.c.*3.*n.*7. Toletus *lib.*1.*summa c.* 15. & Henriq.*lib.* 13. *de excommunic.cap.*37. §.1. & colligitur apertè ex *c. penult. de simonia.*

13. Ordinatus autem ante legitimam ætatem attenta Bulla Pij Secundi est suspensus perpetuò, donec absolutionis beneficium consequatur, nec sufficit accedere ad legitimam ætatem, vt cesset impedimeotum, prout colligit Couar. *in Clement. si furiosus*, *p.*1.§.1. *num.*4. & Salzed. *ad Bernard. in cap.*26.*littera D. vers. is vero*; sed perpetuò est suspensus, etiam si superueniat ætas legitima, vt olim, per *cap. vel non est compos, de tempor. ordinat.* quod suspendebat promotos aote legitimam ætatem, donec ad legitimam deueniebant, Flamin. *de resignat. lib.*4. *quæst.*2. *num.* 105. Nunc verò per constitutionem Pij Secundi perpetuò sunt suspensi, & si ministrare præsumpserint, sunt irregulares, & priuantur omnibus beoeficiis obtentis, & fiunt incapaces, & inhabiles ad alia similia, vel dissimilia beneficia in perpetuum obtinenda, Quaranta *in summa Bullary verb. Ordo, in principio*, Azot.*instit.moral par.*2.*lib.*7. *c.*17. *quæst.* 18. Couar. *in cap. alma mater par.* 2.§. 3.*num.*5. *vers.*9. & Bonacin. *de Sacramen. disp.* 8. *quæst. vnica, punct.* 5. *numer.* 13.

Limita in ordinato ignotanter ante legitimam ætatem, is enim cùm promoueatur inculpabiliter, non incurrit suspensionem, Salzed. *ad Bernard.cap.*26.Nauat.*in man.cap.*27.*n.*156. Entiqnez *in summa lib.*13.*c* 38.§.1. Tolet.*in summa lib.*1.*cap.* 15.*num.*4.Reginal.*in praxi lib.*32.*tract.*2.*num* 70.& Sanchez.*de matrimonio lib.*7. *disp.* 30. *prope finem.* Nec item incurret suspensionem ordinatus ante legitimam ætatem, qui bona fide, & testimonio suorum parentum ordinatus est ante legitimam ætatem, Quaranta *in summa Bullarij verb. Ordo*, Beller.*disquisit. cleric. par.*1.*tit.de discipl. cleric.* §.5. *num.* 60. Illustrissimus Cunha *c. presbyter dist.* 78. Barbos. *in c. vel non est compos*, *de tempor.ordinat. num.*8. Cum ordinato tamen ante legitimam ætatem antequam ministret, potest Episcopus dispensare secundùm superiorem doctrinam; sed meliùs dicendum est primò ordinatum ante legitimã ætatem non posse ante illam sine dispensatione Papali in Ordine ita suscepto ministrare, vt vult glossa *in Clementina generalem*, *verb. generalem*, *de ætate*, *& qualitate.* Couarr. *in Clementina si furiosus*, *par.* 1. §. 1. *numer.* 8. & Tabiena *verb. Ordo numer.* 17. Salzed. *ad Bernard. Dias d. cap.* 26. *vers. is verò*, quamuis absolutus sit à suspensione.

Nec adsolutio carebit effectu, imò habebit duos. Primus enim est hic, quòd completa ætate continuò poterit ministrare in illo Ordine. Secundus liberabit administrantem ab irregularitate, quamuis peccet mortaliter administrando, quia iam non est suspensus. Secundò si loquamur de suspensiooe contracta propter receptionem Ordinis sacri ante legitimam ætatem, posse Episcopum ab ea absoluere, ita Syluester *verb.suspensio*, §. 8. *dicto tertio*, nec Pius Secundus suspensionis absolutionem Papæ reseruauit; quia reseruatio posita in his verbis, *& si in eisdem Ordinibus ministrauerit*, *sit irregularis*; cum quo solus Papa dispensat, non refertur ad suspentionem, sed ad irregularitatem. Quin imò verba illa noo sunt Pij Secundi, sed tribuuntur Nauarro.

Si autem sermo fiat de irregularitate, ab ea Summus Pontifex potest dispensare secundùm constitutiooem Pij Secundi, vt notat Couarr. *in Clementina si furiosus p.*1.§.1.*num.*4.*vers.hodie tamen extat, de homicid.* Nihilominus hodie, si delictum ignotetur taliter ordinatum fuisse, videlicet ante legitimam ætatem, qui ministrauit in Ordine suscepto, potest tolli huiusmodi irregularitas à proprio Episcopo, prout deciditur in Concilio Tridentino *sess.*24. *c.*6. Atque ita, quamuis, quis promoueatur in sacris ante legitimam ætatem, & incurrat suspensionem, & postea irregularitatem ministrando publicè; adhuc delictum, si ignoratur, est occultum ad eum finem, vt decretum Concilij habeat locum; occultum enim hoc loco reputatur, quod non est publicum, Nauarr. *in manuali c.* 27. *n.* 255. vbi vult idem valere occultum, quod non publicum; nec vocari delictum publicum, quia actio in qua delinquitur, est publica, non propterea delictum est publicum, sed occultum, quia nescitur publicè ante legitimam ætatem Ordinem fuisse susceptum.

14. Quid de ordinato sine titulo, vel cum pacto de restituendo eo post ordinationem, quas pœnas incurrat, & à quo possit dispensari? Dico primò secundùm aliquos contra ordinatos sine legitimo titulo, Concilium Tridentinum *sess.* 21. *c* 2. voluisse innouare pœnas, *c. cùm secundùm, de præbendis*, non autem imposuisse pœnam suspensionis latam *in cap. neminem*, *& c. Sanctorum*, *distinct.* 70. aduersùs ordinatum sine titulo, sic inter alios vult Henriquez *in summa lib.*13.*de excommunicatione*, *& suspensione c.*37.*num.*2. dicens peccare quidem mortaliter promotum absque titulo, vel ementito patrimonio, non tamen iure fieri suspensum, cùm nullo iure id interdicatur, nisi intercedat pactum simoniacum, & Concilium Trident. suprà intendisse tantùm fugare pactum simoniacum, neque voluisse pœnas iuris antiqui innouare, quod per *cap. cùm secundùm*, *de præbendis*, fuerat abrogatum, sed voluisse corroborare pœnas prædicti *c. cùm secundùm*, contra ipsos ordinantes inflictas. Fauet responsio factæ Congregationis Cardinalium super Concilio, cuius meminit Nauar. *conf.* 1.*quæst.*16.*de constit.* & infrà citandi, quæ sic habent. *Concilium renouat tantùm pœnas*, *cap. cùm secundùm*, *extrà de præbendis*, *in hoc c.* Item dixit Congregatio, ordinatus contra formam huius decreti, sine beneficio; aut patrimonio,

monio, non est per hoc suspensus, nec aliquam pœnam incurrit, sed cogendus est Ordinarius ei prouidere, iuxta *cap. cùm secundum, extrà de præbendis*, & hìc solus Canoo, non alij, à Concilio renouatus est. Ita Congregatio, vt refert Gonzalez *super reg. 8. gloss. 5. §. 10. num.* 24. vbi subdit sic ordinatum post prædictas declarationes dici non posse ex iure communi, vel ex Concilio Tridentino esse suspensum, & ministrando irregularem, maximè cùm *cap. neminem, & c Sanctorum, dist.* 70. sint abrogata per *c. cùm secundum, vers. licèt*, per quem textum pœna ipsorum capitum reducta fuit ad terminos duntaxat illius, sequitur Gutier. *pract. lib. 2. quæst. 65. num. 11. vers. nec opinio*, & Garcia *de beneficiis par. 2. c. 5. num. 24. cum seqq.* Barbos. *in remiss. ad sess. 21. de reform. c. 2. n. 23.* & Sa *verb. suspensi ipso iure n.* 30.

Dico secundò ordinatum sine legitimo titulo esse suspensum iuxta dispositiooem iuris antiqui *in cap. neminem, & in c. Sanctorum, dist.* 70. quorum Canonum pœnam confirmatam esse vult Maiolus *lib. 4. c. 15. de irregularitate*, per Concilium Tridentinum *sess. 21. c. 2. in fine*, cùm inquit, *Antiquorum Canonum pœnas super his innouando.* Idem confirmat Bernard. Diaz *in sua practica Canonica c. 18. in principio*, & Nauarr. idem docet *cons. 1. quæst. 16. num. 45. de constitut.* & sic fuisse decisum *in c. 1. dist.* 70. ostenditur per hæc verba. *Eos autem, qui absolutè ordinantur, decreuit S. Synodus vacuam habere manus impositionem, & nullum tale factum valere, ad iniuriam ipsius, qui eum ordinauit.* Hæc ibi. Ille tamen dicitur absolutè ordinari, qui sine titulo ordinatur, vt notat gloss. *in d. c. 1. verb. absolutè.* Et multo clariùs apparet ex *c. Sanctorum, eadem distinct.* in hunc modum: *Sanctorum Canonum statutis consona sanctione decernimus, vt sine titulo facta ordinatio irrita habeatur.* Per quæ verba significatur suspensio imposita ipso iure, cùm dicat textus, *irrita habeatur*, & non dicat, irritanda, quam partem fusiùs explicat Nauarr. *cons. 14. & cons. 46. de temporibus ordinationum.*

Dico tertiò ex his duabus opinionibus posteriorem esse falsam, quia secundùm communiurem sententiam, & secundùm declarationes Congregationis Concilij, & vsum Pœnitentiariæ ordinati sine titulo, vel cum titulo ficto, non sunt suspensi; neque enim Concil. Trident. innouauit pœnam illam suspensionis in supradictis *c. neminem, & c. Sanctorum, dist.* 70. iure antiquo pronunciatam aduersùs ordinatos sine titulo. Nam hæc pœna suspensionis iam ante Coucilium Trident *per c. Episcopus, & per c. cùm secundùm Apostol. de præben.* fuit abrogata, & de medio sublata. Innouauit ergo Concil. Triden. pœnas horum duorum Canonum, *Episcopus* scilicet, & *cùm secundùm Apostolum*, vt dicitur contra ordinantes, vt eos quos sine titulo, aut beneficio in sacris ordioauerint, suis sumptibus alere teneantur, donec de beneficio illis prouiderint, vt disponitur *in d. c. Episcopus, & c. cùm secundùm, extrà de præbendis, & in c. accepimus, de ætate, & qualitate*, prout volunt Viualdus *tit. de suspensione n.* 18. Maiolus *lib. 4. de irregularitate c. 3. num.* 8. Enriquez *lib. 13 de excommunic. c. 37. §. 2.* post alios pro hac parte. Nec obest Bulla Pij quinti edita anno 1568. quæ incipit, *Romanus Pontifex*, vbi videtur supposuisse clericos sæculares per Concil. Trident. *sess. 21. de refor. c.* 2. esse suspensoa, si ordinentur sine titulo eo, quia eandem pœnam ad Religiosos ante professionem in sacris ordinatos ampliauit: ex quo inferunt eundem Pontificem ita Concilium intellexisse, & ob id illud ad clericos religiosos postea extendisse.

Quia respondetur primò neque per hanc constitutionem Pij Quinti ordinatos sine titulo esse suspensos, quoniam quamuis ita intellexisset Concilium, non tamen propterea esse suspensos, quandoquidem non ex Cathedra declaraoit, sic Concilium esse intelligendum, sed solùm tanquam Doctor priuatus suam mentem, & opinionem declarauit, Sayr. *de censuris lib. 4. c. 64. n.* 17. vbi addit non adhuc certum esse Pium Quintum ita intellexisse Coocilium Tridentinum, eo quòd ibi disposuit, vt Regulares ante professionem in sacris ordinati contraherent pœnam suspensionis, cùm ante professionem non habeant titulum beneficij regularis, & postea in eadem constitutione subiungit, vt incurrant in alias pœnas io Concilio Tridantino impositas contra clericos sæculares, per quæ verba ostendit clericos sæculares sine titulo promotos ad sacros non esse suspensos.

Hodie tamen Regulares ordinantur ad titulum professionis, quæ habet vicem beneficij regularis, de quo Panorm. *in c. super ordinata, de præbendis*, Cardinalis *in Clementina 2. de iudiciis quæst.* 12. Selua *de benefic. 1. p. quæst. 2. num.* 40. Syluest. *verb. religio. 5. §. 1.* & Enriquez *lib. 10. de Ordine c. 17. n. 3. littera S.* subdens eo ipso, quo quis promouetur ad Monasterij titulum, censeri facere professionem implicitè, præterquam in nostra Societate, vbi alias refert in commentario *littera V.* pro se etiam *c. Sanctorum dist.* 70. & Nauar. *cons. 44. num. 3. lib. 3. de regul. & lib. 14. de excommunic. c. 37. n. 1. littera. C.* multos allegat. Quare Regulares non professi per Bullam Pij Quinti editam anno 1568. 14. Octobris Pontificatus sui anno 3. incurrunt suspensionem, Ordinem sacrum sine titulo suscipientes eo modo, quo titulum requirit, Trident. *sess. 21. de refor. c. 2.* à qua eximuntur Patres Societatis, qui solent ordinari ante professionem solennem post tria vota simplicia ex Bulla Gregorij XIII. & XIV. & Patres Congregationis sancti Ioannis Euangelistæ, Flamin. Paris. *de resignat. lib. 2. quæst. 6. num. 18. & duobus sequentib.* quibus accedit Miranda *in manuali Prælatorum quæst. 29. art. 5. conclus. 1. tom. 1.* & Barbos. *de offic. & potest. Episcop. allegat.... num.* 54.

Dico quartò ordinatum cum pacto, & conditione de reddeodo patrimonio sibi donato, nullam incurrit pœnam, vel suspensionem, quia per illam donationem translatum fuit dominium in donatarium, quamuis cum illo pacto, seu modo, ita Tolet. *in summa lib. 1. c. 48. vers. 5.* Petrus de Ledesma *in summa par. 1. de sacramento Ordinis c. 7. concl. 6. difficul.* 3. Fr. Emmanuel *in summa cap. 15. num. 3. tom. 2.* & Garcia *de beneficiis par. 2. cap. 5. à num.* 161. Quantumcumque enim donatarius promittat se non vsurum ea donatione, sed restituturum statim post Ordines susceptos, non tenetur, nec potest restituere donec beneficium sufficiens, vel aliunde necessaria alimenta obtineat. Probatur ex Concilio Tridentino *sess. 21. c. 2. de reform.* ibi, *Patrimonium, vel pensionem obtinentes*, &c. illa deinceps, sine licentia Episcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possint, donec beneficium Ecclesiasticum sufficiens sint adepti, vel aliunde habeant vnde viuere possint. Quocirca consideranda est dictio, *nullatenus*, quæ nullitatem actus ipso iure importat, vt dicitur

in

in Clementina vnica, verb. nullatenus, de sequestrat Cotset.*in singular. verb. nullatenus*, Tiraquel.alios. referens *in l. si vnquam, verb. reuertatur num.95. C. de reuoc. donat.* Mandos. *regul.15. Cancellaria quæst. 5. num.8.* Roland.*cons.57 num.51. lib.2.* & Menoch. *cons.383. num. 14. vol. 4.* Accedit renunciationem patrimonij, ad cuius titulum Titius fuit promotus, esse nullam, donec renuncians obtineat vnde sufficienter se possit alere, ita Molina *tom. 1. de iustitia tractatu 2. disp. 238. ad finem*, Flaminius *de resignat. lib.2. quæst.6. num.16. & 17.* quia renunciatio est nulla: ergo promissio illa de restituendo patrimonio ad Ordines dato etiam est nulla, donec beneficium, aut patrimonium habeat sufficiens. ita Fr. Emmanuël *2. tom. summa cap. 15. numer. 5.* & Enriquez *lib. 13. de excommunicatione c.37. num.2.*

Quare non tenetur restituere patrimonium receptum, vt ad Ordines promoueretur data fide illud reddendi, cùm ordinatus fuerit contra Sanchez *lib. 6. de matrim. disp.32. num. 8.* dicentem teneri restituere, quia sine patrimonio ordinatus est, sed fallitur; quoniam non fuit patrimonium verè fictum, sed datum re vera cum illo pacto, seu modo, iuxta titulum *de donationibus, quæ sub modo*, per quem transfertur dominium, nec Episcopus in hoc casu tenebitur ordinatum alere, Nauar. *lib.1. consil. de tempor. ordinat. tit.11. in 1. editione cons. 14. & 46. in 2. cons. vltimo.* Quòd si ponamus non esse verum titulum quando fuit donatum eo pacto interposito, quo promittat se post ordinationem non petiturum, quòd sic fuit donatum, vel promissum; & si traditum fuit, remissurum, talis censetur sine titulo promoueri, & ideo pœnam suspensionis incurri, iuxta Nauarrum *in manuali cap.27. num. 158.* & Marios Alter. *tom. 2. de censuris cap.3. fol. 172.* & Barbos. *alleg. 19. n. 57.* quam tamen suspensionem non incurret, si remoto vllo pacto promotus fuerit, esto ius patrimonij dimittat, *gloss. vltima in cap. tuis, de præbendis, & in cap. si Episcopus, verb. Titulum etiam, de præbendis in 6.* quam sequitur Nauar. *c. 27. num.158.* & Spino *in suo speculo gloss.18 num. 74 fol.448.* vbi concludit ordinatum cum titulo ficto ipso iure esse suspensum, etsi ministret prædictum Ordinem manere irregularem, secundùm Borgas. *de irregul. 1. p. quæst. 5. n. 24.* Nauar. *d. c. 27. n. 158.* sed quid sequendum sit, diximus non obstante explicatione Pij Quinti.

15. Sequitur quis dicatur ordinatus furtiuè, & an possit in ordine ministrare, & quis dispensabit? Ad primum quæsitum dico furtiuè ordinatum esse, qui ignorante, nec examinante Episcopo, aut approbante se ordinationi ingerit, & Ordinem accipit, gloss. *in c.1. in verb. furtiuè, de eo qui furtiuè ordines suscepit*, vbi quis dicitur furtiuè Ordinem recipere, quando sine ordinatione, & sententia superioris, & sine examinatione, quis se ingerit cum multitudine ordinandorum, ignorante ordinatore, & sic Ordines recipit, vt per Bernardum *in practica cap.25. num.1.* & notat Campanil. *in diuersor. Iur. Canon. rubr. 3. num. 6.* Sayt. *de censuris lib. 7. cap. 10. num. 37.* vbi ait hunc esse irregularem, seu potiùs suspensum, post summam Confessorum *lib. 3. titulo 22. quæst. 15.* Maiol. *lib. 4. c.8. & c.9.* & Henriquez *in summa lib. 17. c 6. §.5.*

Ad secundum quæsitum dic non posse ordinatum ita Ordinibus priùs acceptis, aut eo ordine sic accepto vti, nec permitti ad superiores ascendere, arg. *cap. innotuit, de eo qui furt. ord. suscep.* summa Confessoris *de ætate ordin. quæst. 13. & sequent.* & Maiol. *vbi proximè.* Quinimo cum distinctiuncula nonnulli loquuntur ita, Si Episcopus priùs ante ordinationem in generali dicat, si quis furtiuè se ingerat inter approbatos, aut fortè mutato nomine alicuius approbationem, nomenque accipiat, sit excommunicatus, nec intendo illum ordinare, accedens verè ordinatur, quia adest materia, & forma, nec deest intentio sufficiens, dum ignorat in particulari facto, applicat se ad hone ordinandum, & recedit à conditione posita in generali, quæ intentio satis est ad characterem imprimendum, & ad Ordinem; mansisse tamen excommunicatum, nec posse in Ordine sic suscepto ministrare, nec ad superiorem ascendere sine Papæ dispensatione. Suar. *tom. 5. disp.31. sect.1. num. 54. cum seqq.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib.32 tract. 2. num.71.* Bernard. *in pract. cap.25. num. 2.* quo loci Salzed. *in addit. littera B.* subiungit Episcopos dum Ordines conferunt, prohibere sub excommunicatione latæ sententiæ, ne quis furtiuè Ordines suscipiat, in quo euentu ordinatus non poterit ministrare, si furtiuè accessit, nec ad superiorem ascendere sine dispensatione Papæ, nisi crimen sit occultum, & nec deductum ad forum contentiosum, tunc vigore priuilegij Concilij Trident. *sess.24. cap. 6.* dispensabit Episcopus, quòd si Episcopus eo tempore, quo confert Ordines, his verbis vtatur; non intendimus ordinare, qui furtiuè se ingerunt sine examine, sine approbatione, & sine alijs requisitis, tunc non manebunt ordinati furtiuè accedentes; & ideo de nouo ordinandi sũt præhabita diligenti inquisitione.

Ad tertium quæsitum, quisnam dispensabit cum his ordinatis? Dico si lata fuit excommunicatio contra furtiuè ordinandos, non posse in Ordine ita suscepto ministrare, nec ad superiorem promoueri: si excommunicatio autem lata non fuit, posse Episcopum dispensare, Soarez, Reginaldus, & Bernard. *vbi proximè*, dummodo sit occultum, Enriquez *lib. 14. c. 6. §.5.* Coninch *disp. 18. dub. 5. num. 43.* Vgolin. *de offic. & potest. Episcop. c.57 §.2. num.4. vers. quartò*, & Bonacin. *de Sacramentis disp.8. quæst. vnica, punct.4. num. 25.* vbi loquitur de recipiente Ordines sine litteris dimissoriis, & Auctor Catechesis Neapol. *lib.4. cap.12. vers. tertiò*, Maiol. *de irregul. lib.1. cap.30. num 9.* & Campanil. *in diuersor. iur. Canon. rubr.7. cap.5 num.2.* qui loquuntur de irregularitate occulta prouenïente ex administratione in Ordinibus malè susceptis; subduntque hoc procedere, quando Episcopus non fuerit etiam scienter particeps eiusdem culpæ.

Episcopus an, & quando cum ordinato ab 16.
Episcopo præciso possit dispensare si scienter ordinetur? Respondeo primò, si hæreticus, & ab Ecclesia præcisus Episcopus Ordines conferant, vera quidem Sacramenta conferre huiusmodi ordinatis, non gratiam; censentur quidem gratiæ incapaces, qui à præciso promouentur propter peccatum admissum contra prohibitionem Ecclesiæ suscipiendo Ordines; & ideo non habent functionem Ordinum sic acceptorum, neque in illis ministrare possunt, arg. *c. requisiuit, de ordinatis ab Episcopo, qui renunciauit Episcopatui*: vbi renuntians loco, & dignitati non potest Ordines conferre, etiam ex licentia alicuius Episcopi. Ordinati verò ab illo recipiunt characterem, non tamen habent executionem suscepti Ordinis, vt per Fusc. *de visitat. lib.2. c.18 num.10.* Maiol. *de irregul.*

lib.3.c.6.n.8. quos refert, & ſequitur Flamin. *de reſignat. lib.1. quaſt.17.n.19.*

Reſponde ſecundò ſolum Romanum Pontificem diſpenſare in ſuſpenſione, quam contraxit ordinatus ſcienter, ſiue ex ignorantia craſſa ab Epiſcopo excommunicato, hæretico, vel ſchiſmatico, vt in ſimili probatur ex *d. c. 1. requiſiuit*, & ſicut excommunicatus miniſtrans à ſolo Papa eſt diſpenſandus, gloſſ. *verb. penes ipſos, in c. presbyteros 50. diſt.* ſic etiam ordinatus ab hæretico, vel ſchiſmatico ſeruata forma Eccleſiæ: ſecus de ordinato non ſeruata forma Eccleſiæ; is enim nec executionem habet Ordinis, neque characterem recipit, vt probatur ex *c. qui perfectionem*, iuncta gloſſa, *verb. plenitudinem 1. quaſt.1.* Bernard. *in pract. c.29. in fine, in nouiſſ. edit.* Sotus *in 4. diſt.25. quaſt.1. art.1.* Maiol. *de irregularitate lib. 4. c. 22.* & Barboſ. *alleg.48.n.7.*

Contrà verò ordinatus ab Epiſcopo hæretico, vel præciſo ignoranter, vbi primum cognouerit, ſe fuiſſe ordinatum ab illo, cauere debet ab vſu Ordinum ante diſpenſationem ab Epiſcopo obtentam, Maſcard. *de probat. concluſ. 648. num. 46.* Henriquez *in ſumma lib.14. cap.6. §.6.* Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.3. cap.28. quaſ.10.* & Comitol. *reſponſ. moral. lib.6. quaſt.58. num.11.* Nam cum hoc ordinato poteſt diſpenſare Epiſcopus quo ad executionem tantùm, cùm non indigeat alia diſpenſatione; debet tamen probare ignorantiam, qui illam opponit, ex *cap. ordinationes*, ibi, *niſi probare valuerint, ſe cùm ordinarentur eos neſciſſe damnatos*, ſcilicet Epiſcopos, *9. quaſt.1.* vbi gloſſa *verb. probare*, oſtendit pertinere ad illum, qui allegat ignorantiam probare illam per iuramentum, & ſigna, ac coniecturas.

Similiter, qui ſuſcipit Ordines ſacros ſcienter ab eo, qui loco ſimul, & dignitati Epiſcopali renunciauit, executionem Ordinis non habet, & tunc à ſolo Papa diſpenſatur. Secus ſi ignoranter, niſi craſſa, & ſupina fuerit ignorantia, Nauarr. *in manuali cap.27. num.24. verſ. tertiò.* Soarez *tom.3. diſp.31. ſect.1. in principio*, Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.3. cap. 48. quaſ.13.* Sayr. *de cenſuris lib.7. c.10. num.27.* Franc. Leo *in theſaur. for. Eccleſ. p.3. cap.8. num.39.* & Mar. Alter. *de cenſur. tom.2. diſp.9. cap.1. verſ. dubitari*, & Bonacin. *eodem titulo diſp. 7. q. 3. puncto 4. num.8.* Diſpenſat enim cum ordinato ignoranter ac excommunicato Epiſcopus, Bernardus *in pract. Canon. c.28. num. 3. in nouiſſ. impreſſ.* per textum *in c. 2. & vltimo, de ordinatis ab Epiſcopo, qui renuntiauit Epiſcopatui*, quia non eſt reus culpæ ſuppoſita probabili ignorantia, nec incurrit irregularitatem adminiſtrando: habita verò notitia, quòd erat excommunicatus Epiſcopus, à quo fuit ordinatus, debet abſtinere ab vſu Ordinum, donec diſpenſationem conſequatur, Barboſ. *in d. c. ſecundo, & vltimo.*

17. Emergit denique quæſtiuncula, an poſſit diſpenſare Epiſcopus cum ordinato ab alieno Epiſcopo ſine licentia, vt habeat beneficium? Reſpondet Anton. Cucc. *inſtit. maior. lib.4. tit.12. de his, qui ad ordines, fol. 400. col.2. num. 51* ita promotum eſſe ſuſpenſum ab executione, & incapacem beneficiorum, quandiu ab Ordinario ſuo non fuerit diſpenſatus. Quin etiam ſi aliquod beneficium à Summo Pontifice impetrauerit, nulla erit impetratio ſubreptione impediente, Oldrad. *conſ. 215. col. pen.* & Rebuff. *in pract. for. demiſſo. num.23. & ſequent.* Sunt enim malè ordinati incapaces beneficiorum: idciro non poteſt ordinato ab Epiſcopo hæretico beneficium reſignari, ſi hoc ſciebat. Syluest. *in verb. irregularitas quaſt. 7.* Maiol. *de irregul. lib.4. c.22.* Idem de ordinato ab Epiſcopo ſchiſmatico, Maiol. *ibi c.13.* & ab Epiſcopo ſuſpenſo, & excommunicato, idem Maiol. *cap. 24. & 25.* ſunt enim inhabiles ad beneficia.

Similiter ſunt incapaces beneficiorum ordinati per ſaltum, ordinati ante legitimam ætatem, vel extra tempora promoti, Flamin. *de reſignat. lib. 4. q.2. ex numer. 95. vſque ad numerum 108.* vbi latè probat hanc quæſtionem: item delicta quæ important priuationem, excommunicationem, & infamiam, reddunt indignos ad beneficia, Lambertin. *tract. iuris patron. 1. p. 2. lib. quaſt. 9. art. 23.*

De pœnis, quas incurrunt Epiſcopi malè ordinantes, tam ſubditos, quàm non ſubditos.

VI. §.

EPITOME.

1. *Epiſcopus ordinans ſine litteris dimiſſoriis proprij Ordinarij, eſt ſuſpenſus per annum.*
2. *Epiſcopus ordinans illiteratum, bigamum, ſolenniter pœnitentem, & indignum, ſuſpenditur per annum, & n.17.*
3. *Ordinans in aliena Diœceſi ſine licentia, ſuſpenditur à Pontificalibus.*
4. *Tonſuram conferens alienis ſine conſenſu proprij Epiſcopi, ſuſpenſus eſt à collatione illius.*
5. *Ordinans vno die ad duos Ordines ſacros, ſuſpenditur à collatione eorundem ordinum.*

6. & 7. *Ordinans Religioſos non profeſſos, in quas pœnas incurrat?*

8. *Ordinans Monachum exemtum ſine licentia proprij eſt alienus à communione cæterorum Epiſcoporum.*
9. *Ordinans prima tonſura coniugatum per annum ſuſpenditur a collatione illius, niſi ingrediatur Religionem, aut ad ſacros Ordines promoueatur.*
10. *Ordinans aliquem ſimoniacè pro pretio ſuſpenditur à Pontificalibus, & interdicitur ab ingreſſu Eccleſia, nec poteſt accipere, niſi tantùm cereum.*
11. *Ordinans non ſubiectos illius Diœceſis, in quo ordines confert, ſuſpenditur per annum à Pontificalibus.*
12. *Ordinans extra tempora quibus pœnis plectatur?*
13. *Epiſcopi non contrahunt ſuſpenſionem per mandata generalia, niſi de illis fiat expreſſa mentio. Secus de excommunicatione, ibidem.*

14. & 15. *Ordinantes inuitum ſunt ipſo iure ſuſpenſi à celebratione Miſſa, & quomodo intelligatur.*

16. *Ordinans infantem in prima tonſura ſuſpenditur à collatione illius per annum, & qui dicatur infans.*
17. *Ordinans in Sacerdotio indignos quibus pœnis puniatur?*
18. *Ordinans malè ad aliquem Ordinem, an debeat ſuſpendi ab omnibus Ordinibus conferendis, an ſolum à malè collatis?*

IN

IN primis Episcopus, qui ordinat sine litteris dimissoriis proprij Ordinatij, suspenditur à collatione eorum Ordinum per annum, Concil. Trident. *sess.* 23. *cap.* 8. *de reformat.* Excusatur tamen multipliciter à Soario *tom.* 3. *disp.* 31. *sect.* 1. *num.* 15. & à Reginal. *in praxi*, *for. lib.* 32. *tract.* 2. *num.* 69. *vers. sunt autem*, vbi vult excusari Episcopum, qui ordinat subditum alterius sub spe rationabili ratihabitationis, ex *cap. final.* 9. *quæst.* 2.

2. Episcopus si ordinet illiteratum bigamum, solenniter pœnitentem, infantem, aut indignum, suspenditur per annum ab Ordinum collatione, in quibus peccauit, *cap. final. de tempor. ordinat. in* 6. *cap. si qui Episcopi* 1. *quæst.* 1. *cap. nullus* 55. *distinct.* Nam illiteratus est irregularis, Auila *de censuris*, *part.* 7. *disputat.* 4. *dub.* 1. Gonzal. *in regula* 8. *gloss.* 4. *num.* 41. Garcia *de beneficiis*, *part.* 7. *cap.* 7. *num.* 19. & Toletus *in summa*, *cap.* 58. *vers. irregulares ex defectu animæ*, & Flamin. *de resignat. lib.* 4. *quæst.* 4. *num.* 2. dicens defectum litteraturæ esse omnino indispensabilem, quod priùs dixit Rebuff. *de pacificis possess.* Bigamus excluditur à Clericatu, *cap.* 1. *& per totam* 26. *distinct. cap. maritum* 33. *distinct. cap. præcipimus*, *& cap. cognoscamus* 34. *distinct. cap. a multis, de ætate, & qualitate*, *cap.* 1. *de bigamis*, & est incapax beneficij, Rebuff. *in tract. de pacificis possessor. num.* 193. Sayr. *de censuris*, *lib.* 6. *cap.* 5 *n.* 9. & Auila *part.* 7. *disp.* 8. *dub.* 1. & ideo collatio beneficij facta bigamo est inualida, Nauarr. *consil.* 3. *num.* 1. *de bigamis*, & Azor. 2. *p. lib.* 6. *cap.* 4. *q.* 11.

3. Episcopus ordinans in alia Diœcesi absque licentia expressa Ordinarij loci suspenditur à Pontificalibus Concil. Trident. *sess.* 14. *de reformat. cap.* 2. Salzed. *ad Bernard. in practic. cap.* 26. gloss. *sine licentia sui Præsulis*, *vers. tertius casus est.* Henriquez *in summa*, *lib.* 13. *de excommunicat. cap.* 38. §. 1. *vers.* 1. *Episcopus.* Bonacin. *de censuris*, *disp.* 3. *quæst.* 6. *punct.* 5. *num.* 21. & Campanil. *in diuers. iuris Canonici*, *rubr.* 6. *cap.* 1. *num.* 2. *& rubr.* 9. *cap.* 4. *per totum.* Quin imò Episcopus qui contra prohibitionem aliquem ad Ordines promoueat, validè Ordines confert, potest tamen puniri, vt notant Vgolin. *de potestate Episcopi*, *cap.* 4. §. 14. *num.* 2. & Henriquez *lib.* 11. *cap.* 3. §. 2. *in fine*, *littera S.*

4. Episcopus tonsuram conferens alieno clerico absque consensu sui Episcopi, à collatione illius tantùm suspensus est, *cap. final. de tempor. ordinat. in* 6. Bonacin. *de Sacrament. disputat.* 8. *quæst. vnica*, *punct.* 4. *n.* 29. Campanil. *suprà rubr.* 9. *cap.* 1. *num.* 16. & Vgolin. *de potest. Episcop. c.* 26. §. 22. *n.* 2.

5. Item ordinans aliquem vno die ad duos sacros Ordines, vel die Sabbati ad vnum, sequenti verò Dominica ad alterum, licèt continuato ieiunio suspenditur à collatione eorundem Ordinum quousque dispensetur à Papa, *cap. litteras*, *de tempor. ordin.* Marius Alter. *de censuris*, *tom.* 2. *disp.* 16. *de suspensione*, *cap.* 1. *vers. tertius casus*, & ex Concilio Tridentino *sess.* 23. *c.* 13. Barbos. *alleg.* 111. *n.* 12. *& in d. c. litteras* 13. *n.* 4.

6. Ordinans Religiosum non professum sine titulo, seu prouisione, suspenditur à collatione eorundem Ordinum per Bullam Pij Quinti, de qua *suprà*, §. *præcedente*, 74. *in ordine*, incipit, *Romanus Pontifex*, *anno* 1568. idem dicendum est de illis, qui intra claustra Monasteriorum, siue domorum more Regularium in communi viuunt, & nunquam, aut non nisi ad certum tempus professionem faciunt, & ex claustro exire, vel dimitti ad sæculum liberè, & licitè possunt, si ordinentur absque titulo beneficij Ecclesiastici, seu patrimonij, per annum à collatione illorum Ordinum, quos contulit, ordinans est suspensus, à qua constitutione per aliam Gregorius XIII. excepit anno 1582. Clericos, & Religiosos Societatis IESV, non emissa professione, declarauitque non includi sub Bulla Pij Quinti, si ordinarentur ad titulum sufficientis litteraturæ, refert Mar. Alter. *suprà tom.* 2. *disp.* 16. *de suspensione*, *cap.* 1. *vers. sextus casus*, Sayr. *de censuris*, *lib.* 4. *cap.* 12. *n.* 21. *vers. decimus est*, & Paulus Tertius *anno* 49. antea Religiosis Societatis IESV simile priuilegium concessit, & ex Henriquez *lib.* 10. *de Sacramento Ordinis*, *cap.* 17. §. *tertiò in annotat. littera T. & lib.* 13. *cap.* 37. §. *primò*, & Fr. Hieronymus à Sorbo *in compendio priuileg. in verb. ordines sacri, in fine*, Memor. Clericorum *tit. de suspens. Episcop. num.* 22. vbi addit hanc suspensionem finito anno finiri, absque alia absolutione.

Regulares tamen, seu Canonici, qui more Regularium in communi viuunt, & nunquam professionem emittunt, & exire, vel dimitti licitè possunt, si prætextu Religionis ante professionem se faciant promoueri ad Ordines sacros sine titulo beneficij, vel patrimonij, sunt suspensi ipso iure ab executione Ordinum, & eo ipso irregulares, si ministrent, vt statuit Pius Quintus *in prædicta sua constitutione*, de qua etiam testatur Bellet. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de disciplina clericali*, §. 5. *numer.* 65. Semper tamen excipiuntur Religiosi Societatis IESV, etiam scholares, & primam tantummodo facientes professionem, qui absque vllo titulo possunt promoueri, prout declarauit Gregor. XIII. in prædicta sua constitutione *anno* 1582. 7.

Episcopus promouens Monachum exemptum absque licentia proprij Abbatis ipso iure manet alienus à communione cæterorum Episcoporum, & contentus debet esse communione suæ Diœcesis, quæ pœna ad suspensionis speciem quandam referri potest, Mar. Alter. *suprà dict. cap.* 1. *vers. Octauus*, & Bonacin. *de censuris*, *disp.* 3. *quæst.* 6. *punct.* 5. *num.* 22. *in fine.* Henriquez *lib.* 13. *de excommunic. cap.* 38. *num.* 1. *& in commento littera K*, & Sayr. *in thesauro lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 24. Viuald. *tit. de suspensione*, *numer.* 79. vbi volunt hunc modum loquendi, nullus cum eo communicet, seu suæ tantummodo plebis communione, de quo *cap. vltimo dist.* 58. videri hanc pœnam pertinere ad quandam suspensionem, sequitur *ibi* Illustrissimus Cunha *num.* 11. 8.

Episcopus item suspenditur per annum à collatione primæ tonsuræ illam conferens coniugato, nisi velit ingredi Religionem, aut ad sacros Ordines promoueri, Mat. Alterius *de censuris*, *tom.* 2. *disp.* 16. *de suspensione*, *cap.* 1. *vers. quarto*, per *cap. vltimum*, *de tempor. ordinat. lib.* 6. & similiter suspenditur per annum à celebratione, qui ordinauit scienter illum, quem scit peregisse solennem pœnitentiam, Henriq. *suprà d. c.* 38. *lib.* 13. §. 3. *vers. tertio*, Bonac. *de censuris*, *disp.* 3. *q.* 6. *punct.* 5. *num.* 22. Mar. Alter. *d. cap.* 1. *vers. quartus casus.* 9.

Episcopus ordinans aliquem, vel primam tonsuram conferens simoniacè accepto aliquo pretio, vel præmio, suspenditur à Pontificalibus, & interdicitur ab ingressu Ecclesiæ, Sixtus V. in Bulla quæ incipit, *Sanctum, & salutare*, quæ nô fuit reuocata à 10.

Clemente Octauo in hoc, prout vult Sayt. *de censuris lib. 4. cap. 12. num. 32. vers. & licèt ea omnia*, per hæc verba, *Et licèt ea omnia, quæ in hac Bulla Sixti Quinti nouiter statuta sunt, per aliam Clementis VIII. constitutionem reuocata sint, hoc tamen, quod contra simoniacos decretum est, in suo robore manet.* Vnde si quis Antistes, vel Abbas tonsuram, aut Ordines conferat personis alioquin idoneis recepta pecunia, aut pretio, aut præmio simoniacè à collatione quorumcumque Ordinum, atque adeò ipsius tonsuræ, & ab executione omnium munerum Pontificalium, eo ipso suspensus, & ab ingressu Ecclesiæ interdictus est. Et si spreta huiusmodi suspensione, & interdicto parui habito in præmissis se audacter ingetat, suspensus est eo ipso à gubernatione, & ab administratione suæ Ecclesiæ, seu Monasterij, & insuper à perceptione fructuum mensæ eiusdem, ac quorumcumque beneficiorum obtentorum, Sayr. *d. lib. 4. ad finem constitutionis Clementis Octaui fol.* 386. Memor. cleric. *tit. de suspensione Episcopum, n. 9.* vbi tradit hanc suspensionem esse reseruatam soli Papæ], quem sequitur Barbos. *de offic. & potest. Episcop. alleg.* 111. *n.* 19. Quæ autem possit accipere ordinator, exponit praxis Episcopalis *p.* 1. *c.* 1. *n.* 55. ex declaratione sacræ Congregationis, vbi habetur non posse accipere ab ordinato aliquam mercedem, munera, nec quidem forfices, mappas, pectines, vel similia, sed tantùm cereum, *n.* 59. refert ad verbum constitutionem Clementis Octaui, incipit, *Romanum Pontificem*, & finitur, *Dat. Romæ apud S. Petrum Ann. Incarn. Dom.* 1595. *prid. Kal. Mart. Pont. Nostri, Ann. Quinto.*

11. Ordinans Episcopus etiam in aliena Diœcesi de licentia ordinarij loci personas eidem ordinario non subiectas, per annum ab exercitio Pontificalium suspenditur, ex Concilio Tridentino *sess. 6. de reformat. c. 5. & sess. 14. de reformat. c. 2.* Idem ex eodem Concilio *sess. 14. c. 2.* dicitur de Episcopis titularibus ordinantibus etiam prima tonsura sine licentia ordinarij loci, nimirum per annum esse suspensos ab exercitio Pontificalium, Enriquez *lib. 13. de excommunicatione c.* 38. §. 2. Nauar. *in manuali c. 22. n. 18. vers. 3.* & Maiol. *lib. 4. cap. 2. num. 9.*

12. Episcopus conferens Ordines extra tempora, graui pœna plectitur, Salzed. *ad Bernard. in practica cap. 26. littera A. §. & licet, in fine.* Priuatur enim potestate Ordines conferendi, donec à Papa restituatur, *c. sanè, de tempor. ordinat.* Quare non placet resolutio Salzedi *vbi proximè*, asserentis hunc esse suspensum per annum ex Concilio Tridentino *sess. 23. de reformat. cap.* 8. eo quia pœna illa refertur ad illum, qui ordinatus est absque testimonio sui Ordinarij, prout vult Vgolin. *de offic. & potest. Episcop. c. 26. §. 25 num. 2.* quem sequitur Bonacina *de censuris disp. 3. quæst. 6. punct. 5. num. 5.* Sixtus tamen Quintus in sua constitutione contra Ecclesiasticos malè promotos non solùm suspendit ipso iure promotos extra tempora, sed etiam ordinantes illos in sacris, vt *in §. vt igitur*, cum duobus sequentibus prædictæ suæ constitutionis continetur: nihilominus quia postea promanauit constitutio Clementis Octaui, constitutionem Sixti Quinti temperans, ac modificans, & ad terminos iuris cõmunis reducens, inquirendum est, quæ pœnæ contra promouentem, & promotũ ad sacros Ordines extra tẽpora statuta sint. Atque in primis de iure communi ordinans, & ordinatus extra tempora, sunt suspendendi, prout vult *glossa penult. in Clementina final. de ætate, & qualitate.* Verùm, & fortè meliùs existimant Hostiensis, Ioannes Andreas, & Butr. *in cap. cum quidam, de tempor. ordinat.* promouentem ad sacros suspendendum esse, promotum autem esse suspensum ipso iure, quorum sententia reperitur *in c. litteras, eodem titulo*, vbi Ioannes Andreas *num. 7.* Butr. *num. 15.* & Hostiensis *in vltimis verbis*, dicunt promotum esse ipso iure suspensum, promouentem autem suspendendum; non enim Pij Secundi constitutio pœnam contra ordinatorem indixit, sed contra ordinatum pœnam suspensionis ipso iure: Concilium autem Tridentinum nullam aduersùs eos infligit pœnam, vt legenti patebit, & Pij Secundi constitutionem, de qua suprà §. 4. *num 8. vers. nihilominus Pius Secundus*, & infrà *Pius Episcopus.*

Iuuat Episcopos nullam contrahere suspensionem, nisi eorum specialis, & expressa fiat men- 13.
tio, vt habetur *in cap. quia periculosum, de senten. excommunic. lib. 6.* vbi gloss. *verb. constitutionis, & verbo sententia, & in cap. si compromissarius, §. huiusmodi quoque pœna, de electione eodem lib. 6.* & *ibi* gloss. *verb. de iure.* Enriquez *in summa lib. 13. c. 34. §. 2. littera V. & cap. 43. §. 5. littera I.* Sayr. *de censuris, lib. 1. cap. 8. num. 25.* Bellet. *disquisit. cleric p. 1. titulo, de discipl. cleric. §. 2. num.* 47. Datur enim Episcopis hoc priuilegium nunquam ipso iure incurrendi suspensionem ob aliquam constitutionem generalem, aut mandatum, nisi eorum fiat specialis mentio, propter maximam Episcoporum dignitatem, Nauar. *in manuali cap. 27. n.* 161. *vers. Quintò dico*, Mar. Alter. *de censur. tom. 1. disp. 10. lib. 3. cap. 5. vers. sed quæri potest.* & Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol.* 211. *num.* 1. Cùm ergo ordinanti extra tempora non sit suspensio ipso iure imposita specialiter, debet ab illa excusari, potest tamen suspendi. Secus est de sententia excommunic. lata generaliter. Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 32. quæst.* 8. docetque Episcopos comprehendi sub excommunicatione, *cap. si quis suadente 17. quæst. 4. & sub c. pro humani, de homicidio in 6.*

Denique sunt ipso iure suspensi Episcopi à celebratione Missæ per annum, qui inuito confe- 14.
runt tonsuram, *c. Episcopus*, 1. *dist.* 74. Angel. *verb. suspensio num. 4. & verb. Ordo* 1 *num.* 24. Syluester *eodem verb. suspensio. §. 6. vers. tertio suspenditur.* Bonacin. *de censuris disp. 3. quæst. 6. puncto 5. n.* 23. & Mar. Alter. *eodem titulo tom. 2. disp. 16. de suspensione c. 1. vers quintus casus.*

Nec obest *cap. si qui clerici, & cap. placuit,* 15.
dist. 74. in quibus permittitur Episcopis, vt possint ordinare clericos in vitas in sacris: ergo non incurrent hanc pœnam, si promoueant inuitos ad superiores Ordines, quia textus illi loquuntur de habentibus beneficium, aut dignitatem cui annexus est Ordo, nimirum, si quis sit Abbas, Archipresbyter, Præpositus, quæ Dignitates exigunt Sacerdotium, & huiusmodi clerici possunt cogi ad recipiendum Ordinem Presbyteralem. Nos autem loquimur de non habentibus beneficium Ecclesiasticum, aut dignitatem, & hi cogi nequeunt ad suscipiendos Ordines: in quo euentu Episcopus ordinans inuitum, à celebratione Missæ suspenditur per annum: quod etiam procedit etiamsi possideat beneficium, vel dignitatem, cui non est Ordo sacer annexus; nisi necessitas, aut vtilitas Ecclesiæ id postularet: tunc enim cogi posset interpositis aliquibus distinctionibus, de quibus Abbas *in c. quæris n. 9. & seq.*

de

de ætate, & qualitate, & Turrecrem. *in c.1. dist.74. ad 1. quæst.*

16. Suspenditur insuper per annum à collatione clericalis tonsuræ duntaxat Episcopus, qui præsumit illam infanti conferre, *c. vltimo, de tempor. ordin. lib. 6.* Infantis nomine intelligitur quicumque non peruenit ad septimum annum, vt notat *ibi* glossa *in verb. infanti*, ac proinde non dicitur infringere hanc legem; neque incurrit suspensionem, qui contulit tonsuram puero septenni, vt inquit glossa *c. de his, dist.28. & c. in singulis, dist.77.* Additur autem limitatio textui prædicti capitis, quæ sic habet. Nisi fortè Religionem intraret, scilicet infans; sed hæc limitatio nihil ad rem; quia infans nondum septennis non potest ingredi Religionem; quin imò nec septennis, cui obiectioni respondet Marius Alterius *d. c. 1. in principio, vers.* sed responderi potest prioribus illis temporibus solere infantes a parentibus ante illam ætatem Religioni offerri, & de his loquitur Summus Pontifex, præsertim, si in ea ætate habitum Religionis induissent, quamuis ante completam ætatem legitimam non facerent professionem. Voluit ergo Summus Pontifex in gratiam Religionis, vt infans posset prima tonsura initiari, si habitum Religiosum indueret, & extra hunc casum ordinans infantem suspenderetur per annum à collationa clericalis tonsuræ duntaxat, ita Enriquez *in summa lib. 13. c. 38. §. 2. littera O.* Bonacin. *de censuris disp. 3 quæst 6. punct. 5. n. 25. in fine*, Regin. *in praxi fori pœnit. lib. 32. tract. 2. n. 66.* & Mar. Alter. *d. c. 1. in principio.*

17. Præterea suspenditur à collatione Ordinis presbyteralis promouens indignum, & minimè idoneum ad Sacerdotium, ex *c. si qui Episcopi, 1. quæst. 1.* vbi sic ait. *Si qui Episcopi talem consecrauerint Sacerdotem, qualem non liceat*, &c. Ordinationis tamen ius vlteriùs non habebunt. Vbi gloss. *in verb. illi*, obseruat hanc pœnam duplici modo posse intelligi. Primò, quòd nequeat Episcopus illum eundem Ordinem conferre; sed bene maiorem, vel minorem, iuxta *c. litteras, de tempor. ordinat.* vbi Episcopus ordinans aliquem eadem die, vel duobus continuato ieiunio ad duos Ordines sacros est suspensus à collatione vtriusque, quousque à Sede Apostolica absolutionem, & dispensatione impetrauerit; vt per Mar. Alter. *d. c. 1. vers. tertius casus*, & Memor. cleric. *tit. de suspens. cleric. n. 8.* Secundò, vel secundùm alios, quibus est probabilius, Episcopus promouens indignum ad Sacerdotium suspenditur simpliciter à collatione omnium Ordinum; quæ suspensio incurritur, si conferatur Ordo sacerdotalis, vt demonstrant verba hæc; *Talem consecrauerint Sacerdotem.* Igitur non est locus in consecratione Diaconi, vel Subdiaconi, vel in promotione ad Ordines minores; sed solùm, quando consecrauit Sacerdotem, suspenditur simpliciter ab ordinatione omnium Ordinum, ita Mar. Alter. *in d. c. 1. vers. secundus casus, fol. 259.* Sed oppositum est verius, solùm scilicet suspendi à collatione Ordinis sacerdotalis indigno conferens illum Ordinem, ex glossa *in d. c. si qui Episcopi, in verb. illi*, Sayr. ita *de censuris lib 4. c. 12. n. 17. vers. sextus est*, Soar. *tom. 5. de censuris disp. 31. sect. 5. n. 2.* Bonacin. *d. puncto quint. n. 14.* quos refert, ac sequitur Barbos. *de offic. & potest. Episcop alleg. 111. n. 11.* qui omnes loquuntur de ordinante solùm Sacerdotem; vnde si Diaconum, vel Subdiaconum ordinaret, non haberet locum ipsa suspensio.

Suffragatur *c. qui Ecclesiasticis*, in ordine secundus, *dist. 36.* per textum, ibi, *careant eo ordine.* Ergo promouens malè ad aliquem Ordinem, non debet suspendi nisi ab Ordine, quem malè contulit, vt vult Ioan. Monach. *in c. eos, de tempor. ordinat. num. 6.* & post Vincentium, & Archidiaconum appellat hanc sententiam veriorem Præpositus *in d. c. qui Ecclesiasticis, n. 3.* & *ibidem* Turrecremata *n. 2. vers. secunda*, quoniam hoc cap. est pœnale, & non debet extendi ad alia. Iuuat textus *in cap. nullus, de tempor. ordin. in 6.* vbi tantùm plectitur Episcopus in Ordine malè collato, quæ sententia est æquior, quia benignior, nec pœna debet esse, nisi in illo in quo peccatum est, vt insinuat gloss. *in c. vel non est compos, de tempor. ordinat. verb. suspendentes.* Contraria tamen sententia post Vgonem placet Hostiensi *in d. c. vel non est compos, vers. punitur, de tempor. ordinat.* vbi Episcopus à collatione omnium Ordinum suspenditur, qui tamen non peccauit, nisi in Diaconatu: ideo quia mitior, & æquior est opinio, quæ docet ordinantem esse puniendum in Ordine duntaxat, quem malè contulit, sequenda videtur omnino. 18.

Quid possit Episcopus in sacramento Confirmationis, & quæ requirantur ad illud recipiendum?

§. VII.

EPITOME.

1. *Confirmationis Sacramenti minister quis sit?*
2. *Sacramenti confirmationis definitio; & an sit de necessitate precepti hoc sacramentum?*
3. *Sacramenti confirmationis materia, an possit consecrari à Sacerdote ex commissione Summi Pontificis.*
4. *Materia remota Sacramenti confirmationi est chrisma ex oleo, & balsamo singulis annis consecrato.*
5. *Forma confirmationis Sacramenti qualis? Materia proxima quæ?*
6. *Vnctio in Confirmatione debet fieri pollice Episcopi, & est de necessitate præcepti, an sit de essentia dubitatur?*
7. *Effectus Sacramenti confirmationis quot, & quales sint?*
8. *Patrini in confirmatione, an possint esse duo?*
9. *Patrini in confirmatione contrahunt cognationem spiritualem, & cum quibus?*
10. *Patrini non omnes possunt esse tam in Baptismo, quàm in Confirmatione, vt religiosi.*
11. *Pueri habentes vsum rationis possunt esse patrini, & quid de non habentibus?*

6. *Susceptores non sunt de essentia Sacramenti, & an debeant tangere, vt contrahatur cognatio?*

13. & 14. *Cognatio spiritualis an contrahatur per procuratorem, aut per constituentem?*

15. *Iuramentum per procuratorem, & matrimonium fieri potest.*

16. & 17. *Procurator suscipiens infantem nomine alterius secundùm veriorem non contrahit cognationem spiritualem.*

18. *Patrinos plures adhibens vltra permissos peccat mortaliter.*

19. *Episcopus negligens multo tempore non confirmans peccat grauiter.*

20. *Quo in loco, & quibus diebus, & quibus ornamentis debeat Episcopus confirmare?*

21. *Interdicti tempore potest Episcopus confirmare etiam in Ecclesia interdicta.*

22. *Cum pluuiali, mitra, stola, & baculo debet confirmare Episcopus, & sine conscientia peccati mortalis, & an excusetur confirmans subditos alienos in sua Diœcesi, à suspensione?*

23. 24. 25. 26. 27. *Episcopus in aliena Diœcesi nequit confirmare proprios subditos, & confirmans quas pœnas incurrat?*

1. FRONTIS chrismationem, seu confirmationem, vt vocatur *cap. vnico, §. per frontis, de sacr. Vnct.* pertinere ad solum Episcopum, dicitur *in cap. presbyteris, de consecratione, dist. 4. & c. quanto, de consuetudine*, ibi, *vt est Sacramentum confirmationis*, Couarr. *lib. 1. variarum, c. 10. num. 4. & 6.* Nauar. *in manuali, cap. 22. num. 8. vers. dixi, Episcopus*, Alphon. Aluar. Guertero *in speculo iuris Pontificij, tit. de confirmat. pag. mihi* 179. Vgolin. *de potest. Episcop. cap. 25. num. 2.* & Bonacina *de Sacramentis, disp. 3. quæst. vnica, punct. 2. num. 3.* & Concilium Tridentinum *sess. 7. de confirm. Sacram. canon. 3.* vbi volunt ministrum ordinarium confirmationis Sacramenti esse solum Episcopum ordinatum. Vnde simplex Sacerdos nec propria authoritate, nec de commissione Episcopi potest confirmare, nisi ex delegatione summi Pontificis, vt per Couar. *suprà cap. 10. num. 6. & 14.* Petrus de Ledesma *in summa p. 1. de Sacramentis, tract. de sacramento Confirmationis*, Nauarr. *cons. 14. num. 2. sub tit. de priuil. in nouis*, Iacob. de Graffis *tom. 1. consiliorum, lib. 1. tit. de sacra Vnctione, cons. 1. à num. 5. & in decisionibus aureis, p. 2. lib. 1. cap. 5. num. 29. & 30.* Balduin. iun. *super opera controuers. Bellarmini, p. 2. lib. 2. cap. 6. prope finem, vers. Catholici omnes*, qui validè ministrat confirmationis Sacramentum, etiam si sit hæreticus, vel degradatus, quoniam per hæresim, vel excommunicationem, vel degradationem non deletur in Episcopo character, in quo fundatur potestas confirmandi, Soarez *tom. 3. disp. 36. sect. 3. vers. dicendum est*, Valer. Reginal. *in prax. for. pœnit. lib. 28. num. 19.* Mar. Alter. *de censuris, tom. 1. lib. 1. cap. 3. disp. 8.* & Bonacin. *de Sacrament. disp. 3. quæst. vnica, punct. 2. num. 7.* vbi *num. 10.* id extendit ad Episcopum, quamuis non sit confirmatus.

Adeò autem Confirmationis sacramentum competit Episcopo, vt nequeat administrari ab Abbate etiam consecrato, qui non sit Episcopus, vt est communis, nisi tantùm ex delegatione Summi Pontificis, aut ex priuilegio de consensu Ordinarij, prout decisum refert Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ, lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis, num. 77.*

2. Est autem sacramentum Confirmationis, seu Confirmatio, sacramentum Vnctionis chrismatis consecrati, quo frontem baptizati Episcopus inungit sub certa verborum forma. Colligitur hæc definitio ex D. Thoma *3. p. quæst. 72.* Nauarr. *in manual. c. 22. num. 9.* èstque vnum ex Ecclesiæ Sacramentis ex Concilio Tridentino *sess. 7. canon. 1.* confertque gratiam ad superandum fortiter aduersa huius mundi, *cap. 2. & cap. nouissimè, dist. 4. de Consecratione*, nec potest iterari. Victoria *de Sacram. confirm. num. 45.* Angel. *verb. confirmatio, n. 10.* & Armil. *eodem verb. n. 3.*

Non est tamen necessarium necessitate præcepti Confirmationis sacramentum, in tantum quòd illud sponte omittens, secluso contemptu, & alia circunstantia, non peccet mortaliter: nam quamuis confirmatio conferat vires ad profitendum, & fidem confitendum; nihilominus huiusmodi vires possunt per alia media diuersa reparari, D. Thomas *quæst. 65. art. 4. & quæst. 2. art. 3.* Victoria *de confirm. conclus. 47.* Petrus de Ledesma *in summa part. 1. tit. de confirmat. cap. 8. concl. 1. & 2.* Sayr. *de Sacram. in genere, lib. 6. cap. 4. quæst. 1. circa medium*, & Valent. *tom. 4. disp. 5. quæst. 2. punct. 3.*

Dubium tamen est, an possit summus Pontifex committere Sacerdoti consecrationem materiæ huius Sacramenti? Aliqui affirmant, quia forma consecrandi Chrisma, & alia Sacramentalia commissa fuit dispositioni Ecclesiæ, & hunc actum Decreta Sacerdoti prohibent, sed non irritant. Nihilominus id benedicere est proprium Ordinis Episcopalis, vt probat Ecclesiæ consuetudo, Chamer. *de Sacram. tract. de confirmatione, cap. 5. in fine, & cap. 2. dub. 5.* Henriquez *lib. 3. cap. 2. §. 2. & c. 7. §. 4.* & alij apud Bonacin. *de Sacramentis, disp. 3. quæst. vnica, punct. 2. n. 4.* 3.

Materia remota huius sacramenti est Chrisma ex oleo, & balsamo confectum. Chrisma debet esse benedictum, & consecratum ab Episcopo, ita Tolet. *in principio huius Sacramenti*, & Suar. *in 3. part. quæst. 72. disp. 32. sect. 2. art. 3.* ideo si quis solo oleo vngeretur, iterum confirmandus saltem sub conditione. Similiter Chrisma si amisit fragrantiam balsami, omnino maximè dubia est materia. 4.

Chrisma autem ex oleo oliuarum, & balsamo oportet, quòd consecretur singulis quibusque annis: non enim confirmandum est sine necessitate Chrismate vetere, hoc est, anni præteriti, quia est peccatum contra præceptum canonicum, *cap. si quis de alio, de consecratione dist. 4.*

Forma huius Sacramenti sic habet. Signo te signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, ita communiter Theologi. Inuocatio expressa trium personarum diuinarum est de essentia Sacramenti, sicut in Baptismo, Ego te baptizo in nomine Pa- & Filij, & Spiritus sancti, Amen.

Materia proxima huius Sacramenti est Vnctio Chrismatis. Vnctio quæ fit, est necessaria necessitate Sacramenti, Toletus *suprà*, & debet fieri in figuram Crucis, & in ea quantitate, quæ sufficiat ad imprimendum Crucis signum: figura Crucis est essentialis huic materiæ; & hæc vnctio debet fieri in fronte illius, qui confirmatur: èstque necessarium hoc de necessitate præcepti, & est de essentia Sacramenti. Ideo confirmatio est essentialiter vnctio, seu chrismatio in fronte, ita Innocentius Tertius *in c. vnico, de sacra Vnctione*, Suar. post alios *vbi suprà disp. 33. sect. 3.* 5.

Item Vnctio ista debet fieri pollice Episcopi, & hoc est de necessitate præcepti: sit ne de necessitate, & essentia Sacramenti, aliqui dubitant. Suar. probabile putat esse necessarium, & essentiale, vt hæc vnctio immediatè fiat manu seu digito Episcopi. Quòd si fieret aliquo digito etiam manus sinistræ, factum teneret, quia est sufficiens manus impositio. Fieri autem hoc, vel illo digito, non ita puto id esse de essentia, vt si fiat alio, & pollice, destruatur Sacramentum, ita Suar. *suprà.* 6.

Habet hoc Sacramentum effectus tres. Character, quo insignitur tanquam miles Christi, vt pro Christo Domino sit constans aduersùs ho- 7.

stes

stes Christi, est primus effectus. Secundus est gratia sacramentalis, hoc est, specialis Spiritus sancti protectio ad fidem constanter tenendam, & profitendam, D. Thom. *in 3. p. quæst. 72. art. 7.* quem *ibi* sequitur Soarez *disput. 34. sect. 2.* Si quis posuit obicem per peccatum huic effectui, recedente obice, redit effectus, id est, gratia, vt dicitur in Baptismo. Soar. *vbi proximè.* Tertius effectus est affinitas, quæ oritur inter ipsum, & patrinum. Patrinus debet esse confirmatus, aliàs non oritur affinitas; sicut, qui baptizatus non est, non contrahit cognationem, si baptizet, eo quia hæc cognatio est ex instituto Ecclesiæ, quæ nequit ab infidelibus contrahi, dum baptizant, textus *in cap. in baptismate, de consecrat. dist.* 4. D. Thomas, & Richar. *in 4. dist. 42. art. 1. quæst. 3.* quos referens sequitur Nauar. *in manuali, cap. 22. num. 36. & cons. 3. num. 1. sub tit. de Baptismo, in 1. edit. & cons. 1. num. 1. de cognatione spirituali in 2. editione*, Sanch. *lib. 7. de matrimonio disp. 70.* præsertim *à num. 7.* & Rebell. *de obligat. iustit. part. 2. lib. 3. quæst. 6. num. 6. & 7.* Et ideo sicut susceptores, siue patrini in Baptismo debent esse baptizati, sic etiam in confirmatione patrini debent esse confirmati: aliàs nulla inde contrahitur cognatio inter fidelem baptizantem, vel confirmantem filium infidelis cum patre, vel matre infideli, quia infideles cognationem non contrahunt: ergo nec fideles; est enim hæc cognatio, veluti quædam relatio, quæ non ponitur in vno subiecto, nisi terminus illius adsit; infidelis verò non est terminus relationis huius: atque ita patrinus debet esse confirmatus, *c. in baptismate, de consec. dist.* 4. aliàs non oritur cognatio inter ipsum, & confirmatum, Sà *in summa verb. matrimony impedimenta, n. 25.* Praxis Episcopalis, *part. 1. c. 3. de confirmat.* post alios, *vers. & patrinus debet esse confirmatus*, Petrus de Ledesma *in summa part. 1. tractatu de Baptismo, cap. 7. concl. 7.* & alij, quos referens sequitur Barbos. *in remiss. ad Concil. Trident. sess. 24. cap. 2. num. 9. fol. 90. col. 4.*

8. An autem in Confirmatione possit quis habere duos patrinos, sicut in Baptismo? Videtur negandum ex Concilio Trident. *sess. 24. cap. 2.* vbi solùm disponit vnum, & vnam in Baptismo esse suscipiendos, quod non explicauit in Confirmatione, & ideo quando non explicauit, debet extendi. Nihilominus dicendum est idem voluisse Trident. statuere in patrino confirmationis, quod statuit in patrinis Baptismi, ac proinde posse in Confirmatione assumi vnum, & vnam. quæ sententia videtur Nauarri *in manuali cap. 22. num. 40. notab. 3.* quem sequitur Sanch. *de matrimonio lib. 7. disp. 57. num. 8.* & Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 31. n. 152.* quos referens sequitur Barbos. *in remiss. ad Concil. Trident. sess. 24. cap. 2. num. 10. & de potest. Episcop. alleg. 30. num. 43. & 44.* vbi addit, quòd plures patrinos, quàm assignatos adhibet, peccare mortaliter; quoniam violat præceptum Ecclesiæ in re graui, ex cuius violatione multiplicantur cognationes, per quas dirimitur matrimonium; ita Fr. Emman. *in summa part. 1. cap. 226. num. 1.* Vega *part. 1. c. 33. casu 39.* Bonacina *de sacrament. matrim. quæst. 3. punct. 5. §. 2. num. 34.* & tradit decisum Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 4. tit. 15. l. 1. de matrim. in declarat. num. 84.* quamuis Sanchez *d. lib. 7. disp. 57. num. 6.* velit transgressionem huius præcepti adhibendo plures patrinos, non esse mortale, ex eo fundamento, quia non multiplicatur cognatio spiritualis, nisi à duobus tangentibus, & reliquos vltra duos tangentes eam non contrahere; quod etiam docet Ludouic. Lopez post Trident. non esse scilicet mortale *in 2. part. instructorij*, vbi de matrimonio, *cap. 51. column. 4.* Attamen idem Sanchez *num. 14.* verius multo reputat omnes illos contrahere eam cognationem, & ideo abstinendum esse à matrimonio.

Insuper cognatio spiritualis in Confirmatione contrahitur inter confirmantem, & confirmatum, illiusque patrem, & matrem, ac tenentem, ita Ghamerota *de Sacramentis, tract. de confirmat. c. 7. de ministro confirmationis, vers. tertio dico*, & huiusmodi parentes debent esse carnales, quamuis illegitimi. Sanch. *d. lib. 7. disp. 54. num. 16.* quia ante Tridentinum eam cognationem contrahebant, vt docent gloss. *cap. 1. verb. & matrem, de cognat. spirit. in 6.* & *ibi* Franchus *n. 4.* Reginald. *supra d. lib. 31. num. 150. vers. cæterum.* Non tamen contrahitur cognatio spiritualis inter ipsosmet patrinos, veluti, si vnus, & vna sint simul susceptores, possunt enim copulari matrimonio, nisi aliunde impediantur tam de iure antiquo, quàm de nouo, *d. sess. 24. c. 2.* Nauarr. *in manuali cap. 22. num. 39.* Soar. *3. part. quæst. 67. art. 8. col. 3. §. secundo explicat*, Gallecus *de cognatione spirituali, cap. 9. num. 8.* Vega *1. tom. summæ, cap. 33. casu 40.* Sanchez *d. lib. 7. disp. 54. n. 12.* & Bonac. *de Sacram matr. disp. 3. punct. 5. §. 2. n. 4.* & alij apud Armend. *vbi proximè, n. 84.* Denique cognatio spiritualis à viro contracta non transit ad vxorem, Toletan. *in instruct. lib. 7. cap. 4. num. 5.* Henriquez *in summa lib. 12. cap. 11. §. 2.* Sanch. *lib. 7. de matrim. disp. 54. num. 11.* Reginal. *d. lib. 31. n. 149.* Coninch *tom. 2. disp. 32. num. 24. versic. inter fœminam.* 9.

Sunt tamen aliqui, qui nequeunt esse patrini tam in Baptismo, quàm in Confirmatione; qui si suscipiant, peccabunt mortaliter, sed spiritualem contrahunt cognationem, vt Abbates, ac Monachi, quibus præcipitur in Concil. Antisiodorensi, *cap. 15.* relato *in c. non liceat, de consecratione, dist. 4.* ne commatres spirituales habeant, nisi, qui confirmantur sint Religiosi. Peccare autem mortaliter suscipiendo contra prohibitionem, tradit Gallec. *de cognat. spirit. cap. 9. in fine.* Gallet. *in margarita casuum conscientiæ, verb. Religiosus, pag. 225.* Rebell. *de obligat. iustit. p. 2. lib. 3. quæst. 6. num. 10.* Reginald. *d. lib. 31. num. 157. vers. quarto.* Fr. Basil. Pont. *de impedimentis matrim. c. 24. §. 1. vers. exclusi*, vbi etiam excludit ab officio patrini pœnitentes publicos, donec per acta pœnitentiæ reconcilientur, additque illos, si fortè suscipiant, nullam contrahere cognationem omnes; sed in hoc fallitur omnino, quia in re est singularis. 10.

Quid de pueris? Dico cuiuscumque ætatis sint, dummodo habeant vsum rationis ad peccandum mortaliter, posse esse patrinos tam in Baptismo, quàm in Confirmatione, & suscipiendo contrahere veram cognationem spiritualem: secus si careant vsu rationis. Prior pars est Sanch. *lib. 7. de matrimonio, disp. 61. num. 4.* Henriquez *lib. 12. c. 11. §. 2. ad finem*, Petrus de Ledesma *in summa, part. 1. tract. de Sacram. matrim. cap. 17. conclus. 7. dub. 3.* & Sayr. *in floribus decis. sub titulo de cognat. spirit. decis. 1.* Posterior autem eisdem placet, eo quia non habens vsum rationis, non potest esse susceptor cum legitima intentione ad contrahendam cognationem spiritualem; sed tantùm suscipit materialiter instar bruti. Et quamuis susceptor non intendat contrahere aliquam cognitionem, dum suscipit; satis est, vt cognatio contrahatur, quòd intendat exercere actum suscipiendi infantem ab 11.

Ecclesia ordinatum, & quod alij patrini faciunt: quem actum nequeunt facere, qui carent vsu rationis, ita Nauar. *lib. 4. consiliorum, tit. de cognat. spirit. in priori edit. cons. 1. in fine, & in posteriori cons. 2. in fine, & cons. 3. n. vnico*, Henriquez *lib. 12. de matrimonio, cap. 11. num. 2. & in comment. littera T.* Fr. Emman. *1. tom. summæ, in 2. edit. cap. 226. num. 2. col. 4.* Vega *1. tom. summa, cap. 33.* Quòd si minor septennio habeat lumen rationis sufficiens ad contrahendum mortale, contraheret cognationem spiritualem veram, tanquam patrinus legitimus, vt tradit Henriquez *vbi proxime.*

12. Susceptores non sunt de essentia Sacramenti, Sotus *in 4. dist. 7. quæst. vnica, art. 10. & vltimo*; peccatum tamen erit, si omittantur. Chamerot. *de Sacramentis, tract. de confirmat. cap. 7. dub. 2. in principio.* Contactus requiritur ex parte patrini tam in baptizato, quàm in confirmato, quòd si patrini non tangant, vel tangant tantùm extremitate digiti, non contrahunt cognationem, quia non verè dicuntur tenere, vel suscipere, ita Henriq. *lib. 12. cap. 11. §. 3.* Reginal. *d. lib. 32. num. 151.* Mar. Antonin. *variar. lib. 1. resolut. 54. casu 33.* Tangere autem immediatè puerum, non est necesse, sed sufficit, si tangant illum vestibus contectum. nam illud est verè tangere, ac tenere. Rosel. *verb. impedimentum, impedim. 6. num. 23.* & Armilla *verb. matrimonium, num. 12.* Syluest. *eodem verbo matrim. 8. q. 7. dicto 13.* & Veracruz *1. p. speculi, art. 56. in corollario*, quod infert ex *7. conclus.* Nec est necessarium ad contrahendam cognationem spiritualem patrinos pro puero respondere, dum Catechismus fit, sed tantùm requiritur sola susceptio. patet ex *cap. 1. de cognat. spirit. in 6.* vbi ter ponderatur sola susceptio, ac dicitur contrahi cognationem spiritualem. est communis inter Theologos, Palud. *in 4. dist. 42. quæst. 11. art. 1. concl. 1. num. 6. & 10.* D. Antonin. *3. p. tit. 1. cap. 25. §. 3.* Ledesm. *2. p. 4. quæst. 58. art. 2. ad finem*, Veracruz *1. p. speculi, art. 56. concl 8.* Henriquez *lib. 12. de matrimonio, cap. 11. num. 3.* & Vega *1. tom. summæ, c. 33. casu 42.* & inter Iurisperitos idem tenent Nauar. *in summa Hispana, cap. 22. num. 38.* Couarr. *4. decret. 2. p. cap. 6. §. 4. num. 7.* Cucch. *lib. 5. instit. maior. tit. 14. num. 12.* Syluest. *vbi suprà*, & Mariens. *l. 5. recopil. tit. 1. rubr. gloss. 1. num. 168.* Ratio, quia in Baptismo, & in Confirmatione, in quibus spiritualis cognatio dirimens matrimonium contrahitur, nulla est interrogatio, nec responsio de essentia. Sanch. *lib. 7. de impedimentis, disp. 56. ad finem, num. 11.*

13. Ambigitur, an cognatio spiritualis contrahatur per Procuratorem? Aliqui docent susceptionem infantis requisitam in susceptoribus non esse ita personalem actionem, quin possit suppleri per Procuratorem, & ita non ab eo, sed ab ipso constituente contrahi cognationem spiritualem, quia potest quis per alium facere, quod per se ipsum potest. *regul. potest quis, de regul. iur. in 6.* Item, quia iuramentum est actus personalis, *cap. ego, de iureiurando*, & tamen præstatur per Procuratorem. *cap. tibi Domino 33. dist. 63. & cap. final. de iur. calumniæ.* Igitur per Procuratorem potest exerceri actus per quem constituens contrahat cognationem spiritualem, cùm possit constitui ad sacramentum matrimonij contrahendum, *cap. final. de procurat. in 6.* ac proinde hanc partem tradit Sa *verb. matrim.* vbi de impedimentis dirimentibus, *num. 5. vers. cum quis per Procuratorem.* Philiarc. *de officio Sacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 2. cap. 2.* & ex antiquioribus volunt Abbas *in cap. veniens, num. 4. de cognat. spirit.* & *ibi* Alex. de Neuo *num. 7.* Felin *in cap. licet ex quadam, num. 1. col. 3. vers. & ratio prædictorum est, de testibus*, & Alexand. Carrer. *lib. 2. de sponsalibus*, sequitur Angel. *Instit. de nuptiis, §. illud, num. 4.* vbi ait esse probabilem, & vsu, ac praxi receptam, & Nauar. refert *in posteriori edit. suorum Conciliorum in fine totius quinti libri*, Sacram Congregationem hanc partem fuisse amplexam, secundùm quam inter personam leuantem, seu suscipientem Procuratorem, & ipsam leuatam, seu susceptam non potest matrimonium iniri.

Probabilius tamen est, hanc actionem, seu susceptionem ita esse personalem, vt non possit suppleri per actioné Procuratoris, ac proinde, vt cótrahatur hæc cognatio, necessaria est susceptio personalis ipsorummet patrinorum, sicut nec cognatio legalis potest contrahi adoptando per Procuratorem, *l. post mortem. 25. §. neque adoptare, ff. de adopt.* Iuuat *cap. de his 30. q. 1.* vbi explicatur susceptio patrini necessaria esse ad cognationem contrahendam, per hæc verba: *De his, ait, qui filiastros suos ad confirmationem coram Episcopo tenent, id est, qui filios vxoris suæ, dum chrismantur, super se sustinent.* quæ verba actum merè personalem patrini postulant, vt verus patrinus sit, & ex consequenti, vt contrahatur cognatio spiritualis matrimonium dirimens, sicut non contrahitur cognatio à constituente Procuratorem, vt nomine suo baptizet infantem: igitur nec constituens, vt nomine suo suscipiat, ita Bald. *in l. si quis, ad finem, C. de nuptiis.* Bartol. *in l. Gallus, §. forsitan, in fine, ff. de liber. & posthum.* & *ibi* Angel. de Perusio *vers. Ergo, ad finem.* Angelus Aretin. *Institut. de nuptiis, §. illud, num. 4.* Syluest. *verb. adoptio, quæst. 2. final. & verb. matrim. 8. quæst. 7. dict. 14.* Couar. *4. decret. 2. p. c. 6. §. 4. num. 6.* Cenal *in practicis, quæst. 369.* & ex Theologis Tolet. *lib. 7. cap. 4. num. 6.* Henriquez *lib. 12. de matrim. cap. 11. num. vltimo*, & Vega *1. tom. summa, cap. 33. casu 44.* Quod extende ad nuncium, per quem etiam contrahi nequit cognatio spiritualis cùm requiratur ad hanc cognationem actus personalis verè personæ cohærens, Couar. *suprà cap. 6. §. 4. num. 6.* Syluest. *verb. matrim. 8. q. 7. dict. 16.* Gallec. *de cognat. spirit. c. 13. num. 19.* 14.

Ad argumenta contraria de iuramento, dic id esse statutum propter necessitatem iuramenti ad lites expediendas, non tamen in omnibus casibus indistinctè, sed in casibus iure expressis: in nostro autem casu ius Canonicum, quod statuit hanc cognationem, exigit actionem personalem patrini, vt illam contrahat, vt constat ex verbis his, nimirum, *suscipit, accipit, tenet, leuat, tangit.* ita *capite, omnes 30. q. 1. cap. 1. 2. 3. & cap. post susceptum 30. quæst. 3. & cap. si quis vnus 30. q. 4.* quæ verba propriam ipsius patrini actionem denotant, & nullibi iure extat expressum cognationem per Procuratorem contractam posse dirimere matrimonium. Nec obest matrimonium per Procuratorem fieri; quia solo consensu perficitur, & ideo sicut per Procuratorem potest iniri, potest dissolui à principali, si quando per Procuratorem celebratum fuit, constituens dissentiat: secus in iis in quibus actio personalis necessaria est. Quin imò dato, & non concesso, posse per Procuratorem cognationem spiritualem contrahi, si tempore quo Procurator suscepit infantem, constituens mandatum reuocasset, non contraheretur cognatio, quia in his actibus matrimonij, & in similibus, quæ perficiuntur consensu, & ab eo dependent, 15.

requiritur

requiritur consensus perseuerans verè, & non fictè, Bald. *cap. audita, num. 3. vers. Quaero nunquid, de restit. spoliat.* & Felin. *cap. ex parte Decani, num.* 10. *ampliatione 2. de rescript.*

16. An verò Procurator, qui infantem suscipit nomine alterius, contrahat hanc cognationem spiritualem? Affirmant aliqui tanquam probabile etiam, quando Procurator nullam habeat intentionem contrahendi cognationem, ita Ioan. Andr. *in regul. potest quis per alium 68. paulo ante solut. ad argum. de regul. iur. in 6.* & Gallet. *de cognat. spirit. cap. 14 num. 3.* quod putat verum Tolet. *lib. 7. summa, cap. 4. num. 6.* quando Procuratori fuit mens contrahendi hanc cognationem. Alij autem absolutè affirmant, eo quia Procurator vera actione reali, & personali confirmatum, seu baptizatum tenuit, ita Ioannes Andr. *vbi suprà*, Petrus de Ledesma *de matrimonio, q. 56 art. 3. pag. penult.* & Vivaldus *de Sacramentis, vbi de matrim. 1 p. num. 160.* quoniam non est abs re ex actu facto à Procuratore nomine alterius, ipsum Procuratorem teneri, vt per *l. procurator, qui pro euictione 67. de procurat.* tenetur de euictione, qui tanquam Procurator promisit de illa, finito etiam officio.

17. Nihilominus multo verius videtur non contrahi hanc cognationem ab hoc procuratore, quia non habuit intentionem exercendi actum ab Ecclesia institutum formaliter, sed materialiter tantùm, ac proinde non fuit verus susceptor, sicut qui baptizat sine animo vero faciendi quod intendit Ecclesia, non verè baptizat, nec cognationem spiritualem contrahit; sic procurator suscipiens materialiter tantùm nomine alieno, non suscipit animo obeundi muneris susceptoris ab Ecclesia statutum, siquidem ea de re Ecclesia nihil statuit. Atqui Procurator non intendit nomine proprio teneri, sed nomine constituentis actum illum exercet, & vult suum constituentem patrinum constituere: ergo non contrahit cognationem spiritualem, Couar. 4 *decret. 2. p cap. 6. §. 4. num. 7.* Syluest. *verb matrimonium 8. quaest 7 dicto 5.* Henriquez *lib. 12 de matrim. cap. 11. fin.* Emman. Sa *verb. matrimonium*, vbi de impedimentis dirimentibus *num. 5. vers. cum quis per procuratorem*, & Ludouic. Lopez *1. p instruct.* vbi de Baptismo, *c. 62. ad finem*, vbi vult posse contrahere cognationem Procuratorem, si habeat animum nomine proprio tenendi, & esse patrinum; quod negat Sanchez *lib. 7. de impedimentis, q. 59. num 12 ad finem*, sufficere, cùm Procurator non fuerit designatus ab iis, quibus incumbit, vt nomine proprio teneat, ac fiat patrinus: defuit enim conditio designationis, vt latè probauit *disp. 57. num. 12.* & Barbos. *de offic. & potest. Episcop alleg. 30. num. 49. vers. quaestio est, & num. 50. vers. tum quia*, mittens fuit designatus, non verò Procurator.

18. Porrò patrinos plures adhibens vltra permissos peccat mortaliter, vt dictum est, & in confirmatione debet esse alius ab illo, qui tenuit in Baptismo, *cap. in catechismo, de consecrat. dist 4.* Chamerota *de confirmatione, cap 7. dub. 2. vers. debet.* Et vnus eadem die Confirmationis nequit vltra duos tenere, vt habetur *in Pontificali*, nisi sit vir senex, aut probatae vitae, quod relinquitur arbitrio Episcopi, vt tradit Mar. Anton. Genuens. *in manuali pastorum, cap 54 num. 6.*

19. Quid de Episcopo negligente in confirmando? Responde peccare grauiter si multo tempore omisit confirmare, Soarez *in 3. part. D. Thomae, quaest. 72. art. 2. disp. 38. sect. 2.* Toletan. *in summa lib. 5. cap. 4.* quos referens sequitur Marc. Anton. Genuens. *in manu. Pastor. cap. 54. num. 2.* Et quamuis sacramentum Confirmationis, regulariter loquendo, non sit necessitatis, est tamen complementum Baptismi, quia per illud baptizati fiunt plenè Christiani, & anima maiorem perfectionem, & gratiam recipit, & Baptismatis gratia roboratur, & confirmatur ad bene operandum, & ideo Episcopus peccat grauiter, si per multum tempus fuerit negligens in conferendo hoc Sacramento, & dum conferendi gratia Dioecesim perlustrat, non potest expensas exigere à laicis, vel à Rectoribus Ecclesiarum, Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarrae lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis, in declarat. num. 77.*

Quo in loco, & quibus diebus, & quibus ornamentis debeat Episcopus Confirmationis sacramentum conferre? Extra Ecclesiam confirmare 20.
asserit Nugn. *in 3. part. D. Thomae quaest. 72. art. 12. circa finem, vers. secundus ritus*, esse peccatum mortale, sicut etiam solenniter baptizare; sed meliùs Henriquez *in summa lib. 3. de confirm. cap. 6. §. 7.* & Bonacin. *de Sacrament. disp. 3. quaest. unica, punct. 2. num. 15.* Episcopum aiunt non teneri in Ecclesia confirmare; sed satis esse si confirmet in aliquo loco honesto, vel in domo sua, vel palatio; non enim cum tanto onere tenetur confirmare extra Ecclesiam, vt peccet mortaliter, si alibi confirmet, sequitur Chamerota *de Sacramentis tractatu de confirmat. cap. 7. de ministro confirmat. dub. 3.*

Quoad tempus certum est in diebus etiam pro- 21.
festis, & ferialibus posse Episcopum manè, & vesperi administrare hoc Sacramentum, quamuis non sit ieiunus, cùm nullibi hoc praeceptum reperiatur; sed solùm consulitur *in cap. vt ieiuni, de consecrat. dist. 5.* Henriquez *vbi supra dict. cap. 6. §. 7. & cap. 5. §. 6.* & Bonacin. *de Sacrament. disp. 3. quaest. vnica, punct. 2 num. 14. vers secundo.* Quinimo tempore interdicti licitè conferri potest tam paruulis, quàm adultis, tam in Ecclesia interdicta, quàm in loco generaliter interdicto, atque etiam solenniter, vt est receptissima omnium sententia aliquantum duo sacramenta, Baptismum, & Confirmationem, posse administrari tempore interdicti ita Nauarr. *in manuali, cap. 7. num 178.* Couar *in cap. Alma mater, p. 2. §. 2. vers. idem*, Vgolin. *de censuris, tab. 5. cap. 7. §. 5.* Sayr. *eodem titulo, lib. 5. cap. 7. num. 6.* Suar. *tom. 3. disp. 26. sect. 1. à n. 7.* & Bonacin. *de censuris, disp. 5. punct. 2. § 1. num. 4.* vbi *num. 6.* resoluit personaliter interdictum interdicto generali personali, qui causam non dedit interdicto, huiusmodi Sacramentum ministrare posse; non autem illum, qui specialiter interdictus est, vel causam dedit interdicto. Sicut ille, qui dedit causam interdicto, aut, qui est speciali, & personali interdicto ligatus, nequit ad hoc Sacramentum admitti, nisi priùs praestet condignam satisfactionem ab Ecclesia praescriptam, Bonacin. *d. num 4.*

Cum pluuiali, mitra, stola, & baculo pastorali 22.
esse confirmandum respondit Sacra Congregatio Episcopo suffraganeo Brixoniensi 19. Februarij 1585. Sayr. *de censuris lib. 5. cap. 7. num. 6. versic. secundo*; ibi, *etiam cum solennitate consueta*, & hoc de iure antiquo, vt colligitur ex *cap. responso §. praeterea, de sentent excommunication & in cap. quoniam, eodem titulo in 6.* Barbos. *allegat. 30. num. 11. ad finem.*

Item Episcopus conferens sacramentum Confirmationis, debet esse sine conscientia peccati mortalis,

mortalis, Henriquez *lib.* 3. *cap.* 5. §. 5. & confirmans in sua Diœcesi subditos alienos, excusatur tam à suspensione, quàm à culpa, ita Sà *verb. confirmatio, num.* 2. & Henriquez *lib.* 3. *cap.* 6. §. 6. & Marc. Anton. Genuensf. *in manuali pastorum cap.* 54. *numer.* 7. credunt enim id gratum fore proprio Episcopo. Ego tamen cum communi verius existimo, Episcopum non posse in sua Diœcesi subditos alterius confirmare, & si aliter faciat, suspensionem incurrere, quoties sibi non constat de voluntate alieni Episcopi, ita Petrus de Ledesma *in summa, part.* 1. *de sacrament. Confirmat. cap.* 9. *versic. septima conclus.* Viuald. *de sacramento Confirmationis, cap.* 4. *num.* 8. quos referens sequitur Bonacin. *de Sacrament. disp.* 3. *quæst. vnica, punct.* 2.

23. Similiter Episcopus in aliena Diœcesi nequit confirmare proprios subditos, vel Pontificales actus exercere sine licentia Episcopi illius Diœcesis, sub pœna suspensionis ab exercitio Pontificalium, ex Concilio Tridentino *sess.* 6. *de reformat. cap.* 5. Bonacin. *d. punct.* 2. *num.* 12. Sà *vbi suprà n.* 3.

24. Adulti dum accedunt, vt confirmentur, debent accedere cum intentione, sicut in Baptismo, & cum contritione, vel saltem existimantes se contritos, quamuis non præcipiatur confessio præcedere; debent tamen esse in gratia, vel putare se esse; & confirmans antequam ministret, debet adhortari ad contritionem habendam, Nauarr. *de pœnitent. dist.* 5. *in principio, part.* 3. *in gloss. num.* 26. & Bonacin. *de Sacrament. disp.* 3. *quæst. vnica, punct.* 4. *num.* 7. Henriquez *d. lib.* 3. *cap.* 5. §. 5. vbi subdit recipiente cum peccato adulto hoc Sacramentum, remoto obice reuiuiscere semper effectum quoad sacramentalem gratiam auxilij, & quoad augmentum gratiæ, quod fuit impeditum.

25. Ratio autem cur percutiantur in maxilla confirmati, est in signum quòd confirmati debent esse inuicto animo ad pericula imminentia propter fidem subeunda, & ne rubore suffundantur ad audacter confitendum Christi nomen, quoties opus fuerit, & ideo de necessitate huius Sacramenti est in forma crucis fieri vnctionem in fronte, Bonacin. *de Sacramen. disp.* 3. *quæst. vnica, punct.* 3. *num.* 8. & Mar. Anton. Genuens. *in manuali pastorum, d. cap.* 54. *num.* 8. Percutiuntur item in maxilla, vt recordentur se hoc Sacramento fuisse semel initiatos, ne rursus accedant ad illud recipiendum, ita Durand. *in rationali diuinor. lib.* 6. *cap.* 84. *num.* 6. Chamerota *d. tract. de confirmat. p.* 7. *dub.* 4. & Bonacin. post alios *d. q. vnica, punct.* 4. *num.* 9. vbi addit, si omittatur percussio maxillæ, non videri peccatum mortale, & Sà *verb. confirmatio, num.* 10. dicens non esse mortale omittere cereum, aut colaphum.

26. Assurgit hoc loco quæstiuncula, an contrahatur irregularitas ex bina confirmatione collata, vel suscepta? Affirmat D. Antonin. *part.* 3. *tit.* 28. *cap.* 6. Mayol. *de irregularitate, lib.* 3. *cap.* 15. & Nauarr. *in manuali, cap.* 27. *num.* 247. *ex cap. dictum*, & glossa *ibi, de consecrat. dist.* 5. vbi dicitur sacramentum Baptismi, ac Confirmationis non posse iterari, & rebaptizanti, & rebaptizato imponitur irregularitas, *in cap ex litterarum, de Apostatis, & reiterantib. Baptisma*, vt etiam volunt Victoria *in summa*, vbi *de baptismo, num.* 31. & 36. Couarr. *in Clementina, si furiosus, in initio, p.* 1. *num.* 8. Praxis Episcopalis *p.* 1. *verb. irregularitas*, §. 11. optimè Ægid. *de Sacram. & censur. tom.* 2. *disp.* 18. *dubio* 5. *à num.* 34. Bonacin. *de censur. disp.* 7. *quæst.* 3. *punct.* 3. *num.* 5. Sanctarel. *de hæresi, cap.* 45. *num.* 8. siue iteratio sit publica, siue occulta, dummodo fiat cum intentione rebaptizandi, vt ex aliis colligit Bonacin. *d. punct.* 3. *num.* 7. Cùm ergo *d. cap. dictum*, adæquet in pœna iterati Baptismum, & Confirmationem, & ex iteratione Baptismi cum culpa oriatur irregularitas, ex iteratione Confirmationis etiam orietur.

27. Contraria tamen sententia tenens ex iteratione confirmationis tam in confirmante, quàm in confirmato, nullam sequi irregularitatem, est omnino vera, & in praxi admittenda; nec obest inductio textus ex *cap. dictum*, vbi quamuis æqualiter prohibeatur iteratio Baptismi, & Confirmationis; non tamen inde probatur pœna irregularitatis rebaptizanti imposita, per *cap. confirmandum* 50. *dist. & cap. ex litterarum, de apostatis*, imponi posse iteranti confirmationem, ita Valent. *tom.* 4. *disp.* 5. *quæst.* 1. *punct.* 4. *versùs finem*, Henriquez *in summa lib.* 14. *cap.* 4. §. 5. Auila *de censuris part.* 7. *disput.* 7. *dubio* 5. & Soarez *eodem tractatu disp.* 42. *sect.* 4. *num.* 6. Et quamuis argumentum à similibus validum sit, quando per omnia sunt conuenientia, aut saltem conueniunt in eo, de quo agitur, per *cap. inter causas, de rescriptis*, per textum ibi, *& idem in similibus iudicandum est*; nihilominus hoc non habet locum, nec in argumento à simili in pœnis, & maximè in irregularitate, quæ non incurritur, nisi in casibus à iure expressis, *cap. is qui, de sentent. excommun. lib.* 6. Nec valet argumentum de casu expresso ad non expressum, iuxta ea, quæ Curt. iun. *cons.* 49. *num.* 8. *& cons.* 134. *n.* 4. Grat. *cons.* 44. *num* 61. *lib.* 2. Flamin. *de resignat lib.* 6. *quæst.* 5. *num.* 53. quocirca cùm rebaptizanti, & rebaptizato in iure imponatur irregularitas, non autem interanti confirmationem, excusabitur hic, & non ille, Sanch. *in præcepta Decalogi lib.* 2. *c.* 28. *num.* 5. dicens in pœnis non fieri extensionem vltra casus expressos, neque ex rationis similitudine in pœnis ipso iure illatis.

Quid possit Episcopus in sacramenta Confessionis.

§. VIII.

EPITOME.

1. *Episcopus nequit sibi eligere in Confessarium Sacerdotem sibi non subditum, qui proprio Ordinario non fuerit approbatus.*
2. *Episcopus solus interponere se debet in his, quæ pertinent ad approbandos ministros confessionis.*
3. *Episcopus interius, & exterius debet approbare confessarium esse sufficientem.*
4. *Episcopus an semel approbatos ad audiendas confessiones possit iterum examinare, vel limitare ad certum tempus.*
5. *Episcopus approbans pro certo tempore, eo elapso non potest sacerdos continuare.*
6. *Episcopus, si faciat facultatem audiendi confessiones ad sui arbitrium, potest illam reuocare.*
7. *Episcopus an possit dare confessarium monialibus sibi non subditis etiam alterius Ordinis, & à suo Superiore solum examinatum?*
8. *Episcopus an possit sibi casuum absolutionem reseruare?*

Episcopus

9. *Episcopus potest delegare vices suas vt absoluant à casibus reseruatis.*
10. *Episcopus concedens omnem suam authoritatem, non concedit facultatem absoluendi à reseruatis, & concessis reseruatis non concedit censuras.*
11. *Episcopo potestas absoluendi videtur data quoties Pontifex sibi non reseruauit censura absolutionem.*
12. *Episcopus post Concilium Tridentinum possit ne absoluere in foro conscientiæ hæreticos occultos?*
13. *Episcopus non potest absoluere à reseruatis Summo Pontifici.*
14. *Episcopi quorum casuum sibi reseruare possint absolutiones?*
15. *Episcopi quid possint circa casus reseruatos in Concilio Tridentino sess. 24. cap 6.*
16. *Absolutio casuum huius cap. 6. non potest committi à Vicario generali, vel speciali deputato.*
17. *Absoluere in articulo mortis valide nequit non Sacerdos, etiamsi Sacerdos desit.*
18. *Absoluens sacramentaliter per litteras absentes in quas pœnas incurrat?*
19. *Absoluere nequit Vicarius generalis à casibus reseruatis per ipsum Episcopum ex generali concessione.*
20. *Absoluere ab irregularitatibus, & suspensionibus exortis ex delicto occulto non potest Vicarius generalis sine speciali concessione.*
21. *Absoluere à quibuscunque peccatis quilibet Sacerdos in articulo mortis potest, & quid, si de facili superior haberi potest?*
22. *Cui conceditur facultas absoluendi à casibus Summo Pontifici reseruatis, potest absoluere à censuris.*
23. *Absoluendi facultas concessa generalis à Summo Pontifice ab omnibus casibus, & censuris sibi reseruatis, an extendatur ad casus, & censuras Episcoporum.*

1. ILLVD in primis meminisse oportet, hanc materiam competere sacramento Pœnitentiæ, & eius professioni: nihilominus cùm agamus de potestate Episcopi circa Sacramentorum administrationem, non abs re, sed è re erit nonnullas difficultates breuiter, & curtim tangere ad potestatem eiusdem mei Episcopi spectantes. Ordiamur ergo ab eodem Episcopo, qui non potest ... gote priuilegij, de quo *in cap. final. de pœnitentiis*, sibi eligere Confessarium sibi non subditum, qui à proprio Ordinario non fuerit approbatus ad hoc munus, iuxta Concilium Tridentinum *sess. 14 cap. 7. & sess. 23. cap. 15.* vbi dicitur neminem posse confessiones sæcularium audire, nisi sit approbatus, Soar *tom. 4. disp. 28 sect. 5. & 6.* Sanch. *lib. 3. de matrim. disp. 29. num. 13.* Vasq. *tom. 3. disp. 219. num. 55.* & ita fuisse decisum tradunt idem Soar. *disp. 28. sect. 6. num. 13.* & Aloys. Ricc. *decis. 548. in 1. edit. in praxi for. Eccles. & resolut. 470. in 2. edit.* post alios, & Azor *instit. moral. lib. 4. cap. 3. q. 16. vers. quæres.*

2. Secundò nullus præter Episcopum debet se immittere in approbandis ministris sacræ confessionis, nisi ad id habeat mandatum ad Confessarios approbandos, ita Armendaris *in additionibus ad recopil. legum Nauarræ, lib. 4. tit. 29 l. 1. §. 1. de confitendo semel in anno, num. 15* Quocirca Parochus non approbato Sacerdoti non potest facere facultatem ad audiendas confessiones, nisi priùs approbetur ab Episcopo, ita Gambarupta *de casibus reseruatis, cap. 2. num. 29.* nec videtur dissentire Ægidius *de Sacrament. tom. 2. disp. 8. num. 28.* & Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 1. num. 67. & 68.* Quare non debet admitti Petrus de Ledesma *in summa p. 1. de Sacramento pœnit. cap. 12. vers. Acerca della conclusion*, dum ibi affirmat attento etiam iure Tridentini integrum esse Parocho facere facultatem Sacerdoti non approbato, vt suarum ouium confessiones excipiat, sed fallitur prorsus.

Episcopus autem debet Confessarium non solùm interiùs iudicare idoneum, sed etiam exteriùs approbare, & facultatem conferre, ex Concil. Trident. *d. cap. 15.* per verba illa, ibi: *aut iudicetur idoneus, & approbationem obtineat*, Suar. *tom. 4. disp. 28. sect 5. num 7. vers & fortasse*, Reginald. *lib. 1. num 197.* & Ægidius *de sacrament. & censur tom. 2. disp. 8. num 49* Vnde approbatus ab Episcopo absque iudicio, vel etiam contra iudicium tenente illum non esse idoneum, non censetur approbatus, quia Concil. *d cap. 15.* postulat, vt qui non habet beneficium parochiale, idoneus iudicetur. Iste autem non iudicatur idoneus re vera, quoniam Episcopus aliter interiùs sentit, & iudicat minimè esse idoneum. Contrà verò, quando Episcopus sentit aliquem esse idoneum, & tanquam idoneum illum approbat, sed re vera non est idoneus, manet simpliciter approbatus, Suar. & Reginald *supra allegati*. 3.

His consequens est dicere, an semel approbatus ad excipiendas confessiones possit iterum examinari, vel limitari ad certum tempus? Responde regulares, præsertim mendicantes, semel approbatos ad audiendas confessiones, non posse iterum examinari ab eodem Episcopo, quando sunt approbati absolutè, & sine limitatione, idque ex priuilegio Pij Quinti in sua constitutione, quæ incipit, *Romani Pontifices*, edita anno 1571. quod intelligitur sine causa, ea verò existente potest Episcopus illos iterum examinare, suspendere, & reprobare, ex *d. constitutione, & priuilegio Pij Quinti*, prout volunt Henriquez *lib. 3. de pœnit cap 6. q. 6.* Viualdus *in Candelabro, vbi de confessione, num. 27. § secunda conclusio*. 4.

Dixi existente causa iusta, & rationabili, quia absque illa ab Episcopo examinati semel, approbatique, ab eodem nequeunt reprobari, ex regula approbatum semel non potest amplius reprobari, *cap. nulli, & ibi gloss. de accusat. & inquisit* per hæc verba ibi, *non enim modò potest reprobare, etiam mores, quos prius approbauit*, sequitur Surd. *cons 18. num. 2. & cons. 351 num. 21. & decis. 132. num. 4* Sanchez *de matrim. lib 9. disp 6. n. 9.* & Mat. Antonin. *variar. resol lib. 2. resolut. 30 num. 15.* consonat declaratio Congregationis Cardinalium super Concilium Tridentinum, cuius meminit Vega *lib. 1. casuum conscientiæ, casu 58* quæ sic habet, Congregatio Concilij censuit Regulares ad audiendas in ciuitate, aut Diœcesi sæcularium confessiones semel ab Episcopo præuio examine approbatos, iterum ab eodem Episcopo non esse examinandos, cæterùm à successore posse vtique examinari, iuxta Constitut. Pij Quinti datam 8. Idus Augusti, Pontificatus sui anno 6. quæ à felicis recordationis Gregorio XIII. non est reuocata per reductionem priuilegiorum regularium ad terminos Concilij Tridentini. Vnde colliges approbatos ab Episcopo ad audiendas confessiones sine examine posse ab eodem iterum examinari, vt constat ex verbis Pij Quinti, iuxta Suarium. Verba autem

sunt

sunt hæc. *Volumus eos, qui semel ab Episcopo in ciuitate, aut Diœcesibus suis prævio examine approbati fuerint, ab eodem Episcopo iterum non examinari.* Ergo, qui sine prævio examine fuerunt approbati, poterunt iterum examinari, ita Suar. *supra d. sect.* 8. quia priuilegium, non nisi sub illa veluti conditione præuij examinis, concessum fuit.

Sequitur inde de iure, Regulares, siue sæculares Sacerdotes sine limitatione temporis, aut cum limitatione approbatos prævio examine ad excipiendas confessiones durante tempore approbationis non posse reprobari, ita Fr. Emman. *tom.* 3. *regular. quæst.* 32. *art.* 6. cuius opinionis videtur etiam esse Petrus Cened. *in quæst. canon. quæst.* 26. *num.* 14. *in fine*, idem Rodriguez *in explicatione Cruciatæ*, §. 9. *num.* 32. Fumus *verb. absolutio*, *n.* 23. & Syluester idem innuit *verb. Confessor secundus*, *num.* 5. ex eo fundamento, quia quod semel placuit, amplius displicere non potest. Item quia Episcopi solùm habent nudum, & simplex ministerium iudicandi idoneos, & approbandi Confessarios ad Confessiones sæcularium audiendas, & nullam illis iurisdictionem per tale testimonium, & approbationem conferunt; sed eam accipiunt iuxta communem à Summo Pontifice non solùm quoad vsum, sed etiam quoad habitum, vt volunt Turrecrem. *lib.* 2. *summæ à cap.* 54. Caietan. *tract.* 1. *de authoritate Papæ*, *cap.* 2. & *cap.* 9. 10. & 27. Victoria *relectione* 2. *de potest. Eccles. quæst.* 2. Cordubensis *lib.* 4. *quæst.* 14. *ad finem*, & Bellarmin. *lib.* 4. *de Romano Pontifice*, *cap.* 24. post alios: atque ita Episcopus approbando Confessarium non confert iurisdictionem, sed solùm approbat ostendendo illos esse sufficientes ad audiendas confessiones, facitque facultatem audiendi oues suas absolutè, vel cum limitatione, quod procedit quandiu non superueniat causa aliqua iusta reuocandi talem facultatem, qua existente potest eos iterum examinare, & reprobare, Henriquez *lib.* 3. *de pœnit. cap.* 6. *num.* 6. Syluest. *verb. Confessor* 2. *num.* 11. vbi ait licentiam, & approbationem ab Episcopo concessam pro audiendis confessionibus prævio examine posse ab eodem constringi, & auferri ex causa iusta, cognita, & probata, vt si cum scandalo vixerint, quibus accedunt Sotus *in* 4. *distinct.* 18. *quæst.* 4. *art.* 3. & alij.

5. Sequitur item ex causa legitima posse Episcopum approbationem conferre, limitatam tamen pro certo loco, & tempore, & pro certo genere personarum tam confessariis sæcularibus, quàm regularibus. Non enim quilibet Confessarius idoneus censetur ad audiendas Confessiones in quocumque loco: proinde in celeberrimis & populosis oppidis doctiores, & habiliores poni debent, vt in Pragmatica Sanctio. Gallic. *in tit. de collat.* §. *in Ecclesiis*, *iuncta glossa in verb. mutatis*, docet Nauarrus *in manuali*, *cap.* 4. *num.* 4. vbi ostendit qui est idoneus in vno loco paruo, aut vico rusticorum, non esse talem pro locis maritimis. Gutier. *lib.* 1. *canon. cap.* 27. *num.* 18. & 19. Miranda *in manuali*, *q.* 45. *art.* 10. *concl.* 1. & Soar. *tom.* 3. *disp.* 28. *sect.* 7. *dub.* 6. Sicut approbatus ab Episcopo pro certo tempore eo elapso expirat approbatio, & potest
6. iterum examinari. Similiter approbatus pro audiendis confessionibus ad arbitrium, & beneplacitum Episcopi examinari potest, & reuocatur gratia concessa non solùm expressè, sed etiam tacitè, scilicet morte ipsius Episcopi concedentis. Morte enim extinguitur beneplacitum, *cap. si gratiosè, de rescriptis, lib.* 6. & gratia ad beneplacitum Papæ extinguitur morte illius textus *in d. cap. si gratiosè*, inquit, *si gratiosè tibi à Romano Pontifice concedatur, vt beneficia, quæ tempore tuæ promotionis obtinebas, posses vsque ad suæ voluntatis beneplacitum retinere, huiusmodi gratia, per obitum, per quem ipsius beneplacitum omnino extinguitur, eo ipso expirat.* sic ibi. sequitur Corneus *cons.* 91. *sub num.* 31. *volumine* 2. Gonzal. *ad regul.* 8. *gloss.* 12. *in principio*, & Campanil. *in diuersor. iur. canon. rubr.* 12. *c.* 13. *n.* 64.

Ad hæc Episcopus dare Confessorem Monia- 7.
libus extraordinarium etiam sibi non subiectis ex alia Religione, vel sæcularem. Quòd si Monialis induci nequeat, vt confiteatur suis Regularibus, poterit illi dare confessorem, quem velit ipse Ordinarium, ita Emmanuel de Sà *verb. Episcopus*, *num.* 33. ex Congregatione Cardinalium, Galet. *in margarita casuum conscientiæ*, *verb. confessio*, & *verb. Monialis*, Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici resolut.* 638. *in* 2. *edit.* Nullam tamen iurisdictionem potest Episcopus sibi assumere ex Decreto Concil. Trident. in Confessarios Monialium, quæ subduntur Regularibus, Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ, lib.* 2. *tit.* 18. *l.* 7. *de Relig. n.* 98. sufficitque si Confessarij examinentur à suis superioribus ad excipiendas Confessiones Monialium, prout vult Azor *instit. moral. part.* 1. *lib.* 13. *c.* 9. *quæst.* 2. *vers. quæres an Confessarij*, & Sorbus *in suis annot. ad compendium Mendicantium*, *verb. moniales*, *vers. quod præter*, subdens Confessores Ordinarios ad confessiones Monialium, quæ non sunt subiectæ Episcopo, esse approbandos à Superiore Ordinis; id tamen restringit Campanil. *in diuersor. iur. Canon. rubr.* 12. *cap.* 16. *num.* 53. in casu de quo ipse testatur declarationem sacræ Congregationis, quæ censuit, ex authoritate Decreti Concilij Tridentini *sess.* 25. *cap.* 10. *de regularibus*, posse Episcopum assignare Confessorem Monialibus, quæ subiiciuntur Regularibus, si nulla ratione possunt induci, vt confiteantur de peccatis apud regulares suos.

Episcopi omnes cùm in suis Diœcesibus pos- 8.
sint omnia, quæ potest Summus Pontifex in vniuerso Orbe, argument. textus *in cap. ad honorem*, *de authoritate*, & *vsu pallij*, & post Sotum *de iustit. lib.* 10. *quæst.* 1. *art.* 3 *conclus.* 1. tradit Henriquez *in summa*, *lib.* 10. *cap.* 35. §. 2. *in commento littera D.* Sanch. *de matrimonio lib.* 1. *disp.* 61. *num.* 3. & *lib.* 8. *disp.* 9. *num.* 3. & Soar. *tom.* 4. *de pœnit. disp.* 25 *sect.* 1. & *de legib. lib.* 6. *c.* 14. *n.* 6. exceptis specialiter reseruatis, possunt sibi aliquos casus reseruare iure proprio, quæ reseruatio fieri potest iuxta Concil. Trident. *sess.* 14. *cap.* 7. vt scilicet crimina meliùs corrigantur, & delinquentes ab huiusmodi sceleribus longissimè arceantur, & grauiori iudicio grauiora peccata reseruentur, vt meliùs emendentur, Sotus *in* 4. *dist.* 18. *q.* 2. *art.* 5. & Grassis *in decis. p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 13. Atque ita certum est Episcopos posse sibi reseruare aliquos casus, & si quis dixerit Episcopos non habere potestatem, nec ius reseruandi sibi, nisi quoad externam politiam, atqui ideo casuum reseruationem non prohibere quominus Sacerdos à reseruatis verè absoluat, anathematis pœnam incurrit, ex Concilio Tridentino *sess.* 14. *c.* 7. incipit, *Quoniam igitur.* Potest 9.
tamen Episcopus vices suas delegare expressè ad absoluendum à prædictis casibus sibi reseruatis, vt vult Vgolin. *de potest. Episcop. cap.* 36. §. 1. dummodo delegatus non moriatur ante absolutionem, quia delegatio morte delegantis expirat re integra, vt per Marant. *de ordine iudiciario*, *p.* 4. *dist.* 5.

num.

num.61. & Peregr. *variar.lib.1.ad rubricam,de offic. & potest.iud deleg num.41.per cap.licet vndique, eodem titulo*, ibi, *Morte mandatoris expirat.*

Secus verò, si per modum licentiæ fuerit alicui concessa absolutio à prædictis casibus, vt per text. *in cap. si gratiosè, de rescriptis, lib.6.* docent Vgolin. *d.cap.36.§.2.* & Possevinus *de officio Curati, cap.7. num.11. vers. quæres forte.* Non enim gratia expirat morte concedentis, etiam re integra, *cap. si cui, de præbendis, in 6* Nauar. *cons.3. num.1. sub titulo de privilegiis, in nouis*, Gutier. *pract. lib.2. quæst.74. & Canon. lib.1. quæst.11. num.6.* Gitond. *de priuilegiorum explicat. num.* 1079. Vnde gratia, seu mandatum de prouidendo in forma Digni non expirat morte Papæ concedentis re integra, sed adhuc potest executor procedere ad illius executionem, Sanch. *de matrimonio, lib.8. disp.28. num.87.* & Garcia *de beneficiis, p.6.cap.2.num.300.& n.301.* Sic in nostro casu non expirat ante reuocationem. Sanchez *de matrimonio, lib.3. disp.30 num.11.*

10. Nihilominus Episcopus concedens facultatem absoluendi à sibi reseruatis, non censetur concessisse censuras sibi reseruatas, quoniam a diuersis non fit illatio. *l. Papinianus exuli, ff. de miner. viginti quinque annorum*, Capua *decis. lib 1.cap.13.de potest. confess. num 64.* Soar. *lib 5. de censuris, disp.7. sect.5 a n. 10.* secundùm regul. generalem *in 6.* quæ est 81. & habetur *in c. final. de officio Vicarij*, & tradit D. Antonin. *3.p.tit.24.c.77.* In concessione, inquit, generali non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus. Nec etiam concedendo casus omnes, & censuras sibi reseruatas videtur concessisse dispensationem, seu absolutionem votorum, Capua *supra n. 64.* vbi concludit, si Episcopus, aut Prælatus concesserit omnimodam potestatem in confessionibus audiendis, non commisisse casus sibi iure communi, vel particulari, vel consuetudine generali, seu speciali reseruatos, qui referuntur *in glossa Clement. dudum, in verb. concessa, de sepult* & in glossa *in cap.2. de pænit. & remiss. lib.6.* & Nauar. *in manuali, c.27. num.256.* Consonat Lælius Zechius *in tract. de casibus Episcopo reseruatis, in principio, obseruat. 1.* & Gambatupta *de casibus Papæ reseruatis, cap.2. num.22.*

11. Quinimò Episcopo videtur concessa potestas absoluendi à censuris, quoties Papa absolutionem sibi non reseruauit, *c. nuper, de sent. excomm* Suar. *de censuris, tom.5. disp.7. sect.3.* Sayr. *eodem tit. lib.2. c.19* ex ea regula, quòd quando ius non exprimit per quem dispensatio facienda sit, sed absolutè ait dispensandum fore, tacitè Episcopis, aut aliis huiusmodi Prælatis facultatem lex concedere censetur eo ipso, vt per Henriq. *in summa, lib.14. c.19. § 2. iuncta litt. P.* Azor. *instit. moral. p.2. lib.3. cap.32. quæst.13* Sanch. *de matrim lib 3. disp.52 à num.1.* Illa enim, quæ Sedes Apostolica sibi non reseruauit, videntur concessa. Anton. Munach. *Bononien. decis. 28. num.12.* & Episcopus potest in sua Diœcesi ea omnia, quæ Pontifex in toto Orbe, exceptis reseruatis à iure, Perez *l.5. in principio, tit.15. lib.8. ordin. pag 315.* Rebuff. *in tract. nomin. quæst.5. num. 31.* & Henriquez *lib. 12. cap.3. §.2. in commento littera N.*

Confirmatur ex textu *in d.c. nuper*, ibi, *vel a proprio Sacerdote poterit absolutionis.* Vbi notatur posse Parochum absoluere in sua Parochia ab excommunicatione iuris etiam maiori, nemini reseruata, Henriquez *lib.13.c.28.§.5 littera S.* asserens rationem huius textus vniuersalem esse; quæ ita conuenit maiori, sicut, & minori. Soar. *lib.5. disp.7. sect 3. & sect.4. num 9.* Auila *part.2.c.5. disp.1. dub.4.* & Bonacin. *eodem tractatu, disp.1. quæst.3 punct. 1. num.9.* Quod extenditur ad quemcumque Sacerdotem approbatum ab Ordinario habente iurisdictionem in foro pœnitentiali, quando censura nemini reseruatur, posse scilicet absolui ab huiusmodi Sacerdote approbato, vt credunt Bonacin. *d.punct.1. num 9.* & Campanil. *in diuersor. iur canon. rubr.11. cap 15. num.10.* Ergo quoties Episcopo à iure non interdicitur aliquid expressè, nec Sedes Apostolica sibi reseruat, potest in sua Diœcesi ea omnia, quæ potest Papa in vniuerso, Specul. *tit. de Legat. §. nunc ostendendum, num.53.*

Superest videamus possit ne Episcopus post Concilium Tridentinum absoluere hæreticos occultos? De hæresi diximus *supra disp.3 §.1. per tot.* Pars affirmans ex *sess.24 de reformat. cap 6.* constat, vbi datur potestas Episcopis absoluendi à quibuscunque casibus Sedis Apostolicæ reseruatis, occultis tamen in foro conscientiæ: idem, & in hæresis crimine in eodem foro conscientiæ illis tantùm, non eorum Vicariis est permissum in sua Diœcesi. Dicitur autem occultum hoc loco, prout in iure distinguitur contra publicum, & notorium; adeò, vt dum crimen reseruatum non est de iure publicum, aut notorium, adhuc censetur esse occultum, & ex consequenti posse absolui ab Episcopo: secus si fuerit publicum, quòd de iure illud est, quod notum est maiori parti oppidi, viciniæ, Collegij, aut communitatis; dummodo saltem decem personæ reperiantur in Collegio, vicinia, aut communitate, Nauar *in manuali, cap. 27. num.255* Lessius *tom.1. de iust lib.11. cap.11. de detract. & contumel. dub 13. n.72.* post Panorm. *in cap. final de tempor. ordin.* vbi occultum crimen appellat illud, quod opponitur notorio, quamuis probari possit, & alii aliquibus sciant, idem Panor. *in cap. quæsitum, de pœnit & remiss.* ideo quando delictum non fuerit notum maiori parti viciniæ, Collegij, aut communitatis, semper erit occultum. P. Fagundez *in quinque præcepta, part.2. lib 8.c.8. num.23. & sequentib & n.29.* sed de his infrà *§. sequenti num.9.* 12.

Ex Concilio ergo Tridentino potest Episcopus absoluere hæreticos occultos per accidens per se ipsum in sua Diœcesi sibi subditos, & non per suum Vicarium, non obstante processu Bullæ in Cœna Domini, quia non reuocantur per illum facultas Episcopis concessa in Concilio Tridentino, vt possint absoluere Episcopi in foro conscientiæ; sed aufertur hæreticis priuilegium concessum, quòd non eant pro absolutione hæresis occultæ ad Episcopos, sed solùm ad Summum Pontificem, nisi in articulo mortis: proinde, qui adit Episcopum, vt absoluatur, non ex priuilegio sibi concesso, sed Episcopus authoritatem absoluendi iure diuino habet, & non ex aliquo indulto Romani Pontificis: atque ita quandiu Episcopis non restringitur potestas absoluendi, potetunt absoluere ex authoritate sui officij suos subditos in suis Diœcesibus ab omnibus peccatis; à quibus Romanus Pontifex potest absoluere omnes vbique fideles, ita Angles *in floribus Theologicis, part.1. tit. de confessione, quæst.4. art. 1. difficult. 6.* Viualdus *in Candelabro aureo, part.1. tract. de absolutione, num. 14. & part. 2. in expositione Bullæ Cœnæ, num. 51.* Vela *de pœnis delictorum, cap.14. vers. iure verò Canonico*, Anton. Gomez *in Bulla Cruciata, clausul.10. num.44* Nauarr. *summa Latina nouiori, cap. 27. num. 260. in fine, & lib.5. consiliorum in 1. edit tit de sentent. excommun. c. consil.15. quæst.1. & in 2. edit. tit. de priuilegiis,* 13.

conf. 11. *quæst.* 1. Campegius *addit. ad Zanchin. de hæreticis, cap.* 34. Bannes 2.2. *quæst.* 11. *art.* 4. *dub.* 2. *post* 2. *conclusionem, arg.* 3. *vers. & si quis obiiciat*, & *ibi* Aragon. *art.* 3. *col.* 10. *vers. sed dubium est, quis nam possit*, & alij pro hac parte relati à Sanchez *in præcepta Decalogi, lib.* 2. *c.* 11. *à num.* 27. P. Fagundez *vbi suprà d. c.* 8. *vers. secunda sententia, num.* 32. vbi cum Sanchez vocat hanc partem probabilissimam, & secundùm propriam sententiam probabiliorem, quàm opposita, & ita posse hodie Episcopos in sua Diœcesi existẽtes absoluere suos subditos non extra illam ab hæresi externa occulta, ac cæteris casibus Bullæ Cœnæ. Mouetur, quia non constat authenticè de reuocatione Pontificũ, nec de Oraculis viuæ vocis, quæ deberẽt exprimi, & declarari ad tollendos laqueos conscientiarum. Item, quia decretum Concilij Tridentini est antiquius Bulla Cœnæ, & hæc est posterior, & loquitur generaliter, & indistinctè; cùm ergo posterior lex generaliter, & indistinctè loquatur, limitari debet per legem antiquiorem Concilij, quando antiquior lex expressè illi contradicit, etiamsi in posteriori lege, nouiorique sit clausula, *non obstante lege contraria*, quæ non possit cum hac sustineri per aliquam limitationem, vel distinctionem. *l. sed & posteriores, ff. de legibus*, ibi, posteriores leges ad priores pertinent, nisi contrariæ sint, Sanch. *de matrimon. lib.* 2. *disp.* 24. *n.* 6. Cùm igitur clausula Bullæ Cœnæ reuocans facultates absoluendi priùs cõcessas, possit intelligi per aliquam distinctionem, vt non aduersetur decreto priori Trident. intelligendo scilicet, reuocari licentias, per quas conceditur absolutio casuum quando fuerint publici, sic intelligẽda est, quasi reuocatio facultatũ generalis non extẽdatur ad casus occultos; sicut nõ censetur reuocata facultas Bullæ Cruciatæ cõcedentis Confessariis posse absoluere semel in vita, & semel in mortis articulo à casibus Bullæ Cœnæ. Igitur multo fortiùs dicẽdum est de concessione facta Episcopis per Trid.

Nihilominus contraria sentẽtia est amplectenda, nec hodie in dubiũ reuocari potest, cùm apertè constet sublatam esse Episcopis facultatem absoluendi supradictos occultos hæreticos per processum Bullæ Cœnæ, cùm speciatim ibidem, & de Episcopis fiat expressa mentio, & de decretis cuiusuis Concilij in Bulla Gregorij XV. anni 1621. cuius hæc sunt verba *Cæterùm à prædictis sententiis nullus per alium, quàm per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstita absolui possit, etiam prætextu quarumuis facultatum, & indultorum quibuscũque personis Ecclesiasticis, sæcularibus, & quorumuis Ordinum, etiam mendicantium, ac Militiarũ Regularibus, etiam Episcopali, vel alia maiori dignitate præditis, ipsisque Ordinibus, & eorum Monasteriis, Conuentibus, & domibus, ac Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, & locis piis, necnon laicis etiam Imperiali, Regali, & alia mundana Excellentia fulgẽtibus, per Nos, & dictam Sedem, ac cuiusuis Concilij Decreta, verbo, litteris, aut alia quacumque scriptura in genere, & in specie concessorum, innouatorum, ac concedendorum, & innouandorum.* Hactenus Bulla Gregorij.

Quæ sententia satis ostendit Tridentini Decreto esse derogatum, & multo antè Pius Quintus, & Gregorius XIII. declararunt, Nauar. *in summa Latina nouiori, c.* 27. *n.* 275. *vers.* 14. dicens sic illos declarasse, idem ait Maiolus *lib.* 5. *de irregularitate, c.* 46. *n.* 6. *vers. caueant*, Fusc. *in tract. de visitat. lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 5. Azor *tom.* 1. *lib.* 8. *instit. moral. cap.* 10. *quæst.* 10. addit se audiuisse à viro religioso docto, & fide digno ita declarasse Clemẽtem Octauum, quibus accedit Soarez *tomo* 4. *in* 3. *part. disp.* 30. *sect.* 2. *n.* 11. dicens sic declarasse Cardinalium Congregationem: consonat Penna *in director. Inquisit.* 3. *p. quæst.* 92. *comment.* 141. *vers. penultimo*, dicens in supremo Tribunali Sanctæ Inquisitionis Romano sæpe fuisse pronunciatum, non posse Episcopos ab hæresi occulta iam absoluere post declarationes supradictas, sequitur Paramus *de origine Inquisitionis, lib.* 3. *q.* 9. *n.* 191. & Molina *tom.* 4. *de iustitia, disp.* 64. *n.* 8. quibus adhæret Sanchez *in præcepta Decalogi, lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 27. *ad finem*, Mar. Anton. Genuens. *in praxi Archiepiscopali Neapol. cap.* 67. *n.* 10. *in* 1. *edit.* Armendaris *in addit. ad recopil. legum Nauarræ, lib.* 2. *tit.* 21. *l. vnica, de familiaribus Inquisitorum, num.* 3. *&* 4. Garcia *de benefic. part.* 11. *cap.* 10. *num.* 122. & Bonacin. *de censuris, disp.* 1. *quæst.* 3. *punct.* 2. *num.* 1. *vers.* 1.

An verò absolutio casuum huius cap. sexti Tridentini possit committi à Vicario generali, aut speciali deputato? Responsio est negatiua, probatur in primis, quia Vicarius generalis ex generali concessione non potest absoluere à casibus reseruatis per ipsum Episcopum, *cap. penultimo, de pœnit. in* 6. post Rebuffum, ita tenet Vgolinus *de potest. Episcop. cap.* 4. § 7. *n.* 2. *vers. postremo*, Sbroz *lib.* 2. *quæst.* 19. Galet. *in margarita casuum conscientiæ, verb. Vicarius penultim.* vbi etiam volunt, quòd quando conceditur hæc facultas, concedi solet, vt & alteri delegari possit. Requiritur tamen in Vicariatus commissione exprimantur non omnes casus nominatim, sed aliqui, & postea addatur clausula generalis, & ad omnes alios, quamuis exigant speciale mandatum textus *in cap. qui ad agendum. § sed si aliquis, de procuratoribus*, Sbroz *lib.* 1. *quæst.* 65. *n.* 5. *& quæst* 67. *num.* 3. & Couarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 6. *num.* 2. *vers. quarto, & lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 8. Iuuat Vicarium Generalem non posse dispensare in casibus, in quibus Episcopo conceditur facultas dispensandi, nisi adhoc habeat ab Episcopo specialem commissionem, Henriq. *in summa lib.* 11. *cap.* 3. § 2. *prope finem*, Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. decis.* 261. *in* 1. *edit. & resolut.* 228. *in* 2. *edit.* Sanchez *lib.* 2. *de matrimonio, disp.* 40. *num.* 12. post alios. Vltimò confirmatur, quia Concilium dispensandi, & absoluendi potestatem in delictis occultis Episcopo concessit, & eam eius Vicarius sine eius speciali mandato exercere non potest, ibi, *aut Vicarium ad id specialiter deputatum.* Barbos. post alios *alleg.* 39. *n.* 10. *& alleg.* 54. *num.* 107.

14.

Quæstionis tamen est, an possit Episcopus committere facultatem dispensandi, & absoluendi à casibus contentis *in d. cap. sexto Concilij*, aliis à Vicario suo generali? Pars affirmatiua ex eo probatur, quia Concilium non videtur auferre potestatem delegandi: item, quia quando conceditur aliqua potestas præsentibus, & futuris in perpetuum, non eligitur industria personæ, vt tradit Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 64. *num.*... & Gregor. Lopez *l.* 47. *in fine, tit.* 18. *partit.* sequitur Sanchez *de matrim. lib.* 2. *disp.* 40. *num. vltimo*; vbi concludit hanc potestatem esse delegabilem ab Episcopo. 15.

Henriquez tamen *lib.* 14. *de irregularitate, c.* 19. *in fine*, & priùs *lib.* 6. *de pœnit. cap.* 14. § 7. *& in commento littera O.* opinatur non esse integrum Episcopis delegare generaliter suo Vicario, vel aliis casus cõprehensos in prædicto *c. sexto*, sed tantùm posse delegare, quando casus occurreret, & facere 16.

facultatem

facultatem, vt de mandato, & nomine ipsorum absoluant, vel dispensent. Mouetur ex Concilio *d. cap.6.* expresè concedente Episcopis posse dispensare per se, vel per Vicarium specialiter deputatum, tum quia dum huiusmodi casus Episcopo conceduntur, industria personæ eligitur, sed in hoc fallitur, quia non potest dici electam esse industriam personæ, cùm personæ incognitæ delegatur aliquid, vt vult Iason *in l.more n 65. ff.de iurisd.omni.iud.* Quare dicendum est posse Episcopum casus Papales occultos sibi cócessos generaliter delegare, quia non eligitur industria personæ: ná si ea eligeretur, nec generaliter, nec specialiter posset Episcopus delegare, excepto casu hæresis, in quo Concilium petit specialem delegationem: in reliquis autem casibus potest esse generalis delegatio, cùm Episcopus habeat iurisdictionem ordinariam, Sanch. *vbi supra d.num.vltimo.*

Quocirca non placet distinctiuncula aliquorum existimantium facultatem dispensandi super irregularitate, & suspensione posse exerceri per quemcumque, cui generaliter iurisdictio delegata fuerit ab Episcopo: facultatem autem absoluendi non esse committendam generaliter, sed specialiter duntaxat Vicario specialiter deputato per Episcopum cum potestate absoluendi à casibus reseruatis; constituunt enim rationem discriminis in eo, quoniam Concil. *in d.cap.6.* potestatem dispensandi in irregularitate, & suspensione facit Episcopis generaliter; at verò quando in eodem capite conceditur Episcopis absoluendi potestas in quibuscunque casibus occultis etiam Sedi Apostolicæ reseruatis subditos suos, additur in sua Diœcesi per se ipsos, aut Vicarium ad id deputatum specialiter. Per quæ verba potius voluit constringere, & limitare, quàm extendere, & prorogare hanc iurisdictionem: si enim non addidisset verba illa, potuisset Episcopus hanc potestatem cuicumque Sacerdoti delegare; sed quia Concilium voluit illam Episcopo tantùm tribuere, & Vicario specialiter ad id deputato, sic specialiter expressit. Sed tu ne discedas à superiori resolutione, secundùm quam Episcopi non possunt habere deputatum specialem Vicarium ad absoluendum in crimine hæresis occultæ, poterunt tamen secundùm opinionem, quæ tradit illos posse pro singulis vicibus hanc absolutionem ab hæresi alteri Confessario delegare: quoniam Concilium (in verbis his: idem quoque Episcopis tantùm, non eorum Vicariis sit permissum in crimine hæresis occultæ in foro conscientiæ,) voluit non posse Episcopos deputare Vicarium generalem, cui competat ex officio habere potestatem generalem absoluendi ab hæresi occulta, & ita docent Nauar. *de sentent. excommunic.cons.15.ad tertiam quæstionem,* Sanchez *in præcepta Decalogi, lib.2. cap. 11. num. 23.* & Azor *instit. moral.part.1. lib. 8. cap. 10. quæst.11.* quos sequitur Marius Alter. *de censuris disp.22.lib.5.cap.2.fol.770. vers.Respondet Nauarrus, tom.1.*

17. Omnes ad vnum communiter tradunt in articulo mortis, etiamsi Sacerdos desit, non posse validè, qui non est Sacerdos, absoluere à peccatis sacramentaliter, quamuis communiter existimetur Sacerdos, & verus Parochus, absolutio tamen est irrita; quia is patitur inhabilitatem, & incapacitatem de iure diuino, secundùm quod Ordini sacerdotali tantùm annexa est iurisdictio requisita ad eam absolutionem impendendam, vt per text. *in c.verbum, de pœnit.dist.1.* Conc.Trid. *sess.14. de Sacramento pœnitentia, can* 10. Sanchez *lib.3. de matrimonio, disp.22. n.27.* quamuis contrarium teneat Bonacos. *commun. opin.tom.1.lib.1. tit.13. n.9. vers.sed si quis, pag.*206. sed decipitur omnino: non enim præstatur iustè, & validè absolutio sacramétalis à non Sacerdote, vt obseruant Sotus *in 4.dist. 18.q.4.art.concl.2. & 3* Nauar. *in cap.1 in principio, à n.74 de pœnit.dist.6.* post glossam *verb.mortis, in fine, in cap pastoralis, § præterea, de offici. Ordinarij:* vbi etiam Felin. *n.3.vers.licitum est* Optimè Viual. *in candel.tit.de absolutione, n.74. in tit.de confessione, ex n.30.* Victor. *in summa, etiam de confessione, n.143.*

Nec obstat communem errorem, & titulum operari validitatem eorum, quæ fiunt per incapacem, quando incapacitas procedit de iure humano; nimirum quando absolutio sacramentalis impenditur à Sacerdote, qui communiter censetur proprius Parochus ipsius pœnitentis, qui re vera non est talis propter aliquod impedimétum iuris humani, puta quia titulum beneficij parochialis sibi legitimè collatum ipso iure perdidit ob adeptionem alterius beneficij incópatibilis; vel propter aliud simile impedimétum, quia in hoc euentu interuenit communis error, & titulus præsumptus, & impedimentum est solius iuris humani; & ideo valent gesta per habentem titulum putatiuum, quoniam ius Pontificiú, & ius ciuile supplet illum defectum, propter publicam vtilitatem, cóceditque iurisdictionem: non potest auté supplere defectum iuris naturalis, & diuini, cùm inferior careat potestate, & Ecclesia nequeat aliquid mutare in substantialibus Sacramentorum, vt colligitur ex Conc.Trid. *sess.21.de sacram. Eucharistia, c.2.* ibi, *Declarat hanc potestatem,* &c. & tenet Abbas *in c.2. in fine, de presbytero non baptizato,* & alij, quos referens sequitur Mase. *de probat.concl.649.n 98. & 99.* Sanch. *de matrimonio, lib.3 disp.22 sub n.27.* & Barbos. *de offic. & potest. Episcopi alleg 2.n.12. & 13.*

18. Similiter absolutio sacramentalis inter absentes per litteras præstita, nullius est momenti; vt coram Clemente Octauo propositum fuit, ac responsum, etiam si Confessarius priùs præsentis confessioné audiuisset, vt per Card.Tolet. *in súma, lib.3.c.6.* Valent. *p.3.disp.7 q. 11. punct. 1. §. quod autem,* Soar. *tom.4.disp.19. sect.3.n.7.* & Ægid. *de Sacrament. & censur.tom.2.disp.4.n.69.* Res namque sic se habuit:

In generali Congregatione sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico in Monte Quirinali coram S. D.N. Clem. diuina prouidentia Papa VIII. proposita fuit quæstio, vtrùm liceat per litteras, seu internuncium Confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutioné obtinere? Sanctissimus D.N. auditis votis Patrum Theologorum, & re cum Illustrissimis, & Reuerendissimis DD. Cardinalibus contra hæreticam prauitatem Generalibus Inquisitoribus, maturè, ac diligenter considerata, hanc propositionem, scilicet licere per litteras, seu internuncium Confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere, ad minus ita falsam, temerariam, & scandalosam damnauit, ac prohibuit, præcepitque, ne deinceps ista propositio publicis, priuatisque lectionibus, concionibus, & congressibus doceatur, néve vnquam tanquam aliquo casu probabilis defendatur, imprimatur, aut in praxim quouis modo deducatur, quòd si quis illam docuerit, defenderit, imprimi fecerit, aut de ea etiam disputatiuè tractauerit (nisi forsan impugnauerit) vel ad praxim directè, seu indirectè deduxerit, præter excommunicationem

latæ sententiæ, quam ipso facto incurrat, à qua non possit, prærerquam in articulo mortis, ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, etiam S. R. Ecclesiæ maiori Pœnitentiario, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice absolui, aliis etiam pœnis pro arbitrio infligendis subiaceat. Quintilianus Adrianus Not. Publicata fuit Romæ 19. Iunij 1602. Praxis Episcopalis *p. 2. cap. 1. de iurisdict. for. pœnit.* illam ad verbum refert *fol. 91. num. 41.* & Prosper. de Augustino *in addit. ad Stephanum Quarantam in summa Bullarij, verb. confessio sacramentalis, pag.* 202. De ea agunt Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 6. cap. 1. num. 5.* & Ægid. *de Sacrament. & censur. tom. 2. disp. 4. num. 68.* & de excommunicatione lata contra asserentes confessionem, & absolutionem inter absentes per litteras posse fieri, meminit Barbos. *de offic. & potestat. Episc alleg. 50. n. 163. vers. sexagesimasexta.*

19. Iure etiam communi communiter receptum est in generali Vicarij concessione non contineri ea, quæ speciale requirunt mandatum, *cap. qui generaliter, de Procuratoribus, lib. 6.* etiam si adsit clausula, dantes, & concedentes ei plenam, & liberam potestatem, argum. text. *in l. procurator cui, ff. de procurat.* atque ita requiritur expressio specialis eorum, quæ in generali mandato non continentur, qualis est facultas absoluendi à reseruatis per Episcopum, quæ in generali concessione non venit. *c. penultimo, de pœnit. lib. 6.* & Galet. *in margarita casuum conscientia, verb. Vicarius, penult.* vt dixi *supra in hoc §. n.* 16. Quemadmodum nec specialiter commissa Episcopo, seu delegata Vicarius cognoscere potest. Abbas *in cap quoniam, num. 15. de officio delegati,* Praxis Episcop *p. 1. verb. Vicarius, § 21. dub. 4* Sbroz *lib. 2. quæst. 36. num. 3. & quæst. 135. num. 1. & quæst. 177. num. 5.* Campanil. *in diuersor. iur. Canon*
20. *rubr. 11. cap. 23. num. 148.* ex quo sequitur non posse Vicarium sine speciali concessione absoluere ab irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto occulto procedentibus; eo quia hæc potestas facta fuit Episcopo, & sine eius concessione Vicarius generalis non potest aliquid exercere: vt enim apparet ex verbis Concilij *in d. cap. licet,* ibi: *aut Vicarium ad id specialiter deputatum.* Ergo non competit hæc facultas Vicario generali ex officio, ita Sbroa *de Vicario Episcopi lib 2. q. 19. num. 2. & q. 179. num. 1. & q. 184 num. 1.* Vgolin. *de potestate Episcopi, cap. 4. §. 7. n. 2.* & Suar. *de censuris, disp. 41. sect. 2. num. 8.*

21. Sed illud dubium sine dubio adhuc meritò tractandum est, an in articulo mortis, quando dicitur posse quemlibet Sacerdotem absoluere à quibuscumque peccatis, ita vt nulla sit reseruatio pro eo articulo, vt habetur *sess. 14. cap. 7. Concil. Trident.* id habeat locum, quando de facili superior haberi potest? Affirmat Emmanuel de Sà *verb. absolutio, num.* 3. Fr. Emmanuel *in summa, part. 1. cap. 59. conclus. 3.* & Nauarr. *cons. 23. de pœnit. & remiss. per totum,* præcipuè *num.* 3. incipit, *An possit ex eo,* quia Concilium Tridentinum *dict. cap. 7.* dicit absolutè omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibusuis peccatis, & censuris absoluere posse in articulo mortis, & videtur teneri, Henriquez *lib. 6. de pœnit. cap. 11. num. 4. & num. 6. & 8.*

Sed verius est quando adest superior, vel Parochus, vel quilibet Sacerdos approbatus, vel de facili potest haberi, non posse quemlibet Sacerdotē in periculo vero probabili, aut in mortis articulo absoluere à quibusuis peccatis, & cēsuris, ita Sotus *in 4. dist. 18. q. 4. art. 4.* Viuald. *in Candel. aureo, tit. de absolutione, n. 61.* Valent. *tom. 4. disp. 7. q. 10. puncto 2.* Molin. *de iustitia, tom. 4. disp. 63. n. 7.* Ducuntur, quia Concilium Tridentinum *in eo c. 7.* ait esse custoditum semper in Ecclesia, vt quilibet Sacerdos possit absoluere in eo articulo; quocirca ius nouum non promulgauit, nec decreuit, sed approbauit consuetudinem: quæ consuetudo solùm habuit locum, vt quilibet Sacerdos possit absoluere à quibusuis reseruatis, quando non habet superior, cui casus illi reseruantur: item quia Tridentinum vult hoc priuilegium concedi ratione necessitatis, ne infirmi moriantur sine confessione. Ergo si de facili potest haberi prædictus recursus, non datur imminens necessitas, & ex consequenti quilibet Sacerdos nequit absoluere, Vgolinus *de censuris tabul. 1. cap. 4. §. 5. num. 2.* Soar. *tom 4. disp. 26. sect. 4. num 4. & tom. 5. disp. 22. sect. 1. num. 62.* Azor *tom. 1 lib. 8. instit. moral cap. 19. quæst. 5.* & Zambran. *de casibus articuli mortis, cap. 4. dub. 4. à numero 3.* vbi dicit contrariam sententiam esse improbabilem, & *num.* 12. addit absolutionem aliter datam in eo mortis articulo esse nullam ex defectu iurisdictionis.

Quare si quis positus in eo periculo, vel articulo mortis habeat casum Episcopo reseruatum, & de facili possit recurri ad illum, est adeundus pro absolutione. Contrà verò si casus est reseruatus Summo Pontifici, non est adeundus Episcopus, si non est recursus ad Pontificem, nisi fuerit percussio Clerici Papæ reseruata, cuius absolutio in hac necessitate, in qua non est recursus ad Pontificem, conceditur Episcopo, *cap. ea noscitur, & cap. de cætero, de sentent. excommunicat.* vbi dicitur excommunicatum ob clerici percussionem, si propter capitales inimicitias, aut aliud impedimentum legitimum, non possit adire Sedem Apostolicam pro absolutione, posse ab Episcopo absolui sub iuramento, vt cessante morbo, vel impedimento se præsentet superiori, Henriquez *lib. 6. de pœnit. in summa cap. 11. num. 5.* Molin. *de iustitia, tom 4. tract 3 disp. 63.* Sayr. *de censur. lib. 3. cap. 28. num. 38.* Bonacin. *eodem tractatu, disp. 2. q. 4. punct. 5. num. 3 vers. tertius,* & Sanchez *in præcepta Decalogi, lib. 2. cap. 13. num. 9 & num. 24.* & alij, quos referens sequitur Barbos. *in d. cap. de cætero 11. de sentent excommunic. num. 2. & num. 5.*

Idem dicendum est in casibus reseruatis Papæ, si fuerint occulti: tunc enim in hac necessitate, in qua non est recursus ad Pontificem, recurrendum est ad Episcopum: quin imò quamuis de facili potest adiri Papa, adeundus est Episcopus, si ad illum est recursus; cùm iure ordinario possit virtute Tridentini absoluere de occultis, Sanchez *d. cap. 13. num. 9.* cum aliis, vbi *num.* 10. addit non posse simplicem Sacerdotem absoluere à reseruatis præsente Parocho, vel alio Sacerdote approbato ab Episcopo. Quinimò nec præsente Sacerdote in alia Diœcesi Parocho, aut approbato ad audiendas confessiones, quia non est omnino simplex Sacerdos, cùm sit alicubi approbatus, Soarez *dict. disp. 26. sect. 4. num. 4.* & Zambran. *de casibus in articulo mortis, in cap. 4. dubio 4. num.* 16.

Quòd si cōtingat adesse simplicē Sacerdotem, & Sacerdotes excōmunicatos vitādos, simplex Sacerdos debet præferri, & excipere confessionem, cùm non sit impeditus. Præsentibus denique Sacerdote habente priuilegium absoluendi à reseruatis, & alio Sacerdote exposito, qui careat hoc priuilegio,

Soarez

Soarez 4 *tom. disp.* 30. *sect.* 3. *num* 5. & Henriquez *lib.* 6. *de pœnit. cap.* 10. *num.* 1. *in commento litera D.* volunt posse expositum Sacerdotem præferri priuilegium absoluendi à reseruatis habenti, quoniam in eo tempore nulla est reseruatio. Contrarium tamen vult Sanchez *supra n.* 11. quia in eo articulo ratione necessitatis tollitur omnis reseruatio, quæ necessitas præsente Sacerdote, qui potest ex priuilegio absoluere, cessat; sed hoc non omnino placet: nihilominus est magis tutum, quamuis Sanchez *de matrimonio, lib.* 2. *disp* 40. *num.* 8. non quia magis tutum, sed quia magis certum sequitur, post Cordubam *in summa quæst.* 18. *punct.* 2. *dicto* 1.

22. Superioribus consequens est attingere quotidianum dubium, an possit absoluere à censuris Summo Pontifici reseruatis, qui potest absoluere à casibus illius? Dico primò, quando conceditur generalis facultas absoluendi à casibus Papæ reseruatis sub ea concessione, non comprehendi casus Bullæ Cœnæ, quamuis expressè non excipiantur, vt per Couar. *in cap. Alma mater* §. 2. *num.* 7. & Nauarr. *in summa cap.* 27. *num.* 254 quos referens sequitur Graff. *lib.* 4. *decis. cap.* 18. *num.* 2. Ratio, quia censuræ illæ ex more, & stylo ab Ecclesia seruato habent specialem reseruationem & grauitatem, cuius respectu semper videntur excipi. Soarez *de censuris tom.* 5. *disput.* 7. *sect.* 5. *num.* 11. Nam quando non fit mentio specialis illorum casuum Bullæ, nihil potest Confessarius, eo quòd indigent speciali concessione, & expressa facultate absoluendi, vt vltra prædictos vult Aloys. Ricc. *in praxi aurea resolut.* 333.

Dico secundò. In concessione omnium censurarum Papalium, quæ continentur in Bulla Cœnæ, non intelligitur comprehensa censura ob hæresim externam. Couarr. *in cap. Alma mater* 1. *part.* §. 11. *num.* 15. Nauarr. *cap.* 27. *num.* 275. Graffis *d. lib.* 4. *decis. cap.* 15. *num.* 25. Vgolin. *tab.* 1. *de censur. cap.* 13. §. 4. *num.* 10. & Henriquez *lib.* 3. *de pœnit. cap.* 16. *num.* 2. Ratio, quia causa fidei per generalem concessionem non datur delegato, nisi exprimatur gloss. recepta *in cap Fr noster.* 16 *q.* 2. Iuuat Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 6. vbi nisi expressisset casum hæresis, non comprehenderetur in clausula generali illius capitis, in quo fit potestas Episcopis; quia certum est, quòd speciales casus non intelligitur sub generali clausula, & præsertim in mandatis, & commissionibus, iuxta *cap. quid agendum, de procuratoribus*, in 6. Soarez tamen *de censuris disp.* 7. *sect.* 5. hanc partem *num.* 12. credit veram; comprehendi autem sub illa generali clausula casum hæresis putat probabile; quod priuilegium Principis latissimè est interpretandum ex *cap. quamuis plenissima, de præbendis in* 6.

Porrò Sotus *in* 4. *dist* 22. *q.* 2. *art.* 3. *post quintam conclusionem in* 1. *casu Cœna, in fine*, affirmat posse hæreticum absolui per Bullam Cruciatæ concedentem casus Bullæ Cœnæ, esto non fiat expressa mentio hæresis Idem tenet Cordub. *in summa q.* 8. quando hæresis est occulta. Idem hi duo asseruerent de Iubileo continente similem clausulam Bullæ Cœnæ. Nihilominus oppositam sententiam defendimus cum Doctoribus in principio allegatis, quibus accedunt Sanchez *in præcepta Decalogi lib.* 2. *cap.* 12. *num* 10. vbi ait hoc est certissimum, Simanchas *de Catholicis institut. tit.* 3. *num.* 2. Rojas *de hæreticis* 2. *p. assertione* 39 *num.* 311. *& de priuilegijs Inquisitorum num.* 416. Gutierrez *de Canon. quæst. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 26. Azor *tom.* 1. *lib.* 8. *institut. moral. cap.* 10. *quæst.* 12. *& cap.* 19. *quæst.* 2. Ceuallos *in communi opinionum tom.* 3. *quæst.* 802. *num.* 67. Auila *de censuris* 2. *part. cap.* 7. *disp.* 1. *dub.* 7. *conclusione* 2. & multi alij, quos hi referunt, & Manuel *in addit. ad Bullam* § 9. *num.* 66. ex illo vulgari fundamento, quia in concessione generali non veniunt ea, quorum absolutionem verisimiliter delegans non concessisset, *cap. in generali, de regulis iuris in* 6. talis est hæresis. Ergo intentum; præterea de hoc est motus proprius Gregorij XIII. quem ad verbum recitat Manuel *vbi supra.*

Dico tertiò. Habens facultatem absoluendi à casibus Summo Pontifici reseruatis, potest absoluere à censuris reseruatis eidem. Peccata enim Summo Pontifici reseruata censētur reseruata illi ratione tantùm censuræ: proinde ablata censura, quilibet Sacerdos potest absoluere à peccatis, etiamsi non habeat facultatem absoluendi à censuris, & à casibus reseruatis, Bonacina *de censur. disp.* 1. *q.* 3. *punct.* 1. *in fine.* Eodem modo, qui habet à Summo Pontifice facultatem absoluendi ab omnibus censuris, potest absoluere à casibus reseruatis, quoniam huiusmodi priuilegium frustraneum esset, si nequiret absoluere à censuris Papæ reseruatis, eo quòd quilibet Sacerdos approbatus iure communi habet potestatem absoluendi à censuris non reseruatis. Azor 1. *part. lib.* 8. *cap.* 10 *quæst.* 12. verba enim generalia sunt intelligenda generaliter, Bonacina *dict. quæst.* 3. *num.* 11.

His adde affinem quæstionem satis dubiam, nimirum, an facultas absoluendi generaliter concessa à Summo Pontifice ab omnibus casibus, & censuris eidem reseruatis extendatur ad casus, & censuras Episcoporum, quas ipsi in specie sibi reseruarunt? Nauarr. *in cap. ita quorundam, notab.* 11. *num* 35. *de Iudæis*, vult Confessarium, qui habet facultatem absoluendi ab omnibus excommunicationibus iuris, & Bullæ Cœnæ Domini, non posse absoluere ab excommunicationibus Episcoporum, nisi ad id habeat speciale mandatum, & legitimam facultatem absoluendi ab ipsis Episcopis; ex eo fundamento, quia Summus Pontifex non intendit præiudicare Episcopis, sed solùm concedere facultatem absoluendi ab iis, quæ ad se pertinent, sicut cùm Papa promulgat legem generalem, non intendit derogare consuetudinibus particularibus, nec legitimis, & approbatis, nec etiam statutis Episcoporum, *cap.* 1. *de constit. lib.* 6. *& cap. super eo, de offic. & potest. ind. deleg. verb. Præiudicium generare*, vbi notatur, quòd Papa non intendit tertio præiudicare, Perez *l.* 1. *gloss.* 1. *col.* 1 *vers præterea, titulo* 5. *lib.* 3. *Ordin.* etiam in minimo. Tiraquel. *de indicio in rebus exiguis vers.* 61. *pag.* 42 quamuis habeat clausulam de plenitudine potestatis, quæ non operatur in alterius præiudicium, Seraphin. *decis.* 1082. *num.* 8. & alij, quos refert ac sequitur Barbosa *in remiss. de dictionibus, & clausulis, clausula* 19. *num.* 10. 23.

Contrarium tamen, posse scilicet Confessarium, qui habet à Summo Pontifice facultatem generalem absoluendi ab omnibus censuris Sedi Apostolicæ reseruatis, absoluere etiam à casibus in specie Episcopis reseruatis est probabile, ex eo quòd Summus Pontifex habet super omnes fideles iurisdictionem immediatam, quoad omnia spiritualia prout habetur *in Extrauagante, Vnam sanctam, de maior & obed.* quæ iurisdictio à nemine potest tolli eidem, vel diminui, *c. cùm à per mundum*,

cap. per principalem 9. quaest. 3. item Summus Pontifex potest ex causa iusta limitare, & coarctare iurisdictionem Episcopis, & de casibus ab Episcopis reseruatis disponere; quia secundùm veriorem ipsi habent iurisdictionem de iure humano, & Ecclesiastico, & illam accipiunt immediatè à Papa, non verò à Christo Domino, vt docet Henriquez *lib. 3. de poenit. cap. 11. num. 2. & c. 5. num. 5.* ex D. Thoma 2. 2. *quaest. 184. artic. 6. ad primum*, & clariùs *in additionibus, quaest. 40. art. 4. & in 4. distinct. 19. quaest. 1. artic. 1. quaestiunc. 3. & distinct. 20. quaest. 4. artic. 3. quaestiunc. 3. & 2. 2. quaest. 39. artic. 3.* sic ait: *Iurisdictio Episcoporum pendet à Papa in fieri, & conseruari, qui potest eam restringere, & auferre.* quam sententiam, hoc est, semper à Papa iurisdictionem deriuari in reliquos Episcopos, docent communiter hodie ex Theologis Ledesma 2. 4. *quaest. 26. articul. 3. & quaest. 42. art. 4.* Corduba *lib. 4. quaest. 14. ad finem*, Durandus *distinct. 24. quaest. 5.* Bonauentura *distinct. 25. quaest. 2.* Maior *in 4. distinct. 24. quaest. 3.* qui tamen *distinct. 17. quaest. 7.* tradit Episcopos, & Parochos esse de iure diuino; sed hoc intelligi debet de Episcopis, & Parochis in communi, P. Fagundez *in secundo praecepto lib. 7. cap. 1. num. 25.*

Quare cùm haec ita sint, & reseruandi potestas non pertineat ad essentiam Ordinis Episcopalis, neque ad iurisdictionem necessariam ad absoluendum, sed ad iurisdictionem externam gubernationi Ecclesiasticae accommodatam, & ad disciplinam fidelium, Episcopi iure proprio, sed à Romano Pontifice dependente possunt casus reseruare: atque ita concedens Papa facultatem absoluendi ab omnibus casibus, & censuris sibi reseruatis, videtur comprehendisse casus, & censuras, quas Episcopi in specie sibi reseruarunt: quo fundamento Nauarrus *in dict. manuali, cap. 27. num. 263.* docet Confratres Sanctissimae Trinitatis posse absolui à casibus, & censuris Episcoporum, illis minimè requisitis, per virtutem cuiusdam priuilegij, & Bullae eisdem sodalibus concessae à Gregorio XIII. in qua Confratribus facit facultatem eligendi Confessarios ab Episcopo approbatos, qui aliquoties certis temporibus anni possint illos absoluere ab omnibus, & quibuscumque casibus, etiam Bullae Coenae Domini Sedi Apostolicae reseruatis, etsi reseruatio Episcopalis concurrat cum reseruatione Papali. Fundamentum est, quoniam concesso maiore, censetur concessum minus, etiam quando minus est eiusdem rationis cum maiori, & in illo includitur, per regulam, *Cui conceditur, de regul. iur. in 6.* & ideo id procedit, quia reseruatio Episcopalis includitur semper in Papali, sicut iurisdictio Episcopalis dependet à Pontifice, & vtraque reseruatio est actus iurisdictionis, quae sententia de consuetudine potest admitti, censetur enim sublata reseruatio Episcopalis, quoties reseruatio Papae per Bullam, aut Iubilaeum aufertur, vt vult Henriquez *lib. 6. de poenitentia, cap. 14. n. 9.* & Saa *verb. casus reseruati, n. 3.* ibi, *Sublata reseruatione Papae, intelligitur etiam Episcopis sublata*, sequitur Toletus *lib. 3. summa, cap. 14. num. 2.* & Graffis *decis. lib. 1. cap. 13. num 58. §. praeterea*, quibus accedunt P. Fagundez *in 2. praecepto Ecclesiae, lib. 8. cap. 1. num. 7.* & Suarius *de Religione, tom. 4. lib. 9 cap. 2. num. 14. & 15.* clariùs *vers. nihilominus, & vers. vnde ad rationem*, vbi concludit Pontificem concedendo omnes casus etiam sibi reseruatos, concessisse omnes à quibus ipse potest absoluere: atqui Papa potest absoluere ab omnibus reseruatis, quos Episcopi sibi reseruant: ergo concedit per illa verba ab omnibus casibus Sedi Apostolicae reseruatis facultatem absoluendi à reseruatis Episcopo. Neque in hoc aufert Episcopo suum ius, sed vtitur iure suo, quod habet ad absoluendum ab illis peccatis per se, vel per delegatos suos, & ita docuit idem Suarius *de censuris, disp. 7. sect. 5. num. 15.* quae sententia tamquam vera mihi maximè placet.

A quibus possit absoluere Episcopus, & in quibus dispensare virtute cap. 6. sess. 24. Concilij Tridens.

§. IX.

EPITOME.

1. *Facultas absoluendi, & facultas dispensandi in omnibus irregularitatibus prouenientibus ex delicto occulto, conceditur Episcopis.*
2. *Quinam veniant nomine Episcoporum, vt absoluant à casibus occultis, & an veniat Capitulum Sede vacante?*
3. *Abbates, & alij Praelati habentes iurisdictionem Episcopalem, vel quasi, non possunt absoluere à casibus occultis, & quid de Praelatis regularibus?*
4. *Archiepiscopi non possunt absoluere à casibus occultis subditos Episcoporum suffraganeorum.*
5. *Subditorum Episcopi nomine veniunt vagabundi, peregrini, & mercatores.*
6. *Verba* in d. cap. 6. *in foro conscientiae & in dioecesi sua, quid importent?*
7. *Episcopi an possint dispensare cum homicidia voluntario ad suscipiendos Ordines, vel administrandum in susceptis?*
8. *Episcopi an possint dispensare cum homicidia ita occulto, vt nequeat probari?*
9. *Homicidium voluntarium directè, & indirectè quale sit?*
10. *Occultum delictum dicitur illud, quod est contra publicum, vel quod non est publicum.*
11. *Occultum delictum delatum ad forum contentiosum eo ipso non est publicum.*
12. *Occultum vnico teste probatum semiplenè an dicatur publicum?*
13. *Episcopus an possit dispensare cum delinquente postquam est punitus?*
14. *Delictum quando scitur à quinque, vel sex, an possit dici occultum quoad effectum dispensandi, seu absoluendi.*
15. *Altero socio confitente crimen, & altero negante, quid fiet?*
16. *Episcopus potest dispensare quando actus fuit publicus, si tamen est occultum, quòd actus subijciatur censuris.*

DVO *in cap. 6. de reformat.* conceduntur Episcopis non quibuscumque, sed iis duntaxat, qui habent subditos, & propriam Dioecesim, non autem Episcopis titularibus, vt constat ex *eodem cap.* ibi, *quoscumque sibi subditos in Dioecesi sua*, Suarez *tom. 5. in 3. partem, disp. 41. sect. 2. n. 7.* nimirum facultas absoluendi in foro conscientiae subditos suos in sua Dioecesi, à quibuscunque casibus occultis, nec deductis 1.

ductis ad forum contentiosum: & hoc per se ipsos, vel per Vicarios ad id specialiter deputandos. Item facultas dispensandi in quibuscumque casibus, & irregularitatibus ex delicto occulto, nec deducto ad forum contentiosum prouenientibus, excepto homicidio voluntario.

2\. Nomine autem Episcoporum veniunt Episcopi terrarum, in quibus Concilium Tridentinum est receptum, Suarez *d. disp.* 41. *sect.* 2. *n.* 6. Et sufficit, quòd Episcopi sint electi, & confirmati, quamuis nondum sint consecrati, quia iuxta omnes illis competunt ea, quæ sunt iurisdictionis, vt docent Cened. *collectan.* 4. *ad Decretales, n.* 3. Manuel *de regularibus, tom.* 1. *quæst.* 61. *art.* 9. & Suarez *de censuris, disp.* 41. *sect.* 2. *num.* 7. *&* *tom.* 4. *in* 3. *partem, disp.* 30. *sect.* 2. *num.* 4. esto nondum sint Episcopi Sacerdotes, eo quòd non exigitur ad hanc absolutionem confessio Sacramentalis, sed sufficit absolutio ab excommunicatione, quæ impendi potest à non Sacerdote, Sanchez *lib.* 8. *de matrimon. disp.* 34. *n.* 29. Venit etiam Capitulum Sede vacante nomine Episcopi; & ideo poterit exercere omnia, quæ *in d. cap.* 6. competunt Episcopis, cùm in omnibus ferè Capitulum Sede vacante fungatur vice Episcopi, & ideo huic sententiæ acquiescunt, Henriquez *lib.* 14. *de irregularitate, c.* 18. *n.* 2. *& c.* 20. *n.* 1. *& lib.* 6. *de pœnit. c.* 16. *n.* 1. Aragon 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 12. *col.* 7. *concl.* 5. *fol.* 1042. & Cenedo *collect.* 4. *ad Decretales, num.* 3. Ducuntur, quia quamuis hoc iure speciali Tridentini competat Episcopis, & Capitulum non succedat in iis, quæ spectant ad Episcopum iure speciali, vt tradunt Innocentius *in cap. cùm in cunctis, num.* 7. *de elect.* & Abbas *in c. verùm, num.* 9. *de foro competente*; id tamen verificatur de iis, quæ pertinent iure speciali delegato, seu ex commissione ad Episcopum. Cùm ergo omnia, quæ *in prædicto c.* 6. continentur, competant Episcopis iure ordinario speciali, & potestas, quæ competit non personæ, sed dignitati, perpetuò est ordinaria, vt docet Bartol. *l. ambitiosa, num* 34. *ff. de decret. ab ord. fac.* Bald. *in cap. final. num. vnico, de offic. ordin.* & *ibi* Imol. *ad finem*, & Couar. 3. *variar. cap.* 20. *num.* 6. *& num.* 9. *in fine*, transit illa in Capitulum non tanquam delegata, sed tanquam ordinaria, quatenus iure ordinario competit Episcopis, vt post Concilium volunt Matienzo *lib.* 5. *recopil. tit.* 4. *l.* 14. *gloss.* 1. *num.* 47. Molina *tom.* 1. *de iust. disp.* 250. proinde potestas quæ competit Episcopis ad absoluendum, & dispensandum circa omnes casus occultos, nec deductos ad forum contentiosum, competit quoque Capitulo Sede vacante, quamuis neget Suar. *de censuris, disp.* 41. *sect.* 2 *num.* 13. nixus declaratione Congregationis Cardinalium hanc facultatem solis Episcopis priuatiuè quoad omnes alios tribuente, quia de illa declaratione non constat authentice; ergo cùm in omnibus ferme Capitulum Sede vacante succedat Episcopo, etiam succedit in contentis *in prædicto cap.* 6.

3\. Pro Abbatibus, & aliis Prælatis propriam Diœcesim habentibus, & iurisdictionem quasi Episcopalem in ea sine Episcopo, stat hoc decretum, posse scilicet illos absoluere à casibus occultis comprehensis *in sess.* 24. *cap.* 6. *de reformat.* ita Sayr. *in claui regia, lib.* 6. *cap.* 11 *num* 83. *fine*, & Auila *de censuris, in part.* 7. *disp.* 10. *dub.* 6. Et expressè in causa hæreseos tradit Manuel 2. *tom. summ. cap.* 10. *n.* 6. *concl.* 6. Id tamen negant Cenedo *collectan.* 4. *ad Decretales, num.* 3. & Suarez *de censuris, disp.* 41. *sect.* 2. *num.* 7. competere illis; sed meliùs, & probabiliùs conuenire eisdem Abbatibus, ac Prælatis prædictis, credit Sanch. *de matrimonio lib.* 8. *disp.* 2. *n.* 12. quia Decretum Tridentini est fauorabile *in d. c.* 6. & ideo ampliandum, vt docet Henriquez *lib.* 10. *de Sacramento Ordinis, cap* 20. *num.* 2. & Fr. Manuel *de regularibus, tom.* 1. *quæst.* 61. *art.* 9. Iuuat Suarez *tom.* 4. *in* 3. *partem, disp.* 3. *sect.* 2. *num.* 6. dum ait territorium horum Abbatum, & Prælatorum semper contineri sub finibus alicuius Episcopatus, respectu cuius censentur subditi omnes ibi morantes quo ad casus concessos in decreto Concilij, quamuis quo ad ordinariam iurisdictionem solis suis Prælatis subiiciantur. Sequitur Auila *de censuris* 2. *part. cap.* 7. *disput.* 1. *dub.* 11. *vers. ex dictis sequitur.*

Quoad Prælatos regulares Religionum exemptarum, videtur competere potestas Decreti Tridentini *in illo c.* 6. eisdem superioribus etiam localibus erga suos subditos, vt vult Manuel *de irregularibus, tom.* 1. *quæst.* 61. *art.* 9. ratio quia funguntur iurisdictione quasi Episcopali in suos subditos, & dispensant in ieiuniis, ac votis subditorum, & aliis præceptis ratione sui muneris, sicut Episcopi cum suis subditis. Azor. *instit moral. tom.* 1. *lib.* 7. *cap.* 29. *quæs.* 6. Probat Nauarrus *cons.* 36. *in* 2. *edit. tit. de tempor. ordin. num. vnico, & in summ. cap.* 12. *num.* 75. quia sunt Pastores ordinarij suorum Religiosorum, sicut est Episcopus sæcularium.

Probabilius tamen est non comprehendi sub nomine Episcoporum Prælatos regulares in eo Tridentini decreto, secluso omni priuilegio, quia decretum nomine Episcoporum non intelligit, nisi habentes iurisdictionem in aliqua Diœcesi sibi subdita, vt constat ex *eodem c.* 6. Tridentini ibi, *Quoscumque sibi subditos in Diœcesi sua.* at illi Diœcesim non habent. Atque ita nequeunt absoluere etiam sui ordinis Generales ab hæresi subditos sibi, Sanchez *in præcepta Decalogi, lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 7.

Quid ergo de Archiepiscopis? Certi iuris est non habere iurisdictionem ordinariam in subditos suffraganeorum, nisi dum actu visitant; tunc enim possunt absoluere à casibus concessis Episcopo *in eo c.* 6. *Tridentini*; & censetur illa Diœcesis tanquam sua, & funguntur in ea iurisdictione Episcopali, Suar *tom.* 4. *in* 3. *part. disp.* 30. *sect.* 2. *n.* 8. *& tom* 5. *disp* 41. *sect.* 2. *n.* 12. vbi subdit hoc procedere quo ad absolutionem à reseruatis quo ad forum pœnitentiæ, non autem quo ad dispensationem in irregularitatibus, quæ non ordinatur ad forum sacramentalem. Et quamuis posse dispensare Archiepiscopum, dum visitat cum subditis Episcopi suffraganei, doceant Henriquez *lib.* 14. *de irregularitate, cap.* 18. *num.* 13. & Auila *de censuris, part.* 7. *disp.* 10. *dub.* 6. post primam conclusionem; verius est non posse nisi tantùm absoluere à peccatis in ea Diœcesi, vt apparet ex *cap. final. de censibus in* 6. ibi, *Potest etiam idem Archiepiscopus, dum visitat, subditorum suffraganeorum confessiones audire, ac absoluere confitentes, & ipsi pœnitentias iniungere.* Ex quibus verbis ostenditur non posse dispensare, nisi tantùm absoluere, cùm illi nihil in ea Diœcesi detur præter sibi specialiter concessa: quocirca hanc partem volunt Suarez *tom.* 5. *in* 3. *partem disp* 41. *sect.* 2. *n.* 12. *& tom.* 2. *de Religione, tract. de voto, lib.* 6. *c.* 10. *num.* 9. & alij, quos refert, ac sequitur Sayr. *in claui, lib.* 6. *c.* 11. *n.* 80. 4.

Posse verò Archiepiscopum Episcopos suffraganeos absoluere, & liberare votis, sicut cum subditis suis potest dispensare, tradunt Paludan. *in* 4. *dist.* 38. *q.* 4 *art.* 4. *conclus.* 8. *n.* 46. Antonin. 2. *p. tit.* 11.

c.2.§.9. vers. item non potest, Hentiquex *lib. 14. de irregularitate c.18.n.3.* & Auila *de censuris 2. p.c. 7. disp. 1. dub. 10. conclus. 3.& p.7.disp.10. dub.6. notab. 2. circa primam conclusionem*; limitat tamen vtroque loco id procedete, quando visitat; sed reliqui loquuntur indistinctè. Et Syluester *in summa verb. Archiepiscopus statim in principio*, subdit posse cognoscere de cautis Episcoporum suffraganeorum, eósque punire.

5 Nomine verò subditorum Episcopi in prædicto decreto, quinam comprehendantur? certum est comptehendi vagabundos, qui nullibi fixam habitationem babent, & subiiciuntut Episcopo, in cuius Diœcesi inueniuntur, & possunt fateri cuicunque Parocho; quia oon est maior ratio de vno, quàm de alio, cùm nulli subiiciantur, Sanchez *de matrimonio lib. 3. disp.25 num.4. & 5.* Suar. *tom.4 in 3.p. disp.30. sect.1. num. 3.* & Henriquez *lib.11 de matrimonio c.3 num. 3.* vbi vocat vagum, qui pristinum domicilium omnino deserens, amisit, & iter agit, aut nauigat animo acquirendi nouum, quia sine domicilio est, & nullibi certam sedem, & domicilium habet, Sanchez *in d. lib.3 disp.24 n.2.*

Qui etiam peregrini, mercatores, & scholastici Diœcesim habentes possunt absolui per Episcopum alienæ Diœcesis, in qua tunc teperiuntur à casibus in eo Decreto Concilij concessis, quamuis post breue tempus in diœcesim sint reuersuri; nec exigitur, vt in ea diœcesi moram faciant per maiorem patrem anni, Suar. *de censuris disp.41. sect.2. num 10. & 12* Sanchez *de matrimonio lib 3 disp.23 n 12.& n. 13.& in præcepta Decalogi lib.2.c.11.n 9.*

6. Sequitur difficultas, quid intelligatur in eo decreto Concilij Tridentini *sess. 24. cap. 6.* per ea verba: *In foro conscientia, & in diœcesi sua*? Quæ verba non sunt posita in priori parte capitis, vbi facultas dispensandi in irregularitatibus, & suspensionibus indulgetur. Responde, per verbum *in foro conscientiæ*, non intelligi audiendam esse confessionem, vt Episcopus absoluat ab excommunicatione hæresia, & cæterorum casuum reseruatorum virtute illius decreti; sed in foro conscientiæ velle, vt ea absolutio non prosit pro foro externo, si reus ad iudicium trahatur, vt vult Sanchez *de matrimonio lib. 8. disp. 34 num.29.* & in specie de absolutione ab hæresi vult Soar. *de censur. disp.41. sect.2.n.11.*

Quoad verbum, *in diœcesi sua*, Sanchez *in d. c.11. num. 17.* vult habere hunc sensum, quòd Episcopus possit absoluere quoscunque sibi subditos, & quomodocunque sibi subdantur in diœcesi sua: quia sunt, vel subditi Ordinarij, vtpote qui in ea domicilium habeor, aut quia subditi sunt quo ad solum forum pœnitentiæ, quoniam in sua diœcesi reperiuntur, vel morantur sicuti aduenæ, & peregrini, seu mercatores, vel scholastici.

7. Vt autem singulatim de contentis *in d. cap. 6.* disputetur, operæ pretium duxi, exordiri ab homicidio voluntario, occulto tamen, an possit Episcopus dispensare cum hoc homicida ad Ordines suscipiendos, seu ad ministrandum in susceptis? Pars negatiua ex eo probatur, quod decernitur in Concilio Tridentino *sess. 14. cap. 7. de reformatione*, vbi dicitur homicidam per industriam ab Altari arceri debere, etiam si crimen non probetur iudicialiter, nec publicum sit, sed occultum; nec promouendum ad sacros Ordines, nec licere illi aliqua beneficia etiam non habentia curam animarum, conferre; sed omni Ordine, ac beneficio, & officio Ecclesiastico carere debere, concordat *sess. 24. cap. 6.* vbi conceditur facultas Episcopis dispensandi in omnibus irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, ex excepta aliis deductis ad forū contentiosum; ratio communis, quia cùm sit irregularis homicida, non potest promoueri ad Ordines, secundùm *cap de cætero, de homicidio, & cap. fin de temporibus ordin.* nec item in susceptis ministrare, *cap. suscepimus, de homicidio, cap. 2. de clerico pugn. in duello*, nec obtinere beneficium *d. cap.2. in fin.* Non posse igitur Episcopum dispensare cum homicida voluntario de industria, seu data opera, seu per insidias occidente proximum suum, quamuis delictum sit occultum, vt promoueatur vel ad Ordines, vel vt in eis ministter, vel vt beneficia obtineat, est communis opinio, & sequenda tam in consulendo, quàm in iudicando, quod intellige nec quo ad Ordines minores, neque ad simplex beneficium obtinendum post Concilium Tridentinum. Ita ex nostris Gregor. Valent. *tom.4. disp.7. quæst.19. punct.3. §.5.* Tolet. *lib.1 instruct. Sacerd. cap.31.* Henriquez *lib.14.c.19. §.1. & in commento littera D.* Auila *de censuris p. 7. disp.6. sect.5. dub.3. à prima conclusione fol. mihi 388.* Suarius *de censuris disp.41. sect 2. num.6. & disp.44. sect. 4. num 35.* Idem tradunt Nauarr. *in manuali cap.27. num.194. vers.7. & num.240 vers 4.* & Maiol. *lib.5. cap. 48. num. 11. ad finem*, Viualdus *tract. de irregular. n. 325.* & constat idem ex Concilio Tridentino *d.c.7. sess.14.*

Vnde colliges, non bene dixisse Barthol. Medin. *lib.1. cap vndecimo, §. decimosecundo*, dum docet etiam post Concil. Triden. *d. cap. 7.* posse Episcopum dispensare cum homicida voluntario occulto ad Ordines minores, ductus quòd ibi Concilium dicat, nullo tempore ad sacros Ordines promoueri possit; non aduertens quòd infrà dicat, omni Ordine careat; quod vult dicere, non promoueatur, nec ad minores Ordines. Nec etiam consequenter locutus est doctissimus Martinus de Ledesma *2. 4. q. 26. art. 2. de irregularib. pag. 366. col. 2.* subdens posse Episcopum dispensare cum homicida voluntario ad beneficium simplex, motus arg. *cap secundi, de clerico pugnante in duello*, quia ibi non agitur nisi de homicida casuali; & quamuis hac de re esset altercatio de iure antiquo, hodie post Concilium Tridentinum *d. cap. septimo*, res est certa, & indubia, Sayr. *de censuris lib septimo cap. septimo n. 14.* additque Couar. *in Clemen si furiosus p.2.§.3. num.5 de homicidio*, nullibi probari, posse Episcopum etiam de iure antiquo promouere ad Ordines minores de nouo, nec cum illo homicida dispensare, vt ministret in susceptis, quod etiam priùs dixit Innocent. teste Pauor. *in d.c. 2. de clerico pugnam. in duell.*

8. Quid ergo quando homicidium est ita occultum, vt nullo modo possit probari, quia commissum fuit absque vllo humano teste; Couar. *in Clemen si furiosus, p.2.§.3. num 4 vers. hoc ipsum euidentius, in fine, de homicidio*, opinatur posse Episcopum dispensare cum homicida voluntario occulto omnino per se, ita vt nequeat probari non obstante Concil. Trident. *sess 14. cap. 7.* quoniam Concilium videtur loqui de homicidio occulto per accidens, quòd quamuis sit occultum, potest tamen probari testibus, aut alio iuris remedio; sequitur Angel. *verb. homicidium. quinto quæst. 1.*

Dicen

Dicendum tamen est hanc opinionem esse falsam, eo quòd ex vi verborum Concilij Trident. tam *in hoc cap.* 7. quàm *in cap.* 6. *sess.* 24. loquitur absolutè de homicidio voluntario occulto, & non distinguit inter homicidium probabile, vel improbabile, quando dicit hanc irregularitatem non posse ab Episcopo dispensari, ita Nauar. *in manuali cap.*27.*num.*194.*& num.*240. Maiol. *de irregularitate lib.*5.*cap.*48.*num.*11. Suar. *de censur. disp.*41. *sect.*2.*num.*6. & Sayr. *de censuris lib.*7.*cap.*7. *num.* 19. *fol. mihi* 590. Quam sententiam tradit esse communem Viualdus *de irregularitate num.*325. & sequendam, additque posse opinionem Couarruuiæ admitti in praxim, quod omnino displicet, sicut etiam non placent, qui contra sententiam omnino veram præcipites saltem post Concilium Tridentinum tenent, si qui fortè sunt, non incurri irregularitatem per delictum, siue per homicidium voluntarium ita occultum, vt nullo modo sciri, seu probari possit, nisi per confessionem partis, seu delinquentis, cùm constet per actus omnino occultos contrahi irregularitatem, vt vera tradit opinio. Ita Henriquez *lib.* 14. *cap.* 19. *in principio*, Couarr. *d.*§.3. *num.*4. *vers. deinde illud mihi.* Sayr. *d. num.*19. Additionator *ad Bernard. in practica criminali cap.* 64. Gutier. *lib.*1. *Canon. quæst. cap.*13.*num.*16. Auila *d.p.*7.*disp.*4. *dub.* 7. *conclus.* 1. dicens ex nullo crimine etiam grauissimo induci irregularitatem, nisi sit notorium, excepto homicidio, hoc enim quamtumuis occultum, inducere irregularitatem, probatur ex *cap. final. de tempor. ordin.* iuncta glossa *in verb homicidij*, vbi Gregor. IX. expressè decreuit homicidam, quamtumuis occultum, incurrere irregularitatem, vt *ibi* Doctores communiter notant, & deducitur apertè ex Concilio Tridentino *d.c.*6.*sess.*24.

9. Duo tamen sunt enodanda, vt percipiantur meliùs dicta, & inferiùs dicenda. Primum, quale sit dicendum homicidium voluntarium directè? & homicidium occultum Summo Pontifici reseruatum quo ad dispensationem? Quo ad primum homicidium indispensabile, in quo nempe rarissimè dispensatur, dicitur illud, quod patratur consultò, seu ex industria, & data opera, seu per insidias, seu ex proposito. Ita Nauar. *c.* 27.*n.*240. Garcia *de beneficiis p.*7.*cap.*11. *num.*43. Henriquez *lib.*14.*c.*14. vbi ait homicidium voluntarium illud esse, quod est directè volitum in se, in particulari, aut quando facit id, vnde immediatè, & per se homicidium sequitur, verbi gratia, si venenum propinetur, aut ignis applicetur vino; is enim moraliter occidit; item est homicida voluntarius, qui grauiter cæsim in capite, vel circa præcordia, punctim ferit. Idem expressiùs repetit Sayr. *d cap.*7. *num.*5. *&* 6. & isto modo intelligitur Concilium Tridentinum tam *in sess.* 15 *cap.* 7. quàm *in sess.* 24. *c.* 6. vbi decernitur, vt nunquam dispensetur cum homicida voluntario.

Hinc sequitur non esse homicidium voluntarium, quando patratum fuit absque culpa, vel cum culpa, absque tamen intentione occidendi, atque ita qui percussit mulierem prægnantem, volens percutere leuiter absque animo faciendi aborsum, non est homicida voluntarius. Hæc est contra Calet. 2.1.*q.* 64 *art.*8.*in responsione ad secundum*, & contra Couar. *in Clem. si furiosus* p. 2. *in initio num.* 1. dicentes causantem sic aborsum esse homicidam voluntarium, sed non esse voluntarium directè, sed indirectè, & casu culpabili dicunt meliùs Nauar. *cap.* 27. *in summa n.*240. quem sequitur Ludouic. Lopez *in instruct. conscientiæ p.*2.*cap.*93.*vers. sed si quærat aliquis.* Henriquez *eodem* 14. *num.* 1. Auila *p.*7. *disp.*6.*sectio.*2. tanquam probabilius, & Sayr. *eodem c.*7.*lib.*7. *num.*8. quia, vt sit homicidium voluntarium, exigitur, vt sit commissum ex proposito, vel data opera, sitque volitum in se, seu in causa adeò propinqua, vt rationabiliter, & iustè iudicetur velle homicidium, qui voluit illam causam. Vnde si quis occidat in rixa subita aduersarium, seu autorem rixæ, vel alium, non dicetur homicida voluntarius, sic Henriquez *num.*1. *citato*, *ad finem*, *& in commento littera N.* Sayr. *cit. num.* 8. & Auila *p.*7. *disp.*6.*dub.* 1.*post secundam conclusionem*, §. *præterea dico*, *fol. mihi* 371. vbi refert, ac sequitur Didacum Perez *lib.*8.*ordinamenti tit.* 13. *in rubrica col.* 4. & Emmanuelem Rodriquez *verb. irregularitas c.*179. quia illa occisio magis accedit ad defensionem, quàm ad occisionem, vt docet Sayr. *num.*8.*cit. ad finem*; ideo occisor non est homicida voluntarius in se directè, sed indirectè, & casu, non verò ex proposito, vt dicitur *in Concilio Tridentino d. cap.* 7. quamuis ex lata culpa homicidium commiserit, Henriquez citatus *n.*1.*ad finem.*

Simili modo non erit homicida voluntarius herus, seu dominus mandans leuiter percutere citra deformationem, vel ita percutere, vt non occidat, si mandatarius occidat excedens mandatum, mandans non est irregularis irregularitate homicidio voluntario propriè imposita, & indispensabili; idem dico de homine occidente non intendente occisionem, sed percussionem; quia esto actus ille fuerit peccatum m. agens non intendebat mortem inferre, sed vel percutere, vel iniuria afficere. Ita Nauar. *d. num.* 240. Sayr. *num.*8. *ad finem*, *& conf.* 27. *de homicidio*, Henriquez *d.lib.*14.*cap.*19.*de irregularitate*, §.3.*in commento*, *littera F.* & Auila *vbi proximè*, §. *ex dictis sequitur, eodem fol.*371.

His addi potest casus sequens. Quòd si quis lacessitus leui iniuria quærat aduersarium animo leuiter percutiendi, & inuentum absque animo occidendi percutiat cæsim in capite, ex quo vulnere obiit post paucos dies? Auila excusat illum ab homicidio directè, & in se voluntario, non verò a casuali culpabili, si intendebat leuiter percutere, quamuis manum non temperauerit; secus si intendit grauiter percutere citra deformationem, ac mortem, *vbi suprà, eodem fol.* Sed meliùs dicendum puto esse censendum in vtroque foro homicidam voluntarium, irregularitatemque contraxisse indispensabilem, cùm ex industria aduersarium quæsiuisset, illumque cæsim in capite vulnerasset, Henriquez *citatus in commento littera E.* vbi sic ait, qui propria manu intendebat percutere, & ira exardens excessit modum casu, & occidit, videtur voluntarius, & expressè resoluit Nauar. *conf.*28.*de homicidio*, casum quendam, vbi ait, quo ad externum forum esse homicidam voluntarium; quo ad forum internum vix posse excusari ab homicidio voluntario: accedit Couar. ad Henriquez suprà allegato *d.* §. 1.*num.* 1. *&* 2. dicens esse voluntarium, cùm ex instrumento quo percussit, & ex modo vulnerandi colligatur directa voluntas ad occidendum: proinde censebitur homicidium voluntarium indispensabile; quamuis sit patratum indirecta voluntate: at ex instrumento, & ex vulnere in capite illato iudicatur voluntarium secuta morte. Vnde qui potest dispensare in irregularitate casu culpabili ex

homicidio

homicidio occulto prouemiente, non poterit dispensare in hoc casu, cùm sit voluntarium propriè, & directè, non obstante voluntate indirecta, cùm oppositum præsumatur ex modo feriendi, & ex qualitate vulneris, Couarr. *supra n. 2. vers. quibus ita prænotatis.*

10. Quoad occultum hoc loco, aliqui dicunt occultum delictum, quod non potest probari; colligitur ex *cap. vestra, de cohabitatione Clericorum.* Probatur ex responsione sacræ Congregationis super *dictum cap. 6. sess. 24.* per hæc verba: Absolutus, vel dispensatus à proprio Episcopo in materia delicti commissi coram duobus, vel tribus testibus, quod tamen non fuit notorium, non est tutus in conscientia, quia Concilium vtitur termino occulti, quod, propriè loquendo, dicitur, quod probari non potest, sed per duos testes probari potest: ergo verba Concilij accipienda sunt secundùm terminos iuris *d. cap. vestra, de cohabitatione.* Vnde per delictum occultum *in d. cap. 6. sess. 24.* intelligit Gutier. *lib. 1. quæst. Canon. c. 13. num. 27.* illud, quod non potest deduci in iudicium, sequitur Manuel *in additio. ad Bullam Cruciatæ §. 9. n. 69. ad finem,* Angles *in floribus, 1. p.* vbi de confessione, *q. 4. art. 5. difficult. 6.*

At multo probabilius est per delictum occultum *in d. decreto,* de quo agitur *sess. 24. cap. 6.* intelligi, quòd non est publicum, & vt distinguitur contra publicum, ita Nauarr. *c. 27. in manuali num. 250.* aliàs 255. Viualdus *de irregularitate, n.* 315. Ludouic. Lopez *tom. 2. 2. p. cap. 8.* Tolet. *in instructio. Sacerd. cap. 89. num. 5. lib. 1.* Suar. *tom. 4. in 3. partem disp. 30. sect. 2. num. 1. & tom. 5. disp. 41. sect. 2. num. 6.* Auila *de censuris. 2. p. cap. 7. disp. 1. dub. 11. 2. conclus. & p. 7. disp. 10. dub. 6.* Molin. *de iustitia tract. 3. disp. 79. num. 8. vers. 2.* & Sanchez post plurea *lib. 2. de matrimonio disp. 37. num. 11. & lib. 8. disp. 34. à num. 55. & lib. 2. in præcepta Decalogi cap. 11. à n. 19.* quibus accedit Saa *verb. Episcopus num. 33.* & Sayr. *de censuris lib. 4. c. 17. & lib. 7. c. 13. num. 12.* dicentes vno ore occultum esse, quod non est publicum, neque laborat fama publica; & quamuis ab aliquibus sciatur, & probari possit, adhuc dicetur occultum delictum. Et hoc modo accipienda est clausula in litteris sacræ Pœnitentiariæ, *Dispenses, dummodo impedimentum non sit publicum.* Quare licèt nonnolli habeant notitiam impedimenti, & consequenter probari possit, adhuc dispensari potest, si delictum non sit qublicum. Dicitur autem publicum, quando est publicum in ciuitate, vel in maiori parte viciniæ, vel Collegij, vel Parochiæ, dummodo saltem decem personæ numerentur, vel in vicinia, vel in Collegio, vel in Parochia, vel Monasterio, in quibus id publicum est, Sanchez cum aliis *de matrimonio lib. 8. disp. 34. num. 55.* & Auila *p. 7. disp. 10. dub. 6.*

11. Quòd si delictum deferatur ad forum contentiosum, non eo ipso manebit publicum; manebit tamen, si conuincatur in iudicio, vel reus confiteatur ibi: quare si quis delatus fuerit de aliquo delicto inducente irregularitatem, vel de eo inquisitus sit, vel de eo accusetur, Episcopus nequit dispensare pendente causa, Inquisitione, vel accusatione ex Concilio Trident. *d. cap. 6.* Maiol. *lib. 3. cap. 17. num. 8.* & Henriquez *lib. 14. cap. 17. § tertiò, & in commento littera H. & cap. 18. §. 1. in fine.* Satisque probabile est non sufficere deferri crimen ad iudicem, vt dicatur deductum ad forum contentiosum, sed requiri etiam, vt intimetur reo, quia potest contingere post delationem criminis, vt sopita sit delatio a iudice absque intimatione facta parti, vel propter deficientem probationem, vel ob aliam causam; regulariter tamen non debet Episcopus absoluere delinquentem delatum ad suum iudicium, sed tenetur expectare, si fortè conuincatur; quòd si elapso aliquo tempore assequatur delatorem desistere à denunciatione, seu accusatione, aut à probatione, potest Episcopus eum 7.
absoluere in foro conscientiæ, non obstante illa delatione, exemplo Christi Domini dicentis, *vbi sunt, qui te accusabant,* loquendo cum adultera à Iudæis ad se delata *Ioannis cap. 8. neque ego te condemnabo, iam amplius noli peccare,* Sayr. *lib. 4. de censuris c. 17. n. 22.*

Nec refert quòd deferatur siue iure, siue per iniuriam, id satis, vt non possit absolui durante lite, ab Episcopo, nec si conuincatur, vel in iudicio confiteatur: manet enim absolutio, seu dispensatio Summo Pontifici reseruata; si autem delinquens siue iniustè, siue iustè se defendat, suamque innocentiam etiam falsa probatione ostendat, seque liberet diffinitiuè, siue ab illa instantia per sententiam interlocutoriam absoluatur, siue per iudicium diffinitiuum, manet crimen occultum, perinde ac si non fuerit ad forum contentiosum deductum, potestque absolui, siue dispensari ab Episcopo, si crimen non sit expressè exceptum, sicut homicidium voluntarium, ita Auila *p. 7. disp. 10. dub. 6. vers. secundò notandum est,* Emmanuel Rodriquez *c. 167. concl. 4.* Henriq. *d. cap. 20. n. 4. & c. 4. n. 5. in fine, & in commento littera G.* Sanch. *in præcepta Decalogi, lib. 2. & vndecimo num. 21. & lib. 8. de matrim. disp. 34. num. 57. & 58.* Sayr. *d. lib. 4. cap. 17. numer. 23. & lib. 7. cap. septimo, num. 12.* Idem Sanchez *lib. 2. de matrim. disp. 27. numer. 12.* Emmanuel de Saa *verb. Episcopus, numer. 34.*

At si delictum occultum vnico teste probetur semiplenè, ex quo videtur oriri publica fama, iam non dici occultum, & consequenter non posse absolui ad Episcopo, tradit Suar. *de censur. disp. 41. sect. 2. num. 6. fol. mihi 1034. vers. nam quando aliqua probatio;* sed magis mihi probatur doctrina Sanchez dicentis adhuc manere occultum, quia siue occultum opponatur probabili, siue publico: in foro externo, per vnum duntaxat testem non mansit publicum; imò cessauit fama publica ex eo quòd iudicium fuit terminatum, & reus absolutus, & à fortiori si sumatur occultum, vt sumendum est, vt contrauenitur publico, & iam non potest delictum deduci ad forum contentiosum, si iudicium fuit determinatum diffinitiuè; imò nec quando absoluitur ab instantia, nisi per nouas probationes, seu indicia, & interim delictum ad pristinam conditionem occulti regreditur, ac proinde potest absolui ab Episcopo, non obstante deductione etiam cum partis citatione, seu intimatione ad forum contentiosum facta, quia fuit infamia sublata; Soarium tamen sequitur Auila *2. p. cap. 7. dub. 11. conclusione 3.* 12.

Difficultas grauis, an postquam delictum sit deductum ad forum contentiosum, reumque conuictum, punitumque, possit Episcopos dispensare? Pars negans ex eo vera videtur, quia Concilium Tridentinum *sess. 24. c. 6.* faciens facultatem Episcopis, vt possint absoluere à casibus occultis, & ab omnibus irregularitatibus ex occulto 13.

culto delicto prouenientibus, excepit homicidium voluntarium occultum, & alia deducta ad forum contentiosum, ita etiam Sayr. *de censuris lib.4.cap.* 17. *num.* 23. negant etiam Gutier. *lib.* 1. *Canon.9. cap.3. ad finem*, & Manuel *tom.* 1. *summæ in 2. editio.* posse Episcopum dispensare, sequitur Garcia *de benefic.7.p. cap.* 11. *num.* 49. quia sufficit illa deductio, cum effectu ad forum fori, vt nequeat Episcopus dispensare vigore illius decreti; admittit tamen Garcia posse Episcopum absoluere in aliis casibus occultis etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, vbi non adiicitur clausula, deductis ad forum contentiosum, præsertim, quia absolutio eorum duntaxat prodest illis in foro conscientiæ. Dicendum tamen, bene posse Episcopum dispensare post finitum iudicium, quia mens Concilij est conseruare authoritatem iudicibus; cùm ergo iudex sententiam tulerit, eamque executioni tradidit, nihil illi honoris, seu auctoritatis detractum est. Item quia ex de causa adiicitur occultum delictum, vt obuietur publico scandalo, quod deletur per sententiam iudicis, & punitionem reo impositam, satisfactumque est Reip. offensæ, ita Theologi quidam, quos tacitè refert, *vbi suprà*, Guttieres, & apertè videtur sequi Henriquez *lib.14 de irregular. cap.7. n.* 5. dum ait non posse Episcopum dispensare in delicto delato ad forum fori, quandiu est deductum ad forum contentiosum. His accedunt Sanchez *lib.2. in præcept. Decalogi cap.*11. *num.*21. & Auila *d.* 7.*p. cap.7.disp.* 10. *dub.* 7. addens se id obseruasse iam in praxi in alio casu simili, impendendo virtute Bullæ Cruciatæ absolutionem ab censura quadam delata ad forum contentiosum post finitum iudicium.

14. Pro perfecta etiam enucleatione delicti occultij, quo, & à quo ex vi Concilij *in d.cap.6.* potest Episcopus dispensare, seu absoluere, nota dici occultum delictum etiam, quando scitur à quinque, & toleratur absque infamia, & murmuratione, erit, inquam, occultum quo ad hos effectus dispensandi, seu absoluendi. Ita Henriquez *lib.14.cap.20. num.4.* Auila *dicta disp. decima, dub. sexto, vers. ex dictis sequitur*, est de mente Nauarri *d.cap.27.num.250.§.* 10. 2. *nota*, posse contingere, vt actus sit publicus, & delictum dicatur occultum. Verbi gratia, si quis irretitus maiori excommunicatione publicè celebret, fit irregularis, & quamuis sacrificandi actus sit publicus, delictum, hoc est, excommunicatio, est occultum. Sic Marius Altet.*tom.1.de censur.lib.2. cap.5.vers. si quæratur*, quoniam ratione delicti non est notum: vt enim delinquens reputetur publicus, oportet, vt ambæ conditiones sint publicæ, nempe, vt sit excommunicatus, & vt celebrando violet præceptum Ecclesiæ: vnde delictum erit occultum, si altera conditio tantùm ignoretur, & Episcopus poterit dispensare, seu absoluere, sequitur Nauar. *in Manu.cap.* 27. *num.* 251. *vers.* 12. vel deputare Confessarium ad dispensandum, seu absoluendum, vt ait Marius *suprà* ex sacræ Congregationis responsione. Addit in confirmationem Sanchez *lib.8.de matrimonio disp.* 34. *num.* 56. impedimentum matrimonij dici occultum, quamuis publicè constet de copula, ex qua manat affinitas, si non sciatur publicè copulam sic habitam esse impedimentum matrimonij, quia secundùm aliquos exigitur, vt delictum sit publicum, scilicet, vt actus qui est delictum, sit publicus, & sit simul publicum, illum actum esse delictum. Quod etiam tradit P. Saa *verb. Episcopus num.*35. docens oportere factum non solùm esse publicum, sed requiri, vt publicè sciatur, illud esse delictum: quòd si contingat multos cognoscere illud esse delictum, & videant illud peragi, nesciant tamen per illud censuram contrahi, poterit Episcopus absoluere ab eo delicto, & dispensare in irregularitate incursa. Idem sentiunt Nauar. *d. cap.* 27. *num.* 241. *vers. circa hæc dico primò, & num.*255. *vers.*12. & Sayro *de censur. lib.* 7. *cap.* 13. *numer.* 3.

Quid ergo si duo sint eiusdem criminis participes, & alter in iudicio fateatur suum crimen, ex quo censetur irregularis publicans, alter socius, nunquid incurret irregularitatem publicam propter confessionem socij? Negat Nauarr. *cons. 2. de sententia, & re iudicata*, & Zerola *p.2 verb irregularitas dub.* 5. quia contra secundum socium nihil probatum fuit; proinde adhuc irregularitas est dispensabilis, eo quòd malitia est occulta, Sayr. *d.cap.*13.*num.* 13. Non enim crimen alterius socij est deductum ad forum contentiosum: & res inter alios acta, aliis præiudicare non potest. *l.* 1. *C. res inter alios acta*, Sanchez *lib.* 2 *cap.* 11. *numer.* 21. *vers. insuper si duo, in præcepta Decalogi.* 15.

Par ratio est de excommunicato publico in vna ciuitate, si in alia celebret, vbi id ignoratur: ideo si ibi petatur dispensatio, potest impendi ab Episcopo; quoniam ibi delictum est occultum, Nauar. *lib.5. de clerico non ordin. ministr. cons.2.* Auila 2.*p.cap.7.disp.1.dub.11. conclusio 3 fol. mihi* 184.*col.1. & 7.p.disp.10.dub.6 fol.*420. & Sanchez *vbi proximè*, subdens sic in facti contingentia respondisse graues Doctores Salmantinos ea de re consultos, quorum doctrinæ adhærens dispensauit Episcopus, eo quòd crimen ibi esset occultum. Quamuis Suar.*tom.4.in 3.p. disp.30.sect.2. num.2.* putet non posse Episcopum dispensare, cùm delictum, quod est publicum, non possit dici occultum, & facilè ad alia potest deduci; quæ sententia procedet, si de vno ad alium locum, vbi resider excommunicatus non toleratus, sit facilis transitus, ac frequens commeatio; nos verò loquimur, quando delictum publicum est in ciuitate aliqua ita remota, & delinquens in alia tam distanti commoretur, vt non sit spes, quòd aliquando delictum alibi sit publicum, Sanchez *vbi proximè.*

Similiter videtur probabile crimen esse occultum, quando actus fuit publicus, si tamen sit occultum, actum illum subiacere censuræ, vel irregularitati; verbigratia, si Diaconus baptizet solenniter publicè, vel rebaptizet Sacerdos publicè, qui duo videntur incurrere irregularitatem, vt de Diacono dicunt Nauar.*in man.cap.*22. *num.*7. Valent.*tom.* 4. *disp.* 4. *quæst.* 2. Suar. *tom* 3. *quæst.71.art.4.disp.31.sect* 4. Bonacin. *de Sacramen. disp.2.q.2.punct.4.num.3. & de censur. disp.7.q 3 p.6. num.* 5. & alij, quos sequitur Barbos. & refert *in cap.1.de cler non ordin. ministr. num.* 2. & de Sacerdote rebaptizante, quod incurrat irregularitatem docent Victoria *in summa*, vbi de Baptismo, *n* 31. *&* 36. Conar. *in Clement. si furiosus, in principio p* 1.*num.*8. Bonacina *de censuris disp.* 7. *q.*3 *punct.* 2. *num.*1. & Sanctarel.*de hæresi cap.* 45. *num.* 8. modò rebaptizet eum intentione rebaptizandi; nam absque ea non incurret irregularitatem, vt ex Henriquez, Vgol. Auil. & Suar. colligit Bonacin *de censur.disp.* 7. *quæst.*3. *punct.* 3. *num.* 7. & in nostro 16.

casu

casu si Diaconus, & Sacerdos ministrent hæc Sacramenta coram multis, dicetur crimen occultum, si qui adsunt, nesciunt hoc esse in iure prohibitum vtrique; ita probabiliter tenet Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 34. num. 56.* Auila *d. disp. 10. dub. 6.* post Nauarrum *d. cons. 2. de cleric. non ordin. ministrando.* Manuel Rodriquez *tom. 1. summæ in 2. edit. cap. 166. conclus. 3.* qui tamen non placet, dum ait idem esse affirmandum, quamuis qui intersint, sciant id esse prohibitum Diacono, & Sacerdoti, si nesciunt per illos actus irregularitatem contrahi. Ratio, quia delictum est publicum, ministratio videlicet Baptismi, & est etiam publicum hoc esse vtrique prohibitum. Quare meritò de hoc dubitant Auila *p. 7. disp. 50. dub. 6. fol. 421.* & Sanchez *d. disp. 34. num. 56.* ac proinde non poterit Episcopus dispensare. Si autem duo, aut tres, & ad summum quatuor ex his, qui intersunt, sciant id esse prohibitum supradictis ministris huius Sacramenti, tunc puto probabilem opinionem Manuelis, cùm delictum quoad probationem illis à iure indictam, adhuc sit occultum formaliter.

EPITOME.

17. *Episcopus an possit dispensare cum homicida casuali, vel casuali culpam habente?*
18. *Episcopus an possit dispensare in irregularitate orta ex mutilatione occulta?*
19. *Vtrùm quando non est recursus ad Papam, possit Episcopus dispensare cum homicida voluntario occulto ad suscipiendos etiam Ordines, & ministrandum in susceptis?*
20. *Homicida quando poterit celebrare licitè, quando crimen est omnino occultum?*
21. *Episcopus an possit dispensare cum homicida ad ordines minores, & ad beneficium simplex?*
22. *Homicida voluntarius an validè possit suscipere beneficium de nouo?*
23. *Homicida irregularis, an peccet grauiter accipiendo beneficium sine dispensatione, & quid de fructibus beneficij?*

17. EX vi Concilij Tridentini vtroque loco ibi allegati, Episcopus nequit dispensare cum homicida voluntario occulto ad Ordines suscipiendos, neque administrandum in susceptis, est communis: secus cum homicida casuali simpliciter, vel casuali culpabili, occulto tamen, nec deducto ad forum contentiosum, vt constat ex *d. cap. 6. sess. 24.* ibi, *excepta irregularitate*, &c. Quo ad alias omnes irregularitates ex delicto occulto prouenientes posse Episcum dispensare vltra facultatem Tridentini, tradunt Sayro *tom. 2. de censuris lib. 7. cap. 7. à num. 9. num. 20. 21. 22.* Suar. *de censuris disp. 41. sect. 2. n. 6.* Auila *7. p. disp. 10. dub. sexto*, Henriquez *lib. 14. cap. 20.* Sanchez *lib. 8. de matrim. disp. 2 à num. 9. & lib. 2. in præcepta Decalogi, cap. 11.* & alij communiter. Cùm igitur excipiat irregularitatem ortam ex homicidio voluntario occulto, videtur dicendum posse Episcopum dispensare in irregularitate procedente
18. ex occulta mutilatione. Ita Suarius *de censuris disp. 44. sect. 2. num. 4. & sect. 3. num. 35.* ex vi decreti Concilij Tridentini *d. cap. 6.* quia ibi excipitur tantùm homicidium voluntarium; quod est intelligendum ita de proprio homicidio, vt non comprehendat mutilationem occultam. Item, quia potestas data à Concilio Episcopis ibi, vt fauor quantum fieri potest est extendenda; sicut Congregatio Cardinalium in hunc Concilij locum *sess. 24. cap 6.* teste Suario *in vtroque loco.* Idem sentit Auila *7. disp. 6. sect. 5. dub. 4.* Garcia *de benefic. 7. p. cap. vndecimo, num. 29. vsque ad num. 35.* Molina *tract. tertio, de iustitia disp. 79. sub n. 8.* sub exceptione enim homicidij non venit mutilatio voluntaria; ideo si est occulta, potest ab Episcopo dispensari; vt etiam tenet Toletus *lib. 1. c. 88. & sequent. num. 3.* Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepis. Neapol. cap. 66. num. 9.* Manuel Rodr. *tom. 1. cap. 18. & tom. 1. regular. quæst. 24 art. 10. & in addit. Bullæ ad §. 13. num. 6.* Henriq. *lib. 13. de censur. c. 57. num. 1. & in commento litera H. & lib. 14. c. 19. n. 1. ad finem, & in glossa littera I.* quia quamuis æquiparentur homicidium, & mutilatio quoad aliqua, & quo ad irregularitatem, non verò quoad dispensandi modum, vt *ibi* docet Henriquez, eo quòd Concil. solum excepit irregularitatem ex homicidio voluntario occulto, non verò excepit ex mutilatione irregularitatem; concordat Saa *verb. irregularitas ex deformatione illicita, num. 7. ad finem*, dum ibi ait, Episcopum posse dispensare in homicidio casuali etiam publico, & in mutilatione occulta.

Quare cùm solùm auferatur Episcopo non posse dispensare in irregularitate ex homicidio occulto, sequitur in aliis omnibus ex delicto occulto prouenientibus bene posse, cùm exceptio firmet in contrarium regulam in casibus non exceptis. *l. nam quod liquida, §. final. responso 1. ff. de penu legata, & c. 2. de coniug. lepros.* aliàs exceptio esse inutilis de homicidio cum decreto Concilij *c. 6.* apposita; quia exceptio debet esse de contentis in regula. Cùm igitur fateamur mutilationem non comprehendi sub homicidio proprio, nisi quo ad irregularitatem; & sola irregularitas homicidij voluntarij occulti excipiatur Episcopis, concedere debemus omnes irregularitates ex delicto occulto prouenientes illorum iurisdictioni subiacere, posséque ab ipsis deleri ex vi decreti *cap. 6.*

Sanchez tamen *lib. 1. in præcepta Decalogi c. 10. num. 49.* opinatur non posse Episcopum virtute illius decreti dispensare in irregularitate mutilationis occultæ ex eâ ratione, quia irregularitas non est ex solo delicto, sed etiam simul est irregularitas ex significatione, quæ non cadit sub facultate Episcopis concessâ, quæ solùm extenditur ad irregularitates ortas ex delicto. Idem multo antè opinati sunt Cordub. *in quæstion. lib. 5. quæst. 13. dub. 4.* & Medin. *1. 2. quæst. 96. art. 4. vers. ad primum arg. sed non placet eorum sententia.* Nam si hoc esset verum, frustrà exciperetur irregularitas ex delicto homicidij occulti voluntarij, nec oporteret Concilium *d. cap. 6.* de illa fecisse mentionem, quoniam est etiam, vt Doctores citati asserunt, irregularitas ex delicto, & significatione simul.

Nec obest Henriquez *lib. 14. c. 9. n. 3.* dicens non
posse dispensari in mutilatione, & in commen- 19.
to *littera Z.* quia in textu loquitur de facultate, concessa regularibus cum suis religiosis, excepto homicidio voluntario, bigamia, & mutilatione membrorum, quam putat Henriquez venire sub homicidio, quod negat Sanchez *citatus*, scilicet sub illo comprehendi, & in *glossa littera Z.* repetit Episcopum non magis posse in homicidio, quàm in mutilatione, quoniam homicidium voluntarium mutilationem etiam voluntariam concludit,

quod

quod esse falsum constat ex dictis : ideo omissa opinione Corduben. Medinæ, & Sanchez, sententia opposita, quæ est benignior, & affirmat posse dispensare Episcopum, est admittenda tanquam magis certa, quam sequitur Suarius, & alij *in principio huius numeri* 18. *citati.*

19. Difficultas nodosa satis, vtrùm vrgente necessitate, seu scandalo, & non sit facilis recursus ad Summum Pontificem, possit Episcopus dispensare cum homicida voluntario, occulto tamen, vt ministret in susceptis Ordinibus sacris? Negat Nauarrus *cons.* 45. *de homicidio in* 2. *editione, per cap.* 2. *de cleric. pugnant. in duello.* idem volunt Fr. Manuel *tom.* 1. *in summa cap.* 179. *notab.* 5. & Ludouicus Lopez *in instruct. p.* 2. *cap.* 93. & probatur ex Trident. *sess.* 14. *cap.* 7. ibi, Omni ordine careat, &, vt citati interpretantur, careat ordine, hoc est, vsu susceptorum: quibus verbis ait Auila *p.* 7. *disp.* 6. *dub.* 3. tolli potestatem Episcopis dispensandi, quoad vsum Ordinum. Nihilominus idem Auila *ibi, conclusione prima*, credit concurrentibus vrgente necessitate, infamia, aut scandalo, & difficili recursu ad Summum Pontificem, posse Episcopum dispensare cum clerico, vt ministret in susceptis sacris, si delictum est occultum, consentit Henriquez *lib.* 14. *de irregul. cap.* 19. *num.* 1. *&* 2. iuncta gloss. *littera V.* quia id poterat de iure antiquo: ergo etiam modò id poterit, non obstantibus verbis *dicti cap.* 7. ibi, *ab Altaris ministerio arceatur, & omni officio Ecclesiastico perpetuò careat*, constatque vsum sacrorum esse officium Ecclesiasticum.

Suffragatur praxis communis, qua Episcopi vtuntur in dispensatione matrimoniorum quæ fuerunt celebrata cum occulto impedimento dirimente, dum hæc tria concurrunt, nimirum difficilis recursus ad Summum Pontificem, scandalum, si fiat separatio, & periculum incontinentiæ, posse tunc Episcopos dispensare in his matrimonijs, ita Nauarrus *in manu. cap.* 22. Hispanuè *num.* 86. Latinè *num.* 85. Henriquez *lib.* 6. *de pœnit. cap.* 20. *num* 1. *& lib.* 12. *de matrim. cap.* 3. *num.* 1. Spino *in speculo gloss.* 15. *num* 86. Capua *lib.* 2. *decis. cap* 80. *num.* 14. Ant. Gomez *in Bulla Cruciat. clausula* 10. *num.* 58. Manuel *in eadem Bulla*, §. 13. *num* 6 *in fine.* Confirmatur ratione, quoniam quamuis regulariter nequeat Episcopus dispensare in lege superioris, seu Concilij, integrum est illi in casu vrgentis necessitatis dispensare, Bald. *in l. omnes populi, num* 8 *de iust. & iure.* Gutier. *Canonic. quæst. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 18. & Duenn. *regul.* 248. *limit.* 2. sed in vtroque casu tam matrimonij irriti, quod est publicum & impedimentum occultum, quam Sacerdotis, qui commisit homicidium data opera occultum, vrget scandalum, & infamia, & difficilis recursus ad Papam; igitur si cum contrahentibus matrimonium concurrentibus iis potest Episcopus dispensare, cur non poterit in homicida occulto quoad vsum susceptorum Ordinum etiam dispensare, cùm sit delictum occultum, & ipse Parochus, seu Sacerdos, solitus quotidie celebrare, & periculum infamiæ, suspicandique illum fuisse auctorem homicidij, nec sit aditus ad Summum Pontificem, nisi difficulter.

20. Ad hæc ex sententia Thomæ Sanchez *lib.* 2. *de matrimonio disp.* 40. *numer.* 7. affirm dicer posse dispensare Episcopum cum homicida occulto, si vrgentissimæ necessitati suscipiendi Ordines sacros, non possit alio modo obuiari absque eo, quòd sacris initietur. Exemplum sit, quidam vir grauis ratione Canoniæ paratus iam quoad omnia ad suscipiendum Ordinem sacrum pridie illius, quo Ordines conferebantur de industria patrauit homicidium occultum, nullum est remedium fortius, vt euadat infamiam, nisi ad Ordinem sacrum promoueri, quòd si non promoueatur, apud omnes reputabitur auctor illius homicidij, & vitæ discrimen apertissime subibit: si ergo Episcopus, vt docent Henriquez & Auila *supra*, vrgente necessitate, aut scandalo, aut infamia, potest, cùm difficilis est aditus ad Summum Pontificem, dispensare cum Sacerdore occulto homicida, vt ministret in sacris iam susceptis, & ex sententia Sanchez *d. disp.* 40 *n.* 7. potest dispensare in impedimento matrimonium dirimẽte antequam matrimonium contrahatur, quando paratis iam omnibus ad nuptias inuenitur impedimentum, cuius detectio infamiam notabilem generabit, & post omnia remedia quæsita, ac tentata, nulla via euadendi illam infamiam reperitur, imò vehemens suspicio assurgit alicuius criminis, ob quod matrimonium impeditur; si ergo in hoc casu potest dispensari, cur in nostro casu non dispensabitur.

Dices Summum Pontificem in matrimonij impedimentis solere dispensare plerunque, vt videmus: at cùm homicida voluntario occulto rarissimè; igitur non poterit Episcopus dispensare in nostro casu, cùm Concil. Trident. *sess.* 14. *cap.* 7. dicat, *Omni ordine careat.* Respondeo etiam Concilium contra eos, qui scienter in gradu prohibito ineunt matrimonium, ait *sess.* 24. *cap.* 5. quòd separentur, & spe dispensationis consequendæ careat: quæ pœna imponitur contra eos, qui scienter intra gradus prohibitos matrimonium inire præsumpserint, quæ præsumptio non datur in illo, qui pœnitentia ductus ad Episcopum recurrit pro dispensatione obtinenda. Item, quia hoc impedimentum non suscipiendi Ordines cum homicidio occulto est iuris humani à Concilio statutum, sed in illo ob magnã necessitatem potest Episcopus dispensare, vt bene notat Roman. *singulari* 486. Felin. *cap.* 1. *fallent.* 7. *de constitut.* Lambertinus *de iure patron. lib.* 1. *p.* 1. *quæst.* 7. *art.* 19. *numer.* 2. Gratian. *regula* 433. *numer.* 8. Abbas *in cap at si clerici*, §. *de adulteriis, numer.* 9. *de iudicijs*, & alij, quos sequitur Gutier. *d. cap.* 23. *lib.* 1. *numer.* 18. & in hoc casu, si non promoueatur, vrget scandalum, & periculum vitæ, & vehemens suspicio, quòd fuerit auctor homicidij patrati, si velit abstinere ab Ordinibus suscipiendis, igitur his omnibus concurrentibus, cùm non possit Summus Pontifex adiri, videtur posse dispensari ab Episcopo.

Insuper notan[...]st Sacerdotem homicidam voluntarium vr[...] necessitate celebrandi, & accedente scandal[...], & vehementi suspicione, quòd ipse fuerit auctor homicidij posse celebrare expiato per Confessionem delicto interim, dum non impetrat dispensationem, dummodo ad illam obtinendam nitatur, & ubi id nullam incurrit pœnam. Sic Nauar. *cap.* 27. *numer.* 239. Corduben. *in summa quæst.* 137. *dicto* 4. *& quæst.* 142. Nec non *in suo quæst. lib.* 1. *quæst.* 35. *pag.* 279. *col.* 2. *in fine*, Victoria *in summa tit. de excommunicatione quæst.* 13. Quia ius de conseruanda fama, seu vita præua-

let iuri positiuo de non peragendo sacrificio in irregularitate, vt ait Ledesma 2.4. quæst. 26. art. 2. pag. 366. col. 1. Quin imò lex naturalis, & diuina de tuenda fama propria præstat iuri humano de abstinendo à sacrificando cum irregularitate, secundùm tradita à Nauarro in dicto manuali c. 7. n. 2. & 3. & Angles in floribus lib. 1. in quæst. de confess. vbi resoluit, quando ex confessione timetur reuelatio alicuius peccati, vel aliquod malum, siue culpæ, siue pœnæ, posse tale crimen omitti.

Neque excommonicatus tenetur abstinere à communione fidelium, non solùm in humanis, sed etiam in diuinis, si ex huiusmodi abstinentia timeatur mors, vel grauis infamia, aut iactura magnæ partis suorum bonorum, vel sequatur scandalum. Nauar. suprà, D. Thomas 3. p. quæst. 83. art. 3. ad 2. & Auila 2. p. de censuris c. 6. disp. 8. dub. 5. vbi ait Regularem incidentem in censuram reseruatam superiori absenti, posse contritum accedere ad Eucharistiam, vel sacrificare, si est Sacerdos, vt solebat, interim dum nititur impetrare absolutionem, si ex eo, quòd abstineat, periclitatur eius fama, aut scandalum immineat, Nauar. d. num. 239. Corduben. in summa quæst. 142. opinio. 3. neque incurrere ita celebrando in aliquam irregularitatem, Syluest. verb. Eucharistia. 2. quæst. 7. n. 2. Corduben. & alij. Quoniam irregularitas non incurritur nisi ob mortale, & celebratio illa fuit sine peccato. Auila cit. subdens Sacerdotem occidentem volontariè clericum occultè posse non obstante excommunicatione sacrificare præmissa contritione, si ex eo quòd abstineat à re sacra peragenda, sequatur scandalum, aut eius fama, aut vita ventura sint in discrimen; quod priùs dixerunt Nauar. & Cordub. allegati, & Henriquez de censuris lib. 13. c. 21. n. 5. & c. 57. n. 2. quibus accedit Gutier. lib. 1. quæst. Canonic. c. 13. à n. 21. dicens fas esse homicidæ voluntario occulto post debitam contritionem, & Confessionem absque dispensatione ad Altare ministrare, sacrificareque, si probabiliter timeretur homicidij infamatio contra illum, aut reuelatio, ex eo quòd à sacrificio Missæ abstineat, posseque id licitè peragere durante prædicto periculo duntaxat, dummodo non sit negligens in petenda absolutione, seu dispensatione: ratio, quia generaliter loquendo, datum est cuilibet seruare suam famam, nec tenetur se prodere, nec facere vnde crimen à se commissum in lucem exeat. Ita Nauar. Castro, Victor. & Cordub. vbi suprà, & alij, quos ipse n. 21 & 22. & lib. 1 c. 1 num. 40. sequitur. Non poterit tamen homicida iste etiam existens in illo discrimine promoueri, vt tenet Corduben. d. quæst. 35 lib. 1. fol. 279. col 2. ad finem, & col sequenti, Gutier. d. c. 13. n. 21. idem probat, quod intelligendum est absque dispensatione saltem Episcopali, vt dictum est.

21. Ambigitur præterea, an possit Episcopus dispensare cum homicida voluntario occulto ad Ordines minores, & ad beneficium simplex? Affirmant Nauar. tit. de homicidio in 2. edit. conf. 45. n. 1. ante Conciliū, ex c. 2. de clerico pugnante in duello, secundùm Ananiam ibi, & Gutier. d. lib. 1. Canon. c. 13. num. 19. Hodie tamen post Concilium Trident d. c. 7. non potest Episcopus dispensare, regulariter loquendo, cum homicida voluntario occulto, neque ad vllum beneficium etiam simplex, prout volunt Nauar. c. 27. num. 240. & conf. 17. de homicidio, Gutier. d. n. 19. Ludouic. Lopez in instruct. p. 2. cap. 93. Manuel in summa tom. 1. cap. 180. conclus. 2. Maiol. lib. 5. cap. 48. in principio num. 11. in fine. Henriquez lib. 14. de irregul. cap. 19. §. 1. in gloss. littera D. Philiarc. lib. 4. §. 8. cap. 11. Valent. tom. 4. quæst. 19. disp. 7. punct. 3 & alij, quos sequitur Sayr. de censuris tom. 2. lib. 7. cap. 7. num. 14. quibus accedit Toletus lib. 1. cap. 31. & habetur in Concilio Trident sess. 14. cap. 7. expressis verbis ita: nullo tempore ad sacros Ordines promoueri possit, nec illi aliqua Ecclesiastica beneficia, etiamsi curam non habeant animarum, conferre liceat, sed omni ordine, ac beneficio, & officio Ecclesiastico perpetuò careat. Quare non placet Henriquez supra, dum ait numer. 1. posse Episcopum dispensare ad vsum minorum Ordinum, minusque placet lib. 13. de censuris cap. 57. numer. 1. dicens posse dispensare ad beneficium simplex, cùm Concil. dicat, omni officio, ac beneficio Ecclesiastico perpetuò careat; sed vsus minorum Ordinum est officium Ecclesiasticum: igitur non admittitur illius dictum cùm sibi constet!, & contradicat textui glossa.

Sed quid si homicidæ voluntario conferatur 22.
beneficium, erit ne collatio nulla, an rescindenda? Aliqui tenent esse validam donec rescindatur. Mouentur, quia Trident. sess. 14. cap. 7. ait, nullo tempore conferri liceat aliqua beneficia, sed non addit verbum, ex quo constet illam prouisionem esse irritam ipso iure. Præterea, quia Concilium ibi, solùm vetat conferre beneficium, quando homicidium est publicum, vt tradit Henriquez d. c. 57. num. 1. in textu. Idem docent ex antiquioribus Innocent. in cap. cum nostris, de concessione prabenda, Nicolaus Plouius de irregularitate regul. 44. Anchar. in regula, peccati venia in 6. 1. opposit. & Syluest. verb. excommunicatio 4. numer. 4. Quoniam si homicida voluntarius potest retinere beneficium, cur non poterit de nouo acquirere? Item, quia irregularis validam facit professionem: imò si irregularis conferat beneficium, valida est collatio: ergo si fiat irregulari, valebit, hanc opinionem censet Suarius probabilem tom. 5. de censuris disp. 40. sect. 2. numer. 29. vera tamen sententia, cui adhæreo, tradit collationem irregulari factam esse ipso iure nullam, & practicè sequendam, & procedit etiam in quocumque beneficio etiam simplici, ideo nec ad Ordines promoueri potest, probatur ex d. cap. 7. Concilij Tridentini sess. 14. cap. fin. de tempor. ordin. cap. de cætero, de homicid. Couar. in cap. Alma mater p. 1. §. 7. numer. 1. & §. 8. numer. 3. & in reg. peccatum p. 2. §. 8. num. 6. & 7. Flamin. de resig. lib. 4. quæst. 3. à numer. 32. & lib. 5. quæst. 3. numer. 181. & quæst. 6. numer. 79. Hoieda de incompatibilitate benefic. 1. part. cap. 24. num. 83. Nauar. in manuali cap. 25. numer. 34. & cap. 27. numer. 240. vers. 6. alias 255. & de homicidio conf. 13. 42. & 44. & conf. 97. de simonia, & conf. 16. de rescriptis, & conf. 1. numer. 3. de sacramen. non iteran. & conf. 7. de tempor. ordinat. Auila de censuris 7. p. disp. 2. dub. 6. Azor. 2. p. instit. moral. lib. 6. cap. 7. quæs. 2. & Molin. tract. 3. de iust. disp. 78. numer. 2. & alij, quos sequitur Garcia p. 7. cap. 11. in principio, & Sayr. tom. 2. de censur. lib. 6. cap. 2. numer. 21. & Sayr. disp. 44. supra sect. 4. numer. 34. dicens hanc partem esse practicè probabiliorem, & securiorem, idem Suarius de censuris disp. 40. sect. 2. numer. 36 quia quamuis iura expressè non declarent collationem irregulari factam esse ipso iure nullam; attamen eorum verba hunc

hunc sensum possunt accipere, & vsus,& praxis stat pro hac communi sententia : pro qua etiam sunt nonnullæ sacræ Congregationis responsiones,quas refert, & sequitur Garcia *d. part. 7.c. 11. num.9.& 10.*

23. Concluditur tandem irregularem peccare grauiter,si beneficiũ de nouo accipiat absque dispensatione,cùm sit illi prohibitum. Quòd si voluerit sequi opinionem non negantem collationem esse rescindendam,quod est probabile secundùm Suar. *disp.40.sect.2.n.35.*non peccat irregularis accipiens beneficium de nouo,at non potest tuta conscientia durante irregularitate retinere beneficium,sed debet curare dispensationem illius,qui si non impetret,tenetur relinquere beneficium, at si adhæreamus opinioni probabiliori,dicendum est collationem esse nullam, & consequenter retinentem non facere fructus suos,cùm non possit illud retinere tanquam suum, arg.*capit. 1 primi,de regulis iuris lib. 6.* quemadmodum quiuis latro non potest retinere,quæ sibi per furtum acquisiuit,secundùm *c.sæpe,de restitut. spoliat*; est enim negatiuum præceptum non furandi,atque ita obligat semper, & ad semper restituendum male ablatum, iuxta doctrinam Archid *in c.si peccaueris 2.q.1.& in summa de pœnit.dist.5.* præceptumque non furandi continet etiam mandatum de non retinendo alienum pro suo. Quòd si procuret dispensationem,poterit de consilio Confessarij, seu docti iuri pro aliquo tempore retinere;quia secundùm Archid.*vbi sup.* & secundùm D. Thom. 2. 2. *quæst* 33. *art.* 2. hoc præceptum de restituendo alieno ex parte est etiã affirmatiuum, & quatenus tale obligat quidem semper,sed non ad semper,Nauar *de homicid.cons. 42.per totum.*Non dispensante tamen Sũmo Pontifice, tenetur statim dimittere beneficiũ cum fructibus ex dictis à Suario *d.n.* 35.constat. Et de excommicato obtinente beneficiũ Auila *de censuris p.2.c.6 disp. 5.dub.4. in conclusione* 3. vbi ait teneri relinquere beneficium, & fructus perceptos, nisi cum illo super hoc specialiter dispensetur, iuxta Syluest.*verb.permutatio,quæst.3.*in quo non poterit Episcopus dispensare super fructus,quamuis possit dispensare in assecutione beneficij, Auila *vbi supra , & eadem disp.5. dub.2 conclus.*2 post Nauarrum *in manuali c.27.n.21.*

De reliquis quæ pertinent ad Episcopum ex decreto Concilij Tridentini, sess.24.d.cap.6.

§. X.

EPITOME.

1. *Episcopi nequeunt dispensare,nec absoluere in casibus de quibus loquitur hoc decretum,nisi Concilium Tridentinum ibi fuerit receptum.*
2. *Potestas dispensandi potest exerceri extra Diœcesim, & circa absentes. potestas autem absoluendi non nisi intra diœcesim cum præsentibus.*
3. *Episcopi possunt absoluere extra Confessionem ab excommunicationibus.*
4. *Episcopus an possit committere vices suas Confessario, vt secum dispenset si fortè incidat in aliquod delictum de quo agitur in d. cap. 6. Concil. Trident.*
5. *Iurisdictio dispensandi secum non est contentiosa, nec coactiua,sed voluntaria,ideo committi potest.*

6. *Episcopi, & Archiepiscopi sicut cum subditis dispensant,sic possunt secum dispensare.*
7. *Episcopus an possit dispensare in irregularitatibus occultis, & absoluere à casibus occultis, quando facilis est recursus ad Summum Pontificem,vel ad eius Nuncium? Aliqui negant, sed melius affirmant alij.*
8. *Episcopi in casibus in quibus dispensant ratione vrgentis necessitatis, nequeunt dispensare, quando facilis est recursus ad habentem potestatem dispensandi de iure.*
9. *Qui habet priuilegium, seu facultatem dispensandi, vel absoluendi ratione vrgentis necessitatis, ea cessante nequeunt absoluere à casibus de iure Episcopo competentibus.*

SVMMATIM perstringam reliqua, quæ competunt Episcopis ex vi huius decreti. Inprimis non gaudent priuilegio illius Episcopi illarum Regionum in quibus Concilium Trident. non fuit receptum. Nun enim consonat rationi fauores accipere, & onera abijcere. Aloys Ricc.*in praxi for. Eccles. decis.531.in 1. edit & resolut.445.n.3.in 2.edit.* Garc. *de benefic p.7. c.11.n.23.*Sanch.*in præcepta.Decalogi lib 2.c 11.n.2.* & Bonacin *de censur.disp.7.quæst.5 punct.1.n.2.* 1.

Item dispensandi potestas data Episcopis in terminis de quibus agitur, potest extra diœcesim exerceri;& circa absentes,ita Suar.*de censur.tom.5. disp.41.sect.2.n.10 & 12.in fine,*Auila *de censur. p. 7.disp.10 dub.6.*Bonacin.*disp 7 quæst.5. punct.1.n.4.* & Sanchez *suprà lib.2.c.11. n. 12.* Auila tamen, si bene consideretur,oppositum videtur sentire cum aliis,sed minus bene; quia Episcopi in irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus,excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, possunt dispensare cum sibi subditis tam intra, quàm extra diœcesim, iuxta principia dispensationum:contrà verò in absoluendo à quibuscumque casibus occultis reseruatis etiam Sedi Apostolicæ,de quibus fit mentio *in 2.p.eiusdem decreti c.6.*cùm absolutio debeat esse sacramentalis, & nequeat impendi per Nuntium,aut per litteras, necessarium est, quòd fiat ab Episcopis præsenti pœnitente intra diœcesim, & verba illa in foro conscientiæ, debent intelligi in foro Sacramenti pœnitentiæ,Garcia *de benef. p. 11.c. 10. num.139.* & Aloys.Ricc.*in praxi for. Eccles.resol. 445. num.8.* nec prodest quoad forum exterius, Henriq.*lib.7. c 13.§.2.vers.& Episcopus*, Suar.*de Religione tom.2. & tract.6.lib.6.c.16.n. 4.*& Sanch. *lib.8. de matrim. disp 34.num. 29.*& ideo Episcopi possunt absoluere extra Confessionem in casibus particularibus occurrentibus, Fr. Emmanuel *quæst. regul. tom. 1. quæst.20.art.7.& quæst.61. art.10.*& Graffis *lib. 2.c. 13.n 31.* quia absolutio ab excommunicatione nõ est absolutio sacramentalis, secundùm omnes. 2. 3.

Ambigi potest quis poterit dispensare cum Episcopo si contingat ipsum incidere in aliquod delictum occultum huius decreti? Negat cum aliis Marius Alterius *de censur.tom.2.disp. 8.c.3. conclus. 4.vers tertio quæri potest posse Episcopum committere alteri potestatem, vt secum dispenset.* Alij affirmant posse committere vices suas Confessario proprio, vt secum dispenset, & vt eum absoluat, ita Suarez *tom.5.disp.41.sect.2.n.9.*Henriquez *lib.14.de irregul c.18.§.3.*Beller. *disquisit. cleric. p. 1. titulo, de disciplina clerical.§.1.n.54.* Sanch. *de matrim.lib. 8. disp.3.n.3.& in præcepta Decalogi lib.2.c.11.num.11.* 4.

Ratio, quia non repugnat quempiam huiusmodi iurisdictionem in semetipsum exercere, etiam in absolutione sacramentali, committendo Confessario, vt ipsum absoluat: igitur à fortiori id non repugnabit in dispensatione, & ita de Episcopo volunt Syluester *verb Confessor. 1. quæst. 9.* Henriq. *lib. 6. de pœnit. c. 4. n. 3. in commento littera I. & c. 7. n. 5. littera B. & lib 7. de indulgētiis c. 28. n. 1. in cōmento littera H.* & Saa *verb. Confessor 16. vers. Confessor Episcopi & verb. religio n. 47. vers. Prælati in religione.*

Idem volunt Henriquez & Manuel Saa *de Prælatis Religionum*, vbi proximè; possunt enim eorum Confessores ab ipsis electi ex eorum commissione cum eisdem dispensare in omnibus, in quibus ipsi Prælati possunt cum subditis. Adduntque Maiol. *lib. 2. de irregularitate cap. 2. num. 12. & lib. 5. cap. 15. num. 7.* Sayr. *in thesauro tom. 1. lib. 7. c. 14. num. 5.* & Suar. *de censuris disp. 41. sect. 2. num. 9.* dicentes hoc idem decreuisse Congregationem Cardinalium; idemque esse dicendum de casibus occultis datis Episcopo in Tridentino *sess. 24. c. 6. de reformat.* An autem vera sit, ac propria dispensatio, qua vtuntur Prælati erga se ipsos in irregularitatibus, & in votis, & præceptis Ecclesiæ, & in reliquis omnibus, sicut cum subditis dispensant? Equidem de Romano Pontifice non est dubium posse erga se ipsum in omnibus dispensare, in quibus potest cum subditis verè, ac propriè.

5. Probatur, quia hæc iurisdictio dispensandi secum, non est contentiosa, neque eget auxilio probandi. Item non est iurisdictio coactiua, quam in semet exerceri repugnat; sed est voluntaria, nec pertinet ad sacramentalem absolutionem, quæ de iure diuino exigit distinctionem personalem inter absolutum, & absoluentem, quæ est differentia, quæ constituitur à D. Thoma *in 4. dist. 20. quæst. 1. art. 5. quæstiunc. 4. ad tertium*, & *ibi* Durand. *quæst. 4. n. 10.* dicentibus actus, qui exercentur per modum sententiæ, vt absoluere, & condemnare non posse exerceri ab aliquo erga se ipsum: secus de actu, qui per modum dispensandi exercetur, Sanch. post alios *d. disp. 3. n. 6. per totū.*

6. Quo ad reliquos superiores Episcopos, & Archiepiscopos, Sanchez *suprà num. 8.* tanquam probabilius tradit posse Episcopos verè, à directè secum dispensare in omnibus casibus, in quibus possunt cum subditis. Ratio, quia aliàs manebunt peioris conditionis, quàm subditi, cum quibus dispensare possunt superiores, Azor *instit. moral. p. 1. lib. 7. c. 29.* Molina *tract. 2. disp. 147. vers. Religiosus tamen.* Emmanuel Saa *verb. Religiosus num. 47. vers. Prælati in Religione.* Præterea dispensare secum Episcopum non repugnat iuri naturæ, nec repugnat iuri Ecclesiastico: igitur licitum est Episcopis vti hac iurisdictione secum, cùm in sua diœcesi possint omnia, exceptis reseruatis, vt probat Sanchez *de matrimonio lib. 1. disp. 61.* post Abulensem *c 16. Matth. quæst. 87. littera F.* & Victoria *relectione de matrimonio p. 1. num. 7.* atqui nullibi in iure reperitur Episcopis interdictum, secum dispensare: ergo possunt. quæ resolutio placet Armillæ *verb. Monachus n. 9.* & Fr. Manueli *in Bulla Cruciata, §. 8. dub. 6. n. 11. & 2. tom summæ c. 30. n. 4.*

7. Superest nodus difficilis, an possit Episcopus dispensare in omnibus irregularitatibus occultis, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & absoluere à casibus occultis *sess. 24. c. 6.* quando est facilis recursus ad Nuntium Apostolicum habentem potestatem ad dispensandum, & ad absoluendum, & à fortiori, quando facilis est recursus ad Summum Pontificem? Pars negans ex eo probatur, quia Episcopus videtur habere potestatem dispensandi in occultis, & absoluendi ab illis ratione vrgentis necessitatis, sed quando adest potens dispensare, ad quem recurri potest, cessat necessitas; ergo non poterit Episcopus. Iuuat Sacerdotem simplicem posse absoluere in articulo mortis vrgente necessitate, & absente Parocho. Necessitate tamen cessante, aut præsente Parocho, & volente audire confessionem, non est locus simplici Sacerdoti; igitur Episcopus nihil poterit in casibus occultis, si adsit superior ad quem potest confugi.

Nihilominus dicendum est posse Episcopum in occultis dispensare, & ab illis absoluere, quia huiusmodi casus dicūtur verè casus Episcopales, & pertinent ad Episcopum, non ratione vrgentis necessitatis; sed competunt illi iure ordinario speciali, & possunt delegari ab Episcopo, Suarez
de censuris tom. 5. disp. 41. sect. 2. n. 23. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 2. num. 19. vers. secundum*, & 8.
Gutier. *lib. 3. de matrimonio c. 49.* contra Henriquez *in summa lib 14. de irregul. c. 14. num. 7. & in commento littera O.* Secus videtur dicendum in habente potestatem dispensandi in casibus reseruatis Pontifici, ratione vrgentis necessitatis, nimirum in casibus matrimonij, quando est irritum per impedimentum dirimens, & fuit contractum bona fide ex parte saltem alterius coniugis; tunc enim, quamuis Henriquez *lib. 6. de pœnit. cap. 10. num. 1. in comment littera D. & de matrimonio lib. 12. c. 3. n. 1. & in commento littera H.* dicat posse, quando facile recurri potest ad Nuntium, vel ad Pontificem, oppositum est dicendum, quia Episcopus potest solùm in his casibus dispensare vrgente necessitate, non autem vrget quando facilè recurri potest ad Nuncium Apostolicum; proinde hanc sententiam tradit Vega *lib. 6. summæ casu 143. in fine*, Nauarrus *in summa c. 22. n. 86.* Hispanè, & *n. 85.* Latinè, & Ludouic. Lopez *2. p. instructor. c. vltim. ad finem*, §. portò hîc etiam illa quæstio, quamuis dubitans loquatur; ait enim fortè ita esse; sed Manuel Bulla Cruciata, *§. 13. n. 6. in fine* absolutè lo- 9.
quitur pro hac parte. Quin imò qui habet priuilegium dispensandi in casibus competentibus Episcopo etiam matrimonialibus, non potest dispensare in illis, in quibus potest Episcopus non iure ordinario, sed ratione vrgentis nessitatis, ita Henriquez *lib. 6. de pœnitentia c. 14. n. 7. littera P.* & Manuel *Bulla Cruciata, §. 9. n. 118.* Quoniam casus qui competunt Episcopo, quando vrget necessitas, non censentur casus Episcopales, sed re vera Summo Pontifici competunt; permittuntur tamen Episcopo ex quadam iuris interpretatione.

DISPVTATIO XIX.

De casibus in specie Episcopo reseruatis.

Casus Episcopi reseruari an possint.

§. I.

EPITOME.

1. *Casus reseruari an possint constitui ab Episcopis in sua diœcesi?*
2. *Episcopi à quo accipiant potestatem reseruandi peccata?*

Episcopi

3. *Episcopi an possint reseruare peccata venialia?*
4. *Reseruatio sine vlla causa facta, an valeat?*
5 *Episcopi an possint reseruare peccata sine censuris?*
6. *Parochi an possint reseruare peccata?*
7. *Quæ sint peccata reseruata de iure, & quæ de consuetudine?*
8. *Peccata interna an possint reseruari?*
9.10.11.12.13.14.15.16.17.18.19.20.21.22. *Quis possit absoluere a reseruatis siue sint à iure, siue a consuetudine, siue a iure particulari reseruata?*

1. CONSTAT posse Episcopos in suis diœcesibus reseruare casus aliquos, vt constat ex Concilio Tridentino *sess.* 14.*c.*7. per hæc verba. *Magnopere verò ad Christiani populi disciplinam pertinere sanctissimis Patribus nostris visum est, vt atrociora quædam, & grauiora crimina non a quibusuis, sed a summis duntaxat Sacerdotibus absoluerentur, vnde meritò Pontifices maximi pro suprema potestate in Ecclesia vniuersa sibi tradita, causas aliquas criminum grauiores sua potuerunt peculiari iudicio reseruare. Neque dubitandum est, quando omnia, quæ a Deo sunt, ordinata sunt, quin hoc idem Episcopis omnibus in sua cuique diœcesi, in ædificationem tamen, non in destructionem liceat, pro illis in subditos tradita supra reliquos inferiores Sacerdotes authoritate, præsertim, quo ad illa, quibus excommunicationis censura annexa est.* Hactenus Concilium.

Ex quo deducitur voluisse Concilium comprehendere causas non solùm quoad forum externum, sed etiam quoad forum animæ crimina, quæ potest non solùm Summus Pontifex, sed etiam Episcopus reseruare, quoad forum externum quantum ad pœnas, quoad forum animæ quantum ad culpam, ita D. Thomas *in 4 dist 17 quæst.*3. *art 4.quæst.unic.* 2.*ad* 4. Paludanus *ibi quæst.* 5. *art.* 1. Nauar.*cap.*27.*num.* 271. Suarius *tom.4.de pænitentia disp.*29 *sect.*1.*num.*2.*& sect.*2.*num.*8. patet ex communi, & antiquo vsu per totum Orbem recepto tam in diœcesibus, quàm in Religionibus, in quibus omnibus solent reseruari casus.

2. Quæstionis tamen est, à quo Episcopi accipiant potestatem reseruandi peccata, à Papa ne, an immediatè à Deo? Suarius *tom.* 4.*de pænit.disp.*25. *sect.*1.*num.*6 *&* 7. post alios affirmat accipere potestatem reseruandi immediatè à Papa, sequitur Viualdus *in Candelabro*, vbi de absolutione *n.* 38. Nam habere hanc potestatem definitur in Concilio Tridentino *in d.sess.* 14.*Canon.*11. ibi, *Si quis dixerit Episcopos non habere ius reseruandi sibi casus, nisi quoad externam politiam, atque ideo casuum reseruationem non prohibere, quo minus Sacerdos verè absoluat, anathema sit.* Nullibi tamen iure diuino probatur competere Episcopis aliam iurisdictionem, excepta illa habituali, & fundamentali, quæ Episcopis confertur per ordinationem, & consecrationem. Quare reliqua iurisdictio Episcopis concessa immediatè à Summo Pontifice in illos deriuatur.

Nec obest, quòd secundùm aliquos Episcopatus est de iure diuino, vt post multos tenet Duenas *regul.* 72. *vers. Fallit in dignitate*, & notat Gregor. Lopez *partit.*1.*tit.*5.*l.*1.*gloss* 3. *& l.*17.*gloss.*2. Constat tamen Episcopos non succedere in omni potestate, aut vniuersali iurisdictione Apostolorum, vt patet de multis Episcopis, quos adhuc viuentes Apostoli elegerunt pro speciali Diœcesi; traditque post multos Henriquez *lib.* 3. *de Sacramen.c.* 6. *in principio littera* E. & fauet Castro *de iusta hæreticorum punitione lib.*2.*c.* 24. & Victoria *in relectione* 2.*de potestate Ecclesiæ cap.* 2. existimantes Episcopos habere suam iurisdictionem immediatè à Christo Domino, ex illo *Actorum* 20 ibi, *Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos posuit Spiritus sanctus Episcopos regere Ecclesiam Dei.* Nihilominus verba illa solùm probant Episcopalem dignitatem, & consecrationem solùm esse de iure diuino, tenerique Romanum Pontificem creare aliquos Episcopos. Non tamen probant iurisdictionem actualem esse de iure diuino, & immediatè à Christo deriuari, cùm Annulares Episcopi, qui carent ouibus, nullam iurisdictionem actualem habeant, sed tantùm fundamentum, hoc est, Characterem, scilicet Episcopalem: atque ita dici potest iurisdictionem habitualem esse de iure diuino, actualem verò de iure humano à Summo Pontifice manare.

Sequitur, an peccata venialia possit Episcopus valide reseruare? Henriquez *lib* 6.*de pænit.c.* 14. *n.*6 & Suarius *de censuris disp.* 29 *sess.* 3. *n.* 1. affirmant absolutè loquendo, præsertim illa, quæ impellunt in ruinam grauioris peccati. Nihilominus contrarium videtur verius, ex eo, quia venialia non sunt materia necessaria confessionis, ita vt teneatur quis ea fateri: ergo reseruatio est inutilis; tum quia venialia multis modis extra confessionem remittuntur, sicut reseruatio de peccatis mortalibus semel ritè confessis, esset sine fructu, si Episcopus ea voluisset reseruare: siquidem nemo tenetur peccata semel ritè confessa, & validè absoluta subiicere rursus clauibus Ecclesiæ. Cæterùm si quis voluerit iterum confiteri de mortalibus semel confessis, aut de venialibus per confessionem consequi remissionem, tenebitur fateri apud Confessarium, cui reseruata sunt concessa, vt notat Suarius *de pænit.tom.*5.*disp.*29.*sect.*3.*n.*1. 3.

Valeat ne Episcopus in sua Diœcesi licitè, & validè reseruare peccata absque vlla causa, quæstio est anceps? Pars negans ex eo probatur, quia reseruatio absolutè est pœna, & non potest incurri sine culpa: ideo nec licitè, nec validè potest Episcopus reseruare pro libero suo arbitrio absque vlla causa. Henriquez *lib.* 6. *de pænit. cap.* 14. *num.* 13. vbi tradit insolitam reseruationem casuum, hoc est, factam sine causa, non obligare; sequitur Angelus *verb casus, ad finem.* Dicendum tamen est validam esse reseruationem factam ab Episcopo absque vlla causa, sed illicitam, ita expressè Syluester *verb confessor.* 3.*num* 5. *ad finem*, Graff.*decis lib.*1.*cap.*13. *num.* 77. vbi ait sine causa eam reseruationem fieri esse peccatum, 6. *quæst.* 1. *cap.peruenit, & cap.cùm ad Ecclesiarum, de officio iudicis ordinarij*: validam tamen esse, & absolutionem contra talem reseruationem datam non tenere; imnat Summum Pontificem in toto Orbe posse absque causa respectu huius, aut illius Episcopi, aut aliquorum diuisim sumptorum reseruare aliquos casus pro libito, & absque causa validè, non tamen licitè. Attamen non potest reseruare nec licitè, nec validè respectu omnium Episcoporum totius Orbis omnes casus, & causas collectiuè sumptas pro suo arbitrio, & absque causa validè, eo quia id esset priuare omnes Episcopos in vniuerso Orbe iurisdictione sua, quod esset contra rationem sui officij, & contra communem vtilitatem. Occurrente verò causa rationabili, poterit Summus Pontifex reseruare omnes causas, seu casus respectu omnium Episcoporum alicuius Prouinciæ: rarò autem re- 4.

perietur talis causa: proinde ſine illa nec licitè, nee validè poterit, Suarius *tom. 4. de pœnitent. disputat. 29. sect. 4. num. 4.*

Petes propter quas causas poſſint Epiſcopi teſeruare ſibi eaſus? Conſtat ex Concilio Tridentino *ſeſſ. 14. c. 7.* fieri reſeruationem caſuum, vt grauiora peccata grauiori iudicio ſubdantur: item vt meliùs eorrigi poſſint: item, vt ſi fuerint in Rempublicam pernicioſa, commodius remedium adhibeatur. Tum maximè, vt actiori metu perculſi homines ab huiuſmodi delictis abſtineant. Sotus *in 4. diſt. 18. quæſt. 2. art. 5.* Graffis *lib. 1. deciſ. c. 13. num. 71.*

5. Porrò hæc teſeruatio facta ab Epiſcopis aliquando erit ſine cenſuris, aliquando cum cenſuris, & facta facultate abſoluendi à peccatis habentibus annexam cenſuram, conſequenter fit facultas ad abſoluendum à cenſura, & ſublata ceoſura, tollitur reſeruatio à peccato, poſſéque abſolui à quolibet Sacerdote approbato. Conceſſa autem facultate abſoluendi à peccatis reſeruatis non conceditur facultas abſoluendi à cenſuris, cùm ſint diuerſa peccata. Quin imò data facultate abſoluendi ab omnibus cenſuris ſibi reſeruatis non eenſetur abſolutè data facultas ad abſoluendum ab omnibus eaſibus reſeruatis non habentibus cenſuram annexam, quoniam à diuerſis non fit illatio. *l. Papinianus exuli, ff. de minorib.* Nec concedendo facultatem abſoluendi à eaſibus, & cenſuris, conceditur abſolutio, vel diſpenſatio in votis, aut in irregularitate: non enim huiuſmodi facultates poſſunt extendi etiam, quando Epiſcopus concedit alicui omnem ſuam facultatem, & authoritatem ad audiendas confeſſiones, quia non veniunt reſeruata in conceſſione generali. Nauarr. *in manuali, cap. 27. num. 261.* Lælius Zechius *tract. de caſibus reſeruatis Epiſcopo, in principio obſeruat. 1.* Gambar. *eodem tractatu de caſibus Papæ reſeruatis, cap. 2. num. 22.*

6. Parochos non poſſe reſeruare caſus de iure certum eſt, ſicut nequeunt reſeruare inferiores Epiſcopo Decani, videlicet Archidiaconi, & alij ſimiles, qui non habent iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi Epiſeopalem. De conſuetudine Parochi legitimè introducta ſecundùm tradita ab Henriquez *lib. 6. de pœnit. cap. 14. num. 4.* & Suarez *tom. 4. de pœnit. diſp. 19. sect. 1.* poſſunt reſeruare, ex cauſa tamen rationabili, & abſque illa, nec licitè, nec validè pro libitu; ex eo, quia conſuetudo legitimè præſcripta debet niti ratione, ſicut qui ex præſcriptione longiſſima diſpenſat in votis, debet diſpenſare ex cauſa legitima, & abſque illa diſpenſatio non tenet, vt tradit Sanchez *in præcepta Decalogi, lib. 4. cap. 45. num. 3.* quia diſpenſatio abſque cauſa in quocunque præcepto obliganti à iure diuino, & Eccleſiaſtico non eſt diſpenſatio, ſi fiat abſque cauſa, ſed diſſipatio, ſic in noſtro caſu Curati ex conſuetudine antiqua, & longo vſu probata reſeruatores aliqua crimina non poterunt extendere eam, ad reſeruandum pro libito ſine cauſa rationabili. Confirmatur, quia etiam reſeruatio de ſe eſt oneroſa, & odioſa, quatenus reſtringit iuriſdictionem Confeſſariis approbatis: ergo non debet fieri cum extenſione ad caſus abſque vlla cauſa cùm fiat in ædificationem, non autem in deſtructionem animarum.

7. Sunt autem peccata quædam de iure reſeruata, de quibus Nauarrus *in manuali cap. 27. num. 256.* gloſſ. *in Clement. dudum, in verb. conceſſa, de ſepult.* & gloſſa *in cap. 2. de pœnit. & remiſſ. lib. 6.* ſed loquuntur indiſtinctè de caſibus reſeruatis iure communi, aut particulari, vel conſuetudine generali. De iure reſeruati Epiſcopo ſunt incendium ex propoſito factum, & conſilium, & auxilium ad id præſtitum. *23. quæſt. 8. cap. peſſimam.* Secundus caſus eſt peccatum, propter quod pœnitentia ſolennis imponenda eſt, *diſt. 50. cap. in cap. 26. quæſt. 6. cap. ſi*; quæ ob ſolum peccatum notorium, & ſcandaloſum imponitur, quæ tamen proprie non eſt in vſu. Tertius caſus eſt, excommunicationes Papæ reſeruatæ, quarum in certis caſibus abſolutio inferiori permittitur: tunc enim per inferiorem non venit quilibet Saeerdos, ſed Epiſcopus tantùm, Nauar. *cap. 27. num. 262.* Quartus eaſus reſeruatus continetur in Concilio Tridentino *ſeſſ. 24. cap. 6. de refor.* Hoc eſt quando crimina ſunt occulta, nec deducta ad forum contentioſum. Quoad caſus autem Bullæ Cœnæ Domini non habet locum hoc decretum Concilij: atque ita nequeunt Epiſcopi per virtutem illius abſoluere prædictos caſus Bullæ Cœnæ Domini. Ita Mar. Anton. Genuenſ. *in praxi cap. 67. num. 10.* affirmat fuiſſe declaratum à Gregorio Decimoquarto, & à Clemente Octauo.

Quintus caſus continet abſolutiones caſuum Papalium Epiſcopis conceſſas, quando delinquentes propter legitimum impedimentum nequeunt accedere ad Sedem Apoſtolicam, vel ad eius Legatum, vt habetur *in cap. quamuis, cap. ea noſcitur, & in cap. quod de his, de ſententia excommunicationis*, Felinus *in d. cap. quamuis.* Porrò cauſæ legitimè impedientes ſunt paupertas, infirmitas perpetua, valetudo imbecilla, conditio ſexus, nimirum ſi fuerit mulier, ſeu ſtatus, puta, ſi non ſit ſui iuris, aut ſi fuerit ſeruus: item grauis ſenectus: item ſi mancus, vel membris mutilatus. Denique impediti cenſentur, qui nequeunt ſe ipſos præſentare ſuperiori, Sanchez *in præcepta Decalogi, lib. 2. cap. 13. num. 14.* Barboſ. *in cap. ea noſcitur ſuprà*, vbi numerat in ſpecie omnes legitimè impeditos, quorum abſolutiones reſeruantur Epiſcopis de iure, *& in cap. de monialibus, eodem titulo, & in cap. pueris, ibidem.* Quòd ſi non habuerint ſic abſoluti perpetuum impedimentum, debet imponi conditio ab Epiſcopo, vt ceſſante impedimento teneantur ſe ſiſtere Sedi Apoſtolicæ; & niſi ſe præſentent, reincident in priores cenſuras, *cap. eos qui, de ſentent. excommunic. in 6.*

Sextus caſus de iure reſeruatus Epiſcopo continetur *in cap. peruenit, de ſentent. excommunic.* vbi excommunicati propter leuem percuſſionem clerici, ab Epiſcopo abſolui poſſunt, Gutier. *Canon. lib. 1. cap. 3. num. 11.* Garc. *de nobilitate, gloſſa nona, num. 40.* Bellet. *diſquiſit. cleric. p. 1. titulo de fauore clericorum §. 3. num. 33.* Sayr. *de cenſur. lib. 2. cap. 28. à principio*, & Bonacina *eodem tractatu diſp. 3. q. 4. punct. 5. num. 2.* Iniuria an ſit leuis iudicanda eſt arbitrio Epiſcopi, qui ex circunſtantiis tam perſonarum, locorum, & temporum, quàm modi percuſſionis arbitrabitur, vt volunt Bellet. *d. §. 3. n. 34.* & Sayr. *d. cap. 28. num. 5.* vbi addit communiter exiſtimari percuſſionem leuem, quam facit Magiſter, Prælatus, pater, dominus, in diſcipulum clericum, filium, aut ſeruum. Regulariter tamen Bonacin. *d. punct. 5. num. 4.* putat eſſe leuem percuſſionem, quæ fit pugno, palma, manu, pede, digito, baculo, vel lapide, quando nulla carnis macula apparet, vel quando percuſſio fit ſine aliqua ſciſſione, vel ruptione membri, ſine fractione dentis, ſine euulſione multorum capillorum, & ſine effuſione

multi

multi sanguinis. Erit tamen hæc percussio aliàs leuis ratione loci, vel personæ, grauis, veluti si quis manum iniiciat ad faciem alicuius grauis personæ infigendo alapam, vel si in platea publica de die, vel coram populi multitudine percutiat. Semper tamen relinquitur taxanda huiusmodi iniuria arbitrio iudicis ex communi Doctorum sententia, Felin. *in cap. cum illorum, num. 12. de sentent. excommunic.*

Quæ autem sit atrox iniuria, exponit Extrauag. Ioan. XXII. relata à Confect. *in priuil. mendic.* Sed quia mutilatè illam aliqui referunt, non abs re hoc loco putaui ad verbum inserere, quæ sic habet:

Perlectis litteris vestris circa absolutionem excommunicatorum, vos in eis dubitare perspeximus, quæ esset modica, aut leuis iniuria, circa quam, sicut talis loquitur, absoluendi vobis contulimus potestatem.

Ad quod cùm sit facti potius quàm iuris quæstio, vobis prout possumus respondemus, illam videlicet modicam percussionem, aut impulsionem, pugni, palmæ, manus, pedis, digiti, aut baculi, vel lapidis, quæ ad liuorem, mutilationem membri, fractionem dentis, depilationem capillorum non modicam, vel effusionem sanguinis non excedit, nec sit cum leuissimi ictus, aut pugni percussione sanguis exiret, transire in atrocem iniuriam profitemur, vt propter hoc sit ab absolutione talium abstinendum, vt tamen non solùm ipsum factum, imò etiam facti qualitas, percutiendi modus, aut iniuriandi circa hoc diligentiùs attendatur, & ipsius facti circunstantia, loci videlicet, & etiam personæ, quæ sit leuis, vel modica, grauis, aut enormis iniuria manifestiùs cognoscatur. Loci quidem, vt in theatro, vel in foro, coram Rege, & Prælato, vel iudice in Ecclesia, coram multis, in aliquo loco publico alicui iniuria confertur. Personæ, veluti si magister, vel iudex, aut etiam magistratus, aut Prælatus, pater, aut patruus, vel aliquis in dignitate, vel personatu constitutus ab inferiori, vel humili contra naturam iuris patiatur, per hæc quidem graues videantur iniuriæ, & quæ sint leues, aut modicæ tanquam ex opposito cognoscantur. Sanè quia negotij natura non patitur, vt ad plenum omnia differantur, iudicium talis enormis iniuriæ vestro duximus arbitrio committendum, vt potestatem vestram cùm ad hæc processeritis, temperetis, vt citra metas huiusmodi potius, quàm vltra eas citra absolutionem talium procedatur, ne iniuriantes de vicina absolutione confisi, de facili in atroces prorumpant percussiones, vel iniurias, & sententias canonis, iam periculosiùs contemnentes, in excommunicationis sententias procliuiùs prolabantur. Tolerabilius est enim aliquos, qui per vos eiam possunt absolui, nobis, vel superiori absoluendos relinquere, quàm contra statuta Canonum imagine quadam absolutionis (quod non fit sine grandi periculo) quemquam relinquere innodatum, cùm vmbra quædam videatur in opere, veritas autem non subeat in effectu, &c.

Septimus casus Episcopo reseruatus de iure est excommunicatio, quam ipse tulit, vel eius prædecessor, reseruando sibi absolutionem ipsius, *cap. nuper, de sentent. excommunic.* & participantis in crimine excommunicato excommunicatione ipsi reseruata, *cap. si concubina, de sentent. excommunic.* ibi, *Omnes etiam excommunicationes maiores iuris, quarum absolutio nemini est reseruata per Episcopum, non per inferiorem absolui debent*, gloss. notabilis *in cap. si Episcopus, de pœnit. & remiss.* Semperque recurri debet in his ad Episcopum: quòd si de facili non sit aditus ad Episcopum per simplicem Sacerdotem posse absolui, tradit Innocentius *in d. cap. nuper, de sentent. excommunic.* Nauarrus tamen indistinctè, *cap. 27. num. 261.* ait quoad forum conscientiæ huiusmodi excommunicationes posse absolui per proprium Confessorem, sequitur Couarr. *in cap. Alma mater, par. 1. §. 11. num. 5.* & Gutier. *lib. 1. Canon. cap. 6. num. 1.* sed duo isti loquuntur de Parocho erga suos subditos, voluntque posse absolui à senten. excommun. per suum Parochum, quæ regulariter à iure infertur.

Nihilominus posse Parochum absoluere ab excommunicatione iuris etiam maiori nemini reseruata, docet Henriquez *lib. 13. cap. 18. §. 5. litt. S.* asserens rationem textus *in d. cap. nuper*, ibi, *vel à proprio Sacerdote*, esse vniuersalem, quæ ita conuenit maiori, sicut & minori, & ideo posse absoluere ab excommunicatione nemini reseruata, Suarez *tom. 5. disp. 7. sect. 3. & sect. 4. num. 9.* Sayr. *lib. 5. de censur. cap. 15. num. 22.* Auila *p. 2. cap. 5. disp. 1. dub. 4.* & Bonacin. *de censur. disp. 1. quæst. 3. punct. 1. num. 9.* Ad Innocentium dicentem *in cap. nuper*, recurrendum esse ad Episcopum quando de facili inueniri potest pro absolutione, dicendum est id procedere tantùm quoad forum exterius.

Verùm quamuis nomine proprij sacerdotis, strictè loquendo, is tantùm intelligatur, qui ordinariam habet iurisdictionem in foro pœnitentiali, vt Episcopus in sua diœcesi, & Parochus in sua Parochia, & propterea absolutionem prædictam à præfatis solùm impendendam esse velint D. Thomas *in addit. ad tertiam partem. quæst. 24. art. 1.* Sum. Pisana *verb. absolutio. 1. num. 1.* & Sayr. *de censur. lib. 2. cap. 23. num. 5.* Attamen posse absolui, à quocunque Sacerdote, approbato tamen ab Ordinario loci, verius putant Bonacin. *dict. disp. 1. quæst. 3. punct. 1. num. 9.* & Campanil. *in diuersor. iur. Canonici rubr. 11. cap. 15. num. 10.* Illud etiam adde posse impendi absolutionem excommunicationis à proprio Parocho nondum Sacerdote, quamuis textus *in d. cap. nuper, de sentent. excommun.* dicat à proprio Sacerdote, quia id etiam intelligitur à proprio Parocho nondum Sacerdote, eo quia Parochi Sacerdotes communiter sunt, ita Vgolin. *de censur. tab. 3. cap. 4 §. 2. num. 2.* Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 20. num. 3.* & Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 32. tract. 1. num. 154.*

Reseruati autem casus de consuetudine Episcopo habentur *in Extrauagant. Benedicti XI.* incipit, *Inter cunctas, de priuilegiis*, de quibus etiam meminit Nauarr. *in manuali cap. 27. num. 262. & sequent.* Graffis *decis. tit. de potest. confess. lib. 1. cap. 13. num. 65.* praxis noua Episcopalis *p. 2. cap. 1. de casibus Episcopo reseruatis, num. 2. fol. 102.* P. Fagundez *in præcepto 2 lib. 8. cap. 1. num. 10.* Barbos. *de offic. & potest. Episcop. alleg. 51. per totum*, & Bonacin. *de pœnitentia Sacrament. disp. 5. quæst. 7. punct. 5. §. 1. & sequentibus.* Sed in singularibus de casibus tam de iure, quàm de consuetudine dicemus *§. sequenti.*

Sed modò dubium est, an peccata interna reseruari possint? Regulariter loquendo, peccata, quæ 8.
reseruari solent, non sunt mortalia interna, sed externa ratio, quia cùm Ecclesia præcipuè externa consideret, & spectet, non interna merè, sed externa reseruat, ita Suar. *tom 4. de pœnit. disp. 29. sect. 3. num. 3.* & Ægidius *disp. 8. dub. 11. num. 79.* De potestate tamen absoluta Episcopi possunt sibi reser-

uare peccata merè interna, auferendo, vel negando Confessoribus facultatem absoluendi peccata interna, ita Sotus *in 4. dist. 18. quæst. 2. art 5.* Barthol. Medina 1.2. *quæst. 91. art 4.* Vasquez *de pœnit. quæst. 91. art. 3. dub. 3. num. 2.* Graffis *in appendice ad decisiones, lib. 1. cap. 7. num. 24.* Suar. *suprà*, Filliucius *tract. 7. cap. 10. quæst. 2. num. 271.* Homobonus *de casibus reseruatis 1. part. cap. 3. assert. 2.* Reginald. *in foro pœnit. lib. 1. num. 128.* & P. Fagundez *d. lib. 8. cap. 1. num. 16.* Ratio, quia iurisdictio pendet à voluntate concedentis; is autem potest sibi reseruare potestatem absoluendi peccata interna, ac solo corde retenta: namque reseruatio non habet veram, & propriam rationem pœnæ, sed est negatio, seu ablatio iurisdictionis absoluendi in foro animæ; atque ita non est dubium posse reseruari hæresim purè mentalem, & reliqua peccata enormia, vt de facto in aliquibus Episcopatibus Lusitaniæ reseruari solet hæresis mentalis, vt in Eborensi, Conimbricensi, & Braccarensi. Reseruari autem hæresim purè mentalem hodie Summo Pontifici, negat Suar. *in 3. part. disp. 21. sect. 2. numer. 1.* eo quòd hæresis reseruatur Summo Pontifici ratione censuræ, quam non incurrit hæreticus purè mentalis, neque incidit in pœnas contra hæreticos statutas.

Quinimò iudicium hominis non potest esse de interioribus, quæ latent, sed solùm de exterioribus actibus, qui apparent: propterea lex humana non potuit cohibere, & ordinare sufficienter interiores actus hominis hæretici verè quoad Deum, vt per illos subiiceretur Ecclesiæ pœnis, quia Ecclesia iurisdictione iudicandi de omnino occultis caret: & quamuis id posset, minimè expediret rectæ, & suaui Ecclesiæ regimini: atque ita nullus hæreticus ob hæresim in mente retentam incidit in excommunicationem, aut alias pœnas, nisi verbo aliquo, signo, vel facto hæresim internam manifestet. Ita ex antiquis Dominicus *in cap. perpetua, num. 6. vers. super dubio, de electione in 6.* dicens validam esse electionem criminosi omnino occulti, quoniam Ecclesia non iudicat de occultis, sequitur Bursatus *cons. 289.* incipit, *In subhastatione, num. 15. lib. 3.* Antoninus *in summa part. 3. tit. 24. cap. 4.* Tiraquel. *in l. si vnquam, verb. reuertatur, in noua editione, num. 295. vers. tertium, quod non longè.* Et ex recentioribus Driedo *de libertate Christiana lib. 3. cap. 5. ad finem,* Couarr. *regula peccatum 2. p. initio num. 7.* Syluest. *verb. excommunicatio 7. casu 2. num. 4. notab. 2. in fine.* Caiet. *in summa verb. hæresis, fine, & 2.2. quæst. 11. art. 3. in fine,* & *ibi* Aragon. & Bannes *art. 4.* Valent. *tom. 2. disp. 7. quæst. 5. punct. 7.* Henriquez *in summa lib. 14. cap. 4. §. 1. in gloss. littera* D. Vgolin. *de censur. tabul. 1. cap 9. §. 12. & de irregul. cap. 34. in principio, num 6. & in Bulla Cœnæ p. 2. cap. 1. §. 1. num. 16. & sequent. & §. 4. num. 12.* Suarez *de censur. disp. 4. sect. 2. num. 3. & disp. 21. sect. 2. & de legibus, lib. 5. cap. 13.* Sanchez *in præcepta Decalogi, lib. 2. cap. 8. num. 2.* & Sayr. *de censur. lib. 1. cap. 1. num. 14. & 15. & lib. 3. cap. 4. num 20.*

Nec obsunt Canonistæ asserentes hæreticos occultos incurrere excommunicationem, per textum *in Clementina 1. §. verùm, quia,* vbi gloss. *verb. ex ipso, de hæreticis,* vbi & Card. *num. 8. quæst. 7.* idem expressè tenent, quamuis hæresis solo corde sit retenta. Imola *in d. Clement. 1. num. 18. de hæreticis* Bald. *l. si quis non dicam, num. 1. vers. venio ad oppositiones, C. de Episcopis, & Clericis,* & alij, quos referunt Sanchez *in d. cap. 8. num. 1. per totum,* Ceuallos *commun. contra commun. quæst. 698.* & Cened. *ad Decret. Collect. 103. num. 2.* ex eo fundamento, quia Inquisitores contra hæreticam prauitatem aliquid odio, aut amore pro, vel contra reos, omittendo quod facere, vel non facere tenentur, incidunt in excommunicationem: sed odium, & amor sunt actus interiores, qui omnino latent interiùs: ergo hæretici purè mentales etiam incurrent excommunicationem. Respondetur tamen à Theologis Inquisitores non incurrere excommunicationem propter odium, aut amorem, quæ interiùs omnino latent, sed propter actus exteriores promanátes ab illis interioribus, & hic est verus intellectus Clementinæ illius primæ de hæreticis, vt notant Caiet. & Bannes *suprà*, & Castro *de iust. hæret. punit. lib. 2. cap. 18. & de lege pœnali lib. 2. cap. final.* Sic etiam accipienda sunt cætera iura adducta per glossam *in d. Clem. 1. verb. eo ipso*, quatenus imponunt pœnas, & censuras actibus internis, hoc est, cùm exeunt in publicum, aut manifestantur per aliqua signa exteriora: tunc enim excommunicationem, aut alias pœnas ab Ecclesia statutas aduersùs hæreticos incurrunt delinquentes, eo quia eorum crimen iam deuenit ad eos actus, qui subiiciuntur iurisdictioni Ecclesiæ, quamuis ex defectu testium sit per accidens occultum, Syluester, & Castro *suprà*, Bannes *dict. quæst. 11. art. 4. quæst. 2. conclus. 2.*

Quis possit absoluere à reseruatis, siue sint 9.
de iure communi, siue speciali, siue de consuetudine? Certi iuris est superiorem, qui reseruauit, & superiores ipsius reseruantis habere potestatem ordinariam, & directam absoluendi à casibus reseruatis, eius enim est absoluere, cuius est ligare. *l. 3. ff. de re iudicata, cap. verbum, de pœnit. distinct. 1.* vbi dicitur par, & æquale ius esse soluendi, & ligandi: & res per quas causas nascitur, per easdem dissoluitur. Hinc fit, vt qui potest excommunicare, potest absoluere, gloss. *verb. inferior in cap. inferior 4. dist. 21.* textus *in cap. prudentiam §. sexta, de officio delegati, & cap. ad reprimendam, de officio Ordinarij.* Vnde Prælati inferiores nequeunt dispensare in legibus superiorum, & in pœnis earum, vt post Nauarrum tradit Emmanuel Ruiz *tomo 1. de Regularibus, quæst. 22. art. 8.* idem probat Suar. *de censur. disp. 5. sect. 4 num. 21. & lib. 6. de legibus, cap. 14. num. 4. & in defensione fidei lib. 4. cap. 8. num. 15.* subdit esse contra rationem, vt aliquis inferior acquirat iurisdictionem in superiorem, iuuat Sanchez *lib. 7. de matrim. disp. 7. num. 6.*

Quare vera est resolutio etiam superiores reseruantis posse absoluere à reseruatis, Bonacin. *de pœnitentia Sacramento disp. 5. quæst. 7. punct. 5. §. 2. num. 1. & 2.* ideo reseruatorum absolutio impendi potest non solùm ab Episcopo reseruante sibi peccatum, sed etiam à Summo Pontifice, qui est in toto Orbe Episcopus; verùm successor potest absoluere à censuris latis à se, & à suis prædecessoribus. Mar. Alter. *tom. 1. disp. 2. de absolut. ab excommun lib. 4. cap. 2. vers. neque solus, & vers. hæc igitur iurisdictio,* & Bonacin. *de censur. disp. 1. q. 3. punct. 2. num. 1.*

Porrò Archiepiscopus nequit absoluere à casi- 10.
bus reseruatis ab Episcopo, quamuis suffraganeo, non enim est superior in hoc foro, exceptis quibusdam casibus in tempore visitationis, in quibus censetur superior, & consequenter potest per se ipsum absoluere à casibus reseruatis subditos suorum suffraganeorum, ex *cap. vltimo, de censibus in 6.* potéstque absoluendi facultatem aliis delegare,

delegare, cùm habeat potestatem ordinariam tempore visitationis Prouinciæ, vel appellationis ad ipsum. Graffis *supra d. cap. 9. num. 19.* Suar. *de pœnit. disp. 25. sect. 1. num. 14. & disp. 30. sect. 2. num. 8.* Ægidius *d. disp. 8. dub. 3. num. 21.* Filliucius *tract. 7. cap. 7. quæst. 9. num. 196. & cap. 10. num. 281.* Quinimo Henriquez *lib. 6. cap. 7. num. 5. in commento*

11. *littera A.* addit Episcopum posse absolui à reseruatis ab Archiepiscopo, qui est superior ipso, si illi se subiiciat, etiam si Archiepiscopus non est superior immediatus subditorum suffraganei, excepto casu appellationis, vel visitationis. Adde, si Episcopus incidat in casum reseruatum Papæ posse absolui à Confessario approbato, quem Episcopus elegerit, si fortè habeat potestatem absoluendi alios in eundem casum incidentes, cùm non debeat esse deterioris conditionis, Filliucius *tract. 7. cap. 10. quæst. 5. num.* 87. nam ex Congregatione Cardinalium declarante potest Episcopus deputare sibi Confessarium cum ea facultate ad se ipsum absoluendum quam Episcopus in sibi subditos potest exequi, Henriquez *lib. 6. cap. 7. num. 5. littera A.* & Sanchez *de matrimonio, lib. 8. disp. 3. num. 3. & in præcepta Decalogi, lib. 2. cap. 11. num. 11.*

12. Quid ergo de Confessario habente facultatem delegatam absoluendi reseruata à Superiore habente ordinariam? Responde Confessarium huiusmodi posse absoluere iter iter agentes, si habeant casus reseruatos Episcopo proprij domicilij, & Episcopo loci in quo confitentur: est enim iudicandus pœnitens secundùm leges loci, in quo reperitur, Nauarrus *cap. 27. num. 275.* & Suar. *de pœnit disp. 30 sect. 1. num. 15.* & alij. Contrà verò si iter agentes, aut peregrini habeant peccata reseruata Episcopo loci in quo confitentur, quæ non sint reseruata Episcopo proprij domicilij, nequeunt absolui, nisi ab habente facultatem absoluendi à reseruatis quia est iudicandus iuxta leges loci in quo reperitur, ita præcitati. Quòd si iter facientes habeant reseruata Papæ, non possunt absolui nisi ab habente facultatem absoluendi à reseruatis Papæ, qui habet totum Orbem pro sua Diœcesi, ac territorio, & ipsius leges vbique obligant si fuerunt acceptatæ, Bonacin. *de pœnit Sacrament disp. 5. quæst. 7. punct. 5. §. 2. n. 11.*

13. Nota tamen, quando Confessarius nequit absoluere à reseruatis commissis in alieno loco, ut in Diœcesi aliena, quid faciendum pœnitenti? Dico primò huiusmodi pœnitentem non posse regulariter absolui à reseruatis à ministris illius loci, in quo peccauit, nisi sit ibi causa negotiorum, seu itineris, habita ratione consuetudinis, iuxta quam vsu, & praxi introductum sit, vt aliquis in alieno territorio absolui possit. Ratio tamen ob quam pœnitens, per se loquendo, nequeat absolui à reseruatis, vel à peccatis in alieno loco commissis, ostenditur ex *cap. omnis vtriusque sexus*, disponente peccata proprio Sacerdoti, vel alteri de ipsius licentia esse confitenda: Confessarij autem alterius territorij non sunt proprij Sacerdotes. Item, quia peccata mortalia debent remitti simul, ministri verò illius territorij, in quo quis deliquit, non possunt absoluere ab omnibus, quia, vt suppono, in omnia non habent iurisdictionem; igitur nequeunt absoluere à peccatis in alieno loco patratis: sequeretur enim si possent absoluere quòd Petrus, qui hodie peccauit in hac Parochia, in qua non habitat, possit absolui à Parocho ipsius Parochiæ, quod non videtur admittendum, ita Nauarr. *cap. placuit, de pœnit. dist. 6. num. 83.* Suar. *disp. 25. sect. 1. num. 18.* Ægidius *de pœnit. disp. 3. dub. 3. num. 22.* Henriquez *lib. 6. cap. 7. num. 2.* & Filliucius *tractatu 7. cap. 7. quæstion. 7. numer. 189.*

Nec obest pœnitentem ratione delicti commissi in alieno loco fieri subditum Superiori illius loci, quia, vt intelligitur in foro externo, quod respicit bonum publicum, & decernit, vt delicta in alieno loco patrata ibidem puniantur, secus in foro conscientiæ, Henriquez *supra.*

14. De excommunicatione ab aliquo incursa in alieno territorio potest absolui à Superiore illius loci, in quo in illam incidit, quòd si excommunicatio est publica, & reseruata Superiori loco in quo fuit incursa, nequit reus absolui à proprio Episcopo sine licentia Episcopi loci, in quo deliquit. Contrà verò, si excommunicatio non est reseruata, aut est occulta, esto sit reseruata, Episcopus, vel alius ab ipso specialiter delegatus absoluere potest, ex decreto Tridentini *sess. 24. cap. 6.* ita Bonacina *de censur disp. 1. q. 4. punct. secundo n. 6.* post alios *ibi* relatos, Hieronymus Llamas *1 p. c. 6. §. 3.*

15. Insuper difficultas est quando pœnitens habet casus reseruatos, & non reseruatos? Responde non posse Superiorem præcisa rationabili causa, & sine vrgente necessitate audire sola reseruata, vt ab illis sacramentaliter absoluat, & mittere pœnitentem ad inferiorem pro non reseruatis, Vasquez *quæst. 91. articulo 3. dub. 10. num. 2.* Henriquez *lib. 6. cap. 14. & cap. 15. num. 4.* Valent. *tom. 4. disp. 7. quæst. 11. punct. 1. vers. sextus casus*, Suar. *disp. 31. sect. 1. num. 2.* Nugnus *in additionibus ad tertiam partem quæstion. 9. art. 2. dub. 4. ad finem;* Sayr. *de pœnit. cap. 16. num. 7.* Ex eo fundamento, quia integritas confessionis est de iure diuino, & ideo seruandum: atque ita non debet partiri confessio absque iusta, & rationabili causa. Neque pœnitens potest non vrgente necessitate confiteri sola reseruata superiori cum intentione manifestandi reliqua inferiori. Neque consuetudo absoluendi prius à reseruatis admitti debet nisi, quando superior negotiis obrutus nequit omnia pœnitentis peccata audire, cùm talis consuetudo non possit legitimè introduci, cùm sit contra ius diuinum de integritate confessionis.

16. Illud etiam non est silentio prætereundum, quando Superior ex causa iusta, & rationabili non audit nisi reseruata, & absoluit sacramentaliter ab illis, conferri primam gratiam pœnitenti attrito, ita Scotus *in 4 dist. 18. q. 1. art. 5. ad secundum argumentum, fol. mihi* 880. Suar *disp. 31. sect. 1. num. 2.* Ægidius *dist. 2. dub. 9. num.* 82. Contrarium docet Syluester *verb. confessio 1. num. 19.* dicens hanc absolutionem non esse sacramentalem, & Nauarrus *de pœnit. disp. 5. cap. consideret. § cautus, num. 19.* quamuis fateatur absolutionem esse sacramentalem, negat tamen conferri gratiam primam, nisi in secunda absolutione, quasi ex vtraque absolutione fiat vnum Sacramentum; quemadmodum ex pluribus vnctionibus, & ex partialibus formis in sacramento extremæ Vnctionis, conficitur vnum Sacramentum. Nihilominus, si superior intendat absoluere sacramentaliter à reseruatis, non est dubium conferri primam gratiam, quia ex parte pœnitentis sufficiens materia oblata fuit, & sufficiens iurisdictio ex parte absoluentis, cum intentione absoluendi: cùm ergo validè absoluerit, & confessio fuit integra formaliter, quamuis ex iusta causa non fuerit

integra

integra materialiter, & pœnitens bona fide recepit abſolutionem ſacramentalem, ſine dubio recepit primam gratiam, ſicut recipit ille cui remittuntur peccata reſeruata directè in confeſſione, & indirectè mortalia, oblita tamen. Quinetiam abſolutus per Superiorem à reſeruatis, & poſtea per inferiorem à non reſeruatis duplex Sacramentum recipit, & duplici effectu afficitur, dummodo Superior, qui non audiuit ex cauſa iuſta, niſi tantùm reſeruata intendat abſoluere ſacramentaliter, Suar. *diſp.* 31. *ſect.* 1 *num.* 9. Bene poteſt tamen Superior, aut Epiſcopus, auferre reſeruationē peccati ſine ſacramentali abſolutione. Ægidius *ſuprà diſp.* 8. *dub.* 12. *num.* 84. & Reginaldus *in praxi fori, lib.* 8. *num.* 77.

17. Porrò quando Superior impendit abſolutionem ſuper reſeruatis, ambigi poteſt, an pœnitens debeat inferiori confiteri ipſa reſeruata iam abſoluta, ſicut & non reſeruata? Negat Suarez *d. diſp.* 31. *ſect.* 1. *num.* 10. Vaſquez *q.* 91 *art.* 3. *dub.* 10. *num.* 3. Affirmat tamen Henriquez *lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 4. *&* *cap.* 12. *lib.* 6. *cap.* 15 *num.* 5. eo quòd confeſſio debet eſſe integra. & Chriſtus Dominus præcepit omnia peccata vni Sacerdoti eſſe confitenda, nihiluminus in hoc caſu verior eſt ſententia Suarij quem ſequitur Zerola *in praxi de pœnitentia cap.* 13. & Nugnius *in addit. ad* 3. *partem quæſt.* 9. *ſuprà, in* 2. *parte ad finem verſ. ex dictis pag.* 327. ex ea ratione, quia qui ex cauſa iuſta non confitetur integrè, non tenetur confiteri peccata ritè confeſſa, & à quibus eſt directè abſolutus; ſic etiam in noſtro caſu non debet obligari directè abſolutus à Superiore, vt eadem peccata reſeruata aperiat inferiori. Non enim eſt obligatio confitendi bis eadem peccata ritè, ac rectè confeſſa, Nauarr. *d. cap.* 9. *num.* 7. & alij. Ex quo ſequitur, qui fuit abſolutus directè per inferiorem à non reſeruatis, & pro reſeruatis miſſus eſt ad ſuperiorem, non teneri fateri apud ſuperiorem de non reſeruatis, argumento illius, qui propter iuſtam cauſam tacuit peccatum aliquod in confeſſione, non tenetur aperire in ſequenti confeſſione, niſi illud quod ob iuſtam cauſam reticuit, ita communiter Doctores, ac praxis habet.

18. Sed quid ſentiendum, quando pœnitens habet reſeruata, & vrget neceſſitas ſumendi Euchariſtiam, & Confeſſarius non habet facultatem abſoluendi à reſeruatis? Dic poſſe à non reſeruatis abſolui, cùm in ea habeat iuriſdictionem directam, & inſuper iuſtam cauſam exercendi iuriſdictionem circa hæc peccata: indirectè verò, & conſecutiuè etiam poſſe abſolui à reſeruatis, cum onere comparendi coram Superiore, vt abſoluatur directè à reſeruatis, ita Valent. *tom.* 4. *diſp.* 7. *quæſt.* 11. *punct.* 1. *pag. mihi* 1349. Ægidius *diſp.* 8. *num.* 13. & Suar. *ſupra ſect.* 3. contra Vaſquez *quæſt.* 91 *art.* 1. *dub.* 8. *num.* 5. Ceſſante verò neceſſitate, vel cauſa rationabili, ſi reus habeat reſeruata, nequit Sacerdos, ſeu Parochus abſoluere à reſeruatis, neque à non reſeruatis ſed debet remittere ad ſuperiorem pro reſeruatis. Henriquez *lib.* 3. *cap.* 15. *&* *lib.* 8. *cap.* 47. Suar. *diſp.* 31. *ſect.* 2. Caietanus tamen *verb. confeſſio, conditione* 10. Emmanuel Saa *verb. abſolutio num.* 26. & alij volunt inferiores poſſe audita omnium peccatorum confeſſione, abſoluere à non reſeruatis, & poſtea pro reſeruatis mittere pœnitentem, modò non ſit impeditus aliqua excommunicatione reſeruata. Sed magis placet Suarez quem ſequitur Nugnius *loco citato verſ.* P. Suarez, & Filliucius *ſuprà num.* 303. Fundamentum, quia ſi Sacerdos inferior poſſet abſoluere à non reſeruatis, & pro reſeruatis mittere pœnitentem ad Superiorem, poſſet etiam Sacerdos ſimplex abſoluere habentem venialia, & mortalia, à venialibus, & pro mortalibus mittere illum ad Confeſſarium approbatum ab Ordinario loci ad audiendas confeſſiones. Atqui hoc non eſt dicendum; ergo non poteſt Confeſſarius abſoluere a non reſeruatis, & remittere pœnitentem pro reſeruatis ad ſuperiorem: non enim inferior poteſt ab vno peccato mortali abſoluere, quin abſoluat ab omnibus, cùm vnum mortale non remittatur ſine alio; item confeſſio debet fieri coram legitimo iudice; facta autem confeſſio de reſeruatis apud inferiorem, non eſt accuſatio apud legitimum iudicem, quod contingit quando pœnitens abſque vlla neceſſitate fatetur de peccatis ſuis apud non habentem facultatem abſoluendi à reſeruatis.

Quid dicendum ſi quis habeat multa reſeruata, & ſuperior ſine vlla cauſa nolit audire, niſi reſeruata, & ab illis abſoluere? Reſpondet Suarius *tom.* 4. *de pœnit. diſp.* 31. *ſect.* 1. *num.* 6. *in fine, & ſect.* 2. *num.* 6. peccare mortaliter contra reuerentiam debitam Sacramento, valere tamen Sacramentum, & conferre gratiam ſuſcipienti bona fide abſolutionem, ſecus ſi mala fide ſuſcipiat. Ex ea ratione, quia ex parte pœnitentis, vt dixi, datur confeſſio integra formaliter, & ex parte abſoluentis datur poteſtas abſoluendi à reſeruatis; quare valida erit talis abſolutio, quamuis abſoluens illicitè fecerit non audiendo omnia peccata abſque legitima cauſa, & ideo validè abſoluit. Alij tamen negant abſolutionem eſſe validam ex culpa ſuperioris qui noluit audire cùm haberet iuriſdictionem ad abſoluendum à non reſeruatis, & ſicut de iure diuino eſt integritas confeſſionis, ita etiam integritas abſolutionis. Ideo, qui ſine cauſa cōfeſſionem non facit integram, facit illam inualidam, & peccat mortaliter, quia illa non eſt vera, & valida confeſſio, in qua committitur Sacrilegium, ita Medina *de confeſſione dimidiata iteranda*, Vaſquez *quæſt.* 92. *art.* 3. *dub.* 1. *num* 4 Sayr *de pœnit cap.* 14. *num.* 10. & Bonacin. *de pœnitentia Sacramento diſp.* 5. *punct.* 3. *num.* 1. ergo qui ſine cauſa dimidiat abſolutionem, inualidè abſoluit, cùm teneatur abſoluere ab omnibus, vt habetur in Concilio Tridentino *ſeſſ.* 14. *cap.* 5. ibi omnia mortalia crimina Sacerdoti deferantur; conſtat enim Sacerdotes iudicium hoc incognita cauſa exercere non poſſe, &c. quod eſt intelligendum licitè, & validè. P. Fagundez *in ſecundo præcepto, lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 16. 19.

Quæri item poteſt, quando pœnitens vrgente neceſſitate communicandi, vel ſacrificandi, aut confitendi, adeſt tantùm Confeſſarius deſtitutus poteſtate abſoluendi a reſeruatis, an teneatur fateri apud illū omnia peccata tam non reſeruata, quàm reſeruata? Reſpōde affirmatiuè, quæ reſolutio eſt verior, quàm oppoſita. Ratio, quia Cōfeſſarius debet cognoſcere integrè de ſtatu pœnitētis, & an diſpoſitus ſit ad recipiendum abſolutionem omnium: hoc autem fieri non poteſt, niſi pœnitēs de omnibus fateatur quantum poteſt. Quinetiam tenetur ex iure diuino integrè confiteri, ſed huic præcepto tenetur ſatisfacere; ergo non eſt pœnitenti integrum, nec liberum abſque rationabili cauſa reſeruata reticere. Item, quia quamuis huiuſmodi Confeſſarius. non ſit abſolute legitimus iudex, nec habeat iuriſdictionem abſoluendi directè ab omnibus, debet tamen cognoſcere de propoſito, & mente pœnitentis, qualis ſit: tum, 20.

quia

quia reseruatio ponitur in grauamen pœnitentis, vt abducatur à peccatis, & quemadmodum pœnitens tenetur peccata non reseruata confiteri, & reseruata ipsa, si carerent reseruatione, ita etiam debet confiteri reseruata, cùm reseruatio imposita sit pœnitenti pro onere: proinde non est in manu pœnitentis facere eam diuisionem, ita habetur *in cap. consideret, de pœnit. dist. 5. §. cautus*, per hæc verba, ibi, *Cautus sit pœnitens ne verecundia ductus diuidat apud se confessionem, & diuersa velit diuersis Sacerdotibus manifestare*. sequitur Suar. *disp. 31. sect. 3. num. 8.* Henriquez *lib. 6. cap. 15. num. 5.* Ægidius *disp. 7. de pœnit. dub. 9. num. 86. & dub. 13.* & Filliucius *tract. 7. cap. 10. quæst. 10. num. 305.*

21. Quid ergo, quando est dubium de peccato, an sit reseruatum? Sanchez *in summa lib. 1. in præcepta Decalogi, cap. 10. num. 73.* & Henriquez *lib. 6. cap. 26. num. 7.* volunt Confessarium approbatum posse in dubio facti cadentis sub reseruationem absoluere, nisi aliter in aliquo casu ius disponat, sequitur Suarez *de censuris disp. 40. sect. 6. num. 5.* Ex ea ratione, quia Confessarius est in possessione suæ iurisdictionis, & in dubio melior est conditio possidentis: tum, quia reseruatio est odiosa, & verba illius sunt strictè accipienda: proinde casus delicti dubij non venit in absoluta delicti reseruatione, ita Suarez *tom. 5. in 3. partem disp. 40. sect. 6. num. 5.* & Bonacin. *de pœnit. Sacram. disp. 5. quæst. 7. punct. 5. § 4. num. 1* contra Armillam *verb. casus num. 13.* & contra Frias *tract. de modo audiendi confessiones part. 2. cap. 8. casu 2.* nisi detur præsumptio sufficiens in contrarium, qualis erit, si quis protulerat hæresim exteriùs, & postea ambigat an hæresim protulerit ex animo, is præsumitur incidisse in excommunicationem latam contra hæreticos, quia tunc pro hæresi stat possessio, eo quòd constat prolatam esse hæresim, & contra hæreticum forum externum procedit, præsumitque hæreticam propositionem ex animo consentiente prodiisse: nemo enim præsumitur dicere, quod in corde non habet, vt latè probat Sanchez *de matrimonio lib. 3. quæst. 15.* ex *l. Labeo 7. vers. idem Tubero, ff. de supell. legat.* ibi, *non arbitror quenquam dicere, quod non sentit*; sequitur Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 35. num. 2. & sequentibus*. In foro tamen conscientiæ standum est intentioni proferentis, quia in eo foro creditur homini pro se & contra se: in foro tamen iudiciali creditur homini contra se, non autem pro se, teste D. Thoma *quodlibeto 1. art. 12.* & constat ex *l. omnibus 9. Cod. de testibus*, ibi, *Omnibus in re propria dicendi testimonii facultatem iura submouerunt*. ex quo patet quare diximus in hac resolutione, nisi adsit sufficiens præsumptio, secus si præsumptio non esset sufficiens, quoniam tunc confessioni illius standum est; cùm probationes contra ipsum deficiant, Sanchez post alios *d. disp. 15. num. 10. vers. posset tamen*.

22 Ad hæc Confessarius, qui propriè dubitat de iurisdictione sua circa reseruata, nequit absoluere ab illis, quia absoluens exponit se periculo absoluendi inualidè. Est enim possessio pro peccatis, de quibus constat esse reseruata. Dicitur autem propriè dubitare, cuius intellectus est suspensus, & anceps circa reseruatorum facultatem; contra

23. verò, qui non propriè dubitat, sed opinionem potius habet probabilem de sua iurisdictione potest absoluere à reseruatis, quamuis in contrarium detur opinio probabilis: supplet enim iurisdictionem Ecclesia intercedente probabili opinione. ita Suar. *suprà disp. 76. sect. 6.* Sanchez *de matrimonio, lib. 3. disp. 26. num. 6.* Lessius *de iustitia, lib. 2. cap. 29. num. 8.* Henriquez *lib. 2. cap. 14. num. 3. & num. 4.* & Ægidius *disp. 8. dub. 3. conclus. 6. num. 22. & dub. 6. num. 47.* & Filliucius *tract. 7. cap. 8. quæst. 10. n. 227.* Vnde infertur sequentem opinionem probabilem existimantium se ipsum habere iurisdictionem absoluendi à reseruatis, aut priuilegium absoluendi, non esse reuocatum, validè absoluere, sicuti, si reuera haberet iurisdictionem, & sicut priuilegium reuocatum nondum esset, quamuis fortè opinio illa probabilis non subsisteret; sed fucatis verè fundamentis, ac falsis stabiliretur: supplet 24.
enim Ecclesiæ iurisdictionem concurrente errore communi, & titulo colorato, Sanchez *de matrimonio, lib. 3. disp. 22. num. 4. & 5. & sequentibus*, vbi loquitur de gestis à iudice ordinario pertinentibus ad forum externum, additque esse valida, & *n. 13.* vbi de foro conscientiæ, dicens gesta per Parochum communi errore talem existimatum, habentemque titulum putatiuum à legitimo superiore valere, vbi id multis probat.

De singulis quibusque casibus specialiter Episcopo reseruatis.

§. II.

EPITOME.

1. *Primus casus de consuetudine reseruatus Episcopo est homicidium voluntarium.*
   & quid de mandante, & consulente, & in quibus fallat. ibid.
2. *Abortum faciens consultò, an sit homicida voluntarius?*
3. *Abortum procurantes, consulentes, seu consentientes, quibus pœnis puniantur.*
4. *Abortus causam dantes an sint irregulares?*
5. *Mutilatio alicuius membri, an sit casus reseruatus?*
6. *Secundus casus est incendium, & quis dicatur incendiarius, & quibus pœnis subiiciatur.*
7. *Incendiarius tenetur ad damna secuta ex incendio.*
8. *Incendium à quibus in dubio præsumatur emissum?*
   Incendium inter casus fortuitos numeratur. ibid.
9. *Incendiarii excommunicati, & publicati, non nisi à Papa absolui possunt.*
10. *Incendiarii Ecclesiarum, seu aliorum locorum ipso iure sunt excommunicati.*
11. *Tertius casus reseruatus est blasphemia, & quid sit blasphemare?*
12. *Quotuplex sit blasphemia, & blasphemi quibus pœnis iure Pontificio, ac ciuili puniantur, & apud Gallos, & Italos?*
13. *Quartus casus est deponere falsum testimonium in iudicio, siue in iudicio vero, siue nullo.*
14. *Falsum testimonium dicens, quod non valuit, qua pœna est puniendus?*
15. *Periurium quam graue sit peccatum ostenditur, & an grauius sit adulterio?*
16. *Periuri beneficiis Ecclesiasticis sunt indigni.*
17. *Quintus casus est violatio Ecclesiasticæ immunitatis.*
18. *Sextus casus est falsare mensuras, & adulterare pondera, & stateras corrumpere.*

Septimus

19. *Septimus casus est abuti Sacrosanctæ Eucharistiæ Sacramento ad magicas artes, & ad veneficia, & superstitiones, & quæ sint diuinationes?*

20. *Octauus casus est exponere infantes ad pia loca, cum habeant vnde illos alant, nec resarciunt damna data.*

21. *Nonus casus est parentes percutere, & quibus pœnis puniantur occidentes parentes?*

22. *Decimus casus est contrahere matrimonium in gradibus prohibitis, & quomodo computentur gradus de iure Canonico, & ciuili?*

23. *Vndecimus casus, quem Episcopi reseruare consueuerunt, est oppressio infantium, incestus, violatio Monialium, peccatum contra naturam, & alia plura, quorum certa regula dari non potest.*

24. *Duodecimus casus dispensatio, & commutatio votorum præter illa quinque Papæ reseruata numeratur pro reseruato.*

1. HOMICIDIVM voluntarium est casus reseruatus, quando dolo malo patratur animo occidendi, seu quando intenditur in se, aut saltem in causa, quæ est proxima, vel ex se ordinata ad mortem, prout habetur *in Extranagante Benedicti XI. Inter cunctas, de priuilegiis*, vnde si quis alteri venenum propinet, ex quo per se immediatè, & communiter sequitur mors, quamuis videatur occidens nolle talem mortem sequutam, Nauarrus *in manuali, cap. 17. num. 238. & 240.* & Couar. *in Clementina si furiosus, de homicidio, part. 1. numer. 1. & 2.* Similiter est casus reseruatus dare consilium, vel auxilium homicidæ sequuto effectu homicidij Syluester *verb. casus num. 4.* vbi dicit etiam in terris Ecclesiæ homicidium Papæ esse reseruatum.

Insuper dans auxilium, vel causam, tenetur de omni causato homicidio, & irregularitatem incurrit, vt per Farinac. *in praxi crim. p. 5. quæst. 125. num. 63.* sicut & mandans, & mandatarius censentur vnum idemque delictum committere, saltem ratione finis, Baldus *in l. non ideo minus C. de accusat.* tum quia mandans punitur eadem pœna, qua punitur mandatarius, Menoch. *de arbitr. casu 353. num. 1.* Mascard. *conclus.* 1012. Ceuall. *commun. contra commun. quæst.* 166. Gomez *tom. 3. cap. 3. num. 39.* & Fatioac. *part. 5. quæst. 135. num. 1.* Idem asserit *quæst. 119. à num. 26.* procedere in persuadentibus, inflammantibus, instigantibus, hortantibus, incitantibus, & instruentibus, puniri scilicet eadem pœna, qua ipse delinquens sequuto delicto. Clarus *§. final quæst. 90. num. 1.* Surdus *cons. 40. num. 45.* Molioa *tract. 3. disp. 6.* qui loquuntur etiam de præstante auxilio in delicto; secus si post delictum præstent opem; quia tunc non dicuntur auxilium præstare, Farinac. *part. 3. quæstion. 131. à principio.*

Quinimò homicida in animæ foro non debet absolui, nisi priùs damnum illatum resarciat, aut proponat compensare, hoc est, medicationis sumptus, stipendia, quæ tempore totius vitæ, & infirmitatis fecisset, *l. ex hac lege, ff. si quadr. paup. fecis. l. final ff. de his qui deiec. vel effud.* Item tenetur alere familiam, quam occisus alebat, arbitrio tamen prudentum faciendum. ita Afflict. *in cap. 1. num. 11. ex quibus casus feud. amittit.* textus expressus, vbi Abbas, *in cap. fin. de his, qui vi, aut met. caus.* Bartol. *in l. interdum §. qui furtum ff. de furt.* consideratis tamen personis occisi, & occidentis, an sit occidens diues, & occisus, an fuerit iuuenis, aut senex. Rursus occidenti debet iniungi pro pœnitentia ieiunium multiplex, & vt adiuuet mortuum orationibus apud Deum. Nec non, quamuis homicida puniatur, hæredes illius tenentur hæredibus occisi restituere damnum ab homicida illatum, quia lex naturalis, & diuina obligat hæredem ad restitutionem parti. Nec obest punitio publica, quia illa est compensatio iniuriæ, quæ illata fuit Reipublicæ, *l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil.* quæ non deobligat à debito, quod parti debetur, Nauar. *in manuali, cap. 15. vers. interrogatus.*

Non erit tamen casus reseruatus homicidium commissum in propriam defensionem, nec est peccatum, quando fit cum moderamine inculpatæ tutelæ, non enim dicitur homicida voluntarius, sed necessarius vitæ propriæ defensor, nec tenetur ad restitutionem, nec est irregularis. *Clement. si furiosus, de homicidio, & ibi* Couarr. *p. 3. §. vnico, num. 1.* Mascard. *de probat. conclusion.* 1126. Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 4. collect.* 792. Lælius Zech. *de casibus reseruatis casu 13. de homicid. versic. quartò fallit*, Gambatupt. *eodem tractatu verb. homicida voluntarij, numero 7.* Azor *instit. moral. part. 3. lib. 2. cap. 1. à principio*, & Molina *de iustitia tom. 4. tractatu 3. disp. 11. à principio.*

Erit item homicidium voluntarium, si inuasus fuerit Religiosus, vel clericus, vel homo plebeius, si noluerint fuga consulere vitæ suæ, & subsistant contra aggressorem, illumque occidant, & non fugiant: non enim in hoc casu datur moderamen verum inculpatæ tutelæ: secus in viro nobili, vel milite, cui fuga est valde ignominiosa, Farinac. *suprà quæst. 115. à numer.* 121. Paul. Comitol. *respons. moral lib. 4. quæst. 10. num. 16.* Clar. *§. homicidium num. 32.* Azor *d. cap. 1. quæs. 15.* & Lælius Zech. *de casibus reseruatis d. casu 13. vers. si verò fuga.*

Fallit etiam in homicida pro rebus suis defendendis, quod est licitum. *l. furem ff. ad legem Cornel. de sicar, & l. 4. ff. ad l. falcid.* Clar. *d. §. homicidium, num. 25.* Sotus *de iustitia lib. 5. quæst. 1. art. 8.* Farinac. *d. quæst. 125. num. 21. & num. 180.* Sayr. *in claui, lib. 7. cap. 10. num. 30.* Azor *lib. 2. 3. part. cap. 1. suprà quæs. 19.* Molina *dict. tract. 3. disp. 16. num. 1. vers. contrarium*, & Lælius Zech. *de reseruatis casu 13. vers. rursus dubitatur*, quod est certum secundùm communem in laicis. Nihilominus pro necessaria defensione vitæ, aut rerum suarum, potest quilibet occidere aggressorem etiam clericum sine metu excommunicationis, gloss. *in cap. significasti, de homicidio, in verb. moderamine*, ibi, *nec dicitur excommunicatus, qui excedendo modum non ex proposito repercutit Clericum.* per quam glossam tenet Farinac. *d. quæst. 115. num 418.* idem sequitur Grassis *decis. part. 1. lib. 1. cap. 65. num. 14.* contra Couarr. *in Clement. si furiosus, part. 3. §. 1. num. 2. in fine*; sed meliùs Clarus *dict. §. homicidium, num. 29.* Molina *dict. tract. 3. disp. 16.* & Lessius *de iustitia lib. 2. cap. 9. à num. 66.* resoluentes posse quemlibet pro necessaria vitæ propriæ, aut rerum suarum defensione occidere inuasorem etiam clericum sine metu excommunicationis, vel irregularitatis, textus est *in cap. si verò el 1. versic. si verò clericum, de sentent. excommunicatien.* textus in *Clementina 1. versicul. final. de homicidio*, & vtrobique scribentes communiter: Gomez *de homicidio cap. 3. sub num. 20.* dicens

dicens esse commune, & Suar. *de censuris disp.* 22. *sect* 1. *num.* 33.

Fallit insuper in homicida pro defensione sui honoris, si est vir nobilis percussus alapa, vel fuste; item puella potest occidere pro defensione castitatis: idem dic de coniugata, quando nequit aliter euadere vim illatam, Farinac. *d. q.* 125. *à num.* 41 Læli. Zech. *de reseruatis casu* 13. *vers. vlterius dubitatur*, & Azor *instit. moral. lib.* 2. *suprà cap.* 1. *quæs.* 16. *& sequent.*

Fallit denique in homicida pro defensione vitæ, seu bonorum proximi, seu extranei penitus occidente aggressorem causa offendendi illos. Bartol. *in l. vt vim, ff. de iust. & iur. col. penult. num* 7. *& in l. prohibitum, Cod de iure fisci, lib* 10. Anania *in cap.* 1. *de homicidio col. final. quæst.* 8. modò ille, qui est offendendus, clamet, & petat auxilium, modò non, & modò aggressor sit laicus, modò clericus, est communis, teste Gomez *de homicidio, num.* 21. quia integrum est in foro conscientiæ cuilibet cum moderamine inculpatæ tutelæ defendere vitam, seu bona proximi, & occidere aggressorem, quando aliter illum non potest liberare. Gomez *d. cap.* 3. *de homicidio, num* 21. Couarr. *d. §. vn co, n.* 5. Molina *tract.* 3. *disp.* 18. *num.* 1. & Farinac. *d. q.* 125. *à num.* 267.

2. Quæritur, an sit homicida voluntarius, qui procurat abortum post animatum fœtum? Sixtus Quintus *in constitutione sua*, incipit, *Effrænatam*, edita anno 1588. 4. Kalend. Nouemb. Pontificatus sui anno 4. grauissimas pœnas statuit contra procurantes abortum fœtus animati, & inanimis veri homicidæ voluntarij: ideo statuit procurantes incurrisse pœnas, quas incurrunt homicidæ voluntarij, quando actu, & re ipsa homicidium voluntarium committunt, modò abortus inde secutus fuerit. Esse autem homicidam voluntarium, non est dubium, post fœtum animatum, & poculum præbens, ad aborsum faciendum tanquam

3. homicida punitur, Couarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 20. *num.* 10. Clarus *§. final. quæst* 68. *num.* 2. Graffis *decis. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 63. *à principio*, Menoch *de arb. trar. casu* 357. Placa *de delictis*, *cap.* 20. *num.* 5. *&* 6. *& cap.* 26. *num.* 8 Sayr. *decis.* 22. *&* 23 *tit. de homicidio, & in claui Regia lib.* 7. *cap.* 12. *num* 20. Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. de disciplina clericali*, §. 5. *num.* 15. Aloys. Ricc. *in collect. dec. p.* 3 *collect.* 590. & Steph. Gratian. *discept forens. cap.* 62. *num* 17.

Postea Gregorius XIV. pridie Kalend. Iunij 1591. per aliam constitutionem, incipit, *Sedes Apostolica*, temperauit excommunicationem ipso facto impositam à Sixto Quinto contra procurantes, vel opem, consilium, & fauorem dantes, à qua per Sixtum Quintum nemo poterat absoluere virtute Bullæ Cruciatæ, Iubilæi, aut alicuius priuilegij; at verò per constitutionem Gregorij ab hac censura quiuis Presbyter tam sæcularis, quàm regularis approbatus ad excipiendas confessiones potest absoluere in foro conscientiæ.

4. Adde abortum procurantem fœtus inanimis peccare mortaliter, non tamen incurrere excommunicationem, neque irregularitatem, Sayr. *de censuris lib.* 3. *cap.* 35. *num.* 26. quamuis abortus inde fuerit secutus, non enim quando partus non est animatus, est homicida, quamuis grauiter peccet. Illud etiam vulgare est apud Doctores fœtum masculum animari anima rationali quadragesimo die, fœmineum verò octogesimo die secundùm veriorem, quam tradit Sayr. *lib.* 7. *de censuris, cap* 1. *num.* 3. & Nauarr. *tit. de homicidio cons.* 22. gloss, *in summa dist.* 5. *cap. quod verò*, Lælius Zechius *de casibus reseruatis casu* 9. *de abortu num.* 2. Gambarupta *eodem tractatu fol.* 191. *verso, numer* 6. & Quaranta *in summa Bullarij verb. abortus num.* 5. Si autem dubitet, an fœtus masculus sit, an fœmina, præsumitur animatus post quadraginta dies, Nauarr *in manuali cap.* 15. *num.* 14. Gambarupta *supra d. num.* 6.

Ambigitur item, an dans causam abortioni sit irregularis, verbi gratia, si quis saltet cum fœmina granida abortione secuta? Henriquez *de irregul. cap* 15. *numer.* 4. affirmat ex Couarr. *in Clementina si furiosus*, *part.* 2. § 4. *num.* 10. *vers.* 5. si saltatio fuit immoderata, ita vt meritò ex illa timeretur aborsus: secus si saltatio fuit moderata, quamuis fuerit illicita, vt in clerico, vel amatore obscœno, ita Auila *de censuris*, *part* 7. *de homicidio casuali, disputat.* 6. *sect.* 1. *dubio* 6. *fol.* 364. contra Syluestrum *verb. saltus*, & Nauarrum *in manuali*, *cap.* 27. *num.* 236. *& consil.* 20. aliàs 24. *de homicidio*, *fol.* 515. dicentes esse irregularem, si saltatio erat illicita, puta si erat amator obscœnus, aut clericus. Quòd si saltatio fuit hodie, & aborsus post mensem à saltatione, non fit irregularis, eo quòd talis saltatio non videtur esse causa propinqua illius aborsus.

Item quoad irregularitatem præbens causam abortui in dubio an sit fœtus animatus censetur irregularis, eo quia de facto dubitatur, ita Fr. Emmanuel *in summa tom.* 1. *cap.* 176. *num* 4. quod intellige quoad priuationem suscipiendi Ordines, atque in illis ministrandi: secus quoad alias pœnas imponi solitas pro irregularitate contracta, quales sunt priuationes beneficiorum; ex ea ratione, quia delicto dubio non imponitur pœna ordinaria statuta delicto certo; sed extraordinaria, secundùm qualitatem dubij, Vasquez 1. 2. *quæst.* 19. *art.* 6. *disp* 66. *cap.* 1. *num.* 5. & Suar. *de censuris, disp* 40. *sect.* 6. *num.* 6. *in principio*, *& num.* 10. *ad finem*, quoniam pœna commensurari delicto, & culpæ respondere debet, vt per Couar. *lib.* 2. *variar. cap.* 8. *à principio.* Farinac. *in praxi crimin. quæst.* 4. *num.* 10. *& quæst.* 17. *num.* 9. Menoch *illustr. cap* 8 *num* 51 *& cap* 24. *num* 17. & Cardinal. Tusch. *tom* 6. *littera P. co clus.* 211. & alij, quos referens sequitur Barbos. *cap. quæsitum*, *de his*, *quæ fiunt à maiori parte Capituli.*

Sequitur an mutilatio sit casus reseruatus? 5.
Henriquez *lib* 14 *cap.* 9. *num.* 3. *in commento littera Z.* insinuat sub homicidio comprehendi mutilationem voluntariam, vt diximus *disput* 20. §. 9. *num.* 18. *vers. nec obest*; ideo est casus reseruatus, consonat praxis noua Episcopalis, de casibus Episcopo reseruatis *par.* 2. *cap.* 1. *fol.* 101. §. *item, & peccatum*, dicens poni solere inter reseruatos Episcopo peccatum, quod habet annexam irregularitatem. Nauartus tamen *d cap.* 27. *num.* 62. vult tale posse absolui per quemlibet confessorem antequam cum illo dispensetur in irregularitate, ipsam verò irregularitatem dispensandam esse per Episcopum, quod intellige de mutilatione occulta.

Sed quid, si quis mutilauit animo occidendi, & statim antequam percussus moriatur, percutiens confiteatur? Responde non esse casum reseruatum, quia nondum homicidium ipsum est executioni mandatum, & quanquam postea subsequatur mors, non erit reseruatum peccatum, si in confessione declarauit pœnitens peccatum, voluntatem scilicet

occidendi, periculum, cui se exposuit percutiendo, ac denique statum hominis ex vulnere infallibiliter morituri. Ratio, quia quantumcunque peccauerit, ante mortem subsecutam non habuit casum reseruatum; neque apparet aliqua obligatio, ratione cuius post mortem alterius teneatur confiteri, aut explicare vulneratum fuisse mortuum: quamuis enim mors subsecuta complementum sit illius peccati, iam tamen, vt supponimus, tota illius malitia Confessario innotuerat, ita Henriquez *lib. 5. de pœnitentia c. 5. num. 5. littera A.* Azor *instit. moral. p. 1. cap. 7.* contra Sanchez *lib. 9. de matrim disp. 45. num. 29.* vbi tradit percutientem hominem, si fassus est percussionem, teneri etiam mortem postea subsecutam fateri; sicut qui dedit causam pollutioni, tenetur fateri pollutionem postea secutam, etiamsi iam fassus fuerit causam pollutionis datam, & hoc esse tutius in pollutione, ait Lud. Lopez *1. p. instructor. c. 31. §. praeterea, quia omnibus, & 2. p. cap. 76. de Eucharistia §. sequitur etiam secundò.* Sanchez tamen ibi tenet esse probabile, si quis ante subsecutam pollutionem causam datam confiteatur, non teneri postea fateri pollutionem subsecutam, quoniam nullam iam habet malitiam, & quæ habuit, satis expressa est in sua causa.

6. Secundus casus inter reseruatos est incendium factum malo animo, authoritate propria, & in re aliena. Siue incendium sit domorum, frugum, aliarumve rerum ex proposito, factum tamen; & consilium, vel auxilium ad id præstitum, *cap. si quis, & cap. pessima 23. quæst. 8.* Gambatupta *de casibus reseruatis casu 5. num. 1. fol. 198. verso,* vbi subdit non esse reseruatum attentasse incendium, nisi sequatur effectus incendij, aut per eum non stetit, quin effectus fuerit sequutus, vtpote, quia incendium fuit extinctum, vel à pluuia superueniente, vel ab hominibus ad incendium extinguendum occurrentibus.

Pœna autem contra incendiarios de iure ciuili est grauissima, vt videre est *in l. qui ades, & l. final. §. qui data opera, ff. de incend. ruin. & naufrag. & in l. prima, in principio, & in l. si quis dolo, ff. ad leg. Cornel. de sicar. & in l. capitalium. §. incendiarij, & § qui ab inimicitia ff. de pœnis, & in l data opera, Cod. de his qui accusar. non poss.* secundùm quas leges incendiarius traditur bestiis, & potest concremari; interdum plectitur capite, & quandoque deportatur, aut relegatur secundùm qualitatem incendij; Menochius tamen *de arbitrar. casu 390. num. 1.* arbitratur incendij pœnam esse arbitrariam pro qualitate criminum, & *num. 25.* subdit in arbitrio iudicis esse mutare qualitatem mortis, quando mortis pœna est infligenda: idem tradit Ioseph. Ludou. *decis. Perus. 25. num. 4. & sequent.*

7. Tenetur item incendiarius, maximè si dolo fecit incendium, ad omnia damna, & interesse illata ob incendium, per textum *in l. qui ades, vers. si verò ff. de incend ruin. & naufrag.* quod etiam habet locum, si incendiarius fuerit in lata culpa, Menoch. *d. casu 390. num. 24.* & Ioseph. *num. 10. supra,* Farin. *in praxi p. 3. q. 10. n. 18. & n. 24.* addit ex incendio culpa leuissima in omittendo non teneri incendiarium ad damna, & interesse: secus si incendium fuit ortum culpa leuissima data in committendo, per *l. 3. ff. ad l. Aquil.* per quam in foro ciuili tenetur quis de negligentia, & leui culpa.

Portò in foro conscientiæ non tenetur pro illa inaduertentia, nec Confessarius obligabit ad restitutionem pro leui culpa, & ex consequenti non erit casus reseruatus, cùm non sit mortalis, Gambatupta *de casibus reseruatis casu 5. num. 2.* Adde in incendio commisso culpa leuissima non teneri reum ad aliquam pœnam criminaliter, nec propter eam punitur, Marian. Socin. *in cap. si quis domum, num. 66. in fine, vers. & ex praedictis, de iniur. & damno dato,* Afflict. *in constit. Regni super incisionibus, post num. 14. de malefic clandest. rubr 26.* Corrad. *rubr. de incendiar. num. 10.* & est communis, quibus accedit Hieron. Gabr. *cons. 159. num 3. lib. 1.* dicens neminem puniri, nec vituperari propter leuissimam culpam, per *l. quamuis ff. de condit. & demonst.* quæ quidem sententia procedit potissimum in foro pœnitentiæ, secundùm Gramm. *decis. 3. num. 16.* & Bursat. *cons. 59. num. 2.*

Quid ergo de incendio, à quibus in dubio præsumatur commissum? Respondeo quando apparet de alicuius culpa verè, & præsumptiuè illi esse tribuendum, non verò casu fortuito fuisse causatum censendum est, Salyc. *in l. si vendita num. 1 in fine ff. de periculo & commod. rei vendit,* & Marian. Socin. *in cap. si quis domum, num. 8. extrà de iniur. & damn. dat.* Nec obest incendium præsumi ortum casu fortuito in dubio potius, quàm culpa hominis, quia re vera incendium numeratur inter casus fortuitos, text. *in l. duobus §. damna ff. pro socio, & l. ex conducto §. final. ff. locati.* Salycet. *in l. quae fortuitis, C. de pignorat. act.* Paris *cons. 87. num. 3. in fine lib. 4.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. casu 390. num. 2. post medium.* Roland. *cons. 95. num. 18. lib. 2.* & Andr. Gail *obseruat. 21. n. 2. lib 2. & obseruat. 23. num 4. eodem lib. 2.* Nihilominus ne discedas à primo intellectu, quia quando appatet de culpa alicuius verè, vel præsumptiuè, non præsumitur incendium ortum casu fortuito. 8.

Casus ergo fortuitus est circa incendium, quando caritatum fuit in loco in quo ignis accendi non solet. Rolandus post alios, quos refert *in cons. 95. num. 19. & sequentibus, lib. 2.* idem dicendum, quando ortum est à fulgure cœlitus emisso absque alicuius hominis factum, Menoch. *suprà d. casu 390. num 2.* Polydor. Rip. *in tract. de nocturn. tempor. cap. 27. num. 41.* & Sebastian. Medic. *de casu fortuito part. 2. quæst. 7. num. 1. & num. 25.* Denique casus fortuitus est quando ignis accenditur subita vi ventorum, aut tempestate, tunc enim nemo tenetur de tali incendio tanquam de casu fortuito, secundùm Marian. *in cap. si quis domos num. 13. de iniur. & damn. dat.* gloss. *ibidem in verb. voluntariè* gloss. item *in cap. si egressus, in verb. redolet damn. eodem titulo.* Secus si tempore maximè ventoso nulla præmissa diligentia quis admoueat ignem suis stipulis, ex quibus postea alij vicini damnum passi sunt, Martil. *in l. 1. in principio, num. 15. ff. de sicar.* Imol. *cons. 72. per totum,* vbi *num. 10.* plenè ante denunciationem incendiarij possunt absolui ab Episcopo, Graff. *lib. 4. cap. 19. num. 9.*

Incendiarij propter damna illata excommunicati, & publicati non nisi a Summo Pontifice absolui possunt, textus *in cap. tua nos, de sentent. excommunic.* Clarus *lib. 5. §. final. quæst. 77. num. 19.* Suar. *de censuris tom. 5. disp. 22. sect. 2. num 15.* Sayr. *eodem titulo lib. 3. cap. 29. n. 7.* vbi *n. 8.* addit mulierem incendiariam semel denunciatam excommunicatam à solo Papa absolui posse, & *n 10.* incendiarios Ecclesiarũ denunciatos à Legato de latere non posse absolui. Requiritur tamen, vt absolutio sit reseruata Papæ denunciato in speciali, expresso nomine, 9.

nomine, non autem sufficit denunciatio generalis, videlicet, *denunciamus*, vel *excommunicamus omnes, qui fecerint tale incendium*; sed opus est quòd dicatur, *excommunicamus Petrum, aut Paulum, qui incendit, & excommunicatum denunciamus*. Confert *Extrau. Ad euitanda scandala, Martini Quinti*.

10. Incendiarij Ecclesiarum, seu aliorum locorum Religiosorum ipso iure sunt excommunicati: alij autem incendiarij aliorum locorum veniunt excommunicandi, & non sunt ipso facto excommunicati, Nauarrus *in manuali cap. 27. num.* 100. Salzedo *ad Bernard. cap.* 108. in nouissima impressione, & Farinac. *supra, quæst.* 110. *num.* 15. Azor tamen arbitratur *inst. t. moral. p.* 1 *lib.* 9. *cap.* 27. *quæst.* 11. ipso facto censeri excommunicatos de consuetudine receptum esse, quamuis ipso iure tam Ecclesiæ, seu loci sacri, ac religiosi, quàm profani incendiarios non esse excommunicatos, tradat Sayr. *de censuris lib.* 3. *cap* 29. *num.* 8. quod etiam refert Barbos. *in d. cap. tua nos, de senten. excommunic. num.* 4 vide Graff. *lib.* 4. *cap.* 19. *à num.* 8.

11. Tertius casus reseruatus est blasphemia publica, glossa *verb. reseruantur, in cap.* 2. *de pœnit. & remiss. lib.* 6. Est enim blasphemia peccatum, quo aliquid de diuinæ bonitatis excellentia detrahitur, dicendo falsò aliquid inesse Deo, quod non inest: vel negando inesse, quod inest. Idque voluntate quadam derogandi hoc modo diuinæ Maiestati, seu bonitati, ita ex D. Thoma 2. 2 *quæst* 13. *art.* 1. colligit Valentia 2. 2. *disp.* 1. *quæst.* 13. *punct.* 1. *in principio*, Bannes autem 2. 2. *quæst.* 13. *art.* 1. *notab.* 2. sic definit: Blasphemia est loquutio falsa contra Deum per modum conuitij. Vnde blasphemia propriè, & essentialiter consistit in dicendo aliquid contra Deum, quod eius honori deroget, & distinguitur ab infidelitate, quia infidelitas consistit propriè in assensu aliquo interno falso de Deo, & in externa asseueratione falsi, ex tali interno assensu orta. Atque ita blasphemia non consistit in sentiendo aliquid contra Deum, sed in dicendo, prout vult Caietan. 2. 2. *quæst.* 13 *art.* 1. *vers. ad euidentiam horum*, & Castro *lib.* 1. *de iusta hæret. punit. cap.* 12. Quare blasphemare est dicere tacitè, vel expressè, verbo, vel scripto contra Deum, aut eius Sanctos quidpiam contumeliosum, quod quidem fit, vel tribuendo Deo, quod illi non conuenit, vel tribuendo creaturæ, quod solius Dei proprium est, Nauarr. *in manuali cap.* 12. *num.* 81. Gambarupta *de casibus reseruatis, post casum* 26 *num.* 1. *fol.* 250. *verso*, & Graff. *decis. lib.* 2. *c.* 19. *num* 7. *& cap.* 10. *num.* 8. *&* 9.

12. Quotuplex sit blasphemia, & quibus pœnis puniatur quæritur? Quoad primum dico blasphemias quasdam esse hæreticales, quasdam non. Hæreticales sunt, quæ significant, & continent errorem contra fidem. Non hæreticales sunt, quia quamuis ex modo dicendi, & in actu exercito errorem significent quemcumque contra fidem, non tamen secundùm se asserunt aliquid contra fidem, ita Bannes 2. 2. *quæst.* 13. *art.* 1. *ad finem*, Petrus de Ledesma 2. *tomo summæ tractatu* 1. *cap.* 9. *conclus.* 6. Eymericus *in director. inquisit.* 2. *p. quæst.* 41. *num.* 1. *&* 2. & *ibi* Pegna *comment.* 76. & Vgolin. *de casibus reseruatis Papæ* 2. *p. cap.* 1. §. 3. *num.* 1.

Hæreticales blasphemiæ sunt, Non credo in Deum, Denego Deum, Maledico Deum, vel abnego fidem, vel renego Deum, fidem, Crucem, Chrisma, puritatem Deiparæ; denique est blasphemia hæreticalis, quando per verbum aliquod indicatiui modi affirmatur aliquid fidei contrarium, nempe Deus est iniustus, acceptor personarum, non est omnipotens. Ratio, quia hæc verba per modum indicatiui important fidei abnegationem & infidelitatem, Suar. *tom.* 1. *de religione tract.* 3. *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 7. *&* 8. Rojas *de hæreticis* 2. *part. assertione* 12. *num.* 170. *& num.* 171. Azeued. *lib* 8. *recopil. tit.* 4. *l.* 1. *num.* 3. Contrà verò non est blasphemia hæreticalis, quando per verbum aliquod indicatiui non asseritur aliquid fidei contrarium, sed optando, aut imprecando, nimirum, si dicat quis, Maledictus sit Deus, Tædeat Deum, & similia, Suar. *supra*, & Rojas. Nec si quis dicat, per vitam Dei. Per quæ verba nihil falsum dicitur de Deo, sed prauus affectus blasphemantis ostenditur erga Deum.

De hæreticalibus blasphemiis cognoscunt Inquisitores, Simauch. *de Cathol. instit. tit* 8. *num.* 6. priuatiuè, possuntque inhibere quemcumque alium iudicem Ecclesiasticum, aut sæcularem, ne de illis cognoscant, Castro *lib.* 1. *de iusta hæret. punit. cap.* 12. Azor *instit. moral. part.* 1. *lib.* 9. *cap.* 28. *quæst.* 5. Ricc. *in praxi resolut.* 9. *num.* 2 Farin. *in praxi crimin. quæst.* 20. *num.* 39. *& de hæresi quæst.* 178. *num.* 76. & Sanchez *lib.* 2. *in præcepta Decalogi, cap.* 32. *num.* 37. vbi addit cognitionem blasphemiarum simplicium esse mixti fori inter iudicem Ecclesiasticum & sæcularem, & esse locum præuentioni, Couarr. *de pactis* 1 *p.* §. 7. *num.* 11. *vers. crimen autem*, Azor *tom.* 1. *lib.* 9. *instit. moral. cap.* 28. *quæst.* 5. & Rojas *de hæret.* 2 *p. assertione* 12. *ex num* 171. Quare punitio pertinet ad iudicem Ecclesiasticum, & sæcularem, vt probat textus *in cap.* 2. *de maledicis, verb. per temporalem prætereà potestatem*, Menoch. *casu* 319. *num.* 16. Gambarupta *de casibus reseruatis post casum* 26 *num.* 3. Auendan. *de exequendis mandatis part.* 2. *cap.* 5. *num.* 11. *&* 12. Ordin. Lusitan. *lib.* 2. *tit.* 9. *in principio, vers. blasphemus*.

Porrò, si iudex Ecclesiasticus priùs de blasphemo simplici cognoscens, illum leuiter puniuerit, iudex sæcularis poterit de huiusmodi delicto rursus iudicare, & supplere pœnam, quæ erat imponenda ab Ecclesiastico, ita Gomez *tom.* 3. *variar. cap.* 1 *num.* 40. Gregor. Lopez *l.* 58. *verb. estottit.* 6. *partit.* 1. Auiles *ad cap.* 25. *Prætor gloss.* 1. *num.* 11. *&* 12. Clarus §. *vltimo, quæst.* 57. *à num.* 11. Dacian. *tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 45. *& c.* 10 *num.* 5. *vers. & nota*, Mend. de Castro *in praxi Eccles. visit. lib.* 2. *cap.* 4. *à num.* 17. Bobadil. *in sua politica, lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 98. *& cap.* 18. *num.* 234. & Cur. Philip. *part.* 3. §. 2. *num.* 33. quorum sententia est verissima, quamuis non desint, qui censeant hoc supplementum pœnæ à iudice laico fieri non posse, eo quòd ad iudicem Ecclesiasticum tanquam digniorem spectet hæc declaratio.

Blasphemia adeò est atrox, & detestabile vitium, vt sæpenumero Deus in genus humanum sæuiat, nunc incendiis vrbium, nunc fame, nunc bellis, & submersionibus, atque aliis suppliciorum portetis suum sanctissimum nomen, & honorem vindicans, vt habetur *in Auth. vt non lux. cont. nat.* De iure Canonico grauissimæ impositæ sunt pœnæ contra blasphemos, habetur *in c.* 2. *de maledicis*, inter quas imponitur blasphemo nõ notorio, modò probari possit, vt septem Dominicis stet ad fores Ecclesiæ, dum aguntur Missarum solemnia, & vltimo die sine pallio, & sine calceamentis, & suspensa è collo corrigia, & septem feriis præfatarũ Dominicarum abstinere pane, & aqua, contentus à reliquis cibis, & non ingrederetur in Ecclesiam, & in quolibet prædictorum dierum

tres ſi poſſet, aut duos, vel ſaltem vnum cibo reficeret pauperem, ita Sylueſter *in verb. blaſphemia, quæſt.* 7.

Iure tamen ciuili blaſphemantes olim pœna mortis puniebantur, vt *in Authent. vt non luxur. contra natur. §. præterea, collat.* 6. & *ibi* gloſſ. Bart. Ang. & communiter omnes, gloſſ. *in cap. final. de cler. maledic.* Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſu* 375. *num.* 55. Clarus *in practica, §. blaſphemia, verſ. ſed quæro*, quæ pœna habet locum in blaſphemia iuramento annexa: ſecus ſi ſine iuramento, ita Claud. ad Bertazzol. *conſ.* 553. *in verſic. de ſecunda parte*, Farinac. 1. *part. in praxi, lib.* 1. *quæſt.* 20. *num.* 2. vbi de blaſphemia latè, additque blaſphemantem Sanctos non puniri pœna mortis, ſed extraordinaria, *num.* 27. Graff. *lib.* 2. *deciſ. cap.* 20. *n.* 13.

Apud Hiſpanos blaſphemi per *l.* 4. *titulo* 28. *partit.* 7. pro prima vice, præſertim ſi fuerint plebeij, verberantur: pro ſecunda vice comburitur ferro candenti ſigno Crucis in labiis: pro tertia vice lingua abſcinditur. Per *l. tamen* 2. *tit.* 8. *lib.* 8. *nouæ recopil.* decretum eſt, vt blaſphemi in Curia Principis, & per quinque leucas circum circa verberentur, & illis amputentur linguæ, & dimidij ſuorum bonorum amiſſione priuentur. Hodierna verò praxis nouioribus conſtitutionibus fulcita blaſphemos pro prima vice per menſem continet in vinculis publicis. Pro ſecunda exilio ſex menſium, & inſuper mille quadrantum pœna illos punit, quorum prima pars accuſatori, ſecunda iudici, tertia pauperibus tribuitur. Pro tertia vice ſi eſt nobilis, mandatur in exilium per annum, & inſuper mulcta duorum millium quadrantum punitur; ſi autem eſt plebeius, perforatur homini lingua clauo ferreo, vel acu, & interdum loco perforationis ligno lingua eidem comprimitur, inſtar beſtiæ malitioſæ, quæ ſimili ligno naribus compreſſa domatur, Couarr. *in cap. quamuis pactum, part.* 1. *§.* 7. *num.* 11.

Apud Luſitanos *lib.* 5. *Ordin. tit.* 2. per legem conditam à Sereniſſimo noſtro Rege Dionyſio Oliſipone blaſphemantes, ſi fuerint nobiles, pro prima vice exoluent pœnam pecuniariam viginti ſcutorum, cum exilio vnius anni ad Aphricana loca; ſi autem fuerint Equites, aut ſcutiferi, ſoluent decem ſcuta cum præfato exilio vnius anni in Aphricam. Denique ſi fuerint plebeij, ſoluent pro prima vice quinque ſcuta, & triginta verbera patientur ad pedem pali in foro conſtituti ſuſpenſo è collo fune, & præconio addito. Pro ſecunda vice pœna duplicatur. Pro tertia plebeij ad triremes mittentur per tres annos integros vltra pœnas pecuniarias, & nobiles, Equites, & ſcutiferi in Aphricam exules per tres annos retinebuntur.

Apud Gallos pro prima vice mulctantur blaſphemi: pro ſecunda, tertia, & quarta duplicatur mulcta. Pro quinta vice maximo cū dedecore verberantur, & in publico exponuntur ab omnibus illudendi. Pro ſexta vice labrum ſupernum cum ferro candenti ſcinditur, ita vt dentes appareant. Pro ſeptima vice labrum inferius ſecatur, & pro octaua lingua mutilatur, ita Couar. *d. num.* 11. Boër. *deciſ.* 301. *num.* 15. & Papon. *lib.* 3. *Areſt.* 20. Pro reliquis pœnis contra blaſphemos vide Sayr. *de cenſuris lib.* 7. *cap.* 11. *num.* 21. & Graffis *lib.* 2. *deciſ. cap.* 19. *& cap.* 20. *per totum.*

13. Quartus caſus reſeruatus eſt falſum teſtimonium in iudicio, ſiue in damnum alicuius, vel in commodum illius deponere. Eſt enim periurium mendacium iuramento firmatum, Sylueſter *verb. periurium, in principio*, ex D. Thoma 2. 2. *quæſt.* 98. *art.* 1. dicente falſitatem eſſe de intrinſeca ratione periurij, Soar. *de Religione lib.* 3. *de iuramento cap.* 2. *num.* 3. Sayr. *in claui Regia lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 7. Inde fit propriè, & verè interuenire periurium deficiente veritate, ſiue præſente, prout in iuramento aſſertorio, ſiue præſente, & futura, prout in iuramento promiſſorio. Requiritur tamen quòd ſit in præiudicium tertij teſtimonium falſum, quod diſtinguitur à iuramento falſo; quoniam iuramentum falſum latiùs patet, quàm teſtimonium falſum. Iudicium verò debet eſſe actuale, vbi iuridicè teſtis interrogatur, hoc eſt, per iudicem competentem, & legitimum. Falſum poteſt eſſe, vel per negationem veritatis, vel per ſilētium alicuius, quod teſtis tenetur declarare. Vnde, qui non interrogatur iuridicè, quamuis falſum iuret, non eſt caſus reſeruatus; niſi aliunde poſtea in iudicio ex tali periurio reſultet detrimentum tertij. Imò quādo quis non interrogatur iuridicè, poteſt vti amphibologia: non enim tenetur reſpondere iuxta mentem illegitimè interrogantis.

Iudice autem iuridicè interrogante vti amphibologia eſt iurare falſum, & eſt caſus reſeruatus; ſi ſequatur præiudicium tertij. Quòd ſi rogatus non iuridicè à iudice dicat falſum teſtimonium imponendo Petro aliquid, ex quo poſtea ipſi damnum ſubſequatur in iudicio, committit reſeruatū, quia quamuis non interrogetur iuridicè, peierat tamen in iudicio, & coram iudice, qui ad condemnandum Petrum debet vti in iudicio illo teſtimonio falſo. Similiter eſt caſus reſeruatus, quando teſtis celat veritatem ſcienter in damnum proximi, *cap.* 1. *de crimine falſi*, Tiraquel. *de pœnis temper. cauſ.* 44. *n.* 15. Maſcard. *de probat in præfat. q.* 5. *à n.* 7. *& concl.* 743. Læl. Zech. *de caſibus reſeruatis, caſu* 12. *verſ. tertiò conſiderandum*, & Farin. *in praxi crimin p.* 2. *q.* 77. *n.* 220. vbi *n.* 225. ampliat ad illum qui deponit obſcurè, verſutè, vel per malitiam ad hoc, vt eius depoſitio producenti non proſit. Baldus *in l. nullum, n.* 3. & *ibi* etiam Salyc. *poſt n.* 2. *C. de teſtibus.* Anan. *in c.* 1. *n.* 4. *verſ. primò admittit falſitatem*, iuncto *num.* 7. & *ibi* etiam Marian. *num.* 66. *&* 68. *de crimine* falſi, Marſil. *in l.* 1. *§. ſed & ſi quis, num.* 2. *ff de falſis.* Quinimò ſi quis dubitatiuè deponat per verbum *credo*, vel per verbum, *videtur*, de illo, quod ipſe certò ſcit, debet puniri de falſo. Tindar *de teſtibus, p.* 1. *c.* 9. *n.* 11. *verſ interdum enim*, Corrad. *in practic. rubr. de dubio dicto, num.* 31. *verſ. imò ſi malitioſè, vel obſcurè loquatur teſtis, fol.* 129. *col.* 1. & Alex. Sticiat. *in pract. iud. c. c.* 16. *n.* 55. & alij, quos referens ſequitur Far. *de teſtibus, q.* 68. *n.* 5. Quod extende in deponente falſum in iudicio nullo, Decian. *tract crim. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 11. *n.* 60. & Gonzal. *ſuper regul.* 8. *gloſſ.* 57. *num.* 50. *&* 51. quamuis ſine iuramento teſtimoniū ferat: eſt enim puniendus ordinaria pœna falſi, vt volunt Cened. *ad Decretal. collectan.* 139. *n.* 3. Clar. *§. falſum, n.* 11. & Caualcan. *in pract. de teſtibus, p.* 3. *num.* 56.

14.
Sed quid de ferente teſtimonium falſum doloſè, quod tamen non valuit? Reſponde non eſſe puniendum pœna ordinaria, quia non depoſuit in gratiam, nec in detrimentum alicuius, ſed extraordinaria, ex gloſſ. & Doctores *in l. Diuus Adrianus, ff. de falſis*, & notatur *in l. damus, C. eodem*, & notat Bartol. *in l.* 1. *§. final, ff. de falſ.* & eſt de mente *gloſſæ pœnal. in cap. quanto, de iureiurando*, Ancharan. *conſil.* 172. *circa primum, poſt principium*, Paulus de Caſtro *in Concilio ſi quis*

quis falsificauerit, *& cons.* 151. videtur dicendum, quòd dictus Presbyter vbi inquit falsificantem scripturam nullam fidem facientem, semiplenam, seu indicium, non puniri pœna falsi, Caldas Pereira *de emptione cap.* 1. *num.* 19. & Caualcan. *in pract. de testibus part.* 3. *num.* 68. *post principium*, vbi tradit ad falsitatem tria requiri essentialia, dolum scilicet, mutationem veritatis, & præiudicium tertij. Vnde, qui deponit falsum sine dolo, non habet casum reseruatum, Cott. *in memorab. verb. periurium pag. mihi* 683. Salzed *ad Bernard. cap.* 95. *vers. excusabitur, & c.* 96. *vers. tertio*, Rebuff. *de reprobat. testium, num* 206. & Perez *ad librum* 8. *ordin. pag.* 190.

15. Porrò quàm graue sit periurium, & an grauius sit adulterio, ex eo ostenditur, quia tribus personis obnoxius est periurus, Deo scilicet, quem spernit peierando; deinde iudici, quem suo periurio decipit: præterea innocenti, quem lædit, & cui tenetur de damno dato per suam falsitatem, Aloys. Ricc. *de resolut.* 216. *numer.* 3. *in fine*, Toletan. *in summa cap.* 59. *numero* 2. *in fine*, & Lælius Zechius *de casibus reseruatis*, *cap.* 12. *versicul. si verò causa.* Est autem periurium grauius adulterio, nam adulterium est contra præceptum secundæ tabulæ, & immediatè contra proximum, Angel. *verb. periurium* §. 9. Suar. *in claui*, *lib.* 3. *cap.* 4. *numero* 9. vbi vult periurium grauius esse peccatum cæteris, quæ in proximum committuntur, grauius enim est afficere iniuria proximum in vxore, quàm in exteriori possessione, vt constat. Quin etiam homicidium est grauius adulterio, vt probatur ex *cap. si quid verius* 32. *quæst.* 2. & deducitur ex *l. vltima in* §. 1. *ff. de publicanis*, & ex his, quæ tradit D. Thomas 1. 2. *quæst.* 70. *art.* 6. & Sotus *lib.* 5. *de iustitia*, *quæst.* 1. *articul.* 3. Periurium tamen est grauius homicidio, ita Syluester *verb. periurium*, *quæst.* 2. Couarr. *in cap. quamuis pactum*, *part.* 1. §. 7. *num.* 1. Sanchez *in precepta Decalogi*, *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 37. Azor *instit. moral. part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 16. *quæst.* 6. Suar. *de Religione*, *tom.* 2. *tract.* 4. *lib.* 3. *cap.* 3. *à num.* 7. & Sayr. *dict. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 9. ex eo, quia periurium est contra præceptum primæ tabulæ, ac proinde contra Deum immediatè. Homicidium autem contra præceptum secundæ tabulæ; ac subinde immediatè contra proximum. Item, quia in causa homicidij defertur iuramentum, vt per illud finiatur controuersia. Præsumitur enim periurium pro maximo peccato habendum. Accedit quòd peierare nomen Domini est quædam Diuini nominis denegatio; atque ita secundum locum post idololatriam peccatum periurij tenet Sayr. *d. num.* 9. *in fine*.

16. Denique periuri variè puniuntur tam iure Canonico, quàm ciuili, iuxta *cap. non afferamus*, vbi *gloss. vltim.* 24. *quæst.* 1. cum similibus. Sunt etiam infames, Couarr. *in cap. quamuis p.* 1. §. 7. *num* 4. Tiraquel. *de pœnis temperandis caus.* 33. *num.* 4. & Sayr. *in claui lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 6. Omissis verò variis pœnis, quibus apud varias nationes periuri puniri solent, de quibus Azor *p.* 1. *lib.* 11. *cap.* 12. *quæst.* 7. Perez *l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 3. *ordin. pag.* 545. & Decian. *tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 13. *num.* 33. periuri priuantur beneficiis Ecclesiasticis, per sententiam scilicet, vt per Couarr. *in d. cap. quamuis pactum, de pactis*, *suprà num.* 3. Clar. §. *periurium num.* 4. & Azeued. *l.* 1. *num.* 79. *tit.* 17. *lib.* 8. *noue recopil.* quod intelligitur de periurio vero, & proprio; siue sit in assertorio, in quo veritas nõ interuenit, & factum fuit in præiudicium tertij, siue in iuramento promissorio, quod quidem violatum fuit in re graui; non autem in periurio improprio, & secundùm quid in quo iudicium, aut iustitia non interuenit: & ideo improprium, & secundùm quid periurium committentes non puniuntur pœna priuationis beneficiorum, sed aliis, de quibus *gloss.* 3. *in cap. definitio.* 22. *q.* 4. *& in cap.* 1. *verb. Sanctis*, vbi scribentes 85. *dist.* Ripa *in cap.* 2. *num.* 11. *de rescriptis*, Maiol. *de irregul. lib.* 5. *cap.* 33. *num.* 2. & Rebuff *de pacificis possess num.* 268. aliàs 221. quibus accedit Farin. *in praxi crimin. p.* 5. *q.* 160. *num.* 191. dicens clericum periurum in iuramento iudiciali priuari beneficiis, non ipso iure, sed per sententiam, idem Farin. *cons.* 80. *num.* 69. & alij, quos refert, ac sequitur Garcia *de beneficiis p.* 11. *cap* 10. *num.* 167. & insuper collatio facta periuro est nulla, Azor *instit. moral. p.* 1. *lib.* 11. *cap.* 12 *quæst.* 10. & *part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 18. *col.* 874. Flamin. *de resignat. lib.* 4. *quæst.* 3. *num.* 10. *cum sequentib.* & ex antiquioribus Panotm. *in cap. querelam*, *de iureiurando*, Decius *in cap dilecti col.* 2. *de except.* Felin. *in cap.* 2. *col.* 3. *de rescriptis*, & alij, quos sequitur referens Sayr. *in clau. lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 9. vbi addit periurum esse infamem, *l. si quis maior. C. de transactionibus*: collatio autem facta infami est ipso iure nulla.

Quintus casus reseruatus est violatio Ecclesiasticæ immunitatis, de qua fit mentio à Benedicto XI. *in Extrauag. Inter cunctas*, *de priuilegiis*, ibique approbat consuetudinem, quæ reseruat Episcopis violatores immunitatis, & libertatis Ecclesiasticæ. Violatores immunitatis multis pœnis afficiuntur, Syluester *verb. immunitas* 2. *num.* 9. Gambac. *de immunitate Ecclesiæ*, *lib.* 3. *cap.* 1. *&* 2. *per totum*, *& lib.* 8. *cap.* 5. etiam *per totum.* Proinde si quis statuto disponat contra bona, seu personas, ac res Ecclesiasticas, & violetur libertas, in pœnam excommunicationis latæ sententiæ incurritur. Item imponitur violatoribus præsumentibus tentare aliquid contra iura immunitatis, pœna amissionis feudorum Ecclesiasticorum, si aliquod habuerit, ex Gambac. *de immunitate lib.* 8. *c.* 5. *n.* 3. & insuper pœna excommunicationis latæ sententiæ contra iudices sæculares, qui eos qui in suis terris litteras ab Apostolica Sede impetrant, vel ad Ecclesiasticos iudices recurrunt, & in foro Ecclesiastico litigare volunt super causis, & litibus de iure, vel antiqua consuetudine ratione personarum, vel rerum ad forum Ecclesiasticum spectantibus compellunt, vel compelli faciunt, vel procurant ad desistendum, vel ad litigandum in foro sæculari, per *cap. quoniam*, *de immunitate Ecclesiæ*. 17.

His accedit alia excommunicatio latæ sententiæ, ex *cap. quicumque*, *de sentent. excommunicat. lib.* 6. vbi excommunicantur quicunque fecerint facultatem occidendi, capiendi, aut grauandi aliquem in personis, aut bonis, qui protulerunt sententiam excommunicationis, suspensionis, seu interdicti in Reges, Principes, Comites, Nobiles, vel quoslibet eorum ministros. Similiter pœna excommunicationis latæ sententiæ contra exigentes à clericis, aut ab Ecclesiis onera, pedagia, guidagia pro rebus ipsis, aut pro personis, siue exigant per se, siue per alium, siue nomine proprio, siue alieno, aut ad ea persoluenda cogant. Quòd si fuerit Collegium, siue Ciuitas, aut Vniuersitas, interdicti sententiam ipso facto incurrant, nec ab illo liberari possint, donec plenè restituant exacta;

cap. quamquam, *de cenſibus*, *lib.* 6. & altera in dominos temporales, qui clericos ad ſolutionem gabellarum cogunt, aut prohibent ſuis ſubditis, ne clericis Eccleſiaſticiſque perſonis communia præſtent obſequia, néve vendant res ad vſum vitæ ſpectantes.

Ad hæc pœna ſpecialiter imponitur violantibus Eccleſiaſticam immunitatem, abſtrahendo confugientes ad Eccleſiam, ne immunitate gaudeant, ſi ad Eccleſiam confugiant, textus *in cap. frater* 17. *quæſt.*4. iuncta gloſſa *ibi, verb. ab omnibus*, textus *in cap. ad Epiſcopos, eadem cauſa, & quæſtione*, ibi, *Ad Epiſcopos direximus iuſſionem, vt eos, qui Eccleſias violaſſe perhibentur, acceſſu earum iudicent eſſe indignos.*

Si autem quæras quid erit hodie obſeruandum circa pœnas impoſitas violatoribus? Reſponde per nouam conſtitutionem Gregorij Decimiquarti, incipit, *Cum aliàs nonnulli*, *in* §. 10. obſeruari id, quod in iure Canonico eſt ſtatutum, vt conſtat ex verbis ipſius Pontificis: *Declaramus*, inquit, *eum ipſo facto cenſuras, & pœnas eaſdem incurrere*, quæ contra libertatis iuris, & immunitatis Eccleſiaſticæ violatores per ſacros Canones, & Conciliorum generalium noſtrorum prædeceſſorum conſtitutiones ſunt promulgatæ. Per quæ verba, quamuis probetur ſeruari hodie omnes pœnas, quæ de iure communi impoſitæ erant contra violantes immunitatem Eccleſiaſticam, non tamen colligitur ex eo quòd eæ, quæ ſunt excommunicationis, ſint latæ, vel ferendæ ſententiæ. Nihilominus omnes pœnæ in iure tam latæ, quàm ferendæ ſententiæ ſunt latæ ſententiæ contra tranſgreſſores Gregorianæ conſtitutionis, ſi præſumpſerint eam tranſgredì, ita ex Petro Gambac. *de immunitate*, *lib.*8. *cap.* 4. *num.* 1. quæ finitur, Dat. Romæ anno Incarnationis Dominicæ 1591. Nono Kalend. Iunij. Abſolutio tamen excommunicationis propter violatam Eccleſiæ immunitatem ad Ordinarium ſpectat per Aloyſium Riccium *in praxi aurea reſolut.*333. vbi *n.* 2. ſubdit nihil referre Bullam in Cœna Domini, quia in ea excommunicantur duntaxat facientes ſtatuta contra libertatem Eccleſiaſticam, non autem illam violantes.

18. Sextus caſus eſt ſtateras, menſuras, monetáſve adulterare, & corrumpere, Gambarupta *de caſibus reſeruatis, fol.* 214. *verſo, num.* 1. & Ludouicus Rodolphin. *quæſt. variar. lib.*2. *quæſt.*40. non eſt tamen reſeruatus in eo, qui vtitur falſis ponderibus, ſeu menſuris, quia reſeruatio eſt de falſantibus, non autem de vtentibus illis iam falſificatis, cùm caſus ſit pœnalis, proinde non debet extendi ad caſus non expreſſos, ita Lælius Zechius *de caſibus reſeruatis caſu* 18. *verſ. his ita præmiſſis*, & Gambarupta *ſuprà fol.*214. *num.*3.

Ambigi poteſt, an tondentes publicam monetam Principis, vel radentes illam, incurrant in reſeruatum ſicut adulterantes? Et videtur affirmandum, ex eo, quia huiuſmodi tonſores, vel raſores eiſdem ſubiiciuntur pœnis, quibus illam adulterantes, vt obſeruatur apud Hiſpanos *l.* 67. *tit.*21. *lib.* 5. *noua recopil.* & apud Luſitanos *lib.* 5. *ordin. tit.*12. §. 4. *verſ. limita tertiò.* Dicendum tamen eſt reſeruationem eſſe de adulterantibus, ſeu corrumpentibus, non autem de mutilantibus, ſeu tondentibus, vel radentibus. Non enim adulterat, nec corrumpit monetam, qui eam radit, niſi notabiliter tondeat, aut radat, tunc enim non excuſatur à reſeruatione, quia detrahitur de iuſto pondere, ac valore ſine poteſtate Principis, per *l.* 1. *ff. de contrahenda emptione.* Quòd ſi moneta excedat iuſtum pondus, & authoritate priuata tondeatur, & ad iuſtum pondus reducatur, Marſil. *in l. qui falſam numer.* 109. *ff. de falſis*, arbitratur hunc tonſorem non incurrere in pœnam adulterantis, ſeu corrumpentis monetam, eo quòd non lædit, neque offendit quemquam; ſed meliùs reſpondet Menoch. *de arbitrar. caſu* 316. *à numer.* 36. *&* 38. incurrere, quia illud pondus dicitur iuſtum, quod decernitur à ſuis officialibns, & quod à Principe approbatur, & ideo non poteſt minui authoritate propria, nec reduci ad æqualitatem. Quinimò tenetur tonſor reſtituere id, quod corraſit Principi, aut monetariis monetam cudentibus, Nauarr. *in manuali, cap.*17. *num.* 168.

Illud etiam ne omittas, Principem teneri omnino monetam cudere, & publicam facere, ea lege, vt valor pecuniæ, ſeu monetæ conſtituatur ſecundùm pondus, Couarr. *in tract. de veterum numiſm. collat. cap.*7. *num.*1. *verſ.*5. *in principio, num.*5. & eſſe numiſmata expenſis publicis cudenda, Cabed. *p.*2. *deciſ.*43. *num.*3. nec poteſt mutari moneta ſine cauſa iuſta, Menochius *ſuprà caſu* 316. *num.*47. Petr. Gregor. *Syntag. iuris*, *lib.* 36. *tit.* 2. *num.* 26. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.*4. *collect.* 1222. & Gironda *de priuilegiorum, ſeu exemptionum explicat. num.* 1090. Probata autem moneta, & legitima, tria debet continere, materiam ſcilicet publicam, formam, & legitimum pondus. Menoch. *conſ.*49. *num.*1. Gironda *ſuprà num.* 1425. Maſcard. *de probat. concl.* 1065. *num.*7. & Farin. *in praxi crimin. p.*5. *quæſt.*115. *num.*3.

Cæterùm, ſi quis ſciret in Concilio, aut Congregatione monetæ pretium eſſe mutandum per legem de nouo faciendam, aut de minori pretio frumenti; ante legitimam promulgationem ſi mutuet, aut vendat pretio maiori, non peccat, nec reſtituere tenetur, ita ex traditis à Sancto Thoma 2.2. *q.* 77. *art.* 3. *ad quartum*, colligit Aragon *ibi*, & Michael Salon. *tom.*2. *in* 2.2. *q.*77. *art.*3. *controuerſ.*3. Couarr. *in regul. peccatum part.*4. §.3. *num.*6. & Sotus *lib.*6. *de iuſtitia, quæſt.*3. *art.*2. *ad vltimum.* Ratio, quia ante promulgationem legis, lex non obligat, & qui vendit pretio iuſto tempore venditionis, iuſtè vendit, Sayr. *in claui lib.*3. *cap.*5. *num.*1. §. *hinc ſequitur.*

Circa pondera dicendum eſt, illa eſſe falſa, quæ nunquam per affinatores fuerunt probata, Maſcard. *de probat. concluſ.* 1044. *num.*5. qui autem mercaturam exercent ponderibus falſis dolosè, incurrunt in crimen falſi, & tenentur de furto, ſi illis vtuntur ſcienter in detrimentum alicuius; non tamen cadunt in reſeruationem vtentes falſis menſuris, & ponderibus, cùm reſeruatio ſit de falſante, non verò de vtente, vt dictum eſt. Sunt tamen latrones communes, & ſecundùm *l. hodie*, *ff. ad legem Corneliam de falſis*, condemnantur in duplum, & releganrur, Lælius Zechius *de reſeruatis caſu* 18. *prope finem*, & Gambarupta *d. loco fol.* 214. *num.* 2. Item eadem pœna puniuntur monetam falſam expendentes, quia puniuntur adulterantes, ſi ſcientes eam eſſe falſam expendant, Ordin. Luſitan. *lib. tit.* 12. § 3. ibi, *ſabendo que era falſa.* Decian. *lib.* 7. *tract. crimin. cap.* 25. *num.*6. vbi *num.*7. addit non excuſari per ignorantiã affectatam, vel craſſam, quæ quidem probabitur per iuramentum dicentis ſe ignoraſſe monetam eſſe falſam, ſecus ſi è contrario inſurgant præſumptiones, quæ inferant illum

illum non ignoraſſe, Decian. *ſuprà n.* 8. & Fatin. *in praxi q.*115.*n.*59.

19. Septimus caſus reſeruatus eſt abuti ſacroſanctæ Euchariſtiæ Sacramento ad magicas artes, & ad veneficia, & ſuperſtitiones, & ad alia huius generis. Quin etiam abutentes ſacra Euchariſtia in ſortilegiis ſunt ſuſpecti de hæreſi, ſiue id fiat ad amorem, ſiue ad præſciendum occulta, ſeu alia quomodocumque, gloſſ. *verb. ſaperent, in c. accuſatus, §. ſanè, de hæreticis lib.*6. Et quamuis Oldrad. *conſ.* 210. teneat non eſſe hæreticale ſortilegium illud, in quo ſacra Hoſtia ad præſciendum animum amaſiæ, vel ad excitandum amorem in homine, vel fœmina frigida, & non amante, hoc non conuincit, quia in iſtis ſortilegiis apponitur Euchariſtia ſuperſtitiosè, & ad turpem effectum inuocatur dæmon, & non Deus, & diabolus in dedecus diuinæ bonitatis præcipit in ſortilegiis Euchariſtiam, & res ſacras eſſe miſcendas, ita Paul. Ghirland. *in tract. de ſortilegiis, q.*10.*numer.*7.*& numer.* 18. Caſtro *de iuſta hæret. punit. lib.* 1. *cap.* 13. & Fatin. *de hæreſi q.* 181. *numer.* 19.

Non tamen erunt ſortilegia hæreticalia, quando ponitur hoſtia non conſecrata in Altari eo fine, vt ſuper ea Sacerdos rem ſacram faciat. Tunc enim, quamuis Sacerdos peccet grauiſſimè, qui ad hunc effectum ſacrificat ſuper hoſtia non conſecrata, illamque non conſecranda, & grauiter etiam peccet, qui hanc hoſtiam non conſecratam in ſortilegiis miſcet, non propterea hoc ſortilegium, quamuis ad amorem dirigatur, erit hæreticale, & ſortilegi pœna arbitraria plecti poſſunt, vt ait Abbas *in cap.* 2. *de ſortilegiis*, & alij, quos referens ſequitur Farinac. *in praxi q.* 20.*num.*89. *cum ſequent. b. & num.*94 Secus quando abutuntur ſacratiſſimo Altari Sacramento: nam tunc traduntur Curiæ ſæculari, prout refert Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſ. deciſ.* 671. *in* 1. *edit. & reſolut.* 432.*verſ. Euchariſtia, & verſ. vtentes.*

Quot autem ſint diuinationes hoc loco prohibitæ, ſunt omnes, quæ vertuntur in Dei iniuriam, quia continent infidelem cum dæmone amicitiam. D. Auguſtinus *lib.* 2. *doctr. Chriſt. c.* 22. D. Thomas 2.2.*q.*95.*art.*6 & 7. Petr. Gregor. *Syntag. iuris lib.* 34. *c.* 7. *num.* 5. proinde grauiſſimum eſt peccatum etiamſi bono zelo diuinationes exerceantur, *c.* 2. *de ſortilegiis*, quia nobis interdicitur omnis amicitia cum dæmone, Apoſtol. *Corinth.* 1. *cap.* 10. ibi, *nolo ſocios vos fieri dæmoniorum.*

De diuinatione chiromantica ſcito illam eſſe abſolutè damnatam, Eimericus *in director. Inquiſitor. part.* 2.*quæſt.*43. dum ait, qui ex manus delineamentis diuinant, & iudicant de effectibus naturalibus, & conditionibus hominis, ſuperſtitioſi ſunt, quem ſequitur Franciſc. Pegna *in ſcholiis comment.* 67. Nec eſt dubium chiromantiam, quæ cauſam naturalem non habet, ſuperſtitioſam eſſe, vt probat del Rio *lib.* 4. *magicar c.* 3. *quæſt.* 4. *l.*2. *tit.*23 *par.*7. Ciruelo *de ſuperſtit. par.* 2.*c* 4. Simancas *de Cathol inſtit. tit.* 21. *n.* 18. Alcozer *in ſumma c.* 24.*fol.*46. & Torreblanca Villalpando *lib.* 1.*de magia diuinitrice c.* 10. *de diuinatione chiromantica n* 9. Et ne his, & ſimilibus diuinationibus detineamur, pro reliquis videatur Sanchez *in præcepta Decalogi lib.* 2. *cap.* 38. vbi latè *de diuinationibus*, & Torreblanca *de magia diuinatrice cap.* 1. *de diuinatione naturali, fol* 4. & *diuinatione artificioſa cap.* 3. *fol.*6. & *cap.* 6. *de diuinatione prodigioſa.*

Iam verò Necromantici, qui vmbris, vel cadaueribus mortuorum inſpectis diuinant bonos, aut malos futuros rerum euentus, ſub reſeruatione comprehenduntur, de quibus Azor *part.* 1. *lib* 9. *c.*20. Benedictus Pereira *de magia lib.* 1.*c.* 11.*de necromantia*, & del Rio *ſuprà lib.* 2.*quæſt.*26.*ſect.* 1. & *lib.*4.*c.*1.*quæſt.*6.*ſect.* 2. Similiter obſeruantes ſomnia, quandu ſunt ſuperſtitioſa, quod contingit quando ſe extendunt ad ea, quæ per ſe ipſa non poſſunt cognoſci, qualia ſunt velle per ea conſequi futura contingentia, vel quæ ex arbitrij libertate pendent, & hoc certius, quàm ex ſomniis cognoſci poſſunt, ita D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 95.*art.*6. & *ibi* Caietan. *in fine.*

Octauus caſus reſeruatus eſt exponere infantes ſi habent vnde illos alant, neque damna reſarciunt, quod non eſt intelligendum abſolutè, ſed quando exponuntur apud loca pia. Nec eſt dubium grauiter peccare parentes, qui filios exponunt, quando eos commodè poſſunt alere. Ab Eccleſia tamen, quando parentes ignorantur, præſtantur alimenta, Surdus *de alimentis titulo* 1. *quæſt.* 81. *num.* 1. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.*267.*à num.*9. addit Eccleſia non habente ſufficientes reditus, neque eius Rectore, vel quando non extant publica hoſpitalia, eſſe more conſuetum communitates locorum expoſitos recipere, & tradere eos nutricibus nutriendos data impenſa publica. Proinde expoſitis ſuccedere Eccleſiam, vel Hoſpitale excluſo fiſco, tradit Lara *in l. ſi quis à liberis, §. ſi quis ex his, num* 10. *ff. de liber. agnoſc.* Perez *tit.*4.*lib.*5.*Ordin. pag.*162 Peregrinus *de iure fiſci lib* 4 *tit.*3. *rubr. de bonis vacantibus num.* 16. & Farin. *fragment crimin. part.*1 *littera F. numer.* 134. Requiruntur tamen tria, vt quis committat reſeruatum, vt ex dictis conſtat: primum exponere infantem. Secundum quòd exponens habeat vnde expoſitum alat. Tertium, ſi non reſarciat damnum piis locis, quorum expenſis infantes nutriti ſunt. Quare pauperes exponendo, ſi non habeant vnde alant, quamuis expenſas non reſarciant, non peccant, & ſic non comprehenduntur exponentes ita infantes, ſicut non comprehenduntur exponentes locis non piis, paupertas enim excuſat, quando eſt impotens. 20.

Reliqua tamen, quæ pertinent ad infantes expoſitos, & quale ſit peccatum illos exponere, & quomodo poſſint repeti expenſæ factæ cum illis, diximus *part.*3.*lib.*1 *diſput.*2 § 3.*ex num.* 126.*vſque ad numerum* 134. vbi excitatur quæſtio, an poſſint expoſiti promoueri ad Ordines ſacros ſine diſpenſatione. Et quamuis in dubio expoſiti cenſendi ſint ſpurij, qui patrem certum nequeunt oſtendere. per *l. vulgò quæſiti, ff de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris*, & ex conſequenti tanquam tales ad Ordines abſque diſpenſatione promoueri non debeant, eo quia filij ex legitimis nuptiis non ſoleant exponi, ſed ex furtiuis, & illicitis copulis, quæ ſententia placet Salzed. ad Bernard. *in pract. cap* 14. *littera C.* & Couarr. *in Clementina ſi furioſus par.*1.*in principio, num.* 9 & tanquam ſecuriorem ſequitur Soarez *tom.* 5.*de cenſuris, diſp.*50. *ſect.*4.*n.*4 & Rebell. *de obligat. inſtit. part.*2. *lib.*1 *quæſt.*3.*ſect.*2.*n.*15.

Nihilominus non deſunt Auctores non ſpernendi exiſtimantes communiter expoſitos, de quorum parentibus non conſtat pro legitimis eſſe habendos, & capaces Ordinum, beneficiorum, ac ſucceſſionum, & dignitatum. ita Bermond *de publicis concubin. in verb. qui etiam filios*

ex tali concubinatu procreatos num. 90. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 125. *n.* 31. & *c.* 267. *num.* 22. Gironda *de priuilegiorum explicat. num.* 1441. Menoch. *de arbit. casu* 366. *num.* 15. & 16. & *de præsumptionibus lib.* 6. *quæst.* 54. *num.* 20. & Fr. Emmanuel *tom.* 1. *regularium quæst.* 13. *art.* 1. & *quæst.* 14. *art.* 3. *col.* 6. ex ea ratione, quia in dubio inclinandum est ad eam partem, quæ delicti coniecturam arcere solet: fauet *cap. peruenit, qui filij sint legitimi*, per quod incumbit onus probandi asserenti aliquem esse illegitimum, etiam si secundùm *cap. accedens, de purgatione Canonica*, Ordines sacros suscipere volens probare debeat se legitimè natum, quntiea de se contraria fama existit, secus si non extat, vt per Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *quæst.* 54. *n.* 26.

21. Nonus casus est parentes percutere, & quibus pœnis puniantur occidentes parentes. Quoad primam partem, dicendum est esse casum reseruatum percutere patrem, vel matrem, auum, vel auiam etiam leuiter, propter reuerentiam parentibus debitam, cùm sit mortalis etiam leuis percussio, ita Nauar. *in manuali cap.* 14. *num.* 12. *vers. quinto*, & in specie Gambar. *de casibus reseruatis fol.* 21. *num.* 2. Non tamen erit reseruatus eleuare manum contra parentes, si non percutiat, requiritur enim effectus. Similiter non erit reseruatio, occidere parentem per ignorantiam, nisi ignorantia sit crassa, & supina, ex traditis à Farinacio *in praxi quæst.* 120. *num.* 184. & 185. Eodem modo excusatur à reseruatione percutiens patrem ad sui defensionem; non enim dicitur parricida, Decian. *tract. crimin. lib.* 9. *cap.* 15. *num.* 12. Farin. *vbi proximè, num.* 186. Nec non reseruationem euadit percutiens parentes, si veniant contra fidem Christi Domini: hi nanque possunt occidi impunè, Decian. *in tract. crimin. lib.* 9. *cap.* 15. *num.* 8. & Plac. *de delictis cap.* 22. *num.* 15. Nomine autem parentum veniunt ascendentes omnes vtriusque sexus, vt per Ferret. *in constitut. Cathaloniæ gloss.* 1. *numer.* 430. Barbos. *in cap.* 2. *de verbor. significat.*

Eandem pœnam incurrunt, qui procurant patrem, aut matrem incarcerare, si de facto ipsi carcerantur, Baldus *in cap.* 1. §. *final. quæ fit prima caus. benefic. amitt. in vsibus feudorum*; dicuntur enim parricidæ impropriè: similiter filius non adiuuans patrem, dum potest, ne vulneretur, & tenetur pœna parricidij, *l. verum, ff. de parricid.* Baiardus *in addit. ad Clarum* §. *parricidium, n.* 3.

Quæ autem sit pœna occidentibus parentes? De iure diuino tradebantur morti, *Exod. cap.* 20. dum dicitur, *Qui percusserit patrem suum, vel materem, morte moriatur, & in Leuitic. cap.* 2. *Qui maledixerit patri, aut matri, morte moriatur, & sanguis eius sit super eum*, & *Deuter.* 27. *Maledictus, qui non honorat patrem suum, & matrem, & dicet omnis populus, Amen.* De iure ciuili parentum percussores exhæredantur, *Auth. vt cùm, de Appell. cognosc.* §. *causas, collat.* 8. & nostra ordinatio Lusit. *lib.* 4. *tit.* 88. §. 4. Molin *de iustitia tract.* 2. *disp.* 176. *vers. prima est*, vbi resoluit percutientem parentes esse puniendum siue percussio fiat manu, lapide, ligno, vel alia re illos attingat iniuriosè, Barbos. *in remiss. ad ordin. regiam d. lib.* 5. *tit.* 88 §. 4. Quin imò filius iniuriam inferens patri, matri, auo, vel auiæ moderato eorum arbitrio punitur, *l.* 3. & *sequenti. C. de patria potestate*, quia pietas paterna debet in pietate, non in atrocitate consistere.

Decimus casus reseruatus est contrahere matrimonium in gradibus prohibitis, & quomodo computentur isti gradus de iure Canonico, & ciuili? Huiusmodi gradus computatio secundùm ius Canonibum facienda est, & obseruanda in materia matrimoniali tam in foro Ecclesiastico, quàm sæculari, quia circa hanc ius ciuile non potest disponere: at verò quoad alios contractus, & reliqua ciuilia iuris Cæsarei computatio est sequenda, cùm illa nec de facto, nec de iure quoad temporalia explosa sit ab Alexandro II. *in cap. ad sedem* 35. *quæst.* 5. Gregor. Lopez *l.* 3. *verb. hæredar, tit.* 6. *partit.* 4. Surd. *cons.* 5. *num.* 20. & Cotta *in memorat. verb. graduum*, & in terminis Sanchez *de matrimonio lib.* 7. *disp.* 50. *n.* 8. plures, quos *ibi* referens sequitur. 22.

Olim coniugium fuit interdictum vsque ad septimum gradum consanguioitatis, vt videre est *in cap. ad sedem* 35. *quæst.* 5. & *in c.* 2. & *cap. nulli*, 35. *quæst.* 3. Hodie tamen gradus consanguinitatis prohibiti sunt ad quartum vsque, *cap. non debet, de consanguinitate*, quod factum fuit sub Innocentio III. *in Concilio Lateran.* & docent Sanchez *de matrimonio lib.* 7. *disp.* 53. *nu.* 1. & Bonacin. *de matrimonio quæst.* 3. *puncto* 5. §. 1. *num.* 7. Quæ restrictio intelligitur tam in linea collateralium, quàm in recta ascendentium, & descendentium, ita vt quicumque consanguinei vltra quartum gradum valeant matrimonio copulari; quia iure naturæ solus primus interdicitur, & iure Ecclesiastico prohibitio non excedit quartum gradum, *cap. non debet, de consanguinitate.* Sanchez *lib.* 7. *disp.* 51. *num.* 22. & *disp.* 53. *num.* 1. atque ita intra quartum gradum lineæ rectæ, vel transuersæ, est matrimonium ipso ipso iure nullum, vt constat ex *d. cap. non debet*, quidquid velint contrà hæretici nostræ tempestatis, teste Sanchez *supra numer.* 2.

Porrò affinitas hodie orta ex copula licita dirimit matrimonium vsque ad quartum gradum; neque Concil. Trident. *sess.* 23. *de reformat. cap.* 4. hanc affinitatem restringit; sicut restrinxit affinitatem ex fornicatione contractam: idcirco affinitas ex copula licita intelligitur secundùm ius antiquum vsque ad quartum gradum, dirimitque coniugium; ita Nauarr. *in manual. cap.* 23. *num.* 45. Perez *l.* 5. *col.* 3. *tit.* 15 *lib.* 8. *ordinamen.* Azebet. *l.* 7. *num.* 9 *tit.* 20. *lib.* 9. *noua recopil.* Henriquez *lib.* 12. *cap.* 10. *num.* 1. *littera H.* Valentia *part.* 4. *disp.* 10. *quæst.* 5. *punct.* 3. vbi de impedimento affinitatis, Emmanuel Saa *verb. matrimonium, tit. de impedimentis matrimonij num.* 13. Toletus *in summa lib.* 7. *cap.* 11. *num.* 4. Rodellus *de obligat. iustit. p.* 2. *lib.* 3. *quæst.* 15. *num.* 6. Bonacin. *de matrimonio q.* 3 *punct.* 12. *num.* 6. Gutierr. *eodem tractatu cap.* 99. *numer.* 54. & alij, quos referens sequitur Sanchez *lib.* 7. *de matrimonio disp.* 67. *numer.* 5. *vers. hinc deducitur.*

Affinitas autem orta ex copula illicita hodie per Concilium Triden. *d. sess.* 24. *de reformat. cap.* 4. non extenditur vltra secundum gradum, vt per Gutier. *de matrimonio cap.* 99. *num.* 12. Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib.* 4. *tit.* 15. *l.* 1. *de matrim. in declarat. num.* 92. Farin. *in praxi crimin. p.* 5. *quæst.* 149. *num.* 116. Bonacin. *de matrim. q.* 3 *punct.* 12. *num.* 16. & declarauit Pius Quintus *in motu proprio suo*, incipit, *Ad Romanum.* Quamobrem, si quis hodie accedat ad affinem in tertio, vel quarto gradu, non tenetur in foro conscientiæ facere mentionem de hac circunstantia-

cùm,

cùm non ſit inceſtus, nec babeat aliam ſpecialem deformitatem, Sanchez *de matrimonio lib. 7. diſp. 67. num.* 8. poſt Ledeſmam *de matrimonio quæſt.* 55. *art.* 3. *dub.* 5. Veracruz *append ad ſpeculum*, vbi *de imped. affin. fol.* 8. vbi alios gradus affinitatis, ex fornicatione, vltra ſecundum gradom, ita ſublatos eſſe a Concil. Trident. perinde ac ſi nunquam fuiſſent, ſequitur Fr. Emmanuel *in ſumma tom.* 2. *cap.* 206. *n.* 2. *concluſ.* 2. & Saa *in ſumma verb. luxuria numer.* 2.

Ad contrahendum affinitatem opus eſt, vt detur copula, quæ ſufficiat ad generationem, emiſſo ſcilicet virili ſemine in vas fœmineum, Sanchez *de matrimonio lib.* 2. *diſp.* 21. *num.* 5. Quare non ſufficit penetratio clauſtri ſemine non intrà emiſſo, nec recepto, deſideratur enim pollutio ad affinitatem intra vas, quod etiam conſtat ex *c. lex diuina* 27. *quæſt.* 2. vbi Pontifex ita luqoitur: *ſed neque oſculum parit propinquitatem, quod nullam facit ſanguinis commixtionem*: atque ita tota ratio affinitatis procedit ex receptione ſeminis in vaſe fœmineo; nec ſufficit vaſis penetratio, ita Abulenſ. *cap.* 5. *Matthæi q.* 222. Aſtenſis 2 *p. ſumma lib.* 8. *tit.* 25. *art. vnico*, *quæſt.* 5. Angelus *verb. matrimonium* 3. *impediment* 15. *num.* 5. Syluester *verb. matrimonium* 8. *quæſt.* 19. *dict.* 2. Valent. 4 *p. diſputatione* 10 *quæſt.* 5. *punct.* 3. vbi de affinitate, *in principio*, Henriquez *lib.* 12. *de matrimonio cap.* 16. *num.* 1. Toled. *lib.* 7. *cap.* 11. *num.* 3. Coninch *de Sacramentis tom.* 2. *diſp.* 32. *dub.* 4. *num.* 46. Reginal. *in praxi fori pænit. lib.* 31. *num.* 147. & alij quos referens ſequitur Sanchez *d. lib.* 7. *diſp.* 64. *ex num.* 8. *vbi num.* 10. addit, ex copula, in qua fœmina ſolùm ſeminet, non oriri affinitatem, quia ſemen fœmineum non ſufficit ſolùm ad generandum; ſecus, ſi vir ſeminet intra vas, quamuis fœmina non ſeminet, Sanchez *d. diſp.* 64. *num.* 10. Gutier *de matrimonio cap.* 54. *n.* 25. & Bonacin. *eodem tract. quæſt.* 3. *punct.* 11. *num.* 12. quamuis congreſſus ſit cum fœmina dormiente, in..na, ebria, quia coitus ille ſufficit ad generandum, Reginal. *d. lib.* 31. *num.* 147. Baſil. Ponc. *de impedimentis matrimonij cap.* 3. §. 1. & Azeued. *lib.* 7. *num.* 13. *tit* 20. *lib.* 8. *noua recopil.* Idem de copula cum fœmina inuoluntaria, & coacta, per *cap. diſcretionem, de eo qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ*, & *ibi* textum, *Eam licèt inuitam cognouit*, & *ibi* Barboſ. *n.* 5. poſt alios.

Sed quid, ſi ſemen virile opera, & ope diaboli feratur in vterum fœminæ, nunquid orietur affinitas per illam commixtionem? Videntur affirmare, qui dicunt conſummari matrimonium, quamuis dæmonis arte ſemen viri in vaſe debito recipiatur, vt docent Roſel. *verb. impedimentum, impedimento* 14. *num.* 8. Syluest. *verb. matrimonium* 8. *quæſt.* 15. *d.* 2. & Tabiena *verb. impedimentum, impedimento* 4 *quæſt.* 2. *num.* 3. quibus accedit Sanchez *de matrimonio lib.* 2. *diſp.* 21. *num.* 2. quia ea copula ſatis eſt ad generationem. Barboſa tamen *de offic. & poteſtate Epiſcopi*, *allegat.* 51. *num.* 170 negat ex ſemine delato in ventrem fœminæ miniſterio dæmonis contrahi affinitatem, quia vir, & fœmina eo modo non ſunt facti vna caro, nec ſibi adhæſerunt; conſonat Baſil. Ponc *de impedim. matrim. cap.* 38. *in principio*, dicens non oriri affinitatem, ſi caſu vterus fœmineus alliceret ad ſe ſemen viri cum ea colludentis. Attamen pars affirmans eſt probabilior, ac verior, quia filius conceptus arte dæmonis eſt filius illius, cuius erat ſemen delatum, & ex conſequenti affinitas contracta ab eo cum conſanguineis fœminæ intra ſecundum gradum ex copula illicita, vt dictum eſt, Ex matrimonio enim per verba de præſenti, copula non ſequuta, non contrahitur affinitas, remanet tamen impedimentum hoc vlterioris gradus, ita Gutierres *de matrimonio cap.* 103. *num* 24. Rebell *de obligat. par.* 2. *lib.* 4. *in appendice num.* 106. & ita deciſum fert praxis noua Epiſcopalis *par.* 2. *cap.* 4. *num.* 34. & Franciſc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. part.* 2. *cap.* 9. *numer.* 91. & Barboſ. *in remiſſ. ad Concilium Trident. ſeſſ.* 24. *cap.* 3. *numer.* 3.

Quod attinet ad impedimentum publicæ honeſtatis, quod eſt propinquitas ex ſponſalibus proueniens, robur trahens ab Eccleſiæ inſtitutione, propter honeſtatem eius, teſte D. Thoma *in* 4. *diſt. in* 41. *quæſt. vnica art.* 1. *quæſtiuncula* 4. *in corpore*. Oritur ex ſponſalibus quidem validis, & certis in primo gradu tantùm, vt patet ex *d. c.* 3. *Concilij Trident* & ita declarauit Pius Quintus *in d. ſuo motu proprio*, incipit, *Ad Romanum ſpectat*, edito anno 1568. his verbis: *Auctoritate Apoſtolica tenore præſentium declaramus, & definimus, Decretum Concilij huiuſmodi omnino intelligendum eſſe, & procedere in ſponſalibus de futuro duntaxat, non autem in matrimonio ſic, vt præfertur, contracto, ſed in eo durare adhuc impedimentum omnibus illis caſibus, & gradibus, quibus de iure veteri ante prædictum Concilij decretum, introductum erat*, refert Nauarrus *in manuali cap.* 22. *num.* 56. Henriquez *de matrimonio cap.* 10. *numer.* 2. *lib.* 12. Reginald *d. lib.* 31. *numer.* 128. Ægidius *de ſacramentis tom.* 2. *diſp.* 32. *dub.* 5. *numer.* 70. *concluſ.* 3.

Non inducitur hoc impedimentum publicæ honeſtatis, quando aliquis conſenſum ficte dedit, quia Concil. Trident. *d cap.* 1. diſpoſuit non oriri impedimentum publicæ honeſtatis ex ſponſalibus inualidis, qualia ſunt quando quis fictè conſentit, Nauarr. *in manuali cap.* 22. *num.* 57. Bonacin. *de matrimonio, quæſt.* 3. *punct.* 11. *num.* 3. Reginald. *d lib.* 31 *num.* 127. & Barboſ. *ſupra in remiſſ. ad dictum cap.* 3. *num* 4 *ad finem*, vbi *num.* 5. negat poſt alios hoc impedimentum oriri ex ſponſalibus conditionalis, ante aduentum conditionis. Sicut non oritur ex ſponſalibus contractis à parentibus nomine filiorum ſine conſenſu illorum, quando filij ſunt abſentes, vel ſi fuerint præſentes, erant minores ſeptennio, & nondum doli capaces. Nihilominus ſi pueri ſint præſentes, & taceant, ſint iam ſeptennio maiores, & parentes pro illis ineunt ſponſalia, oritur hoc impedimentum quamuis pueri interiùs non conſentiant, eo quòd in foro Eccleſiæ habent omnia neceſſaria ad vera ſponſalia, quamuis in foro conſcientiæ non ſint vera; habetur enim illud ſilentium pro ſufficienti iudicio, & indicio interioris conſenſus, vt expreſsè deciditur *in cap. vnico*, § *final. de diſpenſ. impub. in* 6. Sanchez *lib.* 1. *de ſponſalibus diſp.* 23. *num.* 3. & 7. vbi *num.* 12. addit quando non conſtat de interno diſſenſu cenſeri etiam in foro conſcientiæ vera ſponſalia, idem Sanchez *de matrimonio lib.* 7 *diſp.* 68. *num.* 18 & 19. Quin etiam ex omnibus ſponſalibus irritis, quandiu ſunt publica, & nullitas eſt occulta oritur hoc impedimentum publicæ honeſtatis, Nauar. *ſuprà c.* 22 *n.* 57. Ægidius *de Sacramen. diſp.* 32. *n.* 69. & Reginal *ſupra lib.* 32. *n* 127. vbi *n.* 70. *verſ. ex. ipſo*, ſubdit matrimonium clandeſtinum cùm retineat vim ſponſalium, ſicut cætera ſponſalia inducere hoc impedimentum.

Quod

Quòd si vera sponsalia dissoluantur mutuo contrahentium consensu, non propterea aufertur impedimentum publicæ honestatis, quoniam hoc impedimentum dependet ab Ecclesia illud constituente, non verò à consensu, vel dissensu partium, Sanchez *contra Emmanuel Saa verb. matrimonium*, vbi de impedimentis, *numer.* 12. *in d. lib.* 7. *disp.* 68. *num.* 21. Bonacin. *de matrimonio quæst.* 3. *punct.* 11. *num.* 7. Nihilominus opinionem Emmanuelis Saa dicentis hoc impedimentum tolli quoties sponsalia de futuro dissoluta fuerint communi vtriusque sponsi consensu, sequuntur Gutierres *de matrimonio cap.* 103. *num.* 11. Rebell. 2. *p. de obligat lib.* 3. *quæst.* 14. *num.* 2. *& in declarat. Cardin. sect.* 5. *num.* 92. Armendar. *in addit. ad recopil. legum. Nauarra lib.* 4. *tit.* 5. *l.* 1. *de matrimonio num.* 71. *&* 86. qui duo tradunt decisum fuisse sponsalia per verba de futuro inita, posse interdum ante celebratum matrimonium per verba de præsenti de consensu vtriusque partis dissolui, atque vbi primum fuerint soluta, nullum deinceps superesse impedimentum. Nihilominus magis placet fundamentum, quo nititur Sanchez, dicens impedimentum publicæ honestatis esse perpetuum, ita vt nec morte alterius sponsi extinguatur, vide illum cum aliis *de disp.* 68. *n.* 20.

Insuper impedimentum publicæ honestatis ortum ex matrimonio duntaxat rato, extenditur ad gradus consanguinitatis, vel affinitatis, hoc est, ad quartum gradum, quia Concilium *dicto cap.* 3. *de impedimento publicæ honestatis*, solùm restrinxit illud ex sponsalibus ad primum gradum, vt declarauit Pius Quintus *in suo motu*, de quo *suprà*, Henriquez *lib.* 12. *c.* 10. *num.* 2. Sanch. *lib.* 7. *disp.* 68. *num.* 10. *cum sequentibus*, & Bonacin. *d. quæst.* 3. *punct.* 11. *num.* 10. Requiritur tamen, vt impedimentum publicæ honestatis oriatur ex matrimonio rato, ne sit irritum ex defectu consensus, nimirum si contractum fuit per metum sufficientem, vel per errorem personæ. Secus si fuerit inualidum ex alio capite; tunc enim contrahitur hoc impedimentum per ius antiquum, à quo non est recedendum, *cap sponsam, de sponsal.* quandiu de iure nouo non est aliter decretum, Sanchez post alios *d. lib.* 7. *disp.* 70. *num.* 5. Henriquez *lib.* 12. *cap.* 10. *num.* 2. & Bonacin. *d. quæst.* 3. *punct.* 11. vbi *num.* 12. tradit ex matrimonio rato inter pueros, vel amentes, non oriri impedimentum publicæ honestatis ex defectu perfecti consensus.

23. Vndecimus casus, quem Episcopi reseruare consueuerunt, est oppressio infantium, incestus, violatio Monialium, peccatum contra naturam, & alia plura, quorum certa regula dari non potest, cùm possint reseruari quæcumque crimina pro arbitrio ipsius Episcopi. Praxis Episcopalis *part.* 2. *cap.* 1. *fol.* 103. sed de his §. *sequenti per totum.*

24. Duodecimus casus continet dispensationes votorum omnium, præter illa quinque Papæ reseruata, vt votum simplex continentiæ, si adsit magnum periculum incontinentiæ, & non sit facilis aditus ad Summum Pontificem. Idem dico si votum fiat ex leuitate animi, aut ex facilitate vouendi, aut ex metu, quamuis non fuerit metus cadens in constantem virum, sed instet periculum fornicationis, Armilla *verb. dispensatio num.* 17. Item potest dispensare in voto continentiæ ad annum facto, & in voto de non nubendo, quia non est votum simpliciter castitatis, neque illud violatur, si vouens cum alia fornicetur, Graff. *decis. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 29. Ludouic. *in instruct. conscientiæ part.* 1. *cap.* 49. *col.* 2. *vers. licet Episcopus*, Sanchez *de matrimonio lib.* 8. *disp.* 9. *n.* 11. & Gutier. *Canon. lib.* 2. *c.* 22. *n.* 49.

Similiter potest Episcopus dispensare in voto virginitatis, si dum vouit, intendebat solùm seruare integritatem corporis recusando primum actum libidinosum, quia per illum actum voti obligatio extincta fuit; secus si vouens virginitatem intendebat seruare simpliciter castitatem, Graff. *lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 31. Sayr. *in claui lib.* 6. *c.* 11. *num.* 55. sicut & in voto de non committendo adulterio, quia non est votum perpetuæ castitatis, quod Papæ duntaxat reseruatur. Nauarr. *in manuali c.* 12. *n.* 76. *vers.* 5. Henriquez *lib.* 7. *c.* 30. §. 6. Valent. 2. 2. *disp.* 6. *quæst.* 6. *punct.* 7. *col.* 10. *vers. ex quo sequitur*, & Sanchez *de matrimonio lib.* 8. *disp.* 9. *numer.* 6.

Quin imò potest dispensare Episcopus, vt coniux, si post matrimonium consummatũ fecit votum castitatis, possit petere debitum. Ita D. Antoninus 3. *p. tit.* 1. *c.* 22. §. 2. *ad* 3. Sotus *in* 4. *dist.* 38. *quæst.* 2. *art.* 1. & Sayr. *in claui lib.* 6. *cap.* 11. *n.* 52. Idem dico posse dispensare Episcopum ex causa cum eo, qui post votum simplex castitatis contraxit ratum matrimonium ad effectum, vt possit debitum petere, Sotus *vbi proximè*, Sayr. *d. lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 6. Proinde potest Episcopus dispensare ad petendum debitum, ita Sayr. *lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 53. *vers. idem etiam*, & Gutier. *lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 17. Idem dicendum est de habente votum suscipiendi Ordines, cum quo Episcopus potest dispensare, quamuis habeat statum, cui castitas est annexa; non tamen est votum castitatis præsentis, sed futuræ, ita Sanchez *de matrimonio lib.* 8. *disp.* 9. *numer.* 13. Soar. *de Religione tract. de voto lib.* 6. *cap.* 21. *numer.* 6. & Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 19. *quæst.* 9.

Ad hæc Episcopus potest dispensare in quinque illis iuramentis, seu votis, si fiant in pœnam, nempe si quis iuret, seu voueat se non lusurum tali ludo, vel se non commissurum tale peccatum, quòd si aliter faciat, ingredietur Religionem, vel ibit in Terram sanctam. Non enim hæc sunt vota, seu iuramenta reseruata Papæ; cùm non sint simpliciter, & absolutè vota Religionis, & castitatis, aut peregrinationis ex deuotione emissa, ita Lopez 1. *part. instruct. c.* 44. *col.* 2. Henriquez *lib.* 7. *de indulg. cap.* 30. §. 6. dicens esse communem, Toletus *in summa lib.* 4. *cap.* 18. *in fine*, Soar. *d. lib.* 6. *capite* 23. *num.* 6. *& cap.* 26. *num.* 17. & Sanchez cum aliis *d. lib.* 8. *disp.* 10. *num.* 8. & Vgolin. *de potest Episcop. cap.* 58. §. 2. Non desunt tamen, qui putent similia vota pœnalia, & iuramenta esse reseruata, sed ne discedas à priori resolutione, quam etiam tradunt Anton. Gomez *in Bulla Cruciata clausula* 10. *num.* 99. & Ludouicus Miranda *in manuali Prælat. tom.* 1. *quæst.* 47. *art.* 6. Aragonius 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 12. *col.* 8. *vers. si quis autem quærat* & Beia *in suis responsionib. casu* 28. & alij.

Quòd si hæc quinque vota, seu iuramenta reseruata fiant sub conditione de materia aliàs reseruata, Episcopus non potest dispensare etiam pendente conditione, ita Nauar. *in manuali c.* 12. *num.* 43. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 11. *cap* 19. *quæst.* 65. Gutier. *Canon. lib.* 2. *cap.* 22. *num. vltimo*, post Sotum *lib.* 7. *de iustitia quæst.* 2. *art.* 1. *vers. conditionale autem votum.* Ex ea ratione, quia votum, seu iuramentum conditionale statim est perfectum quoad

quoad vinculum voti, seu iuramenti, vbi primum fit, ita Afflictus *decis.280.num.3.* sicut venditio conditionalis dicitur perfecta, ita quòd ab ea nũ licet vni parti discedere, per glossam *in l.necessario §.quod si pendente, in vers. si ita res, ff. de pericul. & commodo rei vendita*, & tenet Hostiens. *in summa de empt. & vendit. §.2. in fine.* Idem probatur ex *l.vsusfructus 26. ad finem*, vbi dispositio conditionis in sua essentia à principio est perfecta, ibi: *Ex prasenti vires accipit, ff. de stipulat. seruorum.* quæ opinio in puncto iuris videtur esse vera.

Nihilominus ante impletam conditionem, & post illam posse Episcupum dispensare, est multo verius, eo quia votum conditionale ante impletam conditionem non est perfectum votum, si conditio est de futuro, & contingens, nec tacitè inest, ita Toletus *in summa lib 4. cap. 19. in fine*, Lessius *de iustitia lib.2.cap.46 dubio 13. num. 6. vers. sextus*, Sanchez *de matrimonio lib.8. disp. 10. num. 12. & 13. & in pracepta Decalogi lib.4. cap.40.n.99. per totum.* Secus quando conditio est de præterito, aut præsenti: tunc enim non potest Episcopus dispensare, nimirum si quis dicat, Voueo Religionem in pœnam peccati, quod heri commisi, vel nunc propono me admissurum, quia conditio de præterito, aut de præsenti non suspendit consensum, nec impedit votum esse verè absolutum. Similiter non potest Episcopus dispensare, quandus conditio est necessaria, vt, promitto religionem, si sol cras oriatur, qui cùm debeat oriri, votum est absolutum, perinde ac si esset de præterito, aut de præsenti, Sanchez *in pracepta Decalogi lib 4.cap.23.num.5.vers secunda conclusio, & lib. 8. dis.10. num. 13.* Quin etiam potest Episcopus dispensare in omnibus quatuor votis data graui, & vrgente necessitate, & interueniente simul difficultate adeundi Pontificem non ad dispensandum, sed ad differendum per aliquod tempus. Suar. *d.lib.6.cap.26. à num.9.*

Quæ sint peccata reseruata per constitutiones Synodales Episcopatuum in Lusitaniæ Regno.

§. III.

EPITOME.

1. *In Episcopatu Conimbricensi casus reseruati sunt Heresis, blasphematores publici, venefici, aut venefica, & qui in aliis Episcopatibus?*
2. *Homicidium voluntarium cum effectu extra bellum: item occisores, seu suffocatores filiorum.*
3. *Incendium data opera commissum, & sacrilegium.*
4. *Excommunicatio maior à iure lata, aut ab homine, qua alij non sit reseruata.*
5. *Habere alienum, cuius dominus ignoratur excedens quantitatem vnius aurei, quod si non excedat, potest absolui.*
6. *Item decima non persoluta Ecclesiis, quibus debentur, quarum quantitas excedat quinque denarios, & quando possunt absolui debitores antequam soluant?*
7. *Item qui rem habent cum sponsis de futuro, vel cum sponsis de prasenti, antequam benedictiones recipiant, quando domi matrimonium contraxerunt.*
8. *Manus violentas in clericos quoscumque, aut Religiosos inicere, aut suscipere Ordines per saltum, aut cum dimissoriis falsis, aut se ingerentes furtiuè.*
9. *Iuramentum falsum in iudicio tam seculari, quàm Ecclesiastico ordinario, aut delegato.*
   & quid de scripturis falsis, num.10.
   & de matrimonio clandestino, & de eius testibus, num 11.
   & an clerici incidant in reseruata, num. 12.

ANTEQVAM vlteriùs progrediamur, obseruandum est in reliquis Episcopatibus casus reseruatos supradictis plus, minusve esse similes. Sed quia satis est difficile pro omnibus tam à iure, quàm à consuetudine reseruatis recurrere ad Episcopos reliquos, exceptis his, qui hoc loco referuntur, & in aliis Episcopatibus excipiuntur, Episcopi committere solent inferioribus curatis, vt possint absolui, sicut ipsi possunt absoluere. 1.

De hæresi externa diximus *in prima excommunicatione Bulla cœna disp.3.§.1. à num. 1. vsque ad numerum 25.* An verò per reseruationem hæresis indistinctè censeatur reseruata hæresis etiam mentalis, ambigi potest; sed affirmatiue resolue, ex traditis *in d. §. 1. num. 11.* & ideo cum sub hæresi contineatur tam externa, quàm interna, reseruata hæresi, reseruatur tam externa, quàm interna, non tamen pure mentalis excommunicationẽ incurrit, Sanch *lib.2.c.8.n.3.* post Sotum *in 4. dist 18. quæst.2. art.5* Caietan *verb. haresis, in fine*, Simanc *de Cathol. instit. tit.42. num.17.* Gutier. *lib. 1. quæst. Canon. cap 13. à num.18.* & Soar. *de censur. disp. 21. sect.2. num.2.* eo quia pœnæ externæ exigunt actum externum perfectum; nec sufficiunt quæcunque verba, aut signa externa, sed debent esse signa externa tam certa, vt qui ea perceperit, sine dubio iudicet hominem esse hæreticum, & citra hanc certitudinem non incurritur excommunicatio: nec sufficiunt signa externa indifferentia, nec habere caput opertum coram sanctissimo Eucharistiæ Sacramento: sunt enim actus externi indifferentes, nec ostendunt clarè, & manifestè latentem in animo hæresim, ita Azor *tom 1. instit. moral. lib. 8. cap.9. quæs. vltim.* Sayr. *in claui tom. 1. lib.3.cap.16.* Bannes *2.2. quæst.11. art. 4. dub. 2.* & Vasquez *1.2. quæst.96. art.4. disp.160. cap.5. num.20. & 21.* & diximus *supra in hac disputatione 21. §. 1. num 8.* An autem hæresis mentalis possit reseruari ab Episcopis? *ibidem* diximus affirmatiuè, quia reseruatio est negatio, seu ablatio iurisdictionis absoluendi in foro animæ. Idem diximus *§. 1. disp.3. de prima excommunicatione Bulla cœna*, vide Bonacin *de excommunicatione disp.2. quæst 5. punct. 2. ex n.3* & Barbus. *de offic. & potest. Episcopi part. 2. alleg.40.n.20.*

Blasphematores item publici in Diœcesi Conimbricensi, Bracearensi, Portuensi, & Angrensi sub reseruatione continentur, de quibus diximus *in hac disputatione, §.2. num. 11. & 12.* Item venefici, & veneficæ, sub quibus veniunt omnes pactum, siue tacitum, siue expressum, cum dæmone ineuntes, de quo Isaias *cap* 18. ibi, *Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.* quod D. Thomas satis probabili interpretatione Magis accommodat 2. 2. *quæst.95. art 4* & Pontifices Ioan XXII. *in Extrauag. contra Magos*, quæ incipit, *Super specula*, & Sixtus Quintus *in Bulla contra Astrologos ann.* 1591. Castro *de inst. hares.*

ret. punit. lib. 1. cap. 14. Formula autem pacti dæmoniaci est, do vt facias, de qua *in l. Labeo scribit. l. Iurisgentium, ff. de pactis*, apud Magos passim recepta, quibus diabolus pollicetur ita, *Si te mihi addixeris, vlciscar te, ditab o te, iuuabo te.* de qua forma & promissione agit Petrus Binsfeld. *in confess. malefic. prælud* 6.

Pactum expressum cum dæmone contrahitur dupliciter, aut expressis, & conceptis verbis à dæmone institutis, aut fit ipso facto, vel actione, quando quis operatur illud, quod cognouit diabolus constituisse in signum, seu pro tessera sui auxilij, & efficaciæ, ita Caietan. ad D. Thomam 2.2. *quæst.* 95 *art.* 3. & Nauar. *in manuali c.* 11. *num.* 21. & Sayr. *de Religione lib.* 2. *cap.* 8. Expressis, & conceptis verbis fit, aut solemniter, aut simpliciter eo modo, quo Religiosi professionem faciunt, solemnem scilicet, & expressam, & tacitam, secundùm Grilland. *de sortileg. quæst.* 3. *num.* 1. *& num.* 3. sed latiùs *quæst.* 7. *per totam*, præsertim *num.* 28. *&* 29. Sicut enim Regulares ingredientes Religionem solemniter profitentur seruire Christo Domino; ita è conuerso Magi, seu venefici profitentur Deum Saluatorem relinquere, eius nomen abnegare, dæmoni adhærere, & eidem perpetuam obedientiam promittere, addito etiam iuramento, & homagio, fitque & promissio solemniter coram aliis dæmoniis ipso Principe in solio residente. Interdum etiam fit & professio tacitè sine hac diabolica solemnitate, eam tamen recipiente loco dæmonis altero ex veneficis à dæmone deputato, & per vtranque professionem dicitur contracta amicitia inter veneficum, Magum, seu sortilegum, & ipsum dæmonem, sed multo chariores sunt dæmoni professi expressè, quàm qui tacitè professi sunt, ita Grilland. *vbi proximè*, & Farin. *in praxi, quæst.* 20. *num.* 77. & Torreblanca *lib.* 2. *de Magia operatrice cap.* 7. *ex num.* 1. *vsque ad num.* 16. vbi *num.* 17. *cum sequentibus* addit pactum cum dæmone implicitum, siue tacitum censeri quoties quis superstitiosis vtitur signis, ignorans ea esse mala, & à dæmone instituta, vt ex multis probat Raphaël de la Torre *tom.* 2. *de vitiis oppositis religioni quæst.* 96. *art.* 4. *disp.* 2.

Non possunt excusari à mortali, nec à pœnis cõtra sortilegos, Magos, & veneficos à iure institutis, de quibus Farinac. *in d. quæst.* 20. *ex num.* 88. *vsque ad num.* 109. Nec pactum implicitum excusari potest à peccato mortali, vt per D. Paulum 1. *ad Corinth cap.* 10. *Nolo socios vos fieri dæmoniorum*, quòd si fœminæ aliquæ vtantur verbis aliquibus ad leuandum capitis dolorem, vel ad sistendum sanguinem, vel quid simile arte dæmonis existimantes ea esse licita, vel quia ea acceperunt ab honestis hominibus, vel legerunt in libris etiam superstitiosis, credentes esse bonorum Philosophorum, tunc nullum, vel leuissimum erit peccatum. D. Thomas 2.2. *quæst.* 74 *art.* 5. & *ibi* Medina, *& quæst.* 76 *art.* 2. Quoniam ignorantia inuincibilis excusat à quouis crimine, nec vbi abest culpa, potest esse delictum, nec pœna, *cap. cùm voluntate, de senten. excommunic.* Peterr. *in Extrauag. Ambitiosa, de reb. Eccles. non alien. pag.* 94. *n* 30. Ioseph. Aldret. *de religoisa disciplina tuenda*, Conar. *in cap. Alma mater, part.* 1. §. 10. *num.* 12 *&* 13 *de sentent. excommunic.* Cæteri autem grauissimè peccant, quamuis pactum nullum contraxerint cum dæmone, aot Mago: nam eo ipso quòd agunt, quæ ab ipsis sunt instituta fieri, tacitè consentiunt in pactu saltem inito cum primo facti auctore, vt docet Remig *lib.* 1. *cap.* 1. & per consequens discedunt à Deo, ipso dicente per D. Luc. *cap.* 11. *Qui non est mecum, aduersùs me est.* Quare sub reseruatione continentur venefici, veneficæ, striges, lamiæ, & reliqui inuocantes dæmonem, nam inuocatio dæmonis signum est pacti expliciti, & cultus latriæ expressus, quo se dæmon pollicetur responsurum, vel facturum, quod inuocator postulat, vt tradit Eymeric *in director. Inquisitor. part.* 2. *quæst.* 43.

Secundus casus reseruatus in particulari in singulis quibusque Diœcesibus huius Regni, est homicidium voluntariom extra bellum iustum consummatum, & filiorum ex negligentia parentum, aut culpa suffocatio. De homicido diximus suprà §. 2. *ex num.* 1. *vsque ad* 4. de poeris culpa parentum in lecto oppressis, aut suffocatis, meminit praxis Episcopalis *part.* 2. *cap.* 1. *de casibus Episcopi, fol.* 103. reqoiritur tamen, vt sit reseruatus culpa lethalis manifesta, cùm amor parentum erga filios excuset. 2.

Tertius casus est incendium data opera commissum animo nocendi, & propria authoritate, quorum auctores excommunicati, & publicati, non nisi à Papa absolui possunt, *cap. tua nos, de senten. excommunic.* Clarus *lib.* 5. §. *final. quæst.* 78. *num.* 19. Nauar. *in manuali cap.* 27. *numer.* 94. Toler. *lib.* 1. *cap* 35. *n.* 5. Farin. *in praxi crimin. part.* 3. *quæst.* 110 *num.* 15. Suar. *disp.* 22 *sect.* 2. *num.* 15. & Sayr. *de censur. lib.* 3. *cap.* 29. *à num.* 7. Vnde antequam excommunicentur, & publicentur, possunt absolui ab Episcopo, aut ab eius Vicario, secundùm communem, & indicitur *in c. pessimam* 23. *quæst.* 8. idem dicas de consulentibus, & auxilium præbentibus ad incendium, modò sequatur effectus incendij; lege Graff. *decis. lib.* 4. *cap.* 19. *num.* 9. *fol.* 426. *vers. tertio.* 3.

Quartus casus, sacrilegium an sit reseruatum crimen ab Episcopis, constat ex particularibus constitutionibus; non tamen omne genus sacrilegij est sub reseruatione. Dicitur autem sacrilegium rei sacræ violatio, aut vsurpatio, ita Doctores communiter. Tres habet species, quarum ptima est, quæ committitur in personam sacram. Secunda, quando locus sacer violatur, & illius Cœmeterium. Tertia committitur auferendo rem sacram, ita Salzed. *in praxi cap.* 87. *tit. Sacrilegij.* Non est tamen sacrilegium reseruatum habere copulam fornicariam in loco sacro, ita Palacina in Caietan. *verb. casus reseruad.* sed malè ait Nauar. in addit. tamen ad manuale Hispanum *cap.* 27. *num.* 259. bene ait sacris initiatum, si fornicetur contra votum, committere sacrilegium non reseruatum: idem tradit Henriquez *lib.* 3. *de pænit. cap.* 14. §. 5. *littera T.* Erit tamen reseruatum, quando violatur locus sacer; & ideo si polluatur Ecclesia copula fornicaria, vel effusione voluntaria seminis, erit reseruatum sacrilegium, quia in constitutionibus non reseruantur omnia sacrilegia, nisi ea solùm, quæ committuntur per violationem loci sacri, vel furtum rei sacræ. Vnde furari rem non sacram in loco sacro, vel de loco sacro, non est reseruatum, nisi quando res non sacra est sub custodia ipsius Ecclesiæ; proinde non est casus reseruatus furari crumenam audienti Missam, vel Confessario, dum audit confessionem, quia non est res tradita sub speciali custodia Ecclesiæ, & Dei, Henriquez *lib.* 2. *de pænit. cap.* 6. §. 5. *vers. vbi interdum*, quia cùm

reser

seruatio induat rationem pœnæ, iotelligenda est strictè.

Quid de committente sacrilegium abstrahendo per vim aliquem ab Ecclesia? Responde per constitutiunes Eborenses esse sacrilegium resetuatum, quia extractio facta fuit per vim. Esse autem sacrilegium hanc extractionem, probat textus *in c. sacrilegium*, cum multis aliis, 17. *quæst.* 4. & D. Thomas 2.2.*q*.2.*art*.2. & 3. possecque Ecclesiam vi resistere iudici volenti reum ab Ecclesia extrahere, quando illum sine iure, ac ratione extrahete nequit, præsertim censuris, vt desistat à tali violentia, vt docet Remig. *de immunitate, quæst.* 12.*n*.4.*in fine*, & Soar. *de Religione tom*.3.*c*.13.*n*.4. & Couar. *variar.lib*.2.*cap*. 20. *vers. vltimo*, & hic est vsus. Potest etiam Ecclesia resistere claudendo fores, & vim repellere cæteris aliis externis mediis, quod similiter, teste Suario, est in vsu. Vnde si reus extrahatur ab Ecclesia dolo, aut fraude, non habet casum reseruatum ex vi verborum constitutionum, vbi dicitur, *Tirarda Igreja*, quæ verba postulant extractionem factam per vim: atque ita quamuis extractus per dolum capiatur à ministris iustitiæ, & carceri mancipetur, non habet casum reseruatum: erit tameo, quando extractio fit in ordine vt extractus comprehendatur, eo quia tunc violatur immunitas Ecclesiæ. Syluester *verb. immunitas* 2. *à num*.3. & Petrus Gambac. *de immunit.lib*. 8. *cap*.3. *per totum*, vbi de modis, quibus immunitas Ecclesiastica violari potest. An verò habeat reseruatum sacrilegium, qui reum extraxit ab Ecclesia in dubio, an gauderet illius immunitate, ambigi potest? Pars negans placet, quia parte rei non gaudebat immunitate, quantumcunque sacrilegè egerit propter periculum cui se exposuit; si verò illi proderat Ecclesiastica immunitas, pars affirmans tenenda est.

4. Quintus casus in constitutionibus Conimbricensibus est excommunicatio maior à iure, aut ab homine lata, quæ non sit alteri reseruata. Et quamuis Parochus, vel quicumque alius Sacerdos, possint absoluere à censuris iuris nemini reseruatis, sicut ab aliis mortalibus, quando est approbatus ad audiendas confessiones, si ea est consuetudo in Episcopatu, vt tradunt Nauarr. *in manuali cap*.27.*num*.39. Suar. *de censur. disp*. 7.*sect*. 3. *num*. 23. & 31. Mar. Alter. *eodem tractatu tom*.1. *lib*.4.*disp*.3.*cap*.3. & Posseuin. *de officio curati cap*.7. *num*. 50. Nihilominus non est negandum posse Episcopum reseruare excommunicationem à iure nemini reseruatam, cùm omnia possit in suo Episcopatu, quæ Summus Pontifex in vniuerso Orbe, exceptis specialiter reseruatis, argumento textus *in cap ad honorem, de auctoritate, & vsu pally, & in cap. nouit, ad finem, de iudiciis*, post Sotum *de iustitia lib*.10.*quæst*.1. *art*.3. *conclus*. 1. Sanch. *de matrimonio lib*.1.*disp*.61.*num*.3.& *lib*.8 *disp*.9.*num*.3. quibus adde Suar. *tom*.4. *de pœnit. disp*.25.*sect*.1.& *de legibus lib*.6.*cap*. 14.*num*. 6. Quare minus bene videtur dixisse Paul. Comitol. *respons. moral. lib*.6. *cap*.12. dum docuit Ordinarium non posse sibi reseruare absolutionem excommunicationum iuris nulli reseruatarum, cùm sit contra constitutiones, præsertim Conimbricenses, quæ reseruant excommunicatiooem maiorem latam à iure, aut ab homine, nolli tamen reseruatam. Ex quo deducitur non posse reseruari ab Episcopo censuras, seu casus contentos in Bulla Cœnæ Domini, nec specialiter reseruatos Sedi Apostolicæ.

Sextus casus est habere alienum, cuius Dominus ignoratur, excedens quantitatem vnius aurei, ita in constitutionibus Conimbricensibus. 5.
In Eborensibus autem est reseruata acquisitio alieni, quæ excedit quantitatem septem aureorum cum dimidio, quæ ab aliquo fuit inuenta, & furto accepta: nec de aliis, nisi de inuentis constitutiones synodales intelliguntur, vt probat consuetudo, ita vt reseruatio non comprehendat nisi acquisitionem inuentorum. Non est tamen adquisitio illorum bonorum reseruata, quæ nunquam habuerunt dominum; qualia sunt gemmæ in littore maris inuentæ, aut bona, quæ pro derelicto habentur: hæc omnia sunt primò capientis: idem dic de thesauris inuentis, qui licèt aliquando dominum habuerunt, modò tamen quis fuerit omnino ignoratur. Pro his vide ordinationem regiam *lib*. 2. *tit*. 26. §. 16. & 17. Nec etiam in hoc casu intelliguntur bona, quæ vulgò dicuntur *do vento*, de quibus Ordinatio Lusitana *lib*. 3 *tit*. 94. Quantitas ergo bonorum, cuius dominus ignoratur, ita reseruata est Prælato, vt absque facultate illius, vel priuilegio aliquo absolutio data sit nullius omnino momenti, vt habetur in prædictis constitutionibus. Necesse tamen est vt in eorum acquisitione, seu acceptione, vel retentione interueniat mortale.

Quare qui viginti aureos inuenit, quorum dominus ignoratur, si non peccauit, dum eos inueniendo accepit, aut retinendo, quia videlicet semper homini fuit animus restituendi eos proprio domino, vel pauperibus, domino non reperto, non habet casum reseruatum, potestque absolui eum solo animo restituendi. Et quamuis detinuerit prædictos viginti aureos, si velit ante absolutionem restituere, potest absolui facta compensa, seu satisfactione, ita tamen, vt debitum soluendum conii catur in Aream, quæ ad id collocari præcipitur in Ecclesiis apposito hoc titulo, *Arca restitutionum, cuius dominus ignoratur.* Hæc resolutio etiamsi videatur aduersari constitutionibus Eborensibus, admitti debet, secundùm determinationes in Synodo Diœcesana anno Dom. 1569. factas Quòd si pœnitens nó seruauerit modum constitutionum, dedit que pauperibus quantitatem inuentam, est absoluendus; cùm nihil debeat post satisfactionem, & restitutionem bona fide factam. Cæterùm si adhuc non satisfecit, sed de præsenti vult satisfacere, non tamen ad modum quem disponunt constitutiones, & determinationes, non potest absolui; quia Prælatus in casu proposito videtur abstulisse iurisdictionem Sacerdoti absoluendi alio modo. Nam forma dat esse rei, & ad vnguem est seruanda, *l. Diuus, ff. de in integrum restitut. l. Maeuius, ff. de condit. & demonstrat.* ita vt, si deficiat in minimo, actus corruat, *l. cùm hi. §. si Prætor ff. de transact. l. non dubium. C. de legibus*. Mandati enim forma omissa in minimo, totum vitiari; tradunt etiam Tiraquel. *de retract. tit*. 2. §. 4. *gloss*. 6. *numer*. 31. & *in tract. de iudicio in rebus exiguis, vers: hoc tamen intellige*, Azeued. *ad l*. 18. *numer*. 4. *tit*. 21. *lib*. 4. *noua recopil*. Gutier. *pract. lib*. 3. *q*. 15. *numer*. 5. *cum sequentib*. Gonzal. *ad reg*. 8. *cancell. gloss*. 4. *num*. 137. Quocirca non solùm mandatum est seruandum, verùm etiam qualitas illius, Tiraquel. *in l. si vnquam, verb. libertis, num*.59. *in medio*, vbi etiam

addit non solùm corruere gesta, ex defectu formæ mandati; quando expresse factum est contra ipsam formam mandati; sed etiam, quando fit citra, aut præter furmam, vide illum.

Si tamen bona restituenda talia sunt, quæ in Arculam coniici nequeunt, vendenda erunt, vt pretium eorum coniiciatur in illam. Si pœnitens noluerit satisfacere prædictam quantitatem, habet casum reseruatum. Item si monitus à Confessario, vt pro absolutione obtinenda satisfaciat, & noluit, cùm posset, quamuis postea mutata voluntate, satisfactionem offerat, non potest absolui, cùm iam illa rebellio Prælato reseruetur, vt patet ex determinationibus synodalibus allegatis; quod tamen verum esse intelligo, dummodo id fiat ita pòst, vt, moraliter loquendo, censeatur diuersus actus. Si verò vult satisfacere, sed non potest, in hoc casu est absoluendus, si nec in totum, neque in partem potest satisfacere; cuius rei examen prudenti Confessario committitur diligenter faciendum. Cæterùm hoiusmodi pœnitenti tempus competens, certumque assignandum est, intra quod possit satisfacere, quo elapso, si non satisfecerit, manebit casus reseruatus. Ita determinationes diœcesanæ veteres constitutiones explicant, quòd intelligo verum esse, dummodo pœnitens de quo loquimur, aliquando postea potens sit satisfaciendo, quòd si post determinationem temporis à Confessario factam nunquam potuit satisfacere, non propterea habebit casum reseruatum, cùm de nouo nullum peccatum interuenerit, propter quod dari debeat reseruatio, ex traditis à Nauar. *in manuali c.17.n.56.*

Dicendum tamen, si potest satisfacere in partẽ, & non vult manere casum reseruatum, ita colligitur ex determinationibus synodalibus, nec est postea absoluendus, licet pro absolutione obtinenda offerat satisfactionem, siue in totum, siue in partẽ, cùm iam propter rebellionem inciderit in casum reseruatum. Nam si debitum restituendũ non excedat quantitatem septem aureorum cum dimidio, potest absolui pœnitens, si statim soluat; quam solutionem constitutiones synodales præcipiunt fieri tradendo debitũ, vel illius pignus Vicario pedaneo; quare, si non fiat satisfactio in re, crederem non posse absolui pœnitentẽ, quia constitutiones videntur exigere satisfactionem prædictam in re, tanquam conditionem sine qua non debet dari absolutio. Quòd si iam bona fide facta esset, antequã pœnitens accederet ad confessionem, non tamen ad illum modum, quem postulat constitutio, sed ad alium, non propterea existimarem illi negandam esse absolutionem. Adde maiorem excommunicationem ipso facto impositam esse Confessariis per se, vel per alios faciendas restitutiones prædictas ad suam vtilitatem applicantibus; quæ prohibitio idcirco imposita est, quia ex tali applicatione multa incommoda oriuntur. Hactenus de rebus inuentis, quarum dominus ignoratur, secundùm constitutiones Eborenses.

Secundùm verò Conimbricenses, & reliquas cæterorum Episcopatuum, quæ solùm inter se differunt in quantitate maiori, vel minori rerum inuentarum reseruata, illud addendum est, non esse absoluendum inuenientem quantitatem reseruatã, quòd si inuentum non perueniat ad summam taxatam, posse absolui facta priùs traditione rei inuentæ expendendæ in fabricam Ecclesiæ ipsius inuentoris. Quòd si inuentum, cuius dominus ignoratur, accedat ad summam reseruatam, si ibi fuerit Prouisor Episcopi, aut in termino illius oppidi, tradetur eidem coram Notario eiusdem Prouisoris, vt in opera pia expendatur. Si verò res inueniatur extra locum, ac terminum, vbi Prouisor residere solet, res inuenta tradetur Curato loci, cui ab Episcopo sub excommunicatione præcipitur, & sub pœna soluendi duplum, vt inuentum visitatori, qui priùs Ecclesiam visitauerit, teneatur tradere, qui non inuento domino post factam diligentiam in opera pia distribuet, vt fieri solet ex antiquo vsu, ac consuetudine.

Septimus casus in Diœcesi Conimbricensi, & 6.
Eborensi sunt decimæ non solutæ, quæ excedant quantitatem denariorum quinque Conimbricæ, & Eboræ, quæ superent quantitatem duorum aureorum. Conimbricenses constitutiones sic habent. Decimæ non solutæ, quæ excedunt quinque denarios, possunt tamen absolui, si prius quàm accedant ad Confessionem, integrè satisfecerint. Eborenses autem sic aiunt. Decima non soluta Ecclesiis, quibus debetur, est casus reseruatus, modò excedat quantitatem duorum aureorum, quòd si non excedat, possunt absolui, dummodo priùs fiat satisfactio; ad quod videtur sufficere, vt re ipsa restituant si possunt, vel si non possunt, adhibeant cautionem pignoratitiam, vel fideiussoriam, vel saltem iuratoriam, quamuis de his constitutiones non meminerint, quòd si Sacerdos aliquis aliter absoluere præsumpserit, in hoc casu excommunicationem ipso facto incurrat, iuxta constitutiones synodales. Diœcesana tamen Synodus Eborensis anno 1569. celebrata declarauit, si debitor decimarum impotens sit soluendo, non esse decimarum retentionem iniustam, casum reseruatum, nisi priùs à Confessario certum tempus præfigatur ad satisfaciendum, intra quod tempus nisi satisfactum fuerit, modò quantitas adæquet summam reseruatam, erit peccatum reseruatum; dummodo intra tempus præscriptum potuerit soluere per cautionem saltem sibi possibilem. Impotentia enim in hoc casu excusat, sicut & in aliis, vt vult Nauar. *in summa c.17.n.56.* vbi ait posse absolui restitutione minimè facta, non solùm qui nullo modo potest, verùm etiam, qui commodè non potest. Præterea, quia Trident. *sess.25. de reformat. c.12.* sic ait, ibi. *Detrahentes decimas excommunicentur, nec ab hoc crimine, nisi plena restitutione sequuta, absoluantur.* Nihilominus Molina *tom. 3. de iustitia, in posteriori parte, disputatione 756. ad finem,* & Henriq. *lib. 13. de excommunicatione c. 28. n. 1. in commento littera R.* volunt his esse locum, quando commodæ restitutionis impotentia non excusat. Quin imò Henriq. *ibi n.4. in principio,* subdit, quando conceditur facultas absoluendi delegato, & exprimitur, ne impendat absolutionẽ, nisi præmissa integra, & reali satisfactione, posse impẽdere, quando reus satisfacere non potest, sequitur sapientissimus Fernandus Perez Primarius Theologiæ Professor in Academia Eborensi in manuscriptis, vbi excusat à mortali tam accipientem, quàm retinentem decimas, vel ratione grauis, vel extremæ indigentiæ, vel impotentiæ, vel ignorantiæ: vbi enim non est mortale, non datur reseruatio.

Octauus casus comprehendit sponsos de futuro, qui rem habent cum sponsis, vel cum sponsis 7.
de præsenti, antequam benedictiones in Ecclesia recipiant, quando extra illam matrimonium inierunt, ita constitutiones Conimbricenses *tit. 4 de sacramento Confessionis.* Est autem præceptum recipiendi benedictiones nuptiales, vt deducitur ex

cap.

cap. nostrates 30. *quæst.* 5. quod ea Nicolao Pontifice *ad consulta Bulgarorum cap.* 3. *& c.* 1. 30. *quæst.* 5. quod est ex Euaristo Papa *Epistola* 1. *ad Episcopos Africæ*, & probatur esse præceptum ea vsu, & consuetudine Ecclesiæ. Omissio benedictionum, si fiat ea contemptu, est culpa mortalis, qui contemptus reperitur tantùm, quando quispiam eas perinde nihil faceret, ac si essent vanæ. Graffis 1. *p. decis. lib.* 2. *cap.* 82. *num.* 1. & Sotus *in* 4. *dist.* 18. *q.* 1. *art.* 2. *col.* 6. *vers. postrema.*

An autem benedictiones omittere ex mera negligentia sit mortale citra contemptum est anaieias? VValdensis *tom de Sacramentis cap.* 133. *num.* 3. censet esse mortale. At seclusa prohibitione constitutionum, probabilius est solùm esse veniale omittere benedictiones, cùm non sint Sacramentum, sed sacramentale quoddam, deficiente contemptu, ita expresse Veracruz 1. *p. spec. art.* 12. *conclus.* 2. Emmanuel Saa *in summa, verb. matrimonium, in principio n.* 9. & Barth. à Ledesma *de matrimonio dub.* 61. *conclus.* 2. secundùm quos non est mortale consummare matrimonium siue petendo, siue reddendo ante benedictiones Ecclesiæ. fauet D. Thomas *in* 4. *dist.* 28. *quæst. vnica art.* 2. *ad* 3. dicens sponsam non peccare, quæ admittit sponsum consummare volentem, sequitur expresse Caietanus *tom.* 1. *opusc. tract.* 13. *quæst.* 1. *de vsu matrimony, & in summa verb. matrimonium cap.* 2. *tit. vsus matrimonialis multipliciter vitiari potest, §. in publico autem loco, vers. non tamen est*, Victoria *in suma de matrimonio n.* 267. & Petrus de Soto *lectione* 14. *de matrimo.* §. *primum insipsum.*

Sit ne veniale ante benedictiones petere, vel reddere? Caietan. affirmat vbi proximè *tract.* 13. *de vsu matrimony, q.* 1. Victoria *suprà de matrimonio numer.* 277. Sotus *in* 4. *dist.* 28. *quæst.* 1. *art.* 2. *ad finem corporis*, Henriquez *lib.* 11. *de matrimonio cap.* 5. *numer.* 7. *in fine, & cap.* 16. *numer.* 3. & Veracruz 1. *p. speculi art.* 14. *post sextam conclus.* §. *sed tamen à veniali*, eo quia consummare matrimonium ante benedictiones, est contra vsum legitimum, & consuetum, nisi fiat ea iusta causa, Ledesma 2. 2. *p.* 4. *q.* 47. *art.* 5. §. *præterea est dubium*, vbi ait non esse veniale quando ea iusta causa fit consummatio. Nullum esse peccatum consummare ante benedictiones alij volunt, credentes non esse præceptum, sed consilium ea verbis Tridentini *sess* 24. *de matrimonio cap.* 1. his verbis, *hortatur sancta Synodus.* ergo non est præceptum, sed consilium, & ea consequenti nec veniale est consummare ante benedictiones, si deficit contemptus, aut sequatur scandalum; tunc enim in vtroque casu esset peccatum mortale, secundùm aliquos apud Sanch *de matrim. lib.* 3. *disp.* 12. *ex numer.* 8. *& ex duobus sequentib.* vtroque autem exclusu, nullum esse peccatum, docent Nauarr. *in summa Hispana cap.* 28. *additione ad num.* 11. *ad finem cap.* 22. Latina *cap.* 22. *num.* 83. §. *de benedictione nuptiarum.* Capua *lib.* 2. *decis. cap.* 81. *n.* 1. & Veracruz *appendice ad speculum dub.* 11. *conclus.* 7. quibus accedit Spino *in speculo testam glos.* 15. *n.* 18. cum aliis.

Cùm autem hæc ita sint, non videtur admittenda reseruatio constitutionis Conimbricensis *vbi suprà*, contra illos, qui ingrediuntur ad sponsas de præsenti ante Ecclesiæ benedictiones, cùm non posset imponi, nisi vbi adest materia imponendi præceptum obligans ad mortale. Quare Sanchez *suprà numer.* 10. existimat, si imponatur excommunicatio contra consummantes non præmissis benedictionibus, illam minimè ligare; neque efficere culpam mortalem consummare ante benedictiones. Nihilominus constitutiones esse iustam, & reseruationem aduersùs consummantes non præmissis benedictionibus legitimè impositam, ea eo probatur, quia, vt dictum est, & vt colligitur ex *d. cap. nostrates* 30. *q.* 5. & ex *cap. sponsus, eadem causa, & quæstione*, quod est ea Concilio Carthaginensi IV. *cap.* 13. est præceptum recipiendi benedictiones nuptiales, & compelli solent sponsi vbique ad eas recipiendas, quod non fieret si solùm esset consilium, *gloss. final. in d. cap. nostrates*; item illa prohibitio consummandi est, vt debitus ordo consummandi seruetur præmissis benedictionibus, & præmissa reuerentia sacramento suscepto. Non erit tamen reseruatio, nisi prima vice consummate, ita Paludanus *in* 4. *dist.* 28. *q.* 1. *art.* 2. *num.* 10. Antoninus 3. *p. tit.* 1. *cap.* 2. §. 8. & Rosella *verb. impedimentum, impediment.* 1. *numer.* 12. Secus de sponso de futuro, si accedat ad sponsam: nam is toties quoties accedit ad sponsam, incidit in reseruationem. 8.

Nonus casus est, manus violentas in clericos quoscumque, aut Religiosos iniicere, aut suscipere Ordines per saltum, aut cum dimissoriis falsis, aut sine licentia vera, aut furtiuè se ingerere. In quo quatuor sunt consideranda circa quatuor, vel quinque reseruata, quæ hoc loco continentur. Quo ad primum videtur superfluum facere mentionem de iniectione, ac percussione in persona Ecclesiasticorum, cùm percutientibus Ecclesiasticos sit imposita excommunicatio, quæ suprà est vnum ea reseruatis, nihilominus hoc loco hæc iniectio manuum per violentiam in Ecclesiasticos, aut hæc percussio non reseruatur, quatenus habet annexam excommunicationem, sed reseruatur, quatenus est mortale peccatum; nempe si rusticus iniiciat manus violentas in clericum ignorans inuincibiliter habere excommunicationem adiunctam, habebit tamen casum reseruatum, quamuis non incideret in excommunicationem. Nomine clerici intellige omnes priuilegio Canonis gaudentes: proinde iniicere manus in clericum realiter, & actualiter degradatum, etiam cum mortali, non est casus reseruatus, cùm sit spoliatus priuilegio clericali, ex *c. degradatio, de pœnis in* 6. & glossa *ibidem*, & colligitur ea *c. cùm non ab homine, de iudiciis.*

Dixi *actualiter, siue solemniter degradatum*, quoniam verbaliter tantùm degradatus, hoc est, depositus ab Ordinibus absque ea solemnitate, quæ fit in actuali degradatione, non amittit priuilegium clericale, ea *d. c. degradatio, de pœnis in* 6. Fruitur enim verbaliter depositus Canonis priuilegio, Gama *de Sacramen. præst. and. vltimo supplicio damnatis. q.* 5. *n.* 21. Bonacin. *de censuris disp.* 4. *punct. vnico n.* 3. Marius Alter. *eodem tit. tom.* 1. *lib.* 2. *disp.* 1. *cap* 6. *vers. & quidem sic*, Sayr. *eodem tractatu lib.* 5. *cap.* 20. *num.* 12. & Aloys. Ricc. *in praxi aurea* 355. resolut. Similiter depositus verbaliter gaudet priuilegio clericali. Bellet. *disquisit. clerical. p.* 1. *tit. de fauore clericorum personali, in* §. 6. *numer.* 3. Roland. *cons.* 4. *numer.* 23. *vol.* 1. & Bonacin. *in d. numer.* 3. post alios ibi relatos. In clericum autem excommunicatum iniicere manus violentas, est casus reseruatus, cùm gaudeat priuilegio Canonis, & fori, iuxta *c. Ecclesia, de immunitate*, Panormitan. *ibidem*, & Palatius *ad Caietanum verb. excommunicatio.* 3.

Quod ad secundum est casus reseruatus suscipere Ordines per saltum, ita constitutiones synodales communiter, qualis est promotus ad Ordinem superiorem, non recepto priùs Ordine inferiori: is namque suspensus est ab eo Ordine superiori, ad quem per saltum ascendit, quousque inferiorem Ordinem prætermissum recipiat, *cap. solicitudo dist. 52. & cap. vnico, de cler. per saltum promoto*, vbi permittitur ministrare ille ex misericordia, qui ignorat se per saltum promotum esse, sed dubitat. ita Hostiensis *in summa in tit. de clerico per saltum promoto*, §. 4. Syluest. *verb. irregularitas in §. vndecimò quæritur*, Bernard. Diaz *in pract. Canonica cap.* 20. Nauar. *in manu. cap. 25. num. 71. & cap. 27. num.* 242. *& tom. 1. consil. consil. 36. n. 1. & consil. 40. numer. 1. de tempor. ordin.* Henriquez *lib. 13. de excommunic. cap. 35. §. 4. & cap. 39. §. 1.* de qua re Concil. Trident. *sess. 23. cap. 14. de reformat.* sic ait, *Cum promotis per saltum si non ministrauerit, Episcopus ex legitima causa possit dispensare*, quod intelligit Henriquez *vbi supra cap. 35. §. 4. in commento, littera Q.* quamuis suspensio illa esset publica: sed de his suprà *disp.* 20. *art.* 5. *numer.* 8.

Demum Nauar *in manuali cap. 25. num. 71.* & Viuald. *tit. de suspensione n. 48.* opinantur cum ita promoto per saltum posse Episcopum dispensare, antequam ministret, modò ita ordinatus recipiat Ordinem prætermissum antequam vtatur tali dispensatiooe; quòd si ministret in Ordine suscepto ante dispensationem, solus Papa dispensat, & hoc siue ignoranter, siue scienter promotus ministrauerit, ita vt ministrans in Ordine suscepto ante dispensationem semper egeat dispensatione Romani Pontificis ad hoc, vt ad maiores promoueatur, ex Maiol. *lib. 4. de irregul. c.* 12. nisi in occultis, & non deductis ad forum contentiosum. Vide tamen Nauarrum *d. c. 27. n. 242. vers. sextò dico*, vbi addit solum Pontificem dispensare posse cum ita promoto, qui scienter ante dispensationem exercuerit Ordinem amissum, vel acceptum, ad hoc, vt ad maiorem Ordinem promoueri possit, non autem quando ignoranter ministrauerit: in suscepto tamen vt ministret, omnes tenent dispensare posse Episcopum, siue ignoranter, siue scienter ante dispensationem ministrauerit in Ordine suscepto: nihilominus sententia Maioli magis accedit ad verba Concilij Tridentini *sess.* 23. *de reformat. cap.* 14. vt bene notat Sayr. *de censuris lib. 7. c. 10. n.* 40. vbi vult Episcopum, si promotus non administrauit in Ordine superiori recepto per saltum, posse dispensare, vt Ordinem prætermissum recipiat, & vt in Ordine prætermisso, ac etiam per saltum suscepto ministret.

Quoad tertium reseruatum, nimirum commissum cum dimissoriis falsis, aut cum falsa licentia Ordines recipere, constat ex constitutionibus tam Eboreusibus, quàm Conimbricensibus, & ex aliis huius Regni. Idem dicitur de quarto, hoc de eo, qui furtiuè, videlicet ignorante, nec examinante Episcopo, aut approbante se ordinationi ingerit, & Ordinem accipit. Is vltra reseruatum irregularis est, seu potiùs suspensus, *c. 1. de eo qui furtiuè ord. suscep.* Summa corona *tract. de irregul. n. 19. vers. tertio*, Maiol. *lib. 4. c. 8. c. 9.* & Henriq. *lib. 14. c. 6. §. quinto*? nec Ordinibus priùs susceptis, aut eo Ordine ita accepto poterit vti, nec ad superiores ascendere permittitur, arg. *c. innotuit, de eo, qui furt. ordin. suscep.* & summa confess. *de ætate ordin. quæst. 13. & sequent.* Sed de ita ordinato dixi suprà *disp.* 20. §. 5. *numer.* 15.

9. Sequitur reseruatum iuramentum falsum in iudicio, tam sæculari, quàm Ecclesiastico; tam ordinario, quàm delegato. Constat ex constitutionibus Eborensibus, Conimbricensibus, & Braccarensibus, vbi additur testimonium falsum in actibus, & in iudicio. Quin in Conimbricensibus exprimitur iuramentũ falsum coram Rectore illius Academiæ. Dicitur autem iuramentum falsum, quando quis asserit, quod non est, aut tacet veritatem, quam scit, quando est per quemlibet ex prædictis iudicibus iustè interrogatus. Notandum tamẽ est, an dicant constitutiones iuramentũ falsum in iudicio, vt habent Conimbricenses, aut testimonium falsum in actibus, aut in iudicio, vt volunt Eborenses, & Braccarenses coostitutiones, quia est discrimen inter iuramentum falsum, & testimonium falsum: iuramentum namque falsum latiùs patet, debetque esse iuramentum in præiudicium tertij; sicque accipienda est constitutio synodalis Eborensis *tit. 3. de reseruatis c. 6.* & reliquæ constitutiones. Extra verò iudicium, aut acta nullum iuramentum falsum etiam in præiudicium tertij est reseruatum, sicut non est, quando à iudice non interrogatur iuridicè, nisi postea ex eo testimonio sequatur damnum alicui in iudicio: tunc enim datur reseruatio, quia quamuis non rogetur iuridicè, peierauit tamen in iudicio, & coram iudice, qui ad condemnandum, videlicet Petrum, debet vti in iudicio illo falso testimonio postea.

Sed quid dicendum de officialibus, seu ministris iustitiæ, qui antequam incipiant seruire officia publica, iurant, se officia sua integrè facturos, nunquid si violent iuramenta, incident in reseruatum? Responsio est negatiua, quidquid sit de grauitate peccati: ratio, quia non peierant in iudicio actuali, sicut non habent casum reseruatum, qui peierant corã officialibus vocatis, vulgò *Alcaides*, & *Meirinhos*, quia non constat, vtrùm similes ministri habeant forum; nec constat, quando legitimè possunt interrogare. Secus de Ædilibus, vulgò *Almotaceis*. hi namque habent forum, vt constat ex Lusitana Ordinat. *lib. 1. tit. 68. per totum*, & possunt legitimè interrogare ea, quæ sunt sui iuris.

Quòd si contingat aliquos accedere ad locum, qui a peste alibi grassante, ac sæuiente se custodit? Respondetur teneri loqui secundùm mentem custodum, nimirum si veniunt re vera ab vrbe laborante peste. Contrà verò si vrbs à qua veniunt, laborat solùm fama falsa; si interrogentur, an veniant à tali loco peste infecto, qui falsò infectus creditur, non periurant respondendo negatiuè; quia iurant secundùm intentionem principalem interrogantis, quamuis remotam, intelligendo non venire tanquam ex loco pestilenti, cùm custos falsò informatus id petat sub iuramento. Nauar. ita *in cap. humanæ aures 22. quæst. 5. in quæst. 2. num 9. & in manuali cap. 12. num.* 10. Tolet. *in summa lib 4 cap. 21. num. 9.* Azor. *tom. 1. instit. moral. cap. 4. quæs. 5. regul. 3. iuncto versic. primò quidem.* Sayr. *in claui lib. 5. cap. 4. numer.* 22. & Lessius *de iustitia lib. 2. cap. 24. dub. 9. numer.* 47. Atque idem volunt Syluester *verb. iuramentum 3. quæst. 2.* & Manuel 1. *tomo summæ in 2. edit. cap. 191. num. 4.* & Azor *suprà*, quando ita velociter transierunt per locum pestilentem, vt nihil eos pestis attigerit: possunt enim iurare se per illum locum non transiisse, intelligendo

eo

en modo, vt aliquid mali ex loco pestilenti attraxerint, & hoc modo intelligendi sunt Nauarrus *d.cap.12.n.19.* & Tolet. *eodem num.9.* & Suar. *lib.3.cap.9.n.7.* dum tradunt venientes ex loco peste affectu, si credant meritò nec se, nec aliquid suum peste infectum esse, posse iurare non venire ex eo, quod intelligitur, quando ita celeriter illac transierunt. Alias enim nullo illis iurare licet: semper namque est periculum contagionis; & custodes iuramentum licitè exigunt, & Religiosi, seu clerici venientes ex loco pestilenti tenentur secundùm mentem custodum iurare, si volunt vrbem ingredi.

10. Quid dicendum de facientibus, seu falsantibus scripturas? Responde esse reseruatum in constitutionibus tam Eborensibus, quàm Braccarensibus peccatum falsandi scripturas, & absolutè esse reseruatum Episcopis, vt ait Nauarr. *in manuali cap.27.num.* 262. & Rodericus *in explicatione Cruciata*, §. 9 *fol.* 164. Ideo qui fecerit aliquam scripturam falsam, habet reseruatum. Intelligitur autem nomine scripturæ falsæ omnis scriptura, quæ debet fieri ab aliquo Notario, si ab alio, cui eam non competit facere, fiat falsò. Item falsa dicitur, quæ falsò fit ad aliquem effectum consequendum, quæ si vera fuisset, esset facienda, vel præcipienda fieri in nomine, vel iussu alicuius sæcularis magistratus, seu personæ Ecclesiasticæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, ex quo deducitur esse reseruatum ordinari non solùm cum falsis dimissoriis, sed etiam falsare illas falsificato etiam superioris sigillo.

11. Sequitur de matrimoniis clandestinis, quæ sunt casus reseruati in contrahentibus, & in eorum testibus in Diœcesi Braccarensi, Portuensi, Olisiponensi, Eborensi, & aliis. Dicitur autem matrimonium clandestinum, quod clam celebratur; ideo id matrimonium non solùm dicetur clandestinum in quo testes deficiunt, sed etiam in quo desiderantur ad perfectam eius publicationem denunciationes ab Ecclesia petitæ. Quare quamuis multis modis contractus matrimonij possit dici vitiosus, duobus tamen modis dicitur clandestinus ad eius pœnas incurrendas. Primò quando celebratur sine testibus. Secundò quando fit coram Parocho, & testibus omissis illicite denunciationibus. Vnde quando denunciationes iustè omittũtur ex Ordinarij licentia, vt permittit Tridentinum *sess.24.cap.1.de matrimonio*, non incurritur pœna *reg. sine culpa* 23. *de regulis iuris in* 6. & habetur *in c.final. de clandest. despons.* §. *si quis*, vbi imponuntur pœnæ contra præsumentes contrahere clam, per hæc verba. *Si quis verò huiusmodi matrimonia clandestina inire præsumpserit.* Porrò ille dicitur præsumere, qui ex certa scientia facit actum contra ius, ita Alexand. de Neuo *in d. cap. final. de clandest. despons. in principio*, *n.* 6. & Scribentes *in cap. illud, de maior. & obed.*

Nec obest quòd non sit clandestinum celebrati publicè coram maiori parte viciniæ, quia illa publicitas non æquipollet denonciationibus; quæ permittuntur ad impedimenta detegenda, quæ sunt in vsu; & ideo omissis denunciationibus matrimonium, etiam si fiat in publico, dicitur clandestinum, quia deficiunt requisita, hoc est, denuntiationes, habetur *in cap.2.verb.publicè, qui filij sint legitimi*, Hostiensis *in d. cap. final. super verb. huiusmodi clandestina*, Menochius *cons.* 69. *num.* 70. *vol.* 1. & alij apud Sanchez *lib.* 3. *de matrim. disp.* 1. *num.* 7. *& num.* 10. vocat hoc matrimonium celebratum sine denunciationibus clandestinum, quo ad pœnas, & *disp.* 2. *num.* 4. *vers. secunda sententia*, fatetur de excommunicatione synodali imposita alicubi clam contrahentibus inualidè, incurri ab illis. Quare non excusantur à reseruato clandestina matrimonia celebrantes siue validè, siue inualidè celebrentur; in quam etiam reseruationem incidunt testes, qui data opera assistunt matrimonio clandestino, aut intersunt scienter huiusmodi actibus. Secus si casu assistunt, & nullo modo de matrimonio celebrando cogitarunt; nec est dubium esse grauissimum peccatum contrahere clandestinè propter grauissima damna, quæ inde oriuntur, vt probat Sanchez *d. lib.* 3. *disp.* 3. *ex numer.* 3. *vsque ad numer.* 6.

Quæstionis est, an clerici incidant in casus reseruatos? Constat ex constitutionibus synodalibus *tit. de sacramento confessionis*, clericos Sacerdotes posse absolui ad omnibus reseruatis à quocunque Sacerdote sæculari, aut regulari approbato ab Ordinario. Excipitur excommunicatio maior, in quam si incurrant Sacerdotes, absolui tantùm ab Episcopo, aut ab alio de eius licentia, vel priuilegio possunt. Diaconi autem, vel subdiaconi, siue sint beneficiati, siue non, nequeunt absolui a reseruatis Prælato, quia hoc priuilegium Sacerdotibus tantùm indultum est. 12.

De reliquis casibus iure reseruatis Episcopo, notandum est ex constitutionibus synodalibus huius Regni non posse absoluere quoscumque Sacerdotes, sed illos tantùm, qui fuerint Priores, Abbates, Rectores, aut Curati, nisi praxis, & vsus sit in contrarium; quoniam constitutiones hoc priuilegium curam animarum habentibus solùm indulgent, vt legentibus constitutiones patebit.

De potestate Vicarij generalis tam circa reseruata, quàm circa alia omnia, quæ illi competunt ratione sui muneris.

§. IV.

EPITOME.

1. *Vicarius generalis non potest absoluere de crimine hæresis sine peculiari mandato.*
2. *Vicarius Episcopi nequit cognoscere de causis matrimonialibus.*
3. *Nec dispensare in matrimonij denunciationibus.*
4. *Ordinarij appellatione venit Vicarius generalis.*
5. *Vicarius Episcopi an possit esse laicus, aut clericus coniugatus.*
6. *Vicarius generalis ex commissione speciali potest omnia, quæ Episcopus, exceptis iis, quæ sunt Ordinis Episcopalis.*

7. & 8. *Vicarij sunt legitimi, seu nati, vt Archidiaconi, & Archipresbyteri.*

9. *Archipresbyteri hodie, quæ sint partes, & officium.*
10. *Vicarij datiui constituuntur generaliter ab Episcopo, non possunt tamen substituere alium Vicarium.*
11. *Religiosi, quinam possint esse Vicarij generales, & qui non?*

12.13.& 14. *Bigamus non potest esse vicarius Episcopi etiam si fiat religiosus.*

15. *Vicarius generalis, quæ possit præstare ex commissione generali, & quæ non?*

16. *Vicarius generalis pro rebus deperditis potest litteras excommunicationis concedere.*

17. *Vicarius generalis non potest explorare voluntatem puellæ in monasterium ingredientis nisi Episcopo impedito.*

18.& 19. *Vicarij foranei, qui sint, & quæ possint: nequeunt tamen concedere excommunicationes pro rebus perditis.*

20. *Vicarius foraneus habet iurisdictionem non à iure, sed ab Episcopo, & est delegatus, nequit concedere facultatem nouitio disponendi de rebus suis.*

21. *Nouitij possunt facere testamentum, & donationes causa mortis.*

22. *Vicarij iurisdictio quando expiret, & quibus modis?*

23. *Episcopo excommunicato, & publicè denunciato, aut suspenso, vicarius est suspensus.*

24. *Episcopo suspenso, vel excommunicato vicarius nequit conferre beneficia, licèt habeat specialem commissionem.*

25.& 26. *Commissiones factæ officiali Episcopi nequeunt expediri à vicario Capituli sede vacante de consuetudine: secus de iure.*

27. *Episcopus potest cognoscere de causa commissa suo vicario sub nomine dignitatis tantum, mortuo, vel remoto vicario.*

28. *Vicarij Prælatorum habentium iurisdictionem Episcopalem nequeunt Papales commissiones expedire secundũ aliquos, sed alij melius affirmant.*

1. VICARIVS generalis de hæresis crimine sine peculiati mandato nequit cognoscere, Decian. *tract. crimin tom. 1. lib. 5. cap. 21. numer. 7.* Sbroz *lib. 2. quæst. 161. n. 4. §. 5.* Quin imò nec de commissione Episcopi potest subditos absoluere à crimine hæresis, ex Concilio Tridentino *sess. 24. de reformat cap. 6.* ibi, *his tantùm, non eorum Vicariis sit permissum*, Sbroz *lib. 2. quæst. 20.* Quod intellige de commissione generali, quam non potest Episcopus generaliter committere ad absoluendum ab hæresi; sed specialiter prout casus occurrerit, poterit specialiter, deputare suum Vicarium, vel quemcumque alium committendo illi vices suas ad absoluendum à casu hæresis oblato, ita Sanchez post alios *lib. 2. in præcepta Decalogi cap. 11. num. 23.* Adde ex concessione generali non posse Vicarium generalem absoluere a casibus reseruatis ab ipso Episcopo: non enim veniunt in generali concessione, *cap. penult. de pœnit. lib. 6.* post Rebuff. ita Vgolin. *de offic. & potest. Episcop. cap. 4. §. 7. num. 2. vers. postremò*, Sbroz *de offic. Vicarij lib. 1. quæst. 19.* & Galet. *in Margarita casuum conscientiæ, verb. Vicarius penult.* Nihilominus per constitutiones Synadales huius Regni fit facultas absoluendi à reseruatis Vicario generali in spiritualibus.

2. Similiter Vicarius generalis Episcopi ex commissione generali nequit cognoscere de causis matrimonialibus, aut eas tractare, vt Rebuff. *in praxi de forma Vicarij num. 155.* & Ledesm. *de matrimonio, quæst. 45. art. 1. punct. 3. dubio 4.* Sed meliùs affirmant posse Couar. *de sponsalibus p. 2. cap. 8. §. 12.* Sbroz *de Vicario Episcopi lib. 2. quæst. 44. in fine*, & Sanchez *de matrimonio lib. 3. disp. 29. à num. 18.* potestque Vicarius assistere matrimonio ex generali commissione; quia secundùm veriorem potest de causis matrimonialibus cognoscere: ergo à fortiori potest assistere matrimonio; idque committere, ita in terminis Nauar. *lib. 4. consiliorum tit. de sponsalib. in 1. edit. cons. 47. num. 1. & in 2. edit. tit. de clandest. desponsat. cons. 14. numer. 1.* & alij, quos referens sequitur Sanchez *suprà disp. 29. num. 18.* Secus de Vicario foraneo, qui non potest assistere, nec alij facultatem assistendi dare absque speciali commissione, nisi ab Episcopo delegatam habeat matrimonialium causarum cognitionem: tunc potest de minus principali cognoscere, hoc est, assistere, quando potest de causa principali tractare, ita Segura *directorij 2. p. cap. 15. num. 46. & cap. 16. num. 2.* quem sequitur Sanchez *n. 20.*

Item Vicarius generalis absque speciali Episcopi mandato etiam iusta causa interueniente nequit dispensare in matrimonij monitionibus, seu denunciationibus, prout volunt Soarez de Paz *in practica tom. 2. prælud. 3. à num. 11.* Spin. *in speculo testamenti gloss. 15. num. 28. cum sequent.* & Menoch. *de arbitrar. casu 453. num. 5. & cons. 69. à num. 55.* Nihilominus posse Vicarium remittere denunciationes ex causa iusta tanquam verius, tradunt Lazar. *de monitoriis sect. 1. quæst. 6. num. 4.* Flores de Mena *variar. lib. 3. quæst. 24. num. 26.* Gutier. *Canon. lib. 1. cap. 19. num. 13. & de matrim. c. 56. n. 11.* Iacob Sbroz *de Vicario Episcopi lib. 2. quæst. 43. num. 28. & 29. & quæst. 201. num. 1.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. decis. 259. in 1. edit.* aliàs *resolut. 226. in 2. edit.* Sahagun *ad titulum de sponsalibus num. 53.* Sanchez *lib. 3. disp. 7. num. 10.* vbi *num. 21.* addit posse delegare ex ea ratione, quia Tridentinum ante, poterat Vicarius ex generali consuetudine dispensare, prout testatur Paludan. *in 4. dist. 28. q. 2. art. 3. n. 21.* & modò non reperitur à Tridentino sublatam esse Vicario hanc facultatem, sed potiùs indultum, quia Trident. hanc potestatem dispensandi *sess. 24. de matrim. cap. 1.* concedit Ordinario per hæc verba ibi, *Nisi Ordinarius ipse expedire iudicauerit, vt prædictæ denunciationes omittantur.* Ast non est negandum Vicarium generalem Episcopi esse Ordinarium, ex traditis ab scribentibus *in cap. Romana, de appellat. in 6. & in c. 2. de consuetudine, eodem libro*; vbi eadem est iurisdictio Episcopi, & Vicarij, idemque Tribunal, quæ est ratio, cur non appelletur à Vicario ad Episcopum; ne ab eodem ad se ipsum appelletur. Ergo si Episcopus est Ordinarius, Vicarius est etiam Ordinarius. Nec refert Vicarium constitui ab Episcopo; quia, quamuis ab eo constituatur, non tamen Episcopus ei confert iurisdictionem, sed eam habet à Canone, vt ostenditur ex *cap. 2. de officio Vicarij in 6.* ergo eius iurisdictio est ordinaria, & ex consequenti potest remittere denunciationes, si sibi videbitur expedire. 3.

Accedit quòd Ordinarij appellatione venit Vicarius Episcopi, gloss. *verb. generaliter, in cap. Romana, de appellat. in 6.* Couar. *practicar. cap. 4. num. 7. & lib. 3. variar. cap. 20. num. 9.* item quoties aliquid Episcopo conceditur, non excluditur Vicarius, sed potiùs sub eadem dispositione videtur comprehendi, Sanchez *d. lib. 3. disp. 7. num. 10. & num. 16. disp. 29. vers. ad argumenta prioris sententiæ.* Et posse delegare Vicarium censent Ceuall. *commun. contra commun. quæst. 604. num. 92. ad finem*, Gratian. *discept. forens. cap. 83. num. 10.* & alij quos refert, ac sequitur Garcia *de benefic. 1s part. 3. cap. 8. num.* 4.

num. 54. quibus accedit Narbona *de appellat. à Vicario ad Episcopum, part.* 1. *num.* 216. cùm habeat iurisdictionem ordinariam, gloss. *in cap. quoniam in plerisque, de officio Ordinarij*; idem Innocentius *in cap.* 1. *de officio Archidiaconi, & in cap. tua nobis, de officio Vicarij*, & hæc est communis opinio. Vnde gloss. *in cap. perlectis, dist.* 25. vbi tenet Vicarium habere delegatam iurisdictionem, tanquam falsa reiicitur: potest tamen saluari, si dicas habere delegatam in eo, quòd Episcopus Vicario committit aliquem articulum circa ea, quæ non veniunt Vicario in generali concessione, nimirum si committat Vicario conferre beneficia: tunc enim erit delegatus in hoc casu, & similibus, quæ illi non competunt ex officio, sed ex speciali mandato, Azor 2. *p. instit. moral. lib.* 3. *c.* 43. *q. quintò quæritur, & cap.* 44. *quæst.* 1.

5. Quæri tamen potest, an possit laicus esse Vicarius Episcopi? Bellet. *disquisit. cleric. tit. de fauore clericorum*, §. 3. *num.* 20. *vers. si autem*, tradit laicum posse esse Vicarium Episcopi tantùm in temporalibus, si in aliquo loco solùm iurisdictionem temporalem habeat, sequitur Paulinus *de potest. & offic. Capituli Sede vacante, in* 2. *parte principali*, & Iacob. Sbroz *de Vicario Episcopi lib.* 1. *quæst.* 31. *num.* 11. vbi *num.* 13. addit in spiritualibus laicum non posse esse Vicarium Episcopi, nisi de licentia Summi Pontificis. Quare saltem debet habere primam tonsuram, & incedere in habitu clericali, argumento *cap. in noua* 16. *quæst.* 7. Azor 2. *part. lib.* 3. *cap.* 43. *quæst.* 10. *vers. præterea debet Vicarius habitum clericorum deferre.*

Non potest tamen clericus coniugatus esse Episcopi Vicarius, quamuis duxisset vnicam, & virginem, & habitum, & tonsuram detulisset. Lap. *in cap.* 1. *num.* 2. *de officio Vicarij, lib.* 6. praxis Episcopalis *part.* 1. *verb. Vicarius, dub.* 7. Sanch. *de matrimonio, lib.* 7. *disp.* 46. *num.* 14. & Garcia *de beneficiis, part.* 5. *cap.* 8. *num.* 3. eo quia iurisdictio spiritualis, & Ecclesiastica non cadat in laicum, *cap.* 2. *de iudiciis*, & præter duo priuilegia canonis, & fori reputatur merè laicus, gloss. & Ioannes Andreas *in cap. vnico, de clerico coniugato, num.* 2. Lambertinus *de iure patron. lib.* 2. *part.* 1. *quæst.* 7. *art.* 3. *num.* 4. nec potest esse delegatus ad causam spiritualem, nec sententia eius valebit quasi lata à iudice incompetenti, *cap. clericum nullus* 11. *quæst.* 1. Sanchez *vbi supra dict. num.* 14. Poterit tamen laicus esse Assessor Vicarij Episcopi, & consultor in causis etiam criminalibus contra clericos, quia officium Assessoris est consulere. *l.* 1. *ff. de officio Assessoris*, Abbas *in cap. decernimus, num.* 28. vbi Felin. *de iudiciis*, Segura *in Directorio iud. Eccles. part.* 2. *cap.* 11. *num.* 2. & Decianus *tract. crimin. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 73. & tale consilium potest laicus etiam in Ecclesiasticis tribuere, teste Innocentio *in cap.* 2. *de iudiciis, in fine.* Non tamen potest causa vna spiritualis laico committi, neque in ipsum compromitti potest, *cap. contingit, iuncta glossa de arbitris.* Nihilominus controuersia pecuniaria inter clericos committi, & compromitti potest laico, *cap. exposita*, ibi iuncta glossa, *vers. compromisit*, nisi de honestate potiùs sint adhibendi clerici, si reperiantur idonei, Felinus *in cap. decernimus, num.* 6. *de iudiciis*, & Decius *ibi num.* 15.

6. Superfluum est dicere, & congerere omnia, quæ potest Vicarius, & satis est attingere illum posse omnia, quæ potest Episcopus, si illi specialiter committantur, exceptis iis, quæ sunt ordinis Episcopalis, quæ Vicario committi nequeunt, nisi sit Episcopus, *cap. quorundam* 23. *distinct. cap. quanto, de consuetudine*, D. Thomas *p.* 3. *quæst.* 65 *art.* 3. Victoria *de Sacramento ordinis à num.* 2. praxis noua Episcopalis *part.* 1. *cap.* 1. *num.* 6. *pag.* 26. & alij apud Barbosam *in d. cap. quanto, num.* 3. Vt autem magis innotescant, quæ sint de officio Vicarij, non abs re erit referre singulatim aliqua ex multis, quæ illi ex officio competunt, & quæ nullo modo, nisi ex speciali commissione Episcopi. Sed priùs quot sint de iure Vicarij oportet explicari.

Vicariorum alij sunt legitimi, seu nati, qui à lege ipsa constituti sunt, quales videntur esse 7.
Archidiaconi, vt constat ex *cap. vt Archidiaconus, de officio Archidiaconi*, ibi, *vt Archidiaconus post Episcopum sciat se Vicarium*, quod etiam volunt Rebuff. *in praxi benefic. tit. de forma Vicariatus, num.* 199. Azor *instit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 14. *quæst.* 2. Anton. de Prætis *in Clypeo pastoralis officij cap.* 6. *num.* 39. Narbona *de appellatione à Vicario ad Episcopum p.* 1. *num.* 22. Franciscus Leo *in thesauro fori Ecclesiastici part.* 1. *cap.* 10. *num.* 2. *vers. Sexta*, & Monetа *de distributionibus quotidianis, part.* 2. *quæst.* 1. *num.* 26. *vers. ratio.* Quocirca ipso iure absque aliquo facto Episcopo absente, & eius officialibus Archidiaconus Vicarij officium exercet, ita Iacob. Sbroz *de Vicario Episcopi lib.* 1. *quæst.* 2. *num.* 15. & *quæst.* 36. *num.* 10. Quod non procedit Sede vacante; sed Sede repleta, nam vacante iuxta formam Concilij Tridentini *sess.* 24. *cap.* 16. intra octo dies facienda est electio Vicarij à Capitulo, quod totum intra illos dies octo debet administrare, vt volunt Quaranta *in summa Bullarij, verb. Sede vacante.* §. *duodecimò quæro, vers. primo*, & Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici post resolut.* 505. *in notabilibus de materia Vicarij à Capitulo Sede vacante, vers.* 1. Nec est admittendum Archidiaconum, dum agitur de electione Vicarij à Capitulo Sede vacante, posse fungi officio Vicarij stante præfixione termini octo dierum, infra quem Capitulum cogitur Vicarium eligere; quia ex diuersis non fit illatio, & dicta iura loquuntur Sede repleta, non autem Sede vacante, quo tempore iurisdictio transit in Capitulum, quod totum per illos octo dies debet administrare, nec cogi potest ad constituendum Vicarium infra illos octo dies, & successiuè potest per se administrare, teste Quaranta *vbi proximè vers. terminum.*

Potest item Archidiaconus dimissorias litteras ad suscipiendos Ordines dare, Cucchus *instit. maior lib.* 2 *tit.* 9 *de officio Archidiaconi, n.* 7. & Monitoria concedere, Petr. Lazar. *de monitoriis sect.* 1. *quæstio.* 6. *n.* 11. non tamen Archidiaconus habet eandem iurisdictionem, quam Episcopus, sed inferiorem, Narbona *de appellat. à Vicario ad Episcopum part.* 1. *num.* 30. Iurisdictio illius est ordinaria, vt per praxim Episcopalem *part.* 1 *verb. Archidiaconus*, Barbos. *de offic. & potest. Episcop. alleg.* 54. *num.* 17. 8.

Est etiam Archipresbyter Vicarius legitimus, seu natus, hoc est, à lege ipsa constitutus, sicut Archidiaconus, qui iurisdictionem habet in Presbyteros in singulis pagis, castris, & villis constitutos, de quo *in cap. vt singula, de officio Archipresbyt.* ibi, *vt singulæ plebes Archipresbyterum habeant propter assiduam erga populum Dei curam, qui non solùm imperiti vulgi sollicitudinem gerat, verùm etiam Presbyterorum, qui per minores titulos habitant, vitam iugi circumspectione custodiant. Nec attendat Episcopus non egere plebem Archipresbytero, quasi eam ipse gubernare valeat: quia etsi valde idoneus sit, decet*

tamen, vt sua onera partiatur: & sicut ipse Matrici Ecclesiæ præest, ita Archipresbyteri præsint plebibus; vt in nullo titubet Ecclesiastica solicitudo: cuncta tamen referantur ad Episcopum, nec aliquid contra eius decretum ordinare præsumant. Hæc ibi. quare Archipresbyter est legitimus Episcopi Vicarius, vt tradunt Narbona *vbi proximè, part.* 1. *num.* 22. Monet. *de distribut. quotid. part.* 2. *quæst.* 1. *num.* 26. *vers. ratio,* & Azor *instit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 15. *quæs.* 4. *vers. alter verò*, & habet iurisdictionem ordinariam, Azor *suprà quæs.* 6. & Monet. *d. quæst.* 1. *n.* 26. *in fine.*

9. Quæri potest, quæ sint hodie partes Archipresbyteri? Moneta *vbi proximè, num.* 28. dicit iurisdictionem, & aliorum curam ad Archipresbyterum spectantem per contrariam consuetudinem videri sublatam, de iure tamen *in cap.* 1. *de officio Archipresbyteri,* sic dicitur, per hæc verba: *specialiter ad eum pertinet ministerium super omnes Presbyteros curam agere animarum, assiduè in Ecclesia stare, & vt in Episcopi sui absentia ad vicem eius Missarum solemnia celebret, & collectam dicat, aut cui ipse iniunxerit.* Item *cap. ministerium, eodem titulo,* sic habet, *Ministerium*, inquit, *Archipresbyteri in eo constituitur, vt diligenti cura prouideat ministerium Sacerdotum Cardinalium, qui solemne debent agere officium in communicatione corporis, & sanguinis Domini Nostri* IESV *Christi à sacrosancto die Dominico incipiendo per omnes horas canonicas indeclinabiliter perseuerent, vt opus Dei dignè, & sanctè perficiatur ab eo cui committitur.* Quod autem sit officium Archipresbyteri de Vrbe, tradunt Azor *lib.* 3. *cap.* 15. *quæsito* 4. *&* 5. & Sbroz *de officio Vicarij, lib.* 1. *quæstion.* 3. *num.* 18.

10. Sunt etiam Vicarij nomine datiui constituti generaliter ab Episcopo, eiusque vices gerunt in eodem Tribunali, & loco in quo ipse ius dicere solet. Sbroz *de officio Vicarij, lib.* 1. *quæst.* 2. *num.* 4. Is autem non potest pretio constitui, vt per Soarez *de Religione tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 5. non dicitur autem Vicarius perpetuus, Sbroz *de officio Vicarij, lib.* 1. *quæst.* 56. *à num.* 6. dicitur tamen Vicarius Episcopi in dignitate constitutus. Barbos. *in cap. cùm te, de offic. & potest. iud. deleg. num.* 4. & quamuis Vicarius sit temporalis, vicariatus tamen dignitas est perpetua, Gabriel *cons.* 32. *num.* 18. *vol.* 2. quem refert Sbroz *de officio Vicarij, lib.* 1. *quæst.* 4. *in fine,* & Barbos. *cap. ex parte, de officio Vicarij, num.* 18. additque *in cap. clericos, eodem titulo,* Vicarium non posse ponere alium Vicarium, vt Maranta *de ordine iudiciario part.* 4. *dist.* 5. *num.* 22. Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 5. *collect.* 1599. Azeued. *lib.* 1. *num.* 8. *tit.* 9. *lib.* 3. *recopil.* Galganet. *de iure publico lib.* 3. *tit.* 36. *num.* 3. & Auendan. *de exequendis mandatis, part.* 1. *cap.* 3. *num.* 5. vbi limitat, quando esset contraria consuetudo, vel Vicarius haberet facultatem substituendi alium, vel substitutus constitueretur ex causa infirmitatis, vel ex alia parum duratura, quæ doctrina in quocumque Vicario habet locum. Vicarius tamen Episcopi non potest substituere alium Vicarium, nisi ex speciali licentia, gloss. *verb. ipsius in cap.* 1. *hoc tit. lib.* 6. vbi Anchar. *num.* 2. praxis Episcop. *part.* 1. *verb. Vicarius dub.* 4. Vgolin *de offic. & potest. Episcop. cap.* 4. §. 7. *num.* 2. *vers. vndecimo.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol.* 113. & Garcia *de benefic. part.* 5. *cap.* 8. *à* 148. Quinimò potest Vicarius Episcopi delegare vnam, vel plures causas, aut substituere ad modicum tempus, vel ex causa, etiamsi non habeat potestatem substituendi, gloss. *d. verb. ipsius, in c.* 1. *de officio Vicarij, lib.* 6. & Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disp.* 7. *num.* 21. post Foller. *in additionib. ad Marantam* 4. *part. disp.* 5. *num.* 27. *in fine.* Tabienam *verb. Vicarius, quæst.* 5. & Ludouic. Lopez 1. *part. instructor. in* 2. *edit. cap.* 284. *fol.* 793. & Barbos. *de offic. & potest. Episcop. alleg.* 54. *num.* 100. *&* 101.

Ambigi potest, an Religiosus possit esse Vicarius Episcopi? Affirmat gloss. *in cap. de præsentium* 16. *quæst.* 1. *& in cap. si quis* 58. *dist.* accedente consensu sui superioris, sequitur Riccius *collect.* 153. *in fine,* & Sbroz *lib.* 1. *quæst.* 38. *de officio Vicarij,* post Abb. *in cap. causam quæ, num.* 9. *de iudiciis,* & Rebuff. *in praxi tit. de Vicariis Episcoporum, n.* 30. & asserit Fr. Emman. *quæst. regular. tom.* 2. *quæst.* 124. & alij, quos referens sequitur Barbos. *in cap. cùm olim* 14. *de priuilegiis, num.* 6. Debet tamen Religiosus, seu Monachus esse legitimus, non autem illegitimus; licèt enim per professionem solemnem quis habilitetur ad suscipiendos Ordines sacros, non tamen aptus fit ad officium vicariatus propter eius præeminentiam, & iurisdictionem, ita Campanil. *in diuersor. iur. Canon. rub.* 11. *cap.* 13. *num.* 118. Maiol. *de irregul. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 3. & Sayr. *de censuris lib.* 6. *cap.* 1. *num.* 3. quibus accedunt Fr. Emman. *de regularibus tom.* 1. *quæst.* 13. *num.* 13. & Sanchez *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 16. *post principium*, vbi vult illegitimos per Religionis professionem non reddi habiles ad dignitates, Prælationes, aut beneficia curata quæcumque, & de Prælaturis satis constat ex *cap.* 1. *de filiis presbyterorum*, vbi fiunt habiles ad Ordines etiam sacros, & additur, *Prælationes autem nullatenus habeant.* Quare illegitimi professi non possunt esse Vicarij Episcopi, cùm vicariatus sit quædam dignitas, Maiol. post alios *d. cap.* 10. *num.* 3. Sayr. *d. lib.* 6. *num.* 3. *cap.* 1. & Fr. Emmanuel *d. tom.* 1. *regular. quæst.* 13. *art.* 13. vbi bene addit nec posse per priuilegia religionis dispensari, vt sit Vicarius Episcopi, quia virtute illorum solùm potest dispensari quoad Prælationes in Religione; non autem extenditur dispensatio ad dignitates extra, sequitur Azor *d. lib.* 3. *cap.* 43. *quæs.* 10. *vers. quæris itidem.* Fusc. *de visitat. lib.* 2. *cap* 15. *num.* 10. & Sbroz *de officio Vicarij, lib.* 1. *quæst.* 40. Addunt tamen quando Religiosus constituitur Vicarius Episcopi, debere secum retinere socium ex eodem cœnobio, Azor *suprà*, & Campanil. *in diuersor iur. Canon. rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 118. & necessaria est licentia Prælati immediati conuentus, vt sit Vicarius Episcopi, Sanchez *lib.* 6. *c.* 13. *n.* 91. 11.

Possit ne bigamus esse Vicarius Episcopi? Negat Garcia *de beneficiis, part.* 5. *cap.* 8. *num.* 4. post alios, quia non gaudet priuilegio clericorum, & constat ex *cap.* 1. *de bigamis in* 6. ibi, *Bigamos,* inquit, *omni priuilegio clericali declaramus esse nudatos.* quæ verba sunt Gregorij Decimi in Concilio Lugdunensi. Cæterùm clericorum priuilegium aliud dicitur fori, aliud canonis. Sed his priuilegiis bigamus spoliatus est, & *in cap.* 1. *de bigamis,* citato subiungitur ibi: *ipsis quoque sub anathemate prohibemus deferre tonsuram, & habitum clericalem.* Nec bigamus factus clericus potest esse Vicarius Episcopi, nisi priùs sit liber ab impedimento bigamiæ. ita Conradus *in templo omni. iud. lib.* 2. *cap.* 6. *de Vicario Episcopi* §. 1. *num.* 2. *&* 6. & Garcia *suprà d. cap.* 8. *num.* 5. sunt enim bigami incapaces Ordinum, & beneficiorum, *cap.* 1. *&* 2. *& cap. debitum, de bigamis,* Azor *dict. lib.* 6. *cap.* 4. *quæs.* 6. authoritate tamen Papæ possunt dispensari, vt ad Ordines promoueantur, gloss. *in cap. lector, dist.* 34. Azor *suprà vers. septimò* 12.

septimò quæritur, & vers. communis est Theologorum. Tunc enim possunt Vicarij institui, dummodo in cœlibatu, & non in matrimonio viuant, Azor *lib. 3. cap. 43. vers. duodecimò quæritur fol. 552.*

13. Sed quid si bigamus ingrediatur Religionem, & profiteatur, nunquid poterit promoueri ad Ordines, & esse Vicarius Episcopi? Quoad primum respondet gloss. *c. vltimi 11. quæst. 3.* omnem maculam, & irregularitatem per Religionis professionem aboleri, quod probat ex Authentica *de Monachis, in initio,* vbi habetur per Monachatum eliminari omnem maculam: cæterùm gloss. *in cap. 2. de Apostat.* vult per professionem in Religione non tolli omnem irregularitatem, eo quia non deletur illa, quæ contrahitur propter proprium delictum, igitur reliquæ irregularitates auferuntur, atque ita per professionem ea irregularitas solùm deletur, quam Canones, & iura expresse declarant. Ideo irregularitas ex bigamia procedens non tollitur per professionem Religionis, quinimò nec per Baptismum, vt Theologi *in 4. dist. 27.* cùm nullus sit de hoc Canon in iure, quod tamen tanquam probabilius tuetur Azor *d. lib. 6. cap. 4. vers. decimò quæritur.* Poterit tamen bigamus Religionem ingressus tonsuram Monachalem deferre, quæ non est via ad Ordinem, & eum percutiens incurrit excommunicationem, & sicut conuersus portare potest tonsuram Monachalem, neque Epistolam legere potest etiam sine superpellicio, & colligitur ex *d. cap. vnico, de bigamis lib. 6.* & fauent ea quæ à Concilio Tridentino *sess. 23. de reformat. cap. 17.* traduntur, sequitur Sayr. *de censuris, lib. 6. cap. 5. num. 6.*

14. Quoad secundum patet non posse esse bigamum Religiosum Vicarium Episcopi in spiritualibus, quia non potest suscipere Ordines minores, nec primam tonsuram, ex glossa *in cap. coniugatus, in verb. ad sacras, de conuers. coniug. & cap. nullus Episcopus, de tempor. ordin.* Henriquez *lib. 14. de irregularitate, cap. 4. §. 1.* & alij, quos referens sequitur Sayr. *suprà numer. 7. & 8.* Nec refert professio facta in Religione, quia non omnes professi possunt esse Vicarij Episcopi. Nam in primis translati de vna Religione ad aliam, etiam de licentia Pontificis, si fuerint Mendicantes, nequeunt esse Vicarij Episcopi, *ex Clem. 1. § ad Prioratus, de Regularibus. & ex Clement. in plerisque, de electione;* sed hæc vltima, si attentè legatur, nullatenus agit de mendicantibus, nec hoc ipsis interdicit. At verò *Clement. 1. §. ad Prioratus, de Regularibus,* prohibet solùm Mendicantibus, qui ad non Mendicantes transierunt, fieri Episcopi Vicarios: ex quo deducitur non transeuntes, & in Religione perseuerantes posse esse Vicarios Episcopi; non tamen omnes Mendicantes, quia Minores fratres nullo modo possunt esse Vicarij Episcoporum, Sbroz *de Vicario Episcopi lib. 1. quæst. 38. num. 5.* possunt tamen Religiosi Societatis assumi ad officium Vicarij de licentia solùm Generalis, Sanchez *in præcepta Decalogi, lib. 6. cap. 13. à n. 67. 68. & n. 95.* vbi *num. 96. & sequent.* arbitratur Religiosum sine legitima licentia sui superioris Vicarium Episcopi creatum non esse verum Vicarium, nec gesta ab eo tenere, secluso eo communi errore, quia Religiosus æquiparatur seruo; serui autem arbitrium nullum est *l. Pedius 7. §. in seruum, ff. de arbitris,* Sanchez *vbi proximè num. 69.*

15. Vt autem cognoscatur, quæ Vicarius generalis præstare nequeat, non obstante commissione generali, oportet memorentur, quæ nequeat sine speciali commissione. In primis prætextu commissionis generalis nequit absoluere ab irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, *c. penult. de pœnit. in 6.* Sbroz *de Vicario Episcopi lib. 2. quæst. 19. num. 2. & quæst. 179. num. 1.* Vgulin. *de potest. Episcop. cap. 4. §. 7 num. 2. vers. postremo,* & Soar. *de censuris disp. 41. sect. 2. n 8.* Item exequi non potest pias defunctorum voluntates sine speciali mandato, Sbroz *lib. 2. quæst. 49. num. 2. & quæst. 50.* Similiter nec potest ex generali concessione facultatem audiendi confessiones concedere. Sotus *in 4. dist. 18. quæst. 4. & quæst. 14. num. 3.* Sanch. *de matrimonio. disput. 29. num. 14.* sed *num. 15.* tanquam probabilius asserit posse Vicarium in tota Diœcesi fidelium confessiones audire, & aliis licentiam audiendi concedere, quia est Ordinarius, & verè Prælatus, ac superior; facitque vnum Tribunal cum Episcopo, eiusque personam repræsentat, *cap. 2. de consuetudine, & cap. Romana, de appellat. in 6.* Negandum etiam est Vicarium generalem Episcopi habere tantùm iurisdictionem in contentiosis, quia est verè Prælatus, & superior Parochis in administratione Sacramentorum, & in his Sacramẽtis, & spiritualibus habet iurisdictionem, & nomine Episcopi non excluditur Vicarius, vt docet glossa *in cap. vnico, verb per Episcopos, de capellis Monachor. in 6.*

Hinc fit, vt quamuis in Concilio Tridentino *sess. 25. cap. 3. de reformat.* dicatur solos Episcopos posse concedere litteras excommunicationis pro rebus deperditis & ablatis. Nihilominus id posse Vicarios generales, nomineque Episcoporum venire tradunt Sbroz *lib. 2. de Vicario Episcopi, quæst. 171. num. 2.* Gutier. *lib. 1. Canon. cap. 11. num. 8.* Henriquez *lib. 13. de excommunicatione cap. 17.* & Emmanuel. *1. tom. summæ 2. edit. cap. 79. num. 1.* contra Bannes *2. 2. quæst. 66. art. 6. fol. 404. col. 2.* id negantem, posse Vicarium absque speciali facultate; quod etiam negat Narbona *de appellat. à Vicario ad Episcopum part. 1. num. 205.* & constat ex Concilio Tridentino *dict. cap. 3.* vbi a nemine præterquam ab Episcopo decernendas statuit. Nihilominus affirmatiuam partem posse, scilicet has litteras monitoriales ex generali commissione Vicarium decernere, non obstante Concilio, vltra præcitatos docent Frechil. *de excommunicatione, part. 2. art. 2 num. 5.* Sayr. *de censuris lib. 1. cap. 9. num. 53. vers primum est,* Auila *eodem tractatu part. 2. cap. 5. disp. 2. dub. 3.* Graffis *tom. 1. cons. 6. de sentent. excommunic.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici decis. 270. in 1. edit. & resolut. 235. num. 4. in 2. edit.* Garcia *de benefic. part. 5. cap. 8 num. 94.* vbi pro hac parte triplicem refert declarationem sacræ Congregationis Cardinalium super *d. cap. 3. Concilij Tridentini,* quarum prima sic habet: *Vicarius Episcopi potest concedere litteras monitoriales, de quibus in præsenti decreto.* Secunda verò sic ait: *Vicarius generalis Episcopi potest has excommunicationes decernere adhibita causæ cognitione, nec indiget speciali mandato Episcopi.* Tertia declaratio ita se habet. *Stante hac declaratione quærebatur an eadem potestas competat Vicario Capituli Sede vacante? Congregatio censuit affirmatiuè, quia ad Capitulum transeunt ea, quæ sunt iurisdictionis necessariæ, vt est excommunicatio, &c.* Ex quibus declarationibus patet partem affirmantem esse veram, quam etiam sequitur Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. part. 3. cap. 7. num. 17.* Costa *de facti scientia, & ignorantia centur. 2. dist. 55. num. 1. tom. 1.* & Lazar. *de monitor. sect. 1. quæst. 6. à num. 1.* 16.

Porrò

17. Porrò Vicarius generalis non potest explorationem facere voluntatis virginis in Monasterium ingredientis per vim, nisi Episcopo impedito iuxta dispositionem Concilij *sess. 25. de irregularibus, cap. 17.* & volunt Narbon. *de appellat. à Vicario ad Episcopum*, & Sbroz *de officio Vicarij lib. 2. quæst. 207.* Quinimò etiam quando sponte ingreditur, & habitum suscipit: atque ita exploranda est voluntas, quando professionem facere procurat, ac etiam quando suscipere habitum vult, non obstante, quòd Monasterium non sit subiectum Episcopo, vel aliàs ab eius iurisdictone exemptum. Quòd si omittatur prior exploratio, satis est quòd secunda fiat, vt decisum fuisse refert Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra lib. 2. tit. 18. l. 7. de Religionibus num. 37. & 46. & 50.* & Campanil. *in diuersor. iur. Canon. rubr. 12. cap. 16. à num. 11.* Porrò si nulla fiat exploratio, quamuis censeatur factum contra Concilium, censuit tamen Congregatio professionem sine eo examine factam sustineri, posse autem coërceri, ac puniri Abbatissas pœnis à Concilio Tridentino statutis, & aliis iuris remediis, non obstantibus quibuscunque priuilegiis, prout refert Campanil. *d. cap. 16. num. 17.*

18. Quid de Vicariis foraneis? Responde Vicarios foraneos dici, qui iurisdictionem habent extra ciuitatem in parte certa Diœcesis, non autem in ciuitate in qua est Episcopi Sedes. Eorum Tribunal, & Auditorium non censetur idem cum tribunali Episcoporum: iurisdictionem non ordinariam, sed delegatam habent. gloss. *in Clement. 2. verb. foraneo*, & *ibi* Cardinalis *de rescriptis*, ab illo ad Episcopum datur appellatio, vt est communis, prout docent Innocentius, Anchar. & Philip. Franc. *in cap. non putamus 2. de consuetud. lib. 6.* Praxis Episcopolis *part. 1. verb. Vicarius §. 2. pag. 335.* Azor *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 45. quæst. 12. & 15.* Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 29. num. 10. & 12* Barbos. *in l. cùm Prætor §. 1. num. 223. ff. de iudiciis*. Cardin. Tusch. *littera A. conclus. 350. num. 43. & littera V. conclus. 185. num. 9. & conclus. 186. num. 6.* Molin. *de iust. tom. 6. & disp. 13 num. 4.* & Garcia *de beneficiis par. 5. cap. 8. num. 29. & num. 34.* Insuper foranei Vicarij non habent dignitatem, sed potiùs officium, & ideo nequeunt expedire rescripta Pontificis directa ad illum, qui est in aliqua dignitate positus, Azor *d. lib. 3. cap. 43. ad finem fol. 560.* Flores de Mena *variar. lib. 1. quæst. 4. num. 6.* nisi ad Vicarios foraneos fiat delegatio ex certa scientia Pontificis. Sbroz *de Vicario Episcopi lib. 2. quæst. 23. num. 9.* eo quia ratione officij nullam habent dignitatem. Sbroz *d. lib. 2. quæst. 22. num. 13.* Vantius *de nullitate titulo ex defectu iurisdictionis deleg. n. 76.* & Aloys. Ricc. *in prax. for. Eccles. decis. 577. num. 1. in 1. edit. & resolut. 552. num. 1. in 2. edit.* vbi ex professo agit, an Vicarij foranei præcedant Præpositos Ecclesiarum Collegiatarum: Et negat absolutè.

19. Item Vicarij foranei nequeunt concedere excommunicationes pro rebus deperditis. Lasart. *tract. de monitoriis sect. 2. quæst. 5. num. 9.* Aloys. Ricc. *resolut. 235. in fine*, & Vgolin. *de potestate Episcopi, cap. 45. in principio, vers. excipiuntur.* Item nullo modo sunt Ordinarij, quidquid Syluester *verb. Vicarius, quæst. 4* & D. Antonin. *3. part. tit. 19. cap. 10. §. 2.* affirment contra communem; sed sunt delegati. Angel. *in l. præcipimus, C. de appellat.* Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 29. num. 10. conclus. 2.* Paz *in sua praxi tom. 2. prælud. 3. num. 5.* Nec refert quòd Vicarius foraneus sit Vicarius ad vniuersitatem causarum; adhuc enim erit delegatus, quia non consideratur generalitas loci, sed generalitas commissionis causarum; & ita nunquam constituit cum Episcopo vnum Tribunal, neque idem Consistorium, ac proinde semper est delegatus, cùm non habeat iurisdictionem à iure, sed ab Episcopo. ita Felin. *in cap. super quæstionum §. si verò num. 17. de offic. deleg.* Cardinalis *Clement. 2. de rescriptis quæst. 24.* Alexand. de Neuo *cap. dilecti el 3. num. 28. de appellat.* Abbas *in cap. relatum num. 8. de offic. deleg.* Sbroz *lib. 1. de Vicario Episcopi quæst. 22. num. 7.* & Bartol. *in l. vnica in fine ff. quis, & à quo appell.* & alij, quos sequitur Garcia *de benefic. part. 5. cap. 8. num. 34.* Idem dicitur de Vicario generali Episcopi in ciuitate tantùm constituto: is enim, vt foraneus regulatur, nisi generaliter ad totius Diœcesis causas deputetur, Garcia *de beneficiis part. 5. cap. 8. num. 35.* contra Sbroz *lib. 3. quæst. 2. num. 5.* Ratio, quia foraneus habet iurisdictionem ab Episcopo: Vicarius autem generalis à iure; & ideo foraneus nequit concedere facultatem nouitio disponendi de bonis suis absque expressa commissione sibi facta; quam potest concedere Vicarius generalis ex Concilio Tridentino *sess. 25. cap. 16.* his verbis, *Nulla quoque renunciatio, aut obligatio antea facta etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscunque causæ piæ valeat, nisi cum licentia Episcopi, siue eius Vicarij fiat inter duos menses proximos ante professionem, & non aliàs intelligatur effectum suum sortiri, nisi secuta professione: aliter verò facta, etiamsi cum huius fauoris expressa renunciatione etiam iurata sit irrita, & nullius effectus.* hæc ibi. 20.

Nota tamen hoc decretum non habere locum, nec procedere in testamentis, donatione causa mortis, & codicillis, ita Nauarr. *commen. 2. de regular. num. 50.* Azor *part. 1. lib. 12. cap. 2. quæst. 14.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect. 584.* Valasc. *de partitio. cap. 16. num. 13. & sequent.* Ægid Lusit. *in repetitione l. vni. C. de sacros. Eccles. part. 4. §. 2. à num. 21. & num. vltim.* Quin imò Quaranta *in summa Bullarij verb. Monasteria, & Conuentus pag. 330. vers. dubium illud*, tradit hoc decretum non habere locum in renunciatione facta ante susceptionem habitus, sequitur Valascus *d. cap. 16. num. 22. cum sequent.* & Ægid. *suprà d. §. 2. num. 22. ad finem*; quidquid contradicat Lessius *lib. 2. cap. 41. num. 40.* 21.

Quæstionis est, quando expiret iurisdictio Vicarij? In primis certi iuris est, sicut Vicarius mediante nominatione Episcopi consequitur à lege iurisdictionem ordinariam, sic etiam eam amitti per reuocationem ab eo factam, Calderin. *cons. 2. de offic. Vicarij*, & *ibi* Franc. *eodem titulo in cap. 1. num. 5. lib. 6.* Abbas *in cap. 1. num. 5. ne Sede vacante.* Sbroz *suprà lib. 3. quæst. 6. num. 7. & quæst. 14. num. 5. vers. secundò adducitur.* Azor *instit. moral. lib. 3. cap. 45. quæst. 14.* & Sanchez *de matrimonio lib. 3 disp. 30. num 11.* vbi addit post factam reuocationem, si adhuc est communis error reuocationis, valere gesta per ipsum, per *l. Barbarius ff. de officio Prætoris*, quamuis ipse Vicarius se reuocatum sciat; & multo fortiùs, si ipse nesciat reuocationem; quamuis non sit communis error, valent enim facta per ipsum, donec ipsi reuocatio intimetur, ita Selua *de benefic. 2. part. quæst. 14. num. 13.* Rebuff. *in praxi beneficiorum, tit. de forma vicariatus num. 210.* Flamin. *de resignatione lib. 7. quæst. 24. num. 4.* & Anastas. Germo. *de indultis §. tibi quoad vixeris, num. 60.* vbi volunt iurisdictionem non auferri ignorant: requiritur enim reuocationis intimatio, nisi delegans expressetit, quando reuocat se nolle valere gesta per Vicarium ex tunc; ita probabiliter limitant 22.

rant Rosell.*excommunic.6. num.46.* & Ricard. *in 4. dist.18.art.4. quæst. 5.* & Henriquez *lib. 6. de pœnit. cap.7.num.2. in commento littera G.* censet gratiam concessam non finiri ante reuocationis notitiam, sequitur Cuch.*lib.2. instit.maior.tit.8. num.* 149.dicens necessariam esse tunc reuocationis intimationem ad vitandum præiudicium tertij.Nec sufficit quæcumque notitia reuocationis habita per aliquem fide dignum; sed opus est, vt Vicarius certioretur per ipsum Episcopum, aut per epistolam ab eo missam,aut per Nuncium ab ipso ad id deputatum,ita Cucch.*suprà num.* 147. & Boërius *decis.347.à num.14. vsque ad num.*18. quia per easdem causas res nascitur, & dissoluitur, *cap. 1. de regul.iuris.* Atqui constitutio Vicarij postulat voluntatem Episcopi constituentis, & Vicarij officium acceptantis, quæ acceptatio exigit notitiam talis institutionis ab ipso Episcopo factam,vel per Nuncium ab eo destinatum, vt tradit Sanchez *in simili lib.1.disp.6.num.28.vers.quinta conclusio:* igitur dissolutio,& reuocatio postulat reuocationem Episcopi constituentis, & notitiam reuocationis ab Episcopo factam,vel per ipsum Episcopum,vel per alium nomine ipsius reuocationem intimantem.

23. Quòd si contingat Episcopum excommunicari,& publicè denunciari, eius Vicarius generalis, seu officialis est suspensus à iurisdictione, quam accepit, cùm accessoria sit, & idem auditorium vtriusque censeatur, Soarez *de censuris, disp. 23. sect.2.num.15.& disp.14.sect.1.num.1.* Sanchez *d. lib.3.disp.30. num.5. cum sequentib.* probat textus *in cap. 1. vbi glossa, verb. ipsius officialis, in fine lib. 6.* Molina *tractatu 5.disp.10.num.2.*Gutierrez *Canon. lib.1.cap.2. num.* 83. & Gonzal. *ad regul. 8. gloss.5. disp.10. num.2.* Idem esto, quando Episcopus est interdictus, vel suspensus propter eandem rationem,Rebuff. *praxis beneficialis,tit.de forma vicariatus,num.217.* Sbroz *lib.de Vicario Episcopi quæst.17. num. 4.* Anton. Cucch. *lib. 2. instit. maior. tit. 8. num.* 134.

24. Quare Episcopo suspenso existente,vel excommunicato non tolerato, collatio facta à Vicario non valet: imò fieri irregularem docet Francisc. Marq.*decis.*1231*.num.4.& 6.& decis.*1232*. in principio,part.1.* & Sbroz *lib.3. quæst. 17. num.2.* Nam sicut facta per Episcopum eo tempore ad iurisdictionem spectâtia sunt irrita,eodem modo sunt irrita gesta ab eius Vicario generali,*cap.1.de officio Vicarij in 6.in fine.*Quod procedit etiam quoad negotia cœpta, antequam Episcopus sit interdictus, aut excommunicatus, in quo discrimen cernitur inter Vicarium,& delegatum, cuius potestas non suspenditur per delegantis suspensiooem, vel excommunicationem,saltem quoad negotia cœpta. *c.gratum,de officio delegati,*eo quia Episcopi,& Vicarij est vnum, & idem Tribunal, secus Tribunal delegantis, & delegati,Rebuff. *praxi beneficiorum, tit.de forma vicariatus,n.*162.Couar.*pactical. cap.4. num. 4.* Bertachin. *in suo repertorio littera V. verb. Vicarius,num. 40. vers.Vicarius Episcopi,& tract.de Episcopo,lib.4.part.7.num.6.*

25. Quæstionis est,an commissiones factæ officiali,seu Vicario Episcopi possint expediri per officialem,seu Vicarium Capituli Sede Vacante:Negant Federicus de Senis *cons.*30 *à num.*1.& Felin. *in cap.cùm olim, de maiorit. & obed.* quos sequitur Francisc.Leo *in thesaur.fori Eccles.1. part. de Vicariis,cap.10. num.8. vers. secundò fallitur, & num 9.* iuuat stylus, & praxis Curiæ,teste Garcia *de beneficiis part.6. cap. 2.à num. 46.* non posse Vicarium Capituli Sede vacante exequi commissiones in forma Dignum,& dispensationes directas officiali,seu Vicario Braccarensi: ex ea ratione,quia vbi Romæ cognoscitur Primatem Braccarensem extremum diem clausisse, deinceps commissiones omnes,seu delegationes diriguntur ad Episcopum viciniorem,aut eius officialem,sequitur Hieronymus Paulus *in pract. Cancell. in principio vers. circa qualitatem personarum,* & probatur ex constitutione Pij Quinti,incipit,*Cogit nos necessitas,*in qua decernitur, vt litteræ in forma Dignum dirigantur in hunc modum,ibi, *Litteras Apostolicas expediant in eadem forma, qua aut ad Episcopum diœcesanum, aut ad Vicarium generalem, aut ad officiales eiusdem Episcopi disiunctiuè ad electionem impetrantis dirigantur;*ex eo fundamento, quia etiamsi Vicarius deputatus à Capitulo Sede Vacante succedat in iurisdictione ordinaria in locum Vicarij Episcopi,non succedit tamen in iurisdictione delegata, & ita resolutum fuit coram Domino Seraphino in vna Ilerdens. pensionis quarto die Maij 1588. ibi,*Iterum causa proposita fuit resolutum,sententiam, de qua agitur fuisse nullam, cùm enim delegata fuisset causa a Sede Apostolica officiali Ilerdens. cuius officium expirauerat per obitum Episcopi, & a Capitulo Sede vacante deputatus fuisset alius officialis, licèt successerit in locum Episcopi respectu iurisdictionis ordinariæ, non tamen succedit respectu iurisdictionis delegatæ.* hæc ibi.sequitur Garcia *de benefic.6.part. cap.2. num. 46.* vbi ita iterum atque iterum fuisse iudicatum testatur.Hæc de praxi.

26. De iure tamen commissiones posse mortuo Episcopo expediri per Vicarium Capituli Sede vacante,ex eo probatur,quia illa commissio Pontificis non fit officiali Episcopi, sed officiali scilicet Braccarensi,vel Collimbriensi,& Vicarius generalis constitutus à Capitulo Sede vacante est officialis illius Diœcesis. Item,quia Vicarius Capituli est Vicarius habens iurisdictionem Episcopalem, vt patet ex gloss. *in Clementina 2. de rescriptis, in verb. Episcopi, & ibi* Cardinalis *quæst. 13. num. 15.*Imol. *num. 20.* Euerardus *in suis topicis loco à vi subrogationis,num.2.* & Anchar. *in d.Clem.2. de rescriptis num. 1.* & quamuis in delegatione expressè dicatur officiali Episcopi Collimbriensis, adhuc officialis Capituli Sede vacante potest talem delegationem expedire,cùm sit hæc delegatio realis facta officiali sub nomine dignitatis, in quam succedit Vicarius Capituli:idcirco est capax illius commissionis, & meritò appellari potest Vicarius Capituli, Vicarius Episcopi,ita Cardinal. *in d.Clement.2. de rescriptis num.15.*cùm Capitulum habeat iurisdictionem Episcopalem: non poterit tamen Capitulum Sede vacante cognoscere de huiusmodi commissionibus, quæ committuntur eius officiali: sicut neque Episcopus, si Vicarius moriatur, quia quamuis sit idem Consistorium Vicarij, & Episcopi, hoc procedit in iis,quæ sunt iurisdictionis ordinariæ;noo verò in delegatis. Ita in terminis Cardinalis *in dict.Clem. 2. de rescriptis, quæst.9 num.*10 Imola *num.*14.Rebuff.*in praxi benefic. tit. de forma vicariatus,num.*161. Bellamer.*quæstio.11. num.14.* Bertachin.*tract de Episcop. part.7. lib.4.quæst.4.* Nauarr.*lib.1. in 2.edit.tit.de offic.deleg. cons.5.num.1.*

27. Potest tamen Episcopus cognoscere de causa commissa suo Vicario sub nomine dignitatis tantùm,si Vicarius moriatur, vel remoueatur: secus si causa committatur suo Vicario sub nomine

proprio

proprio,& dignitatis,vel proprio tantùm, ita Innocentius *in cap. eam te, rescriptis*, & per scribentes *in cap. quoniam Abbas, de officio delegati, & in cap. statutum*, & *ibi* glossa, *de rescriptis in 6.* & gloss. *in Clement. 2. de rescriptis*, & in Specul. *de delegatis, §. final. vers. quid si causa*, & Philip. *in cap. dilecti 5. quæst. de appell.* quod sequitur Bertachin. *de Episcopis 7. part. 4. lib. de Vicario Episcopi num. 4.*

28. De Vicariis etiam Prælatorum habentium iurisdictionem Episcopalem, negant aliqui posse expedire similes Papales commissiones *in d. Clement. 2. verb. Episcopi*, & Cardinalis *ibi, num. 14. quæst. 12.* & Bonifac. *in eadem Clementina num. 30.* At verò posse illas decidere, puto verum, cùm sint Vicarij iurisdictionis Episcopalis, quamuis Diœcesis nullo Episcopo sit subiecta, qualis est districtus Cratensis & Thomarensis in hoc Regno Lusianiæ. Item, quia huiusmodi Vicarij sunt Oidinarij, sicut Vicarij Episcoporum, & Capituli Sede vacante, ex traditis à Cucch. *lib. 2. institut. maior. tit. 8. num. 156.* Habent enim iurisdictionem eandem à Canone, quam Vicarius Episcopi, Pauin. *de potest. capit. Sede vacante, 2. part. principal. q. 10. num. 8. & 9.* Henriquez *lib. 6. de pœnit. cap. 13. num. 3. in comment. litter. M.* & Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 29. n. 4.*

EPITOME.

29. *Vicarius Episcopi, & officiales Episcopi idem significant, & nullum est discrimen inter eos in effectu.*

30. *Vicarius generalis quas partes debeat habere, & qualis ætas?*

31. *Vicarius generalis in spiritualibus, & temporalibus debet esse, & debet habere omnia, quæ in generali mandato tantùm continentur.*

32. *In generali mandato non venit potestas conferendi beneficia.*

33. *Concessa Vicario potestate conferendi beneficia, quæ intelligantur concedi posse?*

34. *Vicarius absque speciali mandato nequit instituere præsentatos, à patrono secundùm aliquos, sed alij meliùs affirmant.*

35. *Vicarius nequit præsentare ad beneficium iuris patronatus ad Episcopi præsentationem spectans.*

& an possit Vicarius resignationes recipere: n. 36.

29. AMBIGI potest, quando dicitur officialis Episcopi, an veniat Vicarius foraneus, aut Vicarius generalis? Dicendum est verbum *officialis* simpliciter prolatum tam de Vicario generali, quàm de foraneo intelligi posse, nisi in eisdem iuribus vbi ita pronuntiatur, appareat ad foraneos tantùm sermonem dirigi: vnde si dicatur officialis sine vllo addito, de vtroque potest intelligi, si tamen adiiciatur officiali hoc verbum principale, vel generale, intelligitur excludi Vicarium foraneum. eodem modo, si officiali addatur verbum foraneo, excluditur Vicarius generalis. Vtrunque probatur ex *Clement. 2. de rescriptis.* Officialis tamen, & Vicarius idem sonant, & in effectu nullum datur discrimen inter vtrunque, nisi in nomine duntaxat, Couar. *lib. 3. Variar. c. 20. num. 46.* Menoch. *consi 51. num. 38.* Gonzal. *in regul. 8. gloss. 5. §. 3. num. 8.* vbi ait Vicarium alio nomine vocari officialem Episcoporum, *cap. final.* ibi, *officialis, aut Vicarius generalis Episcopi, de officio Vicarij in 6.* de quibus plenè, & planè per Rebuff. *in praxi titulo de forma Vicariat, per num. 242.* & quamuis consuetudo, & stylus habeat, vt in Hispania, Gallia, Germania, & Polonia Vicarij officiales nominentur in expeditionibus, seu delegationibus; in Italia tamen, Vngaria, Dalmatia, Epyro, & Creta semper in expeditionibus verbo *Vicario* huiusmodi partes semper vtuntur. ita Mandos. *in tract. de commissionib. per breue 28. verb. Vicario Bononiense, & in regul. 14. quæst. 6. n. 8.* & Sbroz *lib. 1. quæst. 2. num. 10.*

Porrò Vicarius constitutus ab Episcopo debet esse Doctor, aut saltem Licentiatus in iure Canonico, & in Ciuili, & in Theologia morali non mediocriter versatus. Iuuat Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 16.* per textum, *ibi*, qui saltem in iure Canonico sit Doctor, Azor. *2. p. lib. 3. cap. 43. quæst. 10.* & Sbroz *lib. 1. quæst. 36. à num. 9.* debetque habere ætatem viginti quinque annorum, vt colligitur ex *cap. cùm in cunctis, §. inferior, de electione, & l. ad Rempublicam ff. de muneribus, & honoribus*: nec non rerum forensium, & causarum peritus existat. *l. penultima C. de iudiciis.* 30.

Requiritur item, quòd sit Vicarius generalis in spiritualibus, & temporalibus; nec satis est, quòd sit in spiritualibus tantùm, vel in temporalibus tantùm, cùm Vicarius generalis ille dicatur, qui est constitutus in spiritualibus, & temporalibus: aliter enim non erit Vicarius generalis, nisi creetur cum potestate, & iurisdictione in spiritualibus, & temporalibus, Panor. *cap. vltimo, de concessione prabenda*, Rebuff. *in praxi benefic. tit. forma vicariatus, num. 15.* & Azor *d. lib. 3. cap. 46. quæst. 1. vers. dicitur, constituimus te, & creamus, infrà §. dicitur, in spiritualibus, & temporalibus*, subdens requiri in spiritualibus, & tẽporalibus, vt sit Vicarius generalis; aliàs non erit, quia Ecclesia solet spiritualia, & temporalia habere, *c. si quis 1. quæst. 3.* ideo exprimi debet vtrunque, *c. 2. de officio Vicarij in 6. c. 3. de consuetudine, eodem libro*, Rebuff. *suprà num. 17.* 31.

Mihi tamen verius satis est, si constituatur Vicarius generalis in spiritualibus, vt dicatur talis, ita Garcia *de beneficijs, part. 5. cap. 8. n. 122. & 123.* Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 29. n. 11.* patet etiam ex Flaminio Paris. *de resignatione lib. 8. q. 7. num. 187.* vbi ponit Bullam in forma Dignum, directam Vicario in spiritualibus generali. Nihilominus in generali Vicarij mandato conceduntur ea tantùm quæ in generali concessione continentur, quamuis apponatur clausula, dantes, & concedentes ei plenam, & liberam potestatem, *l. procurator cui ff. de procuratoribus*; non tamen potest exercere illa, quæ exigunt specialem commissionem, *cap. qui generaliter, de procurat. lib. 6.* atque ita necessaria est expressio rerum, quæ non continentur sub generali mandato.

Quare sub generali commissione facta Vicario non venit potestas conferendi beneficia, nisi ea specificetur, *cap. vltimo, de officio vicarij lib. 6.* Marchesan. *de commiss. p. 1. c. 6. n. 608.* Anastas. Germ. *de indultis Cardin. § tibi quoad vixeris, n. 86. & sequent.* Couar. *lib. 3. variar. c. 20. n. 7.* Sbroz *lib. 1. q. 7. n. 11. & lib. 2. quæst. 71. n. 1.* & Azor *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 44. quæst. 1.* quibus accedit Garcia *p. 5. c. 8. n. 81.* 32.

Quæri etiam potest, concessa Vicario potestate conferendi beneficia, quæ nam intelligantur concedi posse? Respondetur in primis hanc potestatẽ esse latè interpretandam, ita vt extendatur ad beneficia, quæ sunt in Ecclesia Cathedrali, & ad dignitates, Azor. *d. lib. 3. cap. 44. vers. septimo quæritur,* 33.

&

& vers. octauo quaritur, itẽ ad beneficia ea, quibus ineſt cura animarũ, poſt Rebuff. *in praxi, tit. de Vic à n.* 118. Non poterit tamẽ cõferre beneficia reſeruata, Caſſad. *dec.* 8. *n.* 9. *de prebendis*, nec poteſt cõferre ea, quæ Epiſcopus ſolet conferre authoritate Apoſtolica, Rebuff. *ſup. n.* 9. Quinimò non obſtante facultate conferendi facta Vicario, poteſt Epiſcopus anticipatè conferre, antequam Vicarius conferat, quia maiorem ſibi poteſtatem retinuit, quam dederit, Rebuff. *ſup. n.* 89. Azor *in d. c.* 44. *verſ. duodecimò quaritur*; vbi ſi Vicarius cõferat vni beneficium, & Epiſcopus alteri idẽ beneficiũ, præferẽdũ ait illũ, qui beneficiũ ab Epiſcopo accepit, licèt eodẽ die Vicarius dederit: nam potius ius habet accipiẽs ab habente maiorẽ poteſtatẽ, qualis eſt Epiſcopus, *c. ſi à Sede, de prebendis in* 6. & Rebuff. *in praxi tit. de forma vicariat. n.* 121. Accedit, quia eo ipſo, quòd Epiſcopus cõfert, cẽſetur reuocaſſe conceſſionẽ cõferendi factã Vicario; ſicut cenſetur reuocatus Procurator conſtitutus, vbi primũ dominus ſuſcepit cauſã tractandã, *c. ſi quem, de procuratorib. in* 6. quod intellige ante quã, qui à Vicario accepit beneficiũ, non adiuſſe poſſeſſionẽ prius quam Epiſcopus cõferret, tunc enim ſi nactus fuit poſſeſſionem, præferendus eſt, iuxta illud, *Beati, qui poſſidet*, Rebuff. *n.* 122.

34. Cõtrouertitur, an Vicarius abſque ſpeciali mãdato poſſit inſtituere præſẽtatos à patrono? Negat Rebuff. *in praxi tit. in forma vicar. n.* 126. Sed meliùs affirmant poſſe ſine ſpeciali conceſſione confirmare electos, & inſtituere præſentatos. Cou. *lib.* 3. *var. c.* 10. *n.* 7. ex gloſſ. *in c. fin verb. non poſſiũt, de offic. Vicarij, lib.* 6. Gonz. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 9. §. 1. *à n.* 78. Suar. de Paz *in pract. tom.* 2. *pral.* 3. *n.* 7. & 8. Sbroz *lib.* 2. *q.* 111. & Azor *lib.* 3. *c.* 44. *q.* 5. *& lib.* 6. *c.* 22. *q.* 5. Cald. Per. *de renou. emphyt. q.* 12. *n.* 11. & alij, quos referens ſequitur Garc. *de benef. p.* 5. *c.* 8. *n.* 84. *& ſeq.* vbi refert ſacram Congregationem cenſuiſſe Vicarium poſſe inſtituere, ſi non habeat cõceſſionem limitatam, idem repetit *p.* 8. *c.* 4. *n.* 50.

35. Nequit autem Vicarius præſentare ad beneficium iuris patronatus ſpectãs ad Epiſcopi præſentationem abſque eius ſpecialis mandato, Roch. de Curte *de iure patr. verb. honorificum, q.* 5. Lamb. *eodem tit. p.* 3. *lib.* 2. *art.* 5. *primo q. princ. n.* 2. quibus accedit Sbroz *lib.* 2. *de Vicar. Epiſcopi, q.* 110. *n.* 2. & Garc. *de benef. p.* 5. *c.* 8. *n.* 82. vbi *n.* 83. addit ſub poteſtate conferendi, non cõtineri poteſtatẽ præſentandi, quia conferre, & præſentare differunt. *c. cum in illis, de preb. in* 6. niſi adiiciatur clauſula generalis, vt poſt alios tradit Roch. de Curt. *verb. honorificũ, n.* 25. & Bertach. *in Repert. verb. praſentatio fieri non poteſt.* Nam dare mandatum ad cuferendum, non eſt ad præſentandum. Quare poterit Vicarius confirmare electos, & inſtituere præſentatos; quia ſunt neceſſitatis, & iuſtitiæ, *c. ex frequent. de inſtitutio.* Roman. *ſingul.* 601. Pauin. *de offic. & poteſt. cap. Sede vacante, q.* 5. *à p. n.* 2. & Suar. de Paz *tom.* 2. *prelud.* 5. *n.* 7.

36. Quid dicendũ de Vicario circa reſignationes recipiendas? Non poſſe Vicarium ſine ſpeciali mandato reſignationes recipere, *c. dudũ, de preb. lib.* 6. *c. quaſitum, de rer. permut.* Cald. *conſ.* 3. *de renun.* Poteſt tamen Epiſcopus cõmittere ſuo Vicario generali hanc poteſtatem recipiẽdi reſignationes, ita fuit deciſum in Rota, vt habetur *dec.* 2. *de offic. Vicarij, in antiquis*, & eſt communis, teſte Flam. *lib.* 7. *q.* 24. *n.* 3. Garcia *de benef. p.* 11. *c.* 4. *n.* 74. Aloyſ. Ric. *in praxi aurea reſol.* 471. & Azor *inſt. mor.* 1. *p. lib.* 7. *c.* 29. *q.* 4. Nec ſufficit generale mandatum ad reſignationes recipiendas, quia ex vi mandati generalis nequit Vicarius beneficiã cõferre, *c. vlt. de offic. Vicarij lib.* 6. & *ibi* Archid. Io. Andr. & Franc. Roland. *conſ.* 47. *n.* 19. *lib.* 1. Quinimò quamuis habeat facultatẽ conferẽdi omnia, & ſingula beneficia vacantia, adhuc ex vi huius commiſſionis nequit admittere reſignationes beneficiorum ſine ſpeciali mandato, differunt enim conferre, & recipere reſignationes, Archid. *in c. ſicut, ſub verb. credentium, de verb. ſig. lib.* 6. & Gabr. *conſ.* 187. *col.* 2. *lib.* 1. Flam. *vbi ſupra n.* 16. Nec refert habere facultatem deſtituendi omnes, & ſingulos præbendatos, vt poſſit recipere reſignationes; requiritur nãque expreſſa facultas recipiendi reſignationes, vt tradit Rebuff. *in praxi benefic. tit. de uolutione num* 96.

Non venit tamẽ in dubium poſſe Epiſcopum dare Vicario poteſtatem recipiendi reſignationes, vt tradunt Abbas *in c. conſtitutus, ſub n.* 5. *verſ. in genere, de conceſſ. preb.* Selu. *de benef.* 2. *p. q.* 21. & ita fuit deciſum in Rota, vt habetur *dec.* 1. *& dec.* 4. *de offic. Vicarij, in antiq. dec.* 5. *eodem titulo, in nouis.* Item reſignatio recepta per Vicariũ ex ſpeciali mãdato valet, etiã mortuo Epiſcopo, ſi obitus Epiſcopi non peruenit ad notitiam Vicarij, Mohedan. *dec.* 313. fuit dubitatum *in tit. de renun.* propter communem errorem, & publicam vtilitatem. *l. Barbarius ff. de officio Prator. l.* 1. *C. de teſtibus*, etiamſi Vicarius potuit ſcire obitum Epiſcopi, ſi conſtat non ſciuiſſe, ſuſtineretur reſignatio, Puteus *deciſ.* 370. *lib.* 2. Flam. *ſupra d. lib.* 7. *q.* 24. *n.* 36. *& duobus ſequentib.* vbi *n.* 44. addit valere reſignationem receptam per Vicarium tempore receptionis integralem ſi communiter reputabatur habilis.

Non poterit tamẽ Vicarius recipere reſignationes beneficiorũ, quæ Epiſcopus obtinuerat; quia Epiſcopi, & Vicarij idem eſt Tribunal, & cedere in manibus Vicarij eſſe renunciare in ſui ipſius, cùm idem ſit Cõſiſtorium, *c. Romana, de appell. in* 6. Itẽ Vicarius eſt ſubditus Epiſcopi, & inferior illo. Innoc. *in c. quod in dubiis n.* 3. Hoſt. *n. etiam* 3. Flam. *ſup. n.* 67. *& ſeq.* Vnde ſequitur Epiſcopum non poſſe renunciare niſi in manibus Papæ, vel in manibus Epiſcopi, in cuius diœceſi ſitum eſt beneficiũ. Abbas *in c. nd ſupplicationem, de renunn. n.* 5.

Similiter hæc poteſtas recipiẽdi reſignationes beneficiorum non tranſit ad Vicarij ſucceſſorem eo mortuo, vel amoto ab officio, atq. *c. quoniam Abbas, de offic. delegati*, nec Vicarius generalis cum poteſtate recipiendi reſignationes, poteſt aliũ Vicariũ generalẽ cõſtituere, Innoc. *in c. Romana, in fine, de offi. Vicarij in* 6. Bald. *in l. ali. nando, n.* 3. *ff. de offic. Proconſulis*, & alij cõmuniter, quos ſequitur Paris. *conſ.* 80. *n.* 15. *vol.* 4. ne detur infinitas, quæ prohibetur à iure; *c. quoniam.* 11. *q.* 3. *& l. fideicommiſſa* §. *ſi quis alicui ff. de legat.* 3. poterit tamen cõmittere vices ſuas alicui ad vnum articulum, ſeu vnam cauſam, vel plures, vt docet gloſſ. *c.* 1. *de offic. Vicarij in* 6. *verb ipſius* Tab. *in verb. Vicarius q.* 5. Flam. *d. q.* 24. *n.* 72. *&* 73. & Sanch. *de matr. lib.* 3. *diſp.* 7. *n.* 21.

De poteſtate Epiſcopi circa matrimoniorum cauſas ac impedimenta, & eorum diſpenſationes.

§. V.

EPITOME.

1. *Epiſcopus an poſſit diſpenſare cum impuberibus, vt matrimonio copulentur; pars affirmatiua eſt certa.*
2. *Conditor Canonis quando ſibi non reſeruat abſolutionem, Epiſcopis poteſtatem abſoluendi concedit.*
3. *Exiſtente potentia generandi, & diſcretione, valet matrimonium inter impuberes.*
4. *Salomon, & Achaz ante pubertatem genuerunt filios.*
5. *Malitia quando dicatur ſupplere ætatem ad matrimonium contrahendum?*
6. *Potentia generandi ſine diſcretione ad ſe obligandum non ſufficit ad matrimonium contrahendum.*

7.8. *Matrimoniũ in articulo mortis nullo modo poteſt cõtrahi ſine Parocho, & teſtibus, quidquid aliqui cõtradicãt.*

9. *Matrimonium cur non valeat ſine Parocho, & teſtibus oſtenditur?*

10.11. *Epiſcopus, vt poſſit diſpenſare in matrimonio nulliter contracto, quæ requirantur?*

12.13. *Epiſcopus, vt poſſit diſpenſare in matrimonio occulto in foro conſcientiæ, requiritur bona fides ſaltem in aliquo contrahentium, contra Henriquez.*

14. *Epiſcopus quando poſſit diſpenſare in impedimentis dirimentibus ante contractum matrimonium.*

15. *Pontifice reſeruante ſibi abſolutionem alicuius pecati, Epiſcopus poteſt abſoluere, quando non eſt aditus ad Pontificem.*

16. *Epiſcopus an poſſit diſpenſare in impedimento dirimente, quando adeſt Nuntius cum poteſtate diſpenſandi in his caſibus?*

17. *Priuilegium habens diſpenſandi in caſibus Epiſcopi, nequit diſpenſare in caſibus Epiſcopi ob vrgentem neceſſitatem competentibus.*

18. *Epiſcopus poteſt diſpenſare in impedimento cognationis orta ex Baptiſmo celebrato non ſolemniter.*

19. 20. *Epiſcopus poteſt diſpenſare in impedimento ad petendum debitum.*

21.22. *Epiſcopus poteſt diſpenſare cũ ligato caſtitatis voto poſt matrimonium ad petendum debitum, & cum vxorato ſuſcipiẽte Ordines ſacros inconſulta vxore.*

23. *Contrahens matrimonium poſt votum caſtitatis, toties peccat, quoties peccat.*

24. *Epiſcopus nequit diſpenſare omnino cum contrahente poſt votum caſtitatis.*

25. 26. *Epiſcopus poteſt diſpenſare cum contrahente affinitate ad petendum.*

27. *Epiſcopus an poſſit diſpenſare in duobus impedimentis occultis occurentibus?*

28. *Epiſcopus in ſua diœceſi non poteſt ſtatuere impedimenta dirimentia.*

1. IN primis ſe offert nodus ille, an Epiſcopus poſſit cum minoribus, qui non habent ætatẽ requiſitam ad matrimonium, diſpenſare, vt contrahant, quãdo ſunt prope ætatẽ, & dubiũ eſt? Affirmat Henriq. *de matr. lib.* 11. *c.* 13. §. 12. vbi pro vtroque foro valere diſpenſationem ſubdit, & deducitur ex *c.* 2. *de diſp. impub.* ibi, *Diſtrictiùs inhibemus, ne aliqui ante ætatẽ Canonibus præſcriptã coniũgantur: niſi fortè aliqua vrgentiſſima neceſſitate interueniẽte; vt pote, pro bono pacis talis coniunctio toleretur.* ſic ibi. Idcirco ad Epiſcopũ ſpectat cognoſcere, an cauſa ſit iuſta, vt matrimoniũ ineatur, videlicet quando ſunt prope ætatem, & dubitatur de malitia, an ſuppleat ætatẽ, ſequitur Sanchez *de matr. lib.* 7. *diſp.* 104. *n.* 12. dicẽs poſſe Epiſcopũ diſpenſare in hoc caſu, vt impuberes matrimonio copulẽtur, Bonac. *de matr. q.* 1. *punct.* 4. & videtur sẽtire Regin. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *n.* 171. *verſ. notandum eſt.* idẽ videtur ſentire Nau. *lib.* 4. *conſ. in* 2. *edit. tit. de deſponſ. impub. conſ.* 5. *n. vlt.* quia in dubio verba in meliorẽ partẽ ſunt intelligẽda, *c.* 2. *de reg. iur.* Adde Summum Pontificẽ tacitè voluiſſe in hoc caſu diſpenſationẽ Epiſcopis committere, cùm
2. eam ſibi non reſeruauit, ſecũdùm Nau. *in manuali c.* 27. *n.* 39. Gutier. expreſsè *Can. lib.* 1 *c.* 5. *in princ.* Soar. *tom.* 5. *diſp.* 6. *sect.* 4. Sayr. *de cenſuris, lib.* 2. *c.* 19. *n.* 2. approbãtes axioma, quòd quoties cõditor Canonis cẽſuræ abſolutionẽ ſibi non reſeruauit, Epiſcopis poteſtatẽ abſoluẽdi conceſſiſſe, iuuat gloſſ. *in c. in quibuſdam, de pœnit. verb. diſpenſatum,* vbi vult poteſtatem diſpenſandi cõpetere Epiſcopo ſi illam Pontifex ſibi non reſeruauit expreſsè. Idem tradit gloſſ. *in cap. excommunicamus,* §. *credentes, verb. Apoſtolica, de hæreticis.*

Dictum eſt poſſe diſpenſare Epiſcopũ, quando ſunt 3.
prope ætatẽ minores, & dubitatur, an malitia ſuppleat ætatẽ, quia quando ante pubertatẽ adeſt potẽtia generandi, & ſufficiẽs diſcretio ad ſe obligandũ, valet matrimonium, Cou. *de ſponſal. p.* 2. *c.* 5. Cen. *ad Decretales collect.* 18. *n.* 5. & 6. & Sanch, *d. diſp.* 104. *n.* 1. vbi *n.* 4. tradit in dubio nec maſculũ, nec fœminam præſumi habiles ad generandum ante completã ætatẽ pubertatis, quæ præſumptio eſt de iure, cõtra quam cõtraria probatio recipitur. Nã Salomon in decimo anno ætatis, vel vndecimo, genuit Roboam; Achaz eiuſdẽ ætatis genuit
Ezechiam; & puerum nouem annorum nutricem gra- 4.
uidaſſe, refert D. Gregor. *lib.* 4. *dial.* relatus à gloſſa *in ſumm.* 20. *quæſt.* 1. & Sanchez *de matrimonio d. lib.* 7. *diſp.* 104. *num.* 29.

Quæres, quando dicatur malitia ſupplere ætatem? 5.
Brun. *de ſponſ. concl.* 28. *decl.* 3. *n.* 9. & Perez *l.* 1. *verſ. rurſus non obſtat tit.* 1. *lib.* 5. *Ord. pag.* 3. opinãtur nomine malitiæ intelligi ſolam generandi potentiã, proinde validè poſſe cõtrahi matrimoniũ in quacũque ætate, vbi primũ extiterit hæc potẽtia. Sed meliùs Cou. *de ſponſ. p.* 2. *c.* 5. *n.* 3. & Sanch. *lib.* 7. *diſp.* 104. *n.* 21. poſt D. Thom. *in* 4. *diſt.* 36. *q. vnica art.* 5. *corp.* & alios nomine malitiæ ſupplẽtis ætatẽ ad matrimoniũ requiſitã tradũt comprehendi potentiã ad copulã, & prudentiã ad diſcretionẽ ad intelligendã vim cõſenſus cõiugalis. Quamobrem non ſatis eſt ad matrimoniũ impuberũ validè ineundũ, ſola generãdi potentia præueniẽs ætatẽ, niſi detur
ea prudẽtia, & diſcretio. Vnde, ſi demus puero minori 6.
ſeptẽnio potentiã generãdi, non valebit matrimoniũ ex defectu diſcretionis, ac prudentiæ requiſitæ ad intelligendã conſenſus coniugalis vim, quæ in ea ætate non reperitur, ita Abb. *in c. continebatur, n.* 6. *de deſponſ. impub.* & *ibi* Præpoſ. *n.* 4. Roſell. *verb. matr.* 2. *n.* 7. Sylu. *verb. matrim.* 5. *q.* 2.

Rurſus cõtrouerti poteſt, in quibus caſibus poteſt 7.
matrimoniũ cõtrahi validè ſine Parocho, & teſtibus? Reſpõde primò in articulo mortis ſecundùm aliquos, quãdo non adeſt copia Parochi, & eſt periculũ in mora, ſicut licet ſimplici ſacerdoti abſoluere à quibuſcũque peccatis, *c. paſt.* § *præterea, de offic. Ordinary,* & Trid. *ſeſſ.* 14. *de ſacram. pœnit. c.* 7. ſic etiam licitũ erit cuilibet Sacerdoti aſſiſtere matrimonio, ita tanquã probabile putat Veracruz *in appendice ad ſpeculũ dubio* 5. *ſolutione ſecunda ad obiectionem poſitam poſt ſeptimam concluſionẽ,* vbi vult decretum Concilij obligans ad contrahendũ matrimoniũ præſente Parocho, & teſtibus, intelligendum eſſe, quãdo moraliter adeſt copia Parochi; atque ita in locis hæreticorũ, vel in nouo Orbe, vel apud Indos, vbi nõ reperitur Parochus, poſſe celebrare matrimoniũ opinatur cũ duobus teſtibus ſine Parocho, ſequitur Vega *lib.* 3. *ſumma caſu* 361. idẽ de articulo mortis docet Capua *lib.* 2. *dec. cap.* 85. *num.* 9. *verſ. ſexta prædicti caſus,* vbi vult ante Concilium integrum eſſe Epiſcopo diſpenſare vt contraheretur, vt etiam inquit Nauar. *cap.* 22. *num* 85. *verſ dubium.*

Nihilominus indubitabile eſt, matrimoniũ eſſe om- 8.
nino irritũ, ſi celebretur ſine Parocho, & teſtibus tam in articulo mortis, quàm in aliqua alia vrgentiſſima neceſſitate; neque in hoc caſu prodeſt diſpẽſatio Epiſcopi, quia quoties in diſpoſitione dicitur aliter fieri non poſſe, inducitur forma, quæ ſeruanda eſt, ſed in Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de matr. c.* 1. dicitur aliter fieri non poſſe matrimoniũ, quàm præſente Parocho, & duplici teſte: ergo in nullo caſu ſine ea ſolennitate contractũ, erit validum, ita Nau. *conſ.* 44. *ſub tit. de ſponſ. in* 1. *ed.* & *conſ.* 6. *ſub tit. de cland. deſponſat. in* 2. *ed.* Aual. de Seg. *in ſuo direct. iudicũ Eccl. p.* 2. *c.* 15. *n.* 44. Petr. de Ledeſm. *in tract. de matr. q.* 45. *art.* 5. *circa tertiũ punctum, dub.* 3. *verſ. ex prædictis.* ſequitur Spino *in ſpec. teſtam. gloſſ.* 15. *n.* 44.

&

& 45.& 86.Azeu.l.1.n.38.tit.1.lib.5. noua recopil. & ibi Maiiení gloss.6.verb.Clādestino,n.3.in fine,& gloss.7.n.2. Zambr.in suis dec. aureis c.7.de matr.dub.3.n.1.Henriq. l.b.11.eodem tract.cap.3.n.5.& 8.& alij,quibus accedit Gutier.de matr.c.61.n.4.& Sanch.lib.3.eodē tit.disp.17. n.4.quia cū præcepto Ecclesiastico cōcurrit præceptū naturale, & diuinū de non accedēdo ad non suā;at eo ipso, quòd Ecclesia inhabilitat materiā ad matrimoniū,non potest eum illa cōsistere, & ita esset accessus ad non suā;item, quia Ecclesia potest in matrimonio hanc inhabilitatē materiæ ponere, & ea posita inhabili,lex diuina est, vt non subsistat matrimoniū,iuuat Conc. ex eo quòd faciat facultatem Episcopo remittendi denūciationes,quando ei videbitur expedire:at verò nunquā facit facultatē relaxādi præsentiā Parochi:ergo in nullo euentu absque ea solennitate licitū erit cōtrahere,nonquā enim res sine sua forma potest

9\. subsistere,Nauatr. d.c.21.n 7. vers.animaduertendum,& Graff. d.lib.2.de matr.cland.c.86.n.10.ad finē.Cùm ergo matrimoniū celebrari corā Parocho, & testibus cōtineat formā substantialē, & decretū irritans,matrimoniū aliter contractum non potest validè iniri deficiente proprio Parocho, vel alio de eius licentia.

10\. Nec refert,si dicas Episcopum posse semel,& iterū dispensare in lege Summi Pontificis vrgente magna necessitate,vtpote, quādo publicè celebratū fuit matrimoniū cum impedimēto occulto, & datur scandalū in separatione,& est periculū incontinētiæ,nec patet aditus ad Pontificē.Quia respondetur in eo casu id esse verū,vt est cōmunis opinio, quā sequitur Sanch. lib.2.de matr.di.p.40.n.3.per totū:at in nostro casu nullo modo potest,quia Trid.d.sess.24.c.1.constituit formā substantialem, & decretū irritans,his verbis : *Qui aliter,quàm præsente Parocho,vel alio Sacerdote de ipsius Parochi,seu Ordinarij licētia,& duobus,vel tribus testibus matrimoniū cōtrahere attētabunt,eos sancta Synodus ad sic contrahendū omnino inhabiles reddit: & huiusmodi contractus irritos,& nullos esse decernit, prout eos præsēti decreto irritos facit, & annullat.* Quare Episcopus nullo modo dispensare potest,quamuis detur vrgens necessitas.

11\. Porrò Episcopus in casu magnæ necessitatis dispēsare potest in matrimonio, quod fuit contractū cum impedimēto dirimēti occulto,vt rursus possit celebrari,si cōcurrat scandalū in separatione, difficilis aditus ad Pontificē,& paupertas,aut alia iusta causa. Quāuis enim Episcopus nequeat dispēsare in lege Pōtificia,vel Cōcilij;potest tamē in casu magnæ necessitatis,quādo matrimoniū est publicū,& impedimentū occultū concurrentibus supradictis circunstātiis, ita Valentia tom.4.disp.10.q.5.punct.5.Franc.Leo in thes.for.Eccl.p.2. c.8.n.43.Henr.lib.6.de pœnit.c.10.§.1.& lib.11.de matr. c.5.§.2.Gutier. eodem tit.c.49.n.6.cum seq.& c.23.n.7. Sanch.lib.2.de matr.disp.40. num.3. & lib.8.disp.6.n.19. Aloys.Ricc.in praxi rerum fori Eccl. dec.261. in 1.edit. & resol.228.in 2.edit.Bonac. etiā de matr.q 3.punct.15. n.4.quod intellige in foro conscientiæ, modò matrimonium contractum fuerit bona fide.Probatur bonā fidē esse necessariā ex Conc.Trid. sess.24. de matr.c.5. ibi: Si verò solennitatibus adhibitis,impedimentum aliquod subesse postea cognoscatur, cuius ille probabilē ignorantiā habuit,tunc faciliùs cum eo,& gratis dispensare poterit.Proinde data mala fide ante cōtractum matrimoniū,præsumitur Pontificem in eo casu sibi reseruasse facultatē dispēsandi,noluisseque fauere iniquitati contrahentium secundùm Concilium su-

12\. prà c.5. per hæc verba:*Si quis,inquit, intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumpserit, separetur, & spe dispensationis consequendæ careat. Quod si ignoranter id fecerit, si quidem solennitates requisitas in contrahendo matrimonium neglexerit, eisdem subiiciatur pœnis si verò solennitatibus adhibitis, impedimentum aliquod postea subesse cognoscatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit, tunc faciliùs cum eo, & gratis dispensari poterit.* sic ibi.

Henriquez tamen *de matrimonio lib.* 12. *cap.* 3 *n.*1. opinatur bonam fidem in contrahentibus non desiderari, vt Episcopus possit dispensare. Nihilominus eam requiri docet Barth.à Ledesm.*de matrim. dub.* 50. *ad finem*,& Ludouic. Lopez 2 *p. instructory, cap.* 21 *in. ad finem* , vbi subdit hoc procedere post Concilium Tridentinum ; nec inmeritò , quia cùm Concilium statuat separandos esse contrahentes scienter intra gradus prohibitos , apertè voluit Episcopum non posse dispensare , quando matrimonium est mala fide contractum,secus si ignorantes contractum fuit.

Sed quid si alter ex contrahentibus mala fide cōtraxit,& alter bona fide:Respondet Ioseph.de Acosta *lib.6.de conuersione Indorum cap.*22. & alij, quos tacito nomine refert,ac sequitur Sanch.*lib.2.de matr.disp.*40. *num 4. vers. secus autem*, posse Episcopum in hoc casu dispensare,quia non videtur rationi consonum puniri innocentem propter delictum alterius , secus si vterque mala fide contraxerunt,ita Sanch. *suprà & lib.8. disp.6. num.*19. 13.

Quinimò accedente necessitate vrgentissima potest Episcopus non solùm post contractum matrimoniū dispensare in impedimentis dirimentibus , sed etiam ante contractum in foro tantùm conscientiæ, vtpote, quādo sunt omnia parata ad nuptias in mane,aut vespere celebrandas,accedit fœmina ad confessionem,& inuenitur impedimentum dirimens, & nulla occurrit via euadendi infamiam,aut suspicionem grauis delicti in confessione detecti,si non celebrentur nuptiæ ; in quo euētu potest occultè ab Episcopo obtineri dispēsatio impedimenti , quia illud est iuris humani à lege Pontificia statutum,vel Concilij in qua ex vrgentissima necessitate potest Episcopus dispensare,quando ad Pontificem aditus non patet,vt tradit Abbas *in cap at si clerici* §. *de adulteriis num.*9. *de iudiciis* , Cotta *in memorab. libus,verb. Episcopus*,Lambertin.*de iure patronat. lib.*2.*p.*1.*q.*7 *art* 19.*num.*2. Duennas *regul.*148. *limit.*2. Gutier *Canon.lib.*1.*cap.*23. *num.*18.& Cuch.*lib.*1.*instit. maior.tit.*6.*num.*334. docentes vrgente necessitate,quæ nulla alia via euadi potest sine infamia, aut scandalo, aut suspicione magni mali, posse Episcopum dispensare post contractum matrimonium : ergo in nostro casu ante contractum matrimonium quādo inuenitur impedimentum , & aliter scandala, & peccata vitari nequeunt,ita Sanchez *de matrimonio lib.*2.*disp.*40.*num.*7. Barbos.*alleg.*30.*num.*5. & Henriquez *de matrim.lib.*12. *c.*3. §.2 & *lib.*6 *de pœnit.*idem innuit *cap.*16. *num.*1.& *cap.*9.*num.*7.& *cap.*10.*num.*1. & 2. vbi idem asserit de casibus reseruatis in motibus propriis ,non obstante rigidissima reseruatione,qua Pontifex sibi reseruat absolutionem alicuius peccati,& tamen probabilissimū est posse Episcopum absoluere , quando non est aditus ad Pontificem. Igitur in nostro casu idem dicendum est tentatis priùs omnibus mediis. 14. 15.

Quid si adsit Nuntius Apostolicus cum potestate in prædictis casibus dispensandi in impedimento dirimente occulto post contractum matrimonium bona fide saltem alterius coniugis?Nauar.*in summa c.* 22. *Hispanie n.*86. *latinè* 85. Anton.Cucch. *lib.*2.*inst.maior.tit.*6 *n.*330.& Vega *lib.*6.*summa casu* 143.*in fine*,existimans Episcopum in hoc casu non posse dispensare; quia solùm potest ratione vrgentis necessitatis ; sed quando adest Nuntius Apostolicus cum potestate dispensandi,non vrget necessitas;ergo non potest. Henriquez tamē *lib.*6.*de pœnit.c.*10.*n.*1 & *in comment.lit.D.* & *lib.*12 *de matrim. cap.*3.*num.*1. *in comment. littera H:* docet 16.

docet posse: & mouetur, quia ius soli Summo Pontifici reseruat dispensationem: quare cùm Pontifex adiri nequeat, poterit Episcopus vti Ordinarius dispensare. Vtraque pars est probabilis, sed prior magis placet Sancio *dict. disp.* 40. *num.* 8.

17. Ad hæc habens priuilegium dispensandi in casibus Episcopalibus etiam matrimonialibus, nequit dispensare in casibus competentibus Episcopo tantùm ob vrgentem necessitatem; quia huiusmodi casus sunt Papales, & ea iuris interpretatione Episcopo permittuntur, ita Henriquez *lib.* 6. *de pœnit. cap.* 14. *num.* 7. *& littera P.* & alij, quos sequitur Barbos. *alleg.* 35. *n.* 12.

18. Denique ratione vrgentis necessitatis potest Episcopus dispensare in impedimento cognationis, quæ oritur ea Baptismo tempore necessitatis non solenniter collato. ita Sanchez *de matrimonio, lib.* 8. *disp.* 6. *num.* 17. dum facillimus non adest aditus ad Papam, reprobata opinione Soti *in* 4. *dist.* 42 *quæst.* 1. *num.* 1. immediatè ante solut. ad 1. princip. Barbos. *d. alleg.* 35. *num.* 7. idem Sanchez *suprà*
19. *num.* 20. Similiter potest dispensare quando superueniunt impedimenta matrimonio, & impediunt debiti petitionem, ita Valent. *p.* 4. *disp.* 10. *quæst.* 5. *punct.* 5. Bonacin. *suprà d. punct.* 15. *num.* 5. post Henriquez *lib.* 11. *cap.* 15. *num.* 11. *in fine*. Vega *in summa tom.* 2. *cap.* 5. *casu* 1. *in fine*, contra Couarruuiam *de sponsalib. part.* 2. *cap.* 7. §. 2. *num.* 6. *ad finem*, dicentem non posse Episcopum in hoc casu dispésare, quem etiam sequitur Graffis *in decis. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 83. *num.* 12. & vterque minus bene. Sed mihi magis placet sententia Valentiæ, quam sequitur Saa *in summa verb. debitum, num.* 13. Petr. de Ledesm. *de matrim. quæst.* 58. *art.* 4. *dub.* 2. *vers. in huius rei explicationem*, & eam admittit Gutierr. *Canon. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 17. data necessitate, & aditu difficili ad Pontificem, & periculo incontinentiæ occurrente.

Idem dicendum est de coniuge, qui cum suo coniuge contraxit cognationem spiritualem, posse dispensari ab Episcopo ad petendum debitum, est communis, Ledesm. 2. *part.* 4. *quæst.* 58. *art.* 2. Valentia 4. *part.* 2. *punct.* 2. *ad finem*, & *disp.* 10. *quæst.* 5. *punct.* 5. *in fine* Emmanuel Saa *verb. matrim.* vbi *de impediment. dirimen. num.* 5. *vers. si Pater* Vetacruz 1. *part. speculi art.* 57. *vers. sed contra istam*, Ludouic. Lopez 1. *part. instruct. cap.* 85. *col.* 2. *vers. præterea, si coniux*, & Matienzo *lib.* 5. *recopil. tit.* 1. *rubr. glossa* 1. *n.* 143.

21. Sed quid dicendum quando aliquis voto castitatis ligatus matrimonium contraxit? Sotus *in* 4. *dist.* 38. *quæst.* 2. *art.* 1. *col. penult. vers. reddere etiam*, & Syluester *verb. dispensatio, quæst* 9 *num.* 15. *& verb. matrimonium* 7. *quæst.* 5. *in fine*, volunt Papam solum posse dispensare, & Episcopum non nisi ratione vrgentis necessitatis, nimirum quando voto ligatus est pauper, aut imminet periculum incontinentiæ, sequitur Gutierr. *Canon. lib.* 1. *cap.* 23. *n.* 17. Nauarrus *in manuali, cap.* 12. *num.* 76. *& cap.* 16. *num.* 30. Tolet. *lib.* 4. *summa cap.* 18. *num.* 1. *differentia* 2. & Azor 1. *part. instit. moral. lib.* 11. *cap.* 19. *quæst.* 8.

Probabilius tamen est integrum esse Episcopo dispensare cum huiusmodi ligato, qui ita contraxit, ad petendum debitum, quia hoc non est dispensare simpliciter in voto castitatis; sed tantùm, vt petat debitum, manente voto quoad cætera in suo robore; proinde, si cum alia fornicetur, peccat contra votum: item quia consuetudine introductum est, vt Episcopi in hoc dispensent frequenter. Quinimo, & Religiosi Mendicantes ex priuilegio cum huiusmodi coniugatis dispensant, vt patet ex compendio Societatis *verb. dispensatio* §. 9. concesso à Pio Quinto Franciscanis 26. Octobris anno 1569. Quare posse Episcopos dispensare tradunt Rosell. *verb. impedimentum, impedim.* 4. *num.* 5. Vgolin. *de matrim. cap.* 20. *num.* 10. Gregor. Lop. *l.* 11. *in fine, tit.* 2. *part.* 4. Cordubens. *in summa quæst.* 146. *punct.* 2. Veracruz 1. *part. speculi art.* 15. *in fine, & dub.* 1. *in fine*, Henriquez *lib.* 12. *de matrim.*
cap. 2. *num.* 9. *& in commento littera S. & cap.* 5. *n.* 10. 22.
vbi addit idem dicendum de vxorato, qui inconsulta vxore sacros Ordines suscepit, sequitur Emmanuel Saa *verb. debitum coniugale, num.* 4. vbi subdit secundùm aliquos sola prima vice petentem peccare, postea verò licitum esse petere, ne vxori fiat præiudicium, si ipsa cogatur semper petere;
sed meliùs Graffis *lib.* 2. *decis. cap.* 82. *num.* 5. dicens, 23.
qui contraxit matrimonium post votum castitatis emissum, toties peccare mortaliter, quoties petit: nisi obtineat dispensationem ab Episcopo ad petendum; idem repetit *cap.* 85. *num.* 12. & Vega 2. *tom summæ cap.* 129. *casu* 51. *& casu* 118. *punct.* 2.

Non tamen poterit Episcopus dispensare om- 24.
nino in voto castitatis cum illo, qui post votum matrimonium contraxit; proinde mortua vxore non potest ad secundas nuptias transire: si autem transeat, peccat mortaliter, & eget noua dispensatione ad petendum, quia prior dispensatio defuncta priori vxore, cessauit. Gurier. *Canon. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 17. & Bart. à Ledesm. *de matrimonio*
dubio 32. *col. antepenult.* Similiter nequit Episcopus 25.
dispensare cum coniuge ad petendum propter affinitatem contractam cum altero coniuge, quia præceptum abstinendi tunc à petitione debiti oritur à iure Pontificio, ex *cap. transmissæ, de eo, qui cognouit consanguineam vxoris suæ*, & nec ibi, nec alibi, datur facultas dispensandi Episcopo, ita Couarr. *de sponsalibus part.* 2. *cap.* 7. §. 2. *num.* 6. *ad finem*, Graffis *decis. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 83. *numero* 12.

Nihilominus Syluester *verb debitum, quæst.* 9. *in fine*, & Ludouic. Lop. 1. *part. instruct. cap.* 8. *col.* 3. *versic. sed commemerare, & cap.* 296. *ad finem, &* 2. *part.* vbi *de matrim cap. vltim. column. antepenultim. versicul. iam & illam*, docent posse Episcopum in casu magnæ necessitatis dispensare, si nimirum detur periculum incontinentiæ, & difficilis sit aditus ad Pontificem; aut ad alium habentem facultatem, vtpote ad Commissarium Cruciatæ; nam si facilis sit recursus ad hos, quia necessitas cessat, nullo modo poterit Episcopus dispensare. Ludouic. Lup. *d. cap.* 80. *col.* 3. *vers. sed an modo, & vers. sequent.*

His tamen non obstantibus indistinctè tenen- 26.
dum est in hoc casu, posse Episcopum dispensare cum huiusmodi interdictis, ita Valent. *p* 4 *disp.* 10. *quæst.* 5. *punct.* 5. *in fine*, Henriq. *lib.* 11. *c.* 15. *n* 11. *in fine*, Tol. *lib.* 5. *summæ c.* 12. *n* 6 Emman. Saa *summa verb. debitum, n* 13. Barbos. *alleg.* 35. *n.* 8. Sanch. post plures *lib.* 8. *disp.* 12. *n.* 13. vbi ex praxi, & ea consuetudine dispensandi frequenter id probat; additque hoc procedere, licèt affinitas illa contrahatur ante matrimonium consummatum, & quamuis facilè recurri possit ad potentes dispensare, iam ex consuetudine præscripta hæc potestas dispensandi absolutè competit Episcopis. ita Sanchez *suprà num.* 14. quamuis oppositum nunquam securius tradat Nauarr. *in manuali, cap.* 12. *num* 85.

Ve, a

Vega *lib.6.summa casu* 143.*in fine*,& Sanchez *lib.2. disp.*40. *num.*8.

17. Ambigi tamen potest qoando occurrunt duo impedimenta dirimentia occulta post matrimonium publicum ,& datur scandalum in separatione,& inopia in contrahentibus,& difficilis aditus ad Pontificem,an habeat locum dispensandi Episcopus? Negat Couarr.4 *Decretal.2 part.c.6.* §.10. *num.* 12. eo quia in dispensationibus cùm sint odiosæ, mixtum sub simplici non continetur, *cap. fin.de simonia,& l.2. in principio,ff. de verbor.obligat.* sic ille. Verius tamen est posse Episcopum dispensare ex sua potestate ordinaria, quia non refert concurrere duo impedimenta , cùm habeat potestatem dispensandi in impedimentis iuris humani ex sua potestate ordinaria, nec datur reseruatio in casu tantæ necessitatis, ita Sanchex *de matrimonio, lib.2.disp.40.num.6.vers. rogabis autem.* Imò poterit delegare potestatem dispensandi in huiusmodi impedimentis etiam dirimentibus ,casu, quo ipse potest dispensare. gloss. *verb.casib.in cap.vltimo,de officio Ordinary* , vbi Bald. *num. vnico* , & Abbas *num.* 3. ex eo , quòd iurisdictio , quæ ex Principis priuilegio annectitur non personæ , sed dignitati perpetuò,aut officio, habet ius ordinariæ potestatis,sequitur Bart.*in l.ambitiosa,num.*34.*ff.de decretis ab ordin.fac.*& Couarr. *variar.lib.*3. *cap.*20. *num.*6. *in principio,& num.* 9. *in fine.* Quare cùm hæc potestas sit ordinaria , potest delegari , Barbos. *alleg.* 35. *ex num.* 15. Quocirca cùm Episcopus possit dispensare in impedimentis , poterit in vnoquoque singulari impedimento per se modò,& rursus in alio singulari diuerso , vnde infertur , quando concurrit impedimentum publicæ honestatis simul, cum impedimento affinitatis in dispensatiorione,vtrumque impedimentum explicitè,vel saltem implicitè in petitiooe explicandum esse. Couarr. *d.part.2.cap.*6.§.7. Henriquex *lib.* 12. *cap.*10. *num.*3. Raro tamen,aut nunquam dabitur euentus in quo Episcopus dispensare possit io impedimento publicæ honestatis. Barbos. *allegatio.* 51. *num.* 176.

18. Denique Episcopus in sua Diœcesi , quamuis possit dispensare in impedimentis supradictis concurrentibus memoratis circunstantiis , non potest tamen statuere impedimenta dirimentia, quoniam hoc sibi Pontifex reseruauit,ita Victoria *relectione de matrimonio* 1.*p.*2.*p.ad finem*, Ledesma 2. *p.*4. *quæst.*56 *art.* 3. *dubio* 1.*conclus.*2. *ad medium*,nec quiuis alius Prælatus Pontifice inferior,ita Anton. *in cap. tua fraternitas, num.*5. *de sponsa duorum*,Couarr. *in* 4.2.*p.cap.*6.§.10. *num.*16. Tabien. *verb.impedimentum, impedim.* 13. *num. vnico, ad finem* , & Armil. *verb. matrimonium,num.*54. Hæc autem reseruatio competit Summo Pontifici ex generali Ecclesiæ consuetudine, vt notat Sanchez *de matr. lib,*7. *disp.*1.*n.*9.

Quid poterit Episcopus circa Religiosos, & Religiosas.

§. VI.

EPITOME.

1. *Episcopus potest cogere Religiosos etiam exemptos ad reddendam rationem corā se testamentorum, quæ executi sunt, & punire eos si malè gesserint.*

non potest tamen commutare voluntates defunctorum? ibid.

2. *Episcopus potest componere controuersias inter regulares in processionibus publicis contingentes.*
& qui nam debeant præcedere in publicis processionibus? ibid.
3. *Episcopus super Regulares omnes habet authoritatem in iis, quæ spectant ad curam animarum, quam exercent.*
4. *Episcopus, qui præest electioni Abbatissarum, an debeat ingredi claustra Monialium?*
5. *Episcopus an possit Monachum ad professionem admittere?*
& quomodo fiat validè. ibid.
6. *Episcopus an possit regulares exempto compellere censuris ad obediendum,in casibus in quibus ipsi subduntur*
7. *Episcopus, an possit Nouitiis taxare duorum mensium spatium, intra quod tenerentur renunciare beneficio, qui in Religione voluerint perseuerare?*
8. *Episcopus an possit per censuras cogere regulares, vt nouitiis,qui noluerint profiteri, restituant bona,quæ secum adduxerunt?*
9. *Episcopus, an possit prohibere censuris,ne Monasteria Monialium suæ diœcesis aliqui adeant?*
10. *Episcopus,an possit impedire Abbatissas, ne Moniales recipiant,aut professionem faciant?*
11. *Episcopus impediri nequit, quod non ingrediatur Monialium Monasteria etiam sibi non subiecta ad explorandum quomodo clausura seruetur.*
12. *Episcopi quando possint ingredi monialium Monasteria, & aliis facultatem ingrediendi facere?*
& quibus ingredi liceat,& quibus non ibid.
13. *Episcopi an possint concedere licentiam exeundi monialibus in quibuscumque Monasteriis.*
& quæ causa sint licita ad egrediendum. ibid.
14. *Episcopus an possit facere facultatem regularibus eundi ad studia?*
15. *Episcopus an possit dispensare in voto paupertatis in sæculo facto?*
16. *Episcopus vtrum in aliquo casu possit absoluere Religiosos exemptos?*
17. *Episcopus an possit dispensare in votis Regularium sine licentia Prælatorum Regularium?*
18. *Episcopo an possint Prælati regulares se,suosque subditos subiicere ad absolutionem, & dispensationem?*
19. *Episcopus moniales sibi subditas potest absoluere a votis,& dispensare.*
20. *Episcopus in Monasteriis commendatis, vbi religiosa obseruantia custoditur,debet admonere Prælatos illorum,vt visitent, & violatores obseruantiæ corrigant.*
21. *Episcopi,qui tamquam Apostolicæ Sedis Delegati corrigunt,& visitant exemptos,possunt procedere contra impedientes..*
22. *Episcopus potest cogere regulares, vt censuras ab eo latas publicent,& obseruent in suis Ecclesiis, & deuitent excommunicatos,& interdictos.*
23. *Episcopus potest cogere clericos sæculares, vt eant ad publicas processiones.*
24. *Episcopus potest excommunicare regulares, qui sine licentia administrant laicis sacramenta, vel indulgentias publicant.*

MMm 3 Non

1. NON est dubinm posse Episcopum compellere Religiosos etiam exemptos ad reddendam rationem coram se de executione testamentorum facta, illosque plectere, si malè se habuerunt, ita *in Clement.* 1. *de testamentis*, prout docent Iuann. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de instrum. edit* §. *nunc aliqua, vers. Sed an simplex commissarius, num.* 45. Cochier *de iurisdictione Ordinarij in exemptos part.* 4. *quæst* 49. Sbroz *de Vicario Episcopi, lib.* 2. *quæst.* 52. Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect.* 503. *vers. & primò, & in praxi fori Eccles. resol.* 547. *num.* 7. & Campanil. *in diuers. iur. Canon. rubric.* 12. *cap.* 13. *num.* 130. vbi concludunt posse Episcopum punire Regulares, si malè hac in re officio suo functi fuerint, quæ potestas transit ad Capitulum Sede vacante; ideo poterit compellere Religiosos executores piarum voluntatum ad reddendas rationes, Pauin. *de potest. Capituli Sede vacante part.* 2. *quæst* 7. *n.* 6. quem sequitur Azor *instit. moral part.* 2. *lib.* 3 *cap.* 39. *q.* 6.

Imò Episcopus poterit exigere rationes pluries, quando constiterit, rationes dolose, vel cum errore fuisse redditas; vel quando redditio non fuit finalis, & plena cum restitutione reliquorum, Aloys. Ricc. *collect.* 714. *& in praxi resolut.* 534. *in* 2. *edit.* Stephanus Gratian. *Marchia decis.* 188. Non poterit tamen commutare pias defunctorum voluntates. *Clement. quia contingit, de religiosis domibus*: ibi, *Salua quidem Sedis Apostolicæ authoritate*, vbi id reseruatur Summo Pontifici, Nauarr. *cons.* 2. *num.* 6. *in antiquis, & cons.* 15. *in nouis, titul. de reb. Eccles. non alien.* Sayr. *in floribus decis. sub eodem titulo decis.* 2. *prope finem.* Graffis *de arbitrar. confessorum lib.* 2. *cap.* 69. Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepisc. cap.* 19. *num.* 1. Cened. *pract. quæst. lib.* 1 *quæst.* 35. *num.* 12. Mench. *illustr. cap.* 25. *num.* 26. Phœbos *Lusitaniæ decis.* 47. *num.* 2. *cum sequentibus, tom.* 1. quamuis commutatio fiat in melius, adhuc Episcopus nequibit commutare defuncti voluntatem, cùm eius munus sit compellere executores ad obseruandum exactissimè defunctorum voluntates, Gama *decis.* 288. *num.* 4. Mulin. *de iustitia tract.* 2. *disp.* 249. *num.* 3. & Pinel. *part.* 1. *rubr. de rescind. vendit. cap.* 2. *num.* 19.

Ex iusta tamen causa concurrente potest Episcopus tanquam Sedis Apostolicæ delegatus commutare defunctorum voluntatem, vt decernitur in Concilio Tridentino *sess.* 22. *de reformat. cap.* 6. *& sess.* 25. *cap* 4. Mar. Antonin. *variar. resolut. lib.* 1. *resolut. final. casu* 40. *in fine.* Graff. *vbi supra*, & Beja *respons. casuum conscientiæ part.* 4. *casu* 22. Nihilominus ad hanc commutationem requiritur hæredis consensus, prout Petrus de Vbal. *de Canon. Episcop. in* 7. *cap. principali*; hærede tamen nolente consentire, potest solus Episcopus, Petr. de Vbald. ac Felin. *in cap. cùm accessissent, de const.* Rochus de Curt. *de iure patron.* ex Bartol. *in l. legatum. ff. de vsufruct. legat.* per *l.* 1. *C. de nupt.*

2. Item Episcopus remota omni appellatione potest componere controuersias inter Regulares exortas in processionibus publicis decernente id Concil. Tridentin. *sess.* 25. *de Regul. cap.* 13. hoc tamen fieri debet de plano, & absque strepitu iudiciali, ita ex sacra Congregatione refert Campanil. *in diuersor. iur. Canon. rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 120. Idem dicendum est de controuersiis contingentibus in processionibus publicis, etiam inter sæculares, & Regulares, quæ fiunt in sepeliendis corporibus defunctorum, amota appellatione quoad effectum suspensiuum. Semper tamen consuetudini standum est in huiusmodi præcedentiis, vt volunt Chopin. *Monast. lib.* 2. *tit. vlt. num.* 23. & Seraphin. *decis.* 355. *& decis.* 663. *& decis.* 964. *num.* 1.

Quoad præcedentias obseruandum est priorem locum concedendum esse antiquiori, & illi Religioni, quæ est prior in institutione, & approbatione, & ideo veluti iure potior præferenda est, Aloys. Ricc. *in praxi aurea resolut.* 102. Hinc fit, vt præcedentiæ componi debeant secundùm quod censuit sacra Congregatio Illustrissimorum die 26. Augusti 1593. sicut Romæ seruatur, & declaratum fuit priùs à Gregorio Decimotertio per suam constitutionem, cuius meminit Quaranta *in summa Bullarij verb. præcedentia pag.* 396. aliàs 504 *in noua edit.* eamque refert Confettius *fol.* 250. quæ sic habet:

Exposcit pastoralis officij munus; & *infrà*. De nobis attributæ potestatis plenitudine volumus, & Apostolica authoritate decernimus, quòd, quicumque ex dictis fratribus mendicantibus inter se de præcedentia huiusmodi contendentibus, aut Confratribus Confraternitatum prædictarum, inter quos lites, & causæ præmissorum occasione ortæ iam sint, seu oriri contigerit in futurum, qui in quasi possessione præcedentiæ, ac iuris præcedendi sunt ij (quibuscumque reclamationibus, protestationibus, appellationibus, & aliis subterfugiis prorsus remotis, & cessantibus, & postpositis) in processionibus tam publicis, quàm priuatis præcedere debeant. Quando verò non probetur, aut non constet de quasi possessione præcedentiæ huiusmodi, inter fratres quidem mendicantes ij, qui antiquiores in loco controuersiæ, inter confratres verò inter se litigantes ij, qui priùs saccis vti sunt in processionibus, tam publicis, quàm priuatis præcedere debeant; ita vt, si contigerit noua Monasteria, aut domos alicuius Ordinis Mendicantium in loco, in quo alterius Ordinis ex dictis Mendicantibus Monasteria, aut domus priùs erecta, & instituta sint, ille ordo, qui priùs monasterium, seu domum in loco habuerit, præcedat. Præterea, quia inter prædictos Ordines plerumque alia in processionibus, & alia in Conciliis generalibus, & aliis actibus, siue priuatis, ratio circa modum præcedendi seruatur, nolumus per præsentes prærogatiuas dictorum Ordinum, quoad præcedentias huiusmodi, quæ propriis Ordinibus præterquam in processionibus prædictis debentur, aut fratribus Capuccinis nuncupatis, qui in processionibus publicis sub Conuentualium Sancti Francisci, aut Minorum de Obseruantia Fratrum nuncupatorum Cruce, vt solent incedere, possit aliquod præiudicium generari, sicque per quoscunque iudices, &c. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, Congregationum, Domorum, aut Confraternitatum quarumcunque etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegiisque quoque indultis, & litteris Apostolicis, &c. D. Romæ apud Sanctum Marcum die 15. Iulij 1583. de hac etiam praxis Epis. Pauli Pias. *fol.* 185. vbi ex sacra Congregat. subdit Regulares Monasterij vltra medium milliare à ciuitate distantis, non posse ab Episcopo compelli accedere ad processiones.

Ex hac constitutione claret inter fratres Mendicantes

dicantes præcedere, qui sunt priores in loco, etiam si prioritas sit vnius diei, aut horæ, quoniam prioritas, seu præuentio etiam vnius horæ fortior est, gloss. *verb. die obligauit, in l. si ex pluribus* 89. § *final. ff. de solut. & verb, si non appareat, in cap. duobus* 14. *de rescriptis in* 6. Cassador. *decis.* 20. *num.* 1. *de preben.* Menoch. *remed.* 4. *adipisc. num.* 791. & Aloys. *in praxi aurea resolut.* 203. Canonici item Regulares vti antiquiores, & iure potiores præcedunt Monachos etiam nigros, vt post longam expeditionem definiuit Pius Quartus die 23. Septembris 1563. prout volunt Rendina *in promptuario recept. sent. tit.* 101. *num.* 3. & Fusc. *de visitat. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 66. quamuis Cassan. *in Catal gloriæ mundi part.* 4. *consid.* 54 pugnet pro præcedentia Monachorum nigrorum. Pro Prædicatoribus Pius Quintus declarauit illos debere præcedere reliquos Mendicantes. Fusc. *vbi supra*, & praxis Episcopalis *part.* 1. *verb. processiones*, §. 4. *pag.* 286.

3. Constat insuper Episcopum quoad curam animarum habere authoritatem super omnes Regulares quantumque exempti sint, non obstante quòd hodie ab Ordinariorum potestate sint liberi, & habeant ex Summorum Pontificum priuilegiis iurisdictionem pleno iure quasi Episcopalem, per glossam *verb. propry, in Clementina* 1. *de reb. Eccles. non alien.* Cochier *de iurisdict. ordin. in exemptos, part.* 1. *q.* 17. *num.* 9. & 25. & Sayr. *de censuris, lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 12. & praxis Episcopalis auctore Paulo Piasecio *part.* 2. *cap.* 3. *fol.* 180. *num.* 46. vbi concludit Monasteria, & Ecclesias, locave Regularium curam animarum adnexam habentia esse visitanda quoad curam animarum ab Episcopo; itemque personas exercentes huiusmodi curam, siue sint sæculares, siue Regulares, in omnibus curam ipsam concernentibus: neque posse aliqua exemptione se tueri quo minus visitentur, & corriganrur per Episcopum, ex Conc. Trident. *sess.* 7. *cap.* 7. *de refor.* & *s.* 25. *cap.* 11 Nec non Ecclesias Militum S. Ioannis Hierosolymitani, quibus cura animarum incumbit in concernentibus ipsam curam Ordinario subiectas esse, addit, & visitari posse, quod elatè constabit ex constitutione Pij Quinti, quæ sequitur.

Exposcit, & *infra*. Decernimus, declaramus, statuimus omnes, & singulos locorum Episcopos, & alios superiores, tanquam Apostol. Sedis delegatos, omnes, & quascumque parochiales Ecclesias, cæteraque beneficia Ecclesiastica stiarum ciuitatum, & Diœcesum, quibus animarum cura imminet, ad dictam religionem, eiusque milites, Capellanos, Ministros, Rectores quomodolibet pertinentia, etiam quòd in eis Episcopalem, & temporalem iurisdictionem religio, & milites prædicti haberent, eorumque Ecclesias, Rectores, Vicarios, & ministros quoscunque (in his tamen duntaxat, quæ animarum curam, illiusque exercitium, & Sacramentorum administrationem respiciunt) visitare, omnesque actus visitationem concernentes exercere posse, & debere, ac Rectores exterosque huiusmodi ministros curam animarum exercentes minus idoneos repertos, si quidem ad nutum amouibiles sint, statim amouere, sin verò titulares sint, illico suspendere, ac superiores eorum monere, vt intra aliquem breuem terminum in locum amotorum subrogent alios idoneos, priùs tamen per ipsos Episcopos, & alios superiores examinatos, & approbatos, titularibus verò suspensis deputent alios idoneos pariter examinatos, & approbatos, vt suprà in coadiutores, seu Vicarios, iuxtas decretum Concil. *sess.* 21. *c.* 6. Interea verò dum hæc subrogatio, seu deputatio fiat, ipsi Episcopi, & alij superiores pro necessitate curæ animarum prouideant arbitrio suo, quòd si superiores dictorum Rectorum, & Ministrorum, intra tempus præfixum non subrogauerint, aut deputauerint, vt suprà, tunc dicto termino elapso ipsi Episcopi, & alij superiores, alios, præuio examine, iuxta eiusdem Concilij formam idoneos repertos in locum amotorum subrogent: titularibus verò suspensis, coadiutores deputent, iuxta dictum *c.* 6. *sess.* 21. Qui tamen in dictis Parochialibus perinde inseruiant, ac si subrogati, aut deputati ab ipsis superioribus religionis, & militum prædictorum fuissent. Volumus autem quòd Episcopi, & alij superiores prædicti, visitationem huiusmodi, & prædicta omnia solùm tanquam delegati Apostolicæ sedis, & gratis, & absque vlla dictæ religionis Rectorum impensa, & onere faciant. In collatione item Ordinum, nec non consecratione Ecclesiarum, & sacrorum vasorum, ac benedictionibus, & aliis actibus spiritualitatem concernentibus, ac institutione præsentatorum ab eisdem militibus ad beneficia, aut approbatione, seu confirmatione, quas ab eisdem fieri harum præsentium vigore contigerit, gratis omnia faciant, & diligenter attendant, vt nullos admittant, qui qualitates à Concilio requisitas non habeant, ac præuio examine iuxta eiusdem Concilij decreta idonei non existant. Nolumus autem Episcopos, & alios superiores locorum suprascripta facultate vti, qui cum eadem religione, & militibus super iurisdictione Episcopali in locis visitandis coram quibuscunque iudicibus litigant, nisi ipsi Episcopi, & alij superiores, viciniores ius aliquod in iurisdictione huiusmodi non habentes, nullumque interesse prorsus prætendentes facultate prædicta vtantur. Nolumus item per præsentes vllum afferri præiudicium iuri visitandi dictas Parochiales Ecclesias, & alia beneficia curam animarum habentia, quod antea Religioni, & militibus prædictis competebat, inhibentesque expresse dictis Episcopis, & aliis superioribus, ne hac facultate visitandi eis per præsentes concessa alio vtantur modo, quàm præscripto, sicque per quoscunque iudices, &c. Dat. Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscat. die 22. Septemb. 1571. Pont. Nostri anno sexto. Ex quibus manifestum est quoad concernentia ipsam curam animarum, omnes Regulares, etiam S. Ioannis milites Ordinario esse subiectos, & ab eodem visitari posse.

Sed quid de Episcopo assistente electioni Abbatissæ, nunquid pro suffragiis colligendis poterit ingredi Monasterium? videtur negandum, argumento desumpto ex exploratione facta puellæ antequam profiteatur de voluntate illius, in qua voluntatis exploratione, seu alio simili actu, cùm fit in ipso Monasterio Episcopus, non ingreditur clausuram, sed sedet ante fenestellam cancellorum, seu ad crates ferteas Monasterij, & ibi examinat mentem, & animum puellarum, ita Fuscus *de visitatione lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 40. *in fine*, & refert decisum Campan. *in diuers. iuris Canon. rubr.* 12. *cap.* 16. *num.* 15. & expresse in hoc casu disponit Concilium *sess.* 25. *cap.* 7. his verbis: *Is verò, qui electioni præest, Episcopus, siue alius superior, clausura Monasterij non ingrediatur, sed ante cancel-* 4.

lorum feneſtellam vota ſingularum audiat, vel accipiat. confirmat Nauarrus *in cap. ſtatuimus*, 19. *q.* 3. *num.* 59. Franciſc. Len *in theſaur. for. Eccl. p.* 2. *cap.* 1. *num.* 46. Fr. Ioan. de la Cruz *de ſtatu religion. lib.* 1. *cap.* 5. *dub.* 2. *concluſ.* 3. *notab.* 3. *prope finem*, & alij, quibus accedit Barboſ. *in remiſſ. ad Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *cap.* 7. *ad finem*, *verſ. ſic verò*, & Sanchez *in præcepta Decalogi lib.* 6 *cap.* 16. *n.* 50. contra Llamas *in methodo curationis in appendice*, quam ponit *in fine*, §. 7. dicentem in hoc caſu licitam eſſe ingreſſus cauſam, & ſubdentem Concilium non præcipiendo, ſed conſulendo ſtatuiſſe, ne in hoc caſu ingreſſus in monaſterium licitus eſſet.

Nihilominus, ſi Epiſcopus, vel Monialium ſuperior prudenter iudicent ex circunſtantiis in electione concurrentibus neceſſarium eſſe ingreſſum, vt prædicta electio fiat canonicè, & vt auferatur inquietudo Monialium, & ſuſpicio ſubornandi inter Moniales, & ob alias iuſtas cauſas iuſtus erit ingreſſus in Monaſterium, vt ibi Monialium ſuffragia audiantur, & cum pace recipiantur, ita Ioan. de la Cruz *ſuprà d. cap.* 5. *dub.* 2. *concluſ.* 3. *notab.* 3. Fr. Ludouic. Miranda *in manuali Prælator. tract. de ſacris Monialibus q.* 2. *art.* 15. *concl.* 3. *& ſequent.* & ſequitur Sanchez *ſuprà d. cap.* 16. *num.* 50. *ad finem*, poſt Manuelem *Regular. tom.* 1. *q.* 46. *art.* 4. *fine*, *& art.* 5. *in principio*, vbi iudicat poſſe Prælatum ingredi, & ſuffragia recipere comitatum tamen aliquibus perſonis, quando Moniales maximè fuerint inquietæ.

Poſſe autem admitti Monachum ab Epiſcopo ad profeſſionem, ambigi poteſt? Innocentius *in cap. porrectum* 13. *de regularib. num.* 5. per textum *in cap. vir.* 27. *q.* 1. docet poſſe fieri Monachum quemcunque faciendo profeſſionam alicuius regulæ approbatæ in manibus Epiſcopi, quem ſequuntur Hoſtienſis *in eodem cap. num.* 14. Anchar. *num.* 7. & Ioan. Andr. *num.* 4. Nihilominus cùm hodie Epiſcopus non habeat Religioſos exemptos ſub ſua ditione, non poteſt authoritate propria aliquem ad profeſſionem monaſticam recipere, Nauar. *de regularib. conſ.* 6. *à num.* 2. *in antiquis conſ.* 40. *in nouis*. Fr. Emmanuel *regular. tom.* 3. *q.* 17. *art.* 11. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 5. *q.* 4. & Sanchez *in præcepta Decalogi lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 74. *verſ. nec Epiſcopus*, poſt plures, vbi addit penes Epiſcopum eſſe poteſtatem conſtituendi aliquem Religioſum, etiamſi in nullum Monaſterium ingrediatur ille, nec profiteatur conſtitutiones alicuius religionis. Veruntamen promittendo tria vota ſubſtantialia in manibus Epiſcopi, manebit Religioſus in domo ſua ſub Epiſcopi obedientia, & in hoc ſenſu èſt vera ſententia Innocentij, & aliorum *in d. c. porrectum*, *num.* 5. *de regularib.* quæ etiam procedit hodie in Monaſteriis Monialium Epiſcopo ſubiectis, dummodo fiat profeſſio ſecundùm regulam à Sede Apoſtolica approbatam, Syluest. *verb. religio* 3. *q.* 14. Armill. *verb. nouitius num.* 11. Cucc. *lib.* 3. *inſtit. maior. tit.* 1. *num.* 62. Manuel *vbi ſuprà q.* 17. *art.* 11. quod intelligitur ſimul cum conſenſu maioris partis Conuentus, quia ſolus ſuperior non poteſt admittere ad Religionis profeſſionem, & exigitur quoque conſenſus maioris partis, Lapus *alleg.* 31. *num.* 3. Nauarrus *ſub tit. de conſtitut. conſ.* 9. *a num.* 19. *in nouis*, *& cap.* 3. *de regularib. num.* 5. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 12. *princip. num.* 2. *&* 3. Leſſius *de iuſt. lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 7. *n.* 61. Emman. Saa *in ſumma verb. Religio num.* 65. Azor. 1. *p. lib.* 12. *c.* 20. *quaſ. vltim* & Sanchez *d. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 65. vbi num. 66. addit non eſſe audiendum Fratrem Emmanuelem *tom.* 3. *regularium quaſt.* 17. *art.* 7. dum ait profeſſionem à ſolo Abbate receptam inconſulto Conuentu non eſſe ipſo iure irritam, ſed talem declarandam, quod eſt falſum, prout tradunt Abbas *in cap. ad Apoſtolicam num.* 2. *de regularib.* Roſella *verb. nouitius num.* 20. & *ibi* Tabien. *q.* 8. *num.* 9. Nauarr. *comment.* 3. *de regularib. num.* 5. Azor. *p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 4. *quaſ.* 3. & Sanch. *ſupra num.* 66. *&* 67. vbi latè de profeſſione.

Non eſt tamen profeſſio valida quando deeſt poteſtas in admittente illam; ad eius autem valorem ſatis eſt, vt is ratam eam habeat, qui eam poteſt admittere, non mutata priori voluntate profeſſi per actum contrarium. Nauarr. *de regul. conſ.* 6. *num.* 7. *in antiquis*, *& conſ.* 40. *num.* 7 *in nouis* Azor *part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 5. *q.* 7. & alij, quos referens ſequitur Sanch. *lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 80. vbi *numer.* 81. tradit, quando profeſſio eſt irrita ex parte emittentis, ſatis eſſe nouum eius conſenſum abſque noua Prælati admiſſione, quod intellige quando profeſſus ſciens profeſſionem fuiſſe nullam ex defectu conſenſus, & ad eam minimè obligari, eam ratam habuit volens, vt ex tunc efficax, ac firma ſit. Sanch. *de matrimonio lib.* 1. *diſp.* 16. *num.* 7. *& lib.* 2. *diſp.* 86. *num.* 3 *& lib.* 7. *diſp.* 37. *num.* 59. & multis *ibi* relatis, quibus accedit, & *num.* 60. vbi tanquam probabilius ſtatuit quando profeſſus erat habilis ad profitendum, & nullo affectus erat impedimento dirimenti, & profeſſio tantùm fuit irrita ex defectu conſenſus ſufficientis, non eſſe neceſſariam nouam religionis acceptationem, ſed ſufficere, verè vt profeſſus conſentiat ſiue internè, ſiue exteroè, modò ſuperior, qui profeſſionem acceptauit, conſenſum non reuocet, ita Saa *in ſumma verb. Religio num.* 23. & Emmanuel 2. *tom. ſummæ cap.* 92. *concl.* 5. *num.* 5. & probat Sanchez *lib.* 2. *diſp.* 32. *num* 9 *&* 14. argum. deducto ex matrimonio carnali; vbi pro hac parte plures allegat.

Sequitur dicendum, an poſſit Epiſcopus Re- 6.
gulares exemptos compellere cenſuris in caſibus, in quibus ipſi ſubduntur Epiſcopo? Reſpondetur in primis Epiſcopum non poſſe excommunicare Regulares prædicantes ſine licentia Ordinarij, vel Sedis Apoſtolicæ, vt per Simanc. *de Cathol. inſtit. tit.* 49. Pegna *in director. Inquiſitor. p.* 2. *cap.* 13. *comment.* 40. Ce ned. *pract. lib.* 1 *q.* 26 *num.* 12. Reginal. *in praxi for. pænit. lib.* 18. *num.* 130. & Aldret. *de religioſa diſciplina tuenda lib.* 2. *cap.* 20. In Concilio tamen Tridentin. *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 4. deciſum eſt, nullum ſæcularem, ſiue Regularem, etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum, contradicente Epiſcopo prædicare poſſe, & ita ex vi huius decreti, poterit Epiſcopus prohibere, ne Regularis prædicet etiam cauſa non reddita, ita Franciſc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. p.* 1. *cap.* 8. *numer.* 9. quod procedit in eo tempore, & hora, qua Epiſcopus coram ſe voluerit facere ſolenniter prædicari, aut Epiſcopus prædicare voluerit, tunc enim poterit Epiſcopus interdicere Regularibus, ne prædicent etiam in ſuis Eccleſiis illo tempore, non verò alio, ne contradicatur decreto eiuſdem Concilij *ſeſſ.* 5. *de reformat. cap* 2. vbi ſic dicitur: *Regulares verò cuiuſcunque Ordinis, niſi à ſuis ſuperioribus de vita, moribus, & ſcientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum prædicare non poſſint, cum qua licentia perſonaliter ſe coram Epiſcopis præſentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequam prædicare incipiant*

piant. In Ecclesijs verò, quæ suorum Ordinum non sunt, vltra licentiam suorum superiorum, etiam Episcopi licentiam habere teneantur, sine qua in ipsis Ecclesijs non suorum Ordinum nullo modo prædicare possint, &c. Vbi vides non teneri Regulares, vt in Ecclesijs suorum Ordinum prædicent, obtinere licentiam ab Episcopo, sed præsentare se personaliter coram illo, & ab eo benedictionem petere, quamuis eam minimè obtinuerint, prout referunt Emmanuel *regular. tom. 3. quæst. 31. art. 5.* & Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 18. num. 123.* quòd si Regulares in Ecclesia sui Ordinis prædicare audeant, non obtenta licentia Episcopi, Congregatio censuit illos, qui absque licentia Episcopi prædicauerint in Ecclesijs, quæ suorum Ordinum non sunt, quamuis decreto Concilij *cap. 2. sess. 5.* contrà fecerint, non posse tamen puniri ab Episcopo, sed à suis Superioribus Regularibus tantùm, prout refert Quaranta *in summa Bullary, verb. priuilegia Regularium*, Barbos. *cap. excommunicamus, de hæreticis n. 43.*

Quia ergo Mendicantes habent speciale priuilegium, ne possint excommunicari, suspendi, vel interdici, vt claret ex eorum compendio *verb. exemptio, num. 9. & 23. & 24.* & ex Bulla Pauli III. concessa Societati anno 1549. nisi expressè concedatur Episcopis, vt de facto conceditur in Concilio *sess. 25. de regul. cap. 16.* idcirco vbi non conceditur, vti contra illos censuris, pœnis aliis procedendum est, sicut *d. cap. 16.* datum est Episcopis, vt per censuras compellant exemptos restituere bona nouitiis resipiscentibus, *& cap. 5.* vt clausuram Monialibus imponant, & inobedientes, aut contradicentes censuris cogant. *& sess. 22. decreto de vitandis, & obseruandis in celebratione Missæ*, per censuras contra exemptos sacrum facientes in Oratorio priuato, aut horis non debitis, vt procedant, Henriquez *lib. 7. de indulgentiis, cap. 25. num. 7. ad finem*, & Sanchez *in præcepta Decalogi lib. 6. c. 1. num. 14. & ante lib. 7. de matrimonio disp. 33. num. 23.* post alios vbi subdit textum *in cap. 1. de priuilegiis, in 6. vers. in eos autem*, per hæc verba: *in eos autem quibus ne interdici, suspendi, vel excommunicari à quoquam valeant, à Sede Apostolica est indultum*, (sicut sunt Religiosi quamplures) in quorum priuilegiis continetur, ne quisquam Episcopus, vel Archiepiscopus Monasteriorum suorum Monachos pro vlla causa, vllove loco interdicere, suspēdere, vel excommunicare præsumat: iidem Ordinarij iurisdictionem suam quantum ad ista, vbicunque illi fuerint, penitus exercere non possunt. quare sunt, qui putent hos Regulares deponi posse, & aliis pœnis puniri, non tamen eos ligari censuris, ita Ioann. Andr. *in d. cap. 1. num. 7. vers. in glossa, interdictum.* Anchar. *num. 4. notab. 7.* & Franc. *§. vlt. num. 2.* Vnde si censuræ ferantur, nihil valent, Anchar. *d. num. 4. notab. 8.* & Franch. *eodem §. vltim. num. 1.* Quare potest habere Episcopus iurisdictionem ad compellendos exemptos, non tamen censuris, & aliis pœnis, quia quando Tridentinum voluit, quòd Episcopus per censuras contra exemptos procederit, id explicuit, vt dictum est: secus in aliis decretis, vt *sess. 25. cap. 13.* vbi subiecit exemptos Episcopis ad eos compellendos, vt processionibus interessent publicis, & quoad componendas controuersias excitatas super præcedentia locorum, & quoad alia; & tamen non adiecit, vt possit Episcopus per censuras procedere contra illos: ex quo constat noluisse eam iurisdictionem Episcopis concedere; & ideo non posse per censuras cogi accedere ad publicas processiones pluries fuisse decisum per sacram Congregationem, refert Quaranta *in summa Bullarij verb. pr ecedentia, in fine*, sed pœnis pecuniariis. Stephan. Gratian. *decis. 232. num. 15.* sed ab ipso Episcopo puniti posse per censuras, & pœnas arbitrarias, & alia iuris remedia, in sacra Congregatione resolutum refert Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarr. lib. 1. tit. 14. cap. 28. §. 31. de processionibus num. 7.* & Papiæ decisum fuisse dicit Maceraten. *decis. 35. dub. 2.* & in Curia Neapolit. obseruatum fuisse testatur Mar. Anton. Genuens. *in praxi Archiepiscopali, c. 45. num. 9.* & ex aliis resoluit Aloys. Ricc. *resol. 308. n. 6.* sed saltem pœnis pecuniariis tradit Grat. *Marchia dec. 232. d. n. 15.*

Difficultas est, an Episcopus possit nouitio præfigere tempus duorum mensium, intra quod teneatur renunciare beneficio, si in Religione permanere velit? Responsio habetur *in cap. beneficium, de regularibus in 6.* vbi sic statuitur: *Beneficium illius, qui religionem ingreditur, non est infra probationis annum alicui conferendum, nisi ad id ipsius accedat assensus, sed interim eidem beneficio per alium deseruiri debebit, assignata sibi congrua de ipsius prouentibus portione.* Ex quo cap. duo apparent. Alterum beneficium Nouitij minimè vacare illo probationis anno. Alterum per totum annum posse Nouitium renunciare suo beneficio, vt intuenti, & legenti patebit, quod etiam constat ex *cap. transmissa, de renuntiatione.* Renunciatio tamen beneficij per Nouitium fieri debet ante duos menses professionis, ex Flaminio *de resignat. lib. 3. quæst. 13. num. 4.* ex Concil. Trident. *cap. 16. sess. 25. de regularibus.* ibi, *Nulla quoque renunciatio, aut obligatio antea facta etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscunque causæ piæ valeat, nisi cum licentia Episcopi, vel eius Vicarij fiat intra duos menses proximos ante professionem, ac non aliàs*, intelligatur effectum suum sortiri, nisi sequuta professione; aliter verò facta, etiamsi cum huius fauoris expressa renunciatione etiam iurata, sit irrita, & nullius effectus. Nec est dubium hoc decretum etiam habere locum in renunciatione beneficij, vt refert Flamin. *supra num. 5.* censuisse sæpiùs sacram Congregationem. Quare renunciatio debet fieri ante duos menses professionis de consensu Superioris, ne fortè nouitius, si non perseueret, & careat beneficio, & Monachatu, Abbas *in c. ex transmissa, de renunciatione, num. 5.* Denique Episcopus non potest conferre beneficia renunciata per Nouitios, nisi post factam professionem, vt respondit pluries sacra Congregatio, Flamin. *supra n. 7.* 7.

Sed quid, si Nouitius dum Religionem fuit ingressus, secum adduxit bona aliqua, & noluit profiteri? Ex Concilio Tridentino *sess. 25. de regularibus, cap. 16. in fine*, sunt restituendæ omnia bona, quæ tempore ingressus delata sunt in Monasterium, nec minimum quidem retinere possunt Religiosi, quod, vt rectè fiat, Episcopus, si opus fuerit, poterit compellere Regulares superiores per censuras, praxis Episcopalis *part. 1. verb. Moniales §. 3. & part. 2. eodem verb. vers. 11. pag. 73.* & Paul. Fusc. *de visitat. lib. 2. cap. 15. num. 67.* Bona autem intelliguntur vnà cum fructibus inde perceptis, deductis tamen alimentis illius temporis, quo moratus est in Monasterio, Azor *instit. moral. part. 1. lib. 13. cap. 9. quæst. 2. post medium*, quem refert, ac sequitur Galer. *in margarita casuum conscientiæ verb. nouitius, quintò*, quod quidem intelligendum est, quando Nouitius tenetur ea soluere alimenta, prout intelligit Sanchez *in præcepta Decalogi, lib. 7. cap. 5. num.* 8.

num. 25. sed clariùs lib. 6. cap. 10. num. 2. & 3. de hac quæstione cum Anchárano cap. beneficium num. 1. notab. 4. in fine, de Regularibus in 6. concludit veros Nouitios, vel non teneri ad huiusmodi expensas, vel saltem ad dimidiam solùm expensarum partem teneri, & in hanc partem posteriorem magis inclinat Anchar. quamuis cogitandum relinquat.

Nihilominus dicendum est cum eodem Sanchez ibi num. 4. Nouitium nullo modo teneri ad soluendum huiusmodi expensas, nam ille potest exire à Religione durante anno probationis liberè: ergo si obligetur ad expensas, retineri poterit, nec erit illi liberum exire. Item Monasterium tenebatur illum alere, & ipse Monasterio inseruire, nec Nouitius, quamuis labore suo excederet expensas, haberet ius exigendi excessum mercedis: quare ad expensas non tenetur, si egrediatur, ita Nicol. de Vbald. success. ab intestato, vbi de success. regular. 2. part. num 10. final. habetur 8. tomo tract. part. 1. Lælius Zecchius de Republica Ecclesiastica, tit. de regularibus, cap. 3. num. 10. Barbatius cap. in præsentia, num. 58 de probat. Syluest. verb. Religio 5. q. 8. Cucch. lib. 3. instit. maior. tit. 1. num. 81. Saa in summa verb. Religio num. 8. & Azor 1. part. lib. 12. cap. 3. quæst. 6. nisi à principio pactum fieret de soluendis expensis, si Nouitius vellet egredi, vt in Monasteriis Monialium fit, tunc enim standum est contractui absque vllo respectu seruitij Monasterio exhibiti.

Quæstionis tamen est, siquidem omnia bona Nouitio sunt reddenda etiam feudalia, vt docent Tap. in Authent. ca Ingressi, in verb. sua, cap. 14. num. 16. C. de sacross. Eccles. Caldas Pereira in l. si curatorem, verb. implorare, a num. 27. & Carol. de Grass. de effectib. clericalibus effectu 4. sub num. 25. quos referens sequitur Barbos. de offic. & potest. Episcop. part. 3. alleg. 101. à num. 37. & in cap. super eo 9. de Regularibus, vbi num. 5. ex sacra Congregatione ambigit an habitus, seu vestis Monachalis sumptibus Nouitij empta sit illi reddenda, dum egreditur. Et videtur affirmandum, per textum in d. cap. super eo, ibi: Vt in eadem veste, in qua veniunt, reuertantur. Quare vestis Nouitio restituenda est, aut pretium illius; nam Concil. Trident. sess. 25. cap. 16. in fine, verb. omnia restituantur, & qui dicit omnia, nihil excludit ita Barbos. vtroque loco.

9\. Sequitur dicendum, an Episcopus possit prohibere pœna aliqua ne quis adeat Monasteria Monialium? In primis, vt meliùs religiosa disciplina inter Moniales obseruetur, prohibitus est accessus ad Monasteria illarum, nisi ex iusta, & rationabili causa, vt notat Miranda in manual. Prælat. tom. 2. tract. de sacris Monialibus, quæst. 4. art. 1. concl. 1. & non sufficit occasio consanguinitatis, sed debet adesse legitima causa, ob quam licita sit alloquutio cum Monialibus, & permittatur accessus ad earum Monasteria, Miranda suprà. praxis Episcop. p. 1. verb. Moniales § 7. vers. circa secundum. Steph. Gratia. discept. forens. cap 393. num. 16. Quare frequentans Monasteria Monialium, si clericus est, & monitus perseueret, deponatur; si verò laicus, excommunicetur. ita cap. Monasteria 8 de vita, & honestate clericorum. Frequentia autem alloquendi cum Monialibus inducitur ex duabus vicibus, Abbas in d cap. monasteria, num. 5. sequitur Steph. Gratian. suprà num. 17. & praxis Episcopalis d. verb. Moniales § 7. Veruntamen meliùs Nauarrus in d cap. statuimus, num. 61. vers. quibus addo, de regul. & in cap. cum consideret, vers. multiplici num. 13. de pœnitent. distin. 5. existimat frequentiam alloquendi prudentis arbitrio esse relinquendam; sequitur Sanchez d. lib. 6. cap. 16. num. 110. & 111. vbi putat esse frequentiam, quando semel singulis mensibus, aut ter tribus diebus continuis. Llamas verò dicit esse frequentiam loqui duabus vicibus vna die, vel duabus diebus continuis, non autem toto mense duas vices proinde semper relinquitur arbitrio prudentis

Quid de Regularibus? Prohiberi Regulares ad Monialium Monasteria cuiuscunque Ordinis accedere, extat decretum hisce temporibus sacræ Congregationis supra Episcopos, & Regulares, datum Romæ Nonis Maij 1590. per quod aufertur Episcopis, aut aliis superioribus, potestas faciendi illis facultatem illuc eundi, & cum Monialibus alloquendi, sibíque eam facultatem reseruauit ipsa sacra Congregatio, cuius decreti transsumptum refert Sorbus in compendio mendicantium, verb. ingredi Monasteria, & Quarant. in summa Bullarij verb. Monasteria Monialium, pag. 451. in noua impressione, & Campan. in diuersor. iur. Canon rubr. 12. cap. 16 num. 43. vers. Illustrissimi, vbi subdit decretum hoc etiam extendi a sacra Congregatione ad Regulares Sancti Ioannis Hierosolymitani Vicario Neapolitano rescribente.

His positis dicendum est, si Episcopus per statutum, aut edictum Episcopale ferat censuram ipso iure, vel ipso facto contra adeuntes Monasteria Monialium, & cum illis colloquentes, complecti omnes etiam accedentes ad Monasteria exempta Monialium Regularibus subiecta, qui non subsunt iurisdictioni Episcoporum, dummodo existant intra suam diœcesim, ita Geminian. in cap. 1. § & quoniam, num. 8. de statu regular. sequitur Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 393. num. 23. cum sequent. Requiritur tamen quòd expressè prohibeatur accessus ad Monasteria etiam exempta. Nam prohibitio generalis non comprehendit euntes ad exempta, Rosell. verb. excommunicatio 7. sub num 4 & Syluest. eodem verb. 2. num. 14. & Campanil d cap. 16 num 45. Nec est dubium posse puniri laicos à iudice Ecclesiastico, si dum moniti fuerint, non se contineant à Monasteriis Monialium, vt per Bobadilla in sua politica lib. 2. cap. 17. num 50. Quod extende ad Regulares adeuntes Monasteria Monialium absque licentia Episcopi. Incidere enim in excommunicationem quam Episcopus suo edicto pronunciauit, per textum in c. 1. de priuilegiis lib. 6. resoluit Graff. decis. part. 1. lib. 2. cap 49. numer. 68. Nauarr. consil. 2. incipit, Regulares, de sentent. excommunic. & Campanil. in diuersor. iur. Canon rubr. 12. cap. 16. num. 42.

Sed probabilius est non incidere, si Regulares habeant ex priuilegio, vt de facto habent non posse ab Episcopis excommunicari, prout refert Quaranta in summa Bullarij verb. Monasteria Monialium, vers. dubitari pag 453. in nouissima editione, & Campanil. d. num. 41. in fine, per cap. 1. § in eos autem, de priuilegiis lib 6. & Sanchez de matrimonio, lib. 7. disp. 33 num 23. & Barbos. de offic. & potest. Episcop. alleg. 102 num 73.

Episcopus item per edictum suum Episcopalem potest prohibere tam laicos quàm clericos, tam subditos, quàm non subditos, ne accedant ad Monasteria Monialium existentia intra fines suæ diœcesis etiam exempta; ex ea ratione, quia Episcopus imponens hanc pœnam accedenti ad Monasteria etiam exempta, ratione loci vbi delinquitur est iudex delinquentis, & illud ire est committere

delictum

delictum in loco non exempto, quamuis consummatio delicti perficiatur in loco exempto: & ideo Episcopus poterit punire non subditum ratione delicti subditum, prout volunt Roland. *cons* 33. *num.* 16. *vol.* 3. dummodo non ignoret probabiliter illam constitutionem. Quinimò subditus Episcopi delinquens in loco exempto ligatur statuto Episcopi, quoniam quamuis locus sit exemptus à iurisdictione Episcopi, tamen illo loco est de diœcesi, & in diœcesi, *cap. cum Episcopus, de officio Ordinarij in* 6. idem de non subdito, si vadat per illam diœcesim, & in illa delinquat.

10. At hæc quæri potest, an Episcopus possit impedire ne Abbatissæ Moniales recipiant, aut professionem faciant? Emmanuel Saa *in summa verb. Religio, num.* 65. sic ait, *Episcopus non potest præcipere Monasterio, etiam sibi subdito, ut recipiat Monialem: id enim est Abbatissa cum Conuentu.* Soar. tamen meliùs *tom.* 4. *de relig. lib.* 1. *cap.* 11. sic ait: *Potestas recipiendi est in ipso Conuentu Monialium, simul tamen requiritur Prælati licentia, seu consensus,* de qua te Abbas *in cap. ascitur, de his, qui fiunt à maiori parte Capituli.* Poterit tamen Episcopus animaduertere in Abbatissas sibi non subiectas per eorum superiores, ne virginibus dent sacrum habitum, nec patiantur illas in Religione facere professionem, nisi priùs earum voluntas sit explorata ab eodem Ordinario, ipsùmque posse contra facientes non solùm pœnis à Concilio Tridentino statutis punire, sed etiam Ecclesiasticis censuris, & aliis iuris remediis coërcere, non obstantibus quibuscunque priuilegiis, ita refert Campanil. *in diuersor. iur. Canon. rubr.* 12. *cap.* 16. *numer.* 17. fuisse decisum à sacra Congregatione.

Potest tamen Abbatissa in suo Monasterio professionem Monialium acceptare, quia hæc acceptatio non est actus Ordinis, nec iurisdictionis pertinentis ad Ecclesiæ claues, sed est actus cuiusdam superioritatis, quam habet Abbatissa in Moniales, ita Hostiens. *in cap. consuluit* 4. *qui clerici, vel vouentes*, Archid. *in cap. constitutionem num.* 1. *verb. Emissa, de Regularibus in* 6. Rosell. *verb. Nouitius num.* 6. & Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 5. *quæst.* 6. quos referens sequitur Sanchez *in præcepta Decalogi lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 76. vbi reprobat Francum dicentem, idem de Abbatissa respectu Monasterij virorum, quod gubernatur per illam, quia verius est contrarium, cùm Abbatissa non habeat illius Monasterij nisi solam administrationem, quæ non sufficit ad professionem alicuius acceptandam: debet enim esse legitimus superior, vt accepter, qualis non est Abbatissa respectu Monasterij virorum, ita Syluester *verb. Religio* 3. *q.* 18. Angelus *verb. professio num.* 1. & Azor. *d. lib.* 12. *cap.* 5. *q.* 4. *ad finem*, sequitur Sanchez *vbi suprà n.* 75. & 76. *ad finem.*

11. Certi tamen iuris est non posse impediri Episcopum volentem ingredi Monialium monasteria ad explorandum, seruetur ne, vt decet, clausura, etiamsi Monasteria sint Regularibus subiecta, ita Armendariz *in prædictis additionibus ad recopil. legam Nauarra lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Episcopis num.* 44. vbi refert ita fuisse decisum die 28. Aprilis 1584. Quare non est admittendus Sanchez *in præcepta Decalogi lib.* 6. *cap.* 15. *n.* 21. dicens non posse Episcopum compellere ad clausuram Moniales exemptas, & sibi non subditas, sed aliis Prælatis aliorum Ordinum subiectas: ex ea ratione, quia huiusmodi Moniales etiam professæ Ordinum militiarum Sancti Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ præcepto clausuræ obstringuntur, vt deducitur ex Concilio Trident. *sess.* 25. *de Regularibus cap.* 22. per hæc verba, *Hæc omnia, & singula superioribus decretis contenta obseruari sancta Synodus præcepit in omnibus Cænobiis, ac Monasteriis, Collegiis, ac domibus, quorumcunque Monachorum, ac Regularium, nec non quarumcunque Sanctimonialium virginum, ac viduarum, etiamsi illæ sub quacunque regula, vel constitutionibus, & sub custodia, vel gubernatione cuiuscunque Ordinis mendicantium, vel non mendicantium*, &c. & patet ex Motu proprio Pij quinti, incipit, *Circa pastoralis.* ex quo constat omnes Moniales, quæcunque illæ sint, clausuræ præcepto obstringi, sequitur Nauarr. *commen.* 4. *de Regularibus, num.* 44. *vers. quinto nota*, & *num.* 45. vbi loquitur de Monialibus conuersis, & Tertiariis, si verè professæ sunt; atque ita quoad clausuram subduntur omnes Moniales exemptæ etiam, Episcopo, & ab eo possunt visitari, quoties ei videbitur expedire, refert decisum Galet. *in margarita casuum conscientiæ, verb. monialis* 3. & *verb. clausura* 1. praxis Episcopalis *verb. Moniales, q.* 4. & 8. *vers.* 4. Soar. *de relig. tom.* 4. *lib.* 2. *c.* 12 *fin.*

Probatur ex eodem Concilio *d. sess.* 25. *c.* 5. absolute loquente, ibi: *Bonifacij VIII. constitutionem, quæ incipit, Periculoso, renouans sancta Synodus vniuersis Episcopis sub obtestatione diuini iudicij interminatione maledictionis æternæ, præcipit, vt in omnibus Monasteriis sibi subiectis ordinaria, in aliis verò Sedis Apostolicæ authoritate, clausuram Sanctimonialium, vbi violata fuerit, diligenter restitui, & vbi inuiolata est, conseruari maximè procurent: inobedientes, atque contradictores per censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas, quacunque appellatione postposita, compescentes.* Vbi videtur manifestum nullum sanctorum Monialium Monasterium eximi à iurisdictione Episcopali quoad clausuram, vt ex *cap. periculoso, de statu regularium in* 6. probatur, quam partem etiam vltra præcitatos docent Fr. Emman. *tom.* 1. *regular. q.* 44. *art.* 2. & 3. & *art.* 4. Llamas *methodo curationis in appendice*, § 1. *ad finem*, & Zerol. *in praxi Episcopali, in* 2. *edit. part.* 1. *verb. Moniales, ad quartam quæsitum, & ad octauum quæsitum vers.* 4 & alij, quos referens sequitur Barbos. *de offic. & potest. Episcop. alleg.* 102. *n.* 4. & *sequent bus*, post Azor. 1. *p. lib.* 13. *c.* 8. *q.* 1. *per totum.* Suar. *vbi supra.*

Consequens est dicere, an Episcopus possit licitè toties quoties voluerit, ingredi monasteria Monialium, & facere facultatem aliis introeundi? Respondeo negatiuè, nisi in casibus necessitatis, & pro necessitatibus vrgentibus: proinde sicut possint Episcopi, & Prælati aliis facultatem concedere ingrediendi Monialium monasteria sibi subdita in casibus necessariis, & necessitatibus vrgentibus; ita etiam possunt ingredi ipsi pro eisdem necessitatibus, pro quibus aliis ad ingrediendum possunt concedere facultatem; ita Nauarr. *cons.* 9. incipit, *An Episcopus, de statu Monachorum, in nonis*, Azor. *instit. moral. part.* 1 *lib.* 13. *cap.* 8. *quæst.* 9. Campanil. *in diuersor. iur. Canon. rubr.* 12 *cap.* 16. *num.* 38. Miranda *in manuali Prælat. tom.* 2. *in tract. de sacris Monialibus q.* 2. *art.* 14. *conclus.* 1. & 2. Sanchez *in præcepta Decalogi lib.* 6. *cap.* 16. *num.* 25. & ostenditur à Gregorio XIII. in Motu proprio, incipienti, *Dubiis, quæ emergunt*; edito anno 1581. die 25. Decembris his verbis:

verbis: *Declaramus praterea tam saculares, quam regulares, quibus cura, & regimen monasteriorum Monialium quouis modo incumbit, facultate sibi ex officio attributa ingrediendi Monasteria pradicta, ita demum vti posse, si id faciant in casibus necessariis, & à paucis, iisque senioribus, ac religiosis personis comitati.* Ea quo loci appatet Episcopum, & Prælatos alios habere hanc facultatem ingrediendi ex officio sibi tributam, sequitur Nauarrus *lib. 3. consf. 6. à num. 2. de statu Monachorum in 1. edit. consf. 6. à num. 2. & in 2. edit. consf. 9. à num.* 2. vbi demonstratur, quam possunt aliis concedere facultatem ad ingrediendum, posse sibi assumere ad effectum eundem, Cordub. *in annotat. ad Collectorem, verf. quoad illa duo*, Llamas *in methodo curationis*, in appendice, quam ponit *in fine*, §. 7. Azor. *lib. 13. cap. 8. q. 9.*

Concedit ergo Episcopus licentiam ingrediendi authoritate ordinaria, quando monasteria sunt illi subiecta. Quando autem monasteria sunt immediatè subiecta Sedi Apostolicæ, concedit eam licentiam authoritate delegata. In monasteriis tamen Monialium, quæ regularibus sunt sobiecta, solius est superioris regularis licentiam ingrediendi facere, Nauar. *d. comment. 4. de regularibus, in cap. statuimus*, 19. *q. 3. num.* 60. Llamas *in appendice ad summam*, §. 5. & 6. Miranda *in Manuali Prælat. d. q. 2. art. 2.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 13. cap.* 8. *quæst.* 7. & Campanil. *in d. rubr. 12. cap. 16. num.* 31. & Soar. *tom. 4. de Religione lib. 1. cap. 10. num.* 12. Nomine autem superioris regularis sine dubio intelligitur Prouincialis, qui babet locum Episcopi quoad iurisdictionem, qui potest eam committere Prælato conuentuali, ita Soar. *vbi suprà n. 13. verf. de Prelato verò inferiori*, Sanchez tamen affirmat suprà *num.* 5. posse Prælatum conuentualem hanc facultatem facere si superior illius monasterij Monialium sit, nec à superioribus maioribus, nec à constitutionibus talis facultas Prælato conueoruali est adempta, quia textus absolutè loquitur, Episcopus, & superiores Prælati.

Porrò Abbatissæ nequeunt concedere licentiam ingrediendi, ita Monachus *in cap. periculoso, in principio num.* 1. & 2. *de statu regularium in* 6. & *ibi* Franc. *num* 5. Nauarrus sibi contrarius *comment.* 4. *num.* 59. *verf. tertiò quòd causa, de regularibus*, Manuel *de regularib. tom. 1. q. 46. num.* 3. & Azor. *p. 1. instit. moral. lib. 13. cap.* 8. *q.* 6. Imminente verò necessitate vrgente, an liceat ingredi in monasterium de licentia Abbatissæ, aut sine illa, quando non datur recursus ad superiorem, aut imminet periculum, si licentia eapectetur? Graffis 1. *p. decis. lib. 4. cap.* 23. *num.* 6. *in fine*, vult in eo casu non esse necessariam Abbatissæ licentiam; sed meliùs tradit Manuel *tom. 1. regular. q. 46. art. 2. final.* expectandam esse licentiam Abbatissæ, quia Abbatissa verè est superior sui Monasterij, *cap. dilecta, de excessibus Prælatorum, cap. attendentes, §. statuimus, de statu Monachorum*; item quia Abbatissa potest concedere facultatem ad vsum, & dispositionem bonorum temporalium. Cùm ergo in Concilio Tridentino, & *in cap. periculoso*, fiat facultas Episcopis, & superioribus concedendi ingressum in monasterio Monialium, & hoc de potestate ordinaria, vt putat Nauarrus *in summa cap. 28. additione 2. ad num. 143. cap.* 25. iure optimo in casibus repentè vrgentibus, in quibus non potest recurri ad Prælatum sine moræ periculo, poterit Abbatissa eam licentiam conferre ea præsumpta Prælati voluntate, Sanchez *d. lib. 6. cap. 16. num.* 37. ea eo, quia quaodo est periculum in mora adeundi Pontificem ad dispensandum, necessariò consulitur Episcopus, qui ratione necessitatis ex præsumpta voluntate Pontificis tunc dispensat, sic in nostro casu Soar. *de relig. tom.* 4. *c. 10. n. 17. fol.* 45.

Controuerti potest, an Episcopus, & superiores Prælati ingredientes monasteria sibi non subdita sine licentia superiorum, iocludantur sub decreto Concilij *sess. 25. cap.* 5. Stephanus Gratianus *discept. forensium cap. 393. num.* 5. & 20. & Barbos. *alleg.* 102. *num.* 42. post Nauarrum, quem refert, ac seqoitur, affirmat, si ingrediaotur Monasteria sibi non subdita sine licentia superioris in scriptis. Ex Concilio Tridentino *d. cap.* 5. ibi, *sine Episcopi, aut superioris licentia in scriptis obtenta.* Proinde non satis est ad ingredieodum tacita licentia superioris, quæ colligitur ex scientia, & patientia superioris, qui videt, & oon contradicit, quinimò nec sofficit licentia verbis expressis concessa cùm eaigatur scripta. Similis requiritur licentia in scriptis ad eaeundum ex Pio Quinto io Motu proprio, incipit, *Decori, & honestati.*

Quid de officialibus, qui ingrediuntur monasteria Monialium, an egeant licentia io scriptis toties quoties ingrediuntur? Responde in casibus necessitatis communiter occurrentibus, & in aliis similibus, permissus est ingressus, & non est necessaria licentia in scriptis, vt vult Fr. Ioannes de la Cruz *de statu Religionis lib. 2. cap.* 5. *dub. 2. conclus. 3. notab.* 3. & sic ingredientes dum necessitas duntaaat vrget, possunt detineri, quousque durat necessitas, eaque cessante, tenentur exire, per reatum *in cap. quod pro necessitate* 1. *q.* 1. Hostiensis *in c. cùm in cunctis, sub num 4. verf. necessitate, de electione*, Bartol. *in l. 1. §. nunciatio num.* 28. *ff. de noui operis nunciat.* Tiraquel. *Cessante causa, à num.* 184. Eacusantur tamen à mortali saltem, si finitis negotiis non eaeant statim, sed detineantur ibidem propter curiositatem videndi, remota omni corrupta intentione. In his autem supradictis casibus, quando scilicet est periculum in mora, si superioris licentia in scriptis eapectaretur, non est necessaria in scriptis; ita Nauarrus *comment.* 4. *num. 60. verf. quartò quod dubitari, de regular.* Graff. 1 *p. decis. lib. 4. cap. 23. num. 6. in fine*, Manuel *de Regul. tom. 1. q. 46. art. 2. in fine*, & Azor. *tom. 1. instit. moral. lib. 13. cap. 8. q.* 8. quio etiam Nauarrus, & Graffis *ibidem* volunt nec ore tenus licentiam esse necessariam; quod non puto verum, quando facilis est aditus ad superiorem, nisi quando ea quoque si expectetur, esset periculum in mora; tunc enim sufficit licentia verbo concessa; secus quando ea licentia oretenus concessa sic expectata, esset periculum in mora, quia tunc sufficit licentia Abbatissæ, vt dictum est suprà.

Quoad Medicos, Chirurgos, barbitonsores, fabros lignarios, Sacerdotes confessarios Monialium, & similes, Llamas *in methodo curationis in appendice*, quam ponit *in fine*, §. 6. paulo post principium, opinatur non esse necessariam licentiam specialem, neque in scriptis ad hos officiales ingrediendum. Mouetur, quia omnes hi excipiuntur *in cap. periculoso, in principio*, iuncta glossa *verb. causa, de statu regular. in* 6. quæ gloss. ponit exemplum in his ministris, additque hoc esse receptum ab omnibus Theologis, & iuris peritis, pro qua etiam parte citat Nauarrum *in cap. statuimus, quod hodie, & commentar 4. de regularibus,*

laribus,n.60. sed Nauarrus alibi solùm dicit,nimitum *in summa Hispana cap.28 additione 2.ad numerum* 143 *c.25.* Medicos, & reliquos suprà memoratus indigere licentia in scriptis, iuxta Concil. decretum,sequitur Azot.*instit.moral.1.p.lib.13.c.8. quæst.* 8. Atque ita dicendum requiri licentiam specialem his concessam in scriptis, & colligitur ex *d.c.periculoso*, vbi exigitur præter causam manifestam,& iustam specialis licentia superiorum, & Tridentinum exigit licentiam vltra causam in scriptis: quibus accedit Sanchez *d.c.* 16. *num.*33. Quare his ministris necessariò debet concedi licentia specialiter,& in scriptis ad ingrediendum, nisi periculum esset in mora,si superioris licentia in scriptis expectaretur,Suar.*vbi suprà d.sol.*45.

Ambigi etiam potest, an incurrat censuram, qui ingrediens clausuram Monialium ex legitima causa cum licentia, si finito negotio demoretur,& circumeat officioas? Respondet Manuel *tom.1.regul. quæst.*47. *art.* 11. si aliquantulum demoretur ex curiositate, non peccare mortaliter, nec venialiter,si mora illa breuis fuit; concordat Sanch. *vbi proximè n.*69. eo quia hoc præceptum morali modo est intelligendum; nec is peccauit contra præceptum clausuræ cùm ingressus fuerit ex causa,& cum debita licentia. Quinimò subdit, quamuis diutina esset mora, & cum intentione corrupta,adhuc à censuris esse liberum,sicut non incurrit censuras Monialis cum legitima licentia exiens, si extincta causa sui egressus extra monasterium per moram notabilem commoretur;quia egressus ille non dicitur fuisse sine licentia, & censuræ non incurruntur ab his,qui eo modo diuturnam extra monasterium moram habent. Quemadmodum ingrediens ex iusta causa, & cum legitima licentia non ligatur censura,si tem habeat in monasterio cum Moniali, prout vult Zerol.*in praxi in 2.edit.part.1. verb. Moniales, ad octauum quæsitum vers.*4.

Meminisse tamen oportet transgredientes clausuram modico ingressu, non peccare mortaliter, & à censuris contra transgressores promulgatis excusari. Modicum ingressum existimat Graffis 1.*p.decis.lib.*4.*c.*22.*num.*15. quando ingrediuntur per duos pedes, vel quasi,& postea retrogrediuntur,idem dicendum est de Moniali exeunte ex clausura. Sanchez tamen id non probat,dicens esse verum ingressum,vel egressum sufficientem ad culpam mortalem, & ad censuras incurrendas, si fiat per duos pedes ingressus in Monasterium,vel egressus per totidem extra clausuram, quia eo modo datur perfecta transgressionis ratio,quæ non reperitur perfecta,quando pars corporis est intrà, & pars extrà;aut quando maior pars corporis est intrà,aut extrà, dummodo totū corpus non est intrà,aut extrà, respectu ingressus, aut egressus.Vnde non comprehenditur qui est in ostio,vt notat gloss.*c. cùm sanctā,verb.Vir ergo, de pœnit.dist.*6. quæ sententia est satis scrupulosa.ideo magis placet,Graffis dicens non incurri transgredientes clausurā per duos pedes vel quasi, postea retrogrediantur,quia modicū, excusat à mortali.

Ad extremum ex verbis Concilij *sess.*25.*cap.*5. *de regularib.* dicentis: *nemini liceat cuiuscunque generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerint, ingredi intra septa monasterij*; oritur dubium, an comprehendantur pueri sub hoc decreto ante vsum rationis? Respondeo est negatiua: quia prohibitio directè non cadit in ipsos infantes, nec ipsi sunt capaces præcepti, nec prohibitio indirectè redundat in admittentes illos:non enim talis cooperatio est prohibita, nisi quantum ipsa de se fuerit mala, supposita culpa in ingredientibus: igitur ex neutra parte hic ingressus est prohibitus, ita Nauarrus *in summa cap.* 28. *addit.2.ad numer.*143. *cap.*25. *& comment.* 4 *num.* 54.*vers. decimoquintò quæritur*, Henriquez *lib.* 4. *de pœnit. cap.* 5. *num.* 2. *in commento littera M. & lib.* 13. *de excommunic. cap.* 43. *numer.* 3. *in commento littera S.* Azor. 1.*p. lib.* 13. *cap.* 8.*q.* 5. & Sorbus *in priuilegia Mendicantium* 2. *p. verb. ingressus monasteria Monialium,in suis annotationibus num.*2. quoniam mens Concilij est sub suo decreto comprehendi habentes vsum rationis. Idem ostenditur ex fine Concilij volentis excludere à monasterio Monialium pacem earum perturbantes, & ad malum incitantes; quæ non reperiuntur in ingressu horum infantium. Quando verò ambigitur, an pueri habeant vsum rationis, si nondum septennes sunt,non prohibentur ingredi:secus,si sint septen[n]e[s]: nam vsus rationis septennio exacto adest, & ante eam ætatē non præsumitur, sic Ioan. Andr. *cap. iuuenis, de sponsalib. n.*9. vbi Anchar. *num.* 4. Henricus *c. accessit n.*2. *de despons.impub.* & Ludouic.Lop.*2.p.instruct. de matrimonio cap.* 37.*fol.*1039.*col.*2. *in fine.* Quare septennio completo nequeunt ingredi, nisi constet esse doli incapaces. Henricus *d. cap. accessit, numer.* 2. *de despons.impub.*

Difficultas est de perpetuò amentibus, qui nunquam vsum rationis habuerunt, & sunt in ætate grandiori? Suar. censet peccare grauiter contra prohibitionem Concilij admitti huiusmodi amentes, seu perpetuò stolidos; & quamuis ipsi non peccent, peccare tamen admittentes, sequitur Sanchez *lib.* 6. *in præcepta cap.* 16. *num.*8.*vers.sed tandem sententiam*; ex ea ratione, quia hi quamuis sint culpæ incapaces, ad peccatum incitare possunt, & loquitur sæpe non solùm iocosa, & vana, sed etiam turpia, & turpiter iocantur, quæ non decent audiri à sanctis Virginibus, ita Nauarr. *comment.* 4. *num.* 155.*vers.*15.*quæritur*, & Llamas *in methodo curationis*, in appendice, quam ponit *in fine in* §. 8.

De puellis quid dicendum ante septennium? Manuel in expositione Motus proprij Pij Quinti interdicentis ingressum mulierum in monasteria virorum, & Sorbus *in priuilegia mendicantium* 2. *p. verb. ingressus in monasteria Monialium, in suis annotationibus,n.*1. Sentiunt non licere puellis sex annos excedentibus ingredi Monialium monasteria,eo quia in ea ætate iam vsu rationis videntur potiri. Alij licitum esse dicunt ingressum vsque ad septennium completum: secus pòst, Cordubens. *in summa q.* 60. *in fine*; alij denique absolutè putant tam pueros, quàm puellas non ligari sub prohibitione, donec rationis vsum habeant, quia ante illam sunt culpæ expertes,& ex consequenti euadunt excommunicationem ingrediendo monasterium, Henriquez *lib.* 4. *de pœnit.cap.*5. *num.*2. *in commento littera M.* & Sanchez *in præcepta Decalogi lib.* 1. *cap.* 12. *numer.* 8. vbi ait puerum doli capacem incurrere excommunicationem, si clericum percutiat, ex *c. pueris*, iuncta glossa *verb. pueris*, *de senten. excommunic.*

Ex his quoque decidi potest,an Episcopus possit Monialibus ex causa iusta concedere licentiam exeundi de quibuscunque monasteriis; etiam si- 13

bi non subditis, & quæ causæ dicantur licitæ ad exeundum? Prima pars supponit ex causa iusta posse Moniales egredi, & constat exigi iustam, & grauissimam, quia res est grauissima, ex *cap. periculoso, in principio, de statu regular. in 6.* per hæc verba: *Nulli earum tacitè, vel expressè professæ sint, vel esse valeant, quacunque ratione, vel causa,* &c. *monasteria ipsa deinceps egrediendi facultas concedatur.* concordat Trident. *sess. 25. cap. 5. de regular.* ibi: *Nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda.* Et denique Pius Quintus in Motu proprio, incipit, *Decori, & honestati,* edito anno 1569. Kalendis Februarij sic loquitur, ibi: *Ordinamus nulli Abbatissarum, Priorissarum, aliarúmve Monialium de cætero, etiam infirmitatis, seu aliorum monasteriorum etiam eis subiectorum, aut demorum parentum, aliorúmve consanguineorum visitandorum, aliáve occasione, & prætextu, nisi ex causa magni incendij, vel infirmitatis, lepræ, aut epidimiæ à monasteriis exire; sed nec in prædictis casibus extra illa, nisi ad necessarium tempus stare licere.* sic Pius Quintus. Et quamuis Trident. generaliter tantùm rem rigerit, & *c. periculoso*, & Pius Quintus ad causas speciales descenderint, non proterea commisit Episcopo, quòd esset causa legitima arbitrio illius declaranda; sed Episcopi arbitrio commisit determinare, an causæ propter quas Moniales possunt procurare egredi ex Monasteriis sint causæ veræ, ac tales, quales petuntur tam in prædicto *c. periculoso*, quàm in prædicto Motu proprio, de quibus paulo pòst.

Resolutio ergo sit. Moniales omnes professæ omnino probibentur, ne monasterio egrediantur, nisi interueniente causa legitima exeundi approbanda ab Episcopo, indultis, & priuilegiis non obstantibus. Quæ conclusio obligat, & comprehendit omnes, & singulas totius orbis, & cuiuscunque Ordinis Moniales. Item loquitur cum Episcopis vniuersis, & de Monasteriis sibi subiectis, & non subiectis, dummodo sint professæ, ibi: Nemini liceat post professionem, quod extenditur tam ad tacitam, quàm expressam: est enim vtraque professio simpliciter emissa in quibuscunque monasteriis Monialium, etiam si viuant sub gubernatione Militiarum, etiam Hierosolymitanæ sub quacunque regula. Esse autem hanc mentem Concilij, & Pij Quinti, est in confesso, non posse scilicet Moniales exire à quocunque monasterio sine causa iusta ab Episcopo approbanda. ita Campanil. *in diuersor. iur. canon. rubr. 12. c. 16. n. 22. prope finem*, & Armendariz *in additionibus ad dictum librum secundum tit. 18. l. 7.* quos refert, ac sequitur Barbos. *de offic. & potest. Episcopi, alleg. 102. n. 28. prope finem*: secundùm quos Monialibus nunquam licet exire à monasterio etiam cum causa iusta, nisi de communi consensu superioris regularis, & Episcopi Diœcesani: quòd si Moniales, quæ Regularibus subiectæ sunt, sine Bulla, & licentia Episcopi exierint, non obstante licentia suorum superiorũ Regularium, tam Moniales, quàm earum superiores puniri possunt à Diœcesano censuris, & aliis iuris remediis, vt decisum referunt Campanil. & Armendariz *suprà*.

Nauarrus tamen *cons. 6.* incipit, *Tam generalis, sub n. 6. de statu monach.* ait requiri approbationẽ Episcopalem, quando Moniales exire volunt de monasteriis Episcopo subiectis, atque ita exemptis, quòd Romano Pontifici immediatè subbuntur, secus quando Regularibus subditæ sunt: tunc enim satis est licentia superioris Regularis, sequitur Ludouicus Miranda in manuali Prælatorum *q. 3. de clausura Monialium art. 6.* quibus accedit Fr. Emmanuel *q. regular. tom. 1. q. 49. art. 6.* dicens sufficere solùm licentiam Prouincialis, seu generalis absque approbatione Episcopi. Nihilominus vrget Concilium, dum ait *d. c. 5.* causam ab Episcopo approbandam, & cogit constitutio Pij Quinti anno 1569. ita disponens, cui adhæret tenaciter Confectius *de priuilegiis Ordinum mendicantium tit. 20. c. 4.* firmans in illis tribus casibus, de quibus loquitur Pius Quintus, & sic de cæteris, desiderari licentiam Episcopi, & Regularium in monasteriis, quæ Regularibus sunt subiecta, vbi expressis verbis Motus ille proprius petit licentiam vtriusque superioris; nec differt Azor. *part. 1. instit. moral. lib. 13. c. 8. quæst. 1. vers. item quærebatur*, tradens absolutè in monasteriis, quæ subsunt Regularibus, exigi Episcopi, & superiorum licentiam; idem vult Capuccinus *in annotationibus ad compendium priuilegiorum Mendicantium, verb. clausura Monialium, ad finem*, loquens de tribus illis casibus, quales sunt, qui sequuntur.

Porrò causæ ob quas possunt exire è monasterio, referuntur à Pio V. scilicet magni incendij, infirmitatis, lepræ atque epidimiæ: an verò huiusmodi casus extendi possint ad alios similes? Pars negans ex eo probatur, quia Pius Quintus strictè in sua constitutione interdixit exitum Monialibus à suis Monasteriis, exceptis tribus illis casibus, extra quos posuit excommunicationẽ ipso facto contra Moniales aliter exeuntes, & contra concedentem licentiam egrediendi quoquo modo, ac denique contra concomitantes easdem Moniales: igitur non est contradicendũ, nec extendendum, ita Fuscus *de visitatione lib. 2. c. 18. n. 17.* Gutier. *canon. lib. 1. c. 14. per totum*, Aloys. Riec. *in praxi fori Eccl. decis. 545. in 1. edit. & resolut. 541. in 2. edit.* vbi respondet cõtrariis argumentis, sequitur Ludouic. Miranda *in manual. Prælat. tract. de sacris Monialibus, q. 3.* praxis Episcopalis *p. 1. verb. Moniales, §. 16. vers. secũdo, & p. 2. eodem verbo in fine*, vbi addit sic declarasse sacram Congregationẽ: quibus accedunt Zerol. *in praxi in nona edit. 1. p. verb. Moniales ad decimum sextum quæsitum, dub. 2. & p. 2. verb. Moniales, in fine*, & Campanil. *in diuersor. iur. Canon. rubr. 12. c. 16. n. 22.*

His tamen non obstantibus dicendũ est casus illos tres exceptos extendi posse ad alios similes, in quibus eadem, aut maior ratio reperiatur. ita Nauar. *in com. 4. de regul. n. 48. & in c. statuimus 19. q. 3. n. 49.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 8. q. 1. vers. 3.* & Ioã. de la Cruz *de statu Relig. lib. 1. c. 5. dub. 4. vers. an verò liceat*, dicentes tres illos casus à Pio Quinto in sua constitutione exceptos, ampliari ad alios similes. Quinimò Llamas *in methodo curationis in append. §. 10.* & Sanch. *in præcep. Decal. lib. 6. c. 15. n. 37.* indistinctè, & absolutè volunt licitũ esse Monialibus egredi ob alias causas iis similes, quas Pius Quintus expressit. Dummodo casus obstent cõmuni bono Monasterij, ac Monialiũ, vt colligitur ex *c. pericul. in principio, de statu reg. in 6.* & in Motu proprio Pij V. qui incipit, *Circa pastor. de ann. 1566.* vbi in omnibus, & per omnia in eo contenta confirmantur, & propter solam communis boni Monialium rationem egressus permittebatur, vt apparet ex his verbis: *Nisi fortè tanto, & tali morbo euidenter earum aliquam laborare constaret, quòd non posset cum aliis absque graui periculo, seu scandalo commorari.* Vnde videtur non extendi ad casum, qui respicit solum commodum Monialis

priua

priuatum, sed ad casum respicientem commune religionis bonum, quod præpooderat bono priuato cuiuscunque, & ex egressu maximum clausuræ in commune religionis bonum statutæ detrimentum venit; neque periculum ex morbo consurgens, & ab intrinseco morbo proueniens, egressu cessat statim; sed Monialem ipsam comitatur. Quare non potest iustè concedi licentia Moniali egrediendi claustro, vt curetur morbus ita periculosus, vt desperetur salus, nisi ipsa egrediatur; est enim casus priuatæ vtilitatis: secus quando est morbus contagiosus, etiamsi expressus in motu proprio non reperiatur; qualis est morbus Gallicus, morbus sancti Lazari, & ignis D. Antonij, quando scilicet intra septa Monasterij huiusmodi morbis medicina applicari nequit sine periculo graui contagionis contra reliquas Moniales emergentis: sunt enim casus similes, prout docent Llamas *vbi supra in appendice in fine*, posita *in* §.10. Sanchez *d.c.*15.*n.* 43. vbi *n.*44. ait idem esse dicendum, si timor sit belli imminentis faciendi ab infidelibus, quando ipsæ Moniales detrimentum patiuntur, nisi in tutum locum se recipiant: ita Nauarr. *comment.*4. *n.* 48. *de regularibus*, Azor. *suprà d.lib.*13.*c.*8.*q.*1.*ad finem, vers. tertiò quæres*, quoniam est casus similis exceptis à Pio Quinto. Et, ne multus sim in eadem re, operæ pretium erit hoc loco referre eandem constitutionem Pij Quinti, vt ex ea constent casus quos excepit, & qui similes eisdem sint, & possunt esse affines. Tenor autē constitutionis est sequens.

Decori, & honestati omnium Sanctimoonialium, quarum IESVS Christus Dominus noster sponsus est, vt in puritate, & castitate superædificantes in ipso feliciter inhabitare valeant, consulentes ea, quæ illarum existimationi detrahere possent, decet nos consultò summo verè sanè periculo, & scandalo plena res est, ac regulari obseruantiæ vehementer aduersatur, Sanctimoniales aliquando parētes, fratres, sorores, aut alios agnatos, nec non monasteria, & alia filiatioocs nuncupata, etiam eis subiecta visitandi, aut infirmitatis causa, aliovè prætextu à Monasteriis exire, & per sæcularium personarum domos discurrere, & vagari, quo vel vti colore eximium quoque honestatis, & pudicitiæ decus in discrimen committunt. Vnde nos malu huic pro nostro pastoralis officij debito salubriter occurrere volentes, inhærentes etiam decreto sacri Conc. Triden. de clausura Monialium disponenti, ac aliis nostris litteris super huiusmodi clausura editis adiicientes volumus, sancimus, & ordinamus, nulli Abbatissarum, Priorissarum aliorumvè Monialium etiam Carthusien. Cistercien. sancti Benedicti, & Mendicantium, & quotuncunque aliorum Ordinum etiam militarium, ac statuum, graduum, conditionum, dignitatum, ac præeminentiarum existentiū etiam è Regia, vel Illustri prosapia ortarum, de cætero etiam infirmitatis, seu aliorum monasteriorum, etiam eis subiectorum, aut domorum parentum, aliorúmve consanguineorum visitandū, aliáve occasione, & prætextu, nisi ex causa magni incendij, vel infirmitatis lepræ, aut epidemiæ, quæ tamen infirmitas, præter alios Ordinum superiores, quibus cura Monasteriorum incumberet, etiā per Episcopum, seu alium loci ordinarium, etiamsi prædicta Monasteria ab Episcoporum, & ordinariorum iurisdictione exempta esse reperiantur, cognita, & expresse in scriptis approbata sit, à Monasteriis præfatis exire: sed nec in prædictis casibus extra illa, nisi ad necessarium tempus stare licere. Aliter autem, quàm vt præfertur egredientes, seu licentiam exeundi quomodocunque concedentes, nec non comitantes, ac illarū receptatrices personas, siue laicas, aut sæculares, vel Ecclesiasticas cōsanguineas, vel non, excōmunicationis maioris latæ sentētiæ vinculo, statim eo ipso absque alia declaratione subiacere, à qua, præterquā à Rom. Pontifice, nisi in mortis articulo, absolui nequeāt. Et insuper tam egressas, quàm præsidētes, & alios superiores prædictos eis licentiā huiusmodi cōcedentes, dignitatibus, officiis, & administrationibus per eas, & eos tunc obtētis priuamus, illas, & illos ad obtenta, & alia in posterū obtinēda inhabiles, nec non licentias, & facultates, seu indulta, & priuilegia exeundi à Monasteriis, & extra illa standi, à nobis, seu alio Rom. Pont. prædecessore nostro, ac Sedis Apost. Nunciis, & Legatis etiam de latere, ac maiore Pœnitentiario, aut Ordinum prædictorum superioribus, aliisque personis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis restitutiuis, præseruatiuis, mentis attestatiuis, etiam nouam gratiam, & datam concedentibus, aliisque efficacioribus, & efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie etiam motu proprio, & ex certa scientia de qua Apostolicæ potestatis plenitudine etiam Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principum, nec non S.R.E. Cardinalium intuitu, & contemplatione, ac instantia, vel alias quomodolibet cōcessa, quæ prorsus abolemus, ac litteras desuper confectas, & in posterum concedendas, & conficiendas, nullas, & inualidas, nulliusque roboris, & momenti fore, nec illas habentibus, & habituris suffragari posse, & ita per quoscunque Iudices, &c. Non obstan. &c. Dat. Rom. Kal. Februar. 1570.

Sed de hac re iam forsan multis videbor multus, proinde transgrediamur aliò; nimirum an Episcopus possit concedere regularibus licentiam eundi ad studia? Quæ difficultas non habet locū in religiosis exemptis, quorum Episcopus non est Prælatus, sed de illis, qui non sunt exempti ab Episcopo, & tam contra exemptos, quàm non exemptos euntes ad studia sine authoritate suorum superiorum extat excommunicatio *in c.* 2. *ne clerici, vel Monachi in* 6. in quam incurrunt accedentes ad quæuis studia, nisi à suo Prælato cum consilio Conuentus, vel maioris partis licentiam obtineant, quibus positis Syluest. *verb. excommunicatio.*9.*casu* 25.*n.* 55.*q.* 2. affirmat posse Episcopum dare licentiam hanc in Monasteriis non exēptis, cùm sit superior ipse immediato Prælato. Nihilominus gloss. *in eo c.*2. in casus positione, & *ibi* Ioan. Andr. *n.*1. Anchar. *n.*2.*notab.*2. D. Antonin. 3. *p.tit.*24.*c.*53. & Sayr. *de censuris lib.*3.c.33.*n.*23. negant Episcopum posse absque consensu Abbatis concedere hanc licentiam, quia textus loquitur de immediato Prælato Conuentus, qualis non est Episcopus; quinimò Tabien. *verb. excommun. casu* 33.*in principio*, vult nec satis esse licentiam Episcopi cum consilio maioris partis Conuentus. 14.

Adde posse Episcopum dispensare in voto paupertatis facto ab aliquo dum est in sæculo, quamuis sit de paupertate absoluta, quam promittunt Religiosi, per quod obligantur ad non acquirendum sibi aliquid, neque ad disponendum de illo pro sua voluntate; quare cùm sit votum simplex, potest Episcopus dispensare in eo. Nauarr. *lib.*3.*tit. de voto cons.* 9. *n.* 4. *& comment.* 1. *de* 15.

*regularib.n.21.vers.*19. Est enim Episcopus in rebus spiritualibus superior, & ideo ab eo petenda est licentia ad huiusmodi acquisitionem, dispositionem, & vsum earum rerum, quas acquisiuit Sanchez *lib.7.cap.*18.*n.*31.*&* 32.

16. Quaeri item potest, an Episcopus in aliquo casu possit absoluere Religiosos exemptos? Pars negans est certa, non posse Episcopum sine licentia superioris exemptorum, & absque illa nulla est Episcopo in eos iurisdictio. Ex superioris tamen licentia possunt exempti se subiicere Episcopo, vel cuicunque etiam capaci potestatis absoluendi, & dispensandi. Molina *tom. 4. de iustitia disp.*61. *num.*3. Quòd si superior nequeat absoluere suos religiosos exemptos, tunc enim potest Praelatus subiicere religiosum subditum Episcopo loci, in quo religiosus ipse commoratur, censetur enim Episcopo illi subiectus. Sanchez *in praecepta Decalogi lib.4.cap.* 39.*n.* 32. *&* 35. vbi

17. addit posse absolui exemptum ab Episcopo ex tacita Religionis licentia, puta si Praelatus est excommunicatus denunciatus, aut decessit, aut abest longè, ita Henriquez *lib. 6. de poenit. c.* 16. *num.*8. *in commento littera T.* post D. Antoninum 3.*p.tit.*24.*cap.vltim.*§.1.*vers.& notat, quod propter,* vbi sic ait: *In casu quo regularis excommunicatus non haberet Praelatum, qui esset Sacerdos, vel si esset defunctus ipse Praelatus, vel excommunicatus, ad Dioecesanum recurrendum est,* secundùm Hostiensem; sequitur Syluester *verb. Apostasia q.* 8. *numer.* 11. *ad finem*, vbi ait super exemptum nullam habere Episcopum authoritatem, nisi fortè in foro conscientiae absolutio in defectu Praelati concedenda sit.

18. In votis an possit exemptus ab Episcopo dispensari? Neg. *gloss. final. in Clementina penultima, de senten.excommunic.* dicens exemptum non posse exemptioni cedere, & se subiicere Ordinatio sine licentia; quia exemptio est inducta in fauorem Religionis: ideo obtenta superioris licentia exempti possunt subiici Episcopo, vt ab eo absoluantur, & cum eis dispensetur, ita Syluester *in summa verb. absolutio* 5. *num.* 2. *vers.quantum ad exemptos.* Soar. *tom.*4. *disp.* 39. *sess.* 2. *num.*3. vbi vult hoc praxi receptum tam in absolutionibus, quàm in dispensationibus, idem vult Molina *tom.4. de iustitia disp.*61. *num.* 5. Auila *de irregularitate loquens de censuris* 5.*p.cap.*7. *disp.* 1. *dub.* 6. quod etiam procedit in casibus reseruatis, & in aliis quae conceduntur in Tridentino *sess.* 14. *de reformat.cap.* 6. Episcopis erga suos subditos: atque ita potest regularis de licentia sui Praelati, quamuis sit exemptus, se subiicere Episcopo, vt eum absoluat, & cum eo dispenset, sic Molina suprà *num.4. corollario* 2. Henriquez *lib.* 10. *de sacramento Ordinis cap.*10.*num.* 2. *& in commento littera H.* & Suar. *d.disp.*30.*sess.* 3. *num.* 3. *& tom.*5. *in tertiam partem, disp.* 41. *sect.* 2. *num.* 12. & alij, quos referens sequitur Sanchez *d.cap.* 39. *numer.* 33.

Quinimò si Praelatus ipse, & subditi illius egeant absolutione, aut dispensatione, poterit semetipsum, & subditos ad hunc effectum subiicere Episcopo; potest enim vti licentiis, quas concedere potest subditis, Sanchez *d.lib.*4.*cap.*37. *num* 39. & Henriquez *lib.*7. *de indulgentiis cap.* 25. *num.*2. & Suar. *d.tom.*5. *disp.* 41. *sect.* 2. *n.* 12. quod procedit, quando potestas absoluendi, quae non est in Praelato immediato religionis, non est etiam in Prouinciali, aut alio maiori superiore, quia si haec facultas sit in Prouinciali, nequit Episcopus absoluere, nisi de consensu Prouincialis, nec sufficit consensus superioris immediati.

De Monialibus, quae sunt subditae Episcopis, manifesti iuris est ipsos posse absolui ab excommunicationibus, & dispensari cum illis, vittute decreti Tridentini *d.c.*6. Sanch. *d.c.*39. *n.* 34. Non tamen competit haec potestas Abbatissae respectu Monialium, cùm sit incapax, nisi ex speciali Pontificis potestate, quam hactenus non legimus concessam; quoniam potestas dispensandi est iurisdictionis spiritualis, Lessius *lib.* 2. *de iustitia cap.*40.*dub.*13.*n.*107. & Soarez *tom.* 2. *de Religione tract.de voto lib.*6.*c.*10.*n.*15. 19.

Quid ergo de Monasteriis commendatis dicendum, vbi Religiosa obseruantia custoditur? Respondeo Episcopum posse, & debere admonere Praelatos illorum, vt visitent, & violatores obseruantiae corrigant, qui si intra sex menses superiores visitare neglexerint, Episcopus visitare poterit, non obstante quocunque priuilegio, aut appellatione, iuxta Concilium Tridentinum *sess.*21. *c.*8. Fr. Emmanuel *tom.*1 *regularium q.*36. *art.*3. *per totum*, & Campanil. *in diuersor.Iur.Canon.rubr.*12.*c.* 13.*n.*50. Quando verò in commendatis Monasteriis non viget obseruantia regularis, quamuis sint exempta, possunt illa annis singulis visitari ab Episcopis, etiam tanquam Apostolicae sedis delegatis, iuxta Concil.Triden. *d.c.*8. *& sess.*25. *de regular.cap.* 11. & vult Armendar. *in additionibus ad recopil. legum Nauarra lib.* 1. *tit.* 6. *l.* 5. *numer.*99.§.2. 20.

Insuper Episcopi, qui incumbunt correctioni, & visitationi exemptorum tanquam Sedis Apostolicae delegati, possunt procedere contra impedientes Conseruatores: quin etiam, si regulares dum ingredi vult ob causam visitationis fores clauserint, integrum est vim inferre illis, & ostia frangere; prout docent Innocent. *in c. venerabili, de censibus.* Fusc. *de visitatione lib.*2.*c.*19.*post num.* 1. & Campanil. *rubr.*12.*c.*13.*n.*52. 21.

Praeterea Episcopus potest cogere regulares, vt interdicta, & excommunicationes ab eo latas publicent in eorum Ecclesiis, si ipse praecipiat ad eas seruare tenentur, habetur in Concilio Tridentino *sess.*25. *de regularib.cap.*12. quod antea dispositum erat *in c.cum & plantare*, §. *excommunicatos, de priuilegiis*, Francisc. Leo *in thesauro for. Ec. clesi.part.*1.*c.*8.*n.*19. Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol.* 210.*vers.*5. Fr. Ioan. de la Cruz *de statu Religionis lib.*2.*c.*7.*dub.* 2. Fr. Emmanuel *in addit. ad Bullam Cruciata fol.mihi* 29. Henriq. *in summa lib.*13.*c.*42. §.3. *in fine*, Cochiet *de iurisdictione Ordinarij in exemptos part.*2.*q.*45. *n.* 46. Item teneri regulares etiam priuilegiati vitare excommunicatos, & nominatim interdictos, vt *in d.* §. *excommunicatos*, vult Abbas *ibi n.*1. Couar. *in c. Alma, part.*1.§.1.*n.*2. & Barbos. *eodem*, §. *excommunicatos n.*13. *&* 14. ex ea ratione, quia quamuis regulares exempti nequeunt excommunicari ab Ordinariis, ex hoc non sequitur, quòd non debeant vitare alios, qui ab Ordinariis sunt ritè excommunicati, eo quòd obligatio vitandi nominatim denunciatos non procedit ex iurisdictione Ordinarij excommunicantis, à qua sunt exempti, sed prouenit ex lege ita disponente, à qua regulares non eximuntur, Vgolin. *de censuris tabul.* 1. *cap.* 13. §. 8. & Barbos. *vbi proximè d. numer.*14. *ad finem.* 22.

Multo

23. Multo fortiùs potest Episcopus compellere clericos suæ Diœcesis quantumcunque exempti, vt promulgent interdicta, & excommunicationes à se latas, & deuitent nominatim interdictos, & excommunicatos, per textum *in d. c. cùm & plantare*, & *ibi* Barbos. *n. 24. verb. nominatim*, vbi addit nominatim excommunicatos dici, quando proprium nomen exprimitur, vel aliquo indubitabili signo demonstratur. Similiter potest cogere exemptos, vt accedant ad processiones publicas, si beneficia habeant etiam simplicia in Diœcesi sua, aut officia Ecclesiastica. Aloys Ricc. *in collectaneis decis. part. 4. collectan.* 882. *in principio.* vbi de beneficiis. Balb. *decis.* 339. *part. 2. vbi offic. Eccles.* Secus de Sacerdotibus nullum officium, aut beneficium Ecclesiasticum obtinentibus in ciuitate, vel Diœcesi: hos autem non esse ab Episcopo compellendos processiones aliquas comitari, refert decisum in sacra Congregat. Armendariz *in addit ad recopil. legum Nauarra tit.* 14. §. 31. *de processionibus n.* 12.

24. Denique potest Episcopus excommunicare regulares administrantes Sacramenta clericis, vel laicis Eucharistiæ, & Extremæ vnctionis, vel matrimonij sine licentia Parochi, *Clementin. 1. de priuilegiis*, vbi Barbos. *n. 3. pag.* 122. addit ipso facto esse excommunicatos regulares Sacerdotes sine licentia speciali Presbyteri matrimonia ministrantes, siue solennizantes: nec posse sine Ordinarij licentia indulgentias publicare, quas à Summo Pontifice impetrarunt, subsunt enim Episcopi iurisdictioni, ex Concilio Tridentino *sess. 6. de reformat. c. 3. & sess. 24. c. 11. de reformat.* Barbos. *de offic. & potest. Episcop. alleg.* 105. *numer.* 69.

Quid possit Episcopus circa festa noua instituenda, & circa Missarum numerum reducendum.

§ VII.

EPITOME.

1. *Episcopus in sua diœcesi an possit noua festa inducere?*
2. *Festa sacra cum clero, & populo potest Episcopus indicere in honorem alicuius Sancti in Sanctorum numerum relati.*
3. *Episcopus sine populo præsente, aut ad id vocato, an possit dies festos sacrare Sanctis, qui non sunt per summum Pontificem in Sanctorum numerum adscripti?*
4. *Festa de præcepto obseruanda potest Episcopus inconsulto populo in Synodo indicere.*
5. *Episcopus potest cogere regulares, vt in concionibus, aut in offertorio Missarum conuentualium declarent populo dies festos de præcepto obseruandos, & ieiunia obligatoria illius hebdomada.*
6. *Princeps sæcularis procedere potest contra laicos non obseruantes festa Ecclesiastica.*
7. *Princeps sæcularis non potest facere dies festos sine authoritate Episcopi.*
8. *Laici possunt statuere pœnas contra violantes festa Ecclesiastica.*
9. *Episcopus potest abrogare dies festos, vel subrogare illos.*
10. *Episcopus non potest prohibere in festo ea, quæ de se sunt licita sub excommunicatione.*
11. *Episcopus an possit in sua Diœcesi instituere ordinem diuersum recitandi ab officio Romano?*
12. *Episcopus non potest reducere ad minorem numerum Missas, quæ fuerunt impositæ in fundatione Ecclesiæ.*
13. *Episcopus nequit reducere ad minorem numerum Missas beneficiorum in sua fundatione certum numerum exigentium.*
14. *Episcopus nequit reducere ad minorem numerum Missas particulares votiuas, aut pro defunctis, quando à particularibus petuntur datis iustis stipendiis.*
15. *Episcopus sine Synodo congregata potest reducere Missarum numerum ad minorem, & quid de Generalibus Ordinum, seu Abbatibus?*
16. *Episcopus an possit dispensare, vt Missæ dicantur in Altari diuerso, si non possunt dici in loco constituto.*
17. *Missæ augendæ eleemosyna cui datur potestas.*
18. *Missæ pro quibus datur pingue stipendium, an pro paruo dici possint?*
19. *Missa etiam de Sancto in Altari priuilegiato pro defunctis dici possunt sine dispensatione Episcopi.*
20. *Episcopus an possit mutare voluntates pias defunctorum, & legata relicta.*

DVBITATVR primò, an Episcopus in sua Diœcesi possit noua festa inducere? Responsio est affirmatiua. Nauarr. *de horis Canonicis cap. 11. num.* 27. & colligitur ex *cap. nouit dist.* 12. ibi, *in qualibet Ecclesia*, & ibi, *Illustrissimus Cunha, num.* 2. non obligabunt tamen si populus ex causa rationabili contradicit, Sa *in summa verb. festum n.* 2. Posse autem Episcopum in sua Diœcesi constituere, vt aliqui dies festi colantur, ac celebrentur, tradit Felinus *in cap. c. num.* 18. *de sponsalib.* Couarr. *lib. 4. variar. c. 19. n. 4. vers. præter hos*, & Azor. *instit. moral. part. 2 lib. 1. cap. 26. q. 1.* requiritur tamen, vt vocetur clerus, & populus ab Episcopo, sine quibus præsentibus dies festos nequit instituere: adhibetur autem populus non, vt cum Episcopo instituat venerandos dies, sed potiùs, vt à populo audiat Episcopus, si fortè multiplicatis festis oneretur, & quæ festa fortè omitti possint, ita Petrus Gregorius *lib. 1. part iuris Canon tit. 19. c. 4. schol.* 3. Azor. *d. c. 26. q. 2.* 1.

Hæc de iure communi. De consuetudine est tamen introductum, vt dies festi populo minimè vocato sola Episcopi authoritate constituantur adhibito consilio clericorum. sic Butrius *in cap. final. de feriis*; quia in his, quæ tendunt in fauorem animæ, quilibet est subiectus Episcopo, *cap. cùm sit, de foro competent. cap. nouit, de iudiciis*, & hæc est verior opinio, quam sequitur Cassaneus *in Catalogo gloria mundi 3. p. consideral.* 48. Azor. *d. c. 26. q. 2. in fine* Nec refert *c. fin. de feriis*, quia ibi non ostenditur, nec decernitur Episcopis, quòd instituant festa vocato ad id clero, & populo, sed quòd festa indicta ab Episcopo celebrentur à clero, & populo, & in hac possessione sunt Episcopi ex voluntate saltem tacita Summorum Pontificum, 2.

quod intelligitur de festo Sancti iam in numerum Sanctorum à Pontifice relati, à quo solùm canonizatur, *cap. 1. de reliq. & vener. Sanctorum.*

5. Dubitatur secundò, an Episcopus sine populo, & clero possit dies festos sacrare iis, qui non sunt à Summo Pontifice in Sanctorum numerum adscripti? Cassaneus ex textu *in cap. conquestus 5. & vltimo, de feriis, verb. quas singuli Episcopi, suprà consid.* 48. *part.* 3. vult posse Episcopum in sua Diœcesi facere, quem voluerit coli pro Sancto, & hanc partem tenuit Panorm. *in d. cap. final. per textum ibi, & in cap. 1. de consecrat. dist. 3.* Contrarium tamen, non posse scilicet Episcopum sacrare dies festos illis, qui non sunt ab Ecclesia in Sanctorum numero collocati, est verius, sic Azor. *in d. cap. 16. q.* 4. ex gloss. *in cap. pronunciandum, de consecrat. dist.* 3. vbi decernitur non habere Episcopum hoc ius, quod etiam constat ex *cap. audiuimus, de reliq. & venerat. Sanctor.* vbi Alexander Tertius decreuit non esse integrum pro Sancto aliquem venerari sine authoritate Romanæ Ecclesiæ, idem docet Carrascus *cap. 2. num.* 32. super aliquas leges Recopil. Sanchez *in præcepta Decalogi lib. 2. cap. 43. num. 9. &* 11. quos sequitur Barbos. *alleg. 105. num. 36. & in d. c. vltimo, de feriis num.* 13.

4. Dubitatur tertiò, an possit Episcopus in Synodo indicere festa obseruanda sub præcepto inconsulto populo? Cassaneus *d. 3. part. consid.* 48. affirmat, quia ad actus spirituales peragendos consensus populi non est in consideratione; sicut apparet in electionibus faciendis de Prælatis; iuuat *cap. 2. de institutionibus.* Nec obest Panor. *in cap. final. de feriis*, quem pro contraria parte refert: non enim textus ait venerationem Sanctorum non esse inducendam, & decernendam per Episcopum cum clero, & populo; sed textus *ibi*, & textus *in d. cap. 1. de consecrat. dist.* 3. dicunt festiuitates Sanctorum esse venerandas per Episcopum cum clero, & populo, quod est diuersum, dictio namque posita cum clero, & populo, non coniungitur principaliter, sed accessoriè ad ipsum Episcopum, qui in spiritualibus est caput, & principalis: ideo potest in Synodo indicere festa obseruanda de præcepto absque consensu populi. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 19. numer.* 6.

5. Dubitatur quartò, an teneantur regulares in concionibus, aut in offertorio Missarum conuentualium declarare fidelibus dies festos in illa hebdomada occurrentes, & ieiunia contingentia? Fr. Emmanuel *quæstion. regularium tom. 1. quæst. 43. art.* 7. tradit regulares posse cogi ad hoc faciendum.

6. Dubitatur quintò hoc loco, an possit Episcopus procedere contra laicos non obseruantes dies festos? Affirmat decisio Pij Quinti *in sua constitutione 5. §. cùm verò, vers. in aliis autem*, Sotus *de iu-*
7. *stitia lib. 2. q. 4. art. 4. post medium*, & Conarruu. *de sponsalib. part. 2. c. 6. n.* 18. Princeps tamen sæcularis non potest subditis suis indicere, & præcipere, vt obseruent festum alicuius Sancti sine authoritate Episcopi, Azor. *2. part. instit. moral. lib. 1. c. 26. quæst.* 5. tanquam dies sacros, aut sanctos, ita Abbas *in c. quoniam, de feriis n.* 2. Non enim poterit Magistratus ciuilis dies festos, & sactos instituere, vel indicere, erit autem integrum illis præcipere, vt his diebus à negotiis abstineant, & litibus, iurgiis, & similibus functionibus ciuilibus vacent. *l. omnes dies. C. de feriis*, vbi statuitur, vt hi dies festi seruentur; non tamen tenentur rem diuinam audire, sed a seruilibus operibus se continere debent.

Porrò sæculares Magistratus possunt statuere pœnas contra violantes festa indicta ab Ordinario, *c. irreligioso, de consecrat. dist.* 3. Alderan. *in generali stat. interpret. conclus. 1. n.* 257. gloss. *in Clement. ne Romani, de electione, vers. tolli*, dicens posse inferiorē iure Canonico adiungere pœnam prohibitioni, & legi superioris, etsi contra legem superioris inferior nequeat statuere; potest tamen sæcularis prohibitioni de seruandis festis ab Ordinario statutæ pœnas adiicere, Couarr. *de sponsalib. 2. part. cap. 6. num. 18. per totum.* Quare quamuis Princeps sæcularis possit pœnas addere, tamen dies festos suis subditis indicere sine authoritate Episcopi nequibit, Abbas *in c. 2. n. 2. de feriis.* Quinimò consuetudo laicorum non poterit dies festos introducere, probatur, quia laici consuetudine nequeunt in electionibus Episcoporum vocem habere, vt per Firmian. *de Episcopo lib. 1. part. 3. quæst. 60. & lib. 2. part. 1. quæst.* 41. Selua *de benefic. part. 2. quæst. 23. n. 12. & n.* 21. & Balb. *de præscript. 1. p. 5. quæst. 7. n. 17. & q. 10. n.* 4. quia nulla datur facultas laicis disponendi de Ecclesiis, & de rebus Ecclesiasticis, siue in temporalibus, siue in spiritualibus, *c. bene quidem 1. dist. 96. verb. quibus nulla, de Eccles.* vt per Bellet. *disquisit. cleric. part. 1. tit. de fauore clericorū reali. §. 2. n. 2. & sequent.* igitur Princeps sæcularis non potest sine authoritate Episcopi facere dies festos. Idem dicendum est de Republic. vel ciuitate aliqua, ita Sylnester *verb. Dominica, in principio, n.* 2. & Sayr. *in claui lib. 7. c. 5. vers. quinta propositio*, eo quòd diei festi cultus est vnus ex actibus Religionis, quo Deus colitur; de cultu autem Dei Prælati Ecclesiastici solùm habent curam, & ideo Episcopus potest indicere dies festos de nouo, vel abrogare aliquos, qui ex particulari loci consuetudine, vel præcepto seruantur, aut alios subrogare, pront sibi visum fuerit magis expedire: nec non dispensare circa festa particularis consuetudinis, vel præcepti, & circa festa consuetudinis vniuersalis, vel præcepti vniuersalis Ecclesiæ, ex causa tamen iusta, non solùm cum particularibus, sed etiam cum vniuerso populo sibi subdito. Institutos autem festos dies Religiosi tenentur seruare, Sayr. *vbi suprà*, etiam si sint exempti, prout Concil. Trident. *sess. 25. de regul. c.* 12. statuit. 9.

Dubitatur sextò, an Episcopus possit prohibere in die festo ea, quæ sunt licita sub excommunicatione? Respondetur negatiuè, & nullam esse excommunicationem tradit Emmanuel de Saa *in summa verb. festum n.* 4. ex Nauar. Idem dicendum est de operantibus in diebus festiuis causa necessitatis, vel pietatis, si dicatur, vt nemo operetur etiam ex istis duabus causis sub pœna excommunicationis: erit namque sententia nulla quasi continens errorem intolerabilem, & contra ius expressum *in cap. final. de feriis, in fine*, vbi habetur, nisi necessitas vrgeat, vel pietas suadeat. Quòd si ista non fuerint in sententia expressa, debet accipi iuridicè sententia, nimirum, vt nullus operetur in diebus festis, nisi in casibus de iure permissis. Vbi tamen dubium esset, tradunt Sylnester *verb. Dominica, quæst.* 7. Nauarr. *in manual. cap. 13. num. 15. vers. admonemus* & Lud. Lopez *1. par. instruct. conscien. cap.* 52. vel abstinendum esse, vel consulendum Episcopum, sequitur Saa *suprà n.* 6. 10.

Dubita

11. Dubitatur septimò, an Episcopus in propria Diœcesi possit instituere ordinem diuersum recitandi ab officio Romano? Nauarr. *de horis Canon. cap.* 11. *num.* 27. ait posse Episcopum noua officia ordinare, non obstante, quòd Pius Quintus in motu Breuiarij videatur appellare prauam consuetudinem Episcoporum, eo, quia non agit de Episcopis, qui mutant formas suorum Episcopatuum, sed loquitur de illis, qui mutant formam Romanæ Ecclesiæ: additque *numero* 16. integrum esse Episcopis ex rationabili causa dispensare, vt subditi secundum aliam formam diuersam à forma sui Episcopatus pensum horarum soluant; sed de his Illustrissimus Cunha *in cap. nonis dist.* 12. *& in cap. de ys, eadem distinctione, & in cap.* 1. *dist.* 91. *num.* 11. cui addidit *fol.* 879. *num.* 5. posse Archiepiscopum Braccarensem Breuiarium, quo Ecclesia Braccarensis vtitur, editum ducentis annis ante editam Bullam Pij Quinti, cum suis Capitularibus de nouo emendare, nec non reformare aliquid addendo ex Romano, vel detrahendo, & in meliorem formam illud reducendo. Probatur, quia ex iure communi licet Episcopis gubernare Ecclesias suas absolute, nouos ritus inducere quoad diuinorum Officiorum celebrationem, vt deducitur ex *cap. nonis.* & ex *cap. quando, de his, quæ fiunt a Prælato sine consensu Capituli,* Azor *part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 13. *quæst.* 11. & Nauarr. *lib.* 3 *consilior. tit. de regularibus cons.* 79 *num.* 2. ergo similiter poterit Breuiarium suæ Diœcesis addendo nonnullis innouare, mutare, & in meliorem vsum reducere. Iuuat post constitutionem Pianam Breuiarium Compostellanum a Domno Gaspare Assunicha sine authoritate Capituli & inconsulto Romano Pontifice reformatum, & emẽdatum fuisse: & Breuiarium, quo vtitur Sanctissimus D. Benedicti Ordo omnium Monachorum consensu hisce temporibus etiam reformatum audiui. Quibus argumentis, ac rationibus ductus, & consultus respondi posse Prælatum Braccarensem Breuiarium remoto omni scrupulo de consensu Capituli emendare, innouare, & ad meliorem formam, additis multis, & sublatis aliis, reducere; secundùm Nauarrum *de oratione, cap.* 12. *num* 27. vbi concludit posse Prælatos in suis Ecclesiis proprias recitandi formas inducere, & veteres reuocare.

12. Dubitatur octauò, an Episcopus possit reducere ad minorem numerum Missas, & Sacrificia imposita in fundatione Ecclesiæ? Responsio est negatiua, ita Congregatio censuit ex decreto Conc. Trident. *sess.* 25. *cap.* 4. vt refert praxis noua *part.* 2. *cap.* 3. *num.* 31. Miranda in manuali Prælatorum *tom.* 1. *quæst.* 41. *art.* 12. *concl. vnica, prope finem*, & Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. resolut.* 341. *num.* 4.
13. *& sequent.* Idem dicendum est de numero Missarum certo posito in fundatione beneficiorum, in quibus onera annexa, quamuis sint grauia, adimpleri debent, & potest minui numerus Missarum vigore Concilij Trident. *cap.* 4. *sess.* 25. *de reform.* secũdùm quod aliarum Missarum numerus temperari potest. Non enim decretum illud extenditur ad numerum Missarum in fundatione beneficiorum posit. [illegible], vt suprà declarauit Sacra Congregatio anno 1597. die 3. Martij, vt refert praxis noua *supra*; quia Concilium aliter disponens videtur loqui de Missis ex defuncti dispositione relictis; quare nequit Episcopus has Missas in beneficiorum fundatione relictis ad minorem numerum reducere, quamuis contradicat Henriquez *lib.* 9. *cap.* 22. *num.* 6. *in commento littera P.* ita Galet. *in margarita casuum conscientiæ, verb. beneficium part.* 24. *col.* 2. *& verb. Missa, vltim.* Posseuin. *cap.* 2. *num* 25. & Bonacin. *de sacramentis disp.* 4. *q. vlt. punct.* 7. §. 2. *n.* 10.

Dubitatur nonò, an Episcopus possit reducere 14.
ad minorem numerum Missas particulares votiuas, vel pro defunctis, quando pro iustis stipendiis fuerunt petitæ? Responsio est negatiua, quia est contra ius naturale, secundùm *cap. quæ in Ecclesiarum, de constitut.* contentum sub septimo præcepto Decalogi, ne quis sua re priuetur, & ex consequenti impediatur circa dispositionem de re sua. Item commutatio voluntatum defunctorum soli Principi non recognoscenti superiorem, congruit *l.* 1. *& l. legatum ff. de administr. rerum ad ciuit. pertinent.* & dicemus *infra num.* 20. Quare de numero particularium Missarum, vel pro defunctis, quæ iustis stipendiis à particularibus personis petuntur, nihil minui potest, nisi accedat consensus personarum, quibus illæ debentur. Requiritur enim causa iusta, quæ in hoc casu nunquam accidere poterit, ita Nauarr. *cons.* 9. *de celebratione Missarum numer.* 9. *& consil.* 11. *numer.* 1. *&* 3. & Fraxinellus *de obligatione Sacerdotis sect.* 7. §. 4. *num.* 3.

Dubitatur decimò, an Episcopus possit redu- 15.
cere Missarum numerum ad minorem sine Synodo congregata, & quid de generalibus Ordinum, aut Abbatibus? Hæc dubitatio continet partes duas. Quoad primam Henriquez *lib.* 9. *cap.* 22. *n.* 6. asserit Episcopos, qui in aliis commutare regulariter non possunt vltimam defuncti voluntatem, posse, & debere ad minorem numerum Missarum reducere constituta eleemosyna, si tenue stipendium pro singula quaque Missa offeratur; ita, vt ex multis pitantiis fiat vna pitantia victui diurno congruens. Quaranta *in summa Bullary verb. Missa fol* 305. *ad finem*, posse Episcopum in Synodo reducere numerum Missarum à fidelibus relictarum, vbi tenues sunt eleemosynæ, & Missæ non dicuntur ex Concilio Tridentino *sess* 25. *cap* 4. *de reformat.* Contrà verò, vt anniuersaria commutent, opus est Synodi consilio si nequeant propter paucitatem Sacerdotum quotannis anniuersaria adimpleri, etiam dato pingui stipendio, & reducere ad pauciores etiam, cum commemoratione tamen singulorum testatorum, & multo fortiùs, si eleemosynæ sint exiguæ, sequitur Bonacin. *de Sacramentis, disp.* 4. *quæst. vltim. punct.* 7. §. 2. *num.* 9. dicens non esse integrum Episcopis posse moderare Missarum numerum absque authoritate Synodi, quamuis Quaranta *vbi proximè vers. perillustris*, dicat ex prædicto *cap.* 4. scilicet decretum prædictum in sacrorum etiam anniuersariorum reductione locum habere ex Sacra Congregatione, nulla facta mentione de consilio Synodi. Probabilius tamen est posse Episcopos inconsulta Congregatione generali compescere onera dicendi plures Missas in beneficiis, siue Capellaniis sibi subiectis. Quare, vt onera dicendi Missas temperet Episcopus, non eget Synodi consensu, vt volunt recentiores, & Nauarr. *in manu. cap.* 25. *n.* 138. & Miranda *in manuali Prælator. tom.* 1. *q* 41. *art.* 12. *conclus. vnica.*

Quoad secundam partem circa Generales, & Abbates in suis Capitulis generalibus, dicendum est talem reductionem Missarum ibi esse faciendam, hoc est, in Capitulis suis generalibus, re diligenter perspecta pro sua conscientia, prout

statuit Concilium Tridentinum *sess. 25. cap. 4. de reformat.* ibique esse faciendam reductionem Missarum, ita tamen, vt eorum semper defunctorum commemoratio fiat, qui pro suarum animarum salute legata ea ad pios vsus reliquerunt: sic in Concilio, quorum meminit etiam Concilium *sess. 22. cap. 6.* incipit, *In commutationibus vltimarum voluntatum*; ex priuilegio tamen concesso Prælatis Ordinis Minorum possunt Prælati, ac Guardiani commutare ex vno vsu ad alium necessarium legata, quæ Monasteriis, ac Conuentibus relinquuntur, dummodo id exerceatur, ac fiat absque scandalo eorum ad quos talium legatorum solutio spectat. Sixtus IV. *in supplemento Minorum, fol 95. concess.* 317. de quibus in eorum compend. *verb. commutare*, §. 1. Quod priuilegium extendit Leo Decimus ad res donatas per viuentes, dummodo non sequatur scandalum prædictorum: habetur *in prædicto supplement. fol. 93. pag. 2. concess.* 293. In nostra tamen Societate nequeunt Superiores Præposito generali inferiores facere hanc commutationem, quam sibi reseruauit Præpositus generalis, nec nisi ea rarissimè vtetur, habetur *in compendio priuilegiorum, verb. commutatio* §. 3.

16. Dubitatur vndecimò, an possit dispensare Episcopus, vt Missæ, quæ iubentur dici in Altari certo, possint dici alibi in alio Altari? Dico primò Missas esse dicendas in eo Altari, vbi petitur celebrari, Nauarrus *in manuali cap. 25. num. 134. & in tract. de horis Canonicis cap. 5. num. 3.* & Tabiena *in verb. Missa, num. 53.* alias non satisfit intentioni petentis, Phœbos *tom. 1. decis.* 100. refert ita fuisse iudicatum, non posse scilicet celebrari extra locum à defuncto destinatum, quæ sententia est communis, sequitur Azor *instit. moral. p. 1. lib. 10. cap. 24. vers. octauò quæritur*; aliter fieri esse peccatum addit, eo quòd voluntas defuncti loco præcepti est, text. *in l. cum proponebatur, ff. de leg. 2.* Surd. *decis.* 232. *num. 5.* & debet seruari quantum potest, per *l. non aliter ff. de legat. 3.* Mantic. *de coniecturis vlt. volunt. lib 3 num. 6.* idem Phœbos *decis* 47.

Quinimò Missa debet celebrari eodem die, & eodem loco, quo petitur, alioquin suffragium protelatur in detrimentum animarum; & in eodem loco, seu Altari, eo quia anima habet maiorem valorem Missæ, quando celebratur, vbi illius corpus sepultum est, quàm alibi, ita Innocentius *in cap. fraternitatem, de sepult.* & ibi Abbas *num. 4.* & Nauarr. *consil. 8. num. 10. de testam.* In eodem etiam die debet fieri sacrum, quo petitur, ne fiat præiudicium petenti, aut defuncto pro quo petitur, Angel. *in verb. executor.* §. 24. Syluest. *in verb. testamentum. 2.* Armil. *verb. executor* §. 6. Sotus *in 4 dist. 45. quæst. 2. art. 3.* vbi agit de peccato executoris pia legata retardantis. Quare si contingat anniuersarium die Dominico, vel alia celebri festiuitate, non debet mutari in diem sequentem, vt sit in festo omnium Sanctorum, sed debet fieri in die præcedenti, vt citiùs fruatur anima defuncti suffragio. Ita Selua *in tract. de benefic. 1. part. quæst. 5. num. 95.* quem sequitur Zerol. *in sua praxi 1. part. verb. Missa ad secundum, ad finem.*

Dico secundò cùm anima defuncti maiorem recipiat vtilitatem quando Missa celebratur in loco vbi iacet corpus, quàm alibi, non posse Missas transferri à locis in quibus sepeliuntur defuncti, & ita fertur respondisse Gregor. XIII. interrogatus ab Archiepiscopo quodam, teste Zerol. *in praxi part. 2. verb. Missa, in principio.* Addit tamen vrgente magna necessitate de consensu Episcopi posse hoc onus transferri, vtpote si Ecclesia sit diruta, vel sit in loco derelicto sine populo, vel periculoso, & *1. part. verb. Visitatio* §. 9. subdit, quando separari nequeunt Ecclesiæ, transferendas cum omnibus emolumentis, & oneribus impositis prioribus Ecclesiis, secundùm Concil. Tridentin. *sess. 21. cap. 7.* sequitur Barbosa *de offic. & potest. Episcopi alleg. 29. num. 8.* post Graffim *lib. 2. decis. cap. 53. num. 12.* vbi concludit dispositionem testatoris mutare nemini licere, nisi Papæ, aut Episcopo ex iusta causa; & ideo Capella impedita, vel Altari, Missas tenebitur alibi dicere, ne defunctus defraudetur, quia tempus, vel locus non videtur appositum ad finiendam obligationem, sed ad salutem animarum, sic Graffis, quem sequitur Bonacin. *de sacram. disp. 4. quæst. vltima, punct. 7.* §. 4. *num. 4.*

Dubitatur duodecimò, quisnam possit augere eleemosynam pro Missis celebrandis? Dico primò, Episcopum posse statuere, vt certum stipendium pro Missæ sacrificio exigatur, ita, vt nec detur minus, nec Sacerdotes maius petat, ita Soar. *in D. Thomam part. 3. disp. 86. sect. 2. concl. 1.* Fr. Ludouicus Miranda *in manual. Prælat. tom. 1. quæst. 41. art. 23.* & Regin *in praxi fori pœnit. lib. 23. num. 241.* contra aliquos. Non tamen potest Episcopus condere legem, vt Sacerdotes non sacrificent pro minori stipe: aliter enim claudet viam liberalitati, & charitati; possunt enim Sacerdotes Missas offerre gratis. Fr. Emmanuel *part. 1. cap. 252. num. 4.* Soar. & Reginal. *citatis locis.* Stipendia tamen pro Missis dicendis, quando sunt valde exigua Episcopi in Diœcesana Synodo, & Abbates & generales Ordinum in suis Capitulis generalibus, re diligenter examinata possunt augere, vel numerum Missarum minuere, ita censuit Congregatio *sess. 25. cap. 4. de reformat.* Patet tamen vtantur Prælati hac facultate minuendi numerum Missarum. Nauarrus *cons. 9. de celebratione Missarum num. 10.* 17.

Dubitatur decimotertiò, an quando qui accipit pinguia stipendia pro qualibet Missa celebranda, possit facere celebrari easdem Missas per alios Sacerdotes pro parua stipe, relicto sibi, quod superest ex eleemosyna data? Henriquez *lib. 9. de Missa cap. 22. num. 8. ad medium*, tradit Capellanum cui datur pingue stipendium pro paucis Missis, & nequit celebrare, vel non vult, tunc eum si per alium sacrificet, satisfacere data consueta stipe, & excessum posse sibi assumere titulo beneficij, quod Domino fructus facit; reliquos verò clericos, quibus Missæ commendantur data stipe pinguissima pro qualibet Missa, posse aliis concedere dimidium stipendium, & retinere sibi alterum dimidium, negat Maior *in 4. dist. 45. quæst. 3.* & Gutier. *Canon lib. 2. cap. 29 num. 32. per totum*, siue id faciens sit Parochus, siue non, nisi sit lege aliqua, vel consuetudine introductum, aut saltem colligatur ex voluntate tacita commendantium Missas, quibus ordinatur aliquid loco præmij pro cura, & labore, quem huiusmodi tei impenditi aliàs secus, teste Nauarro *in summa cap. 25. num. 91.* & optimè Cordubens. *lib. 1. quæst. quæst. 3. in 5. dubio*, eo quòd curatus, siue substitutus decenti stipendio est iam donatus: ergo nihil amplius potest accipere. 18.

Contrà verò Emmanuel Saa *in summa verb. Missa num. 45.* aliter distinguit, videlicet accipientem certam summam pecuniæ pro Missis à se dicendis posse alios pro minori stipe conducere, qui

qui adiuuent, & excessum sibi assumere: secus, si accepisset vt cutaret dicendas per alios; tunc enim nullam partem posse sibi retinere, sequitur Aragon. 2.2.q 85. de sacrificiis, art.3.pag.683. Vasquez part. 3. disput. 224. cap. 4 numero 30. Reginald. supra lib. 13. numero 240. Vega in summa tom. a. cap.41.casu 3.& Possevinus de officio Curati cap. 2. num.19. & Beja in respons. casuum conscientiæ part.1. cas. 12. in fine, quæ pars mihi placet, modò detur sacrificanti eleemosyna communis ferme dari solita celebrantibus pro qualibet Missa, in quo euētu sive accipiens pecuniam pro Missis à se dicendis sit Parochus, siue non, poterit retinere excessū, qui superest à consueta stipe: secus si fuerit Sacrista, vel alius Sacerdos, qui stipendia colligat, vt per alios sacra fiant: tunc enim nihil potest sibi retinere, ita præcitati, quibus accedit Naldus verb. Missa num.20. Soat. par.3. disp.88. sect.33 Fraxin. de obligationibus Sacerdotum suprà sect. 3. pranot. 5. §.4.& Barthol.ab Angel. examine confessor.dialog.5. §.513. Sed non video cur Sacrista, seu qui colligit stipendia pro Missis celebrandis, nequeat pro suo labore aliquid sibi assumere, nemo enim sine stipendio viuit; ideo possunt de stipe consueta aliquid detrahere.

19. Dubitatur decimoquartò, an Missa possit fieri etiam de Sancto in Altari priuilegiato pro defunctis sine dispensatione? Nauartus cons.37.de pœnit. & remiss. & Zerol. verb. Missa 2.p.§.7. volunt non requiri Missam, quæ celebratur pro defuncto in Altari priuilegiato, esse pro defunctis; sed satis esse quòd sit Missa aliqua votiua, vel de Sanctis, & quòd applicetur pro defunctis. Probatur, quia omnes Missæ sunt æqualis valoris, quoad valorem ex opere operato, cap. intra c.q.1. & quamuis vtilitas Missæ, seu valor pro defunctis operetur aliquid amplius, quoad valorem operis operantis, ea ratione; quòd in tota ferme Missa commemoratio defunctorum fiat; alio tamen respectu operatur minus, quia Missa breuior est, & fortè minori attentione, vtplurimum celebratur, quàm Missa de Sancto: item, quia beneficium Principis latè accipiendum est, l.1.ff.de const. Princ. cap. quamuis, de prebend.lib.6. tum denique, quia sæpe sæpiùs accidit, vt moriatur quis vespere in præuilegio alicuius festiuitatis celeberrimæ, in qua non decet celebrari Missam de defunctis, sed potest dici de ea festiuitate pro defunctis in Altari priuilegiato, & anima illa per modum suffragij indulgentiam plenariam consequitur, Nauarr. vbi suprà.

20. Dubitatur decimoquintò, vtrùm Episcopus possit commutare pias defunctorum voluntates, & legata ab illis relicta? Pars affirmans ex eo probatur, quia Episcopus non solùm legata pia potest executioni mandare, sed etiam illa, quæ non sunt pia, vt per Couart. in cap. si heredes, de testamentis, num.3, vers. eadem verò, Cened. pract. & Canon.lib.1.quæst.14 num.2.& quæst.31 num.5. intercedente tamen negligentia hæredis io adimplenda defuncti voluntate intra annum, Matienso l.7. gloss.1.num.2.tit.4.& l.14. gloss.1. à num 45. eodem tit. 4. & lib.5. noua recopil. Gutiert. practicar. lib.1. quæst.44.num.4.& lib.2. quæst.45. num. 1. & Marc. Anton. Genuens. in praxi Archiep. Neapol. cap.70. num. 25. ergo potest mutare voluntates pias defunctorum.

Probatur secundò; quia legata pia relicta ad certum opus, si tale opus adimpleri non potest, post factam diligentiam potest commutari, seu conuerti in aliud etiam dissimile opus pium interueniente executoris, & Episcopi consensu, vt colligitur ex cap.3 de testamentis, & volunt Panor. ibi, num.6. Couart. num.9.& alij communiter. Idem deducitur ex l. legatum, ff.de vsufruct. & ibi Bartol. dicens, si pecunia ad aliquid legetur, neque ad id sufficiat, debere conuerti in alium pium arbitrio Episcopi, & executoris. Lex tamen legatum, sic ait, si quis legauit predium alicui ciuitati ad faciendum quotannis in ipsius memoriam spectaculum in ea, & tale spectaculum prohibitum sit in ea ciuitate, arbitrio hæredum. ac primorum ciuitatis conuertendum esse in aliam rem licitam, quæ in memoriam defuncti cedat. Idem Molina tract. 2. de iust. disp. 249. pag. 1530. littera B.

Probatur tertiò ex traditis à Bertachino verb. legatum pium, vbi vult legatum posse conuerti per Episcopum, & hæredem in alium vsum cum consensu executoris: idem asserit glossa, & Cardinal. in Clementina, quia contingit, de religiosis domibus in 6. quæst. Imò si difficile sit executioni tradere mandatum, Episcopus illud mutare potest, ita Gemini. in cap. Canonicis, post medium 19. dist. & in cap. ab exordio, ad finem 35. dist. Felin. cons.42 Cantor Ecclesiæ, num. 37. ex ea ratione, quia difficile æquiparatur impossibili, & sicut Episcopus mutare potest, quando res est in impossibili, ita quando sumus in difficili, Mandosius de signat. gratiæ, verb commutatio vltimæ voluntatis.

Probatur denique, quia Episcopus potest relictum pro Ecclesia construenda conuertere in vsum Ecclesiæ iam constructæ, secundùm Bartolum in fine ff de oper. publ. idem de relicto pro certa Ecclesia tali loco construenda, si ibi construi nequit, potest in alium pium vsum conuerti, Bald. in l si quis ad declinandum, col. 4. C. de Episcopis, & clericis, & in l. cum alienam, C. de legatis, Ioann. Andr. in cap. vltim. de testamentis, in 6. Eodem modo relictum pauperibus potest Episcopus illud conuertere in fabricam Ecclesiæ: nam appellatione pauperum Ecclesia continetur, nec dicitur tunc alterati, vel mutari relictum, Baldus in l.omnes, col. 1.C.de Episc.& clericis.

His positis conclusio sit. Dispositiones defunctorum rationabili ex causa cōmutare proprium est Romani Pontificis, per textum in Clementina, quia contingit, de religiosis domibus, ibi: Cuncta, quæ ad certum vsum largitione sunt destinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium, salua Sedis Apostolicæ authoritate, conuerti, Nauarr. cons.2. num.6. in antiquis, & cons 15. in nouis tit.d. eb. Eccles. non alien. Sayr. in floribus, eodem titulo, decis.1. prope finem, Mench. Illustr. cap.25 num.26. Graffis de arbitrar. confessorum lib.2. cap.69. num.1. Henriquez lib.7. de indulgentiis cap.37.§ 2. littera F.& lib. 9. cap.22.§.6. littera M. Cened. practicar. quæst. lib.1. quæst.35 num.12. Marc. Anton. Genuens. in praxi Archiepisc. cap. 20. ex num.1. & Phœbus tom.1 decis.47. num.2.

Dictum est, ex rationabili causa, quia, vt habetur in Concilio Tridentino sess.22. cap.6. nec fieri debent ab Apostolica Sede sine causa. Idem dic de Supremo Principe sæculari ex causa rationabili, posse commutare voluntates defunctorum, l. legata ff. de administratione rerum ad ciuitatem pertinentium. Vnde similes commutationes fieri nequeunt à Legato de latere, Cardinali, & Imol. in d. Clementin. Quin etiam nec potest fieri commutatio ab inferioribus Pontifice in melius, secundùm veriorem, cui adhærent Lapus, & Imol. in d. Clement. & Abbas in cap. tua nobis, num 4. de testamentis. Habetur nāque voluntas testatoris pro lege, & est omninò

omnino seruanda, vt *in Authent. de heredibus, & falcidia §. si quis autem, collatione* 1. comprobat Imperator ibi, *Modis omnibus, quod praeceptum est, per testatorem adimpleatur.* Idem constat ex *l. 7. tit. 10. part. 6.* facit *l. 4. tit. 2. lib. 5. ordinamenti. & cap. vltima voluntas* 13. *quaest.* 2.

Similiter legatum quando impleri potest de iure, & de facto, cùm de iure teneat, *cap. nemo, de consecratio. dist.* 1. sed etiam de facto, quia nullum est impedimentum, vt executioni mandetur, nullo modo tale legatum mutari potest nec in facto, nec in modo, nec in loco, vt habetur *in cap. nos quidem el* 1. *de testamentis*, de quo etiam est casus *in l. nulli C. de Episcopis, & clericis*, potest tamen mutari per Papam tale legatum nulla causa data ex parte rei, non verò sine causa se tenente ex parte ipsius Papae. Sufficit tamen pro causa quòd faciat bono fine; item, quia omnis ratio motiua Principis babetur pro causa, secundùm Baldum *in l. rescripta. C. de precibus Imperatori offerendis.*

Porrò quando legatum potest impleri de iure, non tamen propter impedimentum impelli potest de facto, mutari potest authoritate Episcopi, concurrente iusta, & rationabili causa: tunc enim Episcopus tanquam Sedis Apostolicae delegatus procedit, vt disponit Concilium Tridentinum *session.* 22. *de reformat. cap.* 6. *& sess.* 25. *cap.* 4. Molin. *de iustitia tract.* 2. *disput.* 249. *fol. mihi* 1062. *vers. vtrum autem*, Mandos. *de signatura gratia, rubr. commutatio vltima voluntatis*, Cardin Imola, Bonif. & alij *in d. Clementina, quia contingit*, Abbas *in cap. nos quidem, de testamentis*, & alij, quos referens sequitur Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepisc. cap.* 10. *vers. declara*, & Rota Roman. *decis.* 1122. *part.* 3. *lib.* 3. *in nouissimis*, Beja & Graffis *suprà.*

An verò Episcopus ob causam possit legatum quodcunque pium ad certum vsum relictum, in alium pium vsum commutare, quamuis de iure, & de facto valeat adimpleri? Affirmant Syluester *verb. legatum* 4. *quaest.* 12. Angelus *eodem verbo, num.* 12. Tabiena *ibidem* 2. *num.* 11. & Armill. *numero* 55. Ratio, quia commutatio haec fit in fauorem animae defuncti. Secundò, quia commutatiores vltimarum voluntatum, & piorum legatorum, quando nulla datur iusta causa ex parte rei ob quam fieri debeant, ita quòd res in quam commutantur, nec sint aequales, neque meliores, possunt sola Pontificis authoritate fieri, per *Clementinam, quia, de religiosis domibus*: ergo si detur causa ex parte rei iusta, potest Episcopus conuertere, quia tunc commutando interpretatur voluntatem defuncti in vtilitatem illius animae, prout volunt Angel Imol. & Hugo *in l.* 1. *ff. de constitut. Princip.* Tertiò, quia voluntas defuncti praesumitur eadem, cum voluntate Episcopi, & praesumitur mutatio, vel magis proficere animae defuncti, vel ex aequo illi esse vtilis, & qui facit melius, non aliud, sed idem facit, *cap. peruenit* 2. *de iureiurando, cap. scripturae, de voto, & regul plus semper, de regulis iuris in* 6.

An verò posset Episcopus facere hanc commutationem sine consensu haeredis? Negatur ex traditis *in cap. nos quidem, de testamentis*, ibi, *tecum*, & Petr. de Vbald. *de Canon. Episcop. in* 7. *cap. principali.* Felinus tamen *in cap. cùm accessissent, de constit.* vult, si haeres noluisset consentire, posse Episcopum per se solùm facere hanc comutationem; sequitur Marc. Anton. Genuens. *suprà num.* 3. vbi addit ex Petr. de Vbald. requiri consensum Ecclesiae, cui legatur. Quòd si nec Ecclesia, neque haeres vellent consentire, Episcopus solus id exequetur.

Nihilominus verius est, quando legatum impleri potest de iure, & de facto, nullo modo posse mutari per Episcopum etiam ex causa, & accedente haeredis consensu, ita Abbas *in d. cap. tua nos, de testam. num.* 4. Couarr. *in d. cap. tua, & eod. titulo*, Mench. *de successione* §. 7. *num.* 21. Pinel. *part.* 1. *rubr. de rescind. vendit. cap.* 2. *num.* 19. & Molin. *de iustitia tract.* 2. *disp.* 249. *vers. quando aliquid*, & Marcus Antonius *suprà num.* 1. vbi subdit non satis esse consensum haeredis, vt possit fieri illa commutatio etiam in melius, quia non agitur de vtilitate haeredis, cui possit renunciare, sed de seruanda voluntate defuncti, quae est seruanda, *cap. vltima voluntas* 13. *quaest.* 2. quando impleri potest, Lapus, Imola, Bonifacius *in dict. Clementina quia contingit, de religiosis domibus*: secus quando adimpleri non potest de facto, tunc authoritate Episcopi potest conuerti in alium pium vsum, cùm hoc non sit voluntatem testatoris infringere, sed illam in commodiorem vsum interpretari in fauorem animae defuncti.

Nequeunt tamen executores testamentorum commutare vnum legatum in aliud, data iusta causa cum consilio Prouincialium, etiamsi in suis Prouinciis fiant illa legata; quia Episcopis tantùm id conceditur tanquam executoribus vltimarum voluntatum secundùm iuris ordinem *in cap. nos quidem* 3. *de testamentis*, quales executores non sunt Prouinciales regularium, ita Rodericus *tom* 2. *regularium quaest.* 125. *art.* 10. *ad finem.*

Ad haec legatum posse commutari per Episcopum in alium vsum, & non perpetuò, sed ad tempus, & ex aliqua causa, per textum *in l.* 1. *C. de expens. lud. lib.* 10. Anton. de Butr. *in cap. final. de testamentis.* Ex quo legatum pro anniuersario potest pro vna vice in aliud conuerti, & postea redire ad solitum. Similiter prouentus deputati pro Missis celebrandis in aliquo Sacello possunt pro vna vice expendi in emendis paramentis illius, Felinus *in d. cap. cùm accessissent, de constit.* & tenet Guliel. de Benedictis *in cap. Raynutius, de testam. in verb. reliquit*, Marc. Anton. Genuens. *suprà cap.* 10. *ex num.* 5. vbi refert sic fuisse decisum in Curia Archiepiscupali.

Ex dictis manent soluta argumenta pro parte affirmatiua, quae coincidunt cum hac doctrina, videlicet in quibus casibus possit Episcopus commutare vltimas defunctorum voluntates, vtpote quando pecunia legata non sufficit ad vsum destinatum, vel quando non potest adimpleri impedimento iuris, vel facti; item quando legatum factum ad vnum vsum, non ita est necessarium, aut est factum Ecclesiae, pro fabrica, & ornamentis, quibus ad plures annos abundat, in quibus casibus, & similibus Episcopus poterit legata in alium pium vsum magis eidem Ecclesiae necessarium conuertere. Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 3. *collect.* 558. 2. *vers. tertia causa, & in fine, & part.* 4. *collect.* 1270. *vers. limita tertiò, & vers. limita sextò.* Marc. Anton. Genuens. *d. cap.* 10. Non poterit tamen Episcopus donata ad vsum vnius Ecclesiae, conuertere ad vsum alterius, cùm ex aequo sit pius vterque vsus, quia esset auferre rem alicui eo inuito, quod est contra legem naturalem auferre ius iam quaesitum tertio; secus quando nulli infertur praeiudicium. Legatum tamen relictum pro virginibus

nibus maritandis non potest per Episcopum in alium pium vsum conuerti, secundùm Baldum *in l.s. C. de his, quæ sub modo*, imò nec per executores testamenti, teste Baldo *in Authent. nisi rogati, C. ad Trebell.* quod sequitur Bertachin. *de potest. Episcop.* in temporalibus circa res Ecclesiæ, *§. superest. quarto loco num.* 53. Poterit tamen Episcopus legatum factum Hospitali constructo sine Episcopi authoritate, conuertere in alimenta pauperum, Bertachin. *suprà num.* 55. *ad finem.*

EPITOME.

21. *Vtrùm Episcopus possit expendere quod superest ex constructione Capellæ iussu testatoris faciendæ?*
22. *Episcopus an possit statuere quòd non admittatur clericus ad cantandum responsoria pro defunctis nisi prævio examine circa cantum?*
23. *Episcopus an possit obligare heredes defunctorum, vt non vocent, nisi clericos Ecclesiæ Parochialis ad funerales exequias, exclusis aliis donec numerus eorum impleatur?*
24. *Statuta condere, quæ possit Capitulum Sede vacante?*
25. *Statutum non valet, quod non admittantur ignobiles in Canonicatus Cathedralium.*
26. *Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, an possit statuere, ne admittantur ad funeralia nisi clerici, qui inseruiunt in Cathedrale?*
27. *Capitulum non potest statuere, ne fiant officia funeralia, nisi dato certo stipendio.*
28. *Satuta contra libertatem Ecclesiasticam, quæ dicantur?*

21. Vt priori dubitationi satisfiat, poamus testatorem reliquisse hæredibus onus extruendi Capellam, eisque dedisse formam, ac modum qualiter ipsa foret ædificanda; quæritur ergo, vtrùm hæredes si minus expendant, possit Episcopus quod superest conuertere in aliud opus pium? Angel. *in l. at si quis §. funeris causa, de religiosis, & sumptibus funerum*, tenet, si minus quam testator erogandum reliquit, fuit impensum in ædificanda Capella, & testator legatarium reliquit in remanenti ex tertio, illud consequi residuum. Contrà verò Baldus & alij *in l. si quis ad declinandam C. de Episc. & cler.* opinantur totum, quod minus erogatum est, non esse reuertendum ad legatarium, sed conuertendum in vsus pios in odium legatarij, qui non expendit totum id quod sibi expendendum mandatum fuit.

Dicendum tamen est, si testator reliquit vt sibi ædificaretur Sacellum secundùm formam à se traditam, tunc Sacello extructo, quamuis, non expendatur totum, quod operi faciendo fuit relictum, legatario quod superest accrescere, vel hæredibus nullo legatario relicto. Porrò si testator expresè dixit, vt sibi fieret Capella, & in ea expenderentur mille, in eo euentu totum est expendendum in eo opere perficiendo, quòd si minus expendatur, quod superfuit in operibus piis arbitrio Episcopi erit destribuendum, Spinus *in suo speculo, glossa tertia principali num.* 4. *fol.* 140.

22. Dubitatur decimosextò, an Episcopus possit statuere, ne clericus admittatur ad dicendum responsoria pro defunctis, nisi examinatus fuerit circa cantum? Responsio est negatiua, qoia sufficit quilibet cantus, nec requiritur figuratus, ita fuit decisum in vna Gerundensis staturi die 27. Maij 1581. coram Orano. Nec non in vna Calaguritana funeralium coram eodem Orano 22. Iunij 1590. fuit iudicatum non posse Episcopum cogere defunctorum hæredes, vt ad funerales exequias conuocare debeant clericos duntaxat Ecclesiæ Parochialis, remotis aliis, donec fuerit eorum numerus adimpletus: cùm enim omnes clerici habeant ius, vt ad hæc funeralia officia conuocentur, conuocatis vnis, & exclusis aliis, libertas Ecclesiastica offenditur. Syluester *in verb. immunitas 2. num.* 7. *& in verb. simonia num.* 11. Læditur enim libertas Ecclesiastica quando ius publicum offenditur, Caietanus *in summa verb. immunitatis violatio.* Quinimò statuentes contra libertatem Ecclesiasticam sunt excommunicati in Bulla Cœnæ Domini, nec omnes violantes libertatem Ecclesiasticam sunt excommunicati in Bulla Cœnæ, vt patet *in cap. vnico, de his, quæ vi, metusque causa, in 6.* sed solùm statuentes contra libertatem Ecclesiasticam, Aloys. Ricc. *in praxi variar. resolut. resol.* 333. *num.* 2. Ob quam causam huiusmodi consuetudines conuocandi certum genus clericorum Ecclesiæ Parochialis, 23. exclusis aliis taoquam scandalosæ, & sacrilegæ extorsiones reiiciuntur à Soto *de iustitia lib.* 9. *quæst.* 6. *art.* 2. *vers. hic autem admonendi.* Nec refert quòd ius sepeliendi competat Ecclesiæ Parochiali, quia differunt inter se ius speliendi in parochia per quod quis cogitur ibi humari, & aliud ius per quod priuatur quis facultate vocandi alios clericos ad funeralia officia, nisi priùs vocentur clerici, qui Parochiali deseruiunt, proinde talis consuetudo, siue statutum est nullius momenti; argumento *cap. vestra, de locato, verb. statuto contrario non obstante*, vbi Episcopus nequit in Synodo facere statuta in præiudicium aliorum absque ipsorum consensu, vt Duennas *regul.* 249. & Henricus Bothæus *in tractatu de Synodo Episcopi, part.* 3. *art.* 1. *num.* 19. inter Doctorum tractatus *tom.* 13. *part.* 2. *& verb. fructus vestrarum*, ex quo deciditur non valere statutum, quòd fructus decimarum non locentur, nisi tantùm clericis. quia possunt statuto contrario non obstante, locari etiam laicis, ita Couarr. *lib.* 1. *cap.* 17 *num.* 5. *vers. sic & laici*, Molin. *tract.* 2. *disp.* 466. *num.* 10. Barbos. *in l. Titia num.* 47. *& in l. vsufruct. num.* 16. *&* 17. Monet. *de decimis cap.* 5. *quæst.* 3. *num.* 64. & Mantica *de tacitis, & ambiguis conuent. lib.* 3. *tit.* 3. *num.* 12. *&* 17. quod intelligitur de fructibus decimarum, non autem de iure decimandi, quod nec ad modicum tempus locari potest, gloss. *in cap quamuis, de decimis, & cap.* 2. *de iud.* Abbas *in cap ad hæc, de decimis.*

Dubitatur decimoseptimò, quæ nam statuta 24.
possit condere Capitulum Sede vacante? Potest, quæ posset Episcopus viuens, Abbas *cap. cum olim, de maior. & obed.* Federic. *cons.* 16. Est enim hic actus iurisdictionis; proinde competit Capitulo, non tamen potest condere statuta, quæ noceant iuri, vel authoritati futuri Episcopi, & multo minus in præiudicium Ecclesiæ, Quaranta *verb Capitulum Sede vacante, versicul. quartò quæro.*

Non poterit tamen facere statutum, quòd non 25.
admittantor ignobiles in Canonicatus Cathedralium, quod si faciat, non valet, per textum *in cap. venerabilis* 37. *de prabendis*, vbi Gregorius Nonus exclusit exceptionem illorum, qui contendebant

eiicere

eicere clericum à præbenda Argentinensis Ecclesiæ, propter ignobilitatem, freti consuetudine vetusta, ob quam Capitulum eiusdem Ecclesiæ non admittebat, nisi Nobiles in numerum Canonicorum, quam consuetudinem Pontifex reprobauit, vti nullam. ita Bellet. *disquisit cleric. part.* 1. *tit. de disciplina clericali*, § 15. & ideo non sunt audiendi, Perez *l.* 1. *vers. Vtrum autem, tit.* 1. *lib.* 4. *ordin.* Cened. *ad Decretal. collectan.* 143. *ex num.* 1. vbi secundùm aliquos valere tale statutum innuunt: nam scientiæ nobilitas sæpe præfertur nobilitati generis, & supplet saltem defectum nobilitatis, gloss. *verb. suppleat, in l. societas, ff. pro socio*, Spin. *in speculo testam. gloss.* 3. *princip. num.* 37. & Menchac. *illustr. cap.* 25. *num.* 31. ideo simile statutum non tenet quatenus excludit ab Ecclesia Nobiles non ex genere, sed ex propriis virtutibus ac scientia nobilissimos. *cap. nos, qui præsumus* 40. *dist.* Infirma enim mundi eligit Deus, vt coofundat fortia, teste D. Paulo 1. *ad Corinth.* 1. cùm non minus scientia, quàm potentia, & maiorum nobilitate Ecclesia defendatur, secundùm Abb. *cap. constitutus, el* 2. *ex num.* 10. & Decius *num.* 22. *de appellat.* atque ita Nobiles cùm sint virtute, ac scientia insignes, non esse excludendos à tali statuto in fauorem Nobilium, tradit Mohedanus *in decis.* 34 *in fine:* alioquin vltra glossam *in d. cap. venerabilis*, volunt, & meritò, non valere tale statutum. Lambertin. *de iur. patronat. lib.* 2. *part.* 3 *quæst.* 5. *art.* 11. *num.* 7. Roch. de Curt. *in cap final de consuetudine pag.* 48. & Tiraquel. *de nobilitate cap.* 20. *per totum.*

26. Dubitatur decimoctauò, an Capitulum Ecclesiæ Braccarensis possit facere statutum per verba oegatioa, ne funeralla officia faciant, nisi clerici, qui inseruiunt in Sede Braccarensi, vulgò *Chorarij*, & nullus alius ad eas exequias admittatur, quamuis gratis accedere velit? Respondetur tale statutum esse nullum, & contra charitatem, & tandem sapere simoniam. Probatur primò, quia secundùm communem Capitula etiam Cathedralia nequeunt condere statuta, quæ pertineant ad vtilitatem suam, suæque Ecclesiæ inconsulto Episcopo, eóque minimè ea approbante, vt constat ex *cap. cùm consuetudinis, de consuetudine*, per hæc verba, *Canonicorum Collegium nec posse consuetudines inducere, nec veteres mutare sine consensu Episcopi*, & ibi Abbas *num.* 4. gloss. *cap.* 2. *de verb. signific in* 6 Azor *instit. moral. tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 18 §. *vndecimò quæritur, vers. quæres an Canonicorum Collegium, & cap.* 19. *fol. mihi* 450. Syluester *verb. lex quæst.* 4. & Suar. *lib.* 4. *de legibus cap.* 6. *num.* 11. *fol.* 392. *pag.* 2. *vers. communis tamen resolutio*, argumento *cap. cùm omnes, de constitutionibus*, & Panorm. *ibi*, & Innocent. *num.* 4. & Felin. plures referens *à num.* 8. Sed tale statutum non fuit conditum de consensu Archiepiscopi, nec ab eo approbatum, nec confirmatum ad id vsque tempus, nec potest nec debet confirmari ob præiudicium, quod inde infertur cæteris clericis ius habentibus ad funorales exequias celebrandas: ergo est nullum.

Probatur secundò esse nullum, quia statuit, vt Chorarij duntaxat hæc officia exequantur, & nullus alius clericus ea peragat, nec cum stipendio, nec sine illo; item præcipit ne laici vltra Chorarios possint alios clericos ad funeralia officia vocare, nec Parochi etiam, nisi Chorarios ad suas Ecclesias ad eadem officia inuitare possunt, quod redundat in vtilitatem priuatam ipsius Capituli, & in notabile nocumentum cæterorum clericorum, ac boni publici; ideo noo valet *l. ambitiosa ff. de decreto ab Ordin. facien.* cùm sit contra vtilitatem publicam, ita Bald. *cons.* 410. *vol.* 5. Roland. *cons.* 22. *vol.* 2. *à num.* 4. vbi probat ordinationem Domini, quæ respicit vtilitatem propriam, vti ambitiosam, & respicientem priuatam vtilitatem, nihil valere. Secus si ordinatio respiciat rem publicam, tunc enim propter bonum publicum receditur à priuato. *l. vnica, prope finem C. de caducis tollendis l. munerum* §. *item, ff. de muneribus, & honoribus*, seqoitur Iacob. de S. Georg. *in inuest. t. sua, in verb. & cum molendinis, col.* 2. & Crauet. *de antiquitate temporis in* 4. *part. sectione, circa præmissa, num.* 3. *cum sequentib.* Roch. de Curt. *in cap. cùm tanto, de consuetudine, sect.* 5. *num.* 21. & Petrus de Rauenna *in tit. de consuetudine sect.* 3 *num.* 10. cùm ergo in nostro casu statutum à Capitulo factum sit contra vtilitatem publicam, nullo modo valet; sicut non valet lex contra publicum commodum *l. final. C. si contra ius vel vtil. public.* notat etiam Abbas *cap. final. de consuetudine.*

Tertiò esse nullum ostenditur, qoia per illud tollitur libertas hominibus, ne de suo disponant, prout voluerint, vt conceditur *in l. in re mandata C. mandati*, quod est contra ius naturale, *l. dudum C. de contrahend. emptione*; vbi reprobatur consuetudo, qua quis cogitur vendere consorti, ita Socin. *cons.* 172. & Brunus *cons.* 56. Cùm ergo sit tale statutum contra ius publicum, commune, & naturale, & impediat laicos, ne ad sua officia funeralia vocent quem voluerint, ob priuatam vtilitatem est nullum, sicut non valet statutum communitatis, quo mediante directè, vel indirectè homines compellantur ire ad molendina communitatis, relictis molendinis particularium, eo quòd non debet communitas propriæ vtilitati inhiare statuendo in præiudicium particularium, *cap. cùm omnes, de constit.*

Quartò statutorum nullitas apparet ex *cap. vestra, de locato*, vbi Episcopi statuerunt, quòd decimæ prædiales clericis duntaxat, & non aliis locarentur. Cùm autem hæc dispositio tam laicis, quam Ecclesiis esset præiudicio, decreuit Summus Pontifex, vt Ecclesiastici redditus suos liberè locare possent, prout sibi visum fuerit.

Quintò probatur, quia sunt contra libertatem Ecclesiasticam: nam quoties impediuntur clerici, ne aliquid de iure communi sibi licitum faciant, vel prohibentur exequi, quod sibi non est interdictum per legem diuinam, aut canonicam, impedientes, vel prohibentes, procedunt contra libertatem Ecclesiasticam, argument. *cap. vltim. de immunit. Eccles. lib.* 6. vbi prohibetur per dominos temporales, ne subditi eorum clericis vendant, nec ab eis emant, aut aliquid gratis impendant, quæ prohibitio est nulla, cùm sit contra libertatem Ecclesiasticam, Bonacin. *de censuris Bulla Cœnæ disp.* 1. *quæst.* 16. *sect.* 2. *punct. secundo, num.* 4 *vers. hinc patet*, vbi tradit affici excommunicatione hæc statuentes. Cùm ergo statuta per Canonicos Braccarenses facta prohibeant, ne vocentur ad funeralia, nisi clerici Chorarij duntaxat, & reliquos excludant, non est negandum esse contra libertatem cæterorum clericorum eiusdem ciuitatis, ac Diœcesis qui nullo modo admittuntur ad exequias defunctorum, tam in vrbe, quàm in suburbio: faciunt apertè pro hac parte Anton. Felin. & Imola *in cap. Ecclesia S. Mariæ, de constitut.* quos referens sequitur in nostro casu Curtius *in cap. cùm tanto, de consuetudine num.* 21. Statuentes autem

contra

contra libertatem Ecclesiæ,& facientes ea seruari, vel consuetudines excommunicantur, per *cap. nouerit, de excommunicatione*, Nauarr. *in manuali cap.* 27. *num.* 118. & Iulius Clarus *in* § *final. q.* 77. *num.* 28.

Nec obest censuram non incurri à communitate huiusmodi statuta faciente, quia quamuis communitas, vt sic, excommunicari nequeat, vt ait Bonacin. *de censuris disp.* 1. *quæst.* 1. *punct.* 4 *num.* 8. ex *cap. Romana* §. *in vniuersitatem, de sentent. excommunic. lib.* 6. attamen singuli ex communitate facientes contra decretum sub censura latum, excommunicationem incurrunt,& patet ex *cap. nouerit, de sentent. excommunic.* vbi expresse excommunicantur Consules, Rectores,& potestates locorum, in quibus statuta facta sunt, siue illa faciant nomine proprio, siue soli, siue cum aliis Bonacin. *suprà dict. quæst.* 16. *sect.* 1. *punct.* 3 *num.* 1. Nec refert si dicas has pœnas esse intelligendas de statutis factis à laicis, quæ repugnant libertati Ecclesiasticæ, vt notat Bonacin. *d. quæst.* 16. *disp.* 1. *sect.* 2. *punct.* 2. *num.* 36. & 37. quia idem est dicendum, quando statuitur à communitate Ecclesiastica aliquid contra personas Ecclesiasticas, ne conuocentur ad funeralia, nisi tantùm certi, ac determinati clerici, exclusis aliis, quia cùm conuocatio ista competat priuilegio totius clerici, restringendo illam, aut reducendo ad proprios, & certos clericos vrbis, & Ecclesiæ libertatem Ecclesiasticam coarctat, ac lædit, vt notat Syluester *in verb. immunitas* 2. *num.* 7. & *verb. simonia, num.* 11. similiaque statuta, quibus tollitur facultas vocandi alios clericos tanquam scandalosa,& sacrilega, abhorret Sotus *de iustitia lib.* 9. *quæst.* 6. *art.* 2. *vers. hic autem admonendi*, quem sequitur Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepisc. cap.* 48. *num.* 6. *fol.* 189.

Diximus statuta pro Chorariis conuocandis ad exequias defunctorum duntaxat exclusis aliis esse nulla; modò dicamus esse iniusta. Primò, quia vocari debere Chorarios tantùm, & nullos alios clericos, redolet auaritiam, & continet monopolium. Vtrunque ostenditur ex *cap. cùm omnes, de constitutionibus*, vbi factum à maiori parte in iis, quæ sunt communia pluribus, vt singulis, etiamsi essent mille, non valet, nisi omnes consentiant, Duennas *regul.* 295. Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 3. *n.* 14. Continere autem hoc modo monopolium ex eo patet, quia monopolium dicitur, quando omnes conueniunt ad vtilitatem propriam,& particularem consequendam sibi, & ad excludendum commodum commune,& publicum, quod non decet inter particulares, & multo minus quadrat in communitates, *l. vnica.* & *ibi* Baldus *C. de monopoliis*; sunt enim regulariter iniusta, & Reipublicæ iniuriosa, vt tradit Molin. *de iustit. tom.* 2. *disp.* 345. Confirmatur, quia quoties ordinationes fiunt per verba negatiua, quales sunt hæc statuta, quæ sic habent: *Eestas obsequias nam façam outros clerigos senam os choreiros*, censentur illicitæ,& iniustæ, ita Doctores communiter, D. Thomas 2. 2 *quæst.* 100. *art.* 3. Caietan. *ibidem*, Syluest. *verb. immunitas* 2. *n.* 7. Tabien. *verb. simonia num.* 18. Gutierr. *lib.* 1. *Canon. quæst. cap.* 35. *num.* 5. Beja 2. *part. casu* 16. *fol.* 416. & Marc. Anton. Genuens. *suprà*, qui omnes concludunt esse ordinationes iniustas, quæ fiunt per verba negatiua, nimirum si decernatur, quòd non fiat processio funeralis, nec Missa celebretur, nisi pro certo stipendio. Item quòd nun recipiatur in hoc, aut illud sodalitium, nisi tantùm eleemosynas erogauerit. Ratio D. Thom.& cæterorum est, quia hoc modo per huiusmodi ordinationes ostium occluditur ad pietatem, & charitatem exercendam gratis aut minori stipe,& continent speciem quandam auaritiæ, & extorsiones quasdam referunt. Cùm ergo statuta Capituli Braccarensis excludant cæteros clericos, & Chorarios tantùm admittant, ne patiantur fieri gratis officia funeralia, nec fiunt nisi pro certo ac determinato stipendio, apertè liquet aduersari pietati, ac charitati, quæ exerceri debet erga animas defunctorum.

Probatur idem ex traditis à Nauarro *in manuali cap.* 23. *num.* 106. *vers. ad quorum primum*, vbi vult non esse integrum Episcopo præcipere, vt certa pecuniæ quantitas detur pro Missa dicenda, & nemo minorem accipiat, tum, quia Missa non est pecunia æstimabilis, *cap. qui studet.* 1. *q.* 1. tum per alia ponenda, *in cap. si præsertim*.

Confert D. Thomas 2. 2. *quæst.* 100. *art.* 3. per hæc verba: *si pro processionibus faciendis in aliquo funere aliqua eleemosyna recipiuntur, si autem huiusmodi pacto interueniente fiant, aut etiam cum intentione emptionis, vel venditionis, simonia esset. Vnde illicita esset ordinatio, si in aliqua Ecclesia statueretur, quod non fieret processio in funere alicuius, nisi solueret certam pecuniæ quantitatem, quia per tale statutum præcluderetur via gratis officium pietatis aliquibus impendendi, habetque hæc ordinatio speciem exactionis.* Sic D. Thomas.

Denique sapere hæc statuta simoniam ex eo ostenditur, quia sunt per verba negatiua, hoc est, nemo se intromittat in iis officiis, nisi Chorarij, & qui non erogauerit mille, & quinquaginta teruncios ex ærea moneta, non consequetur officium pro defunctis; nec alij clerici officia poterunt celebrare, nec eum stipendio, nec sine illo: atque ita per constitutionem huius summæ, vel taxæ fiunt Officia diuina, ac sacrificia pro defunctis venialia, & ex consequenti, simoniaca: ita Vgolin. *de censuris tabul.* 1. *c.* 44. §. 1. *num* 7. Syluester *verb. simonia quæst.* 11. Angel. *simonia* 3. *num.* 10. fauet Concil. Tridentin. *sess.* 22. *in decreto de obseruandis, & euitandis in celebratione Missæ*, vbi reprobat consuetudines simoniam, & auaritiam redolentes.

Suffragatur Suar. *de simonia, cap.* 46. *à num.* 14. vbi vult quòd si praxis à Chorariis obseruata statueret tantùm, quod esset soluendum pro officio funerali per verba affirmatiua; nec prohiberet cæteros clericos officia defunctorum exequi, prout vellent; nec laicos impedirent à conuocandis reliquit clericis ad exequias funerales, talem summam, ac taxam fuisse iustam, quia eleemosynam, non autem rationem pretij saperet. Cæterùm cùm Chorarij prohibeant neminem posse huiusmodi officia exequi, illis exceptis, & pro tanta, ac tali quantitate, hæc taxa induit rationem pretij, & non eleemosynæ,& ex consequenti est simoniaca, sic ille.

Accedit confessio Canonicorum dicentium concessisse chorariis, vt hæc officia celebrent pro seruitio, quod Chorarij impendunt in processionibus, quæ fiunt in Cathedrali, & pro onere canendi Epistolas, & Euangelia, ac denique pro obuolendas Canonicorum defunctorum corporibus, quæ omnia ostendunt pactum inter Canonicos, & Chorarios celebratum, & ex consequenti, simoniam de iure positiuo prohibitam, gloss. *in cap. tua nos, de simonia, verb. conuentio.*

Redoan. 2. *part. cap.* 6. Rebuff. *in praxi tit. de requiſitis ad collationem beneficiorum*, *num.* 2. Armil. *verb. ſimonia num.* 42. & Suar. *vbi ſupra lib.* 4. *cap.* 39. *a num.* 12. 13. 14. ex eo fundamento, quia ſeruitium etiam ſpirituale factum ſub pacto ſaltem implicito induit naturam pretij, & eo ipſo eſt ſimonia, nec ſimiles actiones ſub ea conditione, ac pacto poſſunt exerceri ſine ſimonia, Suarez *vbi proxime*, idem Armil. *dict. num.* 42. confirmat ſi duo conueniant ſimul cum pacto obligatorio, vt Petrus faciat ſacrum pro Paulo, & Paulus pro Petro, eſt ſimonia: ſecus ſi ceſſat in talibus pactio obligatoria, *in d. cap. tua nos, de ſimonia*, & *ibi* Barboſ. *in gloſſa, Pure, num.* 5. ceſſante autem pactione poteſt ſpirituale in aliud ſpirituale commutari, ſecundùm Panormitan. *in cap. ſepulturæ, de voto*, dummodo omnia gratis fiant. Cùm ergo Chorarij ſingulis annis eligantur à Cantore ad ſeruiendum Choro, & reliquis officiis in templo maximo exhibendis, & Capitulum Canonicorum pro ſatisfactione ſui laboris ſub pacto ſaltem implicito ſe obligent Chorariis, vt ipſi duntaxat, & non alij exequias funerales peragant, & mille Miſſas ipſi, & non alij clerici poſſint dicere pro ſuo ſtipendio, ne Canonici poſſint aliis clericis commendare, manifeſtum inter vtroſque pactum reperitur, & ex conſequenti ſimonia damnata apparet: quæ omnia colliguntur ex traditis a Suario *dict. numero* 12. 13. *&* 14.

28. Dubitatur decimononò, quæ ſtatuta dicantur contra libertatem Eccleſiaſticam? Reſpondet Innocentius *in cap. nouerit, num.* 1. *&* 2. & *ibi* Butrius *num.* 9. & Abbas *num.* 2. *de ſentent. excommunic.* ea dici, quando directè, ſeu indirectè ſunt contra priuilegia, aut prærogatiuas conceſſas Eccleſiis, & Eccleſiaſticis perſonis, ſeu piæ cauſæ à Romano Pontifice, vel à Principe ſæculari, ſequitur Card. Tuſc. *tom.* 5. *litt. L. concl.* 342. *num.* 12. Bellet. *diſquiſit. clerical. part.* 1. *tit. de exempt. clericor. à ſtatutis ſecularium*, §. 1. *num.* 9.

Hinc fit, vt ſtatutum præſcribens aliquam formam non ſolùm à laicis, ſed etiam à clericis in contractibus ſeruandam, ſit contra libertatem Eccleſiaſticam. Ratio, quia Eccleſiaſtici ſunt exempti à poteſtate laica, Bonacin. *de cenſuris Bullæ Cœnæ, diſp.* 1. *quæſt.* 16. *ſect.* 2. *punct.* 2. *num.* 11. Quin etiam ſtatutum repugnat libertati Eccleſiaſticæ, etiamſi feratur duntaxat contra certas perſonas Eccleſiaſticas, vt ſi edicto ſtatuatur à Canonicis talis vrbis, ſeu Eccleſiæ, decimatum tributum, aut vectigal exigi, quia hoc eſt decretum facere in ſpecie, ſecus ſi ſtatuatur in genere, vt omnes cuiuſcunque ordinis, & conditionis ſint, tributum pendant, tunc huiuſmodi ſtatutum non videtur repugnare libertati Eccleſiaſticæ, quia non cenſetur latum contra perſonas Eccleſiaſticas; non enim veniunt in generali diſpoſitione ea, quæ nequeunt in ſpecie diſponi. Duard. *de cenſuris Bullæ Cœnæ queſtion.* 20. *num.* 1. Pro cæteris lege Bonacinam *de cenſuris Bullæ Cœnæ diſp.* 1. *quæſt.* 16. *ſect.* 2. *punct.* 2.

***

LIBER

LIBER NONVS

DE POTESTATE EPISCOPI CIRCA COLLATIONEM, INSTITVTIONEM, ET destitutionem beneficiorum in genere,& in specie.

DISPVTATIO VIGESIMA.

QVÆ BENEFICIA POSSIT EPISCOPVS CONFERRE?

NON est mihi in animo hoc loco agere de materia beneficiali in tota sua latitudine,sed solùm lacoinicè, & summatim perstringere ea, quæ Episcopis competunt circa beneficia tam in conferendo, quàm in destituendo,ne multus sim,& aliis fiam fastidiosus. Idcirco exordior à potestate conferendi.

§. I.

EPITOME.

1. *Potestas disponendi de beneficiis data est à Christo Domino Principi Apostolorum ad quem spectat conferre omnia beneficia.*
2. *Romani Pontifices concesserunt omnimodam potestatem conferendi Episcopis in eorum Ecclesiis in omnibus mensibus.*
3. *Episcopi olim, & Pontifex conferebant beneficia, & inter eos erat locus præuentioni.*
4. *Conferentibus Papa, Ordinario in eadem data, & die præualet prouisio Ordinarij, si prouisus est in possessione. Et quid si prouisus non est in ea?*
5. *Episcopi residentes ex vsu habebant sex menses, non residentes quatuor ad conferendum, sed hodie ex alternatiua habent eosdem sex.*
6. *Episcopus suspensus à collatione, si conferat beneficium excommunicantur.& n.45.*
7. *Episcopus nullo modo potest conferre beneficia parochialia sine concursu, etiam si oppositores sint doctissimi.*
8. *Examinis, & concursus forma omissa, collatio est nulla.*
9. *Beneficiis reseruatis vacantibus per obitum in mensibus Papæ, edicta concursus proponuntur, & Romam mittitur approbatio.*
10. *Examen per concursum non exigitur in parochialibus collegiata vbi exercetur cura per Canonicos.*
11. *Episcopus non potest conferre beneficia, quæ vacant apud Sedem Apostolicam.*
12. *Beneficia, quæ vacant apud Sedem Apostolicam, censentur etiam vacantia in locis vicinis, siue vacent per obitum, siue per resignationem.*
13. *Beneficia quæ vacant ob crimen hæresis non pertinent ad Episcopum etiam ante sententiam.*
14. *Beneficia recepta in confidentiam vacant ipso iure, & reseruantur Sedi Apostolicæ, sicut beneficia Sede Episcopali vacante vacantia.*
15. *Episcopi nequeunt conferre beneficia collata personis prohibitis.*
16. *Episcopus non potest disponere de beneficiis litigiosis, & quando possit?*
17. *Episcopus potest disponere de beneficiis habentibus curam animarum, si vacent Apostolica Sede vacante.*

Idem si vacauerint in Curia viuo Pontifice.n.18.

19 *Episcopus potest instituere præsentatos a patronis, si inueniantur idonei per examen.*

20. *Prælati inferiores ex priuilegio, vel ex præscriptione possunt instituere in beneficiis.*

& quid de religiosis in Ecclesiis pleno iure eisdem subiectis? n. 21.

22. *Episcopi ex Concilio Tridentino possunt deputare Vicarios perpetuos in quibuscunque beneficiis vnitis Ecclesiis, vel Monasteriis.*
23. 24. *Capitulum Sede vacante, quæ beneficia possit conferre?*
25. *Episcopus potest commendare Ecclesias Parochiales per sex menses, & an possit reuocare commendationes.*
26. *Episcopi coadiutor quando possit conferre beneficia?*
27. *Episcopo non conferente intra semestre, quis debeat conferre beneficia?*
28. *Episcopus an possit permutare beneficia, & conferre ea?*
29. *Beneficia permutantes non secuto permutationis effectu, an possit redire ad sua beneficia sine noua collatione?*

& quid de resignatione facta in fauorem absque effectu? num.30.

31. 32. 33. & 34. *Episcopus quando possit, & quomodo recipere resignationes beneficiorum.*

Episcopus solum potest recipere resignationes beneficiorum, de quibus constitutio Pij Quinti, de qua num.35.

36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. & 43. *Causæ ob quas Episcopus potest recipere resignationes numerantur.*
44. *Episcopi nequeunt beneficia resignata conferre consanguineis suis, vel familiaribus, vel consanguineis resignantium.*
45. *Episcopi quas pœnas incurrant conferendo beneficia resignata consanguineis resignantium, aut suis, & familiaribus?*
46. *Episcopi conferendo consanguineis resignantium aut suis, & familiaribus, recipientes sunt suspensi, & resignationes absque expeditis causis factæ sunt nullæ.*

1. Licet potestas disponendi de beneficiis à Christo Domino concessa fuit Apostolorum Principi Petro, vt deducitur ex *dist.* 19. *in cap. ita Dominus* §. *hunc enim,* & *cap. in noua, dist.* 21. Gomez *in tractat. de expectatiuis num.* 10. proinde solus Papa in principio instituit dignitates, & alia beneficia Ecclesiastica, & ad ipsum spectabat conferre omnia beneficia in vniuerso Orbe, *cap.* 2. *de prabendis lib.* 6. *Clementina* 1. *vt lite pendente,* Archid. *in cap statutum, ex num.* 3. *de prabendis lib.* 6. Gaspar de Perus. *in tract. reseruat. benefic. in principio, num.* 1. quia ipse est dominus omnium: postea verò deflexu temporis Romani Pontifices omnimodam potestatem conferendi Episcopis in eorum Ecclesiis tribuerunt, Innocentius *in cap. postulasti, de iure patronat.* gloss. magna *in cap. quamquam, eodem tit. lib.* 6. cum aliis, vt per Abbatem *in cap.* 1. *de restit. spoliat.* & *in cap.*

2. *cum olim, col.* 2. *de maior.* & *obed.* Ex quo tempore Episcopi habuerunt iure communi fundatam intentionem circa beneficia omnia conferenda, & instituenda in sua diœcesi, *cap. conquerente, de officio Ordinary, cap. frequentibus, de institut. cap. cum ex iniuncto, in fine, de haret cis, cap. ad aures, de excessibus Prælat.* Felin. *in cap. cum venerabilis* 31. *de exceptionibus,* Gomez *de expectatiuis num.* 13. 18. & 20. Flamin. *de resignat. lib.* 1. *quæst.* 10. *à num.* 49. Francisc. Leo *in thesauro fori Eccles. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 1. Vgolin. *de potest. Episcop. cap.* 50. §. 2. *num.* 1. Garcia *de benefic. part.* 5. *num.* 52. & Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. decis.* 394. *in* 1. *edit.* & *resolut.* 333. *num.* 1. *in* 2. *edit.*

Neque habebãt Episcopi limitatam potestatem in beneficiis in mense aliquo; sed omnes menses habebant liberos, poterantque conferre beneficia in quolibet mense vacantia, Gomez *in tractatu de expectatiuis num.* 20. *in fine,* Cassador. *decis.* 3. *num.* 4. & *decis.* 4. *num.* 1. & 2. *de priuilegiis.* Puteus *dec.* 491.

3. *num.* 3. *lib.* 2. Quinimò Episcopi, & Pontifex conferebant, & inter eos locus præuentioni dabatur, & collatio primo facta præferebatur, gloss. *in cap. si à Sede, de prebendis lib.* 6. & *in cap. duobus,* vbi gloss. *in verb. si apparet, de rescriptis, eodem libro,* Menoch. *tract. de arbitrar. casu* 48. *num.* 1. *cum sequentibus*; non enim abdicabat potestatem conferendi totaliter, nec hodie abdicat etiam in mensibus, quos Ordinariis concessit de nouo, ita, vt si ipse præueniat, valeat eius collatio, *cap. si à Sede Apostolica, de prebendis in* 6. Anastas. Germon. *de indultis Cardin.* §. *per quæ sublatis, num.* 80. & 81. Garcia *d. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 9. post multos ibi relatos, cùm sit Ordinarius Ordinariorum, Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell.* §. 3. *proœm. num.* 1. Currunt ergo prouisiones Papæ ad Ordinarij in eadem data, & die, & præualet prouisio Ordinarij, si prouisus ab eo est in possessione, ita dispositio *cap. si à Sede Apostolica, de prabendis in* 6. habetur enim ratio ad fauorem possessoris, §. *commodum, Instit. de inter-*

4. *dictis, cap.* 3. *de probat.* Proinde quando collatio fit à duobus diuersis eodem die, nec apparet quis fuerit prior, potior est conditio possidentis, Tiraquel. *de iure primog quæst.* 17. *opin.* 11. *num.* 1. & *opin.* 12. *num.* 2. Rebuff. *de pacificis possessoribus, num.* 297. & P. Barbos. *in l.* 1. *ff. solut. matrim. p.* 2. *num.* 4. Inò præfertur collatio facta à Pontifice, quando neuter est in possessione, & non constat de prioritate, propter reuerentiam concedentis, vt notat Mascard. *de probat. conclus.* 314. Aloys. Ricc. *in collect. decis. par.* 4. *collect.* 1442. & Cotta *in memorab. verb. hora*: secus quando in collatione Pontificis non apposita est hora, & in collatione Ordinarij fit mentio horæ, tunc collatio Ordinarij præfertur. Gomez *l. Tauri* 45. *num.* 148. Rebuff. *in tract. de pacif. possess. num.* 299. & Petrus Barbos. *d. l.* 1. *part.* 2. *num.* 10.

Porrò, vt omnis confusio, & anxietas tolleretur, vsus successiuè introduxit, vt Episcopi residentes haberent sex menses, non residentes autem quatuor duntaxat, videlicet Martium, Iunium, Septembrem, & Decembrem: atque ita potestas Episcoporum conferendi generalis in omnibus mensibus hodie est limitata, Card. Paris. *cons.* 34. *in principio vol.* 4. Cassador. *decis.* 4 *num.* 2. *de preben.* & Crauet. *cons.* 321. *col.* 2. Semper enim Romanus Pontifex multo maiorem potestatem penes se reseruat, quamuis omnimodam potestatem in Episcopos transferat, *cap. dudum,* §. *notat cap. quamuis.* 2. *de prabendis,* Selu. *de benefic. part.* 3. *quæst.* 29. Staphil. *tract. de expect. num.* 8. Censetur namque huiusmodi potestas data accumulatiuè, non priuatiuè, Ripa *lib.* 1. *respons. cap.* 15. & Ioannes Monachus *in cap. si eo tempore, de electione lib.* 6. quos referens sequitur Flamin. *d. lib.* 1. *de resignat. q.* 10. *num.* 57. 5.

Hisce temporibus tollit confusionem alternatiua, quæ conceditur Episcopis in gratificationem residentiæ per sex menses anni: gratificat illis Pontifex cum concessione huius alternatiuæ, & gratum se reddit illis diuidendo sex menses anni alternatiuè inter se ipsum, & Episcopos, Gonzal. *de mensibus gloss.* 41. *num.* 2. & 10. & *gloss.* 54. *ex numer.* 1. vbi per alternatiuam conceduntur sex menses pares Episcopis, & reseruantur alij sex dispares, sed de alternatiua *infra* §. 2. *per totum.* 6.

Quæstionis est, an Episcopus suspensus à collatione, si beneficium conferat, incurrat in aliquam censuram? Pius Quintus *constitut.* 58. *incip. Quanta Ecclesia*, decernit incidisse in excommunicationem tam Episcopum, quàm patronum Ecclesiasticum, aut laicum, qui suspensus à collatione, aut præsentatione beneficium contulerit, vel instituerit, aut ad id præsentauerit. Soat. *tom.* 5. *disp.* 22. *sect.* 6. *num.* 21. & Memor. clericorum *cap.* 1 *excommunic.* 5. Nec refert supradictum, Episcopum scilicet posse de iure in sua Diœcesi conferre omnia beneficia, quia id intelligitur seruatis seruandis, & remoto impedimento. 7.

Vnde in primis non potest conferre beneficia Parochialia omisso concursu ex Concilio Tridentino *sess.* 24. *cap.* 18. *de reformat.* quod postea decretum confirmauit Pius Quintus *in constitut.* 32. incipit, *In conferendis anno secundo,* statuens vt collationes factæ non seruata forma Concilij sint nullæ, & irritæ, ita vt prouisus sic nullum titulum etiam coloratum acquirat, & vt de ita vacantibus disponatur duntaxat per Sedem Apostolicam. Nam forma non potest omitti, etiamsi Episcopus vellet Parochialem vacantem personæ idoneæ vita, moribus, & scientia, de qua idoneitate omnibus sit manifestum; adhuc enim non potest remitti examen, quia de forma examen est: proinde nun potest remitti, nec omitti. Bald. *in cap. constitutus el* 2. *de iudic.* & *in l. Iulian. in fine, eodem titulo.* Decius *consil.* 90. *numero* 6. & *consil.* 226. *numero* 4. & *consil.* 699. *numero* 4. & 5. 8.
Ruland. *consil.* 70. *numer.* 1. Requiri examen pro forma paret, quia aliàs annullatur collatio per dictam constitutionem Pij Quinti 32.

In

In conferendis. Bart & alij *in l. non dubium C. de legibus*, Bald. *conſ.* 11. *col. vltim. lib.* 1. & Cardin. Pariz *conſ.* 12. *num.* 38. *vol.* 4.

Quin etiam non poteſt conferri ab Episcopo Parochialis Vicario temporali, & ſpirituali Episcopi, quamuis ſit idoneus ad ſuum munus obeundum: nihilominus ſeruanda eſt forma examinis per concurſum, vt fuit deciſum per ſacram Congregationem Illuſtriſſimorum, ſuper declaratione Concilij Trident. cùm proponeretur hoc dubium. Idem ſeruandum eſt cum quocunque famoſiſſimo Doctore in Sacra Theologia, vel in iure Pontificio, qui per multos annos cum maximo applauſu publicè in celeberrima Academia legit. Fuſcus *de viſitatione lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 10. Ratio rationis, quia examen requiritur pro forma: quocirca Felinus vocatus ad Auditorium Rotæ fuit examinatus, quia requirebatur pro forma examen, teſte Neuizano *lib.* 2. *Sylua nuptialis, fol.* 188.

9. Præterea habentes teſtimonium in ſcriptis ab Episcopo de idoneitate, moribus, & ſcientia pro adminiſtrandis Parochiis, non excuſantur ab examine per concurſum, vt in ſpecie cenſuit Sacra Congregatio. In beneficiis autem reſeruatis Sedi Apoſtolicæ, quæ vacant per obitum in menſibus Papæ, Ordinarius proponit edita concurſus, & mittit Romam approbationem, vt fiat prouiſio approbato ab examinatoribus in Synodo Diœceſana deputatis, habetur in dicta conſtitutione Piana. Et Episcopus in examine per concurſum, quando vota ſunt paria, poteſt accedere, vel vbi ſunt ſingularia. Porrò hoc examen per concurſum non exigitur ad Parochiales Eccleſias, ſeu curatas in Collegiatis, vbi exercetur cura animarum per aliquos Canonicos, vel hebdo-
10. madarios, vel aliquos clericos: non enim requiritur tunc concurſus, vt cenſuit Sacra Congregatio in vna Neapolit. Hebdomadariæ Sancti Ioannis Maioris 15. Kalend. Auguſt. 1569. per conſilium Oldrad. 67. *in tit. de præbend.* Quia, quæ dicuntur de Parochialibus abſolutè, non intelliguntur de Collegiatis curatis, ita Staphil. *de qualit. & ſtat. benefic. fol.* 41. *num.* 31. Neque huiuſmodi examina poſſunt fieri ab alio, quàm ab Episcopo ex Concil. Trident. *ſuprà*, vbi ſolis Episcopis id committitur, Sacra Congregatio; vnde alij excluduntur, non tamen eius Vicarius, ex dicto *cap.* 18. *Concil.* ibi, *Examinentur ab Episcopo, ſi de eo impedito ab eius Vicario generali atque ab aliis examinatoribus non paucioribus, quàm tribus, quorum votis, ſi pares, aut ſingulares fuerint, accedere poſſet Episcopus, vel Vicarius, quibus magis videbitur.* Hæc ibi.

11. Secundò non poteſt Episcopus conferre beneficia reſeruata diſpoſitioni Romani Pontificis, qualia ſunt beneficia, quæ vacant apud Sedem Apoſtolicam, aut in Curia, ita Anaſtaſ. Germon. *de indultis Cardin § per quæ ſublatis num.* 34. Rebuff. *de nominat. quæſt.* 15. *num.* 27. *& in praxi titulo de forma mandati Apoſtolici, pag.* 732. & conſtat ex *cap.* 2. *de præbend. in* 6. & ex *Clementina* 1. *vt lite non conteſt.* eſt etiam textus *in cap. præſenti, eodem titulo & libro*, ex ea ratione, ne Ordinarij creent Vicarios in Vrbe, & tollant collationem Papæ, Æneas de Falcon. *in tract. de reſeruat. benefic. quæſt.* 2. *num.* 9. praxis Episcop *part.* 1. *verb. beneficia, verſ. ad ſecundum. pag.* 38 & Aloyſ. Ricc. *reſol.* 333. *verſ. quarto*, & alij apud Flaminium *de reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 16. *num.* 18.

12. Dicitur autem beneficium vacare apud Sedem Apoſtolicam, vt ſit reſeruatum, ita vt nequeat Ordinarius de illo prouidere, quod vacauit in locis vicinis ipſius Sedis Apoſtolicæ, & Romanæ Curiæ, vel prope eam intra duas diætas legales, vt expreſſè dicitur *in cap præſenti* 34. *de præbend. lib.* 6. & Gemin. *ibi num.* 4. firmat, quòd circa hoc textus *in dict. cap. præſenti*, nihil noui decernit, ſed declarat textum *in cap.* 2. *eodem titulo, & libro.* Nam ex vicinitate locorum contrahitur quædam coniunctio, & legis communio, quoad pœnam, & præmium, ita Anchar. *in dict. cap. præſenti, ante num.* 1. *verſic. Nam ex vicinitate*, Azor *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 36. *verſ. porrò Gregorius X. & verſ. porrò legalis, pag* 1176.

Nomine tamen beneficiorum apud Sedem, ſeu in Curia vacantium non ſolùm veniunt, quæ vacant per obitum in illa, ſed quæ vacant per reſignationem, ita Nauarrus *conſ. final. de renunciat.* Monet. *de option. cap.* 3. *num.* 18. Garcia *part.* 5. *cap.* 1. *num.* 73. Aloyſ. Ricc. *dict. reſolut* 333. *verſ. quarto*, & Flamin. *lib.* 1. *de reſignat. quæſt.* 4. *num.* 54. eo quia beneficia reſignata coram Pontifice in Curia erunt reſeruata reſeruatione iuris, & diſponuntur ſecundùm diſpoſitionem Sedis Apoſtolicæ: eodem modo, quæ vacant per obitum in Curia, vt probatur ex *d. cap.* 2. & ex *cap. præſenti, de præbendis in* 6.

Tertiò beneficiorum collatio, quæ vacant ob 13.
crimen hæreſis, ſæcularia, & regularia cum cura, & ſine cura, non pertinet ad Episcopum, ſed ad Summum Pontificem per conſtitutionem Pij Quinti 29. incip. *Cùm ex Apoſtolatus* 1567. *anno ſecundo*, & per conſtitutionem 68. Gregorij XIII. incipit, *In Eccleſiis*, Garcia *part.* 5. *cap.* 1. *num.* 81. Flamin. *de reſignat. lib.* 2. *quæſ.* 16. *num.* 29. An autem beneficia hæretici poſſint conferri ante declaratoriam ſententiam? Affirmat Flaminius *de reſign. lib.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 33. vbi refert ſic fuiſſe deciſum. Eſt enim hæreticus ipſo iure priuatus beneficio, ſecundùm communem, Abb. *in cap. inter dilectos num.* 11. *de exceſſ. Prælat.* Couarr. *lib.* 2. *variar. cap* 8. *num.* 4. Duaren. *lib.* 8. *cap.* 6. §. 5. Azor *part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 13. *quæſ* 3. *& quæſ.* 8. *&* 2. *part. lib.* 7. *cap.* 17. *in principio* Petrus Ledeſma 2. *part. ſumma tract.* 1. *cap.* 4. *concluſ.* 14. Gonzal. *gloſſ.* 15. *num.* 65. poſt plures ibi relatos, quibus accedit Garcia *de benefic. part.* 11. *cap.* 10. *num.* 60. *& num.* 65. contrariam ſententiam refert, videlicet hæreticum non eſſe ipſo iure priuatum beneficiis, ſed priuandum per ſententiam, quod non caret ſua probabilitate, eamque tradunt Caſtro *lib.* 2. *de iuſta hæreticor punitione cap.* 9 Simanc. *de Cathol. inſtit. cap.* 46. *num.* 72. & Aragon. 2. 2. *quæſt.* 11. *art.* 3. *verſ. ſecunda pœna*, oppoſitum dicens *quæſt.* 1. *art.* 10 *part.* 66. Nihilominus communis ſententia eſt ſequenda per *cap primum, de præbendis.* Garcia *ſuprà num.* 66.

Quartò beneficia quæcunque recepta in con- 14.
fidentiam vacant ipſo iure, & eorum collatio non pertinet ad Episcopos, ſed ad Pontificem, Flamin. *de reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 16. *num.* 28. per conſtitutionem 109. Pij Quarti, incipit, *Romanum Pontificem.* Dat. Romæ apud S. Petrum anno 5. & per conſtitutionem Pij Quinti 87. incipit *Intolerabilis.* Dat. Romæ apud S. Petrum Kalend. Iunij 1569. anno quarto. idem Flamin. *de confidentiis, quæſ* 7. *num.* 79. vbi *num.* 80. addit Ordinarios non poſſe ſe intromittere in conferendis his beneficiis, vt per Caſſador. *deciſ.* 8. *num.* 9. *de præbend.* ſed ſolum Pontificem, Rota *deciſ.* 30. *de præbend. in nouis, & deciſ.* 1. *de rerum permut.*

Nauarr. *in manual. cap. 23. sub num. 110. & vers. 3.* Aloys. Ricc. *d. resolut. 333. vers. septimò.* Francisc. Leo *in thesaur. for. Ecclesiastic. part. 2. cap. 5. à num. 24.*

Quintò beneficia vacantia cuiuscumque speciei, & qualitatis sint, Sede Episcopali vacante sunt reseruata Sedi Apostolicæ, per constitutionem Pij Quinti, incipit, *Sanctissimus*, *anno* 1567. Pontificatus *anno tertio.* Aloys. Ricc. *d. resolut. 333. num. 2. vers. excipiuntur primò*, Azor *instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 34. quæst. 12. vers. eiusdem*, & Flamin. *d. lib. 2. quæst. 16. num. 30.* vbi 32. addit etiam beneficia Parochialia collata non seruata forma Concil. Tridentin. *sess. 24. cap. 18.* esse reseruata, vt vult Pius Quintus *constitut.* 32. incipit, *In conferendis*, anno 1566. anni sui Pontif. secundo. Azor *instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 34. quæst. 12. vers. eiusdem.* Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesi. part. 2. cap. 5. num. 26. & 32.*

15. Sextò Ordinarij nequeunt conferre beneficia, quæ fuerunt collata personis prohibitis propter suum genus, aut propter Apostasiam à fide; sunt enim reseruata per constitutionem 68. Gregorij XIII. incipit, *In Ecclesiis*, anno 1580. Pontific. ann. 9. Sunt enim collationes tales nullæ, vt in hac constitutione, quando fiunt illis, qui non sunt de sanguine puro, quia trahunt originem ex stirpe Iudæorum, vel Maurorum, aut à sancto Inquisitionis officio punitorum, & excluduntur ab huiusmodi beneficiis, sicut in pluribus Hispaniæ Ecclesiis obseruatur, vt per Simancam *de Cathol. tit. 47. num. 82.* & Otaloram *de nobilitate 2. part. 3. partis cap. 7. num. 23. & num. 30.* Gonzales *gloss. 51. numer. 103.* & priùs *gloss. 4. ex num. 161. & 162. versicul. addo etiam*, quòd illè non erat benemeritus, & Aloys. Ricc. *dict. resolut. 333. versic. tertio.*

16. Septimò similiter Episcopus non potest disponere de beneficiis litigiosis. Quamuis enim propriè non dicantur reseruata, quoad effectum, vt Episcopus nequeat prouidere, idem obstaculum inducit litigium, quod reseruatio, per textum *in cap. 2. vt lite pendente in 6. Clementina 1. eodem titulo*, Gonzal. *§. 7. procemial. quæst. 3. ex num. 116. & gloss. 51. num. 111.* Lancellot. *de attentatis part. 1. cap. 3. num. 97.* hoc tamen non procedit in beneficio litigioso per obitum vacante, quia in beneficiis obtentis propter crimen, beneficia non sunt litigiosa, sed persona accusata: vnde collitigatores beneficium vacans per eius obitum in mense Ordinarij liberè poterit conferre Ordinarius, Simon. *de reseruat. quæst. 10. num. 5.*

17. Quid ergo de beneficiis curam animarum habentibus, si contingat vacare Apostolica Sede vacante? Gonzal. *ad regulam octauam §. 5. procemial. num. 125. cum sequentibus*, ait ad Ordinarium tunc collationem pertinere propter curam animarum; idque probatur ex *cap. si Apostolica 35. de præbendis lib. 6.* qui textus ita loquitur. *Si Apostolica Sede vacante aliquas Parochiales vacare de cætero contigerit apud ipsam, statuimus, vt de eis (ne ipsarum vacatio diutina periculum valeat animabus afferre) per eos, ad quos pertinet, possit liberè ordinari, constitutione felicis recordationis Clementis Papæ prædecessoris nostri de beneficiis apud Sedem ipsam vacantibus, per alium, quàm per Romanum Pontificem minimè conferendis, vel alia quauis contraria sic per hoc edita, non obstante. Idem volumus, & de illis, quæ ibidem ipso Romano Pontifice viuente vacabunt, si de ipsis per eum ante ipsius obitum non fuerit ordinatum.* Sic ibi. Idem Gonzales *gloss. 24. num. 111.* Vgolin. *de potest. Episcop. cap. 50. §. 2. vers. quarto*, post Rebuff. *de nominat. quæst. 15. num. 28. vers. secundò fallit*;
vbi volunt collationem ob animarum periculum 18.
competere Episcopo, quando beneficia, quæ animarum curam habent, Apostolica Sede vacante. Idem si vacauerint in Curia viuo Pôtifice, & ante collationem Apost. Sedis vacat.

Quid de iure communi possit Episcopus circa 19.
præsentatos à patronis? Ex *cap. ex frequentibus, de institut.* & ex *cap. cùm satis, de officio Archidiaconi*, & ex *Clementina plures, de iure patronatus*, solus Episcopus potest instituere præsentatos à patronis, si præuio examine inueniantur idonei. Abbas *in cap. cùm Ecclesia Vulterana, de electione*, Reginaldus *in praxi for. pœnit. lib. 30. tractat. 3. numero 224.* Mar. Antonin. *var. resolunt. lib. 1. resolut. 47. num. 6. & resol. 35. num. 11. in fine*; quoniam Episcopus de iure communi in sua Diœcesi in collatione beneficiorum habet intentionem fundatam, *cap. regendo 10. quæst. 1. cap. nullus omnino 16. quæst. 7. cap. nemo, de Consecratione dist. 1.* Gonzal. *§. 1. procemial. num. 21.* & Seraphin. *decis. 1353. num. 3.* Quæ instituendi potestas delegari potest ab Episcopo specialiter, etiam ante vacationem. Ratio, quia institutio fit coactè ad præsentationem patroni, & cessat votum captandæ mortis, Ioannes Andreas, & Dominic. *in cap. si confirmationem, de electione lib. 6.* & Viuianus *in praxi iuris patronat. part. 2. lib. 12. cap. 2. num. 4.*

Ad Prælatos autem inferiores ex priuilegio 20.
pertinet Ius instituendi, aut ex præscriptione, scilicet immemoriali, Mari. Antonin. *suprà lib. 1. variar. resol. 9. num. 11. & resol. 12.* Idem de Religiosis in Ecclesiis quæ pleno iure illis subiiciuntur, dici potest, competere scilicet institutio eisdem, per textum *in d. Clement. de excessib. Prælat.*
vers. quidam præterea, & vers. quidam etiam, Co- 21.
chier *de iurisdictione in exemptos part. 4. quæst. 80.* & Viuian. *d. part. 2. lib. 12. cap. 3. num. 14.* post Roch. *de iure patron. verb. competens, quæst. vltim.* Secus in Ecclesiis, quæ plenò iure non subsunt Religiosis, quibus non competit institutio, & destitutio, sed tantùm præsentatio Sacerdotis, qui instituitur ab Episcopo, *cap in Lateranensi. 31. de præbendis*, per textum *ibi, Quæ ad ipsos pleno iure non pertinent.* Ex quo sequitur quòd quando vnio alicuius beneficij est facta simpliciter Monasterio, seu Collegio, accipiendam esse sine præiudicio iuris Episcopalis, & Parochialis. *cap. 2. de relig. domib.* atque ita Vicarius præsentatus instituitur ab Episcopo in Parochiali vnita, qui de iure, per *cap. in Lateranensi*, debet esse perpetuus, & per *cap. de monachis*, etiam *de præbendis*, prout etiam volunt Ripa *lib. 2. respons. 18. num. 2. & 3.* & Probus *ad Monach. in cap. super eo, num. 19. de præbendis in 6.*

Nihilominus Rebuff. *in praxi benefic. tit. de Vicariis perpetuis, num. 6.* tradit posse institui Vicarium siue perpetuum, siue temporalem, prout magis placuerit Collegio, aut Monasterio, quæ resolutio non omnino displicet, & videtur congruere cum praxi ac consuetudine seruari solita in huiusmodi Ecclesiis vnitis Collegiis, aut Monasteriis, nisi aliter ex litteris vnionis constet. Quibus tamen non obstantibus Doctores per textum *in cap. de Monachis, de præbendis*, distinctione iam tacta vtuntur, nimirum in Ecclesiis, quæ non pleno iure religionis competunt habere Episcopum institutionem, & *ibi* Vicarios debere esse

esse perpetuus. In Ecclesiis autem, quæ pleno iure religiosis conueniunt, nempe quoad spiritualia, & quo ad temporalia, in hoc euentu temporalem vicarium esse instituendum ad nutum remouibilem, argum. text *in Clementin. 1. de excessibus Prælatorum*, Flores de Mena *lib. 1. quæst. 10. à num. 13. & num. 20.* vbi concludit Ecclesiam pleno iure subiici religiosis, quando omnimodam habent iurisdictionem tam in Ecclesiam ipsam, quàm in Parochianos, Episcopo omnino excluso, & tunc posse poni vicarium non perpetuum, sed temporalem ad ipsorum nutum remouibilem, quod etiam expressè Trident. *sess. 25. de regul. cap. 11.* decidit incip. *In Monasteriis*, quatenus ab illa regula ibi posita, quod in Ecclesiis curatis Monasteriorum non constituantur Vicarij ad nutum etiam remouibiles, excepit Monasteria, quæ iurisdictionem habent Episcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos, Flores *suprà quæst. 10. num. 18.* idem probat in simili, quia in huiusmodi beneficiis non est locus institutioni, sed principalis titulus est penes Monasterium, cui sunt vnita; ac propterea nunquam vacare dicuntur, vide Gonzal. *ad regulam 8. gloss. 5. §. 3. n. 11. & 14.* & Garcia *de benefic. part. 11. c. 2. à n. 5.*

22. Ne verò aliquid omittatur, & hactenus dicta saltem aliqua procedant de iure communi antiquo, hodie tamen ex decreto Concil. Trident. aliquam mutationem capiunt, secundùm *sessionem 7. de reformat. cap. 7.* quatenus decernit, vt Episcopi valeant deputare vicarios perpetuos in quibuscunque beneficiis curatis, quæ vnita reperiuntur Ecclesiis cathedralibus, collegiatis, seu aliis Ecclesiis, vel Monasteriis, beneficiis, seu collegiis, aut piis locis quibuscunque, non obstantibus priuilegiis, & exemptionibus quibuscunque, ex qua regula non excluduntur monasteria exempta, & Ecclesiæ quomodunque eisdem, & eorum mensæ vnitæ, Nauar. *cons. 11. num. 8. de statu Monachorum, in nouis*, Flores *d. quæst. 10. n. 26.* quos referens sequitur Barbos. *in remissionib. ad Concil. Tr. dent. sess. 7. cap. 7. num. 5.* vbi resoluit nominationem vicariorum pertinere ad Prælatum, seu Prælatam Monasterij, cui beneficium est vnitum, & nominatio illorum debere esse ad nutum amouibilium, & Episcopum solum debere illos approbare, & concedere licentiam administrandi Sacramenta, si reperiantur idonei, prout declarauit Congregatio Cardinalium Illustrissimorum: idem erit in Monachis, qui debent approbari, & examinari ab Episcopo, nisi Abbas habeat iurisdictionem Episcopalem, Flores *d. quæst. 10 num. 26. ad finem*, quod etiam declaratum fuit per dictos Dominos Cardinales, vt Flores ait vbi *num. 38.* addit quando beneficia sunt vnita etiam solùm in temporalibus, sed cum priuilegio nominandi vicarium ad nutum, tunc ex decreto Concilij Episcopum, si sibi videbitur, posse deputare vicarium perpetuum, non obstante priuilegio.

Quin etiam posse vicarium perpetuum deputare quando beneficium est vnitum in spiritualibus, & temporalibus, aut ad mensam, quia id cedit in fauorem Ecclesiarum, & cultus diuini, & loquitur dispositio Concilij generaliter de beneficiis vnitis. Secus quando beneficia sunt vnita monasterio Monachorum, aut Mendicantium, tunc Episcopus non potest deputare perpetuum, sed amouibilem ad nutum, nominatum tamen à Monachis, vt apparet ex proprio motu Pij Quinti, 15. in ordine inter proprios motus dicti Summi Pontificis, ita declaratum in Romana Curia, Flores *suprà num 40.* qui examinabitur ab Episcopo, & approbabitur, sequitur Garcia *de benefic. part. 11. c. 2. ex n. 5. cum sequentib.*

Porrò Capitulum Sede vacante, quamuis nequeat beneficia conferre, quæ spectant ad collationem Episcopi, vt per Quaranta *in summa Bullary verb. Sede vacante, vers. nonò quæro, pag. 137.* praxis noua Episcop. *part. 2. cap. 5. num. 16. in fine*, Gonzal. *suprà*, §. 5. *proœmial num. 35. & gloss. 9. §. 1. num. 77.* potest tamen præsentatos à patronis admittere, & instituere, Quaranta *suprà vers. qua conclusio pag. 138.* Azor. *part. 2. lib. 3. cap. 38. quæst. 2.* & Garcia *de benefic. part. 5. cap. 7. num. 54.* Vicarius tamen Episcopi, seu Capituli, quamuis Rebuff *in praxi tit. in forma Vicary à num. 126. & in addit ad regul. 31. cancell verb. aut vicarios perpetuos, vers. item Vicarius generalis*, & Roland. *cons. 47. num. 45. vol. 1.* dicant vicarium non posse sine speciali concessione Episcopi præsentatos à patronis instituere: oppositum est verius, posse absque speciali voluntate confirmare electos, & præsentatos instituere, ita gloss. *verb. non possunt, in cap final. de officio Vicarij lib. 6.* Cald. Pereira *de renouat. emphyt. quæst. 12. num. 11.* Gonxal. *suprà gloss. 9. §. 1. num. 78.* praxis Episcop. *p. 1. verb. Vicarius, §. 13.* Couarr. *lib. 3. variarum c. 10. num. 7.* & Azor. *suprà lib. 3. cap. 44. quæst. 5. & lib 6. cap. 22. quæst. 3.* & ita censuisse sacram Congregationem Illustrissimorum, refert Garcia *de benefic part. 5. cap. 8 numer. 84.* vbi *num. 86.* subdit vicarium mandatum limitatum non habentem, instituere posse, & *part. 8. c. 4. n. 50.* refert Rotam Romanam tenuisse hanc partem. 23.

Sed quid dicendum, quando vacat Ecclesia Parochialis, cuius prouisio non pertinet ad Episcopum? Certi iuris est Episcopum debere in ea vicarium constituere, qui Sacramenta administret, & oneribus Ecclesiæ satisfaciat constituta competenti sustentatione, donec prouideatur de Parocho, habetur *in cap. cum vos, de offic. Ordin.* & in Concilio Tridentino *sess. 24. de reformat. c. 18.* Franc. Leo *in thesaur. for. Eccles. part. 2. cap. 18. n. 52.* Aloys. Ricc. *in praxi for. Eccl. decis. 575 in 1. edit. & resolut. 495 num. 3. in 2. edit.* quod non potest impediri à quocunque patrono, seu colligante. Semper enim prouisio, donec prouideatur ab habente potestatem, competit Episcopo, vt optimè tradit Arpcendar *in addit. ad recopil. legum Nauarra lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis num. 86.* & deputatio Vicarij incumbit Episcopo, quamuis institutio competat inferiori: tum, quia commendare Ecclesiam non potest inferior Episcopo, quamuis aliàs inferiori competat ius conferendi ex priuilegio, vel ex consuetudine, vel ex aliquo alio legitimo titulo, nisi iurisdictionem quasi Episcopalem habeat, vt vult Cucch. *in instit. maiorum lib. 3. tit. 6. num. 46.* Flamin. *de resignat. lib. 7. quæst. 10. num. 23.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 31. quæst. 21.* & Garcia *de benefic. part. 4. cap. 4. num. 8.* Tum etiam, quia commendare conceditur à Concilio Episcopis, quatenus beneficia qualitercunque exempta circa curam animarum subiiciuntur Episcopis, iuxta dispositionem Concilij *sess. 24 cap. 11. & sess. 23. cap. 18.* Garcia *suprà part 4. cap. 4. num. 15. & part. 9. cap. 2 à num. 2. vsque ad num. 20.* 24.

Commendare autem potest Episcopus Parochiales 25.

OOo 4

chiales Ecclesias, & alia beneficia, quibus inest cura animarum per sex menses, simplicia verò beneficia commendari non solent. Ante sex menses Parochialis commendationis finitos Episcopus commendationem renocare non potest, nisi adiiciatur clausula ab Episcopo donec ipse voluerit, per glossam *in cap. nemo deinceps 15. de electione in 6.* & Rebuff. *in praxi tit. de commend. n. 58.* accedit Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 6. c. 31. quæst. 6. vers. quæres.* Sed melius gloss. *in cap. si constiterit, de accusat. & in cap. qui plures 21. quæst. 1.* decidunt huiusmodi commendatatium posse ad libitum remoueri, cùm per illam commendationem non acquisiuerit ius in re, nec ad rem, Rota *decis. prima de præbend. in antiquiorib. Beligneti*, Gomez *in regul. de non tollend. iur. quæsit. q. 4. n. 21.* & Mandos. *in regul. 32. quæst. 7. num. 2.* Nec potest talis commendatarius temporalis agere de spolio. Puteus *decis.* 206. incipit, *Episcop. Tiertetanus lib. 3.* Gonzal. *gloss. 5. §. 8. num. 42.* Garcia *d. p. 4. cap. 4.* vbi *num. 54. & 55.* destinguit; sed ne tecedas ab opinione affirmante posse ante tempus reuocari, & tenuit Aret. *in d. cap. si constiterit*, eo quia commenda nihil aliud est, quàm quoddam depositum, quod potest ad libitum deponentis reuocari pro vtilitate, & commodo Ecclesiæ facto, Garcia *vbi proximè num. 53. & n. 58. & sequent.*

26. Quid ergo si detur Episcopo coadiutor ex causa, nunquid poterit conferre beneficia? Ioannes Andreas Archid. & Anchar. *num. 9. in c. vnico, de cleric. ægrot.* aiunt Coadiutorem datum propter temporalia non posse conferre, nec posse recipere resignationes beneficiorum, quæ possunt recipi ab Episcopo: secus, quando Coadiutor datur Episcopo dementi, tunc enim potest conferre omnia beneficia in illa Diœcesi vacantia, quia datur in spiritualibus, & temporalibus cum generali, & libera potestate, *cap. 1. cap. quamuis, cap. petisti, cap. quia frater 7. quæst. 1. cap. grande, de suppl. Prælat. neglig. lib. 6. cap. conquerente, & cap. dilectus, de officio ordinary.* Datus autem Coadiutor Episcopo ægroto, aut seni ad spiritualia potest conferre de consensu ipsius Episcopi. Lap. Gemin. *in d. cap. vnico, de clerico ægrotante, §. vlt. num. 4.* Oldrad. *consil. 44. num. 4. vers. si verò.* Paninus *de potest. capituli Sede vacante 2. p. q. 1. numer. 8.* & Rebuff *de nominat. q. 8. num. 44.* Ipse verò Episcopus potest conferre beneficia, si voluerit, & non Coadiutor in hoc euentu, quando propter senectutem, aut ægritudinem datus est Coadiutor, Nauarr. *cons. 3. de cleric. ægrot. num 4.* & Garcia *de benefic. part. 5. cap. 4. numer. 265. & 274.* post alios.

27. Quòd si Episcopus ad quem spectat collatio beneficij, si intra sex menses non disposuerit de illo, collatio deuoluitur ad superiorem Metropolitanum, & ab hoc ad Primatem, & à Primate ad Patriarcham, & demum ad Summum Pontificem, quod intelligitur, quando omnes isti gradus darentur, regulariter tamen ab Episcopo fit deuolutio ad proximum superiorem, hoc est, Archiepiscopum, & statim ad Papam, Garcia *de benefic. p. 10. cap. 3. num. 10.* praxis Episcopalis *part. 1. verb. beneficia*, § 2. *in principio* Gonzales tamen *ad regulam 8. §. 3. proœmial. num. 5.* addit statim vbi lapsum est semestre, posse Papam prouidere præueniendo tam potestate ordinaria, quàm virtute constitutionis Pij Quinti reseruantis beneficia de quibus Ordinarij intra sex menses non prouiderunt, quia tanquam ordinarius concurrit Papa cum quolibet inferiori, nempe cum Episcopo, Capitulo, Archiepiscopo, Legato, & quocunque alio, Rota *decis. 3. de officio Legati num. 6. in nouis*, Rebuff. *in praxi tit. de deuolut. num. 46. & 51.* & Mandos. *in regul. de annali quæst. final. numer. 6.*

Illud etiam obseruandum est, permutari posse coram Ordinariis reseruata beneficia, non tamen conferri, cùm id ad summum Pontificem pertineat. Flamin. *lib. 2. de resignat. quæst. 16. num. 4.* ex sententia Gammari *in cap. 1. num. 38. de rerum permutatione*, & fuit decisum in Rota die 17. Aprilis 1545. in vna Illerdensi coram Io. Paulo, teste Puteo *decis. 262. lib. 2. in principio.* Sed verius est reseruationem impedire permutationes coram Ordinariis. Si enim possent admittere permutationes, deberent conferre permutantibus, vt habetur cum communi *in cap. 1. de rer. permut. lib 6.* Quare prohibentur admittere, vt volunt Petrus de Perus. *in tractatu de permut. benefic. 2. p. in principio.* Bellamer. *in simili tract. in 3. pars. quæst. 1.* Cùm ergo constet collationem beneficiorum reseruatorum spectare ad solum Papam, per Rot. *decis. 30. de præbend. in nouis, & decis. 1. de rer. permut. decis. 3. de officio Legati*, sequitur ordinarios non posse admittere permutationes reseruatorum, quando ea conferre nequeunt. Quinimò collatio beneficij reseruati facta per inferiorem est nulla, *cap. nomen 1. q. 1. cap dudum, & cap. multum stupeo. 3. q. 6. cap. vt nostrum*, & ibi scribentes, *de appellat.* ligantur enim manus ordinariorum per reseruationem, ita Ioan. Andr. *in cap. si eo tempore, de electione lib. 6.* & est communis opinio. 28.

Ex dictis sequitur permutationes beneficiorum, quæ non sunt reseruata, posse fieri coram Episcopo, vel alio superiore ordinario, simpliciter tamen, & absque pactis, ac conditionibus. Quarant. *in summa Bullary, verb. beneficiorum permutationes*, praxis Episcopalis *part. 1. verb. permutatio, §. 3. dub. 1.* Lælii Zech. *de Republica Ecclesiastica cap. de beneficiatis, num. 8* & Gonzal. *in gloss. 14 num. 33. cum sequentib.* vbi *num. 40.* tradit permutationem esse quandam reciprocam resignationem; non tamen potest Ordinarius admittere permutationes triangulares, vel quadrangulares, veluti, si ego resigno meum beneficium in fauorem Ioannis, vt ipse Ioannes resignet suum beneficium, non in fauorem mei, sed in fauorem alterius, esset tunc simoniaca talis permutatio triangularis, Imola *num. 40. in Clementina 1. de rer permut.* Achil. de Grassis *decis. 2. de rer. permut.* Caputaq. *decis. 325. num. 1. part. 2. & decis. 203. & 227. part. 1.* & Nauarr. *cons. 43.* incipit, *Caius, num. 3. in fine, de simonia.* Atque ita quamuis beneficia per permutationem vacare dicantur, *cap. vnico, de rer. permut. in 6.* Gomez *in regul. de publican. q. 3. num. 3.* oppositum tamen indicat Gonzal. *in d. regul. 14. num. 50.* vbi ait non propriè vacare beneficium ex causa permutationis resignatum: nihilominus dicendum est vacare, vt dictum est, & vult Probus *in d. cap. vnico, de rer. permut. lib. 6.* quibus non obstantibus in quolibet mense anni possunt beneficia coram Episcopis permutari, & ab ipsis resignationes admitti in fauorem ex causa permutationis, quas permutantes faciunt, & collationem de beneficio resignato cuilibet eorum facere possunt, cùm permutationes licitè fieri possint coram Episcopis, quando beneficia permutata non sunt reseruata.

cap.

cap. cùm olim. cap. cùm vniuersorum, de rer. permut. & cap. vnico, eodem titulo lib. 6. vbi scribentes communiter, Federicus de Senis *in tract. de eodem tit. num* 30. Rebuff. *in praxi, titulo etiam de permut. benefic. n.* 36. Fusc. *de visitat. c.* 28. *n.* 32. Gonzal. *supra numer.* 32. & Garcia *de benefic. p.* 5. *cap.* 1. *numer.* 543.

Potiò his obstat Flamin. Paris. *de resignat. lib.* 5. *q.* 6. *& vltim. num.* 231. dicens ordinarios non posse hisce tēporibus admittere permutationes Beneficiorum, quod dubitanter ait, & se vidisse dubitare, quia Pius Quintus *in constitut.* 41. suspendit facultates ordinariorum recipiendi huiusmodi permutationes beneficiorum, donec detur modus, & *in constitutione* 58. dat modum in resignationibus, nulla facta mentione de permutationibus, & consequenter suspensiu durat in permutationibus, additque ibi nihil obesse, si dicas quòd mortuus est Papa; quoniam Sedes Apostolica durat. *cap. si gratiosè, de rescript. lib.* 6. sic Flaminius.

Veruntamen dicta constitutio 58. Pij Quinti abstulit de medio suspensionem, & expresè concessit, & approbauit permutationes faciendas coram Ordinariis, prout de iure communi antea permutabantur, quæ omnia patent ex verbis eiusdem constitutionis 58 quæ sic habent. *Ad hæc beneficiorum, & officiorum permutationes admittere, quæ Canonicis sanctionibus, & Apostolicis constitutionibus permittuntur.* Per quæ argumentum Flaminij omnino tollitur, & veritas in contrarium apparet.

29. Ambigi quidem potest, quando beneficium quis resignauit, & vacauit ex causa permutationis, possit resignans ad illud redire sine noua collatione, quamuis permutatio non sequatur, seu non teneat? Pro resolutione nota permutationis admissionem continere in se tacitam collationem, ita vt non requiratur alia expressa collatio, sed statim quòd ex causa permutationis beneficia resignantur, & Episcopus resignationem admittit sine alia collatione transfert beneficia in vtrunque, & in continenti sine alia noua collatione permutatio suam perfectionem assequitur eo ipso, quia admissio habuit vim tacitæ collationis, Rota *decis.* 16 *sub num.* 6 *vers. imò etiam plus dicitur, de rer. permut in antiquis, & decis.* 1. *num.* 3. *eodem titulo, in nouis*, post Innocent. *in c. inter cætera, n.* 3. *vers. potest etiam dici*, & Anchar. *ibidem, de præbendis.* Nihilominus oppositum non solùm securius, sed etiam verius, videlicet post admissam resignationem, fieri nouam collationem cuilibet permutantium. Ratio, quia permutatio continet in se duos actus, renuntionem scilicet, & permutionem, seu nouam collationem. Boët. *decis.* 2. *numer.* 16. Gonzalez *gloss.* 14. *num.* 58.

His positis Selua *de beneficiis part.* 3. *quæst.* 24. Rebuff. *tit. de permutat. num.* 11. *&* 26. *in praxi, & de pacificis possess. num.* 166. & Mascard. *de probat. conclus.* 1401. *num.* 3. affirmant, quando beneficia vacant renunciatione facta ex causa permutationis, non posse renunciantes ad illa redire absque noua collatione, quamuis permutatio suum non sortiatur effectum, eo quòd beneficium permutans, eo ipso illud dimittit: ac proinde in eo ius, & titulum non retinet. Dicendum tamen est, quandocunque non subsecutus est effectus permutationis sine culpa alicuius, posse hunc redire ad beneficium propria authoritate, ita Ioan. Andr. *in cap.* 1. *de rer. permutat. in* 6. Petr. Gregor. *Syntagm. iur. lib.* 17. *cap.* 17. *num.* 33. vbi ait ita fuisse iudicatum in Senatu Paris. 2. Maij 1525. & alij, quos sequitur Flamin. *lib.* 1. *de resignat. quæst.* 14. *num.* 12. & Azor. 2. *p. instit moral lib.* 7. *c.* 29. *quæst.* 21. *vers. altera opinio*, quæ sententia est verior, ex eo, quia qui permutat beneficium, ea conditione dimittit, vt sequatur effectus: eo autem non secuto, ius suum retinere vult, requiritur tamen declaratio superioris per quam pateat posse quemcunque ad beneficium suum redire, ita Azor. *suprà*, & Flamin. *d. quæst.* 14. *num.* 15 *vt s. requiritur tamen declaratoria superioris declarantis ipsum posse redire.*

Idem dicendum est de resignatione facta in fauorem non secuto effectu, posse scilicet absque 30.
noua collatione quemlibet redire ad suum beneficium, eo quia regulare est, vt si beneficium non acquiratur resignatario, ius non abdicari à resignante, Puteus *decis.* 158. *lib* 3. & priùs *lib.* 2. *decis* 52. vbi ait resignantem posse continuare possessionem in suo beneficio, vt est communis, teste Sociu. senior. *cons* 168 *lib* 2. quem refert, & sequitur Rebuff. *in tractatu de pacif. possess. num.* 146. Flaminius *de resignat. lib.* 1. *quæst.* 3. *num.* 52. *& sequent. & lib.* 2. *q.* 4 *num.* 24. Ceuall. *commun. contra commun. disp.* 561. *à num.* 6. *& num.* 24. idem Flamin. *d. lib.* 1 *q.* 14 *à num.* 6. *vsque ad finem*, vbi concludit non requiri nouam collationem, cùm conditiones positæ in resignatione suum effectum non sortiantur; quæ sententia procedit de stylo, & est de mente Rotæ: non enim ius abdicatur à resignante, non seruatis conditionibus, & dimissio illa intelligitur, rebus sic stantibus: non excusatur tamen declaratoria superioris declarantis ipsum posse redire. Flamin. *d. lib.* 1. *quæst.* 14. *n.* 15. post alios.

Lubet hîc adnotare, quas Episcopus possit resignationes recipere. Inprimis renunciatio be- 31.
neficij facienda est coram Episcopo sine vllo pacto, modo, seu conditione; aliàs est simonica, vt per Nauarrum *in cap. si quando, de rescriptis, exceptione* 4 *cap. cùm pridem, cap. final. de pactis, c. ex parte* 1 *de officio delegati. & c. tua nos, de simonia*, Rebuff. *in praxi titulo de pura resignat.* Armil. *verb. renunciatio*, Flamin. Paris. *lib.* 14. *q.* 3. *numer.* 1. & Tusc. *littera S. conclus.* 253. debet enim esse libera resignatio: quare si fiat cum pacto quòd resignatarius soluat impensam in admissione, & expeditione litterarum pensionia pro resignatario, est simonica. Nauarr. *cons.* 25. *&* 30. *de simonia.*

Item beneficia iuris patronatus possunt renun- 32.
ciari coram Episcopo cum consensu patroni, Burrius *in cap. quod in dubiis num.* 7. *vers. sed nunquid, & in cap. vltimo, numer.* 5. *de renunt.* & ibi Abbas *num.* 6. Zabarel. *in Clement.* 1. *num.* 18. *de renunciat.*

Item potest recipere renunciationes etiam in 33.
beneficiis pertinentibus ad collationem Cardinalium ratione indulti, non tamen potest in hoc casu conferre, sed Cardinales conferent, Gabriel *cons.* 187. *lib.* 1. In beneficiis tamen electiuis habent potestatem Episcopi, vt eorum renuntiationes recipiant de consensu eligentium, vt Bonif. de Vitallin. *num.* 33. *de renunc.* Franc. *in c.* 1. *num.* 7. *de rerum permut. lib.* 6. post Zabarel. *in Clement. quia contingit. num.* 18. *vers. dicit etiam, de religiosis domibus.* Episcopus enim potest recipere in manibus suis, & conferre in mensibus suis; in

aliis

aliis autem mensibus non potest conferre, vt fuit resolutum in vna Corduben. 10. Decembr. 1546. coram Anton. August. teste Puteo *decis.* 107. *lib.* 2. quem refert, ac sequitur Flamin. *d. lib.* 7. *q.* 14. *num.* 14. vbi *num.* 15. addit renunciationem debere fieri coram Episcopo, quamuis institutio competat inferiori, secundùm Franc. *in cap.* 1. *num.* 8. & *num.* 11. *de rer. permut.* & Zabarel. *in d. Clement.* 1. *numer.* 18. *de renun.* & Abbas *in d. cap. quod in dubiis, sub numer.* 6. *de renun.* & est communis.

34. Amplia posse Episcopum recipere in Curia resignationes beneficiorum existentium in Diœcesi, non tamen potest ea conferre, Couarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 20. *sub num.* 8. Gabriel. *consil.* 187. *num.* 4. *lib.* 1. quia dicuntur vacare in Curia, & ideo collatio competit Summo Pontifici, *cap.* 2. *de praebend. in* 6. Flamin. *d. q.* 14. *num.* 23. Episcopi autem, vt possint conferre, exeunt ab vrbe ad hoc, vt dicantur esse in aliena Diœcesi, vt fuit decisum in Rota, teste Puteo *decis.* 167. *lib.* 1. quem sequitur Flamin. vbi admonet meliùs esse admittere resignationem extra Curiam in alterius Diœcesi, quia tunc potest conferre beneficia coram eo resignata etiam in Curia ipso Episcopo commorante. Quinimò poterit Episcopus admittere renonciationes beneficiorum obtentorum per alium Episcopum. Abbas *in cap. ad supplicationem, n.* 5. *de renunciat.* vbi meminit casus particularis, quòd propter beneficium receptum par habet potestatem in parem, contra *cap. innotuit, de electione,* quod potest vendicare sibi locum, aut quia Episcopus retinet beneficia in adeptione Episcopatus, aut quia relicto Episcopatu habet beneficium, vt viuat, Abbas *in d. c. ad supplicationem, de renunc. n.* 6. & *n.* 9.

35. Limita tamen Episcopos non posse recipere omnium beneficiorum resignationes, sed illorum duntaxat, de quibus fit mentio in constitutione Pij Quinti 58. incipit, *Quanta Ecclesia,* Dat. Romæ anno Incarnationis Dominicæ 1568. Kalend. Aprilis Pontificatus anno tertio, in qua numerantur causæ, quæ requiruntur in renunciationibus beneficiorum, quæ fiunt extra Romanam Curiam coram Ordinariis locorum simpliciter: nam coram Ordinariis resignatio in fauorem fieri non potest. Renunciationes autem simplices ad hoc vt fieri possint coram Ordinariis, requiruntur causas contentas in dicta constitutione: quare non erit abs re hoc loco constitutionem eandem subiicere.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Quanta Ecclesiæ Dei incommoda omni tempore attulerit, & nunc quotidie magis afferat ministrorum in eam ingressio vitiosa iam latè perspiciant, & cum mœrore expendant Præsules omnes, & Pastores, quando hæc pernicies cæterarum omnium maxima tam multas Orbis Ecclesias impiè violatit. Quia verò hoc malum in cæteris frequens tum maximè in beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum dimissione admittitur, nemini molestum esse debet, quod pertinde de reprimendis quotidianis fraudibus, quæ hac in re frequentiores interuasantur, certam aliquam rationem tandem, intuiti officij nostri partes in prohibenda omnibus interim resignationum huiusmodi receptione paulo seueriùs interposuerimus, omnesque beneficiorum interim resignandorum dispositiones, quæ fierent, in irritum reuocauerimus, ac etiam decreuerimus nullum per eas in illis ius neque titulum, vel coloratum tam in petitorio, quàm in possessorio ipsis prouisis tribuere, quin etiam eos ad illa deinceps obtinenda perpetuò inhabiles fore. Collatores verò aliàs in illorum dispositione etiam tanquam deuolutiones iure se interponere non posse, sed de eis, vt verè vacantibus, siue per Romanos Pontifices, siue alios collatorum eorundem superiores vti præuentum esset liberè prouideri. Nunc autem intendentes institutum hoc nostrum, quo Sanctuarium Domini cupimus illibatum auctore Domino prosequi, ac simul quantum in nobis est cauere, ne resignationes ipsæ de hinc prò cuiusque arbitrio, nullisque, vel certè leuibus causis passim, & temerè admittantur, prohibitionem, & alia prædicta, ac cætera omnia nostris super his litteris contenta eatenus relaxamus, vt posthac Episcopi, & alij facultatem habentes, eorum duntaxat resignationes recipere, & admittere possint, qui aut senio confecti, aut valetudinarij, aut corpore impediti, vel vitiati, aut crimini obnoxij, censurisque Ecclesiasticis irretiti, aut nequeunt, aut non debent Ecclesiæ, vel beneficio inseruire, seu, qui vnum aliud, vel plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud contigerit promoueri, religionem quoque ingressuti, vel matrimonium contracturi. si statim postea id re ipsa exequantur, denique cùm quis ex aliis casibus acciderit, qui constitutione felicis recordationis Innocentij Papæ III. de dimittendis cathedralibus Ecclesiis, edita continentur.

Qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco beneficij residere securi. Sed nec horum vllus sacro Ordini mancipatus nisi religionem ingressurus, valeat vllo modo beneficium, vel officium Ecclesiasticum resignare, nisi aliunde ei sit, quo in vita possit commodè sustentari. Ad hæc beneficiorum, & officiorum permutationes admittere, quæ Canonicis sanctionibus, & Apostolicis constitutionibus permittuntur. Caueant autem Episcopi, & alij prædicti, itemque omnes electores, præsentatores & patroni tam Ecclesiastici, quàm laici quicunque sint, ne verbo quidem, aut nuto, vel signo futuri in huiusmodi beneficiis, & officiis successores ab ipsis resignantibus, aut aliis eorum significatione, vel hortatu designentur, aut de his assumendis promissio inter eos, vel etiam intentio qualiscunque intercedat. Cæterùm præcipimus, atque interdicimus, ne ipsi Episcopi, aut alij collatores de beneficiis, & officiis resignandis prædictis, aut suis, aut admittentium consanguineis affinibus, vel familiaribus etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum audeant prouidere, quod si secus, ac etiam quicquid præter, vel contra formam prædictorum fuerit à quocunque temere attentatum, id totum ex nunc vires, & effectum decernimus non habere. Qui verò contrafecerint, vt in eo quo deliquerint puniantur, à beneficiorum, & officiorum collatione, nec non electione, præsentatione, confirmatione, & institutione, prout cuique competierit, tandiu suspensi remaneant, donec remissionem à Roman. Pont. meruerint obtinere, & qui talia beneficia, seu officia receperint, eos prædictis pœnis volumus subiacere. Et nihilominus in eos, qui sic suspensis conferre, eligere, præsentare, confirmare, vel instituere ausi fuerint, excommunicationis quoad

perso

perſonas, quo verò ad Capitula, & Conuentus à diuinis ſuſpenſionis ſententias ipſo facto promulgamus, quibus etiam nullus alius, quàm ipſe Romanus Pontifex, ſine abſolutionis, ſiue relaxationis gratiam (excepto mortis articulo) valeat impertire. Prohibitione, ac litteris noſtris prædictis, nihilominus in cæteris omnibus perpetuò valituris. Non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis, & indulgentiis, & litteris Apoſtolicis generalibus, & ſpecialibus quibuſcunque Epiſcopis, & aliis ſuperioribus, & inferioribus Eccleſiarum Prælatis, nec non Eccleſiis, Monaſteriis, & Capitulis, Conuentibus, collegiis, & vniuerſitatibus, eorumque, & aliis perſonis etiam Regia, & Imperiali maieſtate præditis: ſub quacunque verborum forma, & conceptione conceſſis, per quæ effectus præſētium impediri poſſet, quomodocunque, vel differri, etiam ſi de eis ipſorumque totis tenoribus ad verbum, ac de propriis nominibus eorum, nec non Eccleſiis, Monaſteriis, locis, Ordinibus, & dignitatibus, de quibus nec non cauſis propter quas illa conceſſa ſunt, ſpecialem, & expreſſam præſentibus fieri oporteret mentionem, &c.

36. Ex hac conſtitutione apparet primam cauſam ob quam Ordinarius poteſt recipere reſignationes beneficiorum, eſſe ſenectutem reſignantis; quæ cauſa etiam habetur *in cap. niſi cùm pridem, de renunciatione*, & ibi Hoſtienſis *numer.* 13. qui autem dicantur ſenes, relinquitur iudicis arbitrio, Barb. *conſ.* 21. *col. penult. lib.* 2. *& conſ.* 27. *col.* 3. *lib.* 3. Menoch. *de arbitr. caſu* 59. *num.* 3. Proſper de Auguſtin. *in addit. ad ſummam Bullarij verb. beneficiorum reſignationis, in principio*, Flamin. *de reſign. lib.* 5. *q.* 6. *n.* 5. *& duobus ſequentibus.*

37. Secunda cauſa eſt infirmitas, vt patet ex eadem conſtitutione Pij Quinti, ibi, *aut valetudinarij.* Qui autem cenſeantur valetudinarij relinquitur iudicis arbitrio, Baldus *in Authent. Sed ſi quis ab alieno, num.* 13. *Cod. de teſtibus*, Menoch. *de arbitrar. caſu* 60. *num.* 5. Cenſebitur valetudinarius, qui ſæpe, aut ſemper malè valet, aut ægrotat, & ob id non poteſt ſuum munus, vt decet, obire, Gemin. *in cap.* 1. *de clerico ægrotante*, Mar. Socin. Senior. *in cap. quoniam frequenter col.* 4. *verſ. tertio.*

38. Tertia cauſa eſt quando beneficiatus volens reſignare eſt corpore impeditus ita, vt nequeat ſuo muneri ſatisfacere. Sub hoc impedimento corporis impediti veniunt leproſi, ſcabioſi, paralytici, apoplectici, morbo comitiali laborantes: item lunatici, aut morbo Gallico affecti: nec non chiragra correpti, vel tremulas manus habentes, quod etiam intellige de aliis impedimentis corporis perpetuis, & continuis, in quibus militat eadem ratio. Nam leproſus eſt remouendus ab adminiſtratione, *cap. tua nos, de clericis ægrotant.* Tabien. *verb. corpore.* D. Thom. 3. *q.* 82. *art. vltimo*, Flamin. *lib.* 5. *q.* 6. *num.* 16. vbi addit Eccleſiam leproſi ſeruiendam per Vicarium, vel priuandum ea ipſum, reſeruata portione redituum pro victu, Roſell. *in verb. leproſus*, & Maiol. *de irregul. lib.* 2. *cap.* 18. *col.* 2. *&* 3. Idem de laborantibus ſcabie nimiam inducente deformitatem: ſunt enim irregulares, Campanil. *in diuerſ. iur. Canon rub.* 11. *cap.* 17. *num.* 163. Molin. *de iuſtitia tract.* 3. *diſp.* 70. *num.* 11. & Booacin. *de cenſur. diſp.* 7. *q.* 2. *punct.* 2. *num.* 19.

39. Quarta cauſa eſt, quando beneficiatus eſt corpore vitiatus, & deformatus, vt pote cæcus ex vtroque oculo, claudus item habens manum mutilam, aut crus penitus abſciſſum, aut omnino contractum, Flaminius *d. q.* 6 *num.* 36. *&* 46. *& ſequentibus*, poſt plures, ex ea ratione, quia corpore vitiati ſicut nequeunt promoueri, ſic promoti non poſſunt miniſtrare, Couarr. *in Clement. ſi furioſus part.* 1. *numer.* 1. *de homicidio*, & Paul. Fuſc. *in tract. de viſitat. lib.* 2. *cap.* 2. *numer.* 15.

Quinta cauſa ex qua Ordinarius poteſt recipere beneficiorum reſignationes, eſt quando beneficiatus obnoxius eſt crimini. Conſtat ex eadem conſtitut. *Piana*, ibi, *crimini obnoxius*, ità Flamin. *d. q.* 6. *ex num.* 58. nempe quando eſt homicida, Nauarrus *in manuali cap.* 27. *numer.* 239. Fuſc. *ſuprà cap.* 28. & Proſper de Auguſtin. *vbi ſuprà verſ. quinta*, vbi refert caſus, in quibus beneficiatus propter crimina commiſſa poteſt priuari, nimirum ſi eſt homicida, adulter, vel ſimoniacus, aut concubinarius, & admonitus non emendatur. 40.

Sexta cauſa ex eadem conſtitutione eſt, quando beneficiatus eſt cenſuris irretitus, & quibus non poteſt, aut non debet beneficio ſeruire. Fuſc. *de viſitatione d. cap.* 28. *num.* 14. Mar. Anton. Genuenſ. *in praxi Archiepiſcop. Neapol. cap.* 53. & Flamin. *d. q.* 6. *num.* 67. & Gonzal. *de menſib. gloſſ.* 14. *numer.* 24. Ceuall. *commun. contra commun. quæſt.* 147. *numer.* 7. & conſtat ex *dict. conſtitutione Pij Quinti.* 41.

Septima cauſa, quando beneficiatus obtinuerit plura beneficia, quæ perſonalem reſidentiam requirunt. Item quando promouetur ad aliud beneficium incompatibile; item poteſt recipere beneficium ingreſſuri religionem, vel matrimonium contracturi, ſi ſtatim poſtea id re ipſa exequantur, Flamin. *d. q.* 6. *à num.* 108. *& à num.* 157. *& à num.* 163. Proſper de Auguſtin. *d. loco verſ. decima*, vbi addunt poſſe Ordinarium conferre beneficium contracturi matrimonium eo contracto beneficium autem Religionem ingreſſuri non eſt conferendum ad Ordinario, niſi pro profeſſionem emiſſam, Flamin. *ſuprà, numer.* 167. debet enim expectare per annum; intra quem poteſt exire Nouitius: quare prius non dicitur vacare beneficium, gloſſ. *in cap. ſtatuimus, verb. qui dari, de regul.* & ſcribentes *in cap. beneficium, de regular. lib.* 6. & Fuſc. *de viſit. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 84. *& lib.* 2. *c.* 28 *n.* 18. 42.

Vltima cauſa, ex qua Ordinarius poteſt recipere beneficiorum reſignationes, eſt, quando beneficiatus nequit, aut non audet reſidere ſecurus propter capitales inimicitias in loco beneficij, Fuſc. *d. cap.* 28. *num.* 8. Flamin. *d. q.* 6. *num.* 169. & Marc. Anton. Genuenſ. *d. cap.* 53. *num.* 4. Capitales autem inimicitiæ oriuntur ex lite ſuper omnibus bonis, vel ſuper maiori illorum parte, Menoch. *de arbitrar. caſu* 239. *num.* 11. *& de præſumpt. lib.* 5. *q.* 42. *num.* 5. Decian. *tract. crimin. lib.* 3. *c.* 25. *num* 56. *&* 57. item oriuntur ex criminali accuſatione, Maſcard. *concluſ.* 898. *num.* 1. *&* 16. *& concluſ.* 899. Menoch. *de præſumpt lib.* 1. *q.* 43. *num.* 4. & Farin. *in praxi crimin. q.* 49. *à num.* 24. Item contrahuntur ex verbis valde iniurioſis, Maſcard. *d. concluſ.* 898. *num.* 24. *&* 41. Menoch. *d. q.* 42. *num.* 17. & Farin. *d. q.* 49. *n.* 38. 43.

Præterea cauetur in eadem conſtitutinne Pij Quinti *in verſic. Cæterum præcipimus, ne Epiſcopi, vel alij collatores de beneficiis propter prædictas cauſas renunciatis, aut renunciantium, aut eorundem* 44.

Epiſcopo

Episcoporum, aut collatorum consanguineis affinibus, vel familiaribus, etiam per fraudulentum circuitum multiplicatarum in extraneos collationum audeant prouidere, aliàs prouisiones sint nulla eo ipso vltra pœnas contra collatores in eadem constitutione impositas, Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepisc. c.*64. & Gonzales *super regul.*8. *glossa* 14. *num.* 25. Præsumitur namque huiusmodi renunciationes, quando ita fiunt, tacitè, & indirectè factas in fauorem, quæ coram Ordinariis fieri nequeunt. Francisc. Leo *in thesauro fori Eccles. part.* 2. *cap.*3. *num.*69. & Flamin. *lib.*5. *q.*6. *num.* 188. vbi concludit Ordinarios admittentes beneficiorum renunciationes ex causis memoratis non debere illa beneficia conferre suis, aut admittentium consanguineis, & affinibus, vel familiaribus, quia resignatio in fauorem coram Ordinariis fieri nequit etiam per circuitum, vt est communis sententia, nam quod prohibetur directè, etiam indirectè prohibitum est. *cap. cùm quid vna via, de regul. iur. lib.*6. Fusc. *d.c.*28. *n.*23. Crauet. *cons.* 137. *num.* 1.

Non est tamen omittendum, quod refert Garcia *de beneficiis part.*11. *cap.*3. *num.*270. in Hispania hanc constitutionem non fuisse receptam, nec seruari bene, sed fuisse ab ea supplicatum saltem quoad illud de non conferendis beneficiis resignatis consanguineis, affinibus, aut familiaribus collatorum, vel resignantium. Nihilominus F. Emmanuel Rodriquez *de regularibus tom.*1 *q.*6. *art.*7. Gabr. Vasq. 1.2. *tom.* 2. *disp.*156. *num.*43. & Lorca *eadem* 1.2. *disp.*20. *de legibus* tradunt supplicationem interpositam à lege, & constit. generali non suspendere interim constitutionis executionem, donec secunda iussio superueniat.

45. Vltimo loco ambigi potest, quibus pœnis debeant puniri Ordinarij conferentes beneficia coram ipsis resignata, consanguineis resignantium, aut suis, & familiaribus? Respondet constitutio Piana his verbis. *Qui verò contrafecerint, vt in eo quo deliquerint puniantur, à beneficiorum, & officiorum collatione, nec non electione, præsentatione, confirmatione, & constitutione, prout cuique competierit, tandiu suspensi remaneant, donec remissionem à Romano Pontifice meruerint obtinere, & qui talia beneficia, seu officia receperint, eos prædictis pœnis volumus subiacere.* Sic ibi. Vnde patet Ordinarios conferentes, & beneficia recipientes esse suspensos, nec posse durante suspensione Episcopos conferre, nec eligere, nec præsentare, nec denique confirmare, & si aliquid istorum fecerint, excommunicantur ab eadem constitutione. Contra verò resignationes

46. absque causa recipiens non ligatur pœnis eiusdem constitutionis, sed resignationes sunt omnino nullæ factæ coram Ordinario præter causas relatas, & hæc pœna sufficiet, quod probat Fusc. *de visitat. d. cap.* 28. *num.*26. & colligitur apertè ex d. constitutione Pij Quinti in decreto irritante, ibi, *Quod si secus ac etiam quicquid præter, vel contra formam prædictarum fuerit à quocunque temere attentatum, id totum ex tunc vires & effectum decernimus non habere.* Pro reliquis vide eandem constitutionem suprà positam Azor 2. *p. lib.*7. *cap.*19. *vers. Quinto.*

Quibus Episcopus nequeat beneficia conferre.

§. II.

EPITOME.

1. *Episcopi quando possint conferre beneficia consanguineis, & quando non.*
2. *Episcopi an committant simoniam dando beneficia alicui solo titulo consanguinitatis?*
3. *Episcopi an possint conferre beneficia damnatis ad mortem si effracto carcere aufugiant?*
4. *Episcopi an possint conferre beneficia illegitimis?*
5. *Episcopus an possit conferre beneficia patientibus defectum in oculis?*
6. *Episcopi, an possint conferre beneficia carentibus naso, & labiis?*
7. *Episcopi an possint conferre beneficio surdis, & surdastris?*
8. *Episcopi an possint conferre beneficia defectum patientibus in lingua, in manibus, aut in cruribus?*
9. *Hermaphroditus, seu Androginus, an sit capax beneficij?*
10. *Gigantes, aut Pygmæi, an sint irregulares?*
11. *Gibbosi an possint capere Ordines, & quid de leprosis, scabiosis, & paralyticis?*
12. *Morbo caduco laborantes, dæmoniaci, & energumeni, an sint capaces beneficiorum?*
& an irregularitas ex corpore vitiatis excludat à Sacerdotio tantùm? ibid.
13. *Vinum non bibentes, aut retinere non valentes, nequeunt promoueri ad Ordines sacerdotales.*
14. *Episcopus nequit dispensare cum illegitimo, vt beneficium paternum immediatè obtineat.*
15. *Legitimatus ab vno Episcopo ad Ordines minores, & ad beneficium simplex, idem beneficium, & Ordines in alterius Diœcesi potest obtinere.*
16. *Episcopus cum illegitimo dispensare nequit ad prælaturam regularem.*
17. *Dispensatus à Papa, vel Episcopo super beneficium incerto, eo obtento, aliud obtinere non potest.*
18. *Episcopus, an possit conferre beneficia homicidis quibuscunque, etiam ante Baptismum.*

QVÆST. prima, quando scilicet Episcopi possint conferre beneficia consanguineis, & quando non, ex eo ortum habet, quia prohibetur *in c. decenter.*6. *dist.*89. ne Episcopi consanguineis suis aut domesticis bona Ecclesiæ largiantur. Idem cauetur 1. *q.*3. *c. peruenit*, & 1. *q.*1. *cap. si quis*, ex ea ratione, ne Episcopi ducantur nimio amore suorum, & eisdem conferant beneficia etiam indignis, & minimè idoneis, & peccent contra iustitiam saltem distributiuam, ita Suarius *lib.*4. *de simonia c.*37. *n.*8. 1.

Nihilominus consanguineis idoneis, & dignis potest Episcopus sublato scandalo conferre beneficia, quod nascitur ex eiusmodi prouisionibus consanguineorum. Decet enim, vt non omnia beneficia consanguineis dentur, & vt de eorum idoneitate, & scientia publicè constet, si prouisio est publica, Suarius *suprà n.* 8. Consanguineis autem, & familiaribus nequit Episcopus etiam idoneis

idoneis conferre beneficia parochialia in suis manibus resignata, neque eos admittere ad concursum eatum, vt censuit Congregatio Concilij, de qua Gatcia *de beneficiis, part. 9. cap. 2. num. 211.* quod tamen non procedit, vt ait Garcia *suprà* in vacatione per obitum, vel alio modo, dummodo tamen pactum non intercedat, Anton. de Butt. *in cap. cùm essent 12. de simonia*, post Hostiensem, & alios, *n.7.& 9.* & Abbas *n.4.* Couarr. *lib.1.variar.c.final.n.3.*

Non erit tamen simonia conferre alicui beneficium solo titulo cõsanguinitatis, vt voluit affirmate glossa *in cap. vnico, vt Ecclesiastica beneficia, ver.carnalitatem*, & Maior 4. *dist.25.q. 3. ad primum*; ex ea ratione, quia non minus est temporale bonum consanguinitas, quàm humanus fauor; sed conferre beneficium Ecclesiasticum ob fauorem humanum, est simonia: ergo etiam erit beneficium dare alicui propter consanguinitatem: sicut est simonia conferre beneficium cum obligatione alendi consanguineum.

Dicendum tamen est non esse simoniam: nam si esset, vel esset contra ius diuinum, vel contra humanum: neutrum dicendum est igitur. Item simonia non committitur sine pacto: sed Episcopus conferendo consanguineis, confert sine pacto, & nihil à consanguineo recipit: ergo non est simonia cùm de se sit opus bonum, & secundùm Ordinem charitatis. Quare non ast simonia de iure diuino prohibita, nec de iure positiuo inuenitur prohibitio aliqua, D. Thomas *q. 100. art.5.ad 3.* Adrianus *quodlibeto 6. ad 3.* & Couar. *lib.1.variar.cap.5. num. 4.* vbi alios refert Illustrissimus Cunba *1. p. Decreti, cap. decenter, dist.89. num. 2.*

3. Quæstio secunda, an Episcopus possit conferre beneficia damnatis ad mortem corporalem, si fortè effracto carcere euadant ab illa? Pars negans ex eo probatur, quia condemnatus ad mortem non potest ad sacros Ordines promoueri, quia eius crimen est notorium: impediunt enim notoria crimina promoueri, *cap. ex tuarum*, aliàs *ex tenore tuarum, de tempor. ordin. & cap. primum itaque, dist. 25.* Soar. *tom. 5. de censuris dist. 48. sect. 1.& 2.* facit *cap.quæsitum, tit.* etiam *de tempor. ordin.* & tradit Gam. *de Sacramentis præstandis q. 5. num.5. & num. 8.* quia infamis ab Ordinibus suscipiendis repellendus est, *cap omnes, & cap. infames 6.q.1.cap.laici, & ibi* omnes, *dist. 33.* & talis infamia ordinatis aufert executionem Ordinis, Abbas *in cap. licet Hely, n. 19. de simonia.* Quin imò in casu suscipiendi Ordines de iure Canonico infames dicuntur omnes, qui in iure ciuili infames appellantur: & ideo condemnatus propter publicum crimen dicerur infamis, per textum *in l. infamem, ff de publicis iudiciis.* Si ergo infamis ordinari non potest, ac Ordines Ecclesiasticos suscipere prohibetur, vt probat textus *in cap.infamis & cap. final.51.dist.cap accusatum, de simonia*, Bellet.*tit. de disciplina clerical. §.10. à n 1.* & Campanil. *in diuersor.iur.Canon. rubr.12.c. 18 à numer.1.* nullo modo ad beneficia eligi, seu præsentati potest, cùm debeat priuari omni officio, & deponi ab omni honore, & dignitate. *l. infames*, iuncta gloss. *& l.decurio, C. ex quibus causis infamia irrogatur, cap. inter dilectos, de excess. Prælat.* & ex consequenti ad beneficia eligi, seu præsentari nequit, ita Duaren. *de beneficiis lib.4 c. 1.* Petrus Gregor. *eodem titulo c. 37. n. 9.* Viuian. *in praxi iuris patronatus part.2 lib. 6. cap.9.numer. 23.* quos referens sequitur Barbos. *de offic. & potest. Episcop.alleg.72.num.100.* post Garciam *de benefic. part.7.c.8.n.4.*

Quæstio tertia, an possit Episcopus conferre beneficia illegitimis? Ex *cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi*, ostenditur illegitimos non posse ordinari, & ex consequenti non posse eligi, nec præsentari, argumento textus *in cap. accepimus, de ætate, & qualitate*, Cardin. Seraphin. *Rota decis.1442.num.9* & Aloys. Ricc. *in praxi resolut. 185.* Nihilominus potest Episcopus dispensando promouere illegitimum ad Ordines minores, & ad beneficium simplex, *cap. 1. de filiis presbyterorum in 6. & ibi* glossa & scribentes, Rebuff. *in praxi tit. de dispensatione super defectu natal. num. 8.* Gigas *de pension.quæst.17. in principio*, Vgolin. *de irregul. cap.44.§.2.num.3.* Sayr. *de censuris lib.6.cap.11.n.8.* Carol.de Grassis *de effectibus cleric. effect. 1.n.530.* Azor. *instit moral.p. 2. lib. 3. cap.50. q. 8.* Garcia *de benefic. p. 7. cap. 2. numer. 48.* & Campanil. *in diuersor. iur. Canon. rubr. 11. cap. 3. num.81.* 4.

Extende posse Episcopum dispensare cum illegitimis ad beneficium simplex, etiam in Canonicatibus collegiatarum Ecclesiarum, prout volunt Beller. *disquisit. clerical. part.1.tit.de disciplina clerical.§.3.num.27.*& Garci. *de benefi.part.7.cap.2. num.69.* cùm ad hos Canonicatus obtinendos sufficiat prima tonsura, & decimusquartus annus, vt tradit Garcia *suprà part.7.cap.4. num. 39* Quin etiam de iure antiquo poterat Episcopus dispensare cum illegitimo ad obtinendum Canonicatum in cathedrali, gloss.*in cap. 1. verb.beneficium, de filiis presbyterorum in 6.* quam ibi sequuntur Ioannes Andreas *vers. in gloss. intellige sub num. 3.* Selua *de beneficiis part.3.q.61.in fin.*

Nihilominus post Concilium de iure nouiori *sess.24. de reformat. cap. 12.* non potest Episcopus dispensare cum illegitimo ad Canonicatum in cathedrali, cùm omnes Canonicatus Ecclesiæ cathedralis requirant aliquem ex sacris Ordinibus, ad quos cùm Episcopus non possit promouere illegitimos, sequitur non posse dispensare ad beneficia, quæ sibi habent annexos Ordines sacros. Praxis Episcopal. *part 1. verb Canonia. §. 3.* Illustrissimus Cunha *cap. Apostolica, dist.56.num.7.* nec etiam poterit dispensare cum illegitimo super pluralitate beneficiorum simplicium, Azor. *instit. moral.part. 2. lib. 6. cap. 3. q. 12.* Auila *de censuris part.7.disp.3 dub.6.conclus.2.* Garc. *d p.7.cap.2.n.50. & p. 8. cap. 3. num. 4.* quibus accedit Sanchez *de matrim.lib.8.disp.51.n.6.& 11.*

Quæstio quarta, an possit Episcopus dispensare cum patientibus defectum in oculis ad beneficia? Responde vtroque oculo orbatum esse irregularem, *cap. fin.dist. 55.in verb. in oculis*, nec posse celebrare, si in cæcitate sit promotus. D. Thomas *3. p. q. 82. art. 10. ad tertium*, Sotus *in 4. dist 13. q. 1. art. 10. ad tertium*, Maiol. *lib. 1. de irregul.cap.20 n.1.& 2.* Soar. *de censuris disp. 51. sect.3.n 13* & Sayr. *in thesauro lib.6. c. 8.n. 5.* & alij, quos referens sequitur Illustrissimus Cunha *in d. c final.dist.55 n.5.* vbi refert Pontificem dispensasse cum cæco, vt ordinaretur Sacerdos, imò, vt esset Episcopus. 5.

Monachus etiam vnum tantùm oculum habens non potest ordinari, etiam primæ tonsuræ, *cap si Euangelica dist.55.* est enim irregularis, cui erutus est oculus, Sayr. *lib. 6. cap. 8. numer. 5.* Suar. *de censuris disp. 51. sect. 3. numer.13.* & Auila *eodem titulo part. 7. disp. 3. dub. 3. §. ex hac conclusione.*

Carens autem virtute videndi in dextro oculo non est irregularis, si habeat oculum integrum, Sayr. Auil. & Suarius *suprà*, quibus accedit Nauar. *in manuali cap.* 27. *numer.* 199. *vers. quartò dicitur*, Valentia *tom.* 4. *disp.* 7. *q.* 19. *punct.* 3. & Henriquez *lib.* 14. *de irregularitate*, *cap.* 8. *numer.* 2. Si quis verò careat virtute visiua in oculo sinistro, & tantam habeat virtutem videndi in dextro oculo, vt sine deformitate possit legere conuertendo se ad Canonem, non est irregularis, ita Nauarrus *in manuali cap.* 27. *nmmer.* 199. Sayr. *d. lib.* 6. *cap.* 8. *numer.* 8. & Bonacin. *de censuris disp.* 7. *q.* 2. *punct.* 2. *numer.* 2. quus referens sequitur Barbos. *de offic. & potest. Episcop. alleg.* 42. *numer.* 29. & Illustrissimus Cunha *in d. cap. si Euangelica*, *numer.* 8. vbi addit cætera oculorum vitia, vt maculas, albugines, & similes huius generis notas, si faciant deformitatem notabilem, generare irregularitatem, sed omnia arbitrio Episcopi sunt relinquenda, ita Sayr. *suprà d. lib.* 6. *c.* 8. *n.* 11. *&* 12. & Auil. *p.* 7. *disp.* 3. *dub.* 1.

6. Quæstio quinta, Vtrùm sint irregulares, qui carent naso, & labiis? Tabiena *verb. dispensatio numer.* 13. *vers. decimoseptimò*, & Maiol. *lib.* 1. *de irregul. cap.* 22. *numer.* 2. volunt esse irregulares, qui carent naso, & ideo non posse ordinari, nec dispensari, nisi à Pontifice; sequitur Henriquez *lib.* 14. *de irregul. cap.* 8. *numer.* 3. & Sayr. *de censuris lib.* 6. *cap.* 8. *numer.* 14. quibus accedit Auila *part.* 7. *disp.* 3. *dub.* 1. Molin. *de institia tract.* 3. *disp.* 70. *numer.* 2. & Bonacin. *de censuris disp.* 7. *q.* 2. *punct.* 2. *numer.* 5. Habens autem nasum pressum, aut grandem, aut distortum, prohibetur ordinari, *in cap. hinc*, *&* *hinc*. 49. *dist.* Quod intelligitur, quando deformitas est tanta, vt horrorem pariat cernentibus, Selua *in tractatu de beneficiis part.* 3. *q.* 5. *vers. item ille post*. *n.* 44. Hanc tamen dubitationem dirimendā arbittio Episcopi censent Viualdus *in suo candelabro part.* 2. *tit. de irregularitate*, *numer.* 491. & Cunha *d. cap. hinc*, *numer.* 3. subdens super huiusmodi irregularitate non Episcopum, sed solum Pontificem dispensare. Ex quo sequitur non posse Episcopum hisce beneficia conferre.

De carentibus labiis, quæ formaliter membra non sunt, dicendum est esse irregulares, quia dant formam, & pulchritudinem corpori humano, & sine quibus corpus deturpe est, ac deforme. Quare, qui labiis carent, aut ea notabiliter deformia habent, non debent promoueri ad sacros Ordines. In quo defectu quid faciendum sit iudicabit Episcopus, Maiol. *lib.* 1. *de irregul. cap.* 23. & Henriquez *lib.* 14. *de irregul. cap.* 8. §. 3.

7. Quæstio sexta, an Episcopus possit conferre beneficia surdis, aut surdastris? Pro explicatione notandú est, aurem non esse membrum, sed potiùs ornamentum, cùm non sit necessaria aoditui, ita Couarr. *in Clement. si furiosus part.* 3. *in principio numer.* 8. *vers.* 1. Nauarr. *in manuali cap.* 27 *num.* 223. *vers. septimò infertur*, & Aloys. Riec. *in praxi aurea resolut.* 67. *n.* 2. Et ideo, qui caret auris cartilagine, non est irregularis, nisi fortè propria culpa, seu peccato, auris fuerit homini abscissa; quia tunc infamia incurritur, & irregularitas inducitur, Henriquez *lib.* 14. *cap.* 8. §. 3. *in principio*, Auila *part.* 7. *disp.* 3. *dub.* 1. Paul. Comitol *respons. moral. lib.* 6. *q.* 55. Reginal *in praxi for. pœnit. lib.* 30. *cap.* 5. *numer.* 50. Bonacin. *de censur. disp.* 7. *q.* 2. *punct.* 2. *numer.* 8. & Campanil. *in diuersor. iuris Canon. rubr.* 11. *cap.* 17. *numer.* 41.

His positis, non potest Episcopus conferre beneficia surdo, qui nullo modo audit: est enim iure Canonico irregularis, nec promoueri potest, & promotus deiici debet. Surdastro, qui difficulter audit, potest beneficium conferri, quia non est irregularis, ex Maiolo *lib.* 1. *de irregul. cap.* 25. *numer.* 1. gloss. *in cap. singula*, *in verb. oculus*, *dist.* 89. videtur contradicere, sed loquitur de priuato vtraque aure, vel vna tantùm, aut parte notabili auriculæ, quem putat esse irregularem, quasi membro corporis diminutum; nos autem loquimur de surdastro, qui audit, sed difficulter, qui non est irregularis, ex Maiol. *suprà*, & ex Viualdo *de irregul. num.* 156. & ex Graffi. *lib.* 4. *cap.* 27. *numer.* 51. dummodo vtramque habeat aurem. Si quis tamen per vim priuatus sit auribus, vel altera ab hostibus, iustè excusatur ab irregularitate, vt Maiol. Henriquez, & Viuald. *num.* 159. quibus accedit Sayr. *de censuris lib.* 6. *c.* 8. *n.* 17. & Barbos. *de offic. & potest. Episcop. alleg.* 42. *n.* 39.

Quæstio septima, vtrùm Episcopus possit conferre beneficia patientibus defectum in lingua, in manibus, & cruribus? Pro decisione aduerte secundùm veriorem, Episcopum non posse dispensare super irregularitate ex vitio corporis prouenientе, sed Summum Pontificem tantùm, ita Innocentius *in c. significauit, de corpore vitiatis n.* 3. *super verb. & tua*, Hostiensis *ibi ad finem*, *eodem verb. tua*, Couar. *in d. Clement. si furiosus part.* 1. *in principio*, *n.* 7. *vers. super hoc*, Molina *de iustitia tractatu* 3. *disp.* 70. *n.* 19. Sayr. *de censuris lib.* 6. *c.* 8. *n.* 1. Campanil. *d. c.* 17. *n.* 202. Nec obest *d. c significauit, de corpore vitiatis*, gloss. oostra, per quam volunt Villadieg. & Syluestr. quos refert Salzed. sed non sequitur, *in praxi c.* 17. *n.* 15. non esse negandum Episcopum propria authoritate posse dispensare in irregularitate manante ex vitio corporis, quia hoc solùm probat glossam *in verb. nostra, in d. c. significauit.* intelligendam esse de dispensatione Episcopi authoritate Apostolica commissa, & ita Episcopo delegata, ita Salzed. *d. c.* 17. *n.* 15. & Aloys. Riec. *in praxi aurea*, *resolut.* 16. explicant hanc glossam, & verba illius, *authoritate nostra*, id est, tibi commissa, quæ proinde dicitur tua, eo quòd Commissarius nequeat ipsam alteri delegare, *cap. final.* §. *caterùm*, *de officio iudicis delegati*, & ibi Barbos. 8.

Hoc posito, Dic primò mutum, & carentem lingua iure natutali non posse promoueri ad Ordines: idem intellige de eo, qui perdidit vsum loquendi, quia est irregularis. D. Thomas 3. *part. q.* 82. *art.* 10. *ad tertium*, Sotus *in* 3. *dist.* 13. *art. vltimo*, Maiol. *lib.* 1. *de irregul. cap.* 26. *numer.* 2. Graff. *decis. lib.* 4. *cap.* 27. *numer.* 50. & Henriquez *lib.* 14. *cap.* 8. §. 2. Secus de his dicendum, qui sunt impeditioris linguæ, quales sunt blæsi, vt fuit Moses, aut balbi, qualis fuit Demosthenes, qui lapillis sub lingua positis litteram R. pronunriare didicit: hi enim non sunt irregulares, Maiol. *lib.* 1. *de irregul. c.* 26. *num.* 3. & Graff. *supra n.* 50. huiusmodi autem defectibus iudicabit Episcopus, quando Ordinis executionem impediant, vel scandalum gignant, nec sufficit arbittium Confessarij, vel alterius Prælati inferioris. Couarr. *in Clementina si furiosus*, *part.* 1. *in principio nmmer.* 5. Auila *de censuris part.* 7. *disp.* 3. *dub.* 3. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib.*

lib. 3. num. 45. & Bonacin. *de censur. disp. 7. d. puncl. 2. n. 36. in fine.*

Quoad defectum in manibus certi iuris est carentem altera tantùm manu non posse ordinari, & ex consequenti non esse capacem beneficij. Quin etiam carentem pollice, vel indice esse irregularem, & iure naturæ impeditum, tradit Sayr. *d. lib. 6. cap. 8. num. 22.* Borgas *de irregul. titulo de corpore vit. num. 4.* Placa *de delictis lib. 1. cap. 25. num. 9.* Salon. *in 2. 2. quæst. 65. art. 1. controuer. 4. concius. 2.* & Bellet. *de disquisit. clericalium part. 1. rubr. de disciplina cleric. ali, §. 7. num. 18.* quia hi digiti deseruiunt Eucharistiæ. Secus de digito, qui medius appellatur, quoniam eo Sacerdos Eucharistiam non tractat, ita Campanil. *in diuersor. iur. Canon. rubr. 11. cap. 17.* Sayr. tamen *de censuris lib. 6. cap. 15. num. 16.* vult esse irregularem carentem tribus digitis, pollice scilicet, indice, & medio, propter maximum defectum eius partis, quæ necessaria est ad honeste celebrandum. Puto tamen carentem indice non esse irregularem, si habeat digitum medium, quo iungitur pollex ad consecrationem, & ad Hostiam eleuandam, ac frangendam; quod intellige si post Sacerdotium casu aliquo indicem amittat, sed tutius est petere dispensationem.

Similiter habens mutilatam manum non potest ad Ordines promoueri, *cap. exposuisti 6. de corpore vitiatis ord. nandis.* Flamin. *de resignat. lib. 5. q. 6. numer. 48.* Bellet. *disquisit. part. 1. tit. de disciplina cleric. §. 7. numer. 20.* & Campanil. *d. rubr. 11. cap. 17. numer. 104.* Item habens manus tremulas perpetuò, non potest promoueri, præsertim si detur periculum subuertendi sanguinem, Toletus *lib. 1. cap. 25. numer. 13.* & Maiol. *de irregular. lib. 2. cap. 25.* Idem dicendum de habente manus articulatas, & aridas ad ministerium exequendi Ordines parum efficaces, Henriquez *lib. 14. cap. 8. §. 4. in fine*, & Flamin. *d. quæst. 6. num. 49.*

Porrò patiens defectum in pedibus, videlicet claudus, nullo modo potens stare pedibus, iure naturali est impeditus, quòd si stare possit, aut accedere ad Altare, & hoc ex natiuitate, vel sine culpa sua habuit, potest dispensari, vt promoueatur ex causa vrgenti, dummodo talis defectus sit, vt sine baculo, aut pede ligneo ipse ad Altare accedat, *c. si quis in infirmitate, 55. dist. cap. nullus*, vbi glossa *verb. cum baculo, de consecrat. distinct. 1.* Flamin. *lib. 5. q. 6. num. 46.* Molin. *tract. 3. disp. 70. numer. 9.* Sayr. *dicto cap. 8. numer. 22.* vbi addit, si nequeat per se ascendere scalas Altaris, irregularem esse, ex Sylvestro *verb. corpore vitiat. quæst. 9.* Maiol. *lib. 1. de irregul. cap. 18. numer. 2.* & Graff *decis. lib. 4. cap. 27. numer. 50.* An autem cum Religiosis claudis possit Episcopus dispensare, vt cum pede ligneo celebrent? Astensis affirmat *p. 2. lib. 6. tit. 21 quæst. 2.* & Rosell. *verb. vitiatus corpore*, sed meliùs negat Sayr *in d. c. 8. num. 22 ad finem.*

9. Quæstio octaua, an beneficia possit Episcopus conferre Hermaphroditis? Responsio est negatiua, quia sunt irregulares. Nam si magis, aut æqualiter inclinant in fœmineum sexum, sunt incapaces characteris, vel quia fœminæ sunt, vel quia non sunt viri perfecti, ita Sayr. *de censuris lib 6 cap. 8. num. 14.* Suar *de censuris disp. 51. sect. 2.* post alios, & Henriquez *lib. 64. cap. 8. num 6. & in commento littera X.* & Sanchez *de matrimonio lib. 7. disp. 106. num. 10.* vbi subdit sexum fœmineum æquè, ac virilem participantes esse incapaces Ordinis. Si autem Hermaphroditi propendant magis in viros, erunt capaces characteris, nihilominus irregulares, propter infamiam monstrositatis, quin etiamsi promoueantur, deponi debent. Eodem modo si neuter sexus prævaler, sed æqualis est, si profiteatur in virorum Monasterio, non tenebit professio, nec etiam, si profiteatur, in Monialium Conuentu, ratio, quia æquè est fœmina, ac vir, Sanchez *suprà n. 3. & n. 10.* sed de his, & de fœminis in viros conuersis Torreblanca *lib.. c. 17.*

Quæstio nona, an gigantes, aut Pygmæi sint capaces Ordinis? Responde esse irregulares gigantes, si ita sint proceri, & Pygmæi ita breues, ex contracti, vt admirationem, ac risum pariant videntibus; aliàs promoueri poterunt, & beneficia accipere, ita deducitur ex traditis à Maiol. *lib. 1. de irregul. cap. 13. num 9.* Henriquez *lib. 14. de irregul. cap 8 num. 3. & in commento littera N.* & Vioald. *tract. de irregul.* quos referens sequitur Sayr. *supra d. cap. 8. num. 3.* Vgolin. *de irregul. c. 48. §. 11.* & Campanil. *d. rubr. 11. cap. 17. n. 143. cum sequentib.* & Barbos. *allegat. 42. n. 53.* 10.

Quæstio decima, an caduco, seu comitiali morbo laborantes, & dæmoniaci, seu energumeni possint ad Ordines promoueri. Quoad primum quæsitum dic esse irregulares omnino, ita vt talis morbus nec promoueri quempiam patiatur, quamuis semel tanto malo quis corripiatur, & postea videatur sanitatem omnino recuperasse, propter periculum reincidendi in morbum illum, ita deducitur ex *cap. communiter*, & *ibi* glossa *in verb. de iis, dist. 33. & in cap. tuis litteris 7. q. 2. & c. cum inter Canonicos, de electione, verb. morbo epileptico*, vbi notatur laborantes hoc morbo, seu caduco, esse inhabiles ad beneficia, nec posse celebrare, Rebuff. *in tract. de pacif. possess. num. 212.* Henriquez *in summa lib. 14. c. 8. §. 8.* & Anton. Ragguec. *de Missa in Ecclesia, quæst. 16.* de quo morbo Pelag. *de planctu Ecclesia, lib. 1. cap. 48. littera F.* dicens comitiali correptos non posse Ordines assumere, nec in susceptis ministrare, sequitur Francisc. Leo *in thesauro fori Eccles. part. 2. c. 8. n. 32.* & alij, quos ibi refert, ac sequitur. 11.

Quoad secundum quæsitum, dic dæmoniacos, hoc est, obsessos à dæmonibus, non posse fieri clericos, *cap. maritum, cap. communiter, & ibi glossa 1. cap. clerici 33. dist.* Bellet. *disquisit. clerical. tit. de disciplina clericali numer. 39.* Campanil. *in diuers. iur. Canon. rub. 11. c. 17. num. 188.* Molin. *tract. 3. disp. 70. numer. 12.* Franc. Leo *d. cap 8. numer. 33.* & satis est, si semel sit dæmoniacus, & in terram allidatur, vt perpetuò à susceptione Ordinum, & executione susceptorum excludatur, est enim irregularis, Antonin. *3. p. tit. 29. de irregular. cap. 5. in fine*, Tolet. *lib. 1. cap. 25.* Nauarr. *cap. 27. numer. 203. vers. decimoquarto*, & Viuald. *tract. de irregul. numer. 184.* Qui autem post promotionem dæmoniacus, aut energumenus factus est, & liberatus sit perfectè, poterit ex dispensatione Episcopi ministrare in susceptis, non tamen poterit promoueri ad superiores Ordines, per *cap. clerici, dist. 33.* Qin imò, qui se simulauit energumenum, vel dæmoniacum, perinde ac si esset verus dæmoniacus, promoueri non potest, ita Maiol. *lib.*

lib.2.irregul.cap.17.in fine, & Viuald. *tract.de irregul.num.*187.prout decretum fuit à Sexta Synodo generali Constantinopolitana *can.*60. Attamen Barbos.*d.allegat.*42.*num.*52. tradit ex aliis obsessos à dæmone post promotionem tandiu esse ab officiis suis, & Ordines suspensos, donec per annum integrum appareant ab huiusmodi malo omnino liberati; sed negotium hoc arbitrio Episcopi totum relinquit Sayr. *d.lib.6.cap.9. num.*12. & Henriquez *lib.* 14. *cap.* 8.§.8.*in comment. littera F.* qui consideratis omnibus tam personæ, quàm morbi conditionibus, quid faciendum sit iudicabit.

12. Quæstio vndecima de gibbosis, leprosis, scabiosis, & paralyticis? Responsio sit gibbosos esse, vel non esse irregulares, arbitrio Episcopi relinquendum, vt iudicet, an talis deformitas impediat susceptionem Ordinis, ita Maiol. *de irregul. cap.* 19. *num.* 1. S. Antonin. 3. *p. tit.* 29. *de irregul. cap.* 5. Syluest. *verb. corpore vitiatus numer.* 5. *quæst.* 6. & Tolet. *lib.* 1. *cap.* 25. Campanil. *in diuersor. iur. Canon. rubr.* 11. *cap.* 17. *numer.* 103. & Vgolin. *de irregul. cap.* 50. *numer.* 6. vbi decidunt gibbosos, vel curuos esse corpore vitiatos.

Leprosos non posse promoueri, nec debere propter scandalum ad celebrandum, quando est magnus horror, seu abominatio, *cap.*3. *de corpore vitiatis*, *cap. de Rectoribus*, & *cap. tua*, *de clerico ægrotante*, Campanil. *d.cap.* 17. *num.* 160. Bellet *suprà tit.de disciplina clerical.* §. 7. *num.* 32. Henriquez *d.lib.*14.*cap.*8.§.8.*in principio.* Si tamen non est magna deformitas, & lepra post promotionem ortum habuit, poterit in occulto celebrare priuatim, & coram leprosis si habent propriam Ecclesiam, & Presbyterum, poterit publicè celebrare, & Sacramenta illis ministrare, si manus habeat lepra liberas, Sayr. *de censuris .lib.*6. *cap.*9.*num.*7. post plures, quos ibi referens sequitur; addens, si leprosus habeat beneficium parochiale, non esse priuandum beneficio, sed interdicendam illi administrationem concurrente scandalo, & plebis abominatione, dato illi coadiutore cum congrua portione, *c.de Rectoribus*, *de clerico ægrotante.*

Scabiosos affines leprosis inducentes horrorem, & deformitatem fieri irregulares, tradit Molin. *de iustitia tract.*3.*disp.*70.*num.* 11. & Campanil. *d. cap.*17.*num.*163. quos referens sequitur Barbos.*allegat* 42.*num.*44. post Sayr. *d.cap. num.*9. & ita nequeunt promoueri, nec debent, nec in susceptis ministrare. Idem de paralyticis, quia irregulares sunt, Maiol. *lib.*2. *cap.* 24. *post num.*1. Campanil.*d.cap.*17.*num.*164. Henriquez *d.lib.*14. *cap.*8.§.8. *vers. eadem ratio*, ideo promoueri nequeunt, nec promoti ministrare, sed illis dandus est coadiutor, Valer. Reginal. *in praxi for. pœnit. lib.* 30. *numer.* 58. & Flamin. *de resignat.lib.*5.*quæst.*6.*num.* 20. quibus accedit Barbos. *in c.vltimo*, *de clerico ægrotante*, *n.*2. & Illustrissimus Cunha *in c.vsque adeo* 5.*dist.* 33. *n.*2.*ad finem.*

Ambigi tamen potest, an irregularitas ex corpore vitiato promanans excludat non solùm à Sacerdotio duntaxat, sed etiam à prima tonsura, & à reliquis minoribus? Responde, qui non potest celebrare ex aliquo defectu corporis, non posse promoueri ad Ordines presbyteratu inferiores, hoc est, qui caret vtroque pollice dextræ, & sinistræ, quia non potest sacrificare in Altari, non posse etiam assumere primam tonsuram, nec minores, nec alios sacros, quamuis ad eos sit habiles, ita Vgolinus expresse *de irregul. tritate c.* 52. §.1.*num* 4.& *c.*64.*num.*4. Tolet.*lib.*1.*cap.*57.*num.*2. *ad medium.* Soar. *de censuris disp.*40.*sect.*3. *num.*25. *ad medium*, & *disp.*51.*sect.*2.*num.* 11. & 15. & Garcia *de beneficiis*, *part.*7.*c.*12.*ex n.*28. vbi *n.*29. concludit corpore vitiatos absolutè non posse applicari diuinis ministeriis, nec potest negari eum, qui admittitur ad clericalem tonsuram, diuinis applicari ministeriis, ex *c. non confidat* 50. *dist.* sequitur Illustrissimus Cunha *dist.*55. *ad principium numer.* 2.

13. Quæstio duodecima decidit vinum non bibentes, nec illud retinentes, non posse promoueri ad Sacerdotium, non dicitur tamen corpore vitiatus vinum non bibens; sunt enim non tam irregulares, quàm iure naturali impediti ad Sacerdotium consequendum propter periculum euomendi vinum, cùm Sacerdos communicare debeat, D. Antonin. 3.*p.tit.*29.*de irregul.c.*5. Syluest. *verb.corpore vitiatus*, *quæst.septima*, Nauarr. *in manuali c.*27.*n.* 204. *vers. decimooctauò*, Graff. *decis. lib.*4.*c.*27.*num.*51. *vers. irregularis etiam est*, *qui vinum bibere non potest*, & Illustrissimus Cunha *d.dist.*55.*n.* 2. vbi addit hunc non posse ordinari nec ad primam tonsuram ex inhabilitate ad Sacerdotium. Nihilominus Nauarr. *in manuali c.* 27. *n.*204. tradit illum, qui vinum bibere non potest, posse suscipere Ordines minores, concordat Emmanuel Rodriq.*tom.*1.*summa c.*158.*num* 11.& 12. Felician.*de censur.tit.de irregular.c.*16. Valent.*tom.* 5.*disp.*7.*quæst.* 19.3. & Ludouic. Lopez *in instruct. tom.*2.*pag.*2 *c.* 23. Quin etiam Henriquez *in summa lib.* 19.*cap.*8.*num.*7. vult bene posse promoueri ad subdiaconatum, & Diaconatum, qui vinum bibere non potest, quod in nostra sententia non subsistit ex inhabilitate ad Sacerdotium, ad quod de iure naturali est impeditus, nec dispensari potest, vt sacrificium Missæ sola panis, & non vini consecratione peragatur. Vide Nauarrum *vbi supra num.* 204. & Maiol. *lib.*2.*c.*26. quibus accedit Sayr.*d.c.*9.*n.*16.

14. Quæstio decimatertia, vtrùm Episcopus possit dispensare cum illegitimo, vt possit obtinere beneficium paternum? Responsio est negatiua, quod intellige immediatè, vt per Bernard. *in pract. Canon. cap.* 50. *num.* 3. *in nouissima editione*, Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *quæst.* 16. Bellet. *disquisit clerical. part.* 1. *tit. de disciplina clericali*, §. 3. *numer.* 31. & Sayr. *de censuris lib.* 6. *cap.* 11. *numer.* 11. per glossam *in verb. tali in cap.* 1. *de filiis presbyterorum*, & Vincent. *in cap. ex tua*, & *ibi* Panor. *eodem titulo*, quin etiam solus Papa dispensare potest, vt illegitimus habere possit ea beneficia, quæ in eadem existunt Ecclesia, in qua pater habuit, aut in præsenti habet beneficium, Mandos.*in trac.signatura gratiæ, in tit.de dispensat. ad beneficia in Eccl.in qua pater*, Campanil.*in diuers.iur.canon.rubr.*11.*c.*13.*n.*87. Galganet.*de iure publico lib.* 3. *tit.*2. *num.* 30. *vers. verum si.*

Dictum est immediatè succedere non posse in beneficiis parentum, nisi ex dispensatione Apostolica. Mediatè verò posse, hoc est, si post mortem patris alter in eius beneficium successerit, vt per Quintanad. *Eccles. lib.*2. *à n.* 92. Fr. Emman. *quæst.regul.tom.*1.*quæst.*13.*art.*7. Miranda *in Manuali Prælat.tom.*1.*quæst.*2. *art.* 10. *in principio*, & Garcia *part.*7.*de benefic. cap.*3. *num.* 6. aduertentes hodie per Concilium Triden.*sess.*25. *de reformat. c.*15.

in

in illis verbis, ibi: *longissimè arceatur*, non posse filium presbyteri nec mediatè, nec immediatè succedere in beneficio patris. Quam obrem Azor. *suprà quæst.* 15. aduertit Clementem septimum constitutione sua, incipit, *Ad Canonum conditorem*, ab rogasse decisionem, cap. *ex transmissa*, vbi præcipiebatur ne filius consequeretur beneficium patris, vt in eo succedat immediatè, siue mediatè, cùm ex *d.c. transmissa*, poterant filij de iure communi mediatè succedere in beneficiis parentum: secus de iure Concil. Trident. vt tolleretur omnis occasio offensionis, quæ tollitur lapsu triginta annorum, tunc potest filius succedere in patris beneficio. Gonzal. *gloss.* 5. *numer.* 33.

15. Quæstio decimaquarta, an legitimatus ab vno Episcopo ad Ordines minores, & ad beneficium simplex possit Ordines, & beneficium in alterius Diœcesi assequi? Affirmant Paludan. *in* 4. *dist.* 41. *quæst.* 3 *art.* 3. *conclus* 1. Maiol. *lib.* 1. *c.* 8. *n.* 8. *& sequent.* Sylnest. *in verb. legitimus*, *quæst.* 7. *vers. primum*, & Henriquez *in summa lib.* 14. *c.* 8. §. 10. *in fine*, quia hoc non redundat in præiudicium alicuius. Amplia etiam ad beneficium simplex, cui est annexa accessoriè Parochialis Ecclesia; adhuc enim Episcopus poterit promouere illegitimum, quoniam quod accedit alteri, sequitur conditionem, & naturam principalis, Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. glos.* 5. §. 7. *num.* 18. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 273. *n.* 47 & Campanil. *in diuers. iur. Canon. rubr.* 11. *cap.* 13 *num.* 83. quibus accedit Barbos. *alleg.* 45. *n.* 24. *& in c. proposuit, de filiis presbyterorum, n.* 3.

16. Quæstio decimaquinta, an Episcopus possit dispensare cum illegitimo ad prælaturam regularem? Affirmant aliqui apud Sayr. *d. cap.* 11. *n.* 14. sed pars negans est sequenda, quam tradit Paludanus *in* 4. *dist.* 41. *quæst.* 3. *art.* 2. *conclus.* 2. & Sylnest. *verb. illegitimus*, *quæst.* 6. nec per solennem professionem in Religione illegitimus fit habilis ad dignitates, & ad prælaturas in Religione, Paleo:h. *de nothis*, *& spuriis c.* 57. *num* 4. Maiol. *de irregul. lib.* 1. *cap.* 10 *n.* 3. Graff. *p.* 1. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 8. & Fusc. *de visitat. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 36 Quare solus Papa dispensare potest cum illegitimis etiam religiosis, vt ad dignitates, & Prælaturas ascendant, remotis priuilegiis religionum, Sanchez *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 5. *n.* 17. & Soarez *tom.* 5. *disp.* 50. *sect.* 5. *num.* 15. Dictum est, *remotis religionum priuilegiis*, quia regulares obtinuerunt à Sixto Quarto, vt possint dispensare cum Religiosis illegitimis sibi subditis ad dignitates, & prælaturas: hæc autem priuilegia abrogauit Sixtus Quintus per duas constitutiones contra illegitimos promulgatas, quibus abstulit potestatem regularibus dispensandi cum illegitimis: postea tamen Gregorius Decimusquartus indulsit potestatem dispensandi cum eisdem, sed non nisi in Capitulo generali, aut prouinciali; ita Miranda *in manuali Prælatorum*, *tom.* 2. *q.* 2. *art.* 2. *&* 3.

Quoad Abbatissas dicendum est illegitimas Moniales per professionem non purgare defectum Natalium, & ideo non posse esse Abbatissas perpetuas sine Papali dispensatione quibus benedictio impendi solet: temporales autem non egere dispensatione, ita Manuel *tom.* 2. *summa cap.* 29. *num.* 12. Postea tamen de regularibus *tom.* 1. *q.* 13. *art.* 21. mutata sententia tradit nullam illegitimam egere dispensatione, vt sit Abbatissa temporalis, vel perpetua, ac benedicta, eo quia *cap.* 1. *& cap fin. de filiis presbyt.* negantia illegitimis prælationes, & dignitates, agunt de masculis, non verò de fœminis. Item quia fœminæ non sunt propriè Prælatæ, sed ex commissione eo munere funguntur, & Abbatissa est veluti materfamilias, & Prælata impropriè, atque ita non egent illegitima dispensatione, vt fiant Abbatissæ, sequitur Tabien. *verb. virginum consecratio n. pen.* Soar. *de Religione tom.* 4. *lib.* 2. *c.* 6. *fol.* 85. *n.* 12. *&* 13. *&* 14.

Nihilominus contrarium est dicendum, non posse scilicet illegitimam esse Abbatissam, vel Priorissam sine dispensatione. Moueor, quia illegitimi etiam professi ex *d. cap.* 1. *& vltimo, de filiis presbyt.* arcentur ab omni prælatura, & dignitate. Officium verò Abbatissæ est dignitas, Gonzal. *super* 8. *regul. Cancell. gloss.* 22. *num.* 12. *& duobus sequentibus*, Flaminius *de resignat lib.* 3. *q.* 12. *num.* 11. Sayr. *de censuris lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 3. *in fine*, Beller. *disquisit. clerical part.* 1. *tit. de disciplina clericali*, §. 3. *num.* 50. Maiol. *de irregul. lib.* 1. *cap.* 10. *in fine*, *& cap.* 29. *num.* 10. & alij, quos referens sequitur Barbosa *in cap. vt filij presbyterorum numer.* 7. *vers. verum*, contraria sententia est receptior; quam etiam probat Sanchez *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 5. *num* 19. *vers. Cæterùm*, vbi *num.* 20. *vers. solus autem*, concludit Pontificem seclusis religionis priuilegiis, posse duntaxat dispensare, vt fiat Abbatissa, non obstante hoc defectu. Quinimò addit generales, & prouinciales Ordinum mendicantium posse dispensare cum Monialibus sibi subditis ad hunc effectum, quod etiam docet Manuel *regular. tom.* 1. *q.* 13. *art.* 22. *& in* 2. *tom. summa, c.* 29. *n.* 12. subdens in vtroque loco non esse necessarium fieri hanc dispensationem in Capitulo prouinciali aut in Capitulo intermedio, quia hoc solùm requiritur ad dispensandum cum illegitimis, quos exclusit Sixtus quintus à prælaturis, vt ipsemet Sixtus V. declarauit in posteriori motu proprio, quem edidit in declarationem prioris. Atqui solos viros exclusit, & de fœminis nihil loquutus est: igitur generales, & prouinciales Ordinum mendicantium possunt dispensare cum fœminis, vt fiant Abbatissæ extra Capitulum Prouinciale, aut intermedium. Nec obest Gregor. XIV. *in suo motu proprio*, dicens ad dispensandum necessarium esse Capitulum, quia cùm ipse motum ediderit ad moderandum motum proprium Sixti Quinti excludentis viros illegitimos à Prælaturis, de viris solùm motus Gregorianus intelligendus est, ita Sanchez *d. numer.* 20.

Quæstio decimasexta, an dispensatus à Papa vel Episcopo super beneficio incerto possit eo obtento aliud obtinere? Responsio sit negatiua, sic Franc. *in cap.* 1. *num.* 12. *de filiis presbyterorum in* 6. quoniam dispensatio cùm sit exorbitans, strictè est intelligenda, & ita seruatur in Curia, Graffis *lib.* 4. *cap.* 27. *num.* 58. & probatur ex *cap.* 1. *&* 2. *de filiis presbyterorum in* 6. *& cap. non potest, de præbendis, eodem libro*, cùm sit dispensatio quid odiosum, & stricti iuris, & dicatur vulnus, quasi per ipsam ius ipsum vulneretur, *cap. ipsa pietas* 23. *q.* 4. Et quamuis dispensatus ad vnum, videatur dispensatus ad omnia consequutiua ad illum vnum, vt per Sanchez *lib.* 8. *de matrim. disp.* 1. *num.* 19. attamen dispensatione data ad vnum effectum, ad aliud non extenditur, Afflict. *decis.* 320. *num.* 12. 17.

Burgos de Paz *l.3. Tauri num.*22 *cum sequentibus*, & Gironda *de priuilegiorum explicatione,num.*1115. Semper enim dispensatio strictè accipitur, nisi quando fit motu proprio, vel ratione connexitatis, & accessorij, vel in his quæ recipiunt interpretationem à iure communi, tunc enim extenditur, Nata *consil.*163.*n.*5. & Aloys. Ricc. *resol.*227. *num.*3.

Quæstio decimaseptima, an Episcopus possit conferre beneficia homicidis quibuscunque, etiam ante Baptismum homicidia committentibus? Certi iuris est homicidium etiam instum irregularitatem inducere, quæ ex defectu lenitatis contrahitur, adeò vt nec ordinari permittatur, nec in susceptis Ordinibus ministrare, vt colligitur ex *cap.clericis,& cap.sententiam sanguinis, ne clerici vel monachi*, D.Thomas 2.2. *quæst.*40.*art.*2. Sorus *in* 4. *dist.*25.*q.*1.*art.*3.*conclus.*4. Antonin. *part.*3. *tit.*29. *de irregul. cap.* 2. Nauarr. *in manual.cap.*27. *num.*206. Couarr. *in Clement. si furiosus part.* 2. *de homicidio*, Valentia *tom.*4. *disp.*7. *q.*19. *punct.*3. §.4. & Henriquez *lib.*14. *cap.*10. Ratio huius irregularitatis est, quia omnes Ordines referuntur ad Eucharistiæ sacramentum, in quo repræsentatur passio Christi Domini, qui fuit mitissimus, & qui sanguinem suum pro nobis fudit. Quare ministri Altaris patati potius debent esse ad fundendum sanguinem proprium, cùm Christum repræsentent, quàm aliorum: & ideo occisio, aut mutilatio hominis cuiuscumque etiam pagani, banniti, vel excommunicati irregularitatem inducit, gloss. *in cap. is qui, in principio, de homicidio lib.*6. Paludan. *in* 4. *dist.* 25. *q.*3. *art.*2. *concl.* 1. Angel. *verb. homicidium* 5. *q.*3. Syluest. *eodem verb.*5. *q.etiam* 3. & Couarr. *in d. Clement. si furiosus, part.* 3. *num.* 8. *vers. deinde, de homicidio.*

His positis dico primò Episcopum non posse dispensare in irregularitatibus prouenientibus ex homicidio voluntario occulto, aut manifesto, neque ad Ordines minores, neque ad beneficium simplex. Colligitur ex Concilio Tridentino *sess.* 14. *de reformat. cap.*7. & *sess.*24. *de reformat. cap.*6. Nauarr. *in manual. cap.*27. *num.*194. *vers. septimo, & num.*240. *vers.*4. Toletus *lib.*1. *instruct. Sacerd. cap.* 31. Henriquez *lib.*14. *cap.*19. §. *primo, & in comment. littera D.* Valentia *tom.*4. *disp.*7. *q.*19. *punct.*3. §.5. Sayr. *de censuris, lib.*7. *cap.*7. *num.*14. & 15. & ostenditur *in d. sess.* 14. *cap.*7. his verbis, *Nullo tempore ad sacros Ordines promoueri possit, nec illi aliqua Ecclesiastica beneficia, etiam si curam non habeant animarum, conferri liceat; sed omni Ordine, ac beneficio, & officio Ecclesiastico perpetuò careat.* Quare per hæc verba non habebit vsum etiam Ordinum minorum, neque ad Ordines promoueri poterit. *cap. fin. de tempor. ordinat. cap. de cætero, de homicidio.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol.*404. *n.*2. virtute Concilij addit, *omni Ordine careat*: igitur Ordinibus minoribus etiam carere debet, cùm verè Ordines sint & Sacramentum, & alij, quos referens sequitur Barbos. *in remiss. sess.* 14. *cap.*7. *num.*2. & 3. & *allegatione* 39. *num.*60. & 61.

Secundò Episcopus item dispensare potest in irregularitatibus in homicidio occulto commisso causa defensionis, non seruato moderamine inculpatæ tutelæ. Ratio, quia hoc homicidium non est voluntarium, nec ex proposito factum, sed causa defensionis, & quamuis non fuerit merè necessarium, habet vim necessarij, quatenus patratum fuit ob vitam tuendam, & sic distinguitur ab homicidio voluntario, & à casuali, & colligitur ex Concil. Trident. *sess.*14. *cap.*7. ibi, *si verò, inquit, homicidium non ex proposito, sed casu, vel, vim vi repellendo, vt quis se à morte defenderet fuisse commissum narretur, committatur loci ordinario, aut ex causa Metropolitano, seu viciniori Episcopo qui non nisi causa cognita, & probatis precibus, ac narratis, nec aliter dispensare possit.* Vbi vides posse Episcopum dispensare cum eo, qui occidit in defensionem vitæ suæ culpabiliter, quia, qui inculpabiliter occidit ob vitam suam tuendam, non est irregularis: igitur culpabiliter se defendens excedendo moderamen inculpatæ tutelæ, dispensari potest ab Episcopo, vt expressè volunt Valentia *tom.*4. *disp.*7. *quæst.*19. *punct.*3. §.5. Nauarr. *in manuali cap.*27. *n.*236. *vers.*2. dicens sic fuisse decisum in sacra Pœnitentiaria, propter verba Concilij *d.c.*7. sequitur Henriquez *in summa lib.*14. *cap.*10. §. 2. & *cap.*19. §.3. vbi tradit cum huiusmodi homicida posse dispensari vt promoueatur ad sacros Ordines, quod intelligitur, quando constat excessisse mortaliter in sui defensione, quòd si excusetur à mortali, non eget dispensatione, in dubio tamen an mortaliter excesserit, debet iudex dispensare.

Dico tertiò cum homicida casuali publico, hoc est, voluntario indirectè, potest Episcopus dispensare ad Ordines minores, & ad simplex beneficium consequendum: ad sacros autem Ordines posse dispensare Episcopum quando homicidium casuale est, tradunt Henriquez *d.lib.* 14. *cap.* 19. §.2. *littera X.* Nec obstat *sess.* 14. *cap.*7. *de reformat.* Concil. Trident. ibi, *Ne ad sacros dispenset, quia intelligitur de homicidio casuali, quando delictum fuit publicum, secus quando est occultum.* Sayr. *vbi proximè d. num.*10. *ad finem.* Gutier. *lib.*1. *Canon. cap.*13. *n.*19. *ad finem.*

Dico quartò posse Episcopum dispensare cum homicida casuali ad retinendum beneficium curatum, Nauarr. *cons.* 13. *de officio ordin. in antiquis*, aliàs *cons.*45. *sub titulo de homicidio in nouis*, & Sayr. *in florib. decis. sub titulo, de officio ordin. decis.*13. & *de censuris d.lib.*7. *cap.*7. *num.*21. & Panor. *in cap.*2. *num.* 3. *de clerico pugn. in duell.* & ex Medin. *lib.* 1. *instruct. confess. cap.*11. §.12. non autem posse dispensare vt curatum de nouo obtineat, confirmat Zerol. *in praxi part.* 2. *verb. dispensatio*, *vers. tertio*, & similiter cum Canonico homicida, vt possit interesse choro, & gaudere fructibus canonicatus, Barbos. *in remiss. ad sess.* 14. *cap.*7. *num.* 4. cum aliis quibus adhæret Gutier. *lib.* 1. *Canon. cap.*13. *num.*19.

Dico quintò, quamuis aliqui affirment posse Episcopum dispensare cum homicida voluntario ad retinendum curatum, non esse recipiendam hanc resolutionem cùm repugnet verbis Concilij *d.c.*7. *q.*14. ibi, *Nec illi aliqua Ecclesiastica beneficia, etiamsi curam non habeant animarum, conferri liceat, sed omni ordine ac beneficio, & officio Ecclesiastico perpetuò careat.* Proinde si quis omne dicit, nihil excipit, atque ita non solùm homicida voluntarius excluditur à sacris Ordinibus, & à curatis beneficiis; sed etiam à minoribus, & à simplicibus beneficiis, Auila *de censur part.*7. *disp.*6. *sect.*5. *dub.*3. *vers. secunda conclusio*, post Nauarrum *cons.*18. incipit, *Quidam clericus num.* 3. *de homicidio in* 1. *edit.* & Couarr. *in cap. Alma mater part.*2. §. 7. *num.*1. quamuis circa beneficia obtenta ante, & post irregularitatem, distinguat Miranda *in manuali Prælatorum tom.*2. *quæst.*8. *art.*12. sicut distinguit praxis Episcopalis *part.* 2. *verb. dispensatio* §. 3. inter Ordines susceptos, & suscipiendos Nihilominus cùm homicida

homicida voluntarius sit irregularis, nec ad Ordines promoueri potest etiam minores, Couarr. *in Clementina si furiosus part. 2. §. 3. num. 5. in fine*, & Aloys. Ricc. *in praxi resolut.* 404. *num.* 2. nec in susceptis ministrare, *cap. suscepimus, de homicidio, & cap. 2. de clericis pugnantibus.* Gutier. *lib. 1. Canon. cap. 3. num.* 19.

Secus de homicidio occulto in se non voluntario, sed iusto, vel casuali exequuto sine diligentia, tunc enim post Concilium etiam dispensare poterit in foro adhuc externo Episcopus ad minores Ordines, & ad beneficia simplicia, vt dictum est, quia Concilium *sess. 24. cap. 6.* solùm interdicit Episcopis ne dispensent cum homicida voluntario. Igitur possunt cum aliis homicidis iustis, seu casualibus dispensare, Salzed. *in praxi cap. 17. littera C.* Vgolin. *de irregul. cap.* 33. §. 1. *num.* 1. *& cap.* 44. §. 2. *num.* 4. *& cap.* 62. §. 2. *num.* 5. Gutier. *Canon. lib. 2. cap. 6. num.* 170. Placa *de delictis, cap.* 11. *num.* 11. Henriquez *lib.* 14 *cap cap* 9. §. 3. *& cap.* 19. §. 4. *littera K.* & Auila *de censuris part. 7. disp. 6. sect. 5. dub.* 1.

Dico sextò homicidium ante Baptismum susceptum committens non est irregularis. Ratio, quia non contrahitur irregularitas nisi sit in iure expressa, *cap. is qui, de sentent. excommun. lib. 6.* Iura tamen, quæ imponunt irregularitatem occidentibus, seu mutilantibus, agunt de illis, qui occidunt post Baptismum, *cap. si quis post Baptismum dist.* 51. *c. si quis viduam, dist.* 50. Atque ita per Baptismum tollitur irregularitas si qua esset ex occisione, seu mutilatione, Couarr. *in Clementina si furiosus* 1. *p.* §. 1. *num.* 5. nam, non baptizatus non est propriè irregularis pro eo tempore, vt patet ex toto titulo *de presbytero non baptizato.* præsertim ex *cap.* 1. *&* 2. *& cap. veniens, eodem titulo*, Maiol. *lib.* 3. *de irregul. cap. 7. in principio*, Henriquez *lib.* 14. *cap.* 1. *num.* 2. Suarez *de censuris disp* 40 *sect.* 1 *num.* 2. Auila *eodem titulo part. 7. disp.* 5. *dub.* 1. §. 1. & Sayr. *de censuris lib. 6. cap. 2. num.* 8. & Illustrissimus Cunha *in d cap. si quis post baptismum, num.* 2. vbi probat non baptizatum nullam contrahere irregularitatem, quam contrahit baptizatus, excepta irregularitate bigamiæ, & defectus natalium, quas non aufert Baptismus. Quare autem non sit irregularis homicida ante Baptismum, & bigamus irregularitatem contrahat, tradit Sayr. *d. lib. 6. cap. 3. num.* 26. *&* 27. Ex quibus sequitur posse Episcopum dispensare cum homicidis etiam voluntariis ante Baptismum, hoc est, posse eos promouere ad Ordines, & beneficia eisdem conferre, non autem bigamos ordinare, nec beneficia impertire, vt ex dictis patet.

Vtrùm possit Episcopus, quando confert beneficia, imponere pensiones.

§. III.

EPITOME.

1. *Episcopus an possit imponere pensionem in permutatione beneficiorum ad fructus adæquandos ostenditur?*
2. *Pensiones imposita per Episcopum, quando transeunt ad successores.*
3. *Episcopus ex causa concordiæ, vt à lite recedatur, an possit imponere pensionem, quæ transeat ad successores in beneficio?*
4. *In quibus casibus possit Ordinarius imponere pensionem?*
5. *Episcopus pensionem assignare non potest cum potestate transferendi.*
6. *Episcopus potest dispensare cum illegitimo ad pensionem.*
7. *Episcopus non potest imponere pensiones interueniente aliquo pacto inter partes.*
8. *Episcopus non committit simoniam reseruando pensionem dum confert beneficium, quamuis nequeat eam sibi reseruare.*
9. *Episcopus nequit imponere pensionem super Parochiali non excedente summam centum ducatorum.*

1 Dubium primum, an pensionem possit imponere Ordinarius in permutatione beneficiorum ad coæquandos fructus beneficij? Responsio est affirmatiua, ita Valent. 2. 2. *tom.* 3. *disp.* 6. *quæst.* 16. Lessius *de iustitia lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 205. *verss.* 3. *& cap.* 35. *num.* 101. praxis noua Episcopi *part.* 2. *cap.* 5. *num.* 25. & Francisc. Leo *fori Ecclesiastici part. 2. cap. 7. de pensionibus, num.* 27. Hæc opinio placet. Opposita asserentium sine authoritate Papæ non posse imponi pensionem non displicet Vgolino *de simonia tabul. 2. de simon gratia, cap.* 27. § 1. *num.* 3. Corrad. *in respons. casuum conscientiæ quæst.* 42. *in addit pag.* 88. Caibo *de restit. quæst.* 60. *d.* 17. vbi ait, quòd in permutatione, quando beneficia sunt imparia, fas esse constituere æqualitatem per solutionem pensionis. Nihilominus cùm permutatio fit Episcopi mandato, nequit pensio constitui, aut reseruatio fructuum inconsulto Pontifice secundùm stylum Curiæ, sequitur Garcia *de beneficiis part. 1. cap. 5. num.* 345. Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 29. quæst* 15. & Soar. *de Religione tract. 3. num. 4. cap* 34. *num.* 16. Quòd si hæc sententia magis placet, dicas priorem sententiam non probari, vt probat Couarr. *lib. 1. variar. cap. 5. num. 9* cùm decisio capitis ad quæstiones *de rerum permutat. in verb. Vel sic ad æqualitatem*, tractet tantùm de permutatione Ecclesiarum quoad bona temporalia earum, non quoad titulum, aut ad iura spiritualia. Nihilominus opinio Valentiæ, & sequentium, non est reiicienda, & in praxi debet admitti, Nauarr. *cons.* 43. *de simonia num.* 4. Gonzal. *de mensib. gloss.* 5. §. 5 *n.* 27. *& gloss.* 14. *num.* 38.

2 Dubium secundum, vtrùm Episcopus possit imponere pensiones, quæ transeant ad successores, dum confert beneficia? Responsio est negatiua, sed tantùm posse, quæ durent ad vitam conferentis, ita Nauarrus *cons.* 8. *num* 9. *de iure patron. & cons.* 43. *num* 4. *de simonia*, Staphileus *de litteris institia, tit. exceptio sola plus operatur*, quibus accedit Flamin. Paris. *de confident. quæst.* 28. *num.* 120 moderatas tamen, & personis benemeritis, *cap. nisi, de prabendis*, hanc tamen sententiam limitant Gigas *quæst.* 85. *num.* 1. *&* 11. & Redoan. *de simonia* 2. *p. cap.* 4. *num.* 14. *& num.* 21. *num.* 56. dicentes pensiones impositas ab Ordinario non transire ad successores in beneficio, nisi quando imponuntur causa concordiæ, vt à lite recedatur, in quo euentu pensiones transibunt ad successores in beneficio, sequitur Mandos. *in regul* 33. *quæst.* 14. *num.* 11. & Quintanaduennas *lib.* 2. *Ecclesiasticon. num.* 44.

Contra hanc limitationem obstat textus *in cap. nisi essent, de prebend.* vt videtur expressus, per quem ostenditur non posse Episcopum ex causa concordiæ, & vt à lite recedatur, imponere pensionem, quæ transeat ad successores in beneficio, sed solùm perduret ad vitam onerati: igitur in nostro casu ad vitam beneficiati pensio imposita manebit, neque successorem obligabit ex ea ratione, quia solùm agitur de iure personali, non autem de onere reali beneficio imposito, quam opinionem tenet Nauarrus *consil. 8. num. 9. de iur. patron. & consil. 43. num. 4. de simonia* Flamin. *de confident. quæst. 28. num. 120.* Azor *instit. moral. part. 2. lib. 8. cap. 6. q. 1. vers. extra omnem,* quibus accedit Gambarus *de officio legati lib. 6. à numer. 385. & numer. 685.* dicens hanc sententiam esse amplectendam in iudicando.

3. Veruntamen ne recedas sequendo partem, quæ tradit posse Episcopum ex causa concordiæ, & vt à lite recedatur pensiones imponere, quæ transeant ad successores in beneficio, vt vltra citatos docent Sarnen. *in reg. de annali quæst. 2.* Matchesf. *de commissionibus part. 2. cap. 40. de commissione appellat. num. 41. & 44.* Franscisc. Leo *in thesaur. for. Eccles. part. 2. cap. 7. num. 28. & 31.* & Soarez *de Religione tract. 3 lib. 4. cap. 51. num. 18 de simonia,* vbi cum aliis loquuntur contra textum *in d. cap. nisi essent,* & colligitur hæc sententia iuri conformior, propter *cap. de cætero, de transactionibus,* per argumentum à contrario sensu, quia ibi dicitur pensionem impositam per transactionem legitimam inconsulto Episcopo non durare vltra vitam illius, qui soluit pensionem: igitur accedente authoritate Episcopi pensio excedet vitam beneficiarij, & non extinguetur per mortem illius, quia super beneficio fuit imposita, idem vult Caccialupus *in tractatu de pensi. quæst. 5.* quem referens sequitur Gigas *supra ex num. 4.* consonat *cap. 3. de collusio. detegen.* vbi supponitur per viam transactionis factæ authoritate Episcopi posse pensionem ita super beneficio imponi, vt non extinguatur per obitum beneficiarij, sed post obitum illius pensionario adhuc soluatur. Nec refert dictum *c. nisi,* quia ibi non fuit pensio imposita arbitrio Episcopi, sed arbitrio aliorum iudicum, qui in arbitros electi fuerunt, Suar. *vbi supra fol. 1011.*

4. Dubium tertium, in quibus casibus possit Episcopus imponere pensiones? Dices posse constituere alicui pensionem super fructibus beneficij ex causa iusta rationabili, & honesta, accedente in vtilitatem Ecclesiæ, dummodo pensio sit moderata, & persona benemerita, & egena, *cap. nisi, de prebend.* Innocent. per textum *in cap. de cætero, de transactionibus,* Anton. de Butr. *in cap. audiuimus, de collus. detegen.* Abbas *in cap. veniens, de restit. spoliat. num. 9.* atque ita pro bono pacis, vel studio alicuius scholaris pauperis, vel in vtilitatem Ecclesiæ, vel ex alia causa rationabili potest pensionem reseruare, & imponere. Nauarr. *consil. 15. num. 3. de rebus Ecclesiæ, & consil. 4. num. 2. de simonia,* & alij plures, quos referens sequitur Gonzales *de mensibus gloss. 5. §. 5. num. 20.* vbi de hac re latè, Gigas *de pensionibus q. 6. num. 3.* vbi addit hanc resolutionem procedere etiamsi Episcopus ex mero suo officio talem pensionem imponat, quia id facere potest: proinde seni renunciāti beneficium potest Episcopus ex suo officio constituere pensionem super fructibus beneficij renunciati, ex qua possit viuere. Ratio, quia seni potest Episcopus dare coadiutorem, & vtrique assignare congruam portionem de redditibus: igitur renuncianti propter senectutem potest constitui pensio ab Episcopo, ita Anchatan. *in consilio 279.* incipit, *Quæstio,* vbi hoc decidit, sequitur Decius *in consilio 439.* incipit, *Visa instructione casus,* Filliuc. *de benefic. tom. 3. tract. 42. cap. 2. num. 4. ex fol. 5.*

Porrò hæc facultas imponendi pensiones, non adempta est Episcopis per constitutionem Pij Quinti *de confidentiis,* quicquid minus bene, ne dicam falsò, tradat Flamin. *de confidentiis q. 28. n. 120. cum sequentibus,* quia constitutio Pij Quinti §. *itidem,* procedit quando pensio fuisset imposita per Episcopum personæ incertæ sibi bene visæ, & postea declarandæ, in quo euentu pensio erit simoniaca, & confidentiaria, quo casu constitutio solum est intelligenda, vt decisum fuit per Rotam *in vna Mileuitana Canonic. 6.* Martij. 1595. coram Melino, quæ sic habet, *Pensio imposita per Episcopum ad fauorem certæ personæ, etiam de consensu prouisi etiam coram Notario prestito in forma, non facit prouisionem simoniacam, licet sit nulla ipsa pensio, si non constet de causa: si autem pensio fuisset imposita per Episcopum personæ sibi bene visæ, & postea declarande, esset simoniaca, & confidentiaria, ex Bulla Pij Quinti, quo casu solum est intelligenda.* Sic ibi.

Requiritur item causa, quia sine ea pensio imposita per inferiores Papa est nulla, & inualida, Corras. *de beneficiis 1. p. c. 4. num. 13.* Io. Nicol. *de iur. patron. lib. 1. n. 70.* Nam cùm imponere pensionem beneficio sit contra ius, *cap. extirpandæ, de prebendis, cap. vnico, vt Ecclesiastica beneficia, sine diminutione conferantur,* Episcopus non potest sine iusta causa pensionem imponere; nec videtur velle imponere pensionem, nisi id exprimat. Quare pensiones ipsis beneficiariorum personis Episcopi iure possunt imponere, quod colligitur ex *d. cap. de cætero, de transactionibus,* & ex *d. cap. nisi essent, de prebendis, ad finem,* ibi: *Vt ad prestationem quadraginta librarum, non dignitas Prioratus, sed persona Prioris maneat onerata, ne fortè circa prouentus aliqua videatur facta sectio Prioratus. Ita quòd ipso Priore defuncto, successor ipsius ad prestationem quadraginta librarum minimè teneatur.* hæc ibi. Quocirca Episcopus cùm pensionem beneficiarij personæ imponat, nec possit in ipso beneficio imponere, non transfertur pensio ad successorem, quia pensio est onus beneficiarij personæ, non ipsi beneficio impositum, cùm pensio non oneret beneficium, sed, beneficiarium, ita Ancharan. & Cardin. Imol. *in d cap. nisi, citato,* & Azor *part. 2. lib. 8. cap. 6. quæst. 1. vers. extra omnem controuersiam, ad medium.*

Quid dicendum de Legato à latere? Gigas *de pensionibus quæst. 6. num. 18.* affirmat, posse imponere pensionem personis beneficiariorum, non autem in beneficiis, sequitur Azor *vbi proximè cap 6. vers. secundò quæritur*; ex ea ratione, quia idem iuris, & potestatis habet in prouincia sibi commissa quod Episcopus. In beneficiis tamen Pontifici reseruatis non poterit Legatus pensiones constituere, cùm nequeat ipse conferre. Est enim eadem ratio de toto, vel parte, *l. qua de tota, ff. de rei vindicat.* Gigas *supra præcitato numero.* Semper tamen debet constare de causa, Oldrad. *consil. 226.* Gigas *quæst. 6. n. 2.* aliàs est nulla ipsa pensio, Garcia *part. 1. cap. 5. num. 114. & num. 325.* Nec satis est, si Episcopus asserat causam interuenisse, quia non habetur fides homini; cùm nequeat pensionem liberè constituere, Garcia *de beneficiis, part. 11. cap. 4. à num.*

num. 52. argumento patris asserentis merita filij generaliter, cui donauit, & in specie merita non narrat, cui non creditur, vt per Tiraquel. *in lege si vnquam, Cod. de reuocand. donationibus, verb. donatione largitus, num.* 87. Molin. *de iustitia tom.* 1. *tract.* 2. *disp.* 244. Sanchez *de matrimonio lib.* 6. *disp.* 7. *num.* 3. debet tamen pensio commensurari causæ, & non excedere causam, aliàs pensio debet reduci ad debitam quantitatem, ita vt non superet merita, Garcia *de donatione remuneratoria, num.* 51. Gratian. *regul.* 150. *num.* 18. Palat Rubeus *de donat. inter virum, & vxorem*, §. 32. *num.* 9. & §. 50. *à num.* 26. & *in l.* 17. *Tauri à num.* 52.

Illud etiam obserua Episcopos, & reliquos inferiores Papa non posse imponere pensiones intercedente aliquo pacto, aut conuentione inter partes, vt constat ex *d. cap. nisi essent, de prabendis*, ibi, *non quidem ex pactione partium*, Rebuff. *de pacificis possessoribus, num.* 121. nec item conuentio fieri potest à compromissariis de pensione reseruanda inter colliтigantes, sed à Superiotis authoritate, vt fuit resolutum *in vna Calagurritana pensionis*, 29. Maij 1595. coram D. Penna Garcia *de benef. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 343. ibi, *conuentio de pensione reseruanda à superioris authoritate, non ab ipsis partibus, vel à compromissariis initium habere debet*, Anania *in cap. audiuimus, num.* 3. *de collusione detegenda.* Vnde infertur doctrinam Collectarij, quam refert Hieronym. Paulus *in pract. Cancell. vers. super beneficio*, potest transigi, & Redoan. *de simonia* 2. *part. cap.* 2. & *cap.* 3. *num.* 23. in beneficialibus videlicet licitè aliquid largiri posse ratione expensarum vt extinguatur lis, & ab ea cessetur, & pro concordia non esse simoniam, esse omnino falsam cùm sit contra decisionem capitis *cum pridem, de pactis*, & contra glossam *in cap. super hoc, de renunciatione, verb. pecunia*, vbi decidit esse simoniam quotiescúque ex pactione aliquid temporale in beneficialibus intercedit, quamuis detur authoritate superioris, Rebuff. *in praxi tit. de permutatione num.* 4. & Petrus Gregorius *de beneficiis cap.* 41. *num.* 2. & Zerol. *in praxi Episcopali part.* 1. *verb. simonia, dubio* 1. & *duobus sequentibus*, & solùm habebit locum, quando iudex in quem partes liberè compromittunt, aut eius ordinationi assensum adhibent ex officio id pronunciaret, ita Cosmus *in pragmatica sanctione, tit. de annatis*, §. 1. *verb litterarum*, Philiar. 2. *part. lib.* 6. *cap.* 11. *circa finem*, & Vgolin. *d. cap.* 29. 3. *num.* 2. *de simonia in genere*, quamuis postea ibi addat, si partes conueniant inter se, & iudex postea conuentionem approbaret, dummodo qui obtinuit beneficium, ius habuisset in illo, vt vult Nauarr. *conf.* 46. *de simonia*, quem sequitur Garcia *de beneficiis part.* 1. *cap.* 5. *num.* 348. & *num.* 352. quia quodammodo redimitur vexatio illata habenti ius ab eo qui non habet, gloss. *in d. cap. cum pridem, verb. illicitè*, Abbas *num.* 9. & alij, Baldus *in cap. ad audientiam* 2. *de rescriptis*, Imola *in cap. super eo, de transactionibus*, Flamin. *de resignat. lib.* 14. *quæst.* 3. *num.* 7. aliàs non est licita renunciatio litis secundùm se, super beneficio pro aliquo temporali, etiam si illud recipiatur nomine expensarum, vt probatur *in d. cap. cum quidem, de pactis*, ibi, *quod eidem P. Pro expensis, quas fecerat, tres marcha argenti solaerentur, & eidem P. litis cederet, & à Monachorum infestatione cessaret*, &c. & hoc propter turpitudinem, quæ committi posset, nisi daretur pro redimenda vexatione: tunc enim non est simonia, licèt dans non esset certus de iure suo, Flamin *d. num.* 7. sed dubius.

5. Dubium quintum, an Episcopus possit imponere pensionem cum potestate transferendi? Negat Gigas *de pensionibus quæst.* 6. *num.* 5. Nam clausula transferendi tanquam impossibilis denegati solet omnibus, & videtur pro non apposita in mandato, *l. apud Iulianum* §. *constat. ff. de legatis* 1. Gonzal. *super regul.* 8. *gloss.* 12. *num.* 87. vbi ait nec datarium solere concedere clausulam transferendi, Flamin. *de resignat. lib.* 9. *quæst.* 17. *n.* 142. ideo reputatur hæc clausula impossibilis, Puteus *decis.* 524. *num.* 2. *lib.* 2. & Prosp. *decis.* 18.

6. Dubium sextum, an Episcopus possit dispensare cum illegitimo ad pensionem? Responsio est affirmatiua, colligitur ex *cap.* 1. *de filiis presbyterorum in* 6. sicut potest dispensare ad beneficia simplicia, dummodo non sit pensio super beneficio paterno, ob decretum Concil. Trident. *sess.* 25. *de reformat. cap.* 5. ex regula iuris, *cui licet, de regul. iuris in* 6. Item, quia facultas dispensandi concessa Episcopo est latè interpretanda, vt notant scribentes *in d. cap.* 1. *de filiis presbyterorum in* 6. vbi Franc. *col.* 11. Idem dic de potestate legitimandi, quæ cùm sit fauorabilis, debet ampliari, licèt legitimatio sit odiosa. Iason *conf.* 156. incipit, *Quoniam per eximium col.* 4. *in fine, vol.* 4 addens in casibus, in quibus Episcopus potest pensionem imponere, posse etiam dispensare, secus in quibus imponere non potest; tunc enim nequibit legitimo pensionem assignare, Gigas *d. quæst.* 17. *num.* 4. sed erit necessaria dispensatio Sedis Apostolicæ, Rebuff. *tit. de dispensatione super defectu natalium num.* 7.

7. Dubium septimum omnino tollitur, si negetur posse Episcopum imponere pensiones intercedente aliquo pacto inter partes, quia omne pactum in beneficialibus est turpe, Flamin. *de resignat. lib.* 14. *quæst.* 3. *num.* 17. Quin imò pactio de soluenda pensione sine auctoritate Papæ præcedens resignationem beneficij est confidentialis, & contr. constitutionem Pij Quinti, Garcia *de beneficiis, part* 1. *cap.* 5. *num.* 63. & 64.

8. Dubium octauum, an Episcopus committat simoniam conferendo beneficium, reseruata pensione, etiam si nequeat sibi ipsi eam reseruare? Responsio est negatiua, Garcia *d. part.* 5. *num.* 415. & 316. ex *cap. vnico*, § *final.* vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur, & si esset ex pacto, esset simoniaca, vt ibi. Vbi etiam notatur in verbo, *ne quis conferendo*, non posse collatores sibi reseruare pensionem aliquam ab initio conferendo beneficia alicui, quoniam sine diminutione beneficium est conferendum, vt per Rebuff. *in praxi benefic. tit. requisita ad collationem, à num.* 6. & *de pacificis possess. num.* 117. Vgolin. *de simonia, tab.* 1. *de simonia in genere, cap.* 28. §. 3. *n* 6, & Flamin. *de confident. q.* 28. *num.* 120. vbi posse Episcopos imponere pensiones tradit ex aliorum sententia moderatas personis benemeritis, & egenis, sibi autem minimè posse reseruare pensionem, sequitur Barbos. *in d. cap. vnico, num.* 10.

Dubium nonum, an Episcopus possit imponere pensionem super parochiali non excedente summam centum ducatorum? Responsio est negatiua, ex Concilio Tridentino *sess* 24. *c.* 13. *verb. summam ducatorum centum secundùm verum annuum valorem non excedunt, nullis pensionibus, aut reseruationibus fructuum grauentur.* Valor autem ducatorum intelligitur loci, in quo est beneficium, prout refert Lælius Zech. *de Repub. Ecclesiastica, cap* 28. *num.* 4. *pag.* 323. censuisse sacram Congregationem, & Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 4. *collect.*

lect. 745. atque ita, si non remanserint centum liberi pro Parocho, non potest imponi pensio, vt resoluit Rot. *diuers. decis.* 268. & 280. *lib.* 1. Garcia *de benef. d. cap.* 5. *ex num.* 311.

De Alternatiua, ac de eius concessione, & quam vim habeat, & quid concedat Episcopis?

§. IV.

EPITOME.

1. *Alternatiua conceditur Episcopis in gratificationem residentiæ.*
2. *Alternatiua concessa Episcopo non prodest illi ante acceptationem.*
3. *Alternatiua non suffragatur Episcopo, si eam acceptet absens à Diœcesi.*
   Qui fiat acceptatio alternatiuæ ibid.
4. *Alternatiua concedit sex menses pares Episcopis, & reseruat alios sex dispares.*
5. *Alternatiua si renunciatur à quo tempore incipit mensis Apostolicus, vel Ordinarius?*
6. *Alternatiua semel acceptata est personalis, & durat vsque ad obitum concedentis, vel acceptantis, vel vsque ad remotionem.*
7. *Alternatiua nunquam censetur derogatum, nisi exprimatur.*
8. *Alternatiuam quibus in casibus amittat Episcopus?*
9. *Alternatiua non est mera, & simplex remotio obstaculi, sed quasi contractus inter Papam, & Episcopum.*
10. *Alternatiuæ menses an debeant esse integri, vt Episcopus ea vti possit?*
11. *Alternatiua an gaudeat Episcopus non residens in mensibus Iunij, & Decembris, qui semper sunt Ordinarij?*
12. *Alternatiua non gaudet Episcopus etiam absens ex causa Concilij approbata.*
13. *Alternatiua non gaudet Episcopus absens ob officium Inquisitoris.*
14. *Alternatiuæ per abusum Episcopus reuertitur ad quatuor menses ordinarij.*
15. *Alternatiuam potest acceptare Episcopus repugnante Capitulo.*
16. *Alternatiua acceptata non capit beneficia vacantia in Curia, aut aliàs reseruata.*
17. *Alternatiua data simpliciter de beneficiis competentibus collationi Episcopi, an intelligatur de sola libera collatione?*
18. *Alternatiua an gaudeat Episcopus in Ecclesiis in quibus collatio est communis Episcopi, & Capituli, facta conuentione inter vtrunque de prouidendo alternis vicibus?*
19. *Alternatiua non habet locum, si duo beneficia sunt inuicem vnita, & collatio vnius pertinet ad prouisionem Episcopi, & alterum ad prouisionem alterius.*
20. *Alternatiua Episcopus nequit se iuuare in beneficiis ad aliorum collationem spectantibus.*
21. *Alternatiua an fruatur Episcopus, qui eam acceptauit in beneficiis ad eius prouisionem spectantibus?*
22. *Alternatiuam acceptantes petunt à Summo Pontifice pro dissolutione, & restitutione ad quatuor menses ordinarios.*

ALTERNATIVA dicitur gratia, non verò priuilegium. Gonzal. *super regul.* 8. *gloss.* 58. *num.* 28. deriuatur à verbo *alternare*, quod fit quandò actus collatio, aut alius quilibet vicissim, & per turnos diuiditur, siue per annos, & tunc dicitur alternatiua annorum, siue per menses, vt hoc loco tradit glossa *verb. statuto, in cap. final. de præbendis in* 6. vbi Gemin. *num.* 7. & Francisc. *num.* 3. Conceditur autem Episcopis in gratificationem residentiæ alternatiua, concedendo illis eam in sex mensibus anni; est enim residentia Episcoporum grata Papæ, & in retributionem, Gonzales suprà *gloss.* 41. *num.* 2. conceditur & *num.* 10. sicut non residentes multis puniuntur pœnis, de quibus in Trident. *cap.* 1. *sess.* 6. *de reformat.* & *cap.* 1. *sess.* 24. & *in constitutione Pij Quarti*, quæ est in Bullario 17. incipit, *De salute gregis Domini*, sub pridie Nonas Septembris anno 1560. 1.

Non prodest tamen Episcopis alternatiua ante acceptationem, sed post illam, quando scilicet litteræ patentes acceptationis fuerunt receptæ, & recognitæ à D. Datario, & non antea; ex illo momento Episcopus acceptans incipit vti alternatiua. *l. huiusmodi* 64. *ff. de verbor. obligat.* Gonzal. *gloss.* 26. *num.* 12. & *gloss.* 65. *num.* 2. & *sequent.* Nemo verò inuitus alternatiuam tenetur acceptare, nec poterit pœnitere, & ab acceptatione desistere, illa acceptata semel, Garcia *de beneficiis p.* 5. *c.* 1. *n.* 484. *cum sequentibus.* 2.

Item non suffragatur Episcopo alternatiua, si eam acceptet absens à diœcesi sua, Gonzales *super regul.* 8. *gloss.* 43. *num.* 41. vbi vult ab hac regula decisum, vt Episcopus gaudeat alternatiua, non solùm debere personaliter residere, sed etiam disponere, quòd acceptatio alternatiuæ debeat fieri in propria ciuitate, vel Diœcesi, aliàs non tenere acceptationem. Quare à fortiori non gaudet alternatiua Episcopus non residens in sua Diœcesi, etiamsi absit tribus mensibus sibi permissis recreationis causa animo redeundi, quia regula requirit veram, & personalem residentiam, ac actualem præsentiam, vt fuit resolutum *in vna Salmantina Canonicatus*, 20. Iunij 1572. coram Oradino. Quinimò Reuerendissimus Maximilianus ab Austria, cùm esset Episcopus Segouiensis, & distaret à propria Diœcesi, per quatuor milliaria duntaxat, à qua per duos dies solummodo abfuit, in quo tempore beneficium vnum vacauit, & dum rediit, illud contulit statim Vicario suo meritissimo generali, & alius obtinuit prouideri de eodem beneficio à Sede Apostolica vti reseruato, ex eo quòd vacauerit durante absentia Episcopi, Gonzales *dict. gloss.* 43. *num.* 41. *vers. hinc,* & *numero* 83. 3.

Quomodo autem fiat acceptatio alternatiuæ, quæ nihil aliud est, quam mentis & voluntatis declaratio, apparebit ex sequentibus. In primis non est necessaria adhibitio, & appositio testium, nec interuentus, & subscriptio Notarij, seu Secretarij quando acceptatur ab Episcopo, sed requiritur, quòd fiat acceptatio per litteras patentes, hoc est, apertas, non verò clausas, & secretas, quia patentes maiorem fidem faciunt, quam clausæ, text. *in cap. patentibus litteris*, & *ibi* Hostiensis *num.* 1. *de priuilegiis*, & Antonius de Butrio *ibidem num.* 7.

text.

text.*in cap.1. de tempor. ordin.lib.6.* Item, quia patentibus litteris Abbatis creditur, non verò clauſis, vt tradit Franciſcus Marcus *quæſt.* 993. *num.* 1. *part.* 2. & Speculator *in tit. de probationibus,§. final.* incip. *Videndum,ſub n.17.verſ.hoc autem certum eſt.* Probatur hæc regula alternatiuæ, quæ requirit pro forma, quòd fiat acceptatio per litteras patentes, ibi, *Per patentes litteras*, debéntque ſubſignati, hoc eſt, ſubſcribi manu propria ipſius Epiſcopi acceptantis; aliàs acceptatio non valebit, vt oſtenditur ex verbis ipſius regulæ, ibi, *Manu propria ſubſignatas, ſuoque ſigillo munitas*, & ideo teſtes non ſunt neceſſarij, nec ſubſcriptio Notarij, quia id regula non exigit, Gonzal. *gloſſ.60.ex principio,& gloſſ.* 61. *ex num.1. ad num.* 25. vbi de hac re plenè. Nam, ſi regula exigeret appoſitionem teſtium, & ſubſcriptionem Notarij, id expreſſiſſet, *cap. ad audientiam, de decimis, in fine.* Menoch. *de arbitrar. caſu* 113. *num.* 6. *& de præſumptionibus lib.* 2. *præſumpt.* 57. *num.* 14.

Inſuper Epiſcopus volens gaudere alternatiua poſt acceptationem per litteras patentes manu propria ſubſignatas, & ſuo ſigillo munitas, & in propria ciuitate, vel Diœceſi datas, tenetur litteras ipſas ad Datarium Papæ tranſmittere, vt tradit Gonzal. *gloſſ.63.per totam*, vbi ea de re aliquas quæſtiones mouet. Qualis verò debeat eſſe formula litterarum patentium acceptationis alternatiuæ, tradit Paulus Fuſcus *in ſuo tractatu de viſitatione lib.2.cap.28. num.* 33. quam referens ſequitur Gonzal. *gloſſ.* 62. *num.* 33. Requiritur denique pro complemento, quòd huiuſmodi litteræ acceptationis per Epiſcopum tranſmiſſæ recipiantur, & recognoſcantur à Datario, Gonzales *gloſſ.* 64. *per totum*, & Garcia *de beneficiis part.* 5. *cap.* 1. *ex num.* 484. *vſque ad numerum* 495. vbi concludit non eſſe neceſſariam expeditionem litterarum alternatiuæ, vt olim erat; ſed per fidem Datarij probandam eſſe acceptationem alternatiuæ, aut per librum Datarij, aut per fidem alicuius Notarij, quod eſt in libro Datariæ, ſicut alias fuit reſolutum, Garcia *ſuprà num.*500.

4. Alternatiua concedit ſex menſes pares Epiſcopis, & reſeruat alios ſex diſpares. Ex virtute illius competunt Epiſcopis Februarius, Aprilis, Iunius, Auguſtus, October, & December, dicunturque menſes pares. Diſpares autem incipiendo à principio anni pertinent ad Summum Pontificem tanquam reſeruati, Fuſcus *in tractatu de viſitatione, lib.1.cap.* 28. *num.* 31. poſt Geminianum *conſ.* 89. incipit, *Super dubiis præmiſſis*, Ianuarius ſcilicet, Martius, Maius, Iulius, September, & Nouember. Conceſſio autem alternatiuæ aufert poteſtatem conferendi in menſibus Martij, & Septembris Epiſcopis, qui ſine alternatiua ſunt illorum, ita Puteus *deciſ.*492.incipit, *In vna Corduben. & deciſione* 507. *lib.* 2. Remota verò alternatiua competunt Ordinariis Martius, Iunius, September & December, ad quos etiam redit amiſſa alternatiuæ, ita Antonius Auguſtinus *in ſuo repertorio verb. alternatiua.* Mandoſ. *conſ.* 21. incipit, *Scripſi*, aliàs *num.* 2. ex eo, quia natura reſciſſorum poſtulat, quòd quando facto legis, vel iudicis tollitur ius quæſitum, ſemper quiſque ipſo iure redit ad ſuum ius antiquum, *cap. ſi beneficia, de præben. lib.6. cap. cùm dilecti; de emptione, & venditione*, Anchatan. *conſ.*404.incipit, *Tria dubia,n.9.*& Natta *conſ.* 361. *num.1.vol,*1.

5. Quæſtionis tamen eſt, ſi renuncietur alternatiua, a quónam tempore incipiat menſis Apoſtolicus, aut ordinarius? Pro deciſione obſeruandum eſt quamplures Epiſcopos, poſtquam acceptarunt alternatiuam, ſupplicaſſe Pontifici, vt dignetur diſſoluere vinculum acceptationis, vt ipſe ad ſuos octo menſes, vt ipſi ad ſuos quatuor menſes redeant, quòd ſi Datarius nomine Pontificis admittat ſupplicationem, Epiſcopi ab acceptatione recedunt, *l. ſicut, de actionib. & obligationibus.* ergo cancellata, & caſſata acceptatione de libro ad id in Dataria deputato, quilibet Epiſcopus ad ſuos menſes redit; ſiquidem diſtractus, & diſtructio ſunt eiuſdem naturæ, cuius ſunt contractus, & conſtructio, Felinus *in cap. cùm acceſſiſſent, num.* 5. *de conſtitutionibus*, plenè Tiraquel. *in legibus connubialibus, gloſſ.5.ex num.5.cum multis ſequentibus*, facit, *res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, l. nihil eſt tam naturale, ff. de regul. iur.* Atque ita quod dictum eſt de acceptatione alternatiuæ ad cognoſcendum quando, & à quo tempore incipiat menſis Apoſtolicus, vel Ordinarius; idem eſſe ſeruandum in renunciatione, & reſolutione ipſius alternatiuæ. Quare ſicut alternatiua, ſi acceptetur in principio Martij, menſis ille erit Apoſtolicus, & è conuerſo, ſi acceptetur in principio Aprilis, menſis ille erit ordinarius, Gonzal. *gloſſ.65. num.9. & 10.* Sic etiam, ſi alternatiua diſſoluta fuit menſe Martij, menſis ille erit ordinarius, & collatio facta ab Epiſcopo eo menſe tenebit, ſi non gaudet alternatiua, ex traditis à Gonzales *in gloſſ.65. num.vlt. verſ. decimò infertur.*

6. Sed quæres quantum duret alternatiua ſemel acceptata? Reſpondeo eſſe perſonalem, & durare, quandiu durat concedens, aut acceptans, vel vſque ad remotionem, Gonzal. *gloſſ.50.num.4.*poſt Nauarrum *conſ.31.num.2.de præbendis*, & Pauin. *in tractatu de poteſtate Capituli Sede vacante, part.* 1. *quæſt.*10. *num* 23. Nam voluntas Papæ eius morte finitur, *l.4. ff. locati l. centeſimis* 46.*§. final. ff. de verbor. obligat.*& eſt communis. Item, quia iſta regula eſt perſonalis vſque ad Papæ beneplacitum, & expirat morte conditoris, Gonzal. *gloſſ.*12. *à num.* 2. *cum ſequentibus*: proinde extinguitur morte illius, qui conceſſit, & Epiſcopi acceptantis, *l. priuilegia* 156. *ff. de regulis iuris, l. quia perſonale, ff. ſolut. matrim.& l. cùm patronus, in fine, ff. de legat.*2.

7. Porrò non cenſetur derogatum alternatiuæ, niſi exprimatur derogatio. Puteus *deciſ.*215. *num.* 3. *& deciſ.*222.*num.etiam* 3. *lib.*1. vnde ſi Epiſcopus, qui gaudebat alternatiua, obtinuit poſtea indultum, vt poſſet conferre in omnibus menſibus, per tale indultum non renunciauit alternatiuæ; vt in ſpecie vult Caputaquenſ. *p.1. deciſ.*309. *& deciſ.*377. *num.*3. *part.*2. Anaſtaſ. Germon. *de indultis,§. volumus, à num.* 11. eo quia primum priuilegium non tollitur per ſecundum, *l. hac ſaluberrima, Cod. de præpoſitis agentibus, lib.*12. Decius *in cap. cùm acceſſiſſent, ſub num.*17. *verſ. quanto intelligitur, de conſtitut. & in conſ.* 197. *num.* 3. neque vna gratia tollit alteram ſuper eodem conceſſam, Rota *deciſ.*56. *& deciſ.*63. *de reſcriptis, in antiquis*, Garcia *de benefic. part.*5. *cap.*1. *num.*737. *&* 738. quoniam alternatiua per regulam noſtram non eſt incompatibilis cum indulto conferendi in omnibus menſibus.

8. Nihilominus in multis caſibus Epiſcopus amittit gratiam alternatiuæ. Inprimis perdit illam, ſi ſe ingerit in prouiſione quorumcunque beneficiorum reſeruatorum, aut impedimentum præſtat, ne prouiſiones Apoſtolicæ ſuum habeant effectum; Gonzal. *gloſſ.*56.*num.*27.*&* 28.vbi *num.*29.

addit

addit non esse necessariam sententiam priuationis, sed ipso iure Episcopos alternatiua abutentes post contrauentionem priuatos existere ex verbis alternatiuæ, quæ sic habent. *Eo ipso priuati existant*, quia hæc verba important priuationem à lege ipso iure, & latæ sententiæ absque aliquo alio verbo, gloss. *in cap. quam sit, in verb. eo ipso, de electione, lib. 6.* sequitur Gareia *de beneficiis, part. 5. cap. 1. numer.* 742. per verba huius regulæ, ibi, *ac etiam voluit, vt si ipsi*, &c. *vsu, & beneficio prædictæ facultatis, eo ipso priuati existant, ac collationes, & aliæ dispositiones de beneficiis, illius prætextu deinceps faciendæ nullius essent roboris, vel momenti.* per quæ verba Pontificis declaratur voluntas, quòd contrauenicns statim nequeat vti beneficio alternatiuæ, nec valeat virtute illius in posterum conferre: quare supervacanea erit alia declaratio, *l. 1. ff. de act. empti.* Aliàs esset absurdum imponere Pontifici hoc maximum onus declarandi Episcopis contrauenientibus amisisse alternatiuæ gratiam; siquidem ipsi accipientes alternatiuam cum conditionibus, & oneribus, ac pœnis in ea numeratis, subdiderunt se ipsos eisdem pœnis remota omni alia declaratione, *l. Imperatores 34.* ibi, *ipse te huic pœnæ subdidisti, ff. de iure fisci.*

Gonzalez tamen *gloss. 56. num. 126.* opinatur quando contrauentio Episcopi non est ita notoria, & clara, quòd nulla possit tergiuersatione celari, aut controuerti, necessariam esse sententiam declaratoriam præuia summaria causæ cognitione, citato, & audito Episcopo super contrauentione, vel non contrauentione, textus *in cap. cum secundùm leges, in §. confiscationis, de hæreticis, lib. 6.* gloss. *in cap. quam sit, verb. eo ipso, de electione, eodem libro*, & Couarr. *in cap. cum esses, num. 6. de testam. & in regula peccatum 2. part. §. 8. num. 8.* quibus accedit Bernard. Dias *regul.* 543. Nihilominus siue contrauentio sit notoria, siue non, non est necessaria declaratio aliqua ad amissionem alternatiuæ, quamuis vbi agitur de beneficio, debeat amissio alternatiuæ plene probari per eum, qui in ea se fundat, Gareia *de beneficiis, part. 5. cap. 1. num. 748. ad finem, & part. 6. cap. 2. a num. 225. & dicendum est.*

Sed quid dicendum, quando Episcopus prouidit de beneficiis Papæ reseruatis, ignorans esse reseruata, nunquid priuabitur alternatiua? Respondeo, si ignorantia manauit ex ignorantia iuris, quia ignorabat reseruationem in iure, aut in regulis Cancellariæ, aut constitutionibus Apostolicis contineri, priuari alternatiua, saltem in foro exteriori, quia ignorantia iuris non releuat. Secus in foro conscientiæ, quando se intromisit in prouidendo de beneficio reseruato absque mala fide, & malitia, ex traditis à Nauarro *in manuali cap. 23. n. 59.* Caietan. *in summa verb. præcepti transgressio, in fine,* Vasquez 1. 2. *disp. 123. num. 6. & tom. 2. disp. 158. num. 61.* Soarez *de censuris, disp. 4. sect. 8. num. 18.* & alij, quos referens sequitur Gareia *3. p. cap. 3. num. 67. & 68. & part. 5. cap. 1. num. 753. & 754.* vbi *num. 752.* tradit ignorantiam facti excusare Episcopum conferentem beneficia reseruata à culpa, & consequenter à pœna huius regulæ. Dicitur autem hoc loco ignorantia facti quando Episcopus ignorauit defunctum, per cuius obitum vacauit beneficium, fuisse Papæ officialem, aut familiarem Cardinalis, aut defunctum decessisse in suo mense, & similia: tunc enim non perdit alternatiuam, cùm ignorantia facti eum excuset, *regul. ignorantia lib. 6.* Puteus *decis.* 361. *num. 1. & 2. lib. 2.* & Gonzal. *gloss. 56. ex num. 28. ad numer. 134.*

Probatur, quia concessio alternatiuæ non est propriè priuilegium, nec contra ius commune, sed remotio obstaculi, & reductio ad terminos iuris communis: idcirco cùm concessio alternatiuæ non sit propriè priuilegium, nec contra ius commune, quamuis Episcopus ea abuteretur, non propterea amitterer illam, nisi talis pœna per regulam nostram esset imposita; & ideo ab hac pœna quælibet causa iusta excusat, qualis est ignorantia facti, *gloss. 1. in cap. cum venerabilis, de consuetudine l. igitur §. potest ff. de liberali causa,* Gemin. *in cap. si beneficia, de præbendis, num. 4. lib. 6.* Item quia pœna huius regulæ est odiosa, & restringenda, & benignè interpretanda, *reg. in pœnis 41. de regul. iur. lib. 6.* Iuuat olim alternatiuam esse simplicem remotionem obstaculi; hodie autem excedit simplices terminos remotionis obstaculi, & per eam dicitur initus quidam contractus permutationis inter Papam, & Episcopum, Barbosa *de potest. Episcop. alleg. 53. num. 51. & sequent.* 9.

Dubitatur, an menses alternatiuæ debeant esse integri, vt Episcopus ea vti possit? Respondeo, si Episcopus gaudens alternatiua absit à sua Diœcesi in principio alicuius mensis sibi dati beneficio alternatiuæ, & redeat ad suam Diœcesim antequam mensis finiatur, non gaudere alternatiua; sed propter absentiam partis priuari mense reliquo, quia requiruntur menses esse integros; & sic post reditum, si vacet beneficium, non posse Episcopum illum conferre, ita decisio Rotæ *in vna causa Fauentin. Canonic. 16. Decembris an.* 1586. coram Illustriss. Blanchetto per hæc verba, *Quia cum ab initio mensis Septembris esset acquisitum ius Papæ, semper ille mensis remanet reseruatus, sicut dicitur de beneficio semel affecto, quod semper remanet affectum,* Rota *decis. 10. de præbend. in nouis,* & dictio *quandiu*, est apposita mensi integraliter, non autem diebus mensis, cum quo intrat regul. *l. eum qui ædes, ff. de vsucapion.* vt totum integrale, non autem singulæ partes veniant considerandæ. ita Rota. Ex quo apparet dicendum ob Episcopi absentiam, illo redeunte ad suam Diœcesim, & residentia durante, si vacet beneficium in eodem mense, esse Papæ reseruatum, & ex consequenti non posse Episcopum illud conferre. Idem tenet Anastas. Germon. *de indultis Cardinalium §. volumus, numero 20.* dicens, Episcopum, qui habet alternatiuam acceptatam, & abest à Diœcesi Septembri non posse prouideri illo mense de beneficio, quamuis absens alternatiua non fruatur, & si reuertatur in dictam Diœcesim in mense Papæ reseruato per suam absentiam, non recuperare ius conferendi, eo quòd mensis inchoatus sub reseruatione Papali, in eadem persistit, & dictio *quandiu* inseruit non aliquibus diebus mensis, sed toti mensi integro. 10.

Respondeo secundò verius esse, non requiri menses esse integros ad gaudendum alternatiua, cùm vacationis beneficij ratio habeatur. Ideireo, si Episcopus absit à sua Diœcesi principio mensis Aprilis, an alterius alternati, & redeat in eodem mense, in beneficiis vacantibus post reditum in tali mense gaudebit alternatiua, Gonzalez *gloss. 43. num. 140. & sequent.* Eo quia habetur ratio residentiæ tempore vacationis, cùm iam ad suam Diœcesim redierit: igitur ad illum spectat collatio.

tio. Proinde non requiritur continuata residentia totius mensis, quam si Papa voluisset, expressisset; at non expressit: ergo non est necessaria continuata residentia, *cap. ad audientiam* 12. *de decimis*. Item, quia concessio alternatiuæ est fauorabilis fundata in iure communi, Mandos. *in regul. Cancell.* 11. *quæst.* 11. *num.* 3. & 4. Mohedan. *decis.* 1. *sub num.* 1. *de concess. prabend.* & Cassador. *decis.* 4. *num.* 2. *post principium, de priuilegiis*; ac propterea vti actus fauorabilis est fortius ampliandus, quàm restringendus, *l.* 1. *Cod. de sentent. passis*. Gonzal. §. 6. *procemial. in principio, & num.* 40. *cum sequentibus*.

Nec obest decisio facta in causa Fauent. Canon. quia illa non loquitur de aliquo ex sex mensib. Ordin. virtute alternatiuæ, sed de mense Septembri; quia durante alternatiua, siue Episcopus adsit, siue absit, semper est mensis Apostolicus, & respectu prædicti mensis Septemb. habent locum omnia, quæ dicuntur in dicta decisione Fauent. Gonzal. *d. gloss.* 43. *n.* 155. & Garcia *de beneficiis* 5. *p. c.* 1. *n.* 696. Nam si absolutè decisio illa Fauent. esset vera, & si necessaria esset integra residentia totius mensis, sequeretur Episcopum non bene contulisse beneficia vigore alternatiuæ, vacantia tempore, quo resedisset in principio, vel in medio mensis, si postea post factam legitimam prouisionem de beneficiis in postremis diebus ipsius mensis, abesse contigisset: essent enim collationes omnino nullæ, quod est prorsus negandum, cùm factæ fuerint tempore habili, ita præcitati, Garcia *suprà d. n.* 697. & *seq.* vide tamen Barb. contra *alleg.* 53. *n.* 46.

11. Consequens est dicere, an Episcopus gaudeat alternatiua non residens in mensibus Iunij, & Decembris, qui semper sunt ordinarij, Gonzal. *gl.* 43. *n.* 146. affirmat, quamuis Episcopus non resideat. idem probatur, quia prædicti menses sunt ordinarij etiam ante alternatiuam, & semper remanent ordinarij: ideo collatio de beneficio vacante in illis duobus mensibus post alternatiuam receptatam censetur potius proficisci ex Ordinarij iurisdictione, quàm ex vigore alternatiuæ, per textum *in cap. licet, de officio Ordinarij*, vbi omnes communiter. Accedit, quia Episcopus gaudens alternatiua, potest prouidere de beneficiis, quæ non sunt liberæ collationis, si vacauerint in mensibus Iunij, & Decembris, etiam si ad illa non prorogatur alternatiua: similiter poterit conferre cætera beneficia vacantia in prædictis mensibus, quamuis non resideat. Sequitur Garcia *de beneficiis, part.* 5. *cap.* 1. *num.* 506. *vers. sed ista opinio*, ob easdem rationes suprà scriptas, cùm in istis duobus mensibus nulla facta fuerit permutatio cum Pontifice, nec per alternatiuam concedantur Episcopis; sed tantùm in ea fit mentio de illis causa demonstrationis: atque ita conditio, & obligatio residentiæ non imponitur Episcopis respectu illorum duorum mensium, sed cæterorum quatuor, qui vigore alternatiuæ de nouo Episcopis conferuntur, annuit Barbosa *de offic. & potest. Episcop. allegat.* 53. *num.* 59. non tamen omnino firmat.

Nihilominus idem Gonzales *suprà d. gloss.* 43. *num.* 121. §. *ex aduerso*, inclinat non residentes in mensibus Iunij, & Decembris conferre non posse, quia datum sub conditione residentiæ, videtur negatum sub conditione absentiæ, textus *in l. pecuniam ff. si cert. petat. l. item quia*, ibi, *& nuptiis non sequutis ipso iure euanescit stipulatio, ff. de pactis*. Item quia Pontifex acceptantibus alternatiuam concessit, vt conferant omnia beneficia vacantia in mensibus Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, & Decembris, quandiu personaliter fecerint residentiam in suis Ecclesiis; sed dictio *quandiu*, importat conditionem, vt vult *l.* 4. *in principio, ff. de seruitutibus*, & Bartol. *in l. pater Seuerinam* 101. § *final. ff. de conditionibus*: ergo deficiente conditione residentiæ, tollitur potestas conferendi Episcopis. Iuuat prouisionem hominis facere, vt cesset prouisio legis, *l. final. C. de pactis conuentis, l. & habet* 15. §. *cùm quis*, & *ibi* gloss. *verb. non competit*, & notat Bartol. *ff. de precario*: atqui Papa reseruat sex menses, & totidem concedit Episcopis sub conditione residendi, inter quos mensis Iunij, & Decembris competunt Episcopo de iure, & per prouisionem Pontificis veniunt ad Episcopos, quæ est prouisio hominis. Igitur Episcopi prouidebunt de beneficiis vacantibus in illis duobus mensibus non virtute legis, sed per prouisionem hominis concessam sub conditione residendi duntaxat, quæ dictio *duntaxat* est limitatiua, & exclusiua. *l. solutum.* §. *si in sortem, ff. de pignorat. actione*. Suffragatur per alternatiuam augeri duos menses Episcopis ad conferendum vltra quatuor, quos habent sine alternatiua, per quod augmentum compensatur onus residendi in omnibus sex mensibus: quare in his duobus mensibus non poterunt prouidere, nisi resideant, per quas rationes hæc pars tanquam probabilis admitti potest: tu tamen ne recedas à contraria opinione.

Hinc sequitur in cæteris mensibus non posse Episcopos conferre beneficia, nisi resideat, neque eos excusat absentia ex causa à Concilio approbata, Garcia *part.* 5. *cap.* 1. *num.* 463. Barbos. *de offic. & potestat. Episcop. allegat.* 53. *num.* 55. Quin imò Episcopum non residentem in sua Diœcesi non gaudere alternatiua, declarauit sacra Congregatio Concilij, prout refert Stephanus Gratian. *disceptat. forens. cap.* 156. Aloys. Ricc. *in praxi for. Eccles. decision.* 540. *in prima edit. & resolut.* 462. *in* 2. *edit.* Gallet. *in Magarita casuum conscientiæ, verb. Episcopus*, & Gonzalez *suprà gloss.* 43. *num.* 84. vbi addit non gaudere alternatiua, etiam si non resideat pro exercitio officij Inquisitoris generalis; & quamuis id petiuerit Inquisitor à Clemente Octauo, nunquam tamen hoc indultum obtinere potuit. Nec obest censuisse olim Sacram Congregationem sexto die Iulij 1573. Episcopos non residentes causa Reipublicæ gaudere alternatiua, quia absentes ex iusta causa non dicuntur abesse, *cap. ex parte, de clericis non residentibus, cap. vnico, eodem titulo, lib.* 6. Cardinal. *in Clement. vt hi, qui, q.* 9. *de ætate, & qualitate*, & Calder. *cons.* 17. *de prebend.* quos referens sequitur Flamin. *de resignat. lib.* 1. *quæst.* 10. *num.* 58. quia hoc procedebat stante tenore Gregorij XIII. quæ eo tempore obseruabatur, neque habebat illam dictionem, *verè*, hisce autem temporibus non viget, & ideo non excusantur absentes etiam in fauorem fidei, & Reipublicæ ad effectum fruendi alternatiua, quæ exigit veram residentiam, Nicol. Garcia *suprà p.* 5. *cap.* 1. *num.* 467. & Moneta *de optione cap.* 3. *num.* 75. *in vltima edit.* 12. 13.

Sed quid, si Episcopus abutatur alternatiua? Responde per abusum alternatiuæ in non residendo perdi illius beneficium, & redire Episcopum ad vsum quatuor mensiũ, ita Antonius Augustinus *in suo Repertorio, verb. alternatiua*, Mandos. *cons.* 21. *n.* 2. vnde quamuis Episcopus propter contrauentionem non residendi, priuetur alternatiua, in suis quatuor mẽsibus ordinariis, Martij scilicet, Iunij, 14.

Septembris,& Decembris,non priuatur iure conferendi,& ad illos restituitur,sicut Pontifex ad reliquos octo menses,prout priùs ante acceptationem alternatiuæ, illos habebat. Gonzal. *gloss.* 43. *n.*105. *& gloss.*56. *n.*147. Eo quia rescissorum vno posito, alterum ponitur necessariò, & vno remoto,alterum remouetur.*l.fin.ff.de accepilation.*Natta *cons.* 361. *n.*1. *vol.*1. Facit datum ob causam repeti posse, causa non sequuta,*l. si fullo ff. de condict. sine causa*: atqoe ita,si Episcopus ex causa contrauentionis amiserit Pontificios datos vigore alternatiuæ,redibit ad suos quatuor ordinarios.

15. Porrò quamuis Capitulum repugnet, Episcopus potest acceptare alternatiuam eo inuito,non solùm circa beneficia, quæ pertinent ad collationem ipsius,sed etiam circa illa,quæ sont collationis communis, adhuc valebit acceptatio alternatioæ facta ab Episcopo tãquam capite,& digniori. Puteus *decis.*88.*n.*2. Achilles de Grass. *dec.*166. aliàs *decis.*3.*n.*3.*de prabend.* quod etiam consuluit Hieronymus Gabriel.*cons.*197.*num.*2. *lib.*1. & Simonetta ioncta additione *in tract. de reseruatione, q.*71.*ex n.*3.Gonz.*gloss.*24.*n.*59. *& gloss.*42.*n.*2.*&* 3. vbi addit stãte tenore moderoæ regulæ hodie iam cessasse decisiones Putei, & Achillis *vbi suprà*, dicentium Cap. Cathedraliom gaudere posse alternatiua mensium,& Episcopum vti digoiorem, & Cap. potuisse illam acceptare etiam repugnaore Capitulo, vide illum vtrobique.

16. Quæri potest, an alternatiua acceptata extendatur ad beneficia vacantia in Curia, aot aliàs reseruata?Respondetur negatiuè ex textu nostræ regulæ quatenus dicit,qoòd alternatiua intelligatur concessa duntaxat, qooad beneficia extra Curiam vacantia;non verò quoad beneficia,quæ in Curia vacauerint, ex ea ratione, quoniam beneficia vacantia in Curia,sunt reseruata alio vinculo diuerso à nostra regula; & ex consequẽti beneficia aliàs reseruata non comprehenduntur sub gratia concessionis alternatiuæ, de quibus Gonzal. *gloss.*13. *per totum, & gloss.*51. *num.* 1. *& duobus sequentibus.*

17. Accedit, an alternatiua data simpliciter de beneficiis competentibus collationi Episcopi intelligatur de sola libera collatione? Responsio est affirmatioa. Vnde nõ intelligitur de collatione simultanea pertinẽte ad collationem Episcopi cum alio,prout vult textus expressus *in cap.cùm in illis*, 16.§ *si verò,de præbendis in* 6. ibi, *si verò*,inquit ille textus,*de beneficio ad aliquorum collationem,vel præsentationem spectante,non adiecto communiter,nec diuisim,prouisio iniungitur facienda, in beneficio, quoad collationem,vel præsentationem alterius, ipsorum tantùm pertinet,& impleri non potest.Sicut si de beneficio spectante ad collationem vnius prouisio iniuncta fuisset, adimpleri non posset in beneficio, cuius collatio ad eum simul cum alio pertineret.* Sic ibi,sequitur Caputaq. *decis.*88.*num.*4. *part.*2. Pauinus *in tractatu de officio & potest.Capituli quæst.*10.*num.*23.& Simoocr.cum aliis,*de reseruatione, quæst.* 71. dicentes, quod est commune mei,&alterius,non esse propriè meum, sed impropriè, cùm non habeam, nisi dimidiam partem,de qua tantùm possum disponere,Cagnolus *in l.id quod nostrum* 11.*num.*20. *ff.de regulis iuris, & gloss.* 1. *in cap.penult.*12.*quæst.*1. Qnin imò Episcopus acceptaos alternatiuam, fruitur illa in beneficiis ad eius prouisionem spectantibus existentibus in alia Diœcesi, ita consultus respondit Christophorus Robusterios Rotæ Auditor, teste Garcia *de beneficiis part.*5.*cap.*1.*n.*705.*vers. Quinto*, circa illa verba.

Quid ergo dicendum de Episcopo io Ecclesiis, 18.
in quibus collatio est communis illi, & Capitulo facta coouentiooe inter vtrunque de prouidendo alternis vicibus? Responde alternatiuam hoc modo concessam Episcopo, prodesse Capitulo, quando menses ordinarij inter Episcopum, & Capitulum, partiti sunt ob concordiam etiam factam,antequam alternatiua esset concessa, Garcia *d.part.*5. *cap.*1. *num.*718. vbi *num.* 719. *& sequent.* addit id procedere etiamsi concordia non fuerit authoritate Apostolica confirmata,valeréque pro tempore Episcopi coocordiam facientis, non tameo transite ad successores, nisi fuerit ab ipsis approbata.

Alternatiua tamen non habet locum si duo 19.
beneficia sunt ad inuicem vnita, & collatio vnius pertineat ad prouisionem Episcopi,& alterum ad prouisionem alterius. Probatur ex verbis regulæ ibi, *Ad liberam ipsorum duntaxat, non autem aliorum cum eis*,Garcia *d. cap.*1. *num.*480. *& part.*12. *cap.*2. *num.*47.quod intellige,quando fuerint vnita æquè principaliter, quia in prouisione illorum requiritur consensus vtriusque collatoris. Secus quando essent beneficia vnita, & pertinerent ad prouisionem duorum Episcoporum;tunc enim iotraret in illis, si ambo alternatioam haberent acceptatam, & quilibet eorum io sua resideret Diœcesi,Garcia *d.num.*480.

Item Episcopus non potest se iuuare ab alter- 20.
natiua in beneficiis ad aliorum collationem spectantibus, Garcia *d.cap.*1.*num.*481.etiam ex alternatiua prima Pij Quioti,Gonzales *gloss.*45.*in principio*, vbi decidit alternatiuam duntaxat concedi Episcopis in beneficiis, quæ sunt liberæ collationes eorum. Libera autem collatio ad effectum huius regulæ nostræ est illa,quæ potest fieri à solo Episcopo sine alterius electione, præsentatione, consensu,consilio,& interuentu. Nam verbum,*libera*, denotat facultatem faciendi actum sponte propria, nemine cogente. *c.*1.*de rescriptis*,& gloss. *ibi,verb. vt liberè, cap.*2. *in fine, de testamentis, lib.*6. *Clement.*2. & *ibi*,gloss. *verb.liberè*,& *ibi* scribentes, *de iure patronatus*:item dictio,*libera*, denotat præcisam,& absolutam libertatem,Annon. *cons.* 122. *num.*5.Ruinus *cons.*18.*num.*6.*& cons.*84.*num.*9.*lib.*1. Quare cùm dicitur in nostra regula concedi alternatiuam io beneficiis spectantibus ad solum,Episcopum,non intelligitur de beneficiis, quæ pertinent ad Episcopi cum alio collationem, vt dixi,

Gonzal.*d.gloss.*45. *à n.*29. Atque ita Episcopi gau- 21.
dent alternatiua,acceptantes eam in omnibus beneficiis ad eorum prouisionem spectantibus, vbicunque beneficia existunt, Garcia *d.p.*5.*c.*1.*n.*705.

Quando tamen acceptãtes alternatioã cupiunt, 22.
vt alternatiua dissoluatur,& volunt redire ad quatuor menses ordinarios, supplicant Pontifici pro dissolutione, & restitutione, qua semel acceptata non est locus Pœnitẽtiæ,oisi Põtifex acceptauerit renunciationẽ.Est enim acceptatio mensium commutatio,seu permutatio,& quasi contractus inter Pontificem,& Episcopum, Gonzal. *gloss.*58. *n.*14. ex Puteo *decis.* 88. *num.*1. *lib.*3. & de ratione contractus est quòd sit à principio voluotarius, sed ex postfacto necessarius, *l. sicut C. de actionib. & obligat.* Rota *decis.* 33. *num.* 17. *de prabend.in antiquis*, & omnis variatio sine consensu contrahentium, præsertim in præiudicium alterius, reprobatur. *l. serui electione, ff. de legat.* 1. *cap. nemo mutare, cap. quod semel placuit, de regul. iur. in* 6. vide Gonzales *gloss.*58. *num.*23.

EPITO

EPITOME.

23. *Vtrum acceptatio facta ab excommunicato sit valida excommunicatione non obstante?*
24. *Alternatiua an habeat locum in Canonicatibus, & prabendis, quando Episcopus est in quasi possessione conferendi?*
25. *Alternatiua mensium, an habeat locum in beneficiis vacantibus per assecutionem secundi incompatibilis, vel aliàs? Et quid in hoc casu faciet prouisus, & collator?*
26. *Alternatiua an gaudeat Episcopus in prabenda Pœnitentiaria, cuius electio est solius Episcopi, & collatio solius Capituli?*
27. *Alternatiua an gaudeat, qui prasentat, an, qui instituit in beneficio?*
28. *Episcopus an gaudeat alternatiua in vacantibus per resignationem?*
29. *Episcopus regulariter non residens in sua Ecclesia, sed redit ad tempus animo non perseuerandi, an gaudeat alternatiua pro tempore residentia?*
30. *Alternatiua acceptata Roma, an gaudeat Episcopus ante scientiam acceptationis?*
31. *Episcopus an priuetur alternatiua, qui prouidit de beneficio litigioso?*

23. QVÆRI potest, an acceptatio alternatiuæ facta ab excommunicato teneat, & prosit Episcopo? Pars negans ea eo probatur, quia collatio beneficij facta excommunicato non tenet, & de iure est nulla, *cap. postulasti, de clerico excommunicato ministrante*, & *ibi* scribentes, Selua *de benefic.4.part.quest.4.* Rebuff. *in concord.tit. de excommunicatis non vitan.vers. aduertendum est.* Sayr. *de censur.lib.2.c.5.n.1.* Flamin. *de resign.benefic.lib.4. quast.3.à n.44.& lib.5.quast.6.à n.77.* etiam si collatio fiat motu proprio, Sayr. *ibi, n.6.* & Soar. *de censuris, disp.1.sect.3.num.13.* ergo acceptatio alternatiuæ concessa eacommunicato, non proderit.

Nihilominus acceptatio alternatiuæ, cùm nihil habeat iuris, sed nudum factum sit, hoc est, mentis, & voluntatis declaratio, vt vult Rota *decis.15 n.4.de concess.praben.in nouis*, & Couarr. *lib.3. variar.c.16.sub n.4.ad medium, vers. quorum opinio ex eo corruit*, bene potest Episcopus excommunicatus alternatiuam acceptare, & tenebit acceptatio, secus de collatione beneficij, vel alterius iuris spiritualis eacommunicato facta, quæ non tenet; sicut nec præsentatio, aut electio, quamuis excommunicatio sit minor, *d. cap. postulasti*, Gonzal. *gloss.58. n.25.& 26.* & Garcia *de benefic.cap.1.n.487.part.5.*

24. Sed quid de Episcopo, qui in Canonicatibus, & præbendis est in quasi possessione conferendi sine interuentu Capituli? Intratè alternatiuam colligitur ex traditis à Garcia *cap.1.n.477.p.5. & n.478.* clariùs; quamuis in proprietate bonum ius forsan non habeat, & sit collator tantùm putatiuus; quia in iure conferendi consideratur quis sit possessor; non autem quis habuerit proprietatem, vel non, habetur *in c.cùm olim, de caus. possess. & proprietatis*, Mohed. *decis.9.ad finem, de restit. spoliat.* Decius *cons.117.n.2.ante medium*, & Mascar. *de probat.concl.173. n.4.& 5.* Argumento eorum, quòd consideratur in præsentante, qui debet præsentare, si est in possessione, & reputatur Patronus, & non, qui caret possessione præsentandi, quamuis ius habeat in proprietate, *c.in consultationibus, de iure patronatus.* Roland. *cons.48.n.28.ad num.39.lib.1.* & Gutier. *cons.4. n.34.* & alij, quos referẽs sequitur Gonzal. *gloss.45. §.2.n.4.* pro quo valebit quasi possessio, & vltimus status in hoc iure conferendi, & prouidendi; non autem attenditur habenti proprietatem, si non habet possessionem, Baldus *in l.2 n.73.& 76 C.de seruitut.& aqua*, post Innocentium *in c.in litteris, n.3. & 8. de restitut. spoliator.* probata namque possessione prouidendi, seu conferendi, possessor beneficij potest eaigere bona debita beneficio.

Item dubitatur, an alternatiua mensium habeat locum in beneficiis vacantibus per assecutionem secundi incompatibilis, vel aliàs? Nauarr. *cons.18. n.3.de prabẽdis*, tradit responsionem affirmatiuam, 25.
monens, vt beneficiatij, qui promouentur ad Ecclesias parochiales, expectent, quantum iure possunt, consecutionem possessionis pacificam vsque ad mensem Ordinariorum collatorum, vt possint conferre beneficia vacantia personis idoneis; eo quia, qui iure suo vtitur, nemini facit iniuriam, *c. cum Ecclesia Vulterana, de electione, l.iniuriarum. ff de iniuriis*, Menoch. *de prasumpt.lib.6.q.29.* Mascard. *de probat.concl.1051.n.31.* Flamin. *de resign.lib.13.q.1. num.164.* & Francisc. Leo *in thesauro fori Eccles.p.2. c.3.n.75.* Dixi, *quantum iure possunt expectare*, quoniam, si post collationes factas illis in mense Pontificis tantum moræ in capienda possessione pacifica fecerint, quòd videatur iniustè per eos moram fieri, quominus possessionem caperent, dici posset vacare beneficia illorum, priusquam possessionem acquirerent. Non tamen possunt ita facilè super hoc conuinci, quia non debent, nec tenentur possessionem capere incontinenti, neque possessio incontinenti capta dici potest pacifica.

Insuper Episcopus quæri potest, an gaudeat alternatiua in Canonicatu Pœnitentiariæ, cuius electio est solius Episcopi, & collatio solius Capituli, 26.
nõ obstante quòd collatio præbendæ sit cõmunis Episcopi, & Capituli? Pars negans ex eo probatur, quia alternatiua restringitur ad beneficia spectantia ad liberã dispositionem Episcoporum duntaxat; non autem ad ea, quæ competunt Episcopo cum aliis: in Canonicatu autem Pœnitentiariæ, quamuis electio personæ competat Episcopo dũtaxat, collatio autem præbendæ in aliquibus Ecclesiis est communis, aut solius Capituli: ergo non gaudet Episcopus alternatiua in præbenda Pœnitentiariæ. Pars affirmans est verior, Garcia *p.5.c.1. n.730.* eo quòd Pœnitẽtiarius habet officium Pœnitentiarij, quod est principalius, & præterea præbendam officio annexam, vt ostenditur *in Concilio Trid.sess.24.de reform.cap.8.* Quare cùm dispositio huius officij, quod est principalius, competat soli Episcopo, & semper attendatur ad id, quod est principalius, habebit in eo locum alternatiua, quãuis collatio præbendæ vnitæ sit communis, seu solius Capituli, nisi electo ab Episcopo in Pœnitentiarium Capitulum conferat: tunc enim in consequentiam, & per accidens Capitulum gaudebit alternatiua, nec est inconueniens per obliquum aliquid permitti, quod aliàs directò prohibetur, ex regula *l. Aristo, ff. qua res pignor.obligar. poss. in fine*, ibi, *Sape enim, quod quis ex sua persona non habet, hoc per extraneum habere potest.*

Confirmatur ex traditis à sacra Congregatione in vna Episcopi Auriensis 6 Octob. 1572. dicente sic. Officiũ Pœnitentiarij in Cathedrali per solum Ordinariũ potest institui, ad quem quoque pertinet electio personæ, quoties opus fuerit pro exercendo tali officio, nec requiritur aliquis Capituli consensus, teste Zerol. *in praxi, 1.p.in verb. Pœnitentiarius, §.3.* Rursus Episcopo Segouiensi sic rescriptum est: Cauetur, quòd in omnibus Cathedra-

libus Ecclesiis,vbi id commodè fieri poterit, Pœnitentiarius aliquis cum vnione præbendæ proximè vacaturæ ab Episcopo instituatur,dubitatur, an quoties occurrerit vacatio officij Pœnitentiarij, & per consequens præbendæ illi annexæ prouisio illius pertineat ad solum Episcopum,absque eo, quod Capitulum in aliquo se intromittere possit? Sanctissimus D. Noster, referente Congregatione Concil. decreuit,institutionem officij Pœnitentiarij, nec non electionem personæ Pœnitentiarij, quandocunque faciendam,ad solum Episcopum pertinere absque consensu Capituli; Collationē autem præbendæ vniendæ ab illis fieri debere,ad quos antea spectabat,die 21.Maij 1575.

Tertiò Episcopo Segouiensi sic responsum est: Pro parte Capituli dubitatum fuit circa collationem præbendæ Pœnitentiarij, quia Capitulum prætendit,quòd debeat fieri simul,quoniam antea collatio etiam erat commonis, prout etiam post Concilium fuit communis,nam in prima erectione Pœnitentiarij prima collatio quæ fuit facta, fuit celebrata insimul,vnde ita etiam insimul debebat debere celebrari, quoties in posterum contingeret vacare. Congregatio Concilij censuit ita obseruandum, vt si vacatio contigerit in mense Apostolico,ad Summum Pontificem, vel ad eum, qui indultum habeat in mensibus Apostolicis; si in mense solius Episcopi ad Episcopum solum, si in mense communi,ad Episcopum,& Capitulum communiter spectet.

Quæ declaratio de sola collatione præbendæ loquitur,& non de electione personæ,& Episcopo Abulensi ita responsum est. *Congregatio censuit electionem Pœnitentiarij quandocunque faciendam ad solum Episcopum absque consensu Capituli pertinere; collationem autem præbendæ ab illis fieri debere, ad quos antea spectabat, & ita in aliis pluribus causis responsum fuit.* Ex quibus infertur vacare Pœnitentiarij officio,tempore,quo vacat Sedes Episcopalis, non posse Capitulum prouidere pœnitentiariam, nec eligere Pœnitentiarium; quamuis collatio præbendatum sit communis Episcopi, & Capituli, vel etiam solius Capituli, supposito quòd electio personæ, & prouisio officij Pœnitentiarij ad solum Episcopum spectat, ex quo Capitulum Sede vacante non succedit in prouisione beneficiorum ad Episcopum spectante, *cap. illa, ne Sede vacante*; sed eius prouisio, & electio Pœnitentiarij spectabit ad Papam priuatiuè,stāte reseruatione regulæ 2.Cancellariæ de beneficiis ad collationem, præsentationem, electionem, & quamcumque aliā dispositionem liberam Episcoporum spectantibus;de quo Garcia *p. 5. c. 1. à n.221.& n.731.& c.4.§.1.ex n.137.vsqueadn.151.*

27\. Ambigi potest, an gaudeat alternatiua, qui præsentat,an qui instituit in beneficiis, hoc est,an Episcopus,quando præsentatio ad illum pertinet, &institutio ad alios spectat?Responde Episcopum frui alternatiua nō obstante, quòd institutio competat alij,& quamuis esset in aliena Diœcesi,& sic institutio spectaret ad Ordinarium illius Diœcesis, vbi beneficium situm est,ita Garcia *d. part. 5. cap. 1. num.705.& n.706.cum sequentibus,& n.734.*

28\. Vtrùm autem Episcopus gaudeat alternatiua in beneficiis vacantibus per resignationem, quæstionis dubiæ est? Responsio tamen sit negatiua, non habere scilicet locum alternatiuam in vacantibus per resignationem, cùm non sint reseruata per hanc regulam contra Zerol.*in praxi Episcopali 2.p.verb.alternatiua §.1.* habet tamen locum in vacantibus per obitum,& in vacantibus aliàs,vt per assecutionem secundi incompatibilis, per priuationem,per matrimonium, per Religionis ingressum, eo quia beneficia sic vacantia quamuis dicatur resignatin tacita, reseruantur per hanc regulam,Garcia *suprà c.1.n.545. & seq. & num.548.* & Gonzales *gloss.15.§.1.per totum.*

Sed quid dicendum de Episcopo regulariter non residente in sua Diœcesi,sed eunte, & ad tempus redeunte animo non perseuerandi,an gaudeat alternatiua pro tempore residentiæ? Rota *in causa Eluen. beneficij* 22.Martij 1599. coram D.Mellino Cardinali,& Nuncio Hispaniæ negatiuè respōdit in decisione,cuios meminit Garcia *p.5. c.1. n.699.* incipit, *Reuerendissimus Episcopus Eluensis continuò commoratur in ciuitate Olisbonensi, vbi præest officio Sanctæ Inquisitionis illius Regni.* Contrarium tamen videtur dicendum,quia regula attendit residentiæ actuali,tempore vacationis,non considerato animo abeundi; eo quòd dum residet,verè facit fructus suos.Nec refert dici residere quem vbi continuò est præsens, non autem vbi casualiter, & ad tempus adest,quia non est negandum verè,ac realiter Episcopum residere in sua Diœcesi, si in ea resideat mense Aprilis,& Augusti. Igitur,si in his mensibus,vel aliis, quibus residet ad effectum alternatiuæ vacauerint beneficia, cur non gaudebit alternatiua? cùm adsit personaliter,& resideat in propria Diœcesi, licèt ad tempus. Negari enim non potest,quòd, quandiu non recedit, non resideat, & in hac sententia persisteret, Gonzal. intrepidè,nisi vidisset Rotæ decisionem, vt ipse ait *gloss. 43. num. 173.* vbi in specie de hoc casu, cui libenter subscribo, cum Garcia suprà *n.701.* 29.

Sequitur, an alternatiua Romæ acceptata gaudeat Episcopus ante notitiam acceptationis? Responde post acceptatam Romæ alternatiuam, aut post receptionem, & recognitionem litterarum acceptationis,quamuis adhuc illius notitiam non habuerit, non posse Episcopum vti suis quatuor mensibus ordinatiis,sed illi competere alternatiuam effectualiter ab eo articulo temporis, quo Romæ facta est acceptatio, seu recognitio litterarum illius,vnde si Romæ acceptatio facta fuit in fine Ianuarij,& in principio Februarij,vacauit aliquod beneficium, prouisio facta ab Episcopo de illo ante notitiā acceptationis, seu recognitionis, valida esset,ita Gonzal.*de mensib.gl.65.n.20.* quem sequitur Garia *p.5.c.1. n.764.* nec obest quòd Episcopus, qui non habet notitiam acceptationis alternatiuæ, non potest ea vti, cùm non sit certus de sua potestate, quia Ordinatius habens alternatiuam, prouidet ex vi suæ potestatis ordinariæ sibi competentis de iure; eo quòd alternatiua remouet duntaxat obstaculum reseruationis,efficitque menses illos ordinarios:proinde esto ignoret acceptationem alternatiuæ,est tamē certus de fundamento suæ prouisionis,quod sufficit,vt volunt Put.*dec.488.lib.2.* & Ant.Gabr.*concl.3.de executione rei indicatæ,tertia limitatione,ex n.10.* & Mandos. *regul.27 q.16.* Nec valet,si dicas priuilegium nihil operari priuilegiato ante eius notitiam, vt vult Decius *1 lectura à n.42.in c.2.de constit.* Menoch.*de arbitr.lib.2.casu 185. à n.30.* Molina *de primog.lib.2. c.7.n.98.*& Sanch *de matrim lib.3.disp.36.n.2.* post alios,quia respondetur alternatiuā non esse priuilegium,sed remotionem obstaculi reseruationis,& reductionem ad ius commune,Gonzal.*gl.35.n.15. & gloss.56.num. 137.* & quamuis concedamus esse priuilegium, non propterea necessaria est notitia, 30.

quia

quia acceptatur per procuratorem, Azor *part. 1. lib. 5. cap. 3. quaest. 5. & cap. 23. quaest. 12.* & Vasquez *1. 2. disput. 156. à num. 30.*

Vltimò dubitatur, an Episcopus priuetur alternatiua prouidendo de beneficio litigioso? Respondetur negatiuè, eo quia beneficium litigiosum non est reseruatum, sed prohibitum durante lite conferri ab Ordinario, neque inducit reseruationem propter litem, sed suspenditur eius prouisio: lite tamen finita potest liberè conferri, Nauarr. *in cap. accepta, de restitut. spoliat. oppositionis 10. solutione, num. 30.* Gonzales *§. 7. procemial. num. 118. & gloss. 6. num. 146. & gloss. 32. num. 40. & gloss. 51. num. 111.* Nihilominus si Episcopus se intromittat scienter in prouisione beneficiorum non reseruatorum, quæ sunt per Papam prouisa iure præuentionis, priuaretur alternatiua: quamuis enim non sint aliàs reseruata, per appositionem tamen manus Pontificiæ manent affecta, quamuis inutiliter factam, Garcia *part. 5. cap. 1. num. 138. & 139.* post alios, *& num. 761.*

An Episcopus possit concedere expectatiuas beneficiorum.

§. V.

EPITOME.

1. *Expectatiuæ omnes hodie sublatæ sunt per Concilium Tridentinum.*
2. *Olim de iure Canonico expectatiuæ, & mandata de prouidendo concedebantur.*
3. *Hodie Papa tantùm concedit expectatiuas, rarò tamen.*
4. *Expectatiua loquens de mensibus non capit menses ordinarios vigore alternatiuæ.*
5. *Promissio facta per patronum de beneficio vacaturo, per mortem beneficiarij non conualescit.*
6. *Beneficia antequam vacent, nulli danda, aut promittenda, & cur?*
7. *Patronus Ecclesiasticus nequit dare alicui potestatem præsentandi ad beneficium, antequam vacet.*
8. *Reges Lusitaniæ, an licitè promittant in genere Ecclesias sui patronatus, & præceptorias vacaturas?*
9. *Episcopi, & Prælati inferiores Papa nequeunt promittere expectatiuas siue generaliter, siue specialiter ad beneficia vacatura.*
10. *Commendæ, seu militia Ecclesiastica, an sint beneficia Ecclesiastica, & an promitti possint antequam vacent?*
    & quid de officiis secularibus? ibid.
11. *Expectatiuæ concessæ non expirant morte concedentis, nec dant ius ante acceptationem.*
12. *Expectatiua non datur Monacho ad beneficium seculare, quod si detur, præsupponit dispensationem.*
13. *Expectatiua an possit concedi de Capellis, seu de beneficiis ad nutum Prælati constitutis?*
14. *Expectans poterit ne acceptare beneficia resignata coram Ordinariis?*
15. *Expectatiuam habentes beneficiis possunt renunciare simpliciter, & consequi beneficium ita renunciatum.*
16. *Expectans non potest acceptare beneficium, si non est legitimæ ætatis.*
17. *Expectatiua ad beneficium Claustrale non datur nisi Regularibus, & quid de expectatiuâ datâ ad dignitatem conuentualem?*
18. *Expectatiuæ, & mandata de prouidendo non capiunt beneficia ex causa permutationis vacātia.*
19. *Expectatiuarum reliqua materia, ac summarium ostenditur.*

DVBITATIO prima tollitur per decisionem Concilij Tridentini *sess. 24. cap. 19* per hæc verba, *Mandata de prouidendo, & Gratias, quæ expectatiuæ dicuntur, nemini amplius, etiam Collegiis, Vniuersitatibus, Senatibus, & aliis singularibus personis, etiam sub nomine indulti, aut ad certam summam, vel alio quouis colore concedi, nec hactenus concessis cuiquam vti licere. Sed nec reseruationes mentales, nec alia quæcunque gratia ad vacatura, nec indulta ad alienas Ecclesias, vel Monasteria alicui, etiam ex S. R. E. Cardinalibus concedantur, & hactenus concessa abrogata esse censeantur.* Flamin. *lib. 2. de resignat. quaest. 10. num. 4. & lib. 3. quaest. 6. num. 14.* vbi declarat non valere prouisiones, & expectatiuas, & quascunque gratias ad vacatura beneficia etiam sub nomine indulti, Gonzales *de mensibus §. 1. procemial. num. 63.* Redierunt namque per Concilium Tridentinum illa felicia tempora decretorum, quādo nullæ erant expectatiuæ, vt per Mandosium *in praxi signaturæ gratiæ, titulo de expectatiuis, in principio*, vbi dicitur antiquos Romanos Pontifices gratias expectatiuas cōcedere non consueuisse, & propterea nullam de illis in decreto factam fuisse mentionem, quod etiam tradit Ioannes Andreas *in cap. duobus, de rescriptis lib. 6.* dicens *illa tempora feliciora iam reditura, quia non solùm expectatiuas à Romana Curia exuiare videbat, sed etiam regressus, & coadiutores cum futura successione.* Sic ille. Proinde plura iura, quæ tam in Decretalibus sub titulis *de rescriptis, de prabendis, & de concessione prabenda*, quam in sexto; & Clementinis cum tractatibus de expectatiuis, iam hodie suum effectum non sortiuntur. 1.

Concilium namque Tridentinum hisce temporibus à Romano Pontifice illæsum ante oculos habetur, & ideo expectatiuas ad beneficia vacatura quàm rarissimè concessas videmus, cùm si voluerit Pontifex, possit illas indulgere cùm sit supra illud, *cap. significasti 4. ante finem, de electione*, ibi, *quasi Romanæ Ecclesiæ legem Concilia vlla præfixerunt, cùm omnia Concilia per Romanæ Ecclesiæ authoritatem, & facta sint, & robur acceperint, & in eorum statutis Romani Pontificis patenter excipiatur authoritas.* Idem patet ex *cap. proposuit, de concessione prabendæ*, vbi Papa ad vacatura beneficia ius, & expectatiuas tribuere potest, vt probat textus *in c. 2. de prabendis, lib. 6.* vbi Franc. *n. 1. & 6.* Dominicus *n. 2.* Nauarr *in c. si quando prael. 2. à num. 4. de rescriptis* Cabed. *de patronatu Regiæ Coronæ c. 15 n. 6.* & Azor *instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 32. vers. verùm enim*, eo quòd Pontifex est super Concilio, & potest dispensare, si de eo faciat expressam mentionem, Cotta *in memorab. verb. clausula non obstante*, Rebuff. *in praxi benefic. tit. de dispensat. super defectum natal. num 14.* Henriq. *in summa lib. 13. c. 57. §. 1.* Flores *var. lib. 1. q. 10. n. 50.* Azor suprà *c. 14. col 574.* & Aloys. Ricc. *in collect. dec. p. 4. collect. 1367. prope finē*, & alij apud Barbosam *in remiss. ad decretum Concil. sess. 1. num. 3. & in d. cap. significasti, de electione num. 4.* sicut Princeps super iure positiuo dispensat, vt per Couarr. *lib. 3. variar. c. 6. n. 1. vers. secundo.* Menoch. *cons. 157. n. 11.* ita Pontifex in omnibus legibus, & statutis 2. 3.

Conciliorum etiam generalium dispensare potest, Gutier. *pract. lib. 3. q. 17. num. 231.* Rebuff. *in Authen. Habita, verb. examinatione pag. 580. cum sequent. C. ne filius pro patre,* Stephanus Gratian. *disce. foren. cap. 397. à num. 35.* Sayr. *in Claui regia lib. 3. cap. 10. num. 6.* & Reginal. *in praxi for. pœnit. lib. 5.* non tamen derogatur Concilium per clausulas generales, sed requiritur mentio expressa, quia constitutio Conciliaris tacitè continet clausulam derogatoriam, & propterea, vt derogetur, non sufficit clausula generalis, ita Caputaq. *part. 1. decis. 268.* Veral. *decis. 176.* & Aloys. Ricc. *in collectione decis. p. 4. collect. 849.*

4. Illud etiam obserua expectatiuas quæ loquuntur de mensibus ordinariis, nō capere menses Ordinarios vigore alternatiuæ, sed solùm, quæ vacauerint in mensibus reseruatis, Puteus *decis. 53. lib. 2. dec. 48. in vna Calagurritana, num. 2. & 3. lib. 3.* & priùs *decis. 92. in fine num. 2. lib. 1.* Gomez *in tract. de expectatiuis, num. 21. ad finem,* vbi subdit idem dicendum de mensibus alternatiuis datis Ordinario vigore alternatiuæ acceptatæ, quod etiam habet locum Sede Episcopali vacante, tunc enim expectantes nequeunt acceptare pro quatuor mensibus concessis Ordinario. Mohedan. *decis. 29. de prebendis,* nisi Pontifex declaret derogari regulæ de mensibus expressè, vel alio modo patescat menses etiam Ordinarios contineri sub expectatiua, Cassador. *decis. 15. ex num. 4. de prebend.* Quòd si expectatiuæ faciant mentionem de mensibus ordinariis, adhuc non extenduntur ad menses ordinarios concessos vigore alternatiuæ, nisi apponatur verbum *quomodolibet,* seu *quomodocunque,* quod est vniuersale. Puteus *decis. 215. & 222. lib. 1.*

5. Dubitatio secunda, an promissio facta per patronum de beneficio vacaturo conualescat per mortem beneficiarij? Pro resolutione certi iuris est, beneficium nondum vacans non posse conferri, nec promitti, ne quis videatur desiderare mortem proximi, aut captandæ alienæ mortis occasio tribuatur, *cap. 2. & 3. de concess. preben. & c. 2. eodem titulo lib. 6.* Proinde non potest fieri promissio obligatoria de facienda præsentatione ad beneficium vacaturum, *cap. final. de concess. preben.* Lambert. *de iure patron. 1. p. 2. lib. q. 6. art. 1. & 19.* & Perez *in l. 1. tit. 6. lib. 1. ordinat. gloss. 2. vers. non minus elegans, & sequent.* Hoc posito dicendum est per mortem beneficiarij non conualescere promissionem factam à patrono de beneficiu vacaturo, antequam vacet, ratio quia quamuis patronus habeat ius præsentandi in habitu, non tamen illud habet in actu, nisi à tempore vacationis, Duennas *regul.* 278. & ideo promissio de beneficio vacaturo per obitum beneficiarij non conualescit, Cassador. *in tit. de iure patronatus, q. 5.* quia textus *in d. cap. vltimo, de concessione prebenda,* resistit, & vbi lex actui resistit, non adest ibi legitimus consensus agentis. Bartol. & scribentes *in l. cùm lex, ff. de fideiuss.* & Panorm. *in cap. cùm contingat. col. 1. de iureiuran.* Quare nec naturalis ex tali actu nascitur obligatio viuente adhuc beneficiario, adeò, vt neque per mortem illius conualescat, cùm lex ab initio resistens postea non consirmet. Caldas Pereira *3. p. de potestate eligendi cap. 10. num. 2.* Barbos. *de offic. & potest. Episcopi alleg. 72. num. 5. & 6.* argum. rescripti ab excommunicato impetrati. quod adeò nullum est, vt neque per absolutionem superuenientem conualescat, Panot. *in cap. dilectus filius, de rescriptis col. 2.* inhabilitas namque impetrantis ab excommunicatione causata infirmatur, & rescriptum etiam, nec per superuenientem absulutionem firmatur; sic in nostro casu, veluti collatio facta laico de beneficio adeò nulla est, vt nullo modo conualescat per superuenientem ordinem clericalem. Selua *de beneficiis 3. p. q. 6.*

6. Dubitatio tertia exigit rationem ob quam non sunt promittenda beneficia antequam vacent? Ratio potest esse, ne quis desideret mortem proximi, quæ potest habere locum in beneficio certo, ac determinato. Ex quo infertur posse concedi expectatiuam de beneficio in genere vacaturo. Nihilominus crescente hominum malitia adhuc eadem ratio habebit vires, vbi beneficium in genere promissum fuerit. Quare prima prohibitio, ne beneficia Ecclesiastica promitterentur antequam vacent, fuit Alexandri Tertij in Concilio Lateranens. de quo *in cap. nulla 2. de concess. preben.* vbi statuitur, ne quis promitteret certum, & specificum beneficium alicuius viuentis; secundùm quam primam prohibitionem non interdicebatur beneficium vacaturum in genere, hoc est, incerti hominis, sed certi duntaxat; idque propter maiorem captandæ mortis alienæ occasionem, quæ in promisso certi cuiusdam hominis viuentis beneficio tribuebatur.

Deinde, vt omnis occasio captandæ mortis alienæ omnino tolleretur, inducta fuit per Innocentium III. secunda prohibitio, de qua fit mentio *in c. dilectus 19. vers. cùm ego, de prebendis,* ibi, & vacaturam expectare, & cætera, & *in cap. accedens 14. de concess. prebend.* per quam prohibitum fuit, ne quis promitteret expectatiuam beneficij vacaturi, etiam in genere, & eo tempore promittebatur beneficium vacaturum, per hæc verba, *promitto tibi beneficium vacaturum cùm potuero, vel cum occasio se dederit,* habetur *in d. cap. accedens.* Postea verò Bonifacius VIII. *in cap. 2. de concess. preben. in 6.* vt Concilium Lateranense seruaretur illæsum, vltimam promittendi formam addidit, per quam interdictum fuit, ne alicui particulari concederetur, vt beneficiorum resignationes liberas acciperet, & ea personis idoneis conferret, exceptis resignationibus, & collationibus ex causa permutationis, vt apparet *in cap. deliberatione, §. prohibemus, de officio Legati lib. 6.* & *ibi* Ancharan. *num. 2.* & Dominicus *num. 7.*

7. Dubitatio quarta, an patronus Ecclesiasticus possit concedere facultatem præsentandi ad beneficium vacaturum? Cassador *decis. 5. de iure patron.* & Lambertin. *eodem titulo 1. part. 2. lib. q. 4. art. 1. & 2. & 3.* negant posse constitui procuratorem in specie ad præsētandum ad beneficium antequam vacet, sequitur Mandos. ad Lapum *alleg. 8. littera N.* nisi patronus ex iusta causa debeat se conferre in terras longinquas; quia in hoc euentu poterit de consensu Ordinarij relinquere aliquem loco sui, vt præsenter ad vacatura beneficia, Lambertin. *dict. quæst. 4. art. 2. num. 3.* Idem dicendum, nisi patronus sit persona Illustris; sed hæc limitatio non placet: procedet tamen, quando datur potestas præsentandi in genere, Abbas *in cap. final. de concess. prebend. num. 6.* & Garcia *de beneficiis cap. 1. num. 18. part. 10.* vbi *num. 20.* tradit valere constitutionem Procuratoris, seu administratoris generalis negotiorum patroni ex iusta causa absentis constituti ante vacationem beneficij cui committeret præsentationem, de authoritate tamen Ordinarij, etiam quòd vnicam præsentationem haberet, Ioannes Andreas *in dict. cap. final.*

Rebuff.

Rebuff.*in forma vicariatus num.*13.*& 71.*& fuit decisum, teste Garcia 13. *February* 1595. per hæc verba, *Præsentationem factam per Procuratorem, seu administratorem generalem patroni, datum ante vacationem beneficij sustineri, præsertim ex iusta causa ratione longa absentia.* Sic ibi *d. numer.* 20. quod non procedet, quando essent nominatæ personæ præsentandæ.

8. Dubitatio quinta, an Reges Lusitaniæ possint promittere Ecclesias sui patronatus vacaturas in genere ob benemerita, & seruitia, & prouisiones regias de hac promissione fieri? Affirmat Cabed. *de patronatibus Regiæ Coronæ cap.* 14. ea consuetudine Regni, ob idque Reges passim solere promittere præsentationes. Negat Garcia suprà *p.* 10. *cap.* 1. *num.* 5. vbi damnat talem consuetudinem etiam immemorialem, tanquam irrationabilem, & iniquam, nisi ea præsumpto Pontificis priuilegio ad huiusmodi promissiones ex iusta causa faciendas, id concessum censeatur, per *cap. super quibusdam.* §. *præterea, de verborum significatione*; vbi dicitur consuetudinem immemorialem habere vim tituli, & titulum præsumi ex cursu temporis immemorialis, Menoch. *de præsum.lib.*3. *præsumpt.* 131.*num.*45. *& cons.*90. *num.*66. Item consuetudinem tanti temporis, cuius non extat memoria in contrarium, habere vim priuilegij, Menoch. *suprà cons.* 142. *num.* 13. quod intellige data capacitate consuetudinem inducentis, vel præscribentis: tunc enim habet vim priuilegij, seu tituli, Couarr. *variar. lib.*1. *cap.* 17. *num.* 6. Natta *cons.*154. *num.*6. *lib.* 2. Mascard. *de probat. conclus.* 1214. & alij apud Barbosam *in dict. c. super quibusdam* 26. *ex n.*4.

Dicendum tamen est de iure non posse Reges promittere Ecclesias sui patronatus neque in genere, neque in specie antequam vacent, & promissiones esse nullas, *cap. final. de concess. prabend.* Lambert.*de iure patron.* 1. *part lib.*2 *q.*6.*art.*1.*&* 19. Ioann. Nicol. Delphinas *eodem tractatu, num.* 190. Quare præsentatio facta per Regem de beneficio vacaturo nihil obest præsentationi postea factæ, cùm fuerit ciuiliter facta, per regulam, *non præstat impedimentum, de regul iur. in* 6.& sic fuisse resolutum *in causa Pampilonensi beneficij de Vgarte* 13. Februarij 1595. coram D. Iusto, refert Garcia suprà *num.*5. Non tamen est damnanda consuetudo Regum Lusitaniæ, qua vtuntur in promissionibus beneficiorum antequam vacent, cùm in hac sint possessione à tempore immemoriali, quæ quidem consuetudo valet ex præsumpta concessione Romani Pontificis facta Regibus huius Regni, Cabed.*suprà d.cap.*14.*Pro preceptoriis, seu Militiis, vulgo Commendis, infra n.*10.

9. Dubitatio sexta, Episcopi, & reliqui Prælati inferiores, an possint concedere expectatiuas de beneficiis vacaturis? Responsio est negatiua, cùm hoc solum sit integrum R. Pontifici, per textum *in cap.*1.*de præbend.lib.*6. vbi Franc.*num.*1.*&* 6 Cabed.*suprà cap.*15. *num.*6. Azor *instit moral. part.*2. *lib.*6. *cap.* 32. *vers. verum enim.* Inferioribus autem prælatis non licet similes expectatiuas concedere, *cap.*2. *de concess. prabenda*, & nouissimè id constat ex Concil. Trident. *cap.*19. *sess.*24 *de reformat.* Flamin. *de resignat. lib.*6. *q.*4 *num.*104.& Reginal. *in praxi for pænit. lib.*30. *tract.*3.*num.*147. quod intellige de expectatiuis, siue generaliter, siue specialiter concessis, siue de præsenti, siue de futuro, & quocumque modo huiusmodi expectatiuæ fiant nullius momenti sunt, *cap.* 2. *de concess. præbende in* 6. Cabed. *d. cap.* 5. *num.* 6.

Dubitatio septima, Præceptoriæ, seu Militiæ Ecclesiasticæ, an sint beneficia Ecclesiastica, & possint promitti antequam vacet? Pars negans eâ eo probatur, quia Reges Lusitaniæ sunt Magistri Ordinum Militarium, & prouidere solent de huiusmodi Præceptoriis tanquam Prælati inferiores, vt ea Nauarr. *in apologia de redditibus Ecclesiasticis q.*1 *monito* 56. tradit Cabed. *d cap.*15.*num.*4. sed Prælati inferiores nequeunt principaliter concedere expectatiuas siue in genere, siue in specie ad beneficia vacatura, per *d. cap.*2. *de concess. prabenda.* Igitur Reges Lusitaniæ, qui non prouident de huiusmodi præceptoriis, seu Commendis vti Reges, sed vti Magistri ordinum Militarium nequeunt promittere illas antequam vacent. 10.

Dicendum tamen est posse Reges vti Magistros dare expectatiuas, seu Diplomata, vulgò *aluaras de lembrança ad preceptorias*, ea ea ratione, quia non sunt beneficia Ecclesiastica, non enim possidentur ab huiusmodi militibus, vt res Ecclesiasticæ, sed vt res prophanæ nihil commune habentes cum spiritualibus; nec sunt beneficia Ecclesiastica, Cabed. *suprà cap.*15.*num.*15.& præsentit Fr. Emmanuel *tom.* 1. *regul. q.*1. *art.*6. *col.*3. *post principium*, contra Valasc.*consultatione* 108 *num.*28. & Barbos. *in cap cùm dilecta* 16.*de concess. preben.* ex eo fundamento, quia huiusmodi milites non sunt clerici, nec tenentur recipere Ordines, cùm deberent Ordines suscipere ad recipiendas prædictas præceptorias, seu Commendas, si ipsæ essent Ecclesiastica beneficia, quæ non solent conferri, nisi clericis, iuxta textum *in cap.*2.*de ætate, & qualitate*, & Concil. Trident. *sess.* 23. *de reformat. cap.* 6. *& sess.*24.*de reformat. cap.*12. Quinimò prædicti Milites fruuntur solis fructibus temporalibus, qui separantur ab ipsis beneficiis, quæ gubernantur per clericus, penes quos est titulus spiritualis. Quare cùm ipsi milites sint laici, commendæ illis indultæ non possunt esse beneficia Ecclesiastica, & ex consequenti non subsunt prohibitioni, *c.*2.*de concess. prabenda*, vbi interdicuntur conferri beneficia Ecclesiastica, aut promitti antequam vacent, ita præcitati *suprà.*

Idem dicendum est de officiis temporalibus posse Regem concedere expectatiuas, & promittere illa in tempus, quo vacauerint. Ita Stephanus Gratian *discept. forens. tom.*5. *cap.*818. *n.*38. Didac. de Britto *in suo responso pro Comite de Salinas q.* 1. *num.*11. Phœbus *Lusit. decis.* 2. quem referens sequitur Barbos. *in d.cap* 2.*num.*5.& Barbosa parens *in remiss. ad leges regias lib.* 1. *tit.* 98. *ad principium; num.* 2. subdens Prælatos, & Abbates non posse prouisiones concedere de officiis, & beneficiis annexis suæ Abbatiæ pro tempore quo vacauetint post eorum mortem; secus de Principe, vt indicatum refert idem Phœbos *d. decis.* 2. *num.*1. *&* 16.*& decis.*17. contra Rebuffum *tom.* 2. *ad leges Gallia, tit. vt beneficia ante vacat. art.* 1.*gloss.* 2. vbi concludit officia, & beneficia non posse concedi ante vacationem, sed non est recedendum à suprà dictis.

Dubitatio octaua, quando expectatiuæ non expirent, & quando dent ius? Quoad primum Rota *decis.*9. aliàs *finall, de electione, in antiquis*, iudicauit gratiam concessam per Vrbanum septimum ad beneficium vacaturum non expirare per eius mortem, quamuis tempore Vrbani effectum habuerit, quamquam veneiit reuocatoria Pontificis sequentis; ea eo, quia gratia semel concessa simpliciter non expirat etiam re integra morte 11.

concedentis, text. *in cap. si cui nulla 36.* ibi, *huiusmodi concessio, quam, cùm specialem gratiam contineat, dicet esse mansuram, non expirat etiam re integra per obitum concedentis, de prebendis lib. 6. cap. si super gratia 9. de officio delegati, lib. etiam 6.* vbi dicitur non solùm gratiam non expirare re integra per obitum concedentis, sed etiam non extingui litteras iustitiæ concessas pro executione ipsius gratiæ principalis, vt tradit Gigas *de pensionibus q. 91. numer. 1.* Ad secundum respondetur expectatiuam non conferre ius ante acceptationem, sed post illam, acquiritur ius ad rem, Rota *decis. 26. num 4. de concess. praeben. in antiquis*, & Gomez *in regul. de non tollendo iure quæsito q. 1. num. 30.* & ante acceptationem potest reuocari. Non enim priuilegium dicitur perfectum ante acceptationem, *cap. 1. §. ex parte, de concess. praeben. in 6.* Item quia in omnibus actibus humanis, qui dependent ex duorum voluntate, requiritur vtriusque consensus, & acceptatio. *l. consensu, ff. de actionibus, & obligationibus. l. adiles, ff. de adilitio edicto.*

12. Dubitatio decima, an expectatiua data Monacho censeatur data ad beneficium sæculare? Responsio est negatiua, Staphil. *de formis expectatiuarum, vers. octaua forma, num. 9.* quæ si concedatur, præsupponit dispensationem, neque sine illa tale beneficium obtineri potest, quia est mortuus mundo, *c placuit 16. quæst. 1. & 2.*

13. Dubitatio vndecima, an possint concedi expectatiuæ de vicariis, seu capellis ad nutum remouilibus? Pars negans ex eo probatur, quia vicarij ad nutum nequeunt remoueri, nisi ex causa iusta, sicut beneficarius, vt est communis. Pars affirmans est certa, quia omnia iura quæ loquuntur de expectatiuis, agunt de beneficiis, quæ dantur in titulum; vicariæ autem temporales non dantur in titulum, neque in perpetuum, & ex consequenti non sunt beneficia Ecclesiastica, Gonzal. *gloss. 5. §. 3. numer. 35. & sequentibus*, & in nihilo regulatur tanquam beneficium, neque comprehenditur sub appellatione beneficij. Item nemo potest ordinari in sactis ad titulum vicariæ temporalis, Salzed *in addit ad praxim Bernard. cap. 18 numer. 8. vers. & ea ratione vicaria temporalis*, Maiolus *de irregul. lib. 4. cap. 15. num. 4.* & Flaminius *de resignat. lib. 2. q. 6. num. 2.* post alios ibi relatos ex antiquioribus. Quare cùm Vicarij temporales non sint beneficiarij, sed sint stipendarij ex contractu ad nutum amouibiles promitti possunt huiusmodi capellaniæ, seu vicariæ in tempus, quo vacauerint, quia de illis non loquitur *cap. 2. & final. de concess. prabend.* neque etiam ipsi Vicarij, si omittant preces horarias, quamuis peccent mortaliter, non tenentur restituere, non obstante constitutione Pij Quinti, quia ipse loquitur de habentibus beneficia, quæ cùm sit pœnalis, ex sententia Medinæ, & aliorum, strictè est intelligenda, vide Nauarrum *in summa cap. 25. & num. 122. & cap. 7. de oratione*, apud *num. 32.* vbi de constitut. Piana.

Secus de vicaria perpetua, quæ est beneficium, & vicarius perpetuus est beneficiarius, qui habet curam animarum, quam non habet vicarius temporalis, sed tantùm exercitium curæ, quia non est titulatus, & ideo non habet curam animarum, constat ex traditis per Anchar. & Imol. *in Clement. vnica, de officio vicary*, vbi volunt illum habere curam animarum, qui suo nomine assumitur ad regimen Ecclesiæ, & curam exercet nomine proprio, non verò alieno, sequitur Staphil. *de statu, & qualitate benefic.* Oldrad. *consil. 67.* incipit, *Quæstio talis*, dicens si temporalis alicui committatur cura per collegium, vel superiorem, adhuc vicarium non habere curam animarum; secus si perpetuò à collegio, vel superiore commissa sit cura, quia instituti perpetuò assumuntur ad curam plebis suo nomine ministrandam, Cardinalis *in Clementina vnica, de officio vicary, num. 10.* Vnde non potest concedi expectatiua de vicaria perpetua cùm sit beneficium. Idcirco non est audiendus Garcia *de beneficiis part. 1. cap. 2. num. 81.* dicens vicarias ad nutum remouibiles, esse beneficia, si erigantur authoritate Episcopi; quia quamuis ita sint, si tamen instituuntur ad nutum, vt de more fit, & decernit Concil. Trident. *sess. 7. cap. 7.* adhuc non sunt beneficia, nec gaudent priuilegiis beneficiorum, cùm non sint perpetua, nec possint permutari, nec resignari in fauorem, Flamin. *de resignat. lib. 2. q. 11. n. 1.* Gonzal. *gloss. 5. §. 6. n. 26. & 27.*

Dubitatio duodecima, an expectans possit acceptare beneficia resignata coram Ordinariis? Responsio est affirmatiua, ita Sarnien. *quæst. 33. n. 3.* & Rebuff. *in praxi gloss. 14. num. 5.* quos referens sequitur Flaminius *de resignat. lib. 12. q. 10. num. 17. & 18.* vbi tradit ordinarios posse conferre beneficia resignata coram illis, & vacantia vigore regulæ de infirmis, & expectantes posse acceptare beneficia sic resignata coram Ordinariis. 14.

Dubitatio decimatertia, an habentes expectatiuam in beneficiis, possint renunciare simpliciter, & consequi beneficia, ita renunciata? Responde affirmatiuè, quo ad primum quæsitum, Rota *decis. 8. de renunciat. in antiquis*, Boër. *decis. 308. num. 1.* ratio, quia per expectatiuam habetur ius ad rem, & huic potest renunciari, Cardin. Zabarel. *in Clementina. Auditor. & in Clement. sequent. not. 2. de rescriptis.* non tamen poterit renunciare in fauorem, cùm adhuc beneficium non sit vndequaque suum, ita, vt possit in alium transferre. Nun est autem opus, vt qui habent ius ad rem, vt renuncient in manibus superioris, Geminianus *consf. 127.* Boër. *decis. 308. sub num. 1.* & habetur *in glossa in c. si elect. de electio lib. 6.* Flamin. *de resignat. lib. 7. quæst. 1. num. 97.* post alios, *& num. sequent.* cùm ius non sit quæsitum in re, sed ad rem duntaxat. Quo ad secundum de posse expectantem consequi beneficium per renunciationem simplicem, si resignatio fiat coram Ordinario, Flaminius *lib. 2. quæst. 10. num. 6.* cùm vacauerit beneficium, vt fuit resolutum in Rota *in vna Columbrien. Canonicatus, & prabenda*, die 27. Februarij 1542. teste Puteo *decis. 273. lib. 1.* capit enim expectatiua omnem modum vacationis, exceptis casibus in illa contentis, qui casus firmant regulam in casibus non exceptis. *l. quæsitum, §. denique, ff. de fundo instructo* gloss. *in cap. cupientes, in principio, de electione in 6.* Felin. *in cap. in nostra num. 47. de rescriptis*, Selua *de benefic. part. 3. quæst. 13. n. 69.* & Rebuff. *in praxi tit. pars ter. signat. in vers. alia clausula, num. 2. & in tit. requisita ad collationem, n. 48. & 49.* 15.

Dubitatio decimaquarta tollitur negando posse expectantem acceptare beneficium, qui non est legitimæ ætatis, nimirum non posse acceptare beneficium sacerdotale si non habet ætatem requisitam, Rota *decis. 1. de prob. in nouis*; sicut ad obtinendum beneficium curatum requiritur ætas viginti quinti annorum, *cap. cùm in cunctis, de electio* 16.

electione, §. *inferiora*, *cap. licèt Canon*, *eodem tit. in 6.* Abbas *in cap. super inordinata col. 2. de prebendis.*

17. Dubitatio decimaquinta, an expectatiua ad beneficium claustrale possit dari clerico sæculari, & quid de expectatiua data ad dignitatem conuentualem? Quo ad primum, dic Monacho denegari expectatiuam ad beneficia sæcularia, argumento text. *in c. cùm de beneficio*, *in secunda responsione à contrario sensu*, *sed ex ratione identitatis*, *de prabendis lib.6.* maximè curatum, nec ad claustrale beneficium dari expectatiuam, nisi regularibus, Staphil. *de expectatiuis vers. octaua forma n.*8. & Mandos. *tract. de expectatiuis*, *incipit*, *Romani antiqui*, *vers. nec dubatur*, vbi addit negari eisdem clericis, & religiosis eiusdem ordinis expectatiuam ad dignitatem conuentualem, vel officium claustrale. Staphileus tamen declarat *vbi proximè num.* 7. non dari ad hæc duo, nisi regularibus qualificatis. Clericis autem sæcularibus minimè, Mandos. *de signat. grat. verbo expectatiua col.*2. *&* 3.

18. Dubitatio decimasexta, an expectatiuæ, seu mandata de prouidendo extendantur ad beneficia vacantia ex causa permutationis? Responsio est negatiua, *cap. inter catera*, *de praben. cap. primo*, *de rerum permut. lib. 6. Clemen.* 1. *eodem titulo.* Æne. de Falco. *de reser. in 3. quæst. princip. num.* 3. & Mandos. *vbi supra col.* 4. *ad finem.*

19. Dubitatio vltima circa expectatiuas, seu mandata de prouidendo multa continet, de quibus alibi. In præsentiarum tamen mandatum de prouidendo habens in aliqua Ecclesiarum ciuitatis, & Diœcesis, non poterit prouidere in Cathedrali, quia propter præeminentiam illius sub generalitate beneficiorum non includuntur beneficia Ecclesiæ cathedralis, Gomez *de expect. num.* 94. *in fine*, *& num.* 95. Rota *decis.* 8. *de concess. praben. in nouis*, *& decis.* 5. *&* 35. *in antiquis*, eodem titulo. Sicut dispensatus à Pontifice ad beneficia obtinenda nequit obtinere Canonicatum in Cathedrali, nisi exprimatur, *cap. quamuis*, *de preben. in 6.* & Rebuff. *in praxi*, *tit. de dispensat. atatis, vers. in cathedralibus.* Non enim nomine Ecclesiarum ciuitatis, aut Diœcesis simpliciter venit Ecclesia cathedralis, & è contra in odiosis, Felinus *in cap. in nostra*, *corol.* 39. *num.* 40. *de rescriptis.* Oldrad. *cons.* 183. Couarr. *in cap. Alma part.* 2. § 1. *numer.* 4. *in fine*: in fauorabilibus autem appellatione quorumcunque beneficiorum venit Cathedralis, Rota *decis.* 895. *n.* 1. *lib.* 3. *part.* 3. *diuers.*

Porrò mandatum de prouidendo speciale derogat generali præcedenti, quamuis de illo nulla fiat mentio, ita Xuar. *alleg.* 28. *num.* 3. Valasc. *consul.* 72. *num.* 2. sicut rescriptum speciale derogat generali, licèt de illo nulla mentio habeatur, Menoch. *de arbitrar. casu* 97. *à num.* 2. *& cons.* 36. *n.* 48. Rebuff. *tom.* 2 *ad leges Gallia*, *in prafat tit. de rescriptis à num.* 103. & Xuar. *d. alleg.* 28. *n.* 16. Priuilegium tamen secundum non faciens mentionem de primo; illi non derogat. Gironda *de priuilegiorum*, *& exemptionum explicat. n.* 328. Quinimò priuilegium speciale non aliter derogat generali, nisi facta huius mentione, Xuar. *alleg.* 28. *n.* 10. Menoch. *d. cons.* 36. *n.* 48. & Rebuff. *ind prafatione*, *n.* 105. & alij apud Barb. *in c. sicut*, *de rescriptis n.* 5. *&* 6.

Episcopus an possit vnire beneficia sua Diœcesis?

§. VI.

EPITOME.

1. *Pontifex potest vnire beneficia, etiam si sint Episcopatus.*
2. *Vnio facta à Pontifice de vna Ecclesia alteri Ecclesia, vel Monasterio, non habet effectum Rectore viuente.*
3. *Episcopum posse vnire beneficia sua Diœcesis ostenditur.*
4. *Episcopus in quibus casibus nequeat vnire beneficia.*
5. *Beneficia, qua hodie non debent vniri?*
6. *Vniri hodie possunt beneficia seminariis iam erectis.*
7. *Quibus modis possint fieri vniones beneficiorum?*
8. *Beneficiorum diuersarum Diœcesum vniones quomodo possint fieri, & à quo?*
9. *Inferiores Episcopo an possint facere vniones?*
10. *Vicarius generalis an possit vnire beneficia?*
11. *Vnitorum beneficiorum gratia non facta mentione de vnione, an valeant?*
12. *Vnio potest fieri Monasteriis Monialium ex causa legitima vocatis iis, quorum interest.*
13. *Episcopus, an possit facere vniones de beneficiis, iuris Patronatus?*
14. *Episcopus an possit vnire beneficia inconsulto Capitulo?*
15. *Episcopus an possit vnire beneficia reseruata, seu deuoluta sedi Apostolica?*
16. *Episcopus an possit vnire beneficia ad tempus?*
17. *Vnita beneficia, an amittant suam naturam, & prarogatiuas antiquas?*
18. *Vnio potest fieri omnibus prabendis, seu distributionibus simul.*
19. *Vtrùm valeat vnio facta ipsi Capitulo ab Episcopo?*

Resolutio prima. Pontifex potest vnire omnia beneficia, cùm in illis habeat plenam potestatem, *c.* 2. *de prabend. in 6. & Clementina* 1. *vt lite pendente*, quod intellige siue sint maiora, siue minora, *cap. decimas, ad finem, & cap. & temporis* 16. *quast.* 1. Proinde potest coniungere Ecclesias metropolitanas, & Cathedrales, Azor. 2. *p. lib.* 6. *cap.* 28. *quaf.* 6. vbi addit posse vnire omnia beneficia, quæ vocantur consistorialia, vel quæ iuri Romani Pontificis reseruantur, Garcia *de beneficiis part.* 12. *cap.* 2. §. 1. *numer.* 60. *&* 61. 1.

Resolutio secunda, vnio facta à Pontifice de vna Ecclesia alteri Ecclesiæ, vel Monasterio, non sortitur effectum, dum viuit Rector illius, & ideo non requiritur consensus ipsius Rectoris. textus *in cap. consultationibus*, *de donationibus*, *Clement. vlt. de reb. Ecclesia non alien.* fitque vnio absque possidentis præiudicio, vt per Rebuff. *in praxi benef. regul. de vnion. gloss.* 11. *num.* 8 Hoied. *de incompatibil. benefic. cap.* 3. *num.* 9. *vers. sed vtrum*; Caldas Pereira *de renouat emphyt quast.* 5. *numer.* 5. Garcia *de benefic. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 214. Quinimò facta vnione ex commissione Papæ, seu per legatum 2.

gatum in casibus positis, per Concil. Trident. *sess.* 21. *de reformat. cap.* 5. debet vocari consensus illius, cuius interest, Fastol. *cons.* 8. *dub.* 5. & Boër. *decis.* 345. *num.* 4. sed meliùs Rota *decis.* 1. & 2. *de officio legati in nouis in additio.* id negat in vnione facienda per legatum requiri, & à fortiori quando fit vnio per Papam, seu ex eius commissione, Nauarr. *cons.* 10. *num.* 1. *de officio delegati*, Garcia *d. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 215. & 217. & 218. Barbos. *in d. c. consultat. n.* 2.

3. Resolutio tertia, Episcopus potest vnire beneficia suæ Diœcesis non exempta, *cap. sicut vnire, de excessib. Prælatorum*, his verbis, *Sicut vnire Episcopus atque potestati subiicere aliena ad S. Pontificem pertinere dignoscitur, ita ad Episcopum Ecclesiarum suæ Diœcesis vnio, & subiectio earundem*. idem habetur *in cap. exposuisti, de præbendis*, Fusc. *de visitat lib.* 2. *c.* 2. *num.* 19. Nauarr. *cons.* 9. *num.* 1. *de officio Ordinarij*, Rota *decis.* 133. *num.* 5. *part.* 2. *diuersorum*, & Azor *d. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *quæst.* 6. & alij, quos referens sequitur Garcia *d. part.* 12. *c.* 2. *num.* 61. & Barbos. *alleg.* 66. *num.* 5. Amplia in Legato à latere, qui est maior Episcopo, & ideo potest in sua Prouincia, quæ Episcopus in sua Diœcesi, atque ita quæ conferre potest, ex legitima causa potest vnire, Abbas *in d. cap. sicut vnire num.* 5. & 6. *de excess. Prælat.* Hoieda *de benefic. incompat. cap.* 3. *num.* 7. & Cucch. *in institut. maiorib. lib.* 2. *tit.* 5. *à num.* 87. & Rebuff. *in praxi tit. de vnionibus num.* 24. & *in regula de vnionibus gloss.* 11. *n.* 13. Caccialupus *in tract. de vnionibus art.* 3. *q.* 2. *ex n.* 2. subdubius tamen, quamuis *num.* 12. & 14. loquens de Legato non à latere tradat non posse vnire beneficia, ex quo non potest illa conferre, *cap.* 1. *de officio legati in* 6. sequitur Petrus Gregor. *de benefic. c.* 10. *ex n.* 6.

4. Resolutio quarta congerit casus, in quibus Episcopus nequit vnire beneficia. In primis interdicuntur Episcopis coniunctiones beneficiorum, quibus Ecclesiæ vniuntur ad vitam beneficiariorum; eo quia huiusmodi coniunctiones sunt contra, aut saltem præter ius commune. Nam cùm iura vetent, ne quis duo beneficia simul obtineat, maximè ex illis, quæ incompatibilia à iure dicuntur, introduci cœptum est, vt vnum beneficium alteri annecteretur ad tempus, videlicet dum quis viueret, ita vt ea annexa obtinere decernetur, cùm tamen annexio, seu vnio facta fuerit solùm propter obtinentem, vt ca beneficia, eorumque fructus simul consequeretur. Præterea per huiusmodi vniones introductum fuit, vt beneficiarij in suis Ecclesiis nunquam residerent. Quinimò hoc modo fit, vt ipsi ante legitimam ætatem obtineant beneficia, quæ alioqui non poterant conferri, nisi beneficiariis certam ætatem habentibus. Quocirca Cassador. *decis.* 4 *tit. de præben.* post Geminianum *in cap.* 1. *de religios. domib. in* 6. damnat coniunctiones beneficiorum ad vitam factas tanquam contra sacros Canones inuentas, & Ecclesiis noxias; nisi fiant ex causa à Romano Pontifice, qui potest rigorem Canonum temperare, & relaxare, & vnire beneficium alteri annectere ad tempus, seu ad vitam illius in quo coniungitur. Fauet Concil. Trident. *sess.* 14. *cap.* 9. *de reformat.* vbi cauetur, ne beneficia vnius Diœcesis beneficiis, vel pio loco alterius Diœcesis perpetuò vniantur, item ne coniungantur Monasteriis, collegiis, vel locis piis, in altera Diœcesi sitis, & *sess.* 24. *cap.* 13. *de reformatione* decernit, ne Ecclesiæ Parochiales, vel curam animarum habentes coniungantur Monasteriis quibuscunque, & Abbatiis, vel dignitatibus, vel Præbendis Ecclesiæ Cathedralis, vel collegiatæ, siue aliis beneficiis simplicibus, aut Hospitalibus, militiisve vniantur.

Excipiuntur tamen vniones factæ collegiis, & aliis piis locis pro dotatione, & augmento eorum, & pro conseruatione religiosorum locorum ad propagationem fidei Catholicæ, ad defensionem extructorum, & ad augmentum cultus diuini, Gonzal. *d. regul.* 8 *gloss.* 5. §. 7. *num.* 46. & *sequentibus*, per alios, quos ibi referens sequitur, quibus accedit Barbos. *in remiss. ad Concil. Trident. sess.* 24. *cap.* 13. *n.* 3. sequitur Garcia *de beneficiis part.* 12. *cap.* 2. *num.* 77. per textum *in cap. consultationibus, & in cap. pastoralis, de donationib.* & *ibi* Barbos. post Monet. *de commut. vltimarum voluntatum*, vbi addit posse Episcopum vnire alicui Religioni Ecclesiam, seu beneficium suæ diœcesis, per glossam *in Clementina* 2. *de reb. Eccles. non alien. verb. denotetur*, & *ibi* Zabarel. *num.* 4. *notab.* 4. & *num.* 11. 9. 7. Azor. *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *q.* 19. & Sanchez *in præcepta Decalogi lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 148. etiamsi Religiosi, & Monasteria sint exempta; Caccialup. *de vnionib. art.* 4. *q.* 4. Calderin. *cons.* 5. *de reb. Eccles.*

Interdicitur item Episcopis iure nouo coniungere Ecclesias regulares, cùm sint ab Episcoporum potestate exemptæ, præsertim, quæ sunt diuersæ professionis, regulæ, habitus, & ordinis distincti, quia vnus non posset præesse ambabus, Azor *d. lib.* 6. *cap.* 28. *q.* 18. ex ea ratione, quòd vna Ecclesia subiiceretur alteri diuersi instituti, ac regulæ. Item prohibentur vniri dignitates, & Canonicatus, & præbendæ Cathedralium ac Monasteria, Concil. Trident. *d. sess.* 24. *c.* 13. *post principium*, & *sess.* 6. *cap.* 6. & *sess.* 25. *cap.* 9. *in fine.*

Resolutiò quinta. Hodie non debent vniri Ecclesiæ parochiales Monasteriis quibuscunque, aut Abbatiis, & quæ vnitæ erant reuideri mandatur, Concil. Trident. *d. cap.* 13. Potest tamen hodie vniri vnum beneficium curatum cum alio curato ratione paupertatis, Concil. Trident. *sess.* 21 *c.* 5. Gonzales *d. gloss.* 5. §. 7. *num.* 65. nec non beneficia simplicia, quæ non requirunt residentiam, possunt coniungi Ecclesiis curatis, vel collegiatis, vel Cathedralibus, propter earum paupertatem, ita *in d. cap.* 5. *sess.* 21. & *sess.* 24. *cap.* 13. & *cap.* 15. 5.

Resolutio sexta. Hodie seminariis scholarium possunt vniri beneficia, habetur *in d. Concil. sess.* 23. *cap.* 18. *post medium.* Non requiritur tamen in hac vnione facienda seminario, consensus Capituli, sed satis est consilium quatuor deputatorum, quorum duo sint de Capitulo, & alij duo de clero, ex Concil. Trident. *cap.* 18. *sess.* 23. *de reformat.* aliter vnio non tenet, vt censuit sacra Congregatio per hæc verba, *Congregatio censuit vniones factas seminario absque consilio eorum quatuor, quos iubet Concilium adhiberi, minimè valere.* Rotis, *Non valent vniones simplicium beneficiorum facta irrequisito deputatorum consilio.* Nihilominus eadem Congregatio censuit non teneri Episcopum sequi consilium quatuor deputatorum, his verbis, *Episcopi quatuor deputatos seminarij debet habere in consilium pro tota temporali administratione prædicti seminarij, excepta exactione, quæ ad solum Episcopum spectat, non tamen tenetur eorum sequi consilium.* 6.

Vt

Vt autem vnio facta seminario subsistat, opus est, vt seminarium actu sit erectum, & habeat actu scholares, & magistros, Gonzales *ad regul.* 8. *d.* §. 7. *num.* 68. Aloys. Ricc. *decis. resolut.* 380. *num.* 1. Barbos. *de potest. Episcopi alleg.* 77. *num.* 23. Quare ante erectionem seminarij, & existentiam scholarium, vniones non tenent, vt censuit Congregatio sacra *in vna Gienen.* & resoluit Rota *in eadem causa Gienen. præstimony* 17. *Aprilis* 1594. coram Illustrissimo D. Blancheto, teste Gonzales *d. num.* 67. Garcia *part.* 12. *cap.* 2. *ex num.* 195. vbi plures resolutiones refert de hac materia. Vnde fieri non potest vnio seminario nondum erecto: quare ad hunc effectum requiritur præparatio domus conductæ, vel emptæ, & introductio puerorum, vt fuit decisum *in causa Oxomen. beneficij*, 24. Octobris 1611. coram Illustriss. Cardin. Sacrato *decis.* 361. *num.* 3. *& sequent. part.* 2. *in recentior.* Garcia *de benefic. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 193. & Gonzalez *d. gloss.* 5. §. 7. *num.* 68. qui quamuis *n.* 75. arbitretur cessante fraude, vniones seminario nondum erecto factas valere: attamen hæc resolutio, vt vult Garcia *d. c.* 2. *num.* 196. *in fine*, repugnat declarationibus Congregationis Concilij, & sententiæ Rotæ.

7. Resolutio septima. Varios modos continet, quibus possunt fieri beneficiorum vniones, ex *cap. & temporis* 16. *quæst.* 1. vbi gloss. *verb. vnire*, declarat tres vniendi modos. Primus est, quo fit vnio per viam subiectionis, quando scilicet vna Ecclesia, vel beneficium alteri subiicitur pro augmento illius dotis, & patrimonij: in quo euentu Ecclesia, seu beneficium, cui fit vnio superior, & principaliot retinet: beneficium autem vnitum manet inferior, & subditum, & accessorium dependens ab illa Ecclesia, seu beneficio, cui coniungitur, annectitur, aut vnitur, & videntur vnita omnia iura ipsi Ecclesiæ competentia, quamuis nihil exprimatur, Gregor. Lopez. *l.* 7. *verb. determino, tit.* 20. *part.* 3. nisi Ecclesia, cui vnio fit, sit incapax iuris alicuius Ecclesiæ vnitæ, Sanchez *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 3. *n.* 6.

Secundus modus, quo fit vnio, est, quando duo beneficia ad inuicem æquè principaliter coniunguntur, vt ex duobus beneficiis fiat vnum duntaxat beneficium, & communicent mutuo bona sua, & priuilegia, text. *in cap. decimas, in fine*, 16. *quæst.* 1. ibi, *sicut enim Papa duos Episcopatus in vnum potest reducere*, Cened. *ad Decretal. collectan.* 87. *num.* 1. post plures ibi relatos, ex textu *in cap. recolentes, in fine, de statu Monachorum.* Tertius modus est quo fit vnio, vt Ecclesia vna alteri subiiciatur, & tunc vnita erit accessoria, fruetur que priuilegiis principalis, cui vnitur *d. cap. recolentes.* Sed hic tertius modus vnionis non distinguitur à primo, sed coincidit cum illo; & ideo tertius modus quo fit vnio, est, quando duæ Diœceses, vel Ecclesiæ coniunguntur, quo ad caput, & gubernatorem, vt vtraque remaneat cum suis propriis bonis, & iuribus distinctis, & separatis, & non communicatis, vt priùs, ac habeat vnum Episcopum, & Rectorem, & quælibet retinet sua priuilegia, & iura, gloss. & scribentes *in cap. sicut vnire, de excess. Prælat.* argum. Episcopatus Viterbi, & Tusculani, qui quamuis sint duæ Diœceses, vtriusque vnus extat Episcopus duntaxat, Mandos. *in regul.* 12. *de vnionibus q.* 1. *num.* 4 *& conf.* 27. *num.* 3. Gonzal. *d. gloss.* 5. §. 7. *n.* 30. Garcia *d. cap.* 2. *ex num.* 7. Filliucius *tract.* 41. *de beneficiis cap.* 3. *à num.* 121. & Sanchez *in præcepta Decalogi tom.* 2. *cap.* 29. *num.* 146. quibus accedit Barbos. *in d. cap. & temporis*, 16. *q.* 1. *allegatione* 54. *num.* 131. vbi addit Episcopum duarum Diœcesum æquè principaliter vnitarum, non posse ponere duos vicarios generales in principalibus locis illarum Diœcesum ita vnitarum, quoniam vnum ex illis necessariò constitueret in loco, vbi non habet sedem. Satis erit igitur constitui vicarium in altera duarum Diœcesum vnicum, vt censeatur etiam constitutus in altera, ita Cardin. *in Clemen.* 2. *q.* 2. *de rescriptis*, quem refert Sbroz *lib.* 2. *q.* 27. *num.* 10. sicut Episcopus censetur vnicus pastor ambarum Diœcesum, & potest residere in vna, & altera, quia respectu illius, ambæ reputantur vna Diœcesis, & ideo potest residendo in vna expedire negotia alterius, Rebuff. *in praxi tit. de vnionibus benefic. n.* 16.

Resolutio octaua ostendit diuersarum Diœcesum vniones non posse fieri, nisi à Summo Pontifice, expressè D. Bernardus *in Epistol.* 131. *ad Mediolenenses*, in hæc verba, *Potest Romana Ecclesia nouos ordinare Episcopatus vbi hactenus non fuerunt, potest eos, qui sunt, alios deprimere, alios sublimare, prout ratio sibi dictauerit, ita vt de Episcopo Archiepiscopum creare liceat, sicut è conuerso.* Sequitur Bellarminus *controuer. fidei Cathol. controuer.* 4. *lib.* 4. *cap.* 24. *in* 5. *ratione col.* 1076. Idem refert Mandos. *regul.* 12. *de reseruat. q.* 6. *num.* 7. Rebuff. *in praxi tit. de vnionib. benefic. ex num.* 23. & Rhenatus Choppinus *de sacra polit. lib.* 2 *tit.* 4. *ex numer.* 10. *& duobus sequentib.* vbi meminit dismembrationum Episcopatuum, & Archiepiscopatuum. 8.

Hæc autem facultas vniendi restringitur à Concilio Tridentino Episcopis in multis casibus, videlicet, vt beneficia vnius Diœcesis non coniungantur beneficiis, seu locis alterius, vt videre est apud *cap.* 9. *sess.* 14. *de reformat.* & aduertit Fusc. *lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 24. & Azor. 2. *part. lib.* 6. *c.* 28. *quæst.* 17. etiamsi antea vnirentur; vt notat Caccialupus suprà *art.* 4. *q.* 13. *& art.* 16. *n.* 8. Similiter secundùm *c.* 13. *sess.* 24. *de reformatione*, beneficia curata nequeunt vniri Monasteriis, Dignitatibus, Præbendis, aut aliis beneficiis simplicibus. ita Hojeda *d. c.* 3 *n.* 6. *& sequent.* & Azor. *d. q.* 17. *vers. nec item*, subdens prohibere Concilium vt Parochiales cum aliis Parochialibus coniungantur, aut curam animarum habentes cum aliis similibus connectantur, sicut nequeunt conuerti beneficia curata in simplicia, iuxta *c.* 16. *sess.* 35. *de reformat.* neque pro parte fructuũ, vt censuit Congregatio, ibi, *Non conuertantur etiam pro parte, videlicet ex parte etiam minori fructuum Parochialis, constituere beneficium simplex.* Atque ita non poterit Episcopus separare etiam ab Ecclesiis Parochialibus beneficia simplicia, si illis vnita essent, quamuis Parochiales non egeant facta separatione. Gonzal. tamen circa Ecclesias parochiales, quòd non vniantur, addit *gloss.* 6. *num.* 96. id habere locum in Ecclesiis verè parochialibus, & quæ certis finibus concluduntur, & ita censuisse sacram Congregationem Concilij per hæc verba, *Parochia, quæ certos fines non habent, sed certum tantum populum, & per certas familias distinguuntur; vsque adeò, vt Sacramenta promiscuè non administrentur, hoc Concilij decreto vtique non comprehenduntur*, Garcia verò repugnat dicens, Gonzales in hoc decipi *d. cap.* 2. *part.* 12. *num* 88. ideirco vult istam declarationem non referri ad dictum decretum capitis 13. *in vers. in vnionibus*, sed *in vers. in iis quoque*, sicut alia declaratio, quæ sic habet: *Congregatio*

gatio Concilij censuit sufficere ad hoc, vt non sit locus cap.13. sess.24 de reformat, cum eam esse distinctam. Nihilominus magis placet Gonzal.

9. Resolutio nona. Inferiores Episcopo nequeunt facere vniones beneficiorum, nisi ex priuilegio aliquo Pontificio, aut ex legitima præscriptione id habeant, ita Rebuff. *tit. de vnionibus, num.32. & 33.& in forma vicariatus, num.* 102. Fusc. *tit. de visitat.cap.*26.*num.*7. Ducuntur ex *cap.sicut vnire, de excess.Prælatorum*, vbi dicitur vnire esse proprium Episcoporum, quod etiam docet glossa *Clemen.*2.*verb.Episcopum, de reb. Eccles. non alien.* vbi Imola *num.*9.Bonifac.*in principio*, *n.*12. gloss. *in Clemen.* 1. §. *Ad hæc, verb. Ordinarios, de statu Monach.* Innocentius *in d.cap sicut vnire, n vnico*, & *ibi* Ioan. Andr. *num.* 2. Aloys. Ricc. *resolut.* 383. *numer.* 3. & Garcia *d. cap.* 2. *de vnione numer.* 71.

Nihilominus quando Abbates, & alij Prælati Episcopo inferiores habent Ecclesias pleno iure sibi subiectas, verius est posse facere vniones, cùm habeant iurisdictionem quasi Episcopalem in suis Ecclesiis, & possunt omnia in illis, quæ Episcopi quoad iurisdictionem, Sanchez *de matrimonio lib.*8 *disp.*2.*n.*12. Cùm ergo vnire spectet ad iurisdictionem, possunt ipsi Prælati facere vniones, ita Abbas *in d.cap.sicut vnire, numer.* 3. Cardinalis *d. Clement* 1. §.*ad hæc, de statu Monachorum*, & alij, quos referens sequitur Sanchez *tom.*2.*in præcepta Decalogi lib.*7.*cap.*29. *numer.*160. dicens hos posse vnire, quando ita plenè sibi subditas habent Ecclesias, vt in illis iurisdictionem quasi Episcopalem exerceant. Idem innuit Garcia *cit, num* 72. post Flores *quæst.*24 *a num.*25.& alios, & nouissime Barbosa *in d.c.sicut vnire, n.*7.*ad finem.*

10. Resolutio decima, Vicarius generalis Episcopi nequit beneficia vnire sine speciali mandato sibi commisso, ita Rebuff *in prax. beneficiali tit. de vnionibus num.*57.*& tit. de forma vicariatus, num.* 102. Sbrozius *de vicario Episcopi lib.* 2. *q.* 115. *à n.*2 *vsque ad* 8.Hoieda *de incompatibil beneficiorum, part.*2.*c.*3 *n.*7. *vers.non est etiam omittendum*, Azor. *d lib.*6.*c.*28.*q.*10. Narbona *de appellat.à vicario ad Episcopum, part.*1.*n.*223.Garcia *d. c.* 2. *n.* 69. post plures, Stephan.Gratian.*discept.foren. c.*278.*n.*35. Aloys.Ricc.*in praxi for. Eccles.decis.*492. *in* 1. *edit.* aliàs *resol.*383. *ante n.*1.*in* 2. *edit.* & Mandos.*tit.de vnionibus, vers.vicarius tamen.* Ex eo fundamento, quia Vicarius non potest conferre beneficia, quod est minus, quàm vnire. Quinimò etiam si data sit vicario potestas conferendi beneficia cum clausula generali, *& ad omnia alia etiam requirentia speciale mandatum*, adhuc non potest vnire, cùm in specie vniones exigant speciale mandatum, ita Sbroz Rebuff & Azor.*vbi proximè*, quos referens sequitur Sanchez *suprà d.c.*19.*n.*153. subdens in fine non esse audiendum Hieron. Gabrielem *cons.*200 *n.*3 *vol.* 1. asserentem integrum esse vicario ex suo officio facere vniones, sequitur Barbos.*in c.sicut vnire, de excess.Prælat. n* 4.

11. Resolutio vndecima, an gratiæ vnitorum beneficiorum non facta mentione vnionis, valeant? Responsio est negatiua, Oldradus *cons.*257.*n.*20. *&* 26.*&* 27.*& sequent*, Puteus *decis.* 357.*num.* 4. *lib.*1. & aliis, quibus accedit Gonzales *glossa* 5. §.7.*n.*139. Flaminius *de resignat.lib.*2 *quæst.*9.*n.*14. *&* 15. & est communis opinio, tum quia non est verisimile, quòd Papa voluerit tollere, & impedire effectum vnionis: tum vel maxime, quòd Pontifex non intendat concedere litteras præiudiciales alteri, nisi expressè exprimat, Archidiaconus *in c.cum aliquibus, & cap. quamuis, de rescriptis.* Hinc resignatio facta in fauorem cum narratiua vnionis valet, & suspendit vnionem, secus si non fiat mentio vnionis. Flamin.*sup.n.*8. *&* 14. manet enim gratia subreptitia tacita mentione vnionis.

Resolutio duodecima. Vnio potest fieri Monasteriis Monialium ex causa legitima, vocatis iis quorum interest, ita Flores de Mena *q.* 10. *à n.*4. *vsque ad* 7. dicens beneficium curatum posse vniri in temporalibus, & spiritualibus monasterio Monialium per Pontificem, & Abbatissam per vicarium posse exercere curam animarum. Quamuis enim fœmina sit incapax iurisdictionis spiritualis quo ad actum exercendi illam per se ipsam, non incapax est quo ad habitum, & potestatem eligendi vicarios, quibus incumbat cura, & exercitium curæ, ita decisum refert praxis Episcopalis *part.*2.*verb.vnio*, §.4. Barbos.*alleg.*66.*n.*11. Sanchez.*d.tom.*2 *in præcepta Decalogi lib.*7. *c.*29.*n.*190. 12.

Hinc sequitur vniones fieri non posse sine iusta causa, quæ in hac parte necessitas, aut vtilitas debet esse, vt habetur *in cap. ex posuisti, de præbendis.* Rebuff. *de tit. de vnionib. numer.* 38. Garcia *d.cap.* 2.*numer.*108. Azot.*part.*2. *lib.* 6. *cap.*28. *q.* 6. Petr.Gregor.*de benefic.cap.*20.*num.*6. idem Garcia *d.cap.*2.*num.* 62. vbi *num.* 113. docet vnionem factam per Episcopum sine causa, vel ex falsa causa etiam seruata iuris forma, esse nullam ipso Iure. Vnde sufficiens causa vniendi loco religioso est indigentia ipsius loci, aut inopia fructuum ad sustentationem ministrorum, Hostiens. *in c.nouit. num.*7.*de his, quæ fiunt à Prælato.* Similiter erit causa iusta, si Ecclesia destruatur ab hostibus.*c.*2. *de religiosis domibus.* Item causa erit vniendi augmentum cultus diuini, *cap.ex parte, de constitutionib.* & deducitur ex Concil. Trid.*sess.*14.*de reformat.cap.*9.

Resolutio decimatertia. Vniones nequeunt fieri de beneficiis iuris patronatus perpetuæ, Garcia *d.cap.*2 *part.*12 *num.* 210. ex sacra Congregatione *suprà cap.*5.*sess.*21. dicente his verbis. *Hoc cap. disponitur posse Episcopum facere vniones perpetuas quarumcunque Ecclesiarum Parochialium, & aliorum beneficiorum cum curatis, propter eorum paupertatem, non comprehendit beneficia iuris patronatus.* Cap. autem 18.sess.23. sic Congregatio, *Vniri non possunt beneficia iuris patronatus etiam Ecclesiastici, nec pertinentia ad prouisionem inferiorum, neque beneficia, quæ residentiam requirunt, neque regularia, nec etiam, quæ commendata sunt, nec quæ Monasteriis sunt vnita, vel annexa.* 13.

Quare vniones de beneficiis iuris patronatus inconsulto patrono, non valent, quia præiudicium fit patrono, amisso iure præsentandi vbi primum beneficium iuris patronatus coniungitur alteri libero. Requiritur ergo consensus patronorum, prout disponit Concil.Trident.*sess.*24 *n.* 15. *de reformat.* Aloys.Ricc.*in praxi for. Eccles. decis.*486. *in* 1.*edit.& resolut.*377.*n.*1.*in* 2.*edit.* proinde vnio debet fieri vocatis illis, quorum interest; aliàs non tenet, Concil.Trident.*sess.*7.*de reformat. c.*6. Azor. *d lib.*6.*c.*28.*quæst.*14 Aloys.Ricc.*in praxi fori Eccles. decis.* 486. *in* 1. *edit. & resolut.*377. *n.*3. *in* 2.*edit.& decis.*591.*in* 1.*edit.ac resolut.* 382.*n.*1.*in* 2.*edit.* aliàs non valet vnio, per *Clement.vnicam*, §.*ad hæc, de statu Monach.* Garcia *d.c.*2.*num.*203. sicut etiam non valet, si vniatur sine consensu possessorum, Cardinalis Seraphin.*decis.*1459.*n.*13.

Resolutio decimaquarta. Episcopus regulariter 14.

ter non potest vnire beneficia inconsulto Capitulo, vltra causæ cognitiooem, per *c. pastoralis, de donationib.* & per *Clementinam, si vna, de rebus Ecclesiæ*, Abbas *in d. c. sicut vnire, num* 2. Fusc. *d. l.* 2. *c.* 26. *num.* 5. Azor. 2. *part. lib.* 6. *c.* 28. *quæst.* 12. si autem Capitulum noluerit consentire, recurrendum est ad superiorem, Bonifac *in d. Clement. si vna*, *n.* 20. & potest compelli, si iusta causa subesset, Caccialupus suprà *art.* 6. *n.* 2. in terminis autem Concilij *d. sc.* 15. *sess.* 24. potest Episcopus, sed non tenetur, nec Metropolitanus potest supplere ex sacra Consecratione, Garcia *d part.* 12. *c.* 2. *n.* 111. non tamen requiritur tractatus, Pauin. *de offic. & potest. Capituli Sede vacante*, 3. *quæst. part.* 2. *n.* 22. & Boër. *decis.* 345. *n.* 2. Garcia *suprà n.* 146. Consensus autem potest adiici etiã post vnionem, vt probatur ex *c. cum vos, de his, quæ fiunt à Prælatis*, & *c. cura, de iure patronatus*, Alexand. *cons.* 219 *num.* 16. & *sequent.* & *n.* 22. *lib.* 6. & Flamin. *de resignat. lib.* 8. *quæst.* 10. *à n.* 6. Bursatus tamen *cons.* 185. *lib.* 2. *n.* 14. sed minus bene, opinatur consensum Capituli requiri à lege per modum solemnitatis in ipso actu, & expresse esse adhibendum, quem sequitur Rebuff. *in compendio alienatio.* *n.* 15. sed Sanchez nostræ opinioni adhæret, *d. c.* 29. *n.* 165. *vers. sed circa hanc conditionem.*

Quòd si vnio fiat à Legato de latere, non requiri consensum Capituli, vult Rota *decis.* 1. & 2. *de officio Legati, in nouis, in additio.* Ægid. *decis.* 512. Caccialup. *art.* 6. *conclus.* 14. & Nauarrus *cons.* 10. *n.* 1. *de officio delegati*, quibus accedit Gambar. *de officio & author. Legati tit. de potestate eius*, *n.* 58. ex ea ratione, quia Legatus de latere nullum commercium, & consortium habet cum Capitulo, sicut habet Episcopus. Nihilominus distinctione Marian. Socinus senior vtitur *in d. cap. sicut vnire, conclus.* 14. *num.* 115. *de excess. Prælat.* dicens, si vnionem faciat Legatus per Pontificiam commissionem, in qua non fit mentio Capituli, non esse necessarium consensum Capituli: eo quia fecit vnionem, non vt Ordinarius, sed tanquam Papæ delegatus. Contra verò, si faciat vnionem ex sua potestate ordinaria Legatus, requiritur consensus Capituli, quia non habet in vniendis beneficiis maiorem facultatem, quam habet Episcopus: is autem nequit vnire sine consensu Capituli, igitur nec Legatus. Secus quando vnit ex Pontificia commissione, quoniam, vt Papa vnire potest sine consensu Capituli, sic etiam, qui habet vices suas, Sanchez *suprà n.* 166. Quin etiam Episcopus ex Concil. Trident. *sess.* 21. *c.* 5. *de reformat.* debet requirere consensum Capituli, quamuis vniat tanquam Apostolicæ sedis delegatus, ex verbis illis, iuxta formam iuris, & patet ex declaratione Congregationis suprà *d. cap.* 5. ibi, *iuxta formam iuris*, qua præterita nulla erit vnio, hoc de consensu Capituli, secundùm Clementinam, *si vna, de reb. Eccles. n alienan.* & Sanch. *n.* 183.

Longè aliter vbi extaret consuetudo immemorialis vniendi sine Capituli consensu: tunc enim poterit fieri vnio per Episcopum solum, quia consuetudo derogat iuri, Rochus *in cap. final. de consuetudine, sess.* 6. *num.* 15. *in fine*, aut quadragenaria cum titulo, ex *c.* 1. *de præscript. in* 6. Garcia *d. part.* 12. *cap.* 2. *n.* 152. & 162. & Barbos. *alleg.* 66. *ex num.* 25. *ad num.* 30.

15. Resolutio decimaquinta. Episcopus potest vnire beneficia etiam reseruata, seu deuoluta Sedi Apostolicæ, nisi reseruatio beneficij esset perpetua, Nauarr. *cons.* 12. *de reb. Eccles. non alien. ac cons.* 10. *de officio delegati in* 1. *edit.* Gonzales *gloss.* 5. §. 7. *n.* 236. Azor 2. *part. lib.* 6. *c.* 29. *quæst.* 16. & priùs *lib.* 5. *c.* 29. *quæst.* 17. & Garcia *cap.* 2. *num.* 91. eo quia reseruatio non impedit fieri vnionem per Ordinarium, sed suspenditur eius effectus pro tempore prouisi de illo à Papa, Sanchez *d. lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 150. post alios ibi relatos. Dictum est, nisi reseruatio beneficij esset perpetua, qualis est prima dignitas post Pontificalem, quæ semper est reseruata per regulam Cancellariæ, quapropter per Episcopum nequit vniri, Sanch. *suprà num.* 152. & Garcia *n.* 92. & *sequent.* & Barbos. *supra num.* 15.

Resolutio decimasexta. Episcopus nequit facere vniones temporales, vt dictum est suprà, tanquam introductas contra formam iuris communis: aut saltem propter illam; faciúntque vt per has vniones non Ecclesiis, sed personis consulatur, & prouisi possideant duo beneficia, & non residcant in altero toto tempore vitæ Azor. *d. lib.* 6. *cap.* 18. *quæst.* 17. Sanchez *suprà num.* 152. Barbos. *allegat.* 66. *num.* 8. post praxim Episcopalem, *part.* 1. *verb. vnio*, §. 7. 16.

Resolutio decimaseptima. Beneficium vnitum assumit naturam, consuetudines, prærogatiuas, & priuilegia beneficij principalis, gloss. *verb. Ecclesias, in Clementina per litteras, de præbendis*, vbi Cardinalis, *quæst.* 17. Imola *num.* 15. quod intelligitur, quando vnio fit accessoriè: supprimitur tunc, & extinguitur beneficium vnitum, nec amplius retinet nomen beneficij separati, sed censetur, vt prædium illius, cui facta fuit vnio, Oldrad. *cons.* 257. *à num.* 15. Selua *de benefic.* 3. *part. quæst.* 12. 14. *qualitate, num.* 20. Rebuff. *in praxi, in forma noua prouisionis, verb. cum annexis.* Quare non vocatur beneficium sicut antè, sed per vnionem suppressum est, nec dicitur ampliùs vacare. Attenditur natura principalis beneficij, & eius consuetudines, & priuilegia consequitur, cui est annexum, & amittit proprias prærogatiuas, Gonzal. *suprà gloss.* 5. §. 7. *a num.* 2. Barbos. *in l. quia tale, num* 95 *ff. solut. matrim.* argum. *l. si ex toto, in principio, ff. de legat* 1. & *in l. inter socerum*, §. *cum inter, de pactis dotalibus*, & *in l. etiam, C. de iure dotium.* Ex quibus constat eadem priuilegia competere augmento, quæ competunt rei, cui accrescit. Alexandr. *cons.* 20. *Viso processu, post num.* 4. *vers. secundò probatur, lib.* 1. & Bartol. *in l. si conuenerit*, §. *si nuda, n.* 2. *ff. de pigneratitia actione*, & alij, quos referens sequitur Barbos. *alleg.* 66. *num.* 41. & Garcia *suprà part.* 11. *cap.* 5. *à num.* 192. vbi de hac re latè, & Cabed. *de patronatibus regiæ coronæ, cap.* 40. *per totum.* 17.

Resolutio decimaoctaua. Vnio potest fieri omnibus præbendis, seu distributionibus simul, ita videtur sentire sacra Congregatio *in sequenti declaratione*, hæ vniones fieri possunt in distributionibus quotidianis, vbi illæ tenues fuerint, & etiam præbendæ tenues; secus si præbendæ non essent tenues, quia hoc casu tenuitati distributionum succurri potest per remedium *cap.* 3. *sess.* 21. Idem licere censuit Congregatio, quando nullæ sunt distributiones, & præbendæ tenues, vel è contra, Garcia *de beneficiis, part.* 12. *cap.* 2. *n.* 171. quem sequitur Barbos. *d. alleg.* 66. *num.* 33. 18.

Resolutio decimanona. Episcopus nequit facere vnionem Capitulo sine authoritate Papæ, quia non potest authoritatem adhibere in facto proprio, etiam si fiat vnio vigore Concilij *sess.* 21. *de reform. c.* 5. gloss. *verb. mensa, in d. Clementina, si vna*, quam sequitur *ibi* Abbas *num.* 6. Rota Romana *in vna Perusin. beneficij.* 4. *Iulij* 1608. cor. m D. Pena, Garcia *d. cap.* 2. *num.* 168. post Oldradum 19.

conſ. 262. *n.* 3. & alij, quos referens ſequitur Barboſ. *d. allegat.* 66. *num.* 30. *& ſequent.* Quod intelligitur, quando vnio principaliter fit Capitulo, & directè; ſecus quando fit vtilitas indirectè Capitulo, Rota *deciſ.* 1. *de Eccleſiis ædificandis, in antiquis.* Poterit tamen fieri vnio alicui dignitati Capituli, vel præbendæ: tunc enim non fit Capitulo, & ideo de conſenſu Capituli poteſt fieri vnio per Epiſcopum, Rota *deciſ.* 788. *n.* 4. *part.* 1. diuerſorum, Barboſ. *ſuprà*; etiam poteſt fieri vnio omnibus præbendis distinctis, non ſimul, ſed ſeparatim, & distinctè vnicuique alicuius beneficij.

EPITOME.

20. *Quando Eccleſia vnienda ſubiicitur Prælatis inferioribus, requiritur conſenſus illorum.*
21. *Vnio eſt irrita ex defectu conditionum, quæ requiruntur.*
22. *Epiſcopus an poſſit examinare vniones antiquas non obſtante præſcriptione?*
23. *Archiepiſcopus an poſſit vnire Eccleſias ſuæ Diœceſis antequam pallium habeat?*
24. *Epiſcopus an poſſit vnire nondum conſecratus?*
25. *Epiſcopus nequit vnire beneficium deuolutum ad Papam propter negligentiam Ordinarij non conferentis illud.*
26. *Epiſcopus quid poſſit in beneficio parochiali vnito Monaſterio, aut cuicunque operi pio, & quæ beneficia hodie vnire eiſdem?*
27. *Epiſcopus ex beneficiis per ipſum vnitis poteſt aliquod ad nutum amouibile reddere, quod erat perpetuum.*
27. *Epiſcopus ſtante Concilio, an poſſit vnire beneficia curata loco religioſo? vt regatur per ipſos religioſos?*
29. *Epiſcopus, an poſſit vnire beneficia fabricæ Eccleſiæ etiam Cathedralis?*
30. *An Epiſcopus poſſit diſpenſare cum illegitimo ad beneficium ſimplex, cui eſt vnita Parochialis?*
31. *Ætas requiſita ad Parochialem, non requiritur quando eſt vnita.*

20. RESOLVTIO vigeſima. Epiſcopus nequit vnire Eccleſiam Abbatibus, aut aliis inferioribus ſubiectam, ſine conſenſu illorum, Cardinalis *in Clementina* 1. *§. ad hæc num.* 1. *oppoſit.* 1. *&* 2. *de ſtatu Monach.* quin imò ſi Prælatus inferior habet clericos conſtituentes Capitulum, Epiſcopus non vniet ſine conſenſu illorum. Exigitur item conſenſus patroni ſiue ſæcularis, ſiue Eccleſiaſtici, quia loquuntur indiſtinctè de patronis, ex *cap. ſuggeſtum, de iure patronatus*, Socinus iunior *in cap. ſicut vnire; de exceſſ. Prælat. art.* 6. *concluſ.* 8. *num.* 98. & alij, quos referens ſequitur Sanchez *tom.* 2. *in præcepta Decalogi lib.* 7. *c.* 29. *n.* 168. vbi *num.* 169. ſubdit, quando vnio fit à Legato de latere, non exigi conſenſum patroni Eccleſiaſtici, quia poteſt illi derogare, ſecus quando ius patronatus eſt ſæculare, tunc enim requiritur conſenſus patroni, ſicut etiam quando ius patronatus eſt partim ſæculare, & partim Eccleſiaſticum, hoc eſt, mixtum in gratiam laici patronis, ita Gambara *de officio, & authoritate Legati lib.* 5. *tit. de poteſtate illius, qui ad vnionem beneficiorum*, & Azor. *tom.* 2. *Inſtit. moral. lib.* 6. *cap.* 28. *quæſt.* 12.

21. Reſolutio vigeſimaprima. Vnio facta ex defectu conditionum, quæ requiruntur, eſt irrita, nimirum quando non vocantur ij quorum intereſt, qui neceſſariò citandi ſunt. Secundò quando fit vnio non præmiſſa cauſæ cognitione, Rebuff. *in praxi benefic. in regul.* 21. *Cancellariæ, de vnionibus, gloſſ.* 9. *in principio.* Quòd ſi vocati quorum intereſt, conſenſum præſtare recuſent, non eſt facienda vnio, niſi tam euidens eſſet Eccleſiæ neceſſitas, vt id poſtularet, Rebuff. *loco citato, gloſſ.* 11. *num.* 3. & Azor. 2. *part. lib.* 6. *cap.* 28. *quæſ.* 14. & Sanchez *d. cap.* 29. *num.* 173. Denique erit nulla vnio, ſi non exprimatur verus valor beneficij vniendi, & eius cui vnio fit, Rebuff. *à gloſſa* 5. *vſque ad gloſſam* 9. & expreſsè habetur *d. regula* 21. vbi Rebuff. *cit.* quibus accedit vnio in qua inferior Papa Ordinarius coniungit Eccleſias cauſis non expreſſis, Azor. *d. quæſ.* 14.

Reſolutio vigeſimaſecunda. Epiſcopus poteſt nō obſtante præſcriptione examinare hodie vniones, ac illarum effectum impedire, ſi nondum integrum effectum ſortitæ ſint, niſi conſtet ex legitimis cauſis factas eſſe: poſſeſſor tamen non ad Archiepiſcopum, ſed ad Pontificem debet appellare, ſi velit, eo quòd Epiſcopo conceditur, vt procedat in hoc tanquam delegatus à Sede Apoſtolica. Probatur, quoniam à delegato ad ſolum delegantem datur appellatio, *cap. ſuper quæſtionum, §. porrò, de officio delegati*, vbi additur etiam à Subdelegato appellandum eſſe ad delegantem, quoties non tota iuriſdictio delegata eſt, ſed eius pars, vel ſpecies, vt Cou. *pract. c.* 4. *num.* 8. Sigiſm. Scacc. *de appellat. quæſt.* 7. *& num.* 63. *& quæſt.* 8. *num.* 31. *&* 34. Narbon. *de appellat. à Vicario, ad Epiſcopum part.* 1. *num.* 34. & Barboſ. *in l. cùm Prætor. §.* 1. *numer.* 218. *ff. de iudic.* ergo multo fortiùs appellandum eſt à delegato ad ſolum delegantem. Quare nec Legatus à latere poteſt in ea cauſa delegata, manum ponere, *cap. ſtuduiſti, de officio legati, in principio*, vbi dicitur Legatum non poſſe ſe intromittere in cauſa alteri à Papa ſpecialiter delegata, niſi vt ſententiam iuſtam confirmet, vel exequatur, Læl. Zech. *de Rep. Eccleſ. tit. de ſtatu Illuſtriſſ. Legati num.* 4. *prope finem, verſ. vndecimo*, Dan. Venator. *in analyſi methodica iuris Pontificij lib.* 1. *tit.* 1. *aximote* 1. rum etiam non poteſt ſe intromittere Legatus de cauſa delegata, quia cenſetur priuatiuè commiſſa, proinde non eſt appellandum ad Legatum, Cabed. *part.* 2. *deciſ.* 13. *num.* 6. ſed ad Pontificem, vt etiam vult Henriquez *lib.* 10. *de Sacramento ordinis cap.* 28. *ad finem*, vbi notat in omnibus caſibus, in quibus in Concilio Trident. conceditur Epiſcopis, vt cognoſcant vti delegati Sedis Apoſtolicæ etiam ad ſolum Pontificem eſſe appellandum, Sanchez *d. c.* 29. *n.* 179. 22.

Reſolutio vigeſimatertia. Archiepiſcopus ante pallium acceptum non poteſt ſe appellare Archiepiſcopum, *cap. niſi, de authoritate, & vſu pallij.* nec poteſt Chriſma conficere, nec ordinare clericos, nec Epiſcopos conſecrare, nec dedicare Baſilicas, nec Concilium conuocare, *cap. quod ſicut, §. præterea, de electione*, & reliqua quæ ad Ordinem Epiſcopalem pertinent, non verò, quæ ſunt iuriſdictionis. Nam hæc poſt confirmationem ante receptum pallium exercere poteſt, ita gloſſ. *in cap. ſuffraganei, de electione, notab.* 2. Hoſtienſ. *ibi numer.* 3. *&* 9. & *ibi* Ioan. Andr. *num.* 8. Abbas *num.* 1. Bald. *num.* 1. *in fine*, Anchar. ſtatim *in principio*, dicentes nondum recepto pallio exercere poſſe ea, quæ pertinent ad iuriſdictionem, Sanchez *in præcepta Decalogi lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 6. *ad finem*, *& lib.* 4. 23.

cap.

c.38. num. 9. & lib.7. c. 5. num. 66. & lib. 8. de matrimonio, disp. 1. num. 11. Cùm ergo vnire beneficia, & cooferre sint actus iurisdictionis, ante receptum pallium poterit eos exercere post confirmationem, licèt nondum sit consecratus, quoniam per confirmationem acquiritur exercitiom iurisdictionis, Cosm. *in pragm. sanct. tit. de collation. verb. nominationes, pag.* 186. & ideo potest beneficia conferre, idem Cosm. *d. tit. de collation. verb. iurisdictio, pag.* 181. Rebuff. *tit. de pacificis possessoribus, num.*251. & Gonzal. *ad regul.*8. § 4. *proœmial. num.*27.

Confirmatur argumento Episcopi, qui potest postquam est confirmatus, ea, quæ sunt iurisdictionis veluti excommunicare, suspendere, interdicere, visitare, corrigere, punire, Synodum conuocare, beneficia conferre, Ecclesias minores coniungere, & vnire, ac diuidere, voti, & iuramenti vincula soluere, & similia, vt probant *cap. transmissam, de electione, c. nosti, & cap. qualiter, eodem titulo*, Perez *l.2. vers. probatur vlteriùs tit. 6. lib.1. ordin pag.* 155. Ripa *in cap. sæpe, num. 69. de restitut. spoliat.* Valer. Reginald. *in praxi for. pœnit. lib. 30. tract. 3. num.*140. Aloys. Ricc. *in praxi aurea resolut.* 136. Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 19. quæs. 5.* & Barbos. *de confirmatione Episcopi, tit. 1. c. 4. num.* 7. vbi loquitur de iure communi, & procedere. Attamen de iure nouo, quod habetur *in Extrauagante, Iniuncta, de electione, inter communes*, requiritur, si Episcopus voluerit ea, quæ sunt iurisdictionis, exercere, vt obtineat litteras Apostolicas, sine quibus nec admitti, nec recipi tanquam Episcopus potest, nec capere possessionem Ecclesiæ sibi collatæ, ita Barbos. *in l. diuortio, in principio, part. 2. num. 50. ff. solut. matrim.* & Flamin. *de resignat. lib. 8. quæst. 5. num.* 33. quæ tameo Extrauagans non procedit in Cardinalibus qui possunt exercere ea, quæ sunt iurisdictionis ante captam possessionem, & ostensionem litterarum; non enim ligantur illa, vt tradit Bellencin. *de charitatiuo subsidio quæst.*66. *n.* 26. refertque ita fuisse resolutum *in vna Burgen. Canonicatue*, 3. *Juny* 1583. *coram Illustriss. Lancelotto*, & Gomez *in proœmio regularum Cancellariæ quæst. 4. num.* 9 teste Gonzalez *de mensibus gloss. 14. ex num.* 6. Ergo Archiepiscopus nondum consecratus, sicut & Episcopus poterit conferre, vnire, & diuidere beneficia, cùm sint actus iurisdictionis nondum recepto pallio, & ob eandem causam ante receptum pallium potest licentiam impertiri in sua Diœcesi in dispositionibus faciendis per nouitios de bonis temporalibus, Sanch. *tom. 2. in præcepta Decalogi lib. 7. c. 5. num.* 65. vide, quæ diximus de Archiepiscopo ante receptum pallium, suprà *disp. 19. §. 2. per totum.*

24. Resolutio vigesima quarta. Ex traditis in præcedenti posse Episcopos confirmatos duntaxat omnia, quæ spectant ad iurisdictionem, qualia sunt beneficia conferre, vnire, diuidere? itemque peccatorum quorundam absolotiones sibi reseruare, quia hæc omnia sunt actus iurisdictionis, ideo possunt fieri per confirmatum in Episcopum ante consecrationem, Gonzal. *ad regul. 8. § 4. proœmial. num.* 27. & constat *ex c. transmissam, & ex c. nosti, & qualiter, de electione*, & ibi Barbos. post alios, & diximus *disp. 20. §. 3. num.* 1.

25. Resolutio vigesimaquinta. Episcopus nequit vnire beneficia deuoluta ad S. Pontificem ob negligentiam Episcopi, cuius erat conferre, ita Barbos. *de offic. & potest. Episcop. alleg. 66. num.* 16. in pœnam scilicet negligentiæ suæ potestatis, tollitur Episcopo potestas vniendi, sed fallitur omnino, vt bene notat Azor. *d. c. 28. quæst.* 15. dicens posse Episcopum coniungere beneficia ita deuoluta ad Pontificem, quia ius deuolutum non adimit Episcopo potestatem vniendi, cùm habeat proprietatem, & ideo habet ius ordinandi de beneficio, ita Rebuff. idem tradit *de deuolutionib. num.* 31. quia diuersum est ius vniendi, & conferendi. Nam Episcopus quamuis coniungat beneficium, non aufert potestatem Papæ, vt illud tunc conferat: conferre autem ad titulum beneficij pertinet; coniungere verò spectat ad ipsius beneficij proprietatem. Vnde ius habens in proprietate, seu habens proprietatem, habet etiam ius ordinandi de beneficio; quo non semper vtitur is, qui confert, sequitur Sanchez post alios ex antiquioribus scribentes *d. c. 29. num.* 149. cum aliis.

26. Resolutio vigesimasexta. Episcopus de iure communi habebat facultatem vniendi beneficia curata Monasteriis, aut aliis beneficiis: hodie tamen interdicitur vnio eidem cuiuscunque beneficij curati Monasterio, aut cuicunque operi pio, aut beneficiis simplicibus, vt videre est in Tridentin. *sess. 24. c.* 13. Excipiuntur aliqui casus, de quibus suprà *in hoc* §. videlicet vniones, quæ fiunt pro fundatione, dotatione, augmento, vel conseruatione Collegiorum, & aliorum piorum locorum, Gonzal. *super reg. 8. gloss. 5. §. 7. num.* 46. & Barbos. *in remiss. ad d. c. 13. n. 3. vers. saluari, & excipi.*

27. Resolutio vigesimaseptima. Episcopus ex beneficiis perpetuis à se vniendis potest facere aliquod ad nutum amouibile accedente consensu patroni, si fortè sit iuris patronatus. Ratio, quia potest vnire beneficia, eaque diuidere, & de nouo creare, *c. sicut vnire, de excessib. Prælator.* Azor. *suprà lib. 6. c. 28. quæs.* 6. Garcia *part. 12. c. 2. num.* 62. & Sanchez *d. c. 20. num. 147. & sequentib.* quamuis collatio beneficij propter Episcopi negligentiam deuoluta esset ad Papam. Ex hoc autem cessabit in Episcopo ius instituendi in ea Capellania, seu beneficio, nec transferetur in patronum, quinimò cessabit ius præsentandi in beneficio, sed patrono dabitur libertas præstandi Capellanum, & amouendi illum quoties voluerit, Sanchez *d. lib. 7. c. 29 num.* 689. ex Nauarro *lib. 1. consiliorum, tit. de officio Ordinary, in priori edit. conf. 6. à num. 1. vsque ad 3. & in nouissima edit. conf. 9. num.* 1. Confirmatur ex *cap. præcipimus, & c. pluries 16. quæst. 1. & c. 1. de rebus Eccles. non alien. lib. 6* ex quibus deducitur Ordinarium posse non solùm vnire beneficia inferiora, sed etiam extinguere, ac diuidere, & facere, vt Rector perpetuus fiat temporalis, & ad nutum amouibilis, Nauarrus *suprà conf. 9. num.* 1.

28. Resolutio vigesimaoctaua. Stante Concilio integrum est Episcopo vnire Religioni beneficium aliquod intra suam Diœcesim, dummodo non sit curatum: hoc autem interdicitur vnisi loco religioso, nam Tridentinum interdixit vnionem extra diœcesim in qua est Monasterium: insuper interdixit vnire beneficia curata; ergo in reliquis manet ius commune incorrectum, & tribuitur in reliquis Episcopo potestas integra vniendi in quibuscunque casibus iure communi permissis. Poterit item Episcopus statuere, vt beneficia sæcularia vnita Religioni gubernentur per religiosos, Felin. *c. in nostra, coral. 40. num. 42. notab. 3. de rescriptis*, & Selua *de benefic. part. 3 quæst. 11. n.* 126. quos referens sequitur Sanch. *d. c. 29. num. 187. & sequent.*

29. Resolutio vigesimanona. Episcopus potest vnire

beneficia fabricæ Eccleſiæ Cathedralis etiam, Imola *in Clementina, ſi vna n.14. de rebus Eccleſiæ, & in c. cùm acceſſiſſent n.4. de conſtit.* Rota *deciſ.*133. *n.6. part 2. diuerſor.*

Huic reſolutioni videtur aduerſari declaratio ſuper *cap.*15 *ſeſſ.*24 data Epiſcopo Tudertino, quæ ſic habet: *Epiſcopus, ſeu Ordinarius non poteſt ſimplicia beneficia vnire diſtributionibus Capellanorum Eccleſiæ Cathedralis pro diuini cultus augmento, & ſimiliter non poteſt eas vniones facere fabricæ, ſeu ſacriſtiæ, ob eius paupertatem ad ornatum, & alia Eccleſiæ neceſſaria, etiam attento, quòd ſufferat omnia onera dicta Eccleſia, & parum poſſideat.* Nihilominus declaratio intelligenda eſt non poſſe Epiſcopum per illud decretum eiſdem cap. 15. & ex vi eius facere iſtas vniones, cùm loquatur ſolum de præbendis. Non tamen negat poſſe facere Epiſcopum alias vniones ex iure communi. Garcia *d. part.*12. *c.*2. *n.*79. *& ſequentib.*

30. Reſolutio trigeſima. Epiſcopus non poteſt diſpenſare cum illegitimo ad beneficium ſimplex, quod ſacrum Ordinem requirit non iure communi, ſed ſtatuto, conſuetudine, vel priuilegio, quia in hiſce beneficiis Epiſcopus nullum ius, nec poteſtatem habet, gloſſ. *verb. tale, in c.*1. *de filiis presbyterorum in* 6. & *ibi* Archid. & Gemin. & Azor *inſtit. moral. part.*2. *lib.*6. *c.*3. *quæſt.*15. Secus in beneficio ſimplici etiam Cathedralis Eccleſiæ inferiori, quamuis habeat Parochialem Eccleſiam vnitam acceſſoriè: in quo euentu poterit diſpenſare cum illegitimo, vt obtineat etiam Parochialem acceſſoriè coniunctam, eo quia, quod accedit alteri, ſequitur conditionem, & naturam principalis, ita Rebuff. *in tract. nominat. q.*16. *n.*27. Stephanus Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 273. *n.*47. Gonzal. *ad regul.*8. *gloſſ.* 5. § 7. *n.* 18. & Campanil. *in diuerſor. iuris Canon. rubr.*11. *cap.* 13. *num.* 83. In beneficiis autem requirentibus ſacrum Ordinem nequit Epiſcopus diſpenſare cum illegitimis per dictam gloſſam *verb Tale,* & *ibi* Ioannes Monachus *n.* 8. & Campanil. *d. c.*3. *n.*85.

31. Reſolutio trigeſima prima. Conſtat ex ſuperiori reſolutione non requiri ſcilicet ætatem neceſſariam in obtinente Parochialem, quando Parochialis eſt vnita, ſed ſufficere ætatem ad beneficium principale, puta Canonicatum, ſeu dignitatem neceſſariam, ita Galet. *in Margarita caſuum conſcientiæ, verb. Canonicus quintò, & verb. Parochus* praxis noua Epiſcopalis *part.* 2. *c.*5. *num.* 21. *pag.*330. Garcia *de benefic. part.*7. *c.*4. *à num.*30. vbi refert declaratione s ſacræ Congregationis id expreſsè decidentes. Idem repetit *part.* 12. *c.* 2. *n.* 26. Aloyſ. Ricc. *in praxi for. Eccleſ. deciſ.*735. *in* 1. *edit. & reſolut.*512. *in* 2. *edit.* quamuis Petrus de Peruſio *in tract. de vnionib. Eccleſiarum c.*7. *quæſt.*3. velit vnitam Parochiali beneficio ſine Cura requiri ætatem 22. annorum, quod eſt falſum, quia beneficium ſine Cura non requirit eam ætatem, Gonzal. *gloſſ.*9. *num.*4.

Quid poſſit Epiſcopus in beneficiis iuris patronatus?

§. VII.

EPITOME.

1. *Ius patronatus tam Eccleſiaſticum, quàm laicale quibus modis acquiratur?*
2. *Epiſcopus non poteſt acquirere ius patronatus per augmentum dotis.*
3. *Ius patronatus ex fundatione, conſtructione, & dotatione, vt acquiratur, an requiratur conſenſus Epiſcopi?*
4. *Prælati inferiores Epiſcopo non poſſunt præſtare conſenſum ad ius patronatus acquirendum.*
5. *Capitulum Sede vacante, an poſſit facere facultatem ædificandi Eccleſias, vt acquiratur ius patronatus, & quid de Vicario generali?*
6. *Conſenſus Epiſcopi in tranſlatione iuris patronatus qualis debeat eſſe?*
7. *Conſenſus Epiſcopi in translatione iuris patronatus an debeat eſſe expreſſus, & an poſſit præſtari poſt factum?*
8 *Epiſcopi conſenſus requiritur quando donatio fit ab Eccleſia alteri Eccleſiæ; ſecus ſi donatio iuris patronatus fiat religioſis per patronum etiam laicum.*
9. *Sine conſenſu Epiſcopi non poteſt donari ius patronatus à patrono, filio compatroni.*
10. *Ius patronatus quando transfertur cum hæreditate, non requiritur conſenſus Epiſcopi.*
11. *Ius patronatus quando transfertur in laicum, requirit conſenſum Epiſcopi, ſecus ſi transferatur in clericum nomine Eccleſiæ?*
12. *Epiſcopus an debeat inſtituere præſentatos à patronis?*
13. *Patroni non habent ius præſentandi in actu, niſi à tempore vacationis.*
14. *Patroni an poſſint ſe ipſos præſentare?*
15. *Patroni intra tempus ſibi conceſſum, an poſſint variare?*
16. *Patronis non præſentantibus intra terminum præſcriptum, Epiſcopus, vel prorogabit tempus, vel de Rectore prouidebit.*
17. *Patronus excommunicatus præſentans, ſi eſt Eccleſiaſticus, nulliter præſentat, ſi eſt laicus, validè.*
18. *Patrono ſpreto Eccleſiaſtico valida eſt reſignatio, ſecus ſi eſt laicus.*
19. *Ius patronatus in donationibus factis à Rege non intelligitur, niſi exprimatur.*
20. *Patronus non cadit à iure præſentandi, ſi præſentet intra tempus, & petat confirmationem, quamuis præſentatus non inſtituatur, & intra quantum tempus debeat præſentare?*
& an præſentatus debeat comparere coram Epiſcopo, & an poſſit abſens inſtitui, ibid.
21. *Patronus ſi ſemel, bis, vel ter præſentet, quæ præſentatio præualeat?*
22. *Tempus patrono, quando incipiat currere, vt teneatur præſentare?*
23. *Patronus lite pendente non poteſt præſentare.*
24. *Patronus mortuo reſignante infra viginti dies poteſt iterum præſentare ad beneficium iuris patronatus.*
25. *Patronus Eccleſiaſticus ſi præſentet duos æquè idoneos, Epiſcopus inſtituet quem maluerit.*

QVÆSTIO prima, quot modis acquiratur ius patronatus tam laicū, quàm Eccleſiaſticum? Certi iuris eſt acquiri tribus potiſſimum modis, fundatione nimirum, conſtructione, & dotatione, gloſſ. *in c. pia mentis* 16. *quæſt.*7. Paul. de Citadinis 3. *part.* Staphil. *de litteris gratiæ, tit. de modo, & forma impetrandi, §. de iuris patronatus prærogatiua,* Rebuff. *in praxi* 3. *part. Signaturæ, verb. nec non iuris patronatus num.* 3. Mandoſ. *de ſignatura gratiæ, tit. de reſeruatio. iuris patronatus, lib.* 1. *tit.* 15. 1.

pag.

*pag.*1.Fuscus *de visitat. lib.*2.*c.*10.Rochus Veronen. *de visitat verb.de iure patronat.*Nauar.*cons.*7. *de iure patronat.* Perez *l.*1.*gloss.* 1.*tit.*6. *lib.*1. *ordin.* Camil. Bortel. *in summa omnium decis.tit.* 32. *a numer.* 1. Francisc. Leo *in thesaur. for. Eccles. part.* 2. *cap.* 6. *numer.* 25. Gonzal. *in regul.* 8. *gloss.* 18. *à num.* 33. & Garcia *de benefic. part.*5. *c.* 9. *a n.*36.

Ambigi potest, an requirantur hæc tria simul, fundare scilicet, construere, & dotare, vt acquiratur ius patronatus? Respondet Iulian. Viuian. *in praxi iuris patr. part.* 1. *lib.* 1. *à numer.* 37. cum Cardin. *in cap. nobis, de iure patronatus*, *n.* 3. *opposit.*4. Si Ecclesia sit constructa in fundo Petri illo inscio, & postea eidem placeat transferre dominium fundi in Ecclesiam, fieri patronum. Quin etiam si quis donet fundum pro Ecclesia construenda, & aliter eam construat, hoc est, faciat expensas in construendo Ecclesiam materialem, & alter eam dotet, omnes effici patronos, volunt Abbas *in rubric. de iure patronatus num.*6.& Iulian. Viuian. *in d. praxi iuris patron.part.*1.*lib.*1.*cap.*1. *num.* 33. & ex consequenti habens ius vtile in fundo in quo ædificatur Ecclesia, & alter directum dominium, si præstet consensum constructioni, erunt compatroni. Viuian.*vbi proximè n.*40.

Fundare ergo est fundum assignare, seu dare, construere est expensas facere in fabricanda Ecclesia, dotare denique ad effectum consequendi ius patronatus est Ecclesiam dotare quando absque illa fuit fundata, & erecta: debet tamen dos assignari sufficiens ad necessaria ministrorum ad luminaria, Abbas *in cap. cùm sicut num.* 5. *de consecrat.*gloss. *verb. clericum*, *in cap. vt quisque*, *de vita*, *& honest. cleric.* Nihilominus si quis fundum assignet, non propterea statim quæritur illi ius patronatus, sed secuta constructione, & dotatione, vel ab ipso fundatore, vel ab aliis, Abbas *cons.* 106. 2. *part.* eo quia nemo potest dici patronus Ecclesiæ, quæ nondum est, vel fortè non erit, Corras.*de beneficiis* 4. *part. cap vlt. num.*3. & deducitur ex *cap. ad audientiam* 2. *de Ecclesiis ædificandis.* atque ita non sufficit fundare, & construere Ecclesiam, sed requiritur illius perfectio, vt acquiratur ius patronatus, vt notant Lambertin. *de iure patron.part.*1. *lib.* 1. *q.*4. *art.* 1. & Viuian.*d. part.*1.*lib.*2.*c.*3.*n.*1.

Hinc sequitur non acquiri ius patronatus ex reædificatione Ecclesiæ, nisi sit omnino diruta, ita vt amittat consecrationem, seu benedictionem; tunc enim consequetur perinde ac si ab initio construeretur: secus si Ecclesiam reficiat non omnino destructam, gloss. *in cap.* 3. *de iure patronatus.*Mandos.*d.tit.de reseruat. iuris patr. vers. magna est disputatio*, Menoch.*cons.*90.*n.*27.*& cons.*336. *n.*5.Aloys.Ricc.*in collect.decis.part.*5. *collect.* 1559. & Stephan.Gratian. *discept. foren. c.*177.*n.*26. vbi tradit ad acquirendum ius patronatus ex reparatione exigi totalem restaurationem ipsius Ecclesiæ funditus dirutæ, ita vt egeat noua consecratione, per *c. de fabrica*, *de consecratione dist.* 1. vbi verò sacra ædes omnino destructa, reædificata fuerit ab alio ex eadem materia, qua fuit à principio erecta, quamuis erigenti non quæratur ius patronatus; attamen prior patronus priuatur iure suo, eo quòd extincta re, extinguitur vsusfructus illius, gloss. *in c ap. quoniam* 3. *de iure patronat.* Azor.*instit.moral.part.*2. *lib.* 6. *c.* 19.*quæst.*10. neque obligatio semel extincta resurgit, *l. ref.* §. *aream, ff de solutionibus.*

Quare non quæritur ius patronatus ex reædificatione, seu refectione Ecclesiæ, nisi totali, Bursatus *cons.*310.*a n.*3.*vol.*3.Spino *in speculo testamenti gloss.*4.*princip.n.* 28. & Azor. *vbi proximè.* Sicut etiam ex augmento dotis non acquirit Episcopus ius patronatus, cùm necesse sit ad illud acquirendum amisisse Ecclesiam dotem totam suam, vt ex constitutione alterius dotis nouæ illud quæratur, Felin. *in c. venerabilis n.*37. *de exceptionibus*, & alij apud Gonzales, quibus adhæret *in glossa* 18. *n.*53.Campanil.*in diuersor iur. Canon.rubr.*11.*c.* 13. *n.*340 & Stephan. Gratian.*discept forens.c.* 177.*n.* 24.*&* 25.& latè Barbos.*in d.c. quoniam*, *de iure patron n.*7.*vers.sic etiam.* 2.

Vt autem acquiratur ius patronatus ex fundatione, constructione, & dotatione, requiritur authoritas, & consensus Ordinarij; alias non acquiretur, *c. nobis, de iure patronat.*per textum, *cum assensu diœcesani.* Nomine autem Ordinarij intelligitur ille, in cuius loco fundatur Ecclesia, & is debet præstare consensum, quamuis sit Prælatus inferior Episcopo, dummodo habeat Episcopalem iurisdictionem, praxis Episcopalis *verb. ius patronatus*, §.5. Cardin.*in d.c. nobis*, *n.*1. & Iulian Viuian.*in praxi iuris patronat. part.* 1.*lib.*1.*c.*1. *n.*30 *& lib.*2. *c.*1. *num.* 11. dicentes consensum esse præstandum ab Ordinario loci, in quo fundatur Ecclesia. Sufficere autem quemlibet Prælatum inferiorem tradit idem Viuian.*part.*1.*lib.*2.*c.*1.*n.*17. quē referens sequitur Barb *in d.c. nobis n.*2.*& alleg.* 70.*n.*30. Quare ex constructione Ecclesiæ facta de assensu, & authoritate Ordinarij acquiritur ius patronatus, absque alia reseruatione, Lambertin.*in tract.de iure patronatus part.*1.*lib.*1.*q.*2.*art.*4.*in eodem libro* 1.*part.*5 *art.secunda quæst. princip. n.*12. Azor.*instit moral part.*2.*lib.*6.*cap.*19. *quæst.*7. Aloys. Ricc.*in praxi fori Eccles. resolut.* 123. *num* 2. *& in collect.decis.part.*5.*collect. decis.part.*5. *collect.* 1646. quibus accedit Garcia *part.*5.*c.*9.*n.*62. 3.

Ex dictis patet Prælatos inferiores Episcopo, qui non habent iurisdictionem Episcopalem, non posse præstare consensum ad effectum acquirendi ius patronatus. Ratio, quia Ecclesia non potest ædificari sine consensu Episcopi, text. *in cap. nemo*, *& in cap. placuit*, *de consecratione dist.* 1. *& in cap. ad hæc*, *de religiosis domibus*, *& in c. cùm olim.*14 *vers. insuper, de priuileg.*Roch.*de iure patron. verbo construxit*, *num.* 8. Selua *de beneficiis part.* 1. *quæst.*6 *à num.*9. praxis noua Episcop. *part.* 1. *cap.* 5. *à num.* 1.& Aloys Ricc. *in praxi aurea resol.* 11. Cùm ergo Prælati inferiores, qui non habent iurisdictionem Episcopalem, nequeant concedere licentiam ædificandi Ecclesias, non poterunt in consequentiam præstare consensum ad ius patronatus acquirendum. Vnde *in vna Imolen. iuris patron.*18. Nouembris 1598. coram D. Cantuccio, quæ est *in* 2. *part. diuers. decis.* 85. fuit resolutum Abbatem, qui habebat potestatem dandi licentiam ædificandi Ecclesias intra terminos suæ Parochiæ, posse præstare authoritatē, & consensum acquisitioni iuris patronatus, Barb.*alleg.* 70. *n.* 31. 4. 5.

Quæstio secunda, an Capitulum Sede vacante possit facere facultatem erigendi Ecclesias ad effectum, vt erigentibus quæratur ius patronatus. Et quid de Vicario generali? Quo ad primum quæsitum, Calder. *cons.* 3. *de iure patronat.* affirmat, sequitur Pauin. *de offic. & potest. Capituli Sede vacante* 30. *quæst. secunda parte, numer.* 5. Lambertin. *de iure patronat. part.*5.*c.*9.*num.*79.*lib.*1.*part.*1.*quæst.*5 *art* 9. Garcia

& Iulian. Viuian. *in praxi iuris patronat. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 12. eo quia Capitulum Sede vacante ſuccedit Antiſtiti defuncto in omnibus, quæ iure communi competunt iuriſdictioni Epiſcopali, exceptis nonnullis ſpeciatim iure prohibitis. Pauin. *ſuprà part.*1. *cap.*3. *num.*3. Nauarr. *conſil.*44. *num.*1. *de temporibus ordinationum, & conſil.*7. *de filiis presbyterorum*, Suar. *de cenſuris, diſp.*7. *ſect.*2. *num.* 4. Flamin. *de reſignat. lib.*7. *quæſt.*23. *num.*11. *cum ſequentibus*, Molin. *de iuſtitia, tract.* 5. *diſp.* 21, *num.*1. *&* 5. *&* 10. Gutierr. *Canon. lib.*1. *cap.*3. *num.*10. & Aloyſ. Ricc. *in praxi for. Eccleſ. deciſ.*357. *num.*4. *in* 1. *edit. & reſolut.*305. *num.*4. *in* 2. *edit.* vbi concludit Capitulum ſuccedere in omnibus tam iuriſdictionis voluntariæ, quàm contentioſæ. Ergo in noſtro caſu poteſt, ſiquidem non eſt ex caſibus exceptis, ita *ſuprà* relati, quibus accedit Barboſ. *d. alleg.* 70. *num.*32.

Quoad ſecundum de Vicario generali Epiſcopi dicendum eſt ius patronatus ex cauſa dotationis, fundationis, vel conſtructionis ad reſeruationem non habere authoritatem à Vicario ſine ſpeciali mandato, praxis Epiſcopalis *verb. Vicarius* §.13. Viuian. *in praxi iuris patronat. part.*1. *lib.*1. *cap.*1. *num.*24. Sbroz *lib.*2. *de officio Vicarij, quæſt.*197. poſt Rebuff. *in praxi tit. de forma Vicarij*, *num.* 184. & Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſolut.*469. ſicut nec poteſt parochias nouas exigere ſine mandato ſpeciali Epiſcopi, Barboſ. *alleg.* 54. *num.*74. *& ſequent.* Accedit non poſſe Vicarium ſine mandato Epiſcopi ſpeciali confirmare donationem iuris patronatus, Calderin. *conſ.*1. *de officio Vicarij*, Rota *deciſ.*2. *de confirmatione, in nouis*, ſequitur Garcia *dict. p.*5. *c.*9. *n.*77.

6. Quæſtio tertia, Qualis debeat eſſe conſenſus in translatione iuris patronatus, & an ſufficiat tacitus, & an requiratur in ipſo actu, an poſtea? In primis requiritur omnino conſenſus Epiſcopi in tranſlatione iuris patronatus, vt intelligat, an fortè labes ſimoniæ interueniat. Nam abſque conſenſu tranſlatio in laicum non valet, *cap. vnico, in principio, de iure patronatus, lib* 6. Viuian. *d. p.*1. *lib.*1. *cap.*1. *num.*24. & Mantic *deciſ.*86. *num.*5. Ratio, quia poteſt interuenire ſimonia, & ideo Epiſcopus debet conſentire præmiſſa cauſæ cognitione, & hoc modo fit laicus capax iuris patronatus per conſenſum, Viuian. *d. part.*1. *lib.*4. *cap.*1. *num.*6. *& num.*7. ſufficitque conſenſus duntaxat Epiſcopi ſine con-
7. ſenſu Capituli. Item conſenſus debet eſſe expreſſus, vt per Tiraquel. *de iure mariti gloſſ.* 7. *num.* 13. Caldas Pereira *de reſolut. emphyt. cap.*11. *num.*3. facit lex noſtra *lib.*4. *tit.*48. *in principio, & lib.*3. *tit.*47. etiam *in principio*, accedit *cap. continebatur* 2. *de his, quæ fiunt a Prælatis, in gloſſ. contradicente*, ibi, *ideo neceſſarius eſt ibi expreſſus conſenſus.* Poteſt tamen conſenſus Epiſcopi in tranſlatione iuris patronatus præſtari poſt factum per textum *in c. cura.* ibi, *habuerit poſtea conſenſum, de iure patronatus*, Mandoſ. *ad reg. de impetr. benefic. vacant per obitum, quæſt.* 31. *num.* 2. Mantica *deciſ.*84. *num.* 7. vbi vult ſi priori loco, & tempore fiat donatio iuris patronatus ſine conſenſu Epiſcopi, & poſteriori loco fiat altera eiuſdem patronatus de conſenſu Epiſcopi, poſterior præfertur; ſiue ergo præcedat conſenſus actum, ſiue ſequatur, actus eſt validus, Flamin. *de reſignat. lib.*8. *quæſt* 8. *num* 105. Caldas Pereira *de extinctione emphyt. cap.*11. *num.*7. & Sarnen. *in regula de infirmis reſignat. quæſt.* 26. *num.* 3. & Gomez *in l. Tauri* 53. *num.* 6. & Tiraquel. *de iure mariti gloſſ.*6. *num.*1. *cum ſequentibus.* Conſenſus namque poſtea præſtitus idem operatur, ac ſi antea fuiſſet præſtitus, niſi conſenſus requiratur pro ſolennitate, aut forma actus: tunc enim poſt actum interuenire non poteſt, ſed debet in ipſo actu præſtari, Tiraquel *vbi proximè gloſſ.*6. *num.*3.

Quæſtio quarta, an Epiſcopi conſenſus requi- 8.
ratur, quando donatio fit ab Eccleſia alteri Eccleſiæ, & quid ſi donatio iuris patronatus fiat religioſis locis per patronum etiam laicum? Quoad primum dic requiri conſenſum Epiſcopi, quia ſine illo Eccleſia alienare non poteſt, *cap. ſine exceptione* 12. *quæſt.*2. *cap. Abbates, cap. placuit, hac eadem cauſa, & quæſtione, & cap. illud, de iure patronatus, & cap. cura, eodem titulo*, vbi notatur, quòd donatio iuris patronatus, niſi ſit facta conſentiente Epiſcopo, non eſt valida, Tiraquel. *in l. ſi vnquam, verb. donatione largitus, num.* 353. Nam quando actus non poteſt fieri ſine conſenſu talis perſonæ, in eo caſu requiritur conſenſus per modum ſolennitatis, Rebuff. *in compendio alienationis n.*15.

Secus ſi donatio iuris patronatus fiat per patronum etiam laicum Religioſis: tunc enim non requiritur Epiſcopi conſenſus, Viuian. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 1. *tit.* 4. *num.* 9. *pag.* 167. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 177. *num.* 3. Soar. *de Religione, tom.*1. *tractatu de ſimonia, lib.*4. *cap.* 28. *num.*15. & Azor *inſtit. moral. part.*2. *lib.*6. *cap.*20. *q.*5.

Quæſtio quinta, an ſine conſenſu Epiſcopi 9.
poſſit donari ius patronatus à patrono ſui compatroni filio? Reſponde negatiuè, quia filius compatroni non eſt compatronus; & ideo ſicut quando ſunt duo, aut plures patroni, & vnus alteri donat, aut relaxat ius patronatus Eccleſiaſtici, requiritur Epiſcopi conſenſus, per *cap. illud, de iure patronatus*; ſic etiam quando donat compatronus filio compatroni, Caldas Pereira *de poteſt. eligendi cap.*1. *num.*24. *& de extinctione cap.*8. *num.*4. Abbas *in d. cap. illud.* Ratio, quia in hoc caſu datur alienatio. Secus ſi iuris patronatus tranſlatio fiat ab vno patrono alteri compatrono: tunc enim non requiritur conſenſus Epiſcopi, Peregr. *conſ.* 87. *num.* 6. *vol.*3. Azor *inſtit moral. part.* 2. *lib.*6. *cap.*20. *quæſ.*6. Campanil. *in diuerſor. Canon. rubr.*11. *cap.*13. *n.*369. quia non eſt propriè alienatio, quæ fit compatrono, Abbas *in cap. ex inſinuatione, de iure patronatus*, ſequitur Iaſon *in l. qui Romæ*, § *duo fratres, ff. de verbor. obligat. col. antepenult. verſ. Nam licèt deciſio.* Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. num.*89. *verſ. Octaua declaratio*, quæ opinio eſt veriſſima, non requiri ſcilicet conſenſum Epiſcopi, quando alter patronus compatrono relaxat ius patronatus, teſte Caldas Pereira *ſuprà vtrobique.*

Quæſtio ſexta, an requiratur conſenſus Epiſco- 10.
pi, quando ius patronatus transfertur cum hæreditate, & vniuerſitate bonorum? Reſpondeo negatiuè: tunc enim tranſit abſque Epiſcopi approbatione, ita Lambertin. *de iure patronat lib.*1. *part.*2. *art.*1. *in fine, & art.*2. *in fine, quæſt.*5. Couarr. *lib.*2. *variar. cap.*18. *num.*8. Molin. *de iuſtitia, tract.*2. *diſp.*620. *num.*6. Menoch. *conſ.*90. *num.*118. *&* 125. Garcia *de benef. c. part.*3. *cap* 9. *num.* 11. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.*5. *collect.*1679. & Viuian. *in praxi iuris patronatus part.*1. *lib.*4. *cap.*1. *num.*2. Quinimo ius patronatus poteſt tranſire ad quoſcunque hæredes, etiam extraneos, quamuis ſit Eccleſiaſticum, vt per Cou. *lib.*2. *variar. cap.*18. *num.*6. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.*4. *collect.*1025. Caldas Pereira *de emptione cap.*12. *num.*16. niſi in fundatione adiiciatur clauſula, quòd tranſeat ſolùm ad hæredes ſanguinis,

nis, de consensu Episcopi. Roch. *de iure patron. verb. ipse, vel is, num.* 18. & Viuian. *d. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 61. Idem dicendum est, si hæredes inter se concordent de alternis vicibus præsentando Rectorem, quod facere possunt propria authoritate inconsulto superiore, vt docet Cened. *ad sextum collect.* 7 *numero* 2. Tiraquel. *de iure primog. quæst.* 17. *opin.* 5. *num.* 2. & Azeued. *l.* 9. *num.* 2. *tit.* 6. *lib.* 1. *noua recopilat.*

Eodem modo ius patronatus consistens in aliqua Vniuersitate bonorum etiam temporalium, si bona vendantur, permutentur, vel aliter alienentur, transit in acquisitorem inconsulto Episcopo, Caualcan. *decis.* 31. *à num.* 16. *part.* 5. Mantic. *decis.* 140. *num.* 2. Cardin. Tusch. *littera I. conclus.* 612. *in fine*, Mari. Antonin. *var. resol. lib.* 1. *resol.* 40. *num.* 5. *& resol.* 60. *num.* 13. *& resol.* 108. & Azor *instit. mor. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 20. *quæst.* 8. Idem dicitur de iure patronatus, consistente in aliquo castro, aut oppido dato in dotem cum eo oppido, seu castro transeunte in maritum. Non enim requiritur consensus Episcopi, per textum *in cap. ex litteris, & in cap. cùm sæculum, de iure patronatus*, vbi Abbas. Transit enim ius patronatus cum bonorum possessione, quibus inseparabiliter adhæret, vt per Soar. *de religione tom.* 1. *tract.* 3. *lib.* 4. *cap.* 28. *à num.* 12. *& à num.* 18. Spin. *in specul. testam. gloss.* 4. *principal. num.* 111. & Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæst.* 22. *num.* 27. *&* 28. Non tamen in huiusmodi alienationibus sub bonorum generalitate, debet fieri mentio iuris patronatus, quòd si fiat mentio illius, inualida est alienatio, seu venditio illius, sequitur Sanchez *in præcepta Decalogi, lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 12. nimirum, si fiat in alienatione rei vniuersalis mentio iuris patronatus, dicendo, & ius patronatus: tunc enim vult non transire in emptorem, seu acquisitorem ius patronatus; secus si dicat, vendo tibi hæc bona cum iure patronatus: tunc enim transit in emptorem cum bonis, quibus inhæret inseparabiliter, quæ distinctio non placet; proinde oportet, vt non fiat mentio iuris patronatus in translatione vniuersali bonorum, Ludouic. Roman. *consil.* 368. *post num.* 1. & est simonia, *cap. de iure, de iure patronat.*

11. Quæstio septima, an ius patronatus, quando transfertur in laicum, requirat consensum Episcopi? Respondetur ius patronatus à laico, in laicum transferri non posse, sine consensu Episcopi, quomodocunque translatio fiat. Rota apud Farin. *dec.* 387. *à n.* 4. *part.* 1. *recent. & decis.* 257. *n.* 1. *eadem part.* 1. Seraphin. *decis.* 884. *num.* 1. Cardin. Mantic. *decis.* 86. *num.* 5. Nam donatio iuris patronatus, seu iuris præsentandi sine consensu Ordinarij, non tenet. Rota apud Farin. *supra decis.* 576. *part.* 2. *recent.* sed in omni euentu præsumitur consensus Episcopi accessisse stante donationis effectuatione, Lambertin. *part.* 2. *primi libri* 19. *princip. art.* 8. Decius *consil.* 639. *num.* 1. & alij, quos refert Rota apud Farin. *decis.* 707. *num.* 5. *part.* 2. Ex quibus sequitur ius patronatus permutari, aut cedi non posse sine consensu Episcopi, vt per Roch. *in tract. de iur. patron. verb. ipse, vel is à quo, quæst.* 16. *num.* 28. Azor. *d. cap.* 20. *quæst.* 7. Viuian *in praxi iuris patron. part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 3. vbi de permutatione, Quòd autem cedi nequeat inconsulto Episcopo, docent Pateus *decis.* 16. *lib.* 2. Decian. *consil.* 541. *n.* 2. & Rota apud Farin. *decis.* 736. *num.* 6. *part.* 1. *recent.*

Longè aliter quando ius patronatus transfertur in Ecclesiam, aut Clericum nomine Ecclesiæ: tunc non requiritur consensus Episcopi, Roch. *de iure patron. in verb. ipse, vel is, à quo, quæst.* 16. *num.* 28. Viuian. *in praxi iuris patron. part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 3. & alij apud Barbos. *alleg.* 71. *num.* 31. idem dicitur in cessione, Brunor. à Sole *in locis communibus, verb. ius, num.* 15.

Quæstio octaua, an debeat instituere Episcopus præsentatos à patronis, & quantum temporis concedatur patronis ad præsentandum? Responde præsentatos à patronis, intra tempus à iure datum quocunque die, etiam feriato, posse institui, & præsentari cùm sit actus extraiudicialis, & sapiat spiritualitatem, & ideo validè potest fieri diebus feriatis. De præsentatione loquitur Caldas Pereira *de resolut. emphyteut. cap.* 13. *num.* 5. Viuian. *suprà lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 5. Cardos. *in praxi iudicum, verb. feria num.* 3. item præsentatio est actus voluntarius, proinde potest fieri extra diœcesim illius, qui potest instituere vbicunque inueniatur: idem de institutione vult Viuian. *in praxi iuris patronatus, c.* 1. *num.* 9. vbi *num.* 10. contrarium resoluit, quando litigium excitatur inter præsentatos; tunc enim processus extra territorium debentis instituere fieri non potest. 12.

Tempus patrono laico datum ad præsentandum est quadrimestre; Ecclesiastico verò Patrono semestre conceditur, ita *cap. vnicum, de iure patronatus, in* 6. & est communis, & absolutè, cùm vacat aliqua Ecclesia, ne diu maneat in suspenso, laicus intra quadrimestre debet præsentare, Ecclesiasticus intra semestre. Tempus ad præsentandum concessum incipit currere à die vacationis beneficij, text. *in cap.* 2. *de supplen. neglig. Prælat. & in cap.* 2. *§. cùm verò, de concess. preben.* ex sententia Rebuff. *in praxi benefic. lib.* 1. *tit. de deuolut. num.* 5. & Perez *l.* 2. *vers. quæro vlteriùs, tit.* 6. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 153. Nihilominus verius est non currere tempus, nisi à tempore notitiæ, seu scientiæ, & non à tempore vacationis, vt per Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 35. *gloss.* 4. *à principio*, praxis Episcopalis *part.* 1. *verb. ius patronatus*, §. 8. *dub.* 1. Caldas Pereira *de renouat. emphyt. quæst.* 6. *num.* 24. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 26. *quæst.* 10. Flores de Mena *var. lib.* 1. *quæst.* 3. *num.* 6. Less. *de iust. lib.* 2. *c.* 37. *num.* 27. Campanil. *in diuersor. iuris, rubr.* 11. *c.* 13. *num.* 393. Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol.* 184. *num.* 1. Garcia *de benefic. p.* 10. *c.* 2. *num.* 54. Perez de Lara *de anniuers. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 35. & Gonzal. *ad regul.* 8. *gloss.* 6. *n.* 132. Quocirca absenti non currit tempus, aut impedito, *c. quia*, & gloss. *de concess. preben.* videlicet, si absit causa Reipublicæ, vel sit in carcere iniusto detentus, & non habeat tutum accessum. Similiter, si est impeditus, Valasc. *consult.* 130. *num.* 31. Flamin. *de resignat. lib.* 11. *quæst.* 13. *n.* 11. Gutier. *pract. lib.* 3. *quæst.* 34. *num.* 21. Garcia *d. part.* 10. *c.* 2. *num.* 17.

Porrò institutio cùm sit actus extraiudicialis, potest fieri die feriato, atque extra territorium, & diœcesim; sicut præsentatio dummodo fiat extra sententiam, & strepitum iudicij, Lambertin. *de iure patron. lib.* 2. *part.* 3. *quæst.* 2. *num.* 12. potestque fieri in loco quocunque honesto, Lambert. *art.* 10. nisi cum plena causæ cognitione ad institutionem procedatur, Lamber. *suprà art.* 11. Roch. *verb. competens alicui, quæst.* 34. Non est tamen tempus à iure præfixum Ordinario ad instituendum: sicut præfixum est collatori ad conferendum, Anastas. Germon. *de indult. Cardin.* §. *volumus, à num.* 76. Roch. *de iur. patron. verb. honorificum, num.* 55. Garcia *d. part.* 10. *cap.* 4. *num.* 1. & Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol.* 260. post alios, potest tamen compelli instituens ad instituendum, præfixo priùs certo termi-

no per superiorem ad instituendum intra illum, puta, si ad Episcopum pertineat institutio, poterit eius Metropolitanus Episcopo limitare tempus, eiusque negligentiam supplere; quio potiùs vbi primum Episcopus sine causa de die in diem institutionem prorogat, appelletur ad eius Metropolitanum, Lambert. *suprà lib. 2. part. 3. quæst. 2. art. 6. & art. 7.* Praxis Episcopalis *part. 2. verb. ius patronatus, §. 8. dub. 3.*

Si autem ex negligentia instituentis, aut conferentis deuoluatur institutio, seu collatio ad Superiorem, ipse habebit semestre ad instituendum, aut conferendum, Abbas *in cap. causam quæ, num. 6. de electione*, Ricc. *in praxi aurea resolut.* 184. *num.* 1. Garcia *de benefic. part.* 10. *cap.* 2. *à principio*, & alij, quos referens sequitur Barbos. *part.* 3. *alleg.* 58. *n.* 1. vbi *num.* 2. id extendit ad omnia beneficia etiam in Cathedralibus, & aliis Ecclesiis, tam sæcularibus, quàm regularibus constituta, & Hospitalia conferuntur in titulum beneficij, & semestre currit à die notitiæ, *cap.* 2. & *ibi* gloss. *verb. infra sex menses, de concess. præbendæ*, Caputaq. *decis.* 348. *p.* 3. dicens hoc habere locum etiam præfiniente testatore tempus ad præsentandum, & instituendum, quia voluntas testatoris debet præsumi secundùm dispositionem iuris.

13. Quæstio nona, quando habeant patroni ius præsentandi in actu? Duenn. *regul.* 279. tradit patronos in habitu habere ius præsentandi; illud tamen non habere in actu, nisi à tempore vacationis, Cassador. *in titulo de iure patron. quæst.* 5. vbi addit præsentationem à patrono factam, viuente adhuc beneficiario, adeò nullam esse, vt neque per mortem ipsius beneficiatij conualescat. Quòd autem sit nulla præsentatio ante vacationem, ostenditur *in cap. cùm dilecta, vltimo, de concess. præbend.* Non conualescere autem per mortem beneficiarij ex eo patet, quia cùm lex à principio resistit, superueniens causa nulliter gesta non confirmat: sicut non conualescit collatio beneficij laico facta per superuenientem Ordinem Clericalem, Selua *de beneficiis, p.* 3. *quæst.* 6. & deducitur ex §. 1. *Instit. de exhæred. liber.* ibi, *Alioquin, si eum silentio prætericrit, inutiliter testabitur, adeò quidem, vt si viuo patre filius mortuus sit, nemo heres ex eo testamento existere possit, quia scilicet ab initio non constiterit testamentum.* Ecce qualiter constitutio facta Procuratori ad præsentandum tempore, quo beneficium non erat vacans, contingente postea per obitum possessoris vacatione, neutiquam confirmari. Cassador. *de iure patron. quæst.* 5. sic in nostro casu; & ex consequenti non valet citatio pro electione facienda viuente adhuc Prælato, quamuis postea moriatur, *cap. bonæ, de electione, el secundo*: secus si post mortem illius antequam mortuus Prælatus tradatur sepulturæ; nam quamuis ad electionem noui Prælati non procedendum sit, antequam tradatur sepulturæ, vt per Petrum de Biaxio *in director. electionum, part.* 3. *cap.* 2. Frater Emmanuel *regular. tom.* 1. *quæst.* 52. *art.* 13. *in principio*, Petr. Greg. *ad Decretal. tit. de electione, num.* 25. & Gonzal. *super regul.* 8. *gloss.* 11. *num.* 4. nihilominus, si procedatur, valet electio, Miranda *in manuali Prælatorum, tom.* 2. *quæst.* 23. *art.* 10. *conclus.* 1.

14. Quæstio decima, an patroni possint se ipsos præsentare? Responsio est negatiua, vt per Tiraq. *de iure primogeni, quæst.* 33. *num.* 1. Spino *in speculo testamenti gloss.* 4. *principio, num.* 80. Azor *instit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 21. *quæst.* 1. & 2. Flamin. *de resignat. lib.* 9. *quæst.* 17. *num.* 122. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. decis.* 36. *à num.* 1. & Reginald. *in praxi for. pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 222. potest tamen patronus præsentare filium, aut nepotem, seu consanguineos, ita præcitati, ex glossa *verb. filij in cap. quia clerici*, & gloss. *verb. propria authoritate, in cap. consuluit, de iure patron.* & Roland. *consil.* 47. *n.* 49. & 61. *cum sequentibus, volumine primo.*

Quòd si plures patroni fuerint clerici, aut vnus laicus, & alter clericus, bene possunt ex se ipsis vnum nominare, & præsentare, *gloss. final. in cap. consuluit* 15. *de iure patronatus vers. sed si plures*, Azor *instit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 2. *quæst.* 3. Vgol. *de officio Episcopi, cap.* 51. §. 2. *n.* 1. Aloys. Ricc. *in praxi rerum for. Ecclesiast. resol.* 179. *n.* 3. *in* 2. *edit.* & Mar. Antonin. *var. resolut. lib.* 1. *resol.* 51 *n.* 5. & Viuian. *in praxi iuris patronatus, part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 7. vbi *n.* 8. addit non posse clericum simul cum compatronis se ipsum præsentare, sed præsentationi intra præfixum tempus à solis compatronis factæ consentire, quod etiam probat Mari. Antonin. *d. resolut.* 51. *num.* 5. post Abbatem *consil.* 25 *vol.* 2. Ratio esse potest, quia debet esse differentia inter dantem, & recipientem, & inter præsentantem, & præsentatum, & inter eligens, & electus, Flamin. *de resignat. benef. lib.* 9. *quæst.* 17. *num.* 109. Bellet. *disquisit. cleric. part.* 1. *tit. de bonis clericorum* §. 11. *num.* 23. & constat ex *cap. cùm ad nostram* 7. *seu vltim. de institution.* per textum *ibi, Cùm inter dantem, & recipientem*, & gloss. *ibi*, quam sequuntur Campanil. *in diuersorio iuris rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 398. Spino *in specul. testam. gloss.* 4. *principal. num.* 80. Reginald. *in praxi for. pœnit. lib.* 30. *tractatu* 3. *numero* 222. *versic. notandum.*

Ad hæc gloss. *in d. cap. ad nostram, verb. Dantem*, proponit quæstionem sequentem per hæc verba: Sed quid, si ipse, id est, habens potestatem dignitatem conferendi, nunquid possit ab illo illam recipere, vt sic non videretur eam recipere à se ipso? &c. Quam pro negatiua primò excutit, deinde pro affirmatiua, concluditurque habentem facultatem transferendi, si suum ius omnino à se abdicet, posse recipere beneficium, aut eligi ab illo, quia non eligitur à se ipso, sed ab illo in quem ius conferendi translatum est: secus si eligatur, seu præsentetur vti à ministro, vel à Procuratore ipsius, quia quod illi non licuit per se ipsum, sic etiam non licebit per ministrum suum, neque per Procuratorem suum, Flamin. *d. quæst.* 17. *num.* 113. & Campanil. *vbi proximè c.* 13. *n.* 399. neque etiam Procurator constitutus à patrono potest præsentare patronū, nec se ipsum, Gonz *ad reg.* 8. *gloss.* 2. *n.* 57. & *seq.* vbi concludit cum Bursato *consil.* 395. *n.* 24. & cum aliis Procuratorem ad resignandum in fauorē personæ per Procuratorem eligendæ, non posse se ipsum eligere. Quinimò substitutus à tali Procuratore nequit patronum, aut suum principalem Procuratorem præsentare, Lambertin. *de iure patron. lib.* 2. *part.* 1. *quæst.* 8. *art.* 9. & 10. Viuian. *in praxi iuris patronatus, cap.* 8. *n.* 9.

Quæstio vndecima, an patroni intra tempus præsentandi possint variare? Responde patronum 15.
Ecclesiasticum non posse variare. Ratio, quia præsentatio Ecclesiasticorum habet vim electionis, in qua electione non potest stare variatio, eo quòd per electionem acquiritur ius in re, *c. publicato, c. quod sicut, de electione.* In præsentatione laici aliter euenit, quia præsentatus non in re, sed ad rem, ius habet per præsentationem, Abbas *in c. cùm Bertoldus, opposit.* 2. *de re iudicata*, Mari. Antonin. *d. lib.* 1. *resolut.* 104. *num.* 23. Flamin. *de resignat. lib.* 2. *quæst.*

*quæst.23.num.12.& lib.7.quæst.1.ex num.*78.Gonzal. *gloss.*15.§.2.*num.*1.Viuian.*d. part.2.lib.*8.*c.*9. Accedit alia ratio, quòd clerici meliùs habent notitiam de idoneitate eorum,qui præsentari debent. Tertia ratio,quòd laici patroni habent quadrimestre ad præsentandum; alij autem semestre, *cap. vnico, §.verò, de iure patronatus in* 6. quod non possunt facere patroni laici, Lambertin.2.*part. lib.*2. *quæst.*7. *per totam*,Gutier. *de iuramento confirm.* 3. *p. cap.*13.Zauallos *quæst.* 265. & 293. Gonzal. *ad regul.* 8.*gloss.*56. vnde patroni laici possunt variare ante institutionem Episcopi, & alium successiuè præsentare accumulando, sed non possunt recedere à prima præsentatione sine causa. Hæc autem variatio pro prima vice censetur data laicis semel. Calderin.*cons.*16.*de iure patron.*Gomez *in cap.cùm in multis, de rescriptis in* 6. *num.* 35. Nauarr. *in cap. placuit,de pœnit. dist.*6.*num.*167.& 171. & Aymon. *cons.*63. *num.* 3. Posse autem variare tenet sæpiùs, traditque gloss. *in Clementina plures*, §.*final. verb. plures,& verb. præsentare, de iure patron.*& Spino *in speculo testam. gloss.*4.*num.*75.

Potest autem hæc variatio fieri semel, atque iterum cumulando, non tamen tertia, vel quarta vice,Roch.*verb.honorificum,quæst.*10. Nauar.*in cap. placuit,de pœnit. dist.*6. *num.*167. & 171. Cald. Pereira *de potestate eligendi,cap.*3.*n.*19. Garcia *part.*5. *cap.*9. *num.*214. & Viuian. *de iure patronat. part.*2. *lib.*10.*cap.*4.quamuis fiat variatio à patronis laicis per viam scrutinij, publicato scrutinio, aut etiam si patroni sint ex priuilegio, vel ex præscriptione, Abbas *in d.cap. publicato, num.*5. *de electione*. Lambertin. *lib.*2. *part.*2.*quæst.*7. *art.*18. Similiter potest variare Procurator patroni laici; nisi habeat tantùm potestatem limitatam ad præsentandum vnicum,Lambertin.*de iure patronatus, part.*2. *quæst.*7. *art.*17.& Viuian. *d. part.*2.*lib.*10.*cap.*3.*num.*1.& 2.

Patronus item Ecclesiasticus post primum præsentatum, si præsentet alium, variando nullam pœnam incurrit,nisi præsentet indignum,præsentatio tamen præualet,illique attenditur,Lambertin.*lib.* 2.*quæst.*7.*art.*9. & Roch.*d.verb. honorificum, quæst.*9. *à num.*31. quæ primo loco facta est. Rota Roman.*decis.*16.incipit,*Patronos clericos,de renunc.* Clericus habens ius patronatus ratione sui patrimonij æquiparatur patrono laico: ideo variare potest, & alterum præsentare; sicut patronus laicus, Gutier. *de iuramento confirmatorio, part.*3. *c.*13. *num.* 12. æquiparari autem laicali patrono clericum in hoc casu vult Cabed. *de patronatibus regiæ coronæ cap.*35.*num.*3. quia huiusmodi ius patronatus non dicitur Ecclesiasticum, vt per Felinum *in tract. Quando littera Apostolica,ampliat* 5.*sed laicale*, Aloys.Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesi.resol.* 152. *num.*2.Perez *l.*2.*col.*5.*vers.quod procedit,in fine,tit.*6. *lib.*1.*ordin.*& habetur *in cap.cùm dilectus*,28.*de iure patronat.*per textum,ibi, *in eo quòd tanquam Clericus*, & infrà, *non primus, sed secundus.*

Contrà verò quando ius patronatus est Ecclesiasticum, non datur variatio, adeò, vt si beneficium habeat duos compatronos, alterum clericum, alterum laicum, concordes in præsentando Titium; deinde laicus, si variando Sempronium præsentauerit, Titius est instituendus, Abbas *in c. cùm autem, num.*4. *de iure patronat.* & Tiraquel. *de iure primog.quæst.*17.*opinion.*11. *n.*5. Quòd si à principio non fuerint concordes, laicus poterit variare ante institutionem Episcopi; & alium successiuè accumulando præsentare, non verò Ecclesiasticus,Lambertin.*part.*2.*lib.*2.*quæst.*7.*art* 22. Flam.*de resignat.lib.*2.*quæst.*23. *num.*13. Gregor. Lopez *l.*6. *tit.*15.*partit.*1. Spino *in speculo testam gloss.*4.*principal.à num.*73. Caualcan. *decis.* 10. *num.* 61. *part.* 3. Ceuall.*commun.contra commun.quæst.*265. & *q.*695. Viuian.*in praxi iuris patron. part.*2. *lib.*10. *cap.*1. & alij,quos sequitur Garcia *de benefic. part.* 5. *cap.* 9. *num.*221. & Aloys.Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. resolut.*156.

Quando autem sunt compatroni Ecclesiastici simul, & laici, non solùm clerici habent semestre ad præsentandum,sed & eorum causa compatroni laici. *cap.vnico,de iure patron.in* 6.& *ibi* Barbos.*n.*6. *pag* 337.ratione communionis,*gloss.final. in d.cap. vnico,§.verò*, & *ibi* Archidiaconus,& Franc.Roch. *verb.ius num.*15.& Selua *de benefic.* 3. *part.quæst.*11. *num.*18. Patroni item Ecclesiastici possunt facere præsentationem alternatiuam, & plures simul præsentare, vt vnum ex illis Episcopus instituat. Caiet.*in repetitione c.fin.de elect.in* 6.Bertach.*in repert. verb. præsentatio vltima*, Roch. *suprà q.*9.*n.*34. & Gregor.Lopez *l.*6.*gloss.penult.tit.*15.*pag.*1.

Quid ergo si patroni præsentent indignum? eligentes scienter indignum priuantur ipso iure electione, & ius eligendi amittunt, Tiraquel.*in* §. *hoc sermone limit.*1.*n.*32. Bellacomb.*tom.*1.*commun. opin.lib.*1.*tit.*5.*n.*22.*pag.*171.Molin.*de primog.lib.*2. *cap.*4.& Cald.Pereira *de potest. eligendi,cap.*1.*n.*60. *ex gloss.*3.& Bartol. *ibi, num.* 4.*in l.cùm quidam* 24. *ff. de legat.* 2. quod in electore officij sæcularis etiam habet locum, si eligat indignum, iure ampliùs eligendi priuatur, per Albericum *in l. eum qui certarum*, §. *final. num.* 13. *ff. de verbor. obligat.* Quare patronus Ecclesiasticus præsentans indignum scienter, iure præsentandi priuatur, sicut eligentes. Mar. Antonin. *variarum resolutionum, lib.*1. *resol.*19. *num.* 15. & Aloys. Ricc. *in collectan. decis.part.*4. *collect.*1029. & *in praxi aurea resol.*441. *à principio*, & habetur *in cap. cùm in cunctis, de electione*, §. *clerici.* Contrà verò, si Vicarius Episcopi conferat beneficium indigno,non propterea Episcopus conferendi potestate priuabitur, Rebuff. *in praxi benefic. tit. form. vicariatus, num.* 140. & Sbrozius *de Vicario Episcopi, lib.*3. *quæst.*7. vbi declarauit id esse verum,nisi Episcopus ratam habuerit collationem.

Laicus verò præsentans indignum scienter, in eo casu pro prima vice iure præsentandi priuatur, §.*si quis oratori,in Authent.de sanctiss. Episc.collat.*9. Aretin. *in l. serui electione, col.*3. & *ibi* Ripa *num.*5. *ff. de legat.* 1. Vgolin. *de potest. Episcop. cap.*51. §.1. *num.* 4. *vers. secundo*, Rochus *de iure patron verb. honorificum, num.*15. sicut conferens indigno beneficium,scienter priuatus est conferendi potestate.Rebuff.*in praxi tit.pœna contra collatores indignis conferentes, num.* 1. & Cardinal. Mantica *Rota decis.*158.*num.*2. ex eo,quia debuit priùs scire conditionem illius,cui confert beneficium, ex Rebuffo *in praxi sub titulo de deuolut. num.*10. & *ex tit. pœna contra collatores à num.*2.& 3. nam antequam conferat,debet diligenter inquirere de vita, & moribus;proinde præsentatio indigni est ipso iure nulla,Nabarrus *in cap.si quando,except.* 11. *pag.* 83. *de restitut. spoliat.* Caldas Pereira *de potest. eligendi cap.*1. *num.*62 & peccant mortaliter, Azor *part.*2. *instit.moral lib.*6. *cap.*21. & pro ea vice si sint patroni Ecclesiastici priuantur iure præsentandi,sicut eligentes, vt dictum est, *cap. cùm in cunctis*, §. *vltim.de electione*, Aloys. Ricc. *in praxi aurea resolut.*441.patroni tamen laici,vel clerici ratione patrimonij præsentantes minus idoneos intra quadrimestre

drimeſtre poſſunt alium præſentare idoneum, *cap. cùm vos*, vbi gloſſ. *verb. minus idoneè*, *de officio Ordinarij.*

16. Quæſtio duodecima, an patronis non præſentantibus intra terminum temporis præfixi poſſit Epiſcopus prorogare tempus patrono petenti, aut illum admittere ad præſentandum, aut prouidere de rectore Eccleſiæ? Reſpondetur primò poſſe Epiſcopum ex cauſa prorogare tempus patrono antequam elabatur omnino quadrimeſtre, eritque vera prorogatio, per *l. & ſi manente, ff. de precario*, & *ibi* Albet. *in verb. prædicta gloſſ. in l. 4. in principio, ff. de damno infecto*, & *ibi* Bartol. *verb. quæro*. Poteſtque fieri prorogatio in vltimo temporis momento, cenſebiturque facta cum eiſdem qualitatibus, & conditionibus, quibus erat factus primus actus, *l. Labeo §. hæc autem, ff. de arbitris*. Bartol. *in l. 1. §. & poſt operis ff. de oper. non.* & eſt communis. Non poteſt tamen fieri prorogatio ad maius tempus in primo termino comprehenſum, ſed ad tantundem, vel ad minus, Baldus *in cap. vltimo, de conſuetudine, & in cap. de cauſis, num. 6.* & *ibi* Felin. *de officio delegati*, & Francus *in cap. sua nobis, de appellat.* idem tradit Mandoſ. *in tractatu de ſignatura gratiæ, ad finem, pag. vltima*, dicens poſſe prorogari ab Ordinario patronis tempus præſentandi, vt poſſint meliùs deliberare pro idoneo præſentando, vel propter aliam iuſtam cauſam, ex quo non agitur de præiudicio alicuius, niſi ipſius prorogantis, Bartol. *in d. l. 1. d. §. & poſt operis*, & Alexand. *in l. cùm ſtipulatus ſim, ad finem, verſ. & quia, ſi terminus, ff. de verbor. obligatio.* & ita concluſum fuit in Rota, teſte Creſcent. *deciſ.* 148. in manuſcriptis, vt ait Flamio. *de reſignat. lib. 7. quæſt 29. num.* 11. ſubdens Ordinarium poſſe in ſui præiudicium prorogare tempus patronis ad præſentandum ad quatuor, vel ſex menſes, cùm habeat poteſtatem ad omnia non prohibita de iure communi, nec per talem prorogationem fit contra aliquod conſilium generale, vt habetur *in deciſ. antiquioribus, de conceſſ. præbend. deciſ. 5. num. 3. fol. 519.*

Quamobrem à fortiori poterit extra tempus Epiſcopus admittere patronos ad præſentandum, Maſcard. *de probationibus, tom. 3. concluſ.* 1219. *n. 6.* ex traditis à Lambertino *in tract. de iure patronat. art. 25. 1. quæſt. & art. ſequent.* per text. *in cap. 2. de ſupplen. negl. Prælat.* ponderando ibi verbum *liceat*, per quod ponitur cauſa in voluntate illius, cui licet. Si autem noluerit poſt lapſum tempus ad præſentandum admittere patronos, vt præſentent, neque antequam elabatur prorogare, eo tranſacto liberè de rectore Eccleſiæ in Eccleſia prouideòit, *cap. ſi verò* 12. *de iure patron.* vt per Spin. *in ſpec. teſtam. gloſſ. 4. principal. num.* 18. ne Eccleſia diu paſtore deſtituta ſit, argum. *c. ne pro defectu*, *c. cùm inter vniverſas, de elect. & cap. 1. ne Sede vacante*, pro illa tantùm vice, quia patronus non priuatur omnino iure ampliùs præſentandi, ſed pro illa vice duntaxat. text. *in cap. cùm propter, de iure patron.* & *ibi* ſcribentes *in verb. non differas.*

17. Quæſtio decimatertia circa patronum excommunicatum? Aliqui, quos referunt Domini de Rota *in deciſ. antiquior. deciſ. 2.* incipit, *Patronus excommunicatus, de iure patron.* volunt patronum laicum, quamuis ſit excommunicatus, poſſe præſentare, eo quia actus facti non ſunt prohibiti patrono excommunicato, Abbas ita *in cap. veritatis, de dolo, & contumacia*, vbi addit hoc eſſe indubium; ſed præſentare eſt quid facti: ergo quamuis fiat à patrono excommunicato, erit valida: quia patronus laicus nihil, vel parum iuris habet circa diſpoſitionem beneficij, niſi de quadam gratia: vnde totalis diſpoſitio cenſetur potiùs dependere à poteſtate Epiſcopi inſtituentis, & ex conſequenti, inſtitutio valebit, quidquid ſit de præſentatione patroni laici excommunicati, quoniam attenditur ad inſtitutionem Epiſcopi, tanquam quid tribuens vim in beneficio potius, quàm ad præſentationem.

Nihilominus oppoſitum magis placet, eo quòd patronus excommunicatus non poteſt eligere, vt ait Innocentius *in d. cap. veritatis*, & *ibi* Abbas: ergo non poterit præſentare, quod etiam tenuit Lapus *in allegatione ſua* 8. incipit, *Præſentans, circa medium*, dicens ſi præſentans, vel præſentatus eſt excommunicatus, præſentationem eſſe nullam: iuuat gloſſ. *in cap. vltimo*, per textum *ibi, de electione, lib. 6.* vbi dicitur excommunicatum ad beneficia eligi, præſentari, ſeu nominari non poſſe; ſequitur Roch. *verb. honorificum q. 4. num.* 19. Lambertin. *part. 1. lib. 2. quæſt. 9. art.* 11. Soar. *tom. 5. diſp. 4. ſect. 7. num.* 10. & Axor *part. 1. lib. 6. cap. 7. quæſ. 8.* igitur in noſtro caſu inſtitutio facta ab Epiſcopo ad præſentationem patroni laici excommunicati nulla erit omnino, nec ratio conuincit, dum ait præſentare eſſe quid facti, cùm ipſa præſentatio ſit actus iuris; quia dicitur ius annexum ſpiritualitati, hoc eſt, inſtitutioni, vt tenet Abbas *in cap. quanto, in 2. col. de iudic.* quam opinionem docet Lambertin. *de iure patron. part. 3. lib. 2. quæſt. 3. art. 4.* quem ſequitur doctiſſimus Couarr. *priori parte relect. in cap. Alma mater, §. 7. num. 9. verſ. ego verò*, dicens, inſtitutionem factam ab Epiſcopo de præſentato à patrono laico excommunicato nullam eſſe, neque diſcrimen poſitum à ſequentibus partem contrariam concludit.

Ex dictis à fortiori ſequitur præſentationem factam à patrono clerico excommunicato eſſe nullam, & in conſequentiam inſtitutionem factam; eo quia præſentatio, quæ fit à patrono clerico, habet vim electionis, *cap. cùm autem*, & *ibi* ſcribentes, *de iure patronatus*, nam ex tali præſentatione transfertur ius in beneficium, nec fertur totale ius ab Epiſcopo per inſtitutionem: proinde cùm concurrat actus factus partim à perſona inhabili, nimirum à patrono clerico excommunicato, non potuit pro alia parte valere inſtitutio, quæ reſolutio eſt ſatis conſona rationi: & idem in effectu concludere videtur Rota *ſub tit. de inſtitutionib. deciſ. vnica, in antiquis*, quæ omnia probat Rochus de Curt. *de iure patron. verb. competens alicui, à num. 20. vſque ad 23. fol. 37. &* 38. Flamin. *de reſign. lib. 11. q. 1. n. 18.*

Eodem modo reſignatio facta ab excommunicato in fauorem tertij non valet, Soar. *tom. 5. diſp. 14. num. 35. ſect. 2. fol.* 377. quia excommunicatus non poteſt conferre: ergo nec reſignare in fauorem tertij, quia id eſt ſuo modo conferre, vel ſaltem præſentare cùm reſignet, nec aliàs, nec alio modo, argumento excommunicati, in quem non poteſt beneficium reſignari, vt fuit reſolutum *in vna Gneſnen. præceptoria*, coram Cardin. Sanctæ Crucis 23. Martij 1547. teſte Puteo *deciſ. 11 de renunc.* in manuſcriptis, ſicut permutatio facta cum excommunicato eſt nulla ipſo iure, text. *in cap. poſtulaſtis, de cler. excomm. miniſt.* Nauar. *conſ. 3 num. 4. eodem titulo*, & Flamin. *de reſignat. lib. 4 quæſt. 3. ex num.* 44.

Oppoſitum tamen eſt ſequendum ex tradita regula à Sanchez *de matrimonio, diſp. 42. num. 2.* dicente

cente priuatum ipſo iure beneficio, non poſſe in fauorem alicuius reſignare, quòd nullum ius illi in beneficium ſuperſit, quam regulam probat Flamin.*lib.3.de reſignat.quæſt* 1.*num.*21. Cùm ergo excommunicatus non amiſerit beneficium ipſo iure, poterit reſignare in fauorem, cùm retineant titulum, & ſit in poſſeſſione. Item excommunicatus poteſt permutare beneficium, vt tenent ſcribentes *in rubric.de rerum permut.* Conanus *lib.3. Commentariorum,cap.1.num.7.* & Lopez *in l.1.tit.6. partit.5.* ex eo fundamento, quia excommunicatus poteſt celebrare contractus, & ab eo facti valent. *c.felicis,§.verum, de pœnis, lib.6. cap. quoniam multos* 17. *quæſt.3.*ibi, *& emere,& accipere ab excommunicato.*

Nec obeſt Coſmas *in pragmatica Sanctionum tit. de collationibus §. inſuper*, quem ſequitur Couarr. *in cap. Alma, part.1. §.7. verſ.quinto*, hinc conſtat dicentes permutationes beneficiorum non poſſe fieri ab excommunicato. Quoniam omnes contractus ſunt de iure gentium, *l. hoc iure, de iuſt. & iur.* excõmunicatio verò eſt inducta de iure poſitiuo, *l. quidam, de pœnis*, atque ita per prohibitionem factam excommunicatis non cenſetur prohibitum celebrare contractum, & ſub permutatione continetur reſignatio, Flamin. *lib.11. de reſignat.quæſt.5. num.* 16. Quare contractus, quamuis ſint prohibiti excommunicatis, quod negamus abſolutè; attamen ſi fiant, non ſunt omnino nulli; quamobrem excommunicatis eſſe integrum reſignare, & permutare, eſt valde probabile, per ſuprà dicta, quam probat Spin. *d.part.* 11. *ex num.* 67 *& ſequent.* ſed probabilius eſt, quod tradit Suarius *ſupra poſt Cou. d.§.7.verſ.quintò.*

18. Quæſtio decimaoctaua. Quid dicendum de patrono ſpreto, ſiue ſit Eccleſiaſticus, ſiue laicus? Flamin. *de reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 4. *a num.* 4. tradit renunciationem, ſeu collationem, ſeu permutationem factam ſpreto patrono eſſe nullam. Ratio, quia patronorum intereſt ne beneficia dimittãtur ſine conſenſu patronorum, qui debent inquirere de idoneitate illorum, item quia aliter patroni retrahuntur à fundatione, & dotatione Eccleſiarum, vt notatur *in gloſſa in cap.cùm dilectus, de iure patron.* Gemin. *in cap. 2. poſt num.*11. *de præbendis, lib.6.* & cedit in detrimentum, ac præiudicium patroni hoc fieri, eo non vacato, vt latè per Rochum *in tract.iuris patronatus, verb.honorificum q.3.*

Sed meliùs ipſe Flaminius ſuprà *num.* 16. cum communi ſtatuit, reſignationem factam ſpreto patrono poſſe annullari; non tamen eſſe nullam ipſo iure, ſed annullandam propter contemptum, vt fuit pluries reſolutum in Rota: vnde ab initio erit valida de æquitate, & conditionaliter, & ſic non eſſe nullam ipſo iure, ſed irritandam, ſemper enim requiritur conſenſus patroni, ſiue ſit laicus, ſiue clericus, & hoc eſſe de mente omnium tradit Flamin. ſuprà *num.* 20. niſi labatur tempus præſentandi, ſeu contradicendi, quia tunc videtur patronus habere ratam collationem, ſeu reſignationem; ſicut conualeſcit reſignatio facta ſine conſenſu, eo poſtea ſuperueniente; quemadmodum cenſetur ſuperuenire quoties patronus facti conſcius non reclamat.

Accedit patrono laico inuito, aut irrequiſito non poſſe Epiſcopum, aut alium Ordinarium diſponere de Eccleſia patronata, *gloſſ.pen ad medium in c.cùm dilectus, de iure patron.* & talem diſpoſitionem eſſe nullam, *cap. decernimus* 16. *quæſt.*7. vel ſaltem irritandam, ſecundùm Abbat. *in d. cap. cùm dilectus.* Quin etiam nec Legatus Papæ Eccleſiam iuris patronatus laici poteſt conferre, ſecundùm gloſſam *in cap. illud, de iure patron.* vbi Abbas *n.*8. vult hoc procedere etiam quando Papa concedit ſuo Legato, vt diſponat de beneficiis patronatis inuitis patronis; quia non videtur intellexiſſe de laicis, aut de clericis, qui ſunt patroni ratione ſui patrimonij; eo quòd ius hoc patronatus non eſt Eccleſiaſticum, Felin. *in tract. Quando littera Apoſtolica, ampliat.*5. Cabed. *de patronatibus, cap.35. ex num.* 1. vbi *num.* 5. ampliat, quando præſentatio competat ſimul patrono clerico, & laico, adhuc Legatus nequibit diſponere de beneficio ſine præſentatione laici ſaltem; non enim patronus laicus propter conſortium clerici priuari ſuo iure debet.

Nihilominus S. Pontifex poteſt derogare nedum iuri patronatus Eccleſiaſtico, ſed etiam iuri patronatus laicali, gloſſ. communis *in Clement.* 2. *verb. Apoſtolicis, de præbendis*, Innoc. *in cap.cùm dilectus, de iure patronat.* Ioann. Andr. Gemin. & Franc. *in cap. 2. de præbend. in 6.* & Couart. *practic. quæſt. cap.* 36. eo quia Pontifex eſt Dominus abſolutus, ac beneficiorum Eccleſiaſticorum diſpenſator, & ſic ſupra ius, *cap. cuncta per mundum*, 9. *quæſt.* 3. Archid. *in cap.1.in fine* 16.*quæſt.*7. vbi communiter ſcribentes. Semper tamen debet exprimi apertè derogatio iuris patronatus laicorum, nec præſumitur niſi exprimatur in litteris, gloſſ. *in d. Clementina 2. verb. Apoſtolicis*, Abbas *in cap. dilectus, num.4. de officio leg.* Cauarr. *d.cap.36.col.3.* ideo non ſufficit clauſula generalis derogatoria, Felin. *in tract. Quando littera Apoſtol.* nec ſufficit, ſi addatur in litteris, quamuis ad alicuius præſentationem, ſeu collationem beneficium pertineat. Quia hæc verba non capiunt beneficia ad præſentationem laicorum ſpectantia, ita Ioann. Andr. *in cap.dilectus, de offic.legat.* & eſt communis ſententia, vt per Couart. *in pract. quæſt. cap.36. col.5.* Secus dicendum de beneficiis iuris patronatus Eccleſiaſtici; huic enim derogatur per ſimplicem collationem factam à S.Pontifice, Caſſad. *deciſ.* 4. *tit. de probat.*

His adde ex Felino *in tract. Quando littera Apoſtolica noceant patron.col.6. ampliat.*8. quòd quando ius patronatus competit alicui Regi, Principi, Duci, Marchioni, vel alij Magnati, non ſufficere ſpecificam mentionem de iure patron. laicorum, vt derogetur his patronis; niſi de illis adhuc S. Pontifex faceret ſpecificam mentionem nominatim; nec ſufficere ſpecificam mentionem de iure patronatus laicorum. Quin etiam ſi contingat vacare beneficia, in quibus habet patronus ius patronatus, in menſibus Papæ, aut Romæ, gloſſ. *in cap. 2. de præbend. in 6.* tradit manere in præiudicium patroni laici Summo Pontifici reſeruata; ſed probabilius eſt, non manere, Alexand. *conſil.* 75. *Viſis, in princ.lib.*4. Cabed. *de patron.d.cap.35.num.*8.

Hinc ſequitur ius patronatus in donationibus factis à Rege non comprehendi, niſi exprimatur ſpecifice, Cabed. *deciſ.27.num.10.part.2. & de patronatibus, cap 3.num.3. per legem noſtram, lib.2. tit.35. §* 6. & clariùs §.24. Barbol. *allegat.71.n.22.* quamuis de iure communi contrarium dicendum ſit, per *cap.ex litteris, & cap. cùm ſecundùm, de iure patron.* Quocirca quando lex in aliquo caſu diſponit, vt fiat expreſſa mentio alicuius rei, ſeu iuris patronatus regiæ coronæ, non ſatis eſt, quòd fiat mentio, per relationem ad aliud, quia quod fit per relationem, non dicitur propriè fieri, nec hoc modo ſatisfit legi exigenti ſpecificam, & expreſſam mentionem, Felin. *in cap. tranſlato, num.5.* Quare expreſ- 19.

ſio

sio relatiua non sufficit, quando quid parenter fieri debet, vt per Tiraquel. *de iure mariti gloss.* 7. *num.*20. per textum *in cap. per tuas* 40. *de sentent. excommun.* ibi, *fuisse patenter expressum*, sequitur Barbos. *eodem cap. num.* 4. Sicut quando aliquid expressum requiritur simpliciter, tunc enim sufficit, quòd tantum colligatur ex mente, & ex identitate rationis, vt per Xuar. *in l. post rem iudicatam, super leges Regni, ampliat.* 2. *num.* 5. *col.* 2. & per Bernard. *regul.* 275. Surd. *decis.* 254. *num.* 40. *& decis.* 255. *n.* 23. & Ioseph. Sesse *Aragonia dec.* 65. *n.* 31.

Secus quando lex decernit, quòd aliquid expressè, & specificè non habeatur pro concesso, nisi specificè exprimatur; tunc non censetur concessum per clausulas generales, quantumcunque exuberantes, præsertim in materia iurisdictionali, quæ in Lusitania nunquam censetur concessa, nisi de ea fiat mentio; nec censentur species iurisdictionis tributæ, nisi specialiter donentur, Valascus *de iur. emphyt. quæst.* 8. *num.* 25. & constat ex *lege Lusitana, lib.* 2. *tit.* 45. §. 2. ibi, *expressamente lhe for outorgado*, & *in fine*, ibi, *por nos concedido*, *&* §. 10. *eodem tit.* 45. *vers. & quanto*, in illis verbis, *Emque expressamente for declarado.* Cùm ergo in donationibus regiis specificè non fuerit facta mentio expressa de regiis patronatibus, non censentur per Regem donati, quamuis donentur bona, seu oppida, quibus annexum est ius patronatus, nisi illud nominatim, & verbis specialibus vltra bona, aut oppida, à Rege donetur.

Idem dicendum est de reseruatis à Principe, quæ nunquam censentur concessa in generali concessione, aut donatione, nisi in concessione specificè concedantur, Valascus *suprà d. quæst.* 8. *num.* 25. *ad finem*, & ita seruatur in nostro Regno, vbi multoties fuit iudicatum, teste Cabed. *decis. part.* 2. *decis.* 12. *num.* 2. *& sequent.* nec sufficit reseruatio per tacitam voluntatem Regis reseruatis nonnullis, vt ex hoc censeatur reliqua omnia voluisse concedere, quoniam quando lex aliquid expressè fieri præcipit, non satisfacit, qui facit tacitè, Iason *in l. Prætor, in principio*, *ff. noui oper. nunciat.* nec sufficit, si fiat verbis generalibus, Afflict. *decis.* 44 *num.* 13. per notata *in l. secunda § quæsitum*, *ff. si quis cautio.* & dicit Angel. *in Authent. de hæred. & falcid. §. si verò expressim*, quod non videtur satisfactum legi, quando lex requirit aliquid specialiter fieri, seu expressim, si fiat verbis generalibus, vel si fiat mentio descendens ex consequentia verborum, vel quæ deducitur ex coniecturis: id enim non dicitur expressum positum in lege nostra *d. tit.* 45. *ibi* §. 19. *vers. Pero nam he nossa tençam*, & infrà, *particular, & express[a] mençam*, per quæ verba lex requirit donatarium non posse vti, nisi iis rebus contentis, & expressis in donatione. Cabed. *d. decis.* 12. §. 7. *vers. quando autem*, *& decis.* 14. *etiam part.* 2. *num.* 8. *&* 9. per ea quæ dici solent, (vel sunt valde notabilia,) quia non censentur comprehensa nisi specialiter, & nominatim exprimantur, gloss. *in cap.* 2. *de præbend. lib.* 6. *& l. apud Labeonem, §. hoc edictum, vers. Ea enim, ff. de iureiurando*: imò potiùs relicta, & omissa indicantur, prout vult Gomez *in rubric. de infirmis resignat. quæst.* 3. *in principio.* Quate ius patronatus in donationibus factis à Rege non intelligitur concessum, nisi exprimatur, vt latè diximus *in tractatu de iurisdictione Braccarensi, c.* 11. *ex n.* 5 *cum sequentibus.*

20. Quæstio decimanona soluitur ex dictis suprà *in quæst.* 12. per quæ ostenditur patronum non cadere à iure suo præsentandi, si præsentet intra quadrimestre, si est laicus, & intra semestre, si est Ecclesiasticus, & petat institutionem, seu confirmationem, quamuis præsentatus non instituatur.

Sed quid si præsentatus non compareat coram Episcopo? Respondertur præsentatum personalitee teneri cōparere coram Episcopo, neque satis esse, quòd per litteras, aut per Procuratorem absēs ipse Episcopo nominetur, quod probatur ex *c. cùm & plantare, de priuilegiis*, per textum ibi, *Episcopis repræsentent*; quod verbum propriè significat præsentiam sui facere, *l. maritus* 15. §. 1. *ff. ad leg. Iul. de adult.* Textus optimus *in l. consentaneum, quomodo, & quando iudex*, ibi, *vt præsentiam sui faceret*, iuncto ibi, *vt se se repræsentent*, gloss. *verb. repræsentare*, *in Clem. dudum, de sepult.* quod repræsentare dicitur, qui præbetur sensibus corporis, per *l.* 1 *in principio*, *ff. de verbor. oblig* Quocirca præsentatio nihil aliud est, quàm exhibitio personæ per patronum Episcopo, vel alteri cui cōpetit instituere legitimè facta, ita Roch. *de iur. patron. in principio quæst*, 3. Rebuff. *in praxi tit. de præsentatio. n.* 3. post Abbatem *in c. ea noscitur, de his quæ fiunt à Prælat.* & Garcia *de benef. p.* 4 *c.* 1. *num.* 16. Proinde non valebit præsentatio de absente facta, neque Episcopus tenetur admittere præsentatum, qui se personaliter non præsentauit, Roch. *suprà verb. honorificum, q.* 6. *num.* 27. Viuian. *in praxi iuris patron. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 6. *&* 7. & Garcia *d. part.* 4. *cap.* 1. *n.* 23.

His obstat text. *in cap. ea noscitur, de his, quæ fiunt à Prælatis*, ibi, *per se, aut per litteras personas idoneas Episcopis diœcesanis præsentent.* Quo in loco glossa *ver. per litteras*, vult posse fieri præsentationem per Epistolas, quia *in cap. vltimo de concess. præbendæ*, interdicitur fieri Procuratorem ad præsentandum ad beneficium nondum vacans: ergo potest fieri Procurator ad præsentandum beneficio iam vacante. Confert *cap. accedens* 24. *de præbendis*, vbi absens per Procuratorem potest inuestiri de beneficio Ecclesiastico: ergo præsentari. Quin etiam potest laicus constitui Procurator ad capiendam possessionem beneficij, Flamin. *de resignat. lib.* 10. *quæst.* 5. *num.* 14. & ad renunciandum, & acceptandum beneficium Ecclesiasticum, idem Flam. *lib.* 10. *q.* 8. *n.* 35. *& q.* 6 *n.* 14. Bonacos. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 10. *n.* 34 *pag. mihi* 184. Requiritur tamē ad illud acceptandum mandatum speciale, nec sufficit generale, Capell. Tholos. *dec.* 486. Camill. Borel. *in summa omnium dec. tit.* 66 *n.* 165. post Couarr. *lib.* 3. *variar. c.* 26. *n.* 4. *&* 5. & Flamin. *d. lib.* 10. *q.* 8. *n* 34. ideo per Procuratorem potest fieri præsentatio, & non semper personaliter patroni exhibebunt Episcopis præsentatos, sed ipsi præsentati se præsentabūt Ordinariis cum litteris præsentationis, quæ praxis est receptissima, teste Garc. *d. c.* 1. *n.* 19. Cardin. Tusch. *litt. P. concl.* 592. *n.* 24.

Porrò vt controuersia dirimatur, dicendum est pusse patronum absentem per litteras facere præsentationem præsentādo, qui personaliter se præsētet Episcopo, quod licitum esse non est dubium, per ea, quæ notantur *in d. c. ea noscitur, verb. aut per litteras*, Episcopū tamen præsentatos per Procuratorem non teneri instituere, neque admittere, eo quia cederet præsentio per Procuratorem in graue præiudiciū ipsius Ecclesiæ ex mora diutina, quæ cōtingeret, si præsentatus per litteras, vel per Procuratorem aduentum suum prorogaret. Item quia præsentati debēt examinari ab Ordinario de sciētia, & de idoneitate, ac reliquis requisitis tam ad Parochiales Ecclesias, & ad curata beneficia, quàm ad simplicia, iuxta dispositionem T.identini *sess.* 7.

de

de reform. cap 13. quod examen eſt perſonale, & per Procuratorem ſuppleri non poteſt. Quapropter præſentati perſonaliter ſe debent exhibere Epiſcopis, vt examinentur: aliter enim inſtitutio facta ſpreto patrono etiam Eccleſiaſtico, & ſine requiſitis, eſt nullius momenti.

Quòd ſi præſentatus ſit notus ab Epiſcopo, & illi conſtet de idoneitate notoria, nimirum, quia eſt Doctor ſapientiſſimus, & eſt abſens, poterit Epiſcopus illum inſtituere abſque examine, vt in ſpecie vult Henriquez *in ſumma, lib.* 10. *cap.* 18. *in principio*, Cened. *ad Decretum collect.* 15. *n.* 3. Viuian. *in praxi iuris patron. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 11. *n.* 8. Vgolin. *de officio Epiſcopi, cap.* 51. § 2. *num.* 5. Aloyſ. Ricc. *in praxi reſolut.* 139. *&* 141. & Saa *in ſumma, verb. examen*, quod procedit in beneficiis curam animarum non habentibus; in quibus non requiritur examen, quando præſentati ſunt notoriè litterati, & docti, idque conſtat Epiſcopo: tunc poteſt abſens præſentatus, ab illo inſtitui ritè ac rectè, Lambertin. *part.* 1. *lib.* 2. *quæſt.* 11. *art.* 3. Tuſch. *littera P. concl.* 592. *n.* 25. Garcia *d. c.* 1. *n* 16. vbi refert *à n.* 23. declarationem Illuſtriſſimorum dominorum Cardinalium. Secus quando præſentati ſunt ad beneficia curam animarum habentia: tunc enim præſentati tenentur ſe perſonaliter Epiſcopi exhibere, nec ſufficit per Procuratorem cõparere, quamuis conſtet illos eſſe idoneos notoriè, cùm obſtet Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 18. & Bulla Pij Quinti, incipit, *In conferendis*, vbi pro forma requiritur examen; & ideo omitti non poteſt, vt notat Fuſc. *de viſit. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 10. quamuis ſit Doctor in Theologia, aut in iure Canonico, non propter id excuſatur ab examine, quando vult de aliqua Eccleſia Parochiali prouideri, Praxis noua Epiſcopal. *p.* 2. *c.* 5. *n.* 17. *verſ. Doctor*, Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſ. dec.* 414. *n.* 2. *in* 1. *edit. & reſolut.* 351. *in* 2. *edit.* Gonzal. *ad regul.* 8. *gloſſ.* 4. *n.* 9. & Garcia *p.* 9. *c.* 2. *n.* 103. Non tamen *c.* 3. *n.* 5. *&* 14. eſt admittendus dum ait examen requiri in quocunque beneficio Eccleſiaſtico, quia licèt examen requiratur in omnibus beneficiis, per Tridentinum *ſeſſ.* 7. *c.* 13. tamen pro forma in ſolis Parochialibus requiritur etiam iuris patronatus laicorum, in quibus non fit examen per concurſum, ſed ſufficit præſentatũ examinari cum tribus examinatoribus Synodalibus, eumque idoneum repertum Ordinarius inſtituat, prout declarauit ſacra Congregatio auctore Garcia *p.* 9. *c.* 2. *n.* 255. niſi plures fuerint præſentati; tunc enim neceſſarium erit examen inter ipſos præſentatos duntaxat per concurſum, & Epiſcopus magis idoneum poterit eligere, Gonzal. *gloſſ.* 6. *n.* 138. ſic refert deciſum fuiſſe.

Verùm in Parochialibus iuris patronatus Eccleſiaſtici debet præcedere examen per cõcurſum; ex Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 18. deducit Garc. *part.* 9. *c.* 2. *n.* 261. Idem dicendum ſi Eccleſia parochialis ſit iuris patron. mixti, partim Eccleſiæ, & partim laici, nam tunc fieri debet concurſus, vt ſacra Congregatio Cardinalium Illuſtriſſimorum declarauit his verbis. *Si Eccleſia parochialis ſit iuris patronatus, partim Eccleſiæ, partim laici, ſeruanda eſt forma examinis per concurſum hic poſita, quam Concilium præſtitit in conferenda Parochiali, quæ ſit iuris patronatus merè Eccleſiaſtici*; & idem dicendum eſt quando patronatus pro duabus partibus pertinet ad laicum, & pro vna tantùm ad Eccleſiaſticum, Gonzal. *gloſſ.* 6. *n.* 135. & Barboſ. *in remiſſ. ad Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *c.* 18. *n.* 30. ideo proponatur edictum in hoc caſu, & cum nominatis à patrono Eccleſiaſtico poſſunt admitti ab Epiſcopo alij clerici ad concurſum, niſi in inſtitutione, aut fundatione aliud caueatur: edictorum etiam affixio in publico loco omnino neceſſaria eſt, & abſque illa affixione inſtitutio facta annulletur ipſo iure, ita Puteus *deciſ.* 306. *lib.* 1. Caputaq. *dec.* 91. *p.* 1. *& dec.* 128. *p.* 2. Aloyſ. Ricc. *in praxi reſol.* 141. *n.* 1. *&* 2. niſi aliud de conſuetudine illius Eccleſiæ, ad quam fit præſentatio, obſeruetur.

Quæſtio vigeſima, quæ præſentatio valeat, ſi patronus intra tempus præſentet ſemel, bis, ter, quaterve? Dico primò quando præſentati fuerint duo, vel tres cumulatiuè æquè idonei, habens poteſtatem inſtituendi poteſt quem voluerit inſtituere: eſt enim locus gratificationi, *gloſſ.* 2. *in c. cum autem* 24. *de iure patron.* Rochus *verb. honorificum*, *q.* 15. *n.* 4. Fuſc. *de viſit lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 3. Sayr. *in florib. dec tit de iure patron dec* 3. Cald. Pereira *de renouat. emphyt. q.* 17. *n.* 33. *& q.* 18. *n.* 27. & Aloyſ. Ricc. *reſol.* 173. Similiter quando duo fuerint præſẽtati, alter à duobus patronis, & alter ab aliis duobus, ſi fuerint pares meritis, erit locus gratificationi, & inſtituet Epiſcopus, quem maluerit, Lambertin. *lib.* 2. *part.* 3. *quæſt.* 5. *princip. art.* 1. *num.* 2. & Cæſar de Graſſis *de iure patron. deciſ.* 1. *num.* 9. Caualcan. *dec.* 31. *n.* 6. *p.* 5. & Mari. Antonin. *var. reſolut. lib.* 1. *reſol.* 104. *num.* 2. Si verò non ſint pares meritis, ſed vocibus, ceſſat gratificatio, non obſtante paritate vocum, Imola *in Clem. plures, n* 6. *de iure patr.* Lambertin. *p.* 3. *lib.* 2. *art.* 1. *q.* 15. *A.* 8. & Roch. *verb. honorificum, q.* 15. *ſub n.* 40. *verſ. ſed bonus*, & Campan *in diuerſor. iur. Canon. rubr.* 11. *c.* 13. *n.* 446. in quo euentu magis idoneus debet inſtitui, ſicut etiam quando plures ſunt præſentati ab vno, eodémque patrono, vel æquali patronorum ſuffragio; dignior eſt inſtituendus, Azor *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 22. *quæſ.* 14. Aloyſ. Ricc. *in praxi, reſol.* 106. poſt Abbatem *in cap. cùm autem, de iure patron.* quamuis Ioann. Andreas opinetur Epiſcopum poſſe eligere idoneum, vt inſtituatur; ſed probabilius iudico digniorem eſſe inſtituendum, ex traditis *in cap. ſi fortè, diſt.* 63. vbi habetur, quando vota ſunt paria, præferendum eſſe, qui maioribus meritis iuuatur; prout etiam reſoluit in ſpecie Sotus *lib.* 3. *de iuſtitia, q.* 9. *art.* 1. Vaſq. *in opuſc. moral. tit. de beneficiis, n* 37. Illuſtriſſimus Cunha *in d. c. ſi fortè diſt.* 63. *n.* 1. Quare ſi prætermiſſo digniore, minus dignum Epiſcopus inſtituat; poteſt dignior appellare, vt ait Abbas ſuprà.

Dignior cenſetur, quãdo datur paritas, & æqualia ſuffragia, qui eſt de linea fundatoris, dummodo ſit idoneus, Roch. *verb. honorificum, q.* 18. Lambert. *p.* 3. *q.* 5. *art.* 4. vbi *q.* 7. *princip. art.* 4. *n.* 5. *& art.* 5. opinatur digniorem, quando datur æqualitas, illum qui eſt Diœceſanus, aut qui eſt ciuis, quia is præfertur exteris, Rota *dec.* 299. *p* 1. *diuerſ.* & Puteus *dec.* 254. *lib.* 1. Confert Azor *lib.* 6. *c.* 4. *q.* 25. & Flam. *de reſign lib* 4. *q.* 7. dum volunt in beneficiis conferendis oriundos potius, quàm extraneos præferendos, & nobiliores plebeis, Lambert. *d. quæſt* 5 *art.* 8. *&* 9. Vbi tamen qui ex proprio patrimonio Eccleſiam, vel Capellam ædificauit, ſub ea conditione, vt ex ſuis conſanguineis in perpetuum Sacerdos eligatur, tunc præſentari poteſt, quem patronus voluerit, dummodo non ſit indignus, Sotus *lib.* 3. *de iuſtitia, quæſt* 6 *art.* 2 *col.* 14. *verſ. mox.*

Quæſtio vigeſimaprima diſcuſſa eſt per tradita ſuprà *in quæſt.* 12. § *tempus*. Adde nunquam tempus currere ignoranti, ſed à notitia, ac ſcientia, Bald. *in cap.* 1. *verb. ex quo ſciuerit, qualiter olim feud. alien. poteſt.* Iaſon *conſ.* 64 *in caſu caducitatis*, *col.* 3. *verſ. ſecundò requiritur*; ſicut tempus datum ad appellan-

[margin: 21.] [margin: 22.]

dum nunquam currit ignoranti, sed ab ipso die, quo habetur notitia latæ sententiæ, Mascard. *de probat.concl.*1200.*n.*6. Steph.Grat.*discept.forens.cap.* 171.*n.*14. Burg.de Pace *cons.*12.*n.*13. Menoch.*cons.* 120.*n.*4. Sigism.Scacc.*de appell.q.*12.*n.*7. *vers.*1. & Caldas Pereir.*de renouat. emphyteut. cap.*13.*num.*8. cum aliis.

23. Quæstio vigesimasecunda. Vtrùm patronus lite pendente possit præsentare? Responsio est negatiua, ita Gregor.Lopez *l.*9.*verb.siendo,tit.*15.*partit.*1. Campan.*in diuers.iur.rubr.*11.*c.*13.*n.*487. Prax.Episcop. *p.*1.*verb.ius patronatus*, §.5. Neque durante lite inter duos præsentatos, possunt patroni alium tertium præsentare sine vitio attentati, prout censuit Rot.apud Farin.*decis.*504.*n.*2.*p.*1.*recent.* vbi alleg. Lap. *alleg.* 22. Similiter nequeunt patroni durante lite inter alios præsentatos, alium præsentare in locum vnius præsentati defuncti, Lap. *alleg.* 22.*n.*3. Cassador.*decis.*3.*n.*5. *vt lite pendente.* Adde inter patronos durante lite indecisa in tẽpore patronis dato ad præsentandum, posse Ordinarium pro ea vice prouidere sine præiudicio euincentis, Caldas Pereir.*de renouat.emphyt.quæst.*7.*n.*13. Selua *de benefic.part.*3.*quæst.*59.*in fine.* Rota *decis.*586.*n.*2. apud Farin.*in* 1.*collect.nouissimarum*, & Ioan. Anton. Massobr. *in sua praxi habendi concursum ad Parochiales Ecclesias, requis.* 1. *dub.* 10. *à num.* 14. & dicta Praxis Episcopal. *part.* 1. *verb. ius patronat.* §. 5.

Idem dicendum est, quando controuersia oritur inter ipsos patronos non concordantes in præsentato; tunc Episcopus ex deuolutione si non cõcordent intra quadrimestre elapso termino conferet, Viu.*in praxi iuris patron. p.*2. *lib.*7. *c.*3.*n.*7. & Prax. Episcop. *p.* 1. *d.*§.5. vbi tradit, si lis vertatur inter fiscum Episcopi prætendentis Ecclesiam vacãtem competere collationi Episcopi, & esse liberam, & inter patronos prætendentes ius præsentandi sibi competere, in hoc casu pendente lite non posse Episcopum prouidere Ecclesiæ de Rectore inuitis patronis; posse tamen ponere Oeconomum in Ecclesia, donec causa per sententiam sopiatur. Similiter faciet Episcopus ponendo Oeconomũ, quando controuertitur inter patronum, & Episcopum, vt per Zabarel.*in Clem. plures,* §.*fin.n.*1. *de iure patron.* & Spin.*in speculo testam gl.* 4.*princip.n.*24. Secus si notoriè constet beneficiũ non esse de iure patron. & constet de iure Episcopi, qui est in quasi possessione prouidẽdi; tunc enim potest Rectorem constituere, argumento capitis *consultationibus*, *de iur. patron.* eo quia ius in quasi possessione præsentãdi habens validè præsentat, & eius præsentatio præualet, Cou.*pract.c.*14.*n.*2.*vers.tertium*, *& c.*36. *n.*5. *vers.quinto,col.*2. Mascard.*de probat. concl.*173. *n.*5. Mantic.*decis.*86.*n.*1. Nauar.*cons.*19. *tit.de preben.in antiquis*, per textum *in c.querelam,de electione, & c. cùm olim,de caus.possess.* debet enim admitti præsentatio possessoris bonæ fidei, Spin.*vbi proximè n.*25. Secus de præsentato à possessore malæ fidei, quia debet amoueri, vt per Greg.*l.*9.*verb.tuuiesse,tit.*15. *partit.*1. & Menoch.*cons.*90.*n.*116. Pro quo facit in beneficialibus considerare statum vltimum ad effectum validitatis collationis, seu præsentationis, Ferret.*cons.*132.*n.*10. & Gonzal.*gloss.*5.§.2.*n.*14.§.3. *n.*18.*& gloss.*45. §.2.*n.*14. vbi concludit secundùm Oldrad.*cons.*312.*n.*2.*in fine,& n. vltimo*, attendendum esse vltimum statum, & vltimam, & immediatam possessionem, & Felin.*in cap.eam te,n.final. ad medium*, *de rescriptis*, quem sequitur Roch. de Curt.*in cap. finali,de consuetudine, sect.*4 *n.*82.

Nisi constet de contrario statu legitimo præcedente, in quo euẽtu non consideratur vltimus status, nisi constet de contrario, aut diuerso statu anteriori, & generaliter in quacunque materia attenditur vltimo rei statui, Parlador.*lib.*2.*rerum quotid. c.*5.*n.*19. & Menoch.*lib.*3.*præs.*6.*n.*39. Quare si concurrant duo præsentati, alter ab existẽte in possessione nominandi, & alter à proprietarem iuris patronatus habẽte, præualebit præsentatus à possessore, Decius *cons.*117. *sub n.*2. *vers. & tali præsentatione,& cons.*134.*in* 1.*dubio*, Abbas *cons.*54.*vol.*1. Feder.de Senis *cons.*234. & Mandos.*cons.*41. incipit, *In causa Asculana*, *n.*4. nisi constaret de defectu proprietatis possessoris; nam tunc cùm proprietas absorbeat possessionem, *c.cùm dilectus,de causa possessionis,& propriet.* nõ ad possessionem, sed ad habentem proprietatem pertinebit, vt exponit Abb.*in c. consultationibus,n.*9.*vers.quod ego intelligerem,de iure patronat.* Lambert. *eodem tract. lib.*2.*part.*1.*quæst.*3. *art.*6.*num.*4.*vers.tertius est casus*, & Paulus de Citadinis *de iure patronatus* 6. *part.art.*3.*q.*7.*n.*16.

Quæstio vigesimatertia, an patronus mortuo resignante infra viginti dies possit iterum præsentare ad beneficium iurispatronatus? Responsio est affirmatiua, præsentabitque per obitum resignantis, quia cùm resignatio fuerit nulla, ex *reg. nullum præstat impedimentum, c.illud,de iure patron. reg. præstat,de regul.iur.in* 6. patronus poterit iterum præsentare, ita Flamin.*de resign.lib.*12.*quæst.*3.*n.*32. vbi addit, si moriatur præsentatus ante institutionem, non vacare beneficium per obitum præsentati, cùm solùm habuerit ius ad illud, non autem in illo: proinde patronus iterum præsentabit, & ad illius præsentationem Ordinarius instituet, vt fuit pluries resolutum in Rota, teste Flamin. *num.*38. 24.

Quæstio vigesimaquarta, vtrùm quando patronus Ecclesiasticus præsentat duos æquè idoneos, quid faciendum? Responde patronum Ecclesiasticum non posse variare post primum præsentatum, & primam præsentationem attendendam esse, vt iam diximus, cùm habeat vim electionis, nisi præsentet indignum, Rota Rom.*decis.*16. incipit, *Patronos clericos,de renunc.* Si autem præsentet vnico contextu, duos, vel tres, simul æquè idoneos, Episcopus instituet quẽ maluerit, ex traditis *in Clem.* 2.*de iure patron.* vbi dicitur patronos posse ad vacantem Ecclesiam præsentare, ea lege, vt vnus ex illis ab Episcopo, vel habente instituere eligendus instituatur, Barbos.*ibi, num.*6. *pag.*93. Sed meliùs Nauarrus *cons.*5.*de iure patron.* & Azor 2.*part.lib.*6. *cap.*22.*quæst.*15. volunt liberam facultatem in hoc casu non esse penes Episcopum, vt eligat quem maluerit ex approbatis ab examinatoribus æquè dignis, sed hanc facultatem esse penes patronum. Ratio, quia quamuis Concil.Trident.decernat, vt illi, qui à patrono nominantur, examinentur, & approbentur, non aufert patroni potestatem nominandi vnum ex approbatis, sequitur Garcia *de benefic part.*9.*cap.*2.*num.*265. *& sequent.* & censuit Sacra Congregatio *super sess.*24.*cap.*18.*vers.si verò*, ibi, *Is quem patronus digniorem inter approbatos ab examinatoribus iudicabit.* Et infrà, *Et ad eundem patronum Ecclesiasticum spectabit, quando duo æquè idonei ab examinatoribus fuerint indicati, quia electio dignioris spectat ad patronum, institutio ad Episcopum, quando ad Episcopum pertinet.* 25.

LIBER

LIBER DECIMVS

DE OBLIGATIONIBVS PAROCHORVM, SACERDOTVM, DIACONORVM, SVBDIACOnorum, & inferiores Ordines habentium.

DISPVTATIO VIGESIMAPRIMA.

DE PAROCHIS IN GENERE.

§. I.

1. *Parochus quis sit & vnde nomen sortiatur?*
2. *Parochis incumbit parochianos docere Fidei Christianæ rudimenta.*
3. *An sint absoluendi, qui nesciunt orationem Dominicam, & Angelicam, & præcepta Decalogi?*
4. *Peccant mortaliter, qui nesciunt orationem Dominicam, & Angelicam, symbolum fidei,& præcepta Decalogi ex culpa sua; secus si ex defectu memoriæ, aut ex tarditate ingenij.*
5. *Fideles, quæ tenentur credere explicitè, tenentur etiam scire.*
6. *Parochus ea, quæ tenetur credere explicitè, tenetur docere parochianos suos.*
7. *Fideles non teneri credere explicitè omnes articulos fidei est aliquorum.*
8. *Sed oppositum est probabilius.*
9. *Parochus sicut, & parentes filios debent eos in religione instruere.*
10. *Parochus quomodo debeat rudes docere fidei mysteria?*
11. *Parochus potest prædicare in sua Parochia, nec debet prohiberi, si fuerit doctus?*
12. *Parochus potest facere facultatem, vt approbati prædicent in sua Ecclesia.*
13. *Parochus potest pro duabus aut tribus vicibus facere facultatem prædicandi etiam non approbatis.*
14. *Prædicare de licentia Parochi sine approbatione, quale peccatum est?*
15. *Parochus adhortari debet populum ad Missam audiendam.*
16. *Episcopus non potest cogere populum ad audiendam Missam in sua Parochia.*
17. *Parochi per se, vel per alios tenentur festiuis diebus facere sacrum ouibus suis.*
18. & 19. *Parochus an teneatur diebus festis applicare Missas pro ouibus suis, & de Vicariis ad nutum?*
20. *Parochus à quo accipiat iurisdictionem ad agendum suum officium?*
21. 22. *Parochus extra suum territorium potest audire oues suas, non tamen alienas.*
23. *Parochus ab Ecclesia debet repellere musicas impuras, & quale sit peccatum turpia cantare in Ecclesia?*
24. *Parochus arcere debet ab Ecclesia repræsentationes turpium; item saltationes, conuiuia, & comessationes.*

PAROCHI olim apud Ethnicos dicebantur illi, qui Legatis publicè Romam missis salem, & ligna præparabant, hoc est, qui omnium rerum copiã, & necessaria Legatis Principum, & populorum hospitio exceptis subministrabãt, testis est Acron. in illud Horatij *lib. 1. sermonum, satyra quinta*, ibi, 1.

Tunc Parochi, quæ debent ligna, salemque.

hos Arcadius Imperator composito vocabulo Zenoparochos hospitum, & peregrinorum susceptores appellauit, *l. final. ff. de muner. & honor.* Similes in Ecclesia his Parochi censentur, quatenus sunt Sacerdotes authoritate Episcoporum ad Ecclesias regendas assumpti vt populis diuinum verbum suppeditent, & Sacramenta ad pascendos animos administrent. Alij Parochum quasi Parœchũ dictum volunt. Parœchus verò Græcè dicitur Incola, siue habitator in loco, prout vult Pomponius Iurisconsultus *in l. pupillus ff. de verbor. significat.* per hæc verba: *Parœchus incola est, qui in aliquam Regionem domicilium suum contulit, quem Græci Parochon vocant.* Qui igitur nobis dictus est pastor à pascendo, sic parochus à præbendo, & apud nos parochus est Sacerdos, qui animarum curam habens exhibet Sacramenta illis, qui in commissa sibi parochia commorantur, *c. 1. de capellis monachorum*, per text. *sed capellanus.*

Curare debent Parochi, vt pueri addiscant fidei rudimenta, nimirum symbolum fidei, decem præcepta Decalogi, & orationem Dominicam, & obedientiam erga Deum; colligitur ex Concilio Tridentino *sess. 24. de reformatione, cap. 4. in fine*, ad cuius maiorem obseruationem emanauit constitutio Pij quinti, incipit, *Ex debito pastoralis officij, die 6. Octobris Anno 1572.* cuius meminit Praxis noua Episcopalis *part. 2. cap. 3. num. 19.* & probatur etiam ex *cap. vt quisque 3. de vita, & honest. cleric.* per textum ibi, *admonere suos Parochianos*, ex quibus verbis Parochi tenentur suos Parochianos prædicta fidei Christianæ principia docere; quod fuit statutum in Concilio Maguntino, *cap. 45.* cuius verba transfert Barth. Carrança *in summa consilior. fol. 330.* per hunc modum. *Symbolum, quod est signaculum fidei, & orationem Dominicam discere semper admoneant Sacerdotes populum Christianum; volumusque, vt disciplinam condignam habeant, qui hoc discere negligunt, siue in ieiunio, siue in alia castigatione emendetur, propterea dignum est, vt patres filios suos mittant ad scholam, siue ad Monasteria, siue foras Presbyteris, vt fidem Catholicam rectè discant; & Orationem Dominicam, vt domi alios edocere* 2.

valeant, & qui aliter non potuerit, vel in sua lingua hoc discat. Hæc ibi. Quæ etiam verba refert Simanc. *de Cathol. instit. cap.* 28. *num.* 8. *& num.* 11. addit ad officium Parochi pertinere parochianos suos in Christiana doctrina erudire: sequitur Fusc. *de visitat. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 17. *& lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 12. & Nauarr. *in manuali Latin. cap.* 11. *num.* 18. *vers. quocirca, & in cap.* 25. *num.* 135. quod reperies etiam *in dicto Concil. Tridentin. sess.* 5. *cap.* 2. vbi præcipitur Parochis, vt singulis diebus Dominicis, & festis solemnibus instituant in his, quæ ad salutem animarum necessaria existunt; & rursus in eodem Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 4. præcipitur, vt Parochi diebus Dominicis, & aliis festiuis diebus instituant in singulis Parochiis pueros circa hæc fidei rudimenta.

3. Quæstionis est an Parochi debeant absoluere illos, qui ob negligentiam non addiscunt orationem Dominicam, & Angelicam, Symbolum fidei, ac præcepta Decalogi? Respondetur peccare mortaliter qui nesciunt fidei rudimenta supradicta, Azor. 1. *part. lib.* 5. *cap.* 6. *q.* 5. & Possevin. *de officio curati, cap.* 4. *de doctrina Christiana, num.* 2. ideo negligentes in bis perdiscendis

4. non esse absoluendos vult Beja *responsorum casuum conscientiæ, part.* 3. *cap.* 27. *vers. tandem*, & praxis Episcopalis *verb. doctrina Christiana*, §. 2. Secus quando ea nesciunt ex defectu memoriæ, vel intellectus, & credunt singulos articulos fidei, quando sibi proponuntur à ministris Ecclesiæ, & respondent circa præcepta Decalogi, & circa contenta in oratione Dominica, & Angelica, quando interrogantur; nisi sint adeò rudes ingenio, vt præ tarditate illius videantur omnino incapaces doctrinæ addiscendæ, tunc enim instruantur eo modo, quo fieri potuerit, & absoluantur, excusantur enim ratione impotentiæ Azor. *d. lib.* 8. *cap.* 8. *quæst. final.*

5. Sanchez autem *in præcepta Decalogi, lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 1. tradit ea quæ fideles tenentur explicitè credere, teneri simul inquirere, & addiscere, vt vel sic ea sciant, quod priùs voluit Azor vbi proximè *cap.* 7. *q.* 1. & Valent. 2. 2. *disputat.* 1. *quæst.* 2. *punct.* 3. *in fine.* Item omnes ad quos pertinet ex officio erudire alios in fide, vt Parochi teneri non solùm articulos fidei, credere explicitè, sed alias etiam fidei veritates distinctius, quàm reliquos fideles. Dicetur autem explicitè credere, qui apertè, clarè, singulariter, & non confusè crederet, Archidiaconus *in cap. Canones* 15. *dist.* & Pegna *part.* 1. *directory comment.* an. Vnde subdit explicitè in hac materia, esse propriè

6. extendere; & quæ extenduntur perfectiùs videntur. Tenetur ergo Parochus explicitè credere, cùm id teneatur explicare populo, potestque compelli à Prælato ad doctrinam Christianam edocendam sub censuris cùm ad munus Parochi hoc spectet, ita Perez *lib.* 1. *ordinamenti, tit.* 1. *l.* 1. §. *aliud etiam se offert dubium*, sicque fuisse decisum Manuel 1. *tom. summæ, in* 2. *editione, cap.* 88. *num.* 3. & Sanchez *dict. cap.* 3. *num.* 15.

7. His obstat sententia dicentium non teneri omnes explicitè credere cunctos fidei articulos, qui in Catechesi puerorum continentur, sed eos duntaxat, quos Ecclesia solenni festiuitate ac ritu veneratur: ergo Parochus eos tantùm tenebitur docere, ita Bonauentura *in tertio sententiarum, dist.* 25. *art.* 1. *quæst.* 3. Angel. *in verb. fides, n.* 7. Tabien. *verb. credere, quæst.* 3. *n.* 4. Nauarr. *lib.* 5. *consil. tit. de pœnit. & remiss. in* 1. *edit. consil.* 8. *quæst.* 1. *& in* 2. *edit. consil.* 10. *quæst.* 1. *& in summa Latina, cap.* 11. & Nauarr. *lib.* 2. *de restit. cap.* 4. *dub.* 9. *in noua edit. num.* 92. dicentes non teneri omnes explicitè credere articulos fidei, sed eos duntaxat quos solenniter Ecclesia colit, & nihil de reliquis articulis loquuntur, Albertus Magnus *in* 3. *sentent. distinct.* 2. *artic.* 6. *in fine*, & ibi Durand. *quæst.* 1. *num.* 9. quæ opinio est probabilis.

Nihilominus probabilior est teneri omnes credere explicitè, & ex consequenti scire omnes quatuordecim fidei articulos, quia omnes re bene expensa solenniter celebrantur, seu publicè circumferuntur in Ecclesia, vt de mysterio Trinitatis constat. Item articulus descensionis ad inferos colitur in morte Christi Domini, non tamen ex hoc infertur teneri fideles explicitè credere omnia mysteria, quæ solenniter in Ecclesia coluntur, & celebrantur, sed quatuordecim fidei articulos, quos Ecclesia omnibus proponit credendos explicitè, ac solenniter celebrat; consonat D. Thomas 2. 2. *quæst.* 2. *art.* 5. his verbis: *Quantum ad credibilia, quæ sunt articuli fidei, tenetur homo explicitè credere, sicut tenetur habere fidem: quantum verò ad alia credibilia, satis est implicitè*; sequitur Pegna 1. *part. Director. comment.* an. *vers. quantum. Ad prima igitur credibilia quæ sunt articuli fidei, tenetur homo explicitè credere, & 2. part. directorij, commento* 35. *quæst.* 11. *vers. octaua hæresis*, in hunc modum. *Octaua hæresis est, quod laicus non tenetur ad aliquem fidei articulum explicitè credendum*, subdens iuxta mentem B. Thomæ, ea quæ principaliter ad fidem spectant, quales sunt fidei articuli ab omnibus explicitè tenenda esse; neque excusare prauam consuetudinem in contrarium, quòd pauci sint, qui explicitè articulos sciant. Adhærent huic sententiæ Vasquez 1. 2. *quæst.* 76. *art.* 2. *disp.* 121. *cap.* 2. *num.* 2. & Azor. *tom.* 1. *lib.* 8. *instit. moral. cap.* 6. *quæst.* 2. *& quæst.* 4. *& cap.* 7. *quæst.* 3. vbi concludit teneri omnes fideles credere explicitè omnes fidei articulos, prout continentur in Symbolo Apostolico, & ex consequenti scire. Quare idem est quærere quid fideles necessitate præcepti credere teneantur, & quid scire; & ideo Doctores passim vtuntur vtroque termino credendi, ac sciendi indifferenter, præsertim Azor. *part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 6. *& 7. per totum.* 8.

Parochus ergo sicut & parentes, debent filios in Religione instruere; vt tradit Ignatius Martyr *Epistol.* 9. *ad Philadelphienses. Patres*, inquit, *educate filios vestros in disciplina, & admonitione Domini, & docete eos sacras litteras, & artes, vt non dedant se otio, & inertiæ.* Et de Parochis Concil. Trident. *sess.* 1. *cap.* 2. *& sess.* 24. *cap.* 4. vbi præcipit Parochis, vt singulis diebus Dominicis nues suas, & in particulari pueros erudiant in rudimentis Christianæ doctrinæ, quod etiam ait Suarius *tom.* 4. *de Religione, lib.* 6. *cap.* 3. *num.* 6. *fol.* 584. *colum.* 2. Pro reliquis ad hanc materiam pertinentibus vide Sanchez *dict. lib.* 2. *cap.* 2. *ex num.* 9. *& cap.* 3. *ex num.* 7. *vsque ad num.* 17. *&* 18. vbi temperat suam sententiam, quam sequimur, ac distinguit, aliud scilicet esse explicitè credere, & aliud explicitè scire, ita vt quis interrogatus sciat rationem reddere; nam quamquam vtrunque sit necessarium, non tamen eodem modo necessarium est; quia explicitè credere necessarium est necessitate finis: at explicitè scire, vt rogatus quis sciat dare rationem, est necessarium necessitate præcepti tantùm. Credit tamen rudes excusari secundùm aliquos ab hac scientia, pulsèque 9.

posseque saluari sine illa; necessarium tamen tar-
dis ingeniu aliquandu explicitam illorum conce-
pisse fidem, tanquam rem omnino necessariam
necessitate finis. Proinde, si Parochus explicet ar-
ticulos fidei rudibus, & obtusis ingenio, satis est si
rustici credant, vt vult etiam Azor *suprà lib.* 8.
cap. 6. *quæst. vltima, in fine*, dicens, illum credere
explicitè, qui assentitur articulis sibi propositis.
Nec dissentit Saa *in summa verb fides*, per hæc ver-
ba, *num.* 1. *Necesse*, inquit, *est explicitè credere fidei
mysteria, quæ publicè in Ecclesia celebrantur*. Alij sen-
tiunt excusari multos ignorantia, præsertim cùm
deest, qui doceat; sufficereque illis cum Baptismo
credere, quod credit Ecclesia. Sed meliùs Gabriel.
dist. 25. *quæst. vnica art.* 2. post quintam conclusio-
nem, *vers. ad hoc autem*, nobiscum consentit ibi; *si*,
inquit, *aliqui ita obtusi sint, quòd articulos ipsos eo
ordine quo in Symbolo continentur, recitare non possent,
sufficeret eis, quod omnes, & singulos explicitè credant,
dum eis proponentur.*

10. Ex dictis sequitur Parochos non solùm teneri
hos rusticos, ac rudes docere sæpiùs interrogando
mysteria Trinitatis, contineríque in ea Patrem,
Filium, & Spiritum sanctum, nec esse tres Deos,
sed vnum Deum. Item Christum Dominum esse
verè Dei filium, verum Deum, & hominem, & esse
eum, qui Cruci fuit affixus, & mortuus est pro
genere humano, ac est in Sacramento Altaris, quia
hæc sunt, quæ rustici ignorant, & interrogari per-
11. uersè respondent. Item Parochi, si docti sint, & ir-
reprehensibiles vita, debent prædicare in suis Ec-
clesiis, nec debent prohiberi, ita Armendar. *in add.
ad recop. legum Nauarra, lib.* 4. *tit.* 30. *l.* 3. *de prædica-
toribus sacræ Scripturæ, n.* 20. & Nauarr. *in manuali,
cap.* 25. *num.* 141.

12. Quinimò Parochus in sua Ecclesia potest face-
re facultatem, vt approbati ab Ordinario ibi præ-
dicent, ita refert decisum, Galet. *in margarita ca-
suum conscientiæ, verb. Parochus, num.* 3. & Regu-
laribus, siue sæcularibus doctis, & notis nondum
præsentatis coram Episcopo potest Parochus pro
duabus, aut tribus vicibus facere facultatem
prædicandi, ita Henriquez *in summa, lib.* 7. *cap.* 16.
prope finem, & cap. 18. §. 8. *vers. Parochus*, Nauarr.
d. num. 141. Campanil. *in diuersor. iur. Canon. rubr.* 11.
13. *cap.* 13. *num.* 11. nisi constitutio Episcopatus id
prohibeat, Posseuinus *de officio Curati, cap.* 3. *nu-
mer.* 4. secus, si non prohibeat; quia suprà citati
hoc posse facere Parochum absolutè tradunt, qui-
bus accedunt Fr. Emmanuel. *de regularibus, tom.* 3.
quæst. 32. *art.* 1. & Miranda *in manuali Prælatorum,*
14. *quæst.* 50. *art.* 4 *conclus.* 1. Nec peccabit mortali-
ter, qui hoc modo non approbatus de licentia Pa-
rochi prædicauerit, quamuis munus prædicandi
ad Episcopum spectet, Franciscus Leo *in thesaur.
fori Eccles. part.* 2. *cap* 8. *sub num.* 4. Armendar. *suprà
lib.* 4. *titul.* 3. *l.* 3. *de Prædicatoribus sacræ Scripturæ,
num.* 2. *& num.* 11. *&* 15. *&* 18. addit Capitulum
in electione Concionatoris nihil posse in Eccle-
sia Cathedrali, & pro aliis Ecclesiis à solo Epi-
scopo sine consensu Capituli esse deputandos
num. 21.

15. Insuper Parochus obligatur populum adhor-
tari, vt Missas frequenter audiant, non tamen po-
test cogere, vt illas audiant in Parochia sua, ita
Fernand. Paëz *in cap. Missas, de Consecrat. dist.* 1.
num. 134. Gutierr. *Canon. cap.* 30. *à num.* 7. *lib* 1. Soar.
tom. 3 *disp.* 87. *sect.* 2. in dubio circa secundam Mis-
sæ diuisionem, Azor *instit. moral. part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 6.
quæst. 4. Henriquez *lib.* 9. *de Missa, cap.* 25. §. 9.
Reginal. *in praxi fori pœnit. lib.* 18. *quæst.* 3. *num.* 22.
& Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Neapol part.* 1. *dec.* 152.
quibus accedit Coninch *de sacrament. tom.* 1. *q.* 85.
num. 312. & praxis Episcop. *part.* 2. *verb. Parochia,
& part.* 1. *verb. Missa* §. 6. vbi refert decisum non 16.
posse Episcopum cogere populum pœna ad au-
diendam Missam in sua parochia. Nam in quo-
cunque loco fideles audiant sacrum, satisfit præ-
cepto audiendi illud, neque peccant non audiendo
Missam in propria parochia, nisi quando nolunt
audire ex contemptu, aut quando Parochus de-
clarat catechesim, quam parochiani tenentur ple-
nè scire, Nauarr. *in summa, cap* 21. *n.* 5. Graff *decis.
lib.* 2. *c.* 45. *n.* 5. Suar *supra disp.* 87. *sect.* 2. & Fr. Eman.
tom. 2. *summa cap.* 123. *n.* 6.

Præterea Parochus, & reliqui Sacerdotes curam 17.
animarum habentes diebus saltem festiuis per se,
vel per alios tenentur sacrificare, vt satisfaciant
muneri suo, habetur in Concil. Trident. *sess.* 23. *de
reformat cap* 14 per hæc verba: *Curet Episcopus, vt
ij saltem diebus Dominicis, & festis solennibus, si autem
curam habuerint animarum tam frequenter, vt suo mu-
neri satisfaciant, Missas celebrent.* Nauarrus autem
in manu. cap 25. *num.* 135. Spin. *gloss.* 3 *princip. n.* 63.
& Azor *instit. moral. part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 24. *quæst.* 2.
& 3. tradunt non satisfacere suo officio habentes
curam animarum, nisi celebrent in supradictis
diebus per se, vel per alios: reliquos verò non te-
neri celebrare, nisi specialem habeant obligatio-
nem, sequitur Graffis *lib.* 2. *dec. c.* 39. *n.* 7. & Vasquez
3. *p. disp.* 232. *c.* 1. *n.* 12.

Quæstio tamen difficilis est, an Parochus hisce 18.
diebus festiuis quibus tenetur celebrare, teneatur
etiam applicare Missam pro populo? Pars negans
ex eo probatur, quia nullo iure positiuo talis obli-
gatio præcipitur, neque eo onere beneficia curata
instituuntur, nisi ad animas doctrina, & admini-
stratione Sacramentorum reficiendas; atque ita
nisi consuetudo contraria, & legitimè præscripta
id suadeat, non omnia sacra tenetur Parochus pro
suis parochianis applicare, sed aliqua secundùm
prudentis arbitrium, videlicet ex tribus partibus
vnam dierum festorum, hoc est, Missas dierum,
quæ in tertia parte eorum continebuntur, secus
vbi fuerit introductum consuetudine, vt Missæ
omnes pro populo applicentur, Soar. *disp.* 86 *sect.* 1.
vers. de beneficiis igitur. Vasquez 3. *part. disp.* 224.
art. 6. *cap* 6. *vers. veruntamen sententia.* Reginald.
lib. 25. *num.* 238. Posseuin. *de officio curati, cap.* 2. *n.* 4.
quamuis Zerola *in praxi* 1 *part. verb. Parochia, folio
mihi* 272. *vers. ad tertium*, dicat Parochi officium
esse primò prædicare, secundò exponere, quæ in
Missa leguntur: deinde pueros rudimenta fidei, &
obedientiam docere, præterea ieiunia, dies festos,
& alia populo commendare, oues suas agnoscere;
pro his sacrificium offerre. Non tamen declarat;
an teneatur omnibus diebus festis pro illis cele-
brare: quare nisi consuetudo vigeat, sufficit sacrifi-
cia pro illis offerre tertia parte dierum festorum.

An verò ad idem Vicarij ad nutum teneantur? 19.
Videtur negandum, cùm huiusmodi vicariæ non
sint beneficia, nec habeant fructus, nec Vicarij sint
beneficiati, sed stipendiarij ex contractu; solúm-
que obligantur ad Sacramenta ministranda, & die-
bus festis sacrificare, vt populus Missam audiat:
Non esse autem beneficia Ecclesiastica Vicarius
ad nutum dicitur in IV. Concil. Braccarensi *actione*
4. *c.* 5. his verbis, *Cæterùm cùm huiusmodi remouibiles
vicariæ quibuscunque clausulis etiam denominantium
consensu adiectis, Ecclesiastica non sint beneficia*, nec

Parochialium Ecclesiarum titulo censeantur. Concordat Gonzal. *super regul. 8. gloss. 5. §. 3. num. 35.* dicens vicariam temporalem non dari in titulum, nec in perpetuum, & sic non esse beneficium Ecclesiasticum, nec posse ordinari ad titulum vicariæ temporalis, Salzed. *in praxi, cap. 18.* & Flam. *de resignat. lib. 2. q. 6. num. 2. & sequent.* & Gatcia *de beneficiis, part. 1. cap. 2. num. 92. & 93.* Cùm ergo Vicarius ad nutum non habeat curam animarum, sed tantùm exercitium curæ, vt habetur *in decis. 21. fol. 514. de prebendis, in antiquioribus,* vbi Rota sic loquitur, *si Vicarius esset reuocabilis ad nutum, cura non est penes illum, & in decis. 2. Rota, in nouis, de excess. Prælat. fol. 267. & 270.* in hunc modum, *Vbi Ecclesia est vnita mensa Episcopali, vel Abbatiali, tunc potest ibi poni Vicarius temporalis ad nutum ad exercitium Curæ, quæ principaliter residet in Episcopo, vel Abbate, non est dicendum Vicarium ad nutum teneri Missas offerre pro populo diebus festis, sed solum per se, vel per alium Missas celebrare, vt populus audiat, nisi consuetudine legitimè introducta, & præscripta contrarium obseruetur.*

20. Ambigi potest, an Parochus habeat approbationem à iure ad suum officium peragendum? Affirmat Soar. *tom. 4. de pœnit. disp. 28. sect. 2. & 8.* Reginaldus *in praxi fori pœnit. lib. 1. num. 201.* & Beneuen. *in praxi de sacramento Pœnitentia, cap. 16. quæstio 2. vers. quintò si verò,* vbi volunt Parochum habere approbationem à iure, & facultatem annexam beneficio, quam non potest Episcopus reuocare, etiamsi possit aliquando Parochum suspendere, secus de approbatione concessa Sacerdoti sæculari ad audiendas confessiones: hic nanque, quamuis mortuo concedente, vel amoto ab officio potest audire pœnitentes, cùm sit gratia, quæ non expirat, vt est communis, vt volunt Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 28. num. 74. & 80.* Henriquez *in summa lib. 6. cap. 6. §. 7. in fine,* Fr. Ioann. de la Cruz *de stat. relig. lib. 1. cap. 3. dub. 1. conclus. 3. vers. ex dictis,* & Campanil. *in diuers. iur. rubr. 12. cap. 13. num. 69.* potest tamen reuocare: secus de religioso semel approbato ad confessiones excipiendas, vel ad prædicandum; hic enim quamuis recedat ab ea Diœcesi in qua fuit approbatus absolutè, & redeat, non potest ab eodem reuocari sine causa, nec iterum examinari: à futuro autem successore maximè constat ex Sacra Congregatione per hæc verba: Regulares confessores ad audiendas sæcularium confessiones semel ab Episcopo in ciuitate, & Diœcesi sua præuio examine approbati, ab eodem Episcopo iterum non sunt examinandi. A successore verò de nouo examinari possunt, iuxta Bullam Pij Quinti, octauo Idus Augusti Pontificatus sui Anno 6. quæ non est reuocata, Henr. *d. c. 6. §. 7.* Beneuen. *vbi proximè.*

21. Porrò Parochus, seu proprius Sacerdos existens extra territorium, aut Diœcesim suam, potest audire de peccatis, & absoluere. Sanch. *de matrimonio, lib. 3. disp. 34. num. 1.* & Hostiens. *in summa tit. de pœnit. & remiss. §. cui confitendum, num. 14. vers. & nunquid extra territorium;* oues scilicet suas, seu parochianos confiteri volentes, sequitur Fr. Emman. *in explicat. Bulla Cruciata §. 9. dub. 4. fol. mihi 78.* praxis Episcopalis *part. 1. verb. parochus, pag. 274.* ex Ludouic. Gomez *in cap. 2. §. statuto, num. 58. de constit.* quem referens sequitur Gonzales *de mensibus, gloss. 62. n. 9.* atque ita potest Parochus vbique locorum in aliena Diœcesi suorum subditorum confessiones audire, vt vltra præcitatos, tradunt Victor. *de confessione, num. 152.* Beneuen. *de pœnit. cap. 16. quæst. 3. vers. dicto quarto,* Campanil. *suprà d. rubr. 12. cap. 13. sub num. 71.* & Cametor. *de sacram. tract. 7. de confess. dub. 14.* Dimisso tamen beneficio curato extinguitur potestas, nec potest à dimissione beneficij accipere confessiones sine noua licentia, quia desinit esse idoneus Parochus, nec amplius censetur approbatus etiam ad audiendas confessiones virtute Iubilæi, aut Bullæ Cruciatæ, cùm iam non retineat beneficium, Henriq. *lib. 7. cap. 12. num. 3. & 4.* Soar. *tom. 4. de pœnit. disp. 28. sect. 4. num. 20. & sect. 6. n. 13.*

Insuper prouisus de Parochiali Ecclesia per cōcursum non est absolutè approbatus ad audiendas confessiones, nisi in sua Parochia, nec potest alienas oues intra limites proprios, nec extrà excipere confessiones alienas, nisi de licentia proprij sacerdotis, prout refert decisum à sacra Congregatione praxis noua Episcopalis *part. 2. cap. 1. num. 10. pag. 92.* Quinimò Parochus nequit cuilibet Sacerdoti, qui non est approbatus, facere facultatem audiendi confessiones suorum subditorum, Nugen. *in addit. ad tertiam partem, quæst. 8. art. 5. dub. 6.* Coninck *de Sacramentis, tom. 2. disp. 8. num. 28.* Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 1. num. 67. & 68.* & Gambarupta *de casibus reseruatis, cap. 2. num. 29.* Petrus tamen de Ledesma *in summa p. 1. de sacram. pœnit. cap. 12. vers. acerca desta conclusion,* opinatur attento iure nouissimo Concilij Tridentini integrum esse Parocho concedere simplici sacerdoti non approbato facultatem audiendi confessiones suarum ouium, quod non placet. Nec obest Nauarr. *in cap. placuit, num. 140. de pœnit. dist. 6.* dicens iure communi fas esse Parocho nondum in sacris alteri Sacerdoti facultatem audiendi confessiones suorum subditorum facere, quia respondetur id esse intelligendum de licentia Episcopi. 22.

Confert vsu esse receptum, neminem sine licentia Episcopi, quamuis sit doctissimus in Theologia, vel in iure Canonico, posse audire confessiones, ita Soarez *d. disp. 28. sect. 4. num 3.* & Reginald. *supra lib 1. num. 177.* quòd si licentiam hi doctissimi petant ad excipiendas confessiones, & iniustè Episcopus neget, non propterea censentur approbati, ex traditis à Suar. *d. disp. 28. sect. 5. à num. 5.* Reginald *d. lib. 1. num. 191.* & ex antiquioribus D. Thomas *in 4. dist. 17. quæst. 3. art. 3. quæstiuncula 4. ad quintum,* Sotus *in 4. dist. 18. quæst. 4. art. 3. prope finem,* vbi volunt, licentia negata à Superiore, non posse absolui, sic in nostro casu: & deducitur ex *cap. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss.* vbi nullo casu excepto iubet Summus Pontifex, vt subditus volens ex causa confiteri alieno, licentiam priùs postulet, & obtinear à proprio sacerdote, cùm aliter illum non possit ligare, vel absoluere. Quare non sufficit in materia iurisdictionis petere licentiam ad excipiendas confessiones, sed oportet, vt licentia obtineatur, siue enim iustè, siue iniustè negetur, non habetur pro concessa, quia id quod requisita actionem, & voluntatem superioris, quamuis iniustè negetur, infectum manet, Soat. *tom. 4. disput. 27. sect. 4. fol. 614. numer. 15.* post alios.

Item Parochus debet repellere ab Ecclesia eas Musicas, quæ lasciuum cantum resonant, & impuras cantilenas, Caiet. *2. 2. quæst. 91. art. 1. vers. inter hac,* Nauarr. *in manuali, cap. 12. num. 82.* Soat. *tom. 2. de religione, lib. 4. de oratione, cap. 13. num. 16. & 17.* est enim mortale inter diuina Officia, voce, aut Organo, turpia cantare, turpes vel sonos proferre, quando 23.

quando cantus talis sit, vt ad modum prouocet, & audientes eo audito ad malum excitentur, aut ratione scandali. Quòd si non sint turpia, sed vana tantùm, & sæcularia, quæ cantantur, erit veniale, Valentia 2. 2. *disputat.* 6. *quæst.* 9. *punct. vnico*, Sanchez *in præcepta Decalogi*, *lib.* 2. *cap.* 37. *num.* 7.

24 Similiter tenetur Parochus arcere ab Ecclesia repræsentationes, & comœdias, in eis enim fieri prohibentur, Petrus Gregor. *in syntag. iuris*, *part.* 3. *lib.* 39. *cap.* 11. Nauarr. *de Orat. cap.* 5. *num.* 25. Sunt enim repræsentationes turpes materia scandali, & occasio multorum peccatorum. Sotus *de iustitia*, *lib.* 4. *q.* 5. *art.* 2. *post secundam conclusionem*. Alens. 4. *part. summæ*, *quæst.* 33. *memb.* 2. *art.* 4. idem Nauarr. *in manuali*, *cap.* 19. *num.* 4. Eodem modo saltationes in Ecclesiis non sunt permittendæ, nec conuiuia, si fiant cum irreuerentia, aut incuria loci sacri, tunc enim erit mortale: secus si aliquid frugale, & moderatum sumatur ad angulum Ecclesiæ ex causa rationabili, & sine tumultu, ita Raphael Dela Turre *in* 2. 2. *D. Thomæ*, *tom.* 2. *quæst.* 99. *art.* 3. *disp.* 7. *ex folio* 621. quæ conuiuia potatorum, & comessationes non solùm ab Ecclesiis, sed ab Ecclesiasticis fugienda sunt. D. Hieronym. *Epistol.* 2. *ad Nepotian. de vita clericorum*, *cap.* 23. *Conuiuia*, inquit ille, *tibi vitanda sunt*, item, *Nihil gula perniciosius*, ait S. Chrysostom. *hom.* 44. *in Ioan. nihil ignominiosius est*. Hæc obtusum, & crassum ingenium, hæc carnalem animam reddit, hæc cæcat intellectum, nec sinit, vt quicquam perspiciat. & *hom.* 58. *in Matth* Sues ex hominibus facit, imò etiam suibus multo deteriores. Conueniunt ergo Parochis mensa frugalis, & temperata quam de more piæ benedicat, contentus parcimonia remoris ab illa parasitis, & loco eorum pauperibus vocatis quibus liberaliter necessaria suppeditet.

Quæ nequeant Parochi peragere ratione sui officij.

§. II.

EPITOME.

1. *Parochus indulgentias non potest concedere.*
2. *Parochus non potest excommunicare.*
3. *Parochus sæcularis an possit licitè communicare suos parochianos ex obligatione præcepti in Ecclesia regularium sine licentia eorum.*
4. *Parochus non ieiunus, excommunicatus, sine vestibus sacris, possit ne facere sacrum ad populum in die festo Missam audiendum?*
5. *Parochus an possit facere sacrum ad dandam Eucharistiam subditis, quando vrget necessitas illos communicandi deficiente Confessario?*
6. *Parochus excommunicatus non toleratus, vel suspensus ab officio, an possit concedere subditis, vt confiteantur alteri Sacerdoti approbato?*
7. *Parochus an possit facere sacrum sine clerico?*
8. *Parochus an posset dispensare cum Parochianis, vt in diebus festis possint laborare?*
9. *Parochus, qui præsent assumit Vicarium, vt illum adiuuet, an possit delegare?*
10. *Parochus an possit eximere in causa dubia à lege ieiunij subditos suos?*

PRIMA resolutio, Parochus non potest concedere Indulgentias suis parochianis, Henriquez *de indulgentiis*, *lib.* 7. *cap.* 21. §. 8. & Bonac. *de Sacramentis*, *disp.* 6. *q.* 1. *punct.* 3. *n.* 25. 1

Secunda resolutio, Parochus non potest excommunicare iure ordinario ratione sui officij subditos suos, nec in specie, nec in genere. Et ex consequenti nec suspendere Sacerdotes, nec interdicere. Ratio, quia excommunicare est actus iurisdictionis contentiosæ fori exterioris, nec potest fieri sine causæ cognitione, & pronunciatur in inuitum, *cap. nemo Episcopus* 2. *q.* 1. Sed Parochus habet tantùm iurisdictionem in foro pœnitentiali, *cap. de persona* 11. *q.* 1. ergo non potest excommunicare: item excommunicatio fertur à iudicibus, *cap.* 1. *de sent. excommu. lib.* 6. *cap. quærenti, de verbor. signif.* Sed Parochus non potest iudicare in foro exteriori: ergo nequit excommunicare. 2

Non obstat, posse Parochum absoluere à quibusdam excommunicationibus, D. Thomas *in additi. ad* 3. *part. quæst.* 24. *art.* 1. Bonauent. *in* 4. *dist.* 18. *q. vltim.* quia respondetur Parochos posse absoluere ab excommunicatione in foro conscientiæ tantùm in ordine ab absolutionem sacramentalem: idco ita absolutus eget alia absolutione recipienda in foro externo à suo iudice Ordinario, à quo fuit excommunicatus. D. Thomas *suprà*, Palud. *dist.* 18 *quæst.* 2. Nauar. *in manuali*, *cap.* 27 *num.* 5. Sotus *dist.* 22. *quæst.* 2. *art.* 1. gloss. *in c. nemo Episcopus* 2. *q.* 1. *vers. excommunicet*, & *in cap. cum ab Ecclesiarum*, *vers. Ecclesiastica sententia. de officio Ordinarij*.

Nihilominus D. Thomas *in* 4 *q.* 2. *art.* 2. *quæstiun.* 1. opinatur Episcopos ex officio posse excommunicare solùm; in aliquibus tamen casibus ab ipso iure concessis, videlicet in furto, rapina, & similibus delictis, posse Parochum excommunicare, dummodo Episcopus sciens non prohibeat, Sylvest. *excommunicatio.* 1. §. 5. Consentit Abbas *in cap. si Sacerdos, de officio Ordinarij*, *num.* 8. dicens Parochum posse excommunicare subditos pro delictis notoriis, non indigentibus causæ cognitione in genere, nimirum, qui parrauit tale furtum, sit excommunicatus, & *in cap. quæsiuit*, *de his, quæ fi. à mai. part. Cap.* idem Abbas credit, quòd ex iusta causa possit Rector Ecclesiæ parochialis cessationem à diuinis imponere, nimirum, si subditus recuset soluere decimas, vel oblationes debitas.

His omnibus dicendum est non conuenire Parochis iure communi potestatem ad excommunicandum, posse tamen potestatem acquirere ex consuetudine præscripta, & tunc eam habebunt, quam ex consuetudine obtinuerint, Angel. *verb. excommunic.* 1. *num.* 6. Tabien. *excommunic.* 4. quia consuetudo tribuere potest iurisdictionem in alius, *cap. conquestus*, & *ibi gloss* 9 *quæst.* 3. *cap. dilecti*, *de arbitris*, Palat. *in cap. per vestras*, *de donat. inter vir.* & *vxor. notab.* 2. §. 1. *n.* 27. Iason *in l. imperium*, *n.* 20. *col.* 2. *ff. de iurisd. omn. iud.* Proinde Parochus cùm habeat iurisdictionem in foro pœnitentiæ in suos subditos, potest consuetudine acquirere in foro exteriori, & ex consequenti ius, vt possit eosdem excommunicare, quæ iurisdictio etiam præscriptione legitima acquiritur, Couar. *in regul. possessor. part* 2. § 3 *num.* 1. Cessatio denique à diuinis solùm ab Episcopo, neque à Capitulo sine ipsius authoritate fieri potest, Couar. *in cap. Alma mater p.* 2. §. 2. *num.* 6. Henriquez *in summa lib.* 13 *cap.* 54. *in principio*, Toler. *in summa*, *lib.* 1. *cap.* 56. *num.* 2. Auila de

censur.part.6.disp.1.dub.1.& Soar.*tom.5.disp.39.sect.3.à n.2.* Atque ita Parochus non potest ratione sui officij inducere cessationem à diuinis, quia hoc pertinet ad officium Episcopi, vt habetur *in d.cap. quæsiuit, & in c. si Canonici, in 6. de officio Ordinarij*; quòd si Abbas intelligat in hoc fas esse Parocho non facere sacrum parochianis subtrahentibus se à soluendis decimis, & præstandis alimentis Parocho, credo esse verum, quia, qui Altari seruit, de Altari viuere debet, & parochiani tenentur alere Parochum, quoad congruam, & necessariam sustentationem spiritualem ministrantem, quod est iuris naturalis, & diuini; quamuis quoad quotam sit de iure humano Pontificij. Quare Christiana plebs tenetur decimas soluere sub mortali ratione præcepti humani. Nec refert Parochos diuites esse, & habere vnde viuant, quia debitor, quamuis creditor sit diues, non excusatur à debito soluendo. Fit igitur Sacerdotes etiam diuites posse decimas recipere, & sibi, & propter pauperum egestatem, vt eas pauperibus distribuant, quæ superfuerint, D. Thomas *quodlib.6. art.* 10. *&* 2. 2. *q.* 87. *art.* 3. *ad* 1. & Conar.*lib.1.variar.cap.17.num.4.* Armil. *verb. decima, num.* 4. Quinimò esto Sacerdotes pauperibus decimas non distribuant, non propterea Parocho debent decimæ denegari.

Adde ex præcepto etiam naturali teneri parochianos exhibere oblationes Sacerdotibus ministrantibus spiritualia, si indigent, Abbas *in c.causa num.* 2. *de verbor. signific.* Hostiens. *in summa tit. de parochiis*, §.*in quibus*, *vers.in his*, Syluest. *verb.decima q.2.*& Sotus *lib.9.de iustitia*, *q.2. art.1.* in quo euentu quando parochiani subtrahunt alimenta Parocho, nec præbent debita alimenta solita, possunt cessare à celebratione diuinorum Officiorum, quod suo modo est inducere cessationem à diuinis non propriè, sed impropriè.

3. Tertia resolutio. Potest Parochus in Ecclesiis mendicantium communicare suos subditos, vt satisfaciant præcepto communicandi in Paschate sine licentia mendicantium: nam de licentia illorum non est dubium, eo quia parochianis, vt satisfaciant præcepto annuali percipiendi Eucharistiam, sufficit adire Parochum, & de manu illius sacram synaxim accipere, & illi præstare obedientiã; quod faciunt in hoc casu, nec refert id fieri in aliena Ecclesia, aut parochia, quandoquidẽ parochiani de licentia Parochi satisfaciũt huic præcepto communicantes in Ecclesiis mendicantiũ. Azor.*tom.1 instit.moral.lib.7.c.41.*& gl.*in Clem.1.de sepulturis,verb.speciali.* Quinimò Parochianus in Ecclesia mendicantium animo satisfaciendi præcepto sumendi Eucharistiam sine licentia Parochi satisfacit huic præcepto, & euadit pœnam excommunicationis latam in constitutionibus Synodalibus contra eos, qui in suis parochiis non communicant ex priuilegio mendicantium, ita Beja 4.*part. casu* 4. vbi id latè probat, idem docet Fr. Emmanuel Rodriquez *tomo* 1. *regularium q.* 56. *art.* 3. §. *quantum ad secundum*, & Hieronymus à Sorbo *in compendio priuilegiorum fratrum Minorum*, *& aliorum mendicantium*, *verb. communicare*, & sic refert decisum Pater Fagundez *in suo Pentalogo præceptorũ Ecclesiæ,præcepto 3.lib.1.c.5.* in causa mota inter fratres minores, & Parochũ quendam *ibi n.*13 Quare non est dubium satisfacere parochianos communicantes de manu sui Parochi in Ecclesiis mendicantium, idque licitè fieri potest remoto omni scandalo, quod si detur, nõ erit plus quàm veniale.

Quarta resolutio. Parochus non ieiunus excommunicatus, aut sine vestibus sacris, aut sine lumine non potest facere sacrum in die festo etiam ad populum Missam audiendum, neque vt ministret Eucharistiam parochianis in articulo mortis existentibus, ita Nauarrus *in manuali cap.* 21. *num.* 3. vbi de excommunicato, Henriquez *lib.* 8. *de Eucharistia cap.* 4. *littera F. & G.* vbi de omnibus, Sotus *in* 4. *dist.9.quæst.1. art.* 4. & alij recentiores, quos referens sequitur P. Fagundez *in tertio præcepto lib.1.cap.4. num.* 10. *&* 11. quia præceptum diuinum Eucharistiæ in articulo mortis non obligat, nisi quando Eucharistia dignè, & reuerenter tractati potest. Eodem modo dicendum est ob eandem rationem non posse Parochum celebrare diebus festis, vt parochiani Missam audiant. De nõ ieiunio sunt, qui dicant posse illum ad vitandum scandalum celebrare, Saa *verb. Missa num.* 26. sed id tantùm admittit, si cœpta iam Missa recordatur se non esse ieiunum: tunc enim posse pergere, si alioqui sequeretur scandalum, vt se declarat *eodẽ verb.n.* 32. quod etiam concedit *n.*38. secundùm quosdam, quando Sacerdos post consecrationem non potuit Missam absoluere, nec communicauit: tunc enim debet alius etiam non ieiunus, si desit ieiunus Missam perficere; non autem excommunicatus, aut suspensus, aut irregularis. 4.

Sine vestibus sacris celebrare nec ob vitandam mortem licet, nec sine libro, quamuis alij meliùs opinentur Ecclesiam non obligare cum tanto periculo, Saa *num.* 13. Extra hunc casum sine vestibus sacris sacrificare nullo modo licet Quinimò peccat mortaliter si celebret indutus vestibus sacris, quibus indui debet, & aliqua ex iis nondum est benedicta, Graffis *decis.lib.2.cap.41 num.4.* Sine lumine autem celebrare grauissimum peccatum est, Henriquez *lib.9.de Missa cap.* 29. lumen verò debet esse ceræ, *ibi num.* 7. vbi sine libro Missali addit non posse celebrari, qui saltem contineat Canonem, *Te igitur*, vsque ad *post communionem*, Azor. *tom.1 instit.moral.lib.10.c.29.fol.* 1035. *vers.quartò quæritur*, qui *eodem lib.cap.* 28.*quæst.* 15. addit tempore necessitatis sufficere lumen sebaceum, deficiente lumine ceræ.

Quinta resolutio. Parochus deficiente confessario contritus potest ex vrgente causa celebrare ad communicandum oues suas, vel ad peragendum aliquid ratione sui officij, puta ad benedicendum sponsos, ita Henriquez *lib.* 8. *Eucharistiæ cap.* 49. Rosel.*verb. Eucharistia*,§.26.Tabiena *verb. communio.*§.30. qui loquuntur de Parocho celebrante die festo. vt subditi Missam audiant; item vt celebret ad communicandum subditos ægrotos, aut in solemnitate, vel tempore Iubilæi, quia oues habent ius exigendi à pastore Sacramenta etiam extra tempus præcepti, quod extenditur etiam ad benedicendum sponsos, quod intelligitur, quando, nisi celebret, sequatur scandalum, quia præceptum suscipiendi benedictiones nuptiales non obligat nisi sub veniali. Nihilominus subditi cùm habeant ius petendi à Parocho, ipse tenetur ministrare, præmissa contritione, vt in cæteris casibus suprà dictis. 5.

Sexta resolutio. Parochus excommunicatus non toleratus, aut ab officio suspensus, potest dare licentiam subdito, vt alieno Sacerdoti approbato fateatur de peccatis, prout vult Nauarrus *in cap. placuit, de pœnit.dist.6.num.* 73. Henriquez *lib.* 11. *de matrimonio cap.3.num.5.in commento littera G. & lib.13.de excommunicat.cap.7.num.7.* Corduba *in suo* 6.

que

quæstionario lib. 5. quæst. 13. paulo post principium, & Vega *lib. 6. summa casu* 119. ea ea ratione, quoniam hoc est cedere tantùm iuri suo, non autem exercere actum proprium iurisdictionis. Nihilominus verius est non posse dare licentiam nec licite, nec validè, vt alieno Sacerdoti confiteatur, quia est veræ iurisdictionis actus qua caret Parochus non toleratus, aut suspensus ab officio, & sicut ipse priuatus est potestate audiendi confessiones; sic non potest facere facultatem subditis, vt confiteantur alteri Sacerdoti exposito, ita Sanchez *de matrimonio lib. 3. disp.* 21. *n.* 9.

7. Septima resolutio. Sacerdos aliquando sine vllo prorsus ministro potest sacrum facere. Probatur ex glossa *in cap. hoc quoque, de Consecratione dist.* 2. vbi ait, Eremitam in Eremo sine socio posse Missam celebrare, sequitur Paludanus *in 4. dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 1. argumen. *cap. quæsiuit. de verb. significat.* vbi dicitur, quòd Sacerdos vno præsente clerico potest solus infirmum vngere, quamuis à Sacramento Extremæ vnctionis ad sacrificium Missæ non valeat argumentum, vt ait Sotus *in 4. dist.* 13. *quæst.* 2. *art.* 5. tamen in vrgenti necessitate, verbi gratiâ, si magnum festum sit, nec reperiatur Sacerdos, qui faciat sacrum, potest celebrari sine ministro, aliàs non, Antonius de Butr. *in cap. 2. de vit. & honest. clericor. num.* 11. cùm sit hoc de iure positiuo, Sotus *suprà d. art. 5. col.* 10. Graffis *decis. lib. 2. cap.* 43. *num.* 3. ideo esto solus Presbyter Missarum solennia nequeat sine ministro celebrare, vt voluit Alexander Tertius *in c. proposuit, de filiis presbyterorum*, cùm hoc sit iuris scripti, & vrgente necessitate solus Sacerdos potest sacrificare, gloss. recepta *in cap. quæsiuit, de verbor. significat.* & Turrecremat *in d. cap. hoc quoque, de Consecrat. dist.* 1. & Turrecremat. *ibi*, iuuat Saa *verb. Missa dicentem*, si desit minister, posse Sacerdotem sibi ipsi respondere *num.* 18. nunquam tamen licebit fœminæ Presbytero ministrare, ex *cap. inhibendum, de cohabitat. clericor.* ex Concilio Moguntino, his verbis: *Inhibendum quoque est, vt nulla fœmina præsumat accedere, aut Presbytero ministrare, aut intra cancellos stare, siue sedere.* Confert Sotus *in 4. dist.* 13. *q.* 2. *art.* 5. ita: *Forsan nec ob vllam necessitatem illud auderem citra dispensationem permittere propter indecentiam; & citius auderem ego mihi respondere, & ministrare, quàm fœminam ad id muneris admittere.* sequitur Rebuff. *in tract. congrua portionis num.* 66. vbi vult non esse integrum mulieri Presbytero celebranti ministrare, sequitur Bonacin. *de Sacrament. disp. 4. quæst. vltim punct. 9. n.* 32. & Bellet. *disquisit. cleric. part.* 1. *tit. de disciplin. cleric.* §. 8. *n.* 6.

8. Octaua resolutio. Parochus potest cum suis parochianis aliquando in diebus festis, etiam quando causa est dubia, & ordinarius non potest commodè adiri, dispensare, vt laborent, Caietanus 2. 2. *q.* 122. *art.* 4. Syluester *verb. Dominica quæst.* 4. Angel. *verb. feria num.* 35. Azor. *tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 28. *quæst.* 6. non poterit tamen Parochus concedere facultatem laborandi in perpetuum. Quando tamen causa est manifesta, non requiritur Parochi facultas: secus verò quando est dubia, & incerta.

Nona resolutio. Quando Parochus præsens in
9. sua parochia assumit vicarium locantem operas, vt illum adiuuet; talis vicarius non potest delegare, Nauar. *conf.* 13. *num.* 4. *de clandest. desponsat.* Secus quando est delegatus ad vniuersitatem causarum: tunc enim non poterit alteri omnem curam parochiæ committere etiam ad modicum tempus, dum abest, sed tamen aliquas causas, hoc est, vnam, vel alteram delegare, gloss. *verb. delegatus, in cap. cùm causam, de appellat.* & *ibi* Antonius *n.* 11. Sanchez *de matrimonio lib. 3. disp.* 31. *ex num.* 16. nec aduersatur Nauar *in cap. placuit num. 69. de pœniten. dist.* 6. dicens vicarium Parochi posse delegare, quia respondetur illum loqui de vicario instituto in absentia Parochi, Sanchez *suprà n.* 19.

Decima resolutio. Parochus, seu proprius Sacerdos præsente Episcopo ad quem facilis est aditus, ex consuetudine, & vsu potest soluere præcepto ieiunij parochianos suos in causa dubia, ita Syluester *verb. ieiunium quæst.* 7. Rosel. *ibidem n.* 26. Caietanus 2. 2. *quæst.* 147. *art.* 4. nec requiritur consilium Medici, quando Parochus certò, & euidenter iudicat causam iustam subesse; secus si non iudicat, sed dubitat, tunc Medicus est consulendus, cuius consilium Parochus sequi potest. Contrà verò etiam in causa dubia, quando ad Episcopum non est facilis recursus, potest Parochus fungi munere Episcopi, & eximere à lege ieiunij sine Medico: quinimò præsente etiam Episcopo ad quem facilis aditus patet, concedunt alij Parochú posse eximere à ieiunio ex vsu communiter recepto, quia ad Parochum solent homines recurrere, Azor. 1. *part. lib. 6. cap. 29. vers. tertiò quæritur, & vers. quartò quæritur.* 10.

Vtrùm Parochus prouisus de beneficio curato teneatur Sacerdotium suscipere intra annum, & in quas pœnas incurrat, si infra id tempus non promoueatur?

§. III.

EPITOME.

1. *Parochiale beneficium distinguitur à beneficio curam animarum habente.*
2. *Parochialem Ecclesiam habens commendatam debet attingere 25. annum.*
3. *Parochialis Ecclesia non potest commendari illi, qui nondum est Sacerdos.*
4. *Obtinens parochialem Ecclesiam intra annum debet promoueri ad sacerdotium, aliter priuatus existit sine sententia.*
5. *Parochialem Ecclesiam habens, an priuatus existat, si non fuit promotus intra annum propter illiteraturam, aut ob aliam causam.*
6. *Parochialem acquirens, aut retinens sine animo recipiendi Sacerdotium intra annum, ad quid teneatur?*
7. *Recipiens Parochialem animo recipendi fructus per annum, & postea transeundi ad nuptias, si mutet voluntatem, an possit retinere fructus, si fuit promotus intra annum?*
8. *Suscipiens Parochialem animo recto, & postea voluntate mutata, an possit retinere fructus receptos à principio?*
9. *Quid si Parochialem accepit non animo perseuerandi in illa, sed renunciandi, aut permutandi cum alio?*
10. *Parochiale beneficium acquirens animo dubio susci*

suscipiendi Sacerdotium, an faciat fructus suos?

& quid de accipiente cum in- tione conditionali? ibid.

11. *Parochus an elapso tempore, quo non potest fieri Sacerdos, an possit resignare, aut permutare cum alio?*

12. *Beneficia simplicia obtinentes an peccent, si illa assumant animo non perseuerandi in clericatu?*

13. *Quid de accipientibus beneficia habentia Ordinem sacrum annexum animo non recipiendi illum intra annum?*

14. *Quid de accipiente non curatum hæsitante permanere in eo statu, cum animo tamen satisfaciendi oneribus beneficij?*

1. QVÆSTIO prima, quæ sit differentia inter Parochialem Ecclesiam, & beneficium curatum? Innocent. *in cap. cùm satis, de officio Archidiaconi,* tradit beneficium, cui est cura animarum annexa, latiùs patere, quàm Parochiale beneficium. Parochialis autem Ecclesia ea est, quæ habet Parochiam, territorium, ac populum certis limitibus Episcopi authoritate distinctum. Archid. *in cap. licèt canon. de electione in 6.*} Azor. 2. *part. lib. 9. c. 3. vers. decimoquartò quæritur, fol.* 1498. beneficium tamen curatum obtinens dicitur beneficiarius, qui habet populum, & clerum, & ius excommunicandi, absoluendi, visitandi, & similia gerendi, quæ tendunt ad correctionem morum, Abbas *in 7. notab. in cap. dudum Ecclesia*, post glossam, *de electione, & in cap. de multa num.* 24. *de preben.* & exercet curam animarum suo nomine, Oldrad. *cons. 67.* & Hoied. *in tractatu de incompati. part. 1. cap. 13. num. 3. &* 4. Non propterea dicitur eo ipso habere Parochiale beneficium, quia ius beneficij parochialis consistit in hoc, vt Parochus habeat populum, cui Sacramenta ministret, & sepulturam concedat, habeatque fontem sacri Baptismatis, Rebuff. *in praxi titulo de dispensat. vers. etiam si curam habeat animarum*, & praxis Episcopalis *part. 1. verb. Parochia, §. 1. pag.* 269. Differunt etiam beneficium curatum habentes ab habentibus Parochialem Ecclesiam, quia isti elapso, si anno initientur Sacerdotio, priuantur ipso iure Ecclesia, *c. licet canon. de electione, lib. 6.* Rebuff. *in praxi titulo de non promotis infra annum, per totum.* Illi autem beneficium curatum habentes, quamuis obligentur intra annum ad Sacerdotium ascendere, vt volunt praxis Episcopalis *part. 1. verb. beneficia, vers. dico quartò principaliter.* Cened. *ad sextum collect. 30. n. 1.* & Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 8. quæst.* 2. tamen *quæst.* 3. docet pœnam *cap. licet canon,* de iure locum non habere in Decanis, Præpositis, Prioribus, Abbatibus, Archipresbyteris curam animarum quidem, sed non Parochialem Ecclesiam habentibus, eo quòd, cùm pœna sit, restringi potius, quàm extendi debet, gloss. *in d. c. licèt canon. in verb. Parochialis Ecclesiæ,* & Rebuff. *in praxi benefic. part. 2. tit. de non promotis intra annum.* Quinimò idem Azor. *suprà q. 4.* addit pœnam priuationis ipso iure *dicti cap. licèt canon, de electione in 6.* contra Parochos non se promoueri facientes intra annum ad Sacerdotium, non extendi ad illos, qui præficiuntur Ecclesiis collegiatis, quæ aliàs sunt etiam Parochiales, vt declaratum est *in cap. statutum, de electione in 6.* nisi in huiusmodi Ecclesiis, quarum plures Sacerdotes curam Parochiæ in solidum habent, esset vnus ad quem cura tantummodo pertineret: tunc is intra annum ad Sacerdotium deberet promoueri.

Quæstio secunda, an qui Parochialem Ecclesiam habet commendatam, debeat attingere vigesimumquintum annum? Responde Episcopum in primis posse commendare Ecclesiam Parochialem, & alia beneficia, quibus inest cura animarum ad sex menses, vt est communis, non posse tamen ante semestre tempus nutu suo commendationem reuocare, nisi clausulam posuerit, donec ipse voluerit, gloss. *in cap. nemo deinceps, de electione in 6.* Rebuff. *in praxi tit. de commendis num.* 58. & Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 6. c. 31 quæst.* 6. quamuis glossa *in cap. si constiterit, de accusat. & in c. qui plures 21. quæst.* 1. velit huiusmodi Commendatarium posse ad libitum reuocari, & Mandos. *regul.* 39. *quæst.* 3. *numer.* 8. quem sequitur Gonzales *ad regul. 8. gloss. 5. §. 8. n. 35. &* 37. 2.

Non potest tamen commendari Parochialis Ecclesia nisi clerico attingenti vigesimumquintum annum, & hoc non sufficit, si nondum est Presbyter creatus, vt habetur *in cap. nemo deinceps, de electione in 6.* ibi, *Nemo deinceps Parochialem Ecclesiam alicui non constituto in ætate legitima, & sacerdotio, commendare præsumat.* Ex quo cap. apparet, quamuis assumptus ad Parochialem Ecclesiam, si habeat vigesimumquintum annum inchoatum, posse illam possidere, si promoueatur intra annum, iuxta *d. c. licèt canon.* Commendatarium tamen, nisi sit actu Sacerdos, non posse retinere Ecclesiam sibi commendatam, ex *d. c. nemo deinceps.* 3.

Porrò Ecclesia commendatur, quando committitur alicui, vt eam administret, & regat, quòd si commendetur dum viuit cum potestate disponendi de fructibus, sicut verus beneficiarius, dicitur Commenda perpetua, & est titulus Canonicus, & verum beneficium, *c. si plures 21. q. 1. c. dudum, il secundo, de electione,* Rota *decis. 765. num. 5. part. 3. diuers.* Federic. de Senis *in tractatu de permutatione beneficiorum, q. 15. per totam.* Rebuff. *de pacificis possessoribus, num.* 35. Lambertin. *de iure patronatus, lib. 2. part. 1. q. 6. art. 14.* & Mandos. *in regula de verisimili, q. 5. num. 2. & in regula 32. q. 7. num. 12.* Hæc autem Commenda perpetua parum, aut nihil differt ab aliis beneficiis. Nam perpetuus Commendatarius facit omnes fructus suos, sicut alij beneficiarij perpetui, Cassador. *decis. 33. num. 5. super regulis*, & Puteus *decis. 25. num. 3. & 4. lib.* 1. nec conferri potest, nec committi commenda perpetua legitimam ætatem non habenti, & alias qualitates necessarias, & incurritur pœna *cap. licet canon, de electione lib. 6.* contra non promouentes se infra annum, *Clement. in agro, §. caterùm, de statu Monachor.* ibi, *infra annum computandum à tempore collationis, & commissionis*, & inducit incompatibilitatem inductam *in cap. de multa, de prabendis, & Extrauag. Execrabilis, eodem titulo,* vt plenè resoluit Hoieda *de incompatibilitate, part. 1. cap. 14 à num. 16 ad num. 30.* & hodie expressè disponitur in Concilio Tridentino *sess. 7. cap. 2. & cap. 4.* Quare in huiusmodi Commendis perpetuis habet locum dispositio *cap. licèt canon. de electione in 6* nisi promoueatur Commendatarius perpetuus ad Sacerdotium intra annum, & potest prouideri de illa, vbi primum attigerit vigesimumquintum annum nondum factus Sacerdos, quia est verè beneficium, aut parum, aut nihil distat ab illo.

Ad id autem quod dicitur *in d.c.nemo deincept, de electione in 6.* Commendam non esse conferendam attingeori vigesimumqointum annum nondum Sacerdoti, dicendum est id esse intelligendum de Commendatario temporali, vt declaratur *in eodem cap.nemo deincept,* his verbis: *Commendam autem, vt præmittitur, ritè factam declaramus vltra semestris temporis spatium non durare.* Nos autem loquimur de perpetuis Commendis, quæ possunt permutari, & resignari, in fauorem *cap.final.* & *ibi* Imola *de rerum permutat.* Rebuff. *de pacificis possessoribus, num.*38. & Petrus de Perusio *de permutatione num.*9. vbi de nostro casu, & Flamin. *de resignat lib.*2.*q.*17.*n.*1.

4. Quæstio tertia soluitur ex supradictis, nimirum Parochum non se facientem Sacerdotio initiari intra annum, eo elapso priuatum ipso iure existere parochiali, *d.cap.licèt canon.* & *cap.commissa, de electione in* 6. Rebuff. *in praxi tit.de dispensat. de non promouendo,* & præsertim *in t t. de non promotis intra annum*; debet autem prouisus esse in pacifica possessione à principio anni, quòd si post duos menses lis superueniat, non tenebitur se promoueri facere, neque arctabitur constitutione *d. cap. commissa.*

Eadem constitutione ligabuntur Vicarij perpetui in Ecclesia parochiali, vt fiant Sacerdotes intra annum sub eadem pœna, ex *Clement.* 1. *de officio Vicarij,* siue Parochialis sit annexa Monasterio, siue seminario, aut alicui beneficio dignitate prædito. Amplia etiam ligari eadem constitutione Priores in Ecclesiis conuentualibus, debere scilicet promoueri ad Sacerdotium intra annum computandum à tempore collationis in pacifica possessione, *Clement. ne in agro, §. cæterùm, de statu Monachorum,* vbi loquitur de Priori conuentuali, non autem de Abbate, Azor 2.*part.lib.*6.*c.*8. *vers. quintò quæritur,* vbi de Vicario perpetuo, & *vers. sextò quæritur,* vbi de Priore Conuentuali.

5. Quæstio quarto, An, qui non fuit promotus intra anoum ad Sacerdotium ex defectu litteraturæ priuatus existat Parochioli? Azor 2. *part.lib.*6.*c.*5. *quæst.*9 *ad finem, vers. quærat deinde quis,* negat beneficium amisisse, quia ipse procurauit fieri Sacerdos, & Episcopus intra annum petenti denegauit Ordines sacros, nec cum promouit ad Sacerdotium; quare cùm per ipsum non steterit, sed per Episcopum, non debet excludi à Parochiali, Barbos. *in cap.commissa, de electione in* 6. *num.*8. *pag.*79. idem docet his verbis, ibi, *Parochus, qui infra annum Sacerdotium non suscipit, effugit pœnas contra tales statutas, si intra tempus comparuit, & se promoueri petiit, licèt ordinarius eum propter illiteraturam, aut aliam causam promoueri noluerit;* sequitur Garcia *de benefic. part.*3. *cap.*4. *num.*6. dicens *cap.licèt canon,* & *cap.commissa, de electione in* 6. secundùm quæ priuantur ipso iure in conscientia ante sententiam, qui non promouentur intra annum ad Sacerdotium; non procedere, quia ad illud non ascendit propter irregularitatem superuenientem, Rebuff. *suprà tit.de non promotis, num.* 80. aut propter illiteraturam, aut ob alium defectum, refertque ita fuisse responsum à sacra Congregatione S. Carolo Borromæo, dum esset Archiepiscopus Mediolanensis, per hæc verba: Pœna Canonis præscripta his, qui vltra annum Sacerdotium non perceperiot, non habet locum in Rectore, qui intra annum à die adeptæ possessioois pacificæ, vel intra tempus legitimè ei prorogatum comparuit; & se promoueri petiit, offerens, quantum in se erat, se paratum suscipere Sacerdotium, vel Ordines, & noluit eum Ordinarius propter illiteraturam, vel aliam causam promouere. Salzedo *in addit. ad Bernard.cap.*53. & Fr.Emman. *in summa tom.*1. *cap.*30. *n.*3. quibus accedit Vega 1.*p.cap.*36. *casu* 20.

Amplia etiam noo habere locum hanc pœnam priuationis, & obligationem suscipiendi Sacerdotium, quandiu habens Parochiam corripitur aliquo morbo, propter quem factus est inhabilis, aut parum aptus ad peragendum per se officium sacerdotale, vt respondit sacra Congregatio Episcopo Bergamensi, his verbis, *Parochus si eo morbi genere teneatur, vt ad functionem Sacerdotis, & res diuinas per se obeundas minimè idoneus esse videatur, non tenetur durante dicto morbi genere sacris Ordinibus se initiandum facere.*

Quæstiu quinta. Parochialem acquirens, aut retinens sine animo ascendendi ad Sacerdotium intra annum, ad quid teneatur? Responde peccare mortaliter cùm aduersetur constitutioni Concilij Lugdunensis, hoc est *cap. licèt canon. de electione in* 6. tenerique restituere fructus receptos contra iustitiam, Sotus *lib.* 10. *de iust.quæst.*5. *art.*6. *col.* 3. *vers. sed est præterea.* Nauar. *in summa latina cap.*25. *num.*118. Tolet. *lib.*5. *summæ cap.*5. *n.*5. Graff. *decis.lib.*2. *cap.*97. *num.*54. nisi mutata voluntate ad Sacerdotium promoueatur: tunc enim potest fructus receptos retinere, toto tempore antecedenti mutationem voluntatis, textus expressus *in cap. commissa, §. cæterùm, de electione in* 6. ibi, *nisi voluntate mutata promotus fuerit;* contra Sotum existimantem textum loqui de fructibus in posterum percipiendis, cùm loquatur de fructibus iam perceptis, Sanch. *de matrimonio lib.*7. *disp.*45. *n.*7. per glossam *in d.cap.commissa, verb. mutata,* & *verb.promouendum,* & *ibi* Archid. & Dominicus *ibi, §. illum num.*2. supra gloss. *verb.promouendum,* vbi concludunt promotione sequuta fraudem à principio intentatam releuari, sequitur Ludouicus Lopez 1. *part.instructorij cap.* 355. *ad finem,* post Nauarrum *cap quando, de consecrat.dist.*1. *c.*21. *num.* 46. & 50. Quare Graffis minus bene, *vbi proximè,* cum Soto ait huiusmodi beneficiatum teneri ad restitutionem fructuum perceptorum vsque ad tempus mutatæ voluntatis. 6

Quæstio sexta, an Parochialem recipiens animo per annum lucrandi fructus, ac postea dimissa Parochiali contrahendi matrimonium, si postea mutet voluntatem, & ascendat ad Sacerdotium, possit retinere fructus? Affirmat Gutierrez *lib.*2. *canon. cap.* 3. *ex num.* 20. teneri restituere fructus fraudulenter receptos, per textum *in d. cap.commissa,* nisi postea mutet voluntatem, & fiat Sacerdos intra annum, Sanchez *d. disp.*45. *num.*7. cùm fraus intentata non habuerit effectum, neque Ecclesia aliquod damnum subierit; sequitur Gabriel *in* 4. *dist.*15. *quæst.*8. *art.*3. dicens peccare hunc mortaliter, qui animo quidem ducendi vxorem retinet beneficium, obligarique ad restitutionem in omni beneficio etiam non curato, contra Toletum *in summa lib.* 5. §. *quartò debet,* post Sotum *lib.*10. *de iustitia, q.*5. *art.*6. & Nauarrum *in summa cap.*25. *num.* 118. opinantes peccare quidem mortaliter hunc, non tamen obligandum esse ad restituendum fructus, eo quia nullum est ius ad id obligans: ideo non esse pœnam ampliandam; consentit Saa *verb. beneficium num.* 38 sed meliùs alij affirmant, nisi animum mutet, vt dictum est, & promoueatur ad Sacerdotium anno nondum elapso. 7.

8.

Hinc

8. Hinc fit beneficium Parochiale ſuſcipientem animo aſcendendi ad Sacerſiotium intra annum, non teneri fructus perceptos eo tempore, quo rectum habuit animum, reſtituere, prout diſponit *cap. commiſſa, de electione in* 6. gloſſ. *ibi verb. non intendens*, & *ibi* Dominicus, §. *caterùm*, *numer. vnico*, *notabili ſecundo*. Syluester *verb. beneficium* 3.q.2. Ludouic. Lopez 1. *part. instruct. c.* 255. *col.* 4. *propoſit.* 2. & Fr. Emmanuel *in ſumma tom.* 1. *in* 2. *edit. cap.* 30. *concluſ.* 6. *num.* 6. Sanchez *d. diſp.* 45. *n.* 1.

9. Quæſtio ſeptima, quid de eo, qui accepit beneficium curatum animo non reſidendi, ſed permutandi, vel renunciandi? Leſſius *lib.* 2. *de iuſtitia c.* 34. *dub.* 26. *num.* 136. tradit ſic accipientem peccare, non tamen eo ipſo eſſe priuatum, nec teneri reſtituere fructus. Peccatum verò non eſſe mortale inſinuat Nauarrus *lib.* 3. *conſ.* 24. *de præbendis*, eo quia non infertur notabile detrimentum Parochiali, conſonat Leſſius *ibi*, niſi reſignatio fiat in fauorem parum idonei, cui Prælatus aliàs nullo modo Parochialem concederet. Non teneri ad reſtituendum fructus accipiens animo non reſidendi ex eo videtur, quoniam nullo iure cauetur talis reſtitutio, modò interim ſuo fungatur officio, & Parochialis oneribus non deſit.

Ego tamen teor eſſe grauem deceptionem in hoc caſu, & Eccleſiam grauiter eſſe deceptam, nec Nauarrus *d. conſ.* 24. *de præben.* ait eſſe peccatum veniale, ſed ſolùm dixit eſſe peccatum, quia acceptio illa eſt actus inordinatus, ſubdens *num.* 2. non peccare, ſi accipiat animo ſeruiendi etiam paruo tempore, ac reſidendi, donec authoritate ſuperioris Parochialem dimittat ſeruata ſibi penſione, eo quòd in hoc nulla apparet deordinatio à iure reprobata, etiam ſi proponat non teneri Parochialem, niſi paucis diebus, modò in illis ſatisfaciat ſuo officio, & Eccleſiæ obligationibus, Sanchez *diſp.* 45. *n.* 12. poſt Nauarrum *d. conſ.* 24. *n.* 2. quia non eſt textus, qui præcipiat, vt recipiens habeat animum retinendi illam in perpetuum. Nec refert dicere matrimonium carnale celebrari cum animo permanendi perpetuò cum vxore: ergo & matrimonium ſpirituale contrahentem cum Eccleſia teneri in ea reſidere in perpetuum, vt volunt Hoſtienſis *in c. relatum n.* 2. *de clericis non reſidentibus*, & *ibi* Abbas, Angelus *verb. clericus* 7. *num.* 6. & Syluester *verb. beneficium* 3. *in fine*. Non enim valet ſimilitudo in matrimonio ſpirituali, vt docet Nauarrus *in ſumma c.* 15. latinè *num.* 518. *verſ.* 10. & Hiſpanè *num.* 124. & Vega *tom.* 1. *ſumma caſu* 36. *n.* 23. & ideo non peccat recipiens Parochialem firmo animo inſeruiendi illi pro tempore, quo illam retinuerit, donec illam vel permutet, vel reſignet. Nauarrus *d. conſ.* 24. *num.* 2. *de præbendis*, quæ opinio vti benigna in praxi, tuta conſcientia retineri poteſt. Secus ſi acciperet Parochialem ſine animo reſidendi, nec ſeruiendi, ſed ſtatim admittendi, tunc enim peccaret, & ex ſententia Gabrielis tenetur beneficium dimittere, aut animum mutare, non videtur tamen obligandus ad reddendos fructus, quia nullo iure id præcipitur, & *c. commiſſa, de electione in* 6. ſolùm obligat ad reſtitutionem non promotum ad Sacerdotium, alios verò ſuſcipientes Parochialem animo non ſeruiendi, ſed dimittendi non comprehunduntur ſub pœnis illius cap. neque etiam illi, qui accipiũt alia beneficia animo fruendi eorum fructibus, & non ſuſcipiendi Ordines beneficio annexos: quoniam, cùm illud decretum ſit pœnale, non debet ampliari, ſed reſtringi: proinde non extenditur ad alios caſus, ſeu beneficia, ita Sotus *lib.* 10. *de iuſt. q.* 5. *art.* 6. *col.* 3. *verſ. de aliis autem*, Angles *in floribus* 2. *part.* vbi de reſtitutione *q. vnica, de clericis reſtitutioni obnoxiis, art.* 1. *dub.* 4. Tolet. *lib.* 4 *ſummæ c.* 18. *n.* 4. & *lib.* 5. *c.* 5. *n.* 5. Graff. *decif. lib.* 2. *c.* 97. *n* 55. Gutierez *quæſt. canon lib.* 2. *c.* 2. *num.* 28. & Emmanuel Saa *verb. beneficium, n.* 38.

10. Quæſtio octaua, an Parochialem accipiens animo dubio aſcendendi ad Sacerdotium poſſit recipere fructus? Negat Sotus *lib.* 10. *de Iuſtitia q.* 5. *art* 6. *col.* 2. *verſ. & nota*, poſſe, quando quis accipit dubius an promoueatur, aut quando ſub conditione accipit ſuſcipiendi Sacerdotium, niſi maior aliqua fortuna interim ſibi occurrat, ſequitur Gutierrez *lib.* 2. *quæſt. canon. cap.* 5. *num.* 22. Mouentur, quia textus *in c. commiſſa*, §. *caterùm*, *de electione in* 6. requirit animum minimè dubium, & abſolutum recipiendi Sacerdotium, vt poſſit frui fructibus tuta conſcientia, cùm recipiat fructus ſine conditione: ergo debet habere animum abſolutum recipiendi Sacerdotium. Nauarrus tamen *in manuali cap.* 25. *num.* 518. docet hunc minimè eſſe cogendum fructus reſtituere, quia pœnæ ſunt reſtringendæ, & lex *in d. cap. commiſſa*, ſolùm loquitur cum promoto ad parochialem Eccleſiam non habente animum aſcendendi ad Sacerdotium. At Azor 2. *part. lib.* 6. *c.* 9. *verſ. tertiò quæritur*, adhæret magis Soti ſententiæ, eamque confirmat, quoniam qui animo pendet dubio, videtur habere voluntatem non initiandi Sacerdotio, niſi ſuo facto intra annum ambiguitatem tollat, Sanchez denique ſequitur Nauarrum, eiuſque ſententiam veriorem dicit, nec teneri fructus reſtituere, quia, qui ea intentione Parochialem accepit, non peccauit, cùm acceperit ſub conditione: nam intentio conditionalis eſt vera intentio, ſicut diſpoſitio conditionalis eſt vera diſpoſitio, & in hac ſignificatione vera eſt ſententia Nauarri *d. c.* 25. *n.* 118. *ad finem*, & *c. quando, de conſecrat. diſp.* 1. *c.* 21. *n.* 45. *verſ.* 34. *Miſcellan* 45. *de oratione*, *in noua edit. n.* 5. *verſ. ſexto*: ſecus quando accipiens pendulus eſt, animo verò dubio, tunc peccat mortaliter, & tenetur fructus reſtituere, eo quia, qui hæſitat, non habet veram intentionem ſuſcipiendi matrimonium, ita cum Soto, & Gutier. ſuprà ſentiunt Fr. Manuel Rodriquez 1. *tomo ſumma in* 2. *edit. cap.* 30. *n.* 6. *concluſ.* 6. & Vega 1. *tomo ſummæ c.* 36. *caſu* 23. & Graffis *d. c.* 97. *n.* 55 & Sanchez *d diſp.* 45. *n.* 10. *ad finem*, vbi concludit hæſitantem peccare mortaliter, & teneri reſtituere fructus, ſi animo dubio accipiat Parochialem; non autem, ſi accepit ſub intentione conditionali, in quo euentu Nauarrus intelligendus eſt ſolùm, ſcilicet loqui de accipiente Parochialem non animo dubio, ſed animo conditionali, Sanch. *ſuprà ad finem*, quia hæſitans non habet verã intentionẽ, Sot. *loc. cit.* & Azor. *c.* 9. *col.* 1.

11. Quæſtio nona, an habens Parochialem tempore quo iam non poteſt fieri Sacerdos intra annũ, poſſit permutare, aut reſignare in fauorem? Pars negans ex eo probatur, quia priuati ipſo iure beneficiis nequeunt reſignare, etiam ante declaratoriã iudicis, Flam in. *de reſignat. lib.* 3 *quæſt.* 1 *n.* 29. dicens non poſſe reſignare in fauorem, qui obtinuit beneficium curatum, & non fuit promotus intra annũ, cùm in eo caſu ſit priuatus ipſo iure, ſi non fecit ſe promoueri; idem vult *n.* 38. ſed qui ſunt in exitu anni, nequeunt promoueri, regulariter loquendo: igitur nequeunt reſignare, nec permutare. Confirmatur, quia quoties beneficium amittitur ipſo iure,

iure, nullum ius maner penes beneficiarium, Tiraquel. *in l. si vnquam, verb. reuertatur n.446. C. de reuoc. donat.* Item ipso iure amissa non possunt alienari, quamuis non præcesserit sententia declaratoria. Bald *in Authent. incestas, C. de incestis nuptiis,* Franc. *in cap. secundum, post principium, de hæreticis, lib.6.* & Anchar. *in c.2. notab.6. de præscript. eod. lib.*

Et in specie Rot. *decis.6. de rerum permut. in antiquis*, disposuit non posse permutare in vltimo die anni concessi ad Sacerdotium suscipiendum, & sic fuisse decisum in duabus causis fertur *in decis.38. de præb. in antiquis, in fine*; aliàs sequeretur posse retineri beneficiū absque promotione, & posse illud resignare in fine anni, & daretur nouus annus, quod est contra mentem *d.c. licet canon. de electione, lib.6.* conferr, quia priuatus beneficio resignans illud reseruata pensione, non deberi resignanti pensionem. Non enim S. Pontifex in eo statu concessisset pensionem, si sciuisset ius ei non competere, & gratiam esse subreptitiam, cùm non exprimeretur id, quod expressum retraxisset à concedendo, *cap. postulasti, & cap. super litteris, de rescriptis.*

Nihilominus posse non promotum ad Sacerdotium etiam in fine anni, & vltima die resignare beneficium, tenet Oldrad. *cons.203. Factum tale, n.1. vers. circa primam quæstionem,* Cassad. *decis.4. num.4. locat.* Archid. *in c. cum ex eo, de electione.* ratio, quia antequam annus ex toto sit exactus, ius est in non promoto, qui vult renunciare, seu permutare, vt deducitur ex *c. commissa, de electione in 6.* & ius solùm deperditur, cùm ex toto fuerit ipse annus elapsus, & ante hunc finem non potest Parochialis alteri conferre, repugnante non promoto: ergo potest resignare licèt tempus modicum supersit. ita Flaminius *de resignat. lib. 3. quæst. 2. ex num. 8. ad 14.* vbi id latè probat, dummodo narretur totum negotium Pontifici, qui potest dispensare, & prorogare tempus etiam vltima die ad promouendum, Gemin. *in d. cap. commissa, num.1.* vel poterit dispensare Episcopus, vt est communis opinio, teste Andrea Gambar. *in d.c. licet, num.88. vers. tertium fundamentum,* vnde non est negandum interea posse resignare, & Flamin. suprà *n.14. & sequent.* vbi respondet contrariis argumentis.

12. Quæstio decima, an obtinentes beneficia simplicia sine animo perseuerandi in clericatu peccent, & teneantur restituere? Quo ad primum, probabilius est non esse peccatum mortale recipere, aut retinere beneficium simplex, cui Ordo sacer non est annexus cum intētione retinendi illud ad tempus, & fruendi illius bonis, & postea eo dimisso transeundi ad vitam sæcularem, seu coniugalem dūmodo pro toto illo tempore retentionis illius, satisfaciat oneribus beneficij. Ratio, quia de iure positiuo non habemus, quòd teneatur accipere beneficium animo perpetuò perseuerandi in statu clericali. Probatur *ex c. Ioannes, c. diuersis, de clerico coniugato,* vbi fit libertas illis, vt beneficio deserto transeant ad nuptias, Nauar. *in c. quando, c.21. n.52.* quem sequitur Sanch. *lib.7. de matrim. disp.45. n.19.* Erit tamen peccatum veniale eo animo acceptare beneficium simplex, cùm sit actus inordinatus, & quia beneficia sint instituta ad sustentandum clericum in statu clericali. Qui ergo beneficium accipit, vt ad tēpus retineat, & vtatur fructibus illius, ac tandem, vt postea illud dimittat, & ad vitam sæcularem redeat, præuertit ordinem, non tamen grauiter, ita Sanch. *suprà n.17.* contra Sotum *de iustitia, lib.10. q.5. art.6.* Gutier. *lib.2. quæst. canon. cap.5. n.25.* Tolet. *lib.5 summa, c.5. n.4.* vbi confusè, & indistinctè dicunt culpæ mortalis esse reos, qui accipiunt beneficia simplicia, & ea retinent animo postea transeundi ad nuptias. Idem etiam tenet Nauar. sibi contrarius *miscellaneo 44. de oratione, in noua edit. n.2.* esse scilicet mortale acceptare beneficium simplex, quod non habet Ordinem sacrum annexum animo ducendi vxorem. Credunt enim esse absurdum retinere ea beneficia, quamuis non habeant Ordines annexos, cum animo transeundi ad statum sæcularem, seu coniugalem: idcirco addit Sotus non esse absque culpa accipientem præstimonium cum hoc animo sæculari, & habitu.

Quo ad secundum dicendum est obtinentes beneficia non curata, quæ habent annexum seruitium, & obsequiales operas, non teneri restituere fructus, quamuis accipiant ea absque clericali intentione, quia si illud voluisset, dictum *c. commissa,* expressisset in beneficiis non curatis, Sotus *suprà,* & Nauarrus negant, esto statuant viuere modo laicali, & ducere postea vxorem, fatentur tamen peccare, qui ita accipiunt illa beneficia quæcunque illa sint. Alij autem apud Azor *lib.6. cap.9.* volunt illos, & mortaliter peccare, & fructus restituere debere, & quamuis *ibi vers. septimò quæritur, ad finem,* relinquat indecisam quæstionem, dicendum videtur non peccare mortaliter, nec teneri restituere, Nauarrus *miscellaneo 45. in noua editione, de oratione, num.5. vers.6. qui, num. 6. vers. 7.* addit non teneri restituere, eo quòd decretum illud *cap. commissa,* est pœnale, & odiosum, & ideo non debet extendi ad beneficia simplicia, Gutierr. *suprà lib.2. cap.5. num.24.* Graffis *d. lib.2. c.97. n.55.* & Roder. *tom.1. summa, in 2. edit. cap.30. n.4. conclus.3.*

Quæstio vndecima, an accipientes beneficia, quæ habent ordinem sacrum annexum, animo recipiendi intra annum, aut animo non recipiendi, quid agere debeant? Dico primò non peccare mortaliter, qui recepit beneficium, & retinuit, si ex causa postea intra annum non promotus est ad sacros Ordines: secus autem quando illud accepit animo non assumendi Ordines. Ratio, quia iure naturali diuino, & humano tenetur accipiens beneficium habilem se reddere ad illud, atque ita non est absoluendus, donec aut beneficium dimittat, aut mutet intentionem, Lopez *2. part. instructorij, cap.256. col.3. §. iam & alia munera.* Peccare autem mortaliter ita accipere beneficium, tradit Sotus *de iustitia, lib.10. quæst.5. art.6. colum.4. paulo ante vers. de pensionibus,* & Gutier. *lib.2. quæst. Canon. cap.5. num.25.* addit Saa *verb. beneficium, num.39.* si licentiam habeant suscipiendi Ordines per Capellanum Missas, ad quas tenetur, celebrabit, Sanchez *de matrimonio, lib.7. disp.45. num.15.* subdens peccare mortaliter, quando Capellania exigens Ordinem sacerdotalem, esset magni momenti, vt si reditus excederent summam centum aureorum: alioqui censebitur Capellania tenuis, nec erit mortale illam acceptare sine animo suscipiendi Sacerdotium intra annum, modò satisfaciat oneribus Capellaniæ per substitutum, nisi ex voluntate institutoris apertè cognoscatur, noluisse per substitutum onera iniuncta adimpleri; aliter enim ex consuetudine Capellania tenuis per substitutum regi solet, & illi deseruitur. 13.

Dico secundò illud beneficiū habere Ordinem sacrum annexum, quod obligat ad ministerium, seu onus aliquod exigēs Ordinem sacrum, sine quo id onus impleri non potest: quòd, si non obliget ad onus requirens Ordinem sacrum, non dicitur beneficium habens illum annexum: vnde fit peccare

mortaliter, qui accipit Capellaniam, aut eam retiner sine animo saltem conditionali suscipiendi Sacerdotium, quando Capellania habet onus Missarum annexum per Capellanum adimplendum, quia sine Sacerdotio huic oneri non potest satisfieri, Sanchez *d. disp. 45. n. 15. & 15.*

Dico tertiò accipientem beneficium simplex, cui non est sacer Ordo annexus, oon peccare, quamuis illud recipiat sine intentione ascendendi ad Ordines sacros, ita Nauarrus *in manuali, cap. 25. num. 118.* Manuel *tom. 1. summa in 2. editione, cap. 30. num. 6. conclus. 6. & num. 4. conclus. 3.* Ludouic. Lopez *1. part. instruct. cap. 256. col. 3. § iam & alia minutiora.*

14. Quæstio duodecima de accipiente beneficium, hæsitante tamen animo perseuerandi in eo statu clericali cum voluntate satisfaciendi oneribus. Respondetur ex traditis *suprà num.* 10. accipientem beneficium curatum animo verè dubio peccare mortaliter, & teneri fructus restituere, quia hæsitans non habet veram intentionem, secus si beneficium accipiat animo conditionali. De beneficio autem non curato dicendum est hæsitantem, & nondum deliberantem permanere ex eo statu, cum animo tamen satisfaciendi oneribus beneficij, quod habet Ordinem annexum, peccare mortaliter recipiendo illud absque proposito assumendi Ordinem necessarium, secus si fit beneficium simplex omnioo, cùm nihil inueniatur in iute expressum, & in hoc sensu defendi potest opinio Nauarri *in manu. d. c. 25. n. 118. vers. quin etiam, & cons. 16. de prabendis.* Nihiluminus quandiu est verè dubius, cùm non habeat intentionem veram peccat mortaliter, & tenetur fructus restituere, per ea, quæ tradit Sanchez *suprà num.* 10. confert Suarius *lib. 4. de defensione fidei, c. 27. num.* 8. dicens teneri beneficiarium habere anioum perseuerandi in clericali statu, vel saltem non habendi contrarium, alioqui nec beneficium retinete, nec illius fructus suos facere potest. sic ille. Idem dicendum de accipiente beneficium simplex animo nihil faciendi, ad quod teneatur ratione beneficij contra Sotum, & Nauarrum negantes non teneri fructus restituere, cùm is ita accipiens statuat nihil omnino facere ex iis, quæ tenetur implere. Nam constat illum peccare mortaliter, & teneri reddere fructus; iam verò sic nec preces horarias fundat, quis non videt, quæ obligatio restituendi homini assurgat? Flamin *de resignat. lib. 4. quæst. vltima. n. 41.*

De obligationibus Capellanorum.

§. IV.

EPITOME.

1. *Quid sit Capella, & Capellania?*
2. *Capellanus, seu Capella possessor pro tempore vita sua possit ne vendere bona immobilia Capella?*
3. *Capellania origo, qua sit, & quomodo instituatur.*
4. *Capellania, seu Cappella sit ne beneficium simplex?*
5. *Capellania an sit incompatibilis cum alio beneficio simplici?*
6. *Capellania cum pacto quòd Episcopus non se intromittat, an possit erigi?*
7. *Præsentatio Capellarum monasteriorum ad quem spectet?*
8. *Capellania mentio an sit facienda in impetratione beneficij?*
9. *Capellaniam sacerdotalē an possit erigere fundator?*
10. *Capellania ad titulum quando quis possit ordinari?*
11. *Capella regularibus subiecta an sint exempta per exemptionem regularibus concessam?*
12. *Capellaniam habens cum onere celebrandi Missas an possit id peragere per alios?*
13. *Capellam reparare quis teneatur, Rector ne, an patronatus, & quid de parochiali, si corruat cuius nam sumptibus sit reparanda, parochi ne, an parochianorum?*
14. *Capellania quando sit iudicanda sacerdotalis, vt in ea nominetur Sacerdos actu?*
15. *Capellania quando dicantur esse beneficia Ecclesiastica?*
16. *Capellaniam habens an possit cogi ab Episcopo, vt ipsemet celebret?*
17. *Capellania an requirant residentiam personalem, quando Capellanus habet onus celebrandi bis, & ter in hebdomada?*
18. *Capellania, qua fundantur cum obligatione residendi, an obligent, quando fructus sunt tenues, & an posiit tolli obligatio ab Ordinario?*
19. *Capellania erecta in titulum beneficij an possit dari puero ante primam tonsuram, si fundator ita disposuerit?*
20. *Capellania à principio erecta sine authoritate Ordinarij, an possit erigi in beneficium per Ordinarium?*
21. *Capellania erecta cum obligatione præsentandi Sacerdotem proximiorem de parentela, si non inueniatur quid faciendum?*
22. *Capellani Rectorum Parochialium authoritate Apostolica erecti, an teneantur residere?*
23. *Capellanus, qui quotidie tenetur celebrare, an possit satisfacere per substitutum?*
    & quid de Capellano infirmo? ibid.
24. *Capellanus, qui ex obligatione tenetur facere sacrum in aliqua Ecclesia, vel Altari, non potest alibi celebrare etiam de consensu haredum.*
    & an possit celebrare Missas anticipatè? ibid.
25. *Capellanus Ecclesia nouiter erecta expensis parochianorum, an possit recipere oblationes, & emolumenta ibi oblata?*
26. *Capellania ad nutum amouibilis in Capella Papa, an sit beneficium? & an posit ordinari obtinens ad eius titulum, & quid si fuerit instituta authoritate Episcopi?*
27. *Capellania perpetua, & beneficium obligans ad pensum horarum, potest Ordinarius se intromittere in prouisione illius.*
28. *Capellania habentes reditus Ecclesiasticos quamuis sint in Ecclesiis regularium debent contribuere seminariis.*

DVBITATVR primò, quæ sit differentia inter Capellam, & Capellaniam? Capella dicitur, quæ est per se Oratorium, seu ædes sacra ab alia separata. Capellania autem est Altare in æde sacra ab aliis quidem Altaribus separatum, & nō seiunctum ab ipsa æde sacra, Azor. *2. part. instit. moral. lib. 3. c. 1. ad finem, vers. decimum quintum.* Vtrunque tameu potest esse beneficium, & tunc renunciari, teste Flamin. *de resignat. lib. 1. q. 1. num. 118. & 121.* 1.

Dubitatur secundò, an possessor Capellæ, seu beneficij possit pro tempore vitæ suæ duntaxat vendere bona immobilia, aut emphyteuticare? Respondetur, si Capella nō est authoritate Ordinarij erecta, & habeat clausulam prohibitionis de non alienando, 2.

alienando, non posse possessorem vendere illius bona, nec etiam dare in emphyteusim, quia verbo *alienationis* emphyteutica concessio continetur, vt docet Imperator *in l. final. C. de rebus alien. non alien.* ibi: *similique modo seruitutes minimè imponit, nec emphyteuseos contractus*, & ibi scribentes, textus *in cap. nulli, de reb. Eccles. non alien.* Angel. *in §. adeò, Inst. locati*, & Pinel. *in 3. part. leg. prima, C. de bon. mater. num. 64.* Quare existente institutoris prohibitione de non alienando, nullo modo potest possessor Capellæ bona illius vendere, aut in emphyteusim dare. De iure tamen nostro *lib. 3. tit. 93. in principio*, præfigitur modus circa hæc bona Capellæ, & in specie *lib. 1. tit. 62. §. 46.* statuitur, quomodo, & quando bona Capellarum, hospitalium, & confraternitatum possint dari in emphyteusim perpetuam, seu ad vitas in tertiam generationem.

Idem multo fortiùs asserendum est de bonis Capellæ authoritate Ordinarij erectæ, quia sunt bona Ecclesiæ, vt ostenditur in Ordinatione nostra *d. lib. 3. tit. 93. in principio*, & constat Ecclesiæ bona iure tam ciuili, quàm canonico non posse alienari, neque concedi in emphyteusim, nisi præmissa debita solennitate, quæ facilius conceditur, quàm vniuersi iuris Ecclesiasticæ rei distractio. Cald. *de renouat. quæst. 16. ex num. 5.* Quin imò nec locari possunt ad longum tempus, hoc est, ad decennium, & vltrà. Gomez *in l. 40. Tauri, num. 84.* & alij, quos refert Gama *decis. 221. num. 3.* Est enim locatio longa alienatio: ideo prohibetur possessori Capellæ. Valasc. *de iure emphyt. quæst. 29. à num. 7. vsque ad 11.*

Dices tamen possessorem maioratus, si alienet contra prohibitionem, quæ extat, non posse reuocare, nec dicere de nullitate in vita sua, præterquam, si non habeat successorem, qui reuocet: nam tunc statim reuocare potest. *l. quemadmodum, Cod. de agric. & censit. lib. 11.* extra quem casum alienatio à possessore maioratus facta tenet, & valet eo viuente possessore duntaxat, nec potest interim res ipsa ab emente euinci, textus *in l. vnum ex familia 69. §. sed si fundum, ad finem, ff. de legatis 2.* gloss. *ibi*, Bartol. & alij communiter. Ergo possessores beneficij, seu Capellæ Ecclesiasticæ poterunt alienare, dum vixerint tantùm? Negatur consequentia, quia alienatio bonorum Ecclesiæ ab initio tanquam facta contra legem est omnino nulla, adeò, vt nec ad vitam alienantis teneat, vt constat ex *Extrauag. Ambitiosæ, de reb. Eccles. non alien.* quæ huiusmodi alienationibus perpetuò resistit, & omnis alienandi modus etiam in casu licito, & seruatis iuris solennitatibus inconsulto Romano Pontifice hodie regulariter prohibetur, per eandem *Extrauag. Ambitiosæ*, exceptis tribus casibus *ibidem* expressis.

3. Dubitatur tertiò, vnde Capellaniæ sibi vendicent originem, & quomodo Capella, seu Capellania instituatur? Gloss. *in cap. concedimus, de consecrat. distinct. 1.* Capellam, seu Capellaniam à caprarum pellibus opinatur traxisse originem: ait enim quondam capellas fuisse tuguria pellibus caprarum contecta, in quibus tuguriis in militum castris fiebant diuina, & sæpe sanctorum Martyrum Reliquiæ sub iis tuguriis deferebantur, gloss. *in Clementina in agro, de stat. Monachor.* erigebantur in castris huiusmodi tuguriola, & ibi Reliquiæ reponebantur, & fiebat res diuina, appellarique cœpit tuguriolum, seu tentoriolum, Francorum nomine capella, eo quòd esset cappa contectum, quo nomine Francico significatur tegumen, & Sacerdotes, qui præficiebantur huic tentoriolo extructo ad sacras reliquias religiosè seruandas, & ad sacrificia offerenda, vocati sunt Capellani. Hinc in iure canonico extitit titulus *de Capellis Monachorum*, quæ alio nomine interdum vocantur Altaria, siue Oratoria in sacra æde extructa, & Sacerdotes, qui Capellarum curam gerunt, dicuntur Capellani instituti ad sacra facienda iis diebus, prout institutio exigit, Azor *2. part. lib. 3. cap. 8. in principio.*

Quo ad secundum quomodo instituatur Capella, & cognoscatur, ac differat ab institutione maioratus, habetur in ordinatione nostra *lib. 1. titul. 62. §. 53.* vbi decernit maioratum esse quando instituens relinquit bona sua consanguineo cum onere certo Missarum, aliarúmve piarum causarum. Contrà verò quando in institutione præcipitur, quòd administratores habeant aliquam fructuum portionem, seu quotam, puta tertiam partem, seu quartam duntaxat, & reliqui fructus, seu reditus expendantur in celebrationem Missarum, aut in alia pia opera, talis institutio non est maioratus, sed est Capella: sic Ordinatio nostra. Sequitur Ægidius *l. 1. Cod. de sacrosanct. Eccles. 5. part. §. 2. num. 16. & n. 17.* per textum ibi, *certa causa, vel certa quota das rendas*: vbi etiam nota, si testator relinquat rem aliquam fructiferam Titio, vt pro anima sua certæ quædam Missæ annuatim celebrentur, non propterea dicetur sibi instituisse Maioratum, aut Capellam, nec voluisse induci vinculum in fauorem suæ familiæ, Gama *decis. 214. num. 8.* non tamen posse diuidi fundum, cui impositum est onus Missarum inter hæredes, sed per æstimationem. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 116. num. 9.* nisi ex verbis testatoris appareat fuisse institutum maioratum, prout ostenditur apud Cabedum *Aresto 97. part. 1.* & Flores *in additione ad decisionem Gama 33.*

Dubitatio quarta, sit ne Capellania beneficium, & quale? Certi iuris est Capellaniam authoritate Ordinarij fundatam, esse beneficium, nec posse, nisi clerico, & Episcopi authoritate conferri, gloss. *in Clementina 2. de decimis, in verb. si beneficiorum, ad finem*, dicens illum, beneficium habere, quandocunque Capella authoritate Episcopi est fundata, vel dotata, quæ glossa est communiter recepta. Estque beneficium simplex volt communis opinio, nisi curam animarum, dignitatem, iurisdictionem, aut rerum Ecclesiasticarum administrationem habuerit: secus, si absque authoritate Episcopi, vel alterius superioris fuerit fundata; tunc enim non est beneficium, donatique inconsulto Episcopo à fundatore cui voluerit, dummodo sit idoneus, prout dispositum fuerit à testatore, Garcia *de beneficiis, part. 1. cap. 2. n. 102.* Petr. Gregor. *in institut. rei benefic. cap. 12. num. 10.* Monet. *de decimis, quæst. 9. n. 21.* quod procedit etiam quando Capellania est fundata ab Episcopo non vti Episcopo, sed vti priuato, Gonzalez *de mensibus gloss. 5. num. 20. & 21.* Potest item obtineri à laico, vel fœmina, nisi voluntas fundatoris contrarium declaret, Valascus *consult. 60. num. 13.* & Rota *decis. 264. n. 1. p. 2. diuersor. & decis. 181. num 2. p. 1. diuersor.* quia non est beneficium Ecclesiasticum, nec obtinens ratione talis Capellaniæ tenetur recitare horas canonicas, Ludouicus Lopez *2. part. instructory. c. 93.* & Spino *de testament. gloss. 4. principali, num. 42. vers. quo sit.* 4.

5. Dubitatio quinta, an Capellania prout est beneficium, sit incompatibilis cum alio beneficio simplici? Responde, quando Capellania ex fundatione sua, vel ex statuto, aut ex loci consuetudine, aut ex Ecclesiæ priuilegio non obligat ad residentiam, posse authoritate Episcopi simul retineri cum alio beneficio simplici, cui non sit onus residendi: ea tamen lege, vt tam Capellania, quàm alind beneficium simplex simile, vel dissimile non obtineatur in eadem Ecclesia, quia in eadem Ecclesia, sub eodem tecto, hæc duo haberi non possunt sine Romani Pontificis indulgentia. Nam Episcopus non potest dispensare, vt quis in eadem Ecclesia duo simplicia beneficia obtinere possit, vt per Abbas *in c. litteras, de concess. præben. n. 3. & 6.* Azor *part. 2. lib. 3. c. 50. quæst. 6. vers. sed dubiæ, & lib. 6. cap. 11. quæst. 4* Flamin. *de resignat. lib. 3. quæst. 1. n. 123.* & Garcia *de benefic. part. 11. cap. 5. num. 185.*

Nihilominus circa beneficia difformia censuit sacra Congregatio posse obtineri duo difformia beneficia ab vno, & eodem sub eodem tecto, dummodo quodlibet per se non sit sufficiens ad sustentationem obtinentis, ita Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ, lib. 4. tit. 7. l. 2. de benefic. incompatibil. num.* 8. Franciscus Leo *in thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 8. num. 55.* & Garcia *de benefic. part. 11. cap. 5. num. 377.* vbi refert declarationem Sacræ Congregationis *super cap. 17. sess. 24. de reformat.* Quin imò quando vnum beneficium non sufficit ad sustentationem prouisi, competit Episcopo facultas dispensandi, gloss. *in cap. 1. de consuetudine in sexto*, Nauar. *cons. 18. n. 1. de præben.* & Azot *p. 2. lib. 3. c. 50. quæst. 6. & lib. 6. c. 11. quæst. 2. & 4. & c. 12. quæst. 6. & c. 13. quæst. 6.* Nec obstat *c. 4. sess. 7. de reformat.* eo quia Concilium ibi indixit solum vacationem beneficiorum quomodocunque incompatibilium, quæ quis recipere, ac retinere simul præsumpserit contra formam per sacros canones inductam. Quare non prohibet retineri beneficia etiam incompatibilia in casu à iure permisso, & vbi Episcopus de iure habet potestatem dispensandi.

6. Dubitatio sexta, an Capellania possit institui cum pacto, quòd Episcopus non se intromittat in prouisione illius? Responderut quando fundator Capellæ cum consensu Ordinarij illam instituit, quamuis nequeat aliquid postea mutare. aut alterare inconsulto Ordinario, prout volunt Roch. de Curt. *de iure patron. verb. pro eo quod de diœcesani, num. 31. quæst. 13.* & Lambertin. *eodem titulo, lib. 1. part. 1. quæst. 9. principali, in principio, num. 49. & 50.* attamen in Capellaniis quæ non sunt beneficia Ecclesiastica, nec fundantur authoritate Episcopi, Episcopus se intromittere non potest, ita Rebuff. *de pacif. possess. num. 287. in fine*, quin imò fundator potest adiicere grauamen, quòd Episcopus, nec alius superior non se intromittat in prouisione, vel dispositione illarum Capellarum: alias ex nunc, pro ex tunc poterit cassare, reuocare, & annullare talem fundationem, & conuertere fructus in aliud opus pium, Gonzales *super regul. 8. glossa 5. ex num. 40. vsque ad 46. & sequent.* Spinus *gloss. 4. princip. de testament. num. 39. iuncto num. 42. vers. ex quo deducitur posse testatorem*; quod etiam expressè videtur approbari à Concil. Tridentin. *sess. 22. cap. 9. de reformat.* ibi, *Nisi secus fortè institutione, vel ordinatione talis Ecclesiæ, seu fabricæ expressè cautum esset.* Ex quibus verbis apparet administratores rerum Ecclesiæ, & piorum locorum, teneri Ordinario reddere rationem, nisi oppositum in fundatione cautum esset, vt etiam Sacra Concil. Tridentin. Congregatio declarauit, Gonzal. *vbi proximè.*

Contrà verò dicendum est de Capellaniis perpetuis quando instituuntur authoritate Ordinarij, quæ sunt beneficia, tunc non tenet prohibitio testatoris, seu fundatoris, quòd Ordinatius non se intromittat in earum prouisione, sed ad solos laicos spectet, Mandos. *de signatura gratia, tit. de exemptio. vers. amplio etiam*, Couarr. *in 4. 2. part. cap. 3. §. 1. num. 20. & in cap. tua, de testam. num.* 8. Gregor. Lopez *in l. 1. tit. 15. part. 1. versic. dote*, & alij, quibus accedit Garcia *de benefic. part. 1. cap. 2. numer. 97.* vbi *numer. 102.* addit id non procedere in Capellaniis etiam perpetuis, fundatis tamen sine authoritate Ordinarij, quia quamuis sint perpetuæ, non sunt beneficia, & ideo manent sub pia etiam dispositione fundatoris, & eius hæredum, qui possunt disponere de illis, sine Episcopo, & seruare dispositionem fundatoris, Petrus Gregor. *de benefic. cap. 11. n. 10.* Nauarr. *cons. 5. & 7. n. 1. de præbendis*, & Valasc. *consult. 80. num. 12. & 13 part. 1.*

Sed quid, si fundator in fundatione beneficij de Episcopi consensu apponat conditionem, quòd in prouisione, & priuatione illius Episcopus se intromittere nequeat? Esse seruãdam talem legem tradit Gonzal. *d. gloss. 5. n. 47.* eo quia, quamuis Episcopus nequeat consentire post conditum testamentum, seu post factam dispositionem in præiudicium iuris quæsiri dignitati Episcopali, bene potest tamen in iure quærendo validè consentire, ita Roch. de Curt. *de iure patron. verb. pro eo, quod de Diœcesani, q. 12. num. 26. ad m'dium*, Felin. *in cap. cùm venerabilis num. 33. in fine, de exceptionibus*, argumento Prælati, qui potest repudiare legatum rei immobilis factum Ecclesiæ, Federic. de Sen. *cons. 9.* Rebuff. *in compendio rerum Eccles. alien. fol. 61.* cum Federico transit. Panor. *in cap. tua, de his, quæ fiunt à Prælato num. 9. & in c. 1. de in integr. restit. v. etiam 9.* ex ea ratione, quia repudiare legatum non est alienare; nec ante acceptationem legati per Prælatum, Ecclesia est domina rei legatæ; sed est non acquirere Ecclesiæ, quod poterat acquirere. Iuuat Cabed. *1. p. decis. 109. num. 2.* dicens non obstante lege regia posse maritum sine consensu vxoris repudiare hæreditatem rerum immobilium, quia in hæreditate nondum adita nullum ius considerabile quæritur, *l. cùm hæredes, in principio, ff. de acquirenda possessione*; sic in nostro casu, cùm non fiat præiudicium iuri quæsito, sed tantùm iuri quærendo, quod non est considerabile, & ideo potuit Episcopus validè consentire in ipsa fundatione præfato grauamini, ita Gitier. *in l. nemo potest numer. 45. 1. ff. de legatis 1.* & ideo valida est conditio expressè apposita, quòd Ordinarius non se intromittat. Fusc. tamen *lib. 2. c. 11. num. 13.* contrarium tenet, sed ne illum sequaris.

Dubitatio septima, præsentatio Capellarum Monasteriorum ad quem spectet? Textus *in cap. in Ecclesiis, de capellis Monachorum, in principio*, vult Monasterium in loco, quando habet populum sibi subditum, curam per Monachum non posse administrare, sed præficiendum esse clericum sæcularem, cui incumbat Cura, seu exercitium Curæ, Syluest. *verb. Religio 7. q. 7.* Gregor. Lopez *l. 25. verb. Iglesias, tit. 7. partit. 1.* Tabien. *verb. Monachus, quæst. 3. in fine*, & Fusch. *de visitat. lib. 2. cap. 16. num. 1.* quibus accedit Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 1. q. 34. art. 4.* Capellanus autem sæcularis, qui populum regit, dici potest Rector, Gonzales 7.

les *d.regnl.*8. *gloss.*6. *n.*38. hic autem per Abbatem Monachorum præsentabitur,& ab Episcopo instituitur in Capellis prædictis,& denominabitur, nō solùm Capellanus, sed etiam Rector parochiæ, cùm omnia regat, sicut & alius Parochus habebit curam Capellæ.

Ex dictis constat Capellarum Monasteriorū præsentationem spectare ad Abbatem, non autem ad Episcopum,cùm ius Abbatis habeat etiam locū in Capellis,quæ sunt infra suam Ecclesiam, & pleno iure pertinet ad Abbatem.Rota *decis.*26. *de iur.patron.in antiquis*; debetque Capellanus esse perpetuus, per *c.*1.*eodem titulo lib.*6. Secus si ipsa Ecclesia, aut Capella pertineret ad Abbatis, seu Conuentus mensam,quia potest tunc poni Capellanus temporalis, & ad libitum remoueri, Fusc.*lib.*2.*de visitat.c.*16.*ex n.*8.*&* 11.

8. Dubitatio octaua, an in impetratione beneficij sit facienda mentio Capellaniæ obtentæ? Respondetur, si Capellania fuit erecta authoritate Episcopi, cùm sit beneficium, vt dictum est, faciendam esse mentionem de illa, quamuis sit tenuis *c.si motu, de prabendis in* 6. & communis opinio, Mandos. *regul.* 16. *de dictionibus numerabilib. q.*34.*n.*4.*&* *q.*35.*num.*5. Bursat. *cons.*351.*n.*12.*vol.*4. proinde fiet gratia subreptitia, si non fiat mentio, quia sumus in gratiosis,vbi subreptio vitiat etiā in minimis,*c.si proponente, de rescriptis*,quod procedit etiam quando primum beneficium etiam fuit violenter occupatum,Flamin.*de resignat.lib.*10.*quæst.*2. *n.*65.qui ea de re latè agit,& multis probat. Confirmatur argumento habentis pensionem in aliquo beneficio pensione alia onerato non valere, idem Flaminius *de resign.lib.*6.*quæst.*1. *sub n.*27. *&* *vltra.*

9. Dubitatio nona, an fundator possit facere Capellaniam sacerdotalem? Inprimis dicendum est Capellaniam videri sacerdotalem, si instituatur per hæc verba, vt in ea præsentetur, aut nominetur Presbyter, siue Sacerdos. Hoc posito bene potest institui Capellania sacerdotalis authoritate Episcopi, ita vt nequeat quisquam nominari ad illam, nisi qui fuerit actu Sacerdos: seruanda est enim intentio fundatoris, & Capellanus debet esse actu Sacerdos tempore prouisionis.Decius *in c.cùm in cunctis*, §.*inferiora*, *n.*22. *de indiciis*, *&* *cons.*129. incipit, *Pro tenui*, *n.* 5. Rebuff.*in repetitione c.extirpanda*, §.*qui verò*, *notab.* 2. *de præben.* Mandos *in tract.annalium casuum*,*n.*8.Perez *l.*1.*vers. notabile est etiam dubium*, *tit.*6.*lib.*1. *ordinamenti*, & Spinus *de testamen.gloss.*4.*num.*67. eo quia qualitas adiecta verbo,debet accipi secundùm tempus verbi,*l.in delictis*, §.*si extraneo*, *de noxalibus*, quæ sententia est glossæ *in Clementina*, *vt ij qui verbo annexi,vers.neque intelligo.* Ripa *l. ex facto num.* 21. *de vulgari.*

Porrò si fundator Capellaniæ sic dicat: Volo, vt qui debeat nominari in hac Capellania, sit clericus, videtur loqui secundùm dispositionem iuris communis, cui voluit se conformare, vt scilicet intra annum promoueatur ad Sacerdotium, iuxta tradita per Bart *in l. heredes mei*, §. *cùm ita n.*4.*ad Trebellianum*; nam ius commune non exigit, vt qualitas sacerdotij insit tempore prouisionis, prout habetur *in cap.* 2. *de institutionib. lib.* 6. Quæ regula de iure communi est seruanda, & intelligenda in omnibus beneficiis tam simplicibus, quàm curatis, quæ habent ordinem annexum, nimirum quòd obtinentes sint apti, vt intra annum inirienter Sacerdotio, quod sufficit, quamuis actualiter non sint Sacerdotes tempore præsentationis, sed sufficit, quòd in tempore iuris faciant se promoueri, nisi in institutione requiratur, quòd sint actu Sacerdotes, Gareia *de beneficiis part.* 7. *cap.* 1. *à num.* 58. & Campanil. *in diuersor. iuris canonici rubrica* 7. *cap.* 6. *num.* 10. Similiter procedit statutum, vel consuetudo, quæ habeat, quòd prouisus de Capellania sit Sacerdos, non autem clericus tantùm, vel viceuersa sit Capellanus, qui fuerit prouisus, vel Sacerdos, praxis Episcopalis *part.* 1. *verb. beneficium*, §. 7. *conclus.* 5. *principal.* 8. Perez de Lara *de Capellaniis lib.* 2. *cap.* 5. *à numer.* 11. quia dictio, *vel*, stat declaratiuè, & ideo præsentandus est Sacerdos actu, nec sufficit quòd sit habitu.

Dubitatio decima, quando quis possit ordinari ad titulum Capellaniæ? Respondetur quando Capellania est perpetua, & erecta authoritate Ordinarij, & ordinandus est in pacifica possessione illius; ideo titulus litigiosus non sufficit, Nauarrus *tractatu de oratione notab.* 23.*numer.* 69. Ille verò dicitur pacificè possidere, qui nullam habet litis, vel facti controuersiam in iudicio, vel extrà, Felinus *in cap. cùm Ioannes*, *num.* 33. *de fide instrument.* Decius *in cap.* 1. *numer.* 19. *&* 20. *de confirmat. vtili.* Denique is erit pacificus possessor, qui sine lite possidet, Rebuff. *in tract. de pacificis possess.ver. quandoque*, & gloss. *in Clement. vnica*, *verb. antea*, *de sequestrat. possess. &* *fruct.* Si autem controuersia beneficiario mota fuerit super aliquo fundo, vel domo, vel censu sui beneficij, poterit promoueri ad titulum illius tanquam pacificus possessor, Rebuff. *in tract. de pacificis possessoribus num.* 168. modò liberum habeat curæ exercitium, & habeat ex reliquis beneficij fructibus portionem victui sufficientem, gloss. *verb.pacificè*, *in Clement. Gratia*, *de rescriptis*, Decius *in cap.* 1. *num.* 21. *de confirmat. vtili*, & constat ex glossa *verb. pacificam*, *in d. cap. commissa*, & ex *glossa final.in cap.si tibi concesso*, *de præben. in* 6. quatenus volunt teneri intra annum promoueri, qui curatæ Ecclesiæ habet plenum exercitium, quamuis nondum plenam possessionem, ac pacificam maioris partis fructuum obtineat, quod intelligo, si ex reliquis fructibus pacificè obtentis possit viuere, sicque intelligendus est Franch. *in d. cap. si tibi concesso vers. &* *nota. sub n.* 5. confert Garcia *de benefic. part.* 2. *c.*5.*num.*132. 10.

Dubitatio vndecima, an Capellæ Regularibus subiectæ sint exemptæ per exemptionem Regularibus concessam? Responde exempta Ecclesia non conferri exemptas Capellas Ecclesiæ subiectas, accedentes, vel connexas per exemptionem datam Monasterio, vel Ecclesiæ; quare in huiusmodi Capellis retinebit Episcopus omnia iura Episcopalia enarrata *in cap. conquerente*, *de officio Ordinarij.* Fusc. *de visitat. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 15. quia non præsumitur Rom. Pontifices Ordinariæ iurisdictioni in dubio derogare. Nec obstat argumentum, quòd de connexis idem est iudicium, *cap. translato*, *de constit.* Quoniam hoc non procedit in priuilegiis, & indultis, & in exorbitantibus, quando connexa non veniunt per consequentiam necessariam: poterit ergo Episcopus visitare confraternitates personatum sæcularium in Ecclesiis Regularium exemptorum, non tamen earum Capellas, vel Altaria, quæ intra easdem Ecclesias consident. Galer. *verb. Episcopus penult.* vbi refert sic fuisse decisum 11.

à sacra Congregatione, idem Armendariz *in addit. ad recopilat. legum Nauarræ, lib. 1. tit. 6. l. 5. fol. 15. num.* 14. *&* 15. nisi quoad administrationem, vt rescripsit sacra Congregatio Episcopo Imolensi, anno 1622.

Non est tamen prætereundum confraternitates erectas sine authoritate Ordinarij posse ab Episcopo inquiri de operibus piis, quæ confraternitatibus incumbunt ad effectum, vt cogat Ordinarius adimplere pia opera, & officiales negligentes corrigat, vt Ordinatio nostra Lusitana *lib.* 1. *tit.* 62. §. 39. *in fine*, disponit ibi, *poden os Prelados visitando proner se se cum premas cousas pias, que os instituidores mandaran*, sequitur Valascus *tom.* 2. *consult.* 105. *num.* 55. *&* 56. quod est iuri Canonico consonum *in Clement. quia contingit, de religiosis domibus*, vbi Cardin. *quæst.* 12. *num* 18. sic ait, ibi, *sed tantùm inquirere potest, contra negligentes, & n.* 17. *quæst.* 14. ibi, *Nisi in quantum potest de aliis legatis pro anima fundatoris relictis*, quod etiam aduertit Card. Tusch. *litt. H. concl.* 160. *n.* 8. & Mascard. *conclus.* 869. *n.* 30. *&* 33.

Secus quando confraternitates, siue hospitalia sunt erecta authoritate Episcopi, tunc enim de omnibus obligationibus tam piis, quàm sæcularibus potest Ordinarius cognoscere, ac prouidere, & cognitio eorum ad forum Ecclesiæ pertinet, censentur enim Ecclesiastica, & consequenter eorum bona, vt Ecclesiastica iudicanda, & requirunt solennitates rerum Ecclesiasticarum, vt licitè alienentur, Gama *decis. vltim. num.* 6. & ex antiquis Conciliis notat Rhenatus Cop. *de sacra Politia lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 6.

12. Dubitatio duodecima, an Capellanus cum onere celebrandi Missas possit eas celebrare per alios? Responde, quando Capellanus habet onus celebrandi, vel dicendi tot Missas in mense, vel in qualibet hebdomada, non videri fundatorem voluisse, quòd non possit Capellanus satisfacere suo oneri per substitutum, vt vult Lapus *allegat.* 35. *num.* 2. *& allegat.* 117. *factum, num.* 2. dicens satisfieri menti testatoris, si per alium diuina celebrentur. Nam, qui per alium facit, per se ipsum facere videtur, *regul. qui facit, de regul. iur. lib.* 6. sequitur Cardinal. *in cap. de multa, prope finem, vers. quæro si habens, de præbendis.* Quin imò Capellanus, qui tenetur quotidie celebrare, ex causa iusta intermittens per alium, eo die supplere poterit, nisi in fundatione Capellaniæ sit electa persona: tunc enim Capellanus tenetur per se celebrare, in quo euentu, si iustè impeditus nequeat per se sacrum facere, non tenebitur sacrum per alium supplere, ita per tradita à Suario *disp.* 86. *sect.* 1. *col.* 3. *vers. de beneficiis*, Beja *part.* 1. *casu* 23. *vers. quare obligatio*, Vgolin. *de potest. Episcop. cap.* 14. *num.* 3. & Grassis *decis. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 8. Iudicabitur autem esse electa persona, quando in fundatione Capellaniæ sic dicitur: Eligatur Sacerdos, qui quotidie celebret; aut si dicatur, Volo, vt Sacerdos electus ad hanc Capellaniam quotidie sacrum faciat; tunc si per se non potest celebrare, non tenetur per alium supplere, vt dictum est, Azor *instit. moral.* 1. *part. lib.* 10. *cap.* 24. *quæst.* 7. & Paul. Fraxinel. *de obligat. Sacerdotis sect.* 4. *conclus.* 4. §. 1.

13. Dubitatio decimatertia, quis nam reparare teneatur Capellam, Rector ne, an patronus? Responde primò, quando patronus à principio dotauit sufficienter Capellam, eamque ornauit paramentis requisitis ad sacrificandum, reparationem incumbere Rectori Ecclesiæ, vel Capellæ, *c. quicunque* 1. *de Ecclesiis ædificandis, & cap. de his* 4. *eodem titulo*, in quibus locis competit onus fabricæ Rectoribus secundùm regulam, *Qui sentit commodum, debet ferre onus, l. secundùm naturam, ff. de regul. iur.* Contrà verò, si patronus dotem sufficientem non dedit pro victu sacerdotis, & pro cæteris ad sacrificandum necessariis, potest compelli ad dotandum sufficienter; sicur obligatur pater naturalis dotare filiam, sic etiam, qui construxit Capellam, gloss. *in c. nemo, de consecratione, dist.* 1. *& in c. sicut, de consecratione Ecclesiæ.*

Ex hoc sequitur beneficiarum teneri ad reparationem Ecclesiæ sui beneficij, per textum *in d. cap. quicunque, & in cap. de his, eodem titulo de Ecclesiis ædificandis*, vbi Rectores Ecclesiarum Parochialium possunt compelli, vt de reditibus concurrant ad constructionem, seu reparationem suarum Ecclesiarum, quod innouatur per Concilium Tridentinum *sess.* 21. *cap.* 7. ibi, *Parochiales verò Ecclesias etiamsi iuris patronatus sint, ita collapsas refici, & instaurari procurent ex fructibus, & prouentibus quibuscunque ad easdem Ecclesias quomodocunque pertinentibus, qui si non fuerint sufficientes, omnes patronos, & alios, qui fructus aliquos ex dictis Ecclesiis prouenientes percipiunt, aut in illorum defectum parochianos omnibus remediis opportunis ad prædicta cogant, quacunque appellatione, exemptione, & contradictione remota. Quodsi nimia egestate omnes laborent ad matrices, seu viciniores Ecclesias transferantur, cum facultate tam dictas Parochiales, quàm alias Ecclesias dirutas in profanos vsus non sordidos, erecta tamen ibi Cruce, conuertendi.* Hactenus Concilium.

Ex quibus habes, si Ecclesia habeat portionem aliquam deputatam, certosque fructus pro fabrica, de illis Ecclesiam esse reparandam, Hostiens. *in d. cap. quicunque, num.* 1. & Abbas *num.* 3. Beroius *cons.* 3. *num.* 12. *&* 15. Barbar. *cons.* 26. incipit, *Difficile est, num.* 4. Lambertin. *de iure patron. lib.* 3. *quæst.* 2. *art.* 2. *n.* 2. *vers. & primus, & n.* 4. *vers. tertiò intelligit*, & Bellet. *disquisit. clerical. tit. de clerico debitore p.* 1. §. 13. *num.* 11.

Item hisce temporibus quamuis Rectores Ecclesiæ habeant sufficientes reditus ad reparandum suas Ecclesias in hac Interamnensi Regione, & in tota Braccarensi Diœcesi Rectoribus, seu Abbatibus incumbit reparare Capellas; corpus autem Ecclesiæ parochianis. Exceptis Monasteriis vnitis, in quibus sunt Parochiales Ecclesiæ habentes populum, quibus præficiuntur Vicarij, qui Sacramenta populo administrant, & faciunt Sacrum ad populum audiendum. In reparatione autem harum Ecclesiarum nihil omnino parochiani concurrunt; sed iidem Abbates, siue sæculares, siue Regulares, quorum Ecclesiis, siue Collegiis sunt vnita Monasteria, omnia necessaria suppeditant tam ad constructionem, & reparationem corporum, & tectorum Ecclesiarum, quàm ad refectionem paramentorum ad diuina peragenda.

Sed quid de reparatione Ecclesiæ Cathedralis? Responde Episcopum ad illam teneri de quarta redituum suorum, *cap. decernimus* 10. *q.* 1. *cap. quatuor, & ibi* Archid. *num.* 3. 12 *q.* 2. Beroius *cons.* 3. *suprà num.* 6. *&* 7. & Bellet. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de clerico debitore*, §. 13. *num.* 12. Si tamen Episcopus fuerit diues, etiam cogi potest ad expendendum vltra quartam partem, Abbas *in quæst.* 3. incipit, *Sempronius, in fine, vers. & aduerte.* Episcopo autem inope, & quarta parte ad reparationem minimè sufficiente, Canonici tenentur, & compelli possunt de superabundantibus reditibus suarum præbendarum,

bendarum, vel aliarum rerum Capituli, vt deducitur ex *cap final. de his quæ fiunt à maiori parte Capituli*, per verbum ibi, *Ad restaurandam fabricam*, Panorm. *in d cap.* 1. *num.* 3. *de Ecclesiis ædifican.* Barbat. *cons.* 26. *num.* 4 *&* 5. *vol.* 3. & Lambertin. *de iure patron. lib.* 3. *quæst.* 7. *art.* 2. *num.* 3. *& n.* 4. *vers. tertius est casus*, quibus accedit Bellet. *disquisit. clerical. p.* 1. *tit. de exemptione clericorum à statutis sæcularium*, §. 13. *num.* 16. vbi *num.* 17. dicens Episcopo, & Canonicis non sufficientibus simul reparare Cathedralem, posse reliquos clericos inferiores ab Episcopo simul cum Capitulo compelli ad contribuendum pro reparatione Cathedralis, detractis sibi necessariis ad sustentationem, quod intelligitur in subsidium, & tunc mediante dispositione Episcopi, & Capituli simul, vel maioris partis illius, Bellet. *supra num.* 18. vbi pro hac parte refert, & sequitur Abbatem *d. quæst.* 3. *circa finem*, & Berol. *d. cons.* 3. *num.* 23. *&* 24. *in principio*, *& num.* 42. *&* 43.

14. Dubitatio decimaquarta. Quando Capellania sit iudicanda sacerdotalis, vt in ea nominandus debeat esse actu Sacerdos? Responde Capellaniam non dici sacerdotalem, quamuis fundator dicat, quòd Capellanus debeat celebrare diuina Officia die, noctúque, sicut cæteri Capellani faciunt, ita sacra Congregatio Concilij declarauit, his verbis: *Si fundatio Capellæ esset sub verbis testatoris, quòd Capellanus debeat celebrare diuina Officia die, noctúque, sicut cæteri Capellani faciunt. An Capellanus hic debeat esse Presbyter? Congregatio censuit ex his verbis positis in fundatione huius Capellæ, non inferri necessariò, vt Capellanus debeat esse Presbyter.* Sic ibi, teste Gonzales *gloss.* 5. *num.* 88.

Similiter dubitatum fuit, teste eodem *num.* 85. de fundatione alterius Capellæ, authoritate Apostolica confirmatæ, in qua disponebatur, quòd præsentarentur, & instituerentur Presbyteri, & ita factum fuit interdum, & aliquando alij Clerici non Presbyteri; decisumque fuit coram Illustrissimo Mantica 11. Februarij 1591. talem Capellaniam, seu beneficium non esse sacerdotale, ita vt præsentandus, & instituendus debeat esse actu Sacerdos: quamuis enim Presbyteri dicantur propriè Ordine sacerdotali initiati; tamen hoc non potest aliis clericis conuenire, & ideò cùm aliquando fuerint præsentati non habentes Ordinem sacerdotalem, bene sequitur Capellaniam non esse sacerdotalem, ita vt præsentandus, & instituendus debeat necessariò esse actu Sacerdos, quia Presbyteri nomen lato modo conuenit aliis clericis non sacerdotibus, Gonzalez *ibi*.

Eodem modo non est Capellania sacerdotalis etiam si Capellanus teneatur celebrare certas Missas: ideo præsentandus non debet esse actu Sacerdos tempore præsentationis, neque in ea ætate, vt infra annum possit ad sacerdotium promoueri; esto testator, qui fundauit, dicat, quotiescunque vacauerit hæc mea Capellania, prouideatur Capellanus, qui celebret, vel dicat tot Missas, in qualibet hebdomada. Ratio, quia per hæc verba, *prouideatur Capellanus, qui celebret, vel dicat tot Missas in qualibet hebdomada*, non propterea prohibet fundator, quòd celebrentur, vel dicantur per alium, ita Lapus *alleg.* 35. *n.* 2. *& alleg.* 117. *factum, num.* 2. dicens satisfactum intentioni testatoris si per substitutum celebrentur; sequitur Catdin. *in cap. demulta, prope finem, vers. quæro, depræhen.* quæ resolutio est certa. Probabilis tamen est, & magis tuta, quæ tradit præsentādum, & instituendum debere esse actu Sacerdotem, qui per se ipsum celebret, & dicat Missas; quam partem amplectuntur Petez *in l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 1. *ordinamenti, col.* 246. *vers. notabile est etiam dubium*, Ioan. Gutier. *cons.* 1. *num.* 11. *& per totum*, *& cons.* 2. *etiam per totum*, vbi id latè defendit. quibus accedit Spinus *in suo speculo gl.* 4. *principal. n.* 68. *vers. licèt contrariam opinionem*, post Bartol. *cons.* 33. *col.* 3. *num.* 2. & Roc. de Curt. *verb. honorificum*, *num.* 2. Vide tamen *sup. num.* 9.

Dubitatio decimaquinta, quando dicantur Capellaniæ esse beneficia Ecclesiastica? Ex traditis suprà constat erectas authoritate summi Pontificis, vel Episcopi esse beneficia Ecclesiastica, gloss. *verb. beneficiorum*, *in Clementina final. de decimis.* Praxis Episcopalis *part.* 1. *verb. beneficia*, §. 1. *ad finem*, *& part.* 2. *eodem verbo*, §. 10. *& verb. Capellania*, Fusc. *de visitat lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 2. Gonzal. *gl.* 5. *num.* 68. & Garcia *de beneficiis, part.* 1. *cap.* 2. *num.* 7. Idem de Altaribus, Oratoriis erectis authoritate Episcopi in titulos ereatis, quia sunt hoc modo beneficia Ecclesiastica, Selua *de beneficiis.* 1. *p. quæst.* 3. *num.* 29. Rebuff. *in praxi tit. sæculare benefic. quomplex, num.* 13. *&* 15. *& de pacif. possessor. num.* 87. & ideo conferenda sunt hæc clerico, non autem laico, *cap. cùm adeò, de rescriptis*, Garcia *d. p.* 1. *c.* 2. *n.* 18. eo quòd beneficium est ius spirituale, cuius est incapax laicus, Felin. *in cap. cùm adeò, de rescript. n.* 2. Gonzales *d. gloss.* 5. *num.* 9. post alios. 15.

Dubitatio decimasexta, Capellaniam habens, an possit cogi ab Episcopo, vt ipsemet celebret? Responsio est negatiua, quamuis in eius fundatione disponatur, quòd Capellani celebrent, quia istis oneribus celebrandi rectè per substitutum satisfit. Praxis Episcopalis *part.* 2. *cap.* 3. *num.* 33. *vers. Episcopus non potest.* ita decisum à sacra Congregatione refert Galet. *in Margarita casuum conscientiæ, verb. Capellania* 2. Garcia *de benefic. part.* 7. *cap.* 1. *num* 87. Azcued. *cons.* 20. *num.* 4. *in fine*, Vgolin. *de potest. Episcop. cap.* 50 §. 8. *num.* 5. & Campanil. *in diuersor. iur. Canon. rubr.* 7. *cap.* 6. *num.* 13. quibus accedit Bonac. *de Sacrament. disp.* 4. *quæst. vlt punct.* 7. §. 1. *num.* 1. Excipitur quando verba erectionis expressè significent voluntatem fundatoris esse, vt per ipsum Capellanum celebretur: tunc per alium non est celebrandum, Gonzales *d. gloss* 5 *num.* 79. requiritur enim, quòd expressè imponatur onus celebrandi per se ipsum: aliàs per alium expleri potest. Secus si dicatur, Capellanus quotidie ad celebrandum per se ipsum accedat, ita Gutier. *dict. cons.* 1. *num.* 11 *& cons.* 2. *sub num.* 18. 16.

Dubitatio decimaseptima, Capellaniæ an requirant residentiam personalem, quando Capellanus habet onus celebrandi bis, aut ter in hebdomada? Responsio est negatiua, cùm possit Capellanus deseruire per substitutum, Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. decis.* 399. *in* 1. *edit. & reselut.* 337. *in* 2. *edit.* Praxis Episcopal. *part.* 1. *verb. beneficia*, §. 8. *pag.* 51. Azor *part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 8. *quæst.* 5. Gonzales *d. gloss.* 5. *cap* 89. vbi *num.* 100. limitat, nisi expressè in fundatione dispositum sit, quòd non celebrentur Missæ per substitutum: tunc requiritur residentia personalis, nec satisfit per substitutum. 17.

Dubitatio decimaoctaua, Capellaniæ, quæ fundantur cum obligatione residendi, an obligent, quando fructus sunt tenues, & an possit hæc obligatio tolli ab Ordinario? Quoad primum respōde Parochos in suis Ecclesiis teneri residere, quamuis beneficium sit modici valoris, text *in c. quia nulli*, *& in cap conquerente*, vbi glossa, *& in c. relatum*, *& in cap. tua fraternitatis*, *de clericis non residentibus*, Concil. Tridentin. *sess.* 6. *de reformat. c.* 1. *& sess.* 7. 18.

de reformat. cap. 3. *& sess.* 23 *etiam de reformat. cap.* 1. Nam quamuis fructus sint tenues, adhuc residentia requiritur, prout resoluit Rebuff. *in tractatu de nominat. quæst.* 9. *num.* 27. & Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 3 *tract.* 3 *num.* 294. *vers. si obiicias.* Idem dicitur de Capellano, qui in Ecclesia residere cogitur iure communi, Innocent. Hostiens. Iosnn. Andr. Abbas, & alij colligunt ex *d. cap. conquerente*, & ex *cap. cùm ad hoc, de clericis non residentibus*, vbi dicitur Antiocheno Patriarchæ à Pontifice fuisse præceptum, vt compellat cæteros beneficiarios ad residendum in suis Ecclesiis. De consuetudine tamen receptum est, vt Capellani habentes beneficium simplex, liberi sint ab onere residendi, nisi id onus illis imponatur ex ipsa institutione, vel ex priuilegio Ecclesiæ, & ex consuetudine. Azor 2. *part. instit. moral. lib.* 3. *cap.* 8. *vers. quintò quæritur, pag. mihi* 411.

Quoad secundum, quando fructus sunt adeò tenues, vt non sufficiant oneri imposito, obligationique residendi, dicendum est posse tolli hanc obligationem ab Ordinario, ita vt per substitutum seruiatur capellaniæ præsertim, si non reperiatur, qui capellaniam cum eo onere residentiæ personalis velit accipere. Garcia *de beneficiis, part.* 7. *c.* 1. *num.* 126.

Nec obest Concil. Trident. *sess.* 25. *de reformat. cap.* 4. ex quo colligitur non posse ab Episcopo tolli obligationem residendi, nisi in Synodo Diœcesana. Nihilominus dicendum est Concilium in eo loco non loqui de Missis impositis beneficio, seu Capellaniis in fundatione, sed de Missis, & anniuersariis relictis in aliqua Ecclesia, vt censuit sacra Congregatio super illo decreto, per hæc verba. *Prima, hoc decretum locum non habet in obligationibus Missarum, quæ imposita sunt Capellis erectis in titulum, siue ex prima dispositione testatoris, siue alia quacunque. Secunda, ex hoc decreto non competit Episcopo facultas diminuendi onus à testatore impositum hæredibus pro certis Missis, & anniuersariis celebrandis, eleemosynisque erogandis pauperibus, propter causas de quibus hic, neque in oneribus similiter impositis beneficiatis in fundatione beneficiorum, si fructus beneficiorum non sufficiant dictis oneribus supportandis. Tertia, nec habere locum censuit Congregatio hoc decretum in reducendis eleemosynis, & quatenus facienda esset reductio ab habente potestatem potius eleemosynas reduci debere, quàm Missas, vel anniuersaria, quando à testatore fuissent relicta, & Missa, & anniuersaria, & eleemosyna. Quarta, caput hoc intelligendum est de Missis tantùm, non de aliis suffragiis, nec de Missis impositis in fundatione, sed de relictis à testatoribus, habet locum etiam in reductione officiorum pro defunctis. Quinta, Archiepiscopo Neapolitano Congregatio Concilij censuit decretum Concilij sess.* 25. *c.* 4. *in sacrorum etiam anniuersariorum reductione locum habere.*

Iuuat Fr. Manuel *quæstionum regularium tom.* 1. *quæst.* 43. *art.* 13. Congregationem respondisse hanc taxationem de Missis tantùm, & non de aliis suffragiis esse accipiendam, nec de Missis in fundatione positis intelligi posse; sed pro alia causa à testatoribus relictis. Accedit Paul. Piasecius *in praxi Episcopal. part.* 2. *cap.* 5. *fol. mihi* 160. *in principio*, dicens onera in fundatione beneficiorum esse adimplenda, etiam si fuerint grauia, & quamuis numerus Missarum esset onerosus, nihilominus omnino explendum, nec posse minui vigore Concil. Trid. *cap.* 4. *sess.* 25. *de reformat.* quo aliàs Missarum numerus moderari potest, illo tamen decreto non comprehendi Missas in fundatione assignatas censuit sacra Congregatio *anno* 1597. *die* 3. *Martij* per hæc verba. *Congregat. Concil. censuit ex decreto Concil. cap.* 4. *session.* 25. *non licere Episcopo reducere onera Missarum in fundatione posita. Ex quibus omnibus constat non posse tolli obligationem residendi ab Ordinario, quamuis fructus capellaniæ sint tenues, & non sufficientes ad alendum Capellanum.*

Dubitatio decimanona, Capellania erecta in 19.
titulum beneficij an possit dari puero ante primam tonsuram titulo sæculari, si fundator id expresse disposuerit donec fiat clericus? Pars negans patet, quia laici sunt incapaces beneficij secluso priuilegio Apostolico, Gigas *de pensionibus*, *q.* 21. *num.* 4. Aymon Crauetta *cons.* 93. *num.* 1. *&* 104. Mandos. *de signatura gratiæ, tit. de prouisio. ex vers. indubitati iuris est*, Petrus Gregor. *de benefic. cap.* 36. Flamin. Paris. *de resignat. lib.* 4 *quæst.* 2. *à num.* 1. *&* 32. ex priuilegio tamen Apostolico non est dubium posse concedi beneficium laico, Garcia *de expensis, cap.* 9. *à num.* 93. & Lasarte *de decim. venditionis, cap.* 19. *num.* 3.

Pars affirmans, ex eo probatur, quia cùm Capellania erigatur ex bonis priuatis alicuius authoritate Episcopi, bene potest dari puero ante primam tonsuram titulo sæculari, fundatore ita disponente, donec puer primam tonsuram capiat, qui tempore debito tenebitur promoueri, & fieri clericus: non tamen ante primam tonsuram tenebit Capellaniam in titulum beneficij, sed titulo sæculari: factus autem clericus accipiet Capellaniam vti beneficium, & in titulum beneficij accedente collatione Ordinarij: non enim est inconueniens hoc modo erigi Capellaniam cum authoritate Superioris, Garcia *de benefic. part.* 1. *c.* 2. *n.* 30. *& seq. & n.* 35. quamuis videatur contrarium sentire, tamen loquitur in diuerso casu, scilicet, vt neque ex conditione in limine fundationis posita de consensu Ordinarij possit laicus conferre beneficia, vt est communis, Lambert. 1. *part. de iure patron. quæst.* 9. *art.* 1 *num.* 70. 96. *&* 105. & Palacius Rubeus *in repetitione capitis, per vestras, de donat. inter vir. & vxor. num.* 27. *&* 28. Roch. *in cap. final. de consuetudine, sect.* 5. *num.* 44.

Dubitatio vigesima, an Capellania à principio 20.
erecta sine authoritate Ordinarij possit postea erigi in beneficium per Ordinarium? Respondeo affirmatiuè, si non repugnet voluntas fundatoris: nam voluntas testatoris pro lege seruanda est, vt *in Authent. de nuptiis*, §. *disponat. col.* 4. & ipse in limine fundationis solus est moderator, & arbiter, *l. iure mandata*, *C. mandati*, & voluntas illius, & dispositio, cùm est executioni iam tradita, non potest per Ordinarium mutari, vt *in c.* 6. *sess.* 22. Concil. Trident. proinde, quando in primæua Capellaniæ fundatione non interposita fuit authoritas Ordinarij, potest postea per Ordinarium in Ecclesiasticum beneficium erigi, si non resistat voluntas fundatoris, quod intelligit Garcia *de benefic. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 109. in Capellaniis fundatis in vltima voluntate, aut inter viuos, quorum effectus differtur post mortem, *ibi num.* 110. Secus de Capellaniis institutis inter viuos, quæ statim sortitæ sunt suum effectum; ex ea ratione, quia ex quo fundator non procurauit consensum Episcopi, nec requisiuit authoritatem illius, non videtur velle erigere beneficium Ecclesiasticum, sed Capellaniam non collatiuam; ex quo, si postea erigatur Capellania in beneficium Ecclesiasticum, mutaretur voluntas fundatoris, quod non est faciendum; neque Episcopus potest mutare mandatum

tum testatoris, imò tenetur de præcepto testatoris mandata exequi, vt ex verbis *capitis, nos quidem, de testamentis*, deprehenditur, ibi, *per te ædificetur*, & ibi, *assignentur*, quæ verba cùm à Pontifice in Episcopum dirigantur, omnino videntur præceptum inducere, iuxta D. Thomam 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 1. Sotus *de iustitia, lib.* 7. *quæst.* 1. *art.* 2. Si ergo testatoris mandata exequi non solùm potest, sed etiam de præcepto tenetur Episcopus certis in casibus, quomodo repugnante testatore poterit erigere in beneficium Ecclesiasticum Capellaniam non collatiuam? Zauallos *commun. contra commun. quæst.* 282. *ex num.* 26. *ad num.* 29. *per totum.*

21. Dubitatio vigesimaprima, an Capellania quando est erecta cum obligatione præseotandi Sacerdotem proximiorem de parentela, quid faciendum, si non inueniatur proximior Sacerdos, sed tantùm clericus tempore præsentationis? Respondetur attendendum esse tempus præsentationis, & præsentandum Sacerdotem, quamuis sit remotior, & hunc præferendum proximiori non sacerdoti, etiamsi alter proximior fiat sacerdos ante institutionem, quia attenditur tempus præsentationis, ita Perez de Lara *lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 59. sicut attenditur tempus datæ. Flamin *de resignat. lib.* 9. 9. 16. *ex num.* 14. & constat ex decisione Rotæ *in causa Tarraconen. beneficij* 9. *Decemb.* 1580. coram D. Seraphino, quæ sic habet. Fuit resolutum ambas descendentias esse bene probatas: nam quantum ad descendentiam Iacobi nulla prorsus adest dubitatio, quantum ad descendentiam Gabrielis, ea quoque est bene probata; nam quod controuertitur, an primus Berengarius sit filius Bernardi secundi facilè tollitur: primò enim adest testamentum Bernardi, qui inter cæteros instituit Berengarium in filium suum, & licèt sit vnicum instrumentum, tamen coadiuuatur, quia Berengarius Ortomeda, & ipse fecit testamentum, & instituit Berengarium filium suum: & ita habemus duo, quæ faciunt mentionem de Berengario, & licèt in secundo non dicatur Berengarius filius Bernardi, tamen cùm dicatur Berengarius Ortomeda, & sic concurrant duæ demonstrationes, statis dicitur probata identitas: & idem est de sequentibus gradibus. Hoc supposito subintrat alia difficultas, quisnam eorum sit præferendus? & licèt Iacobus prætendat se esse præferendum, cùm descendat per lineam masculinam, Gabriel verò per fœmineam, tamen hoc fundamentum non placuit, ex traditis per Castrensem *l.* 1. *num.* 4. *Cod. de conditionibus insertis.* & hoc per subsequentem obseruantiam declaratum fuit, ex quo fuerunt postea præsentati & instituti descendentes ex fœmina, Aimo. *consi.* 118. *num.* 2. Prætetea cùm in fundatione mandetur, vt præferatur, & instituatur Presbyter, si inueniri poterit, sin minus clericus, & Gabriel esset Presbyter tempore præsentationis, Iacobus verò clericus tantùm, cessat difficultas, quia attenditur tempus præsentationis, & institutionis, *cap. si ex eo tempore, de rescriptis in* 6. Hæc ibi.

Confirmatur hæc doctrina argumento excommunicati impetrantis rescriptum, quamuis postea cesset excommunicatio, quando litteras præsentanit, nihilominus rescriptum vitiatur, ita Specul. *tit. de rescripti præsentatione*, quia attenditur tempus datæ, *cap. eam te, de rescriptis*, per textum *ibi*, & glossa *Citadinis, de iure patron. art.* 3. *sexta partis*, *n.* 61. Sic in nostro casu attenditur tempus præsentationis Clerici inhabilis, quamuis sit proximior, illique præfertur remotior Sacerdos, & ideo habilitas superueniens nihil operatur, eo quòd gratia ex tempore datæ sumit principium, & id quod à principio non subsistit, tractu temporis non conualescit, *cap. non firmatur, de regul. iur. in* 6. Gigas *de pensionibus quæst.* 22. *num.* 12. *& num.* 16. vbi addit reseruationem pensionis factam alicui tanquam clerico esse nullam, quamuis postea fiat clericus; quoniam tempus datæ inspici debet, & habilitas superueniens nihil facit, text. *in cap. si super, de officio delegati.*

Dubitatio vegesimasecunda, an Capellani Rectorum Parochialium erecti authoritate Apostolica teneantur ad personalem residentiam sicut Rectores ipsi? Responsio est affirmatiua ex decisione sacræ Congregationis, cuius meminit Gonzal. *super regul.* 8. *gloss.* 5. § 9. *num.* 17. per hæc verba: *An Capellani Coadiutores Rectorum Parochialium instituti authoritate Apostolica, teneantur ad personalem residentiam, vt Rectores ipsi? Congregatio censuit teneri.* Praxis noua Episcopalis *part.* 2. *cap.* 3. *num.* 17. Galet. *in margarita casuum conscientiæ, verb. residentia* 1. Armendariz *in addit. ad recopilat. legum Nauarræ, lib.* 2. *tic.* 23. *l.* 2. §. 2. de residentia, vel absentia Monet. *de option. cap.* 4. *quæst.* 8. *num.* 157. & Campanil. *in diuersorio iuris Canonici, rub.* 7. *cap.* 6. *num.* 104. 22.

Dubitatio vigesimatertia, an Capellanus, qui quotidie celebrare tenetur, possit per substitutum supplere? Et quid de Capellano infirmo? Quo ad primum obligatus quotidie celebrare, non tenetur quotidie celebrare. Sed quanto frequentiùs potest salua honestate sua, & debita Sacramenti veneratione, nec constringi potest, quia daretur de facili materia peccandi: non enim quotidie Sacerdos deuotus existet, ita Abbas *in c. significatum, num.* 4. *de pebendis, & in cap. consuluisti, de celebratione Missarum*, Imol. *ibi notab.* 3. Cordub. *lib.* 1. *quæst.* 4. & Syluest. *verb. Missa* 1. §. 7. *vers.* 5. & Henriquez *lib.* 9. *de Missa, cap.* 24. *num.* 4. vbi addit non teneri per alium supplere, si paucis diebus Missam omittat, nisi fundator Capellæ expressè dicat, vt omnibus diebus sacrum facere teneatur per se, aut per alium. Censebitur tamen voluisse fundator celebrare quotidie, si dicat, volo, vt Sacerdos electus ad hanc Capellaniam quotidie celebret, aut si dicat, eligatur Sacerdos, qui quotidie celebret, Graffis *decis. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 8. Azor *instit. moral.* 1. *part. lib.* 10. *cap.* 24. *quæst.* 7. & Vgolin. *de officio Episcopi, cap.* 14. *n.* 3. dicentes obligatum quotidie ad celebrandum, non teneti quotidie celebrare, sed quanto frequentiùs potuerit, salua reuerentia debita Sacramento: attamen ex iusta causa intermittens celebrationem per alium eo die supplebit, si in fundatione Capellaniæ non fuit electa persona in quo euentu Sacerdos impeditus non tenetur per alium satisfacere. 23.

Circa Capellanum infirmum obligatum quotidie celebrare dicendum est, ratione morbi excusari impeditum, vel ex indeuotione, teneri tamẽ per alium supplere, si longa est infirmitas, aliter non facere fructus suos; per octo tamen, vel decem dies ad summum infirmus poterit recipere reditus Capellaniæ, & postea per alios faciet celebrari Missas, ita Marc. Anton. Genuens. *in praxi Curiæ Archiep. Neapol. apc.* 48. *n.* 2. contra Petr. Nauar. *lib.* 2. *de restit. n.* 210. opinantem infirmitate per vnum, vel alterum mensem durante, non teneri Capellanum per alios celebrari facere, sed fallitur eo quia datum ob causam repeti posse, si adimpleri nequit ob infirmitatem recipientis, *l. si pecuniam,*

in

in principio, ff. de condict. causa data, probatur argumento famuli infirmi, cui non debetur salarium, & tamen dominus confert illi alimenta ac modicas expensas per octo, vel decem dies saltem, Bartol. *in l. si cum dotem §. sin autem, ff. solut. matrim.* & Couarr. *lib. 3. variar. cap.* 13. ergo Capellanus infirmus poterit sibi retinere per totidem dies reditus Capellaniæ datos propter onus celebrandi Missas, & deinceps, si infirmitas longior sit, per alios celebrari faciet. consonat Henriquez *d. cap. 24. n. 4.* vbi ait habentem Capellam cum onere celebrandi quotidie, non teneri per alium satisfacere, si paucis diebus Missam intermittat.

24. Dubitatio vigesimaquarta, An Capellanus, qui ex obligatione tenetur celebrare in aliqua Ecclesia, vel Altari, possit alibi celebrare etiam de consensu hæredum? Et quid de celebrante Missas anticipatè? Quoad primum, responsio est negatiua. Nam voluntas testatoris est adimplenda, quam mutare nequeunt hæredes, Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. resol.* 342. *num.* 5. *in fine*, & Fraxinel. *de obligationibus sacerd. sect. 4. conclus.* 4. §. 10. Quòd si celebret absque iusta causa alibi, peccabit mortaliter, si sæpiùs faciat: attamen non tenetur in eodem Altari, vel Ecclesia celebrare, aut ad aliquam restitutionem, vt compenset sacrificia alibi oblita, cùm non priuauerit conditorem Capellæ fructu sacrificij, sic Posseu. *cap. 2. num. 25. vers. quæritur 2.* & Fraxinel. *d. sect. 4. conclus. 5.* §. 3. contra Azor. *p. 2. lib. 6. cap. 24. quæst.* 7. vt diximus *suprà*, & contra alios affirmantes non satisfecisse, & teneri ad aliquam restitutionem, eo quia violauerint isti contra facientes conditoris voluntatem. Henriquez tamen *d. lib. 9. & cap. 24.* §. 4. *in fine*, subdit in his ex causa dispensare Episcopum, nimirum cum illis, qui in Academia ratione studij versantur, vt alibi celebrent, & satisfaciant oneri Missarum, dicendo eas in alio loco, tempore, & hora.

Quoad secundum dicendum est non esse licitum Sacerdotibus Missas celebrare anticipatè pro illis, qui ab eisdem petituri sunt, vt celebrent, vt constat ex Bulla Clementis Octaui, cuius tenor talis est. Superioribus diebus significatum fuit S. D. N. paucis abhinc annis in Hispania nouam consuetudinem recentiorum aliquot Theologorum opinione mixtam receptam in dies magis inualuisse, vt Sacerdotes Missam celebrantes, eius valorem generalem applicent his, qui postea Missæ celebrationem postulaturi, ac pro eo eleemosynam præbituri sunt, tametsi antequum Missæ sacrificium perageretur, neque à Sacerdote illud rogassent, neque ei hac de causa præstitissent eleemosynam. Quam rem cum Sāctitas sua ad sacram Congregationem Cardinalium Concil. Trident. Interpretum pro materiæ grauitate examinandam reiecisset, in ipsa Congregatione primum de ea actum fuit diligentissimè, ac deinde relatum ad Sanctitatem suam, qui ex eiusdem Congreg. sententia, huiusmodi consuetudinem tanquam pluribus nominibus periculosam fidelium scandalis, & offensionibus obnoxiam, atque à vetusto Ecclesiæ more nimium abhorrentem explosit, ac improbauit, atque Amplitudini tuæ litteras dari, quod facimus, mandauit, vt omnibus illius Regni Archiepiscopis, atque Episcopis, in quorum diœcesibus huiusmodi applicatio in vsum inducta fuerit, per litteras, aut aliàs scripto iniungat, vt talem vsum aboleant, ac prohibeant excommunicationis, atque aliis, quas opportunas, & necessarias existimauerint, pœnis. Idemque præcipiat Generalibus, & Capitibus Ordinum, quos in istis Regnis nunc nouerit commorari, vt scilicet & ipsi Regularibus sibi subditis talibus applicationibus, eisdem pœnis propositis interdicant. quæ omnia pro sua pietate, & Sanctissimi Domini Nostri iussu obsequendi studio Amplitudinem tuam sedulò effecturum sperantes omnipotentem Deum rogamus, vt eam quotidie cœlestis suæ gratiæ donis velit auctiorare. Romæ die 15. Nouembris 1605. Quæ decisio à sacra Congregatione Concil. Trident. ex mandato S. D. Clementis VIII. emanauit per quam reprobatur consuetudo celebrandi anticipatè.

Dubitatio vigesima quinta, An Capellanus Ecclesiæ nouiter erectæ expensis Parochianorum, possit recipere oblationes, & emolumenta ibi oblata? Respondet Rebuff. *de decimis, quæst. 6. num.* 22. Capellanum Ecclesiæ huius tribus concurrentibus posse recipere oblationes & obuentiones Parochianorum, ad quorum commodum Ecclesia fuit erecta, nimirum, quòd antiqua baptismalis fructibus, seu reditibus abundet, & quòd ædicula sit necessaria, & quòd non habeat sufficientes reditus ad sustentationem Presbyteri. Si autem fundator, aut Parochiani necessarios ac sufficientes reditus suppeditarent, Ecclesia baptismalis nihil concedere teneretur. Nomine autem *obuentionum* veniunt oblationes, & personales decimæ, Gonzal. *ad regul.* 8. §. 7. *prœmial. num.* 199. & Valasc. *consil.* 14. *num.* 2. 25.

Quòd si oblationes fiant alicui ædiculæ, quæ est sita intra limites alicuius Parochiæ in honorem alicuius Sancti, aut imagini depictæ in pariete alicuius priuati, cedunt Ecclesiæ Parochiali, eiusque Rectori, Ioann. Andr. Abbas, & Hostiens. *in cap. pastoralis, de his, quæ fiunt à Prælatis.* Læli. Zech. *de Republica Christiana, cap. 28. de Parocho, num.* 11. Camil. Borrel. *in summa omnium dec. tit.* 18. *num.* 22. & Bellet. *disquisit. clerical. part. 1. tit. de bonis clericorum* §. 3. *num.* 3. & subdit *num.* 6. Parochum habere fundatam intentionem super omnibus oblationibus, quæ offeruntur intra limites suæ Parochiæ.

Idem dicendum de oblationibus factis Capellæ existenti in aliqua Ecclesia, quæ debentur Rectori Ecclesiæ, non autem Capellano dictæ Capellæ, nisi relinquantur intuitu ipsius Capellæ, seu Altaris. Marc. Anton Genuens. *in praxi Archiepisc. cap.* 58. *num.* 3. vbi addit, in dubio oblationes, quæ fiunt in aliquo Altari, præsumi factas intuitu Ecclesiæ, Abbas *in cap. 2. de successione abintest.* Ex coniecturis tamen potest dici, cuius intuitu fiant oblationes, nimirum si in Altari ipso adest imago alicuius Sancti, propter quem fiunt oblationes, tunc debentur Altari, non autem Rectori Ecclesiæ, Fel. *in c. dilectus, de officio Ordinarij.*

Dubitatio vigesimasexta, An Capellania ad nutum amouibilis in Capella Papæ sit beneficium? Et an possit ordinari obtinens illam ad eius titulum, & quid si fuerit instituta authoritate Episcopi? Quoad primum videtur affirmandum, eo quia ad illius titulum potest Capellanus ordinari, vt tradit Nauarr. *consil. 20. de tempor. ordinat.* Sayr. *decis.* 59. *eodem titulo*, quos referens sequitur Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. resolut.* 334. tum, quia Capellania præfata est perpetua, & non vacat per mortem Papæ, vt constat ex ipsa experientia, quæ est rerum magistra, *cap. quàm sit, de electione, lib. 6.* Nauarr. *suprà, num. 2.* secus dicendum de reliquis Capellaniis ad nutum, vt est communis, ad quarum titulum nemo potest ordinari, quia Vicarius temporalis 26.

non

non censetur habere titulum consistentem, ac proprerea non potest ordinari, Aloys.Riec. *in dec. Curiæ Archiepiscopalis decis.* 190. *part.*2. Campanil. *in diuers. iur. Canon rubr.*8. *cap.*4. *num.*8. *in fine*, nisi authoritate Episcopi vicaria ad nutum fiat perpetua, tunc enim est beneficium Ecclesiasticum, *cap. postulasti, de rescriptis, cap. adhæc*, vbi Abbas, *de officio Vicary*, Rebuff. *in tract. nominat. quæst.* 9. *num.* 26.

27. Dubitatio vigesimaseptima, An Capellania perpetua obliget ad pensum horarum, & an possit Episcopus se intromittere in prouisione illius? In primis teneri Capellanum recitare Officium diuinum est communis, cùm sit beneficium quando datur per verum, & legitimum ius conferendi, hoc est, Canonicè, iuxta Canonum præscriptum, ita Medin. *tractatu, de oratione, quæst.*7. Nauarr. *de oratione, cap.*20. *num.*17. Ledesm. *in 4 part.*2. *quæst.*16. *art.* 4. *dub.*5. *ad finem*, & Azor 1. *part. instit. moral. lib.*10. *cap.*3. *vers. quintò quæritur pag.*945. Deinde Episcopus cùm hæc Capellania sit collatiua, quæ alio nomine dicitur sacra, & proprie beneficium Ecclesiasticum, bene potest Episcopus se intromittere in prouisione illius. Azor *vbi proximè*, Garcia *de benefic. part.*1. *cap.*2. *num.*95. *& num.*105. *& sequentibus*, Spinus *in specul. testam. gloss.* 3. *numer.*37. *&* 40.

28. Dubitatio vigesimaoctaua, An Capellaniæ habentes reditus Ecclesiasticos, quamuis sint in Ecclesiis Regularium, debeant contribuere seminario? Responsio est affirmatiua, ita censuit sacra Congregatio. Barbos. *in remiss. ad Concil. Trident. sess.*23. *cap.*18. *num.*8.

EPITOME.

29. *Testatore mandante in testamento imperfecto Capellam ædificari, tenentur venientes abintestato illam ædificare.*
30. *Testatore relinquente formam ædificandi Capellam, & hærede minus consumente in Capella erigenda, quid faciendum de superfluo?*
31. *Ex legato relicto pro erigenda Capella non deducitur Falcidia.*
32. *Capella fabricanda infra annum, & locum legata, quando incipiat annus?*
33. *Hæredes quomodo teneantur construere Capellam per testatorem legatam?*
34. *Capella vbi debeat erigi, quando non constat de voluntate testatoris circa locum?*
35. *Capellam erigere in domo priuati, quando liceat sine authoritate superioris?*
36. *Capella ædificanda an possit impediri à creditoribus?*
37. *Capella sub nomine vnius extructa, an possit sub nomine alterius mutari?*
38. *Parochianus an possit detrahere quartam de relictis pro construenda Capella?*
39. *Arma fundatoris possunt tolli de Capella, si illam indotatam relinquat, & eius hæredes illam non dotent.*
40. *Vtrùm testator, seu fundator possit imponere Capellano, vt Missa pro defunctis quotidie celebretur?*

29. DVBITATIO vigesimanona, An Capella, quæ mandatur ædificari in testamento imperfecto, sit ædificanda à venientibus abintestato? Affirmat Bart. *in l. in testamento, de fideicommissariis libertatibus*, Menchac. *de successión. creatione*, §.22. *num* 7. quia causa ædificandi Capellam, vel Ecclesiam, vt ibi diuina celebrentur, est causa pia, & ideo hæredes tenentur testatoris voluntatem adimplere, possuntque compelli per iudicem sæcularem, & Ecclesiasticum tamquam executorem vltimarum voluntatum, *Clement. quia contingit, de religiosis domibus*, Concil. Trident. *sess.*22. *cap.*8. Couarr. *cap. si hæredes, de testamentis*. Etenim talis causa, in qua testator mandat construi Capellam, vel aliud opus simile, est mixti fori, eius executio, ac proinde erit locus præuentioni, quæ sententia adeò vera est, vt si testator plures hæredes reliquerit, quilibet eorum potest cogi in solidum ad structuram prædictæ Capellæ, iuxta testatoris voluntatem, neque excusabitur hæres conuentus à fabrica Capellæ, sed compelli poterit totam construere, & ipse à cæteris recuperabit, quod plus consumpsit vltra suam portionem, Angelus *in l. in executione* §.1. *de verbor. obligation.* Roman. *in l. stipulationes non diuiduntur, eodem titulo*, & deducitur ex textu *in l. fideicommissa*, §. *si in opere, ff. de legat.* 3. Gregor. Lopez per text. *ibi l.* 2. *tit.*19. *p.*5.

Dubitatio trigesima, testatore relinquente formam ædificandi Capellam, & hærede multo minus in eius fabrica expendente, quid fiet de superfluo? Angel. *in l. at si quis.* §. *funeris causa, de religiosis, & sumptibus funerum*, opinatur, si minus, quàm testator decreuit, expendendum in eo opere, fuit consumptum in fabrica Capellæ, & testator aliquem legatarium fecit in remanenti ex quinto, talem legatarium sibi acquirere illud residuum. Baldus tamen *in l. si quis ad declinandam, C. de Episcopis, & clericis*, tradit omne illud quod minus fuit impensum in constructione Capellæ, non pertinere ad legatarium quinti, sed esse expendendum in opera pia in odium legatarij, siquidem culpa sua totum non fuit expensum. 30.

Mihi tamen magis placet adhærendum esse verbis testatoris; & ideo, si ipse expressè dixit, volo, vt construatur Capella, iuxta formam, ac modum à me relictum Titio, in hoc euentu opere absoluto, quamuis non expendantur omnia, sicuti in quinto relictum est legatario, superfluum debet accrescere legatario, vel hæredi, nullo legatario relicto. Contrà verò, si testator expressè dicat, Volo, vt in mea Capella fabricanda impendantur mille aurei, tunc mille aurei sunt expendendi, quòd si minus expendatur, quod superfuit in vsus pios arbitrio Prælati debet expendi; in quo sensu verior est sententia Baldi *suprà*, & aliorum, quos refert Specul. *tit. de instrumentorum editione* §. *nunc verò aliqua, vers.*63.

Dubitatio trigesimaprima, vtrùm ex legato relicto pro Ecclesia ædificanda detrahatur Falcidia? Respondetur negatiuè, *cap.*3. *de testamentis*, vt colligitur ex originali illius textus, qui est D. Gregorij *lib.*2. *Epistolarum Epistola* 10. ibi, Res atque reditus, quibus relicti sunt loco ipsi venerabili sine diminutione aliqua soluentur. Hinc fit, vt non detrahatur Falcidia, quando seruis libertas, aut aliquid aliud in eorum libertatem legatur. *Institut. de leg. Falcid.* §. *vltim. & l. Papinianus.* § *quarta autem, ff. de inofficios. test.* numerantur enim hoc inter causas pias, de quibus non detrahitur Falcidia, quando aliquid legatur ad vsus pios. Gomez *tom.* 2. *variar. cap.* 4. *numer.* 17. *illatione tertia*, Molina *de iustitia, tract.*2. *disp.* 213. *pag.* 1295. *& sequentibus*, prætterquam, si hæredis institutio sit etiam ad pias causas: tunc enim hæredes possunt detrahere à 31.

legatis

legatis piis ſalcidiam ; eo quia, quando duo circa eandem rem eodem priuilegio potiuntur, priuilegium vtriuſque non valet, & iuri communi ſtandum eſt, Molin. *ſupra*, Spinus *in ſpeculo gloſſ. 8. principal. num. 92.*

32. Dubitatio trigeſimaſecunda, de Capella infra annum ædificanda, quando debeat incipere illius ſtructura? Reſpondetur annum incipere à die, quo hæredes receperunt ſibi relicta pro ipſa fabricanda, Baldus, & Scribentes *in l. fideicommiſſum, de legatis* 1. & Bartol. *in l. ſi cui, in fine principij, de legat.* 1. per *l. tali, ff. de iure dotium.* Quo ad locum vbi Capella fieri iubetur, ſi locus non eſt aptus ædificandæ Eccleſiæ, ex diſpoſitione Epiſcopi alibi poteſt ædificari: ſecus, ſi in eo loco commodè poſſet conſtrui, tunc non debet locus permutari, vt *l. legatum ff. de vſufruct. legato*, & quod *ibi* Bartol. ait, Baldus dicit *in l. 1. in fine, C. de his, qua pœn. nom.*

33. Dubitatio trigeſimatertia, Quomodo hæredes teneantur conſtruere Capellam per teſtatorem legatam, ſi reperiatur conſtructa? Præſumitur facta per hæredes, vel per illum, qui erat grauatus ad illam fabricandam, Bartolus *in l. cùm ſeruus, ff. de verbor. obligat.* Quòd ſi hæredes laici recuſent teſtatoris voluntatem adimplere, poteſt Epiſcopus illos compellere ad conſtructionem Capellæ, etiamſi laici ſint. *cap. nos quidem, cap. ſi hæredes, cap. Ioannes, cap. tua nobis*, vbi Hoſtienſis, *num. 6. & 7. de teſtamentis*, Sbroz *de Vicario Epiſcopi, lib. 2. quaſt. 49. num. 1.* Aloyſ. *in collect. deciſ. part. 3. collect.* 714. Quin imò poteſt Epiſcopus tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatus cogere legatarios ad exequenda pia, ſecundùm Concil. Trident. *quaſt. 22. de reform. cap. 8.* etiamſi executores ſint officiales Sanctæ Inquiſitionis exempti à iuriſdictione ordinariorum, ita deciſum refert Franciſcus Leo *in theſauro fori Eccleſiaſtici, p. 2. c. vltimo, in fine.*

34. Dubitatio trigeſimaquarta. Capella vbi debeat erigi, quando non conſtat de voluntate teſtatoris circa locum? Reſpondetur relictum pro Capella conſtruenda non demonſtrato loco ſuſtineri. Nam quamuis propter incertitudinem alia legata vitientur, tamen legata pro Eccleſia ædificanda, licèt ſint incerta, tenent, Romanus *Authentica ſimiliter, C. ad l. Falcidiam* Tiraquel. *de priuilegiis pia cauſa, priuileg. 55.* In ea nanque incertitudine venit certitudo verificanda per arbitrium Epiſcopi. *l. id quod pauperibus l. nulli, & l. ſi quis ad declinandam. C. de Epiſcopis, & clericis*, Ripa *in l. inter, ſtipulantem, de verbor. oblig.* & alij apud Spinum *gloſſ. 3. principal. de capellaniis, n. 14. & 15.*

35. Dubitatio trigeſimaquinta. Quando liceat priuato conſtruere Capellam in domo propria abſque ſuperioris authoritate? Reſpondetur poſſe priuatum in domo propria erigere Capellam inconſulto Epiſcopo. Non poſſe tamen in ea celebrari ſine conſenſu illius, ita Innocentius *in cap. adhæc, de religioſis domibus.* Ratio, quia prohibitum eſt, ne ſacrum fiat extra Eccleſiam, ac locum ſacrum ad id ſpecialiter deputatum, textus *in cap. ſicut, & in cap. Miſſarum, cum ſequentibus, de conſecrat. diſt. 1.* Concil. Tridentin. *ſeſſ. 22. de obſeruandis in celebratione Miſſa*, D. Thomas 3. *part. quaſt.* 83. *art. 3. ad 1.* Soar. *tom. 3. diſp. 81. ſect. 2. & 5.* Azor *inſtit. moral. part. 1. lib. 10. cap. 26. quaſ. 1.* Vnde erit mortale, ſacrum facere in loco non ſacro extra caſum neceſſitatis, quamuis non detur ſcandalum, Soar. *dicta ſect. 3. in principio*, Henriquez *in ſumma, lib 9. de Miſſa, cap. 27. §. 1.* Vaſquez 3. *part. diſp. 233. cap. 3. num. 4. & 6.* Coninch *de Sacramentis, quaſt. 83. art. 3. dub. 1.* & Reginald. *in praxi for. pœnit. lib. 29. num. 176.* Tamen Sotus *in 4. diſt. 13. quaſt. 2. art. 4.* quem ſequitur Saa *verb. Miſſa, num. 20.* dicunt extra neceſſitatem, ſi fiat ſacrum, & abſit contemptus, & ſcandalum, non eſſe mortale. ex quo colligitur in neceſſitate poſſe fieri ſacrum ſine Epiſcopi licentia, vt ſi quis ſit in itinere, aut Eccleſia populum non capiat, neque id prohibetur in Concilio Tridentino, Sâ *vbi ſuprà.*

Illud etiam notandum ex *cap. Miſſarum, de conſecrat. diſt.* 1. Epiſcopum poſſe concedere in ſua Diœceſi extra locum ſacrum in Altari portatili, vt fiat ſacrum, ibi, *in locis ab Epiſcopo conſecratis, vel vbi ipſa permiſerit. cap. 2. his ergo*, ibi, *niſi in quibus Epiſcopus iuſſerit, de conſecrat. diſt. 1.* & ante Concilium Tridentinum hanc praxim eſſe receptam, docent Gutiert. *Canon. lib. 1. cap. 30. num. 25.* Henriquez *in ſumma, lib. 9. cap. 25. num* 81. & Syluest. *in ſumma verb. Miſſa, num. 5. verſ. tertiò deducere*, & Beja *in reſponſione caſuum conſcientia, part. 4. caſu 53. verſ. tertiò dico.* Poſt autem Concil. Trident. contentio eſt, an hæc facultas ſit reuocata? & affirmant Gutiert. ſuprà *d. cap. 30. num. 25.* Fuſc. *de viſitat. lib. 1. cap. 21. num. 8.* poſt Nauarrum *in manuali, cap. 25. num. 81.* quin imo id concedere pertinere tantùm ad Summum Pontificem, hoc eſt, concedere licentiam celebrandi in priuatis Oratoriis, & non ad Epiſcopos, refert Aloyſ. Ricc. *in praxi for. Eccleſ. deciſ. 538. num. vltimo, in prima edit. & reſolut.* 460. *in fine, in 2. edit.* ex decreto Congregationis Concilij Tridentini, ne Epiſcopi permittant etiam iuſta de cauſa celebrari in Capella domus priuatæ, & ſub dio, etiam adhibito vtroque Altari, firmo ſcilicet, & portali, prout volunt Miranda *in manuali Prælatorum, tom. 1. quaſt. 40. art. 9. concl. 3. in fine*, Azor *inſtit. moral. part. 1. lib. 10. cap. 26. quaſ. 3.* Reginald. *in praxi for. pœnit. lib. 29. num. 176.* & Coninch. *de Sacram. quaſt. 83. n. 225.*

Nihilominus per Concilium Tridentinum ſuprà non eſſe ablatam Epiſcopis hanc poteſtatem concedendi has licentias, tradunt Henriquez *ſuprà cap. 27. §. 1.* Sà *verb. Miſſa, num. 20.* Nauarr. *conſ. 5. num. 2.* ſub titulo, *de priuilegiis in nouis*, Fr. Emman. *de regularibus, tom. 1. quaſt. 43. art. 6.* Soar. *tom. 3. diſp. 81. ſect. 3. verſ. addit verò*, nec diſcordat Armendar. *in additionibus ad recopil. legum Nauarra, lib. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis, num. 72.* ſubdens Oratorium, in quo celebrandum eſt, decenter ſore ſtructum, & liberum ab omnibus actibus domeſticis, quare dicendum non eſſe ablatam Epiſcopis poteſtatem diſpenſandi, vt ſtante cauſa rationabili celebretur in Oratorio priuato, & ſub dio, & in Altari portatili, vt etiam fatentur Aloyſ. Ricc. *ſuprà reſol.* 460. *n. 2.* & Praxis noua Epiſcopalis *p. 1. c. 5. n. 8. pag. 77. & p. 2. c. 3. n. 21. in fine.*

Dubitatio trigeſimaſexta, An Capella ædificanda poſſit impediri à creditoribus? Reſponde quando Capella eſt iam ædificata, & dominus non eſt ſoluendo, & creditores ex declaratione iudicis poſſunt occupare omnia bona, & iura ipſius ædificatoris, non poſſe tamen occupare creditores ipſam Capellam, neque in illos poſſe tranſire ius aliquod præfatæ Capellæ, ita Bartol. per textum *in l. Offidius ff. de priuilegiis creditorum*; vnde ſequitur antequam incipiatur ædificium Capellæ, poſſe creditores requirere, vt ſibi ſolutio ex bonis relictis pro fabricanda Capella fiat, quia non cenſentur relicta niſi ære alieno deducto. *l. ſubſignatum. §. bona, cum ſimilibus, ff. de verbor. ſignificat.* Quapropter dici poteſt fundatorem Capellæ nulla bona libera 36.

pro

pro eo opere construendo reliquisse.Molin.*de primogen.lib.4.cap.7.num.*17.

37. Dubitatio trigesimaseptima, An Capella sub nomine vnius extructa possit mutari sub nomine alterius, & concedi alteri? Negat Bartol. quem sequitur Angelos *de testamentis, gloss. 9. numer.* 4. addens nec posse Rectorem Capellæ arma antiquiora mutare, teste eodem Bartol. *in l.* 11. *ff. de opere publico*, §. *final.* Nec licitum est arma fundatorum Capellæ cuiquam abradere, & ponere alterius insignia, vel nomina: imò debent puniri ita facientes arbitrio iudicis, ita concludit Cæpolla *de seruitut. vrbanor. prædior.cap.* 71. *de picturis*, per textum *in l. qui liberalitatem, ad finem, ff. de oper. public.* & Bartol. *in l. citat. qui liberalitatem*, vbi notat contra aliquos regulares, qui Capellas aliquorum tribuunt nomini aliorum, quod non licet, prout vult Lambertin. *de iure patron. lib.3.art* 5.

38. Dubitatio trigesimaoctaua, An parochianus possit detrahere quartam de relictis pro construenda Capella? Respondetur negatiuè ex traditis *in dubitatione* 31. si per deductionem huius quartæ impediretur constructio præfatæ Capellæ, ita Paulus de Eleaza, & Ancharanus *de sepulturis in Clement.*2.

39. Dubitatio trigesimanona, An possint arma fundatoris tolli de Capella, si ipse illam iudotatam relinquat, & eius hæredes illam non dotent? Responde primò fundatorem Ecclesiæ illam non dotantem congrua sustentione priuari iure patronatus, Spin. *gloss. 3. principali, de Capellaniis, num.*12. *ad finem.* Responde secundò monendos esse patronos, vt Ecclesiam dotent, dósque debet esse conueniens pro sustentandis ministris Ecclesiæ, quod si nolint & arma fundatoris raduntur, & sepulchra de loco constituto amouentur, Spin.*gloss.*4.*num.*34. Hæredes tamen non possunt affigere arma sua in Capella, in qua sunt arma fundatoris, Ioannes de Anania *in consilio* 86.ex regul.super re aliena non esse licitum imponere signa, vel arma, *l.*1. *& per totum, Cod.vt nemini liceat signa imponere.* Conseruatur nanque memoria fundatoris per arma affixa. Batt.*in tract.de infirmis, & armis*, & deflexu temporis dubitatur de ædificatore Capellæ, Anchar.*consil.*113.*in principio*, & Lambertin. *de iure patronat. lib. 3. p.4.art.5.quæst.principal.*

40. Dubitatio quadragesima, Vtrùm testator, seu fundator possit imponere Capellano, vt Missa pro defunctis quotidie celebretur? Responsio est affirmatiua: valet enim hæc obligatio imposita à testatore propter fauorem vltimæ voluntatis, quæ est attendenda, & obseruanda.*l.*1. *C.de sacrosanctis Ecclesiis*, & testatoris voluntati standum est. *l. vlt. C de fideicommissis, Authent.de nuptiis.§.disponat, cap. vltima voluntas* 13.*quæst.* 2. Tum quia defuncto fit iniuria, eo quòd magis prodest defuncto Missa priuata, quàm communis, & satisfactio promanat ex deuotione offerentis Missæ sacrificium, & illius pro quo offertur: proinde valor Missæ in quantum est satisfactorius est limitatus, quatenus deriuatur à potentia, & deuotione limitata, videlicet ab homine. Quare cùm voluntas fundatoris sit pro defunctis Missa, vt quotidie celebretur, non est mutanda, Concil.Trident. *sess.*22.*c.*6. *& sess.*25. *cap.* 4. quæ sententia est etiam Abbatis *consil.* 99. *num.*4.Anton.Cucch.*lib.5.institut. maior.tit.6. n.*24. Lambertin. *de iure patronat. lib.* 3. 1. *part. quæst.* 1. Nauarr. *in manuali, cap.* 25.*num.*92. Oncala *de valore Missæ, art.*8. Ex consilio tamen potest quis in diebus solennibus celebrare solennem Missam cum commemoratione defunctorum, argumento capitis *cum creatura, de celebratione Missarum*, & hoc modo satisfacit, qui audit Missam priuatam pro defunctis, & præcepto de audienda Missa etiam in die solenni, Syluest.*verb. Missa* 2. *num.*4. Sotus *in* 4.*dist.*13.*quæst.*2.*art.*1. & Nauarr. *in Manuali, cap.*7.*num.*21. Azor *instit.moral. part.*1. *lib.* 7. *cap.*6.*vers.tertiò quæritur.*

De Parocho ægrotante, & non residente.

V.

EPITOME.

1. *Infirmus quis dicatur?*
2. *Infirmus solitus residere si diuinis interesse non potest, distributiones quotidianas potest recipere.*
3. *Parochus morbosus quando arceri debeat à gubernatione sua Parochiæ?*
4. *Infirmus Clericus, qui non potest solus recitare, an teneatur vocare socium, si possit?*
5. *Clericus infirmus an debeat compensare horas omissas per alias preces, quas commodè potest fundere.*
6. *Qui propter infirmitatem recitare non potest, an debeat recitantem audire?*
7. *Residentia Episcoporum, & Parochorum est de iure diuino.*
8. *Parochi debent residere in suis Parochiis, quamuis in illis sint paucissimi incolæ.*
   & quid si non recitent, & resideant, & è contra. ibid.
9. *Residere potest habens duas Parochias æquè principaliter vnitas, in qua maluerit.*
10. *Habens Vicarium perpetuum non tenetur residere, Vicario viuente.*
11. *Inquisitorum, & subcollectorum officium gerentes, an debeant residere in sua Parochiali?*
12. *Curam baptizandi obtinens in Baptismali Ecclesia, an debeat residere?*
13. *Parochus an excusetur à residentia ingruente aliquo morbo pestilenti.*
14. *Episcopus an possit excusare ab onere residendi Rectores parochiales, & Canonicos, qui tenentur residere?*
15. *Episcopus an possit procedere propter non residentiam ad priuationem, etiam si temporum interualla non seruentur?*
16. *S. Pontifex an sine iusta causa possit excusare Parochos à residentia in suis beneficiis curatis?*
17. *Causæ excusantes à residentia, quæ sint, & quando Episcopus eos liberare, & non liberare possit?*
18. *Qui gaudeant priuilegio in cathedralibus, & collegiatis, vt absentes fructus suos recipiant?*
19. *Canonici, qui fructus habent tantum in distributionibus quotidianis, non eas acquirunt omnes omnino si sint in seruitio Episcopi.*
20. *Parochus qui abest per vnum, vel alterum mensem sine licentia Ordinarij in scriptis an faciat fructus suos? & quid de habente iustam causam non residendi? si absit non petita licentia, & quid si petat, & denegetur?*

21. *Parochus cui datus est coadiutor perpetuus, non excusatur à residentia, neque qui officium curæ per substitutum exercet.*

1. IN primis se offert quæst. Quis dicatur infirmus ad effectum non luctandi fructus beneficij Parochialis, seu Canonicatus, cui tenetur seruire: Menoch. *de arbitrar. casu* 60. *num.* 5. *cum sequentibus*, relatis hinc inde opinionibus concludit Medici arbitrio relinquendum, quando quis dicatur infirmus, ita vt non possit diuinis interesse, vel suo muneri satisfacere, consonat Azor 1. *p. instit. moral. lib.* 10. *c.* 13. dicens in dubio consilio ei Medici standum esse, sit nec ne infirmitas gr...

2. Ad effectum autem lucra distributiones, & fructus beneficiorum eos, & potest recipere, dummodo morbo non impediente solitus erat residere, diuinis interesse, quamuis propria culpa in morbum incideret, ita Couarr. *lib.* 3. *variarum, cap.* 53. *num.* 8. Moneta *de distributionibus quotidianis, part.* 2. *quæst.* 6. *n.* 21. Cened. *ad sextum collect.* 15. *num.* 8. *& pract. ac Canonicarum quæst. lib.* 1. *q.* 1. *n.* 8. Diximus, qui solitus erat interesse, quòd si non solebat adesse, infirmitas non iudicatur pro præsentia, & interessentia, cùm eo casu moribus ipse non dederit causam absentiæ, Nauar. *de horis Canonicis, cap.* 11. *à num.* 9. Spinus *de testam. gloss.* 9. *num.* 30. *vers. sed tenendo*, Henriquez *in summa, lib.* 13. *cap.* 13. *num.* 4. *in fine, in commento littera T.* Caldas Pereira *de renouat. emphyt. quæst.* 5. *num* 23. *vers. vnde si Canonicus*, Fusc. *de visitat. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 26. & Bonacin. *de censuris, disputat.* 1. *q.* 2. *punct.* 4. *num.* 5.

3. Porrò Parochus morbosus adeò, vt horrorem incutiat ouibus suis, puta leprosus, aut alia simili infirmitate affectus, debet arceri ab administratione suæ parochiæ, Flaminius *de resignat. lib.* 5. *q.* 6. *num.* 17. vbi *num.* 19. hoc extendit ad genus scabiei, quod psoram medici vocant, & alio nomine dicitur *scabies herculea*, quæ accedit ad lepram, & *num.* 28. ampliat ad morbo Gallico corruptos, similiter sunt remouendi ab exercitio curæ morbosi, quando morbus talis est, vt nec spiritualia, nec temporalia potest Parochus administrare, Suar. *tom.* 5. *de censuris, disp.* 51. *sect.* 2. *ad finem*, Campanil. *in diuersor. iur. Canon. rubr.* 11. *cap.* 17. *num.* 160. & Garcia *de benefic. part.* 4. *cap.* 5. *num.* 6. tunc enim dandus est Parocho coadiutor, non tamen priuandus suo beneficio, Gonzal. *ad regul.* 8. *gloss.* 5. *n.* 11. ex Concilio Tridentino *sess.* 25. *de reformat. cap.* 7. *vers. quod si docent*, colligit Garcia *part.* 4. *cap.* 5. *n.* 5. *& duobus sequentibus*, & probat textus *in cap. de Rectoribus, cap. ex parte, & cap. final. de clerico ægrotante, cap. primo, eodem titulo in* 6.

4. Quæstionis tamen est, an Clericus, qui ob morbum nequit solus recitare, teneatur socium quærere, si possit facilè inuenire, vt illum adiuuet? Nauarr. *de oratione, cap.* 11. *num.* 13. *&* 19. affirmat, si facilè sibi socium inuenire possit, alioqui minimè; ex eo, quòd possumus per amicos, id per nos ipsos censemus meritò posse. Idem dicendum est de cæco, qui preces horarias memoriter tenet, si solus eas recitare non potest, & cum socio potest, si ipsum commodè inuenire potest; secus si nullam partem precum commodè recitare potest solus, tunc liber est à lege, Azor. 1. *part. instit. moral. lib.* 10. *cap.* 13. *quæst.* 3. 4 *&* 5.

Similiter, qui propter infirmitatem nequit officium diuinum recitare, non tenetur supplere per alias preces, quamuis eas commodè possit fundere, Syluester *verb. hora, q.* 4. quod est verius, quamuis Angelus *verb. hora, num.* 4. affirmet teneri, ex eo fundamento, quia esse iuris diuini tradir beneficiarios ratione beneficij accepti debere recitare Officium diuinum, sed verius est hoc esse de iure Canonico; ideo infirmus eo ipso, quòd liber est ab hoc, esse de iure Canonico; ideo infirmus eo ipso, quòd liber est ab hoc onere præ infirmitate censetur liber ab onere aliarum precum, Azor *supr. q.* 8. 5.

Eodem modo qui non potest morbi causa soluere diuinum Officium, non tenetur recitantem audire, etiamsi commodè potest: est communis opinio, Syluester *verb. hora, q.* 4. ex Innoc. & Abbate, & aliis *in c. dolentes, & c.* 1. *de celebratione Missarum*, sequitur Nauarr. *de oratione, cap.* 11. *num.* 6. quia nullus extat Canon, quo id præcipiatur, neque ratio, quæ conuincat. 6.

Quæres an residentia Episcoporum, & Parochorum sit de iure diuino? Caiet. 2. 2. *q.* 185. *art.* 5. affirmat, & probatur ex Conc. Trid. *sess.* 23. *c.* 1. cùm dicat præcepto diuino mandatum esse omnibus, quibus animarum cura commissa est, oues suas cognoscere; quibus verbis ostenditur iure diuino posse Episcopos, & Parochos cogi ad residendum in suis Ecclesiis, ita Couar. *lib.* 3. *variar. c.* 13. Sotus *de iustitia, lib.* 1. *quæst.* 3. *art.* 1. Nauar. *in manuali, cap.* 35. *num.* 121. Zecchius *de munere Episcopali, cap.* 5. *num.* 3. Azor *instit. moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 4. Cordub. *lib.* 1. *q.* 19. Valentia 3. *tom. disp.* 10. *quæst.* 3. *punct.* 5. Azeued. *in l.* 27. *tit.* 3. *lib.* 1. *recopil. n.* 8. Galleg. *in tract. de parochor. obligatione tempore pestis*, 1. *p. disp.* 1. *à num.* 46. Zeuallos *commun. contra commun. q.* 585. *à n.* 1. Posseuin. *de officio Curati, c.* 1. *n.* 1. & alij, quos refereus sequitur Garcia *p.* 3. *c.* 2. *n.* 16. 7.

Circa residentiam Episcoporum, ac curatorum est constitutio Pij Quarti 115. & facienda est in loco, vbi est ipsa Ecclesia Cathedralis, per glossam *in c. Episcopus, de consecratione, dist.* 1. Circa residentiam curatorum est alia constitutio Pij Quinti 64. in ordine in Bullario. Nam Parochialis, & curata Ecclesia cùm iudicetur propter administrationem Sacramentorum, & propter particularem populum datum confestim eidem Parocho, seu Curato in ipsa Parochiali Ecclesia residentia adnexa est, Conc. Trident. *sess.* 6. *de reformat. cap.* 2. *sess.* 23. *eodem tit. cap.* 1. *§. eadem omnino*, Fusc. *de visitat. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 18. *& lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 7. post Nauarrum *in manuali, cap.* 25. *num.* 121. quapropter Episcopus, & Parochus à suis Ecclesiis abesse nequeunt, & residere debent, quòd si absint sine causa iusta vltra mortalis peccati reatum, quem incurrunt pro rata temporis absentiæ fructus suos non faciunt, nec illos possunt retinere, sed tenentur eos fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus erogare. Concil. Trident. *cap.* 1. *vers. si quis autem, sess.* 23. Quin imò si per sex menses continuos culpa sua extra suam Diœcesim commorentur, Episcopus ipso facto quarta parte fructuum illius anni priuatur, & per superiores Ecclesiæ applicanda est fabricæ, vel pauperibus loci. Quòd si per alios sex menses in absentia permaneat, alia quarta pars amittitur applicanda eodem modo, quo prima quarta pars, & si deinceps perseueret in contumacia intra menses tres, à Metropolitano moneatur Summus Pontifex de absentia suffraganei, alioquin Metropolitanos ipso facto ingressu Ecclesiæ priuatus est, per Conc. Trident. *c.* 1. *sess.* 6. *de reform.*

Parochus

8. Parochus verò non residens in beneficio parochiali,seu curato,pro rata temporis amittit fructus suos ;est communis, & eos tenetur restituere etiam ex declaratione sacræ Congregationis, quæ sic habet, *Fructus omittuntur duntaxat pro rata illius temporis, quo quis abest sine licentia, nec potest componi restitutio debita fructuum malè perceptorum cum obtinentibus Bullam Cruciata,vel vigore aliorum priuilegiorum, & facultatum obtentarum per Concilium.* Sic ibi.

Fructus tamen amissi debent restitui fabricis Ecclesiarum, aut pauperibus, Nauar. *in manuali, cap.25. num.121. & consf. 20. num.4. de celebratione Missarum*, Henriquez *in summa, lib.7.cap.36. §.3.* & censuit Congregatio,teste Garcia *part.3. cap.2.* his verbis, *num. 31. Congregatio censuit Episcopum ordinarium debere applicare fructus non residentium, de quibus in hoc decreto fabricæ Ecclesiæ parochialis, etiam si non indigeat, nec pauperes intra limites reperiantur, quæ potest tamen indies indigere, saltem quoad ornamenta.*

Quare compelli potest Parochus residere in sua Ecclesia, quamuis sit modici valoris, & quamuis parochiani paucissimi sint. Similiter potest compelli Parochus ad residendum, non obstante consuetudine residendi in loco extra fines parochiæ per quinque, vel sex milliaria, Garcia *3. part. cap. 2. num. 179.* vt constat ex sequentibus declarationibus sacræ Congregationis, quarum ibi meminit, quæ sic habent. *Rector, seu Parochus, qui habet parochiam, intra cuius limites adhuc habitant parochiani, tenetur in ea residere, etiam si tantùm essent in illa parochia tres, vel quatuor incolæ.* Sequitur alia. *Episcopus potest compellere Rectores ad residendum, non obstante consuetudine residendi in loco distanti a parochia per sex milliaria*; post has tertia per hæc verba: *Congregatio Concilij censuit Rectores Parochialium debere residere in domo ipsarum parochialium, quòd si parochiales domos non habent, tunc in alia domo, quæ sit intra limites parochiæ, aut saltem in ita vicina Parochiali Ecclesiæ, vt inde commodè per se ipsos possint ei inseruire.*

Controuerti tamen potest de residente, non autem recitante, & de recitante,non tamen residente? Dicendum est non recitantem Officium diuinum Parochum sine legitimo impedimento, non facere fructus suos, sed teneri restituere illos fabricæ Ecclesiæ, aut pauperibus. Habetur in Concilio Lateranensi celebrato sub Leone X. *sess.9. §. statuimus*, in hæc verba: *Statuimus, vt nemo beneficium Curatum, aut simplex habens, qui elapsis sex mensibus ab eius consecutione, sine legitimo impedimento Officium diuinum recitare omiserit, pro tempore quo non recitauit, fructus suos faciat; imò eos impendere tanquam rem iniustè captam, in fabricam Ecclesiæ, aut eleemosynas pauperum teneatur.* Sic ibi. quæ sententia placet Corduben si *in summa, q. 33.* & Couarru. *lib.3. variarum, cap. 13. num.10.* Nauarr. *in manuali, cap.25. num.122. & de oratione, cap.7. num. 32.* vbi refert Pij Quinti constitutionem, incipit, *Ex proximo Lateranensi Concilio*, qua confirmatur decretum Concilij Lateranensis atque ita in foro conscientiæ omittens Officium diuinum, aut eius partem, tenetur restituere fructus pro rata officij prætermissi.

Sed quid si omittens horas canonicas satisfaciat labori suæ parochiæ, & inseruiat Ecclesiæ, administrétque Sacramenta parochianis, & reliqua onera adimpleat, quæ vltra pensum horarum Parocho competunt? Respondetur Parochum, seu curam animarum habentem teneri restituere propter omissionem horarum tertiam, vel quartam partem fructuum;reliquas verò duas, vel tres partes posse sibi retinere propter reliqua onera, ac munera, quæ exercet pro administratione suæ Ecclesiæ, & pro obligatione residendi, ita Barthol. Medin. *in instructione Confessariorum in expositione primi præcepti, §.11. fol. 105.* Lopez *2. part. instructorij, cap. 95.* Henriquez *lib. 3. de excommunicatione, cap. 13.* Beja *in responsione casuum conscientiæ 55. lib.1.* Ratio, quia Parochus habet onus administrandi Sacramenta suis ouibus, & residendi: ergo pro iis potest retinere fructus tanto oneri respondentes, & amitti duntaxat tertiam, vel quartam partem fructuum, qui respondent omissioni horarum. Idem dicendum est de quocunque beneficiario habente aliquam administrationem, seu curam tam in foro conscientiæ,quàm in foro externo, aut onus residendi, seu inseruiendi præter obligationem recitandi. Secus de beneficiis simplicibus, quæ nullam aliam obligationem habent, nisi onus recitandi: ij enim si absque vlla causa omittant preces canonicas, omnes fructus tenentur restituere, vt patet ex Concilio Lateranensi *vbi suprà*, & ex præfata constitutione Pij Quinti. Quare non est audiendus Azor *1.part. institut. moral. lib. 10. cap.14. vers. quintò quæritur,pag.976.* dum ait non posse Parochos, neque alios curam animarum habentes eas partes sibi retinere, quas eorum labor meretur, sed eo ipso, quòd non recitant, debere restituere omnes omnino fructus suorum beneficiorum, cùm fateatur etiam post Concilium Lateranense, & Pij Quinti constitutionem, multos docere non recitantes, posse tamen pro aliis oneribus sibi tuta conscientia retinere fructus suo labori respondentes tanquam debitam sui laboris mercedem. Sed de hoc infrà *disp.24.§.5.num.8.*

Habens duas parochias vnitas æquè principaliter, an debeat residere in qua maluerit? Garcia *part 3.cap.2.num.179.* affirmat posse,ex declaratione sacræ Congregationis, ita vt vna non sit dignior,& principalior altera, sequitur Armendariz *in addit. ad recopil.legum Nauarræ, lib.1.tit.18.l.7.de Episcopis, num.144.* 9.

Sed an si Parochus habeat Vicarium perpetuum, teneatur residere? Philipp. Prob. *in addition. ad Monachum, in cap. super eo 6. num. 17. de præbendis, lib.6.* Vitalin. *in Clementina 1. §.ad hæc, num. 26. eodem titulo*, & Nauarrus *cons. 21.* incipit, *Ecclesia parochiali, num. 7. de cleric.non resid.* nolunt etiam hodie post Concilium Tridentinum talem Parochum teneri exercere curam, & residere, sicut antea, prout voluit sacra Concilij Congregatio, & declarauit his verbis, *habens Parochialem, in qua Vicarium perpetuum legitimè institui obtinuit, eo viuente residere non tenetur*, Gonzal. *de mensibus gloss. 9. num. 99.* Non enim dicitur habere parochialis Ecclesiæ curam, nisi qui ex necessitate officij Sacramenta ministrare tenetur, qualis est Vicarius perpetuus, qui non potest remoueri etiam si Rector principalis moriatur, vt *in cap. ad hæc, de officio Vicarij*, Hoied. *de incompatibil. part.1.c. 15. n 12.* Dicitur namque Vicarius iste perpetuus Rector curæ animarum, quamuis propriè non sit Rector Ecclesiæ, & cura actualis aufertur Rectori, & transfertur in Vicariū perpetuum;Nau *conf.21.de cleric.* 10.

non resident. incipit, *Ecclesia parochiali*, *n*. 7. vbi ait quòd in habitu resider cura penes Rectorem, Caputaquen, *decis*. 339. Gonzal. *gloss*. 5. §. 3. *num*. 26. dicens Vicarium perpetuum de iure communi habere fundatam intentionem percipiendi decimas, & iura parochialia pro sua congrua sustentatione, Rota *decis*. 5. *de officio Vicarij, in antiquis*, post alios.

Quinimò Vicarius perpetuus constitutus in Parochiali Ecclesia non potest remoueri à Rectore Ecclesiæ sine authoritate Episcopi, nec ipse Episcopus potest illi administrationem adimere, nisi iustis, & debitis causis condemnetur. Azor. *part*. 2. *c*. 6. Item Vicarius perpetuus legitimè impeditus potest sine authoritate Episcopi ad breue tempus Vicarium substituere, puta ad duas hebdomadas: ad longum verò tempus non potest citra authoritatem Episcopi, vt colligitur ex *c. cùm ex eo, de electione in 6. & c. peruenit, de appell.* ita Abbas *in cap. quoniam* 2. *ne Prælati vices suas*. Ex quibus omnibus apparet Parochum Vicario perpetuo viuente non teneri residere, cùm cura animarum sit penes Vicarium, & Rector Sacramenta eo viuente conferre nec debet, nec potest, Azor. *d. part*. 2. *lib*. 3. *cap*. 6. *fol*. 402.

11. Neque Inquisitorum, seu subcollectorum officia gerentes excusantur à residentia in suis Ecclesiis Parochialibus, vt constat ex declaratione sacræ Congregationis, de qua Gonzal. *de mensibus gloss*. 6. *num*. 265. ibi, Inquisitoris officium exercens à residentia Parochialis non excusatur. Et infrà *num*. 266. *de subcollectore Apostolico*, sic respondet Congregatio, *A residentia non excusatur exercens officium Subcollectoris Apostolici*, Aloys. Ricc. *in praxi resolut*. 393. *num*. 4. idem Gonzal. *gloss*. 43. *n*. 164. addens sæpè declarasse Sacram Congregationem residentiam esse de iure diuino, & ideo Episcopos teneri ad residentiam in propria diœcesi, & Inquisitorem Episcopum à residentia non excusari.

12. Item tenetur residere, qui habet baptismalem Ecclesiam cui incumbit omnes baptizandi omnes infantes illius oppidi tanquam coadiutor Ecclesiæ Parochialis præsupposito quod in Ecclesia Archipresbyter præter Baptismum cætera Sacramenta administret, Atmendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarra, lib*. 2. *tit*. 23. *l*. 2. §. 2. *de residentia, vel absentia parochorum, num*. 178.

13. Grauis tamen est controuersia, an Parochus possit abesse tempore pestis, aut alicuius alterius morbi contagiosi? Sà *in summa, verb. Parochus*, docet teneri tempore pestis ministrare necessaria Sacramenta saluti, aut dare, qui peste afflatis ministret. Sacramentum verò Extremæ vnctionis, cùm non sit de necessitate præcepti saltem obligantis sub M. bene potest omitti tempore pestis propter periculum vngentium, quando pœnitentes fassi sunt de peccatis, & Eucharistiam sumpserunt. Ministrandum tamen esset illis, qui nec confiteri, nec Eucharistiam sumere potuerunt, vt ita saltem per vnum Sacramentum reponantur in gratiam facti ex attritis contriti.

14. Ambigi etiam solet, an Episcopus possit excusare ab onere residendi Parochos, aut Canonicos? Syluester *verb. residentia, num*. 7. affirmat propter suum seruitium posse Episcopum liberare Parochos à residentia, sequitur Hoieda *l. incompatibil*. 1. *p cap*. 17. *num*. 29. *casu* 8. & 2. *part. cap*. 10. *num*. 15. & Nauarr. *cons*. 15. *de clericis non residentibus*. Negatiua tamen pars est verior, non posse scilicet Parochos excusare, nec propter suum seruitium, nec propter seruitium Ecclesiæ Cathedralis, videlicet, vt exerceat officium Vicarij, Visitatoris, vel Secretarij, ita Gonzales *de mensibus gloss*. 6. *num*. 258. ex declaratione Sacræ Congregationis, quam refert his verbis, *An Episcopo liceat pro Cathedralis Ecclesiæ seruitio, & item suo, aliquem ex Curatis suæ diœcesis ex ipsorum Ecclesiis constituto in illis idoneo Vicario, ad certa negotia adhibere, qui quandiu in huiusmodi sunt seruitio, à suis Ecclesiis minimè abesse censeantur?* Congregatio censuit non licere.

Rursus, An si Episcopus iudicauerit expedire, vti opera alicuius Curati pro Secretario, vel pro Vicario foraneo, possit abesse, vel excusetur à residentia, dummodo cura suæ Ecclesiæ diligenter exerceatur? Congregatio censuit non posse. Item an deficiente magistro Grammaticæ in ciuitate, possit in ea Curatus habitare relicto idoneo Vicario, & approbato eum congrua mercede in Parochiali, dummodo solennibus diebus intersit? Congregatio censuit non posse.

Rursus Episcopus non potest vti opera Parochi in visitatione, vel alio seruitio suæ diœcesis nisi pro tempore duorum mensium à Concilio permisso, & idoneus Vicarius deputetur, Gonzal. *suprà*, sequitur Garcia *part*. 3. *cap*. 2. *num*. 4. quin imò quamuis ante Concilium posset Parochus studiorum causâ per septennium Ordinarij licentia abesse; hodie tamen nequeunt Ordinarij talem licentiam concedere, nec Parochi studiorum causâ possunt abesse. Gonzal. *suprà num*. 249. 250. & 251. ex Sacra Congregatione, ex eo fundamento, quia cùm hodie per concursum Ecclesiæ Parochiales magis idoneis conferantur, sequitur quòd iam studiorum causâ nequeant abesse, Aloys. Ricc. *in collect. decis. part*. 3. *collect*. 563. Barbos. *in cap. relatum, num*. 8. *de cler. non resid.*

Quo ad Canonicos potest Episcopus occupare in suo seruitio duos ex Ecclesia Cathedrali, qui possunt fructus in absentia percipere: censentur enim seruire Ecclesiæ, dum seruiunt Episcopo, *cap. de cætero, cap. ad Audientiam, de clericis non residentibus*. Stephanus Gratian. *disceptat. forens. cap*. 166. *num*. 20. Azor *institut. moral part*. 2. *lib*. 7. *cap*. 4. *quæst*. 3. *vers. sexta causa*, Cened. *practic. lib*. 1. *quæst*. 1. *num*. 35. & Sanctarel. *variar. resolut. lib*. 1. *quæst*. 3. *num*. 34. docentes posse Canonicos duos in obsequio Episcopi percipere fructus in absentia, quod Sanctarel. *suprà* extendit, etiam si in Cathedrali sit constitutio iuramento, & authoritate Sedis Apostolicæ confirmata, vt qui non residet, fructus beneficiorum amittat, distributiones tamen non percipient, Gratian. & Azor *suprà*, & Garcia *d. cap*. 2. *à num*. 345.

Ad hæc, An Episcopus possit procedere propter non residentiam ad priuationem, etiamsi temporum interualla non seruentur? Responsio est negatiua, nisi seruato iuris ordine, *cap. conquerente, de clericis non residentibus, & cap. ex tua, eodem titulo*, Mantica *decis*. 67. *num*. 6. vbi exigit priusquam deueniatur ad priuationem procedendum esse ad subtractionem fructuum. Deber ergo priùs moneri, vt resideat, *cap. ex parte, de clericis non residentibus*, vt redeat: nam propter absentiam non est quis ipso facto priuatus, vt notat Abbas *in d. cap. ex parte, num*. 2. Calder. & Imol. *in d. cap. ex tua, eodem titulo*. Nihilominus per textum *in cap. extirpandæ, §. qui verò, in fine, de præbendis*. in parochiali, seu beneficio curato, non residens 15.

est

est priuatus ipso iure ob non residentiam. Requiri autem monitionem præambulam in Parochialibus & curatis, tradit Innocentius *in d cap. extirpandæ, §. qui verò, num. 2.* ex illa regula, quod ad incurrendam pœnã exigitur præcedens monitio, quando lex loquitur negatiuè sine die, vel tempore.

Non requiri tamen monitionem præcedentem, vult Abbas *in d. § qui verò in lectura, num. 12. & in repetit. à num. 19.* ex gloss. *verb. reddere, in l. 1. C. de his quibus, vt indignis,* quem sequitur *ibi* Bartol. *& in l. in cognitione, ff. ad Sylianianum, & ex c. cupientes, de electione, in 6.* & ex doctrina Speculatoris *de citatione, §. sequitur, n. 20.* quam sententiam Abbatis sequitur Selua *de beneficiis 4. p. quæst. 4.*

Nihilominus non est negandum in Parochialibus *ex cap. ex parte, & ex cap. qualiter, & ex cap. ex tuæ,* ob non residentiam requiri priuationem nun solennem præcedente monitione, hodie non procedere stante Concilio Tridentino *c. 1. sess. 23. de reformat. vers. quod si per edictum,* vbi vult integrum esse Ordinariis per censuras Ecclesiasticas, & per subtractionem fructuom etiam vsque ad priuationem procedere contra Parochos absentes, qui non resident. Ex quibus constar Parochos non residentes etiam monitos iterum atque iterum non esse priuatos ipso iure, vt etiam apparet ex declaratione sacræ Congregationis super *d. c. 1. sess. 23. de reformat.* his verbis, *compellere arbitry est Episcopi, qua via, & quo remedio vti velit contra non residentes.* Et rursus sic ait alia declaratio: *Parochus, qui non vult in suo Parochiali residere, debet seruato iuris ordine priuari.* ex quo constat nun esse ipso iure priuatum, sequitur Flamin. *lib. 1. de resignat. q. 10. num. 61.* dicens, Parochos absque licentia Episcopi absentes posse priuari post monitionem, ex *d. c. 1. Concilij.* Quamuis idem Flaminius *lib. 3. quæst. 1. num. 135.* cum Innocentio *in d. cap. extirpandæ, §. qui verò, de præbendis,* & cum Hoied. *in tract. de incompatibil. p. 1. c. 18. n. 19.* testetur non facientes residentiam ipso iure priuari, præcedẽte tamen monitione, sed oppositum magis placet, non esse scilicet ipso iure priuatos Parochiali, aliàs statim procedendum esset ad declarãdum illos priuatos, quod non fit, sed priuantur seruato iuris ordine.

Quoad habentes in Cathedrali, & Collegiata Dignitates, Canonicatus, Præbendas, si non resideant, respondit sacra Congregatio anno 1592. his verbis: *Capitulares, vel dignitates habentes in cathedralibus, pro primo anno absentia solùm priuari dimidia parte fructuum suæ dignitatis, vltra distributiones quotidianas, quas perdit, & hoc procedere, etiamsi primo anno nullo die resederit talis capitularis.* Et infrà. *Sacra Congregatio censuit Canonicos non esse citandos, nec monendos ad residendum, nec opus esse intimatione, vt deseruiant; sed si absuerint vltra tres menses, citandos esse ad allegandum;* quare non debeant puniri secundùm decretum Concilij Tridentini *sess. 24. cap. 12.* & oportere censuit Congregatio bonum iudicem arbitrari quanto tempore debeat vltra tempus permissum absentes expectare antequam contra eos pœnas exequatur, Garcia *de beneficiis, part. 3. cap. 2. num. 145.*

16. Quæritur etiam, an Summus Pontifex possit excusare sine vlla causa Parochos à residentia in suis Ecclesiis? Pars affirmans ex eo probari potest, quia Pontifex in beneficialibus plenam, & liberam dicitur habere facultatem, *c. per principalem, quæst. 3.* vbi gloss. *c. inter quatuor, de maior. & obed.* vbi Abbas *c. 1. in principio, de præbendis in 6. & Clementina 1. in fine, vt lite pendente,* ideo potest etiam sine causa auferre beneficium ab eo, cui contulerat, vt multi tradunt apud Crauettam *in tract. de antiquit. tempor. in secunda particula primæ partis principalis, n. 34.* & alij apud Menochium *lib. 2. præs. q. 10. n. 19.* Contrarium tamen in nostro casu dicendum est, cùm residentia sit de iure diuino: ideo sine causa non potest excusare à residentia. Secus in iis, quæ sunt iuris positiui: ea namque potest Pontifex tractare liberè etiam sine causa, Menoch. *suprà n. 10.* contrà verò in iis, quæ sunt de iure diuino, qualis est residentia, teste Concil. Trident. *sess. 28. cap. 1. de reform.* vbi sic legimus, *cùm præcepto diuino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oues suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, & reliqua;* & infrà addit Concilium hæc verba: *Quæ omnia nequaquam ab iis præstari, & impleri possunt, qui gregi suo non vigilant, neque assistunt, sed mercenariorum more deserunt.* Quibus adde illud Christi Domini mandatum Petro, & in Petro omnibus Ecclesiarum pastoribus: *Pasce oues meas, & agnos meos.* Ex quibus apertè ostenditur pastores in Ecclesiis de iure diuino præsentes esse debere; quare non posse Papam suo arbitratu huius legis rigorem sine causa laxare, vt aduertit Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 7. c. 4. quæst. 3. vers. quinta causa, & quæst. 5.* quem referens sequitur Barbos. *in c. cum dilectus 14. n. 3. de cleric. non resid.* posse tamen iustis de causis hunc, vel illum pastorem hac lege liberare, quòd si absque illa causa concedat abesse in foro conscientiæ, talis facultas nulla erit, cùm ius diuinum laxari nequeat etiam Papæ authoritate, sine causa iusta, argumento voti, & iuramenti, quæ nequeunt solui sine iustis causis, vt benè Sotus *lib. 10. de iustit. quæst. 3. art. 4.* Azor *instit. moral. part. 1. lib. 11. c. 9. vers. secundo, & tertiò quæritur,* & clarius *vers. nonò quæritur, & 2. p. lib. 7. cap. 4. vers. secunda sententia, & vers. hinc autem, & vers. nos verò longè.*

Quæ autem sint causæ excusantes à residentia, 17.
& quando Episcopus possit liberare ab onere residendi, ex dicendis patebit. Nam causæ excusantes reducuntur ad illas, quarum meminit Concilium *sess. 23. c. 1. de reform.* vbi vult excusari à residentia, qui abest propter Christianam charitatem, vrgentem necessitatem, debitam obedientiam, ac euidentem Ecclesiæ, vel Reipublicæ vtilitatem, quæ sunt legitimæ absentiæ causæ, quando approbantur in scriptis à Superiore.

Ad primam causam reducitur quando quis abest, vt adiuuet priuatam aliquam Ecclesiam litibus oppressam, & vt simultates, dissidia, ac odia soplantur. Ad secundam reuocatur, cùm quis non residet infirmitatis causa, aut belli exorti, aut pestis sæuientis ratione, vel propter inimicitias, vel ob vitæ, vel salutis aliquod periculum ad tempus deuitandum. Ad tertiam redigitur cùm quis non residet, vt obediat Summo Pontifici, vel eius Legato, aut Episcopo mandanti obsequium debitum. Ad quartam reducitur absentia propter Synodum generalem, vel Prouincialem, vel Diœcesanam legitimè congregatam, Azor *d. lib. 7. cap. 4. vers. quartò quæritur.* Barbos. *in remiss. ad Conc. Trid. sess. 23. cap. 1. per totum, & in c. relatum, de clericis non residentibus,* vbi de hac re plenè, quibus accedit Cened. *in cap. licèt Canon. de electione in 6. Collectan. 30. n. 2. & 3.* 18.

Quæritur tamen, qui gaudeant in Cathedralibus, & Collegiatis priuilegio percipiendi fructus in absentia? De iure communi docentes in studio generali, seu vniuersitate Theologiam, vel ius Canonicum excusantur à residẽtia, & in absentia percipiunt fructus suos, *c. super specula, de Magistris,*

per textum ibi, *docentes verò*, quod extenditur ad discipulos ibi studentes, Concil. Trident. *sess. 5. de refor. cap. 1.* Fusc. *de visitat. lib. 1. cap. 17. num. 27.* Azor *instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 4. quaest. 3. & cap. 5. quaest. 1. & 8.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect. 446.* & Moneta *de distribut. quotid. part. 2. q. 10. à principio*, ex constitutione Honorij Tertij *in cap. final. de magistris*, & Innocentij IV. *in cap. cùm diuersis, de priuilegiis, lib. 6.* quæ sunt intelligenda de iis, qui docent conducti, seu salariati, aut ratione stipendij, seu Cathedræ, quam habent, non verò de illis, qui sponte legunt sine stipendio, nisi legant cum licentia Vniuersitatis, seu Collegij Doctorum.

Obiter tamen nota studentes per quinque annos gaudere priuilegio percipiendi fructus, docentes autem gaudere eodem priuilegio quandiu docuerint, Abbas *in d. cap. super specula, num. 4. & 5.* & Moneta *de distributionibus quotidianis, part. 2. quaest. 10. num. 16.* non tamen percipere distributiones quotidianas absentes causa studij, circa quod nihil innouatum est in Concilio Tridentino *dict. sess. 5. de reformat. cap. 1.* prout volunt Gutier. *Canon. lib. 2. cap. 15. num. 12.* Gratian. *discept. forens. cap. 166. num. 17.* Atmendatiz *in addit. ad recopil. legum Nauarre, lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. de resident. n. 64.* & Sandeu. *de officio Ecclesiastico, part. 6. c. 17.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesi. decis. 495. in 1. edit. & resolut. 386. num. 3. in 2. edit.*

19. His adde Canonicos, qui habent fructus in distributionibus tantùm quotidianis, si sint in seruitio Episcopi, non posse lucrari omnes, sed tantùm duas partes, deducta tertia, quæ seruientibus accrescit, ne priuilegium iuris sit inutile, Garcia *3. part. cap. 2. num. 113. & num. 115. & num. 352. & sequent.* Monet. *de distributionibus quotidian. part. 2. quaest. 8. num. 15.* & Barbos. *in d. cap. de cetero, num. 8. de Clericis non residentibus.*

20. Ambigi etiam solet, An Parochus, qui abest per vnum, vel alterum mensem sine licentia Episcopi in scriptis faciat fructus suos? Affirmat Cened. *ad sextum Collectan. 30. num. 3.* posse Parochum per id tempus impunè discedere absque licentia Episcopi, quia esset nimis graue Parocho nunquam posse abesse, cum causa tamen, quæ ei videatur iusta, sequitur Lael. Zechius *de casibus reseruatis, casu 3. num. 3.* Nauar. *in manuali, cap. 25. num. 121. vers. discedendi.* Mouentur, quia Parocho fas erat de iure antiquo sine licentia per breue tempus abesse statim reuersuro, prout tradunt Ioannes Andreas, & Abbas *num. 6. in cap. relatum, de cleric. non resid.* Syluester *verb. residentia, ex num. 2. ad finem*, & Armil. *verb. beneficium, num. 40.* A iure autem antiquo non est recedendum, nisi in iure nouo caueatur contrarium *l. præcipimus, in fine, Cod. de appellat.*

His tamen non obstantibus contrarium est dicendum, nisi talis necessitas se offerat, quæ non patiatur dilationem, ita vt sit periculum in mora petendi licentiam, in quo euentu confestim absens debet certiorare Episcopum de profectu, & de causa vrgente, vt de illa cognoscat, & vt ratum habeat discessum, nisi in breui sit rediturus, Selua *quarta part. quaest. 6. circa finem*, & Angel. *in summa verb. Clericus, §. 3.* sicque fuisse decisum, & declaratum à sacra Congregatione, refert Garcia *3. part. cap. 2. de benefic. num. 34.* vbi etiam *num. 37.* addit non satis esse petere licentiam Parochum ab Ordinario, qui habet causam, si Ordinarius non concedat, vt ostenditur ex declaratione sacræ Congregationis, his verbis: *Nec Parochus habens iustam causam abeundi extra parochiam per duos menses, aut tres, satisfaciet suæ conscientiæ, si petat licentiam iurans se grauem habere causam, quam non expediat manifestare, vt sic petita licentia abesse possit, licèt Episcopus non concedat, similiter abesse non potest in casu, quo causam rationabilem expresserit, quam vir bonus, & æquus rationabilem iudicaret, sed rigidus Prælatus minus æquam iudicat, & licentiam denegat, vel quia mouentur suspicione, quod ficta sit, cùm tamen sit vera, sed habere potest recursum ad superiorem.* Hæc ibi.

Hæc autem non habent locum in docentibus, & studentibus, qui possunt abesse licentia non petita, cùm detur licentia à iure *in d. cap. final. de magistris*, & clariùs *ex cap. relatum*, eam habent, *de clericis non residentibus.* Nam eo ipso quo conceditur licentia ad percipiendos fructus in absentia, conceditur licentia ad absentiam ipsam, ex *dict. cap. final. de magistris.* Idem dicendum est in cæteris casibus, in quibus absentes habentur à iure pro præsentibus, nimirum de absentibus pro negotiis Ecclesiæ, & pro aliis causis in iure expressis, nec refert, quod dicitur *in cap. relatum*, requiri causam honestam, & licentiam Prælati ad abeundum, quia *cap. relatum*, non loquitur de causis expressis in iure, quod dat licentiam, vt habeantur absentes pro præsentibus, sed loquitur de causis honestis ad discedendum: tunc enim vltra causam honestam licentia Prælati requiritur, Garcia *de benefic. 3. p. cap. 2. num. 94. & 96.*

Nihilominus verius videtur priuilegium de percipiendis fructibus in absentia ratione studij, esse derogatum per Concilium quo ad Parochiales respectu studentium: proinde dicendum, non ablatam Ordinariis facultatem dandi huiusmodi licentiam obtinentibus Parochiales, vt cognoscant, an sint apti, & in ætate, vt proficiant in studio. Consonat gloss. *in cap. tuæ fraternitatis, verb. indultum, de clericis non residentibus*, iuncta expositione Abbatis, & aliorum acceptam licentiam pro absentia causa studiorum, esse obtinendam à Prælato, cùm quis obtinuit à Sede Apostolica indultum: iuuat declaratio Pij Quarti Anno Domini 1564. io qua decreuit priuilegia ad percipiendos fructus in absentia causa studij à Sede Apostolica concessa, non suffragari absentibus, nisi accedat consensus gratis præstandus à singulis Ordinariis, in quibus huiusmodi beneficia consistunt, ita Azor. *instit. moral p. 2. lib. 7. cap. 4. quaest. 3.* Monet. *de distribut. quotid. part. 2. q. 10. n. 9.* Gonzal. *ad regul. 8. gloss. 6. num. 252.* Garcia *suprà n. 76. & 77.* & alij quos referens sequitur Barbosa *in d. cap. tuæ fraternitatis, num. 3. per totum.*

Denique non excusatur à residentia Parochus, cui datus est coadiutor etiam perpetuus cum futura successione: ex eo, quia residentia in parochialibus est de iure diuino, & naturali: tum quia coadiutor datus est, vt adiuuet Parochum, neque tota cura animarum est translata in coadiutorem. 21.
Iuuat declaratio sacræ Congregationis, his verbis, *Rector qui habet Vicarium perpetuum in eius parochia, siue Rectoria, potest, & debet compelli ad personaliter residendum, nisi tota cura animarum translata fuerit legitimè in solum Vicarium perpetuum.* Ex qua declaratione constat quando tota animarum cura transfertur in Vicarium, non teneri Parochum residere, Gonzal. *gloss. 6. num. 97.* Garcia *d. cap. 2. ex n. 175.* quæ obligatio residendi extenditur ad habentes exercitium Curæ, vt in Ecclesiis, in quibus cura

cura per plures administratur, eo quòd in effectu habent curam animarum; nec ius diuinum attendit subtilitates iuris; sed substantiam, & Concilium Tridentinum *cap.1.sess.23.& sess.7.cap.3.de reform.* generaliter loquitur de beneficiis curam animarum habentibus, sub quibus comprehenduntur habentes beneficia in Commendam, vt apparet ex Concilio Tridentino *cap.2.sess.6.de reformat.& cap.1.sess.23.vers.eadem omnino*, iuncto principio ibi, quocumque nomine, & titulo præfectos; quare non solùm coadiutores tenentur residere, quando pro alio curam exercent, sed etiam beneficiati habentes curæ exercitium, & administrationem Sacramentorum, Garcia *d.c.2.ex num.*167.secundùm quem hoc procedit, vbi fuerit ordinatio, quod prædicti Coadiutores, seu curam habentes, eo ipso sint adiutores Parochi absque alia licentia Ordinarij; secus vbi est ordinatio quòd adiuuent Parochum maximè habita licentia Ordinarij, hi enim non tenentur personaliter residere. sic Garc.

De Parocho excommunicato ministrante, & de pœnis in quas incurrit?

§. VI.

EPITOME.

1. *Parochus excommunicatus vitandus peccat mortaliter administrando Sacramenta, & quando excusetur?*
2. *Absolutio impensa ab excommunicato propter metum mortis iustum sibi illatum non valet, & cur?*
3. *Parochus nominatim denunciatus non potest præsente simplici sacerdote absoluere suam ouem in articulo mortis positam.*
4. *Parochus excommunicatus vitandus, quando possit absoluere in articulo mortis?*
5. *Parochus excommunicatus propter heresim an debeat excludi in articulo necessitatis à ministrando Pœnitentiæ sacramento?*
6. *Excommunicatus vitandus deficiente alio an possit ministrare Eucharistiam in extrema necessitate?*
7. *In articulo necessitatis per se loquendo non potest excommunicatus vitandus ministrare Extremam vnctionem.*
8. *An excommunicatus vitandus possit interesse matrimonio ob aliquam causam, & an poterit Episcopus denunciatus ministrare sacramentum Ordinis?*
9. *Extra casum necessitatis in articulo mortis an valide, & licite absoluat excommunicatus?*
10. *Confessio facta excommunicato denunciato an sit iteranda detecta excommunicatione?*
11. *Excommunicatus denunciatus possit ne committere vices suas quando est Parochus, alteri sacerdoti ad excipiendas confessiones?*
12. *Parochus excommunicatus an possit assistere matrimonio, vel facere facultatem alteri sacerdoti, vt assistat?*
13. *Episcopus an possit concedere facultatem vngendi extremè, vel audiendi confessiones, si non est toleratus?*
14. *Parochus cui interdicitur sacramentorum administratio, præsertim præsentia matrimonij, an possit assistere validè?*
15. *Sacramenta collata ab excommunicato denunciato sunt valida vno excepto pœnitentia.*
16. *In quas pœnas incurrat Parochus excommunicatus vitandus assistendo matrimonio, benedictiones impendendo, Baptismum conferendo, & Eucharistiam dispensando?*
17. *Laicus, vel subdiaconus non tolerati solenniter baptizantes, vel Eucharistiam dispensantes, quas pœnas incurrant?*
18. *Diaconus ministrans Eucharistiam, quam pœnam incurrat?*
19. *Clericus excommunicatus etiam in minoribus quam pœnam contrahit, si post excommunicationem faciat actum ordinis?*
20. *Parochus excommunicatus iniustè in diuinis se imminens sit irregularis.*

RESOLVTIO sit circa primum 1.
quæsitum peccare mortaliter excommunicatum vitandum ex genere suo Sacramenta administrantē, quod intellige de eo, qui sciens, aut scire debens se esse excommunicatum, interdictum, aut suspensum, celebrat Officia diuina, aut solenniter, facit autem certo ordini suo deputatum, Cened. *ad Decretales collect.25.num.1.*& contrahit irregularitatem, Couarr. *in cap. Alma mater, part.1.§.10.num.1.*Nauarr *in manuali, cap.27.n.*163. & Mar.Alter.*de censur.tom.1.lib.1.disp.1.*& habetur *in cap.1.de clerico excommunicato ministrante, & in cap. si celebrat, & in cap. latores, eodem titulo.* Nam peccare mortaliter ex eo colligitur, quia dicitur celebrare Sacramenta in contemptum clauium, qui sciens se esse excommunicatum, ministrat, aut celebrat. Mascard. *de probat. conclus.* 433. *num.* 3. Soar.*de censuris, disp.*11. *sect.* 1. eo quia prohibitum est excommunicato, & dare Sacramenta, & recipere. Excusabitur à tali peccato, si fuerit ignorans inuincibiliter, vel habuerit obliuionem omnino naturalem, vel inaduertentiam, vt dicitur *in cap. Apostolica, de clerico excommunicato ministrante*, ob quam ignorantiam, & obliuionem celebrans excusatur à irregularitate, Couarr. *in cap Alma mater part.1.§.7.num.3.& §.6.num.6.col.2.* Cened.*ad Decretales, collect.*25.*n.*4. Henriquez *in summa lib.*14. *cap.* 3. §. 6. Aloys.Ricc. *part.* 2. *collect.* 429. & Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *num.* 181. *versic. quorum.*

Excusatur secundò excommunicatus vitandus in aliquo magnæ necessitatis articulo, vel in aliquo malo grandi ex tali necessitate orto, si non sequatur scandalum, vel iniuria religionis, aut contemptus; tunc enim potest licitè excommunicatus taliter celebrare, vel sumere Eucharistiam, quamuis hoc non sit simpliciter necessarium ad salutem, quia saltem est valde vtile ad eam, & ex præcepto diuino necessarium; quòd si non sit contritus, sed attritus duntaxat, potest esse causa efficax salutis recipientis.

Accedit quotiescunque receptio sacramenti licita est excommunicato ad vitandum aliquod incommodum, potest ipse etiam ministrare sacramenta, quando scilicet non potest priùs absolutionem excommunicationis impetrare. Ratio, quia huiusmodi actio administrandi in hoc casu non est intrinsecè mala, sed solùm vetita iure humano, quod non obligat cum tanto rigore: qui casus quamuis rarissimus videatur, non est tamen impossibilis.

Item excusatur tertiò vrgente necessitate spi-

rituali proximi, puta Baptismi necessitate in paruulo agente animam, tunc excommunicatus vitandus potest baptizare puerum, Soarez post alios *in 3. part. disp.* 71. *sect.* 5. & sumitur ex D. Thoma 3. *part. quæst.* 64. *art.* 6. *ad* 3. idem Soar. *d. disp.* 11. *de censuris, sect.* 1. dicens hunc excommunicatum propter necessitatem proximi posse aliquod sacramentum conferre, puta pœnitentiæ etiam, quod simul tradunt Syluester *verb. confessor.* 1. §. *vlt.* Angel. *eodem verb.* 3. *num.* 1. Durandus *in* 4. *dist.* 19. *quæst.* 2. & *ibi* Maior *quæst.* 1. Nauarr. *in summa, c.* 22. *num.* 4. & *cap.* 27. *num.* 272. Vgolin. *de censur. tabul.* 1. *cap.* 14. §. 16. *num.* 12. eo quòd in articulo mortis non deficit iurisdictio ad absoluendum excommunicato etiam nominatim denũciato per Concil. Trident. *sess.* 14. *cap.* 7. omnes Sacerdotes, quoslibet pœnitentes à quibusuis peccatis, & censuris in articulo mortis absoluere. Est enim pœnitentiæ Sacramentum per se medium necessarium ad salutem, & diuino iure præceptum: ergo præferendum est Ecclesiasticæ prohibitioni: tum quia realis susceptio sacramenti Pœnitentiæ necessaria est, moraliter loquendo, ne pœnitens fortè pereat ob defectum perfectæ contritionis, Sà *verb. excommunicatio, n.* 35. ibi, ab excommunicato etiam denunciato in articulo mortis potest accipere sacramentum.

2. Resolutio secunda, absolutio impensa à Parocho excommunicato propter metum mortis instum à pœnitente illatum est nulla, quia non datur iurisdictio excommunicato vitando in eo casu: tum etiam, quia ita petens absolutionem est illa indignus, cùm exigat absolutionem per metum cadentem in virum constantem; quæ omnia cessant, quando necessitas est ex parte suscipientis extrema, videlicet articulus mortis: & semper in articulo necessitatis intelligitur, modò non adsit alius Sacerdos non excommunicatus denunciatus nominatim, qui possit, & velit ministrare sacramentum Pœnitentiæ, quòd si nolit, perinde est, ac si non adsit. Ab excommunicato tamen non vitando, potes accipere sacramenta si est Parochus tuus, aut paratus ministrare. Sotus *in* 4. *dist.* 22. *quæst.* 1. *art.* 4. Caietan. *verb. absolutio, cap.* 3. & Medin. *de confess. quæst.* 22. quos sequitur Saa *suprà dict. num.* 35.

3. Resolutio tertia circa Parochum nominatim denunciatum, an possit absoluere ouem suam in articulo mortis præsente simplici Sacerdote, negatur omnino cùm nominatim denunciatus habeat iurisdictionem suspensam, ac proinde se habeat, ac si non esset Parochus, & prohibitus est ministrare sacramenta: quinimò Baptismus de necessitate suscipi debet potius à laico, quàm à Sacerdote excommunicato vitando, prout tenet Syluest. *verb. Baptismus* 3. *num.* 1. Nauarr. *in manuali, cap.* 22. *n.* 7. ex defectu iurisdictionis suspensæ in Sacerdote. Item, quia excommunicatus nominatim denunciatus priuatur vsu actiuo, & passiuo Sacramentorum, argumento *cap. penult. de clerico excommunicato ministrante*. Idcirco peccat grauiter Sacerdos excommunicatus baptizando, si præsens sit alter non excommunicatus, siue laicus ille sit, siue non; neque necessitas illum reddit habilem, si alter habilis adsit, Soar. *suprà d. sect.* 1. *num.* 12. & 13. Quòd verò Sacerdos debeat præferri laico, intelligitur, nisi sacerdos sit impeditus, vel ille illicitè possit illud officium exequi, quia tunc non potest licitè se ingerere, non interposita penuria alterius ministri sufficientis.

Resolutio quarta. Parochus excommunicatus vitandus nequit administrare Sacramenta parochianis, nisi in extrema necessitate positis, & nullo alio Sacerdote præsente, vt dictum est, secus, si sit suspensus, aut personaliter interdictus, tunc ab eo licitè possunt parochiani petere, vt solenniter etiam sepeliat defunctos, aut illis sacramenta ministret: in quo euentu Parochus ita rogatus, & inductus non peccat, nec fit irregularis, & validè absoluit à peccatis, Henriquez *lib.* 13. *de excommunicatione, cap.* 5. §. 5. & *cap.* 33. §. 3. & Toletus *lib.* 1. *instruct. cap.* 4. *vers. tertius*, & alij, apud Sayr. *de censuris, lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 2. & 3.

Resolutio quinta. Excommunicatus propter hæresim denunciatus secundùm aliquos in articulo necessitatis non potest ministrare sacramentum Pœnitentiæ: attamen non excluditur à Concilio Tridentino *sess.* 14. *cap.* 7. nec pœnitens in illo periculo positus tenetur visitare illum hæreticum, quia petit actum ab eo, quem ille validè potest exequi, cùm habeat pro illo articulo iurisdictionem, & licitè præstare potest, si ad fidem conuertatur, & ad pœnitentiam. Est communis, quam tradit Paludanus *in* 4. *dist.* 25. *quæst.* 1. quamuis *dist.* 17. *quæst.* 3. videatur dubius. Durand. *dist.* 19. *quæst.* 2. Maior *quæst.* 1. Syluester *verb. confessio* 3. *quæst.* 2. & *verb. confessor.* 1. *quæst.* 2. & *confess.* 3. *quæst.* 6. Armil. *verb. absolutio*, §. 12. Nauarr. *cap.* 27. *num.* 272. Victor. *in summa* 4. *num.* 328. Nam hæreticus, vt sic habet iurisdictionem, nec eam in hoc casu perdit, quia non fundatur in fide; alioqui hæreticus mentalis illam amisisset; imò necessitas extrema dat ius petendi etiam à non parato id, quod per se licitè facere potest, si velit: quin etiam obligat ad petendum pro illo articulo necessitatis diuini præcepti, ac æternæ salutis propriæ, Suarius *disp.* 11. *de censur. sect.* 1. *num.* 15. Extra verò articulum necessitatis hæreticus non habet potestatem ligandi, atque soluendi, neque iurisdictionem, nisi quatenus Ecclesia ei aliquando eam permittit propter bonum extremè indigentis, vt in nostro casu, Sayr. *de censf. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 18. 5.

Resolutio sexta. Excommunicatus vitandus potest ministrare Eucharistiam in extrema necessitate, deficiente alio, quia hoc Sacramentum suo modo est Sacramentum necessitatis, propter illud, *nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*, Nauarr. *in manuali, cap.* 22. *num* 4. nam multi putant esse necessarium necessitate medij, alij de necessitate præcepti diuini iuris, de quo probabilius est in articulo mortis semper obligare: quæ necessitas pro illo articulo esto non sit extrema, est tamen grauissima propter iuuamen in illo articulo: tum vel maximè, quia potest accidere, vt quis per Eucharistiæ sacramentum recipiat primam gratiam, quam antea non habebat, quare potest in ea necessitate grauissima, seu extrema aliquo modo æger recipere Eucharistiam de manu Parochi excommunicati, sicut potest accipere ab illo cibum corporalem, si grauiter egeat, Soar. *d. disp.* 11. *sect.* 1. *num.* 17. sed contrarium est verius, Sayt. *de censur. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 21. 6.

Resolutio septima. In articulo necessitatis, per se loquendo, non potest Parochus vitandus ministrare Extremam vnctionem, quia hoc Sacramentum non est medium per se necessarium, semperque supponit pœnitentiam, & absolutionem à peccatis, quod si contingat, infirmum esse extra se, nec accepisse sacramentum Pœnitentiæ, nec commu- 7.

communionis, in hoc casu, quia poterat esse attritus, & per illud Sacramentum fiet de attrito contritus, poterit tunc illud præstare infirmo extremè egenti. Quin imò Parochus, quamuis sit excommunicatus nominatim, vel suspensus ab officio, & iurisdictione, potest dare alteri sacerdoti etiam non exposito licentiam vngendi, quia licentia hæc non est per se actus iurisdictionis, quamuis non posset delegare absoluendi iurisdictionem, Henriquez *de vnctione, cap.* 13. *num.* 3. Tabiena *verb. vnctio*, §. 5. Armil. §. *etiam* 5. Syluest. §. 4. Reliqua apud Suarium *tom.* 4. *de Sacramentis, disp.* 41. *sect.* 1. *num.* 19. *&* 20. *fol.* 876. *&* *disp.* 44. *sect.* 1. Palud. *in* 4. *dist.* 23. *q.* 1. *art.* 3. *concl.* 4.

8. Resolutio octaua. Parochus excommunicatus vitandus dato casu, in quo moraliter iudicatur necessarium ad spiritualem vitam morientis, vel ad magnum commodum filiorum fieri matrimonium, poterit interesse matrimonio, quia tunc adest matrimonio tanquam testis qualificatus necessarius, & non assistit ministrando ad validitatem Sacramenti, Soar. *disp.* 11. *de censuris sect.* 1. *num.* 24. Sufficit enim præsentia Parochi, quamuis sit excommunicatus non toleratus, quia hæc assistentia non est propriè actus iurisdictionis, ac proinde potest ab illo validè exerceri, & præsentia Parochi requiritur, nec propter censuras desinit esse Parochus, ita Henriquez *lib.* 11. *cap.* 3. §. 4. *&* 5. Galletus *in margarita casuum conscientiæ, verb. matrimonium, pag.* 163. Sanchez *lib.* 3. *de matrimonio, disp.* 21. *ex n.* 3. 4. *& sequent.* Reginald. *lib.* 31. *n.* 177. Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. decis.* 243. *in edit. &* *resol.* 213. *n.* 1. *in* 2. *edit.*

Eodem modo Episcopus excommunicatus poterit ministrare sacramentum Ordinis, si tanta fuerit penuria Sacerdotum, vt vix reperiatur vnus, & non sit, nisi Episcopus excommunicatus tunc poterit Ordines conferre, & præferendum est bonum commune priuato.

9. Resolutio nona. Extra casum necessitatis extremæ excommunicatus vitandus deficiente alio ministro sacramenti Pœnitentiæ absoluens à peccatis, peccat grauiter, & absolutio est nulla ex defectu iurisdictionis, qua caret Nauarrus *in manuali, cap.* 9. *num.* 8. Medina *de confessione, tractatu* 2. *quæst. de absolutione tributa à curato excommun. denunciato*, & Couarr. *cap. Alma mater* 1. *part.* §. 6. *num.* 7. Probatur ex *cap. si celebrat, de cleric. excommunic. ministrante*, & sumitur ex *cap. ad probandum, de sent. & re iudic. & c. Romana, de officio Vicarij in* 6. *& cap. si is cui, de officio delegati in* 6.

10. Et quamuis pœnitens ignoret inuincibiliter illum esse excommunicatum denunciatum, confessio tamen est iteranda, quia non fuit illa materia subiecta vero iudici in foro conscientiæ, Vgolin. *tabul.* 1. *cap.* 13. §. 16. *num.* 12. Medin. *suprà d. q. de absolut.* Porrò excommunicatus denunciatus, si in remotissimas partes abeat, & ibi exponatur publicè ad confessiones audiendas, validæ erunt confessiones, quoniam ignorantia illa procedit ex communi, & ex publica existimatione. Prodest enim authoritas superioris conferentis titulum, & error communis facti; ideo valent gesta per excommunicatum, etiamsi ad forum conscientiæ spectent, nec confessiones denunciato factæ in eo loco remotissimo sunt iterandæ, detecto impedimento Innocent. *in cap. dudum el* 2. *num.* 3. *de electione*, & *ibi* Abbas *num.* 20. & alij apud Sanchez *de matrimonio, lib.* 3. *disp.* 22. *num.* 9. eo quòd ibi est communis error, & impedimentum occultum, quamuis in alio loco esse notorium, & *num.* 13. idem repetit, & *num.* 33. vbi firmat valere gesta in vtroque foro, vbi excommunicatus est occultus, Nauarrus *cap. inter verba, in noua editione, corollario* 68. *num.* 345. Philiarc. *de officio Sacerdotis, tom.* 1. *p.* 1. *lib.* 3. *c.* 12.

Resolutio decima. Quamuis Parochus denunciatus, seu notorius clerici percussor nequeat audire confessiones, vbi est excommunicatus, potest tamen committere vices alteri Sacerdoti, vt confessiones excipiat, prout tradunt Paludan. *in* 4. *dist.* 23. *quæst.* 2. *art.* 2. *num.* 17. Syluest. *verb. vnctio, num.* 4. Armil. *num.* 5. Saa *verb. excommunicato, num.* 31. quæ sententia est probabilis. Nihilominus meliùs tenent, qui negant posse, quia est actus iurisdictionis talis licentia, nec distinguitur à potestate delegandi, & sicut Parochus denunciatus non potest delegare suam iurisdictionem vt affirmant supra citati; sic etiam nec potest facere facultatem audiendi confessiones, cùm sit actus iurisdictionis, non verò Ordinis, Victoria *de confessione, num.* 152. Syluester *verb. absolutio* 2. *quæst.* 6. *confessor* 2. *quæst.* 4. *effectu* 5. Gutierr. *lib.* 1. *Canon cap.* 1. *num.* 89. Sanchez *lib.* 3. *de matrimonio, q.* 21. *num.* 6. *vers. duplex est sententia*, & Soar. *vbi suprà d. disp.* 11. *de censuris, sect.* 2. *ad finem*, vbi ait neque Episcopum excommunicatum posse aliquem approbare in Confessorem, aut exponere, etiamsi illi iurisdictionem non conferat, eo quia approbatio illa est actus iurisdictionis, ac propterea nullus: ergo à fortiori Parochus non potest committere vices suas: ipse enim si nequit exercere actum iurisdictionis, nec vsum illius potest committere, eo quòd vsus promanat ab ipsa iurisdictione, Sanchez *suprà n.* 9. Soar. *vbi proximè*, & Henriq. *lib.* 13. *de excommunicatione, cap.* 7. *n.* 6. *& in commento, littera E.* 11.

Resolutio vndecima. Excommunicatus denunciatus, si Parochus sit, non solùm potest assistere matrimonio, sed etiam alteri Sacerdoti facere facultatem assistendi; & in vtroque casu validum est matrimonium. Prior pars ostenditur ex octaua resolutione. Posterior probatur, quia facultas concessa Sacerdoti assistendi matrimonio secundùm probabiliorem, non est actus Parochi formaliter in quantum habet iurisdictionem, sed quatenus est testis legitimus matrimonij habens potestatem substituendi etiam alterum suo loco ad eundem actum testificandum, qui actus non est iurisdictionis. Igitur valida est licentia concessa à Parocho Sacerdoti assistendi matrimonio, Henriquez *lib.* 11. *de matrimonio, cap.* 3. *num.* 5. *in commento littera Q. & lib.* 13. *de excommunicat. cap.* 7. *num.* 7. Vega *lib.* 6. *summæ casu* 119. refertque Medinam idem tenuisse, & loquitur de excommunicato suspenso, & alij quibus accedit Sanchez *lib.* 3. *de matrimonio, disp.* 21. *n.* 6. *&* 7. vbi concludit assistere matrimonium non esse actum iurisdictionis, quia valet matrimonium etiam repugnante Parocho, & inuito assistente tali actui, & ad reliqua sacramenta conferenda requiritur intentio, vt actus valeat, ideo præsentia Parochi, & assistentia repugnantis, cùm sufficiat ad validitatem matrimonij, & operetur vltra intentionem agentis non est actus iurisdictionis. 12.

Vnde sequitur suspenso nominatim Episcopo, seu denunciato posse eius Vicarium assistere matrimonio, seu licentiam dare Sacerdoti, vt assistat, cùm neutrum sit actus iurisdictionis, vt deducitur ex traditis à Sanchez *suprà num.* 4. *&* 7. quamuis Sacerdos, cui licentia datur, sit excommunicatus, vel irregularis; non alia ratione, nisi quia assistētia non

non est actus iurisdictionis, ac propterea exerceri potest per excommunicatum, vel irregularem, Sanchez *supra disp.* 20. *num.* 10. *&* *disp.* 21. *num.*4. Secus dicendum est, quando Episcopus excommunicatus vel suspensus nominatim, vel notorius clerici percussor instituit Parochum, vel Vicarium, seu Parochus similiter excommunicatus nominatim instituit vicecuratum, & illi ita instituti assistant matrimonio; tunc enim matrimonium erit inualidum, quia hæc institutio est actus iurisdictionis, & facta ab excommunicato est nulla, quando est nominatim denunciatus, Sanchez *lib.* 3. *de matrimonio, disp.* 30. *num.* 11. *per totum*, quoniam ex vi illius collationis, seu institutionis principaliter, & primariò illi assistunt, & cùm principale est nullum, accessorium nihil operatur, regul. *cùm principalis* 138. *ff de regulis iuris.*

Quæstionis est, an Parochus non toleratus assistens matrimonio peccet mortaliter, vel alter Sacerdos de eius licentia? Respondetur negatiuè, quia assistere matrimonio competit suo muneri, & communicat cum sponsis in re necessaria. Benedicere autem sponsos illis verbis, quorum meminit Concilium *sess.* 24. *de matrimonio, cap.* 1. Ego vos coniungo in matrimonium in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, erit tantùm veniale: secus, de benedictione solenni; tunc enim erit mortale, & fiet irregularis, Sanchez *d. disp.* 21. *numero* 8, *& disputat.* 38. *num.* 7. & Soarez *d. disp.* 11. *sect.* 3. *num.* 19.

13. Resolutio duodecima. Episcopus potest etiam nominatim denunciatus, & non toleratus concedere facultatem excipiendi confessiones, & vngendi extremè: ex ea ratione, quia non est actus iurisdictionis, sed tantùm cessio quædam iuris sibi competentis, ita D. Antonin. 3. *part. titul.* 14. *cap.* 15. §. 5. Nauarr. *cap. placuit, de pœnitent. dist.* 6. *num.* 51. Henriquez *lib.* 3. *de confirmatione, cap.* 13. *num.* 3. *& lib.* 6. *de pœnitentia, cap.* 7. *in fine, & lib.* 13. *de excommunicatione, cap.* 7. *num.* 7. Ledesma 2. *part.* 4. *quæst.* 33. *art.* 5. & Bartholomæus à Ledesma *de extrema vnctione.* Similiter de licentia data subdito, vt alieno Sacerdoti fateatur, loquuntur Nauarr. posse Episcopum denunciatum non toleratum illam concedere, suprà *eodem cap. placuit, num.* 73. Cordub. *lib.* 5. *quæstionarij, quæst.* 13. *in principio*, & Frater Manuel *in Bulla Cruciatæ*, §. 1. *num.* 5. quæ resolutio videtur probabilis. Probabilior tamen est contraria, quæ docet non posse Episcopum non toleratum hæc concedere, cùm illa nequeat per se exercere, neque vsum eorum alteri delegare, ita Soarez *tom.* 5. *disp.* 11. *sect.* 2. *num.* 15. *ad finem*, & Sanch. *d. disp.* 21. *num.* 7. *ad medium, & num.* 9. Ratio, quia sicut concedere facultatem audiendi confessiones est actus iurisdictionis; sic etiam cessio iuris sibi competentis, quod alteri conceditur est iurisdictionis concessio: atque ita non potest concedi ab Episcopo excommunicato vitando, durante illa excommunicatione, Soarez *vbi suprà*; quare approbatio cùm sit actus iurisdictionis, quæ verè suspensa est, & nulla, nullo modo communicari potest.

14. Resolutio decimatertia. Parochus, cui interdicitur Sacramentorum administratio, non obstante illa prohibitione, potest validè assistere matrimonio, esto specialiter sit ei interdicta præsentia in alicuius matrimonij certi celebratione. Ratio, quia cùm adhuc retineat titulum parochiæ, est verè Parochus, Henriquez *lib.* 11. *de matrimonio, cap.* 3. Fr Manuel *tom.* 1. *summæ in* 2. *edit. cap.* 219. *num.* 10. Sanchez *d. disp.* 21. *n. vltimo*; vbi refert ex Salzedo *in practica criminali, cap.* 73. & ex Petro de Ledesma *de matrimonio, quæst.* 45. *fol.* 190. declarationem sacræ Congregationis dicentis, validè assistere matrimonio Parochum interdictum, ne aliquos matrimonio coniungat, cùm adhuc eo modo interdictus sit verè Parochus.

Resolutio decimaquarta. Vno excepto sacra- 15.
mento Pœnitentiæ, reliqua sacramenta collata à Parocho excommunicato vitando sunt valida seruato Ecclesiastico ritu, & concurrente debita intentione tam ex parte conferentis, quàm ex parte recipientis Sacramentum. ita Soar. *tom.* 3. *de Sacramentis, disp.* 14. *sect.* 4. conferturque sacramentalis effectus, nisi obex impediat ex parte recipientis; nec obstat malitia conferentis, vel iniquitas mali ministri, vt in sacrificio Missæ etiam apparet oblato ab excommunicato, idem Suar. *tom.* 5. *de cens. disp.* 11. *sect.* 2. *num.* 1. *&* 2. quoniam sacramentum constat ex materia, & forma applicata cum debita intentione circa subiectum capax. Quòd Baptismus collatus ab excommunicato sit validus, constat ex traditis à Suario *tom.* 3. *disp.* 23. *sect.* 1. *& disp.* 36. *sect.* 3. *& disp.* 61. *sect.* 3 *& disp.* 77. *sect.* 2. *& tom.* 5. *de censur. disp.* 11. *sect.* 2. *num.* 2. Idem dicas de confirmatione, & Eucharistia, ac Missæ sacrificio, quia eadem est ratio de vno, ac de altero, quod ex sola potestate Ordinis dependet, non verò iurisdictionem prærequirit. De matrimonio verò etiam certum est, quòd valet, quamuis contrahentes sunt excommunicati, *cap. significasti, de eo qui duxit in matrimonium*, Couarru. *de spons. part.* 2. *cap* 6. *in principio, num.* 3. Tolet. *lib.* 7. *summæ, num.* 1. Henriquez *de censuris, lib.* 13. *cap.* 10. *num.* 1. Anton. Ricciul. *in tractatu de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib.* 4. *cap.* 48. *num.* 13. & Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disp.* 9. *n.* 2. Sacerdos autem ex decreto Concil. Trident. requiritur non tanquam minister, sed tanquam testis, seu conditio sine qua non stat valor contractus, qui Sacerdos esto sit excommunicatus, non propterea censura reddit testimonium illius irritum, Suar. *suprà, d. disp.* 11. *sect.* 2. *num.* 2. vbi etiam tenet sacramenta Ordinis, & Extremæ vnctionis ab excommunicato collata valere, si a recipiente dignè suscipiantur, maximè, quia sacramentum Vnctionis non requirit iurisdictionem in ministro, sed satis est esse Sacerdotem.

Dixi, si dignè suscipiantur, quia aliquando potest contingere, vt non sint bene dispositi recipientes, neque contriti, & peccent recipiendo sacramentum, sed hoc non tollit validitatem Sacramenti, semper enim Sacramentum est validum, siue sit dispositus, siue non, qui recipit; quoad effectum verò si non est dispositus, non illum consequitur, hoc est, gratiam. Probabile tamen est ablato, & remoto obice effectum recuperari. Quando ergo Vgolin. *tabul.* 1. *de censuris, cap.* 13. §. 16. *n.* 13. & alij dicunt sacramentum Vnctionis esse nullum si recipiatur ab excommunicato sine causa excusante ex parte suscipientis, vel loquuntur quoad effectum, quem non consequitur si indignè suscipit, non verò de valore Sacramenti, vel decepti omnino sunt, quia Theologi, qui de nullitate Sacramenti verba faciunt, loquuntur de effectu, hoc est, de gratia, Suar. *suprà sect.* 2. *n.* 3.

Similiter Episcopi excommunicati in conferendis Ordinibus verè conficiunt Sacramentum, & per talem ordinationem imprimitur character, qui effectus impediri non potest, si Sacramentum seruata forma substantiali, & ritè fuit administratum, & ideo non potest iterari: appellantur tamen

huiusmodi

huiusmodi ordinationes à Doctoribus irritæ quo ad executionem,seu vsum Ordinis, quia nó potest vti illis:an verò hoc impedimentum sit irregularitas,vel suspensio? puto suspensionem,ex Sà *verb. suspensio ipso iure,num.*27. Suar.*tom.*5.*disp.*31.*sect.*1. *num.*61.Nauar.*cap.*27.*num.*141.Maiol. *cap.*22. qui omnes dicunt tales ordinationes esse irritas, non quidem quo ad substantiam,sed quo ad vsum Ordinum; quod perinde est, ac si dicerent ordinatos ab excommunicato suspenso, aut interdicto denunciatis esse suspensos,addit Saa,si hoc ignoranter factum fuit, dispensare Episcopum.

16. Resolutio decimaquiota. Parochus excommunicatus denunciatus assistendo matrimonio, non propterea incurrit irregularitatem, quia illa præsentia,seu assistentia non est administratio Sacramenti,neque alicuius sacræ cæremoniæ;neque ex decreto Concil. Trident. ad illum actum requiritur aliquis actus Ordinis, quia si matrimonium celebretur coram Parocho non Sacerdote, & testibus, validum est, & Concilium solum vult, vt fiat coram Parocho,& testibus. Addo,quamuis Parochus sit Sacerdos, adhuc non fieri irregularem per illam assistentiam, quia non exercet actum sacerdotalis Ordinis,sed solùm tanquam testis legitimus accedit ad maiorem fidem faciendam,Soar. *tom.*5.*disp.*31.*sect.*3.*num.*17.& 18.

Quòd si Parochus solennem benedictionem nuptialem impendat sponsis, fit irregularis, eo quòd ea cæremonia requirit ministrum necessariò Sacerdotem, illúdque ministerium est proprium Sacerdotis ratione sui Ordinis,probatur ex *cap.*1. & 3. *de secundis nuptiis*: item, quia illa cæremonia continet plures orationes, & benedictiones, & magnam communicationem in diuinis cum actiuo vsu, seu ministerio Ordinis sacerdotalis; éstque illa benedictio solenniter tributa materia grauis, & sufficiens ad mortale, teste Suario *vbi suprà*, *num.* 19. propter quæ illam impendens excommunicatus denunciatus manet irregularis, Vgolin. *tabul.* 1. *de censuris*, *cap.* 14. §. 2. *num.* 5. post alios,quos ibi refert, quibus accedit Maiol. *de irregul lib.*3.*cap.*21.*num.*5.

Quin etiam Sacerdos secundis nuptiis benedictionem impendens in casu non permisso, quamuis non sit excommunicatus, suspensionem incurrit,vt per Couarr. *de sponsalibus*, *part.*2.*cap.*8. §.11.*num.*2.& Sanchez *de matrimonio*,*lib.*7.*disp.*81. *num.* 27. Gutier.*de matrimonio.cap.* 106. *num.* 16. ab officio, & beneficio;à qua suspensione excusat quælibet ignorantia etiam crassa, modò non sit ita crassa, vt sit ingens temeritas, Sanchez *lib.* 3. *disputat.*48. *num.*7. & Gutierrez *suprà cap.* 75. *numer.*16.

Quamuis enim pœna suspensionis ab officio, & beneficio non imponatur ipso iure,per *cap.* 1. *de secundis nuptiis*, vt docent Clarus *in praxi*, §. *final. quæst.* 75. *vers. Sacerdos*, Nauarr. *in manuali*, *cap.* 25. *numer.* 137. Mar. Alterius *de censur. tom.*2. *disputat.* 11. *de suspensione*, *cap.* 4. *versic. secundo*, Sanchez *de matrimonio*, *lib.* 7. *disputat.*81.*num.*26. & Gutierr. *dict. cap.* 106. *num.* 16. Hodie tamen ex Concilio Tridentino *sess.* 24. *de reformat. matrimon. cap.* 1. Sacerdotes secundis nuptiis benedictiones impendentes subditis alterius parochiæ, sine licentia Parochi, aut Episcopi sunt ipso iure suspensi, donec absoluantur ab Ordinario Parochi, qui matrimonio interesse debebat, quæ suspensio extenditur ad officium, & beneficium, prout tradit Francisc.Molin.*de ritu nupt.lib.*2.*disserentia* 11. *num.*149. à qua suspensione Episcopus, aut eius Vicarius potest absoluere.Sanchez *de matrimonio, lib.* 3. *disp.* 52. *num.* 4. & Mar. Alter. *dict. cap.*4.*in fine.*

Simili modo manet irregularis Sacerdos denunciatus, si conferat solennitatem,Baptismi infantibus domi iam baptizatis, quia illa solennitas soli Sacerdoti committitur ex officio, & ad Summum potest committi Diacono in necessitate, vt ait Soarez *tom.*3.*disp.*23.*sect.*2. Cùm ergo illa solennitas sit actus Ordinis, & sit materia grauis, excommunicatus non toleratus in eius administratione peccat mortaliter, & manet irregularis, Suar. *de censur.disp.*11.*sess.*3.*num.*20.& 21. Sayr.*de censuris*, *lib.*7. *cap.*9.*num.*8. post alios, quod etiam extenditur ad Sacerdotes dispensantes Eucharistiam iam consecratam, cùm administratio huius Sacramenti sit actus ordinis sacerdotalis,ideo excommunicatis interdicta est Sacramentorum delatio ad infirmos, celebratio, & administratio, & dispensatio ex officio. Idem dicendum est de Diacono ministrante, seu dispensante, ex commissione Sacerdotis, quia actus ille est etiam Ordinis Diaconi, quamuis illum exerceat de licentia Sacerdotis,si Diaconus sit denunciatus,vel notorius percussor clerici, contrahet irregularitatem, Soarez *suprà.*

Resolutio decimasexta. Laicus excommunicatus non toleratus, seu Subdiaconus dispensantes Eucharistiam, vel solenniter baptizantes non fiunt irregulares ex alio capite propter fictum ministerium, quæ irregularitas habetur *in tit. de clerico non ordinato ministrante*, nam laicus baptizans solenniter nullam irregularitem incurrit. *cap.* 1. *de clerico non ordinato ministrante*, quod loquitur de Clerico. Ideo laicus cùm non sit clericus, non contrahit irregularitatem, ita Henriq. *lib.*2.*de Baptismo*,*c.*29.§.1.*prope finem*, Soar.*de censur.disp.*11.*sect.*3.*n.*22.Reginald. *de for.pœnit.lib.*30. *n.*192.Sayr.*de censuris*,*lib.*7.*cap.*10.*n.*7.pœnæ enim sunt restringendæ,& iura, quæ hanc irregularitatem imponunt solùm loquuntur de Clericis, Angelica *verb. irregularitas*, *numer.* 38. Rosella *verb. irregularitas* 2. *in principio*, fauet Bernard. Diaz *in practica criminal. cap.*12.dicens illam pœnam constitui ab Ecclesia contra laicos exercentes actum Ordinis,Couar.*in Clementina si furiosus*, *part.*1.§.1. *num.*1. *vers. primum*, *de homicid.* Henriq. *vbi supra*, *lib.* 2. *de baptismo*, *cap.* 29. §. 1. Eodem modo laicus, omnino talis fingens se Sacerdotem, & seriò absoluens, quamuis sit excommunicatus ministrans in Ordine sacro, quem non habet, aut absoluens à peccatis seriò,non est irregularis, Angelica,& Rosell.*suprà*, Henriquez *lib.*2. *de baptismo*, *cap.*29.§.5.& *lib.*14.*cap.*6.§.1. Paludan.*in* 4. *dist.*17. *quæst.*3.*art.*1. *conclus.*1.& *dist.*22. *quæst.*3. *conclus.*2. D.Antonin.3.*p.tit.*17.*cap.*1.§.1. Victoria *in summa in* 4.*sentent.*§.144.& Henriquez *suprà de Baptismo*, *lib.*2.*cap.*29.§.1.*in annot.littera H*, & alij, quos refertens sequitur Sayr.*d.lib.*7.*cap.*10.*ex num.*6.*vsque ad* 9. Excusantur enim ab irregularitate, esto sit excommunicatus, cùm irregularitas imponatur clerico ministranti, habetur expresse *in cap. is cui de sentent.excommunic. in* 6. & *in cap. si quis Episcopus* 11. *quæst.* 3. vbi agitur de excommunicato in suo officio ministrante. Accedit, quia irregularitas directè, & per se cadit super actum illum à quo quispiam per censuram Ecclesiasticam est suspensus:at verò laicus,seu Subdiaconus non est suspensus per censuram ab officio, seu actione, quæ sibi 17.

non

non competunt:igitur non incurrent hanc irregularitatem,quæ ſupponit poteſtatem in miniſtrantibus illa Sacramenta.

18. Reſolutio decimaſeptima. Diaconus miniſtrans Euchariſtiam abſque commiſſione cùm non operetur tãquam miniſter ex officio deputatus ratione ſui ordinis ad illud miniſterium, ſed id faciat authoritate propria,non incurrit irregularitatem, ſicut nec laicus miniſtrans illam, nec ſubdiaconus etiam denunciatus,vt dictum eſt.Nihilominus dicendum eſt fieri irregularem etiam authoritate propria diſpenſantem Euchariſtiam;quoniam illa diſpenſatio facta ſine facultate Sacerdotis, eſt actus Ordinis ſui,& ex vi ſuæ ordinationis recipit poteſtatem miniſtrandi hoc Sacramentum confectum à Presbytero: & quamuis, quoad modum, habeat ſubordinationem ad ipſum,Diaconus apud quem eſt propria poteſtas in corpus Chriſti;Diaconus tamen exercendo illum actum ſine facultate exequitur actum propriè ſui Ordinis, ideo fit irregularis.Quæ omnia ſupponimus eſſe diſpẽſata abſque neceſſitate,& cum peccato; quia ſi contingat caſus,in quo licitè,vel Diaconus ſine licentia Sacerdotis,vel Sacerdos ſimplex ſine facultate proprij miniſtrarent Euchariſtiam ſine peccato in extrema neceſſitate, eſto eſſent excommunicati vitandi, nullam contraherent irregularitatem. ita Suarez *de cenſ.diſp.*11.*ſect.*3.*n.*24.

19. Reſolutio decimaoctaua. Clericus excommunicatus, quamuis ſit in minoribus faciens actum Ordinis,poſt excommunicationem fit irregularis, ita Hoſtienſis *in cap.ſi quis, de clerico excommunicato miniſtrante*, Maiolus *de irregular. lib.*3. *cap.* 21. *num.*5.*&* 8. Marius Alterius *de cenſuris,tom.*1.*lib.*2. *diſp.*1.*cap.*1.*verſ.altera eſt opinio.*Ratio,quia ſuſpenſus, & interdictus ſimpliciter ab officio non ſolùm celebranda Miſſam,& exercendo actus Ordinum maiorum, ſed etiam vtendo aliis minoribus Ordinibus quoad actus eis propriis deputatos manent irregulares,Abbas *cap.*2.*de clerico excommunicato miniſtrante, num.*4. *&* 10. Archid. *cap. ſi quis presbyter.*11.*quæſt.*3.ergo excõmunicatus vtens Ordine minori ad eoſdem actus erit irregularis. Nec obſtat Sotus *in* 4.*diſt.*25.*quæſt.*1.*art.*3. & Nauarr.*conſ.*44. *num.*10. *& ſequenti,*ſub *tit.de ſentent. excommunic.*negantes per executionem Ordinum minorum ſolenniter effici quem irregularem,quia ius loquitur indiſtinctè *in d.cap.*2.*de cleric excomm. miniſtr.* vbi in genere dicitur, *ſi quis Presbyter, aut alius clericus,*neque opus eſt,vt expreſſa fiat mentio de clericis in minoribus.Requiritur tamen, vt incurratur irregularitas vt excommunicatus exerceat actus Ordinum minorum ex officio,tanquam miniſter deputatus;non ſicut laicus,gloſſ. *in d.c.*2. *verb. præſumpſerit, de clerico excommunicato miniſtrante.* Dicitur autem clericus in minoribus conſtitutus ſolenniter actum adnexum Ordini facere, quando Acolytus cum ſuperpelliceo in Miſſa ſolenni præſente populo, & cum aliis cæremoniis miniſtrat,deferendo cereos,& miniſtrando vrceolos,tunc contrahet irregularitatem, quamuis laicus eodem modo eundem actum ſoleat miniſtrare ratione conſuetudinis, Marius Alterius *ſuprà verſicul. quare excommunicatio, & verſicul. quam opinionem.*

20. Reſolutio decimanona.Excommunicatus iniuſtè clericus in diuinis ſi ſe immiſcuerit, efficitur irregularis,Couarr.*in cap. Alma part.*1.§.7. *ſub n.*7. *verſ.his equidem,*Humad.*l.*20 *gloſſ.*2. *à num.*1 *tit.*10. *part.*1. Cened.*ad Decretal. collect.*25.*num.*7. dummodo ſit valida, vt quando à ſuo iudice fuit lata ante appellationem, ex cauſa tamen iniqua, vel quando pronunciata fuit non ſeruato iuris ordine, aut Canonica monitione non præuia, vel ob alias cauſas iniuſtas,in quo euentu iniuſtè excommunicatus debet obedire cenſuris, & abſtinere à celebratione,alioqui irregularitatem contrahit,ex gloſſa *verb. ſpoliandi, in cap. poſtulaſti,de clerico excommunicato miniſtrante,* Victoria *in ſumma, tit. de excommunic.num.*336.Angel. *in ſumma verb.excommunicatio el* 1.*num.*18. Farin. *fragmen crimin.part.*1. *littera E. verb. excommunicatus, num.* 31. vbi *numer.* 32. addit excommunicatum nulliter non fieri irregularem immiſcendo ſe diuinis, & celebrando.

De Sacerdotibus, & de eorum dignitate, ac officio.

§. VII.

EPITOME.

1. *Sacerdotalis dignitas obligat fungentes ea ad exemplum cæteris præſtandum.*
2. *Sacerdotium eſt ſumma omnium bonorum.*
3. *Sacerdotes habent nomen Angelorum.*
4. *Sacerdotes ob dignitatem ſacerdotalem ſunt digniſſimi ſumma reuerentia,& comparantur viris Illuſtriſſimis.*
5. *Sacerdos unde dicatur, & quibus nominibus nuncupetur?*
6. *Sacerdotalis dignitas præſtat dignitate regali, & olim à Sacerdotali regalis non ſeparabatur.*
7. *Olim primogeniti erant Sacerdotes, & offerebant ſacrificia.*
8. *Sacerdotium viſibile inſtituit Chriſtus Dominus.*
9. *Sacerdos eſt miniſter, qui conſecrat, & ex officio offert, & conſumit,non tamen offert hoſtiam ab alio conſecratam.*
10. *Sacerdos malus ſicut & bonus conficit Sacramentum Euchariſtiæ, non tamen prodeſt populo malus ſicut bonus.*
11. *Sacerdos qui Hoſtiam iam conſecratam ſcienter iterum conſecrat,quibus pœnis puniatur?*
12. *Sacerdos qui fingit ſe conſecrare, & reuera non conficit corpus, & ſanguinem Chriſti, qualiter peccet?*
13. *Sacerdos an teneatur relinquere Miſſam inceptam, ſi recordatur ſe eſſe in peccato,vel non ieiunum.*
14. *Sacerdos ſi expiret poſt conſecrationem quid faciendum,& ſi expiret poſt præſumptionem corporis Domini?*
15. *Sacerdos extra Miſſam communicans an teneatur vti ſtola ſuper vtrunque humerum pendenti?*
16. *Sacerdos quando poteſt pluries in die ſacrificare?*
17. *In Natalitio Chriſti Domini an liceat dicere tres Miſſas media nocte,vnam poſt alteram ſine vllo interuallo?*
18. *An licitum ſit in Sabbatho ſancto ſacrum facere, & quid de feria quinta in Cœna Domini?*
19. *An in die Paraſceues feria ſexta fas ſit ſacrificare, aut ſaltem communicare omnibus præſentibus ſiue infirmis, ſiue non?*

20. *Sacerdos simplex quoties teneatur celebrare in anno, vt peccatum mortale euitet?*
21. *Parochi quoties celebrare debeant in anno?*
22. *Sacerdos an possit dicere Missam solennem nondum recitatis matutinis a Choro, & quid de facientibus sacrum priuatim extra Chorum?*
23. & 24. *Sacrificare ante matutinas preces quale peccatum sit?*
25. *Sacerdos an possit bis communicare extra Sacrificium Missæ?*
26. *Orationes, quæ dicuntur dum se vestit Sacerdos ad sacrificandum, omittere secundum aliquos est mortale, sed melius veniale aliqui affirmant?*

1. DIco primò dignitatem sacerdotalem quanto altior cæteris est, tanto, qui ea funguntur, teneri eã in oculis, & in corde gerere, & cæteris exemplo esse, vt suo splendore homines vitam suam illustrati componerent. Nam dignitas sacerdotalis etiam ab Ethnicis in suo honore, ac æstimatione habebatur, teste D. August. *ser. 32. ad fratres in Eremo.* per hæc verba, *Vidimus, inferioribus partibus Æthiopiæ, quod Sacerdotes à conuersatione hominum fugiebant, ab omni libidine carnis se abstinebant: maximè autem, quando Diis suis Sacrificia offerre debebant, tunc enim nihil sumebant nisi modicam aquam per diem, & sic contenti manentes Diis suis sacrificia offerebant.* sic August. Quibus verbis commendatur quanta debeat esse castitas corporis, ac mentis Sacerdotum Christianorum, qui quotidie in Altari sacrificant Deo viuo.

Consonat D. Hieronymus summopere extollens *lib. 1. aduersus Iouinianum Ægyptiorum Sacerdotum,* normam viuendi in continentia, ac castitate, in hunc modum: *Narratur,* inquit, *de vita antiquorum Ægypti Sacerdotum, quòd omnibus mundi negotiis, curisque postpositis semper in templo fuerint, & rerum naturas contemplati sint, nunquam mulieribus se immiscuerint, nunquam cognatos, & propinquos viderint, ex eo tempore, quo cœpissent diuino cultui deseruire. Carnibus, & vino semper abstinuerint propter tenuitatem sensus, & maximè propter appetitus libidinis refrenandos. Pane raro vescebantur ne onerarent stomachum. Oleum tantùm in oleribus nouerant, & ipsum parum, oua quoque, & lac pro carnibus vitabant. Cubile eis de foliis palmarum contextum erat: scabellum, ac cline pro puluillo capiti supponebant: bidui, tridui-que inediam frequenter sustinentes, vt humores corporis nimia victus castigatione siccarent.* hæc ibi.

2. Non immeritò ergo Sacerdotium dici potest omnium honorum summa. D. Ignatius *in Epistola ad Smirnenses decima,* sic ait, *Sacerdotium est apex bonorum omnium, quæ sunt in hominibus. Si quis ergo Sacerdotes inhonorauerit, Deum inhonorat, & Dominum* IESVM *Christum primogenitum omnis creaturæ.* habétque Sacerdos quatenus est medius inter Deum, & populum, nomen Angeli, ex Chrysostomo *homilia 2. in 2. ad Timotheum.* An ignoras quid sit Sacerdos? Angelus vtique Domini est. Non ex se ipso loquitur, si despicis, non illum despicis, sed Deum qui illum ordinauit, & *lib. 3. de Sacerdotio,*
3. sic loquitur: Sacerdotium ipsum in terra quidem peragitur, sed in rerum cœlestium classem ordinémque referendum est, atque id quidem meritò, quippe non mortalis quispiam, non Angelus, non alia quæuis creata potentia, sed Deus ipse ordinem huiusmodi disposuit: iccirco necesse est Sacerdotem sic esse purum, vt si in cœlis ipsis collocatus inter cœlestes illas virtutes medius staret, terribilia namque atque horrifica sunt, quæ administrat. Iuuat Dion. *de cœlesti Hierarc. c. 1.* his verbis: *Qui Sacerdotẽ dicit augustiorum, prorsusque diuinum insinuat virum, totiúsque sanctæ scientiæ peritissimum.*

Oportet tamen, vt Sacerdotes morum excellentia, ac vitæ probitate nostri officij splendorem, merita, & arcana in eo inclusa exhibeamus, quandoquidem Sacerdotes Sanctissimum Dei nomen Tetragrammaton capiti inscriptũ olim gestabant; vt ex hoc appareret illos proximè ad Deum accessisse, ita Canisius *de Sacramento ordinis, fol.* 301. & Suar. *in defensione fidei, lib. 3. cap. 24. ad finem;* & ideo parum dixit, qui Sacerdotes personis Illustribus æquiparauit, Farinac. *in praxi crimin. p. 3. quæst. 99. num.* 118. cùm in illos quadret, quod dicitur a Rege Propheta Psalm. 71. *Dij estis,* hoc est, viri diuini, quibus propter dignitatem sacerdotalem semper, & vbique summus honor, ac reuerentia debetur, Farin. *cons. 60. num.* 34. Quin imò honor, qui olim Angelis præstari solebat, transiit postea ad Sacerdotes, probatur ex illo Seraphici Francisci testimonio, qui, teste D. Bonauentura *in eius vita,* dicere solebat, si in itinere pauperem Sacerdotem, & Angelum simul inueniret, prius Sacerdoti flexis genibus, quàm Angelo reuerentiam facturum. 4.

Sed quæri potest, Sacerdotes vnde dicantur? 5. Aliqui autumant ex nomine Græco, & Latino componi, quasi sacra dantes, vel facientes, id est, consecrantes, vel exhibentes Sacramenta, *dist. 22. cap. cleros, & ibi* Illustrissimus Conha *n. 8. in vers. Sacerdos.* Graffis *decis. lib. 2. cap. 47. §. 7. num.* 8. vbi Sacerdotes Deos vocat, aliquando Angelos, *cap. Sacerdotibus 11. quæst. 1.* Vocantur item lumen mundi. *cap. Sacerdotes, dist.* 93. de quibus Nazianzenus *in Apologia Sacerdot.* ait; Sacerdotes cum Angelis state, cum Archangelis glorificate, ad superum Altare sacrificia transmittere, & cum Christo Sacerdotio fungi; sequitur Durand. *de Sacerdote, lib. 2. cap. 10. num. 11. & 12.* dicens in Ecclesia nullum hoc ordine excellentiorem esse. 6. Dicuntur etiam omnium patres, & magistri, *cap. quis dubitet, dist.* 96. Hinc fit, vt Sacerdotalis ordo dignitati regali præemineat, *cap. duo sunt, eadem distinctione.* & Reges olim Sacerdotes erant; ex quo demonstrabatur Regiam dignitatem non posse stare, nisi per vnionem Sacerdotij; & ideo Melchisedech Rex, & Sacerdos fuit, *Genesis c. 14.* ibi: *Melchisedech Rex Salem, & Sacerdos Dei altissimi:* vnde D. Thomas *ad Hebræos, cap. 7.* dixit Sacerdotium, & Regnum simul vniri. Concordat apud Græcos, & Romanos Sacerdotium non diuidi à Regno, teste Virgilio Æneidos 3.

Rex Anius, Rex idem hominum, Phœbique Sacerdos.

Idem habetur apud Plato. *lib. 16. de Regno, pag 8. col. 2. in fine,* loquentem de Ægyptiis, per hæc verba: *Apud Ægyptios non licet Regem absque Sacerdotio imperare*: quinimò si ex alio genere quispiam Regnum vsurpat, cogitur statim fieri Sacerdotem, vt Rex possit esse. Secus post legem Euangelicam vnum ab altero diuiditur.

Olim primogenitus Regis instinctu quodam 7. naturæ erat successor Regni, & simul erat Pontifex maximus. Abraham cùm esset primogenitus Thare, fuit Sacerdos, Henriquez *lib. 7. de Missa, cap. 1. num. 1.* & in lege Euangelica Christus Dominus instituit Sacerdotium visibile, quia Sacerdos & sensibile sacrificium sibi correspondent, vt correlatiua: offerens applicat fructum, & effectum sacrificij etiam aliis personis, pro quibus offert, quem effectum sola Eucharistia præ cæteris 8.

ſacramentis habet. Henriquez *lib.9.de Miſſa, c.8. num.2. littera D.*

9. Item Sacerdos eſt miniſter, qui conſecrat, & qui ex officio,& per ſe offert ſacrificium: proinde Epiſcopus dum Sacerdotem ordinat,profert hanc formam: Accipe poteſtatem offerendi,quæ poteſtas ex Chriſti inſtitutione confertur ab Epiſcopo per conſectarionem ritè factam, & proprio ore conficit corpus Chriſti,& verba Sacerdotis actiuè concurrunt ad conſectarionem,ſeu conuerſionem panis in Corpus Chriſti. Bellarm. *lib.4.de Roman. Pontif.cap.*8.§.8.poſt Chryſoſt.& Hieronymum,& Auguſt.quos *ibi* refert.Quòd ſi poſt conſecrationē deficiat Sacerdos, ex illo & alio Sacerdote ſupplēte in eodem, vel ſequenti die reſultat formaliter vnus miniſter,& vna Miſſa,Henriq.*lib.9.de Miſſa, c.18.n.2.& lib.10.de Ordine, in proœmio,in principio.*

10. Dico tamen ſecundò Sacerdotem malum,& improbum conficere ſacramentum Euchariſtiæ,ſicut bonus conficit,vt Conc.Trid.*ſeſſ.7.de Sacramentis in genere,c.*12.his verbis: *Si quis dixerit Miniſtrum in peccato mortali exiſtentem modò omnia eſſentialia, quæ ad Sacramentum conficiendum, aut conferendum pertinent, ſeruauerit non conficere,aut conferre Sacramentum,anathema ſit.* Iuuat Hymnus,de quo Eccleſia in feſto Corporis Chriſti:

Sumunt boni, ſumunt mali,

Sorte tamen inæquali vitæ, vel interitus.

Imò excommunicati depoſiti,ſchiſmatici, ſuſpenſi,& interdicti,vera conferunt Sacramenta, & verum conficiunt Corpus Chriſti, modò in forma Eccleſiæ gerant,quod agunt. 1.q.1. *Dominus declarauit, & cap quod quidam,de conſecratione,diſt.*4.Tamen ſi in iis forma Eccleſiæ non obſeruetur,nihil fit.gloſſ.*in cap.quos à Paganis,de conſecratione,diſt.4. c.extra* 1.*q.*1.Non enim eſt locus ſacrificij,vbi non ſeruatur forma Eccleſiæ.Sotus *in 4.diſt.1.q.5.art.5.* Non item malus Sacerdos,dum ſacrificat, prodeſt populo,ſicut bonus,qui citiùs orando pro populo exauditur,quàm malus, *cap. ipſi Sacerdotes* 1.*q.*1.

11. Sed quid de Sacerdote, qui ſciens, ſed imprudens ſacrificauit corpus Chriſti, Hoſtiam ſcilicet iam conſecratam, cùm non haberet aliam? Dico tertiò ſi res eſt occulta, monendum eſſe Sacerdotem, vt totius vitæ tempore ſit in pœnitentia, & abſtineat à conficiendo corpore Domini,ſi poſſet ſine ſcandalo: ſi autem publicum fuit delictum, per totum tempus vitæ abſtineat à celebrādo,niſi nomen dederit alicui Religioni, vbi meritis exigentibus permiſſu ſuperioris, & conſilio Sedis Apoſtolicæ, aut Epiſcopi in neceſſitate poſſet accedere, ita Franciſcus Pegna *in lucerna Inquiſitorum,verb.Sacerdos,in additionibus*,ex Anton.Auguſtin.refert fuiſſe deciſum de conſilio Dominorum Cardinalium,& plurium Epiſcoporum.

12. Porrò ſi Sacerdos celebrando non cōficiat corpus,& ſanguinem Chriſti,ſed fingat ſe conſecrare, ſciens ſe eſſe in mortali, dicēdum eſt peccare grauiter, & nullo modo in aliquo caſu fas eſſe Sacerdoti hoſtiam non conſecratam exhibere populo, nec porrigere peccatori etiam occulto;ratio, quia in Sacramento ſummæ veritatis nulla debet eſſe fictio,& ne Sacerdos det cauſam idololatrādi peccatori,D.Thom.*in 4.diſt.19.q.1.art.3.* etiam ſi peccator ſumpturus hoſtiam cōſentiat, vt ſuo honori conſulat,*c.de homine, de celebratione Miſſarum*, per textum *ibi*, vbi dicitur hoſtiam non conſecratam, qui miniſtrat propter periculum idololatriæ,grauius peccare,quàm qui cōſecrat in mortali, ſequitur Henriq.*in ſumma lib.8.c.56.*§.6.& Cened.*ad Decret.collect.*98.Innoc.*in d.c.de homine*,dicēs,*cùm falſa ſint,abiicienda remedia,quæ veris ſunt periculis grauiora*; grauius offendere,qui Sacramentū fraudulenter præſumpſerit ſimulare,quàm qui ſe ingerit irreuerenter ad Sacramētum:nam per hoc ſoli Deo fit irreuerentia,per illud autem & Deus blaſphematur,& populus ſeducitur.Graffis *lib.2.c.38.n.37.*

Nam ſacrificium oblatum à Sacerdote in peccato mortali exiſtente prodeſt, & habet ſuum effectum quatenus nomine Chriſti per Eccleſiam offertur.Nauar.*in manuali,c.25.n.79.*Fraxinel.*de obligat.Sacerdot.ſect.3.prænot.*4. §.3.*n.*3. Ludouic. Miranda *in manuali Prælatorum,tom.1.q.41 art.*22. Bonacin.*de Sacramentis,diſp.4 q.vltim.punct.6.n.3.* qui verò dum celebrat, non conſecrat, nihil prodeſt, nec habet ſuum effectum, cùm non offeratur nomine Chriſti per Eccleſiam, & grauiſſimum peccatum eſt ſimulare ſe conficere corpus, & ſanguinem Chriſti, Graſſ.*d.cap.*38.*num.*40.

Sed quid ſi Sacerdos poſt Miſſam inchoatam recordatur ſe eſſe in peccato, vel non eſſe ieiunum? Dico quartò non teneri illam inceptam relinquere, nec teneri ad ſe vocare Confeſſarium ad Altare,ſi detur ſcandalum,Soat. *tom.3. diſp.66. ſect.*4. Henriquez *lib.8.cap.*46.§.3.Coninch *de Sacramentis,& cenſuris, tom.1.q* 80.*dub.2.n.*16.& Poſſeuin.*de officio curati,cap.2.num.*15.Idem dicendum eſt ſi recordetur Sacerdos ſe non eſſe ieiunum poſt conſecrationem, ſed debet perficere ſacrificium: quod etiam procedit ante conſecrationem, ſi graue ſcandalum timeretur. D.Thomas 3.*p. quæſt.* 83. *art.6.ad* 2.Nauarr.*cap.25.num.75.verſ.*13. & Graffis *deciſ.lib.2.c.44.n.5.* 13.

Controuerti tamen ſolet, quid faciendum, ſi poſt conſecrationem Sacerdos expiret? Dico quintò poſſe alterum perficere ſacrificium, ſi non eſt impeditus, poſséque celebrare contritum, ſi non adeſt Confeſſarius, modò non ſit cenſura aliqua ligatus.Si non reperiatur Sacerdos, differri poteſt perfectio Miſſæ in diem ſequentem.Quòd ſi adſit Sacerdos non ieiunus, quamuis poſſit differri in diem ſequentem,perfectio Miſſæ benè poteſt tunc licitè perfici ſacrificium,quia probabile eſt propter integritatem obligari, vt ſtatim perficiatur Miſſa inchoata ab altero. Eſſe namque præceptum volunt Nauar. *c.25.n.*86. Tabiena *Miſſa*, §.29. & eſt probabile in praxi,Henriquez *lib.8.de Euchariſtia, cap.50.num.3.& in commento littera O.& lib.9.c.40.* §.1. *in commento littera F.* vbi *num.* 3. addit, ſi Sacerdos poſt conſumptam hoſtiam nondum conſumpto ſanguine, moriatur, perfectum videri ſacrificium quo ad ſubſtantiam,& cum effectu etiam in his pro quibus offertur, eo quòd ſumptio ſanguinis nouum gradum gratiæ non impartitur, & quamuis per potum vini conſecrari aliqui opinentur nouum gradum gratiæ addi; nihilominus per potum ſanguinis non conferri nouum gratiæ gradum ex opere operato vltra illum, qui reſpondet ſpeciei panis ſub qua cum corpore adeſt totus ſanguis, fatentur Caietan. *quæſt.* 80. Sotus *diſt.* 12. *q.*1. *art.* 12. & alij, quos referens ſequitur Henriq. *de Euchariſtia, lib.8.cap.44. num.5.* 14.

Quid ergo ſi Sacerdos extra Miſſam velit ſumere Euchariſtiam? Dico ſextò debere Sacerdotem accedere cum ſtola ſuper vtrunque humerum ex Conc.Braccarenſi tertio *cap.*3.& ex *c. Eccleſiaſtica, diſt.*23. vbi habetur hoc præceptum ſub pœna excommunicationis ferendæ, idem tenet Angel.*verb.Sacerdos*,§.4. Nihilominus ſi hæc verba expendantur, videntur ſolùm intelligi,quando ſacrificat 15.

sacrificat Sacerdos, & accedit ad Missarum solennia, per se Deo Sacramentum oblaturus, Nauarr. *in summa, cap.21.num.54.* Syluest. *verb.Sacerdos,§.4.* Grassis *lib.3. consi.1. de iure patron. n.7.* vbi excommunicationem sumit pro suspensione.

Resolutio tamen sit, communicantem extra Missam Sacerdotem peccare mortaliter si accedat sine stola, ita Illustrissimus Cunha *in d.cap. Ecclesiastica, num.2.* allegans Azor. *in summa, p.1. lib.10. cap.28. vers.* 12. sed Azor oppositum asserit cum Turrecremat. *in d.cap. Ecclesiastica*, nimirum non peccare, eo quòd Concilium Braccarense vsu, & consuetudine est abrogatum, & idem ex sententia Suarij *in 3.part.disp.68.sect.1.* extra Missam Sacerdotem communicare sine Otario, seu stola humeris superposita secluso contemptu, non est mortale; imò nec veniale ob infirmitatem, vel ob aliam causam, teste Reginald. *tom.2.lib.29 q.5. num.*112. ex eo quòd Sacerdotes tum regulares, cùm saeculares stola ad collum super humeros pendenti vti desierint, quamuis Suarius *suprà* innuat esse veniale communicate sine stola quando commodè haberi potest.

16. Quoties, quaeres, potest in die Sacerdos sacrum facere? Dico septimò semel, nisi causa necessitatis suadeat, vt per D.Tho. *3.p.quaest 83.art.2.*S.Anton. *p.3.tit.13.c.6.§.5.* Vasquez *p.3. d.sp.232.c.5.* Azor. *instit.moral.p.1.lib.10.c.24.q.6.* Ægid. *de Sacram.& censur.tom.1.q.83.dub.3.à num.212.*Miranda *in manu.Pralat.tom 1.q.40.art.8. conclus.1.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles.decis.351.in 1. edit.* aliàs *resolut.301.in 2.edit.*& Bonacin. *de Sacram. disp.4. q. vltim.puncto 7.§.5.num 9.* qui etiam agunt, quibus poenis puniatur bis eodem die sacrificans, Emmanuel Saa *verb.Missa, num. 24.*

Dixi, nisi causa necessitatis suadeat, eo quia prima causa necessitatis est, quando Sacerdos postquam sumpsit corpus, & sanguinem, admonetur de necessitate infirmi communicatum, & non habet hostiam consecratam: tunc enim potest de nouo facere sacrum vt docet Nauar. *in manuali,c.25.n.87.* Azor. *d q.6.* Cameros *de Missa sacrificio, dub.13.* & Tolet. *in summa,lib.2.c.3.ad finem.* Item quando Sacerdos praeest duabus Ecclesiis parochialibus propter illarum paupertatem, ita Barth. ab Angelo *de Sacram.dialog.5.§.121.* & Bonac. *de Sacram.disp.4. quaest.vlt.punct.7.n.10. vers. secundò*, subdens *vers. sequenti*, standum esse legitimè locorum consuetudini, non tamen in hoc casu ablutionem sumat.

17. Quid de natalitiis Christi Domini? Dico octauò ex decreto Telesphori Papae ter eo die Missae sacrificium fieri, *cap. nocte sancta, de consecrat. dist. 1.* Ludouic. Miranda *tom.1.in manuali q.40.art.8. conclus.2.*& est communis. non tamen tenentur fideles tres illas Missas audire ad satisfaciendum praecepto de audienda Missa, sed sufficit vnam ex tribus, Syluest. *verb Missa 1.n.1. vers.7.* Henriquez *lib. 9. de Missa,cap.15.§.3.* Bonac. *de Sacramento,disp.4.q. vltim.punct.11.num.10.* Azor. *1.part.lib.7.cap.3.vers. secundo quaeritur.*

An autem possint dici media nocte omnes tres, vnam post alteram? Negant communiter, Syluester, Angel. Tab. Armil. *verb.Missa*, Nauar. *in summa, cap.15.num.87.* Suar. tamen *tom.3. disputat.80. sect.4.vers.tertiò inquiri*, concordat in Missis solennibus, sed contrarium in Missis priuatis opinatur, atque posse omnes tres celebrari vnam post alteram media nocte sine interuallo, & ibi respondet argumentis contrariis, sequitur Fr. Manuel *in nouissima edit. in summa. cap.147. conclus.5.* eo, quia

nullum est praeceptum, nec consuetudo id expressè interdicens.

Quid de Sabbato sancto, quando contingeret in eo die coli simul festum Annunciationis Beatissimae Virginis Mariae? Dico nonò ex licentia Praelati posse Sacerdotes sacrificare priuatim praeter Missam illam publicam, & solennem, ita Sotus *in 4.dist.13 q.2. art.2.* quem alij recentiores sequuntur: consonat Gutierrez *in quaest.canon.cap.30. n.36. lib.1.* dicens non esse peccatum sacrificare in Sabbatho sancto priuatim in aliquo sacello, sine licentia Praelati, iuxta consuetudinem dioecesum, vel vbi est contraria consuetudo, cum facultate Praelati, cui accedit Roderic. *in summa, verb.Missa,c.230. conclus.3.* Perestrelius adhaeret Soto *in responsionibus,lib.1.fol.mihi 93.* quam partem expressè refert, ac sequitur Barthol. Ledesm. *in summario de Eucharistia, fol.462.* Denique Soarez *3.part. disp.80.sect.2.* posse fieri sacrum eo die, esse satis probabile ait ex causa rationabili, & sublato omni scandalo. 18.

Azor tamen suprà *lib.10. c.24.§. quartò quaeritur*, absolutè negat esse licitum, nisi praecedente causa iusta, & de licentia Praelati in Sacello secreto, cui conuenit excutere causam, & an id expediat, quae sententia non omnino abest ab opinione caeterorum, & Illustrissimus Cunha minus bene omnino negat, *in cap.tenere, dist.31.num.8.*

Anno tamen Domini 1606. Illustrissimus Archiepiscopus Bracarensis D. Augustinus de IESV audito suo Senatu decreuit, quòd in parochialibus Ecclesiis vbi eo die Sabbati sancti non celebrabantur Officia diuina, possent Parochi si tunc incideret dies festus Annùnciationis facta priùs Fontis benedictione, & praemissis Litaniis Missam parochianis celebrare. Quinimo Fr. Man. *d.c.247. concl. 3.* existimat posse ab eo tempore, & hora in qua in Sabbato sancto Ecclesia incipit cum gaudio, & laetitia Resurrectionè Christi Domini celebrare, fieri sacrum de Sancto, seu festo incidente in eo die, nimirum de Annunciatione B. Virginis Mariae, aut de alio, quem Ecclesia cum obligatione audiendi Missam celebrare solet, quod etiam Sotus, & Soar. *suprà* videntur innuere, quibus libenter accedo.

An autem feria quinta Coenae integrum sit omnibus Sacerdotibus celebrare? Dico decimò, quamuis ritus etiam Ecclesiasticus habeat, vt sola vna Missa celebretur, non tamen tanti refert eius obseruatio, quin priuatim saltem ex facultate Praelati vltra Missam solennem possint alij celebrare, ita Sotus *in 4. sent.dist.13.q.2. art.2. vers. hinc secundò,* Nauar. *cap.25 num.*88. Angles *in floribus, quaest.8. de valore Missae, art.vltimo,* Suar. *d.quaest.80.sect.2.vers. superest verò*, vbi addit, secluso scandalo, si alicubi fortasse sit, vel propter pusillorum ignorantiam; vel propter aliquam consuetudinem, posse quemlibet Sacerdotem eo die celebrare priuatim tamen, & in secreto. Quare minus bene Francolin. *lib. de horis canonicis, cap 30.* absolutè negat licitum esse singulis Sacerdotibus, Missam dicere. In hac tamen Braccarensi Dioecesi cùm feria quinta sit dies festus, & populus in eo teneatur Missam audire, vt habetur in constitutionibus *tit.9. de diebus sanctis, ac festis*, Illustrissimus D. Augustinus de Iesv, Archiepiscopus meritissimus, audito Senatu Braccarensi decreuit, vt in singulis Monasteriis tot Missae celebrentur, quae sufficiant ad populum satisfaciendum praecepto de audiendo sacro.

Portò in feria sexta Parasceues, quamuis in ea incidat festus dies Annunciationis, vt contigit hoc anno 1631. nullo modo sacrum fieri potest, ne- 19.

que in eo die tenentur fideles Missam audire, etiam si dies festus sit de præcepto vsque ad meridiem,quandiu durant officia. Quare peccatum est mortale etiam priuatim in die Parasceues celebrare cùm sit ire contra iustissimam cæremoniam Ecclesiæ,quæ plurimum refert.Item iure Ecclesiastico prohibitū est Sacerdotibus sacrificare, prout declarauit Innocentius Primus *Epist. 1. ad Decentium,c.4.* & habetur *in c.Sabbatho, de consecr. dist.1.* & omnes sine controuersia id asserunt, quod decretum vim suam retinet,& hostia, quæ suscipitur in die Parasceues,est consecrata in die Cœnæ:non autem eo die consecratur,Graffis *decis.lib.1.cap.39. n.13.*Henriq.*lib.9.de Missa,cap.9.num.6.*Durandus *in rationali diuinorum Officiorum , cap. 77. num. 34.* Paludanus *in 4.dist.13. quæst.2.* & Suar. *d. disp.80. sect.2.vers.secundus dies est*,vbi addit tanquam probabilius licitum esse eo die communicare non solùm infirmos,sed etiam alios,ex traditis ab Amalario *lib.1.de Ecclesiastico officio,c.11.*ibi,non solùm pro infirmis , sed etiam pro his omnibus , qui sequenti die communicare volent,debet Sacramentum in die Cœnæ Domini reseruari. Durandus autem *lib.6.c.75.*tradit pro infirmis , & religiosis, si voluerint communicare,seruari.Confirmatur ex ordine Romano antiquo in officio dies Parasceues,ad finem,vbi sunt hæc verba, ibi, *& communicent cum silentio.* Quio imò , vt Pamelins refert *in liturgiis Latinis*,Gregorius Romanus,seu Magnus, *in libro Sacramentorum*,ait, *Communicet Sacerdos,& omnis plebs.* Ex quibus patet communicare eo die non solùm infirmis , sed etiam omnibus licitum esse in die Parasceues:celebrare autem non licere, etsi quidam licere putent, Emmanuel Saa *in summa, verb.Missa,num.23.*

20. Quam culpam incurrat Sacerdos absque iusta causa in anno non celebrans?Dico decimò secundùm aliquos nullum mortale committere Sacerdotem simplicem , ita Alexander *4.part.quæst.51. memb. 2.* Victoria *in summa de sacramen.num. 94.* Palatius *in 4. distinct. 13. disputat. 1.* Gabriel *in Canone Missæ , lectione 87.* & Caietanus *part. 3. quæst. 82. artic. 12.* eo quia nullus est canon , quo obligetur , nisi adsit contemptus. quæ opinio placet etiam Rosellæ *verb. Eucharistia 3. num. 33.* Nihilominus D. Thomas *3.part. quæst.82. art.10.* existimat hanc partem esse irrationabilem , Syluester *verb. Missa 1. quæst. 7.* putat peccare mortaliter Sacerdotem simplicem,qui sine causa nunquam celebrat, sequitur Sotus *in 4. dist.13.quæst.1. art.10.* & Angelus *Missa, num.44.* & Durand.dicit grauiter peccare,quod puto probabilius, nec absoluendum,qui apud se statueret nunquam per totum annum sacrum facturum:videtur namque diuini muneris,& officij contemptor,qui sine causa iusta non sacrificat.

Quæres quoties per annum Sacerdos simplex sacrum facere debeat?Concil.Trident.*sess.23.c.14. de reformat.* ait : *Curet Episcopus , vt Presbyteri saltem diebus Dominicis , & festis solemnibus Missas celebrent.* Dicendum tamen est, ne in mortalem culpam labatur debere aliquoties in anno sacrificare diebus saltem festis præcipuis , non tamen peccare mortaliter , qui aliquibus diebus festis præcipuis , non tamen iudicandus est reus mortalis culpæ , qui aliquibus diebus festis etiam præcipuis non sacrificat , dummodo aliquoties ter, quaterve saltem sacrificet in anno , Soarez *tom. 3. disput. 80. sect. 1.* Nugn. *in 3. part. D.Thomæ, quæst.82. artic.10.* vbi Ægid.de Coninch *art.2.* *conclus. 3. num. 206.* Vasquez *in 3. part. disp. 232. cap. 1. num. 5. & 11.* Henriquez *lib. 9. de Missa, cap. 23. §. 2.* Graffis *decis. part. 1. lib. 2. cap. 39. num. 3.* post alios Spin. *glos. 3. princip. num. 63. versic. sed quod*, post Nauarrum *in manuali,cap.25. num. 88.* quibus accedit Ludouic. Miranda *in manuali Prælatorum , tom. 1. quæst. 40. art. 7. conclus. 2.* Reginald. *lib.29. num.46.& 167.*

Porrò curam animarum habentes per se , vel per alios quotidie sacrificare non tenentur , sed 21. in omnibus diebus , quibus populus sibi commissus rem diuinam audire debet. Tam crebrò tamen celebrare debent , vt muneri suo satisfaciant : iis namque incumbit Sacramenta ministrare , quæ populus tenetur suscipere : quamobrem diebus festis tenentur sacrificare per se , vel per alium , si fuerint legitimè impediti , argumento *capitis 1. de celebratione Missar.* Sotus *in 4. distinct. 3. quæst. 2. art. 3.* Azor *1. part. lib. 10. cap.24.vers. secundo quæritur*,Graffis *d.lib.2.cap.39. num.7.* & Saa *verb. Parochus,num.4.*

Possitne Sacerdos Sacrum facere matutinis 22. precibus nondum recitatis?Dico vndecimò omissis hinc inde opinionibus Officium diuinum, quamuis nullum habeat ordinem essentialem ad Missam , regulariter loquendo , non posse omitti sine peccato ante Missam solennem , quæ dicitur diei , quod in choro à Sacerdotibus recitari solet. Imò nec ante Primam in eodem Choro recitatam , vel cantatam , ita Nauarr. *in Latino, cap. 25. num. 97. & de oratione , notab. 3. numer. 49. 56. 78.* Syluester *verb Hora, §.9.* Medina *de oratione, quæst. de horis canon. recitan.dub.1.*Henriquez *lib.9.de Missa, cap.24. num.7.* Couarr. *lib.4. variar. cap.19. num.9. in fine* , Sotus *de iustit. lib. 10. quæst. 5. art.4.* & Soar. *tom.3.disp.82.sect.1. §. vltimo*, ex antiqua consuetudine, quæ habet,vt Missa Tertiæ, seu Missa diei solennis non dicatur nisi post matutinas preces , & post primam in Choro recitatam , atque ita erit mortale huiusmodi consuetudinem violare,quæ violatio cùm sit in graui materia ad Religionem spectanti,& ad cultum diuinum,non excusatur à mortali,quia competit bono communi,& bono regimini Ecclesiæ,vt publicus cultus Dei celebretur statutis temporibus , & debito ordine procedat quæ sunt intelligenda de iis Ecclesiis,in quibus ab antiquis temporibus seruatur consuetudo recitandi in Choro diuinum Officium.Secus vbi non viget talis obligatio, neque consuetudo ; tunc enim cessante obligatione, & consuetudine potest fieri sacrum etiam solenne sine præuia recitatione Officij in choro. Quin etiam potest dari casus stante consuetudine prædicta recitandi priùs matutinum officium , vt omittantur preces matutinæ,& fiat sacrum solenne,modò vitetur scandalum,vel accedat causa grauis publica ; eo quòd in eo euentu datur causa iusta,& simpliciter in iure nullus est ordo inter Officium, & Missam.

Dico duodecimò recitationem priuatam officij 23. matutini,quod soluitur extra Chorum, non posse omitti,quin priùs soluatur ante Missam etiam priuatam, nisi rationabilis causa excuset. Nam de se, & secundùm se est mortale , si inuertatur ordo ex antiqua consuetudine, & prius celebretur , quàm preces matutinæ soluantur, Syluest. *in verb.Missa 1.§.6.*vbi dicit esse mortale,ex Hostiensi *in summa de celebratione Missarum* , D.Anton. *3.p.tit.13.c.4. §.1.*Angel *verb. Missa,n.42.* Palud.*in 4.dist.13. q.2. art.1.* Nauar.*in manuali,c.25 num.83.& de oratione, cap.3.*

cap.3. num. 70. & cap. 21. num.30. Maiolus lib.5. de irregul.cap.34.num.1. Azor. tom.1.institut. moral. lib.10. cap.10. quaest. 4. & cap.28. quaest. 17. Durand. lib. 3.de ritibus,cap.24. Francolin.in tract.de tempor. hor.canon.cap.24.& Graffis decis.lib.2.cap.40.num.5. ex eo,quia etsi non reperitur in iure aliquis ordo seruandus inter preces matutinas, & Missæ sacrificium; attamen consuetudine inductum est, vt non fiat sacrum, nisi saltem soluto officio matutino fine laudibus. Iuuat Missale Pij Quinti constituens ordinem inter Missam, & pensum horarum officij matutini, subdens non esse integrum hunc ordinem variare;traditúrque in eodem Missali Missam dicendam recitato priùs officio matutino, quam sententiam abhinc annis quadraginta ferme in priuatis scholiis cùm publicè hac de re in Academia Eborensi egissem,sequutus sum.

24. Nihilominus non esse mortale sacrificare prætermisso matitutino officio etiam sine causa, est probabilius, Sotus lib.10.de iustitia, quaest. 5. art.4. & in 4 dist.13.quaest.2.art.2. ad finem, vbi addit nec esse veniale,cùm non constet de præcepto aliquo, neque consuetudo vrget grauiter, siue sit particularis; siue generalis: esse autem venialem illam transgressionem, aut inuersionem ordinis, est communis. Vnde si ex aliqua rationabili causa fiat, nulla erit culpa, nimirum si instat hora sacrificandi, & tempus elabitur, vel populus, vel aliqua persona grauis expectat, Emmanuel Saa verb. Missa, num.22. Lessius lib.2. de iustitia,tom.1. cap.37.notab.vltimo, Aragonius 2.2.quaest.83. art.2. dub. 5. dicens priorem sententiam esse falsam, Valentia tom. 3. disput. 6. quaest.2. punct.10. §. 30. vbi hanc partem vocat probabilem, & vt veram docet Suarius tom.3. in 3. part. disp.82. sect.1. §. secunda sententia, & tom. 2. de Religione, lib. 4. cap. 24. Graffis suprà dict. num. 5. quamuis priorem sententiam mordicus teneat, sed fallitur, quia nec consuetudine introductum est, neque est præceptum obligans sub mortali singulos Sacerdotes priùs recitare pensum matutinum,quàm sacrificare. Suar. dict. disp.82. sect.1. suprà, & alij, quos referens sequitur Henriquez de Missa, lib.9. cap.24.num.7.& Toletus lib.2. summa, cap.1. Fauet magis per se reperiri ordinem expressum inter matutinas preces, & reliquas horas canonicas, quàm inter matutinum, & Missæ sacrificium; sed soluere horas minores priusquam matutinum, non est culpa mortalis ex obiecto:ergo multo minus erit mortale sacrificare sine matutinis precibus recitatis,cùm officium,& sacrificium non habeant inter se ordinem. Suar. d. sect.1.

25. Quæri etiam potest,an possint Sacerdotes extra sacrificium Missæ, bis in die communicare? Dico decimoterriò non esse licitum. D.Thom.3. p.q.80. art.10.ad 4.Tabiena verb.communio,§.15.Cardin.in cap.quotidie, num.3.de consecrat. dist.2. summa confessorum lib.3.tit.24. quaest.120. Sotus in 4. dist.13. quaest.2.art.2. Henriquez lib.8. de Eucharistia, c.53. num.5.littera V. ex ea ratione, quia est memoriale mortis Christi,qui semel mortuus est,&colligitur ex c.consuluisti, de celebratione Missarum.Idem probatur ex consuetudine vniuersali totius Ecclesiæ, id prohibens sub præcepto, præsertim, si sumpsit ablutionem,nisi simul duas particulas hostiæ post breue interuallum ante ablutionem acciperet.

Quale peccatum sit omittere orationes, quas Sacerdos dicere solet, dum se vestit ad sacrificandum:Esse mortale omittere huiusmodi orationes voluntariè,& sine causa, tradit Nauarrus de celebrat. Missarum, lib.3. consil.2. sequitur Graffis decis. lib.2.cap.41.num.10. quam sententiam Nauar. vbi supra,& in manuali, cap.25. num.73.dicit probabilem Azor. instit. moral.1. part. lib 10. cap. 29. vers. quintò quæritur: ex ea ratione, quia omittitur consuetudo Ecclesiæ in re graui, & vsu receptum est, vt huiusmodi preces recitentur, quod intelligit Nauarrus in duobus tantum casibus, quando Sacerdos scilicet orationes omitteret ex contemptu, glossa in cap.quis autem,distinct.10. Secundò quando omitteret omnes absque contemptu, sed scienter, deliberatè, & sine causa; secus si per inaduertentiam, aut obliuionem, aut si vnam, vel alteram omitteret deliberatè sine contemptu, ex paruitate materiæ omittens excusabitur à mortali.

Nihilominus dicendum est,secluso contemptu non esse plus quàm veniale, illas omittere sine causa, quia regulæ Missalis non obligant ad mortale, nisi ratione contemptus,& magis consulunt, vt dicantur, nec sunt præcepta, sed instructiones quædam doctrinales. Accedit Sacerdotes aliquos, ac viros religiosos etiam doctos non solere dicere has orationes, sed vel nullas recitant; vel loco illatum dicunt Psalmum quinquagesimum, & loco hymni trium puerorum recitant,Te Deum laudamus, vel alium Psalmum pium: quare harum precum omissio quæ ante, vel post sacrificium Missæ dicuntur, non est mortalis, ita Caietanus in summa,verb. horæ canonicæ,cap.2.Zerol in praxi Episcopali,verbo Missa,2.§.8.vers.respondetur. Suar.in 3. part. disput.82. in principio, vbi citat Innocentium lib. 1. cap.47. de hoc mysterio dicens debere celebrantem præmittere quosdam Psalmos,& orationes; addit tamen Suar. hoc non esse præceptum, sed consilium. Vnde omittere illas orationes, sine causa,non erit mortale, quod etiam vult Henriq. lib.9.de Missa,cap. 24. in fine, & in commento lit. Q. & Fr. Emmanuel in summa verb. Missa, cap. 244. conclus.12. in nouissima editione, ad finem.

De Sacrificio Missæ, ac de eius valore, nec non, de indumentis, ac paramentis necessariis ad sacrificandum.

§. VIII.

EPITOME.

1. *Quæ bona, & quanta proficiscantur ex sacrificio Altaris?*
2. *Quomodo corpus Domini sub speciebus contentum sit Sacrificij materia?*
3. *Sacrificium Missæ an idiomate materno recitari debeat, & vnquam fuerit?*
4. *Missæ sacrificium per varias similitudines sacrificiorum naturæ, & legis tempore figuratum est.*
5. *Missæ sacrificium non solùm est commemoratio oblationis cruentæ in Cruce, sed etiam est oblatio, & sacrificium simul. Item est sacrificium propitiatorium.*
6. *An oblatio incruenti sacrificij sit eadem, quæ fuit cruenti?*
7. *Missa vnde dicatur,& acceptiones variæ Missæ?*
8. *Missæ nomen est antiquissimum, & an sit nomen Latinum, aut Hebraicum?*
9. *In qua actione consistat ratio sacrificij?*

10. *In Missa triplex est opus, vnum à Christo, secundum ab Ecclesia, tertium à Sacerdote.*
11. *Missa quandiu in toto Orbe habita fuerit pro sacrificio?*
12. *Missa cur non statim omnia à Deo impetret?*
13. *Sacrificium Missæ an faciat ex attrito contritum.*
14. *Dicitur impetratorium, & cur? dicitur propitiatorium, expiatorium, satisfactorium, & meritorium?*
15. *Missæ effectus an sit incertus, & infinitus?*
16. *Missæ fructus quotuplex est, & an æqualiter participetur ab iis, pro quibus offertur sacrificium.*
17. *Offerentes in oblatione quæ formaliùs pertinet ad sacrificium, quot sunt?*
18. *Solus Sacerdos ritè ordinatus hoc sacrificium offerre potest.*
19. *Priuati offerentes fructum sibi ex opere operato respondentem nequeunt aliis applicare.*
20. *Sacerdos mereri, satisfacere, & impetrare potest ex opere operantis per hoc sacrificium.*
21. *Pro Catechumenis, & pro infidelibus non excommunicatis offerri potest; secus pro excommunicatis maiori excommunicatione.*
22. *Missa pro hæreticis an indirectè offerri possit, & pro gentibus, & pro quibus offerri non potest?*
23. *Quæ vestimenta deputauit Ecclesia, quibus Sacerdotes vterentur in hoc sacrificio, & an debeant esse benedicta?*
24. *Vestium singularum significatione per ordinem ad Sacerdotem, & ad Christum Dominum.*
25. *Sacerdos quando peccet sacrificando sine vestibus deputatis?*
26. *Sacerdos an peccet sacrificando sine calceis, vel cooperto capite?*
27. *Ornatus Altaris qualis esse debeat, & an pallæ requirantur benedictæ, & quot debeant esse vltra corporalia?*
   Corporalia à quibus lauari debeant? ibid.
28. *Vti corporali immundo, vel purificatorio, vel Calice est mortale secundùm aliquos.*
29. *Lumen ex cera, an ex seuo, an ex oleo dum sacrificatur necessarium sit?*

1. PER hoc sacrificium Missæ fit diuini cultus reparatio, humanorum defectuum restitutio, pœnæ mortuorum mitigatio, beneficij redemptionis frequens recordatio, denique Angelis lætitia. Ratio, quia hoc sacrificium fuit institutum à Christo Domino in vltima Cœna, & sacrificare est cœnare cum Christo Domino, de qua Chrysostom. *homilia* 83. *in Matth.* ibi, *Hæc est illa mensa, & minus nihil habet: non enim illam Christus, hanc verò homo perficit, verùm hanc ipse quoque.* Consonat Gregor. *in homil. Paschal.* & refertur *in cap. quid sit sanguis, de consecrat. dist.* 2. ibi, *Calix, quem Sacerdos Catholicus sacrificat, non est alius, nisi ipse, quem Dominus Apostolis tradidit, quia licèt multis locis, & innumeris diebus consecretur corpus Christi, non sunt multa corpora Christi: ita non sunt multi calices, sed vnum corpus Christi, & vnus sanguis cum illo, quod sumpsit in vtero Virginis, & quod dedit Apostolis.*

Ex quo apparet quanta sunt bona, quæ proueniunt ex sacrificio Missæ sacrificantibus, & quanta mysteria in hoc sacrificio continentur, in quo vnicus filius Dei Summus Sacerdos offert se pro genere humano Patri Æterno. August. *lib.* 4 *de Trinitate, c.* 14. *Quis*, inquit, *tam iustus, & sanctus Sacerdos, quàm vnicus filius Dei? Quid tam congruenter offerretur pro hominibus, & ab hominibus, quàm caro? Et quid tam aptum huic immolationi, quàm caro mortalis. Quid tam mundum pro vitiis mortalium, quàm caro nata ex vtero virginali? Et quid tam gratè offerri, & suscipi potest, quàm caro sacrificij nostri, corpus effectum ipsius Sacerdotis nostri.* Iuuat Conc. Trid. *sess.* 22. *c.* 2. his verbis: *Docet sancta Synodus sacrificium istud verè propitiatorium esse: huius quippe oblatione placatus Dominus, gratiam, & donum pœnitentiæ concedens, crimina, & peccata etiam ingentia dimittit.* Nam fructus oblationis cruentæ, quam in Cruce obtulit Dominus, per hanc vberrimè percipiuntur. Quare meritò dicere possumus cum Apostolo *ad Rom.* 5. ibi, *Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non cum illo omnia nobis donabit?*

Quæri potest, an corpus Domini sub speciebus contentum sit materia sacrificij? Respondetur affirmatiuè, quia est res, hostia, & victima, quæ offertur, quæque incruentè immolatur. Potest etiam dici commodè ipsas species panis, & vini, quatenus Christi corpus, & sanguinem continent, esse materiam sacrificij oblatam Deo. Irenæus *lib.* 4. *cap.* 32. probat, dicens Ecclesiam offerre Deo sacrificium ex creaturis, hoc est, ex pane, & vino: confert Cypr. *lib.* 2. *Epist.* 3. *& Epist.* 63. concedens Christum Patri obtulisse calicem vino, & aqua mixtum. Idem docet Fulgent. *de Fide ad Petrum, c.* 19. quos referens sequitur Azor *instit. moral part.* 1. *lib.* 10. *c.* 18. *q.* 5. dicens corpus Domini sub speciebus contentum esse materiam sacrificij: nec obstat corpus, & sanguinem Domini, dum sunt in hoc sacrificio non cadere sub sensus; quia satis est species panis, & vini, quæ continent corpus, & sanguinem Domini, esse res visibiles, & sensibus subiectas. Atque ita cùm ad Sacrificiũ requiratur, esse quid externum, & quod sensibus percipi possit, & sit ad esum, & ad potum, quodque sacrum fiat, & certam aliquam in se ipso mutationem patiatur, & Deo offeratur per legitimum ministrum certis ceremoniis adhibitis ad aliquid impetrãdum à Deo, vel ad gratias Deo agendas pro beneficiis acceptis, vel ad expianda, & delenda peccata quæ omnia conueniunt Missæ sacrificio, non est dubium esse verum sacrificium, cùm in eo repetiatur substantia panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi per Sacerdotem conuersa eiusdem Christi verbis prolatis ab ipso Sacerdote; sufficítque ad sacrificium sit eius materia mutetur aliqua consecratione, quod fit in Missæ sacrificio in pane, & vino, dum mutantur re ipsa in corpus, & sanguinem Christi, & incipit vi conuersionis esse sub specie panis, & vini, cùm antea non esset, ita communiter Doctores. 2.

Ambigi etiam potest, an Missæ sacrificium debeat offerri lingua vulgari? Conc. Trident. *sess.* 22. *cap.* 8. de sacrificio Missæ verba faciens, sic ait; *Etsi Missa magnam contineat populi fidelis eruditionem, non tamen expedire visum est Patribus, vt vulgari passim lingua celebretur.* Et infrà *in eodem cap. mandat sancta Synodus pastoribus, & singulis curam animarum gerentibus, vt frequenter inter Missarum celebrationem, vel per se, vel per alios ex iis, quæ in Missa leguntur, aliquid exponant, atque inter cætera sanctissimi huius Sacrificij mysterium aliquod declarent, diebus præsertim Dominicis, & festis.* Vnde constat non esse Missam faciendam vulgari lingua; quod etiam Gregorius septimus ante annos quingentos Duci Bohemiæ petẽti totius suæ gentis nomine, vt vulgari lingua sacrum fieret, respõdit *lib.* 7. *sui Registri,* 3.

in

in Epistola ad eum missa per hæc verba: *Quia verò, inquit, nobilitas tua postulauit, vt secundùm Sclauonicam linguam apud vos diuinum Officium celebrari annueremus, scias nos huic petitioni tuæ nequaquam satis posse facere, & hoc nempe sæpe voluentibus liquet non immerito sacram Scripturam Omnipotenti Deo placuisse, quibusdam locis esse occultum, ne si ad liquidam cunctis pateret fortè vilesceret, & pateret despectui, aut prauè intellecta à mediocribus in errorem induceret.* Ita Romanus ille Pontifex. Atque ita hanc partem tuetur Azor 1. *part. instit. moral. lib.* 8. *cap.* 26. *quæst.* 6. *vers. verum enimverò, ad medium*, & Bellarmin. *lib.* 2. *de Missa, cap.* 11. *in principio, & in fine, versicul. sexto*, accedit, vbi parui facit argumenta contraria.

4. Porrò Missæ sacrificium tempore naturæ, ac Legis figuratum fuit per varias sacrificiorum similitudines. Inprimis figuratum fuit in sacrificio Melchisedech, vt docent Patres tam Græci, quàm Latini, Clemens Alexandrinus *lib.* 4. *Stromat.* Cyprian. *lib.* 2. *Epistola* 3. D. Hieronymus *in Epistola ad Euagrium*, Ambrosius *de Sacrament. lib.* 5. *cap.* 1. *& de iis, qui mysteriis initiantur, cap.* 8. Eusebius *lib.* 5. *de demonstrat. Euangel. cap.* 3. Theodoret. *quæst.* 63. *in Genesim, & in Psalm.* 109. Augustinus *in Psalm.* 33. *& lib.* 17. *de Ciuitate Dei, cap.* 20. Quare hæretici falsò contendunt asserere Missæ sacrificium in sacrificio Melchisedech, nequaquam fuisse typicè adumbratum, eo fundamento, quòd Melchisedech ex domo sua panem, & vinum non adduxerit, nisi ad reficiendos milites Abrahæ redeuntes ex bello victores, quod etiam docuit Iosephus *lib. antiquitatum, cap.* 18. Quorum argumenta Sanctorum Patrum testimonio omnino euanescunt, vt videre est apud ipsos Patres suprà citatos.

Non est tamen diffitendum Melchisedech, vti Regem potentem, ac diuitem protulisse panem, & vinum ad reficiendos Abrahæ milites redeuntes ex bello fatigatos: attamen non est negandum Regem primò panem obtulisse, & vinum Omnipotenti Deo, vt constat ex verbis illis Genesis 14. *Erat enim Sacerdos Dei altissimi.* Ex quo patet Melchisedech non solùm esse Regem, sed etiam Sacerdotem: & ideo sequitur, *Proferens panem, & vinum*, quasi diceret Moses: *Sacerdos erat Dei, vinum, & panem efferre solitus.*

Fuit item figuratum Missæ sacrificium à *Malachia* 1. in illis verbis: *A Solis ortu vsque ad occasum magnum est nomen meum in Gentibus: & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda*, vt apertè docet Concil. Trident. *sess.* 22. *cap.* 1. his verbis. *Et hæc quidem illa munda oblatio est, quæ nulla in dignitate, aut malitia offerentium inquinari potest: quam Dominus per Malachiam nomini suo, quod magnum futurum esset in Gentibus, in omni loco mundam offerendam prædixit.* quo nihil clariùs dici poterat. Et infrà pergit sancta Synodus in hunc modum. *Hæc denique illa est, quæ per varias sacrificiorum naturæ, & legis tempore similitudines figurabatur, vtpote, quæ bona omnia per illa significata vel vt illorum omnium consummatio, & perfectio complectitur.* Sic ibi.

5. Ad hæc Missæ sacrificium non solùm est commemoratio oblationis cruentæ in Cruce, sed simul est etiam oblatio, & Sacrificium. Est enim in Missæ sacrificio hostia, quæ Deo offertur, & is, qui offert, & actio, qua hostia offertur à Sacerdote, Concil. asserit hostiam esse eandem, quia est corpus Domini: offerens principalis est idem, quoniam Christus, qui moriens in Cruce se obtulit tunc, nunc quotidie se offert Patri, eo quòd Sacerdotes Christi Domini iussu, institutione, & nomine quotidie offerant: est ergo principalis Sacerdos Christus, Sacerdotes reliqui veri sunt ministri Christi ad sacrificium peragendum, & offerendum. In eo tamen differt oblatio sacerdotalis, quæ Christus per suos Sacerdotes se quotidie incruentè offert Patri, ab ea quæ fuit facta olim in Cruce: hæc autem in Cruce facta fuit semel, & in Cruce Christus se ipsum reuera obtulit: incruentè tamen quotidie replicatur, hoc est, in Missæ Sacrificio, in quo non per se ipsum offert, sed per Sacerdotes, quibus dedit potestatem sacrificandi, & offerendi. Azor *instit. moral.* 1. *part. lib.* 10. *cap.* 18. *ad finem*, §. *sciendum est*, Suar. *tom.* 3. *disp.* 79. *sect.* 1. & priùs *disp.* 77. *sect.* 2. vbi ex Concil. Trident. *sess.* 22 *cap.* 1. docet Christum Dominum in nocte Cœnæ Apostolis, quos tunc noui Testamenti Sacerdotes constituerat, præcepisse per hæc verba, vt offerrent: *hoc facite in meam commemorationem.*

Esse sacrificium propitiatorium sacrificium Missæ, ostenditur ex testimoniis sacræ paginæ, *Iob cap.* 1. viuendo in lege naturæ quotidie pro peccatis filiorum suorum sacrificabat Deo. Quinimò legitur *Iob vltimo* iussisse Deum ipsum vt amici Iob sacrificarent pro peccato suo, quæ sacrificia erant figuræ Sacrificij Missæ. Accedit Sacrificium Missæ excellere cæteris Sacrificiis legis naturæ, ac scriptæ, vt probat Augustinus *quæst.* 58. *in Leuiticum*: illis ait sacrificiis vnum hoc sacrificium significabatur, in quo vera fit remissio peccatorum, à cuius Sacrificij sanguine in alimentum sumendo non solùm nemo prohibetur, sed ad bibendum potiùs omnes exhortantur. Confert Apostolus *ad Hebræos* 5. sic dicens: *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deum, vt offerat dona, & sacrificia pro peccato.* Suffragantur, Iacobus *in Liturgia: offerimus*, inquit, *incruentum sacrificium tibi pro peccatis nostris, & ignorantiis populi.* Origenes *Homilia* 13. *in Leuiticum*, sic loquitur de Missæ Sacrificio: *Ista est*, inquit, *commemoratio sola, quæ propitium facit Deum hominibus*, Ambrosius *lib.* 1 *de officiis, c.* 48. loquens de Eucharistia: *Offert*, inquit, *Christus se ipsum, quasi Sacerdos, vt peccata nostra dimittat.* Beda *lib.* 4. *Historia gentis suæ, cap.* 22. *Sacrificium*, ait, *hoc salutare ad redemptionem valet animæ, & corporis sempiternam.* Denique Cyrillus *Catechesi* 5. *mystagogica*, appellat Eucharistiam hostiam propitiationis, & postea addit: *Christum pro nostris peccatis mactatum offerimus, vt & nobis, & illis eum, qui est benignissimus, propitium reddamus.* Quibus omnibus satis liquet sacrificium Missæ esse propitiatorium, & efficacissimum ad remittenda peccata.

An oblatio sacrificij cruenti sit eadem, quæ est incruenti? Responde negatiuè: nam quamuis in Missæ sacrificio sit hostia, quæ Deo offertur, & is qui offert, & actio, qua hostia offertur à Sacerdote, & hostia sit eadem, quia est corpus Domini, offerens principalis sit idem, eo quòd idem Christus, qui tunc se obtulit in Cruce, & nunc etiam in Missa Patri se offert quotidie, eo quia ipsius Christi Domini iussu Sacerdotes quotidie offerunt, & Christus Dominus vti principalis Sacerdos, & reliqui Sacerdotes, vti veri ipsius Ministri sacrificant. & offerunt Ecclesiæ authoritate consecrati, actio tamen instrumenti, & administri est eadem, quæ causæ principalis; ac propterea oblatio sacerdotalis non differt ab ea, imò est eadem, quæ Christi se quotidie per suos Sacerdotes incruentè patri 6.

offerentis: attamen non est eadem, quæ facta fuit à Christo in Cruce moriente, cùm in Cruce oblatio facta sui semel se ipsum offerendo, nunc autem in sacrificio Missæ non per se ipsum offert, sed per Sacerdotes, vt dictum est, Azor *vbi supra*, licèt aliquo modo offerat actu Suarez *infra disp.* 77. *sect.*1.*vers.dico secundò.*

Non differt tamen Missæ sacrificium à Sacrificio incruento, quod Christus obtulit in Cœna secundùm speciem, aut essentiam, quia conueniunt essentialiter hæc duo sacrificia; primò in materia oblationis, deinde in re principaliter oblata, præterea in forma, seu actione per quam fit oblatio, denique in offerēte principali; distinguitur tamen numero, & quibusdam conditionibus accidentalibus, quia in Cœna oblatus est Christus mortalis; nunc verò offertur immortalis, & gloriosus. Suar. *tom.*3. *disp.*77.*sect.*1.*vers.dico ergo primò*, vbi hac de re plenè, *& vers. dico secundò*, vbi addit nostrum sacrificium conuenire cum sacrificio Crucis in re oblata; differre tamen in actione, & ritu sacrificandi, quod probat ex Concilio Tridentino *sess.* 22. *cap.* 2. dicente ibi, *In diuino hoc sacrificio, quod in Missa peragitur, idem ille Christus continetur, & incruentè immolatur, qui in Ara Crucis semel se ipsum cruentè obtulit.* Et infrà. *Vna enim, eademque hostia, idē nunc offerens sacerdotū ministerio, qui se ipsum tunc in Cruce obtulit, sola offerendi ratione diuersa.* Hæc ibi. Differre autem numero hæc sacrificia, ex eo ostenditor, quia, quæ in actione consistunt, si diuersis temporibus fiant, & à diuersis causis, & in diuersis locis, opus est, vt numero distinguantur: atque ita non sufficit, vt res principaliter oblata sit eadem numero quoad substantiam, vt hæc sacrificia non distinguantur numero: imò potiùs in nostro casu, & Sacrificio plures Missæ sunt Sacrificia numero diuersa: vnde multo fortius inter sacrificium Cœnæ, & sacrificium nostrum datur distinctio numerica.

7. Missa vnde dicatur controuersia est? Autumant hanc vocem aliqui esse Græcam, sed sine fundamento, inter quos Couarr.*lib.*4.*variar.cap.*22. cum Alciato id tradit; nam Græci, quod nos dicimus *Missam*, illi dicunt *Liturgiam*, vel *synaxim*. Alij fecunt esse vocem Hebræam à verbo *Missac*, quod oblationem voluntariam significat, ita Pamelius *in præfat ad Latinas, & in scholiis ad Tertull. lib. de oratione, in principio*, & Demochares *tract.*2. & 4. *de sacrificio Missæ*, quæ opinio est probabilis. Alij denique volunt hanc vocem *Missam* esse Latinam à verbo *mitto*, de qua Lindan.*lib.*4. *Panop.cap.*3. Bellarm.*lib.*1. *de Missa, cap.*1. Azor *part.*1. *instit. moral. lib.* 10. *cap.*8. *in principio, vers. quæres quid Missa*, Henriquez *lib.* 3. *de Missa, cap.* 10. §. 3. *vers. vox Missa est planè Latina*, quia dicitur sic apud fideles, eo quòd per consecrationem mittitur nobis Christus à Patre, per oblationem autem, aut consumptionem nos iterum Christum ad Patrem transmittimus per manus Angeli, & Sacerdotis, vt in Canone Missæ dicitur: *Iube hæc perferri per manum Sancti Angeli tui in sublime altare tuum.* Idem tenet Innoc. *lib.*3. *de hoc mysterio, c.*12. & Bonauen. *opusculo de mysterio Missæ.*

Item apud fideles in sacrificio Altaris duplex Missa vocatur: altera vsque ad oblationem, in qua catechumeni admittebantur, cuius meminit Concil. Carthag.IV.*Can.*84 Concil.Illerden. *Canon.*4. Alcuin.*de offic. Eccles. cap. de Missa*. Et in fine huius Missæ catechumenorum, Diaconus alta voce clamabat: *Ite, Missa est*, quibus verbis ab Ecclesia excludebantur, & dimittebantur Catechumeni, pœnitentes, Energumeni, hæretici, Iudæi, & Gentiles, quibus non erat integrum interesse consecrationi corporis, & sanguinis Domini: proinde dimittebantur hoc verbo *Ite, Missa est*, quasi diceret Diaconus, abite foras, seu licet vobis abire: nam supradicti ex præcepto Ecclesiæ ad id vsque tempus cogebantur interesse. Altera Missa Christianorum ab Offertorio incipiebat, ad finem cuius in diebus festis, quibus cantitur *gloria*, dicitur, *Ite, Missa est*, vt tradunt præallegati, quibus accedit Durandus vnà cum aliis modernis, *lib.*2. *cap.*1.*n.*4. *& 5. de ritibus Ecclesiæ Catholicæ.* Adde placere quibusdam per hæc verba, *Ite, Missa est*, in fine Missæ prolata significari astantibus, quòd Missa iam est ad Deum oblata: ideo *Abite*. De hac Missa fidelium, quæ incipit ab Offertorio, & durat vsque ad finem, loquitur Ambros. *lib.*5. *Epist.*33. in hunc modum: *Dimissis Catechumenis, Missam Sacramentorum facere cœpit.*

De antiquitate autem, & vsu huius vocis Missa in Ecclesia Latina legitur in Concilio Carthaginensi II *Canon.*3.Carthaginens.IV.*canon.*84. Mileuit. *cap.* 12. Vasen. *cap.* 3. vbi etiam distinguitur Missa publica à priuata; de eius antiquitate etiam locutus est Ambrosius *vbi supra Epistola* 33.deinde apud Augustinum *sermone* 91. *de tempore, & sermone* 251. in lectione ait, quæ nobis ad Missas legenda est, audituri sumus. Eadem vox reperitur in Cassiano *lib.* 3. *de institut. Monachorum, cap.*15. & legitur idem nomen *Missa* in Epistolis Romanorum Pontificum, qui ante Syluestrum primum Romanæ Ecclesiæ præfuerunt, nimirum in Epistolis Alexandri primi, Telesphori, Soteris, & Fabiani, vt docet Durantus *de ritibus Ecclesiæ, lib.* 2. *cap.*6. *num.* 6. 8.

Quæritur deinde, in qua actione consistat ratio sacrificij, & natura? Responde non consistere in iis actionibus, ex quibus constat Missa catechumenorum, quia quicquid agitur, in eo est ipso sacrificio prius, & ad populum instituendum, & erudiendum spectat. Vnde quamuis panis, & vinum offerantur Deo ante consecrationem, non est tamen ea oblatio Sacrificium Missæ, quoniam nondum panis, & vinum in corpus, & sanguinem Christi sunt conuersa. Sola autem consecratio vtriusque speciei cum ordine ad sumptionem est de essentia huius sacrificij, Soarez *tom.* 3. *in* 3. *partem, disp.*75. *sect.*6.*pag.*977. & consecratio hæc prout complectitur transubstantiationem panis in Christi corpus, & separationem accidentium à substantia, est essentialis. 9.

Præterea triplex in Sacrificio Missæ opus reperitur, vnum à Christo Domino, secundum ab Ecclesia, tertium à Sacerdote, qui immolat. Christus Dominus offert, vt Sacerdos superior, & principalis; Ecclesia offert per suum publicum ministrum, nempe per Sacerdotem, & tanquam communitas quædam per Sacerdotes legitimos ad sacrificandum electos offert hostiam immaculatam: ipse verò Sacerdos offert per potestatem offerendi, vt proximus minister, Soarez *tom.*3.*in* 3.*p. disp* 77.*sect.*1.Azor.*instit.moral.part.*1.*lib.*10.*cap.*10. *vers. secundò quæritur.* ex quibus constat Missam esse maximum, ac verissimum sacrificium, quod offertur in toto Orbe terrarum, vt etiam fatetur impius Lutherus *in lib. de captiuitate Babylonis, cap.*1. Missa, inquit, creditur passim esse Sacrificium, quod offertur Deo: idem fatetur Caluinus *lib.* 4. *Instit. c.*18.§.1. Pestilentissimo, inquit, errore Satan 10. 11.

totum

totum penè Orbem obcæcauit,vt crederet Missam Sacrificium, & oblationem esse adimpetrandam remissionem peccatorum. Idem constat apud Latinos, qui diuersis temporibus exposuerunt Missæ substantiam, & de ea latè egerunt,nimirum Isidorus,Amalarius,VValfridus,Rupertus,Innocentius III. Bonauentura,& alij asserentes Missam semper fuisse eandem.Et apud Græcos notum est de Missæ Sacrificio tractasse Maximum Monachum, Germanum Constantinopolitanum, Simeonem Thessalonicensem, & alios affirmantes Missam habitam fuisse pro sacrificio, Bellarminus *lib.1.de Missa,cap.23.*

Cur ergo Missa non statim à Deo omnia im-
12. petret?Respondetur Missæ Sacrificium pro peccatoribus oblatum impetrare sine dubio nouum, ac certum auxilium diuinum,vt peccatores ad pœnitentiam moueantur:illud autem secundùm hominum dispositiones non semper idem operari. Si enim homo pro quo offertur Missa, est dispositus ad contritionem ex vi noui auxilij conteritur; secus si non est dispositus pro quo Missa offertur: tamen semper sine dubio iuuatur à Sacrificio Missæ.Idem clariùs apparet, quando fit Missæ Sacrificium ad consequendum bona temporalia,quæ non impetrantur,vel quia non sunt vtilia poscentibus ad æternam salutem, vel quia sunt indigni pro quibus sacrificium offertur,vt illa temporalia capiant, item aliquando sunt multo maiora hominum demerita, quàm vt Deus vna, vel altera Missa placari possit,Coninch *de Sacram.q.83.art.1.dub.8.n.143. & seq.*

Ex dictis sequitur infectum peccato mortali,
13. si pro eo Missa offeratur, non propterea fieri ex attrito contritum,vt falsò dixit Catharin.*in opusc. de Sacrificio Missæ, & Epistola ad Hebræos, cap.*10. quia non semper impetrantur per Sacrificium Missæ bona temporalia; ergo multo minus bona spiritualia: aliquando tamen per hoc sacrificium impetrabitur pœnitentiæ donum à Deo, quo peccator pro quo fuit oblatum, excitatus sua peccata abhorreat,& detestetur,qui antea de peccatis non dolebat.

Hoc tamen non tollit sacrificium Missæ dici
14. impetratorium, propitiatorium, expiatorium,satisfactorium, & meritorium. Est impetratorium impetrans omnia genera beneficiorum, figuratumque fuit in testamento veteri; vbi hostiæ non solùm pro delicto, sed etiam pacificæ, tum pro actione gratiarum; tum denique votiuæ pro beneficio aliquo impetrando, *Leuit.* 7. & Dauid 2. *Regum cap. vltimo* obtulit pacifica pro peste fuganda,& exauditus est.Item Onias obtulit salutarem hostiam pro vita temporali Heliodori,& obtinuit 2.*Machab.*3 Quocirca secundùm Augustin. *lib.1.contra aduers.legis Prophet.cap.*20.& secundùm Leonem *sermon.8.de passione Domini*, omnes differentiæ hostiarum veterum vna Eucharistiæ oblatione continebantur.Confert Cyrillus Hierosolymitanus *Cathechesi 5. mystagogica*, ibi *obsecramus Deum pro communi Ecclesiarum pace, pro tranquillitate Mundi,pro Regibus,pro militibus, pro sociis, pro ægrotis,& afflictis,& in summa pro omnibus,qui egent auxilio.*

Vnde ostenditur hoc sacrificium per modum impetrationis prodesse ad quæuis beneficia mediatè,vel immediatè impetranda, quæ aliqua ratione pertinent ad salutem animæ promouendam; probatur, quia orationes ad hæc impetranda habent vim,estque sacrificium Missæ efficacissimum genus orationis institutum à Christo,vt per illud omnia à Deo impetremus faciliùs; ac propterea voluit nos id in sua persona offerre, consonat Concil. Trident.*sess.22.cap.2.& Canon.3.* Ægid.*quæst.83.de ritu ven.Sacramenti,art.1.dub 7.num.*114. Quinimò ex eo quòd offertur immediatè in persona Christi habet vim mirificam ex eiusdem institutione, vt iis pro quibus offertur varia à Deo impetret,idque præter omnem dignitatem,& meritum offerentis proximè.

Est item propitiatorium,vt patet ex *Lucæ 22.& Matth.26.* vbi dicitur sanguis Christi effundi,siue offerri Deo in remissionem peccatorum,quod valet idem quod propitiatorium.Item habet vim satisfaciendi pro peccatis, cùm sit actus virtutis religionis perfectissimus: proinde habet virtutem satisfaciẽdi omnem, merendi,ac impetrandi,quam habent reliqui actus virtutis, meritoriũ tamen est hoc sacrificium, quatenus iustis impetrat gratiæ incrementum, impetrando specialia Dei auxilia, quibus iustus in bonis operibus se exerceat, & vberiorem gratiam consequatur. Non tamen hi effectus existunt in omnibus sacrificiis, quia id sacrificium pro mortuis, quibus sacrificans non impetrat mortalis culpæ remissionem, extinguit tamen ex toto, vel ex parte pœnas culpis debitas à iustis,est communis ferme Doctorum, quia hoc sacrificium, sicut & sacrificium Crucis ex se est maximè satisfactorium, Azor 1. *part. instit. moral. d.lib.10.cap.20.vers. quintò quæritur*,ex D.Thoma 3. *part.quæst.79.art.5.*Coninch *d.quæst.83.art.1.dub.8. conclus.4. num.*141. Imò si offeratur pro viuis existentibus in mortali, nunquam remittitur pœna pro culpis iam remissis,Henriquez tamen *lib.9.de Missa,cap.*18.*num.*7. credit hunc effectum reuiuiscere per iustificationem peccatoris, sed hoc est incertum,vt ait Coninch *ibidem dict.dub.*8. *concl.*5. *num.*145. *vers.resp.primò, ad finem*,& negat Soarez *disp.79.sect.10.fin.*

Dubitatur tamen, an Missæ effectus sit incertus, & infinitus? Dicendum est nullo modo posse
dici hoc sacrificium habere efficaciam quasi possit 15.
actu immediatè impetrare aliquem effectum infinitum, qui tantum valeat singulis, quando pro multis offertur, ac quando pro vno, Emmanuel Saa *verb. Missa,num.* 43. Azor *instit. moral.part.*1. *lib.*10.*c* 20. *vers.secunda sententia*,quæ est veterum Theologorum communiter recepta. Nec obest dicere hoc sacrificium secundùm se,& prout à suo principali offerente offertur, esse infinitum in ratione sacrificij, atque adeò infinitum habere valorem, ratione cuius posset esse infinitè meritorium, & satisfactorium, quia de facto nulla est in eo satisfactio,nullumvè meritum,vt est opus Christi, sed sola impetratio, nam considerato Christo Domino nunc per proprium actum suæ voluntatis, & intellectus offerente, simul cùm Sacerdote actio Christi solùm ratione status personæ non potest mereri, aut satisfacere cùm iam Christus sit extra statum merendi, vel satisfaciendi pro nobis.

Quare dicendum est effectum ex opere operato,quem potest conferre hoc sacrificium,esse finitum intensiuè, quia hic effectus mensuratur non ex infinitate sacrificij, sed ex promissione Christi, & ex institutione, per quod tanquam per instrumentum eiusdem Christi applicetur nobis satisfactio sui sacrificij cruenti. Quin etiam hoc sacrificium in persona Ecclesiæ dum offertur habet effectum finitum ad impetrandum, quia valor hic

fundatur

fundatur in sanctitate Ecclesiæ, quæ est finita, igitur & valor hic est finitus, & potest crescere, & minui, quo in Ecclesia fuerint sanctiores, qui valor dici potest meliùs ex opere operantis, vt vult Soar. *tom. 3. disp. 79. sect. 12.* quamuis ex opere operato, & respectu Sacerdotis, vel cuiuscunque alterius offerentis priuati est hic valor finitus intensiuè, vt est ex opere operantis, tum quoad meritum, tum quoad satisfactionem, non enim Sacerdos meretur nisi vnum, aut alterum gradum gratiæ, nec delet nisi certam pœnam, & finitam, Azor *d. lib. 10. cap. 25. quæst. 1. vers. altera est*, eo quia quod finitum est, si diuidatur in multos, minus in singulis est, quàm si in vnum tantummodo conferretur.

Quare Missa pro pluribus oblata quatenus est satisfactoria, minus prodest singulis, siue ipsi quoque offerant, siue non, Azor *suprà cap. 21. in principio.* Similiter Missa, vt est impetratoria pro pluribus oblata, minus prodest singulis, quam si pro vno offeratur, Azor *suprà littera C.* Coninch *dist. quæst. 83. art. 1. dubio* 10. post Syluestrum *verb. Missa*, vbi tamen addit hoc Sacrificium pro multis oblatum tantum prodesse singulis, quantum si pro vno offerretur, quando scilicet per se mouerunt Sacerdotem ad celebrãdum; nam tunc singuli offerunt, & ex consequenti tot sunt oblationes, quot sunt illi pro quibus offertur. Nihilominus quamuis hoc sacrificium habeat in se absolutè dignitatem infinitam, & quasi infinitam virtutem, semper tamen habet effectum determinatum, & minus valet singulis oblatum pro pluribus, quàm pro paucioribus, ita D. Thomas *in 4. dist. 45. quæst. 2. art. 5. quæstiuncul. 2. ad* 2. Coninch *d. dub. 20. vers. quarta sententia.*

16. Quid de fructu Missæ quotuplex sit, & an æqualiter participetur, ab iis pro quibus offertur sacrificium? Triplicem esse fructum respondetur, generalem scilicet, specialem, & specialissimum. Generalis est, quem vult Ecclesia, vt Sacerdos dum celebrat applicet Romano Pontifici, Catholicis Principibus, tam sæcularibus, quàm Ecclesiasticis, & cæteris Ecclesiæ fidelibus, quem fructum Sacerdos iure non potest non applicare eisdem, quibus vult Ecclesia, vt applicetur. Specialis fructus, seu medius est ille, quem Sacerdos applicat illis pro quibus sacrificat, & pro quibus offert. Specialissimus fructus est is, quem participat Sacerdos, & sibi reseruat, dum sacrificat, & hunc fructum alteri applicare non cogitur Sacerdos. Vnde Sacerdos pro se sacrificans applicat sibi illum specialem, & specialissimum Missæ valorem. Contrà verò quando sacrificat pro alio tribuente stipem, seu gratis, applicat illam portionem specialem pro illo; & sibi retinet portionem specialissimam illam satisfactionis, quæ Sacerdoti semper debita est, Henriquez *lib. 9. de Missa, cap. 18 num. 3. & cap. 21. num. 7.* quam potest alteri applicare, & priuare se gradu illo specialissimo, quidquid alij negent, Natarr. *de oratione not. 20. num. 55.* & alij quos refert, ac sequitur Henriq. *d. §. 7. in commento litt. P.*

Est autem finitus gradus satisfactionis ex operato, etiam dum Sacerdos sponte offert totam Missam, & specialiter pro aliquo iusto, quia quamuis valor sit infinitus, quando attenditur victima, quæ offertur Deo, quæ infiniti est valoris: tamen, quia consideratur modus offerendi, & actio quædam Sacerdotis, & applicatio sacrificij, valor est finitus, & oblatio est ab homine. Graffis *dec. lib. 2. cap. 45. num. 6.* Henriquez *d. c. 18. num. 5.* Impeditur verò satisfactionis effectus, si Missa offeratur pro peccatore, aut pro non indigente, Henriquez *suprà.* Quòd si Sacerdos dum offert, est nominatim denunciatus, & non toleratus, confert aliis, pro quibus offert illum fructum ex operato, cùm habeat potestatem ad verè consecrandum, D. Thom. *quæst. 82. art. 7. & quæst. 83.* & alij relati ab Henriq. *cap. 18. §. 6. & in commento littera K.* Quin imò Sacerdos pro se ipso in peccatis perseuerante, aut pro alio peccatore celebrans non inutiliter Missam offert, sed prodest ad quendam fructum impetrandum. Non tamen illi statim applicatur satisfactio, sed reseruatur in acceptatione diuina, tanquam opus Christi, vt eidem reuiuiscat per pœnitentiam, sicut reuiuiscit satisfactio, quæ respondet pœnitentiæ iniunctæ, quam pœnitens impleuit in mortali, Henriquez *lib. 1. de pœnit. c. 17. §. 2. & lib. 2. cap. 20. §. 7. & lib. 9. de Missa, cap. 18. §. 7. & in commento littera V, & X.* sed de hoc suprà *in hoc §. n. 14. ad finem.*

Denique effectus generalis Missæ sunt satisfactio pro viuis, & defunctis ex operato, & ob id vocatur Sacrificium satisfactorium pro pœna temporali, & pro culpa propitiatorium: dicitur item sacrificium impetratorium nedum pro remissione pœnæ, aut culpæ, sed pro bonis futuris saluti conducentibus: impetrat enim bona, & auxilia temporalia, & dona contritionis, per quæ impius dispositus iustificatur; insuper Sacerdos, vti Minister Ecclesiæ nomine illius offert orationes, quæ magnam vim habent impetrandi in hoc sacrificio, & vt est impetratorium, conseruat gratiam, & perseuerantiam, dum impetrat ne tentatus calat, ne victus iaceat, sed resurgat, Henriquez *lib. 9. de Missa, cap. 13. per totum.* Iuuat Concil. Trident. *sess. 22. cap. 2.* ibi, *huius sacrifici oblatione placatus Dominus gratiam, & donum pœnitentiæ concedens crimina, & peccata etiam ingentia dimittit*, quod priùs dixit D. Thomas *in 4. dist. 12. quæst. 2. art. 2. quæstiuncula 2. ad 4* his verbis: Sacrificium scilicet hoc iustificat eos, pro quibus offertur, nō vt causam proximam, sed donum contritionis impetrando. Per quæ verba Sacrificium Missæ distinguitur à Sacramento, eo quia Sacramentum per modum naturæ proximè, & immediatè gratiam diuinam confert rectè dispositis. Sacrificium autem proximè, & immediatè pœnitentiæ donum iis pro quibus offertur impetrat donum pœnitentiæ de congruo, & mediante hoc dono pœnitentiæ confert primam gratiam iustificantem, & peccatorum remissionem, non per modum naturæ, vt Sacramentum, sed per modum impetrationis, Sotus *in 4. dist. 13. quæst. 2. tit. 1.* & Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 10. cap. 20. q. 2. §. postremò quod sacrificio.* Coninch *d. quæst. 83. art. 1. dub. 8. n. 131. conclus. 5. fol. 319. col. 1.*

Quæres quot sint offerentes in oblatione, quæ formaliùs pertinet ad sacrificium? Certum est Sacrificium Missæ, vt dictum est, à tribus offerri à Christo, ab Ecclesia, à Ministro, non tamen eodem modo. Nam Christus offert, vt principalis Sacerdos, & offert per Sacerdotem, vt per suum proprium ministrum: Ecclesia autem non offert, vt Sacerdos per ministrum; sed vt populus per Sacerdotem. Quare Christus per inferiorem, & Ecclesia per superiorem offert. Sacerdos namque vt est talis, maior est omni populo, & tanquam mediator pro populo apud Deum intercessor existit, nec est propriè minister Ecclesiæ in ea re, sed Christi Domini principalis mediatoris: & oblatio est præcipua pars sacrificij, etiam si ad sacrificij substantiam, 17.

substantiam, & ad fructum spectent tres partes, consecratio scilicet materiæ, oblatio, & consumptio Sacerdotis, oblatio facta per Sacerdotem est præcipua pars sacrificij, ex D. Paul. ad Hebræos 7. & 10 & ideo in consecratione Sacerdotis dicitur, *Accipe potestatem offerendi*, & ex Concil. Trident. *sess. 23. cap.* 1. ex quibus tota essentia sacrificij sita est in oblatione, & consecratio est quædam præparatio antecedens ipsam oblationem. Henriquez *lib. 9 de Missa, cap.* 1. *fol.* 749. *& cap.* 9. *fol.* 765. &
18. Sacerdos rite ordinatus solus hoc sacrificium offerre pnicst, vt proximus minister, Soarez *tom.* 3. *in* 3. *part. quæst.* 77. *sect.* 2. *vers. dicendum est ergo*, ita vt si alius id facere tentet, nihil operetur, quæ assertio est de fide, ex Conc. Niceno *cap.* 14. vbi negatur Diacono potestas offerendi hoc sacrificium; ergo multo fortiùs negabitur hæc potestas omnibus inferioribus. Idem vult Concil. Trident. *sess.* 22. *cap.* 1. dicens Christum in nocte Cœnæ Apostolis, quos tunc noui Testamenti Sacerdotes constituebat, eorúmque in Sacerdotis successoribus, vt offerrent præcepisse per hæc verba: *Hoc facite in meam commemorationem*. Ex ea ratione, quia determinatum sacrificium, requirit determinatum Sacerdotem.

Hoc non tollit fideles posse esse offerentes in hoc sacrificio. D. Thomas suprà *quæst.* 81. *art.* 6. *&* 7. *ad* 3. fauet Leo Papa *Epistola* 81. *c.* 2. dum ait plures Missas esse dicendas iuxta populi multitudinem, *Ne*, inquit, *aliqua pars populi sacrificium offerre non possit*. Per quæ verba ostendit Missæ interessentes simul cum Sacerdote offerre. Accedit Canon Missæ, *& omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est, & nota deuotio, pro quibus tibi offerimus*. quasi dicat non solùm offerũt Sacerdotes, sed & vniuersi fideles; quæ est expositio communis.

19. Ambigi potest, an priuati offerentes possint aliis applicare fructum sibi ex opere operato respondẽtem: Sacerdotem suprà *n.* 16. diximus posse applicare satisfactionem alteri, quæ sibi respondet ex operato, etiamsi sit excommunicatus ille, qui applicat, quia in hoc agit vt priuata persona, sequitur Sotus *In* 4. *dist.* 13. *q.* 2. *art.* 2. nihilominus Sacerdos in triplici portione semper se habet tanquam minister Ecclesiæ, & ideo non potest aliquid ex opere operato applicare excommunicatis. Quare priuati offerentes, quamuis secundùm aliquos nequeãt applicare eam partem satisfactionis, quæ illis respondet ex opere operato, probabilius est posse ab illis applicari, sicut & Sacerdos tanquam priuata persona potest, Nauarr. *de oratione not.* 20. *num.* 51. & alij, quibus accedit Henriquez *d. c.* 21.
20. §. 7. *in commento, littera P.* Item quilibet offerens etiam non Sacerdos potest pro alio sacrificium offerre, eo modo quo ad ipsum spectat, & ab ipso offerri potest. Vnde potest pro alio orare, & impetrare, & propter hunc finem potest exercere opera pietatis, & offerre sacrificium impetratorium: ergo multu fortius Sacerdos poterit pro aliis offerre, D. Thomas *q.* 79. *supra art.* 5. *&* 7. in quo sensu explicat verba formæ sanguinis, qui pro vobis, hoc est, sumentibus, & pro multis effundetur; id est, pro aliis pro quibus offerri potest ex D. Paulo ad Hebræos 5. Sacerdos pro hominibus constituitur, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis, non tantùm suis, sed etiam populi.

Confirmatur ex traditis à Suario *tom.* 3. *disp.* 78. *sect.* 1. vbi ait Sacerdotem posse non solùm pro se, sed pro aliis orare, & ad hunc finem orationem suam referre, vt illis impetret; & similiter posse fructum satisfactionis eius alteri applicare, quia pro alio potest quis non Sacerdos satisfacere: ergo multo magis Sacerdos. Qui etiam ex opere operantis per hoc sacrificium potest sibi mereri, & impetrare, ac satisfacere, vt est communis, maximè, quia est satisfactorium, & quamuis Sacerdos dum sacrificat habeat satisfactionem ex opere operato pro pœna temporali relicta ex peccatis demissis; non tamen semper remittitur tota pœna per effectum ex operato: vnde potest huiusmodi sacrificium multum iuuare per modum impetrationis ad remissionem pœnæ relictæ, quæ magis vel minus remittetur secundùm maiorem, vel minorem feruorem, gratiam, & deuotionem offerentis. Nam hic effectus impetratorius à maiori, vel minori sanctitate personæ pendet, D. Thomas 3. *part. q.* 79. *art.* 5. & Soar. *tom.* 3. *disp.* 79. *sect.* 6. *§. sed contra, & §. dico secundò*, eo quia hoc sacrificium impetrat auxilium gratiæ ad efficiendos actus, quibus culpa remittitur, multo magis impetrabit ad satisfaciendum pro pœnis adiuncta speciali petitiooe, & intentione offerentis.

An sacrificium Missæ possit offerri pro catechumenis, pro infidelibus, & pro excommunicatis 21.
maiori excommunicatione affectis? Pro catechumenis, qui dicuntur competentes, qui ita dicuntur, quia petunt Baptismum, posse offerri sacrificium Missæ, si decedaot ante Baptismum; & per illos non stetit, Henriquez *lib.* 9. *de Missa, c.* 15. *n.* 5. *littera H. & I.* post Turrian. *super Clement. de constit. Apostol. lib.* 2. *cap.* 20. *& lib.* 8. *cap.* 9. & gloss. magn. *in cap.* 1. 30. *quæst.* 1. & his catechumenis defunctis applicantur indulgentiæ, Nauarr. *de indulgent. notab.* 31. Fr. Manuel *in explicatione Bullæ*, §. 14. *num.* 6. Secus pro catechumenis incompetentibus, qui dicuntur illi, qui audiunt conciones, & volunt esse Christiani, sed nondum petunt Baptismum ob culpam suam, & in illa mortui sunt, & pro illis offerri Missas prohibet Ecclesia, sicut prohibet offerre pro Christianis morientibus in publico, & notorio peccato sine signis pœnitẽtiæ.

Quin imò etiam pro catechumenis competentibus negat Bellarminus *lib.* 2. *de Purgatorio, cap.* 18. *ad* 3. licitum esse pro iis offerre, ex eo fundamento, quia Missæ sacrificium publicum est suffragium institutum à publica authoritate Ecclesiæ, & primò institutum à Christo Domino pro communitate totius societatis fidelium, qui per Baptismum Ecclesiam sunt ingressi: catechumeni autem ante Baptismum nondum Ecclesiam intrarunt, nec sub gremio illius continentur. Nihilominus probabilius est pro catechumenis competentibus posse sacrificium Missæ offerri post illorum mortem, & pro illis adhuc viuentibus, & pro conuersione incompetentium, & cæterorum infidelium, Bellarm. *lib.* 2. *de Missa, c.* 6. *§. inde certum est*, & Henriquez *lib.* 9. *de Missa, cap.* 15. *num.* 5. P. Fagundez *in* 1. *precepto, lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 30.

Pro excommunicatis maiori excommunicatione affectis licitè potest offerri sacrificium Missæ, quandiu non sunt nominatim denunciati, vel non sunt notoriè clerici percussores, licitáque est omnibus tam in diuinis, quàm in humanis communicatio post Extrauagantem Martini Quinti, ita Victoria *in summa de excommunicatione*, *n.* 339. Sot. *in* 4. *dist.* 1. *q.* 5. *art.* 6. *pag.* 106. Gutier. *lib.* 1. *Canon. c.* 1. *num.* 13. *in fine, versu, ex qua diluitur, fol.* 14. *col.* 2. Tolet. *lib.* 2. *summa, c.* 12. *n.* 2. Soar. *de censur. disp.* 11. *sect.* 4. *num.* 5. Sanchez *lib.* 7. *de matrimonio, disput.* 9. *n.* 8. Secus de excommunicatis iam denunciatis, aut notoriis

notoriis clerici percussoribus, pro quibus non est licitum Missas, nec publicas orationes pro illis offerri directè, quæ nomine totius Ecclesiæ, & à publico ministro Ecclesiæ Sacerdotes fiunt. Hi namque nominatim denunciati priuantur communibus Ecclesiæ suffragiis, quæ à ministro publico Ecclesiæ fiunt nomine, & persona ipsius Ecclesiæ, ita vt talis non potest Sacerdos pro illis applicare Missæ Sacrificium, D. Thomas *in 4. dist. 18. quæst. 2. art. 1. & 2. & dist. 39. quæst. vnica, art. 1.* Syluester *verb. excommunicatio 1. §. 2.* Nauarr. *in manuali, c. 27. num. 18. & 36. & lib. de oratione, & hor. cano. notab. 13. 14. 20. 21.* & Tolet *lib. 1. summæ, cap. 12. n. 2.*

22. An verò possit offerri Missa pro hæreticis indirectè? Bellarm. *lib. 2. de Missa, cap. 6. pag. 855. vers. rursus aliquis,* ait tutè posse Sacerdotem offerre sacrificium pro augmento, vnitate, & pace illius Ecclesiæ, quæ est inter hæreticos, & hoc modo non potest in illis locis augeri, & vniri, & pacificari Ecclesia, nisi infideles conuertantur, & hæretici resipiscant, non tamen potest Missæ Sacrificium offerri pro illis directè, & expressè, quod intellige quando hæretici sunt nominatim denunciati propter hæresim, quia cùm adhuc sint ab Ecclesia tolerati, pro illis possunt offerri, & applicari Missæ, orationes, & cætera Ecclesiæ suffragia. Erit tamen mortale sacrificare pro excommunicatis denunciatis, & orare pro illis in orationibus publicis Ecclesiæ, quia fuit contra Ecclesiæ præceptum, vt habetur *in cap. à nobis 2. de sentent. excommunic. & cap. sacris, eodem titulo, & in Extrauagante, Ad euitanda scandala,* Henriquez *lib. 9. de Missa, cap. 15. §. 3. littera P.* Nauarr. *in manuali, cap. 27. num. 36. ad 5.* Vnde orationes priuatas pro excommunicato ad Deum dirigere licitum est, docet Mat. Alter. *de censi. tom. 1. lib. 1. disp. 5. c. 9.*

Vnde nonnulli colligunt secundùm veriorem licitum esse Sacerdoti in *Memento Missæ* orare pro excommunicato denunciato, quia illud videtur esse oratio priuatim facta, & conceditur Sacerdori illud tempus, vt oret pro quibus velit, ita Hostiensis *in summa, lib. 5. tit. de sentent. excommun. num. 17. vers. sed nunquid,* per hæc verba: *Si in Memento recogites de aliquo amico tuo excommunicato, & ores, vt Deus infundat sibi gratiam, ita quòd conuertatur, non reprobo, nec propter hoc dicam te excommunicato participare, sed opus charitatis exercere: & voluntatem Dei facere, qui neminem vult perire,* sequitur Astensis *2. part. lib. 7. tit. 9. quæst. 3.* Nauarr. *de oratione & hor. Canon. cap. 18. num. 73.* Henriquez *lib. 13. de censur. cap. 12. §. 3.* Soar. *de Sacrament. disp. 78. sect. 2. in fine,* ex ea ratione, quia Sacerdos tunc non vt minister Ecclesiæ, sed vt priuatus orat.

Obiicies, Ecclesiam in officio Missæ feriæ sextæ Hebdomadæ sanctæ pro hæreticis orare expressè? Omissis hinc inde solutionibus respondetur in die Parasceues ipsam Ecclesiam esse, quæ orat pro hæreticis, quæ pro illis alio tempore prohibet Missam, & orationes publicas offerri, & en die prohibitionem illam suspendere, quod facere potest pro sua authoritate, ita Sotus *in 4. dist. 11. quæst. 2. art. 7. ad 2. & 4. dist. 22. q. 1. art. 1. dub. 1. vers. quomodo autem,* & Hugolin. *de censur. tab. 2. cap. 9. §. 2. num. 2.* Voluit autem Ecclesia eo die pro hæreticis, & paganis orare, quia eo die repræsentatur ab Ecclesia Passio Christi Domini, & memoria mortis eius, prout erat in se, in qua Passione Christus pro inimicis suis orauit, & pro omnibus mortuus est: proinde Ecclesia, vt sponsum suum imitaretur, & vt ad omnes meritum Passionis eius significaret pertinere, ex sua parte pro hæreticis, & pro aliis infidelibus orari voluit à suis ministris.

Adde, quamuis Ecclesia eo die pro Paganis, Iudæis, & hæreticis oret, non tamen facere mentionem excommunicatorum, sub ipsomet excommunicationis nomine, aut quia, vt vult Sotus *4. dist. 22. quæst. 1. art. 1. dub. 1. vers. vers. quomodo autem,* excommunicatos illa hora vt oret pro illis ab excommunicatione absoluere censetur, aut vt hoc modo ostendat quantum excommunicati sint odiosi, quos nec nominandos esse à fidelibus voluit.

Hinc quæret aliquis, an pro Turcis, Sarracenis, & aliis infidelibus fas sit Sacrificium Missæ directè offerre, & applicare, vt conuertantur? Negat Sotus *9. de iustitia, quæst. 2. art. 2. ad 3.* dicens errare, qui Capellaniam instituit cum onere offerendi Missas pro infidelibus, quia est illicitum Sacrificium Missæ offerre pro illis, & applicare eisdem fructus Missæ, qui est satisfactio pro pœnis temporalibus peccatis debitis, ex eo, quia in Canone Missæ non oratur, nec offertur nisi pro omnibus fidelibus viuis, & defunctis, & pro omnibus orthodoxis Catholicæ fidei cultoribus, qui sunt membra Christi. Quod puto verum, quia Missæ Sacrificium non est licitum offerre pro huiusmodi infidelibus, quatenus est satisfactorium: non enim remittuntur pœnæ peccatorum impiis in sua impietate perseuerantibus: nec item licitum est pro illis Missæ Sacrificium offerre, vt assequantur huius vitæ bona terrena, & temporalia, quod est idem quatenus sacrificium est impetratorium bonorum temporalium. Quinimo Ecclesia instituit in Missa communes preces, & suffragia, quibus Deum orat, vt hæretici, pagani, & infideles humilientur, & eorum potentia dextera Altissimi conteratur. Quare pro eis Missas offerre licitum erit, vt conuertantur, prout est sacrificium impetratorium conuersionis ad fidem Catholicam, & impetratorium bonorum supernaturalium, ita Bellarminus *lib. 2. de Missa, cap 6 § rursus aliquis petet,* Ledesma *2. part. 4. q. 13. art. 1.* & Nauarr. *tract. de orat. & de horis Canon. cap. 19. & 73.* modò nihil addatur ad Missam ex propria authoritate. Probatur ex consuetudine aliquarum Religionum, in quibus ex præcepto superiorum applicantur Missæ pro conuersione infidelium, & incremento fidei Catholicæ, & pro reductione hæreticorum in partibus Septentrionalibus, vbi quamplurimi sunt hæretici, & Reges nominatim denunciati, & in Liturgia D. Iacobi fit expressa oratio pro extirpatione hæresum, & D. Chrysost. & Basilius similiter in suis Liturgiis orant pro toto Orbe terrarum, & in specie pro errantibus, vt reducantur ab errore. Ideo licitum esse sacrificium offerre directè pro reductione hæreticorum, & pro conuersione existentium extra Ecclesiam, docent Alanus *lib. 2. de Eucharistia, cap. 31.* Sebast. *de Sacrificio Missæ, cap 23.* Henriquez *lib. 9. de Missa, cap. 15. num. 6. & in comment. littera K.* qui omnes concordant cum Bellarmino *d. lib 2. cap. 6. vers de iis, qui viuunt, & extra Ecclesiam sunt.*

Nec obstat Augustinus *lib. 1. de origine animæ, cap 9.* his verbis, Qui offerat sacrificium corporis Christi nisi pro iis, qui sunt membra Christi? Cui respondet D. Thomas *in 4. dist. 12. quæst. 2. art. 1. quæstiunc. 2. ad 4.* id esse intelligendum de iis, qui sunt membra Christi, actu, vel potentia: tunc enim sacrificium corporis Christi offertur pro aliquibus, vt fiant membra Christi, & de ouili Christi.

Item

item responderi potest Augustinum suprà fuisse loquutum de defunctis, ideo dixisse non posse absolutè sacrificium Missæ offerri pro defunctis, nisi sint membra Christi.

Nihilominus tutissimum esse ait Bellarminus *vbi proximè*, quòd alij faciunt qui intentionẽ suam ita dirigunt, vt directè sacrificium Missæ offerant pro augmento, vnitate, & pace totius Ecclesiæ in communi, & pro amplificatione illius inter hæreticos, & Ethnicos, eo quòd non potest augeri, neque amplificari per ea loca Ecclesia nisi hæretici, & infideles conuertantur: quo modo hodie pro Anglia, & pro aliis Prouinciis hæresi infectis offertur hoc sacrificium iuxta intentionem Ecclesiæ dicẽtis pro omnibus Orthodoxis, pro Ecclesia tua sancta Catholica, quã pacificare, custodire, & adunare digneris toto Orbe terrarum, & in consecratione sanguinis, ibi, *qui pro vobis*, hoc est, fidelibus, *& pro multis*, hoc est, pro multitudine infidelium, *effertur*, vt exponit D.Thom *q.78.art.3.ad* 8. Iuuat oblatio calicis, ibi, *Tuam deprecantes clementiam, vt in conspectu diuinæ maiestatis tuæ pro nostra, & totius mundi salute cum odore suauitatis ascendat, Amen.* In qua includuntur etiam infideles pro quibus etiam oramus, Bellarminus *d.cap.6.vers. de iis.*

23. Quæ vestimenta deputauit Ecclesia, vt Sacerdotes iis vterẽtur in hoc sacrificio, & an debeant esse benedicta? Quo ad primum, sex sunt sacræ vestes, Amictus scilicet, alba, stola, manipulus, zona, & casula, & necesse est vt huiusmodi vestes & singulæ sint benedictæ, Suar. *tom.3.in 3. part. disp.*82. *sect.*3. §.2. Henriq. *lib.9.de Missa, c.26.n.4.litt.O.* & Sot. *in 4.dist.*13. *q.*2. vt constat ex benedictionibus deputatis in ceremoniali Romano ad hanc rem destinatis. Vnde si Sacerdos celebret indutus aliqua veste non benedicta, peccat mortaliter, si ex crassa ignorantia, secus si ex obliuione, vel leui culpa, Graffis *decis.lib.2.c.41.num.*4. Potest item Sacerdos loco zonæ, seu cinguli, vti stola, & loco stolæ manipulo, si oblongus sit, vt supplere possit vicem stolæ, ita Palud. *in 4.dist.*13.*q.*2. *col.*5. Syluest. *verb. benedictio, n.6.in fine, & n.7.in princip.* Nauar. *in manuali, cap.*25. *num.*84. & Suar. *tom.* 3. *in* 3. *partem, disp.*82. *sect.*2.§. *tertiò obseruandum.*

Vti autem cingulo non benedicto esse tantùm veniale docet Henriq. *lib.9.de Missa, c.29. n.5. litt. A.& B.* post Syluest. *verb. Missa,* 1.*n.*2. & Palud. *in 4.dist.*13.*q.2.art.5.* ex paruitate materiæ. Item, quia in aliquibus locis cingulum benedici non solet, vt testatur Syluest. *supra.* Attamen esse mortale celebrare sine cingulo benedicto, tradit Nauarr. *in manuali, d.c.*25. *n.*84. dicens contrarium non esse tutum, Suar. *supra disp.*82. *sect.*3.§.2. & deducitur ex Pontificali, & Missali Romano, vbi reperitur benedictio pro cingulo, & manipulo: cùm ergo sacrificare sine manipulo benedicto est mortale, similiter erit sacrificare sine cingulo. Non tamen erit mortale celebrare cum cingulo fracto, si altera pars cinguli tanta superfit; vt sufficiat ad honestè cingendum; & multo minus erit, si antequam ex toto frangatur, modo aliquo roboretur fulciatúrque, ita docet Palud. *in 4.dist.*13.*q.2. art.*5. Nauarr. *cap.*25.*num.*84.& Syluest. *verb. benedictio, num.*7.

24. Quæ singularum vestium significationes per ordinem ad Sacerdotem, & ad Christum Dominum? Amictus per ordinem ad Sacerdotem significat fiduciam, seu spem, qua Sacerdos debet accedere ad sacrificandum Deo, & offerendum tantum sacrificium: proinde dum imponit amictum, orat his verbis: *Impone Domine capiti meo galeam salutis, ad expugnandos diabolicos incursus.* Nam galea salutis metaphoricè spem significat, secundùm illud Pauli 1.*ad Corinth. & ad Thessalon.*5. *Induti loricam fidei, & charitatis, & galeam spem salutis.* Si verò ad mores, fatetur Christi Sacerdos capitis membrum esse, quem proprio cerebro, in quo sensus omnes vigent, imponens profitetur, hæc omnia sensibilia, & caduca pro spe æternorum, & descendit amictus super humeros, per quem descensum docemur omnes ferre onus Domini. Porrò si ad passionem Christi mens dirigatur, amictus significat velum illud, quod perfidi Iudæi *Matth.*26. faciem Christi velabant, dicentes, *Prophetiza nobis Christe, quis est, qui te percussit.*

Alba munditiam cordis designat, atque etiam totam hominis iustitiam; & ideo dum illam Sacerdos induit, sic orat: *Dealba me Domine, & munda cor meum, vt in sanguine agni dealbatus gaudiis perfruar sempiternis.* Alba sicut, & amictus, vestis linea est candida, & munda, quæ latinè talaris dicitur, eo quòd ad talos vsque descendit, & debent esse ex lino, seu bysso. Tolet. *in summa lib.2.c.2.* §. *Alba vestis*, idem Graffis *decis.lib.2.c.*41. Sotus *in 4.dist.*13. *q.2.art.*4. concordat. Quare non potest esse lanea, aut pellicea, sed linea, quæ morum floriditatem, & gloriæ candorem repræsentat, quod ex coniecturis tenet Soar. *tom.3.in 3.part.disp.*82. *sect.2.fol.* 1207. §. *secundò est obseruandum.* Si ad passionem spectes, alba est memoria illius, qua Christus, velut insensatus ab Herode illusus remissus est ad Pilatum.

Zona, seu cingulũ, si ad passionis memoriam dirigatur, significat ligamen, quo Christus Dominus fuit in horto religatus. Si mores cõsideres, castitatem, & continentiam sacrificãtibus valde pernecessariã ostendit. *Præcinge*, inquit, *me Domine cingulo puritatis, & extingue in lumbis meis humorẽ libidinis, vt maneat in me virtus continẽtiæ, & castitatis.* Proinde in capite Sacerdos coronã gerit, quæ est signum Regni, & perfectionis, cùm sit circularis, carẽs angulo, quia vbi angulus est, ibi sordes inueniuntur; quocirca cùm alios mũdare debeat, sic ipsum quoque continentia, & castitate præcingere tenetur.

Manipulus post hæc à læua, seu brachio sinistro pendens significet secundum ligamen, quo Dominus colũnæ fuit alligatus. In moribus manipulus in eo brachij positus vicinus cordij amorẽ intimũ cõmemorat, quo Christus pertulit cruenta flagella pro nobis, vt nos pro illo aspera huius mundi cum exultatione tormẽta recipiamus: ideo Sacerdos dũ manipulũ induit, inquit, *merear Domine portare manipulũ fletus, & doloris, vt cum exultatione recipiã mercedem laboris.* His quatuor insignibus nõ solùm Sacerdos, sed etiã Diaconus, & subdiaconus induũtur.

Stola ab antiquissimis Patribus Orarium dicitur; vinculum tertium repræsentat, quo Dominus Crucem baiulãs fuit collo ligatus. In moribus verò nostram obediẽtiam erga Dominum indicat, cuius iugo quasi loro colligati ceruicem submittimus ad portandum Crucem Domini, eiúsque vestigia sequendum. Vnde in Conc. Braccarẽsi III. *Can.*1. dicitur, *Sacerdos vtroque humero orario ambiri significat suaue iugum Christi Domini.* Quare quãdo Sacerdos ordinatur, dũ illi orariũ imponitur humeris, sic dicitur: Accipe iugũ Domini, & Sacerdos illud dum collo apponit appensũ, sic orat: Redde mihi Domine stolam immortalitatis, quã perdidi in præuaricatione primi parẽtis, &c. Plicatur stola è collo pendens supra pectus Sacerdotis in modũ Crucis, quo vtique signo Sacerdos, & à dextris, & à sinistris, prosperis, & aduersis circuncinctus sẽper idẽ in suo officio

officio ostenditur, Graffis *d.c.41.num.2.*& Suarios *tom.3.in 3.p.disp.* 81. *sect.2. fol.mihi* 1085.& 1086.

Vltimum indumentum est casula, seu planeta, & hæc ab vtroque latere incisa est designans tunicam inconsutilem, qua exutus Dominus Cruci fuit affixus. In moribus designat charitatem Christi, quæ ipsum ad Crucem perduxit, & in nobis multitudinem peccatorum operit, Soarez *d.sect.* 2. *vbi proximè, §.vltimum indumentum,& 8.secundò dico*, Gabriel. *lectione* 11. *in canone Missæ*, & Durandus *in rationali offic.lib.2.cap.*3. & alij.

25. Vtrùm verò Sacerdos peccet sacrificàndo sine vestibus deputatis? Respondetur supradicta vestimenta secundùm omnes ad celebrandom esse omnino necessaria necessitate præcepti Ecclesiastici, & ex consequenti esse mortale facere sacrum sine aliqua ex illis quinque, Syluester *verb.Missa* 1.*n.*2. Sotus *in* 4.*dist.*13. Nauar.*in manuali, c.*25.*n.*84. Paludan.*in* 4.*dist.*13.*q.*2.*col.*5.& Soar.*d. disp.*82. *sect.*3. *§.in hac re pauca*, & alij, qoibus accedit Graffis *suprà num.* 4. ex Concilio Braccarensi tertio *cap.* 3. vbi præcipitur Sacerdoti vti stola sub pœna excommunicationis, dum operatur sacris: ex quo astruitur argumentum ad cætera vestimenta induenda. Vnde peccat mortaliter, qui celebrat scienter sine aliqoo ex iis vestimentis, verbi gratia, sine amictu, sine alba, sine manipulo, sine planeta, vel stola sacra, aut cum illis, vel illarum aliqua, sed non benedicta, quod ostenditur à paritate rationis de his vestibus sacris, atque de aliis ornamentis Altaris, sine quibus celebrare, aut sine aliquo ex illis est mortale, puta sine ara sacra, sine corporali lineo, & benedicto, sine calice, & patena, sine palla consecratis, sine Missali, & sine lumine, vt docent Syluester *verb. Missa* 1.*num.*2. Angel. *eodem verbo*, §.36. Sotus *lib.* 1. *de iust.quest.*6.*art.*4. Nauar.*d. c.*25. *num.*83. & Soar.*tom.*3.*disp.*81. *sect.* 1. §. *in* 3.*p.& sect.*6.*§.secundò præter illas, & §. tertiò queritur*. ergo multo fortius erit mortale offerre sacrificium Missæ sine aliqua ex his quinque vestibus.

Excusabitur tamen à mortali, si quis celebret secluso fidei contemptu sine aliqua istarum vestium benedicta, vel cum alia non benedicta, ad vitandum periculum mortis, quia præcepta Ecclesiastica, cùm sint de iure humano, non obligant cum tanto periculo, vt ait Syluest. *verb.excommunicatio.* 5.*n.*23.*§ decimumquartum*, Nauar. *in cap.inter verba,n.*51.*fol.*27. Medina 1.2.*q.*96.*art.*4. Henriq. *lib.*9.*de Missa,c.*26.*n.*4.*litt.O.& c.*29.*n.*3.*in fine, littera C* Quare minus bene Caietan. 1.2.*q.*96.*art.*4. asserit periculum mortis non excusare à culpa mortali sacrificantem absque fidei contemptu sine stola, manipulóve non benedicto, quia re vera excusat metus iustus, seu periculum mortis ab obseruatione præcepti humani: secos si cum fidei contemptu; tunc potiùs mille mortes tenetur pati, quàm ita celebrare, vt notum est.

Eodem modo non excusabitur à mortali, qui propter mortis periculum vitandum celebrauerit omnibus vestimentis sacris exutus, aut cum omnibus, sed non benedictis, Nauar.*d cap.*15. Henriq. *lib.*9.*de Missa, cap.*29.*num.*5.*& in comment l.*6. Suar. *suprà disp.*82. *sect.*3.*§. secundò dicendum est*, vbi vult necessarium esse ex præcepto, vt hæ vestes sint benedictæ. Scotus tamen *in* 4. *dist.* 13. *q.* 2. addit in quibusdam locis vsum obtinuisse, vt cingulum non benedicatur; sed hæc sententia non videtur tuta: nihilominus Saa *verb. Missa, num.*10. sic ait, *Cingulum non est necesse esse benedictum.* quod admittit Coninch *d. q.* 83. *art.* 3. *dub.*3. *vers. nollem*, quando totus populus die celebri debuisset carere sacro, nisi celebretur sine cingulo benedicto: quia in Pontificali Romano eodem modo assignatur benedictio pro cingulo, sicut pro aliis vestimentis, Soar. *vbi suprà*, subdens propter mortis periculum sine his vestibus omnibus simul celebrare esse illicitum propter scandalum necessariò sequendum, & propter magnam irreuerentiam, si dicatur Missa solis communibus, & visualibus vestimentis. Vnum autem in casu necessitatis vestimentum, vel alterum omittere ex his minoribus, vt stolam, vel cingulum viri graues excusant à mortali, sequitur P.Fagund, *præcepto* 1.*lib.*3.*c.*23. *n.*19.*ad finem*. sicut etiam Sà vult *supr.n.*12. cingulum fractum posse necti, si pars altera non sufficit, quem sequitur Coninch *quæst.* 83. *de Sacrament. art.* 3. *dub.*3. *num.*151. *fine.*

Peccat item Sacerdos celebrando sine calceis, aut sandaliis saltem venialiter ex honestate, si absit contemptus, Sà *verb. Missa, n.*15. Secus de sandaliis, quibus Episcopi vtuntur cùm sacrificant in Pontificalibus; est enim mortale sine illis sacrificare, vt videtur constare ex Pontificali Romano, & ex D.Bern. *Epist.*42. & ex Innocentio III. *in Epist. ad Patriarcham Constantinopolitanum, & ex c.peruenit dist.*93. P.Fagund. *d.lib.*3.*c.*23.*n.*21. post Suar. *d. q.*83.*disp.*82.*art.*3.*post medium*. Celebrare itē operto capite, vel pileolo, vel amictu ex causa saltē vsque ad consecrationem licet, secluso scandalo, quod tollitur de licentia Episcopi, Sà *verb. Missa n.*17. si commodè obtineri potest, quia prohibitio hæc reperitur in iure, *cap. nullus, de consec.dist.*1. vbi tam Episcopos, quàm Sacerdos, aut Diaconus ad solemnia Missarum celebranda prohibetur introire cum baculo, aut operto capite Altari Dei assistere, & qui temerè præsumpserit, commonione priuari videtur. Tamen vrgente infirmitate, aut necessitate occurrente non erit grauis culpa celebrare sine dispensatione Episcopi, quando non posset peti facilè, vt ait Syluester *verb. Missa* 1.*q.*2. §.1. & Suar. *suprà d.art.*3.*vers. respondetur*, vbi ponderat verba textus, *Qui temere præsumpserit*; proinde non præsumit, qui semel, aut iterum celebrauerit propter necessitatē sine licentia Episcopi, vel propter consolationem suam spirituale sublato scandalo. 26.

Portò ornamenta Altaris, & ornatus illius debent esse munda, quia ex præcepto diuino, ac naturali Sancta sanctè tractanda sunt, vt notat Syluest. *verb. Missa* 1.*q.*2.§.3.& Suar. *suprà disp.*83. *sect.*3.*§. secundò dubitari solet*, vbi fatetur posse peccare mortaliter, si vestes quibus sacrificatur, sint enormiter immundæ, secundùm Syluest. ipse tamen ait posse peccare venialiter vtentem vestimentis immundis, & hoc præceptum magis vrget pastores Ecclesiæ, ad quos pertinent reditus Ecclesiarum, & prouisio rerum sacrarum, quàm Sacerdotes, qui prædictis vestibus vtuntur, quique celebrant cum paramentis, quæ in Ecclesia inueniunt. Nihilominus præceptum diuinum Sancta sanctè, & reuerenter tractanda sunt, non solùm ad pastores Ecclesiæ, sed etiam ad quoscunque Sacerdotes dum celebrant, spectat, Soarez *vbi proximè*, & P.Fagundez *d c.*23. *num.*10.*vers peccatum etiam.* 27.

Quo ad reliqua ad sacrificandum necessaria dicendum est, requiri Altare lapideum, siue illud fixum sit, siue portatile. Fixum dicitor, quando totus integer superior lapis, qui mensam Altaris contegit, est consecratus. Portatile est ara illa sacra lapidea, portatilis vulgo *pedra dara*, quod est paruus lapis cótinens in se foramen cú consecratione,

&

& signo superposito tantæ latitudinis, & longitudinis,vt in ea capi possit pes calicis, & hostia saltem pro maiori parte, argum. text. *in cap. concedimus,de consecrat.dist.*1.Syluester *in verb. Altare,n.*1. Dicitur portatile, quia portatur in via, & Altare dicitur quasi alta ara. Olim propter tyrannorum persecutionem fideles vix habebant loca in quibus sacrificarent,ideo in cauernis, cryptis, & aliis locis occultis celebrabant, vbi Altaribus ligneis vtebantur,quæ de loco in locum facilè portabantur:postea decursu temporis imperante Constantino, Ecclesiáque pacem cõsequuta statutum fuit, vt Altaria essent lapidea, quamuis antiquissimum Altare ligneum,in quo Apostoli,& Pontifices sacrificare consueuerant propter reuerentiam eorum, iussu Syluestri ad id vsque tempus conseruatur,& in eo solus Põtifex certis temporibus sacrificat,significabatque Crucẽ,quæ fuit Altare, in quo Christus Dominus cruentum sacrificium obtulit, Soarez *disp* 81.*sect.*5. Graffis *lib.*2.*decis.c.*42.*n.*4.

Insuper vt sacrificetur requiritur Altare esse præparatum, & ornatum aliquibus mappis lineis, quibus superior pars Altaris operiatur: præterea requiritur palla linea, super quam immediatè extẽdatur Corporale;ita vt ante corporale;duæ pallæ, seu toballiæ saltem sint extensæ super Altare, vel vna saltem plicata, quæ duabus æquiualet. de quibus omnibus meminit *cap. Altaris palla.*Quare probabile est præter oblongam mappam,quæ totum Altare tegit,supponi duas alias pallas corporali;standũ tamen est consuetudini,quæ vult duas pallas sufficere,quamuis diligentissimi rerum diuinarum obseruatores, & longa mappa, & duabus pallis præter corporale vtãtur,Sylueſt.*verb. Missa,* 1.*q.*1.Debéntque hæc omnia esse ex materia linea.

Pallæ autem, vulgo *guardas,* supra quas immediatè extenditur corporale,non oportet quòd sint benedictæ,Syluest.*verb.benedictio,* §.5. & tam corporalia,quam pallæ debent de lino simplici,& non de serico,vel intincto esse, Iacobus Vngarel.Patauin *in additionibus,*Angel. *verb.corporalia,littera A.* idem asserit Paludan. *in* 4.*dist.*13. *q.*2. *art.* 6. ratio, quia in syndone simplici,& sudario & linteaminibus lineis Christus Dominus fuit sepultus. Palla tamen illa paruula,qua tegitur calix, iuxta Sotum *in* 4.*distinct.*13.*quæst.*2 *art.*3. parum refert,quòd sit serica,& ex alia materia ex parte superiori, dummodo pars inferior sit linea, qua tegitur sanguis, sicut etiam possitor esse reliquæ pallæ,& corporalia ex serico quo ad extremitates, non verò quoad interiorem partem, vbi ponitur corpus Domini, Rodericus *verb.Missa, cap.*146. *concl.*17. Azor denique *tom.*1. *lib.*10.*cap,*28.§. *octauò,* an corporalia possint esse ex gossipio altercat:respondétque testari Plinium *lib.*19. *c.*1. ex gossipio fieri lina xllina,quòd si ex eo fiunt lineæ vestes,hoc sufficere. Dicitur autem corporale, quia in eo reponitur, & continetur corpus Domini,quasi corporis Christi indumentum,& ideo lineum esse debet,& ab Episcopo consecratum,vt statuitur *in c.consulto,de consecr dist.*1. ex Eosebio Papa,& Syluestro Papa prohibentibus, ne sacrificium Altaris fiat in serico panno,aut tincto,sed in puro linteo ab Episcopo consecrato, his verbis: *terreno*, scilicet, lino procreato, atque contexto, sicut corpus Domini nostri IESV Christi in syndone linea munda sepultum fuit, & ideo in Missali Romano dicitur in medio serico non debere ornari: in ora tamen,seu extremitate non est prohibitum, quod auro, vel serico vestiatur.

Benedictio tandiu durat, quandiu corporalia integra manent per ruptionem,seu diuisionem desinunt esse benedicta, Syluest.*verb. corporalia, q.*2. erítque mortale sacrificare sine corporali ex consuetudine non solùm,sed etiam ex præcepto Ecclesiæ,quod est multo certius in hac sacra palla,quàm in cæteris non benedictis,in quibus,vt ait Soarez, vnam tantùm apponere,& alteram omittere, propter necessitatem fortasse non erit mortale remoto contemptu,aut scandalo.

Porrò hæc corporalia, & purificatoria, vulgo *sanguinhos*, quoad primam lotionem à Diacono debent lauari, & lotio mittitur in piscinam sacram. Quo ad secundam, & tertiam iuxta Caietanum *verb. mulieris peccata*, in fine, probabile est posse lauari licitè à fœminis,præsertim virginibus Deo sacratis,vbi est consuetudo,Soar.*tom.*3.*disp.*81. *sect.*8.*vers.quartò addendum est,* ait absque scrupulo in hoc casu posse tangi,& lauari,vel refici à fœminis;est enim rationabilis causa tangendi,vt scilicet corporalia ipsa sint mũdiora,& politiora: ad quod efficiendum fœminæ solent esse industriæ, sequitur Reginald.*tom.*2.*cap.*19.*n.*203. *fol.*121.*col.*1.

Ex quibus aliqui volunt celebrare cum corpo- 18.
ralibus valde immundis, aut cum purificatoriis si-
milibus,esse mortale,vel cum calice etiam immun-
do,*c.*2. *de custod.Euchar.*Graff.*d.c.*42.*n.*3. post Ca-
ietan *in summa,in verb. Missa,* Syluest.*in verb.vasa,*
vbi id extendit ad vestimenta ministrorum, & ad 19.
pallas Altaris. Denique ad sacrificandum requiritur,vt accendatur cerea candela, non autem ex seuo,vt aliqui putant, & dixi suprà, ex Azor. *lib.*10. *c.*28.*vers.decimoquintò quæritur,* vbi loquitur de lumine ex seuo,ex oleo autem nihil resoluit, neque ex oleo lucerna,præsertim sine necessitate;ea verò vrgente secluso scandalo. Soarez *suprà dict. sect.* 6. *col.* 1065. quamuis hoc non consulat, non damnat peccati mortalis celebrantem ex deuotione cum sola olei lucerna, quod probat Petr. de Ledesm. *in summa, p.*1. *de Eucharist.Sacrament.cap.*20. *concl.*7, vbi reiicit lumen sebaceum.

De obligationibus Diaconorum, & subdiaconorum, & de pœnis si deficiant in officio suo.

§. IX.

EPITOME.

1. *Diaconi etymologia, & ministerium.*
2. *Quale sit Diaconorum officium,& an prædicare illis competat?*
3. *Diaconus non debet ordinari, nisi castitatem profiteatur?*
4. *Ex vi sui officij an possit baptizare, & Eucharistiam dispensare?*
5. *Baptizare solenniter an aliquando possit sine pœna aliqua?*
6. *Diaconus excommunicatus an sit præferendus cæteris clericis inferioribus?*
7. *Diaconus Euangelium solenniter cantans in loco interdicto, aut assistens ibi in vestibus sacros Ordines conferenti irregularis fit.*
8. *Diaconatus an sit Sacramentũ,& quale,& an possit dispensari Diaconus ad contrahendũ matrimoniũ?*
9. *Nomine Diaconi intelligitur interdũ subdiaconus?*
10. *Diaconissa, aut presbytera an hodie sit in vsu, & cur ita dicatur?*

11 *Subdiaconatus an sit Sacramentum, & an olim fuerit Ordo sacer?*

12. *Subdiaconi quando creati sint, & qualiter ordinentur, & quale sit eorum officium?*

13. *Subdiaconi castitatem promittunt, non licet illis vxorem ducere, nisi ex dispensatione Papali.*

& à quo tempore matrimonia sint irrita. ibid.

14. *Subdiaconi an possint eligi in Episcopum?*

15. *Quomodo dicatur subdiaconus diuinis Sacramentis inseruire?*

16. *Papa an committat Sacerdoti ordinare subdiaconos?*

17. *Subdiaconus ab officio suspensus canens Epistolam sine manipulo, quas pœnas incurrat?*

18. *Subdiaconus suspensus ab officio, seu ordine, si porrigat Sacerdoti calicem præparatum etiam sine manipulo an fiat irregularis?*

19. *Quæ ætas requiratur ad subdiaconatum, & diaconatum?*

20. *Ordines minores, ac Subdiaconatum eodem die recipiens ab executione subdiaconatus suspenditur.*

21. *Ordines minores, & subdiaconatus eodem die simul ex præscripta consuetudine sine pœna aliqua recipi possunt.*

1. DIACONI etymologia ex eo deducitur, quòd Græci appellant *Diaconum*, quem Latini vocant *ministrum*, aut *famulum*, vt notat Michael de Medina *lib. 1. de continentia, cap. 13. & cap. 15.* Quin etiam *à cap. 28.* numerat octo munera, quæ Diacono exercere possunt, de quibus quinque existimat conuenire constitutione Ecclesiastica, & tria constitutione diuina: attamen Vasquez *de Sacramento Ordinis, disp. 236. c. 7. & 8.* putat tria solo iure Ecclesiastico conuenire, & quinque iure diuinæ constitutionis. Petrus denique Gregor. *p. 2. Syntagmatis iuris, lib. 16. c. 7. n. 2.* ait ad Diaconi officium pertinere assistere Sacerdotibus, ministrare omnibus, quæ aguntur in Sacramentis Christi, in Baptismo, in Chrismate, patena, Calice: oblationes quoque inferre, & disponere in Altari, componere mensam Domini, ac vestire, Crucem ferre, prædicare Euangelium, & Epistolam, *cap perlectis 25. dist.* Quòd si Diaconus sit Episcopi, circuire gregem, & vitia obseruare, & Episcopo referre, *c. Diaconi 93. dist.* sic ille subdens etiam Diacono competere ex officio corporalia,
2. & pallas lauare, *c. nemo per ignorantiam, de consecrat. dist. 1.* sequitur Bellar. *c. 9. de ordine, in fine*, cui accedit Ægidius Coninch *disp. 20. de Sacramento ordinis, dub. 3. ex num. 13.* vbi *num. 15.* addit Diaconos ex Christi institutione directè ordinati, vt assistant, & ministrent Sacerdoti celebranti, & vt adiuuent illum in aliis officiis diuinis, præsertim ministrando populo Calicem; item ex commissione Sacerdotis, aut in ipsius absentia baptizando, & concionando: non quidem vt hæc necessariò debeant Diacono committi, sed vt per ordinationem Diaconus reddatur habilis, & fiat dignus, cui ea committatur. At verò in sacro hoc, vel illo modo inseruire Diaconum Sacerdoti, canendo Euangelium, hoc procedit ex decreto Ecclesiæ, à qua huiusmodi ceremoniæ sunt inuentæ, & institutæ.

Diaconi item successerunt in Ecclesia Dei in locum Leuitarum, qui ministrabant Sacerdoti legis antiquæ iussu Dei. *Numeror. cap. 9.* olim etiam Diaconi habuerunt dispensationem bonorum Ecclesiæ, & distribuebant ea pauperibus, vt patet ex vita S. Laurentij, quod accidit ex eo, quòd ab Apostolis fuit commissum Diaconis, vt viduis quotidianum victum distribuerent, & septem Diaconi ad hoc opus peragendum fuerunt electi. *c. Diaconi qui, & c. Diaconi septem, dist. 93.* An verò illis competat prædicare ex officio? Dicendum est non competere id munus Diaconis ex officio, posse tamen de licentia habentis iurisdictionem prædicare populo, & explicare Euangelium, quia Episcopis ex proprio officio hoc incumbit, & aliis Prælatis curam animarum habentibus, siue sint Sacerdotes, siue non, quo casu Diaconi etiam prædicabunt ratione curæ animarum, quamuis vi suæ ordinationis non competat, Abbas *in c. inter cætera, n. 1. & 2. de officio Ordinary*, Nauarr. *cons. 7. de officio, & potestate iudicis delegati, num. 3.* & Isidor. Moscon. *de maiest. milit. Ecclesia, part. 2. lib. 1. cap. 19. de prædicatoribus, pag. 325. littera D.*

His adde Diaconos non esse ordinandos, si castitatem non profiteantur contra Lutheranorum errores, quibus impudentiam, & incontinentiam manifestant, & volunt totis viribus cœlibatum à clero eliminare, cùm non solùm continentia Sacerdorum valde congruens sit, sed etiam valde necessaria Ecclesiæ Christi: est enim castitas animæ pulchritudo, & gratia cælestis, vt notat Augustinos *contra Faustum.* Et fauet gloss. *in cap. Diacono 8. dist. 28. verb. Diaconi*, obseruans à primordiis Ecclesiæ nunquam fas esse constitutis in sacris vxorem ducere tam in Latina, quàm in Græca Ecclesia, sed in hoc Orientalis Ecclesia retrogressa est à Romana Ecclesia, quæ nullo modo coniugatos ad sacros Ordines admisit, & Orientalis permittit illus ordinari, & vti contracto ante Ordines coniugio, ordinatos postea contrahere non permisit. 3.

Quæri potest, an Diaconus possit ratione sui officij baptizare, & corpus Christi dispensare? Responde primò Diaconum absente Episcopo & Presbytero, posse necessitate cogente baptizare, & corpus Christi infirmis dispensare. gloss. *in cap. Diaconos, dist. 93.* quam sequitur Sotus *in 4. dist. 13. q. 1. art. 3. sub vers. Appendit autem.* Victoria *de Sacramentis in genere, num. 89.* Viuald. *part. 1. eodem tractatu, num. 89. de Sacramento Eucharistiæ.* Ex quo infertur Diaconum ex vi suæ ordinationis non esse aptum ad huiusmodi munera exercenda, cùm hæc nequeant peragere absque Episcoporum, vel Presbyterorum licentia, Vasquez *in 3. partem* D. Thomæ *quæst. 67. disp. 147. art. 5. sub num. 13.* quamuis illi contrarium non displiceat. 4.

Quòd si Diaconus solenniter ministret Baptismum etiam de licentia Parochi, contrahit irregularitatem, prout Nauarrus *cons. 1. & 2. de clerico non ordinato ministrante*, Henriquez *lib. 2. c. 29. n. 1.* Chamerota *de Baptismo, c. 4. dub. 5.* Bonacina *de Sacram. disp. 2. q. 2. punct. 4. n. 3.* & Mar. Antonin. *var. resol. lib. 3. resolut. 16. n. 6.* quibus accedit Reginald. *in praxi fori pœnit. lib 27. cap. 6. n. 40.* ex ea ratione, quia *in c. si quis baptizauerit, de Clerico non ordinato ministrante*, facit irregularem clericum, qui ministrat in spectantibus ad Ordinem, quem non habet, à qua irregularitate excusatur laicus solenniter baptizans, quoniam textus solum loquitur de clericis. Henriquez *d. cap. 29. num. 1.* Sayr. *de censuris, lib. 7. cap. 10. num. 6.* Suarez *de eodem, tom. 5. disp. 11. sect. 3. num. 22.* & Bonacin. *disp. 7. q. 3. punct. 6. num. 1.* Nec Diaconus excusabitur ab irregularitate, si baptizet solenniter in extrema necessitate, ita Henriq. *lib. 2. de Baptismo, c. 29. §. 1. & lib. 14. de irregularitate, c. 6. §. 2.* Nauarr. *in manuali, c. 22. n. 7.* Suar. *in 3. partem,* 5.

tom. 3.

tom.3.q.71.art.4. disp.31. sect.4. Aldret. *de religiosa disciplina tuenda, lib.2.cap.21.num.5.* & Bonacina *de Sacrament. disp 2. q.2. punct.4. num.3. & de censur. disp.7.q.3. part.6.num.5.* sed de præferentia in materia Baptismi dicetur *in num. sequent.*

6. Ambigi etiam potest, an Diaconus excommunicatus debeat præferri aliis clericis inferioribus, & laicis non excommunicatis, gloss. *in c. Diaconus, in verb. necessitatis, dist.93.* docet necessitate vrgente, & absente Sacerdote posse Diaconum baptizare: ergo poterit Diaconus etiam excommunicatus præferri clericis inferioribus, & laicis etiam non excommunicatis, & baptizare. Syluester tamen *in verb. baptismus 3.n.1.* ait præsente Sacerdote excommunicato, vel suspẽso meliùs esse baptizari à laico.

Nihilominus probabilius est Baptismum potius à Sacerdote excommunicato, quàm à non Sacerdote etiam non excommunicato peti, & administrari debere. Ex eo fundamento, quia Sacerdotes iure communi, & ratione suæ consecrationis per se, & ex officio sunt ministri sacramenti Baptismi, sic Scot. *in 4. dist.5. quæst.2. §. quantum ad secundum, in fine,* Victoria *de Sacramentis, q.30.* Hug. *de cens. tabul.1. cap.13. §.17. n 10. in fine,* & Henriq. *de Sacramentis, lib.2. cap.28. §.3.* atque ita Sacerdotes iure suo non sunt priuandi, & excommunicatio est per accidens, maximè si Sacerdos excommunicatus denunciatus non est. Quin imò præsentibus Parocho excommunicato, & altero non Parocho non excommunicato à Sacerdote Parocho excommunicato, & non ab altero Baptismus peti debet, & administrari, cùm ex officio Parochus ius baptizandi habeat, illo autem iuri suo cedente, licitè potest simplex Sacerdos id præstare, vt præcitati auctores testantur.

7. Sed quid, si Diaconus Euangelium solenniter cantet in loco interdicto, aut ibi assistat in vestibus sacris Episcopo Ordines conferenti: Respondeo fieri irregularem Sacerdotem celebrantem, aut aliquod Sacramentum ministrantem in eo loco, & in eandem incurrere Diaconum, vel Subdiaconum, qui Euangelium, vel Epistolam solenniter cantauerint in loco interdicto. Similiter sunt irregulares assistentes Episcopo Diaconi, vel subdiaconi, vestibus sacris induti, dum Ordines in loco interdicto confert, Couarr. *in cap. alma mater, p.1. §.3. num 4. vers.5. de sentent. excommunic. & num.5. vers. decimo,* & alij, quos referens sequitur Sayr. *de censuris, lib.5. cap.14 num.22. & 23.* Idem dicendum est de promotis ad Diaconatum, vel Subdiaconatum in loco interdicto, Couar. *suprà,* & Hugo *de censuris, tabul.5. cap.11. §.1. num.1.* Sicut etiam fit irregularis Diaconus censura irretitus Euangelium solenniter cantans indutus dalmatica, & manipulo, sicut etiam subdiaconus excommunicatus, si Epistolam cum manipulo cantet, irregularis est, Palud. *in 4. dist.18. q.4.* & *ibi* Gabriel. *quæst.2. art.3.* Astensis 2. *part. lib.7. tit.10 quæst.2.* Antonin. 3. *part. tit.29. de irregul. cap.1. §.1.* Nauarr. *in manuali, c.27. num.163.* Henriquez *lib.14. cap.7. §.1. & §.4.* & Vgolin. *tabul.1. cap.14. §.1. num.6.* & alij, quos referens sequitur Barbos. *in cap. si quis 2. de clerico excommunicato ministrante, num.2. & 3.*

8. Consequens est dicere, an Diaconatus sit Sacramentum, & an Diaconi possint dispensari ad contrahendum matrimonium? Quo ad primum, responsio est affirmatiua, & negare esse Sacramentum Diaconatum cum Dur. & Caiet. est periculosum, & temerarium, Henriquez *lib. 10. de Sacramento Ordinis, cap.2. num.2. littera G. & cap. 14. num. 1. littera E.* vbi addit Diaconorum officium de quo *Act. 6.* non fuisse institutum principaliter pro mensa ciborum, & sustentatione viduarum, sed pro mensa Altaris, vt proximè ministrent Sacerdoti in sacrificio, & populo, ad quem solenniter cantat Euangelium. Est ergo Sacramentum, & in eo confertur gratia ex opcrato, sicut & in subdiaconatu, Henriquez *d. cap.2. num.2. littera K.* Petrus Gregor. *part.2. Syntag. iuris, lib.16. cap.7. num.9.* vbi dicit hodie Diaconatum esse sacrum ordinem, cùm & fuerit ordo tempore Apostolorum, atque ita esse Sacramentum non est dubium, Ochagauia *de Sacram. tract. de Ordine, quæst.4. num.10.* & Illustrissimus Cunha *dist.23. cap. Diaconus, n.3.* & Emmanuel Sà *verb. ordo, num 1.* vbi ait omnes Ordines esse Sacramentum.

Quo ad secundum quæsitum dicendum est cum Diaconis Episcopos hodie non posse dispensare, vt vxores ducerent non obstante protestatione ab Episcopo, acceptata ante Ordines, quamuis Sotus *de iustitia, lib.7. q.6. art.2. pag.3.* existimet olim per *cap. Diaconi 8. dist. 28.* licuisse Diaconis cum hac protestatione promotis vxores ducere, & Episcopis integrum esse in hoc impedimento matrimonij dispensare, sequitur Bellarminus *lib. 1. de clericis, cap.19. col.3. vers. probatur secundò.* Sed hæc opinio nullo modo debet admitti, neque concedenda Episcopo potestas dispensandi cum Diacono protestante, vt post Ordines validè ducat vxorem, Cunha *vbi supra d.c. Diaconi, dist.28. num.4.*

Nomine etiam Diaconi includitur interdum 9.
subdiaconus apud Scripturas & Patres: quare dum
1. *ad Timoth.4.* & Dionys. *cap 5. Eccles. Hierar.* dici-
tur Diacono dari gratiam, intelligitur, & subdia- 10.
cono, Henriquez *lib.10. de sacram. Ordin. c.14. n. 1. ad finem, in commento littera K.* Ex Diacono Diaconissa, & Presbytera, quæ saltem quinquaginta, vel sexaginta annorum debebat esse, *l. nullam, de Episcopis, & clericis.* In Nouellis autem Iustinianeis postulantur quadraginta, *§. diaconissam, de sanctiss. Episc. coll.9. authentica Diaconissam, Cod. de Episc. & cler.* de earum officio scribit Epiphanius *lib.3. contra hæreses, tom.2.* & castitatem promittebant priusquam ordinarentur, Petr. Greg. *d. lib.16. c.7. ex num. 10.* Presbyteræ olim dicebantur, non quòd habuissent officium Sacerdotis, neque aliquem Ordinem, sed dicebantur à viris quorum vxores erant, vt notat Michael Medina *lib. 4. de continentia, controuersia 6. cap.7.* Vasquez *de Ordine, disp.245. c.3. n.49.* Ochagauia *de Sacramentis, tract. de ordine, quæst.8. n.6.* Item presbyteræ aliquando dicuntur seniores viduæ, quæ fuerunt vxores Presbyterorum, vt probat textus *in c. vlt. 32. dist.* & vt vult Trotius *de vero Clerico, lib.2. cap.3. num.7.* Baronius *tom.1. annal. anno Christi 314. n. 289.* eodem modo sicut Presbyter significat seniorem, & antiquiorem ætate. Sed meliùs illæ dicebantur Presbyteræ mulieres, quarum viri in Presbyteros eligebantur, quæ interim vitam cælibem agebant, Baron. *suprà num.289.* Vnde in Concilio Antisiodorensi celebrato circa tempora Papæ Deusdedit *Canone 21.* sic definitur. *Non licet,* inquit, *Presbytero in lecto post acceptam benedictionem, cum presbytera sua dormire, neque in peccato carnali commisceri, neque Diacono, neque subdiacono, scilicet cum Diaconissa, aut subdiaconissa sua,* item ex *cap. Diaconissam. 27. q.1.* & *ibi* Barbos. *num.4.* Diaconissæ ita dicebantur propter officium quod gerebant legendi homilias, vel Euangelium in choro ad quod deputabantur certis benedictionibus consecratæ, &

& ad id non ordinabantur ante annos quadraginta, & hoc in monaſterio, Henriquez *lib.1.cap.21.* §. 2. *litt. P.*

Ex quibus patet presbyteras dici fœminas quarum viri presbyterio initiabantur, & Diaconiſſas, ſeu ſubdiaconiſſas eſſe illas, quarum viri eligebantur in Diaconos, vel ſubdiaconos. Sic etiam, vt conſtat ex Synodo ſecunda Turonica ſub Pelagio I. *canon.* 14. in Latina Eccleſia mulieres vocatas Epiſcopas, Diaconas, & Subdiaconas, ibi, *Epiſcopū Epiſcopam non habentem, nulla ſequatur turba mulierum, & Can.20.poſt principium,* ſic habetur. *Nam ſi inuentus fuerit Presbyter cum ſua presbytera, aut Diaconus cum ſua Diaconiſſa, aut Subdiaconus cum ſua Subdiaconiſſa, annum integrum excommunicatus habetur.* De pœnis autem ſubdiaconis impoſitis ſi ſecundam vxorem duxerint, agitur in Concilio primo Toletano *Canon.* 1. 3. & 4. & in Concilio ſecundo Braccarenſi *canon.*44.

11. Subdiaconatus an ſit Sacramentum, & an olim fuerit Ordo ſacer? Quoad primum reſpondetur affirmatiuè, tum quia videtur imprimere characterem cùm ſit initerabilis, & habeat annexum ſolenne votum continentiæ, ita communis Theologorum ſchola antiquorum, recentiorúmque, vno excepto Durando, & Caietano. ita Bellarmin. *de ordine, cap.*7. Sà *eodem titulo, num.*1. Henriquez *de Sacramento Ordinis, lib.*10. *cap.*2. *num.*2. & per illum confertur gratia ex operato, & *cap.*14. *num.*1. Quo ad ſecundum, ſubdiaconatus olim non erat ordo ſacer, ſed poſtea factus eſt, vt conſtat ex *cap. à multis, de ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum,* per Innocentium III. *ibi,* Campanil. *in diuerſor. iuris Canonici, rubr.*2. *num.*10. idem Innocentius III. *in cap. miramur, extrà de ſeruis,* & Vrbanus II. *canone nullus 4. diſt.*60. Vaſqu. *de Sacramento Ordinis, diſp.*248. & alij, quos *ibi* refert Illuſtriſſimus Cunha *num.*2. & per gloſſam *in cap. ſi quis eorum 7. diſt.* 32. non licebat ſubdiaconis vxorem ducere à tempore Apoſtolorum; ſed oppoſitum credunt multi, licuiſſe ſcilicet eiſdem matrimonium poſtquam prohibitum fuit Diaconis, & Presbyteris, vt expreſsè probat Abbas *in d. c. à multis, notab.*2. à principio non fuiſſe hunc ordinem ſacrum, & cœpiſſe dici ſacrum, quando habuit votum continentiæ.

Cœpiſſe autem votum à tempore Gregorij primi exiſtimat Turrecrem. *in c. nullus* 1.28. *diſt.* ſequitur Henriq. *lib.*10. *de ſacramento Ordinis, c.*14. §.7. Bellarminus tamen votum continentiæ fuiſſe indictum *lib.*2. *de Monachis, c.*34. à tempore Sylueſtri *in Concilio Romano.* Adhærent Henriq. *ſuprà* c.2. § 2. *litt. L.* & Vaſquez *de ordine diſp.*237. *c.*2. *à n.*12. & *diſp.*238. *c.*6. *n.*57. & *ſequenti.* Quidquid ſit de principio voti, & de tempore, quo incepit hic Ordo eſſe ſacer, illud conſtat ſubdiaconatum non fuiſſe ſacrum in primitiua Eccleſia, vt ait Abbas *in d. c. à multis, de ætate, & qualitate,* per textum *ibi,* & *in d. c. miramur, de ſeruis non ordinandis,* quia olim ſubdiaconatus ordine qui initiatus erat, non propterea eximebatur à ſeruitute, *c. ex antiquis* 54. *diſt.* quandoquidem inter ſacros Ordines nondum numerabatur, & cœpit numerari, & habere annexam caſtitatem à tempore Gregorij primi *in c. ante triennium* 31. *diſt.* & Vrbani Secundi *in c. erubeſcant* 32. *diſt.* Azor *p.*1. *inſtit. moral. lib.*13. *c.*13. *q.*2. & ab hoc tempore, cùm Vrbanus ſtatuerit Subdiaconum poſſe eligi in Epiſcopum, & Gregorius primus, à Sicilia abuſum contrahendi matrimonium exterminauerit, in ſubdiaconatu cœpit hic ordo haberi ab omnibus pro ſacro, Campanil. *in diuerſorio iuris, rubr.*13. *c.*8. *n.*5. *in fine,* & Barboſ. *in d. c. miramur, n.*2. Poteſt etiam dici Ordinem illum non propterea in primitiua Eccleſia non dici ſacrum Ordinem ſubdiaconatum, ex eo quòd non haberet votum continentiæ, ſed quòd ſubdiaconus nō tangebat res ſacras proximè: eo quia Ordines illi tres ſuperiores per excellentiam ſacri vocantur; quoniam Presbyteri, Diaconi, & ſubdiaconi ſacra tangerent, vt poſt D. Thomam *in additionibus ad tertiam partem q.* 37. *art.* 3. docet Bellarm. *de Sacramento ordinis, cap.* 7. *verſ. reſpondeo*: accedit Concil. Laodicen. *cap.*21. ex quo conſtat ſubdiaconis non fuiſſe licitum olim tangere ſacra vaſa, & ex ea ratione non dicebatur Ordo ſacer, nec ex ordine ſubdiaconi eligebatur Epiſcopus, ſed ex ordine Diaconi, vel Presbyteri, Bellarm. *ſuprà verſ. olim.*

Quæſtionis eſt, quando ſubdiaconi creati ſint, & qualiter ordinentur? Quo ad primum dicendum eſt omnes Ordines à Chriſto Domino fuiſſe inſtitutos, Concil. Trident. *ſeſſ.*23. *cap.*2. Henriq. *lib.*10. *de ordine, cap.*3. *à principio,* Ægid. Coninch *diſp.*20. *de Sacramento ordinis, dub.*5. & 6 Vaſquez *in* 3. *p. diſp.*236. Caniſius *de ſacramento Ordinis, initio,* Reginald. *lib.*30. *tract.*1. *c* 1. Nam vſum ordinis ſubdiaconatus, & Acolythi fuiſſe à principio Eccleſiæ, vult Tridentinum *d. c.*2. *ad finem,* & Bellarm. 1. *tom. lib.*1 *de clericis, c.*12. & *tom.*2 *lib.*1. *de ordine, c.*1. *alias 7. verſ. illud autem,* & Henriq. *lib.*10. *de ordine, c.*2. §. 2. *litt. V.* Quoad ad ſecundum, ſubdiaconus ordinatur non per manus impoſitionem, Henriq. *ſupra lib.*10. *c.*8. §. 2. *littera K.* ſed patenam de manu Epiſcopi accipit vacuam, & calicem vacuum: de manu verò Archidiaconi accipit vrceolum cum aqua, manile, & manutergium. Hactenus Concil. Carthagin. IV. *c.*5 quem refert Grat. *in c ſubdiaconus, diſt.*23. Ex quo patet pro materia porrigi ſubdiacono in eius ordinatione vacuum calicem cum patena, per cuius traditionē perficitur ordinatio, ita Vaſq *tom.*3. *in* 3 *partem, diſp.*236 c.3. Paul. Comit. *reſponſ. moral lib.*1. *q.*52. Graffis *deciſ. p.*2 *lib.*1. c.9 *n.*6. Carol. de Graſſis *de effectibus cleric. in præludio* 288. Non oportet tamen quòd calix ſit conſecratus, vt valide conficiatur Sacramentum, quia id non reperitur in iure, ſcilicet neceſſariam eſſe calicis conſecrationem ad eſſentiam Sacramenti. 12.

Officium ſubdiaconi in hoc oſtenditur in Pontificali Romano, aquam ſcilicet præparare ad miniſterium Altaris, & vinum in vrceolis ad ſacrificiū, Diaconis adminiſtrare, & manile, & manutergium tenere, & pro lauandis ante Altare manibus Sacerdotibus aquam præbere, Carol. de Graſſis *ſuprà d. præludio* 288. & *ſequent.* Item ad ſubdiaconum ſpectat pallas Altaris, & corporalia lauare, oblationes populi ſuſcipere, & ponere ſupra Altare, quamuis Raban. *lib.*1. *de inſtit. cleric. cap.*8. & Alcuin. *lib. de diuinis officiis, c.*35. tria duntaxat ſubdiacono officia tribuat; Petrus denique Gregorius *d. c.*7. tradit ſubdiaconatus officium eſſe calicem, & patenam ante Altare Chriſti deferre, & Leuitis tradere, eiſque miniſtrare vrceolum quoque, & aquam, & mantile, & manutergium tenere Epiſcopo, Presbyteris, & Leuitis, pro lauandis ante Altare manibus aquam præbere, *c. perlectis, §. ad ſubdiaconum, diſt.*25. quæ coincidunt cum ſupradictis: nec mirum, quia, vt vult Hugo de ſancto Victore *lib.*2. *de Sacramentis, part.* 3. ordo ſubdiaconatus in lege gratiæ reſpondet Nazaræis, qui in templo humilibus officiis addicti erant.

Olim promouendi ad ſubdiaconatus ordinem cogebantur expreſsè continentiam polliceri, *c. nullum,* 13.

*lum,c præterea,& c.quando,dist.*28.nec Subdiaconus fit bat, qui castitatem non promisisset,vt *in d. cap. nullum.* Neque hoc sine causa fuit institutum. In lege namq. e antiqua nullus permittebatur comedere carnes agni,qui in figura corporis, & sanguinis Christi immolabatur, nisi accinctos haberet renes, per quod ostendebatur appetitus venereos compescendos,Henriquez *in summa, lib.*12. *cap.*5. §. 9. *littera I.* & Castro aduersus hæredes *lib.* 13. *verb Sacerdotium, vers. Quarta hæresis.* Ochagauia *de Sacramentis, tit. de sacramento Ordinis, quæst.*10. *num* 8.*& de Sacramento matrimonij,quæst.*51.*num.*3.

Postea verò ex constitutione Martini Papæ, nullus ordinandorum debet expressis verbis castitatem polliceri, sed satis est silentium ordinati, & consensus tacitus, & hoc modo dum clerici sacris initiantur Ordinibus, tacitè castitatem censentur polliceri, ita Carolus de Graffis *de effectibus clerical. in præludio,num.*41.*cap.quando, cap.de iis,& cap. præterea* 28. *dist.* Alphonsus Cupers *in reper. cap. oportebat* 79.*dist.vers.explicatur,de Cardinalibus art.* 1.*c.*10.& Monald. *cons.*69.*n.*6.*lib.*1.

Fuit autem continentia annexa Ordini sacro ex institutione Siricij Summi Pontificis circa annum 385. *in cap.plurimos* 82. *dist.* teste gloss. *in cap. cum in præterito,verb. qui Sacramentis* 84. *dist.* eamque postea confirmauit Innocentius Primus anno 408.vt colligitur ex *cap.proposuisti* 82.*dist.* Vasquez tamen *de ord ne,disp.*249.*cap.*4.*num.*36.& 37. arbitratur Calixtum Secundum, qui Guido fuit ante vocatus, Viennensis Archiepiscopus,filius Comitis Burgundiæ creatus Pontifex anno Domini 1119.fuisse primum Pontificem, qui matrimonia post Ordinem sacrum celebrata fecit irrita: nam quamuis esset interdictum sacro ordine initiatis contrahere matrimonium,non tamen erant irrita, vt probat Vasquez, contrarium videtur sentire Syluester *verb. matrimonium* 8 *num.* 12. sequitur Ægidius *in sacramento Ordinis, disp.*20. *dub.*11.dicens habentibus Ordines sacros vetitum esse ducere vxorem, concinit Bonacina *tract. de matrim. quæst* 3.*punct.*9.*num.*13.vniuersim affirmans omnia matrimonia inita post sacrum Ordinem esse irrita; tamen continentia in clericis non est de iure diuino,sed de iure positiuo, Abbas *in cap vt clericorum,num* 5.*de vita,& honestate cler. & in cap. cum olim,num.*5. *de cleric. coniu.* Bellet *disquisit. clerical.* §.15.*num.*61. ideo Papa potest dispensare cum habentibus Ordines sacros,vt ducant vxores,Abbas *in d.cap.cum olim,num.*5. Sot.*de iust.lib* 7.*q.*4. *art.*2. *vers.hoc patet.& in* 4.*sentent. dist.*38.*q.*1. *art.*1. *vers. dubium,*Henriquez *in summa, lib.*10. *cap.*14. §.5.& § 8. eodem modo potest dispensare cum Religioso professo,vel cum Moniali super voto castitatis, vt contrahant matrimonium,D.Thomas *in* 4.*dist.* 38.*q.*1.*art.*3.*circa medium,* Nauarr *commen.*2.*de Regularibus,num.*57.*& de redit.Eccles.quæst.*1.*monit.*55. *num* 9 Graffis *decis.lib.*2.*cap.*31.*num.*22.& 23.Sayr. *in claui,lib.*6. *cap.*11. *num.* 16. Gutierr. *de matrimon. cap.*123.*num.*1.& Sanchez *de matrimon.lib.*8.*disp.*8. *num.*6.

14. An verò Subdiaconus possit eligi in Episcopum, diximus suprà posse.Quin imò potest creari Summus Pontifex subdiaconus, vt accidit in Deodedit anno Domini 614.vt tradit Baron.*tom.*8 *annal. de anno* 614.*n.*1. *ad finem,*vide tamen Concil.Trid. *sess.*21.*de reform.cap.*2.

15. Petes tamen,quomodo dicatur subdiaconus inseruire diuinis Sacramentis? Responde eatenus inseruire, quatenus sacra vasa, lintea, panem, & vinum ad venerabile Eucharistiæ Sacramentum præparat,Reginaldus *lib.*30. *tract.*1. *num.*13. Ægidius *disp.*20. *dub.*3. Vasquez *disp.* 236. *cap.*2.*& sequentibus,*& Petr.Gregor.*d.lib.*16.*cap.*7.*n.*8.*& n.*16.

Quæstionis est, an S. Pontifex committat Sacerdoti ordinare subdiaconum? Responde posse committere, Henriquez *de sacramento Ordinis, lib.* 10.*cap.*23.*& in comment.littera C.* vbi ait hunc Ordinem non dari cum manus impositione; & olim Chorepiscopum initiare subdiaconatu, & constat Chorepiscopum non fuisse Episcopum, vt dicitur *in Concil.Nicen.*1. *cap.*8. quinimò hoc posse committi à Papa simplici Sacerdoti, vt ordinet Subdiaconos, & de facto commisisse refert Henriquez *suprà num.*2. *in comment.littera C.* post alios. 16.

In quas ergo pœnas incurrat Subdiaconus suspensus ab officio canens Epistolam sine manipulo,an bigi potest?D.Antonin. 3.*part.tit.*29. *de irregularitate,cap.*1.§.*de Subdiaconata, & tit.*28. *de suspensione,cap.*1.*in fine,*ait Sacerdotem suspensum ab officio, dicendo officium priuatim cum vno, vel altero non fieri irregularem;non alia ratione,nisi, quia irregularitas non inducitur,vt tradit Nauarr. *in manuali,cap.*27.*num.*163. quando Ordo exercetur non solenniter;cùm ergo Subdiaconus cantet Epistolam non solenniter sine manipulo, non contrahet irregularitatem, Sayr. *de censuris, lib.* 4. *cap.*16.*num.*9.*&* 10.dicens ad inducendam irregularitatem non sufficere quoquo modo transgredi suspensionem per exercitium actus ordinis, sed insuper requiri, vt hic ordo exerceatur solenniter, Nauar.*suprà d.num.*163.idem vult Palud. *in* 4. *dist.* 18.*quæst.* 4. *vers. quintus effectus*, de Sacerdote in necessitate baptizante in excommunicatione, si baptizet tanquam laicus, non fieri irregularem. 17.

Secus si subdiaconus suspensus ab officio, seu Ordine, porrigat Sacerdoti, vel Diacono calicem præparatum etiam sine manipulo;tunc enim irregularis erit cùm exerceat actum proprium Ordinis Subdiaconatus. Est communis opinio, quam expressè docet Philiarchus *lib.*4.*cap.*12.*num.*6.Eodem modo si alicubi fuerit consuetudo, vt nullo modo, nisi Subdiaconi neque cum manipulo, neque sine eo cantent Epistolam;in eo euentu Subdiaconi suspensi à Subdiaconatu etiam si cantent sine manipulo erunt irregulares, eo quia cùm nemo cantet Epistolam nisi Subdiaconus, cantando illam exercet actum Subdiaconatus, & ex consequenti incidit in pœnam. D.Anton. 3. *part.tit.*29. *de irregul. cap.* 1. §. *de Subdiaconata.* Nihilominus, salua pace S. Antonini, probabilius puto consuetudinem particularem nullo modo irregularitatem inducere posse, quia inducere irregularitatem est odium, & non inducere est fauor, qui debet ampliari, & odium restringi.*cap.odia, & cap.in pœnis, de regul.iur. in* 6. 18.

Quæ ætas requiratur ad Subdiaconatum, & Diaconatum? Olim Subdiaconus non ordinabatur,nisi, qui attingebat decimumoctauum annum. *Clem.vlt.de ætate, & qualitate,* post alios,Menoch. *de arbitrar. casu* 427. *num.* 15. hodie nullus ad subdiaconatus ordinem ante vigesimum secundum ætatis suæ annum promonetur; ad diaconatus ante 23.qui quidem anni sufficiunt inchoati, Conc. Trident.*sess.*23.*de reformat.cap.*12. Nauarrus *in manuali,cap.*25. *num.*69. *cum sequent & num.* 103.Gutierr. *Canon. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 8. Franciscus Leo *in thesauro fori Eccles. part.* 1. *cap.*4.*num.*31. Garcia *de benefic.part.*7. *cap.*4. *num.*21. Coninch *de Sacramentis,tom.*2. *disp.* 20. *num.* 102. Monet. *de distrib.* 19.

quotid part.2. quæſt.19. num.12. & Bonacin. *de Sacrament.diſp.8.quæſt.vnica punct.5. num.12.* In qua annorum computatione oon numeratur dies biſſexti, quoniam annus à iure requiſitus intelligitur ex 365. diebus continuis, ita Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſ. poſt reſol.276.in notab.de materia de Sacramento ordinis, verſ.quoad interſtitia,* Heoriq. *in ſumma, lib.10.cap.19. littera K.* quamuis contrarium teneant Martin. Fornar. *de ordine, cap.3. n.5.* & Bonacin. *de Sacramentis, diſp.8.quæſt.vnica, punct.5.num.14.* aſſerentes diem biſſexti computari debere iuxta ritum, & vſum Eccleſiæ, ſed minus bene dictum videtur.

20\. Neque eſt ſpernenda dubitatio in quas pœnas incurrat Ordines minores, & Subdiaconatum eodem die recipieos? Qui ex *cap. 2. de eo qui furtiuè Ordines ſuſcepit*, eſt irregularis, & à fortiori ſunt irregulares, qui plures Ordines ſacros eodem die ſuſcipiunt, *cap. final. eodem titulo*, Valentia *tom.4. diſp.7.quæſt.19.punct.3.§.5.* Tolet. *lib.1. cap.30.* Sebaſt. Medic. *part.2. tit.9. quæſt.35. verſ.quinto*, quod intelligitur, ſiue hoc fiat vno die vero, ſiue fictitio, ſicut quando quis die Sabbathi promouetur ad diaconatum, & continuato ieiunio in Dominica mox ſequenti fit Sacerdos, reputatur nanque dies vnus fictitius, argum. *cap. litteras, de tempor. ordin.* Henriquez *lib.14. c.6. §.5.* Quio etiam mendicantibus virtute ſuorum priuilegiorum noo eſt integrum eodem die duobus Ordinibus ſacris initiari, quia ſimilia priuilegia à Trident. *ſeſſ.23. de reform. cap.13.* ſublata ſunt.

Nihilominus cum ſuſcipiente Subdiaconatum ſimul cum minoribus Ordinibus poteſt Epiſcopus diſpenſare, vt miniſtret in Ordinibus noo furtiuè ſuſceptis, ita Valer. Reginald. *in foro pœnit. lib. 30. num.27. verſ.ſecundus.* Dicitur autem furtiuè Ordines ſuſcipere, qui illos ſuſcipit ſine ordinatione Superioris, & ſine examinatione ſe ingerit cum multitudine ordinandorum ignorante ordinatore, & hoc modo Ordines recipit, Bernard. *in pract. cap. 25. num.1.* & Campanil. *in diuerſor.iur. Canon. rubr.3. num.6.*

21\. His adde minores Ordines, & Subdiaconatum eodem die ſimul ex præſcripta conſuetudine recipi poſſe, ſine aliqua pœna, prout tenent Nauarr. *in manuali, cap.25. num.71. verſ.8.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. de clericis male promotis, gloſſ.1. num.18.* Gutier. Canon. *lib.1. cap.36. num.31. & 32.* Henriquez *in ſumma lib. 10. cap. 11. §. 4.* Suar. *tom. 5. diſput. 31. ſect. 1. num. 41.* & Reginald. *in praxi for. pœnit. lib.32. tract.2. num.70.* quamuis à Concilio Trident. omnem contrariam conſuetudinem minus bene ſublatam credat Maiol. *de irregularitat. lib.4. cap.11. num. 1.* & Menoch. *de arbitrar. caſu 564. num. 8.* quoniam per Concil. Trident. conſuetudines antiquæ non abolentur, niſi quando illud expreſsè declarat, vt *ſeſſ.23. de reformat. cap.6. & cap.9.* ſequitur Sayr. *de cenſuris, lib. 7. cap.10. num.26. fine.*

De obligationibus eorum, qui minores Ordines, & Primam tonſuram habent.

§. X.

EPITOME.

1. *Poſt Subdiaconatum ſequitur Acolythi ordo, & qualiter ordinetur, & quale ſit eius officium?*
2. *Exorciſta qualiter ordinetur, quale ſit eius officium.*
3. *Liber exorciſmorum in ordinatione exorciſtæ traditur pro materia: pro forma verba ab Epiſcopo proferuntur.*
4. *Primus qui docuit exorciſmos?*
5. *Energumeni, qui dicantur?*
6. *Lector qualiter ordinetur? Quæ ſit materia, & forma, & officium?*
7. *Oſtiarius qualiter ordinetur, quale ſit eius officium, quæ materia, & an ſit tangenda?*
8. *Pſalmiſta qualiter ordinetur, quale ſit eius officium?*
9. *Pſalmiſtatus an ſit ordo?*
10. *Pſalmiſtatus, & quatuor minores Ordines an ſint Sacramentum?*
11. *Ordinibus minoribus initiati poſt annum à ſuſceptione poſtremi gradus ad ſacros Ordines promoueri debent.*
12. *An initiati Ordinibus minoribus peccent mortaliter ſi contrahant ſine cauſa matrimonium cum non virginibus?*
13. *Minores an dentur licitè vno eodemque die omnes, & an poſſint dari ante diſcretionem, ſeu ſeptennium, & quæ requirantur in ſuſcipientibus?*
14. *In quas pœnas incurrant ſuſcipientes minores Ordines furtiuè, vel aliqua cenſura irretiti?*
15. *Vtrum ſinguli Ordines ſint Sacramenta diſcutitur?*
16. 17. *An Ordines omnes imprimant characterem, quid ſit character, & vbi imprimatur?*

ACOLYTHI Etymologiam tradit Vaſquez *de ordine, diſp.236. n.27.* Acolythus, ſiue Acoluthos Græcè, latinè noo impeditus, ſiue non prohibitus, quia quamuis io numerum eorum, qui Sacrameota maiora pertractant, noo admittatur, non eſt tamen impeditus, quin poſſit cum illis ſacris faciendis intereſſe. De Acolythatu D. Cyprianus *lib. 2. epiſtolar. epiſtol. 8. & epiſtol.55.* Cornelius Papa apud Euſeb. *hiſt. lib. 6. cap. 33. ad Fabium Epiſcopum Antiochenum*, ſcribit per hæc verba: In Romana Eccleſia ordinari ſolitos quadraginta duos Acolythos. Ordinatur per traditionem candelabri cum cereo priùs ſit cero ferarius, & Epiſcopus illi tradens cereos ait: Accipe poteſtatem. Et fortaſſe accipit characterem imperfectum: perfectus tamen fit illius character in traditione vrceoli vacui, & tunc completur ſacramentum, per quod confertur gratia: nam infundere vinum, & aquam in vrceolos, magis accedit ad tractationem Euchariſtiæ, quàm deferre cereos. Officium ergo Acolythi eſt accendere luminaria, & accipere vrceolum ad ſuggerendum vinum in calicem. Concil. Carthagienſ. IV. *cap.6.* de quo *in cap. Acolythus* Gratian. *diſt.23.* Vnde materia huius Sacramenti eſt cereus extinctus, ſimul cum vrceolis vacuis, Vaſquez *tom. 3. in 3. part. diſp.236. num.29. & 30. & diſp.237. ſub num.32. verſ. cæterùm*, Galganet. *de iure publico, lib.3. tit.27. num.2.* & Filliuc. *tract.9. num.19. & 51.* Henriquez *lib. 10. de Sacramento Ordinis, lib.10. cap.9. num.1.* Aoaſtaſ. Germon. *de ſacror. immunit. lib.2. cap.2. n.8. & lib.3. c.3. n.56.* & alij, quibus accedit Barboſ. *in d. c. Acolythus, n.1 & 2. diſt.23.* 1.

Sequitur Exorciſta, qui poteſtatem accipit adiorandi dæmonia, vel energumenas, hoc eſt, à dæmone poſſeſſos. Ordinatur ergo accipiendo de manu Epiſcopi libellum, in quo ſcripti ſunt exorciſmi, dicente ſibi Epiſcopo: Accipe & commenda memoriæ, & habeto poteſtatem imponendi ma- 2.

nus

nus super energumenum, siue baptizatum, siue ca-
3. techumenum. Pro materia tradimr liber exorcismorum, & pto forma verba Episcopi, quæ diximus, Filliucius *tractatu 9.num.*20. & 51. Molfes. *in summa Theologiæ moralis*; ad exotcistam pertinet exotcismos memoria tenere, imponete manus super energumenos, illisque exorcismos legere ad fugandos dæmones, adiurando illos, vt exeant ab illis, vt pluties contigit, Anastas. Getmon. *d.lib.*3. *cap.*3. *num.*38. Graffis *decis. p.*2. *lib.*1.*cap.*9.*num.*6. Carol. de Grassis *de effectib. clerical. in præludio, num.* 286. nam apud D.Marcum 3. dedit illis potestatem curandi infirmos, & dæmonia eiiciendi, & inter signa credentium in fidem Domini nostri IESV Chtisti est potestas eiiciendi dæmonia, *Marc. c.*9. & *Luc.cap.*10. Petr.Gregor. *Syntagm. iuris, part.*2. *lib.*16.*cap.*5. *à n.* 4. Caueant tamen exotcistæ dum exotcisant, ne longa colloquia misceant, & curiosa cum dæmone, quia de se colloqui cum dæmoniis sine iusta causa semper est mortale, quia dæmones sunt præcisi ab Ecclesia, & Christi Domini inimici, & pattes mendacij: proinde exorcisantes longa colloquia habere, & leuia inquirere à dæmonibus nequeuot siue peccato, non tamen mortali, Graffis *dec.lib.*2.*cap.*7.*num.*4.

4. Quis tamen fuerit ptimus, qni apud Hebræos docuit exorcisare, tradit Iosephus *de antiquitatibus lib.*8.*cap.*2. & *lib.*4. *cap.*14. dicens fuisse Salomonem, de quo etiam loquitur Rariooale diuinorum officiotum *lib.*2.*cap.*6.*n.*4. Vasquez *suprà disp.*236. *num.*25. *ad finem, & num.*26. *in principio*, & Bellan. *disp.*20.*dub.*3.*num.*18. vbi asserit præcipuum exorcistarum officium esse dæmones ab obsessis corporibus arcere, & energumenos mansuefacere.
5. Qui autem dicantur energumeni facilè colligitur ex traditis, esse scilicer possessos à dæmone, & à dæmone impeditos: aliquando autem lunatici dicuntur emergumeni, quasi in eos luna nunquam in eodem statu perseuerans, agat.

6. Post exorcistam ordinatur lectot per traditionem libri prophetiarum, nec sufficit tradere illi librum Euangeliorum, si in eo non contineantur prophetiæ, cùm ad eius officium pertineat prophetias legere, & ad hoc ordinatur, vt libros Dei distinctè, & apertè ad intelligẽdum legat, Henriq. *de ordine, lib.*10.*cap.*9.*num.*2. vbi addit lectori competere catechumenos docere rudimenta fidei. Sà tamen *verb. ordo*, ait *num.* 10. olim ad lectorem pertinere nouos fructus benedicere, & panem. Nunc autem solùm legere, & cantare, ex quo colligitur in ordinatione lectoris pro materia porrigi illi librum lectionum de Prophetis: formam tamen esse verba illa Episcopi, Accipe, & esto relator verbi Dei habiturus, si fideliter & vtiliter impleueris officium, partem cum eis, qui verbum Dei ministrauerint, desumitur ex Concil. Carthaginens. IV. *cap.* 8.

Meminerunt nominis lectoris, Alcuinus *de diuinis officiis, cap. de tonsura clericorum, vers. lector*, Raban. *lib. de instit. cleric. c.*11. Loaysa *in Conc. Bracar. secundo, Canone* 43. & 45. ibi, nõ liceat in pulpito psallere, aut legere, nisi qui ab Episcopo lector est ordinatus, quod desumitur ex *dist.* 29. *c. non liceat, & in Concil. Toletan. VIII. fol.* 451. vbi refert Epistolam Beati Isidori iunioris ad Leudefredum Episcopum Cordubensis Ecclesiæ, vbi describit singulatim omnia munera, quæ pertinent ad omnes Ordines, tam sacros, quàm non sacros.

7. Ad Ostiariom pertinent claues Ecclesiæ, vt claudat, & aperiat templum Dei, & omnia, quæ sunt intus, extraque, custodiat: fideles recipiat, excommunicatos, & infideles proiiciat, quo quidem officio functus est Christus Dominus, quando eiecit ementes, & vendentes de templo: item quando dixit, *attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales*, Anastas. Germon. *de sacror. immun. lib.*3.*cap.*3.*num.*64. Rodulph. Cupers *in repet. cap. oportebat* 79. *dist. in tit. de Ordine Ostiarij*, & Carol. de Grassis *de effectibus clerical. in præłud. à num.* 283.

Ostiarius creatur per traditionem Clauium Ecclesiæ, quæ sunt materia huius Sacramenti, Sà *verb. ordo, num.* 6. vbi addit in cæteris Ordinibus præter Sacerdotium, sufficere traditionem materiæ per Archidiaconum. Forma sic habet, *Sic age quasi redditurus Deo rationem pro iis rebus, quæ his clauibus recluduntur*, Filliuc. *tract.*9. *num.*22. & 51. Henriquez *de ordine, lib.*10.*cap.*9.*num.*2. vbi ait dari characterem in traditione clauium. Quare materia remota in sacramento Ordinis semper est res illa, quæ traditur suscipienti Ordinem: traditio verò est materia proxima. Henriquez *suprà, cap.*8.*num.*2. & 3. vbi vult in maioribus Ordinibus requiri, vt qui initiatur, accipiat instrumenta de manu Episcopi. In minoribus Ordinibus, qui initiatur, satis est vt capiat instrumenta ab Archidiacono, de voluntate tamen, & mandato Episcopi, quia horum minister potest esse non Episcopus.

An verò contactus materiæ sit de essentia, ita vt, qui non tetigit realiter, non censeatur ordinatus? Negat Henriquez *lib.*10.*cap.*9.*num.*1 *littera D.* praxis noua Episcopalis *part.* 1. *cap.* 1. *num.* 51. & Vasquez *disp.*246. *n.*19. Nihilominus contactum esse de essentia, ita vt, qui materiam illam realiter non tangit, non sit ordinatus, volunt Sylnester *verb. Ordo* 2.*quæst.*5. Coninch *disp.*20.*dub.*7.*num.*7. Martin. Fornar. *de ordine, cap.*2. *num.*4. & Valentia *tom.*4.*disp.*9.*quæst.*1.*punct.*4 *ad primum argumentum.* Prior tamen opinio est valde probabilis, nec secundùm illam oportet suppleri contactum materiæ, si Episcopus illam præsentauit, etiamsi non tacta fuerit, ita Sà *verb. Ordo num.* 3. Et quamuis concedamus contactum materiæ esse de essentia Sacramenti, non est tamen opus contingere materiam, quando verba proferuntur, ita vt sint simul contactus, & verba, seu forma, sed sufficit tangere paulo ante, aut paulo post verba Ordinantis, Sà *suprà num.*5. Henriquez *c.*10.§.1. Reginald *in praxi for. pœnit. lib.*30.*tract.*5.*num.*9. & Nugnus *p.*3. *q.*34. *art.*5.*diffic.*2.

Psalmista qualiter ordinetur, & quale sit eius 8.
officium? Psalmista ordinatur in abscissione capillorum, eius officium est canere in choro, atque benedictiones dicere, per hoc tamen ministerium non differt à cæteris fidelibus, nec per se id munus ad aliquem Ordinem spectat, & potest conferri in omni tempore. Armil. *verb. Ordo, num.* 7. Henriquez *lib.*10. *cap.*12. §.1. Thomas Valasc. *allegat.*4. *num.* 3.

An Psalmistatus sit ordo? Canonistæ existimant 9.
esse, *in cap. cùm contingat, de ætate, & qualitate*: credunt enim Ordines esse nouem, inter quos numerant Psalmistam, & Episcopum, & ita prima tonsura clericalis ordo est, vt per Couart. *in cap. quia nos, num.*4. *de testamentis*, Gregor. *in proœmio, tit.*6.*part.*1. praxis noua Episcopalis *part.*1.*cap.*1.*num.*3.*pag.*26. Mendez à Castro *in l. cùm oportet, num.* 166. *Cod. de bonis quæ liberis*, Cald. Pereira *in l. si curatorem, verb. læsis, num.* 104. & Garcia *de beneficiis, par.*7.*cap.*1.*n.*1. Quare si Papa dicat, Confero tibi beneficium vbi

primum

primom fueris insignitus clericali charactere, satis est habere primam tonsuram, ita Flamin. *de resign. lib.4 quaest.2.num.56.& lib.6.quaest.4.num* 23. confert D. Marta *in votis nouissimarum decis. voto* 14 *num.*2. diceos prima tonsura insignitos esse capaces spiritualium. Suffragatur, quia ex *cap. non dubium, de sentent. excommunic* & ex *canone, si quis suadente* 17. *quaest.* 4. constat ligari excommunicatione percutientem clericum tonsuratum, hoc est, prima tonsura affectom. Quin imò potest habere cum prima tonsura beneficia: ergo noo est laicus, sed ordinem habet si habet primam tonsuram.

Nihilominus non esse Ordioem primam tonsuram, sed passiuam dispositionem ad Ordines com priuilegio clericali, neque in illa imprimi characterem, est multo probabilius, Henriquez *suprà d. cap.9. num* 4. Vasquez *tom.3. disp.236.cap.1.num.9. & disp.237. cap.2.* Sayr. *in floribus, decis. tit. de tempor. ordin. decis.*14. Bonacin. *de Sacram. disp.8. quaest. vnica punct.1.num.6.* dicentes non esse propriè Ordinem, sed tanquam praeambulum ad illos, sicut nouitiatum ad Religionem, & ita non venire aliquando appellatione Ordioum, vt probatur ex Concilio Trident. *sess.* 23. *de reformat. cap.*6. dum inquit, Nullus prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus ordioibus constitutus: vbi vides, primam tonsuram non numerari in ordinibus minoribus, cùm non sit propriè ordo: atque ita Ordines propriè sunt septem secundùm Theologos: impropriè autem sunt nouem secundùm Canonistas, & ex consequenti psalmistatus non est sacramentum, cùm non sit ordo, D. Thomas *in 4. dist.24. quaest.2.*
10. *articul.* 1. *quaest.3.* & *ibidem* Scotus *quaest. vnica*, §. *de tertio, in fine*, Reginald *tom.2. fori poenit. lib.3. c.1.* Coninch *de Sacrament. disp.20. dub.6. num.* 42. An verò inferiores Ordines sint Sacrameota, singulatim dicetur infrà *n.*15.

11. An Ordinibus minoribus initiati possint ante elapsum integrum annum à susceptione postremi gradus promoueri ad sacros Ordines: Ratio dubitandi, quia Concil. Trident. *sess.23. de reform. cap.*12. statuitur vt à susceptione postremi gradus nemo ad sacros Ordines promoueatur nisi post annum, quod intelligitur nisi necessitas, aut Ecclesiae vtilitas iodicio Episcopi aliud exposcat, quo loci relinquitur arbitrio Episcopi facultas abbreuiandi interstitia, non autem potestas promouendi, aut dispensandi, vt initietur quis vna eademque die postremo gradu minorum cum primo sacrorum. Salzed. *ad Bernardum in practica, cap.* 25. *vers. vna eademque die*, secundùm oouissimam editionem, Maiol. *de irregul. lib.3. cap.24. post num.13. & lib.4. cap.11. post num.1.* & Menoch. *de arbitrar. casu* 564. *num.6.* subdentes quoad hoc sublatam esse omnem contrariam consuetudinem.

Nihilominus multo verius est posse Episcopum, vbi recepta erat communiter consuetudo ante Trident vt minores Ordines, & Subdiaconatus simul conferri possint, ad eos licitè simul promouere posse, ita Nauarrus *in manuali, cap.25. num.71. vers.8.* Gutierr. *Canon. lib.1. cap.26. num.31. & 32.* Henriquez *de ordine, lib.10. cap.11.§.4.* Suar. *tom.5. disp.31. sect.1.n.41.* Homoboo. de Bonis *de humanae vitae statu part. 1. cap. 20. versic. 2.* & Reginald. *in praxi fori poenit. lib.32. tractatu 7. numer. 70. versic. ad hanc.*

12. Venit etiam in dubium, an initiatus Ordinibus minoribus, si contrahat sine iusta causa, matrimonium cum non virgioe, aut binas nuptias amplectatur peccet? Affirmat Caietanus 2.2. *quaest.2. art.1.* culpam esse mortalem: ducitur, quia recedere est perfecta ab ordine apostasia, neque id fieri potest sine aliquo contemptu Sacramentalium. Verius tamen videtur peccare venialiter in minoribus Ordinibus constitutos, si ducant non virginem, aut binas nuptias contrahant, quia reddunt se incapaces ad illorum Ordioum munera obeunda, sic idem Caietan. *in summa verb. apostasia*, Bannes 2.2. *quaest.12. art.1.§. sit tamen tertia conclusio*, Tabiena *verb. apostasia, quaest.10. num.13.* Vasquez *de ordine, disp.249. cap.4. num.39.* Filliuc. *tom.1. part.2. tract.10. cap 4. num.*130. & alij, quos referens sequitur Sanchez *de matrimonio, lib.7. disp. 31. num.11.* eo, quia non est recedere ab his ordinibus res tanti momenti, vt sit mortalis culpa, deserere illorum ministeria.

Mihi tamen magis placet nullam esse culpam ex minoribus Ordinibus pro suo arbitrio transire absolutè ad matrimonium, cùm hoc non sit contra aliquod iuris praeceptum, Valentia 2.2. *disp.1. q.12. punct.1.* Bannes *ibidem d. quaest.12. art.1.* Azor *instit. moral. tom.1. lib.13. cap.14. quaes.14. in fine*, sicut Nouitius oon peccat recedendo à Religione, cùm vtatur iure suo; ergo nec clericus in minoribus, si ducat vxorem, Couarr. *de sponsalibus, 2. part. cap.6. n.4. in principio*, Aegid. *disp.23. dub.3. num.57.* & alij, qoos referens sequitur Illustrissimus Primas *in cap. seriatim, dist.32. num.4.*

Vtrùm autem omnes minores ordines possint 13.
conferri voa, eademque die, & simul prima toosura? Affirmat glossa *in verb. minores, in cap.2. de eo, qui furtiuè Ordines suscepit.* sequitur Rebuff. *super regula. 23. Cancell. vers. item cupiens*, Henriquez *lib.10. cap.11. num.4.* Gutierr. *Canon. lib.1. cap.26 num.31. & 32.* & Bonacin. *de Sacrament. disp.8. quaest. vnica, punct. 5. num.* 36. qui omnes agunt de minoribus Ordinibus vna die conferendis, & de prima toosura nihil dicunt. Campanil. tamen *in diuersor. iur. Canon. rubr.6. cap.2. num.20.* idem ait concurrente consuetudine, aut intercedente dispeosatione propter verba Concilij Trident. *sess.* 23. *de reformat. cap.11.* dicentis conferendos esse de gradu in gradum, vt in ordinandis cum aetate vitae meritum, & doctrina maior crescat, nisi aliter Episcopo magis expedire videatur ratione oecessitatis, vel alterius vrgentis causae: quinimò minores Ordines, & prima tonsura conferri possunt vnica die, vbi fuerit consuetudo, Syluester *verb. ordo 2. num.7. vers. tertium.* Campanil. *suprà rubr.6. cap.2. num.20.* & decisum refert Armendar. *ad recopil. legum Nauarr. lib.1. tit.18. l.1. num* 57. Nec recipiens simul in vno die omnes Ordines minores, vel primam tonsuram cum minoribus, consuetudine non stante, incurret aliquam irregularitatem, Sayr. *de censuris lib.7. cap.10. num* 22. Auil. *eodem tract. part 7. disp.9. sect.1. dub.4.* & Bonacin. *de censur. disp.7. q.3. punct.4. num.* 3.

Adde ex consuetudine recepta Episcopis integrum esse feria sexta vespere ante Sabbathum, in quo die de iure Ordines sacri conferuntur, minores Ordines date, quasi incipiat dies Sabbathi à vespere feriae sextae, Henriquez *lib.10. cap.12. §.2.* dicens ex communi praxi, & consuetudine Ordines minores posse conferri feria quarta quatuor temporum, ac praeterea in qualibet Dominica, ac festiua de praecepto, Sylnester *verb ordo 2. num.6. vers. secundum dicit*, Viuald. *in Candelabro, part. 1. tit. de sacram. ord. n.35. vers. tertia concl.* & satis est, quòd in Dioecesi sua sit solennitas diei festi, quamuis vbique non celebretur, Henriq *lib.9. c.28. §.1.*

Sed

Sed quid si Ordines conferantur siue minores, siue maiores ante vsum rationis, seu ante septennium? Respondetur quemcunque Ordinem collatum infantibus, etiam ante vsum rationis, tenere, & characterem imprimi. gloss. *in cap. tua littera, de clerico per saltum promoto*, Soarez *de censuris, disp. 51. sect. 1. num. 2.* & est communis Theologorum cum S. Thoma *in 4. dist. 25.* Bonauentura *ibidem, artic. 2. quæst. 2.* Bonacin. *de Sacramentis, disp. 8. quæst. vnica, punct. 1. num. 1.* quòd si celebret, verum conficiet Sacramentum, peccabit tamen celebrando ante legitimam ætatem. Quinimò ante vsum rationis ordinati in sacris, non tenetur seruare continentiam, secundùm veriorem, quia castitas est res voti, non præcepti, cap. integritas 32. quæst. 2. nec castitas debetur nisi voluntariè assumpta, cap. ante triennium dist. 31. neque Ordo sacer obligat ex natura rei ad continentiam; sed ex statuto Ecclesiæ, & ex consequenti non ligat, nisi volentem Ordines accipere: infans verò ordinatus in sacris non habet voluntatem, glossa in cap. pueri, verb. ad sacros 1. quæst. 1. Syluester verb. matrimonium, 8. quæst. 12. dicto 2. Nauarr. lib. 1. consil. de his, quæ vi, in priori editione, consil. 2. numero 4. in posteriori, consil. 4. numero 4. Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 30. num. 3. post plures.

Porrò si pueri ordinentur à septennio vsque ad decimumquartum annum completum, verius est ordinatum in sacris post vsum rationia ante quatuordecimum annum completum obligari ad votum castitatis Ordini sacro annexum, quia voluit Ordines accipere liberè: ergo voluit castitatem annexam, ita Sanchez tom. 1. Decalogi, lib. 4. cap. 35. num. 9. & tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 2. vbi allegat Caiet. 2. 2. q. 88. art. 9. Sayr. in claui, lib. 6. c. 5. num. 3. quibus accedit Illustrissimus Primas cap. in veteri lege, dist. 77. à num. 19. cum sequentibus, præsertim si ratificet pubes.

Quæ autem requirantur in suscipientibus minores Ordines, certi iuris est primam tonsuram non conferri nisi habenti septem annos completos, cap. in singulis 77. dist. gloss. verb. infanti in cap. nullus, de tempor. ordin. lib. 6. gloss. vltim. in Clement. final. de ætate, & qualitate, Rebuff. in praxi tit. Requisita ad collationem benefic. num. 36. Syluester verb. ætas, num. 2. Gutierr. Canon. lib. 1. cap. 26. à principio, Vgolin. de irregul. cap. 45. num. 1. Henriquez lib. 10. de ordine, cap. 19. num. 1. littera D. Garcia de benefic. part. 7. cap. 4. num. 6. Menoch. de arbitrar. casu 427. numer. 9. & Flamin. de resignation. lib. 4. quæstion. 9. num. 9.

Hoc tamen septennium completum ex D. Thoma non exigebatur suo tempore, vt patet ex addit. ad tertiam partem quæst. 39. art. 2. vbi vult infantem potuisse tonsurari ante vsum rationis, si necessitas vrgeret, & daretur spes proficiendi; quare septennium completum exigi videtur post constitutionem cap. nullus Episcopus, de temporibus, ordin. in 6. attamen D. Thomas non indistinctè id asseruit posse fieri, sed ex necessitate, & spe profectus.

Ætas ad quatuor Ordines minores requiritur septennium completum ostiario, lectori, & Exorcistæ, Acolytho duodecimus annus requiritur, vt glossa in summa 77. dist. Armil. verb. ordines 1. Henriquez de ordine, cap. 19. suprà §. 1. Rebuff. tamen contrà in sua praxi rubr. de cleric. ad sacros Ordines malè promotis gloss. 1. num. 1. & in rubr. ad regul. Cancell. 23. vers. ista ætas, tradit decimumquartum annum requiri ad Acolythatum, ad tres reliquos primos duodecimum annum expletum, ita visum est Soto in 4. sentent. dist. 25. quæst. 1. art. 2. vers. quo autem, & Campanil. in diuers. iur. Canon. rubr. 7. c. 2. n. 3. quibus libenter adhæreo.

Requiritur item, vt nullus prima tonsura initietur, qui confirmationem non susceperit, Conc. Trident. sess. 23. cap. 4. ibi, prima tonsura non initietur. Non tamen erit mortale, si non confirmatus suscipiat minores Ordines, Nauarrus in manuali, cap. 22. num. 9. Victoria de Sacramento Ordinis, num. 232. Soarez tom. 3. disp. 38. sect. 1. Ægid. de sacram. tom. 1. q. 72. art. 9. num. 90.

Quid si quis suscipiat primam tonsuram, aut minores Ordines, cum animo nunquam suscipiendi maiores, aut solùm, vt declinet forum sæculare? Trident sess. 23. cap. 4. de reformat. dum agit de conditionibus ordinandorum, solùm prohibet intentionem ad declinandum forum sæculare, atque ita non peccat saltem mortaliter suscipiens Ordines minores sine animo suscipiendi maiores, cùm nullo iure talis intentio requiratur, Ægid. de Sacram. tom. 2. disp. 20. num. 104. & 105. Sanchez de matrimonio, lib. 7. disp. 31. num. 17. vbi fatetur in hoc casu aliquam culpam esse, suscipere Ordines animo declinandi iurisdictionem fori sæcularis ex defectu rectæ intentionis suscipiendi Ordines, & quamuis Bannez putat esse mortale 2. 2. q. 12. art. 1. fallitur omnino, quia nec finis est mortalis, maximè in his Ordinibus minoribus, quos non esse Sacramenta, nec gratiam conferre, est valde probabile, vt dicemus statim. Nec Episcopus peccabit conferens Ordines minores illi, qui non habet intentionem ascendendi ad superiores Ordines, cùm ipsi non teneantur ad sacros Ordines ascendendi animum habere, quod probatur argumento Episcopi dispensantis cum illegitimo ad minores Ordines, cap. 1. de fil. presbyt. in 6. qui tamen ad sacros Ordines promoueri nō potest propter irregularitatem, Aragonius 2. 2. q. 12. art. 1. dub. 1. Manuel Rodriguez tom. 2. summæ 2. edit. cap. 17. num. 2. concl. 2. & Vega in summa tom. 2. cap 57. casu 11. Sanchez suprà n. 16. & duobus sequentibus, & Barbos. in remiss. ad Conc. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 4. num. 3. post alios, & Illustrissimus Primas in cap. seriatim dist. 32. num. 5. post Filliucium tom. 1. tractatione 10. cap. 4. num. 131.

In quas pœnas incurrat Ordines minores furtiuè suscipiens, aut aliqua censura irretitus? Dico 14
primò furtiuè ordinatum, si erat lata excommunicatio contra illud facientes, non posse in ordine sic suscepto ministrare, vel ad superiores ascendere absque Papali dispensatione, poterit tamen Episcopus dispensare, si excommunicatio non erat lata, Soarez tom. 5. disp. 31. sect. 1. num. 54. Bernard. in pract. cap. 25. num. 2. vbi Salzed. in addit. littera B. notat de more Episcopos, dum Ordines conferunt, sub excommunicatione latæ sententiæ prohibere, ne quis audeat se ingerere, qui non fuerit approbatus, in quo euentu non poterit ordinatus ministrare, nec promoueri ad superiores sine dispensatione Pontificis, nisi crimen sit occultum, & non deductum ad forum contentiosum, ex Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 6. Bonacin. de cens. disp. 7. quæst. 3. punct. 4. num. 5. Vgolin. eodem tract. de offic. & potest. Episcop. cap. 57. §. 2. num. 4. vers. quarto, & Henriquez lib. 14. cap. 6. §. 5. qui etiam lib. 13. de excommunic. cap. 10. §. 1. in principio, ait excommunicatum, si recipiat Ordines minores, esse irregularem, vbi id extendit ad suspensum, & personaliter interdictum.

Sequitur dicendum, vtrùm singuli Ordines 15.
tam

tam maiores, quàm minores sint Sacramenta? Triplex est sententia, prima ait sacerdotalem Ordinem duntaxat esse Sacramentum, Durand. *in 4. sentent. distinct. 24. quaest. 2. num. 6.* quam Victoria *de sacramento Ordinis, num. 227.* dicit esse probabilissimam. Secunda sententia tradit Ordines maiores sacros esse Sacramenta, minores autem esse Sacramentalia. Sotus *in 4. dist. 25. quaest. 1. art. 2. & art. 4. vers. dubium ergo*, Medina *in lib. de sacrorum Ordinum continentia, c. 46.* Vasq. *3. p. tom. 3. disp. 237. c. 2. in principio*, confert Sanch. *de matrimonio, lib. 7. disp. 31. n. 17.* dicēs minores Ordines nec esse Sacramenta, nec gratiam conferre esse probabilissimum.

Tertia igitur sententia, quam tanquam veriorem sequor, docet omnes tam maiores, quàm minores esse Sacramentum, & gratiam conferre: probatur ex modo loquendi ab Ecclesia vsitato dicente Ordinem esse Sacramentum, & ita omnes Ordines quanuis sint per se singuli Sacramentum, censentur tamen Sacramentum vnum, vel quia sunt vnum genere, vel quia omnes referuntur ad vnum finem, ita Bonauen. *in 4. sentent. dist. 24. art. 2. quaest. 4.* Bellarmin. *lib. 1. de Sacrament. Ordinis, cap. 8.* Henriquez *lib. 10. de ordine, cap. 2. §. 2.* Sà *verb. ordo, num. 1.* Valentia *tom. 4. disp. 9. quaest. 1. punct. 4.* Bonac. *de Sacrament. disp. 8. quaest. vnica, punct. 2. num. 2.* & Ægidius *de Sacrament. tom. 2. disp. 28. dub. 6.* quibus accedit Illustrissimus Primas *cap. psalmista, num 6. dist. 23. vers. secunda sententia.*

16. Psalmistatus, seu prima tonsura cùm non sit ordo, sed dispositio ad Ordines, non imprimitur character in illa: in reliquis tamen Ordinibus, qui sunt Sacramenta, imprimitur character: qui nihil aliud aliud est, quàm qualitas supernaturalis realiter ab anima distincta, eique diuinitus infusa, ita Soarez *tom. 3. in 3. partem disp. 11. sect. 2. ad finem.* Vbi

17. verò imprimatur, dissensio est inter Doctores. D. Thom. ait characterem esse in intellectu, vt in subiecto proximo, ita *tom. 3. q. 63. art. 4.* quem sequuntur omnes Thomistae, existimātes characterem immediatè esse in potentia, & non in essentia animae.

Secunda sententia ponit characterem in anima, & in vtraque potentia eius, hoc est, in tota imagine Trinitatis, ita loquebantur antiqui, quibus ex parte accedit Alensis *4. p. quaest. 19. membr. 3.* & Bonauentura *in 4. dist. 6. art. 1. quaest. 3.* vbi cēnset characterem esse in vtraque potentia, etiamsi dicat principalius esse in intellectu.

Tertia ait characterem esse in voluntate, quia character est dispositio ad gratiam, & gratia est in voluntate, cùm sit idem cum charitate, ergo & character, ita Scot. *in 4. distinct. 6. quaest. 11.* sed reiicitur, cùm supponat gratiam esse idem cum charitate, & non esse in essentia animae, quod est falsum, vt bene probat Soarez *suprà disp. 11. sect. 4. vers. tertia ergo opinio est.*

Quarta ergo sententia quae magis placet, docet verisimilius esse characterem esse immediatè in substantia animae, vt in subiecto proprio, ita Marsil. *in 4 quaest. 4. art. 1.* & Gabriel *dist. 6. quaest. 2. art. 3. dub. 2.* Confirmatur ex Concil. Tridentin. *sess. 7. Canon. 9. Si quis dixerit in tribus Sacramentis, Baptismo scilicet, Confirmatione, & Ordine, non imprimi characterem, hoc est, signum quoddam spirituale, & indelebile, vnde ea iterari non possunt, anathema sit.* sequitur Suarius *d. sect. 4 §. in hac igitur re*, vbi respondet argumentis contrariis, additque *art. 5.* characterem inesse animae indelebiliter, & de facto perpetuò in anima mansurum, quandiu ipsa durauerit in quocunque statu.

De obligatione recitandi horas Canonicas, & quinam illam habeant?

DISPVTATIO XXII.

Horae quid sint, & quando primùm institutae, & ad quid?

§. I.

1. *Horae Canonicae sunt pensio debita ab illis, qui sunt electi in sortem Domini.*
2. *Horae Canonicae in quo consistant, & quid repraesentet officium nocturnum, & diurnum?* *Vnde dicantur horae Canonicae? ibid.*
3. *Horae Canonicae quando primum fuerunt institutae?*
4. *Horae Canonicae an sint diuini iuris, an Ecclesiastici?*
5. *Papa an possit dispensare, vt horae Canonicae non dicantur?*
6. *Horae Canonicae cur septem sint, nec plus, nec minus?*
7. *Vigiliae nocturnae, quando fuerunt institutae?*
8. *Matutinae laudes cur fuerunt institutae, & cur numerus Psalmorum non est semper aequalis?*
9. *Horae Canonicae debitis horis an debeant recitari, & qua voce, & quo loco?*
10. *Horae Canonicae iuxta quem ritum sint priuatim recitandae?*
11. *Horae Canonicae publicae sunt sub praecepto.*
12. *Peccatum quale sit horas Canonicas interrumpere?*
13. *Clerici minorum Ordinum an possint obligari ab Episcopo ad aliquas preces?*

PRIMA obseruatio. Horae Canonicae sunt certa pensio diuini cultus debita ab illis, qui in sortem Domini sunt electi, pro qua accipiunt in sustentationem patrimonium Christi Domini: nam bona Ecclesiae dicuntur esse de patrimonio Christi, Azor *institut. moral. part. 2. lib. 6. cap. 1. quaes. 4.* Consistunt horae Canonicae in officio nocturno, & diurno. Turrecrem. *in Eleuther. distinct. 91. num. 1.* sic ait. *Hora Canonica est oratio publica sub certo numero Psalmorum, lectionum, & aliorum huiusmodi à Sanctis Patribus ad laudem Dei ordinata, & per septem congruentes horas distributa.* vbi explicat omnes particulas illius, & eam approbat Nauarr. *de hor. canon. cap. 7. num. 1.* Officium nocturnum propriè dicitur vigiliae nocturnae, laudes matutinae, & Completorium, sic Archidiaconus *in cap. presbyter dist. 91.* & Innocentius, Hostiensis, Ioannes Andreas, Abbas *in c. 1. de celebratione Missarum.* Continet etiam primam, quae dicenda est diluculo. Repraesentat autem officium nocturnum tempus seruitutis, & miseriae, quo humanum genus à diabolo obsessum tenebatur. Officium tamen diurnum complectitur caeteras horas, Tertiam scilicet, Sextam, Nonam, & Vesperam. Alij autem sub nocturno officio comprehendunt vigilias nocturnas, & laudes matutinas, sub diurno verò horas caeteras, quod magis videtur cum iure Canonico conuenire: quae horae diurnae repraesentāt tempus nostrae redemptionis, &

& liberationem factam à Sole iustitiæ Christo Domino, qui mentes nostras lumine diuinitus infuso accendit, & illuminat, Archidiaconus *in c. presbyter, dist.* 91.

Secunda obseruatio, dicuntur horæ Canonicæ ita à Canone, quod est regula, quasi regulares: & sunt regulariter dicendæ, Soarez *lib.* 4. *de materia officij diuini, cap.* 1. *num.* 13. *ad finem, & cap.* 3. *num.* 1. vbi ait secundùm aliquos dici horas canonicas ab orando, & verius est Canonicas preces horarum nomen accepisse ab hora, prout pars temporis est, & vocari canonicas à canone, hoc est, regula, quia secundùm certam regulam dicendæ sunt. Dicuntur item preces diuinæ, quia Deo impenduntur, Zabarel. *in Clementina* 1. *de celebrat. Missar.* Non igitur horæ canonicæ appellantur Officium diuinum à causa instituente, sunt enim de iure Ecclesiastico, sed potiùs à causa materiali, & finali, quia diuinas laudes continent, & diriguntur, ordinantúrque ad Deum laudandum; Bellarm. *tom.* 3. *controu.* 3. *lib.* 1. *c.* 10. *vers. dicuntur autem, & c.* 18. vel quia per eas pensum seruitutis, & tributum quoddam Deo soluimus, & Bonac. *de hor. canon. disp.* 1. *q.* 1 *punct.* 2. *n.* 4. *vers. ad tertiam.*

3. Tertia obseruatio. Quæritur quando fuerunt preces canonicæ institutæ? Dicendum est septenarium horarum canonicarum numerum in Ecclesia fuisse receptum vsu iam à tempore Gregorij Primi, Pelagij secundi, Gelasij primi, & Damasi primi, vt vult Polydorus Virgilius *lib.* 6. *de inuentione rerum, c.* 2. & ea de re fuisse latam legem Ecclesiasticam, quæ Clerum obstrinxit soluere pensum, quod probat ex *cap. Eleutherius, distinct.* 91. vbi de Pelagio primo. Nihilominus ex historiis Ecclesiasticis paulo altiùs hoc incepisse colligitur à Patribus iam inde ab Apostolorum temporibus clericos certis diei, ac noctis horis Ecclesiam frequentare solitos esse, vt Preces, hymnos, ac Psalmos Deo decantarent; vt videre est apud Apostolicam constitutionem Clementis *lib.* 8. *constitut. Apostolicar. cap.* 30. quæ sic ait: *Precationes facite manè Tertia hora, & Sexta, & Nona, & vespere vsque ad Galli cantum*; consonat Cyprianus *in expositione Orationis Dominicæ*, ibi: *in orationibus celebrandis inuenimus obseruasse cum Daniele tres pueros in Fide fortes, & in captiuitate victores, horam tertiam, sextam, & nonam.* & paulò pòst: *sed nobis fratres dilectissimi, præter horas antiquitus obseruatas, orandi nunc, & spatia, & Sacramenta creuerunt. Nam & manè orandum est, vt Resurrectio Domini matutina oratione celebretur: recedente item sole, ac die cessante, necessariò rursus orandum est.* Et infrà: *qui autem in Christo, hoc est, in lumine semper sumus, nec noctibus ab oratione cessemus.* Sic ibi. confert Hieronymus *in Epistola* 22. *ad Eustochium, de custodia virginitatis. Horam,* inquit, *Tertiam, Sextam, Nonam, Diluculum quoque, & Vesperas nemo est qui nesciat.* Noctibus quoque bis, terque surgendum. Et hinc est, quòd in Conciliis, & Scriptoribus Ecclesiasticis post ea tempora fiat mentio frequens septem horarum Canonicarum, vt in Concilio Cabilonensi, sub Carolo Magno, *Canon.* 59. vt enumerantur horæ septem eo ordine, quo modo recitantur, de quo numero septenario loquitur *c. presbyter, dist.* 9. Idem habetur in Concilio Aquisgranensi, sub Ludouico Pio à *cap.* 126. *vsque ad cap.* 130. & Azor *part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 1. *vers. quintò quæritur, & cap.* 2. *per totum.*

4. Quarta obseruatio; an septem horæ Canonicæ sint iuris diuini, an Canonici? Respondeo, & dico primò obligationem soluendi preces horarias partim esse de iure diuino, & partim de iure Canonico. Nam de iure diuino extat obligatio, vt persona Ecclesiastica sacrificet Sacrificium laudis Deo, illique offerat de fructu labiorum suorum. Hinc fit, vt Abbas *in cap.* 1. *de celebratione Missarum*, credat preces canonicas esse iuris diuini; & ex illo teneri clericum septies singulis diebus orare, iuxta illud Psalmi, *septies in die laudem dixi tibi*, modum tamen, & formulam orandi esse ab Ecclesia constitutam, vnde non posse liberari clericum etiam authoritate Papæ à præcepto precandi septies Deum: posse tamen eximi à lege seruandi modum, & formulam orandi, ita Angelus *verb. hora, quæst.* 6. Tabien. *eodem verbo, quæst.* 5. Rosella *num.* 13. Turrecremat. *in cap. presbyter, distinct.* 91. idem videtur sequi & D. Antonin. *part.* 2. *tit.* 9. *cap.* 12. §. 1.

Probabilius tamen est, iuris canonici esse singulis quibusque diebus septies clericos in die orare, ita Syluester *verb. hora, quæst.* 8. *num.* 9 & Lignan. *in cap. dolentes, de celebrat. Missar.* Probatur, nam quamuis clericus ratione sui status videatur obligari ad laudandum Deum recitando quotidie aliquid ex illa speciali obligatione indeterminatè; propriam tamen obligationem præcepti non solùm, quo ad determinationem temporis, aut modi, sed etiam, quo ad substantiam eius ex Ecclesiastico præcepto habet, Graffis *lib.* 2. *decis. cap.* 50. 5.
num. 4. vbi *num.* 5. addit non posse R. Pontificem dispensare, vt ex toto Officium diuinum non dicatur, posse tamen dispensare circa modum soluendi officium, nempe vt dicatur hoc, vel illud officium, hæc, vel illa oratio; Abbas *in cap.* 1. *de celebratione Missarum*, Angel. *in verb. hora, num.* 6. ideo tempus, ordo, qualitas, locus, modus, & numerus horarum Canonicarum, cùm sint de iure positiuo, non est dubium, quin possit Papa dispensare, concordat Soarez *lib.* 4. *de horis canonicis, cap.* 16. *ex num.* 3. *vsque ad num.* 7. vbi de hac re plenè.

Quinta obseruatio. Horariæ preces sunt numero septem, vel ad summum octo. Quòd sint septem, tradit gloss. & Canonistæ partim *in cap.* 1. *de celebratione Missarum*, Hostiens. Ioan. Andr. Ancharan. & Imol. *ibi* & partim *in Clemen.* 1. 6.
eodem titulo, & Summistæ omnes. Probatur ex *d. cap.* 1. per textum ibi, *Qui septenarius numerus*; ex quo sunt septem, Matutinum scilicet, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vesperæ, & Completorium, ita Sotus *de iustitia, lib.* 10. *q.* 5. *art.* 4. Suar. *d. lib.* 4. *c.* 6. *num.* 6. Filliucius *tom.* 2. *tractat.* 23. *cap.* 3. *puncto* 8. Bonacin. *de horis canonicis, disp.* 1. *quæst.* 1. *punct.* 3. *num.* 3.

Esse autem octo preces canonicas, videlicet Matutinas, Vigilias, Laudes, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vespertinas preces, & Completas, magis placet S. Antonin. *part.* 2. *tit.* 9. *cap.* 12. §. 1. & 3. *part. titul.* 13. *cap.* 4. §. 1. Nauarr. *de horis Canonicis, cap.* 3. *num.* 27. Francolin. *cap.* 12. *num.* 4. Carol. Macign. *cap.* 7. *num.* 57. *& sequent.* quamuis communi omnium consensu receptum sit horas canonicas septem esse duntaxat, vt in Concilio Cabilonensi II. *canon.* 59. sub Carolo Magno, & ex illo Psalm. *septies in die laudem dixi tibi*; est enim septenarius numerus perfectissimus, & in maxima consideratione habetur. Septem sunt dona Spiritus sancti, per quæ numerus iste septenarius Spiritui sancto consecratus dicitur. Septem sunt Sacramenta Ecclesiæ.

Seprem candelábra aurea, & io medio eorum ſimilis filio homiois, qui habebar in dextera ſua ſtellas ſeptem. Ex qnibus viderur preces horarias non ſine cauſa Eccleſiaſtico iure fuiſſe diſtinctas in ſeptem duntaxat, & ooo in plures, aut pauciores, Petrus Gregor. *ſyntagm. iuris*, *lib.* 1. *tit.* 2. *cap.* 2. Bellarmin. *tom.* 3. *controuerſ. vltim. generali*, *lib.* 1. *de bonis oper. cap.* 19. *ad finem.* Filliuc. *tract.* 23. *cap.* 3. *q.* 5. *num.* 90. & *cap.* 5. *num.* 145. Azor. 1. *part. lib.* 10. *cap.* 1. *q.* 7. & *cap.* 4. *q.* 13. & Bonacin. *diſp.* 1. *q.* 1. *punct.* 2. *num.* 2. vbi contrariæ partis rationibus bene ſatisfacit.

7. Sexta obſeruatio Vigiliæ nocturnæ à temporibus Apoſtolorum, vt conſtat ex dictis ſuprà, fuernnt inſtitutæ iuxta conſuetudinem Regis Prophetæ ſurgentis media nocte ad laudandum Deuio. *Media*, inquit, *nocte ſurgebam ad confitendum tibi*, quem imitati Paulus & Silas, *Actor.* 16. in carcere, & in vinculis poſiti, media nocte orantes laodabant, & benedicebant Deum. Vigiliæ verò nocturnæ erant tres numero, reſpondebántque tribus militaribus excubiis, & per tria noctis interualla fundebantur preces nocturnæ: deinde verò matutinæ laudes in quarta noctis vigilia ſoluebantur, vt pro hoſtibus in nocte ſuperatis Deo gratiæ debitæ redderentur more Hebræorum, qui Ægyptiis in mare rubrum ſubmerſis, diluculo diuinas laudes decantarunt.

8. Quæri etiam poteſt, cur nocturnæ vigiliæ non ſemper conſtent eodem numero Pſalmorum, cùm aliquando contineat vnaquæque tres, interdum duodecim, vt io diebus Dominicis in prima vigilia, & in duabus ſeqoentibus non ita, & in aliis diebus profeſtis duodecim? Hugo *lib.* 2. *de offic. Eccleſ. cap.* 9. & 10. vult id fieri in laudem ſanctiſſimæ Trinitatis, & in memoriam, & cultum ipſius tres vigilias decantari. Item tres vigilias tria mundi tempora, legis ſcilicet naturæ, & legis ſcriptæ, & legis gratiæ referre, ſed meliùs ita fieri, vt tres vigiliæ ſpirituales reſpooderent excubiis militaribus. Duodecim denique Pſalmi, qui in diebus profeſtis recitantur, reſpondent duodecim noctis horis, vt hoc modo per rotam noctem Deum oremus. Subdit Hugo in duodecim Pſalmis referri duodecim Prophetas, aut duodecim Apoſtolos, & in tribus lectionibus, ſeu reſpõſoriis recoli memoriam Sanctiſſimæ Trinitatis.

9. Septima obſeruatio. Quibus horis diei, aot noctis preces canonicæ debeant recitari, qua voce, & quo loco? Reſpondeo & dico ſecundò tempus recitandi Officium diuinum incipere à media nocte antecedentis diei, & perſeuerare vſque ad mediam noctem ſequentis incluſiuè; quin imò matutinum ſimul cum laudibus recitari poſſe veſperis antecedentis diei, hoc eſt, poſt tempus Veſperum, & Completorij, intercedente tamen iuſta cauſa, videlicet, vt deuotiùs oret, vel vt ſequenti manè neceſſariis occupationibus vacet, ita D. Thomas *quodl.* 5. *art.* 28. Azor. 1. *part. inſtit. moral. lib.* 10. *cap.* 9. *q.* 5. Suar. *de horis Canonicis*, *lib.* 4 *cap.* 27. *num.* 11. Leſſius *de iuſtitia*, *lib.* 2. *cap.* 37. *num.* 79. Filliuc. *tom.* 2. *tractat.* 23. *cap.* 8. *q.* 10. & Bonacin. *de horis canonicis*, *diſp.* 1. *quæſt.* 3. *punct.*.. *num.* 10. nec requiritor, vt hoc fiat occaſu Solis, ſed ſufficit incipere matotinum poſt tempos Completorij, quod ſolet iuxta communem conſuetudinem cathedralium eſſe poſt quartam horam pomeridianam, vel circa, Soar. *dict. lib.* 4. *cap.* 27. *num.* 14. Filliuc. *d. tractat.* 23. *cap.* 8. *quæſt.* 10. *num.* 275. & Bonacin. *de horis canonicis*, *diſp.* 1. *q.* 3. *punct.* 3. *num.* 16. & Barboſ. *in cap.* 1. *de celeb. Miſſ. num.* 5.

Secluſa verò quacunque conſuetudine non ſolùm cathedralium, ſed etiam particularium Eccleſiarum, quæ in illis eſt ſeruanda, Prima debet recitari circa ortum Solis, quod ſignificat Hymnus, *Iam lucis orto ſidere*, Tertia, hora tertia à Solis ortu, Sexta in meridie, Nona hora tertia poſt meridiem, hoc eſt, io medio Veſpere, & meridiei: Veſperæ hora vltima, occaſu Solis. Completorium poſt occaſum Solis per horam, vel in crepuſculo.

Matutinum, ſi loquamur de iure, recitandum eſt poſt mediam noctem moraliter acceptam, à tertia ſcilicet Vigilia: Laudes vna hora, vel circa, ante Solis ortum. De conſuetudine, quo ad matutinum varium eſt tempus. Alij circa auroram cum laudibus concinunt. Alij ſub veſperam præcedentis diei, præſertim in æſtate illud perſoluunt. vbique conſeruanda eſt conſuetudo loci.

Quo ad vocem dicendum eſt priuatim recitantes ſatis eſſe, quòd ſubmiſſa voce Officium ſoluant. Sufficit vox ſenſibilis, vel audibilis, quia Eccleſia noo præcipit actum merè internum, ſed externum, coniunctum tamen cum interno. Contra recitantes in Eccleſia pro vſu fidelium alta voce officium proferre debent, D. Thomas 2. 2. *quæſt.* 83. *art.* 12. Suar. *ſupra cap.* 7. *num.* 2. & 3. oeque ex præcepto Eccleſiæ neceſſe eſt alta voce orare, Filliuc. *dict. tract.* 23. *cap.* 3. *num.* 114. & *ſequentib.*

Porrò preces canonicæ in Eccleſia cum cantu dicendæ ſunt, quando publicè ſoluuntur, colligitur ex Tridentin. *ſeſſ.* 23. *cap.* 18. & ex nouo Teſtamento *Matth.* 26. Chriſtus poſt cœnam Hymnum cecinit. Nauarr. *cap.* 5. *de oratione*, *numer.* 11. dicens horas canonicas dum publicè dicuntur eſſe canendas regulariter in loco ſacro, quia ſecundùm ius commune in Eccleſia dici debent, *Clement.* 1. §. *ne igitur*, *de celebrat. Miſſar.* & *cap.* 1. indicatur iuncta gloſſ. *verb. perſoluat*, *eodem titulo*; priuatim tamen qui recitant, vbique recitare poſſunt in loco tamen, decenti, & Nauarr. *de horis canonicis*, *cap.* 21. *à num.* 32. & 8. *limitamus*, & quamuis aliqui dicant recitantes extra Eccleſiam debere Oratorium habere aliquod ad id deputatum in domo ſua, id intelligunt de decentia, & honeſtate, non autem de præcepto, Nauarr. *ſuprà.*

Octaua obſeruatio petit iuxta quem ritum preces canonicæ cùm priuatim recitantur, ſint dicendæ? Reſpondeo recitandas iuxta ordinem ab Eccleſia præſcriptum, videlicet Matutinum, & Laudes, deinde Primam, Tertiam, Sextam, & ſic deinceps. ex quo Bonacin. *de horis canonicis*, *d. punct.* 4. *n.* 1. *q.* 3. colligit non ſeruantem ordinem horarum in recitando, non peccare mortaliter, nec venialiter, dummodo faciat ex iuſta cauſa; quod priùs dixit Leſſius *lib.* 2. *cap.* 87. *num* 80. 10.

Tenetur item clericus iure communi antiquo recitare priuatim Officium iuxta Breuiarium in ſua Diœceſi approbatum, vt deducitur ex *cap. de iis*, *cap. placuit*, *diſtinct.* 12. *cap. conuenit*, *de conſ. diſtinct.* 1. & *Clement.* 2. *de celebrat. Miſſar.* alioqui non ſatisfacit ſuo officio, ac muneri; debet enim idem pſallendi ordo ſeruari, quamuis in iis locis ſermo ſit de recitatione publica, & in choro: ideo à paritate rationis idem dicendum eſt de recitatione priuata; quia membra debent

debent corpori conformari. D. Thomas *Quodlib.* 1. *art.* 13. Caietan. tamen *verb. hora* §. 2. magis tradit hanc obligationem ex cõsuetudine, quàm ex iure.

Alij tamen volunt semper integrum esse cuicunque clerico, vel religioso priuatim recitare iuxta formam Breuiarij Romani, quia Romana Ecclesia est mater omnium, Caietan. *verb. hora*, Soarez tamen *lib.* 4. *c.* 23. *n.* 6. probabilius credit eodem iure clericos teneri recitare secundùm consuetudinem Ecclesiæ, in qua resident cùm expediat imitari honestos mores eorum inter quos clericus viuit, Filliuc. *de horis*, *cap.* 7. *num.* 121.

Nihilominus secundùm ius nouum Pij Quinti omnes Ecclesiastici obstricti ad boras Canonicas teneotur illas recitare secundùm formam à Pio Quinto, & Clement. octauo præscriptam, exceptis iis, qui pertinent ad illas Diœceses in eadem constitutione Pij Quinti exceptas; nec non demptis Religionibus, quæ antiquioribus vtuntur Breuariis, quæ ducentos annos à sua approbatione excedunt, vt constat ex eadem constitutione, Suar. *supra num.* 9. Filliuc. *d. cap.* 7. *num.* 22. *& sequent.* Vnde colligitur clericos obligatos ad horas recitandas iuxta Breuiarium Romanum, vel habentes priuilegium recitandi secundùm Romanum, non posse licitè vti alio Breuiario relicto proprio suæ Ecclesiæ, aut Religionis, Nauarr. *de oratione cap.* 19. *num.* 21. Bellarmin. *tom.* 4. *controuers. lib.* 1. *de bonis operibus*, *cap.* 18. *vers. & quamuis*, Valentia *tom.* 3. *disp.* 6. *q.* 20. *punct.* 10. Azor. *institut. moral. p.* 1. *lib.* 10. *cap.* 11. *q.* 1. Soar. *cap.* 8. *num.* 4. *& cap.* 23. *num.* 2. *&* 9. Filliuc. *d. tract.* 33. *cap.* 7. *quæst.* 1. Vasquez *in opuscul. de beneficiis*, *cap.* 4. *dub.* 2. *tit.* 1. & Bonacina *d. disp.* 1. *q.* 3. *punct.* 1. *num.* 3. vbi *num.* 5. subdit probabile esse seclusio in contrarium præcepto posse clericum priuatim recitare, non obstante consuetudine propriæ Ecclesiæ secundùm Breuiarium Romanum, quia hoc est conformare se Ecclesiæ Romanæ, quæ est caput, & mater cæterarum Ecclesiarum.

11. Nona obseruatio, horæ canonicæ publicæ sunt sub præcepto, colligitur ex *cap. vlt. dist.* 92. vbi præcipitur Presbytero, Diacono, vel cuilibet clerico Ecclesiæ deputato, vt conueniat ad Ecclesiam ad quotidianum officium matutinis, & vespertinis horis psallendum, alioquin deponatur si monitus ab Episcopo non emendetur. Idem præceptum colligitur ex *c.* 1. *de celebratione Missarum*, vbi conceditur licentia clerico rusticano ad opus rurale priùs recitatis horis ex causa, & postea limitatio additur his verbis. *Ita tamen, vt horis competentibus iuxta possibilitatem, aut à se, aut à scholaribus publicè compleantur.* Idem deducitur ex *c. dolentes, eod. titul.* ibi, *districtè præcipientes, vt Diuinum officium celebrent.* quo loci loquitur præsertim de hac publica recitatione. Quod præceptum obligat Ecclesias sæculares, Cathedrales, & collegiatas, vt in illis Officium diuinum publicè persoluatur. Idem in aliis Ecclesiis Dominicis saltem diebus, & festis fieri debet, nisi contrarium habuerit consuetudo. Ita Turrecr. *d. c. vlt. dist.* 91. *q.* 1. Syluest. *verb. hora*, *q.* 10. Angel. *eodem verb. n.* 25. constat ex *Clement.* 1. *de celebr. Missar* his verbis, *vt in Ecclesiis Cathedralibus, Regularibus, & Collegiatis horis debitis deuotè psallatur*, & infrà, *in aliis verò conuenienter, & debitè celebretur Diuinum officium, diurnum pariter, & nocturnum.* sic ibi; nihilominus consulenda est consuetudo singularum Ecclesiarum, & earum statutis, & institutionibus approbaris standum est.

12. Decima obseruatio, quale peccatum sit horas canonicas interrumpere? Respondeo non esse peccatum ex iusta causa, absque illa erit veniale, satisfacit tamen præcepto Ecclesiæ quoad substãtiam, siue ad longum, siue ad breue tempus quis interrumpat, etiamsi duret per vnam, vel duas horas, non tenetur repetere, Less. *lib.* 2. *c.* 37. *dub.* 10. *n.* 57. cum aliis ibi relatis. Non peccare ex iusta causa interrumpens ex eo dicitur, quia prudenter operatur, qui aliquid ex rationabili causa operatur. Similiter breois valde interruptio excusabitur ab omni peccato, quamuis fiat absque iusta causa, nam parum pro nihilo reputatur, nec videtur moralis interruptio per dun, aut tria verba facta. Satisfacere recitantem cum interruptione præcepto Ecclesiæ, quamuis partem priùs dictam nolit repetere; ex eo ostenditur, quia, qui ita recitat, facit opus ab Ecclesia præscriptum, & totum recitat, nec partem aliquam omittit, precesque interruptæ efficiunt vnum officium, Aragon. 2. 2. *q.* 83. *art.* 12. *ad finem*, Roder. *verb. hora*, *c.* 140. *concl.* 3. dicentes siue interruptio fuerit cum causa, siue non, satis esse suppleri quod deficit, nec teneri ab initio integram hóram repetere, quamuis tempus interruptionis fuerit magnum. Nald. *verb. Diuinum officium*, *n.* 4. Less. *supra*, Bonac. *disp.* 1. *q.* 3. *punct.* 2. *n.* 28. quibus accedit August. Barbos. *in c. dolentes*, *n.* 17. *de celebr. Missar.* Eo, quia præceptum soluendi officij est odiosum: ideo restringi debet, argumento audientis sacrum die festo summo manè dimidiatum, qui satisfacit audiendo post notabile tempus alterum dimidium, & non tenetur audire alterum sacrum ab initio, Azor 1. *part. instit. moral. lib.* 7. *cap.* 3. *q.* 3. post Sotum *in* 4. *distinct.* 13. *q.* 2. *art.* 1. Nauar. *in manuali*, *cap.* 11. *num.* 2. & Medin. *in sua instruct. confessor. c.* 14. §. 9. Ergo eodem modo in nostro casu.

Nihilominus vrget dubium, vtrùm satisfaciat præcepto, qui preces canonicas inceptas interrumpit animo repetendi iam recitatas, sed postea non repetit? Cui satisfit dicendo non opus esse repetere, quia iam satisfecit præcepto, cùm fecerit opus ab Ecclesia præscriptum præcipiente, vt recitetur Officium absolutè, & non animo repetendi. Cùm ergo simpliciter Ecclesia præcipiat quotidie recitari Officium diuinum, & non præcipiat recitari animo repetendi, iam recitans satisfecit præcepto, nec tenetur repetere. Vasq. *in opusc. de benef. c.* 4. §. 1. *dub.* 7. *num.* 114. *vers. verumtamen*, *&* 1. 2. *q.* 100. *art.* 9. Paul. Squillas *p.* 1. *dub.* 22. Naldus *verb. Diuinum officium*, *n.* 3. *&* 8. Francol. *de temp. cap.* 27. Henriq. *de Missa*, *c.* 25. *n.* 6. Valent. *tom.* 3. *disp.* 6. *q.* 2. *punct.* 10. *ad finem*, & Mulfes. *tract.* 5. *cap.* 2. *n.* 4. *&* 52. Nec valet actum agentium non operari vltra intentionem eorundem; quia hoc habet locum in iis, quæ ab ipsorum intentione pendent. Adimplere autem præceptum recitandi pendet ab intentione Ecclesiæ, non verò ab intentione recitantium, quæ debet esse conformis intentioni Ecclesiæ.

Sed quid dicendum de eo, qui recitat preces horarias, nolens tunc præcepto satisfacere, sed habens in animo iterum eas dicere ad satisfaciendum præcepto? Respondeo satisfecisse, nec teneri ex vi præcepti Ecclesiastici repetere iam recitata, quæ simpliciter præcipit quotidie recitari diuinum Officium. Aragon. *supra*, *q.* 83. *art.* 13. Garcia *de benefic. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 198. Reginald. *lib.* 18 *num.* 150. & Bonacin. *disput.* 1. *q.* 3. *punct.* 2. §. 1. *num.* 31. & alij, quos referens sequitur Augustinus Barbos. *in cap. dolentes*, *num.* 17. *&* 18. *de celebratione Missarum.*

Vltima obseruatio, an possit Episcopus obligare 13.

constitutos io minoribus ad aliquas preces fundendum: Affirmat Nauarrus *de oratione, cap. 7. n. 13.* Negat tamen Sotus *lib. 10. de iustitia, q. 5. art. 3.* nisi vbi fuerit coosuetudo recitandi eas preces, tunc si Episcopus præciperet aliquas preces recitari, præceptum vim haberet, tanquam de re bona, nec difficili, non tamen, vt quotidie recitarentur: esset enim tunc graue præceptum, Azor. *d. lib. 10. cap. 5. q. 3. & 4.* Sà *verb. hora, num. 5.* Less. *lib. 2. c. 37. dub. 9. num. 46.* de hoc dubio infrà §. 4. *num. 1.*

Difficultates circa superiorem doctrinam in præcedenti §. contentam.

§. II.

EPITOME.

1. *Hæretici damnant horas canonicas ab Ecclesiasticis recitandas.*
2. *Quale peccatum recitare, sed non statis horis, & ordine præpostero?*
3. *Officium vnius diei commutare in officium alterius, an sit mortale?*
4. *Matutinum sine laudibus an recitari possit, & an nocturna separatim recitari possint?*
   & an liceat recitare prius posteriorem partem horæ, quàm priorem, n. 5.
6. *An recitans priuatim teneatur se audire dum recitat?*
7. *Oratio publica constituta ex precibus canonicis iussu Ecclesiæ, an habeat aliquem effectum ex opere operato, & quid de oratione Dominica?*
8. *Quale peccatum sit non recitare horas publicè statis temporibus?*
9. *Inuertere ordinem circa tempus recitandi publicè quando non sit peccatum?*
10. *An Episcopi obligentur ad horas canonicas in Choro?*
11. *An Prælati inferiores Episcopo teneantur recitare in Choro?*
12. *Vtrùm Officium vespertinum in Quadragesima sit soluendum ante prandium?*

1. CONTRA formam recitandi Officium diuinum insurgunt hæretici damnantes illum tanquam inutilem, sine vllo fundamento in odium Ecclesiæ Romanæ, teste Æneа Siluio *de origine Bohemorum, tom. 3. cap. 21.* Facilè tamen soluitur eorum impietas, cùm sole clarius constet formam precandi, & orandi Deum per horas canonicas esse piam, & sanctam, & vbique laudabilem, & à S. Ecclesia institutam, ac retinendam omnino, quicquid hæretici impiè, & impudenter freмant, cùm impleatur per has preces monitum Christi Domini Lucæ 18. *Oportet semper orare, & nunquam deficere,* & iuxta illud, *Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem.* & Apost. 1. *ad Thessalon. 5. Sine intermissione orate, & ad Ephes. 5. Implemini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in Psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus cantantes, & psallentes in cordibus vestris Domino, gratias agentes semper pro omnibus in nomine Domini IESV Christi, & Deo Patri.* Consonat Beda *in cap. 18. Lucæ*, vbi explicat illud, oportet semper orare, per hæc verba, *Dicendum eum semper orare, qui Canonicis horis quotidie iuxta ritum Ecclesiasticæ traditionis psalmodiis, precibusque consuetis Dominum rogare, & laudare non desistit*, & hoc esse, quod Psalmista dicebat, *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.* Sic ille. Ex quibus patet quàm pium, & salotare contineant preces canonicæ, quæ constant ex Psalmis à sancto Spiritu dictatis, & breuiter omnia fermè mysteria sacræ Scripturæ per modum laudis, vt ait Dionys. *de Ecclesiast. Hierarch. c. 3. p. 3.* nec non selectissima totius veteris, & noui Testamenti, ac sanctorum Patrum documenta.

Quale peccatum sit non recitare preces canonicas statutis horis, neque ordine seruato: Quo ad primum, dico iure suis temporibus singulas preces canonicas esse dicendas. Ex causa tamen, & ob negotia, quæ passim occurrunt absque vllo peccato posse anteponi, vel postponi tempus illarum; & satius est præuenire, & anteponere. Probatur ex *c. presbyter, de celebratione Missarum, verb. vesperam que persoluat.* Conueniúntque omnes melius esse anteponere propter eam causam, quòd attentiùs, studiosiùs, & religiosiùs recitari soleant: ideo manè, si diuinum Officium recitetur vsque ad vespertinum, nullum est peccatum, quando fit ob aliquam ex supradictis causis. Erit tamen veniale sine causa anteponendo, vel postponendo recitare officium: ab omnibus tamen traditur præponere officium prouidentiæ esse; postponere autem negligentiæ tribui, Azor *suprà lib. 10. c. 9. vers. tertiò quæritur,* Filliuc. *de horis, tract. 23. c. 8. n. 269. & n. 270.* dicens ex rationabili causa postponere intra eandem diem recitationem non esse peccatum veniale: ex sola voluntate id facere posse esse peccatum, sicut anticipare sine causa, si anticipatio est extraordinaria, erit veniale. 2.

Quoad secundum recitare ordine præpostero, hoc est, ante laudes primam, vel vesperum ante primam, non esse mortale, tradunt Lessius *d. lib. 2. cap. 37. dub. 12. num. 80.* Tolet. *lib. 2. cap. 13.* Bonacin. *de horis canonicis, disp. 1. q. 3. punct. 4. num. 2.* resoluens nec venialiter peccare, si faciat ex iusta causa: vnde inferunt posse recitari matutinum à subdito cum superiore ad Solis occasum, etiam si nondum recitauerit Completorium, recitando postea illud; & eodem modo, qui ab amico inuitatur ad recitandam primam, cum ipse nondum recitauerit matutinum, posse cum eo recitare primam, & postea recitare matutinum, Vasquez *in opusculo de benefic. cap. 4. §. 1. art. 2. dub. 4.* Suar. *lib. 4. de horis Canonicis, cap. 24. num. 4. vers. altera mutatio,* Azor. *dict. lib. 10. cap. 10. quæst. 1.* & Filliuc. *dict. cap. 7. num. 232.* Id autem fieri sine causa secluso contemptu, est veniale tantùm, quia est inuersio debiti ordinis, & defectus in accidente.

3. Quid ergo de commutantibus officium vnius diei in officium alterius diei? Sunt qui putent peccare mortaliter si quis recitet officium feriæ tertiæ, vel quartæ, loco officij feriæ quintæ, & in die Sabbato Officium de Sanctis redimendi temporis causa, omisso officio feriæ quintæ, vel Sabbathi, ita Suar. *d. lib. 4. cap. 11. num. 6. & cap. 23. num. 12. & 14.* Bellarmin. *tom. 3. lib. 1. controuers. 3. cap. 18.* Garcia *de benefic. part. 1. cap. 1. num. 150.* Philiarc. *part. 1. lib. 1. cap. 6. conclus. 6.* Filliuc. *dict. tractat. 23. cap. 8. q. 2. num. 186. & cap. 7. q. 3.* Graffis *decis. lib. 2. cap. 51. num. 10.* Ex ea ratione, quia Ecclesia non solùm præcipit recitationem diuini Officij in genere, sed etiam in particulari; ergo, qui alias preces canonicas recitat, frangit præceptum Ecclesiæ in re graui, & ex consequenti peccat mortaliter, vt etiam vult vltra præcitatos Tabiena

verb.

verb. hora, q. 10. Nauar. *de oratione, cap.* 19. *num.* 201. Petrus Ledesm. *in summa, p.* 2. *tract.* 9. *cap.* 4. *concl.* 16. Fr. Emmanuel *in summa, tom.* 1. *cap.* 141. *num.* 3. *& de regul. tom.* 1. *q.* 42. *art.* 8. *ad finem*, Reginald. *in praxi, lib.* 18. *num.* 177. & Naldus *in summa, verb. diuinum officium, num.* 16.

Alij contra huiusmodi clericum solùm peccare venialiter in commutatione Officij vnius diei pro Officio alterius, ratio quia iste satisfacit præcepto, quoad substantiam, quamuis deficiat quo ad modum seruandi illud, ita Valentia *tom.* 3. *disp.* 6. *q.* 2. *punct.* 10. §. *Quid si recitandum*, Syluest. *verb. hora, q.* 12. *num.* 15. Vega *in summa, part.* 1. *cap.* 117. *casu* 17. Azor. *d. lib.* 10. *c.* 10. *q.* 2. Vasquez *in opusculo de benefic. cap.* 4. *dub.* 2. Lessius *d. lib.* 2. *c.* 37. *num.* 77. *prax. Episcop. part.* 1. *verb. hora Canonica, num.* 6. & Caietan. *verb. hora, cap.* 2.

Nihilominus prior sententia est certa, & omnino sequenda, quia non solùm mutans officium peccat contra modum præcepti, sed etiam contra substantiam, & ideo non adimplet præceptum, quia Ecclesia præcepit non solùm recitationem diuini Officij in genere, sed etiam in particulari, quod multo fortiùs procedit post Extrauagantem Pij Quinti, cùm sit præceptum de officio determinato, & illud omittere dedita opera videtur esse contemptus. Philiar. *de horis, cap.* 6. *concl.* 3. vide hac de re Barbos. nouissimè *de Parocho, cap.* 10. *num* 10. *&* 11. *fol.* 164.

Nauarrus tamen *de oratione, cap.* 19. *num.* 217. sibi contrarius, & non obstante quauis responsione à se data magistraliter asserit, non esse peccatum mortale vno, vel altero die, aliqua tamen de causa iusta recitare secundùm aliam regulam, vel Breuiarium, aut de vno Sancto loco feriæ absente Superiore, qui possit dispensare. Causa autem iusta videtur necessitas repentina studendi, concionandi, prælegendi, iuuandi ad recitandum infirmum, aut Prælatum, vel amicum defessum. Excusabitur autem à repetendo, si quis ex obliuione, vel inaduertentia inculpabili recitauerit vnum pro alio officio. sic ille: quinimo sine vlla causa iusta sic recitare, addit non esse mortale, modò id faciat tam raro, vt non videatur esse contemptus, nec notabilis audacia, cùm non sit contraire notabiliter menti institutoris, sequitur Emmanuel Rodriquez *verb. hora, concl.* 3. *c.* 139 dicens non esse mortale mutare ordinem Breuiarij Pij Quinti vna vice, vel duabus: secus si faciat sæpe quasi contrarius vnitati, & conformitati, quam Summus Pontifex vult, vt omnes habeant in modo recitandi, quæ vnitas commendata fuit in Concilio quarto Toletano, *cap.* 2. *& Concilio vndecimo, cap.* 3.

Obiicies. Raro mutantes qualitatem officij peccant tantùm venialiter: ergo quamuis id sæpiùs faciant, non peccabunt mortaliter, argumento illius, qui semper in sacro audiendo omittit audire partem minimam peccat venialiter, sicut, qui furatur minima sine intentione etiam continuandi in furto non peccat mortaliter. Similiter in nostro casu. Respondetur recitantem prima vice animo faciendi id frequenter, vel per multos dies peccare mortaliter, nec satisfacere nisi repetat officium iuxta ritum illius diei: si tamen recitat semel, aut bis, aut tam raro, vt non videatur notabilis audacia, peccare venialiter: si autem frequenter recitet, quamuis singulæ recitationes de se non sint sufficientes ad constituendum M. quia fiunt vnaquæque independenter ab alia, peccat tamen M. in hac multiplici recitatione, eo quòd notabiliter transgreditur formam recitandi præscriptam, & aduersatur menti, & intentioni Summi Pontificis; quæ est, vt seruetur forma Breuiarij in recitando non solùm quoad substantiam officij, sed etiam quo ad qualitatem, si id frequenter fiat, vt innuitur in constitutione posita in principio Breuiarij Pij Quinti, ibi, *posthac in perpetuum Horas ipsas diurnas, & nocturnas ex huius Romani Breuiarij præscripto, & ratione omnino teneri, neminémque ex iis, quibus hoc dicendi, psallendique munus necessariò impositum est, nisi hac sola formula satisfacere posse.* Ex quo ostenditur, quanto se periculo peccandi grauiter exponant, qui dedita opera mutant formulam recitandi.

Quæres igitur, an peccatum sit in recitando diuidere matutinum à laudibus, & nocturna separatim recitari? Respondeo, quamuis matutinum, & 4.
laudes vnam horam constituant, & ex consequenti communiter recitentur laudes post matutinum statim, non ideo dicendum est laudes matutino persoluto in vesperis diei antecedentis, non posse differri vsque in sequentem diem, ex ea ratione, quia olim erat in vsu dicere laudes prope auroram separatim à nocturnis, ita Nauarr. *de oratione, c.* 3. *n.* 28. *& n.* 64. vbi addit etiam hodie à nonnullis Religiosis fieri solere, quod præsertim habebit locum apud illos, qui putant matutinum, & laudes esse horas distinctas, cùm incipiant per, *Deus in adiutorium meum intende*, quod est initium omnium horarum secundùm iustam institutionem Damasi Papæ, sequitur Axor *d. lib.* 10. *cap.* 8. *q.* 4. Francolin. *tract. de tempore horarum, cap.* 27. Soar. *d. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 9. *ad finem, & cap.* 24. *num.* 9. Reginald. *d. lib.* 18. *num.* 164. *&* 170. & Bonacin. *in simili tract. disp.* 1. *q.* 3. *punct.* 3. *num.* 11. vide pro sequenti dubio Soar. *lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 10.

Posse autem nocturnas vigilias diuidi à matutinis laudibus, non omnino constat; nam Francol. *de tempore horarum, cap.* 27. *num.* 8. *& sequent.* negat; Axor *lib.* 10. *cap.* 8. *q.* 4. tuta conscientia non posse diuidi sine honesta causa, ait, quia habentur tanquam officium vnius horæ, & ex consequenti simul cum laudibus matutinis nocturnas vigilias esse recitandas: causa tamen honesta intercedente intra spatium trium horarum separatim posse recitari, meliùs tradit Filliuc. *tract.* 23. *cap.* 6. *num.* 202. *& n.* 238. vbi absolutè de interruptione horarum respondet ita: Interruptionem vnius horæ ab alia; etiam vnius nocturni ab alio, si non sit nimia, sed proportionata antiquæ consuetudini, vt si non excedat tres horas, non esse condemnandam peccati alicuius; quia sic etiam olim fiebat, sequitur August. Barbos. *in c.* 1. *de celebratione Missarum, n.* 6. qui tamen hoc loco debent intelligi de interruptione vnius horæ ab alia, aut vnius nocturni ab alio; non autem de interruptione inter partes eiusdem horæ, vel inter Psalmos eiusdem nocturni, quæ si fuerit notabilis, & moralis, & sine rationabili causa, erit peccatum veniale saltem, vt notat Filliuc. *vbi proximè n.* 239. sed de hac interruptione diximus §. *præcedenti, n.* 12. *vers. Decima obseruatio.*

Accedit, an liceat recitare aliquando priùs posteriorē partem vnius horæ, videlicet primæ, quàm 5.
priorem sine onere repetendi? Videtur esse mortale, sine rationabili causa inuertere ita ordinem, vt priùs recitetur posterior pars, quàm prior. Nihilominus puto esse veniale graue, si absque causa ita recitetur, ex eo, quia nemo dicet peccare mortaliter illũ, qui die festo audiuit sine causa rationabili

posteriorem partem vnius Missæ, & multo pòst audiuit priorem alterius, & tamen sicut hora canonica est oratio, quæ debet dici sine interruptione, sic etiam Missa est sacrificium vnum, quod debet audiri simul, & tam in audiente, quàm in recitante est obligatio non interrumpendi horas, & Missam: & quamuis maior videatur esse inordinatio in recitante, quàm in audiente, quod fatemur, non est tamen talis in recitante, vt si suppleatur paulo pòst constituat mortalem culpam, & obligationem repetendi ab initio inducat.

Ex sententia tamen Pauli Fusci *de visitatione, lib. 1. cap. 2. num. 19.* & Pelagij *de planctu Ecclesiæ, lib. 2. cap. 27.* & Nauarri *in manuali, cap. 25. num. 97. & de horis Canonicis, cap. 1. num. 2.* est mortale recitare ordine præpostero horam ante horam, veluti tertiam ante primam, vel versus, aut Psalmos; contrarium tamen sequimur cum Suario *tom. 2. lib. 4 cap. 24. per totum.* Lessius *lib. 2. cap. 37. num. 80.* Bonacin. *eodem titulo, disp. 1. punct. 4. num. 2.* & Vasquez *in opusculo de beneficiis, cap. 4 §. 1. art. 2. dub. 4.* quos sequitur Illustrissimus Primas *in cap. presbyter 2. dist 91.*

6. An recitans priuatim teneatur se audire dum recitat? Hoc dubium oritur ex §. *precedenti, num. 9.* vbi quæsitum est, qua voce recitandæ sint horæ Canonicæ? Dicendum est requiri vocem sensibilem, & talem, vt ab aliis exaudiri possit, quando quis cum alio recitat; quòd si solus recitet, satis est, vt se exaudiat, vel exaudire possit impedimentis sublatis, Concil. Basilien. *sess. 21.* vbi dicitur eos, qui priuatim recitant, non debere in gutture, vel inter dentes voces, seu dictiones efformare. Ex eo fundamento, quoniam vix potest dictio efformari, quæ ab ipso recitante non audiatur sublatis impedimentis, quod requiritur, vt recitans deprehendat se satisfacere præcepto recitandi. Probabile tamen est quod tradit Azor. *1. p. institut. moral. cap. 11. q. 5.* sufficere, vt vox formetur motis labiis, quamuis à nullo, neque ab ipso vocem pronunciante audiri possit, quod affirmat Filliucius *dict. tract. 23. c. 4. n. 117.* pro scrupulosis, aliter enim vox audibilis esse debet saltem ab ipsomet recitante, vt tradit Soar. *d. lib. 4. c. 7. n. 6. vers. tertio verò addo,* vbi concludit in ipso præcepto orandi vocaliter intrinsecè includi obligationem ita orandi, vt queat recitans percipere orationem suam, per se loquendo, & certus reddatur, quod vocem protulerit.

7. Consequens est dicere, an oratio publica, quæ in precibus canonicis à clero funditur, & quæ iussu Ecclesiæ fit, habeat aliquam vim ex opere operato, quamuis recitantes sint in mortali culpa? hæc quæstio oritur ex §. *præcedenti, n. 11.* vbi dictum est horas canonicas publicas esse sub præcepto. Pars affirmans ex eo ostenditur, quia clerici orant publicè iussu Ecclesiæ, dum recitant preces horarias: igitur illorum precibus aliquis effectus respondere debet ratione meritorum Ecclesiæ, etiamsi Clerici recitantes nihil mereantur, nempe quòd sint in mortali, sicut dominus per seruum improbum eleemosynam erogando, fructum non amittit suum, licèt seruus sit malus. Eodem modo preces canonicæ, quæ iussu Ecclesiæ, ac nomine soluuntur, suo fructu non destituentur, etiamsi clerici non sint in statu gratiæ, ita sentire videtur Gabriel *in Canone Missæ, lectione 57.* quem sequitur Nauar. *de oratione, c. 19. n. 59. & 60.* dicens esse aliquot orationes, quæ per se non innitendo meritis personæ, ex opere operato suum operantur effectum: de quarum numero est Missa, secundum D. Thomam *in 4. dist. 15. q. 1. art. 1. quæstiun. 3.* quin & orationem Dominicam cum omnibus horis Canonicis propter virtutem illis inhærentem ex institutione Dei, aut ipsius Ecclesiæ.

Nec refert illud *Ioan. cap. 9. Peccatores Deus non exaudit,* quia respondetur à D. Thoma *in 4. dist. 45. q. 1. art. 1. quæstiun. 3.* orationem peccatoris, quatenus est ipsius, nihil prodesse aliis, prodesse tamen quatenus est Ecclesiæ, aut alicuius alterius iusti, ita Nauar. & Azor *1 p. lib. 9. c. 32. vers. secundò quæritur,* videtur assentire, quamuis vers. *Attamen,* dissentit, non tamen omnino, dicens non esse idem iuris de precibus horariis, & de Oratione Dominica. quod de orationibus, quæ in Missæ sacrificio funduntur, quod in rigore ita videtur, quia in Missæ sacrificio orationes ministerio Sacerdotis ipsa Ecclesia offert, & ipse Deus acceptas, & gratas habet, nec non Ecclesia ipsa etiam orat: nihilominus tanquam pium dici potest idem de horis Canonicis, quæ iussu Ecclesiæ funduntur, & quandam vim accipiunt ex parte diuini, & Ecclesiastici mandati, vt ait Gabriel *suprà.* Atque ita dicendum est post orationes, quæ funduntur in Missa à ministris Ecclesiæ, quatenus sunt illius ministri, magis securæ sunt Pater noster, & Aue Maria, functis horis canonicis, & aliis à Sancta Matre Ecclesia institutis: eo quòd secundùm Gabr. *in Can. Missæ lectio. 57. col. 2.* & Nauar. *d. c. 19. vers. quarta conclusio, num. 62.* operantur aliquid ex opere operato, non obstantibus demeritis recitantium. Cunha *dist. 49. in summa, num. 1. & 2. & sequent.*

Porrò non est dubium esse peccatum de se in recitandis horis Canonicis publicè non seruare tempus statutum, quod præscribit laudabilis, & probata consuetudo cuiuslibet Ecclesiæ, vel Prælati ordinatio. Est communis sententia, quam docet D. Antonin. *3 p. tit. 13. cap. 4. §. 4.* vbi vult pronunciandas esse preces horarias propriis temporibus secundùm morem patriæ, aut regulam, sequitur Syluest. *verb. hora, §. 9. n. 9.* Caiet. *eodem verbo, §. quoad quartum,* Ledesma *2. 4. q. 16 art. 6. dub. 1.* Nauar. *de oratione, c. 3. n. 39.* Ouand. *in 4. dist. 16.* Viguer. *de orationis necessitate,* vbi dicitur prædictas horas conuenienti tempore recitandas, & habetur *in cap. presbyter, de celebratione Missarum,* quod est intelligendum secundùm morem patriæ, aut statuta. 8.

Huc posito, oritur difficultas, vtrùm sit mortalis culpa in publica recitatione horarum non seruare debita tempora? Affirmat Nau. *d. c. 3. n. 39. & n. 63. & c. 21. n. 29.* Angel. *verb. hora, n. 21.* Syluest. *eodem verbo, n. 10.* dicentes Prælatum non procurantem, vt horis debitis officium soluatur publicè, peccare mortaliter, quod etiam præcipitur *in Clement. 1. de celebratione Missarum, verb. Sancimus,* ibi, *vt in Cathedralibus, regularibus, & Collegiatis Ecclesiis horis debitis deuotè psallatur, in aliis verò conuenienter, & debitè celebretur diuinum, diurnum, & nocturnum officium, si Dei, & Apostolicæ Sedis indignationem euitare voluerint, soli: itam curent diligentiam adhibere.* Hæc ibi. 9.

Contraria sententia est Caietani *verb. hora, q. 9.* dicentis non esse mortale, etsi quandoque negligentia magna intercedat, dummodo tamen communiter seruetur consuetudo; atque ita iuxta Caietanum *verb. hora, q. 9.* erit veniale, quamuis fiat sine rationabili causa, & ex magna negligentia, sequitur Armil. *verb. hora, num. 17.* quæ sententia est probabilis valde, præsertim, quando non sequitur notabile detrimentum diuini cultus, & fiat variatio temporis consueti rarò, videlicet

vdelicet semel, aut bis, nec sequatur scandalum, quamuis nulla detur causa. At verò si communiter varietur tempus horarum ex Prælati negligentia, erit peccatum mortale, & ita est intelligendus Angel. & Syluester *suprà*. Ex rationabili autem causa tempus consuetum præueniri potest, sicut cùm facienda est processio, vel prædicatio, celebratio Ordinum, aut Synodi, vt Viguerius suprà cum Angelo, Syluest. *n.* 11. *suprà*, Palud. *in* 4. *dist.* 15. *q.* 5. nec requiritur causa publica, sed sufficit priuata arbitrio prudentis. Nec tempus debet sumi mathematico modo, sed lato, vt aiunt Armil. & Syl. *suprà*.

10. An Prælati, & Episcopi obligentur ad easdem horas in choro? Respondeo, quamuis Syluester *verb. hora quæst.* 10. & Angelus *num.* 26. affirment, verius esse, non teneri, nisi fortè aliquibus diebus solennioribus ex consuetudine, & propter ædificationem publicam. Ducor ex *cap. vltimo dist.* 92. vbi numerantur Presbyter, & inferiores clerici, & nihil dicitur de Episcopo tamquam constituto in sublimiori ordine. Secundò id colligitur ex *cap. Episcopus de consecrat. dist.* 3. per hæc verba, ibi: *Episcopus si infirmitate non fuerit impeditus, Ecclesia cui proximus fuerit, die Dominico deesse non debet.* Ex quibus verbis infertur aliis diebus abesse posse sine excusatione infirmitatis, sub qua quælibet alia æquiualens continetur. ita Soar. *lib.* 4. *de oratione, cap.* 10. *num.* 12. & 13. vbi ait in hoc casu non obligari ex vi huius capitis, nisi ex quadam decentia. Quinimò interesse diebus Dominicis non ostenditur pro horis canonicis, quia potest de Missa sufficienter intelligi, & onera sunt restringenda, sequitur Filliuc. *tract.* 23. *de Religione, cap.* 4. *num.* 136. & 137. Nec refert *cap. peruenit.* 7. *quæst.* 1. quia ibi dicitur Episcopus debere residere in sua Ecclesia, non autem interesse choro. Proinde de consilio potest assistere Missæ, & vesperis Dominicis, &

11. festis solennioribus. Idem dicendum est de Prælatis inferioribus habentibus iurisdictionem Episcopalem, quòd si eam non habeant, consideranda est qualitas beneficiorum, & eorum institutio, seu consuetudo, secundùm quæ iudicandum est de eorum obligationibus.

12. Quæri potest, an tempore Quadragesimæ de præcepto officium vespertinum sit soluendum ante Cœnam, seu prandium? Respondetur affirmatiuè, iuxta *c. solent, de consecrat. dist.* 1. quem textum intelligit Syluester *verb. hora q.* 9. de vesperis quæ publicè dicuntur in Ecclesia, non tamen de aliis, quæ priuatim intra, vel extra eam recitantur, sequitur Caietan. *in summa verb. horarum*, & Nauarr. *cap.* 5. *de oratione, num.* 41. Verùm cùm Breuiarium Pij Quinti statuat sine distinctione, vt à Sabbatho primo Quadragesimæ vesperæ persoluantur ante prandium, qui priuatim recitauerit Vesperas post prandium absque rationabili causa, peccabit venialiter, iuxta Syl. *vbi suprà*, cùm dicat, qui priuatim recitat, si prandeat ante vesperas ex causa rationabili non peccare.

Quanta debeat esse attentio, & deuotio in horis recitandis, vt Officium diuinum studiosè persoluatur.

§. III.

EPITOME.

1. *Attentio ad recitandum necessaria, est duplex, interna, & externa.*
2. *Attentio externa est triplex, ad verba, ad sensum verborum, vel ad Deum, vel ad Christi passionem, vel ad rem piam. Et quæ sufficiat?*
3. *Attentio, & intentio requiritur saltem implicita, seu virtualis.*
4. *Attentio saltem ad verba requiritur tanquam conditio necessaria, & sufficit ad implendum præceptum, & quandiu duret?*
5. *Attentio actualis non est omnino necessaria, virtualis sufficit, habitualis minimè.*
6. & 7. *Attentio interna an sit necessaria ex præcepto Ecclesiastico ad recitandum?*
8. & 9. *Recitans horas Canonicas voluntariè vagus, an adimpleat præceptum?*
10. *Recitans non animo orandi, sed legendi, non adimplet præceptum: secus si recitet animo faciendi opus consuetum.*
11. *Recitans non satisfacit occupatus mentaliter rebus magnam attentionem requirentibus.*
12. *Attentionibus ex tribus, quæ sit perfectissima, & quæ sufficiens?*
13. *Recitans sine aduertentia Officium diuinum, quando teneatur repetere?*
14. *Satisfacere Officio diuino, & præcepto audiendi Missam, an possit vnus eodem tempore?*

Vt pensum horarum deuotè persoluatur, necessaria est attentio, quæ duplex est, alia interna, & alia externa. Interna est, qua quis eleuat animum ad Deum, vel ad res diuinas, & in se erga Deum reuerentiam exhibet: nam, qui cum Deo vult colloqui, & ab illo aliquid petit, aut intendit laudare, conuenienti modo nititur hoc facere, & cum intentione laudandi Deum. 1.

Externa autem attentio est triplex, vel circa verba, vel ad sensum verborum, vel ad Deum, vel ad Christi passionem, vel ad aliam rem sanctam cum intentione laudandi Deum, & hoc modo impletur præceptum, Nauarr. *de oratione, cap.* 13. Valent. *tom.* 3. *disp.* 6. *quæst.* 2. *punct.* 10. *vers. quomodo sit recitandum*, Sà *verb. hora, num.* 20. Azor *p.* 1. *instit. lib.* 10. *cap.* 12. *q.* 1. *cum sequent.* & præsertim *q.* 6. Lessius *lib.* 2. *cap.* 37. *dub.* 11. *à num.* 64. alij verò addunt attentionem ad id quod petimus à Deo, adduntque, quamuis ex his attentionibus sufficere, vt satisfiat præcepto, nimirum sufficere attentionem ad verba, vel ad sensum eorum, aut ad id quod petitur, aut ad Deum, qui oratur. 2.

Requiritur ergo ad recitandum deuotè attentio, & intentio, intentio saltem debet esse implicita, & virtualis, iuxta regulam, quæ docet ad satisfaciendum præcepto necessariam esse intentionem faciendi opus præceptum, Bonacin. *de legibus, disp.* 1. *quæst.* 1. *punct.* 10. *num.* 2. eo quia non censetur loqui cum Deo, qui cum eo loqui non intendit: item quia recitare Officium diuinum est actus humanus, & non potest exerceri sine intentione orandi: vnde non satis est pronunciare verba exteriùs, nisi proueniant ex libero arbitrio, & cum affectu orandi, Nauarr. *de oratione, cap.* 13. *num.* 14. Suar. *cap.* 3. *n.* 3. Filliuc. *tract.* 23 *cap.* 3 *num.* 70. Bonacin. *disp.* 1. *q.* 3. *punct.* 2. §. 2. vbi concludit, ad substantiam orationis requiri intentionem formalem, aut virtualem. 3.

Attentio saltem ad verba, vt deuotè recitetur, requiritur tanquam conditio necessaria, & sufficit attentio virtualis ad satisfaciendum præcepto. Dicitur virtualis illa, cum qua quis incipit orare, & virtute illius prosequitur orationem; esto inter recitandum inuoluntariè huc atque illuc distra- 4.

ctus vagetur,& sufficit ad implendum præceptum, duratque virtualiter,nisi expresse, vel tacitè reuocetur. Et hæc reuocatur exptesse, quando recitans voluntarius non attendit: tacitè reuocatur, quando recitans attendit se vagati,& non repellit vagationem, nec reducit mentem ad attentionem. Attentio habitualis est illa, qua quis ex vsu, & habitu recitat sine aduertentia in ptincipio; atteotio actualis est illa, qua quis attendit, actu vel ad verba, vel ad sensum verborum, vel ad passionem Christi,& hæc sufficit ad implendum præceptum,cùm sit fortior attentio; non tamen est necessaria omnino: est enim satis difficile semper actualiter attendere,quin imò impossibile obligati; & ideo otatio subsistit sine attentione actuali, non tamen sine virtuali:habitualis autem non sufficit ad satisfaciendum ptæcepto, Filliuc. *tract.* 23. *cap.* 3. *ex num.* 69. *vsque ad num.* 73. vbi de attentione & intentione otandi,& *à n.* 74. vbi de attentione interiori, & exteriori, & *cap.* 8. vbi de attentione necessatia in priuata recitatione ex *num.* 250. *cum sequentibus*, Lessius *lib.* 2. *cap.* 37. *dub.* 11. *per totum*, Soar. *lib.* 3. *cap.* 3. vbi de intentione otandi,& *cap.* 4. vbi de attentione necessaria fotmali, vel virtuali, *num.* 3. *&* *num.* 5. vbi concludit vocalem locutionem ad Deum sine vlla mentis attentione oon esse otationem,& in specie Bonacin. *disp.* 1. *q.* 3. *punct.* 2. §. 2. *n.* 16. *& sequent.* vbi de his plenè.

5. Quare ad satisfaciendum ptæcepto, conclusio sit attentiooem actualem valde conducere, non tamen omnino esse necessatiam,virtualem sufficere,habitualem neque sufficere, neque esse necessariam,Valeotia *tom.* 3. *disp.* 6. *q.* 2. Azor *d. lib.* 10. *c.* 12. Suat. *cap.* 4. *&* 26. Filliuc. *tract.* 23. *cap.* 3. *q.* 2. *n.* 73. Bonacin. *de Sacrament. disp.* 1. *q.* 3. *punct.* 2. §. 3. & de iis, quæ pertinent ad priuatim tecitantes *disp.* 1. *q.* 3. *punct.* 2. § 2. *num.* 16. *vers. respondeo cum communi:* deinde addo sufficete attentionem implicitam, & tacitam, sicut etiam sufficit intentio implicita otandi,vt notat Nauarrus *de oratione cap.* 13. *n.* 15. Soar. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 6. cum Maiori *in* 4. *dist.* 12 *q.* 7. quia similis intentio sufficit ad actum motalem, Filliucius *tract.* 23. *cap. num.* 71. *vers. sequitur tertio*,& Malderus *tract.* 10. *cap.* 2. *dub.* 2. *pag.* 645. His adde in inteotione orandi includi attentionem, eo quia intendens aliquid facere, ad id quod intendit, attendit. Nihil enim est volitum quin præcognitum.

6. Obiicics atteotionem internam non esse necessatiam ex præcepto Ecclesiæ: ergo sufficit ad implendum ptæceptum pronunciare integrè omnia exteriùs, quamuis recitans interiùs distrahatur sponte;ex eo fundamento,quoniam Ecclesia noo potest præcipere, aut interdicere actos intetnos, sed solùm externos,confirmatur ex *cap. dolentes, de celebratione Missarum*,vbi non simpliciter imperatur,vt studiosè,& deuotè recitetur,sed cum limitatione in quantum Deus eis dederit,hoc est, vitando omnia externa impedimenta attentioni contraria: atque ita non præcipit intetnam attentionem,nec prohibet internam distractionem,sed solùm externam,vt cùm quis exteriùs implicatur iis, quæ oon patiuntur internam atteotionem: ideo si totum officium voce ipsa integrè proferatur,satisfacit,quamuis sine attentione oreiut,ita Hostiensis *in d. cap. dolentes*, & sequitur Ioannes Andreas D. Antonin. 3. *part. tit.* 13 *cap* 4 §. 7. idem docet Rosel. *verb. hora, num.* 3. Angel. *eodem verb. num.* 27. idem putat Medina *de Oratione, quæst.* 16. esse probabile, imò verum,supposito quòd Ecclesia nequeat ditectè impetare actum interiorem, quam partem tanquam probabilem tradit Filliuc. *dict. tract.* 23. *cap.* 8. *num.* 253. Azor *dict. lib.* 10. *cap* 12. *quæs.* 6. Lessius *lib.* 2. *cap.* 37. *dub.* 11. dicentes Ecclesiam non præcipere interiorem attentionem,sed solùm exteriorem, ita vt solùm præcipiat ne quis dum Ecclesiasticum persoluit officium, aliquid operis efficiat, qood debitam attentionem auferat: quocirca non peccat mortaliter, & præcepto satisfacit, qui sola mentis euagatione vltrò distrahitur.

Verius tamen est,& probabilius requiti attentionem internam,& externam,adeò vt si quis interius vltrò alienis cogitationibus se implicet,aut impediat, non adimpleat præceptom Ecclesiæ de horis persoluendis. Probatur ex *cap. dolentes, de celebratione Missarum*, districtè præcipiente,vt Officium diuinum celebretur studiosè pariter, & deuotè. Sed deuotio in actu interno consistit,& exigit attentionem intetiorem ad res diuinas, vt ait glossa *ibi*, deuotè quantum ad officium mentis. Quare secundùm communem peccat mortalitet, qui sine attentione interiori recitat Officium diuinum, Caietan. 2. 2. *quæst.* 83. *art.* 13 Nauarr. *de oratione, cap.* 13. *num.* 18. *& duobus sequentibus*, Maiot *in* 4. *dist.* 12 *quæst.* 7. Sotus *lib.* 10. *de iust. quæst.* 5. *art.* 5. *conclus.* 7. idque etiam confirmat D. Thomas *in* 4. *dist.* 15. *quæst.* 4. *art.* 2. *questiunc.* 4. *ad* 2. Quo loci non tam clarè loquitur,cuius verba sic habent, *quando*, inquit, *ex proposito mentem ad alia distrahit in orando, tunc sine culpa non est, & præcipuè, si in aliis sponte se occupat, quæ mentem distrahunt, sicut sunt exteriora opera, & si ad contrarium mens euagetur, etiam erit culpa mortalis*. Sed D. Thomas non declarat qoan- 7.
do euagatio mentis est ad contrarium: proinde exponi possunt verba illa, si ad contrarium mens euagetur,erit culpa mortalis, si euagetur ad obiectum contrarium Deo,ac diuino cultui,tunc enim meritò dici potest euagatio illa esse peccatum mortale, vel ex genere suo, vel ex iniuria Dei contra Religionem, cùm mens distrahatur ad cogitandum directè aliquid Deo ac diuino cultui contrarium, Suar. ita *lib.* 4. *c.* 26. *n.* 4.

Nihilominus cùm *in d. cap. dolentes*, vtraque ptæcipiatur attentio,interior scilicet, & exterior, non est dubium peccare mortaliter,& oon implere præceptum,qui vltrò & spontè, etiam sola animi cogitatione distrahitur,ita vltra præcitatos,docent Valentia *tom.* 3. *disp.* 6. *quæst.* 2. *punct.* 10. Filliucius *tom.* 2. *tract.* 23. *cap.* 6. *quæsit.* 3. *&* *cap.* 8. *quæsit.* 2. Lessius *d. cap.* 37 *dub.* 11. *num.* 64. Azor *d. lib.* 10. *cap.* 12. *vers. sextò quæritur*, post alios ibi,quos referens sequitur Reginaldus *lib.* 18. *num.* 148. *&* 151. Molfesius *cap.* 2. *num.* 8. Malderus *tract.* 10. *cap.* 2. *dub.* 2. *pag.* 643. Moneta *de distribut.* 2. *part. quæst.* 2. *numer.* 20. & alij, quibus accedit Bonacina *suprà disp.* 1. *quæst.* 3. *punct.* 2. §. 2. *num.* 4. quia Ecclesia præcipit recitari deuotè, deuotio tamen est actus internus: item recitare est otate,orare autem non est gratum Deo sine attentione interna, Matthæi 15. *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me.*

Nec arbitror Innocentium,Hostiensem, Ioannem Andream, Abbatem, & Ancharanum *in cap. dolentes, citato*, docuisse contrarium, quia quamuis dixerint,recitantes preces canonicas cum euagatione mentis voluntaria leuiter, & non grauiter peccare, loquuntur de illis, qui recitant cum imperfecta quadam animi distractione, & non deliberata; non autem de illis,qui id scienter,& sponte sua faciunt, Azor *suprà*. Nam ij tamquam psittaci

taci proferunt verba sine attentione interiori. Et quamuis Ecclesia nequeat directè præcipere actum internum seorsim sumptum, potest tamen illum compræcipere, dum præcipit recitari officium deuotè, Bonacina *vbi suprà, num.* 4. *& de legibus, disp.* 1. *quæst.* 2. *punct.* 5. *num.* 7. quinimò eo ipso quòd ad aliquas orationes tenemur ex voto, vel ex pœnitentia iniuncta à Confessario, teneor iure naturali illas attentè recitare, sicut confessioois præceptum requirit dolorem iuternum.

9. Ex dictis sequitur peccare mortaliter, qui voluntariè, & cum plena aduertentia occupat se dum recitat horarias preces in aliqua re incompossibili cum attentione interna, nimirum si scribat, vel pingat, aut aliud legat; non enim satisfacit præcepto, sed tenetur repetere sub mortali, Nauarrus *d. cap.* 13. *num* 47. Graffis *part.* 1. *decis. lib.* 2. *cap.* 52. Azor *d. cap.* 12. *quæs.* 7. Toletus *lib.* 2. *cap.* 13. Suar. *d. cap.* 26. *num.* 21. Paulus Layman. *lib.* 4 *tractatu* 1. *cap.* 5. *num.* 12. & Augustinus Barbosa *in d. c. dolentes, num.* 19 *ad finem.* secus, si inaduertenter, aut inuoluntariè recitat officium, detinetutque in re aliqua incompossibili cum attentione; nam tunc satisfacit præcepto, eo quòd illa distractio est inuoluntaria, cum qua potest stare virtualis attentio, Soarez *d. cap.* 26. *num.* 20. Filliucius *suprà cap.* 8. *num.* 255. Nec obest aduertere se alia cogitare, quia si non aduertit se ab oratione distrahi, satisfacit præcepto, quia inuoluntariè distrahitur, quod notandum est pro scrupulosis, qui sæpe repetunt horas, & semper committunt easdem, vel maiores imperfectiones. Quare vt detur obligatio repetendi, non sufficit, vt aliquis aduertat se cogitare ad alia, sed requiritor, vt aduertat se per has cogitationes diuerti ab oratione, Soarez *d. cap.* 26. *n.* 20 Filliuc. *d. n.* 255. & Bonacina *d.* §. 2. *n.* 13. *vers. dico voluntariè.*

10. Sequitur etiam, qui animo non orandi, sed legendi tantùm recitat, non satisfacere præcepto, sed peccare mortaliter, Soarez *dict. lib.* 3. *cap.* 4. *& lib.* 4. *cap.* 26. *num.* 13. Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *quæst.* 63. Vasquez *in opusculo de beneficiis, cap.* 4. §. 1. *art.* 3. *num.* 103 *&* 1. 2. *disp.* 160. *num.* 30. *& sequent.* Reginald. *d. lib.* 18. *num.* 148. quia detinetur in re exteriori incompossibili cum attentione interna: secus si detineatur in re exteriori non incompossibili cum attentiooe interiori, vt si recitet preces canonicas dum se vestit, vel exuit, vel ambulat, vel dum faciem lauat, aut mensam sternit, ita præcitati, quibus accedit Augustinus Barbosa *in d. cap. dolentes, de celebr. Missar. d. n.* 19. & Bonacin. *d. punct.* 2. §. 2. *n.* 12.

Item satisfacit, qui recitat preces cum coofusa apprehensione, & proposito faciendi opus consuetum, sufficitque accipere Breuiarium de more, & incipere recitare, censetur se velle præcepto satisfacere, Sotus *lib.* 10. *de iustitia quæst.* 5 *art.* 5. Suarez *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 6. Lessius *d. cap.* 37. *dub.* 11. *num.* 71. *&* 72. neque opus est semper in principio officij proponere aliquem distinctè se velle recitare attentè, & reuerenter: sicut satisfacit, qoi vadit ad Ecclesiam de more vt ibi recitet, quamuis postea inuoluntariè distractus recitet: habet namque intentionem attendendi, cùm intentio non stet sine attentione, ita Doctores citati.

11. Sed quid dicendum de eo, qui se occupat in actionibus purè mentalibus impedientibus attentionem, aut requirentibus magnam attentionem? Respondeo esse mortale recitare notabilem partem officij actiones illas exercendo, eo quia actiones similes, puta cogitandi, & discurrendi circa rem philosophicam occupant totum intellectum, illumque absorbent, ita vt attentio recitandi necessaria pro Officio diuino nullatenus relinquatur: proinde grauiter peccat, qui non est attentus voluntariè in parte notabili. D. Antoninus 2 *part. tit.* 9. *cap.* 9. §. 3. tamen in hanc partem non omnino inclinat, sed esse valde hoc reprehensibile ait, & vix sufficere ad satisfaciendum præcepto. Nihilominus absolutè esse mortale sie recitare notabilem partem, Soar. ait *lib.* 4. *cap.* 26. *num.* 21. vbi dicit hanc sententiam esse multorum, quem sequitur Filliuc. *tract.* 23. *cap.* 8. *n.* 259.

Quæres item, quæ ex tribus attentionibus, videlicet ad verba, ad sensum verborum, & ad Deum, vel passionem Christi, aut ad aliquid aliud pium & sanctum, sit perfectissima, & perfectissimos modus orandi? Respondeo perfectissimam attentionem, & perfectissimum modum recitandi esse illum quo ita recitas, vt sensum verum Psalmorum, & cæterorum assequaris, & illi affectum vbique accommodes. Post hanc attentionem, seu modum recitandi quando sensum verborum non percipis, oportet aliquod de diuinitate attributum, vel mysterium de humanitate Christi, aut passione illius dum recitas, meditari: non enim opus est circa verba detinere, & attendere, nisi quantum opus est, ne illa prætermittas, qui modus recitandi infirmus est, sufficitque hæc minima ex attentionibus attentio, quæ est fundamentum cæterarum, & sine illa non adimpletur præceptum recitandi, cùm semper integrè, & ordinatè recitari debeat officium, quod sine attentione ad verba fieri nequit; attamen non est opus cum reflexione attendere ad verba, sed sufficit pronunciare illa integrè, & ordinatè, nec omnino eorum obliuisci, ita Soarez *d. cap.* 26. *num.* 23. *vers. dicunt ergo*, & Filliucius *dict. cap.* 8. *num.* 257. vbi *num.* 258. addit attentionem ad verba sufficere, modò adsit animus orandi, & vacandi Deo, hoc est, Intentio, quæ includit attentionem aliquam internam saltem confusam ad Deum, vt notat Lessius *dub.* 11. *numer.* 69. ex D Thoma 2. 2. *suprà art.* 13. vbi ait esse maximè necessariam attentionem circa finem orationis, id est, circa Deum, & ea, quæ à Deo petuntur, & sic intelligendi sunt, qui dicunt attentionem ad verba sufficere supposito animo orandi, qui aoimos includit attentionem quandam, saltem confusam ad Deum, & ad verba, quæ sufficit; nam, qui vult orare, eo ipso vult attentionem habere, & reuerentiam debitam Deo exhibere. 12.

Dixi ex Suario suprà sufficere proferre verba integrè, & ordinatè, & eorum non obliuisci. Ex quo sequitur illum, qui sine aduertentia partem notabilem officij persoluit variis cogitationibus distractus, teneri repetere? Respondeo negatiuè, quia mentis euagatio non est voluntaria, esto ita totum officium recitet, si à principio rectè attendit; siquidem satisfecit, & attendit virtualiter, quamuis postea non recordetur se dixisse hos, vel illos Psalmos, sufficit non meminisse se illos non dixisse, & satis est habere rationem iustam credendi quod iam dixerit illos: nec non iustè credit, qui meminit se incepisse talem lectionem, vel Psalmum: imò verò talem horam, & postea sese inuenit in fine, aut legens per librum, aut recitans memoriter ea, quæ recitando cœpit, & errare communiter non solet, ita Nauarrus *de oratione, notabil.* 13. *num* 28. *& num.* 29. *& notab.* 20. *num.* 37. & est de mente Maioris *in* 4. *dist.* 12. *quæst.* 7. *col.* 3. 13.

sequitur

ſequitur Azor *dict. lib.* 10. *cap.* 12. *quæſit.* 12. *verſicul. ſed quid de eo.* Quibus ſcrupuloſis mederi oportet illis perſuadendo, vt nihil repetant, quia ſi ſemel eis concedas, vt dicta repetant, tantum abeſt, vt acquieſcant, vt tertio, & quarto iterata à principio, quinto, & ſexto replicabunt.

14. Accedit vulgaris quæſtio, an qui diuinum Officium fundit, & pariter Miſſam audit de præcepto, poſſit vtrunque præceptum adimplere? Sunt, qui negent, ex eo, quia attentio quæ requiritur in recitando Officio diuino, impedit attentionem quæ neceſſaria eſt in ſacto audiẽdo. Nihilominus vtrique præcepto poſſe ſatisfieri probabilius eſt, ſi recitans animum ad Deum ipſum, reſque diuinas attendat, quamuis nihil de verbis, quæ profert, cogitet. Caietanus tamen *in opuſc. tom.* 2. *tractat.* 4. aſſerit peccare venialiter, quando recitans id facit ſine aliqua excuſatione, & cauſa; ea verò ſubſiſtente nullum eſſe peccatum. Nauarrus tamen *in manuali, cap.* 21. *num.* 8. *de oratione, cap.* 16. *num.* 71. excuſat recitantes à peccato poſt Maior. *in* 4. *diſtinct.* 18. *quæſt.* 8. quod probabilius tradit Azor, ac verius ait eſſe, *d. cap.* 12. *quæſit.* 10. præſertim ſi preces reciteotur eo tempore, quo ſacerdos in Miſſa, ſubmiſſa voce Deum orat. Quam etiam partem ſequitur Valentia *tom.* 3. *diſp.* 6. *quæſt.* 2. *punct.* 10. §. *quomodo ſit recitandum, verſ. ſequitur hinc, ſine limitatione aliqua,* Toletus *lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 12. Paulus Squillas *de obligat. cleric.* 1. *part. dub.* 35. & alij communiter, quos referens ſequitur Bonacin. *de Sacramentis, diſp.* 4 *quæſt. vltim. punct.* 11. *num.* 25. *& de hor. canon. diſp.* 1. *quæſt.* 3. *punct.* 2. *num.* 14. ex eo fundamento, quia attentio diuini Officij non eſt incompoſſibilis cum auditione Miſſæ, & hæc ab eodem haberi poteſt, cùm corporaliter interſit Sacrificio Miſſæ, & mentaliter attendendo ad res diuinas, quæ attentio ſufficit pro diuino Officio, & vna eademque attentione poteſt ſatisfieri vtrique præcepto Miſſæ, & diuini Officij, vt expreſsè Nauarrus *de oratione, cap.* 13. *num.* 35. Henriquez *de Miſſa lib.* 9. *cap.* 25. §. 5. Suar. *tom.* 3. *quæſt.* 88. *ſect.* 3. *in fine,* Ægid. *de Sacrament. & cenſur. tom.* 1. *quæſt.* 83. *n.* 307. Reginald. *in praxi lib.* 19. *quæſt.* 1. *num.* 14. Barboſ. *in d. cap. dolentes, num.* 21.

Qui teneantur ex præcepto recitare preces horarias?

§. IV.

EPITOME.

1. & 2. *Clerici in ſacris tenentur recitare preces canonicas, non autem clerici in minoribus, & an Epiſcopus poſſit illis imponere onus recitandi?*
3. *Clerici in ſacris excommunicati, ſuſpenſi, irregulares, vel degradati, tenentur recitare Officium diuinum.*
4. & 5. *Religioſi profeſſi etiamſi non ſint in ſacris, tenentur recitare, ſi ſunt aſſumpti ad chorum, idem de Monialibus.*
6. *Religioſi quo iure teneantur ad recitandum, & quando excuſentur ab eo onere expulſi, fugitiui, vel diſpenſati ad contrahendum matrimonium?*
7. *Superiores an poſſint diſpenſare cum Religioſis ne recitent?*
8. *Religioſus deputatus ad chorum tranſiens ad conuerſorum ordinem excuſatur ab onere recitandi.*
9. & 10. *Beneficia habentes regulariter tenentur recitare, & quo iure, & quæ beneficia non habeant hoc onus?*
11. *Beneficia habentes in commendã etiam ad tempus, & ad nutum reuocabilem an debeant recitare?*
12. & 13. *Clerici in ſacris, & beneficiarij omittentes Officium diuinum quot peccata committant, & quotuplex ſit peccatum omittere omnes horas?*
14. & 15. *Coadiutores beneficiariorum ſimplicium, ſeu Parochorum, an teneantur recitare ex vi coadiutoriæ?*
16. *Obligatio recitandi quando incipiat, nunquid poſt collationem, an poſt poſſeſſionem?*
17. *Beneficia tenuia habentes, an teneantur ad horas? & quid, qui omnes fructus concedit loco penſionis? & num.* 18
19. & 20. *Litigantes ſuper eodem beneficio quando teneantur recitare? & quid de priuato fructibus ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè?*
21. *Capellanias habentes quando teneantur recitare?*
22. & 23. *Beneficia plura habentes ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè, an teneantur pluries officia recitare, & quid de peccatis, ſi officia omittant?*
24. *Penſionarij recipientes penſiones, vt clerici, quod officium debeant recitare?*

CLERICI in ſacris conſtituti iure 1.
Eccleſiaſtico tenentur ad recitandas preces horarias. eſt communis ex *c. dolentes, de celebratione Miſſarum,* vt per Nauarrum *de oratione, cap.* 7. *num.* 2. Suar. *de Religione, tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 9. Malderus *de virtutibus tract.* 10. *cap.* 2. *dub.* 3. Macing. *de horis canon. cap.* 9. Filliuc. *tract.* 23. *cap.* 4. Azor *p.* 1. *lib.* 10. *c.* 5. *q.* 1. & Bonac. *eodem tract. diſp.* 1. *q.* 2. *punct.* 3. *num.* 1.

Ex quo clerici in minoribus non tenentur ad 2.
horas canonicas, contra Panorm. *in cap.* 1. *num.* 6. *de celebratione Miſſarum,* exiſtimantem teneri horas canonicas recitare, ſed fallitur, ita Philiat. *part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 2. *verſ. quoad alios,* Valent. *tom.* 3. *diſp.* 6. *q.* 2. *punct.* 10. *verſ. quod verò ad ſecundum.* Quin imò neque Epiſcopus poteſt clericis in minoribus aliquid præcipere ſingulis diebus recitandum abſolutè, vt dixi §. 1. *num.* 13. cum Soto *lib.* 10. *de iuſt.* *q.* 5. *art.* 3. Suar. *cap.* 16. *num.* 14. *& ſequent.* Filliuc. *ſup. cap.* 5. *num.* 6. contra Bonacin. *ſuprà punct.* 3. *diſp.* 1. *quæſt.* 2. exiſtimantem poſſe clericis Epiſcopum hoc præceptum imponere. Non negatur tamen poſſe in ordinatione iniungere ordinato, vt ſemel, vel bis recitet quoſdam Pſalmos, vt tradit Paludanus *in* 4. *diſt.* 15. *q.* 5. Leſſius *lib.* 2. *cap.* 37. *dub.* 9. *n.* 46. & Azor *d. lib.* 10. *cap.* 5. *quæſit.* 4. quod puto verum ſiue ordinati ſint in maioribus, ſiue minoribus, de hoc *ſup.* §. 1. *num.* 13.

Porrò clerici in maioribus non excuſantur à 3.
diuino Officio priuatim recitando, quamuis incidant in aliquam cenſuram, vel irregularitatem, vel degradationem, Couarr. *lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 8. Nauarr. *de oratione, cap.* 7. *num.* 17. Filliuc. *tract.* 23. *c.* 9. *q.* 1. *n.* 280. Suar. *de cenſur. tom.* 5. *diſp.* 12. *ſect.* 2. *num.* 16. & Sayr. etiam *de cenſur. lib.* 5. *cap.* 22. *num.* 15. Ratio, quia eſt verum propter hæc crimina hos clericos in ſacris ab onere recitandi nullo modo eximi, quidquid de degradato dicat Toletus *lib.* 1. *ſumma,* dicens degradatum non teneri ad horas recitandas, ea ratione perſuaſus, quoniam obligatio recitandi non eſt de iure diuino, ſed Eccleſiaſtico, & ideo cùm degradatus ſit extra forum Papæ, non videtur teneri amplius ad recitandas horas. quæ

ſententia

sententia cùm sit contra communem tam Canonistarum, quàm Theologorum, non est sequenda, cùm supponat falsum, dum ait degradatum esse extra forum Papæ, cùm sit verè clericus, & retineat characterem, & solum traditur foro sæculari ad puniendum, cum Ecclesia pœna sanguinis non soleat punire. Quare non eximitur ab onere recitandi, & ,vt fatetur Toletus, securius est recitare, cùm caput *dolentes* absolutè loquatur, & sine distinctione, sequitur Sayr. *de censuris, lib. 5. cap.22. num.27. ad finem*, neque æquum est, vt ex delicto degradatus commodum reportet. Idem aliqui volunt de damnatis ad triremes, vt scilicet recitent dum ibi detinentur; sed visus est in contrarium, tum quia id caderet in dedecus ordinis Ecclesiastici, si in eo misero statu suum statum recitando ostenderent, Lessius *lib. 2. cap.37. dub. 9. num.45. in fine*; Azor tamen *lib.10.c.5.vers.sexto quæritur*, eos obligat ad recitandum, siue damnati sint ad triremes ex delicto, siue à Turcis capti ministerio remigandi deputentur: quod magis placet, nisi ex aliquo alio iusto impedimento excusentur.

4. Ad recitandum item pensum horarum sunt addicti religiosi professi ex aliqua Religione Ecclesiæ authoritate approbata, etiamsi ad nullum Ordinem sacrum sint promoti, dummodo ad chorum sint assumpti, Innocentius, Hostiens. Ioann. Andreas, Abbas, & alij *in cap. 1. de celebratione Missarum*, quod intellige iuxta cuiusque consuetudinem & institutum. Nam seclusa speciali regula obligante ad peccatum mortale, non tenentur sub præcepto ad recitandum in choro ex eo fundamento, quia consuetudo chori non est inducta in Religionibus virtute alicuius stipendij, sed tantùm, vt laudabiliter in ea occupatione Deum orent, atque ita qui choro non intersunt, non peccabunt, sed pœnis statutis à Religione subiicientur, & horas tenentur recitare. Obligatio autem, quæ est in toto corpore, competit Prælato, qui coget per præceptum ad chorum, quando opus fuerit. Lessius *suprà dub.9. n.49.*

5. Idem dicendum est de Monialibus mancipatis choro, quæ tenentur ad horas præscripto regulæ, vel consuetudine, de qua dubitat Caietanus *verb. hora*, dicens ita. *Nisi consuetudo eas obliget, de qua nihil scio, non tenentur ex professione.* Non enim tenentur ex vi voti, aut professionis. Nec ratione alicuius iuris scripti, vt ait Caietanus: nec iure naturæ, quoniam non pertinet ad essentiam, vel substantiam Religionis recitare in choro, sequitur Ioann. Medin. *q.2. de oratione, ad finem.* Excusantur à recitando officio Nouitij, nec peccant, dum non sunt professi, neque cæteri, qui non sunt assumpti ad chorum, sed ad militiam, vel ad alias laicorum occupationes profitentur, & ij, qui vocantur Conuersi, Nauarr. *de horis Canonicis, cap.7.n.22.* vbi ait in Ordine S. Iacobi, S. Ioannis, & aliis militaribus aliquos religiosos obligari ad Officium diuinum: alios autem eiusdem Ordinis non obligari, quia non ad chorum, sed ad bellum, vel ad alia officia laica profitentur.

6. Dixi *ex præscripto regulæ, vel ex consuetudine*, quia nullum aliud ius reperitur, quod religiosos, vel religiosas obliget ad onus diuini officij, Soar. *tom.2. lib.4. cap.17. n.2.* Filliuc. *suprà n.150.* Lessius *num.49.* Ex quo infertur religiosum obligatum ad recitandum in priori Religione eximi ab eo onere, si transeat ad aliam, in qua non est inducta consuetudo recitandi, Aragon. 2.2. *q.83. art.11. dub.4.* Similiter religiosus non constitutus in sacris Ordinibus dispensatus ad viuẽdum extra monasterium in perpetuum, non tenetur recitare Officium diuinum, quia desinit esse regularis, & eximitur à regulis religionis, in qua est consuetudo recitandi Officium diuinum, quamuis adhuc sit religiosus, Sotus 10. *de iustitia, q.5. art.3.* contra Soarez *lib.4. c.17. n.18.* Idem dicendum est de Monacho dispensato ad ducendum vxorem, & vxorem iam duxit, aut iam exiuit de Monasterio, vt eam duceret, Sanchez *de matrimonio, lib.8. disp.8. num.11.* Macignus *de horis Canonicis, cap.23. num.9.* Eodem modo Monachus eiectus à Monasterio ad tempus, vel in perpetuum, vel etiam fugitiuus, non promoti ad sacros Ordines, non tenentur ad pensum horarum, quia constituuntur in statu in quo non inest consuetudo recitandi diuinum Officium, & quamuis possint redire ad Monasterium, pro tunc desinunt esse regulares, ita Sotus *suprà*, & Angelus *verb. hora, num. 10.* quod est probabile contra Less. ex parte *lib. 2. cap. 37. dub. 9. num. 50.* Nauarr. *de oratione, cap. 7. num. 20.* Azor *lib.10. cap.6. q.5.6. & 8.* Filliuc. ex parte *num.153.* & Malderum *de virtutibus, pag.649.* aliter opinantes saltem de fugitiuo, & meritò, quia fugitiuus reportaret commodum ex delicto, atque ita quamuis dici possit non per se, & directè, sed quasi per accidens reportare commodum, quatenus constituitur in statu in quo non est consuetudo recitandi preces canonicas: nihilominus, quia id culpa sua factum est, ideo de fugitiuo nullo modo est consulendum, quòd eximatur ab onere dicendi officium, secus de religioso damnato ad triremes, si non fuerit in Sacris, Bonacina *de horis, disp.1. quæst.2. punct.2. num.3. versic. secundo.* Idem de fugitiuo vult Azor *d.lib.10. cap.5. q.5.* & Soar. *lib.4. cap.179.*

Quæstionis est, an superior possit dispensare cum religiosis circa onus recitandi officium? Negat Soarez suprà *lib.4. cap.28. ad finem, num.41.* cum Vmberto *super constitutionibus Ordinis Sancti Dominici c.1.* Reginald. *lib.18. num.141. & 186.* Graffis *1.p. lib.2. cap.54. num 9.* Nauarrus *de horis Canonicis, cap.10. à 24. vsque ad num.32.* Molfesius *tract.5. c.3. n.21.* & Macignus *de horis canonicis, cap.22. num.8.* nisi Prælati Religionum habeant ex eadem regula, vel institutione generalem potestatem dispensandi in præceptis regulæ; tunc enim poterunt dispensare, cùm dispensent non in iure communi, sed in proprio. 7.

Nihilominus dicendum est posse, quando causa subest, sicut in aliis statutis potest, cùm hæc obligatio religiosorum non sit imposita illis ab Ecclesia, sed ab eisdem assumpta, & annexa professioni, Ita Lessius *lib.2. cap.37. dub.9. n.51.* quem sequitur Bonacina *d. punct.2. num.9.* Subdens tamen secluso priuilegio non posse quemlibet Superiorem, sed supremum dispensare, nisi aliter per consuetudinem quilibet superior dispenset. Vnde ita religiosi obligantur, vt peccent mortaliter, si horas, vel semel absque causa prætermittant, quæ resolutio est communis, teste Nauarro *c.7. n.5.* vbi *num.6.* de oratione addit esse mortale, si vel vna hora negligatur, videlicet tertia, vel sexta; Angelus tamen *verb. hora §.10.* cum Ricardo, quem citat, ait non peccare mortaliter religiosum, si horas omittat, nisi quis id facere sit assuetus, aut per contemptum: est tamen contra communem, imò Nauarrus, & alij tradunt, si omittatur tertia pars vnius horæ, nimirum vnus Psalmus cum hymno, esse mortale, quod satis durum videtur, nec placet Angelo *verb. hora, n.18.* nec Paludano *in 4. dist.15. quæst.5.*

Quid

8. Quid ergo ſi religioſus deputatus ad chorum tranſeat ad conuerſorum Ordinem authoritate,& iuſſu ſoperiorum, nunqoid excuſabitur à dicendo Officio diuino? Sotus *lib.10.de iuſtit.q.5 art.3.* affirmat, eo quia onus recitandi non naſcitur ex vi, & natura Religionis, neque ex iure diuino, vel Eccleſiaſtico, ſed ex conſuetudine, & ſicut eximitur à choro, ſic etiam debet eximi ab onere chori, argumento beneficiarij reſignantis beneficium, qui depoſito beneficio, cùm non ſit in ſacris conſtitutus, omnino eximitur ab onere recitandi, Axor *d.cap.5. q. 7.* quòd ſi eximatur religioſus à choro ad tempus, etiam ad tempus liberabitur ab Officio diuino dicendo; ita mihi videtur, quamuis contradicat Axor *ſuprà q.7. ad finem.*

9. Quoad beneficia habentes certi iuris eſt illos teneri lege dicendi Officij diuini. An hæc obligatio ſit etiam de iure naturali, multi affirmant, inter quos eſt Turrecrem. *diſt.91. in principio, quaeſt.5.* & ſequitur Nauarrus *c.7.de Orat.n.3.* Durant *lib.3. de ritib.c.22.* Indicat Antonin.3 *p.tit.13 c.4.* & Caiet. *verb.hora*, inclinat, dicentes beneficiatos teneri ad dicendum Officium ratione ſtipendij, quod per beneficium datur, obligatio verò, quæ oritur ex ſtipendio, naturalis iuſtitiæ eſt, ex ea ratione, quia beneficium propter Officium confertur, *cap.vlt.de reſcript. in* 6. Quocirca iniuſtè percipit fructus beneficij, qui negligit officium, *cap.ſi quis ſacerdotum, & cap.eos etiam, diſt.*81.

Dicendum tamen eſt beneficium habentes, quamuis non ſint ſacris initiati, teneri ex inſtitutione Eccleſiaſtica recitare Officium diuinum, ſiue beneficiom ſit ſimplex, ſiue curatum, *c. cùm ſecundum, de preben.* vbi ſancitor clericos omnes ad onus recitandi eligi. Cùm ergo merces propter onus debeatur, fit, vt ex beneficio, vel ex præbenda oriatur hæc obligatio, habetur in Conc. Lateran. ſub Leone X. *ſeſſ.*9 & in Bulla Pij Quinti, de qua Nauarr. *in ſumma c.25.n* 122. quia beneficium datur propter officium, Moneta *de diſtrib.quotid.p.2. n.*40. Nicol. Garc. *de benef p.1.c.2.n.60.& p.7.c.11.n.1.* officium autem complectitur horas canonicas, vt vſu, & conſuetudine Eccleſiæ ita receptum eſt, Graffis 1. *p.deciſ.lib 2.cap.54.num.12.*

10. Huc autem intelligitur regulariter, per ſe loquendo, vt excludantur beneficia habentes, quæ ex ſua inſtitutione non obligant ad Officium diuinum recitandum, ſed ad alias preces, qualia ſunt Præpoſituræ quædam ſimplices, vel Perſonatus, aut Prioratus, qui obligant ad dicendum officium ſanctiſſimæ Virginis Mariæ, vel alicuius Pſalmi recitationem. Quin etiam interdum reperiuntur beneficia, quæ non obligant ad quidquam recitandum, Emmanuel Sà *verb.hora canonica num* 4. & Fumus *eodem verb. num.*3. dicentes non teneri recitare beneficium recipientes ad pulſandum organa, vel ad docendum Theologiam, aut ad aliud officium non Eccleſiaſticum, quoniam beneficiatus ſolum obligatur ad id, propter quod datur beneficium. Attamen hæc non vocantur propriè beneficia, ſed fructus conceduntur per modum ſtipendij, ſeu mercedes propter actionem aliquam temporalem.

Porrò ſi Eccleſia prouideat Magiſtro de beneficio, qui clericos eiuſdem Eccleſiæ, & alios pauperes gratis doceat hic, non ſolùm docebit, ſed etiam recitare tenebitur preces Canonicas, quia reuera habet beneficium, ita Syluester *verb. hora q.*2. ſecus quando fructus dantur per modum ſtipendij propter actionem temporalem, quamuis fructus ſint beneficij, & quamuis dentur clerico, Turrecrem. *in principio diſt.91.q.5.* & Palud. *ſuprà q.5.n.12.* Suarez *lib.4.de horis, cap.22. num.2.*

11. Similiter tenetur ad recitandum habens beneficium integrè in commendam. Nam, etſi non habeat titulum, quia ſcilicet ſubrogatur in locum beneficiati, & habeat adminiſtrationem, obligatur ad officium, Axor *lib.10.cap.3.q* 6. Graffis *lib.2.cap.50. num.22.* Soarez *d.cap.22.num. 14. & n.16.* quamuis commendatio Eccleſiæ non ſit erecta in titulum beneficij, neque in perpetuum cõferatur; vbi etiam loquitur de beneficio manuali ad nutum conferentis reuocabili, Molfeſius *tract.5.c.3. num.44. & tract.6.c.2.n.25.* Malderus *tract.10.c.2.dub.3.quaſ.4.* Filliuc. *tom. 2. tract. 23. cap.5. num.175. & ſequent;* & Vaſquez *de benefic.c.4.art.1.dub.3.*

12. Sed quid dicendum de clerico in ſacris conſtituto, & ſimul habente beneficium Eccleſiaſticum, ſi Officium diuinum omittat, quotuplici peccato inficiatur? Videtur vnico duntaxat argumento frãgentis præceptum audiendi ſacrum in die feſto incidente die Dominica, quæ ſufficienter fatetur, dicens ſe non audiuiſſe ſacrum ſemel, quia præcepta illa duo ſub eadẽ ratione formali obligant, intuitu eiuſdem virtutis, religionis videlicet, ſicut violatio duplicis ieiunij eodem die incidentis eſt contra tẽperantiam, & ex conſequenti non eſſe malitiam diuerſam, ſed vnicam tantùm, tradunt Alexander *in Enchirid.2.p.ſtatim in princip.tit.de diſcretione peccatorum, n.*11. Henriq. *lib.5. de pœnit.c.5 n.6. & c.6. n.6.* Sà *in ſumma verb. confeſſio, §. quidam putant*, & Vaſquez 1.2.*q.72.art.6.diſp.98.n.8.* quæ reſolutio eſt verior adeò, vt nec ratione circunſtantiæ, cùm notabiliter non aggrauet, debeat detegi in confeſſione.

Nihilominus in noſtro caſu dicendum eſt vnius culpæ eſſe reum, qui ratione Ordinis ſacri, ac beneficij ſimul omittit Officium diuinum, ita Henriquez *lib. 5. de pœnit.cap. 5. num. 6.* conſentit Sà *verb.confeſſio, num.*30. per hæc verba, cùm vterque peccans eſt coniugatus, ſufficere illis dicere feciſſe adulterium, Sanchez tamen *de matrimonio, lib.9. num.6 verſ.ſed neutrum admitto*, cui accedo, credit tam in noſtro caſu, quàm in caſu coniugati cum coniugata fatendam eſſe circunſtantiam duplicis obligationis ab illo, qui ex ratione ordinis, & beneficij Officium diuinum omiſit, cùm habeat duplicem obligationem, nimirum ratione Ordinis obligationem ſpectantem ad virtutem religionis, & ratione beneficij obligationem pertinentem ad virtutem iuſtitiæ cum onere, vt recitet, vt faciat fructus ſuos, & ideo in confeſſione debet vtrunque explicare, ſicut coniugatus dum peccat cum coniugata, quia quamuis malitia vtriuſque ſit contra iuſtitiam; eſt tamen duplex in iuſtitia reſpectu vtriuſque coniugis peccantium, eſto ſit diuerſo numero: ideo eſt de neceſſitate confeſſionis, veluti cùm quis duos vno ictu vulnerauit, debet id explicare, vt docent Nauarrus *in ſumma Hiſpana, cap. 28. addit. ad num. 3. cap.6. latin. cap.6. num.4. poſt 4.coroll.* Ludouic. Lopez 1.*part. inſtruct.cap.35. §.caeterùm, quia multa*, & Manuel *in 1. tomo ſumma 2. edit. cap.53. num.5.* & Leſſius *lib. 2. cap.37. dub.9. num.52.verſ.ex dictis.*

13. Ex hoc occurrit, quotuplex ſit peccatum in omiſſione horarum vnius diei? Nauarr. *cap. 7. num.6.* docet eſſe vnum tantùm peccatum, eo quòd ſeptem horæ canonicæ ſunt vna tantùm oratio, & vnum Officium diuinum: non autem tot, quot horæ, omnes enim ſunt partes vnius officij, idem

dixit

dixit Syluestet *verb.hora,q.*12. Soarez *d.lib.*4. *c.*25. *n.*18.item quia præceptum de toto officio vnicum est.Quare illius totius vna est omissio integra, & ideo vnum peccatum,Filliuc.*tract.*23.*c.*7.*n.*248. & Lessius *c.*37.*dub.*9. *n.*53. Siue ergo omissio totius officij voius diei sit vnum peccatum,siue multa, vt ait Tabieo. *verb. hora* , *q.* 18. tam graue est illud voum,quàm illa multa. Nec qui omisit totum, fatetut sufficienter diceodo in confessione, se grauiter peccasse citca officium diuinom , sed teoetur dicete se omisisse omnes horas officij,vel tres, aut quatuot,Filliucius *suprà.*

14. Ambigi potest de adiutote beneficiatij , an teneatut tecitate preces canonicas?Negat Medina *de orat.q.*7.in diebus,quibus noo supplet vices beneficiatij,cui datus est adiutot:secus in diebos quibus supplet.Nauatrus tamen *cap.de orationе,n.*17.tradit adiutotem solùm cogi ea præstare , ad quæ datus est adiotor:quocitca si datus est ad canendum in choto, id præstabit duntaxat. Concludit tandem adiutotem beneficiatij non posse cogi ad recitaodum Officium diuinom,cùm non sit beneficiarius, nec duo clerici ratione vnius beneficij obliganiur ad pēsum hotarum.Cùm ergo beneficiarius sit cui datus est adiotot,is solùm onus recitandi adimplebit,sequitut Ledesma 4.*p.*2.*q.*16. *art.*4.*dub.*1.

Dicendum tamen est, oon teneti tarione coadiutoriæ ptæcisè,nisi coadiotoria habeat rationem beneficij Ecclesiastici , videlicet si audiototi assignentur prouentus, ad quotum titulum ad Otdines sacros ptomooeatut:tunc enim eensentur,duo beneficia. Nam coadiutotia,tegulatiter loquendo, non est beneficium Ecclesiasticum,sed aliquid beneficio adiunctum,nec coadiutor Canonici est canonicus, neque habet Canoniam, neque præbendam,nec titulum, vel possessionem Canonicatus, sed coadiutoriæ solùm,& quo ad illam habet in te, & ius ad succedendum : at quo ad Canonicatum ius ad rem tantùm,seu in spe.Quinimò quo ad sedem in choro,sedet non in loco ptoptietarij,sed in vltimo loco post veros Canonicos , & quamuis habeat vocem in Capitulo,id non habet ex vi tituli,sed conceditur,vt quo ad hoc adiuuet coadiutum:proinde ex vi coadiutotiæ non tenetut exoluete Officium diuinum , sed hoc onus est penes proptietarium, secus quando coadiutor assumitur io totum ad onera beneficij , aut saltem ad hotas recitandas : tunc tenebitur hotas persoloere, cùm assumatut ad id exptessè, Soatea *suprà ex num.*19. Reginaldus *lib.*30.*num.*41. Molfesius *tract* 5.*cap.*2. *num.* 44. & alij , quos referens sequitut Bonacina *disp.*1.*q.*2.*punct.*3. *num.*13. & Batbosa *in cap. dolentes,de celebrat. Missar.num.*8.

15. Hinc infertur Capellanum datum Parocho, vt suppleat vices illius, & absentiam in Sacramentis administtandis , non teneri ratione coadiotoriæ præcisè ad Officium exoluendum.Soarea *suprà*,& Medina,& Bonacina *d punct.*4.*num.*14.Secus de eo cui resignatum est beneficium tesetuatis omnibus fructibus tesigoanti, quia tenetur ad tecitandum, tum , quia habet verum titulum beneficij , tum etiam,quia pet ipsum stat ne ftuatur fructibus, & beneficium accepit cum hoc onete , & resignans nec tenetut beneficio seruite : etgo nec Officium recitare,ita Bonacina *disp.*1.*q.*2.*punct.*4. *n.*21. *vers. hinc ergo patet* , allegans pto hac parte Flaminium *de resignat.lib.*1.*q.*9.*num.*5. & ipse,ni fallot,oppositum tradit dicens resignantem in hoc casu teneri ad onus officij cùm verè beneficiarius sit:quæ sententia est etiam Nauarri *de oratione cap.* 7. *num.*30.

Mihi tamen placet resignatatium teneri ad pensum horatum,quamois non percipiat fiuctus,quoniam voluit boc modo beneficium , quod vacabit non obitu resignantis, sed tesignatarij, ex traditis à Garcia 3. *p. cap.* 1. *num.* 57. & pet ipsum stat ne fructus capiat , & alij plutes , quos refetens sequitur Augustious Barbosa *in cap. dolentes,de celeb. Miss.num.*9.

16. Quando autem incipiat obligatio tecitandi in beneficiatio,qoæstio est,siue illod sit simplex,siue cutatum ? Nauarrus *de oratione* , *cap.*7. *num.*29. & Macignus *de horis Canonicis cap.*10.*num.*25. Garcia *de benefic. p.*3. *cap.* 1. *num.*92. cum aliis opinantur beneficiatium vbi primum acceptaoit collationem,statim teneri satisfacete penso hotatum. Dicendum tamen est non obligati ad tecitandum ratione beneficij,nisi post captam possessionem pacificam, Azor *d.lib.*10.*cap.*4.*q.*7. Lessius *lib.*2.*c.*34. *dub.*30.*num.*167. Menoch.*de arbitrar.casu*429.*n.*24. Flamin.*de resignat.lib.*1.*q.*9.*num.*15.quia capta possessione est vetè beneficiatius,& tenetur Ecclesiæ seruire,& ante possessionem nequit se ingerere in beneficio,Flaminius *suprà q.*10.*n.*18. & 19. & 20. Soarea *lib.*4. *cap.*19. *num.*7. Filliuc.*tract.* 23. *cap.*4. *num.*158.Reginaldus *lib.*30.*num.*38. Nald. *verb diuinum officium,num.*5. Maldet.*de virtutibus,tract.*10. *cap.*2.*dub.*3.*q.*7. & Molfes. *in summa tract.*5. *cap.* 3. *num* 3. asserentes beoeficiatios ex vi beneficij non obligati ad diuinum Officium , nec ad onus seroiendi , nisi post captam beneficij pacificam possessionem.

17. His accedit,quando beneficium est adeò tenue, vt non sufficiat neque ad mediam vitæ sustentationem,nunquid beneficiarius tenebitut persoluete integtum diuinum Officium?Negaot teneti saltem quotidie tecitare , quando fructus beneficij non petueniunt ad mediocrem sustentationis partem,ita Petrus de Ledesma *in summa p.* 2. *tract.* 9. *cap.*4.*concl.*6.*diffic.*4. Vega *in summa,p.*1.*cap.*118.*casu* 13.Fr.Emman.*in summa,tom.*1. *cap.*140. *num.*3. Lessius *lib.*2. *cap.*34. *dub.*31.*num.*169. vbi excusat beneficiarios v. liè tenues fructus petcipientes, pnta octo,vel decem aureos , ex Soto *lib.* 10. *q.* 5. *art.*3.quem sequuntur multi ex tecentioribus.

Alij autem , iuxta vetiotem sententiam volunt, quamuis beneficium sit valdè tenue , & non sufficiat ad sustentandum beneficiatium , obligati accipientem ad totum beneficium recitaodum, ex eo fundamento , quia sponte sua acceptans beneficium , debet subite onus beneficio impositum , nec fit iniutia scienti , & volenti ex iniuncto sibi onete tecitandi preces horatias , ita Nauartus *de oratione* , *cap.*2. *num.* 27. vbi testatut de communi , Soarez *d.lib.*4.*cap.*21. *num.* 3. & 9. & *cap.*4. *num.*34. Valentia 2.2.*disp.*6.*q.*2.*punct.*10. *vers. excludit.* Azot *part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 3. *quæst.* 3. Reginald. *lib.* 30. *cap.* 4. *num.* 34. Gatcia *de benefic. p.* 3. *cap.* 1. *num.* 30. & Naldus *verb. diuinum Officium, num.* 2. atgumento militis , qui voluntariè ttadit nomen suum militiæ : is namque tenetur militate , esto non recipiat sufficieos stipendium ad vitam sustentandam : quam partem etiam tuentut Couart. *lib. variarum cap.* 13. *numer.* 8. *vers.* 12. Beja *respons. casuum conscient. part.* 1. *casu* 54 Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *cap.* 68. & Vgolin. *de officio Episcopi, p.*1. *cap.*13. §.1. *num.*2.

Intet has opiniones media mihi placet, nempe non teneti beneficiatium in hoc casu ad quotidianum Officium diuinum exoluendum, quan-

do beneficium eſt tam tenue, vt non ſuppeditet quindecim, vel viginti aureos annuatim. Ratio, quia ſicut, qui nihil recipit, ad nihil tenetur: ſic etiam, qui parum recipit, non obligabitur niſi ad parum, & non ad totum. Non enim dicetur beneficium niſi imperfectè, quod non ſufficit ad ſuſtentandum miniſtrum, Caiet. *verb. beneficiorum multiplicatio.* Quare ſi beneficium non ſubminiſtret bonam partem tenuis ſuſtentationis, nimirum quindecim, vel viginti aureos ſupradictos, non eſt recitandum officium quotidie, ſed aliquoties per annum, feſtis ſcilicet, & Dominicis ſaltem diebus, ita Leſſ. *lib.* 2. *c.* 34. *dub.* 31. *n.* 169. eo quia beneficiarius, qui propter tenuitatem beneficij non viuit ex fructibus beneficij, non tenetur officium quotidie recitare, Fillicius *ſuprà c.* 5. *n.* 183. vbi vult quando beneficium ſimul cum ſeruitio non attingit tertiam, vel quartam partem annuæ ſuſtentationis, ſatis eſt recitare aliquoties, vt in diebus Dominicis, vel etiam feſtis, & practicè hanc partē eſſe ſecuram, vt etiam cenſet Soar. *lib.* 4. *c.* 21. *n.* 11. probabile eſſe non obligare ad recitandum quotidie quandu beneficium non peruenit ad quartam partem ſuſtentationis: addit tamen Filliucius *ibi*, ſi aſcendat ad viginti, vel eo amplius aureos, probabilius eſſe teneri quotidie recitare: nam quādo beneficium dicitur conferri propter officium, intelligitur de beneficio vnà cum fructibus habente proportionem parem tali oneri, conſenſit Malder. *de virtutibus tract.* 10. *c.* 2. *dub.* 3. *verſ. nihilominus*, dicens non teneri ad officium ſoluendum, cuius beneficij fructus non perueniunt ad tertiam mediocris ſuſtentationis partem. Quamobrem cùm ſint graues auctores, qui excuſant ab onere recitandi habentes tenue beneficium, quos ſequitur Aragonios 2. 2. *q.* 83. *art.* 12. & diximus ſuprà *verſ. his accedit*; ex eo, quia beneficium tenue in iure pro nō beneficio reputatur ex *c. is, cui, de præbendis in* 6. Et è contra, & ſecundùm communem beneficiarius quicunque ratione paruitatis non excuſetur, tanquam valdè probabile, & practicè ſecurū dicimus, quando beneficium nullum habet ſeruitium, & non aſcendit ad tertiam, vel quartam partem ſuſtētationis annuæ, ſatis eſſe ſoluere Officiū diuinum diebus Dominicis, & feſtis, vt reſpondeat commodum, & ſtipendium proportione quadam oneri, & labori beneficij, Leſſ. *d. n.* 169. Filliuc. *d. c.* 5. *n.* 179. *& num.* 180. *&* 183. Bonac. *diſp.* 1. *q.* 2. *punct.* 4. *n.* 18. licèt ex ſententia nonnullorum beneficium tenue per ſe non obliget ad recitandum ſemper diuinum Officium, obligat tamen ad recitandum ſaltem aliquoties diuinum Officium, vel diuini Officij partem.

18. Quid reſpondebitur quærēti, an habeat obligationem recitandi ille, qui omnes beneficij fructus loco penſionis ſuppeditat illi, qui ſibi renunciauit beneficium? Affirmatiuè reſpōde, cùm habeat titulum, poſſeſſionem, & adminiſtrationem beneficij, Ita Graffis *lib.* 2. *deciſ. c.* 50. *n.* 17. Nauarr. *in manuali, c.* 25. *n.* 103. *& de horis canonicis, c.* 7. *n.* 30. *& c.* 20. *n.* 15. Garcia 3. *p. c.* 1. *n.* 54. vbi hoc admittit, ſi adminiſtratio beneficij incumbat beneficiario, Macign. *de horis canonicis, c.* 10. *n.* 29 *& c.* 20. *n.* 9. Soar. *lib.* 4. *c.* 20. *n.* 2. Filliuc. *d. c.* 5. *quaſ.* 5. Molfeſius *tract.* 5. *c.* 3. *n.* 52. contra Sotum *lib.* 10. *de iuſt. q.* 5. *art.* 3. & Aragon. 2. 2. *q* 83. *art.* 12. Idem dicendum eſt de eo, qui omnes fructus beneficij dat Capellano Sacerdoti, vt pro eo recitet diuinum Officium, quia eſt onus perſonale perſoluere penſum horarum; & ideo non tranſgreditur perſonam, nec per alios ſolui poteſt, argumento *l. quia tale, ff. ſoluto matrimonio.*

Nec obeſt ſi dicas, onus ſine fructu ſubire nemo cogitur; ergo beneficiarius ſi dederit omnes fructus beneficij alteri in penſionem, non cogetur recitare. Reſpondetur, volēti non fieri iniuriam, & reſeruatio omnium fructuum non fit ſine expreſſo conſenſu reſignatarij, vt in ſpecie tradit Campeg. *in ſuo breuiſſimo tractatu de reſeruatione omni. fructuum, n.* 2. cùm ergo reſeruatio fieri nequeat eo renitente, ſibi imputet, quòd voluerit gratis ſeruire, & propriis expenſis militare, & ideo non excuſatur ab onere recitandi, Graffis *ſuprà*, & Auguſt. Barboſ. *in d. c. dolentes, n.* 9. & quamuis non fruatur fructibus beneficij, hoc eſt per accidens, quia ſic ipſe voluit, & conſenſit: tum quia huiuſmodi reſeruatio non ſolet fieri niſi habenti aliàs vnde viuere poſſit, Flaminius Pariſ. *de reſignat. lib.* 6. *q.* 1. *num.* 24.

19. Sequitur altera dubitatio, an quando duo litigant ſuper eodē beneficio, teneantur ad Officium diuinum exoluendum? Reſpondeo teneri illum, qui incepit pacificè poſſidere beneficium, quia ipſe habet ius, titulum, poſſeſſionem, & adminiſtrationē beneficij, eſto fructus beneficij authoritate iudicis nomine ſequeſtri ſint depoſiti, ita Azor *lib.* 10 *c.* 4. *quaſ.* 9. vbi teſtatur de communi, Paul. Squillas 1. *p. dub.* 10. Reginald. *lib.* 30. *n.* 38. Garcia 3. *p. de benef. c.* 1. *n.* 86 *&* 104. Confert Nauartus *c.* 8. *de orat. n.* 18. dum ait habentem titulum, quamuis non ſit in poſſeſſione, teneri ad penſum horarum, dummodo ſperet ſe adepturum fructus beneficij, cuius opinio non placet Petro Ledeſmio *tract.* 9. *c.* 4. *concluſ.* 6. *differentia* 10. aſſerenti poſſeſſorem beneficij non obligari ad dicendum Officium diuinum, quādiu fructus nomine ſequeſtri traditi ſunt depoſitario currente lite ſuper proprietate. Sed tu ne diſcedas à ſententia Azorij, Pauli, Reginaldi, & Garciæ, quam ſequitur Leſſius *lib.* 2. *cap.* 34. *de benefic. num.* 173. & Soarez *lib.* 4. *cap.* 19. *num.* 10.

Quando autem neuter poſſidet beneficium, quamuis ſperēt ſe victores futuros, & fructus habituros, nullus tenetur ad recitandum dum nullus poſſidet beneficium, quia neuter habet ius certum cùm acquiratur ius per poſſeſſionem pacificā, Soar. *ſuprà c.* 19. Reginald. *lib.* 30. *n.* 40. & Azor *ſuprà*, & Filliuc. *tract.* 23. *c.* 5. *n.* 160. & Vaſq. *de beneficiis, c.* 4. *art.* 1. *dub.* 6. quod intelligitur quando vterque bona fide litigat, & iuſtè reſiſtit alteri ne capiat poſſeſſionem, tunc, qui iniuſtè litigat, & impedit alterum, tenetur recitare preces canonicas, quoniam iniuſtè ſpoliat Eccleſiam obſequio illi debito, ita Soarez *d. c.* 19. *num.* 10. *verſ. & profectò videretur.*

20. Quid dicendum de beneficiario priuato fructibus propter crimen aliquod, aut aliam iuſtam cauſam? Azor *lib.* 10. *c.* 4. *quaſ.* 6. credit non excuſari ab onere recitandi, non tamen obligari ad reſtitutionem fructuum, Molfeſ. *tract.* 5. *c.* 3. *n.* 4. & alij, cùm nullos fructus percipiat, & Concilium Lateranenſe ſolùm percipiat reſtituere fructus perceptos. Secus dicendum de eo, qui iniuſtè priuatur omnibus fructibus: is enim non tenetur recitare preces canonicas, durante priuatione iniuſta, Soarez *lib.* 4. *c.* 20. *n.* 14. Azor *lib.* 10. *c.* 4. *quaſit.* 6. Flaminius *de reſignat. lib.* 1. *q.* 9. *num.* 3. & alij, quos referens ſequitur Garcia 3. *p. cap.* 1. *num.* 45. ex eo, quia non videtur iuſtum, vt beneficiarius propter iniuſtam alterius actionem penſum horarum debeat recitare ſine ſpe percipiendi fructus: longè aliter de eo, qui iam fructus accepit, & poſtea bello ingruente, aut alia iniuſta actione, illis priuatur, cùm iam fructus receperit, ex quorum ratione recitare tenetur, quamuis pro eo tempore, quo non recitauerit,

non videtur obligandus ad restitutionem, ex supradictis. Bonac. *disp.* 1. *q.* 2. *punct.* 4. *num.* 25. *ad finem.*

His obest carentia fructuum quando beneficiarius non percipit, nec perceptus est fructus beneficij per se, vel per alium, excusat ab onere recitandi Officium diuinum: ergo quamuis iam aliquando percepisset fructus, cùm de præsenti non percipiat, non tenetur recitare, est enim valde graue sentire onus recitandi, qui commodum nō percipit: quare, qui fructibus non fruitur ex vi beneficij, non debet grauari onere officij: cessat nanque obligatio, seu ratio obligationis, quando nullos omnino prouentus recipit Ecclesiasticos, qui dari solent ad sustinenda beneficij onera, quia beneficium est ius percipiendi fructus ex bonis Ecclesiæ, non tantùm habitu, & potentia, sed etiam actu; atque ita cùm beneficiarius actu non recipiat commodum, non debet grauari onere recitandi, cùm beneficium tale tantum sit habitu, & potentia, non videtur habere rationem beneficij, nec illi nomen beneficij quadrat, vt tradit Gomez *in regula de annali. q.* 47. *ex num.* 2. *vsque ad num.* 5. Gonzal *gloss.* 34. *num.* 112. *& gloss.* 55. *num.* 27. quod valdè probabile videtur in nostro casu, iuxta Bonacinam *disp.* 1. *q.* 2. *punct.* 4. *quæsit.* 3. *ad finem, n.* 25. *& q.* 6. *punct.* 3. *num.* 6. vbi refert *num.* 7. Azor. dicentem impeditum, ne resideat propter bella, & pericula hostium, non teneri diuinum Officium recitare, quandiu nihil recipit, nec recepturus est pro tempore, quo diuinum Officium non soluit.

21. Porrò habentes Capellaniam non erectam authoritate Episcopi, non obligantur ad recitandum, etiamsi ad Episcopo conferatur, cùm adhuc non sit constituta inter bona Ecclesiastica: secus de instituta, & erecta authoritate Episcopi, quæ dicitur collatiua, seu Ecclesiastica, & venit nomine beneficij, Nauar. *de oratione c.* 20. *n.* 17. Aragonius 2. 2. *q.* 83. *art.* 12. Azor *lib.* 10. *c.* 3. *quæsit.* 5. Soar. *lib.* 4. *c.* 22. *n.* 12. Filliuc. *c.* 5. *n.* 124. Vasq. *de beneficiis c.* 4. *art.* 1. *dub.* 3. *n.* 10. Reginald. *lib.* 30. *n.* 40. Macign. *de horris canonicis c.* 10. *num.* 15. Malder. *tract.* 10. *c.* 2. *dub.* 3. *quæsit.* 3. Molfes. *tract.* 5. *c.* 3. *n.* 45. *& tract.* 6. *cap.* 2. *num.* 25. & Barbos. *in d. c. dolentes, n.* 6. *de celebrat. Missar.* Quinimò alij apud Soarez, Vasquez, Molfesium, Azorium, & Garciam *de benefic.* 1. *p. c.* 2. *num.* 81. id ampliant in Capellania etiam temporali, & ad nutum amouibili, modò sit Ecclesiastica, dicentes quæcumque sit illa, secum inducere obligationem recitandi diuinum Officium.

22. Quæstionis etiam est, an qui possidet duo beneficia, debeat bis persoluere in die preces canonicas? Pars affirmās ex eo probatur, quia beneficium datur propter officium, ex *cap. vltimo, de rescriptis in* 6. sicut grauatus ære alieno à duobus creditoribus debet vtrique soluere debitum, alioqui non satisfacit: quemadmodum grauatus præcepto de audienda Missa bis, non satisfacit, si semel tantùm audiat, ita Nauar. *in nostro casu*, Miscell. 60. *de oratione num.* 2. 3. *&* 4. vbi loquitur de habente duo beneficia contra ius, siue præter ius; non autem de habente plura beneficia authoritate superioris.

23. Dicendum tamen est habentem plura beneficia legitima temporis authoritate satisfacere vnico officio recitato semel. Fundamentum est, quia quamuis Ecclesia statuerit, vt beneficiarius dicat officium propter beneficium, non addidit, vt habens plura beneficia, pluries officium exoluat, ita *lib.* 5. *c.* 5. *n.* 6. *in commento litt.* Q. Azor *lib.* 10. *cap.* 4. *quæs.* 10. Soarez *lib.* 4. *cap.* 19. *n.* 7. Filliuc. *tract.* 23. *c.* 5. *n.* 155. & est communis consuetudo, quæ interpretatur talem esse mentem Ecclesiæ præcipientis, Malder. *tract.* 20. *c.* 20. *dub.* 3. *quæsito octauo*, Macign. *c.* 12. *de horis canonicis*, Garcia 3. *p. c.* 1. *n.* 110. vbi id latè probat ex obligatione desumpta ex intentione obligantis ad horas canonicas, non iuxta numerum causarum; sed vt vnus homo obligatus, semel eas recitet, etiam si pluribus de causis obligetur: sicut satisfacit præcepto recitandi initiatus tribus sacris Ordinibus, & cùm sacris habens beneficium semel horas recitando: argumento obligati audiendi sacrum in die Dominica, in qua occurrit festum, qui satisfacit duplici festo vnica Missa audita. Quare plura beneficia possidentem, si teneatur recitare solùm ratione beneficiorum, vnum tantùm specie peccatum peccare, dum non recitat officium, docent Henriquez *lib.* 5. *c.* 5. *num* 6. & Azor *lib.* 4. *c.* 2. *quæsito* 6. cùm delinquat contra obligationes eiusdem rationis.

Sed quid respondendum habenti duo beneficia, alterum iniustè, & sine titulo, & alterum iustè authoritate superioris? Responde teneri recitare iniustè possidentem Officium diuinum non ex præcepto Ecclesiæ, cùm non habeat beneficium iustè, nec legitimè; sed teneri ex iure naturæ defraudando Deum seruitio debito, ita Philiarc. *lib.* 1. *c.* 8. *conclus.* 2. Nauar. *in miscellan.* 15. *de oratione, ad finem.* Insuper tenetur rursus recitare pro beneficio iustè, & legitimè possesso, hoc est, ad duo officia persoluenda, & eodem modo tenebitur ad plura officia plura beneficia iniustè qui retinuerit, ita præcitati, quibus accedit Macignus *de horis canonicis, c* 12. & Soarez *cap.* 19. *n.* 10. sicut tenetur iniustè litigans, & impediens à consecutione beneficij habentem titulum, Garcia tamen *tom.* 1. *de benef. p.* 3. *c.* 1. *n.* 20. contra Paludanum *in* 4. *dist.* 15. *q.* 5. *art.* 1. *conclus.* 5. Nauar. *d. miscell.* 15. *aliàs* 60. *ad finem*, & Philiarc. *d. c.* 8. *conclus.* 2. minus bene audet asserere plura beneficia sine authoritate legitima possidentem excusari à recitatione plurium horarum quotidie, nec peccare non soluendo quotidie plura officia, sed solum ea occupando, & retinendo sine dispensatione legitima, licèt idem Garcia doceat contrarium de possidente vnum beneficium absque titulo legitimo, cum non debeat esse melioris conditionis stultus, quàm sapiens, *cap. eum qui, de præbendis, & dignitatibus*, quod approbat Azor *d. lib.* 10. *c.* 4. *quæs.* 10. Bonacina *suprà punct.* 4. *num.* 28. cum Paulo Layman. *lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 5. *n.* 3. *q.* 3.

Dubitatur item de pensionario, an teneatur recitare officium diuinum, qui vt Clericus recipit pensionem? Azor *suprà c.* 4. *q.* 3. Vasq. *de beneficiis, c.* 4. §. 1. *dub.* 4. *n.* 17. tradunt teneri recitare officium paruum Beatæ Mariæ Virginis sub eadem pœna, sub qua beneficiarij tenentur ad recitationem diuini Officij, sequitur Valentia *tom.* 3. *disp.* 6. *q.* 2. *punct.* 10. Soarez *lib.* 4. *c.* 22. *n.* 6. Filliuc. *tract.* 23. *c.* 5. *quæsit.* 9. *n.* 173. Paulus Squillas 1. *p. dub.* 9. & Barbos. *in c. dolentes, n.* 7. *de celebr. Missar.* ex ratione tradita in Bulla Pij Quinti relata à Nauarro *c.* 25 *in summa n.* 122. quod extenditur etiam ad illum, cui pensio fuit reseruata tanquam capiti in vtilitatem alterius: in quo euentu vterque tenetur persoluere Officium B. Virginis, cùm vterque dici potest pensionarius, cùm pensio tam huius, quàm illius obitu extinguatur. Sed meliùs dicēdum est non illum in cuius capite fuit pensio posita, teneri recitare; sed illum cuius intuitu pensio data fuit: nam, qui sentit commodum, tenetur onere officij; ideo qui percipit pensionem, & illa fruitur, officium tenetur dicere. Quamuis Filliuc. *tract.* 42. *de pensionib. c.* 9. *n.* 19. 24.

velit onus vitæ clericalis,& officij recitandi competere illi,qui ius habet pensionis, seu in cuius capite ponitur. Mihi tamen magis videtur onus recitandi competere illi, qui pensionis commodo fruitur; cùm alter sit pensionarius titulo tantùm, & voce tenus;alter verò iure vtili,vt deducitur ex verbis constitutionis Pij Quinti ita loquentis,ibi, *qui vt clericus percipit pensionem*; igitur iste, & non ille tenetur onere officij.

Huc spectat illa difficultas,an clericus sacris initiatus,aut habens beneficium,simúlque pēsionem, adimpleat præceptum recitando Officiū magnum omisso paruo Beatissimæ Virginis? Affirmat Nauar. *consf.22.de celebr.Miss.*Philiar.*lib.1.c.8.*Azor *lib.10. c.4.quæst.3.*& Garcia *p.3.de benef.c.1.n.116.* addens ex Nauar. *d.consf.22.* pensionarium clericum,si fiat miles cum priuilegio retinendi pensionem, non teneri ad Officium Beatæ Mariæ, sed satisfacere dicendo orationes Dominicas,& Angelicas à Religione præceptas, quæ sunt loco officij, sequitur Vega *2.p.cap.65.casu* 1.& Rodrig.*in summa tom.1. cap.*140.*num.5.* & Macign. *de horis canonicis*, *c.*10. *num.*20.

Quin imò pensionarius, qui non in totum,sed in parte solùm cessit pensioni,adhuc tenetur onere recitandi, cùm adhuc titulo clericali possideat pensionem. Secus, si liberaliter cessit pensioni in totum, August.Barbos. *in d.cap.dolentes,de celebrat. Missar.num.7.* post Bonacinam *suprà num.*11. subdens probabiliter idem esse dicendum de pensionario consentiente pensionem redimi, accepta nonnullorum, vt quinque, aut sex annorum,anticipata solutione. Nihilominus in hoc vltimo casu non videtur excusandus ab onere recitandi, qui loco pensionis redemptæ anticipatas solutiones recepit;quocirca pro eo tempore, quo anticipitæ solutiones æquiparauerint annuis pensionibus, tenebitur pensionarius perinde ac si esset talis, recitare officium, & exacto tempore censebitur cessisse pensionem in totum,nec deinceps pensionem habere dicetur.Longè aliter de eo,qui non vt clericus pensionem habet, sed titulo sæculari, nimirum propter laborem aperiendi fores Ecclesiæ, & cimbala pulsandi, tunc enim excusabitur à recitando Officio magno,vel paruo,Azor *d.lib.10.c* 4. Valentia *tom.3.disp.6.q.2.punct.* 10. quia non dantur pensiones huiusmodi titulo clericali, nec requirunt primam tonsuram, seu statum clericalem.

In quas pœnas incurrant beneficiarij horas Canonicas prætermittentes?

§. V.

EPITOME.

1. *Beneficiarij non recitantes Officium diuinum primis sex mensibus,peccant,& an teneantur ad restitutionem?*
2. *Habentes beneficia curata non tenentur iure naturæ restituere, quamuis non soluant Officium diuinum?*
3. *Beneficia habentes quorum munus præcipuum est dicere officium canonicum an debeant restituere propter officium non solutum, nisi Ecclesia id significet?*
4. *Beneficiarij non canentes in choro, vt debent, etiamsi preces recitent in Ecclesia,an possint fructus percipere, & distributiones?*
5. *Recitans sine attentione an teneatur restituere?*
6. *Omittens hodie horas Canonicas, si manè bis recitet officium,teneatur ne restituere partem,quæ hodierno officio respondebat?*
7. *An non recitantes teneantur ante sententiam restituere fructus beneficij?*
 *& an sint restituendi omnes fructus aut pars correspondens officio recitandi?n.*8.
9. *Quid sit restituendum pro singulis quibusque horis omissis?*
10. *Cui sit facienda restitutio pro horis non recitatis, & pro omissione professionis fidei?*
11. *An recitans Officium diuersum à Breuiario Romano teneatur restituere?*
12. *An filius non recitans, eo quòd pater illius fructus percipit, teneatur restituere?*
13. *Pater in beneficio clerici filij, an teneatur fructus perceptos filio petenti restituere? aut saltem alimenta filio data repetere?*
14. *Obligatus ad aliquid in certo loco faciendum, vel ad officium dicendum extra illum non satisfacit, & tenetur restituere.*
15. *Præstimononia percipiens an ad officium teneatur, & ad restituendum, si non recitet?*
16. *Canonici an primo, & secundo anno non acquirentes fructus beneficij, teneantur recitare horas? & quid si non recitent?*
17. *Qui nulla culpa sua bona fide horas non recitauit, nihil tenetur restituere.*

QVo ad primum, certi iuris est ex constitutione Pij Quinti edita duodecimo Kalend. Octobris 1571. illum, qui primis sex mensibus officium non dixerit, peccare mortaliter, nisi legitimo impedimento detineatur, quia facit contra prohibitionem Ecclesiæ in re graui, & contra finem, propter quem datur beneficium, Azor *1.p.lib.10.cap.14.q.4.* non tamen obligari ad restitutionem pro illis sex mensibus, vt patet ex prædicta constitutione. Si verò elapsis primis sex mensibus diuinum Officium prætermiserit, vltra peccatum mortale, tenetur restituere pro rata temporis, & Officij prætermissi, vt *infrà num. 9.* 1.

Quæstionis tamen est, an iure naturæ teneatur ad restitutionem fructuum, esto ex dispositione iuris Ecclesiastici non teneatur per illos sex menses priores? Videtur affirmandum, quia beneficium datur propter officium, & datum ob causam, causa non subsecuta, retineri non potest, ita Sotus *de iustitia, lib. 10. quæst. 5. artic. 6.* Barthol. Medin. *in summa, cap.*12.§.11. Couarr. *lib.3. variar. cap. 13. num.* 10. Idem tenuit Adrian. *in 4. materia de restit. quæstione, an Ecclesiasticus vltra victus decentem necessitatem, conclus.* 1. idem Angel. *verb. hora, num.* 11. & alij, quos referens sequitur Azor *dict. lib. 10. cap. 14. in principio*, & Soarez *lib. 4. de horis, cap. 29. num. 7.* ex ea ratione, quia beneficiarius non soluens pensum horarum,peccat contra iustitiam commutatiuam, ex qua naturaliter, & intrinsecè procedit obligatio restituendi: addit tamen Soarez *num.10.& 11.* ex natura rei non esse necessarium, vt hæc restitutio fiat in bonis, seu fructibus temporalibus beneficij, sed posse fieri per bona spiritualia facta ab eodem repetita recitatione precum.

Negatiuam partem docet Nauarrus *de oratione, cap. 7. num. 31. & cap.10. num.37.* dicens beneficiatum,qui omisit officium, ex natura rei non

peccare

peccare contra iustitiam, sed contra obedientiam Ecclesiæ, vel cōtra Religionem, ad quam pertinet actus orandi præceptus, idem tenet Syluester *verb. clericus 4.q.23. num.*16. Rosell. *num.*28.& Armilla *num.*27.*& verb.beneficium, num.*69. Quare conclusio sit non teneri ex natura rei ad fructuum restitutionem, vltra præcitatos volunt Vasquez *de benefic. cap.*4 §.1.*art.*1.*dub.*8.Lessius *lib.*2.*c.*34.*dub.*32. *num.* 179. Filliucius *tract.* 23. *cap.* 10. *num.* 308. & Garcia *de benefic. part.* 3. *cap* 1. *num.* 7. nec repugnat Soarez *dict.cap.*29.*num.*7. *& sequent.* vbi obligat ad restitutionem in temporalibus, vel saltem in spiritualibus repetitis horis Canonicis, vel aliis precibus. Ex eo fudamento, quia Papa liberat per priores illos sex menses ab onere restituendi omittentem horas, & confert beneficium sub conditione restituendi, si officium prætermittatur elapsis sex mensibus, & hæc est consuetudo in praxi,& vsu recepta. Datur enim beneficium ea lege,& conditione, quibus præcisis violatur obligatio contractus à beneficiario, nisi remittatur a Summo Pontifice, qui eam remittere potest, prout de facto remittit per priores sex menses,& non vltrà; atque ita post sex menses tenebitur restituere fructus proportionatos tempori post sex menses, Filliucius *d.cap.* 10.*num.*310. & Bonacin.*disp.*1.*q.*5.*punct.*2.*num.*9. *& num.*10.

2. Habentes autem beneficia curata, an iure naturæ teneantur restituere fructus beneficiorum, si non persoluant Officium diuinum? Responsio est negatiua, sed iure Ecclesiastico, vt constat ex Concilio Lateranensi sub Leone Decimo innouato, declarato,& aucto à Pio Quinto *in constitutione citata.* Nam in Lateranensi *sess.* 9. §. *statuimus*, edita est constitutio in hæc verba: *Statuimus, vt nemo beneficium curatum, aut simplex habens, qui elapsis sex mensibus ab eius consecutione, sine legitimo impedimento Officium diuinum recitare omiserit, pro tempore, quo non recitauit, fructus suos faciat: imò eos impendere tanquam rem iniustè captam in fabricam Ecclesiæ, aut eleemosynas pauperum teneatur.* hæc ibi, quam sententiam, vt communem tradit Nauarr. *in manuali, cap.* 25. *num.* 122. *& de oratione, cap.* 7. *numer.* 32. Couarr. *lib.* 3. *variarum, cap.* 13. *num.* 10. & Cordubens. *in summa casuum, q.* 33. Idem patet ex constitutione Pij Quinti citata, quæ incipit, Ex proximo Lateranensi Concilio salubris sanctio emanauit, vt quicunque habens beneficium Ecclesiasticum cum Cura,& sine cura post sex menses, quàm illud obtinuerit, diuinum Officium, legitimo cessante impedimento, non dixerit, beneficiorum suorum fructus pro rata omissionis Officij,& temporis suos non faciat, sed eos tanquam iniustè perceptos in fabricas ipsorum beneficiorum, vel pauperum eleemosynas erogare teneatur.

Manifestum est ergo restitutionem esse faciendam iure Ecclesiastico de fructibus beneficiorum Curatorum,& Capellarum, non verò iure naturæ, si preces omittantur, quia bæc non sunt instituta ad illas preces, saltem, vt ad finem principalem, sed ad alias functiones, nimirum ad sacrificandum, ad prædicandum verbum Dei, & ad Sacramenta ministranda,& ad similia alia munia. Less. *lib.*2.*c.*34. *de beneficiis, dub.*32. *n.*179. *pag.*448.*col.*2.

3. Quòd si sermo sit de beneficiis quorum præcipua obligatio est precatio Canonica, vt dictum est, sufficiens inest ratio ex natura rei, vt non recitantes possint cogi ad restitutionem stipendij accepti ex fructibus beneficiorum, non tamen tenebantur facere restitutionem antequam Ecclesia id significaret se velle. Probatur, quia ante Concilium Lateranense sub Leone X. nullus erat textus, qui obligaret omittentes Officium diuinum ad restituendum, atque ita non videbantur iure aliquo ante illud tempus obligati, quia nondum Ecclesia significauerat iure aliquo, quod restituerent, si non recitauerint, & ideo non obligantur primis sex mensibus à capta possessione, quia sic placuit Ecclesiæ pro eo tempore, quo incipiunt, quod est signum illos iure naturæ non obligari, nisi Ecclesia velit, ideo tenentur, postquam Ecclesia voluit lege iustitiæ soluere officium.

Sequitur alia dubitatio, an Canonici non canentes in choro, recitantes tamen in Ecclesia faciant fructus suos, & distributiones? Respondeo inprimis clericos cathedralium,& Collegiatarum obligari singulis diebus ad soluendum in choro pensum horarum, nisi aliud ferat consuetudo, aut institutio Ecclesiæ. Prior pars probatur, quia ob id accipitur stipendium, & distributiones obtinentur, Filliucius *tract.*23. *cap.*4.*q* 4. Soarez *lib.*4.*c.*10. *n.* 3. Posterior ex eo patet, quoniam consuetudo induci potest, vt Canonici non semper choro assistant: debet tamen subesse causa iusta inducendi consuetudinem hanc, nimirum si stipendium sit tenue, nec requiritur tempus immemoriale, vt talis consuetudo præualeat, Soar. *d.cap.*10. *num.*5. *& cap.*12.*num.*13. quamuis Nauarrus *de oratione, c.*22. *n.* 101. requirat consuetudinem immemorialem, sed non placet. 4.

Respondeo secundò, vbi fuerit consuetudo quòd Canonici in choro canent, qui non cantauerit, quamuis recitet domi officium, vel in Ecclesia submissa voce, non percipere distributiones, quia non conceduntur propter nudam assistētiam, sed tribuuntur illis, qui cum aliis officium canunt, Sotus *lib.*10.*de iustitia, q.*5. *art.*4. Nauar. *de oratione, cap.* 10. *num* 47. tum quia officium Canonicorum est psallere in choro, vt vult Concilium Basiliense *sess.* 21. §. 3. Soarez *lib.*4. *cap.* 12. *num.* 10. dicens illum qui non canit partem suam, quamuis submissè recitet illam, non solùm peccare, sed etiam non facere suas distributiones, quæ assistentibus choro dantur, addens non lucrari integras distributiones, sed dimidias, quia, qui ita se gerit in choro, non in totum deest suo muneri, & præsentia sua in Dei cultum, & chori honorem redundat, & videtur audiendo cum attentione chorum canentem partem cantus adimplere; proinde propter defectum in canendò pro parte sua non facit dimidiam partem distributionem suam. sic Soarez, quem sequitur Filliucius *cap.* 6. *quæsito quinto*, quamuis ex verbis Pij Quinti ex Bulla videatur omnes amittere.

Lessius tamen *d.c.*34.*dub.*33.*num.* 184. absolutè ait Canonicos non canentes in choro, vbi fuerit consuetudo canendi, non mereri distributiones, quamuis preces recitent alibi, eo quia non conceduntur propter præsentiam nudam, sed vt cantent cum aliis, qui enim submissè recitat, non communicat cum cæteris canendo. Non priuabitur tamen, si intersit choro fructibus, quia communicat recitando cum aliis quatenus recitant, ita Soarez *suprà n.*10. & Filliuc. *suprà q.*6.*vers. dico secundò*, vbi vult, qui submissè recitet versum ab alio choro cantatum, satisfacere quidem præcepto recitandi Officium, quia ex vi præcepti tenetur ad recitandum integrè totum Officium in choro, siue totum dicendo, siue partem dicendo, & partem

audiendo, quod præstat, qui sic recitat: item satisfacit præcepto instruiendi chorο; quoniam non impeditur à communicatione cum illis, qui cantant versus, & censetur per illos cantare, & facilè potest attendere alteri parti cantanti, vt tenetur, & potest attendendo ad Deum, quæ attentio sufficit, Filliucius *d. cap. 6. num. 199.*

Oportet ergo indistinctè cognoscere, quinam mereantur lucrari distributiones: Respondeo teneri illas restituere, qui ad recitandū in Choro sunt adstricti, & ibi non recitant assistentes, nec canunt, Fr. Emmanuel *in summa, tom. 2. c. 145. n. 5.* Similiter tenentur restituere, qui de ordinario, & frequenter confabulantur in choro, Lopez *in instructorio conscientiæ, tom. 1. cap. 246.* & Vega *in summa p. 1. c. 128. casu* 10. eo quia tenentur iusto cessante impedimento omnes psallere in choro cum debita attentione, Psalmos canere, & hymnos, ac cætera, quæ vel alternatim in choro decantantur, vel ad Sacerdotis hebdomadarij pronunciationem, seu recitationem respondendo dicuntur: alioqui tenentur restituere distributiones quotidianas, Soarez *d. lib. 4. cap. 12. num. 8. 9.* & 10. Reginald. *in praxi, lib. 18. & num. 175.* Azor *part 1. lib. 10. cap. 11. quæst. 5.*

Nec obest Moneta *de distribut. 3. p. q. 7. num. 75.* dicens confabulantes in choro, vel obdormientes, vel quid simile facientes dum Sacerdos secreta dicit, aut dum fit processio, aut dum aliquid officij diuini à Cantoribus ad lectoralia soluitur, non teneri restituere, eo, quia dum hæc faciunt per id tempus, non tenentur aliquid recitare. Suffragatur Garcia *3. p. cap. 2. num. 5* 14. dum ait ad lucrandos fructus, & distributiones satis esse interesse, & assistere in choro, quamuis non cantent, nec sint attenti, sed cum aliis colloquantur, quia distributiones præcisè non conceduntur per ordinem ad cantum, vel ad aliud obsequium, sed per respectum ad assistentiam; quoniam facilè soluitur eorum ratio, si dicas qui attentè non recitant officium, vel ad socios recitantes non attendunt, non participare cum sociis in diuino Officio, & multo fortiùs non participare, qui vel obdormiunt, vel confabulantur, dum responsoria, & similia per socios canuntur: nec dici potest ita se habentes interesse formaliter, Azor. *lib. 10. cap. 11. quæst. 5.* Lessius *lib. 2. cap. 37. dub. 11. num. 67.* Soarez *suprà c. 30. num.* 14. Filliucius *tract. 23. cap.* 10 *quæst.* 8. *numer.* 321. Bonacina *disp. 2. q. 4. punct. 1. num. 13. vers. ergo arbitror.*

5. Ex dictis sequitur teneri ad restitutionem diuinum Officium soluentes absque attentione, quia de substantia orationis est attentio: ideo recitans sine attentione, quo ad substantiam non implet præceptum. Idem enim est aliquid non facere, & non rectè facere quo ad substantiam, Nauarrus *de oratione, cap. 13. num.* 17. Aragonius 2. 2 *q. 83. art. 12.* Molfesius *tract. 5. n* 15. Paulus Squillas *1. p. dub. 23. num. 42.* Vasquez *de benefic. cap. 4. §. 1. art. 3. dub. 4.* Garcia *de benefic. 3. p. cap. 1. num. 186.* Graffis *decis. lib. 2. cap. 5* 1. *num. 7.* & Petrus Ledesma *in summa 2. p. tract. 9. cap. 4. vltima conclusio,* prima, & secunda difficultate dicens requiri aliqualem attentionem saltem externam corporis, hoc est, quòd non scribant, vel confabulentur, sequitur Ludouic. Lopez *instruct. conscient. tom. 1. cap. 246.* & alij, quos referens sequitur Augustinus Barbosa *in d. cap dolentes, num.* 10.

Obijcies Concil. Trident. *sess. 24. cap. 12. de reformat.* innuere, sufficere ad lucrandas distributiones præsentiam in choro, & ex consequenti ad lucrandos fructus non esse necessarium cum attentione recitare? Respondetur nudam præsentiam non sufficere, quia præsens non dicitur, qui non attendit. Neque Concilium ibi intelligitur de interessentibus duntaxat, sed de recitantibus simul cum attentione, vt suo officio satisfacerent, Bonacina *disp. 1. q. 3. punct. 2. §. 2. per totum, & q. 5. punct. 2. n. 17. & sequent.* Accedit orationem sine attentione non esse actum virtutis, & *in cap. dolentes,* præcipitur in virtute sanctæ obedientiæ, vt diuinum Officium nocturnum pariter, & diurnum studiosè celebretur pariter & deuotè, & à Concil. Trident. *suprà cap.* 12. decernitur, vt reuerenter, distinctè, & deuotè. Igitur, qui data opera vagatur in dicendo Officio, nec debitè attendit, non magis videtur implere officium orandi ab Ecclesia præceptum, quàm si omitteret, aut dormiret, & consequenter tenebitur restituere fructus pro rata temporis nisi infra eandem diem Officium repetat: Ecclesia namque non solùm præcipit, vt recites, sed vt attentè recites, quæ sententia tutior est in conscientia, ac propterea communiter docenda.

Quid de omittente hodierna die Officium diuinum sine iusta causa & crastina die binum officium dicat, erit ne à restitutione fructuum respondentium hodierno officio liber? Responsio est negatiua, quia onus recitandi pensum horarum est onus illius diei, & transit cum ipso die, & ex consequenti quamuis suppleatur sequenti die, suppletio non excusat beneficiarium à restituendis fructibus diei in quo non recitauit, Syluester *verb. hora.* Non enim per duplicatum officium sequentis diei satisfecit vtrique præcepto, atque ita tenetur restituere pro defectu diei in quo non recitauit, argumento non ieiunantis die de præcepto Ecclesiæ cui non satisfit per ieiunium alterius diei in quo non ieiunatur de præcepto, sic in nostro casu non satisfacit præcepto diuini Officij, qui alio die soluit officium: item, qui non recitauit eo die, iam commisit culpam, & pœnæ impositæ non recitanti mansit obnoxius, à qua non eximitur authoritate propria post incursam pœnam in Conc. Later. sub Leone X. *sess.* 9. & in Bulla Pij Quinti impositam, quæ est vt non faciat fructus suos, si non recitauerit, atque ita non videtur posse compensare officium omissum cum alio duplicato alio die; quia iam tempus præteriit præcepti, & lex præcipiés aliquid pro tempore determinato, si pro illo non seruetur, peccatum est, & illius pœnitentia agatur: lex autem non obligat amplius, ita Henriq. *lib. 13. c. 13. n. 2. litt X.* Nauart. *de oratione c. 10. num.* 52. dicens esse communem inter Theologos. 6.

Porrò Soarez *lib. 4. cap. 29. n. 11.* opinatur, quamuis verum sit non posse ampliùs impleri præceptum, prout illo die obligabat, posse tamen compensari recitando duplicatum officiū sequenti, vel altero die, si vult, excusari restitutionem stipendij, sicut, qui accepit stipendium, vt hac hebdomada ter, vel quater, sacrificaret, & id omisit contra pactum, peccauit quidem, non tamen tenebitur restituere stipendium, si postea illas tres, vel quatuor Missas dicat iuxta intentionem dantis eleemosynam, ita in nostro casu, quæ opinio est probabilis, eámque tradit Maior *in 4. distinct. 12. quæst. 6. argument.* 8. & alij apud Henriquez *suprà d. num. 2. littera X* & sequitur tanquam probabilem Bonacina *disp. 1. q. 5. punct. 2. num* 5. Quare ad oppositum dicendum est non ita esse onus diei recitatio, vt si omittatur, quidquid sit de peccato, vt non possit suppleri damnum illatum per omissionem

recitationis

recitationis debitæ altera die, cùm nocumentum sit reparabile, non solùm materialiter per pecuniam, sed etiam spiritualiter compensando spiritualem omissionem, per spiritualem actionem; quod quidem, quo ad substantiam fieri potest, dum rependitur æquale: ergo non tenebitur beneficiarius restituere, si alio die officiom recitauerit, aut omissionem officij aliis piis operibus compensauerit, ita Soarez *d. cap.* 29. *num.* 11. Molfesius *in summa, tract.* 5. *cap.* 5. *num.* 17. & Filliucius *tract.* 23. *cap.* 10. *quæsit.* 2. *vers. dico secundò, num.* 307. *& versic. item non est necesse*, vbi addit posse satisfieri officio omisso per alias preces æquales arbitrio prudentis, vt per Rosarium Beatæ Virginis Mariæ, vel per Missas, & similia ex Suar. *suprà n.* 12.

Non leuiter ambigi potest, an teneatur Confessarius imponere pœnitenti loco officij omissi, vt recitet toties officium idem, quoties illud omisit, aut sufficiat aliud æquiualens iniungere? Affirmat Nauarrus *dict. cap.* 10. *num.* 54 Dicendum tamen est non esse imponendam necessariò nouam eiusdem officij recitationem, sed arbitrio prudentis rationabilem pœnitentiam iniungendam, argumento non audientis sacrum in die festo, cui non iniungitur, vt audiat alteram Missam loco omissæ; sed arbitrio prudentis confessarij relinquitur onus pœnitentiæ imponendæ, ita Soarez *lib.* 4. *cap.* 27. *numer.* 5. *versic. prima conclusio*, Macign. *suprà cap.* 27. *numer.* 3. Filliucius *tractat.* 23. *cap.* 7. *quæsit.* 7. *numer.* 267. dicentes non teneri Confessarium per modum satisfactionis iniungere recitationem officij, sed posse imponere pœnitentiam congruam in quocunque genere operis: alioquin grauissimum onus pœnitentibus iniungeretur, ac redderetur onus confessionis nimis graue. Bonacina *de horis Canonicis, q.* 5. *punct.* 2. *num.* 6. *ad finem.*

7. Non prætermittenda difficultas, an omittentes preces canonicas teneantur restituere fructus beneficij in conscientia ante iudicis condemnationem? Olim negantem partem tenuit Abbas *cap.* 1. *de celebrat. Missar.* secutus est Syluester *verb. clericus* 4. *quæst.* 23. Tabien. *in verb. beneficium* 3. *quæst.* 11. & Nauarrus *de oratione, cap.* 7. *num.* 31. *& cap.* 10. *num.* 37. neque ante Concilium Lateranense sub Leone X. *sess.* 9. constat de iure aliquo, ex cuius vi cogeretur beneficiarius restituere cùm ipso facto non esset priuatus fructibus.

Resolutio sit, teneri ante sententiam iudicis ad restitutionem fructuum pro rata omissionis officij, qui culpabiliter officiom prætermiserit. Ratio, quia beneficium confertur sub hac conditione, vt beneficiarius recitet officium, si voluerit fructus lucrari, & datum ob causam, ea non secuta, non subsistit, & ostenditur ex constitutione Piana, vbi præcipitur, vt beneficiarius officium horarum prætermittens in foro conscientiæ restituat fructus beneficij perceptos pro rata officij prætermissi, Azor *lib.* 10. *cap.* 14. 2. *quæsito*, vbi ait ex viris doctissimis hanc constitutionem esse vsu receptam. Quare omittens diuinum Officium tenetur fructus restituere tanquam iniustè acquisitos, quia nemo potest retinere, quod suum non est.

Nec obstat pœnam, quæ ad suam executionem hominis actionem postulat, non esse admittendam ante condemnationem iudicis, quia id non intelligitur in nostro casu, vbi beneficium confertur sub conditione implicita recitandi officium; aliàs non faciet fructus suos, Lessios *lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 32. Nauarrus *cap.* 35. *num.* 21. Aragonius 2. 2. *quæst.* 83. *art.* 13. Vasquez *de beneficiis, cap.* 4. §. 1. *dub.* 7. Molfesius *dict. cap.* 5. *num.* 12. & Paulus Layman. *lib.* 4. *Theologia morales tractatu* 2. *cap.* 5. *num.* 1. Filliuc. *tractatu* 23. *cap.* 10. *quæsit.* 4. *num.* 311. post Suarez *cap.* 30. *num.* 2.

An verò sint restituendi à non recitante officium omnes fructus, an pars duntaxat respondens officio, controuerti solet: ponatur exemplum in Parocho, qui administrat suis ouibus sacramenta Confessionis, & Eucharistiæ; sacrificat, habet conciones ad populum, & alia officia pietatis præstat in parochianos suos; officium tamen diuinum non soluit. Item aliud exemplum in Canonico, seu beneficiario, qui vltra officium Canonicum, præstat alia officia tam in choro, quàm in Ecclesia, puta ter, vel quater singulis mensibus sacrificat, sed preces canonicas non recitat. 8.

Hoc posito, duplex est sententia, prima ante Concilium Lateranense communis erat posse tuta conscientia non recitantem Officium diuinum, sibi reseruare partem fructuum tanquam debitam sui laboris mercedem pro functionibus aliis, & actionibus, quas exercebat, sed post Concilium Lateranense, & Pij Quinti constitutionem nihil posse sibi retinere ex fructibus pro aliis functionibus, quas exercebat vltra recitationem, eo ipso, quòd Officium diuinum non soluebat, sed teneri omnes restituere, quoniam post dictum Concil. Lateranens. & per constitutionem Pij Quinti integra restitutio fructuum est iure Canonico constituta contra officium non recitantes, nulla facta distinctione inter hos, vel illos beneficiarios, ita Azor 1. *part. lib.* 10. *quæs.* 5. *cap* 14. Filliucius *tract.* 23. *cap.* 10. *vers. dica secundò, quæsit.* 5. *num.* 315. Valentia *tom.* 3. *q.* 2. *punct. vlt. sub finem*, Reginald. *lib.* 30. *n.* 46. Soarez *suprà c.* 30. *n.* 6. Vasquez 1. 2. *disp.* 168. *n.* 34. *& sequent.* & Malderus *de virtutibus, tract.* 10. *cap.* 2. *dub.* 4. *vers. sequitur.*

Secunda sententia docet, satis esse restituere partem correspondentem officio omisso, ita vt illud omittens non teneatur restituere omnes fructus, sed respondentes solùm penso horarum, cæterosque posse sibi retinere propter laborem aliarum functionum: quæ multis est valde probabilis, illamque vt talem, credunt Azor *suprà d. quæsit.* 5. Soarez *dict. cap.* 30. *num.* 6. Filliuc. *cit.* & Garcia *de benefici.* 1 3. *part cap.* 5. *num.* 28. Mihi etiam maximè placet, non solùm vti valde probabilis, sed etiam tanquam maximè rationabilis, secundùm quam simplices beneficiarij, qui tenentur duntaxat ad officium soluendum, restituere debent omnes omnino fructus pro rata officij omissi; quia nequeunt alia ratione nisi officij persoluendi, fructus recipere: cùm ergo non recitent horas, nullo titulo possunt aliquos fructus recipere. Quare non debet admitti Henriquez *lib.* 13. *cap.* 13. *num.* 2. dicens beneficiarios simplices non recitando, posse retinere aliquos fructus, quia habent onus deferendi habitum, & tonsuram, viuendi castè, & obseruandi alia: sed hoc nihil probat, quia deferre habitum, & tonsuram compensatur priuilegio fori, & canonis, & immunitate Ecclesiastica. Quando ergo Officium diuinum omittitur culpabiliter ab Episcopis, & Parochis, restituenda est tertia, vel quarta pars fructuum pro rata; & reliquas partes possunt sibi retinere propter alia onera, dicendum est. Habentes autem obligationem capellaniæ, possunt restituere dimidiam, vel tertiam partem: denique canonici, qui tenentur residere, restituant dimidios fructus, ita Lopez 2. *p. instruct. cap.* 95. Henriquez

lib. 13. *cap.* 13. *num.* 2. Sà *verb. beneficium, num.* 58. vbi ait sufficere Parocho restituere quintam partem, canonis quartam, aliis beneficiatis tertiam, vt quidam dicunt: sed alij probant, quod diximus, Aragonius scilicet 2. 2. *quæst.* 83. *art.* 13. Medina *instruct. confess. in exposit. præcepti* 11. quem citat, & sequitur Macign. *cap.* 28. *num.* 7. Toletus *lib.* 2. *c.* 12. *num.* 5. Perestrelius *casu* 55. *part.* 1. Molfesius *in summa tractatu* 5. *cap.* 5. *num.* 8. Naldus *verb. diuinum Officium num.* 12. & alij, ex eo, quia nonnulli beneficiatij recipiunt fructus non solùm ratione officij, sed etiam aliorum onerum virtute, ita Bonacina *de horis Canonicis, disp.* 1. *q.* 5. *punct.* 3. *num.* 2. vbi respondet Bullæ Pij Quinti, dicens, dum ibi dicitur omittentem diuinum Officium debere restituere omnes fructus, loqui de fructibus respondentibus oneri canonicarum horarum, non verò de fructibus, qui respondent aliis oneribus, quod si voluisset, expressè declararet, nec præsumendum est, R. Pontificem loqui vltra subiectam materiam; ergo de fructibus respondentibus Officio diuino omisso Bulla debet intelligi, ita præcitati pro hac secunda sententia. Sed de his diximus suprà *disputat.* 23. de parocho ægrotante, & non residente, §. 5. *n.* 8. *versic. sed quid si omittens horas Canonicas.*

9\. Quæri potest, quota pars fructuum sit restituenda pro omissione cuiuslibet partis officij? Respondet Bulla Pij Quinti in foro conscientiæ pro matutino officio omisso dimidiam partem: qui verò cæteras horas omnes, aliam dimidiam: qui harum singulas omiserit, sextam partem fructuum eiusdem diei amittat. Hæc ibi Pontifex. Quomodo autem hoc sit intelligendum? Respondetur de sexta parte fructuum dimidij diei naturalis, vel de fructibus diei artificialis; ita vt, qui vno die percipit duodecim argenteos, vel aureos, si non recitet horam, teneatur solùm restituere vnum argenteum, vel vnum aureum, qui est sexta pars fructus diei artificialis; cùm alij sex sint fructus noctis artificialis debitæ matutino. Proinde si quis prætermittat laudes solùm, esset eadem ratio, quæ est vnius ex aliis horis, quando separantur à matutino officio; quando autem non separantur, dimidia pars horarum est matutinum simul cum laudibus. Soarez *de horis Canonicis, lib.* 4. *cap.* 30. *num.* 11. Filliucius *tract.* 23. *cap.* 10. *quæsit.* 6. *num* 318. Pro omissione minori quàm sit vnius horæ integræ, non contrahitur obligatio restituendi, cùm lex sit rigorosa, ideo restringenda ad terminos taxæ, quæ imposita fuit singulis horis integris; quod intellige de minoribus, non autem de matutino, cuius pars omissa potest adæquare, imò superare omissionem singularum horarum: atque ita, quando omissio fuerit mortalis, non excusatur à restitutione, Soarez *suprà num.* 12. Filliucius *d. cap.* 10. *quæsit.* 7. *num.* 319. Secus si omissio sit venialis, Bonacina *de horis disp.* 1. *q.* 5. *punct.* 2. *num.* 11. dicens non teneri ad restitutionem, vt si omisit leuem partem officij, puta paucos versiculos, aut vnum Psalmum tantùm, iuxta Toletum *lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 6. Petr. Nauarr. *lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 3. *n.* 202.

Quin etiam volunt, non teneri ad restitutionem fructuum, qui respondent parti omissæ, quamuis fructus respondentes illi parti omissæ, sint magnæ quantitatis, Nauarrus *de orat. cap.* 9. *in fine, cap.* 10. *num* 42. Reginaldus *lib.* 30. *num* 44. Soarez *cap* 30. *num.* 13. Molfesius *tract.* 5. *cap.* 5. *num.* 8. & 14. quibus accedit Filliuc. *cap.* 10. *quæs.* 7. dum vult non esse aliquid restituendum pro omissione minori, quàm vnius horæ integræ, ex eo quia lex rigorosa restringi debet, & non est extendenda ad minorem omissionem. Ex quo sequitur secundùm hanc definitionem posse aliquem peccare mortaliter, si omittat dimidiam horam, & non obligari ad restitutionem, sed tanquam probabile sustineri posse probabiliter, & tuta conscientia arbitratur Bonacina *dict. punct.* 2. *q.* 5. *num.* 11. *vers. verùm, quia hæc sententia.*

Dictum est fructus esse restituendos pro rata officij omissi. Ambigi ergo potest, an hæc rata sit seruanda cum exacta proportione? Filliucius ex Soto, Medina, & aliis, *d. cap. vers. sexto quæsito, num.* 316. opinatur non esse exactè seruandam ratam pro vno, aut duobus diebus: ideo pro illis si officium omittatur, nihil esse restituendum. Imò secundùm Medinam, quem ibi refert, hoc extendit ad octo, vel decem diebus, argumento domini temporalis, qui non aufert stipendium, nec salarium, nec victum famulo, vno, vel altero die non seruienti; præsertim si aliis diebus bene solet seruire: quare neque Deus, quod posse admitti in praxi tradit Filliucius probabiliter, quoad vnum, vel alterum diem, præsertim cum eo, qui rarò, aut nunquam omittit officium, & ordinariè illud recitat, deestque in anno semel, aut bis.

Esse autem exactè seruandam ratam, patet ex constitutione Pij Quinti in hæc verba, ibi: *Qui vno, vel pluribus diebus omnes horas canonicas intermiserit, omnes fructus amittat, qui illi, vel illis diebus corresponderent, si quotidie diuiderentur.* quæ resolutio ex communi Doctorum sententia, & in rigore iuris vera est, ac tuta, etiamsi vno die officium omittatur, ita obligatio in pœnam delicti restituendi aderit. Nihilominus quoad vnum diem, vel alterum in praxi admitti potest tanquam probabilis altera opinio, præsertim cum illo, qui in officio recitando est diligens, & in anno semel, vel bis non recitat.

Consequens est dicere, cuinam facienda est restitutio fructuum pro officio omisso de fructibus perceptis, iam pro officio non soluto, quàm pro omissione professionis fidei. Quoad primum dico restitutionem propter officium omissum faciendam esse fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus. Constat ex Bulla Pij Quinti, & ex Concilio Lateranensi sub Leone Decimo; quare liberum est beneficiario restituere pauperibus, aut fabricæ beneficij, seu Ecclesiæ beneficij. Nomine fabricæ beneficij intelligitur domus in qua beneficiarius habitat, vel altera, quæ sit ipsius beneficij. Item potest ex fructibus restituendis emere aliquos agros in vtilitatem Ecclesiæ, vel iam quæsitos meliorare, vt fructus crescant in perpetuum: deducitur ex d. constitutione, & ex d. Concilio Lateranens. vbi non dicitur esse restituendos fructus in vtilitatem Ecclesiæ beneficij; sed faciendam esse restitutionem fabricæ beneficij, vel pauperibus, & sub nomine fabricæ beneficij, intelligitur vtilitas ipsius Ecclesiæ, vel beneficij, ita Vasquez *de beneficiis cap.* 4. §. 1. *art.* 1. *dub.* 9. Soarez *tom.* 2. *de Religione, cap.* 30. *n.* 19. Molfesius *tract.* 5. *cap.* 5. *num.* 24. non potest tamen ex fructibus restituendis aliquid expendi in alienis, seu reparandis, aut restaurandis Ecclesiis collapsis, nisi talis fabrica possit alia ratione sub eleemosynis pauperum comprehendi. Soarez *suprà, num.* 20. Bonacina *disp.* 1. *q.* 5. *punct.* 4. *num.* 2. *versic. hoc tamen limita.* 10.

An verò restitutio possit fieri pauperibus alterius loci? Affirmat Suarius *num.* 21. *vers. ego verò,* Molfesius *cap.* 5. *num.* 22. Filliucius *tract.* 23. *cap.* 10. *quæsit.* 9.

quæsit.9.num.325. Est enim satis prudens, & accommodatum consilium fragilitati humanæ, quod ita fiat, vt hoc modo faciliùs fiat restitutio, cùm clerici onerari hac obligatione restituendi soleant eleemosynas facere in locis, vbi resident, quamuis alibi beneficia existant, & hoc modo intuitu restituendi fructus malè quæsitos, ordinarias, vel extraordinarias eleemosynas faciendu tam pauperibus locorum, vbi habent beneficia, quàm quibuscunque aliis satisfaciunt, & restitutio facilior, & certior est, Soarez, & reliqui citati.

Addo posse fieri hanc restitutionem per stipendia pro Missis data pauperibus Sacerdotibus, vt sacrificent in satisfactionem offensæ Deo factæ, non recitando officium, vel pro fundatoribus beneficiorum, Soarez *suprà num.19.* subdens ad omnia opera pia, quæ sub eleemosynis pauperum comprehendi possunt, fieri posse executionem, non tamen extra illa, sequitur Filliuc. *d.quæsit.9. vers. dico secundò, num.325.* Bonacina *suprà num 4.* vbi *num.9. vers. secunda limitatio*, idem confirmat; modò ex consuetudine, vel ex statuto singulari non fiat restitutio ad aliquod certum pium opus, quia summus Pontifex non intendit derogare huiusmodi statutis, vel consuetudini præscriptæ, sed meos illius est decernere cui facienda sit restitutio, quando aliàs non est determinatum.

Potest item beneficiarius, qui omisit Officium diuinum modò sit verè pauper, applicare sibi id quod debebat restituere ratione officij omissi, quam eleemosynam non ipsa sibi facit, sed Pontifex per eum, Toletus *lib. 2. cap. 12. n.5.* Emmanuel Sà *verb. beneficium, num. 51.* Filliucius *d.c. 10. n. 326.* Macignus *cap. 28. num. 28.* & Paulus Layman *lib. 4. tract. 2. cap. 5. num. 1.* nisi aliud præsumatur rationabiliter de voluntate Summi Pontificis: debet tamen id facere ex consilio Confessarij, vel viri docti, ne in re propria decipiatur, Filliuc. *vbi proximè.*

Quæ hactenus dicta sunt, intelligi etiam debent de pensionatio non recitante Officium paruum Beatissimæ Virginis, qui obligatur etiam restituere fructus fabricæ, vel pauperibus, non verò beneficiariis: sicut beneficiarij obligantur, Soarez *lib. 4. cap. 30. num. 22.* Garcia *3 part. cap. 1. num. 37.* Filliuc. *d.c. 10. n. 327. vers. decimo quæsit.* ex eadem Bulla Pij Quinti, Bonac. *disp. 1. quæst. 5. punct. 4. num. 5. versic. quartò colligitur.*

Quo ad secundum de non faciente professionem fidei, dicendum est illam non emittentem intra duos menses, amittere fructus temporis præteriti decursos post lapsum duorum mensium, non verò decursos in ipsis duobus mensibus, licèt postea faciat professionem debitam. Concilium autē Trident. non priuat fructibus decursis illis duobus mensibus, sed in posterum decurrendis, maximè cùm odia, & pœnæ sint restringenda. Igitur non facientes professionem fidei intra duo dictos menses, ita fructibus priuantur, vt in conscientia teneantur illos restituere ante sententiam, cùm sit lex conuentionalis, & Concilium *sess. 24. de reformat. cap. 12.* impedit eorum acquisitionem, dicens, quòd fructus non faciant suos, nec illis possessio suffragetur, Fuscus *de visitatione lib. 1. cap. 5. num. 15. & lib. 2. cap. 3. num. 4.* Framin Paris. *de resignat. lib. 8. q. 9. à num. 121.* & P. Ledesm. *in summa, 2. part. tract. 1. cap. 4. conclusione 10.* qui tamen malè ait non facere fructus suos prædictorum duorum mensium, nec ad id professionem postea factam prodesse, quod est omnino falsum, quia Concil. non priuat fructibus decursis illis duobus mensibus, siue faciat professionem postea, siue nunquam eam faciat, sed in posterum decurrendis, & licèt debeantur in conscientia ante sententiam, contrarium infrà.

Cùm ergo Concilium non determinet cui sint applicandi fructus deperditi propter professionem fidei non factam, dicendum est esse applicandos fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus, sicut dicitur de fructibus non residentium in Concilio *sess. 23. de reformat. cap. 1. vers. si quis autem*, ita Fuscus *de visit. lib. 2. cap. 3. num. 4.* & Zechius *de beneficiis, & pensionibus, cap. 13. num. 4. vers. quòd si parochialis*, vbi loquuntur de Parochis, sequitur Flaminius *d. lib. 8. q. 9. num. 123. & sequent.* addit tamen Flaminius *d. lib. 8. quæst. 9. num. 123. & sequent.* addit tamen Flaminius in Regno Neapolitano prædictos fructus amissos incamerari, quod etiam prætendere in Hispania Nuncium Apostolicum tradit Garcia *de beneficiis part. 3. cap. 3. num. 41. & sequent.*

Porrò Nauarrus *lib. 1. consiliorum in 1. edit. tit. de summa Trinitate cons. 3. num. 1. & in 2. lib. 2. tit. de iureiurando cons. 12. num. 1.* opinatur fructus amissos non esse restituendos donec condemnetur reus per sententiam, sequitur Manuel *tom. 2. de regularibus q. 72. art. 3.* dum volunt decretum Concilij esse pœnale, ac proinde, licet pœnam ipso iure coniungat, non obligare in foro conscientiæ. Probatur, quia quando Concilium id vult, statim se explicat, vt constat ex *sess. 23. cap. 1. de reformat.* vbi loquendo de non residentibus, eos statim ad restituendos fructus obstrinxit in hunc modum. *Statuit*, inquit, *Sancta Synodus eum pro rata temporis absentia fructus suos non facere, nec tuta conscientia alia etiam declaratione non sequuta eos detinere posse, sed teneri fabricæ Ecclesiæ, aut pauperibus erogare.* Suffragatur Pius Quintus in constitutione sua contra non recitantes pensum horarum, in qua eos obligat ad restituendos fructus statim, sic loquitur ibi: *sed eos tanquam iniustè perceptos in fabricas ipsorum beneficiorum, vel pauperum eleemosynas erogare teneantur.* Atque ita cùm in nostro casu non assignet quibus debeat fieri restitutio fructuum amissorum, propter professionem non factam, signum est non esse restituendos ante sententiam declaratoriam.

Nec refert verba Concilij *sess. 24. cap. 12.* ibi; possessio non suffragetur, quia accipienda sunt sicut illa fructus non faciat suos, videlicet post sententiam declaratoriam, ita præcitati, quos referens sequitur Sanchez *lib. 2. in præcepta Decalogi, cap. 5. num. 10.* vbi hoc affirmat tanquam probabilius, quia non est præsumendum in dubio voluisse Concilium, nec Summum Pontificem obligare ad pœnam ante sententiam, vt bene notant Nauarrus *in summa Hispana cap. 28. additione ad num. 66. c. 23.* & Simanch. *de Catholicis titulo 9. num. 227.* quæ resolutio vt probabilis, placet Filliucio *tom. 2. tract. 22. cap. 4. num. 99.* quia in pœnis benignior interpretatio est facienda, *cap. in pœnis, de regulis iuris in 6.*

Pro sequenti dubio, an recitans officium diuersum à Breuiario Romano satisfaciat, & teneatur restituere? Respondeo primò exceptis capitulis, & conuentibus, qui iam à ducentis annis ante editionem Breuiarij Romani iussu Pij Quinti editi, alio vsu fuerunt, teneri recitare, iuxta præscriptum Romani, Breuiarij habetur in Bulla eiusdem Breuiarij, vbi id præcipitur; additurque eos nisi hac sola formula satisfacere non posse, nisi alicubi adsit præceptum in contrarium. 11.

Quin

Quinimò regulares, seu beneficiarios, qui diuerso vtuntur Breuiario à ducentis annis, neque Romanum admiserunt, non posse etiam dum priuatim recitant, extra chorum sequi Romanum, colligitur ex *cap. de his* 13. *& cap.* 14. *cap. placuit, dist.* 12. vbi statuitur, vt omnes clerici, & Ecclesiæ Prouincilas eundem in psallendo modum teneant, quem Metropolitanam habere cognouerint, sequitur D. Thomas *quodlib.* 6. *art.* 8. docens quemcunque suæ Ecclesiæ se conformare debere, quod intellige de Officio diuino publicè recitando; nihil tamen dicunt de priuato. Quare etiam excepti qui diuerso vtuntur Breoiario in choro, extra illum priuatim possunt vti Breuiario Romano, & conformari Ecclesiæ Romanæ, quæ est mater omoiũ, Lessius *lib.* 2. *cap.* 37. *dub.* 12. *num.* 74. *& sequent.* Filliucius *tract.* 23. *cap.* 7. *num.* 223. *& sequent.* Sà *verb. hore num* 6. Soarez *cap.* 23. *num.* 9. Paulus Layman. *lib.* 4 *tract.* 1. *cap.* 5. dicentes posse aliquem priuatim deposita consuetudine propriæ Ecclesiæ, dicere horas canonicas, iuxta Breuiarium Romanum, quibus accedit Bonacina *d. disp.* 1. *punct.* 1. *num.* 3. & Augustinus Barbosa *in cap. presbyter, de celebrat. Missar. num.* 10. confert Nauarrus *de oratione, c.* 19. *num.* 217. & Reginaldus *lib.* 19. *num.* 171. indistinctè opinantes posse aliquando saltem sine mortali recitati per Breuiarium diuersum, etiam sine causa: quoniam hæc mutatio est rara, parumque aduersatur menti iostitutoris Breuiarij.

Diximus, nisi alicubi adsit præceptum in contrarium: vt Mediolani decreũt est in virtute sanctæ obedientiæ à sancto Carolo, vt omnes, & singuli etiam Regulares, qui iure, consuetudine, constitutione, aut decreto Ambrosiano more diuina Officia soluere debent, illa tam publicè, quàm priuatim secundùm Ambrosianum Breuiarium recitent, ex quo sequitur Mediolanensem, si Romam abeat, dum ibi commoratur, non posse Romano Breuiario vti; neque Monachum extra Monasterium posse recitare. Nihilominus oppositum videtur dicendum de clerico Mediolanensi, quia præceptum sancti Caroli non obligat extra territorium; esto sit præceptum per modum sententiæ latum: nam mortuo conditore cessat, vt ait Bonacin. *de censuris disp.* 1. *quæst.* 1 *punct.* 11. quòd si latum sit per modum statuti, manifestum est non obligare extra territorium Legislatoris, per *legem final. ff. de iurisdict. omni. indic.* vbi dicitur quòd extra territorium ius dicenti impunè non paretur: nec vrget argumentum Monachi, quia Monachus non solùm tenetur soluere officium ex vi regulæ, vel præcepti sui superioris, sed etiam ex vi voti, quo professus est, secundùm quæ se obligauit eo modo quo regulæ, & constitutiones obligant, quæ vota cùm sint personalia, comitantur personam, & constitutiones approbantur à Summo Pontifice, qui habet totum Orbem pro territorio. Ex quibus omnibus pater quotiescunque recitans alienum Breuiarium, si satisfaciat præcepto, non teneri restituere, secus si non satisfaciat, Graffis *decis. lib.* 2. *cap.* 51. *num.* 10. Vide Bonacin. *de horis disp.* 1. *q* 3. *punct.* 1. *ex num.* 1.

12. Ad hæc, An filius non recitans, quia pater fructus recipit, teneatur restituere? Pars affirmans est certa Graffis *decis. lib.* 2. *cap.* 51. *num.* 11. *vers. quintò ampliatur.* Imò pater in beneficio clerici filij percipiens fructus, tenetur illos restituere filio petenti, Abbas *in cap. quia nos, de testamentis*, si filius est

13. pubes; nam quamuis pater administret illa bona, non habet vsumfructum in similibus bonis, cùm habeantur loco peculij castrensis, vt *in l. sacrosancta C. de Episcopis*, & de his potest filius testari, & donare, prout sibi visum fuerit, quin etiam si pater de iis disposuerit, eaque consumpserit, tenebitur pater restituere, & patris hæredes prædicto filio ex bonis patris, ita Palatius Rubeus *in rubrica* §. 42. *num.* 9. Gregor. Lopez *l.* 5 *tit.* 17. *part.* 4. & alij plures, quos referens sequitur Spin. *in suo speculo gloss.* 18. *princip. de melioratione, num.* 80. *fol.* 450. Quòd si filio permittente pater de illis disponat, & expendat in domo sua cum se ipso, & matre, & fratribus, censetur donasse filius ea, quæ pater sic expendit: secus si non permittat, quia pater in eo peculio non habet aliquem vsumfructum, vt est text. & *ibi* expressè Bald. *in d. l. sacrosancta*; proinde tenetur pater fructus illos filio petenti restituere, vel eorum pretium, vt fuit decisum per omnes Consiliarios, teste Afflict. *decis.* 241. *ex num.* 1. poterit tamen pater ab eo filio petere alimenta præstita eidem, Castro *cons.* 416. *Viso, & examinato* 2. *quæst. vol.* 2. Alexand. *cons.* 110. *vol.* 7. *in fine*, & ratio est, quia quando filius habet, vnde possit viuere, non debet ali à patre, vt per Dec. *cons.* 576. quem sequitur Graffis *suprà cap.* 51 *num.* 15.

Superest, An obligatus ad aliquid certo loco 14.
faciendum, satisfaciat extra illum? Responsio est negatiua, probatur argumento Canonicorum, præsertim Cathedralium, qui nolunt ire ad Ecclesias ad canendas horas canonicas in choro horis ad id statutis, eo quia, qui tenetur de præcepto aliquid agere in aliquo loco determinato, si non agit illud in eo loco, etiamsi faciat illud in alio loco, non satisfacit, vt probat textus *in cap. nos quidem, & in cap Ioannes, de testamentis l. qua conditio* §. *cum ita, ff. de condit. & demonst.* gloss. notabilis *in cap. si pater, vers. pauperibus, de testam. lib.* 6. cùm ergo Canonici iure communi, & regulari teneantur recitare, psallere, & pronuntiare collegialiter cum aliis in choro, ex mente *cap.* 1. *de celebrat. Missar.* & meliùs *in cap. dolentes, eodem titulo*, & Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 12. transgrediuntur legem præceptiuam, si horas non canunt in choro, quamuis alibi dicant, confirmatur ex *cap. ab eo, de electione lib.* 6. quia qui tenetur aliquid agere qualitate aliqua qualificata, non satisfacit operando illud simpliciter sine illa qualitate; sicut Capellanus institutus in certo loco, vel Capella, vel Ecclesia, vt ibi celebret in tali Altari, vel Ecclesia, non satisfacit, si alibi celebret: voluntas namque institutoris ad vnguem est seruanda in forma specifica, Bald. *in l. si quis ad declinandam, num.* 9. *&* 16 *C. de Episcopis, & clericis.* Ex causa tamen iusta poterit Episcopus dispensare, text. *in d. cap. nos quidem, de testamentis*, Graffis *suprà c.* 53. *n.* 9. & sine causa nequit dispensare, & recitans extra, vel celebrans non satisfacit.

Quid dicendum de habentibus præstimonias, 15.
an teneantur recitare, & restituere, si non recitent? Dicendum est præstimonia absolutè esse beneficia Ecclesiastica, præsertim in Hispania, vbi communiter conferuntur solis clericis, & dantur in titulum perpetuum, habentque onus annexum recitandi horas canonicas, *cap. fin. de concess. prabend.* vbi numerantur inter beneficia Ecclesiastica, ita Nauarrus *de oratione, cap.* 21. *num.* 9. Flamin. Pariz. *de resignat. lib.* 3. *q.* 1. *num.* 136. *&* 137. *&* 140. Sotus *de iustit. lib.* 10. *q.* 5. *art.* 3. Azor 1. *part. instit. moral. lib.* 10. *cap.* 10 *quæst.* 4. Soarez *tom.* 5. *de censur. disp.* 13. *sect.* 1. *n.* 7. & alij, quos referens sequitur Garc. *de ben p.* 1. *c.* 2. *n.* 117. *& seqq.* Gonz *de mensib. gloss.* 5. §. 2. *n.* 7. 8. *&* 9. *&* 15. Graff. *lib.* 2. *c.* 54. *n.* 12.

At

At negandum tamen est ea præstimonia, quæ in sola temporalitate consistunt, & quæ non dantur in titulum perpetuum, neque habent annexum aliquod obsequium spirituale, aut onus recitandi Officium diuinum, esse beneficia Ecclesiastica, ita Ioann. Andr. *in cap. vnico, num. 3. vers. & nota, quod dicitur beneficium, quasi alterum beneficium, de rerum permutatione, lib. 6.* Abbas *conf. 47. Illud de iure, n. 4.* Gomesius *in tract. de expectatiuis num. 39* & Hoieda *de incompatibilitate benefic. 2. part. cap. 7. num. 11.* dicentes hæc non esse beneficia Ecclesiastica, cùm nullum habeant seruitium spirituale in Ecclesia per se, vel per alium. Sufficiet tamen obligatio dicendi Ecclesiasticum officium, propter quod datur beneficium, *cap. fin. de rescriptis in 6.* & ita seruatur. In dubio tamen, an dentur in titulum præstimonia, & an habeant onus spirituale, vel non, vt dicantur, vel non dicantur beneficia, considerandus est vltimus status eorum. Hoieda *suprà num. 13.* quoniam consuetudo est optima legum interpres. *l. si de interpretatione ff. de legibus*, & Felinus *in cap. cum te, num. fin. ad medium, de rescriptis*, vbi vult, in materia beneficiali vltimum statum esse considerandum. Idem Pureus *decis. 189. & 191. lib. 1.* Gonzales *gloss. 5. §. 2. num. 14. & gloss. 45. §. 2. n. etiam 14. & num. 16.* Quare habens præstimonium cum onere spirituali recitandi, si non recitet, tenetur ad restitutionem, maximè in Hispania, vbi consuetum est dari in titulum perpetuum beneficij, Garcia *d. 1. p. cap. 2. num. 119. & 3. part. de benefic. cap. 1. n. 4. & sequentib.*

16. Sequitur altercatio, An Canonici, qui primo, & secundo anno ex consuetudine, vel statuto Ecclesiæ non recipiunt fructus aliquos, quia impenduntur in alios pios vsus, teneantur recitare Officium diuinum? Respondeo affirmatiuè. ita Azor *d. lib. 10. c. 4. vers. quare tota quæstio, quæsit. 4.* vbi discutit dubium in vtramque partem, & secundam vt probabiliorem sequitur; consentit Garcia *3. p. c. 1. n. 62.* Soarez *lib. 4. cap. 20. ex num. 6.* Filliuc. *tract. 23. cap. 5. quæsit* 8. Nauarrus tamen negat *cap. 7. de oratione, num. 30.* teneri ad soluendum Officium diuinum, quæ sententia est probabilis, cùm fructus non percipiant, nec percepturi sint, idem vult Paulus Layman. *suprà num. 4.* & Bonacina *d. disp. 1. quæst. 2. punct. 4. ex num. 22. cum duobus sequentibus*, eo quia perinde est illis duobus annis, quibus fructus sibi non acquirunt, ac si beneficiarij non essent, & in hoc euentu, qui non recitant, non peccant: secundùm tamen probabiliorem partem Filliucij suprà *num. 271.* Azorij *quæs. 4. ad finem*, & Suar. *d. cap. 20. num. 11.* & aliorum peccant, si non recitent; nihil tamen tenentur restituere, quia nihil

17. recipiunt. Quo argumento, qui nulla culpa sua bona fide horas non recitat, non peccat, nec tenetur restituere, Axor *lib. 10. cap. 11. quæs. 7.* opinatur hoc esse valde probabile, & viris piis, ac doctis non paucis placere; ex eo, quia obligatio restituendi fructuum, est tanquam pœna constituta in illos, qui sua culpa horas omiserunt, at vbi culpa non fuit, pœna in foro conscientiæ non debetur; idem dicendum est de illo, qui per obliuionem, aut inconsiderantiam bona fide sine peccato prætermisit pensum horarum. Secus dicendum est secundùm probabiliorem, quæ tenet restitutionem fructuum non esse pœnam; sed magis videri conditionem sub qua beneficia clericis conceduntur, nimirum, Do tibi beneficij fructus, si diuinum Officium recitaueris: proinde, qui bona fide fructus consumpsit, & ex illis ditior factus non est, nihil cogitur restituere: contrà si fructus extent, aut si locupletior ex illis factus est, inest obligatio restituendi. Azor *suprà*, Bonacina tamen *disp. 1. q. 5. punct. 2. num. 4.* cum aliis grauissimis excusat omnino in foro conscientiæ ab onere restituendi, vbi culpa non est: carentiam autem fructuum inductam esse in pœnam culpæ admissæ in recitatione diuini Officij testatur post Reginald. *lib. 30. n. 44.* Garcia *tom. 1. de benefic. part. 3. cap. 1. num. 26.* & Lessium *cap. 34. num. 183.* & alios, quos ibi refert ac sequitur.

De causis, quæ excusant ab onere recitandi Officium diuinum tam in choro, quàm extra illum.

§. VI.

EPITOME.

1. *Infirmitas, quæ excuset ab onere recitandi?*
2. *Ægrotus qui non potest recitare, an teneatur alias preces dicere loco illarum?*
3. *Infirmus, & simul cæcus, an debeat recitare, quæ memoriter scit?*
4. *Cæcus an teneatur recitare cum socio, qui nescit legere?*
5. *Clericus non habens codicem an peccet accipiens ordines, & quando incipiat obligari die quo suscepit ordines?*
6. *Surdus priuatim recitans an possit recitare cum socio, & quid si obligetur ad chorum ratione beneficij, seu præcepti, & an si sit surdaster?*
7. *Vtrùm, qui non potest sine socio recitare priuatim, teneatur suis expensis quærere socium?*
8. *Infantes accipientes beneficia, aut Ordines sacros an teneantur recitare officium?*
9. *Metus mortis an excuset ab onere recitandi, dum quis est inter infideles, aut hæreticos?*
10. *Carentia Breuiarij culpabilis, quia proiectum est in Mare, vel in ignem, an excuset ab horis recitandis?*
11. *Necessitas actionis iustitiæ quando excuset ab horis dicendis?*
12. *Necessitas actionis charitatis, quæ non obligat sub mortali, an excuset à recitando?*
13. *Occupationes graues honestæ etiam ex charitate quando excusent ab officio dicendo?*
14. *Confessarij, concionatores, & scholares, vel magistri, quando excusentur ab Officio diuinò dicendo?*
15. *Qui non potest præ occupationibus recitare totum officium, an teneatur recitare partem aliquam?*
16. *Qui ex infirmitate, vel aliqua causa iusta non potest per se recitare, teneatur ne supplere per alium?*
17. *Graui occupatione detenti, an teneantur anticipate recitare?*
18. *Peregrinantes ad loca pia etiam pedibus non excusantur ab officio soluendo.*

INTER causas excusantes à lege, & præcepto recitandi Officium diuinum, primo loco est infirmitas, & incommoda valetudo, modò infirmitas magna sit ita, vt sine

grauì

graui detrimento salutis, aut nimio dolore; seu vexatione corporis infirmus nequeat recitare, tunc excusatur. Est communis ex *cap. clericus dist.* 91. ibi, Absque corpusculi sui inæqualitate. Ratio, quia talis infirmus est moraliter impotens, neque eget medico, aut superiore, vt dispensetur, quamuis de consilio tutius sit ad alterum recurrere; neque cum tanto onere Ecclesia videtur obligare.

In dubio, An infirmus teneatur recitare, standum est iudicio Medici prudentis, Syluester *verb. hora quæsit.* 4. Nauarrus *de oratione, cap.* 11. *num.* 3. Sotus *de inst. lib.* 10. *quæst.* 5. *art.* 3. Azor 1. *part. lib.* 10. *cap.* 13. *quæst.* 2. Soarez *tom.* 2. *de religione, lib.* 4. *cap.* 28. *num.* 21. Filliucius *tract.* 23. *cap.* 9. *quæst.* 5. *num.* 293. Paulus Layman *lib.* 4. *tract.* 1. *cap.* 6. *num.* 1. & Carol. Macign. *de hor. canon. cap.* 14. *num.* 12. Quòd si Medicus ipse dubitat, an morbus grauis sit, & æger teneatur ad officium soluendum, quamuis Soarez videatur sentire esse recitandum, videtur excusandus infirmus, quia non debet se periculo grauis damni exponere: secus quando morbus videtur leuis, quia possessio stat pro præcepto cum leui damno obligante, ita præcitati.

Similiter non excusantur leui dolore capitis, stomachi, vel pectoris laborantes, nec febri tertiana, aut quartana vexati, quia huiusmodi febris non solet tota die vehementer vrgere infirmum ita, vt non supersit tempus satisfaciendi Officio diuino: eo, quia obligatio recitandi strictissima est, & ideo leuis causa non excusat, Nauarrus *de oratione, cap.* 11. *num.* 6. Sotus *suprà q.* 5. *art.* 3. Valentia *tom.* 3. *disp.* 6. *q.* 2. *punct.* 10. *§. quas ob causas, vers. circa septimum*, Aragonius 2. 2. *quæst.* 83. *art.* 12. *dub.* 3. Soar. *cap.* 28. *num.* 11. Macignus *suprà cap.* 14. *num.* 2. vbi refert alios, Azor. *d. lib.* 10. *cap.* 13. *q.* 2. Reginaldus *lib.* 18. *n.* 181.

2. Quæstionis est, An qui non potest præ infirmitate recitare preces Canonicas, teneatur loco illarum alias orationes fundere? Dixi suprà non teneri, ita Syluester *verb. hora q.* 4. *de iure Canonico*, Angelus tamen *verb. hora*, insinuat teneri supplere per alias preces, quæ citra vllum detrimentum recitari queunt: ratio illius, quia cum multis sentit beneficiarios iure diuino ratione beneficij accepti, teneri soluere preces canonicas; sed verius est non teneri: ideo non tenetur supplere, Azor *d. lib.* 10. *cap.* 13. *quæsit.* 8.

3. Quid de infirmo cæco, qui nequit Officium diuinum legere, an debeat recitare, quod memoriter tenet? Respondeo excusari à toto, si non potest maiorem partem, vel dimidiam dicere, nec etiam teneri ad minorem, vel alteram dimidiam, ita Nauarrus *cap.* 11. *de oratione, num.* 6. Azor *lib.* 10. *cap.* 13. *quæst.* 4. Ratio, quia non omnis lex, qua quippiam debemus efficere, obligat ad faciendum quamlibet etiam minimam partem: sicut siquis ex lege aliqua compellatur Romam ire, non tenetur medium iter peragere, si Romam peruenire non potest, argumento illius, qui in die festo sacrum audire non potest, non tenetur audire partem minimam, sic in nostro casu sequitur Filliucius *cap.* 9. *quæsit.* 6. *num.* 294. vbi excusatus à toto, vel maiori parte, excusatur à minori; secus si possit recitare maiorem partem, vel dimidiam, quia maior pars trahit ad se minorē regulariter. Vnde, qui propter cæcitatem, vel propter debilitatem, aut ob aliam causam maiorem officij partem recitare non potest, nihil tenetur dicere. Idem de maiori parte matutini officij intellige non teneri recitare maiorem, quamuis teneatur ad reliquas horas, quas potest, ita Philiarcus *lib.* 1. *cap.* 10. Lessius *lib.* 2. *cap.* 37. *dubio* 9. *num.* 54. *vers. dixi, sine causa*, Garcia *de benefic. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 221. Bonacina *de horis disp.* 1. *quæst.* 6. *punct.* 2. *num.* 6. subdens tamen *num.* 7. illum, qui non potest totum officium recitare, teneri ad illam partem recitandam, quam potest, si est pars notabilis, sequitur Vega *cap.* 128. *casu* 1. & Graffis *lib.* 2. *cap.* 54. *num.* 3. nisi magna febris, vel grauis dolor accedat.

Mihi tamen magis placet non teneri recitare maiorem partem officij, quam memoriter tenet infirmus, nisi quando maior illa pars facit aliqualem compositionem horæ: nam quanuis possit recitare omnes Psalmos, aut Psalmos, & hymnos horarum, quos tenet memoriter: attamen, quia illi, vt sic soluti non faciunt aliquam compositionem horæ, non tenetur infirmus eos recitare, quamuis ex illis fiat maior pars officij, seu horæ; quia ipsi non sunt horæ Canonicæ, seu Officium diuinum, Garcia *d. cap.* 1. *num.* 221. imò Fr. Manuel. 1. *part. cap.* 145. Molfesius *in summa, tract.* 5. *cap.* 4. *num.* 27. & Garcia *d. cap.* 1. *num.* 222. absolutè affirmant, non teneri recitare, qui non potest matutinum cum laudibus dicere; quoniam etiamsi non sit maior pars officij; est tamen prima, & principalis illius. 4.

Dubium adhuc est de cæco, An teneatur recitare cum socio? Respondeo, si memoriter Psalmos tenet, teneri, si commodè potest assumere socium, vt hoc modo satisfaciat præcepto. Sed meliùs dices cæcum, qui nihil memoriter scit, vel nullam integram horam tenet, quamuis possit habere socium, non teneri audire illum omnia dicentem, vel cum illo partem suam recitare. Est communis, quia non tenetur ad extraordinariam diligentiam, ita Soarez *lib.* 4. *cap.* 27. *num.* 16. quem sequitur Filliucius *tract.* 23. *cap.* 9. *num.* 290. vbi loquitur de cæco priuatim recitante; secus de beneficiario cæco deputato choro; is enim debet assistere choro, quamuis officium cum suo choro nequeat dicere, satisfaciet muneri chori dicendo partem, quam tenet memoria, & quam cum aliis recitare potest; nec debet ampliùs onerari, ita Soarez *suprà num.* 15. Bonacina cum aliis *suprà disp.* 1. *q.* 6. *punct.* 2. *num.* 13. sed de hoc rursus *infrà num.* 7. Suario adhærent Toletus *lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 2. Azor *lib.* 10. *cap.* 13. *q.* 2. Macignus *cap.* 14. *num.* 14. & alij asserentes non teneri cæcum ad diuinum Officium propter memoriæ, vel oculorum defectum.

Quid sentiendum de promoto ad Ordines sacros sine codice ad horas soluendas, & nesciens recitare? Nauarrus *de oratione, cap.* 11. *num.* 20. vult illum peccare, quamuis postea denuo non peccet, si non recitet, eo quòd non habet Breuiarium, nec potest habere, nec habet socium, neque habere potest à quo doceatur, vel dirigatur. Potest tamen contingere, vt nullo modo peccet, nimirum si bona fide arbitretur se statim post Ordines susceptos habiturum codicem precarium, & opportuno tempore recitaturum, nec socium defuturum, qui adiuuet ad recitandum, Azor *lib.* 10. *cap.* 13. *quæst.* 18. obligatio autem recitandi, quando quis promouetur ad Ordines sacros, incipit ab eo tempore, quo quis Ordine sacro initiatus est, videlicet si ordines suscepit hora nona ante meridiem, tenetur ad recitandum tertiam: si initiatus est meredie, incipit obligatio ab hora sexta, & sic de cæteris, Soarez *cap.* 28. *num.* 8. obligat ad summum dicere Nonam. 5.

Quæri potest, An surdus priuatim recitans teneatur recitare cum socio? & quid de surdo obligato 6.

gato ad chorum? Et quid de ſurdaſtro, qui non eſt omnino ſurdus, ſed audit cum aliquo labore? Reſpondeo ſurdum, qui poteſt legere, teneri officium per ſe ipſum dicere priuatim, ſiue ſe audiat, ſiue non; quia ſufficit, quod mente attendat, & cognoſcat quid dicat. Quòd ſi aliunde ſolus dicere non poſſit, non tenetur cum ſocio, quia ſurdus eſt. Filliucius *tract.23. de Religione, cap.9. num.291. quæſit.4. verſ. dico quartò*. Soarez *de Religione, lib.4. cap.17. num.17.* totidem verbis: ex ea ratione, quia ſurdus non communicat in oratione, quæ ab alio dicitur, cùm eum audire nequeat, nec poteſt illi reſpondere, ſequitur Bonacin. *de horis diſp.1. q.6. punct.2. num.9.*

Porrò ſi ſurdus ratione beneficij, ſeu præcepti tenetur recitare in choro, & [illegible] ſuam partem dicit, & alteram, etiamſi attentus non poteſt percipere, non tenetur ſupplere, niſi, vt quidam addunt, ſurdus eſſet, ita Emmanuel Sà *verb. horæ canonicæ, num.9.* vbi exiſtimat abſolutè ſecundùm proprium iudicium non eſſe ſupplendum, quod non auditur, quando attentus quis non poteſt percipere, ſiue ſurdus ſit, ſiue non ſurdus. Nec diſcordat omnino Filliucius *à num.198. cap.6.* dum ait, non teneri in choro ſilentes dicere ſubmiſſa voce, quod alij canunt, vt ſcrupuloſi faciunt, quia expedit nihil dicere, ſed tantùm attendere canentibus, & per illos quodammodo cantare. Dicendum ergo eſt, qui choro intereſt, teneri aſſiſtere choro recitando cum ſuo choro, prout potuerit, & attendendo ad ea, quæ ab alio choro perſoluuntur, & ita ſatisfacere ſuo officio, ita Filliucius *cap.6. quæſit.6. & c.9. quæſit.3.* Soarez *d. lib.4. cap.27. num.18. verſ. præterea*, vbi ſactæ Congregationis declarationem refert; ſequitur Bonacina *ſuprà diſp.1. q.6. punct.2. num.12.* ex eo fundamento, quia non eſt impotens ad aſſiſtendum choro, & ideo debet adimplere, quod poteſt, aſſiſtendo choro, actionémque illam publicam ſua præſentia honorare recitando partem ſuam, eo modo quo poteſt, & attendendo ad alterum chorum, vel ſaltem ad Deum, vbi loquitur de laborante vitio ſurditatis. Maior tamen *in 4. diſt.12. q.6. col.3.* iuxta Pariſienſes ait ſurdum non debere dicere horas ſuas recitando cum alio, ſed canendo in choro, vbi ſentit quomodocunque canat in choro, ſatisfacere ſuo muneri, nec teneri repetere extra chorum: idem videtur ſentire Soarez *d. num.17. cap.27.* vbi ait ſurdum, qui non poteſt audire, ſatisfacere, quia poſſet mente attendere, & cognoſcere quid dicatur, & an rectè dicatur, addens, præceptum in hoc caſu per ſe non obligare ad audiendum, ſed ad dicendum; & infrà, Clericus, qui nón eſt omnino ſurdus, ſed ita ſurdaſter, vt nequeat audire ſine magna vociferatione alterius, non eſſe obligandum ad recitandum cum ſocio; quamuis non poſſit ſolus recitare, quia præcepta humana non obligant cum tanto onere, ac grauamine. Sic ille. ſequitur Bonacin. *num.9. verſ. dixi modò non ſit ſurdus, vel ſurdaſter*, vbi pro hac parte allegat Paulum Squillantem *p.1. dub.13.* & alios.

Nauarrus tamen, *de oratione cap.19. concluſ.8. num.80.* ait beneficiarium non eximi à choro, eo quòd ſit ſurdus, ſi ex eo quòd videt, vel audit, deprehendit, quando canere, vel ſilere debeat; ſed non ſatisfacere canendo ſolum partem ſui chori, niſi audiat partem alterius, vel ſaltem recitet ſubmiſsè ex Breuiario, vel Pſalterio. Sed in hoc non placet, quia ſurdus, ſeu ſurdaſter, qui nequit audire ſine magna vociferatione, non tenetur, niſi audire penſum ſui chori, & attendere quantum poteſt ad ſocios ex altero choro canentes, vel attendere ad Deum, qui per Officium diuinum laudatur, quæ eſt perfectiſſima attentio ex tribus omnibus, per quam attenditur ad orationis finem, qui eſt Deus, & ad id quod petitur ab ipſo Deo, & eſt communis omnibus doctis, & indoctis, dum recitant Nauarrus *de oratione, cap.13. num.4.*

Ex dictis occurrit dubium, vtrùm, qui non poteſt preces canonicas dicere ſine auxilio ſocij, quem non ſolebat aſſumere, tentatur illum aſſumere, vt recitet dum eſt infirmus? Garcia *de benefic. p.3. cap.1. num.215.* affirmat teneri, ſi dum erat ſanus, illum conſueuerat adhibere. Nauarrus *de oratione, cap.11. num.13. & 14. & in manuali cap.25. num.100.* indiſtinctè vult illum, qui poteſt dicere officium cum ſocio, eúmque poteſt habere commodè, quia habet cum quibus poſſit ſatisfacere ſocio, teneri cum ſocio recitare: etiam data mercede, ſequitur Aragonius *2. 2. quæſt.83. artic.12. verſ. prima cauſa prætermittendi officium*, Graffis *deciſ. lib.2. cap.54. num.1.3. & 10.* & Azor *1. p. lib.10. cap.13. q.3. & 6.* & videtur tenere Fuſeus *de viſitatione, lib.2. cap.20. num.25.* & Bonacina addens modò non ſit ſurdus, vel ſurdaſter, qui non poſſit audire ſine magna vociferatione. Ratio, quia, qui tenetur ad aliquid, tenetur etiam ad media ad illud ordinata; ſed beneficiarius, ſeu clericus in ſacris tenetur ſoluere Officium diuinum: ergo etiam tenetur ad quærendam ſocium, quod intellige de beneficiario recipiente fructus beneficij: is enim cùm teneatur ex iuſtitia ſoluere officium, tenetur conducere ſocium, vt ſatisfaciat muneri beneficij, dum illud per ſe ipſum non poteſt adimplere. Secus de non habente beneficium, quia non tenetur ex iuſtitia; ſed ex religione, vel obedientia ad officium dicendum: & ex conſequenti, qui non poteſt per ſe recitare, non tenetur ſuis propriis expenſis quærere ſocium, vt cum eo diuinum Officium perſoluat. Si tamen ſine expenſis poſſet habere ad manum, non excuſari. Soarez *dict. lib.4. cap.27. numer.15. ad finem*, Filliucius *cap.9. numer.289.* ſin minus, liber eſt ab onere recitandi, Macignus *cap.14. num.6.* Philiarc. *1. part. lib.1. cap.10.* Bonacina *dict. punct.2. numer.8. verſic. addo, & verſic. qui verò*. 7.

Quid de pueris in infantili ætate beneficia, vel Ordines ſacros ſuſcipientibus? Quamuis hoc dubium abs re videatur excitatum, dicendum eſt excuſari beneficium ante rationis vſum accipientem ab onere recitandi, præſertim ſi beneficium collatum fuit ſcienter à Summo Pontifice: cenſebitur enim diſpenſatus, donec habeat ætatem legitimam ad ſoluendum officium. Non enim ab alio poteſt conferri beneficium ante rationis vſum, ex Concilio Tridentino *ſeſſ.23. cap.6.* vbi ante decimumquartum annum nulla eſt collatio, Azor *lib.10. cap.13. punct.12. verſ. ſed dubia*, & Macignus *cap.22. num.6.* Quòd ſi Summus Pontifex credens puerum habuiſſe legitimam ætatem ad officium dicendum, talis collatio cenſebitur valida, ſi ita Pontifex erat affectus, vt cognito defectus ætatis beneficium adhuc contuliſſet: puerulus tamen tenebitur quærere diſpenſationem, vel quamprimum addiſcere formam, & modum recitandi, quia diſpenſatus in vno, non reputatur diſpenſatus in altero, Soarez *lib.4. c.28.* 8.

*n.*37.Reginaldus *lib.* 18.*n.*191.& Molfesius *in summa tract. 5.cap.*4. *num.*13.

Maior difficultas est de puero promoto ad Ordines sacros ante pubertatem, vel ante decimumsextum annum? Bonacina *de matrimonio, quaest.*3. *punct.*9. *num.* 16. cum aliis opinatur teneri diuinum Officium recitare: negat tamen Sanchez *de matrimonio, disp.*30. *num.*12.*&* 13. dicens non teneri ad recitandum Officium, donec post legitimam aetatem ratificet Ordines susceptos, quia impressio characteris, quae ab Ecclesia non potest irritari, valet vsque ad eam ratificationem, & sicut non tenetur ad continentiam, quae est principale onus annexum Ordini: sic etiam non obligatur ad onus minus principale, quale est pensum horarum. Quòd si post legitimam aetatem ratificet Ordines verbo, vel facto, vtendo scilicet Ordine sacro, non est homini iam poenitentiae locus, sequitur Paulus Squillas 1. *part. dub.*15. non poterit tamen Ordine sacro vti, donec praeueniat ad aetatem iure ad ordines petitam, quia est interim suspensus illius exequutione, *cap. vel non est compos, de tempor. ordin.& cap. ex ratione, de aetate, & qualitate.*

9. Sequitur dicendum de Ordinato per metum? Respondeo recepisse Ordinem sacrum, non teneri tamen continere, si erat coniugatus, quamuis matrimonium non esset consummatum, Abbas *cap. maiores*, §. *vltimo*, *num.* 7. *de Baptismo*, licet vxor continere vellet, Hostiensis *in summa de aetate, & qualitate ordinandor. num.* 5. *vers. sed nunquid conditionaliter.* Et ex consequenti non tenebitur ad Officium canonicum dicendum, quia Officium diuinum est annexum ordini sponte suscepto, Nauarrus *in summa Latina, cap.*22. *num.* 51. Vivaldus 1.*part.* vbi de Sacramento ordinis, *num.*26. & Emanuel Sà *verb. ordo, num.* 24. per haec verba: *Ordinatio per vim non tenet, per metum tenet: sed non obligat, si sit metus grandis, ad castitatem, nec ad officium.* Sanchez *d. disp.* 29. *num.*7. subdens *num.* 8. quamuis metus non sit cadens in virum constantem, modò sit talis, vt prae timore illo initiatus esset, eóque secluso nullatenus initiandus.

Similiter metus mortis iustam Officij diuini excusationem importat, veluti, si clericus transiturus est per medios latrones, vel per Prouincias infidelium, seu haereticorum, & ibi si officium recitet, incurrat in manifestum vitae periculum, sicut diximus eximi ab hoc onere propter morbum grauem; eo quia leges humanae non obligant cum tanto onere. Idem dicendum de clerico apud Turcas, vel Mauros captiuo, vel in eorum triremibus detento, si ex eo, quod recitet, in graue vitae discrimen deueniat, Azor 1. *p. lib.* 10. *cap.*13. *quaest.* 19. Filliucius *cap.* 9. *num.* 296. vbi addit per accidens non excusare metum, vt si fiat in iniuriam Religionis catholicae; tunc enim fidei confessio est in praecepto ex iure diuino, secus quando metus concipitur ex crudelitate infidelium, inter quos versatur, tunc excusat ab onere recitandi, quoniam ea omissio non est contra confessionem fidei Orthodoxae, Soarez *lib.*4. *cap.*27. *num.*31. *versic. distingui ergo potest.*

10. An verò carentia Breuiarij culpabilis, quia proiectum fuit in mare, vel in ignem, excuset ab horis recitandis? Respondeo excusare à peccato, quando carentia non est culpabilis. Nam impossibilium non est obligatio, *l. impossibilium, ff. de regul. iuris,* Soarez *cap.*28. *num.*7. Filliuc. *cap.*9. *quaest.*3. videlicet si in itinere, vel nauigatione amisit Breuiarium. Quòd si caret illo, quia librum non habebat, nec spem habendi illum, quando ordinatus est non excusabitur à peccato saltem interno, quamuis ab externa omissione recitandi excusetur; est enim omissio futura voluntaria saltem in causa. Item si voluntariè proiecit in mare, vel in ignem Breuiarium, omnes recitationes in posterum faciendae fuerunt culpabiles: ideo erunt peccata quo ad internam malitiam; & quamuis postea noua culpa non committatur, potest obligari propter impotentiam ad restitutionem si habet beneficium, secus si non habet. Similiter si per negligentiam reliquit domi librum iter faciens, credens bona fide se alibi reperturum, & non reperit, nec potest emere, quia est pauper, excusabitur saltem à mortali, Soarez *cap.* 17. *num.* 9. Filliucius *cap.* 9. *quaest.* 3. *num.*285.*& duobus sequentibus;* vbi *num.* 287. addit in casu posito teneri recitare memoriter horam integram aliquam, quam scit, quòd si aliquos tantum Psalmos sciat, non autem lectiones, Orationem, & Capitola, non tenetur, eo quòd Psalmi, vt sic, non sunt hora Canonica, ad quam clericus obligatur, Soarez *suprà d. cap.*28. *dum.*15. ex Nauarro *cap.*11. *de oratione, n.*15. Graffis tamen *lib.*2. *c.*54.*num.*6. in hoc euentu monet de consilio posse substitui aliquos Psalmos pro illis, quos ignorat ex Soto *lib.*10.*q* 5. *art.*3.

Iusta item causa excusandi ab officio dicendo, 11.
est necessitas. Haec autem est duplex, vna iustitiae, altera charitatis. Dicendum ergo est, quando actio ad quam quis obligatur ex iustitia, commoniter impedit recitationem Officij diuini, non posse nec debere acceptare absque dispensatione: proinde clericus acceptans voluntariè occupationes, quas debet exercere incompatibiles cum officio, non excusatur à recitando, neque à peccato, si non recitaret, quia voluntariè in has angustias se conijcit, qualis censebitur officium docendi publicè, vel concionandi, vel audiendi confessiones, ad quod quis ex iustitia sponte sua se voluit obligare, & nequit has occupationes conuenienter agere, si in officio soluendo occupetur; quia iam haec necessitas non excusat, quia magis est voluntas, quàm necessitas: vnde, vel tenetur vtrunque adimplere, vel satisfacere praecepto recitandi relicto officio docendi, vel concionandi, aut confessiones excipiendi, quod est voluntarium, Soarez *suprà num.*33. & Filliucius *dict. cap.* 9. *quaest.*8. *num.* 298.

Quando autem similes occupationes non sunt permanentes, nec quotidianae, & sunt compatibiles cum Officio diuino, si aliquando contingat occasio incompossibilis cum officio repentina quodammodo, siue sit ad concionandum, siue ad legendum, siue ad alias similes actiones, erit sufficiens haec necessitas ad excusandum, tum quia etiam Missa potest omitti propter tales occupationes, ita Soarez & Filliucius *suprà*. Ratio desumitur ex benigna Ecclesiae intentione, quae non praesumitur cum tanto onere obligare, Sylvester *verb. hora quaesito vltimo*, Toletus *lib.*2. *cap.*14. *num.*3. Reginaldus *lib.*18.*num.*187.

Occurrente verò necessitate actionis charitatis 12.
incompossibili cum officio diuino, videlicet si debeas assidere infirmo, vel nequeas relinquere concionem, seu lectionem sine propria infamia, vel Religionis, vel sine aliorum scandalo, poteris omittere officium, ita Aragonius 2.2. *q.*83. *art.*21. *dub.*4. *caus.*2. Pesantius 2.1. *q.* 62. *art.*1. *disp.*6. Molfesius

fesius *cap. 5. num. 36.* Paulus Layman. *lib. 4. tract. 1. cap. 6. num. 1.* Malderus *tract. 10. cap. 2. dub. 5. ad finem*, quia quod propter charitatem introductum est, non obligat cum eiusdem charitatis dispendio. Neque necesse est obligationem illam charitatis tantam esse, vt sit graue peccatum, actionem ita necessariam omittere, etiam propter dicendum officium: quia satis est hîc & nunc æstimari maius bonum, vt ad vitandum incommodum proprium, aut proximi; atque ita scholasticus per diem integrum habiturus disputationem, excusatur ab officio diuino, si simul illud dicere non potest, similiter dices de Oppositore publicam prælectionem habitoro, séque intra certum horarum numerum ad illam paraturo, qui non posset simul dicere Officium diuinum, excusabitur ab eo recitando, Filliucius *suprà cap. 9. num. 301.* & Soarez *n. 35. cap. 28.* & multo magis omitti potest officium, quando actio huiusmodi charitatis obligat sub peccato mortali, Henriquez *quodlibet. 5. q. 12.* Syluest. *verb. hora num. 18.* Soarez *d. num. 35.* & Filliucius *n. 302.*

13. Denique absolutè excusatur à penso horarum impeditus, adeò, vt tempus dilationem non patiatur satisfaciendi sine magno scandalo, quando solutio Officij diuini esset impedimentum maioris boni, Nauarrus *de horis canonicis cap. 7. num. 29.* modò fraus omnino caueatur: nam fortè fuit negligens, cùm potoisset anticiparè dicere, & noluit, non excusatur, Sotus *de iustitia, lib. 10. q. 5. q. 5. art. 3.* quem sequitur Graffis *lib. 2. cap. 54. num. 7. & 8.* eodem modo excusant graues occupationes honestæ, & necessariæ, quæ in aliud tempus commodè differri nequeunt sine scandalo, vel peccato, vel detrimento sui, vel proximi. Sub quo titulo ve-
14. niunt confessarij, seu concionatores, Graffis *d. n. 7.* Soarez *cap. 28. num. 32.* Molfesius *cap. 5. num. 36.* Bonacina *disp. 1. q. 6. punct. 2. num. 1.* nec non magistri ex officio docentes, & alij grauibus negotiis piis occupati. Nec propter omissionem diuini Officij tenebuntur ad restituendos fructus beneficij, quia vbi non fuit culpa, non debet esse pœna, Bonacina *num. 3.*

15. Quid de eo qui præ occupationibus non potest recitare totum Officium, an teneatur recitare partem aliquam? Ex dictis suprà *n. 3.* constat solutio, vbi diximus excusari à toto, si non potest maiorem partem, vel dimidiam dicere, vt dictum est
16. de infirmo, *ibi*, Sicut, qui per se ipsum diuinum Officium recitare non potest, per alium supplere non tenetur, quia est onus personale, Tolet. *lib. 2. c. 14. caus. 1.* Soar. *c. 18. n. 11.* Graffis *2. p. decis. lib. 3. cap. 16. n. 37.* Neque loco officij tenetur alias orationes substituere, aut alium recitantem audire, Syluester *verb. hora, quæsit. 5.* Soarez *c. 28. n. 11. & 29. vers. dubitat.* Emanuel Saa *verb. hora, n. 3.* subdens, qui nescit recitare Officium diuinum, dicat saltem Rosarium, seu Coronam Beatissimæ Virginis.

17. Sequitur dubiolum, An teneantur anticipatè horas dicere, qoi grauibus occupationibus sunt impediti? Responsio est affirmatiua, quia vrget obligatio præcepti: ergo debet adimpleri quoties præuident summo manè tempus defuturum ad soluendum Officium, Syluest. *verb. hora, quæsit. vlt.* Graff. *lib. 2. c. 54.* Macign. *c. 14. n. 3.* Bonac. *punct. 2. n. 2.*
18. Atque ita si præuisit occupationibus futuris non recitent, non excusantur. Sicut non eximuntur peregrinantes ad loca pia à priuata recitatione precum canonicarum, ita colligitur ex traditis *suprà*, sequitur Azor *lib. 10. cap. 53. quæsit. 13.* Valentia *tom. 3. disp. 6. q. 2. punct. 10. §. circa septimum, vers. excludit*, Bonacina *suprà punct. 1. num 9.*

❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧❧

DISPVTATIO XXIII.

De distributionibus quotidianis.

Quid sint distributiones, & quot, & quo iure sint introductæ?

§. I.

EPITOME.

1. *Distributiones sunt portio prouentuum beneficij collata illis qui diuinis Officiis intersunt.*
2. *Distributiones cur propriæ, & quotidianæ vocantur?*
3. *Portiones, quæ ex prouentibus beneficij non conferuntur, non sunt propriè distributiones, vt portiones funerales, quæ vocantur anniuersaria.*
4. *Distributionum quot sint differentiæ, seu species?*
5. *Quo iure sint introductæ distributiones, diuino ne, an humano?*
6. *Distributiones cur ita dicantur quotidianæ?*
7. *Distributiones aliquando dicuntur sportulæ, & Diaria, & cur?*
8. *Distributiones dici possunt beneficia manualia.*
9. *Distributiones vtrum à fructibus distinguantur, aut contineantur sub appellatione fructuum?*
10. *An qui habet facultatem lucrandi fructus tempore absentiæ possit lucrari distributiones?*
11. *Vtrùm in impetratione beneficij debeant exprimi distributiones?*
12. *In sequestratione fructuum, redituum, & prouentuum beneficij non comprehenduntur regulariter distributiones propriæ.*
13. *Distributiones quando veniant in condemnatione fructuum?*
14. *Quid de suspensis, excommunicatis, & irregularibus, an priuentur etiam distributionibus?*
15. *Distributiones non dicuntur de corpore beneficij, sed natura diuersa.*
16. *Distributiones potius acquiruntur ratione operarum impensarum, quàm ratione præbendæ.*
17. *Distributiones augent, & amplificant cultum diuinum.*

PRIMA assertio, distributiones propriæ, ordinariæ, & quotidianæ sunt portio prouentuum beneficij, quæ solet conferri illis, qui diuinis 1.
Officiis intersunt, & debentur quotidie clericis beneficiariis ratione interessentiæ statis horis, Azor *2. p. instit. moral. lib. 7. c. 7. quæsit. 5.* Moneta *5. part. de distribut. q. 4. num. 10.* in vtraque editione.

Dicuntur autem propriæ, & quotidianæ, tum 2.
quia non solùm sunt portiones, quæ singulis beneficiariis quotidie dari solent, sed etiam, quia diuiduntur in singulos, qui statis horis, diurnis, & nocturnis præsentes intersunt diuinis Officiis: ideo distributiones quotidianæ nuncupantur. Item vocantur propriæ ad ostendendum alias esse distributiones non proprias, neque ordinarias, sed extraordinarias, vt sunt illæ, quæ ex massa communi alicuius Ecclesiæ omnibus conferuntur canonicis, seu clericis, quamuis diuinis Officiis non sint præsentes, dummodo non recedant à suis Ecclesiis, sed in illis resideant, vel saltem non absint sine iusta causa; hæc autem dicuntur massa, seu grossa, seu vestuarium, in quarum solutione non habetur ratio ad singulas

horas, etiamſi reſidendo,& intereſſendo vna hora lucrifiant, quoniam non ſunt propriè diſtributiones quotidianæ,ſed præbendæ,ſeu loco præbendarum, præſertim vbi non ſunt aliæ præbendæ. *Extrauag. cùm nonnulla*, §. *præterea, cùm in aliquibus, de præben.* inter communes, Coſmas *in pagmatica de clericis non reſidentibus*, *tit. quo quiſque debeat eſſe in choro, verſ. diſtributiones*, Puteus *deciſ. 375. lib. 2.* & Cæſar de Graſſis *deciſ. 11. num. 8. & deciſ. 116.*

Sunt ergo diſtributiones quædam ordinariæ,& quotidianæ,aliæ extraordinariæ,ſecundùm Nauar. *miſcell. 54. de orat. n. 6.* quæ non ſunt propriè diſtributiones, nec ordinariæ,ſed extraordinariæ,& videntur inoentæ à Concil. Trid. quia non conſtituuntur ex communibus beneficiorum fructibus, ſed ex priuatis reditibus certæ alicuius dignitatis, vel canonicatus, vel præbendæ extrahuntur, nec ſunt commoniter introductæ in collegiatis Eccleſiis: tum vel maximè, quia diſtributiones iſtæ extraordinariæ,quando amittontur, noo accreſcunt cæteris intereſſentibus,& inſeroientibus,ſed fabricæ Eccleſiæ arbitrio Epiſcopi applicandæ, de quibus Concil. Trid. *ſeſſ. 22. c. 3.* ſic ait. *Epiſcopi etiam tanquam delegati Apoſtolici, ex fructibus, & prouentibus quibuſcunque omnium dignitatum, perſonatuum, & officiorum, in Eccleſiis cathedralibus, vel Collegiatis exiſtentium tertiam partem in diſtributiones eorum arbitrio aſſignandas diuidere poſſint, vt ſcilicet, qui eas obtinent, ſi perſonaliter competens ibi ſeruitium iuxta formam ab eiſdem Epiſcopis ſcribendam, quolibet die ſtatuto non impleuerint, illius diei diſtributionem amittant, nec eius quoquo modo dominium acquirant, ſed fabricæ Eccleſiæ quatenus indigeat, aut alteri pio loco arbitrio ordinarij applicetur.* ſic ibi.

Vbi nota ex Garcia *p. 3. c. 2. n. 465.* hanc tertiam partem deduci ex dignitatibus etiam non ex neceſſitate,ſed in odium non reſidentium,& partem abſentium non præſentibus, ſed alicui pio loco applicandam; & ideo extraordinariæ diſtributiones vocantur, & impropriæ,quia dum amittuntur non accreſcunt cæteris intereſſentibus,ſed fabricæ Eccleſiæ,vel alteri pro loco arbitrio Ordinarij applicabuntur, Auguſtinus Barboſ. *in remiſſ. ad Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap. 3. de reformat. num. 2.*

3. Dixi diſtributiones proprias eſſe portiones prouentuum beneficiorũ,quia portiones, quæ ex prouentibus beneficiorum non conferuntur, non dicuntur propriè diſtributiooes. Quocirca portiooes funerales, alio nomine vocatæ Anniuerſaria, & quæ donantur illis,qui exequiis interſunt, & aſſiſtunt officiis defunctorum, non ſunt propriè diſtributiones, Lapus *allegatione 34. & 36.* Cardin. *in Clem. vt hi, qui, de ætate, & qualitate*, quamuis Ioan. Andr. & Dmninic. *in c. 1. de cler. non reſid. in 6.* concordent non eſſe propriè diſtributiones, neque comprehendi ſub nomine earum, addunt tamen eodem iure,& priuilegio gaudere,quo diſtributiones gaudent; proinde non conferuntur abſentibus, quamuis gaudeant priuilegio recipiendi fructus, dum abſunt, nec debentur reſidentibus niſi interſint funeralibus officiis,exequiis,& aliis officiis,vt conſtat ex Bonifacio VIII. *in cap. conſuetudinem, de clericis non reſidentibus, ad finem*, per hæc verba: *De diſtributionibus etiam pro defunctorum Anniuerſariis largiendis idem decernimus obſeruandum.* hoc eſt, vt ait gloſſa,eos qui funeralibus officiis, exequiis, & anniuerſariis perſonaliter non interſunt huiuſmodi diſtributionum, nihil ſibi acquirere, quamuis conſuetudo induceret contrarium: conſuetudo namque talis, ſicut corruptela abrogatur, atque ita quidquid impenditur pro exequiis celebrandis,& anniuerſariis faciendis inter præſentes tantùm, & intereſſentes diuiditur.

Secunda aſſertio, Diſtributionum quædam ſunt 4.
ordinariæ, quædam extraordinariæ, quædam propriæ, quædam impropriæ, quædam à fructibus, ſeu maſſa groſſa ſeparatæ, quædam nõ ſeparatæ à fructibus, quædam conſiſtunt in fructibus, pane ſcilicet, vino,& aliis rebus, quædã in pecuoia, quæ clericis, ſeu Canonicis diuino officio intereſſentibus conferuntur. Henricus tamen *c. cùm omnes, de conſt.* & gloſ. *in pragm. Sanct. tit. quo quiſque tempore debeat eſſe in choro, verb. diſtributiones*, ait tria eſſe genera diſtributionum, quem ſequitur Azor *2. p. inſtit. lib. 7. c. 7. quæſ. 3.* dicens in quibuſdam Eccleſiis non eſſe canonicatus, ſiue præbendas diſtinctas, ſed eſſe omnia bona communia, & ſingulis quibuſqoe diebus aſſignari cuilibet præbendato, qui reſidet, ſiue interſit diuinis officiis, ſiue non, certas menſuras panis,& vini ad alimoniam quotidianam, & certam ſummam pecuniæ ad veſtitũ,& has portiones non eſſe propriè diſtributiones, ſed portiones quaſdã,& beneficia, quæ conferuntur reſidẽtibus,& non intereſſentibus: non tamen abſentibus ab Eccleſiis, niſi cõſuetudo, vel priuilegiũ Eccleſiæ, aliter ſe habuerit, quia cõſuetudo, priuilegiũ, vel ſtatutum Eccleſiæ poteſt facere, vt abſentes etiam fructus acquirãt: ſicut diſtributiones ex ſtatoto Eccleſiæ, aut conſuetudine, vel priuilegio non debentur intereſſentibus, vt per Coſmas *in pragm. ſanct. p. 2. verb. diſtributiones, fol. 134* & notat Barb. *in c. olim, de verbor. ſignificatione, n. 4. & in c. porrò, num. 13. de priuilegiis.*

In aliis etiam Eccleſiis præbendæ ſunt diſtinctæ: menſa tamen eſt communis, & ex illa dantur diſtributiones quotidianæ etiam nõ intereſſentibus Officiis diuinis, modò commorentur,& reſideant in Eccleſia:& interdum ex more, vel ex ſtatuto eas non lucrantur, niſi, qui ſaltem vel matutinis, vel veſpertinis precibus, vel Miſſæ ſacrificio interſunt. Aliæ denique ſunt diſtributiones diariæ, ſeu quotidianæ, quæ non dantur niſi iis, qui interſunt officiis diuinis,& hæ ſunt propriè diſtributiones quotidianæ, ſequitur Garcia *de beneſi. 3. p. c. 2. ex n. 439. vſque ad num 449.* vbi de his plenè.

Tertia aſſertio, diſtributiones non ſunt inductæ 5.
iure naturali, vel dinino, ſed humano Eccleſiaſtico. Nam ante Tridentinum nõ erant diſtributiones in omnibus Eccleſiis, vt patet ex verbis illius *ſeſſ. 21. c. 3. Statuit ſancta Synodus in Eccleſiis tam Cathedralibus, quam Collegiatis, in quibus nullæ ſunt diſtributiones quotidianæ, vel ita tenues, vt veriſimiliter negligantur, tertiam partem fructuum, & quorumcunque prouentuum, & obuentionum, tam dignitatum, quàm Canonicatuum, perſonatuum, portionũ, & officiorum ſeparari debere, & in diſtributiones quotidianas conuerti.* Hæc ibi.

Ex qoibos oſtenditur diſtributionum vſum iure diuino non eſſe inuentum; ſed iure humano introductum, cùm ante Conciliũ in omnibus Eccleſiis quotidianarum diſtributionum vſus non extaret: ergo non ſunt de iure naturali, vel diuino, quia ius naturale ſemper, & vbique idẽ eſt: tum quia Summus Pontifex concedit aliquando abſentibus, vt diſtributiones tempore abſentiæ lucrari poſſint, quod non fieret, ſi eſſent de iure naturali. Quòd autem concedat ex dicendis infrà patebit, & ex priuilegio ſpeciali fauore fidei dato à Paulo III. & Pio Quinto Inquiſitoribus, teſte Roja, *de priuilegiis Inquiſit. n. 420. & in tract. de hæret ſingul. 96.* vbi vult illos in ſuis præbendis,& digoitatibus haberi pro præſentibus, & reſidentibus, & percipere fructus integros ſuarum præbendarum ſimul cum diſtributionibus quotidianis, quod non conceſſiſſent

Pontifices

Pontificis si essent introductæ distributiones iure diuino, aut oarurali, cùm nequeant dispensare in illo, Sayr. *in claui, lib. 6. cap.* 11. *num.* 7. *&* *num.* 13. & dixi *disp.* 1. §. 2. *n.* 14. *&* §. 8. *num.* 125. *& sequent.*

6. Ex dictis etiam patet, cur distributiones ita dicantur quotidianæ, quia pro rata portione conferontur quotidie inseruientibus diuinis Officiis, Moneta *de distribus. quotid. p.* 2. *q.* 8. *num.* 12. Dicuntur etiam distributiones vestuaria, aut victualia, quia faciunt ad quotidianum victum, & vestitum, Moneta *ibidem*, illorum, qui diuinis officiis præseores sunt, quamuis hæc oomioa, si loquamur strictim, potiùs fructibus beneficij, quàm distributionibus accedunt, Garcia 2. *p. c.* 2. *n.* 441. post Abbatem *in c. olim, de verbor. signific.* Paris. *cons.* 32. *n.* 8. *&* 15. *lib.* 4.

7. Nuncupantur item distributiones sportulæ, & diaria sumpta similitudine à donis, & muneribus, quæ iudicibus frequenter cõferuntur occasiooe sui officij, vt deducitur ex Durando *de ritib. lib.* 3. *c.* 25. *n.* 4.

8. Interdum etiam possunt dici distributiones beneficia manualia, quia distributionum acquisitio est in potestate, & quasi manu beneficiarij, cui integrum est eas acquirere, & non acquirere; tum etiam, quia ad manum offeruntur, & conferuntur iis, qui diuinis Officiis certis diei horis sunt præsentes, Mooeta *suprà de distribut.* 1. *p. q.* 2. *num.* 9. quamuis beneficia manualia, propriè loquendo, illa dicantur, quæ à manu conferentis pendent.

9. Quarta assertio. Distributiones à fructibus distinguuntur, neque continentur sub appellatione fructuum, regulariter loquendo, Gonzal. *de mensib.* §. 7. *procemial. n.* 184. vbi nomine fructuum tradit non venire distributiones quotidianas, qoia quamuis dêtur beneficiario propter beneficium, fructus tamen non sunt. Item quia fructus beneficij sunt annui reditus, qui proueniunt ex bonis Ecclesiæ determinatis: distributiones tamen sunt portiones, quæ conferuntur interessentibus, & assistentibus Officio diuioo. Rodrig. *tom.* 2. *quæstionum regularium, q.* 74. *art.* 4. Moneta *suprà q.* 6. & Azor *lib.* 7. *c.* 7. *q.* 7. Confert non posse percipi distributiones quotidianas à Canonicis absentibus, & per substitutum Ecclesiæ suæ inseruientibus, oisi habeant ad id expressum priuilegium, vt ait Calder. *cons.* 1. *sub tit. de clericis non residentibus*, Gallet. *in sua margarita casuum conscientia, verb. distributiones ampen.* Sicut non percipiunt distributiones quotidianas Canonici duo assistentes Episcopo, illúmque associantes, & tamen recipiunt fructus; ergo fructus distinguuntur à distributionibus.

10. Quinta assertio. Habens facultatem recipiendi fructus in abseoria, non potest distributiones respondentes tempori absentiæ acquirere. text. *in c. de catero, de clericis non residentibus*, vbi dicitur absentes in seruitio Episcopi posse percipere fructus suarum præbendarum, non tamen distributiones quotidianas, quæ victualia nuncupantur. Nauarr. *cons.* 11. *de cleric. non resid.* Gonz. Mandez de Cabed. *diuers. iuris argum. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 19. *&* 20. eius frater Georg. Cabed. 1. *p decis.* 94. *n.* 1. *&* 2. Grat. *discept. forens. c.* 166. *n.* 20. & Garc. *p.* 3. *c.* 2. *à n.* 345. neque per Concil. Trident. addit esse derogatum huic textui, *c. de catero.* Vnde colliges solos Canonicos, non autem alios clericos habere priuilegium, vt absentes pro seruitio Episcopi possint percipere fructos suorum beneficiorum, Goozalez *ad regul* 8. *gloss.* 6. *ex num.* 260. *ad numerum* 263. Sanctarel. *variar. resol. lib.* 1. *q.* 3. *num.* 38. proinde non comprehenduntur mansionarij, quos assisios appellant, cùm non sint Canonici, Garcia *de beneficiis, p.* 3. *cap.* 2. *n.* 370. nisi dispensante Episcopo, & concurrente necessitate, vel speciali, & euidenti Ecclesiæ vtilitate, vt declarat Garcia *d. cap.* 2. *num.* 369. *&* 372. addens *n.* 377. quando portionarij suot de Capitulo, in illis habere locum, *c. de catero*, sicut in Caoonicis, etiamsi essent Doctorales, & Magistrales, nisi ex absentia eorum sequatur magnum detrimentum Ecclesiæ; Moneta *de distribut. q.* 8. *num.* 5. Gonzalez *gloss.* 6. *num.* 257. & Garcia *d. cap.* 2. *n.* 365. post Rebuffum *in praxi tit. de dispensatione de non residendo num.* 41.

11. Sexta assertio. In impetratione beneficij non debent exprimi distributiones, neque in valore beneficij computaotur, Felinus *in c. ad aures, n.* 14. *de rescriptis.* Couarr. *lib. variar. cap.* 13. *n.* 1. Rebuff. *in tract. congrua portionis*, *num.* 80. Gonzales *ad reg.* 8. §. 7. *procemial. num.* 166. Ratio, quia quotidianæ distributiones non sunt fructus, nec veniunt appellatione fructuum, Azor *d. lib.* 7. *cap.* 7. *q.* 2. & latè Moneta *de distribut. quotid. p.* 1. *q.* 6. *à principio*, vbi *n.* 19. docet priuilegium concessum ad percipiendos fructus in absentia, non extendi ad distributiones quotidianas, quamois dicatur, vt recipiat eos integros perinde, ac si in Ecclesia resideret.

Limitatur tamen hæc assertio, quando distributiones distinctæ sunt à fructibus, qoia quando beneficium totum in solis consistit distributionibus, debent exprimi distributiones in impetratione beneficij, nam Pontifex non coocederet beneficium, nisi fiat mentio de distributionibus, cùm in regula Cancellariæ dicatur, vt exprimatur valor beneficij in impetratione quorumcunque beneficiorum. Item, quia huiusmodi distributiones in hoc euentu succedunt loco fructuum, ac præbendæ: ergo debent exprimi cùm sint valor beneficij, ita Decianus *tom.* 1. *cons.* 43. *num.* 15. Nihilominus coorra Decianum stat vsus, & praxis, vt distributiones non exprimantur, quia potest contingere, vt beneficiarius non resideat, & ex consequenti non fruatur distributiooibos.

12. Septima assertio in sequestratione fructuom, redituum, & prouentuum beneficij non comprehendüntur regulariter distributiones propriè dictæ, oisi aliud exprimatur, aut intelligatur ex circunstantiis, ita Gutierrez *cons.* 8. *num.* 4. Gonzal. *d* §. 7. *procemial num.* 154. 188. vbi clariùs id tradit: nam qui non exprimit distributiones quotidianas in sequestro, eas exclusisse videtur, *l. item apud.* § *ait prator, vers. ea enim, qua notabiliter fiunt, ff. de iniuriis, c. ad audientiam* 12. *in fine, de decimis*, idem Gonzales *num.* 195.

13. Octaua assertio, fructuum perceptorum condemnatio non extenditur ad distributiones quotidianas regulariter, quia non sunt de corpore beneficij, sed conceduntur propter seruitium personalis laboris; tum etiam, quòd condemnatio fructuum intelligitur de perceptis iure ordioario, non autem iure speciali, Lancellot. *de attentat.* 3. *p. cap. final. num.* 31. *&* 36. post Cottam *decis.* 781. Puteus *decis.* 489. *num.* 5. *in fine, lib.* 2. Gonzalez *d.* §. 7. *procemial. à num.* 155. & Boër. *decis.* 340. *Statutum, per totam*, præsertim *num.* 3. Caputaq. *decis.* 29. *num.* 1. *p.* 1. idem Puteus *decis.* 383. *num.* 7. *lib.* 1.

Hæc tamen assertio non habet locum, primò, qoando quis cõdemnaretur in fructibus perceptis, & qui percipi potuissent; tunc enim nomine fructuum veniunt distributiones quotidianæ, quamuis non præcederet protestatio, Pontanus *in tract. de spolio, lib.* 4. *num.* 21. *post principium, vers. ac pariter venirent.* Hæc autem condemnatio de fructibus qui percipi potuissent, in tribus casibus solet

fieri à Rota, primò contra ſpoliatorem violentum, etiam ſine armis, & poſſeſſorem, Ruta *deciſ.* 11. *de reſtitut. ſpoliat.* in antiquioribus, Biſigneti, & Rota *deciſ.* 552. *p.* 1. *diuerſ.* Secundò contra attentantem, Rota *deciſ.* 5. *de reſtitut. ſpoliat. in nouis.* Tertiò, quando minor, vel Eccleſia agit, Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 25. *gloſſ.* 1. *n.* 28. in quibus condemnatio facta de fructibus, qui percipi potuerunt, comprehendit diſtributiones, etiamſi non præcedat proteſtatio.

Secundò limitatur eadem aſſertio, quando, qui obtinet ſententiam apud acta, proteſtatur contra poſſeſſorem, quòd aut poſſidens reſideat, & interſit horis, & ſic ioterelTendo percipiat diſtributiones, aut poſſeſſionem dimittat: io quo euentu veniunt diſtributiones, proteſtatione hac præſuppoſita. Aliàs, non facta proteſtatione in condemnatione fructuum, non intelliguntur diſtributiones ex conſuetudine Rotæ, ſecundùm quam deciſum fuit in vna Oueten. prætenſorum fructuum coram Robuſterio 16. Iunij 1567. in qua ex defectu huius proteſtationis dictum fuit, non deberi diſtributiones quotidianas.

Requiritur tamen, vt fiat proteſtatio ipſi principali, nec ſufficit facta procuratori etiam ſpeciali, & debent duo exprimi in proteſtatione, primum, quòd erat paratus ire ad reſidendum, & inſuper ad inſeruiendum, & intereſſendum diuinis. Secundum, non ſufficit præuia proteſtatio ſimpliciter de fructibus, ſed nominatim de diſtributionibus, aliàs non conſequetur niſi tantùm fructus, quamuis proteſtatio fiat ſub hac forma, quòd debeat dimittere poſſeſſionem, cùm ipſe proteſtans intendat ire ad faciendam reſidentiam in Canonicatu; aliàs proteſtatur de fructibus, & emolumentis perceptis, & percipiendis, & qui percipi potuerunt, & de omnibus aliis, quæ de iure proteſtari poteſt. adhuc in condemnatione fructuum diſtributiones quotidianas non obtinebit, quia debuit proteſtari nominatim de diſtributionibus, vt fuit deciſum in vna Ilerden. fructuum coram D. Oradino 24. Ianuarij 1556. Lancellot. *ſuprà num.* 36. *& ſequent.*

Tertiò limitatur, quando beneficium conſiſtit in diſtributionibus duntaxat, tunc condemnatio verificabitur in diſtributionibus, quæ dantur reſidentibus, Caputaq. *deciſ.* 29. *n.* 4. *&* 3. vbi diſtinguit inter diſtributiones ioinutas, quæ debentur intereſſentibus ſingulis horis; & iſtæ non veniunt in fructuum condemnatione, niſi præuia proteſtatione facta de illis nominatim, & inter diſtributiones groſſas, quæ in fine menſis, vel anni pro reſidentia ſoluuntur in omnibus fermè tam Luſitaniæ, quàm Hiſpaniæ Eccleſiis Cathedralibus, aut Collegiatis, & hæ diſtributiones groſſæ debentur, quia magis inclinant ad fructus, quàm ad veras diſtributiones quotidianas, quæ non debentur, niſi proteſtentur, Puteus *deciſ.* 375. *n.* 6. *& ſequent. lib.* 2. Caputaq. *d. deciſ.* 29. *num.* 5.

Quartò limitatur, quando intruſus impediuit executionem litterarum de capienda poſſeſſione in fauorem prouiſi Apoſtolici, faciendo auferri ipſas litteras per Iudices laicos, vel aliàs, quia tunc etiam tenebitur ad diſtributiones quotidianas, quamuis nulla fiat proteſtatio, vt fuit deciſum in vna Placentina fructuum 5. Maij 1584. &tam Orano, vbi additum fuit, quòd eo ipſo, quòd conſtabat de dicta ſubtractione litterarum, non erat opus alia probatione, vt præſumatur fuiſſe ſubtractas ad inſtantiam intruſi. Præſumitur namque delictum fuiſſe patratum ab eo, qui ex illo commodum reportat, vel ex eius mandato. Alber. *in l.* 2. §. *ſiquis ita in ſuo*, per textum ibi, *Nequid in loco publico.* Id ipſum voluit Cicer. *lib.* 2. *de finibus bonorum, & malorum, pag.* 8. *ad finem*, his verbis: *Apud homines prudentiſſimos agitur, qui intelligunt neminem, vel minimum quidem maleficium ſine cauſa admittere*, ſequitur Menoch. *de recuperanda remed.* 1. *num.* 56.

Quintò denique limitatur, quando intruſus percepit diſtributiones, quia interfuit diuinis Officiis. Tunc enim quamuis nulla fuerit facta proteſtatio, veniunt diſtributiones in condemnatione fructuum, ex his quæ tradit Puteus *in deciſ.* 3. *de fructibus*, Rota Romana *part.* 1. *diuerſ. deciſ.* 618. vbi Domini ſic concluſerunt.

14 Nona aſſertio, iniuſtè ſuſpenſus iuſtè percipit diſtributiones, ſiue ſuſpendatur ab officio, ſiue à beneficio, ſiue etiam ab omnibus fructibus: ratio, quia vbi non eſt culpa, non debet eſſe pœna, Nauarrus *tom.* 1. *conſ.* 11. *de clericis non reſidentibus*, Monet. *de diſtribut.* 2. *p. q.* 15. *num.* 42. Garcia *de benefic. part.* 7. *cap.* 13. *num.* 118. Bonacina *de ſuſpenſione, diſp.* 3. *de cenſuris, q.* 6. *punct.* 2. *n.* 10. *vſque ad* 18. quod procedit non ſolùm in foro conſcientiæ, ſed etiam in foro externo, vbi conſtiterit de iniuſtitia ſuſpenſionis.

Idem dicendum eſt de iniuſtè, ſeu inualidè excommunicato, qui ſolebat intereſſe diuinis Officiis ante excommunicationem: is enim non priuatur diſtributionibus, ſed eas conſequitur, vbi primum de nullitate, ſeu iniuſtitia excommunicationis planum fuerit; quia res, quæ culpa caret, in damnum vocari non debet, *cap.* 2. & *ibi* gloſſa, *de conſtit.* & pœna præſupponit culpam, D. Thomas 2. 2. *q.* 108. *art.* 4. *in ſolu.* Sotus *de iuſtitia, lib.* 1. *q.* 6. *art.* 5. *col.* 2. *verſ. profectò, & veruntamen*, Surdus *deciſ.* 277. *num.* 19. Gutierrez *canon. lib.* 2. *cap.* 30. *n.* 12. *cum ſequent.* Vnde deficiente culpa, deficit pœna, *l. ſi putator, ff. ad legem Aquil. cap. ſine culpa, de regulis iuris in* 6. Ioſeph Aldret. *de religioſa diſciplina tuenda, lib.* 2. *cap.* 10. Cùm ergo excommunicatus inualidè, & iniuſtè nequeat priuari iure ſuo, quod habet ad fructus, & diſtributiones, licitè poteſt vtrumque retinere, quia nemo priuatur iure ſuo ſine culpa, Sanchez *de matrimonio lib.* 9. *diſp.* 32. *n.* 6.

Limitatur tamen, vt huc non habeat locum, quando iniuſtè excommunicatus eſt in mora petendæ abſolutionis, ſeu, qui ſe abſoluendum non curat. Nam tunc fructus eo tempore perceptos non recuperabit; eo quia ſua culpa iacet in excommunicatione. Sed hæc limitatio non placet, quia excommunicatio iniuſta non habet effectum priuationis fructuum ex ſe: ergo non habebit illum, quamuis excommunicatus ſit in mora petendæ abſolutionis. Nihilominus quandiu non conſtat de iniuſtitia, & nullitate cenſuræ, non conſequetur fructus, nec diſtributiones, ſed deponentur apud aliquem, à quo repeti debent ab iniuſtè excommunicato, quòd ſi non deponantur, ſed tradantur Canonicis, illiſque applicentur, ab eiſdem repeti poſſunt, tum quia ipſis fuerunt fructus, & diſtributiones reuocabiliter applicata, Gutierrez *lib.* 1. *canon. cap.* 1. *num.* 136. Garcia *ſuprà d. cap.* 13. *num.* 120. & Moneta *de diſtribut. ſupra q.* 15. *num.* 32. *&* 44. contra Vgolin. *de cenſur. tabul.* 2. *cap.* 12. *n.* 4. Quinimò in defectu Canonicorum datur actio contra iudicem iniuſtè excommunicantem pro omnibus damnis ſequutis ex iniuſta excommunicatione, eo quia, qui cauſam damni dedit, damnum dediſſe

de dicte censetur, *cap. vltimo, de iniuriis*, ibi, *Qui occasionem damni dat*, Sutdus *decis.* 326. *num.* 23. & 24. Ferret. *in constitutionibus Cathalonia*, *glossa* 5. *n.* 287. & Thomas de Thomasset. *in floribus legum regula* 244. vbi ait hoc procedere, quando causam proquinquam dedit. Quare iudex bona fide procedens, & seruato iuris ordine censuram ferens, in foro animæ non tenetur restituere; idem de Canonicis bona fide distributiones applicatas consumentibus, si non fuerunt ditiores facti in re aliqua, iuxta regulam *possessoris bona fidei*, Sayt. *in clauis*, *lib.* 10. *cap.* 2. *num.* 10. vide August. Barbos. *in cap. pastoralis*, *de appellat. num.* 14. & 15.

Porrò iustè suspensi à beneficio, vel à diuinis Officiis priuantur distributionibus, Nauarrus *de clericis non residentibus cons.* 11. Vgolinus *de censuris tabul.* 4. *cap.* 6. §. 3. *num. vnico*, *in fine*, & alij apud Sanchez *de matrimonio*, *lib.* 3. *disp.* 51. *num.* 10. *vers. alia verò pars.* Nam suspensio à beneficio inducit priuationem omnium fructuum, emolumentorum, & redituum; qui ratione beneficij percipiuntur, vt etiam sunt distributiones quotidianæ, quæ dantur interessentibus choro, quæ sunt annexæ beneficio, Mar. Alter. *de suspensione disp.* 5. *c.* 3. *vers. respondendum est*, *fol.* 76. Sayt. *de censuris lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 11. eo quia suspensi à beneficio sunt suspensi ab omnibus fructibus competentibus beneficiatis ratione beneficij, quidquid Paulus Fusc. *lib.* 2. *de visit. cap.* 29. *num.* 10. opinetur distributiones quotidianas non comprehendi sub nomine beneficij, in quod Sayrus ipse inclinat. Nihilominus verius est suspensos priuatos fructibus, priuari etiam distributionibus quotidianis, cùm de more non admittantur suspensi ad chorum quandiu durat suspensio à beneficio, neque officiunt in Ecclesia, etiamsi distributiones non veniant sub nomine fructuum, vt dictum est suprà *num.* 9.

Secus dicendum est; vt iam dixi, de distributionibus, seu eleemosynis, quæ propter mortuaria, seu anniuersaria, seu funerales exequias conferuntur, Sayt. *suprà de num.* 11. Satis tamen probabile est, si canonicus iustè excommunicatus, vel iustè suspensus intersit horis Canonicis, lucrari distributiones, non obstante peccato, quod contrahit, vt volunt Nauarra *lib.* 2. *de restitut. cap.* 2. *in noua editione*, *part.* 2. *difficult* 5. *num.* 243. Henriquez *lib.* 13. *de excommunicatione*, *cap.* 3. *num.* 3. & *cap.* 14. *num.* 3. *fine*, & *cap.* 32. *num.* 3. *in commento litt. X.* Ex ea ratione, quia in tali administratione, quidquid sit de peccato, ministerij stipendium percipere potest, sicut possessor malæ fidei meretur mercedem laboris in vtilitatem rei impensi. Similiter in nostro casu.

Idem dicendum est de suspenso ab Officiis diuinis iustè, priuari scilicet distributionibus, sicut & fructibus: nam suspensus à diuinis Officiis non potest ex officio, & tanquam minister Ecclesiæ persoluere diuina Officia, & ex consequenti neque distributiones lucrari, cùm illæ dentur illis, qui persoluunt ex officio, & vti ministri Ecclesiæ diuinum Officium, Nauarrus *suprà*, & Moneta *de distribut.* 2. *p. q.* 15. *num.* 39. Macignus *cap.* 71. *n.* 81. Quin imò hæc suspensio à diuinis officiis efficit, vt nec possit suspensus ipsis diuinis Officiis interesse, aut ea audire, secundùm Hostiensem, quem refert Angel. & sequitur *in verb. suspensio.* 3. *num.* 3. *in fine*, Sylvester *eodem verb. num.* 5. quibus accedit Sayt. *d. lib.* 4. *de censur. cap.* 5. *num.* 26. vbi addit ita suspensum non fore irregularem, si solùm intersit Officiis diuinis, vt simplex laicus. Suprà dicta tamen de suspenso à diuinis procedunt, quando est toleratus ab Ecclesia: tunc enim officia ab eo persoluta habent valorem ex meritis Ecclesiæ, vt de excommunicato tradit Moneta *suprà n.* 22. & 51. dicens requiri sententiam, qua declaretur excommunicatus, vel interdictus.

Cæterùm priuatus beneficio non habet ius ad lucrandum distributiones, cùm careat principali, tollitur accessorium, non tamen ante sententiam criminis declaratoriam tenetur beneficium à se abdicare: ea tamen sequuta executio retrotrahitur ad diem commissi delicti, & consequenter priuatur beneficiarius fructibus, & distributionibus à die patrati criminis acceptis, perinde ac si ab eo die lata esset sententia, nisi fortè reus legitimè appellet à sententia declaratoria. quod procedit, quando pœna amissionis beneficij est ipso iure statuta, ita Couar. 4. *Decretal.* 2. *p. cap.* 6. §. 8. *n.* 8. Henriquez *lib.* 13. *de excommunicatione*, *cap.* 56. *num.* 2. *in fine*, & Molina *tom.* 1. *de Iustitia*, *disp.* 96. *pag.* 590. Sanchez *in præcepta Decalogi*, *lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 10.

Quando autem pœna priuationis beneficij non est ipso iure lata, sed infrenda, aut quando priuatio per iudicis sententiam imponitur, tunc reus à die sententiæ priuatur fructibus, & distributionibus, quæ ratione beneficij conferuntur, quia pœnalis lex non extenditur, nisi ad in iure expressa, *cap. is qui*, *de sentent. excommunic.* Couar. *lib.* 2. *variar. c.* 8. *num.* 4. etiamsi paritas rationis detur, non proinde extenditur ab vno casu ad alium, nec ab vno crimine ad aliud, neque ab vna persona ad aliam. Soarez *de legibus*, *lib.* 6. *cap.* 3. *n.* 5. & 9. Sayt. *in clauis*, *lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 9. contra Quarantam *verb. confessor*, *fol. mihi.* 199. Emanuelem Sà *verb. lex num.* 19. *vers. lex prohibens.* Ratio, quia *in cap. pœna*, *de pœnitentia*, *dist.* 1. habetur in pœnis benigniorem partem amplectendam esse, & *l. interpretatione*, *ff. de pœnis*, dicitur interpretatione legis pœnæ molliendæ potius, quàm asperandæ sunt, nec valet argumentum in lege pœnali à simili, seu à paritate, seu ab identitate rationis, aut à fortiori, aut à maiori ad minus, aut à contrario sensu. Sayt. *suprà d. num.* 9. vbi reddit rationem, cur valeat argumentum à simili, aut ab identitate rationis in legibus non pœnalibus, non autem in pœnalibus: quia leges non pœnales pendent ex ratione duntaxat, vt docet Baldus *in l. non dubium*, *C. de legibus*; lex autem pœnalis non omnino pendet à ratione, sed à voluntate legislatoris, quia quamuis non statuat pœnam sine ratione, nulla recta ratio cogit, vt tale, aut illud crimen hac, aut illa pœna puniatur, sed hoc ex voluntate legislatoris dependet, quæ est ratio ob quam eadem crimina in diuersis Regnis diuersa pœna plectantur.

Ex dictis infertur iniustè interdictum à diuinis Officiis, non priuari distributionibus, secus, si iustè interdictus sit, quia diuinis interesse non potest. Idem de interdicto ab ingressu Ecclesiæ, qui non potest diuina Officia audire in Ecclesia, nec Missæ interesse, Nauarrus *in manuali cap.* 27. *num.* 172. & Moneta 2. *par. de distributionibus q.* 15 *num.* 39. quod procedit contra interdictos vitandos, hoc est, denonciatos, vt diximus de suspenso, & excommunicato; interdictus tamen ab ingressu Ecclesiæ priuabitur distributionibus, quæ conferuntur interessentibus Missæ, vel illam audientibus, dummodo intersit sacro, vel illud audeat in Ecclesia consecrata, vel benedicta, & Episcopi authoritate extructa; non tamen si celebret, vel audeat Missam in Oratorio priuato, cui non competit nomen Ec-

clesiæ, Sayr. *de censuris, lib. 5. cap. 9. num. 15. & cap. 14. n. 35.* vbi dicitur non esse irregularem, si celebret in Oratorio, vel ibi audiat Missam, secus, si non ab ingressu Ecclesiæ, sed etiam à diuinis Officiis sit suspensus, *cap. cùm medicinalis §. final. de sentent. excommunic. lib. 6.* Paludanus *in 4. dist. 18. quæst. 8. artic. 3. princip. conclus.* 7. Syluester *verb. interdictum 6. quæst. 5.*

Infertur secundò Canonicos iustè interdictos à diuinis, vel ab ingressu Ecclesiæ priuari distributionibus, quod extenditur ad capitulum iustè interdictum. Quinimò tempore cessationis à diuinis etiam distributionibus carebunt, cùm nequeant diuina Officia exercere, nec illis interesse tempore cessationis particularis, aut etiam generalis, habetur *in cap. si Canonici §. sciturí, de officio ordinary in 6.* Couarr. *in cap. Alma 2. part. §. 4. num. 7.* Moneta *de distribut. 2. part. quæst. 16. num. 36.* & Sayr. *de censuris, lib. 5. cap. 19. num. 2.* vbi refert textum capitis *si Canonici*, per hæc verba, *Eum cuius culpa cessatio interdicta fuerit, teneri Canonicis, & clericis ad id quod eorum interest, ex eo quod omnino cessantes à celebratione diuinorum Officiorum distributiones quotidianas amiserint, aut sanè non acquisiuerint.* hæc ibi. Cùm ergo Canonici non amittant reditus, & fructus beneficij tempore cessationis, amittent distributiones, Sayr. *suprà*, & Henriquez *lib. 13. cap. 52. §. 1.*

Infertur tertiò irregulares propter irregularitatem contractam post beneficium consequutū, non amittere distributiones, cùm possint licitè interesse diuinis Officiis: secus si irregularitas contrahatur antequam beneficium obtineretur, iuxta sententiā eorum, qui tenent beneficij collationem irregulari factam esse irritam, quæ est sententia certa, Couarru. *in cap. Alma mater, part. 1. §. 7. sub num. 1.* dicens non posse irregularem retinere beneficium quæsitum post irregularitatem ante dispensationem obtentam, nec valere collationem factam irregulari, quamuis fuerit posita clausula illa, *absoluentes te à censuris, & quibuscunque excommunicationibus*, Nauarr. *cons. 66. num. 1. de sentent. excommunic.* quia Pontifex non videtur absoluere ab irregularitate, nisi exprimat, idem Nauarrus *in summa, cap. 27. num. 254.* Soarez tamen *tom. 5. disp. 40. sect. 2. n. 29. fol. 984.* ait esse probabile non esse irritam ipso iure collationem factam irregulari, sed debere irritari: oppositum tamen censet securius, & practicè probabilius, cùm sit communiter receptum *fol. 986.* cùm irregulari nequeat conferri beneficium validè, Abbas *in cap. vltimo, de excessibus Prælatorum*, Anchar. *cons. 48.* Rebuff. *q. vltim. vers. 4. de nominatione.* Quare non solùm irregularis priuabitur fructibus beneficij quæsiti post irregularitatem, sed etiam distributionibus, quia sublato antecedente, hoc est, titulo beneficij, tollitur consequens, hoc est, ius ad distributiones, quæ conferuntur titulo beneficij.

15. Quamuis enim distributiones non dicantur de corpore beneficij, sed censeantur esse diuersi generis, & diuersæ naturæ, neque faciant crescere præbendam, ex quo conferuntur propter operam personalem, prout vult Rota *decis. 8. num. 1. de præbendis, in nouis*, & Rot. *decis. 402 num. 4. part. 1. diuersor.* non potest tamen quis acquirere licitè distributiones, qui non fuerit legitimè consequutus beneficium. Cùm ergo irregularis sit inhabilis ad beneficium, & collatio illi facta sit nulla, *cap. cùm in cunctis §. vltim. de electione*, Flaminius post alios *de resignat. lib. 4. q. 3. ex num. 32.* benè sequitur non posse lucrari distributiones, quia inhabilis ad beneficium, est inhabilis ad distributiones, & ad pensiones, Nauarrus *cons. 34. de homicidio, num. 3.* & attestatur de stylo Curiæ Flamin. *num. 37.* Nec refert si dicatur distributiones potius acquiri ratione operarum impensarum, quàm ratione præbendæ, Rota *decis. 26. sub num. 1. ante medium vers. respondebatur, de præbendis in nouis*, Couarru. *in cap. cùm in officiis, num. 4. de testamentis*, & Rodoan. *in tractat. de spolio Ecclesia q. 10. num. 28.* quia etiamsi in distributionibus magis laboretur, & pleniùs acquirantur, quàm in fructibus, ita vt clerici verum dominium in distributionibus acquirant, & vti domini de illis liberè possunt testari. Nihilominus ea defectu tituli veri, quo caret irregularis, nullum dominium potest habere in distributionibus. 16.

Iuuat Congregatio Cardinalium, de qua meminit Gonzalez *ad regulam 8. § 7. proœmial num. 170.* per hæc verba: *Congregatio censuit distributiones quotidianas non comprehendi sub verbis Concilij Tridentin. sess. 24. cap. 12. de reformat. vers. prouisi etiam, quoniam dantur ratione ministery personalis, & propter operas suas, & illas percipiens facit suas.* Non obstante, quòd prouisi de beneficiis non faciant fructus suos donec personaliter, & non per procuratorem faciant professionem, & iuramentum fidei, quoniam est diuersa ratio de prouiso de beneficio, qui non consequitur fructus, donec professionem fidei faciat, quia is est verè beneficiatus, & admittitur cum cæteris ad chorum, ac propterea propter ministerium personale lucratur distributiones, & amittit fructus beneficij post duos menses priores, vt diximus *suprà*, non autem distributiones.

Nona assertio, Distributiones ad augendum, & obseruandum Officium diuinum, sunt inductæ. Patet ex Concilio Tridentino *sess. 21. cap. 3. in principio*, per hæc verba: *Cùm beneficia ad diuinum cultum, atque Ecclesiastica munia obeunda sint constituta, ne qua in parte minuatur diuinus cultus, sed ei debitum omnibus in rebus obsequium præstetur, statuit sancta Synodus.* Ratio, quia homines amore præmij facilius inuirantur ad difficultates subeundas, ita clerici affectu distributionum acquirendarum pertrahuntur ad interessendum diuinis Officiis, Decian. *tom. 2. cons. 69. num. 2.* post Panorm. *in cap. licet, de præbendis*, & Gutierr. *canon. lib. 2. cap. 15 num. 9.* Spin. *gloss. 9. n. 28 vers. secundò deducitur.* 17.

In quibus casibus, qui non intersunt diuinis Officiis, possint recipere distributiones?

§. II.

EPITOME.

1. *Distributiones quotidianas lucrantur examinatores Synodales pro tempore, quo absunt à choro causa examinis.*
2. *Absentes pro vtilitate Ecclesiæ, quando lucrentur distributiones?*
3. *Quæ requirantur, vt possit absens ab Ecclesia lucrari distributiones?*
4. *Inquisitores lucrantur distributiones, dum sunt arbitri fidei.*
5. *Auditores Rotæ Romanæ, collectores generales Cameræ Apostolicæ, & subcollectores lucrantur distributiones, dum absunt.*

A lio: ati,

6. *Aduocati, procuratores fiſcales, & notarij in cauſis ſpoliorum, & iurium Cameræ Apoſtolicæ durante eorum officio, acquirunt diſtributiones.*

7. *Epiſcopi nomine viſitantes limina Apoſtolorum, vel ipſum comitantes lucrantur diſtributiones.*

& quid de illis, qui ſunt in ſeruitio Epiſcopi, vel Papæ? ibid.

8. *Infirmi, qui perſonaliter nequeunt intereſſe diuinis Officiis, & medicinam ſumentes de conſilio Medici acquirunt diſtributiones.*

9. *Intereſſentes Concilio generali fruuntur diſtributionibus.*

10. *Pœnitentiarius, dum audit confeſſiones, acquirit diſtributiones.*

11. *Canonici aſſociantes Epiſcopum, vel qui ſunt in eius ſeruitio, an gaudeant diſtributionibus?*

12. *Canonicus, qui tempore diuinorum celebrat in propria Eccleſia, an gaudeat diſtributionibus?*

13. *Canonici Doctorales, an careant diſtributionibus reſpondentibus tempori abſentiæ?*

14. 15. *& 16. An ſtatuto, conſtitutione, vel conſuetudine induci poſſit, vt abſentibus diſtributiones conferantur?*

1. PRIMVS caſus. Examinatores beneficiorum electi à diœceſana Synodo gaudent diſtributionibus pro tempore, quo abſunt à choro cauſa examinis, ita Læl. Zech. *de Republica Eccleſiaſtica tit. de beneficiatis, num.* 13. Nihilominus oppoſitum credit eſſe verius Moneta *de diſtributionibus part. 2. quæſt. 11. num. 61.* quem ſequitur Barboſ. *in remiſſionib. ad Concil. Tridentin. ſeſſ. 24. cap. 12. num. 53. & allegatione 53. num. 61.* quia non abſunt in vtilitatem ſuæ Eccleſiæ, cui ſunt adſcripti, ſed Eccleſiæ ſuæ ciuitatis, ac diœceſis, vel Epiſcopi ſui; ideo illis non debentur diſtributiones, niſi fortè ex ſpeciali priuilegio, vel ex ſtatuto, aut ex conſuetudine legitimè præſcripta eas habeant: vt oſtenditur à Garcia *de beneficiis 3. part. cap. 2. numer. 354.* fuiſſe conceſſum D. Cardinali Carolo Borromæo à Summo Pontifice, incipit, *Sanctiſſimus Pater Noſter Cardinali Borromæo conceſſit,* & infrà, *Ratio habeatur quo ad diſtributiones, ac ſi eſſent in choro, cum conditionibus tamen, vt ſuprà, eandem gratiam fecit pro illis, qui occupati ſunt examine illorum, quibus conferendæ ſunt Parochiales, ſi quando propter dictam occupationem non poſſunt intereſſe horis veſperarum, ſeu completorij, dummodo fraus abſit.* ſic ibi. Atque ita præciſo priuilegio, vel ſtatuto, vel conſuetudine legitima examinatores Synodales non gaudent diſtributionibus, dum abſunt à choro cauſa examinis.

2. Secundus caſus. Clericis Eccleſiæ Cathedralis, ſeu collegiatæ, qui ſolebat intereſſe diuinis Officiis, lucratur diſtributiones, dum abeſt in vtilitatem ſuæ Eccleſiæ, præcipuè extante conſuetudine, quòd canonicus miſſus à Capitulo pro aliquo ſeruitio ipſius Eccleſiæ acquirat omnes fructus, & diſtributiones quotidianas, ita Læl. Zech. *de Republica Eccleſiaſtica, cap. 24. num. 6. verſ. quando,* Nauarrus *conſ. 10. à n. 4. de cler. non reſiden.* & ſic deciſum referunt Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ, lib. 2. tit. 23. de reſidentia, rub. an Canonici, vel alij habentes dignitatem teneantur reſidere in ſuis Eccleſiis, num. 73. & 95.* & Seraph. *deciſ. Rotæ* 1239. & bis fuiſſe in Rota reſolutum, aſſerit Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſ. deciſ. 498. in 1. edit. & reſol. 389. n. 2. in 2. edit.*

Dictum eſt in vtilitatem ſuæ Eccleſiæ, non autem alterius Eccleſiæ, aut etiam ſuæ ciuitatis, vel vniuerſitatis, dummodo vtilitas euidens ſit, Moneta *part. 2. de diſtribut. q. 11. num. 32. & ſequent.* niſi qui proſequitur vtilitatem Eccleſiæ ad id habeat congruum ſtipendium. Idem dicendum eſt de illo, qui remota omni fraude defendit iura Eccleſiæ ſuæ propriæ, cui adſcriptus eſt: is namque poteſt percipere quotidianas deſtributiones, Couar. *lib. 3. variar. cap. 13. num. 8. verſ. decimo,* Moneta *de diſtribut. quotid. part. 2. q. 11. num. 40.* cenſetur enim eſſe præſens, per textum *in cap. ex parte el 2. de clericis non reſidentibus,* & fuit dictum *in vna Salamantina cenſurarum 28. Nouembris* 1594. coram Illuſtriſſimo Cardinali Seraphino, quæ eſt *deciſ.* 1098. *n. 5. part.* 2. in impreſſis, *& in Aſten. fructuum 15. Maij* 1613. coram Illuſtriſſimo Manſauedo, & in Calagoritana fructuum, & diſtributionum 26. Martij 1514. coram D. Vbaldo. Similiter abſens, qui eſt excommunicatus pro defenſione Eccleſiæ, & iurium ipſius, lucratur diſtributiones, & fructus beneficij, ſi fuit iniuſtè excommunicatus, quòd ſi excommunicatio eſt iuſta, gaudebit omnibus, donec conuincatur, Gutier. *Canon. lib. 1. cap. 1. num. 142.* quia pro vtilitate, & defenſione iuris ſuæ Eccleſiæ id patitur, putans iuſtam cauſam habere. Et à fortiori idem credit *num. 150.* de prouiſoribus, & Vicariis generalibus deputatis à Capitulo Sede vacante, quando excommunicantur propter cauſam ſuæ Eccleſiæ, cuius eſt iuriſdictio, quam exercent.

Quæ reſolutio extenditur ad quemcunque excommunicatum iniuſtè, qui præſens erat in loco beneficij ſui, quando fuit excommunicatus, & ſolebat intereſſe, vt diximus §. *præcedenti, num. 14.* Couarr. *lib. 3. variar. cap. 13. num. 8. verſ. cæterum,* Petrus Nauarra *lib. 2. de reſtitut. cap. 2. num. 238.* Perez *l. 1. verſ. aduertendum tamen eſt, pag. 175. tit. 5. lib. 8. ordin.* & Surd. *de alimen tit. 1. q. 82. num. 15. verſ. aliàs ſecus,* dum tamen per excommunicatum non ſtetiſſet, quominus abſolutionem conſequutus eſſet, Gutierrez *ſuprà n. 137.*

Quæri poteſt, quæ requirantur vt poſſit abſens à ſeruitio ſuæ Eccleſiæ lucrari diſtributiones? Reſpondeo duo copulatiuè requiri, videlicet iuſtam cauſam abſentiæ, & licentiam Ordinarij, gloſſ. *in verb. ſuorum Prælatorum in cap. relatum,* vbi Abbas *notab. 4. de cleric. non reſiden.* & tenuit Rota *in vna Lecien fructuum 21. Aprilis* 1603. coram Illuſtriſſimo Pamphilio, & in vna Calagurritana fructuum, & diſtributionum 26. Maij 1614. coram D. Vbaldo. 3.

Conſtat ergo licentiam, quam Concilium Tridentinum exigit *ſeſſ. 23. cap. 1.* ad ſe abſentandum in beneficiariis curam habentibus animarum, peti, & obtineri debere in ſcriptis, prout volunt Nauarrus *de cleric. non reſiden. conſ. 13. num. 6.* Caldas Pereira *de reſol. emphyt. cap. 11. num. 14.* Menoch. *conſ. 188. num. 7. & 8.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. de reſidentia, vel abſentia Parochorum, num. 164.*

Sed quia Concilium ſuprà ſic ait, *Diſcedendi autem licentiam in ſcriptis, gratiſque concedendam vltra bimeſtre tempus, niſi ex graui cauſa non obtineant;* quæritur an poſſint curam animarum habentes per tempus bimeſtre ſine licentia Epiſcopi abeſſe? Affirmat Nauarrus *in manuali, cap. 25. num. 121.* Franciſc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. part. 3. cap. 1. num. 19. & 21.* Probatur, quia id iure antiquo permittebatur, vt colligi videtur ex *cap. præſentiam 7. quæſt. 1.* quod correctum non eſt. Item, quia Epiſcopis concedit Concilium abeſſe per duos, vel tres menſes;

menſes: ergo etiam Parochis, qui minori legis vinculo tenentor. Denique, quia Concilium in hac parte ait ſeruandum eſſe in Parochis, quod in Epiſcopis. Quare cùm Concilium dicat licentiam vltra bimeſtre tempus ex graui cauſa eſſe concedendam, ſequitor non eſſe neceſſariam licentiam ad duos menſes rantùm, quàm opinionem vti probabiliorem tenet Azor *2.part.inſtit.moral.lib.7.cap.4.quæſit* 10. quoniam abſentia ad duos menſes modicum tempus iudicauit, & quod modicum eſt, leges pro nihilo reputant.

Verior tamen opinio eſt, quæ docet etiam pto his duobus menſibus licentiam Epiſcopi eſſe neceſſariam, Vgolin. *de officio Epiſcopi, cap.*15. §.5.*n.*2. Leſſius *de iuſtitia, lib.*2.*cap.*24.*dub.*29.*num.*159. Poſſeuin. *de officio Curati, cap.*1.*num.*21. & cenſuit ſacra Congregatio apud Garciam *de benefic. part.*3.*c.*2.*num.* 23. his verbis. Declarauit ſacra Congregatio Concilij, vt in ſequentibus declarat primò vltra bimeſtre tempus, imò nec per bimeſtre tempus poſſunt abeſſe Parochi ſine licentia Epiſcopi, & valet conſtitutio Epiſcopi, ne Parochi poſſint abeſſe vltra duos dies ſine licentia, ſequitur Armendar. *in addit. ſupra, lib.*2.§.2. *de reſiden. vel abſen. Parochorum n.*155. ſed de hoc dubio ſuprà *diſp.* 23. §.5. *num.* 20.

4. Quartus caſus. Inquiſitores contra hæreticam prauitatem in ſuis Præbendis, & dignitatibos habentur pro præſentibus, & reſidentibus, lucranturque non ſolùm fructus, ſed etiam diſtributiones ex priuilegio in fauorem fidei conceſſo à Paulo III. & Pio Quinto, vt auctor eſt Rojas *de priuilegiis Inquiſitorum, n.*420 *& in tract. de hæreticis ſingul.*69. Non tamen gaudent hoc priuilegio, ſi habeant beneficia curata, prout deciſum fuiſſe teſtatur Gonzalez *ad regulam* 8.*gloſſ.*6.*num.*265. *& gloſſ.*43.*num.*164. Aloyſ. Ricc. *reſolut.*393. *in praxi fori Eccl. num.*4 *in* 2.*edit.* contra Spin. *in ſpeculo teſtamen. gloſſ.* 3.*princip. num.* 38. extendentem hoc ad beneficia curata; ſed fallitur, vt bene tradit Ceuall. *communium contra commun. quæſt.*585. *n.*12. quem teferens ſequitur Barboſ. *alleg.*53.*n.*87. *& n.*156. & diximus *ſupra diſp.*23.§.10.*num.*11.

Non poſſunt tamen Inquiſitores lucrari anniuerſaria; & mortuaria, niſi expreſsè concedantur, quia quamuis aliquando anniuerſaria, & mortuaria vocentut diſtributiones, differunt tamen à diſtributionibus quotidianis in ſignificatione propria acceptis, eo quòd anniuerſaria, ſeu mortuaria non quotidie diſtribuuntur, ſed ſunt inſtar cuiuſdam ſtipendij, aut eleemoſynæ, quæ conferuntur intereſſentibus huiuſmodi anniuerſariis, ſeu mortuariis: item, quia priuilegium datum alicui, vt abſens lucretur diſtributiones ſtrictè eſt interpretandum, ſeruata verborum proprietate, cùm aduerſetur iuri communi, quo cauetur abſentibus diſtributiones non conferri: tum, quia priuilegium nihil eſt aliud, quàm diſpenſatio, quæ ſtrictam poſtulat explicationem, *cap. de filiis presbyterorum in* 6. Moneta 2.*part. quæſt.*14.*num.*22.*ſub finem*: tum denique, quia huiuſmodi funerales portiones ex mente fundatorum debent ſolùm conferri intereſſentibus, & actualiter inſeruientibus, & ex conſequenti neque infirmis, neque in carcere detentis concedi poſſunt, ita Bonacin. *de diſtributionibus, diſp.*2. *quæſt.*5.*punct.*2. §.1. *num.*5. *verſ. ego verò, & punct.*4.*ex num.*4.*vſque ad num.*6. vbi concludit non gaudere mortuariis, ſeu anniuerſariis, qui abſunt etiamſi diſtributionibus frui poſſint: ſed contrarium tenet Quaranta *verb. diſtributiones, verſ. ampliatur ſecundò*, Lapos, quem ſequitur Cardinal. Tuſchus *tom.*2.*litera D. concl.*511.*num.*2. vbi agunt de funeralibus dicentes illos, qui habent priuilegium lucrandi quotidianas diſtributiones tempore abſentiæ, aut qui non intereſſunt propter infirmitatem, vel ob euidentem Eccleſiæ vtilitatem, gaudere mortuariis, ſeu anniuerſariis, quorum ſententia videtur probabilis, niſi obſtet conſuetudo contraria legitimè præſcripta.

Quintus caſus comprehendit Auditores Rotæ Romanæ, & collectores generales Cameræ Apoſtolicæ dum abſunt, qui non ſolùm fructus, ſed etiam diſtributiones in abſentia conſequuntur. 5.
Patet ex Bulla Clementis VII. incipit, *Conuenit*, vbi de Auditoribus Rotæ, prout tradit Lælius Zech. *in Republica Eccleſiaſtica part.*11.*num.*2. Quoad Collectores, & Subcollectores conſtat lucrari diſtributiones quotidianas in abſentia durante eorum officio ex Bulla Sixti quinti data Romæ in monte Quirinali ſub annulo Piſcatoris die octaua Maij 6.
1590. ſui Pontificatus anno ſexto, Moneta 2.*part. quæſt.* 11. *num.* 111. in qua etiam Bulla extenditur hoc priuilegium ad Aduocatos, Procuratores, fiſcales, & Notarios, in cauſis ſpoliorum, & iurium prædictæ Cameræ. Barboſ. *alleg.*53.*num.*157.

Septimus caſus, Canonici miſſi ab Epiſcopis ad viſitanda limina Apoſtolorum eorum nomine, vel comitantes eoſdem Epiſcopos ad eadem limina, gaudent diſtributionibus quotidianis in abſentia ex Bulla etiam Sixti quinti, prout deciſum eſt in ſequentibus declarationibus ſacræ Congregationis Concilij, quarum prima ſic habet: Canonici miſſi ab ipſorum Epiſcopis ad limina Apoſtolorum eorum nomine, vel comitantes ipſos Epiſcopos ad eadem limina, diſtributiones lucrantur, ex decreto S. D. N. Sixti V. Secunda Illuſtriſſimo Card. Hiſpalen. Garcias de Sotomayor iſtius Eccleſiæ Canonicus, amplitudiniſque tuæ Illuſtriſſimæ, Ad viſitanda Sanctorum Apoſtolorum limina procurator, dum huiuſmodi viſitationis cauſa abfuerit, debet percipere diſtributiones quotidianas. Ita cenſuit S. Congregatio Cardinalium Concil. Trident. interpretando præpoſitorum, cuius Congregationis ſententiam voluit notam eſſe, vt eam obſeruari curet Romæ die 21. Aprilis 1589. à Cardinali Carrafa. Quarum meminit Riccius *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.*498.*in* 1. *edit. & reſolut.* 389. *num.*3.*in* 2.*edit.* Garcia *part.*3.*cap.*2.*num* 349. Franciſcus Leo *in theſauro fori Eccleſ. part.*3. *cap.*2. *num.*23. Armendar. *in addit. ſuprà lib.*23.*l.*2.§.2.*de reſid. num.*62. 7.

Amplia hoc priuilegiom non ſolùm ad Canonicos, ſed etiam ad alios præbendaros, quamuis non ſint de Capitulo, miſſos à ſuis Epiſcopis, aut eos comitantes ad limina Apoſtolorum; non tamen procedit in Canonicis, ſeu præbendatis, qui mittontur ab Epiſcopis aliarum Eccleſiarum, aut eos comitantur ad limina Apoſtolorum; eſto ſint ratione originis, ſeu aliorum beneficiorum, ſui Epiſcopi: tunc enim non gaudebunt hoc priuilegio, cùm non ſint iuſtè abſentes cauſa ſuorum Epiſcoporum, Garcia *ſuprà num.*350. vbi addit non poſſe Epiſcopum mittere ad viſitanda limina duos ſimul Canonicos, ſeu præbendatos, quia ad hoc ſufficit vnus tantùm: ſecus ſi Epiſcopus eat ad viſitanda limina; tunc enim, ſi duos præbendatos ſecum deferat, qui eum comitentur; gaudebunt diſtributionibus, quod ſi deferat tres, nullus gaudebit, cùm non ſit maior ratio de vno, quàm de alio.

Non

Non tamen ex dictis infertur Canonicum Vicarium Episcopi posse in absentia percipere distributiones quotidianas; quia quamuis excusetur à residentia,& possit percipere fructus, ex quo est in seruitio Episcopi,non lucratur distributiones, nisi sit consuetudo in contrarium,Rebuff. *in praxi tit. de Vicariis Episcoporum, num.* 5. & alij, quos referens sequitur Garcia *suprà n.* 357. probatur argumento eorum,qui sunt in seruitio Papæ, quibus dum absunt,non denegantur fructus sui beneficij,*cap. cùm dilectus, de præbendis in* 6. distributiones tamen præciso priuilegio non debentur. Ratio, quia hi non dicuntur abesse in vtilitatem propriæ Ecclesiæ,neque vllo iure illis distributiones conceduntur,Panormitanus *in cap. cùm dilectus, citato*, Hoieda 1. *part. quæst.* 17. *num.* 5. Marignus *cap.* 71. *num.* 124. Moneta 2 *part. quæst.* 9. *num.* 13. & Garcia *d. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 385. vbi concludit sicut familiares Episcopi, ita etiam familiares Papæ non percipere distributiones quotidianas.

Porrò expendenda est ratio Panini *de offic. & potest. cap. Sede vacante*, q. 10. *part* 2. *num.* 5. dicentis Canonicum, qui est Vicarius Capituli Sede vacante non solùm percipere in absentia fructus,sed etiam distributiones quotidianas; sed ratio est in promptu, quia Vicarius Capituli censetur esse in seruitio Ecclesiæ, & in vtilitate totius corporis, quæ apparet, ex quo deputatur vnus, vt exerceat iurisdictionem, & non occupetur totum Capitulum Sede vacante, quæ ratio cessat in Canonico Vicario Episcopi,Rota *decis.* 222. *num.* 6. 2. *p. diuersorum.* Accedit, quòd absens pro seruitio, & euidenti vtilitate Ecclesiæ de iure,etiam præcisa consuetudine,lucratur fructus,*cap. ex parte* 2. *de clericis non residentibus*, per textum *ibi*: Ex hoc censeri debeas residens. Et distributiones etiam quotidianas, si est præsens in loco,vbi est Ecclesia,*cap. vnico, de clericis non residentibus in* 6. & *ibi* Dominicus §. *qui verò, num.* 10. Quare Vicarius Capituli Sede vacante, cùm sit in seruitio Ecclesiæ, gaudebit distributionibus in absentia: Vicarius autem Episcopi,cùm sit in seruitio illius, minimè.

8. Octauus casus. Infirmi, qui personaliter nequeunt diuinis Officiis interesse, vel qui de consilio Medici medicinalibus vtuntur potionibus, in absentia lucrantur distributiones,modò dum bene valebant, interesse consueuerant, *cap.* 1. *de cleric. non resid. in* 6. Couarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 13. *num.* 8. Fusc. *de visitat. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 25. *vers. & infirmo, & cap.* 20. *num.* 26. Gutier. *Canon. lib.* 1. *num.* 14. Moneta *de distribut. part.* 2. *q.* 6. *num.* 7. & Spin. *in speculo testam. gloss.* 9 *princip. num.* 30. Requiri tamen quòd infirmi soliti essent residere,& interesse diuinis Officiis, dum bene valebant, tunc enim absentia habetur pro præsentia,Spin. *suprà* Nauarr. *de horis, cap.* 11. *à num.* 9. Henriq. *in summa, lib.* 13. *cap.* 13. *n.* 4. *in fine, in commento littera Y.* Caldas Pereira *de renouat. emphyt. quæst.* 5. *num.* 23. *vers. vnde, si Canonicus*, & Bonacin. *de censuris disp.* 1. *quæst.* 2. *punct.* 4. *num.* 5. *in fine, & de distributionibus, disp.* 2. *q.* 5. *punct.* 1. *n.* 10. *vers. secundò infirmum*, vbi *n.* 11. addit infirmum solitum non interesse diuinis Officiis, posse percipere distributiones pro tempore infirmitatis mutata efficaciter voluntate paulo ante infirmitatem; vel in ipsa infirmitate, vt deinceps sine dubio nunquam aberit, tunc enim dicetur abesse propter infirmitatem, cùm per infirmitatem tanquam propter causam stet, ne intersit choro; sed nō placet in foro externo,& contra ipsum stat præsumptio,& consuetudo nū interessendi personaliter diuinis Officiis.

Nec propterea amittet distributiones, si culpa propria in morbum incidat, prout notat Gutierr. *Canon. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 138. Fusc. *lib.* 1. *de visit. c.* 20. *num.* 26. Azor *lib.* 7. *cap.* 7. *quæst.* 11. vbi idem ait de vulnerato ex culpa propria, Bonacin. *d. punct.* 1. *num.* 7. *vers. dixi in propositione*, ita sacram Congregationem Cardinalium declarasse refert Garcia 3. *part. cap.* 2. *num.* 362. ibi, *senio confectis, si alias residere soliti sunt, distributiones debentur: ac etiam infirmis ex propria culpa, & peccato cum præcedenti occasione; nimius enim esset rigor, nec superior huiusmodi inquisitionem facere debet, addendo afflictionem afflictis.* Idem tenet Nauarrus *cons.* 13. *de celebrat. Missar.* Naldus *verb. distributiones, num.* 11. quamquam Moneta *d. quæst.* 6. *num.* 12. aliter sentire videatur contra illum, qui consultò,& dedita opera morbum contraxit eo fine, ne personaliter interesset, sed fallitur, quia ius non considerat animum, & intentionem, sed opus ipsum morbi, & infirmus fictione iuris tempore infirmitatis censetur choro interesse, & interessenti distributiones quotidianæ debentur, Bonac. *suprà n.* 8.

Hoc etiam procedit non solùm in infirmo, qui est præsens in loco, vbi est Ecclesia, vel quando est extra illam absens ex legitima causa, & ibi ægrotat, Gutierr. *d. cap.* 1. *num.* 139. & Moneta *d. quæst.* 6. *à num.* 19. quod extenditur ad infirmos, qui ob tuendam valetudinem de consilio Medicorum medicinam sumunt, Graff. *decis. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 15. *num* 10. Moneta 2. *part. quæst.* 6. *num.* 8. *vbi num.* 10. id ampliat ad infirmos, aliò se conferentes acquirendæ sanitatis causa, nimirum ad balnea, vel ad celebertimum aliquem medicum, vel etiam, vt cæli sibi nocentis intemperiem deuitent, & ad salubrem aëris faciem,& clementiam ad tempus confugiant, Barbos. *in remissionibus, ad Concilium sess.* 24. *cap.* 12. *num.* 42.

Eodem modo lucrabuntur distributiones quotidianas, qui non intersunt propter podagram, aut similem morbum impedientem pedibus subsistere, vel ad Ecclesiam accedere, quia censetur abesse ex causa infirmitatis. Bonacina *disp.* 1. *quæst.* 6. *punct.* 2. *illat.* 4. *post secundam propositionem, num.* 12. *& disp.* 2. *q.* 5. *punct.* 1. *num.* 13. Similiter senes non residentes propter nimiam senectutem excusantur à seruitio personali, non tamen amittunt distributiones, ita Hoieda *de incompatib. part.* 1. *cap.* 17. *n.* 12. decisum refert Franciscus Leo *in thesauro fori Eccles. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 27. Moneta *part.* 2. *q.* 7. Menoch. *de arbitrar. casu* 60. *num.* 10. Aloys. Ricc. *d. resolutione* 389. *num.* 7. Barbos. *d. cap.* 12. *in remiss. num.* 43. Bonacin. *d. disp.* 2. *q.* 5. *punct.* 2. *num.* 6.

Nonus casus. Concilio generali interessentes lucrantur distributiones quotidianas, Rebuff. *in praxi part.* 3. *tit. de dispensatione de non resid. n.* 34. Salzed. *ad Bernard. in pract. cap.* 52. *littera C. vers. quartus casus.* Idem dicendum est de Canonico Theologo, vel Canonista, qui tanquam procurator mittitur à suo Capitulo ad Concilium Prouinciale, posse scilicet percipere distributiones quotidianas pro tempore absentiæ, modò consueuerit aliàs interesse, vt post Decianum *tom.* 2 *consil.* 69. *n.* 9. vult Moneta *de distrib.* 2. *p. q.* 11. *n.* 91. Bonac. *disp.* 2. *q.* 5. *punct.* 3. *n.* 13.

Decimus casus. Pœnitentiarius, dum audit confessiones, censetur esse præsens in choro,& gaudet distributionibus, Concil. Trident. *sess.* 22. *de reformat. cap.* 8. Aloys. Ricc. *d. resolutione* 389. *num.* 5. quod intellige, dum audit confessiones in Ecclesia, siue in Confessionario, siue extrà; nec non lucratur

cratur etiam eleemosynas ipsas, quæ distribuuntur inter Canonicos pro associandis, & sepeliendis defunctis, Moneta *de distribut part. 2. q. 11. num. 64. cum sequentibus.* Salazar de Mendoça *in libello de institutione Canonicatus pœnitentiariæ* §. 6. Campanil. *in diuersorio iuris Canonici rubr* 7. *cap.* 6. *num.* 17. secus si in Confessionario sedeat, & non audiat confessiones, vel si faciat sacrum, aut si priuatim recitet etiam, vt opportunius confessiones excipiat, non propterea censebitur esse præsens in choro, quibus accedit Garcia *part.* 5. *cap.* 4. *num.* 124. & *num.* 125. vbi refert declarationes sacræ Congregationis, quæ sic habent. *Cùm pœnitentiarius audit confessiones, vel casuum reseruatorum, vel venialium peccatorum præsens esse in choro censetur. Item præsens in choro non censetur, dum Missam celebrat, aut priuatim officium dicit, vt opportunius auditioni confessionum incumbat. Item pœnitentiarius habendus est pro præsenti in choro, dum audit confessiones in Ecclesia, siue in confessionario, siue extra, non autem pro tempore, quo residet in confessionario, nec audit confessiones aliis in choro diuina celebrantibus, nec recitans officium priuatim, quia antequam recitarentur horæ Canonicæ in choro, audiuit confessiones, nec si dixerit Missam, est censendus præsens in choro.* Hæc Congregatio.

Similiter Pœnitentiarius non habetur pro præsente in choro, si extra Ecclesiam excipiat confessiones etiam infirmorum, ita Barbosa *allegat.* 55. *num.* 51. post Garciam *d. p.* 5. *cap.* 4. *n.* 125 *in fine*, de quo valde dubito. Non tamen de Pœnitentiario, nec de quocunque alio Canonico, qui tempore diuinorum Officiorum abest, vt suorum peccatorum faciat confessionem: is enim abest non in euidentem Ecclesiæ suæ vtilitatem, sed in cõmodum suæ conscientiæ: & ideo non lucratur distributiones.

11. Vndecimus casus inuoluit difficultatem, an associantes Episcopum, vel in eius seruitio insistentes lucrentur distributiones. Pars negans ex dictis *num.* 7. patet, eo quia secluso priuilegio absentes ob seruitium Papæ illis non gaudent; ergo nec Canonici, qui in seruitio Episcopi existunt, & illum comitantur, dum diœcesim visitat, quia non dicuntur abesse in euidens Ecclesiæ suæ commodum, Garc. *part.* 3. *cap.* 2. *num.* 347. & deducitur *ex cap. de cætero, & ex cap. ad aud entiam, de cleric. non resid.* vbi habentur absentes in seruitio Episcopi fructus præbendarum suarum, non autem distributiones posse percipere, Mendez de Cabed. *diuersor. iur. argumen. lib.* 1. *cap.* 18. *ex n.* 19. Moneta *supra part.* 2. *quæst.* 8. Secus si Canonicus cum Episcopo tempore diuinorum Officiorum absit in vtilitatem propriæ Ecclesiæ: tunc debentur distributiones, Bonacin. *hoc titulo disp.* 2. *q.* 5. *punct.* 3. §. 2. *num.* 1. Nam aliud est seruire Episcopo, & aliud seruire Ecclesiæ Neque ex quo seruitur Episcopo, censetur inseruire Ecclesiæ.

Quòd si existentes in seruitio Episcopi nullos habeant reditus propter quotidianas distributiones, probabile satis est gaudere duabus partibus distributionum, & tertiam accrescere præsentibus in choro, Garcia 3. *part. cap.* 2. *num.* 112. & 115. & *num.* 351. Riccius *decis.* 499. *num.* 4. & *decis.* 502. §. *notabilia, num.* 4. Moneta 2. *p. q.* 8. *num.* 15. & Gonz. §. 7. *proœmial. num.* 183. Bonacina *supra d.* § 2. *num.* 3. vbi addit oppositum non sine magna probabilitate sustineri posse, quia distributiones in locum fructuum succedunt. Confert glossa *in cap licèt, de præbendis, versic. distributiones*, quam ibi sequitur Abbas *n.* 8. ex qua consistente præbenda solùm in distributionibus quotidianis, eas omnes lucratur absens ratione studij, quod etiam constat ex declaratione sacræ Congregationis Concilij, cuius meminit Garcia *p.* 3. *c.* 1. *n.* 113. his verbis: *Illi qui licentia legitimè obtenta studiorum causa absunt, distributiones omnes quotidianas percipere debent, exceptis incertis, & quotidianis prouentibus, qui tantùm inter eos diuidi solent quotidie, qui sacris intersunt.* Quam declarationem sic intelligendo affert Zechus *de Republica Ecclesiastica, cap.* 24. *de Canonicis, num.* 6. *vers.* 2. ex quibus infertur vtranque partem esse probabilem.

Est etiam alia declaratio eiusdem Sacræ Congregationis, quæ idem probat in hunc modum: *Canonicatum, & Parochialem habens, & residens in Parochiali ex præscripto Bullæ Pij Quinti distributiones quotidianas integras lucratur, si Canonicatus consistit solùm in distributionibus non habens Præbendam*, & ita Sanct. D. Noster ex congregationis sententia decreuit, quod procedit, si vtrique seruire nequit, nam si ambobus commodè seruire posset, lucraretur solum iuxta seruitium, quod præstaret.

Posse tamen Episcopum aliquos canonicos in sui seruitiu habere, qui fructus interim percipiant, constat ex *c. de cætero, de clericis non residentibus*, per textum *ibi*, donec in seruitio tuo fuerint, vbi generaliter loquitur; censentur enim residentes fictione iuris: ideo non debent priuari fructibus, Garcia *d. c.* 2. *n.* 382. Moneta *de distribut.* 2. *p. q.* 8. *n.* 6. Quod extende ad Canonicos Ecclesiæ, in qua est statutum iuratum, & à Summo Pontifice approbatum, vt Canonici absentes fructibus priuentur: non enim priuari debent fructibus ex vi statuti, ita Panor. *in c. de cætero*, Nauarr. & Moneta *suprà*.

Duodecimus casus negat gaudere distributionibus Canonicum, qui tempore diuinorum celebrat in propria Ecclesia. Ratio, quia non abest in euidentem suæ Ecclesiæ vtilitatem, Emanuel Sà *verb. beneficium, num.* 55. Garcia *p.* 3. *c.* 2. *num.* 398. & Gonzales *ad regul.* 8. §. 7. *proœmial. num.* 181. & ita declaratum fuisse per sacram Congregationem refert Riccius *decis.* 494. *n.* 2. quamuis celebret de consensu sui superioris, inferioris Summo Pontifice: nam inferior Summo Pontifice non potest in iure communi dispensare; lucrabitur tamen illas, si celebrauerit de mandato Superioris Missam tempore diuinorum: ex ea ratione, quia celebrans iussu superioris, censetur præsens eùm absit iussus in vtilitatem propriæ Ecclesiæ, Bonacina *disp.* 2. *q.* 5. *punct.* 3. §. 4. *n.* 4. & constat ex declaratione relata à Gonzalez *d.* §. 7. *proœmial. n.* 181. quæ sic habet: *Qui tempore, quo cantatur vna hora in choro, Missam celebrat in eadem Ecclesia ex deuotione, vel obligatione, non dicitur interfuisse illi horæ, nec illius distributiones accipere potest. Si verò iussu fuerit à Superiore, et celebraret, tunc reciperet, Superior tamen debet cauere à tali iussione.* Hæc ibi. 12.

Decimustertius casus negat Canonicos obtinentes doctorales Præbendas tempore absentiæ lucrari distributiones. Ratio, quia non dicuntur abesse in seruitium Ecclesiæ, aut in euidentem Ecclesiæ vtilitatem, etiam quando absunt prætextu parandi conciones, aut lectiones, quia hoc est remotè parare se ad seruitium Ecclesiæ, & non proximè. Credo tamen gaudere distributionibus si forte absint, vt se præparent ad legendum principaliter sacram Scripturam, seu Theologiam canonicis aliisque clericis eiusdem Ecclesiæ, Moneta 2. *p. q.* 11. *n.* 75. Quod multo fortiùs habet locũ in illis diebus, in quibus Canonicus Doctor in sua Ecclesia publicè legit: tunc enim censetur præsens in choro, 13.

choro, vt declarauit Gregorius XIII. teste Ioanne de Galemart *sess. 5. cap. 1. vers. & fruuntur*, & Moneta *d. 2. part. q. 10. num. 27.* ait sic fuisse declaratum à sacra Congregatione in Abulensi, quæ sic habet: *Idem censendum est de docentibus in Ecclesiis, qui quamuis à seruitio chori absentes essent, possunt percipere fructus suorum Canonicatuum, exceptis quotidianis distributionibus; sed ex gratia diebus, quibus legunt, habendi sunt sicut præsentes in choro, & inseruientes non modò pro illis horis, vt si manè legunt pro horis matutinis, & Missa solenni, sed etiam pro tota die, vt declarauit S. D. N. Gregorius XIII.* Gonzalez *dict. §. 7. procemial. n. 180.* Riccius tam *in sua praxi decis. in notabili post decis. 502. num. 2. pag. mihi 587.* putat non censeri præsentem Matutino, sed tantùm deberi distributiones pro tempore, quo legit, ita vt si serò legat post vesperas, censeatur præsens in vesperis, sequitur Garcia. Sed meliùs alij censent, qui tenent esse præsentem quo ad distributiones pro tota die, Bonacina *suprà § 6. num. 2.*

14. Vltimus casus ambigit, an statuto, constitutione, vel consuetudine induci possit, vt absentibus distributiones conferantur? Quo ad primum, respondeo inferiores Summo Pontifice regulariter non posse contra Canones statuto, vel constitutione inducere, vt distributiones absentibus concedantur, vt per Abb. *in cap. final. num. 7. & 8. de consuetud.* vbi Roch. de Curte *sect. 3. num. 7. 9. & 11.* Dueñas *reg. 350.* Henric. Botte *de Synodo Episcopi, part. 3. art. 1. conclus. 8. à num. 36.* & patet ex *cap. quod super his, de maioritate, & obedientia, cap. institutionis 25. q. 2.* Atqui iure Canonico distributiones absentibus dari nequeunt, *cap. vnico, de cler. non resid. in 6.* Igitur non potest inferior statuere, vt distributiones conferantur absentibus, Gratianes *lib. 1. disceptationum forensium, cap. 166.* & Riccius *verb. praxis distributionum, decis. 493.* Macignus *de horis Canonicis, cap. 71. num. 20.*

Sunt tamen aliqui casus, in quibus integrum est inferioribus statuere contrà, nimirum in casibus, in quibus dispensare possunt in iure communi, quando scilicet ex vrgenti, & repentina causa propter communem Ecclesiarum suarum vtilitatem compellantur circa distributiones statuere, quamuis tunc in eo euentu præcepta potius, ab Episcopis lata, quàm statuta dici propriè debeant, Bonacin. *punct. 5. num. 3.*

Quo ad secundum, respondeo consuetudine sola non posse fieri, vt distributiones absentibus concedantur, nisi consuetudo ortum habeat ex causa rationabili, aut nisi Summus Pontifex consentiat. Ratio, quia sicut Summus Pontifex distributionum vsum induxit, sic etiam validè potest vsum illum in totum, vel in partem dispensando tollere, Couarr. *3. variarum, cap. 13. num. 5.* Hoieda *1. part. cap. 17. num. 13.* Moneta *2. p. q. 12. num. 45. & q. 14. num. 19.* Bonacina *suprà punct. 6. num. 5.*

Quòd si dicas huiusmodi consuetudinem esse contra naturam rei, hoc est, distributionum, quæ non conferuntur absentibus, sed præsentibus: igitur nullo modo induci potest consuetudo per quam distributiones dentur absentibus. Quinimo à Concilio Tridentino reuocatur, & aufertur quodcunque statutum, & quæcunque consuetudo *sess. 24. cap. 12. verb. distributiones*, ibi, *non obstantibus quibuscunque statutis, & consuetudinibus*, Garcia *3. part. cap. 2. num. 197. vers. nihilominus*, vbi ait Concilium sustulisse consuetudinem immemorialem. Quia ad hoc respondetur hoc procedere, nisi consuetudo ex iusta causa inducatur: hæc autem, quæ ex iusta causa inducitur, & non habet malitiam intrinsecam, non censetur reprobata à Concilio, sequitur Garcia *dict. cap. 2. num. 248.* dicens Canonicos existentes in seruitio sui Episcopi, non posse percipere distributiones quotidianas, vt probatur *dict. cap. de cætero, de cler. non resid.* non procedere stante consuetudine in contrarium, quia seruanda est, cùm sit ex iusta causa, ex Decio *in cap. cùm omnes, de constit. 2. lectura, sub num. 6.* Couar. *lib. 3. variar. c. 13. num. 5. vers. 3.* eadem ratione, & censuit sacra Congregatio Concilij per hæc verba: *Stante consuetudine, quòd Canonicus missus à Capitulo pro aliquo seruitio ipsius Ecclesiæ, seu Capituli, percipiat omnes fructus, & distributiones quotidianas. Congregatio censuit eam esse obseruandam, si Canonici absint pro euidente vtilitate Ecclesiæ. Secunda, Qui causa pestis absuerunt, quotidianæ distributiones eis non non debentur, nisi probetur legitima consuetudo, quòd distributiones huiusmodi darentur absentibus ex iusta causa.* Sic ibi, teste Garcia *3. p. cap. 2. num. 361.*

Non est tamen omittendum, quod tradit Cened. *collectan. 15. ad sextum, num. 7.* posse induci consuetudine, vt absentes per duos, aut tres menses in curriculo vnius anni possint percipere distributiones; iuuat Couarr. *lib. 3. variar. cap. 13. num. 3.* & in alio casu, quod tradit Cosmas *in pragmatica sanctionum, tit. quo tempore quisque debeat esse in Choro, §. tollens, in gloss. percipiunt*, vbi vult seruandam esse consuetudinem, quòd ille, qui abfuerat pro vtilitate Ecclesiæ, deforis veniens per tres dies domi requiescat, & gaudeat distributionibus, quamuis Officiis diuinis non interfit; iuuat Macignus *de horis Canonicis, cap. 65. num. 21.* & Moneta *2. p. q. 12. num. 54.* contra Azorium *2. p. lib. 7. cap. 7. quæsit. 6. ad finem*, & contra Nauarrum *cons. 9. de cleric. non resid.*

Ex dictis sequitur posse induci consuetudinem, illámque admitti immemorialem, vt vnus per alium eiusdem Ecclesiæ Canonicum assistens, & seruiens Ecclesiæ fruatur distributionibus, ita Macignus *cap. 67. num. 8.* Azor *lib. 10. cap. 11. quæsit. 6.* imò Rota *in vna Zamoren. Canonicatus de Toro. 18. Maij 1598.* coram Corduba apud Garciam *p. 11. cap. 3. num. 90, ad finem*, sustineri videtur, sufficere quadragenariam consuetudinem. Similiter potest induci consuetudo, vt certis quibusdam diebus nullas lucrentur distributiones diuinis Officiis interessentes, quia in iure non prohibetur consuetudo nihil conferendi assistentibus, sed reprobatur consuetudo conferendi non interessentibus, Azor *loco citato quæsit. 5. ad finem, vers. quæres tertiò*, Moneta *2. p. q. 12. num. 40. circa medium*; sicut improbanda est consuetudo, vt absens causa infirmitatis, vel senectutis, non lucretur distributiones, quia huiusmodi consuetudo est fauorabilis cultui diuino: tum quia *in dict. cap. vnico, de cleric. non resid.* non prohibetur, vel reprobatur huiusmodi consuetudo, nec percipitur, vt absens ex causa ibi expressa distributiones capiat, sed permittitur, vt qui inhabilis est, habilis fiat ad distributiones, Moneta *d. num. 40.* & Macignus *de horis c. 71. num. 30.*

15.

16.

***

Quando, & in quibus casibus interessentes diuinis Officiis non recipiant distributiones saltem integras?

§. III.

EPITOME.

1. & 2. *Canonicus receptus vltra numerum de mandato Papæ habet distributiones, donec assequatur præbendam.*
3. *Canonicus receptus vltra numerum non habet distributiones, cùm Papa mandat recipi aliquem in Ecclesia,in qua est certus numerus, neque ei derogat, neque mandat recipi cum plenitudine iuris Canonicalis.*
4. *Canonicus receptus vltra numerum non simpliciter, sed cum addito, quòd sit supernumerarius, non habet distributiones.*
5. *Canonici supernumerarij, qui non habent iura Canonia,non habent distributiones,& quæ sint iura Canonia?*
6. *Canonici supernumerarij creati cum expectatione præbendæ possunt lucrari distributiones.*
7. *Canonicus, qui in loco, vel habitu non Canonicali diuinis interest,an lucretur distributiones?*
8. *Canonicus post 14. annum iure cratus lucratur distributiones quotidianas.*
9. *Canonicatum accipiens animo non suscipiendi ordinem requisitum,an recipiat distributiones?*
10. *Canonicus, qui propter impedimentum legitimum non canit in choro,an debeat assistere, vt lucretur distributiones?*
11. *Clerici omnes collegiatarum etiam Canonici lucrantur distributiones, si inseruiant Ecclesiæ,& psallant.*
12. *Distributiones quotidianas, an lucretur Canonicatum, & Parochialem habens dum residet in Parochiali?*
13. *Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ veniens seruire Cathedrali, & recipere distributiones in illa cuius Ecclesiæ dicatur esse?*
14. *An distributiones duplicatæ debeantur illi, qui duas præbendas, seu dignitatem, & Canonicatum habet in eadem Ecclesia?*
15. *Vtrùm per tres menses quibus licitè absint possint ex consuetudine lucrari distributiones?*
16. *Canonico absenti, an debeantur distributiones dum deseruit ex dispensatione per Vicarium,an vero ipsi Vicario?*
& quid de coadiutore? ibid.
17. *Canonici adhibiti ab Episcopo pro publicandis indulgentiis, an censeantur præsentes ad distributiones consequendas?*

1. Dubitatur primò, an Canonicus receptus vltra numerum de mandato Pontificis lucretur distributiones quotidianas, donec obtineat præbendam? Affirmat glossa *in cap. pro illorum,in verf. ad Canonicatum,de præbendis*,& quamuis nihil alleget,potest suppleri ex *cap dilectus el 1. de præbendis, in fine, & ex cap. dilectus el 2. eodem titulo, etiam in fine*, Azor *instit. moral. p 2.lib.3.cap.11.q.3. & q.4.* dicens illum,qui est in Canonicum vltra numerum receptus, spe futuræ præbendæ beneficium Ecclesiasticum non habere,nec ius in præbenda, sed ius ad illam, sic etiam Rota *de præbendis decis. 25. in nouis*: vnde Ioannes Andreas *in c. dilectus 1.de præbendis, & in c.cùm nostris,de concessione præbendæ, & in c.relatum, de præbendis*, tradit Canonicum sine præbenda, dici Canonicum in herba. Nihilominus ex hoc sequetur non teneri pro eo tempore, quo sine præbenda est soluere preces Canonicas ratione officij,quod nondum habet,quamuis deberet esse in choro.Sed verius est quod ait Ludou. Roman. *consi.447.* hunc habere beneficium, quia iure percipit distributiones quotidianas,& habet alia iura beneficij,sedendi scilicet suffragium in Capitulo, si est in sacris Ordinibus,& in choro sedendi.Neque est dubium posse recipi in Canonicum vltra numerum dummodo non sit certus authoritate Papæ ille numerus confirmatus,vt per Panot.*in c. cùm M. n.50. de constit.& in c.relatum, n.2.& in c. dilectus 1.& 2.de præbend.*Barb.*in d.c.cum M. n.16. & 17.*Moneta *2.p.de distrib.q.1.n.14.*dicentes hunc habere beneficium,quod etiã tradit Azor.*vbi supr. q.4.& q.6.*& ex consequẽti lucrari distributiones. 2.

Porrò Canonicus receptus vltra numerum de mãdato Papæ in Ecclesia in qua est certus numerus,cui nõ derogat,nec mandat recipi cum plenitudine iuris Canonicalis,nõ habet distributiones. Ratio, quia hic non habet plenum ius Canoniæ, seu titulum permansurum, & dicitur Canonicus in aëre,secundùm Innoc. *in c.dilectus, el 1.de præb.* secus si Papa derogat certo numero Canonicorũ, vel mandat aliquem recipi cum plenitudine iuris Canonicalis:tunc lucrabitur integrum ius Canoniæ, quod per assecutionem alicuius præbendæ postea non extinguitur, & obtinebit distributiones.Contrà verò quando non habet ius integrum Canoniæ, quia ius percipiendi distributiones quotidianas competit ratione canonicatus, vel dignitatis obtentæ, vt patet ex textu *in cap. dilectus,el 1.cap. pro illorum,& cap.dilectus, el 2.de præbendis*, Franc.Marq.*decis.1045.num.1.* 3.

Dubitatur secundò,an Canonicus receptus vltra numerum non simpliciter, sed cum hoc addito, quòd sit supernumerarius, percipiat distributiones.Respõsio est negatiua,censetur enim Canonicos noluisse numerum Canonicorum extinguere, & ius integrum de nouo efficere,sed solùm Canonico contulerunt ius extraordinarium, & præparatorium ad futurum ius in integrum consequendum,ita Abbas *in d.c.cùm M.n.31.in fine*,& Felin. *n.23 vers.hanc conclusionem.*Secus si simpliciter recipiatur; nam in hoc euentu extinguitur numerus, vt Abbas & Felin. *vbi supra.* Posse autem Canonicos etiam in Ecclesia statutus sit certus numerus Canonicorum, & per Papam confirmatus recipere voluntariè vltra numerum constitutum aliquem tradit Benedictus Capra *tom. 1. communium opinion.lib.1.tit.10.num.30.pag.184.* Modò in confirmatione non fuerit apposita clausula decreti irritantis, quia potest renunciari huic fauori, Barbosa *in cap.dilecto, de præben.num.10.* 4.

Ex dictis planum est Canonicos supernumerarios, qui non habent omnia iura Canoniæ, non lucrari distributiones,siue ex consuetudine,siue ex aliquo alio capite, vt post Dominos de Rota tradit Felinus *in d.cap.cùm M. de constit.n.23. in fine*, & Staphileus *de forma expectatiuarum forma 1. n.11.& 12.*aut vbi est consuetudo,vt non illis gaudeant, nisi priùs fuerint installati in choro; tunc enim administrabunt iura Canoniæ, quæ sunt stallum in choro, & vocem habere in Capitulo, modò sint sacris initiati, & habent ius eligendi, & sedendi, glossa *in cap. dilectus, de præbendis*, sicut is qui in Monachorum Cœnobium recipitur, eo ipso habet ius eligendi, & sedendi: 5.
ergo

ergo inter cæteros Canonicos habet omnia præter præbendam; & ideo percipit distributiones quotidianas, si præsens est in choro, Azor 2. *p. inst. moral. lib. 3. cap. 11. quæsit. 5.* Quare Canonici su-
6. pernumeratij, & creati cum expectatione præbendæ, percipere possunt quotidianas distributiones, cùm habeant prædicta iura, Gomez *tract. de gratiis expectat. num.* 28. Hoieda *de benefic. incompatib. p. 1. cap. 12. num. 6. & sequent.* Bernard. Diaz *in tract. regul. & fallent. regul.* 68.

Atque ita fieri solet in aliquibus Ecclesiis Germaniæ, Italiæ, & Galliæ, in quibus adolescentes dum vacant litteris, solent admitti in Collegium Canonicorum, quibus postea præbendæ, quæ vacant, seruato ordine conferuntur, & interessentibus distributiones quotidianæ debentur. Panormitanus *in cap. dilectus 1. num. 3. de præbendis.* Azor *suprà quæsit.* 3. *& quæsit.* 6. Hodie tamen cùm expectatiuæ sint omnino sublatæ per Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 19. non possunt creari Canonici supernumerarij ad futuram præbendam, vt declaratum fuit per Illustrissimos Dominos Concilij interpretes Cardinales his verbis: *Ex hoc decreto expectatiuarum abrogatarum colligitur non posse erigi Canonicatum supernumerarium ad futuram præbendam.* quod habebit locum, vbi Concil. Trident. fuit receptum, Gonzalez *ad regul.* 8. §. 1. *proœmial. num.* 64. *&* 65. sequitur Garcia *de benefic. p. 6. cap. 1. num.* 5. vbi addit in Ecclesiis, vbi sunt Canonici titulares, hoc non esse sublatum per decretum Concilij, ex sequenti declaratione, quæ sic habet: *At in Ecclesia Salamantina, in qua extant vigintiquatuor canonici, quorum duo postremi præbendam expectant, consuetudo immemorialis hactenus obseruata, & à Pio IV. Motu proprio confirmata, & ex certa scientia, quæ antea quàm vacet aliquis Canonicatus, cuius electio spectat ad Canonicos, eliguntur à Capitulo, præcedente licentia Episcopi, duo, vel tres expectantes locum vltimi Canonici, siue præbendæ vacaturum, ad quem iuxta gradum expectantis denuo à Capitulo eligitur vnus, & admittitur præcedente approbatione, & confirmatione Ordinarij, censeatur sublata ex decreto Concilij cap. 19. q. 24. de reformat. Congregatio respondit hanc consuetudinem non comprehendi hoc decreto Concilij.*

Apparet ergo hoc decretum non derogare consuetudini immemoriali, & confirmatæ à Papa ex certa scientia, nisi quando expressa fit mentio derogationis. Nunquam enim censetur sublata, nec comprehenditur in reuocatione consuetudinis, etiam cum dictione vniuersali, nisi quando tollitur consuetudo tanquam irrationabilis, & quando eadem ratio militat in immemoriali, vt notat Couarr. *lib. 3. variar. cap. 13. num.* 5. Anton. Gabriel. *de præscriptione, conclus.* 1. *num.* 27. Gonzal. *gloss.* 33. *num.* 2. Garcia *p. 3. c. 2. num.* 190. post alios.

7. Dubitatur tertiò, vtrùm Canonicus, qui in loco, vel habitu non Canonicali interest diuinis, percipiat distributiones quotidianas. verbi gratia, Episcopus potest interesse choro, vt Episcopus, & vt Canonicus, & simul Capitulo, iuxta *c. postulastis, de concessione præbendæ*, per textum ibi, *nisi fortè Archiepiscopus.* Respondeo affirmatiuè, esto neque in proprio loco, neque in Canonicali habitu sedeat, vel incedat, ex *cap. licet, de præbendis,* vbi conferuntur fructus absentibus causa studiorum, non autem distributiones, quia non intersunt: igitur interessentibus, siue in habitu Canonicali, siue non, debentur, eo quòd sola interessentia cum effectu, psallendo scilicet, & propria munia exercendo, requiritur; tum quia distributiones conferuntur ratione ministerij, & operæ personalis, Stephanus Gratianus *discept. forens. c.* 166. *num.* 22. Moneta *de distribut. p. 1. q. 6. &* 7. Gonzal. *ad regul.* 8. §. 6. *proœmial. num.* 170. Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect.* 1451. *vers. infertur sextò*, & alij apud Barbosam *allegat.* 61. *num.* 30. Igitur Canonicus sine habitu Canonicali, vel extra locum proprium sedens, si intersit choro, & ibi satisfaciat cum cæteris, suo muneri lucratur distributiones quotidianas, quæ dantur propter operam personalem.

Dubitatur quartò, Vtrùm Canonicus creatus 8.
post decimumquartum annum lucretur distributiones quotidianas? Pars negans ex eo potest probari, quia non habet vocem in Capitulo, seu eius exercitium, nisi sit subdiaconus, etiamsi ab aliis id ibi concedatur, vt disponitur *in Clementina 2. in principio, de ætat. & qualit.* & in Concilio Trident. *sess. 22. c. 4. de reformat.* quod procedit etiamsi ad id dispensatio Episcopi accedat, quæ nulla erit, vt docet glossa *in d. Clementina 2. verb. concedatur, & verbo nullo modo.* ergo carebit distributionibus.

Dicendum tamen est gaudere distributionibus, etiam si non habeat vocem in Capitulo, nec sit subdiaconus, cùm distributiones debeantur Canonico, eo ipso quòd Canonicus est, ex *c. dilectus, el 1. de præb.* Moneta *de distributionib. p. 2. q. 19. n.* 18.

Dubitatur quintò, Vtrùm Canonicus recipiens 9.
Canonicatum animo non suscipiendi Ordinem requisitum, recipiat distributiones? Responsio est affirmatiua, modò aliàs idoneus sit, textus *in cap. commissa, §. cæterùm, de electione in 6.* vbi loquitur de eo cui confertur Parochialis Ecclesia, & interim fructus percipit: tum quia *in d. Clementina 2. vers. illi verò, de ætate, & qualitate*, habetur, quòd si infra annum iusto cessante impedimento, qui habent beneficia, quibus certi Ordines sint annexi, non promoueantur, ex tunc defraudentur dimidia parte distributionum, quæ conferuntur iis, qui certis horis præsentes sunt in choro: ergò in nostro casu Canonicus non recipiens Ordinem ante lapsum anni, potest obtinere, & retinere distributiones. Quin imò dato iusto impedimento, ratione cuius non potuit promoueri, adhuc post annum lucrabitur integras distributiones. Sed meliùs cessante impedimento dices illum, qui obtinuit Canonicatum in Collegiata, & noluit promoueri ad Ordinem requisitum, lucrari dimidiam tantùm partem distributionum, per *dictam Clementinam secundam, §. illi verò*, quæ pœna renouatur per Trident. *sess. 22. c. 4. de reformat.* Quod procedit, quamuis non promotus intersit officiis diuinis, & pensum horarum soluat, *p. 2. q. 19. num.* 30. post Nauarrum, quem referes sequitur *cons. 8. n. 3. & 5. tit. de præbendis*, addens *n.* 32. obtinentem beneficium in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, requirens Ordinem sacrum, debere esse in ætate, vt intra annum promoueatur ad illum Ordinem, aliàs non esse admittendum ad distributiones quotidianas, eo quia collatio illi facta sit irrita.

Dubitatur sextò, An Canonicus, qui propter 10.
impedimentum legitimum non canit in choro, debeat assistere, vt lucretur distributiones? Respondeo, si non canat propter causam ordinatam ad recitandum, seu cantum chori, nimirum quærendi Psalmos, Antiphonas, præuidendi lectionem à se cātandam, vel, quia defert thus, vel thurificatorium, vel similia, quamuis teneatur postea

 supplere,

supplere, quod reliquit, lucrari tamen distributiones quotidianas, Nauarrus *de horis canonicis, c.10. num.69. in fine, & 70. cap.11. num.36. & cap.16. n.66.* subdens dummodo commodè id ante, vel post tempus horarum fieri non potuerit, Nauarrum sequitur Azor. 1. *p. lib.10. cap.15. q.20.*

Similiter, qui propter defectum vocis nequit canere, excusatur à cantu, & percipit distributiones, Nauarrus *d. cap.11. num.41.* modò aliàs soleret canere, & nunc per ipsum non stat sufficitque, vt singuli singulariter, & conuentualiter suppleant illum defectum, Nauarrus *d. cap.10. n.58.* Monet. *p.2. q.2. num.48.* Nec obest canonicos ex sua institutione, & iure communi teneri cantarē in choro sub peccato, adeò, vt si in hoc fuerint notabiliter negligentes, incidant in M. prout volunt Sotus *de iustitia, lib.10. q.5. art.4. ad medium*, Nauarrus *de oratione, cap.10. num.47. & 11. ad finem, & cap.13. num.17. & miscell.79. & consf.13. de celebrat. Missar.* Ludouic. Beja *in responsis casuum conscientia, casu 55.* Azor *p.1. lib.10. cap.11. q.5. & 7.* ex Concilio Trident. *sess.24. cap.12.* ibi, *Atque in choro ad psallendum instituto hymnis, & canticis Dei nomen reuerenter, distinctè, deuotéque laudare*; & ex Concilio Bononiensi *tit. 6. de residentia, §. de his, qui ad residentiam tenentur, vers. itaque hi*, ibi, *Singulis horis diuinis Officiis attentè, religioséque psallendo sic interesse debebunt.*

Quia hoc concludere, respondetur de iure: sed de consuetudine sufficere ad lucrandos fructus, & distributiones solam assistentiam in choro, quamuis non cantent, nec sint attenti, sed cùm aliis colloquantur, quòd si excessus fuerit magnus, non excusantur à mortali, *cap. licet, de præbendis*, ibi, *his qui intersunt horis canonicis, exhibentur*, textus *in cap.11. de cleric. non resid. in 6.* ibi *Qui eisdem officiis in ipsis Ecclesiis adfuerint*; quare non præcisè ratione cantus, vel alterius obsequij dantur distributiones, sed propter interessentiam, & assistentiam in choro, vt expressè ait Abbas *in cap. cum olim, num 6. de re iudicata*, & Barthol. Medina *in summa, lib.1. cap.14. §.11.* quibus accedit Zechus *de Repub. Eccles. cap 24. de Canonicis, num.6.* & Garcia cum aliis *de benefic. p.3. cap.2. num.514.* vbi testatur de consuetudine, & praxi Ecclesiarum, quæ consuetudo vbi fuerit recepta, valebit saltem quo ad hoc de cantu, & post Concilium durat, quia Episcopi non curarunt illud exequi facere, & ita non obligat; sicut lex canonica non recepta, *l. de quibus, ff. de legibus, cap. in istis, §. leges 4. dist.* Rolandus *de lucro dotis, q.99.* Nauarr. *consf.1. de constit. q.5. & 6. à num.23. & consf.18. de statu Monachorum*, Couarr. *lib 2. variar. cap.16. num.6* Sanchez *de matrimonio, lib.3. disp.18. num.1.* Flamin. Paris. *de resignat. lib.11. q.9. num.26 & de confiden. q.11. num.21.* ratio, quia lex censetur lata sub conditione, si recipiatur: quod procedit, etiam si lex habeat decretum irritans, Puteus *decis.1. lib.1.* & etiam si deroget consuetudini, Duennas *regula 144. limitat. 2.* Roch. de Curt. *cap final. de consuetudine, sect.7. n.15.* Manuel Rodriguez *de regularib. tom.1. q.6. art.11.* & Garcia *d. cap.2. num.521.*

11. Dubitatur septimò de clericis inseruientibus Ecclesiis collegiatis, quomodo debeant percipere distributiones? Planum est teneri Ecclesiis inseruire, & psallere. Couarr. *variar. lib.3. cap.13 in principio, & num.3.* Monetа 1. *p. q.4. num.21.* vbi ait in specie Canonicos, seu clericos Collegiatarum Ecclesiarum, vt lucrentur distributiones teneri non solùm interesse diuinis Officiis, aut choro personalem corporis præsentiam exhibere, sed etiam in celebrandis officiis seruire: iuuat Soarez *lib.4. de horis, cap.12. num.9. & sequent.* Vbi loquendo de habentibus in Ecclesiis cathedralibus, aut collegiatis dignitatem, Canonicatus, præbendas, aut portiones, refert ex Concilio Trident. *sess.24. cap.12.* verba, quæ sequuntur in hunc modum: *Omnes diuina per se, & non per substitutos compellantur obire officia.* Quod etiam probatur ex *cap. vltimo, dist.92.* vbi dicitur sic, *ad quotidianum psallendi officium in Ecclesiam conueniant clerici, qui tali Ecclesia deputati sunt.* quæ verba in formali sensu dicunt, conuenire ad officium psallendi, non est ire ad locum, in quo canitur, sed ad psallendum cum psallentibus, & vt ministrent, & inseruiant, Azor. 1. *p. lib.10. cap.11. quæs.5.* Barbos. *allegat. 53. num.131.*

Dubitatur octauò, An habens Canonicatum, & Parochialem, lucretur quotidianas distributiones dum residet in Parochiali? Respondeo ex Bulla Pij Quinti posse distributiones quotidianas acquirere, si Canonicatus consistit solùm in distributionibus, nec habeat præbendam, quando scilicet vtrique seruire non potest: nam si ambobus cōmodè seruire non posset, lucraretur tantùm secundùm mensuram seruitij præstiti, ita declaratum est à sacra Congregatione, teste Garcia 3. *p. cap.2. num.114.* vbi refert aliam declarationem, quæ sic habet: *Inseruientes Ecclesiis parochialibus, & habentes legitimè beneficia in Ecclesiis Cathedralibus, vel aliis, seruitoria, quæ residentiam requirant, quorum omnes fructus consistunt in distributionibus quotidianis, possunt omnes percipere, si modò nulla præbenda distincta fuerint, & omnes de communi percipiantur, nec detur aliquid eis, qui diuinis horis non intersunt, at quando saluo debito seruitio parochialium potuerint etiam inseruire Cathedrali, tunc non possunt percipere, nisi quatenus inseruiant.* 12.

Nec est dubium censeri præsentes in choro, qui curam animarum exercent, quæ illi Ecclesiæ imminet, dum actualiter Sacramenta administrant, vel alia operantur, quæ pertinent ad ipsam Curam, & ita censuit Congregatio, teste Garcia *dict. num.335. vers. respondetur tamen*, & Armendar. *in additionibus ad recopil. leg Nauarra, lib.2. tit.23. de residentia, rubr. an Canonici, vel alij habentes dignitatem, teneantur residere in suis Ecclesiis, num.57.* & resoluit Theodut. Rube. *inter discept. forens. Stephani Gratian. cap.297. num.22.*

Dubitatur nonò, cuius dicatur Ecclesiæ esse Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ veniens seruire Cathedrali, & recipere in illa distributiones? 13.
Gonzalez *regul.8 gloss.10. num.16.* refert decisum esse Canonicum in collegiata, & non in Cathedrali, quamuis in illa recipiat distributiones, cùm in collegiata habeat focum, larem, & stallum, non obstante, quòd in Cathedralis choro installetur, dum ad seruiendum vadit; debet enim principaliter attendi locus in quo originaliter est Canonicus, & vbi habitat, argumento illius, qui seruit in duobus locis, qui assumit nomen ex loco in quo magis assiduè commoratur, textus *in l. seruus, §. final. ff. de legatis 3.* Gomez *in regula de annali, q.11. num.2. & in regula de triennali, q.47. & q.60. ante finem*, & ideo quamuis ministret, & seruiat in Ecclesia Cathedrali, quia in Collegiata similiter seruit, & vltra hoc similiter aliud officium exercet, quod à se trahit, ministerium Ecclesiæ Cathedralis, sequitur, quod dicatur esse Canonicus collegiatæ.

Dubitatur

14. Dubitatur decimò, An distributiones duplicatæ debeantur illi, qui duas præbendas, seu dignitatem, & Canonicatum habet in eadem Ecclesia? Responsio est negatiua, seclusa consuetudine, ita Roch. de Curt. *c. final. de consuetudine, sect. 5. n. 43.* Azor *instit. moral. p. 2. cap. 7. q. 13. propè finem*, quia distributiones non debentur ratione beneficij, sed præsentiæ, muneris, & officij, quod quis in Ecclesia exercet: atqui vnus, & idem, quamuis duo beneficia in eadem Ecclesia simul licitè possideat, duo tamen officia, & munera simul non peragit. Contraria tamen sententia placet Ioanni Andreæ dicenti duplicatas distributiones deberi habenti in eadem Ecclesia Canonicatum, & dignitatem, *in c. 1. de clericis non residentibus in 6.* nisi obstet consuetudo, sequitur Bart. *in l. si consul. ff. de adoptionib.* his verbis: *Quando munera, & officia non sunt contraria, ea simul habere quis potest, ita, vt vnus, & idem duorum vice, & munere fungatur* Quare, inquit, si testator instituerit, vt centum dentur Senatoribus alienius oppidi, & deinde relinquat quinquaginta donanda Titio vni ex illis Senatoribus: ipse Titius præter portionem sibi tanquam Senatori debitam, quinquaginta simul obtinebit. Quæ sententia arridet Abbati, & Felino *in cap. cùm olim, de sententia, & re iudicata*, quam dicit veriorem Couarr. *lib. 3. variarum, cap. 13. num. 6.* Barbos. *in d. c. cùm olim, num. 2. vers. nisi prius.*

Negatiua tamen est amplectenda cum Anton. Butr. *in d. c. cùm olim*, & eum Aret. *in c. 3. de probationibus*, Duennas *reg. 206. limit. 4.* & cum aliis, qui volunt posse consuetudine indui, vt habens duos Canonicatus, habeat duplices distributiones, quasi dicendo, contrariū esse de iure scripto, sicut etiam habet Lælius Zech. *de Republica Ecclesiastica, c. 24. vers. 6.* qui habent dignitatem, post Rebuff. *in praxi benefic. tit. de dispensat. vers. in Cathedrali*, & diximus *1. p. lib. 4. disp. 9. §. 4. n. 57.* de officialibus exercentibus duplex officium, posse recipere duplex stipendium; sed in nostro casu contrarium est dicendum ex declarationibus factæ Congregationis, quarum prima, de qua Garcia *d. c. 2. num 185.* sic habet: *Absens duos Archidiaconatus dignitate pares, residere poterit, in quo sibi placuerit, si alter est dignior, tenetur in eo residere.* Secunda. *Obtinens legitimè duas dignitates, in digniori residere tenetur, & fructus alterius lucratur, non tamen distributiones, & eam tertiam partem præbendæ, quæ authoritate decreti, sess. 22. de reformatione, in quotidianas distributiones est conuersa.* Tertia. *Obtinens duos Canonicatus tenetur in digniori residere, eius verò in quo non residet, quotidianas distributiones perdit.* in quibus distributionibus intelligitur etiam comprehensa tertia pars præbendæ, quæ ex decreto Concilij Tridentin. conuersa fuit in distributiones quotidianas.

Idem Garcia *ibidem n. 186.* refert alias declarationes. Prima, Archiepiscopo Iannen. his verbis. Parochiales Ecclesiæ sunt incompatibiles cum beneficiis, in quibus assignatæ sunt distributiones quotidianæ, quas à diuinis absentes amittunt, & illi qui obtinent duo beneficia, vel plura, cum legitima dispensatione ante Concilium Tridentinum obtenta requirentia personalem residentiam, tenentur residere, in quo est maior necessitas, nec propterea possunt alterutro priuari, amittunt quidem distributiones quotidianas eius beneficij, cuius ministerio non inseruiunt. Secunda Cardinali Farnesin, vbi idem ostendit in habentibus ex legitima dispensatione Canonicatum si-

mul, & aliud beneficium, maiorem, vel æqualem residendi causam exigens, licet non interfit muneri, quod exigit Canonicatus, non potest eo priuati, nec alia pœna affici, nisi priuationum distributionum quotidianarum. Ex quibus declarationibus conuincitur contraria opinio, quia cùm distributiones conferantur propter interessentiam in choro diuinis Officiis, & vt Clerici seruitio Ecclesiæ incumbant, clarum est duos canonicatus habentem non magis posse diuinis interesse, & Ecclesiæ seruire, quàm illum, qui Canonicatum vnum tantùm haberet.

Dubitatur vndecimò, vtrùm, qui per tres menses singulo quoque anno licitè absunt à Choro, possint ex consuetudine lucrari distributiones. Affirmat Cened. *collectan. 15. ad sextum*, Couar. *variar. lib. 3. c. 13. n. 3. vers. prima sanè*, & videatur sentire Nauar. *de oratione, c. 5. n. 10.* Contraria tamen placet Probo *in c. vnico, de clericis non residentibus in 6. n. 34 vers. per quæ*, & ita censuit Congregatio in declarationibus sequentibus, in hunc modum. Qui absentes sunt recreationis causa, non lucrantur, nisi fructus præbendarum, non autem distributiones quotidianas, siue sint antiquæ, siue nouæ, ex *c. 3. sess. 21. & 22. Concil.* quæ sunt distinctæ à Præbendis: nec obstat immemorialis. Secunda. Vacantiæ omnes vnius, aut plurium mensium, quibus absentes distributiones percipere solebant, sublatæ sunt, nisi absint ex causis à iure permissis, præterquam si dictæ vacationes concessæ essent fundatione, quæ non est sublata, quæ etiam intelliguntur sublatæ, si Canonicatuum fructus omnes sint distributiones quotidianæ. Concordant Flaminius *de resignat. lib. 1. q. 10. n. 64. & 65.* Lælius Zechius *de Republica Ecclesiastica tit. de beneficiariis, n. 6. vers. quòd si beneficia*, & Gonzales *ad regul. 8. §. 7. proœmial, num. 182.* vnanimiter asserentes ex facta Congregatione 3. Augusti 1586. non posse dicto tempore trium mensium percipere distributiones, etiam si consuetudo esset in contrarium. 15.

16. Dubitatur duodecimò, An Canonico absenti debeantur distributiones, dum seruit ex dispensatione per Vicarium, an verò ipsi vicario? Respondeo neutri deberi, quia conferuntur propter ministerium personale, quod non impendit Canonicus absens Ecclesiæ, neque debentur Vicario, quia non est Canonicus, ita Calderin. *consi. 1. de clerico non residente*, quem referens sequitur Couarr. *variar. 3. cap. 13. num. 2.* Moneta *de distribut. p. 2. q. 5. num. 20.* quod intelligitur, licèt Canonicus ex priuilegiu speciali seruiat Ecclesiæ per Vicarium, idem Moneta *p. 2. q. 1. num. 37*

Sed quid de Coadiutore dato obtinenti dignitatem, seu Canonicatum in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata. Dicendum est coadiutū capacem esse quotidianarum distributionum, perinde ac si non haberet coadiutorē, siue coadiutor sit simplex, seu ad tempus, aut cum futura successione, seu perpetuus. Id tamen est intelligēdum detracta ea parte, quæ fortaſſe in distributionibus assignabitur coadiutori: sunt enim Codiutori temporali ministranda ea, quæ sunt necessaria pro sufficienti victu ex fructibus beneficij sui coadiuti, *c. de Rectoribus, in fine, c. tua nos, de clerico ægrotante, c. vnico, ante finem, ibi, de prouentibus Prælatorum, eodem tit in 6.* Quinimò quando datur Coadiutor cum futura successione, coadiutus est capax quotidianarum distributionum etiam, vt in specie tradit Nauartus *consi. 1. num. 2. 3. & 6. de clerico ægrotante*, proinde

absens coadiutor à choro ob aliquam ex causis, propter quas proprietarius absens à choro, nihilominus tamen perciperet distributiones, nimirum ob infirmitatem, seu aliud iustum impedimentum, coadiutus recipiet suas distributiones ratione suæ infirmitatis, vel alterius legitimi impedimenti, sicut si coadiutorem non haberet, quamuis non interfit diuinis, Gonzalez *glossa* 5.§.9.*n*.15.& *n*.119. & *seq*. nec debet coadiutus esse deterioris conditionis, quòd habeat coadiutorem.

Item coadiutor absens lucratur fructus in tribus mensibus absentiæ concessis à Concil. Trid. *sess*.24.*c*.12.§.*præterea*, Nauarr. *cons*.2.*de clerico ægrotante num*.6. *vers. octauò ex his*, modò sit coadiutor cum futura successione, dummodo proprietarius, & coadiutor habeant nisi tres menses, non tamen proprietarius debet habere tres menses, & coadiutor alios tres diuersos: quòd si coadiutus est excommunicatus, coadiutor inseruiens durante excommunicatione nihil lucratur tam de fructibus, quàm de distributionibus, textus *in c. pastoralis* 53. §. *verùm, de sentent. excommunic*. Puteus *decis*.280. *lib*.1. neque eius coadiutor quidquam in seruiendo lucrabitur suo coadiuto; sicut coadiutus per se ipsum nihil lucrari potest: ergo nec per suum coadiutorem, gloss. *verb. ipsius, ad finem, in c*.1.*de officio Vicarij, lib*.6. argumento Episcopi excommunicati, qui nequit procedere; neque eius Vicarius, Guttier. *Canon. lib*.1.*c*.1.*n*.83. & *sequent*. Marant. *in praxi* 4.*p. principal. dist*.5.*n*.70. Cessante autem impedimento coadiutor cum futura successione non pro se, sed pro coadiuto lucratur distributiones, Nauar. *d. cons*.1.*n*.5.*de clerico ægrotante*, Gonzales *d. gloss*.5.§.9.*n*.122.

17. Dubitatur decimotertiò, An Canonici occupati ab Episcopo pro publicandis indulgentiis censeantur præsentes ad distributiones lucrandas? Respondeo affirmatiuè ex decreto Concil. Trident. *sess*. 21. *cap* 9. *de reformat*. si ea de causa sine fraude tempore diuinorum Officiorum eos abesse simul cum Episcopo contigerit, ne hoc officium Canonicis sit nociuum. *l. cùm quidam C. de administr. tut*.

18. Idem dicendum de canonicis à Capitulo deputatis in casibus quibus Episcopus tenetur Capituli consilium adhibere, vel de iure communi antiquo, vel nouo Concil. aut de consuetudine, si absque fraude absint à choro, percipient quotidianas distributiones, quia cùm absint, vt Capituli sui ius tueantur, sufficit, vt dicatur abesse propter Ecclesiæ suæ vtilitatem; nam inter iura Capituli, & Ecclesiæ est, vt illis in casibus Capituli consilium, & consensus haberi debeat, Moneta *de distributionibus, p*.2. *q*.11. *n*.42.

19. Idem dicendum est de duobus Canonicis grauioribus, qui ab Episcopo eliguntur ad conficiendas regulas, seu statuta Seminarij clericorum, quæ ad eos rectè instituendos spectent. Moneta *suprà q*.8.*n*.17. vbi de his, & similibus casibus latè agit.

EPITOME.

DVBITATVR decimoquartò, An consuetudine induci possit, vt assistentes choro per se ipsos non recitando, sed per Capellanos distributiones acquirant? Pars negans probari potest, ex Concil. Tridentino *sess*.24.*c*.12. vbi loquitur de officio Canonicorum, seu beneficiatiorum Ecclesiæ cathedralis, vel collegiatæ, his verbis: *Distributiones qui statis horis interfuerint recipiant, reliqui quauis collusione, vel remissione exclusa his careant*; item, quia distributiones dantur canonicis, vt choro inseruiant: ergo, qui non canunt, non inseruiunt; & beneficium datur propter officium *c. final. de rescriptis, in 6*. ergo per se, & non per Capellanos debent inseruire, & consuetudo per alios esset irrationabilis, Beja 1. *part. casu* 55. Graffis *lib*.2.*decis. cap*.52. *n*.22. Moneta *de distributionibus* 2.*p*.*q*.2. *num*.31. 20.

Pars tamen affirmans est Suarij *lib*.4. *cap*.12.*de horis Canonicis, n*.13.& 20. asserentis consuetudine induci posse, vt Canonici lucrentur distributiones assistentes choro, per alios tamen canentes, sequitur Lessius *lib*.2.*c*.34.*dub*.33. Azor. 1.*p*.*lib*.10. *c*.11. *quæsit*.6. Garcia 3. *p*.*c*.2.*num*.517. post alios quibus nouissimè accedit Paulus Layman. *lib*. 4. *tract*. 2. *cap*.7.*q*.6.*n*.6. atque ita non est damnanda consuetudo multarum Ecclesiarum, in quibus receptum est, vt Canonici non canant in choro, sed id suppleant per capellanos ad id deputatos: modò consuetudo sit legitimè præscripta, saltem post Tridentinum, cùm ius positiuum huiusmodi præscriptionem non reprobet, tum vel maximè, quia potest hoc fieri per dispensationem: igitur per consuetudinem iusta de causa introductam: tum denique, quia non minuitur cultus diuinus notabiliter, si per alios loco Canonicorum officium diuinum cantetur, valere autem consuetudinem per quam leue præiudicium affertur Ecclesiæ, docet Moneta 2. *p*.*q*.3.*num*.44. *ex cap. cùm omnes, de constitutionibus*, & Roch. de Curt. *in cap. final. de consuetudine, sect*.5.*num*.48.

Dubitatur decimoquintò, Quanta debeat esse consuetudo in hoc casu, vt legitimè censeatur inducta? Respondeo sufficere illam, quæ sufficit ad præscriptionem Ecclesiasticam, hoc est, spatium quadraginta annorum satis esse ad præscribendam consuetudinem contra legem Ecclesiasticam, iuxta textum, iuncta glossa, & ibi traditis per Abbatem *in cap. cum tanto, de consuetudine*, & *ibi* Barbosa *n*.13. Moneta *p*.2.*q*.2.*num*.43. & 44. vbi de nostro casu docet, si adsunt mansionarij, induci posse consuetudinem, vt non teneantur Canonici psallere, modò id à piis viris fiat, Bonacina *de horis in choro recitandis, disp*.2.*q*.4.*punct*.5.*num*.5.*vers. ego igitur*, subdens ad præscribendam consuetudinem contra legem Ecclesiæ sufficere spatium quadraginta annorum, dummodo non præscribatur aliquod ius Ecclesiæ, cuius præscriptioni resistat Ecclesia; nam tunc requiritur tempus immemoriale, aut tempus quadraginta annorum cum titulo. 21.

Dubitatur decimosextò, vtrùm resignans possit lucrari distributiones post resignationem? Respondeo primò facta beneficij resignatione purè, & absolutè, & à Summo Pontifice acceptata, non posse deinceps distributiones lucrari, quæ titulo beneficij conferuntur, Flamin. Paris. *de resignat. lib*.1. 22.

lib.1.q.3. num.5. vbi resignans simpliciter remanet sine titulo etiam colorato, & amittitur possessio ciuilis,& naturalis.Puteus *decis.158. in fine,num.3. & 4.lib.3.*Hieronymus Gabriel *consil.192. num.3.& sequent.*Gonzales *regul.8.gloss.15.* §.2. vbi id extendit ad resignantem,*num.*40.in manibus Sanctissimi,ex causa permutationis, & consensus fuit præstitus, & permutatio eo ipso remansit perfecta, ac deinceps abdicatum totum ius:propterea, cùm careat fructibus beneficij,debet carere distributionibus,Gonzal.*num.*42.Moneta *p.3.q.6.n.*54.

Respondeo secundò, Resignantem sub conditione in fauorem tertij posse percipere distributiones interessendo, donec resignatarius capiat plenè possessionem. Nam ea capta per resignatarium ius illi plenè acquiritur: ergo vsque ad illud tempus potest resignans incumbere possessioni, & omnia ratione illius beneficij resignati exercere, & lucrari distributiones, Christophotus Rossiniac. *de benefic. cap.*14. *num.*26.& *cap.*23.*num.* 10. Non enim per resignationem in fauorem abdicatur ius à resignante nisi postquam acquisitum est resignatario per possessionem perfectam: ergo ante captam possessionem non potest resignatarius se ingerere beneficio sibi resignato,& ex consequenti distributiones debentur resignanti, si intersit, cùm censeatur titulum, & dominium non amisisse,donec resignatarius plenè acquirat beneficij possessionem,Moneta *suprà num.*55.Bonacina *disp.2.q.4.punct.2.n.4.*

23. Dubitatur decimoseptimò, Vtrùm absens vt tueatur ius suum contra aliquem idem ius prætendentem, lucretur distributiones? Respondeo negatiuè: secus si absit, vt tueatur iura Ecclesiæ suæ, cui adscriptus est: tunc lucratur distributiones, quia dicitur prosequi vtilitatem Ecclesiæ, & propter eam abesse, *cap. ex parte el 2. de clericis non residentibus*, iuncta gossa, & quod *ibi* tradunt Doctores, vbi volunt absentem propter euidentem Ecclesiæ vtilitatem tanquam residentem, & interessentem diuinis Officiis haberi ad lucrandas quotidianas distributiones, Garcia *de benefic. part. 3. cap. 2. num.* 362. & bis fuisse in Rota resolutum, testatur Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. decis.* 498. *in 1. edit.* & *resol.*389.*num.2.in 2. edit.* & absolutè loquendo hoc esse verum, tradit Moneta *part. 2. quæst.* 11. *num.* 3. vbi *numer.* 32. declarat hoc habere locum, quando quis abest propter iura Ecclesiæ suæ, non autem alterius, Bonacina *disp.2. quæst. 5. punct.3. §.3. num.2.* & 3. vbi concludit illum,qui abest, vt ius suum contra alterum prosequatur, non posse distributiones lucrari; si verò abest, vt tueatur iura ipsius beneficij, censeri ius habere ad distributiones, quia abest in vtilitatem propriæ Ecclesiæ:tum quia beneficium in iure appellatur Ecclesia, ex Panormi, & aliis,& ex Nauarro *consil.*14.*de cler non resid.* Ergo qui abest,vt tueatur iura proprij beneficij censetur abesse in vtilitatem propriæ Ecclesiæ: secus qui abest pro defensione sui iuris contra alterum: is non potest gaudere distributionibus, quoniam parum refert Ecclesiæ, vt hic potius, quàm ille beneficium consequatur.

Distributiones, quæ supersunt propter absentiam, quibus acquirantur, & an remitti possint validè, vel donari?

§. IV.

EPITOME.

1. *Vtrùm absens, & ob id distributiones amittens possit eas percipere, si interessentes eas remittant?*
2. *Vtrùm remissio distributionum sit licita & valida?*
3. *Vtrùm valida sit collusio, vel transactio circa distributiones?*
4. *Vtrùm transigi possit sine superioris authoritate super iure percipiendi distributiones in futurum?*
5. *Vtrùm transigi possit super iure percipiendi distributiones dato aliquo spirituali?*
6. *Vtrùm licita, aut valida sit distributionum donatio?*
7. *Vtrùm pensio imposita super distributionibus sit soluenda à Capitulo, cui accreuerunt quando Canonicus abfuit?*
8. *Distributiones quibus priuantur Canonici propter delictum, quibus accrescant?*
9. *Vtrùm non inseruiens diuinis Officiis ante sententiam iudicis amittat distributiones?*
10. *Vtrùm pœna priuationis distributionum imposita contra vtentes in choro galero, vel habitu laicali, sit exequenda ante iudicis sententiam?*
11. *Vtrùm priuatus beneficio habeat ius ad distributiones?*
12. *Vtrùm Canonicus, qui distributiones amissas tradit interessentibus, ea lege, vt sibi restituantur, sit tutus in conscientia, si eas recipiat?*

PRIMA ergo resolutio, priori dubio respondens, negat posse absentem recipere ab aliis Canonicis distributiones amissas propter non interessentiam, ex Concilio Tridentino *sess.*24. *cap.* 12. *vers. distributiones*, ibi: *distributiones verò qui statis horis interfuerint, recipiant*; reliqui, quauis collusione, aut remissione exclusa, his careant, iuxta Bonifacij VIII. decretum, quod incipit: *Consuetudinem*, quod sancta Synodus in vsum reuocat, non obstantibus quibuscunque statutis, & consuetudinibus, Garcia *part.3.cap.2.num.*432. vbi refert sic censuisse sacram Congregationem, consonat Riccius *verb.praxis distributionum, decis.*494. *num.*4. 1.

Secundi dubij resolutio est: Non est licita distributionum remissio, nec valida facta absenti ab aliis Canonicis, neque hoc licet Capitulo remittere, vt etiam censuit Congregatio, per hæc verba: *Non licet Capitulo aliquo prætextu distributiones donare, relinquere, aut quauis collusione remittere alicui, qui vel à seruitio Ecclesiæ abfuerit, vel alio quouis modo distributiones legitimè debeat amittere, nec fas sit cuiquam eas accipere; si acceperit suas non faciat, sed restituere cogatur illico restituendas fabricæ Ecclesiæ, quatenus indigeat, aut alteri pio loco Episcopi arbitrio.* Rursus Congregatio Concilij censuit quamcunque collusionem ex hoc decreto prohibitam esse, respectu scilicet distributionum; & ideo si de ea legitimè constiterit, debere Episcopum iure agere in reos, respectu fructuum præbendæ, non in facultate Canonicorum illos remittere, cùm illi applicandi sint Ecclesiæ. Consentiunt Durandus 2.

de ritibus Eccleſiæ, *lib.*13. *cap.*25. Naoarr. *de Orat. Miſcel.*59.*alias* 14. *& conſ.*7. *de cleric. non reſid.* & Henriq. *in ſumma,lib.*7.*cap.*36.§.3.

3. Tertij dubij ſolutio, ex dictis oſtenditur, non licitam ſcilicet colluſionem eſſe circa diſtributiones,quia expreſsè prohibetur in Concilio Tridentino,vbi generaliter excluditur quælibet remiſſio, vel colluſio,& propoſitio generalis generaliter eſt accipienda : tum denique ex colluſione magna ſequeretur diuinorum Officiorum læſio, ſi abſentes conciperent ſe non eſſe priuandos diſtributionibus pro tempore abſentiæ,Moneta *p.*3.*q.*10. *n.*38. Bonac.*diſp.*2.*q.*5.*punct.*7. §.3.*n.*1.

4. Quoad tranſactionem, an fieri poſſit circa diſtributiones,diſtinctione vtendum eſt.Nam quando quæſtio eſt circa diſtributiones præteritas inter Canonicos, an aliquis licitè amiſiſſet diſtributiones,vel an illas male percepiſſet, tunc licita videtur tranſactio,quia nullo iure cauetur tranſigere circa diſtributiones, quæ reſpondent tempori præterito:ſecus ſi tranſactio fiat ſuper diſtributionibus futuris, Moneta 3.*p.q.*5.*num.*14. quia putat tranſactionem ſuper futuris ſapere ſimoniam.Nec eſt dubium eſſe ſi fiat tranſactio ſuper iure percipiendi diſtributiones in futurum ſine ſuperioris authoritate, cùm ius ſit ſaltem quid ſpirituali annexum : ideo certum eſt inconſulto ſuperiore non poſſe ſuper eo iure fieri, Vgolinus *tract. de ſimonia tabula* 1.*cap.*19 §.1.*&* 2.Caccialup.*in tract.de tranſact. q.* 9. *n.*11. Soarez *de Relig tract.*3. *lib.*4. *cap.*51. *n.*6 & probatur *ex cap.præterea el* 1.*de tranſact.& ex cap.ſuper eo,eodem titulo.*

5. Non erit tamen ſimonia,ſi fiat tranſactio circa diſtributiones, vt ſunt quid temporale;ſicut ſunt beneficij fructus, qui vendi poſſunt, ita diſtributiones futuræ poſſunt ſubiici tranſactioni,cùm ius in diſtributiones habeant beneficiarij. Quare abſque nota ſimoniæ tranſigi poteſt ſuper diſtributionibus futuris ; non autem ſuper iure circa illas, dummodo tranſactio celebretur ſine præiudicio aliorum Canonicorum, quibus accreſcunt diſtributiones abſentis:nemo enim poteſt cedere iuri alterius ſine iniuſtia. Similiter non erit licita tranſactio facta ab vno Canonico cum aliis Canonicis de diſtributionibus,quæ ſibi accreſcunt propter abſentiam ipſorum, cùm videatur continere remiſſionem quandam, & colluſionem iure prohibitam, & irritam;& multo fortiùs erit illicita,ſi fiat de ipſo diſtributionum iure formaliter; ſecus ſi fiat de ipſis diſtributionibus, vt præcisè ſunt aliquid temporale,ſaluo cuiuſque iure, quod eſt aliquid ſpirituale, quod competit beneficiario ad diſtributiones propter diuinum Officium; & ideo de hoc iure nequit fieri tranſactio pecunia, aut alia re pretio æſtimabili, Reginaldus *in praxi fori, de pœnit. lib.* 23. *num.*148. Denique licita erit tranſactio inter Canonicos, modò non attingat ſucceſſores, niſi fiat authoritate ſuperioris; ſicut compoſitio facta ſuper futuris decimis ſine ſuperioris conſenſu, mortuo eo, qui eam fecit, ſucceſſori non præiudicat, vt per Abbat. *in cap. multiplici*, *num.* 2. vbi Buttius *in fine*, *& in cap. cum homines*, *num.* 4. *in fine*, *de decimis.* Duennas *regul.*127. *in fine*, Rebuff. *de decimis.q.*13.*num.*25. & D. Barboſa *in l. ſi filiofam.* § *final. num.* 20.*ff. ſolut. matrim.*

6. Sed quid dicendum de donatione diſtributionum facta ſponte à Canonicis quibus accreuerunt, illis qui eas amiſerunt? Reſpondet Azor 2.*p. lib.*7. *c.*7.*q.*9. ex gloſſa *in c.*1. *de verbor.ſignific.& cap.*1.*de cleric.non reſid. in* 6. poſſe quemcumque liberaliter donare partem diſtributionum ſibi accreſcentem. Sed huic reſolutioni obſtat Conc.Trid.*ſeſſ.*24.*c.*12. *de reform.* vbi huiuſmodi donatio nullius eſt momenti.Nauarrus tamen *de oratione,Miſcell.*50.*n.*4. *& conſ.*7.diſtinguit,ſi hoc fiat inter canonicos ſine vllo pacto,vi,vel metu, vt præſentes Canonici diſtributiones ſibi reſtitutas, & iam acquiſitas liberaliter abſentibus donent; tunc ait poſſe abſentes eas tuta conſcientia recipere, & retinere ; quia Concil.Trident.non dixit ſimpliciter, *quauis donatione excluſa*,ſed *quauis colluſione,& remiſſione.*Contrà verò negat, ſi intercedat pactio inter Canonicos, vt abſentes reſtituant præſentibus, & poſtea præſentes eas ſibi reſtitutas, iterum donent abſentibus,quia id damnat Concilium,Nauarro addhærent Soar.*tom.*2.*lib.*4.*cap.*30. *n.*17. Azor 2.*p. lib.*7. *q.*9.*verſ.quares*,Moneta *de diſtribut.* 3.*p.q* 5. *n.*6. & Macign. *de horis Canonicis*,*c.*81.*n.*152. Quod porò verum modò diſtributiones ſint iam traditæ donanti, & illas accepit realiter per ſe, vel per procuratorem à ſe electum ; tunc enim dicetur donatio,cùm earum iam habeatur dominium, & ante hoc dominium,ſi remittantur, non cenſebitur donatio,ſed potiùs remiſſio diſtributionum:quæ ſibi debentur.

Quare non eſt audiendus Garcia *de benefic.* 3.*p. c.*2. *n.* 431. dicens prohibitam eſſe non ſolùm remiſſionem diſtributionum,ſed etiam donationem; quod poteſt admitti, ſi intelligatur de donatione facta antequam diſtributiones traditæ ſint donanti,quia tunc non eſt vera donatio, ſed idem eſt atque remiſſio, cùm nondum habeat in diſtributionibus verum dominium, quod acquiritur per traditionem rei,& ideo ante traditionem coincidit donatio cum remiſſione;& ſicut remiſſio eſt vetita ; ſic etiam donatio ante traditionem, cùm nondum diſtributiones applicatæ ſint donantibus, neque ad ipſorum manus peruenerint, Bonacin. *vbi ſupra* §. 2. *n.*2.

Hic occurrit quæſtio, Vtrùm penſio impoſita ſuper diſtributionibus,ſit ſoluenda à Capitulo,cui accreuerunt propter abſentiam Canonici? Pro reſolutione iuris certi eſt diſtributiones quotidianas propriè ſumptas,quæ conferuntur intereſſentibus diuinis Officiis, ſecluſa contraria conſuetudine, deberi Canonicis,qui interſunt, & negari abſentibus,nec poſſe aliis applicari,quàm intereſſentibus, ex Concil.Trid.*ſeſſ.*21.*c.*3.*circa medium*,& ex ſacræ Congregationis declaratione, teſte Garcia 3.*part. c.*2. *num.*465. 7.

Diximus, *præciſa conſuetudine in contrarium*, quia non erit abs re conſuetudo, vt diſtributiones abſentium,quæ intereſſentibus accreſcunt,conferantur Eccleſiæ, vt docet gloſſa *in Clem.* 2. *de ætat. & qualit.& ord.præfic.*& alij, quos refert Macignus *de horis c.*71. *n.*148.

His poſitis, reſpondeo primò ſoluendam eſſe penſionem ſuper diſtributionibus impoſitam ab illo, qui diſtributiones percipit,quia eſt onus reale, & ſolui debet ab eo qui rem habet. Nam res tranſit cum ſuo onere,Tiraquel.*de retract.lignagier.* §.1.*gloſſ.*9. *num.*102. Menochius *conſ.*2. *num.*31.*& conſ.*63 *num.*11.*& conſ.*80.*num.*79.Cabed.*Luſit.p.*2. *dec* 52.*n* 1.D.Barboſ.*in l.poſt dotem n.*5.*ff.ſolut matr.* Caldas Pereira *de extinct. emphyt. cap.*3. *n.*23. *& de emptione, & venditione,cap.*10. *n.*10.*& cap.*27.*n.*79. dicentes tranſire ad ſucceſſorem, ex quo ſequitur tranſire ad Capitulum dum diſtributiones accreſcunt illi intereſſenti, Gonzales *gloſſ.*5 §.5. *n.*44. *& ſequent.*

*sequent.ad regulam 7.cancellariæ,pag.*154. Garcia *de benefic. p.*1.*c.* 5.*n.* 214. *vers.in hac difficili*, *& in addit.ad primam partem,c.*5.*n.*220. Gigas *de pensionibus q.*51. Quatant. *vers.distributiones quotidianæ,ad finem,* Soarez *de censuris,disp.*13.*sect.*2.*n.*24.quidquid minus bene contradicat Gutiertez *lib.*1. *canon. cap.*1. *num.* 121.

Respondeo secundò singulos Canonicos, quibus acreuerunt distributiones Canonici absentis, teneri pro rata ad pensionem. Garcia 1.*part. c.*5.*n.*224. post Couarr. *lib.*3. *variarum c.*13. *n.*7. & Gutierr. *d.lib.*1.*c.*1.*n.*107. quod intellige, quando ita ordinatum est, vt singulis Canonicis certa portio assignata sit, idem Garcia *p.* 3. *c.* 2. *n.*444. Bonacina *disp.*2.*q.*6.*punct.*3. ex *n.*9.*vsque ad n.*12.*& n.*15.

8. Quæri item potest, Quibus nam acquirantur distributiones, quibus priuantur absentes propter delictum? Respondeo quando distributiones auferuntur alicui per sententiam criminis condemnatoriam, aut in pœnam delicti habentis ipso facto pœnam priuationis distributionum, Moneta *p.*3.*q.*6.*n.*50. vult quando iudex nulli expressè applicat distributiones, probabiliter esse applicandas locis piis, quæ habentur loco fisci, per tradita à Couarr. *lib.*2. *variar. c.*9.*n.*9. Dicendum tamen est, quoties beneficiarij alio titulo, quàm absentiæ priuantur distributionibus, non esse conferendas Canonicis, sed fisco Ecclesiæ succedente loco Canonicorum, aut pio loco succedente fisco Ecclesiæ, ex ea ratione, quia quando imponitur pœna priuationis, seu confiscationis bonorum, censetur applicata fisco, si nihil aliud addatur, & Ecclesiæ, & locus pius habetur loco fisci, vt notat Diaz *in praxi criminal. c.*142. quia in iure non habetur, vt distributiones, quas delinquens interessendo acquisiuit, ratione delicti reliquis præsentibus applicentur; alioquin nunquam possent distributiones delinquentis iure speciali alteri applicari, cùm nequeat inferior contra ius commune statuere, Bonacin. *suprà q.*7. *punct.*1.*n.*3. vbi addit *n.*5. idem dicendum esse, quando omnes non intersunt choro culpa sua: tunc enim distributiones debentur Ecclesiæ, Couarr. citatus *n.* 7. Moneta suprà *n.*47. post alios, & Marignus *de horis Canonicis, cap.*71. *n.*107. quod multo fortiùs habebit locum, quando vniuersum Capitulum iustè interdictum est, quia Ecclesia debito seruitio est defraudata: proinde illi debent distributiones applicari.

9. His adde non interuenientes Officiis diuinis priuari distributionibus etiam ante illam iudicis sententiam, eo quia pœna ipso iure lata, quæ ad sui executionem nullam hominis actionem requirit, exequenda est ante omnem iudicis sententiam.

Nec obest pœnam legis non deberi ante iudicialem condemnationem, quia respondetur, quando lex pœnalis reddit inhabilem delinquentem, & incapacem ad aliquid agendum, vel recipiendum, pœna in ea imposita incurritur ante sententiam, nec requiri hominis actionem: beneneficiarij autē non interessentes diuinis Officiis sunt inhabiles ad distributiones acquirendas, non solùm ex *c.vnico, de cler.non resid.* sed ex Trident. *sess.*24. *c.*12. *vers. distributiones*; ergo pœna inhabilitatis ad aliquid recipiendum, qualis est pœna amissionis distributionum nondum acquisitarum ipso iure imposita incurritur ante sententiam: nec requirit hominis actionem. Tum quia datum ob causam interessentiæ retineri non potest, causa non subsequuta, Moneta *de distrib.*3.*p.q.*7.*num.*71. Quinimò non solùm pœna, quæ ad sui executionem nullam postulat hominis actionem, & subeunda ante omnem sententiam: sed etiam pœna, quæ actionem requirit, quotiescunque constat ex mente legis voluisse legislatorem obligare ad illam tolerandam ante vllam sententiam, vt est in nostro casu *in c. vnico, de cleric.non resid. in* 6. Bonacina *hoc titulo de distribut. q.*7.*punct.*2.*n.*2.

Longè aliter dicendum est de pœna priuationis distributionum ipso iure imposita à constitutionibus Synodalibus, seu ab ipso Episcopo contra Canonicos deferentes in choro vestes aliquas prohibitas, quia non videtur obligare in conscientia, nam si id vellet constitutio, explicaretur ab ipsa, dicente ad id obligari delinquentem in conscientia; neque id posse Episcopum, tradit Moneta *d. q.*7.*n.*73. quia in beneficialibus Episcopus non habet plenissimam potestatem, sicut habet Pontifex: tum quia constitutio non reddit delinquentes inhabiles ad acquirendum in hoc casu; sicut in superiori de interessentia, atque ita cùm sit pœnalis constitutio, requiritur sententia iudicis; etiamsi constitutio pœnalis sit latæ sententiæ. ita D.Thomas 2.2.*q.*62.*art.*3. vbi ait, neminem ante condemnationem per iudicem ad pœnam teneri, sequitur Adrian. *quodlibet.*6.*art.*1.*lit.I.vers.Tertiò infero,* Sylu. *in verb.hæresis* 1.*q.*8.*vers.tertia pœna,q.*25. Nauarrus *in manuali,c.*23.*n.*66. Cou. *in* 2.*p.epitome,c.*6.§8.*n.*10. & Contad. *tract.*1.*de contr.q.*7. & alij contra Sayr. *In claui,lib.*3.*c.*9.*n.*30. nisi eius naturæ lex sit, vt secum ferat executionem; sicut quando iudex aliqoid præcipit, sub pœna maioris excommunicationis latæ sententiæ, & similium. Nec est dubium posse Episcopum obligare ad aliquam pœnam pecuniariam in conscientia soluendam, etiam ante latam sententiam, & ex consequenti ad pœnam distributionum incurrendam ante iudicis sententiam, Bonac. *q.*7.*punct.*2.*n.*4. 10.

Vtrùm autem priuatus beneficio habeat ius ad distributiones, ambigi potest: sed placet negare, quia sublato principali, tollitur accessorium: principale autem est beneficium, ex quo manat ius ad distributiones. Ex quo sequitur actualiter, seu realiter degradatum distributiones percipere non posse, Henr. *lib.*13.*c.*55. Cou. 2.*var.c.*13.*n.*8.*illat.*12. & Moneta 2.*p.q.*17. *n.*27. quod extenditur ad depositum, qui dicitur verbaliter degradatus, caret enim beneficio; ideo distributionibus. *c.dilectus, & c.pro illorum, de præbendis*, modò degradatus legitimam appellationem non interposuerit, Bonacina *de horis,disp.*2.*q.*5.*punct.*2.§.8.*ex n.*1.

Denique, vtrùm Canonicus, qui distributiones amissas tradidit interessentibus ea lege, vt sibi restituantur, sit tutus in conscientia? Responsio est negatiua, vt ex dictis satis constat, ratio, quia hoc fit in fraudem legis prohibentis remissionem: non enim censetur solutum, quod statim recuperatur, Nauarrus *de oratione, Miscel.*50.*num.*4. *& cons.*7.*de cleric.non resid.* Azor 2.*part.lib.*7.*quæst.*9. & alij apud Bonacin. *in simili de contractibus, disp.*3. *q.*4. *punct. vnico, num.* 21. *vers.* 4. *&* 5. *& de distribut. disputat.* 2. *quæst.* 5. *punct.* 7. §. 2. *num.* 3. *versicul. secundò quæritur.*

* * *

LIBER

LIBER VNDECIMVS
DE OBLIGATIONIBVS PASTORVM REGVLARIVM.
DISPVTATIO VIGESIMAQVARTA.
DE OBLIGATIONIBVS, ET OFFICIO Abbatum Regularium.

De origine, & nomenclatura Abbatum Regularium.

§. I.

EPITOME.

1. *Abbatis appellatio, quando primum cœperit, & quis Abbas primus vocatus sit?*
2. *Abba, & Abbas, vnde dicantur, & qua vox sit?*
3. *Abbates sunt de maioribus Ecclesiæ, & præferuntur cæteris dignitatibus inferioribus Episcopo.*
4. *Abbatis electio pertinet ad Conuentum.*
5. *Abbatum electio facienda est iuxta formam cap. quia propter, de electione.*
6. *Abbas debet benedici ab Episcopo, & ante benedictionem dicitur Abbas.*
7. *Abbates benedicti suos Monachos benedicunt, dummodo sint presbyteri.*
8. *Sanctus Benedictus Abbas Sanctissimus an fuerit Sacerdos?*
9. *Ex voce* Abbas *dicitur Abbatia, qua est dignitas clarissima.*

1. EX Anachoretis primum cœpisse frequentari in Christiana Religione hunc titulum scribunt Sozomenes *lib. 1. c. 10.* & D. Hieronymus *in vita Hilarionis*, & Polydorus Virgil. Hilarionemque Anachoretam in saltibus Thebaidis Sytiæ primum floruisse Monachum, monasticamque vitam instituisse, à quo plures viuendi formam acceperunt, & eremi cultum in cœtum transtulerunt. Vixit celeberrimus ille Antonius eximiæ sanctitatis Anachoreta in Thebaica regione Ægypti, vbi multa condidit monasteria, quem innumeri postea solitarij secuti sunt, & Abbatem, hoc est, patrem venerationis causa dixerunt à nomine *Abba*, quod idem valet, atque Pater, est nomen Hebraicum secundùm quosdam, secundùm alios est Syricum, non Hebraicum. Pater verò est nomen Græcum, vel Latinum, & omnes rationes conueniunt in hanc vocem *Abbapater*, & sonat idem, quod Pater: vnde Abbas idem est, quod Abba, & significat Patrem ætate, honore, & cura, *cap. vltimo, de regularibus*, Alciat. *in l. 1. C. de in ius vocand.* Alber. *in Diction. in verb. Abba Pater*, vbi *in fine*. att propterea Abbates appellari Patres.

2. Fuit hoc nomen tributum Præpositis, & Ducibus Monachorum ab iis, qui se tanquam filios edoceri, & haberi nouerant: postea tamen in ambitionem apud quosdam degenerauerit, vt quondam etiam fastidita superbia eorum, qui volebant vocari, in quos inuehitur D. Hieronymus *in Epistola 4. ad Galat. c. 4.* per hæc verba: *Cum autem Abba Pater Hebræo sermone, Syriòque dicatur, & Dominus Noster in Euangelio præcipiat* Matthæi 23. *nullum Patrem vocandum, nisi Deum: nescio qua licentia in Monasterijs, vel vocemus hoc nomine alios, vel vocari nos acquiescamus.* sic ibi. Cæterùm si modestè fiat, vt à subditis Præpositis discernatur, eisque obediant, vt ait Paulus ad Hebræos 13. *obedite Præpositis vestris*, nullum planè vitium est. Est enim Abbas præ aliis honorandus, *cap. cum ad Monasterium, in verb. Abbas, de statu Monachorum*, ita Cardinal. Zabar. *in Clem. 1. de rescript. n. 3. vers. quaro an nomen*, vbi addit esse nomen honoris, & dignitatis, per *c. indemnitatibus, §. verum, de electione in 6.* & Archid. *in cap. licet, de prabendis in 6. in principio.*

Nec obstat *c. tuam, de ætate, & qualitate*, vbi dicitur nomen Abbatis esse potius solicitudinis, quàm ordinis, vel honoris: vbi glossa *in verb. non ascendat*, quod sequitur Stephanus Gratian. *discept. forens. cap. 270. n. 6.* dicens Abbates officio quidem potiri, non verò dignitate fulgere; idque deducit ex eadem glossa, quatenus tenet etiam infamia notatum posse in Abbatem eligi: consonat Ioannes Monachus *in cap. fraternitatem, in medio 71. dist.*

Nihilominus contrarium est verius, vt videtur ostendere text. *in cap. si quis deinceps 16. q. 7.* vbi ait Episcopatum, vel Abbatiam de manu laici suscipi non debere; & in fine subdit, similiter etiam de inferioribus Ecclesiasticis dignitatibus constituimus; ita *glossa vltima in cap. exposuisti, de corpore vitiatis*, Panorm. *in c. decernimus, n. 2. de iudiciis*, & ibi Felinus *in principio*, & quidquid fuerit de iure antiquo, secus de iure hodie, quia honoris est nomen.

Item Abbas Monachorum appellatur *Archimandrita*, prout exponit glossa *in epistola inter claras, §. manifestum igitur, in verb. Archimandrita, C de summa Trinit.* Alber. *in Dictionario verb. Abbas Monachorum*, Petrus Greg. *in Syntagmate iuris vniuersi, p. 1. lib. 15. de personis, cap. 13. de Abbatibus, num. 5.* dicens quòd olim Abbas prisco nomine Græcis dictus fuit Archimandrita, quo tempore tyranni persequebantur Christianos, qui metu eorum in syluas, & eremum secedebant, & in speluncis, quæ *Mandri* dicuntur, se continebant, & ideo, qui præsunt Monachis Abbates, Archimandritæ dicuntur. Item Hetæriarchæ vocantur apud Suidam, hoc est, Principes sodalitij.

Sunt ergo Abbates de maioribus Ecclesiæ, & præse 3.

præferuntur cæteris dignitatibus inferioribus Episcopo,& post Episcopos nominantur, text. *in cap.decernimus,de iudiciis,& in cap. in nomine Domini,in principio,23.dist.* Geminian.*in cap.final.in principio*,per textum *ibi,de offic. deleg.in 6.*vbi ait,quòd Abbas Regularis præfertur Canonicis Ecclesiæ Cathedralis: idem tenet Baldus *in cap.pastoralis,in verb.extrà quæro, de officio delegati*, vbi vult magis esse deferendum vni Abbati foraneo,quàm Canonico Cathedralis Ecclesiæ,quia est in dignitate,& præest Capitulo, Canonicus autem Cathedralis Ecclesiæ strictè, non dicitur habere dignitatem, Gemin. *in cap.statutum*, per textum *ibi, de rescriptis in 6.*

Hoc tamen procedit, nisi Canonici collegialiter procedant, quia tunc repræsentant Cathedralem Ecclesiam, quæ præ aliis honorari debet. Quare quòd præcedat Abbas Canonicos extra Ecclesiam, & extra processiones, non est dubium, & etiam Ecclesia,& in processionibus, si esset consuetudo: illa tamen cessante, Canonici non separantur ab Episcopo.Felin.*in cap.meminimus,num.6.vers. limita dictum Baldi,de accusationibus*, Cassaneus *in Catalogo gloriæ mundi p.4.considerat.31.per totam*,Tusch. *in pract.concl.iuris.verb. Abbas concl.5.n.5.*

Sunt ergo Abbates in dignitate *cap.vt Apostolica,de priuilegiis,lib.6.* proinde debent alios non habentes dignitatem in sessione,sententiis, vel opinionibus, & in subscriptionibus,& aliis similibus præcellere,*l.1. & 2.ff.de albo scribendo,17. distinct.§. hoc quoque notandum, cap. Episcopos.* nam digniora præferenda; *Instit.de iure nat. gentium, & ciuili,§. vltimo*,glossa *in §.alia,Instit.de bonor.possess.*quinimò glossa *in d.c.Episcopos,in verbo tempus*, indicat illos, qui priùs dignitatem receperunt, præferendos esse aliis,& illam ad hoc citat Gregorius Lopez *part.1. tit.5. l. 15. gloss. 1.post medium,vers.nam dignioribus*, Nauarr.*de maior.& obed.cons.5.num.8.in fine*,& Marant.*in proœmio de ordine iudiciorum,n.9. & 10.*

4. Certi etiam iuris est electionem Abbatis pertinere ad Conuentum,Syluest.*verb.electio 1.quæst.1.* Petr.Gregor. *de electione, cap. 6. num.9.* Duaren. *de sacris Ecclesiæ ministris,lib.5. cap.1.* eo quia cuilibet Collegio datur potestas eligendi sibi Prælatum. Vnde electio Abbatis pertinet ad eius Conuentum,per textum *in cap.nullus de electione*,& resoluit Nauarr.*comment.3 de regularibus num.2.*Ludouicus Miranda *in Manuali Prælat. tom.2. quæst.23. art.5. conclus. 1.*

5. Est autem facienda electio Abbatis iuxta formam capitis,*quia propter,de electione*, quæ seruanda est non solùm in electionibus Episcoporum, & aliorum Prælatorum, Ecclesiarum collegiatarum, qui habent iurisdictionem generalem in dictis Ecclesiis Collegiatis,sed etiam in electione Regularium Prælatorum, gloss.*in d. cap. quia propter*, vbi Abbas,*n.7.vers.circa,& num.8.vers.& placet.*Verba autem capitis,*quia propter*,sic habent. *Statuimus,vt cùm electio fuerit celebranda, præsentibus omnibus,qui debent,& volunt, & possunt commodè interesse, assumantur tres de Collegio fide digni, qui secretè,& sigillatim vota cunctorum diligenter exquirant, & in scriptis redacta mox publicent in communi, nullo prorsus obstaculo interiecto: vt is collatione habita eligatur, in quem omnes vel maior,& sanior pars Capituli consentit. Vel saltem eligendi potestas aliquibus viris idoneis committatur, qui vice omnium Ecclesiæ viduatæ prouideant de pastore. Aliter electio facta non valeat: nisi fortè communiter esset ab omnibus,quasi per inspirationem absque vitio celebrata.* Sic ibi,& tradunt Petrus Gregorius *ad Decretal. tit. de electione, cap.3.* Azor *part.2.lib.6.cap.14.q.11.*& Miranda *in manuali Prælator.tom.2.q.23.art.2.*vbi de electionum formis per scrutinium, scilicet compromissum,& electionem agunt.

In electionibus verò inferiorum Prælatorum non est necessariò seruanda dispositio dicti capitis *quia propter*, sed sufficit ad id singularis consensus existentium in Capitulo, modò præstetur in communi, & omnibus congregatis collegialiter: tunc enim hoc modo electus simpliciter à maiori, & saniori parte præualebit.Syluest. *verb. electio 2. q.1.*Miranda *d.q.23.art.3.concl.2.*

Cæterùm facta electione vno ex tribus modis, 6.
Abbas debet benedici ab Episcopo, vt per Sbroz *de officio Vicarij Episcopi,lib.2.q.8.num.1.*Azor *instit. moral.p.1.lib.12.cap.20.q.6.*Vgolin.*de potestate Episcopi,cap.32.§.1.num.1.* quæ benedictio non potest iterari ab Episcopo Abbatibus semel impensa, quòd si renuat Episcopus tertiò requisitus benedicere Abbatem sine causa,ipse Abbas non expectata benedictione potest exercere omnia, quæ sunt sui muneris,tam ad Ordines, quàm ad iurisdictionem spectantia, Cochier *de iurisdictione Ordinarij in exemptos p.4.q.78.num.2.* Azor *p.1.lib.12.cap.2. q.6.* vbi addit hoc priuilegium omnibus Abbatibus indistinctè concedi. Non posse autem iterari hanc benedictionem, tradit Nauarrus *cons. 2. de Sacram.non iter.in nouis.*Miranda *in Manual.Prælat. tom.2.tract.de sacris Monialibus,q.7.art.7. conclus.1. in fine*,& Azor.*p.1.lib.13.c.10.q.4.*

Ex dictis sequitur ante benedictionem dici, & esse verum Abbatem de stylo Cancellariæ, secus in Episcopis, qui ante consecrationem dicuntur electi, Oldrad. *consil.14.vers.sed quod iste, num.4.* Felinus *in cap. inter Monasterium,in principio, de re iudicata.* Quare Abbas confirmatus, quamuis non benedictus, dicitur Abbas, potestque vti Mitra, baculo pastorali, annulo, & aliis Pontificalibus, Abbas *in cap. inter Monasterium, col. vltim. versic. quæro vlteriùs num.25.de re iudicata.* Non potest tamen ante benedictionem susceptam conferre Ordines, non quia benedictio conferat facultatem, sed quia dat exercitium Abbati Ordines conferendi;Oldradus tamen *consi.14.in fine,vers.item non obstat*, vult si Abbas est Presbyter, posse conferre Ordines,etiamsi non sit benedictus, nec dissentit Abbas *in c.tuam,de ætate,& qualitate.*

Vti verò baculo pastorali non posse Abbatem ante benedictionem, cùm illi antè non tradatur, vult Innocentius *in cap. quanto, de officio Ordinarij*, sed meliùs posse baculo vti, putat Oldrad. *dict. consil.14.in fine*,atque ita posse exercere Pontificalia ante benedictionem, dicit Abbas *in cap. inter Monasterium, in fine, de re iudicata*, si ea iura habet, & Zabarel. idem tenet *in Clementina attendentes in 6. quæst. de stat. Monach.* dummodo sit confirmatus.

Quando autem Abbates debeant benedici,tra- 7.
dit Petrus Gregorius suprà *cap. 13. de Abbatibus, num.13. ex Clementina 2. §. statuimus, de statu Monachorum*, vultque benedici post electionem intra annum, vbi loquitur de Abbatibus non exemptis à potestate Episcopi. Porrò Abbates benedicti suos Monachos benedicunt, dummodo sint Presbyteri, non aliter: benedicere tamen publicè populo non possunt, hoc enim illorum excedit potestatem.Petr.Gregor *suprà*; item benedictio Abbatum potest fieri omni die, secundùm Zabarel. *in dict. Clementina attendentes §. statuimus, quæst. 9. de*

de stat. Monach. sed tutius est quòd fiat die Dominico; sicut & consecratio Virginum, Oldradus *cons.* 14. *num.* 9. *vers. ad aliud* & est communis secundùm Abbatem *in c. cùm sis, de consecratione Ecclesiæ, in fine.*

8. Ambigi hoc loco potest, an Sanctissimus Patriarcha Benedictus fuerit Sacerdos? Illustrissimus Frater Prudentius de Sandoual *in tractatu principiorum Ordinis Sancti Benedicti in Hispania,* §. 8. *ad finem, fol.* 19. *column.* 1. ait non constare, quòd fuerit Sacerdos, eo quia illis temporibus paucissimi reperiebantur Sacerdotes, præsertim inter Religiosos, qui in saltibus desertis vitam agebant, vt Anachoretæ: subdit tamen cogitari posse illum presbyteratu fuisse initiatum.

9. Sicut ex Abba Abbas, sic etiam Abbatia diriuatur, quæ hodie est dignitas clarissima, quicquid fuerit de iure antiquo, Bellamer. *cons.* 5. *numer.* 21. & 22. Abbas *in cap. suam, de ætate, & qualitate, columm. penultim. vers. oppono,* Antonius Cucch. *lib.* 3. *instit. maior. tit. de Abbate, numer.* 4. dicens dignitatem Abbatialem non esse postremam inter cæteras dignitates Ecclesiasticas, sed recenseri inter clarissimas, *cap. deinceps* 16. *quæst.* 7. Lap. *cons.* 84. Abbas, & Ripa *in d. cap.* 2. *de re iudicata,* præferturque hæc dignitas aliis dignitatibus inferioribus sæcularibus, vt deducitur ex *cap. penultimo, de officia Vicarij, & ex cap. ex parte, in principio, de verbor. signific.* Cassan. *in Catalogo gloriæ* 4. *part. consid.* 32. *versic. & quod Abbatia,* Flamin. *de resignat. lib.* 2. *quæst.* 1. *num.* 65. vbi ait Abbatiam esse de maioribus dignitatibus, quæ sunt Ecclesiæ, & non venire sub simplici appellatione dignitatum; & ob id æquiparari Episcopatibus, Rebuff. *super Concord. de mand. Apost* §. *statuimus. verb. monasteria.* Mandos. *in regul. de benef. vacant. per promot. q.* 3. *n.* 8. idem Flam. *lib.* 7. *q.* 15. *n.* 7. vbi ait Abbatiam esse caput omnium Ecclesiarum regularium, totamque potestatem Monasteriorum ab Abbatibus dependere, *cap. nullam potestatem* 18. *quæst* 2. *cap. cùm ad Monasterium, de stat. Monach.* Selua *de benefic.* 1. *part. quæst.* 2. *num.* 49.

De Abbatibus exemptis, & de quibus agere, vel non agere possint, & in quibus subditi sint, vel non sint Ordinario.

§. II.

EPITOME.

1. *Abbates, qui sunt Ordinarij, possunt omnia, quæ possunt Episcopi in sua diœcesi.*
   & infra vers. dico nonò. n. 9.
2. *Abbates exempti tenentur interesse Synodo ratione populi non exempti.*
3. *Abbates exempti interessentes Synodo quibus ornamentis vti debent?*
4. *Priores, & Abbates ratione Parochiæ tenentur interesse Synodo.*
5. *Abbates præstant iuramentum Papæ de non alienando, & operetur illud iuramentum, nunquid poterunt compromittere, vel permutare?*
6. *Abbates exempti nequeunt renunciare priuilegio exemptionis.*
7. *Abbas sine consensu Capituli potest agere, & constituere procuratorem, non tamen negotia ardua agere solus, nec sibi iubere, nec fideiubendo facultatem facere.*
8. *Abbates habentes membra non exempta, quod ad illa subsunt Episcopo.*
10. *Abbates quantumcunque exempti nequeunt exigere indistinctè subsidium charitatiuum.*
11. *Abbates non exempti an possint cognoscere cumulatiuè, vel priuatiuè de clericis suæ diœcesis.*
12. *Abbates nulli Episcopo subditi possunt concedere facultatem nouitiis ad disponendum de suis bonis.*
13. *Prælati regulares in Monasteriis sibi subiectis nequeunt dare licentiam nouitiis ad disponendum de rebus suis.*
14. *Abbates exempti ab Episcopo non possunt ordinare in minoribus subditos sæculares, etiamsi habeant dimissorias suorum Episcoporum, sed tantum regulares sibi subiectos.*
15. *Abbates dispensant in interstitiis, & concedunt dimissorias ad Ordines suscipiendos.*
16. *Abbates nulli Episcopo subiecti possunt interesse matrimonio, & facultatem assistendi dare, & dispensare in denuntiationibus idem commendatarij.*
17. *Abbates in Ecclesiis sibi subiectis possunt esse iudices, & præstare consensum in alienatione bonorum.*
18. *Abbates iurisdictione Episcopali vtentes possunt exponere confessarios pro sæcularibus.*
19. *Abbates omnino exempti possunt circa suos quidquid potest Episcopus per Tridentinum sess.* 24. *cap.* 6.
20. *Abbates in foro externo, & in foro interno possunt absoluere suos, exceptis casibus specialiter illis ereptis.*

ABBATES qui Ordinarij sunt, & vtuntur iurisdictione quasi Episcopali, quæri potest, quæ non possint circa suos subditos in iis, quæ sunt iurisdictionis? Dico in primis posse omnia, quæ Episcopi in sua diœcesi, iuxta glossam quam inibi commendant Bonifac. & reliqui *in Clementina* 1. *verb. proprij, de reb. Eccles. non alienand.* 1.

Dico secundò, Abbates exemptos, qui habent populum, teneri interesse Synodo Episcopi ratione populi non exempti, quod idem habet locum in aliis Prælatis exemptis: secus si non habent populum, *cap. Abbates* 18. *quæst.* 2. *cap. quod super his, de maior. & obed.* Erasm. à Cochier *de iurisdictione Ordinarij in exemptos part.* 1. *quæst.* 21. *num.* 2. secus si non habent populum non exemptum, *cap. ex ore,* vbi Abbas, *de priuilegiis.* Ex Concilio tamen Tridentino, qui aliàs cessante exemptione Synodo interesse deberent, nec Capitulis generalibus subduntur, ad Synodum accedere tenentur, *sess.* 24. *de reformat. cap.* 2. Vgolin. *de potestate Episcopi cap* 43. § 2. *num.* 1. Cochier *supra p.* 4. *quæst.* 19. & Stephanus Quaranta *in summa Bullarij verb. Concilium prouincial. vers. tertiò quæro, quo ad hoc autem, ex cap. ex ore* 17. *de priuilegiis,* & *ibi* Barbosa *numer.* 5. 2.

Dico tertiò Abbates exemptos, qui interesse debent Synodo, vti debere Abbatiali amictu, Speculator *de priuilegiis, part.* 4. *num.* 6. Boetius *de authoritate magni Concilij, part.* 1. *num.* 13. Nam de iure omnes tenentur venire ad Synodum, qui animarum curam habent, *cap. quod super his,* iuncta glossa, *de maior. & obedient.* quicumque illi sint, Franciscus Leo *in thesauro fori Eccles. part.* 1. *cap.* 9. 3.

cap.9. num.13. Vgolin.*de potestate Episcopi,cap.48. §.1. num.1.*

4. Dico quartò Priores, sicuti & Abbates, maiores, & Conuentuales, qui ratione Parochiæ subsunt Episcopo, teneri venire ad Synodum Episcopi, & ab eo visitari, & corrigi, Federic. de Sen. *consil.* 88. *Reuerende Pater, in prima responsi. Lapi.* quia dispositum in Abbatibus, videtur dispositum in prioribus, *cap. final. de regularibus, & cap. in singulis, de statu Monachorum.*

5. Sed quid de iuramento præstito per Abbates exemptos Romano Pontifici de non alienando aliquid inconsulto Romano Pontifice? Dico quintò illud iuramentum operari, quòd nullo modo possint Abbates alienare quidquam etiam ex causa vtilitatis, vel necessitatis, Tusch. *verb. Abbas, conclusione* 10. *num.* 2. Iuuat omnem alienandi modum etiam in casu licito, & festuatis iuris solemnitatibus inconsulto Romano Pontifice hodie regulariter prohiberi, *per Extrauag. Amb tiosa, de reb. Eccles. non alienan.* exceptis tribus casibus in eadem Extrauagante expressis. Huc tamen iuramentum de non alienando sine Papæ licentia non continet solita alienari, *cap.ex parte, de feudis*, Gutier. *de iuramento confirmatorio, p.1. cap.52.num.4.* Nauarr.*in tract.de alienat.rerum Eccles. num.* 11. Caldas Pereria *de renunciat. emphyt. q.* 11. *num.*70.

Dico quintò prædictos Abbates non solùm stante iuramento non posse alienare, sed neque compromittere, Roman. *consil.*369. *circa primum, num.* 18. *vers tria autem*, Anton.Cucch. *supratit. de Abbate, num.*60. Similiter alienare prohibitus non potest permutare, Tiraquel. *de retract.lignagier*, §. 1. *gloss.* 14. *num.* 30. Caldas Pereria *de emptione, cap.* 8. *num.* 26. & 27. & Gonzalez *ad regul.* 8. *gloss.* 5. §. 10. *num.* 35. *cum sequent.* ergo nec compromittere, Blanc. *de compromiss. part.* 4. *num.* 28.

6. Dico sextò Abbates exemptos non posse renunciare priuilegio concesso, quòd sint immediatè subiecti Sedi Apostolicæ, etiam si vellent, Roman. *dict.consil.*369.*n.*18.sicut Regulares exempti nequeunt absque ipsius Papæ licentia renunciare priuilegio exemptionis, Fr. Emanuel *quæst. regular. tom.* 2. *quæst.* 63. *art.* 10. post Abbatem *cap. cum tempore, de arbitris, verb. sine licentia, & in cap. graue, num.* 3. *de officio Ordinary, & in cap.* 1. *num.* 19. *de re iudic.* Couarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 4. *num.* 1. Gail. *lib.* 1. *obseruat.* 40. Cochier *de iurisdictione Ordinarij in exemptos, part.* 2. *q.*7. *num.*2. & 3. & *part.* 3. *quæst.* 34. Quare renunciatio exemptionis sine Pontificis licentia non tenet, quia cùm exempti à potestate ordinaria solo Romano Pontifici subiiciantur, tale priuilegium continet fauorem superioris, ne suus subditus iudicetur ab alio.

7. Dico septimò Abbatem posse agere, & constituere procuratorem ad agendum nomine Monasterij, sine consensu Capituli: nequit tamen ardua negotia solus tractare sine consensu illius, Roman. *consil.*369.*num.*21. *vers.tertia est ratio.* Nec etiam potest Abbas absque consensu Conuentus fideiubere, nec fideiubendi facultatem concedere, Sanchez *in precepta Decalogi, p.*2. *lib.*6. *cap.*14. *num.*39.& citat Syluest.*verb fideiussor.q.*4. & Angel.*eodem verbo, num.*7. Atmil *num.*4.& Less.*de iustitia, lib.*2. *cap.*28. *dub.*2.*num.*20.

8. Dico octauò Abbates exemptos, si habent aliqua membra non exempta, teneri quo ad illa subesse Episcopo, & obseruare illius statuta, & venire ad Synodum; sicut alij non exempti eunt, Federicus de Senis *consil.*182. *Statuta Episcopi, in principio, vers. item Abbas exemptus*, per textum cum glossa *in cap. de priuilegiis, lib.* 6. non tamen poterit solus sine consensu Conuentus subiicere Monasterium exemptum cuiquam, à quo erat exemptum. Innocentius *in cap. cum dilectus filius, vltra medium, in verb. repromisit, de religiosis domibus.*

Dico nonò Abbates qui sunt ordinarij, & habent iurisdictionem quasi Episcopalem, regulariter posse omnia, quæ Episcopi possunt in sua Diœcesi, circa illa quæ sunt iurisdictionis, gloss. *in Clement.* 1.*verb.proprij,de rebus Ecclesiæ non alienandis*, Nauar. *consil.*5.*de sponsalibus,num.*4.Barbos. *alleg.*32. *num.*31. 9.

Dico decimò Abbates quantumcunque exemptos non posse exigere subsidium charitatiuum ab Ecclesiis sæcularibus, aut regularibus Monasteriis sibi non pleno iure subiectis, Bellencinus *tract. de subsidio charitatiuo, q.* 5. & addit ex Calderin. *consil. de censibus*, Præpositum seu præfectum totius ordinis regularis subsidium posse exigere ab omnibus monasteriis Ordinis sui pro sumptibus necessariis ad gubernationem ordinis si aliunde non habeat bona, quæ ad hæc onera subleuanda sufficiant. 10.

Dico vndecimò Abbates non exemptos quibus ex priuilegio, vel ex legitima consuetudine competebat olim cognoscere de clericis suæ diœcesis, vel cumulatiuè cum ordinario, vel priuatiuè, etiam hodie eadem vti posse iurisdictione, quia Concilium Trident. *sess.*24.*de reformat. c.*20. non obstat cùm loquatur de iurisdictione ordinaria, & iurisdictiones Abbatum iusto iure, & titulo quæsitæ etiam censentur ordinariæ, Sayr. *in floribus decis. sub titulo de foro competenti, decis.*2. Nauarr.*consil.*2.*eodem titulo,in antiquis, & consil.*9.*sub tit.de priuilegiis,in nouis.* 11.

Dico duodecimò Abbates, qui habent iurisdictionem quasi Episcopalem, & nulli Episcopo subsunt in suis diœcesibus, posse facultatem disponendi concedere nouitiis de suis bonis temporalibus, Sanchez *in precepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 5. *num.* 68. idémque probatur ex traditis ab eodem Sanchez *lib.* 2. *cap.*11. *num.*5. *vers. at mihi probabilius, & lib.*4. *cap.*38.*n.*19. *vers.octauò Abbates.*

Dico decimotertiò, secus dicendum de aliis Prælatis regularibus in monasteriis exemptis, & sibi subiectis, non posse scilicet, facultatem disponendi de suis bonis concedere nouitiis, ita Fr. Emanuel *de regularibus,tom.*2.*q.*47.*art.*14.Sanchez *d. lib.*7. *cap.*5. *num.*74. vbi *num.*75. cum fratre Emanuele *tom.*2.*summa, cap.*7.*num.*1. & Vega *tom.* 2. *summæ, cap.* 50. *casu* 3. addit in aliquibus Religionibus non esse in vsu petere hanc facultatem ab Episcopo,& ideo in illis non esse necessarium, quod procedit si illa consuetudo est legitimè præscripta; aliàs nihil valet,& semper tutissimum erit petere licentiam ab Episcopo, vel ab eius Vicario, ne renunciationes similes irritentur per Concilium Tridentin. *sess.* 25. *de regularibus cap.*16.

Sed quid dicendum de Abbatibus Ecclesiarum nulli Episcopo subiectarum circa ipsum sacramentum Ordinis? Dico decimoquartò non esse integrum illis promouere personas sæculares habentes

habentes litteras dimissorias suorum Episcoporum, Miranda *in manuali Prælatorum, tomo 1. q.38.art.9.* & decisum fuisse in sacra Rota Romana, tradit Seraphin. *decis.985. p.1.* & Concil Trident. *seß.23.cap.10.* ostendere videtur, incipit Abbatibus: vbi aduertendum est, tria requiri, vt Abbates ordines conferant, primum quòd sint Presbyteri, secundum quòd sint benedicti, tertium quòd proprijs Monachis conferant, ita Francisc. Marq. *Delphin decis.1082.num.2.lib.1.* & decisum refert praxis noua Episcopalis *part.1.cap.1. num.6. pag. 26.* Fusc. *de visitatione, lib. 2. cap. 15. num.93.* Campanil. *in diuers. iuris, rub. 6. cap. 2. num.6.& 9.*

Quare non placet sententia illorum, qui asserunt decisum fuisse, posse Prælatos regulares habentes ius deferendi baculum, & mitram, eosdem minores Ordines conferre aliis regularibus, qui dimissorias speciales suorum superiorum, & specialem consensum Episcopi loci habuerint, cùm apertè repugnet Concil. Trident. *d cap. 10.* per hæc verba: *Abbatibus, ac aliis quibuscunque quantumuis exemptis, non liceat in posterum cuiquam, qui Regularis subditus sibi non sit, tonsuram, vel minores ordines conferre*, Illustrissimus Primas *dist. 95 cap. peruenit, num. 6.* Sorbus tamen *in compendio priuileg. ord. minor. verb. ordines sacri, fol. 458, vers. notandum ex sacra Congregatione*, ait posse Abbates regulares conferre tonsuram, & ordines Minores sæcularibus Episcopo subiectis, si ipsius Episcopi consensus accedat, & ab eo litteras dimissorias impetrauerit non generales, sed speciales. Idem aliis Regularibus afferentibus speciales superiorum dimissorias, & specialem consensum Episcopi loci in quo ordines huiusmodi cupiunt suscipere per Abbates. Sed Seraphin. *decis. 985. part. 1.* voto Rotæ ait hoc non licere Abbatibus, quod sequitur Campanil. *supra.*

Certi tamen iuris est Abbates subditis suis laicis non posse tonsuram, aut minores ordines conferre, aut litteras dimissorias concedere; quin imò ab officio, & beneficio per annum ipso iure sunt suspensi, vt habetur in Concil. Tridentin. *seß. 23. dict. cap. 10.* Suis verò Regularibus tam in Ecclesia propria, quàm in Ecclesiis aliorum exemptorum inuitati possunt ordines Minores conferre, neque incurrunt hanc pœnam etiam non requisito ordinario. ita Maiol. *lib.3. de irregul. cap.23. num 12.* Sayr. *de censuris, lib.4. cap. 13. num. 5.* vbi addit non posse Abbates nouitiis suis intra annum probationis primam Tonsuram, aut Ordines conferre, quia durante anno quo ad Ordines conferendo nouitiis, Henriquez *lib.13 de excommun. cap.28. §. 2.* non tamen sunt suspensi, contra Maiolum *lib. 4. cap. 2. num.11. in fine.* Nouitij autem sic ordinati, si recedant, non gaudent priuilegio tonsuræ, vt vult Henriquez *suprà.*

Dico decimoquintò Abbates, de quibus loquimur, posse in interstitiis cum prædictis suis Monachis dispensare, ac eisdem pro minoribus suscipiendis ab alienis Episcopis dimissorias concedere, qui Abbates iure ordinario possent illis conferre ordines ipsos minores, ex resolutis per Sorbum *in compendio priuilegiorum mendicantium, verb. Ordines sacri, versic. quando verò Abbates*, his verbis: *Quando vero Abbates suos Regulares subditos de ordinibus minoribus per se ordinauerint iuxta concessam sibi facultatem à Concilio Tridentino, seß.23. cap. 10. poterunt vtique sine dubio in interstitiis dispensare*, sequitur Miranda *in manu. Prælat. tom. 1. q. 38. art. 7. conclus. 3.* Neque tunc examinandos esse ab Episcopis, sed ab Abbatibus, non obstante Concilio Tridentino vult Nauarr. *consil. 13. numer. 1. de priuilegiis in 1. edit.* incipit *Abbas cuiusdam.*

Quo ad Sacramentum matrimonij dico decimosextò posse Abbates Ecclesiæ nulli Episcopo subiectæ interesse matrimonio, & aliis facultatem assistendi concedere: ratio, quia sunt ordinarij, habéntque iurisdictionem quasi Episcopalem, Couarr. *in cap. Ioannes, de testamentis, numer. 1.* Petrus de Ledesma *de matrimonio, quæst. 40. artic. 5. punct. 3. paulo ante dubium 4. fol. 192. conclus. 3.* Henriquez *lib. 11. de matrimon. cap. 3. num. 4.* Nec potest Episcopus coniungere matrimonio horum Abbatum, vel aliorum subditos habentium iurisdictionem quasi Episcopalem in Ecclesiis nulli Episcopo subiectis, Sanchez *de matrimonio, lib.3. disp.26. num. 6. vers. quarta conclusio.*

Dico decimoseptimò Abbates habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, qui nulli diœcesano subditi sunt, posse dispensare in denunciationibus, vel in aliqua illarum ante, & post matrimonij consummationem. Quia Concilium Tridentinum *seß. 24. cap. 1. de matrimon.* reliquit hoc Ordinario, & Abbates hos esse Ordinarios tradit Nauarr. *lib. 4. consil. in 1. edit. tit. de sponsalibus, cons. 5. in edit. tit. de clandest. desponsat. consil. 2.* Henriquez *lib.11. de matrimon. cap.5. num.5.* Sanchez *lib. 3. disp. 7. num. 4.* vbi *num. 5.* addit hos Abbates, qui possunt dispensare in denunciationibus, posse similiter ex causa tempus denunciationum protelare, vel breuiare, Segura *directorio iudicum 2. part. cap. 16. num. 3.* eo quia qui possunt quod plus est, poterunt quod minus est: ideo poterunt dispensare ne denunciationes fiant diebus festiuis, sed ferialibus, Quia hoc minus est, quàm remittere, Bartholom. à Ledesma *de matrimon. dub. 21. fol. 1338.* quamuis Segura id neget *d. cap. 16. num. 17.* Posse tamen hos Abbates nulli diœcesano subditos huiusmodi denunciationes remittere, non est dubium, cùm veniat appellatione ordinarij, vt vltra præcitatos volunt Fr. Emanuel *in summa part. 1. cap. 217. num. 4. in 1. edit.* Sahagun *ad tit. de sponsalib. num. 53.* Flores de Mena *variar. resolut. lib. 3. quæst. 24. num. 26.* Sayr. *decis. 9. de sponsalibus*, Francisc. Molin. *de ritu nuptiarum, lib. 2. differ. 11. numer. 60.* qui idem extendunt non solùm ad Abbates titulares, sed ad Commendatarios, vt etiam hi possint ex causa remittere denunciationes, sequitur Stephanus Gratian. *disceptat. forens. cap. 83. num. 15.* eò quòd quidquid potest titularis ratione dignitatis, potest Commendatarius illius, Panor. *in cap. querelam, de electione.*

His tamen obstant Franciscus Leo *in thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 9. num. 55.* & Armendariz *in additio. ad recopilat. legum Nauarra, lib. 4. titul. 15. l. 1. de matrimonio in declarat. numer. 22.* dicentes non posse Abbates, & Commendatarios in eorum Abbatiis habentes iura Episcopalia dictas denunciationes remittere sine speciali concessione Apostolica, sed hoc non placet, quia decretum Concilij suprà de Ordinariis loquitur indistinctè,

&

& regula indiffinita æquipollet vniuersali, glossa communiter recepta *in cap. vt circa, de electione*, Abbas autem Commendatarius ordinarius dicitur, gloss. & textus *in cap. Ordinarij in 6.* textus item *in cap.cum ab Ecclesiarum,de officio Ordinary*, ideo poterit hoc concedere, Gonzalez *ad regulam octauam, gloss.5. §.8.num. 28.* post alios, vbi decidit posse remittere Commendatarium denunciationes requisitas ad matrimonium, quæ fieri deberent in suo territorio, iuxta Concil. Trident. *sess.14.cap.1.de reformat.* post alios.

Dico decimooctauò Abbates in Ecclesiis sibi subiectis, eo quia sunt Ordinarij, possunt esse iudices in causis ipsarum Ecclesiarum, Angel. Aretin. *cons.99.* videndum censeo in principio, & in alienatione bonorum Ecclesiæ subiectæ Abbati requiri consensum ipsius Abbatis, Angel. Aret. *d. cons.99. in principio.*

Dico decimonono Abbates iurisdictionem Episcopalem exercentes in populum ab omni Episcopi iurisdictione exemptum, posse dare licentiam audiendi confessiones, neque Episcopum posse confessores exponere pro illis, vt bene docet Syluest. *confessor. 2. q. 7.* Sanchez *de matrimonio lib. 3. disp. 28. num. 6. ad finem, & disp. 29. ex num. 14.* Barbos. *in remiss. ad Concil. sess. 23. de reformat.cap.15 num.8. fol.74.& alleg.25.de offic. & potest. Episcopi, num. 5.* post Henriquez *in summa lib.6.cap.6 §.1.*Soarez *tom.4.disp.28. sect.5.in principio*, Reginaldus *in praxi for.lib.1.n.180.*& optimè Campanil. *in diuersor. iur. Canon. rubr. 12. cap. 13. num. 73. cum sequentibus, & num. 76.* idem dicit de Abbatibus exercentibus Episcopalem iurisdictionem, & in ea exemptis ab Episcopis, & allegat Soarium *dict. sect. 5. num. 3.* idem Sanch. *lib. 8. disp. 2. num. 12.*

Sed quid dicendum de Abbatibus habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem circa eos casus,quos Tridentinum *sess.24.cap.6. de reformat.* concedit Episcopis?

Dico vigesimò esse valdè probabile non posse hos Abbates dispensare cum subditis in his casibus, ita Cened. *collectan.4. ad Decretales, numer. 3.* & Soarez *de censuris, disp. 41. sect. 2. numer. 7.* Ex ea ratione, quia Concilium 16. exorbitat à iure communi, & ideo restringi debet tanquam odiosum, nec concedi aliis ab Episcopo. Dicendum tamen est prædictos Abbates posse dispensare: quam partem, vti probabiliorem, tenent Henriquez *lib. 14. de irregularitate, cap. 18. numer. 2. in commento littera P. & lib. 6. de pænitem. cap. 16. numer. 1.* Manuel *2. tom. summæ, cap. 10. numer. 6. conclus. 6. & tom. 1. regular. q. 61. artic. 9.* ex ea ratione, quia decretum Tridentini tanquam fauorabile debet ampliari, vt vult Henriquez *lib. 10. de Sacramento Ordinis, cap. 20. numer. 2.* tum quia facultas delegata ad dispensandum, quamuis iure communi non competat, est fauorabilis, & latè interpretanda: tum denique, quia Abbates, de quibus loquimur, in sua diœcesi plenam Episcoporum iurisdictionem habent, & ab Episcopis sola consecratione differunt, & Confessarios pro suis diœcesibus approbant: ergo in nostro casu possunt sicut & Episcopi in omnibus dispensare, Sanchez *de matrimonio lib. 8. disput. 2. num. 12.* vbi *num. 13.* id extendit ad superiores etiam locales, seu conuentuales Religionum exemptarum, erga religiosos eos subditos ex concessione Pij Quinti relata à Fratre Emanuele *tom. 1. regularium q. 61. artic. 9.* quia in subditos suos regulares funguntur iurisdictione quasi Episcopali.

Dico vigesimoprimò Abbates non solùm esse competentes iudices in iis, quæ sunt de foro iudiciali, *cap. illis, in fin. 6. q. 6.* sed etiam in iis, quæ sunt de foro pœnitentiali, *Clement. prima §. sanè, de stat.regul.* ideo possunt absoluere in omnibus cùm sint confessores suorum Monachorum, dummodo non sint casus Abbatibus specialiter excepti, de quibus infrà.

De reliquis, quæ competunt Abbatibus tam de iure, quàm ex consuetudine, vel priuilegio.

§. III.

EPITOME.

1. *Abbates subiecti sunt Episcopo quo ad legem iurisdictionis.*
2. *Abbas an Episcopus punire debeat monachum ob delictum?*
3. *Episcopus an possit punire monachum absente Abbate?*
4. *Abbas an possit procedere sine figura iudicij contra monachum, & vna via electa possit eam mutare?*
5. *Abbas potest detrudere in carcerem monachum.*
6. *Abbas pro delicto est acrius puniendus, quàm monachus.*
7. *Abbas non potest reuocare curam concessam monacho per Episcopum.*
8. *Abbas si concedat monacho prioratum ad vitam, an possit reuocare?*
9. *Abbas promouens monachum ad prioratum facta promissione de non reuocando an possit reuocare?*
10. *Abbas etiam priuatus inter monachos quem locum debeat habere?*
11. *Canonicus factus Episcopus titularis, seu annularis, quem locum debeat habere in choro?*
12. *Episcopus quando est in choro, vt Canonicus, quem locum tenere debet?*
13. *Abbas exemptus quando deliquit in membris non exemptis, an possit puniri per Episcopum?*
14. *Abbas factus Episcopus si propter delictum priuatur Episcopatu, an recuperet Abbatiam?*
15. *Abbas non potest dispensare cum monacho, vt perpetuo stet extra claustrum.*
16. *Abbas non potest concedere facultatem monacho transeundi ad aliam Religionem, nisi primum habeat monasterium paratum ad illum recipiendum?*
17. *Abbas non tenetur de delicto Monachi, nisi quatenus ad eum peruenit, & an teneatur de contractu?*
18. *Abbas potest repudiare, vel acceptare legatum factum monacho ex inuito: & quid de hæreditate?*
19. *Abbates an possint esse patrini, & compatres?*
20. *Abbates ex priuilegio, vel ex consuetudine possunt benedicere, vel consecrare vestes, Calices, Cruces, & alia necessaria Ecclesiæ, & cultui diuino, & quibus Abbatibus hæc potestas concedatur?*
21. *Benedictiones, quæ vnctionem Chrismatis requirunt, an possint ab Abbatibus conferri?*

22. *Abbas electus,& confirmatus,esto non sit Sacerdos,potest Monachos suos excommunicare?*
23. *Abbas sine consensu Conuentus nequit licentiam concedere exeundi ad studia.*
24. *Abbas si pergat ad scholas sine licentia superioris,non incidit in excommunicationem.*
25. *In quibus casibus Abbas possit benedictionem populo impertiri?*
26. *Abbas ex priuilegio Sedis Apostolicæ de consensu ordinarij potest conferre Sacramentum confirmationis.*
27. *Abbas habens iurisdictionem quasi Episcopalem potest exequi defunctorum voluntates.*

1. PRIMÒ quæri potest pro solutione huius dubij, quænam competant Episcopo in Abbates? Respondetur subiici Episcopo quoad legem iurisdictionis,quamuis quoad legem diœcesanam illi parere non teneantur, nec vbi exempti sunt, *cap. Abbates, cap. monasteria 18. quæst. 2.* gloss. *in summa 10. q. 1. cap. visis*, vbi gloss. 16. q. 2. Antonius Cuceh. *lib. 3. de Abbate, num. 13.* Nam de iure,quæ sunt iurisdictionis obligant etiam Monasteria, non tamen illa, quæ sunt legis diœcesanæ:& ea quæ ex lege diœcesana numerata non sunt in Canonibus , pertinent ad legem iurisdictionis , à qua non omnes Abbates eximuntur,nisi exempti. Nam quamuis hodie ferè omnia Monasteria sint subtracta Episcoporum iurisdictioni per propria,priuatáque singularum Religionum priuilegia : nihilominus multa recipiunt hodie ab Episcopo , puta Chrisma, oleum,consecrationes Altarium,ordinationes, & ordinem psallendi, nec possunt fundare Monasteria,nec aliò transferre etiam vtilitatis causa sine consensu Episcopi ; esto habeant immunitatis priuilegium,gloss. & scribentes *in cap. dilectus, & in cap conquerente, de officio Ordinarij*, & Trident. *sess. 25. cap. 3* & *ibi* Barbosa *num 5.*

Secundò quæres,quæ sit lex diœcesana,& quæ lex iurisdictionis,cuius meminit *glossa 2. in d. cap. dilectus*, asserens in illis consistere totum ius, & potestatem Episcoporum? Respondetur legem diœcesanam esse ad quam pertinet perceptio cathedratici, pars oblationum, charitatiuum subsidium, ac denique cætera omnia à quibus monasteria sunt exempta iure communi,legem autem iurisdictionis esse quæ complectitur obedientiam, subiectionem, reuerentiam,iurisdictionem,causarum audientiam, correctionem, reformationem, Sacramentorum collationem , ac reliqua omnia, in quibus monasteria diœcesana iure communi subiiciuntur, Azor *instit. moral par. 2. lib. 3. cap. 32. quæst* 1. dicens lege iurisdictionis teneri monasteria, alioqui non exempta , & in Episcopi ditione constituta, & alij apud Barbosam *de officio, & potestate Episcopi, part. 1. tit. 1. cap. 1. num. 11.* qui duo melius , quæ ad vtranque legem pertinent, exponunt , atque ita Monasteria sunt exempta à lege diœcesana,non verò à lege iurisdictionis, Barbos. *in cap. cum dilectus, citato num. 4.*

2. Tertiò quæri potest,quinam debeat punire Monachum delinquentem , Abbas ne,an Episcopus? Respondetur Abbatem debere inquirere contra Monachos super delictis per eos commissis,& eos punire , cùm habeat ordinariam iurisdictionem, Calderin. *cons. 405 in principio, alias* 20. quod procedit,vt ad hoc non egeat sui Monasterij consilio, vt ait Panor. *in c. reprehensibilis, num. 11.* & Franch. *num. 12. de appellat.* Azor *p. 1. lib. 12 cap. 20. q. 13.* & Sigism. Scacc. *de appellationibus q. 17. limit. 26. n. 10. in principio.* Quod extenditur siue Monachos delinquat in Monasterio, siue extra illud, quoniam Iurisdictio Abbatis in suos Monachos vbique se habet per modum territorij , proinde vbique eam potest exercere,& in hoc maiorem habet iurisdictionem,quàm Episcopus in clericos,qui non excommunicat illos , nec capit extra suam diœcesim, Ægidius *cons. 5. num. 10. & sequent. & num. 17.* vbi addit Monachum fictione iuris semper esse in claustro.

Sunt tamen aliqui casus in quibus Monachus Monasterij exempti potest puniri per Ordinarium. Primus, quando Regularis extra Monasterium degit etiam prætextu priuilegij sui ordinis, si delinquat ab Ordinario loci tanquam super hoc à Sede Apostolica delegato secundùm canonicas sanctiones visitari, puniri , & corrigi valet. Concil. Trident. *sess. 6. de reformat. cap. 3.* quod habet locum in Equitibus sancti Ioannis Hierosolymitani , Nauarr. *de Regularibus cons. 21. in antiquis, & cons. 12. in nouis*, Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 3. collect. 503. vers. Amplia 1.* Azor *p. 1. lib. 13. cap. 4. q. 3.* & constat ex declaratione sacræ Congregationis per hæc verba: *Regularis manens extra claustrum de licentia Superioris, etiam in domo deputata ad erectionem Monasterij, nisi in dicta domo sit regularis obseruantia, vt saltem viuat sub superiore conuentualiter, si deliquerit, potest puniri ab Ordinario*, vt refert praxis noua Episcop. *p. 2. cap. 3. numer. 42.* & Campanil. *in diuersorio iuris Canonici, rubr. 12. cap. 13. num. 22. in fine.*

Contrà verò si Regularis de superiorum licentia viuat in aliqua domuncula sui Monasterij pro Religionis seruitio, & ibi delinquat, à suo Superiore puniri debet, quia est sub regulari obseruantia secundùm formam Concilij *sess. 25. de regularibus, cap. 14.* eo quòd loca illa gaudent priuilegiis suorum Monasteriorum vti membra ab illis dependentia , *cap. recolentes , §. cæterùm, de statu Monachorum*, vbi dicitur Ecclesiam, vel Monasterium, quando vnitur alteri , assumere naturam,priuilegia, & consuetudines alterius,coi vnitur , Gregorius Lopez *l. 7. verb. de termino, in principio, tit. 20. part. 3.*

Secundus casus. Si Regularis intra claustra Monasterij viuat , & extra Monasterium notoriè ita peccet , vt populo sit scandalo ab Episcopo præfixo tempore , vt à suo Superiore puniatur seuerè , si Superior de punitione certiorem non fecerit Episcopum , delinquens ab Episcopo puniri potest,& Superior, qui instanti Episcopo non obediuit,à suo Superiore priuetur officio,vt habetur *in Concil. Trident. d. sess. 25. cap. 14.* Nauar. *comment. 2. de Regularibus, num. 63.* Atmendariz *in addit. ad recopil. legum Nauarra, fol. 85. num 59. & fol. 86, num. 71.* & extat Bulla Clementis VIII. contra superiores suos subditos non punientes , iuxta formam illius decreti , cuius meminit Quaranta *in Bullario , verb. exemptio, fol. 143.* incipit , *Suscepti muneris ratio postulat*, Romæ publicata die 18. Martij 1596. vbi resoluit Regularem in casu illius decreti deprehensum in delicto posse deduci ad carcerem Episcopi, & sumpta informatione super crimine , remittique cum copia processus ad suum Superiorem puniendum intra tempus ab Episcopo præfigendum , sub pœna priuationis ipso facto dignitatum,& officiorum,& inhabilitatis ad illa , & alia imposterum

in posterum obtinenda, ac vlterius priuationis actiuæ,& passiuæ vocis,ad quas à nemine præterquam a nobis, & à Romano Pontifice pro tempore existente restitui possit. Quòd si Superior Regularis hoc facere prætermiserit, per præsentes similiter statuimus, vt Ordinarius loci, ad quem Regularis delinquens transmissus fuerit, super præmissis ab Ordinario loci, in quo deliquit,similiter requisitus, vel aliàs de illius delicto informatus,vt præfertur,tanquam Sedis Apostolicæ delegatus prædictum Concilij Decretum omnino exequi, & in Regularem delinquentem seuerè animaduertere possit, & debeat. hæc ibi. Quare vt Episcopus procedat contra Regularem, requiritur quòd delictum sit extra claustrum, & quòd sit notorium, insuper scandalosum. Denique, quo Episcopus instet, vt à superiore puniatur,& ille neglexerit.

Tertius casus.Ordinarius tanquam Sedis Apostolicæ delegatus potest compellere Regulares debitores extra Monasterium degentes ad soluendum debitum in causis mercedum, & miserabilium personarum, etiamsi habeant in partibus certum iudicem datum à Sede Apostolica, & in aliis,si ipsum iudicem non habuerint,priuilegiis, exemptionibus nequaquam valituris.

Quartus casus. Regulares subduntur Episcopis, vt nemo quantumuis priuilegiatus,admittat præsentatos,nisi præuio examine per Episcopum facto Concil.Trident.*cap.*13.*sess.*7.

Quintus casus.Subiiciuntur Ordinario Monasteria etiam commendata,Prioratus, & Præposituræ, in quibus non viget regularis obseruantia, vt ab illo visitari possint per annos singulos, Trident. *cap* 8. *sess.*21.

Probatur,quia olim iure communi considerato omnes Monachi erant subiecti Episcopis, in quorum diœcesibus monasteria sita erant, ipsique velut Generales Monachorum quosdam à professionibus remouebant, quosdam admittebant, *cap. quanto, de officio Ordinary*, per glossam *ibi verb.si Prælati,cap. Abbates* 18. *quæst.*2. Nauarr. *in cap. non dicatis* 12. *quæst.* 2. *num.* 63. *vers. addo secundò*, Campanil. *in diuersor. iur. canon. rubr.*12. *cap.* 13. *num.* 1. atque ita tam in ciuilibus, quàm in criminalibus contra Abbates, & Regulares Episcopi de iure communi habent fundatam intentionem, ptout tradunt Ioannes Andreas, Butrius, Ancharanus,& alij *in d.cap.quanto, de officio Ordinary*, quamuis per particulares exemptiones, & priuilegia hodie aliud seruetur, Gonzalez *ad regul.*8.*gloss.*23. *num.* 24. post alios, cùm habeant Regulares iurisdictionem pleno iure quasi Episcopalem, iuxta doctrinam glossæ *verb.propriy, in Clementina* 1.*de rebus Eccles. non alien.* Cabed. *diuersorum iuris argumentorum, lib.*3. *cap.* 18. *in principio*, Cochier *de iurisdict. Ordin. in exemptos p.* 1. *q.*17.*num.*9.*&* 25.& Sayr.*de censur.lib.*4.*cap* 2.*n.*12. ideo Superiores Monachorum, & Regularium ea omnia exercere possunt, quæ Episcopi in subditos, Sayr. *in floribus decis. de priuilegiis decis.* 25. Cochier *suprà quæst.*17.*num.*25. & Nauarr. *tit. de priuilegiis, cons.* 23. proinde nequeunt Ordinarij procedere contra Regulares nisi in casibus certis.

3. Sed quid dicendum quando Abbas est absens, nunquid poterit Episcopus punire Monachum delinquentem? Ægidius *cons.*5.*num.*7. *& sequent. vers. concludo*, quod est Vrbani Quinti, affirmat quando Abbas est absens, & remotus à loco,vel mortuus. Ratio, quia distantia viarum inducit forum, sequitur Anton. Cucch. *tit. de Abbate, num.* 30. Sed meliùs idem Ægidius *d. cons.* 5. ait puniendum non esse ab Episcopo, sed à suo Abbate, quia fingitur Monachus esse in claustro, & vbique subest Abbati suo, Tuschus *verb. Abbas, conclus.*7.*num.*28.

Quartò quæritur, an Abbas possit cognoscere de crimine contra Monachum,non seruata forma iudicij? Respondetur in primis contra Regularem non debere fieri inquisitionem nulla præcedente infamia, vt per Duennas *regula* 298. *limitatione vltima*, nam inquisitio non præcedente infamia, nulla est: quin imò etiam est nulla non præcedente fama, quia contra non infamatum, non potest inquiri, Clarus *lib.* 5. §. *final. quæst.*6. Menoch. *cons.* 100. *num.* 58. *cum sequentibus*, Sayt. *in claui, lib.* 12. *cap.* 10. *num.*19. Hippol. *consil.*40. *num.*7. 48. *num.* 10. 49. *num.* 7. Farinac. *in praxi part.*1. *q.*9.*num.*1. Cabed. *p.*1.*decis.*78. *num.*2. 4.

Nec sufficit fama simplex, vt fiat inquisitio particularis, sed debet esse vehemens, & talis quòd ereet scandalum, nisi iudex inquirat, Clarus *dict. q.* 6. *vers. quæro nunc*, Maraor. *de ordine iudiciario, part.* 6. *de inquisit. num.*19. & Farinac. *part.* 1. *q.* 9. *num.* 5. siue iudex procedat ad partis querelam, & accusationem, siue ex officio, semper diffamatio debet præcedere, seu fama, quæ debet ortum habere à fide dignis, non autem à maleuolis personis:hæc autem non sufficit,vt formetur illa inquisitio,Hippol.*in practic.* §. *constante,num.*33.*& cons.*118. *num.*5.*& cons.*134. *n.*6. Farinac.*d.q.*9. *num.*6.*&* 7. vbi addit non esse credendum iudici affirmanti famam præcessisse, nisi aliunde constet per testes particulariter receptos super eadem fama.

His positis, respondetur secundò, Abbatem posse contra Monachum de crimine aliquo accusatum procedere sine subtili, & angusta iuris forma, quæ à iure præscribitur; sed sufficere seruare leges Religionis ipsius super huiusmodi negotiis latas, atque ita potest procedere Abbas sine strepitu,& figura iudicij,omissis articulis,& citationibus,& aliis seruari solitis,nec erit locus appellationi,quod etiam caueri solet propriis cuiusque Religionis constitutionibus, eo quòd non datur appellatio à correctione legitima,quam facit Abbas, seu Prælatus regularis in subditum Monachum,nisi modum excedat,ita glossa *in cap. ad nostram* 3.*de appellat.* Host. *ibi, num.*6. Zabarel. *num. final.* Nauar. *cons.* 4. *sub eodem titulo, & cons. vnico,num.*6.*de sentent. & re iud.* Azor *p.* 1. *lib.* 12. *cap.*11. *quæst.*8. Sayr.*in claui lib.*12.*cap.*17.*à n.*38. & Sanchez optimè *in præcepta Decalogi tom.*2. *lib.* 6. *cap.*8.*n.*102. Sed de his in specie infrà cùm actum fuerit de correctione, ac de modo illius inter regulares seruando.

An verò electa vna via in iudicio,possit ea relicta aliam ingredi?Respondetur tertiò non adimi Abbati potestatem procedendi deserto ordine, quem priùs instituerat, summarium postea, minùsque dispendiosum eligendo veluti meliori consilio assumere; quoniam hæc mutatio iudicij nullum Monacho reo affert incommodum, sed potiùs commodum: ideo non est reiicienda, ita Abbas post Ioannem Delign.*in cap. cùm contingat, num.*27. *de foro competenti.* Anton.Cucch. *d. tit. de Abbate,n.*34 *&* 35.

Ex dictis sequitur posse corrigi, & detrudi in carcerem Monachum ab Abbate, Tusch. *verb.* 5.

Abbas, conclus. 7. per totam; non tamen debet religiosus detineri in carcere, nisi pro crimine graui, Archid. & Ioannes Andreas, & Dominicus *in cap. clericos, de sentent. excommunic. in 6.* Nam fama religiosi semper seruanda est. Quare, vt Monachus, detineatur in carcere, duo copulatiuè requiruntur: primum quòd delictum sit graue, in quo rei fuga iustè teneatur. Secundum, quòd contra reum aliqua sit probatio, per quam manifestetur deliquisse, & crimen commisisse. *l. 2. C. de custodia reorum*. ibi, *cùm de admisso constiterit, pœnam carceris sustineat.* Dixi copulatiuè duo requiri: quia, si vnum defuerit, locum non habebit. Hæc est enim natura conditionum copulatiuarum, vt vna non extante locum non habeat, *l. si hæredi plures, de conditionibus instit. §. si plures, Instit. de hæredibus instituendis.*

6. Quintò quæritur, an Abbas sit mitius puniendus, quàm Monachus si delinquant? Respondetur acriùs Abbatem puniendum; ratio, quia delicta nonnumquam dignitate augentur, vt per Tiraquel. *de nobilit. cap. 20. num. 116. cum sequent.* Vnde nobiles grauiùs sunt puniendi, per textum *in l. omne delictum, §. augetur, ff. de re militari, cap. homo,* vbi gloss. 40. *dist.* Mexi. *in tract. taxæ panis, conclus. 6. num. 22.* Spino *in speculo testam. gloss. 16. à num. 72.* ideò Clerici dicuntur magis peccare, quàm laici, & in eodem genere peccati grauius sunt puniendi, *cap. cùm quidam, de iureiurando,* vt per Turrecremat. *in d. cap. homo*, Beroius *in cap. quia in omnibus, num. 49. de vsuris,* Carol. de Crassis *de effectibus clericalibus, in præludio num. 13.* & eorum multa mala exemplo proueniunt, si delinquant; sicut bonorum exempla pastorum ad virtutem alliciunt. Cicero *lib. 3. de legibus,* ait ita: *non solùm,* inquit, *vitia concipiunt ipsi Principes, sed ea infundunt in ciuitatem: neque obsunt, quod solùm ipsi corrumpuntur, sed etiam, quòd corrumpunt plusquam exemplo, quàm peccato nocent.* Confert illud Plinij, *in paneg. Traiani,* ibi: *vita Principis censura est, ad quam dirigimur, ad quam conuertimur: quia non tam imperio nobis opus est, quàm exemplo. Et quidquid Principes faciūt,* dicit Quintil. declam. 6. *præcipere videntur.* Quare Abbas peccans tot mortibus dignus est, quot ad subditos perditionis exempla transmittit, teste Gregorio p. 3. ad.m. igitur Abbas peccans acriùs puniendus est, Innocent. *in cap. dilectus, de simonia, in glossa sua, in verb. Abbatibus.*

7. Sextò quæritur, an Abbas possit reuocare curam concessam Monacho suo per Episcopum? Negat Innoc. *in c. 1. de capellis Monachorum*, Baldus *in Margarita, verb. Episcopus, vers. 23.* ex ea ratione, quia eo ipso, quòd beneficium Regulare curam animarum erga populum habeat, beneficiariùsque consensu, & authoritate Episcopi constituatur, non est ad nutum Abbatis reuocabilis, quia non fuit ab eo simpliciter collatus, & illius est destituere, cuius est curam animarum committere, & idoneos ministros præficere. Fusc. *de visitat. lib. 2. cap. 15. num. 19.* Similiter beneficia regularia, quæ per electionem factam à Collegio Monachorum conferuntur, nequaquam ad nutum Abbatis reuocantur: sicut nec reuocari possunt beneficia regularia Monachis à Romano Pontifice concessa, vel confirmata, *cap. cùm inter, de electione, cap. porrecta, de confirmat. vtil. vel inutil.* quod intelligitur quando Pontifex ex certa scientia confirmat, Selua *de beneficiis, part. 3. q. 68. num. 1.* Rebuff. *de pacificis possessor. num. 279.* Gigas *de pensionibus. q. 15. num. 3.* Azor *institut. moral. part. 1. lib. 12. cap. 22. quæst. 10. & part. 2. lib. 8. cap. 7. quæst. 11.* quos sequitur Sanch. *in præcepta Decalogi, lib. 7. cap. 29. num. 130.*

Dixi *ex certa scientia*, quia confirmatio Pontificis, si aliter accedat concessioni factæ ab Abbate beneficij manualis regularis, aut peculij, adhuc integrum est Abbati reuocare ad nutum suum, sicut antea licebat: quoniam per simplicem confirmationem non censetur Pontifex velle rei naturam variare, nec facere ex beneficio, seu peculio ad nutum Prælati reuocabili, rem irreuocabilem: secus quando confirmat ex certa scientia, ita præcitati post Abbatem *in dict. cap. porrecta, num. 4.* Dec. *num. 8.* Fr. Eman. *tom. 1. regul. q. 34. art. 2.* Non enim certa scientia præsumitur, vt ait Hippolyt. *sing. 37.* & ideo in dubio impetranti incumbit onus probandi habuisse Pontificem certam scientiam, cùm sit præsumptio contra impetrantem, Sanchez *in præcepta Decalogi, lib. 7. cap. 29. num. 144. in fine.*

Ex dictis sequitur, si concedatur Monacho Prioratus ab Abbate ad vitam, adhuc posse Prioratum ab illo reuocari, quia nequit sibi imponere legem, à qua nequeat recedere, Nauarr. *cons. 14. de statu Monachorum, num. 10. part. 1. lib. 3. pag. 1015.* vbi addit, etiamsi Abbas iuret seruare statutum à se factum, nihilominus reuocationem tenere, esto incidat in periurium: idem tenuit Panor. consultus *cons. 88.* dicens, sicut seruus non potest agere aduersùs dominum, sic nec Monachus contra Prælatum suum; quia censetur respectu illius seruus, non habens nolle, nec velle, sed totus dependet à Superioris arbitrio, quem habet loco Dei, *12. q. 1. cap. nolo, & cap. non dicatis, & cap. si religiosus, de electione in 6.* Quare, qui plenè contulit beneficium regulare subdito regulari, potest illud pro libito suæ voluntatis auferre, *cap. porrecta, cap. ad audientiam, de confirmat. vtil. & cap. cùm ad Monast. §. tales, de statu Monachorum*; nec potest Monachus iuuari pacifica possessione triennali talis beneficij, ne molestari possit: ideo ad libitum Prælati posse reuocari docent Nauarr. etiam *commentario 4. de regularibus, num. 22. vers. ex quibus, & num. 23. vers. 4. & cons. 20. num. 12. sub tit. de regularibus, in antiquis*, Lessius *de iustitia, lib. 2. cap. 41. dub. 12. num. 98.* Sanchez *dict. lib. 7. cap. 29. numer. 111. & numer. 115.* tradit spoliatum regularem huiusmodi beneficiis ab Abbate, sine iusta causa non posse agere de possessorio contra illum, nec petere, vt ad pristinam possessionem reuertatur. 8.

An verò Abbas peccet reuocando sine iusta causa, contentio est, quia etsi non obligetur ciuiliter, quando promisit Monacho se non reuocaturum, obligatur tamen naturaliter sua promissione religioso, sicut dominus seruo; atque ita, quamnis valida sit reuocatio, non excusatur à culpa reuocando absque iusta causa, ita Nauarr. *d. cons. 14. de statu Monachorum num. 12. 13. & 14. in nouis, & cons. 20. num. 12. 13. & 14. in antiquis, tit. de regularibus,* & Manuel *tom. 3. regul. q. 29. art. 9.* Nihilominus dicendum est in hoc casu per promissionem factam Monacho de non reuocando, non obligari naturaliter Abbatem Monacho, quia ea promissio tanquam iuri communi contraria, statuenti nihil concedendum religioso, quod reuocari non possit ad nutum superioris, est omnino irrita, Ioannes Andreas *in cap. final. num. 2. de officio Ordinarij, in fine, & num. 2. in principio,* Franc. *ibi num. 3.* 9.

Federicus

Federicos *conf.*134. *num.*1. *& conf.*259. *num.*2. Rosel. *in summa,verb. Abbas,num.* 10. *& ibi* Angelus *num.*17. Amon. Cucch. *instit. maior. lib.* 3. *num.*112. & Azot *instit. moral.* 1.*part.lib.*12.*cap.*9. *quaest.*8. Non excusabitur tandem à peccato promissio de non reuocando facta contra iuris dispositionem; sed non est peccatum non reuocare postea concessionem, quia nullo iure iubetur reuocare: proinde, si addatur iuramentum promissioni, obligat iuramentum quoties impleri potest absque dispendio salutis æternæ, Sanchez *d.cap.*29.*num.*126. asserens promissionem non reuocandi testamentum esse irritam tanquam iuri contrariam, quod vult vsque ad mortem, posse reuocari: si autem promissio iuramento firmetur, valere reuocationem dicens, & reuocantem esse periurum.

10\. Septimò quæritur, an Abbas etiam priuatus teneat primum locum inter Monachos? Affirmat Bertachin. de Firmo *in suo Repertorio verb. Abbas, num.*41. quia Abbas est de maioribus Ecclesiæ, & Monachi sunt inferiores, *cap. si quis deinceps, in principio,& fine quaest.*7. per quem text. vult Archid. *in cap.*11. *in verb. dignitates, de præbendis, lib.*6. quòd in odiosis appellatione dignitatis non venit Episcopatus, aut Abbatia; quoniam sunt dignitates primi gradus, & aliæ dignitates sunt inferiores, Cassan. *in Catalogo* 4. *part. considerat.* 31. *vers. tertiò facit,& vers. quartò facit,& vers. octauo, cum sequenti,* & clariùs *consid.*34.*vers. Abbas*, si deposuit dignitatem non culpa sua.

11\. Octauò quæritur, an Canonicus factus Episcopus titularis, seu annularis, debeat sedere in superiori loco, & præcedere omnes Canonicos? Respondetur debere sedere in suo loco, quia est in Capitulo, vt Canonicus, & vt vnus de loco, Abbas *in cap. postulastis, de concessione præbendæ*, vbi ponit exemplum de Episcopo existente in Capitulo, vt Canonicus, quia non præcedit Capitulum: debet tamen habere secundum locum, si fuerit Episcopus illius Capituli, & non sederit tanquam Episcopus, quia quando fuerit, vt Episcopus illius Capituli, erit in primo loco, quando autem vt Canonicus, erit in secundo loco post illum, qui præsidet

12\. gloss. *in cap. à collatione, de appellationibus, in fine in* 6. Nam de iure Episcopus est Canonicus, Panot. *in d. cap. postulastis*, Cassan. 4. *parte considerat.* 45. vbi *considerat.*46. addit Vicarium Episcopi quando est Canonicus in actu, in quo est vt Vicarius, sedebit in loco maiori, & præcedere Archidiaconum; at verò in choro vt Canonicus sedebit in suo loco, Gemin *in d.cap. à collatione, ad finem, de appellat. in* 6.

13\. Nonò quæritur, an Abbas exemptus quando deliquit in membris non exemptis, possit puniri per Episcopum, & deponi? Respondetur affirmatiuè. Quòd si non deliquit in locis non exemptis, sed in loco exempto in non exemptis personis, non potest puniri per Episcopum, Innocentius *in cap. ex ore, in glossa, in verb. hostem, de priuilegiis*, & Baldus *in Marg verb. Abbas vers.*18.

14\. Decimò quæritur, an Abbas factus Episcopus, si propter delictum priuetur Episcopatu, recuperet Abbatiam? Negat Bart. *in l. filij § Senator ff. ad municipal.* argumento Abbatis, qui depositus est ab Abbatia ob culpam suam, hic namque sic depositus & priuatus Abbatia, priuatur primo loco illi debito propter Abbatiam; atque ita non habet primum locum in Choro, & in Conuentu, Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum, column.* 34. *versic. fallit quintò*, seu declaratur de constitutionibus: secus si deposuit dignitatem Abbatiatus, tunc quia sponte deposuit, habebit primum locum; contra verò non habebit primum locum, si deponatur culpa sua, Cassaneus *part.*4. *considerat.* 34. *ad finem.* Cùm ergo in nostro casu Abbas priuetur culpa sua Episcopatu propter crimen dignum depositione, non recuperabit Abbatiam, quia eo ipso priuabitur etiam Abbatia, quæ est dignitas inferior Episcopatu, Bertachin. *verb. Abbas num.* 90. *vers. Abbas factus Episcopus.*

Vndecimò quæritur, an Abbas possit dispensare cum Monacho vt perpetuò viuat extra claustrum? Negant Hostiens. & Doctores *in cap. ex rescripto, de iure iur. & in cap. insinuante, qui cleric. vel vou.* Archid. *in cap. quanto, de offic. ordin. in* 6. 18. *quaest.* 11. Abbates text. & gloss. *in Clement. ne in agro in* §. *quia verò, gloss. in verb. ad claustrum, de stat. Monach.* 15.

Alij affirmant ex legitima facultate posse hanc licentiam concedi Monacho; nec est dubium de Summo Pontifice, quia est supremus Prælatus, & in eo est suprema potestas. Quinimò de iure communi Prælatum Religionis ex causa iusta posse hanc licentiam dare reuocabiliter, docet Nauarrus *comment.* 2. *de Regularibus, num.* 16. *&* 40. *& comment.* 4. *& sequent.* tum, quia iure communi Prælatus habet potestatem supra Religiosum, *cap. nullam* 18. *quaest.* 2. Item, quia eodem iure communi potest quis profiteri aliquam regulam alicuius Religionis, & manere in domo sua de licentia Prælati, & ad nutum ipsius, *cap. insinuante, qui cleri. vel vou.* vbi professio ea conditione facta, vt professus domi maneat, & certam suorum bonorum portionem habeat ad vitæ subsidium, ex Abbatis voluntate pendentem, valida est, vt etiam per Azot *p.*1.*lib.*12. *cap.*9 *quaest.*4. & Ioann. à Cruce *de statu relig. lib.* 1. *cap.*3. *dub.* 2 Quod est verum, quoad vsum profitentis pro suis necessitatibus ex voluntate Prælati: non autem quoad proprietatem, Beja *responsorum casuum conscientiæ p.*4.*casu* 17. Sanchez *de matrimonio lib.* 7. *disp.* 25. *num.* 11. *& in præcepta Decalogi, lib.*5.*cap.*4.*num.*99. secus si profiteretur sub ea conditione, vt sibi liceret proprium, & bona immobilia liberè possidere tanquam propria, etiam inuito Prælato: tunc enim professio erit nulla contra substantiam voti paupertatis. Non autem quando profitens vsum duntaxat sibi reseruaret de licentia superioris, & ad nutum ipsius reuocabilem, nec conditio tunc professionem irritaret, Spin. *in specul. testam.gloss.*12. *num.*12. Fr. Manuel *tom.*3.*regul. quaest.*17. *art.* 6. Miranda *in manuali Prælator. tom.*1. *q.*28. *art.* 2. Ceual. *commun. contra commun. q.* 85. *num.*2. & Sanchez *d lib.*5.*cap.*4.*num.*97. Tertiò denique probatur posse Prælatum concedere licentiam Monacho ad viuendum extra claustrum, quia hæc licentia non est dispensatio in aliquo voto, sed tantùm in regula in qua Abbas ex causa dispensat: ergo potest illam licentiam concedere.

Nec obest si dicas Abbatem non posse eximere Monachum à sua obedientia, quod videtur facere concedendo illi, vt viuat extra claustrum, quia respondetur non eximi ab obedientia Monachum, quia exitus, & mora in sæculo non conceditur irreuocabiliter, sed dependenter à voluntate Superioris: item, quia olim Monachi erant Episcopo subiecti, & in 4. canone Concilij Chalcedonensis expressè habetur, quòd Monachi intra claustrum morentur, & ne exeant ibi: iuxta Chalcedonensis optimi Concilij tenorem, *Monachis quamuis Reli-*

giosis ad normam Sancti Benedicti intra claustrum morari præcipimus, vicos, castella, ciuitates peragrare prohibemus. quod præceptum Alexander II. posuit *in cap. iuxta* 16. *quæst.* 1. & in canone priori eiusdem Concilij expresse additur, nisi fortè iubeantur Monachi propter vrgentes necessitates ab ipsius ciuitatis Episcopo. Cùm ergo hæc potestas circa exemptos translata sit ad Prælatos, poterunt nunc concedere Monachis ea omnia, quæ Episcopi olim eisdem concedebant: non tamen sine legitima causa. Confert *cap.* 2. *ne clerici, vel Monachi in* 6. vbi præcipitur, ne Religiosus se conferat ad studia, vt ea occasione moretur extra claustrum, nisi de licentia Prælati, & cum consensu maioris partis Capituli, quæ conditio ibi specialiter in hoc casu adhibita est. Ergo in aliis casibus ex vi communi iuris competit Abbati duntaxat, Fusc. *de visitat lib.* 2. *c.* 16. *n.* 9.

16. Duodecimò quæritur, an Abbas possit facere Monacho facultatem transeundi ad aliam Religionem? Bertachin. affirmat *verb. Abbas, num.* 100. *vers.* 4. vbi primum habuerit monasterium paratum ad illum recipiendum, per glossam *in cap cùm concessa, de electione in* 6. ne occasio vagandi detur Monacho. Nam Prælatus inferior, & Conuentualis Monasterij potest dare licentiam subdito suo transeundi ad strictiorem Religionem, Monach. *in cap. cùm sigula, num.* 4. *de præbendis in* 6. & *ibi* Franc. §. *prohibemus, num.* 3. vbi reprobat sententiam dicentium exigi etiam consensum Conuentus, Rebuff. *in praxi benefic. tit. de translat. Monachor. num.* 5. Fr. Emanuel *tom.* 3. *regular. quæst.* 52. *art.* 3. Miranda *in manuali Prælator. tom.* 1. *quæst.* 31. *art.* 5. *concl.* 1. Non tamen explicant, quis nam debeat esse hic Prælatus, immediatus ne, ipsius Conuentus, an solus Prouincialis, an Generalis, nihilominus Fr. Emanuel sentit debere esse Prouincialem, aut generalem.

Magis tamen placet Miranda *in manuali Prælatorum tom.* 1. *q.* 31. *art.* 5. *conclus.* 1. dicens sufficere Prælatum immediatum ipsius Conuentus, posseque licentiam transeundi ad strictiorem Religionem concedere: & si ille sit transiturus, eam petiturus est à Prouinciali, & hic à Generali, & hic à Romano Pontifice, ita Azor *instit. moral. lib.* 12. *cap.* 14. *q.* 7. 8. *&* 9. ratio desumitur ex *cap. licet, de Regularibus*, per textum ibi, *postquam à Prælato suo*: ergo sufficit licentia à Prælato immediato religionis, Sanchez *in præcepta Decalogi, lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 59. vbi *num.* 60. subdit id esse verum, esto monasterium strictius sit in alia diœcesi, nec Religio illa sit exempta, & *num.* 62. addit non esse necessarium, quòd ad hanc licentiam accedat consensus Conuentus.

Idem dicendum est, quando Religiosus vult transire cum legitima causa ad aliam Religionem æqualem: satis est licentia Prælati conuentualis, de consilio tamen, & consensu sui Conuentus. Ludouicus Miranda *suprà d q.* 31. *art.* 5. vbi vult in hoc casu *art.* 6. *conclus.* 2. peccare mortaliter Prælatum, quando transitus est ad æqualem Religionem, quod videtur durum intercedente legitima causa: secus si fiat transitus sine causa legitima, quia tunc solùm fieri potest de licentia Papæ, Abbas *in cap. non est dubium, de Regularibus num* 6. Antonius Cucch. *lib.* 3. *instit. maior. tit.* 1. *num.* 132. Azor *d. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 14. *q.* 9. & Sanchez *d cap.* 7. *num.* 42.

Porrò ad laxiorem Religionem transitus nulla legitima causa existente licitus est intercedente licentia Summi Pontificis, quia sine causa non est tutus religiosus in foro conscientiæ, Nauarrus *cons.* 88. *num.* 2. *de regularibus*, Ludouicus Miranda *d. q.* 31. *art.* 6. Antonius Ricciul. *in tractatu de iure personarum extra gremium Ecclesiæ lib.* 8. *cap.* 4. nec Papa solet concedere licentiam transeundi ad laxiorem, nisi ex iusta, & legitima causa, vt refert Antonius Ricciul. *d. numer.* 4. cum derogatione decreti Concilij Trident. *sess.* 25. *de regularibus, cap.* 19. *vers. nemo*, quæ derogatio requiritur, vt ait Nauarrus *cons.* 62. *alias* 65. *in fine, de regularibus*, & Stephanus Gratian. *discept. forens. cap.* 434. *num.* 20. quamuis contrà teneat Ricciul. *d. cap.* 4. *num.* 4. *vers. dubitari solet.* nec licentia sine legitima causa obtenta excusabit in foro cōscientiæ transeuntem ad laxiorem Religionem, nec valebit in eo foro, sed solùm in externo, ne molestetur scilicet transiens, cùm votum Religionis strictioris commutetur in quid minus, & ex consequenti datur eius dispensatio, quæ sine causa legitima est nullius momenti, vtpote, quæ est ex obligationi iuris diuini consurgente ex voto, vt tradunt Franchus *in cap. cùm singula* § *prohibemus num.* 4. *de præbendis in.* 6. Syluester *verb. Religio* 4. *quæst.* 2. Nauarr. *lib.* 3. *consilior. in* 1. *edit. cons.* 56. *de regular. num.* 2. *& in* 2. *edit. cons.* 88. *num.* 2. *eodem titulo, & comment.* 4. *de regularibus num.* 10. Manuel *tom.* 2. *summæ cap.* 6. *num.* 8. *& tom.* 3. *regular. quæst.* 52. *tit.* 10. Lessius *lib.* 2. *de iustitia, cap.* 41. *dub.* 13. *num.* 102. & Azor *d* 1. *part. lib.* 12. *cap.* 14. *quæst.* 8. *in fine.*

Data tamen causa legitima, & iusta, Prælatus Pontifice inferior potest licentiam concedere ad transeundum ad laxiorem Religionem, non obstante Concilio Tridentr. *sess.* 25. *de regularibus cap.* 19. dicente ita, *Nemo regularis cuiuscunque facultatis vigore transferatur ad laxiorem religionem.* Quia Concilium intelligitur nulla existente causa, ita Decretum illud intelligit Nauarrus *cons.* 56. *de regularibus num.* 3. Azor *d. lib.* 12. *cap.* 15. *quæst.* 1. Lessius *suprà dub.* 13. *num.* 103. Sanchez *d. cap.* 7. *num.* 68. *& sequentibus.* Quare quamuis ad Pontificem facilis sit aditus, Prælatus Pontifice inferior existente causa iusta potest concedere licentiam istam, vt tenet expresse Ludouicus Miranda *suprà quæst.* 31. *art.* 6. *conclus.* 3. & Barthol. à Sancto Fausto *in thesauro religiosorum lib.* 5. *quæst.* 345.

Decimotertiò quæritur, an Abbas teneatur de delicto Monachi, aut de contractu illius? Respondetur non teneri de delicto, nisi quatenus ad eum peruenerit, quamquam non mandauit, per *Clement.* 1. §. *cæterùm*, & *ibi* Cardin. *de priuileg.* & est communis opinio, vt ait Albericus *in authent. ingressi, num.* 2. *fin. C. de sacrosanctis Eccles.* Clarus *quæst.* 36. *num.* 45. § *final.* Graffis *decis. lib.* 2. *cap.* 127. *num.* 34. nisi datum damnum sit per Monachum habentem peculium, tunc cogitur ipse, vel Monasterium illius reficere damnum, quatenus peculium sufficit, præsertim hoc procedit in Monacho viuente extra Monasterium de licentia Pontificis, cum facultate conuertendi quæsita in sui sustentationem, Nauar. *de regul. comment.* 2. *num.* 62. Quod adeò verum est, vt Prælatus regularis delinquens non obliget suum Monasterium ex proprio delicto, nisi quatenus ob id peruenerit, *gloss. vltim. notabilis in l. si quis in tantam, C. vnde vi*, nisi damnum ab Abbate illatum fuerit communicato consilio Conuentus cum Prælato, vel nisi Abbas habuerit peculium; nam tunc Monasterium de dolo Prælati tenetur, quatenus esset in eius peculio, quod si non sufficiat supplebit Monasterium 17.

propter

propter communicatum consilium cum Prælato, nisi Consiliarij habeant peculium. Non enim Monasterium obligatur ex delicto regularium, nisi quatenus Monasterium ex eo factum est ditius, *cap. dilectum, de regul. iur. in 6.*

Quo ad contractum, respondetur teneri Monasterium ex contractu Monachi, quando tacitè, vel expressè Monacho commissa fuit aliqua administratio, neque illius limites excedit: censetur enim data facultas faciendi contractus, Molina *de iustitia tom.* 1. *disp* 140. *col.* 10. *vers. Item ex contractu*, Lessius *de iustitia cap.* 41. *dub.* 11. *num.* 90. Azor *part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 11. *quæst.* 11. quod extende ad Monachum in studio existentem de licentia superioris; potest enim obligari Monasterium ex contractu huius Monachi inito pro expensis necessariis; nam eo ipso, quòd datur facultas ab Abbate ad standum in aliquo loco pro negotiis, videntur illi concessa omnia, sine quibus nequit abesse; argumento filij existentis in studio, vel in alio loco, seu negotio de licentia patris, qui tenetur pro filio, & pro contractu à filio inito, *l. sed Iulianus* §. *proinde, si accepit, vers. Quod dicitur, ff. ad Macedonianum*; & in specie volunt, Azor *suprà*, & Molina *d. disp.* 140. *col.* 10. *vers. item ex contractu*, Ceuall. *in commun. q.* 446. *num.* 15. & Graffis 2. *part. decis. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 41. secus dicendum de contractibus à religioso initis absque legitima superioris authoritate; tunc enim certissimum est Monasterium non obligari ex illis, nisi quatenus in vtilitatem Monasterij aliquid venerit: tunc quo ad eam quantitatem in qua factum est ditius, tenebitur, vt Doctores citati.

18. Decimoquarto quæritur, an Abbas possit repudiare, & acceptare legatum factum Monacho, eo inuito, & quid de hæreditate? Baldus *in l. ex repudiatione, in fine C. de fideicommiss.* ait posse repudiare, vel acceptare legatum Monacho inuito, sed non hæreditatem. Dicendum tamen est legatum, seu fideicommissum relictum Monacho sine factum ipsius acquiri Monasterio, quia hoc aditione aliqua non indiget, ita Parisius *in cap. in præsentia num.* 206. *in fine, de probationibus*, Benedictus *in cap. Rainutius, de testam. verb. si absque liberis el* 2. Quo ad hæreditatem sunt, qui dicant, non posse Abbatem contradicente Monacho adire hæreditatem, quia hæreditas mediante Monacho acquiritur Monasterio: igitur, si contradicit, & nolit, adire, nihil acquiritur Monasterio: tum quia hæreditas relicta seruo, non acquiritur domino absque consensu serui, *l.* 3. *C. de hered. instit.* & ita hanc partem tradunt Iacobus de Arena *l. final. num.* 3. *C. de Episcop. & cler.* Angel. *l.* 1. §. *substituere num.* 4. *ff. de vulgari*, Aretin. *cap. in præsentia, num.* 89. *&* 90. *de probat.* & Menchac. *de success. creatione, lib.* 3. §. 21. *num.* 251. sed probabilior est opinio, quæ tradit posse Monasterium ac Abbatem adire hæreditatem Monacho relictam illo contradicente, quia Monachus æquiparatus filio, & hæreditas filio relicta, potest à patre acceptari, quamuis filius repugnet, *l. vltima in principio, C. de bonis quæ liberis*, ita Abbas poterit adire hæreditatem delatam Religioso, eo inuito, ita Bartol. *in l.* 1. *in principio, num.* 21. *&* 22. *ff. de vulgari.* Item quia Monasterio defertur immediatè hæreditas illa, esto ex Monachi persona, proinde Monasterio competit soli adire hæreditatem, vel repudiare, Emmanuel Saa *summa verb. religio num.* 27. Graffis *part.* 2. *decis. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 74. Molina *suprà disp.* 140. *col* 8. *vers. non solùm bona*, Spin. *specul. testamen gloss.* 12. *principal. num.* 19. *&* 20. & Lessius *lib.* 2. *de iustitia cap.* 41. *dub.* 11.

Sed quid dicendum de repudiatione legati, an possit Prælatus repudiare illud contradicente Monacho, & sine consensu Monasterij, glossa *in cap. si Episcopum* 16. *quæst.* 6. affirmat, quia in acquirendis potest Prælatus præiudicare Ecclesiæ, *gloss. similis cap. final. eadem causa, & quæstione*, Abbas *in cap.* 1. *de in integrum restitutione, num.* 9. Iason *l is, qui hæres* §. *neque filium, ad finem, de acquirendâ hæreditate.* Roch. de Curt. *de iure patronat. in principio, & in cap. final. de consuetudine*, & est communis, teste Nauarr. *in cap. si quando, pag.* 16. *de rescriptis*, & constat ex *lege, qui autem, in principio, ff. quæ in fraudem creditorum*, vbi inquit Vlpianus quòd repudiare non est alienare, sed verius est non acquirere.

Non esse autem necessarium consensum Monasterij ad hanc repudiationem faciendam, tradit Cabed. 1. *part. decis.* 109. *num.* 2. vbi resoluit posse maritum facere repudiationem hæreditatis relictæ, non obstante lege regia absque consensu vxoris, eo quia in hæreditate nondum adita nullum ius considerabile quæritur *l. pretia rerum, ad medium ff. ad legem falcid.* neque est in bonis hæreditas nondum adita. Idem dicendum est de legato repudiando, quoniam repudiare legatum non est alienare; nam ante acceptationem legati per Prælatum, Ecclesia non est domina rei legatæ, sed est non acquirere Ecclesiæ, quod poterat acquirere, ad quod non requiritur solennitas, Sanc. *de matrim. lib.* 6. *à num.* 11. *disp.* 4.

Dicendum tamen est non posse Abbatem repudiare hæreditatem sine consensu Capituli, quia secundùm veriorem repudiatio est vera alienatio, per textum *l. magis puto* §. *fundum ff. de rebus eorum*, vbi Vlpianus sibi contrarius ait repudiationem alienationem esse, sed in alienatione rerum immobilium Ecclesiæ requiritur Ecclesiæ consensus, ita vt Summus Pontifex non possit eas res alienare, *cap. non liceat Papæ* 12. *q.* 2. vbi etiam sub hac prohibitione veniunt Cardinales, & Patriarchæ, *l. iubemus C. de sacros. Eccles.* & Concil. Trident. *sess.* 22. *cap.* 11. comprehendit Archiepiscopos: igitur repudiatio tam hæreditatis, quàm legati sine consensu Capituli fieri non potest, Baldus *in l. contra iuris* §. 1. *de pactis*, Barb. *in cap. vt super, de rebus Ecclesiæ*, Felin. *in cap. contingit.* 1. *de sentent. excommunic.* Pinellus *l.* 1 *C. de bonis maternis* 3. *p. num.* 203. & Gomez *tom.* 2. *tit. de contractibus cap.* 14. *num.* 14. quo fit, vt Prælatus posset repudiare legatum relictum Ecclesiæ; tenebitur tamen ad id, quod interest Ecclesiæ, ex eo quòd legatum repudiauit, gloss. *in cap final.* 12. *quæst* 2. *verb. neglectum*, Abbas *cap.* 1. *de in integrum restitutione*, argumento tutoris, qui tenetur ad interesse, ex eo quòd non acquisiuit, cùm potuisset acquirere, *l. quidquid C. arbitrium tutelæ*, Sanchez *de matri. lib.* 6. *disp.* 4. *num.* 15. *vers. tenetur autem.*

Quin etiam repudiatio legati est alienatio vera ex particulari fundamento, quia legatum rectà via à morte testatoris transit statim in legatarium, *l. à Titio ff. de furtis.* proinde cùm res legata sit effecta legatarij, iure optimo dicetur alienatio, si per illum repudietur; atque ita requiritur solennitas necessaria. Adde, esto concedatur ante acceptationem legati Ecclesiam non esse dominam rei legatæ, & ex consequenti repudiare, non esse alienare comparatione rei legatæ, non est negandum cõparatione iuris ad eam rem, esse alienationem, quod

quod Ecclesia acquisiuit morte testatoris; ideo si fiat absque requisitis, est inualida talis repudiatio, & Prælatus est periurus, Molina *disp.* 468. *fol.* 1379. Faciunt tradita per Rebuffum *in compendio alienat. rerum Eccles. num.* 30. *fol.* 61. vbi pro hac parte citat Oldrad. *cons.* 9. & alios asserentes non posse Prælatum, aut Abbatem sine requisitis solennitatibus repudiare legata, quia transfertur dominium in Ecclesiam etiam ante traditionem, Quarant. *verb. alienatio. num.* 23. *&* 43.

19. Decimoquintò quæritur, an Abbates, seu Monachi possint esse patrini? Negat Petrus Gregorius *part. 2. iuris vniuersi, lib. 15. de personis, cap. 14. num.* 34. ex Concilio Antisiodorensi *cap.* 15. *relato in cap. non liceat, de consecratione dist.* 4. *& ex cap. peruenit* 18. *quæst.* 2. si tamen suscipiant peccabunt mortaliter, & spiritualem contrahent cognationem, ita Sanchez *de matrimonio lib. 7. disp. 70. n.* 21. Galet. *in margarita casuum conscientiæ, verb. Religiosus pag.* 225. *in fine*, Rebellus *de obligationibus iustitiæ part. 2. lib. 3. quæst. 6. num.* 10. Gallego *de cognatione spirituali, cap. 9. in fine*, & Reginald. *lib. 31. n.* 157. *vers. quarto*, quibus accedit Bonacin. *de matrim. q. 3. punct. 5.* §. 2. *num.* 23.

20. Decimosextò quæritur, an possint Abbates benedicere, seu consecrare vestes, calices, Cruces, & alia necessaria cultui diuino? Respondetur negatiuè de iure, sed ex priuilegio, si habeant iurisdictionem quasi Episcopalem, Fr. Emmanuel *tom. 1. regular. quæst. 19. art. 1. & quæst. 36. art. 6.* dicens posse benedicere omnia ornamenta ex priuilegio Innocentij VIII. concesso anno 1489. ad petitionem Ioannis Abbatis Cisterciensis eidem, & quatuor primis Coabbatibus eius, tunc, & pro tempore existentibus, vt de cætero in futurum possent quæcunque vestimenta, ac ornamenta Ecclesiastica, corporalia, vasculaque ad reponendam sacram Eucharistiam in locis, & domibus prædicti Ordinis benedicere, & consecrare calices vndecunque aliunde ad eos delatos tam sui ordinis, quàm aliorum: idem refert Fr. Ludouicus Miranda *in manuali Prælatorum, tom. 2. quæst. 41. art.* 4. vbi addit eo priuilegio non posse vti alias Religiones per priuilegium communicationis, & refert Barbosa *alleg. 27. num.* 36. ex *d. priuilegio* Innoc. VIII.

21. Nec in hoc fallitur, quia per communicationem hæc facultas extenditur limitata ad Minores de Obseruantia ex concessione Leonis X. vt habetur in supplemento Minorum *fol. 16. concess.* 55. & refertur in compendio eorundem *verb. benedicere* §. 14. quia etiam facultate vtuntur omnes Præpositi, ac Rectores, & superiores per communicationem, quibus Prouinciales communicandam duxerint. Quod ad benedictionem tamen ad externorum vsum, non nisi necessitas vrgeat, & Prælati distent, & sine illorum offensione, sequitur Baptista Confetrius *in collectione priuilegiorum ordinum Mendicantium, & non Mendicantium, fol.* 31. §. 3. addens benedicere etiam solenniter Ecclesias, Aquam, ac paramenta, & vasa sacra, in quibus sacrum Chrisma non interuenit, ac etiam Corporalia posse Prælatos regulares. Idem refertur *in compendio priuilegiorum fratrum Minorum, verb. benedicere Ecclesiastica fol.* 93. & *ibi* Fr. Hieronym. à Sorbo *in additionibus* §. 1. *&* 2. Denique Abbates etiam, qui Pontificiis insigniis vtuntur ex priuilegio, possunt calices, & patenas consecrare, Azor *instit. moral. part. 1. lib. 10. cap. 28. quæst.* 2. fit autem hæc consecratio sacro Chrismate in exteriori superficie adhibito, vt habetur *in cap. vnico*, §. *vngitur præterea, de sacra Vnctione*. Quæ benedictio calicis, & patenæ cùm sit ordinis Episcopalis, non potest fieri per simplicem Sacerdotem, vt ait Sbroz *de Vicario Episcopi, lib. 2. quæst. 9. numer.* 8. Soarez tamen *de Relig. tom. 4. lib. 2. cap.* 30. *numer.* 2. ait Abbates posse vestes sacras, & pallas Altaris, & corporalia benedicere, non tamen posse consecrare Calices, vel Aras, nec consecrationem vllam efficere, quæ Vnctionem chrismatis requirat. Quod intelligo iure ordinario, non autem ex priuilegio concesso. Azor *supra quæst.* 2. cum aliis, *& part. 2. lib. 9. cap. 7. q.* 2. Graffis *dec. lib. 3. cap. 5. n.* 159.

Petes an Episcopus, aut Abbas, qui ex priuilegio consecrat Ecclesias, Calices, aut benedicit vestes in mortali, & non contritus, peccet mortaliter cessante scandalo? Affirmat Medina *C. de pœnit. tractatu 1. quæst.* 6. vbi loquitur de Episcopo, qui conficit Chrisma, benedicit oleum, aut consecrat Ecclesiam, quia huiusmodi actiones sunt de se graues, & videntur quodammodo sacramentales, quatenus per eas sacratur materia sacramenti. Dicendum tamen est non peccare mortaliter sublato scandalo, Soarez *in 3. part. quæst. 64. articul. 10. disput. 16. sect.* 3. quem sequitur Marc. Anton. Genuens. *in manuali Pastorum, cap. 63. numer.* 2. vbi *num.* 3. addit Episcopum, quod idem dico de Abbate, excommunicatum, suspensum, vel interdictum consecrantem Ecclesias, & benedicentem paramenta contrahere irregularitatem.

22. Decimoseptimò quæritur, an Abbas electus, & confirmatus, quamuis non sit Sacerdos, possit Monachos suos excommunicare? Affirmat Richar. *in 4. distinct. 18. artic. 4. quæst.* 3. quod etiam habent alij Prælati non Episcopi in subditos suos eandem sententiam censuræ exercentes, vt colligit Panorm. ex *cap. cùm ab Ecclesiarum, de officio Ordinarij, & in cap. sicut, de simonia, & in cap. cum in Ecclesiis, de maior. & obed.* argumento Vicarij generalis Episcopi non Sacerdotis, qui potest excommunicare, & absoluere à censuris, dummodo habeat primam tonsuram.

23. Decimooctauò quæritur, an Abbas sine consensu Conuentus possit Monachis licentiam concedere exeundi ad studia? Respondetur negatiuè. Ratio, quia sicut Abbas nequit sine assensu Conuentus rem notabilem ad tempus non modicum alienare, ita nec personas: secus quando vadit ad scholas eiusdem ciuitatis, & statim redit, tunc enim sufficit sola licentia Abbatis, habetur *in cap. vt periculosa, ne clerici, vel Monachi, lib.* 6. vbi excommunicantur omnes Religiosi, qui accedunt ad quæuis studia litterarum, nisi concessa prius licentia à suo Prælato cum consilio maioris partis sui Conuentus. Idem dicendum est de Episcopo circa Monasteria non exempta, quia non potest hanc licentiam concedere sine consensu Abbatis, sed eam dare debet, Abbas, vel tenens eius vices, qui propriè dicitur suus Prælatus, Sayr. *de cens. lib. 5. cap.* 3.

24. Sed quid si Abbas pergat ad scholas sine licentia superioris? Videtur dicendum ligari excommunicatione contenta *in dict. cap. periculosa*; sed oppositum est dicendum eo, quia illa constitutio est pœnalis, & ideo restringenda. Syluester tamen *verb. excommunicatio* 9. putat incurrere *ibi num.* 55. §. 1. nisi habeat licentiam Episcopi, si sit Monasterium non exemptum; sed contraria opinio est verior. Idem dicendum est de alio superiore, qui

haber

habet vices Abbatis in suo Conuentu, & est verè Prælatus Monasterij.

25. Decimonono quæritur, in quibus casibus possit Abbas benedictionem populo impertiri? Pro intelligentia notandum est Abbates quosdam esse benedictos, quosdam non benedictos, non tamen Abbas constituebatur per benedictionem, sed per electionem, & confirmationem. Habet autem se benedictio veluti quoddam ornamentum, & quasi ordinatio, seu consecratio personæ in ea dignitate constitutæ. Vnde Abbas electus, & confirmatus olim exercebat actus iurisdictionis, non tamen benedicebat, aut ordinabat, nisi esset benedictus, cùm viderentur esse actus ordinis, nam olim ab Episcopis benedicebantur, nec antea exercebant prædictos actus Ordinis, nisi Episcopi differtent benedictionem, vt ex concessione Alexandri Tertij ibi, Vt si Episcopus tertiò cum humilitate ac deuotione, sicut conuenit, requisitus Abbates benedicere renuerit, liceat Abbatibus proprios Monachos benedicere, & alia, quæ ad officium huiusmodi pertinent, exercere. Ex quo patet non esse necessariam hanc benedictionem simpliciter Abbatibus ad tales actus exercendos.

His positis dicendum est Abbates habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, posse benedictionem solennem populo impendere in Ecclesiis ad ipsos pleno iure spectantibus post Missarum sacrificia absoluta, post matutinas preces, aut vespertinas decantatas, non autem publicè alibi, aut per vias, aut oppida, nisi id habeant ex speciali priuilegio, habetur *in cap. Abbates, de priuilegiis in 6.* praxis noua Episcopalis *part. 1. cap. 2. in fine*, Azor *instit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 20. quæst. 7.* & Fr. Emmanuel *tom. 1. regular. quæst. 18. art. 1.* quibus accedit Barbosa *alleg. 27. num. 67.* Graff. *suprà lib. 3. c. 5. n. 158.*

26. Vigesimò quæritur, an Abbas ex priuilegio Sedis Apostolicæ de consensu Ordinarij possit conferre sacramentum Confirmationis? Respondetur affirmatiuè, ita Armendar. *in addit ad recop. legum Nauarræ, lib. 1. titul. 18. l. 7 de Episcopis, num. 77.* De Episcopi tamen licentia non potest administrari hoc sacramentum de Abbate, nec à simplici sacerdote, nisi ex delegatione Summi Pontificis. D. Thomas *in 3. part. quæst. 72. artic. 11.* Bellarmin. *de confirmat. cap. 12.* Graffis *in decis. part. 2. lib. 1. cap. 5. numero 29. & 30.* Valent. *tom. 4. disput. 5. quæst. 2. punct. 1.* Vasquez *part. 3. quæst. 72. art. 3. disput. 219. cap. 1. numero 3.* & Toler. *in summa, lib. 2. cap. 24. num. 5.* quibus adde Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 28. numero 17. cum sequentibus*, & Bonacin. *de Sacrament. disputat. 3. quæstio vnica, punct. 2. numer. 3. versicul. dixi.*

27. Vigesimoprimò quæritur, an Abbates, qui habent iurisdictionem quasi Episcopalem, possint exequi defunctorum voluntates? Affirmat Flores de Mena *variar. quæstionum, lib. 2. quæst. 24. num. 21.* ex Abb. Ancbar. Barbatio, & omnibus *in cap. Ioannes, de testam.* & ibi Couarr. *numer. 1.* dicentes appellatione diœcesani comprehendi Abbates, qui habent Episcopalem iurisdictionem, sequitur Barb. *in annot. ad leges Lusitanas, lib. 1. tit. 62. §. 39. num. 4.* post alios, quos ibi referens sequitur.

Vtrùm Abbates possint alienare res spectantes ad propria Monasteria.

§. IV.

EPITOME.

1. *Abbates exempti, qui iurant non alienare, nequeunt inconsulto R. Pontifice alienare.*
2. *Abbas exemptus si habet Ecclesias pleno iure subiectas, potest authoritatem præstare in alienatione rerum Ecclesiæ sibi subiectæ.*
3. *Abbas quando debet requirere authoritatem Papæ in alienatione rerum suæ Abbatiæ.*
4. *Abbas cum Conuentu sine consensu Episcopi non potest aliquid infeudare.*
5. *Abbas exemptus à iurisdictione Episcopi quando possit res proprij Monasterij alienare?*
6. *Alienans rem Ecclesiæ cum iuramento de non repetendo, si alienatio est nociua Ecclesiæ, debet repetere etiamsi iuret de non repetendo?*
7. *Alienans rem Ecclesiæ malè, peccat mortaliter.*
8. *Abbas bona Ecclesiæ non legitimè alienans interdicitur ab ingressu Ecclesiæ.*
9. *Alienans prædium Ecclesiæ, vel magnum, vel exiguum, deponitur.*
10. *Alienans rem Ecclesiæ tenetur ad restitutionem pretij etiam emptori malæ fidei, non tamen ad aliud interesse, nec Ecclesia tenetur.*
11. *Alienatores rerum Ecclesiæ, nisi rem restituant, excommunicantur.*

QVæritur primò, an Abbas exemptus, qui iurauit non alienare inconsulto R. Pontifice, possit sine illo alienare? Respondetur negatiuè, ex *cap. Abbatibus 12. quæst. 2. & ex cap. in venditionibus 17. quæst. 4. & ex cap. vt super, de rebus Ecclesiæ alienandis*, Innoc. *in cap. statuimus, de transactionibus.* 1.

Porrò quando Abbas est exemptus, & habet Ecclesias pleno iure subiectas, potest præstare authoritatem in alienatione rerum Ecclesiæ sibi subductæ, quando Rector, vel Rectores dictarum Ecclesiarum voluerint alienare, possunt cum consensu Abbatis habentis iurisdictionem quasi Episcopalem, Innoc. *in cap. cùm & plantare §. in Ecclesiis, de priuilegiis*, Imol *in cap. statuimus, de transactionibus.* Dicitur autem Ecclesia pertinere ad Abbatem pleno iure, quando in spiritualibus, & temporalibus illi est subiecta, glossa *in d. cap. cùm & plantare, §. in Ecclesiis, verb. pleno iure*, Rebuff. *in concordatis tit. forma mandati, verb. plenum*, Marta *de clausulis, clausula 85. num 6.* Sayr. *de censuris, lib. 1. cap. 6.* inferentes non pertinere Ecclesiam pleno iure ad Abbatem, quando illi subiicitur quoad temporalia, sed quoad spiritualia ab ordinariorum iurisdictione non est exempta. Vnde sequitur, si Ecclesia subest vni Abbati pleno iure, satis esse authoritatem illius in alienatione rerum Ecclesiæ, sibi subiectæ, nec requiri authoritatem Episcopi, Ioannes Andreas *in tit. de rebus Ecclesiæ non alienandis*, Turrecrem. *12. quæst. 2. in summa*, dicens in Monasteriis non priuilegiatis, quæ subsunt Episcopo, requiri consensum Episcopi, & Abbatis, & omnium fratrum, aliàs non teneri alienationem, *d. cap. Abbatibus 12. quæst. 2. & cap. in venditionibus* 2.

ditionibus 17. q. 4. ſecus quando Monaſteria ſunt priuilegiata, & non ſubſunt Epiſcopo.

3. Quæritur ſecundò, quando Abbas debeat requirere in alienatione rerum Abbatiæ authoritatem Romani Pontificis? Reſpondet Rebuff. ſi Abbas eſt exemptus, & velit alienare res Abbatiæ, neceſſariam eſſe authoritatem Romani Pōtificis, idque tradit *in compendio alienat. rerum Eccleſ.* per gloſſam *Clementin. 1. in verb. proprij, de reb. Eccleſ. alienan.* debetque authoritas illa eſſe ſpecialis, & expreſſa, *l. negotium C. de negot. geſt.* Quare oportet quòd Pontifex ſciat de quibus rebus concedenda ſit licentia, Ioann. Andr. & Peruſi. *in cap. final. de reb. Eccleſ. alienan.* niſi Eccleſia ſit pleno iure Abbati ſubiecta, vt dictum eſt *ſuprà, numer.* 2.

Hodie tamen poſt Extrauagantem Pauli II. ſub *tit. de rebus Eccleſ. non alienan.* incipit, *Ambitioſæ cupiditati*, regulariter prohibetur omnis alienatio etiam in caſu licito, & ſeruatis ſolennitatibus inconſulto Romano Pontifice, quæ partitur in duas partes, quarum prima continet cauſam motiuam; ſecunda omnium rerum alienationem comprehendit, exceptis tribus caſibus, in quibus ſine authoritate R. Pontificis conceditur alienatio. Primus locationis, & conductionis per triennium: ſecundus eſt emphyteuſis in caſibus à iure permiſſis, & de bonis ab antiquo ſolitis in emphyteuſim dari, & cum euidenti Eccleſiæ vtilitate. Tertius eſt alienationis fructuum, qui ſeruando ſeruari nequeunt, iuxta tutiorem ſenſum Caietan. *in verb. excommunicatio, cap.* 75. pro cuius prohibitionis obſeruantia annullat contractus, & imponit pœnas, & innouat prædeceſſorum, & confirmat antiquos Canones, præſertim capitis *ſine exceptione, 12. q. 2. cap. 1. & cap. nulli, de reb. Eccleſ. alien. c. 1. & 2. eodem tit. in 6.*

Quinimò Prælati, & Abbates nequeunt regulariter inconſulto R. Pontifice alienare etiam in caſu licito, & ſeruatis ſolennitatibus, propter iuramentum, quod præſtant, Redoan. *quæſt.* 55. *numer.* 1. & 2. & ſubiiciunt ſe pœnis huius Extrauagantis in iuramento, vt habetur *in Pontificali, fol.* 81. & 120. his verbis, *Poſſeſſiones verò ad menſam meam pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignerabo, nec de nouo infeudabo, vel aliquo modo alienabo, etiam cum conſenſu Capituli Eccleſiæ meæ inconſulto R. Pontifice, & ſi ad aliquam alienationem deuenero, pœnas in quadam ſuper hoc edita conſtitutione contentas eo ipſo incurrere volo.* Abbates verò idem iurant, vt conſtat ex eodem Pontificali *fol.* 134. mutato nomine, *ad menſam,* dicendo *ad monaſterium meum*, & loco *Capituli* dicunt *Conuentus* Monaſterij mei. Prælati verò, & inferiores beneficiati iurant de non alienando in manibus Ordinarij, vel illius à quo ad dignitatem promouentur, per Baldum *in cap. 1. in principio, column. 3. verſ. quæro, de his qui feud. dar. poſ.* & eſt ſtylus Romanæ Curiæ, vel conſuetudo, Redoan. *ſuprà num.* 3.

4. Quæritur tertiò, an Abbas non exemptus cum Conuentu ſine authoritate Epiſcopi poſſit aliquid infeudare? Reſpondetur negatiuè, quòd ſi infeudet ſine conſenſu Epiſcopi, contractus eſt ipſo iure nullus, textus *in cap. ad noſtram, de rebus Eccleſ. alien.* ſecundùm quod ita intelligit illum textum ibi Hoſtienſ. & Guido *in cap. Abbatibus 12. quæſt. 2.* aſſerentes contractum *d. cap. ad noſtram,* fuiſſe ipſo iure nullum, quia defuit conſenſus diœceſani, & ideo non tenuit alienatio, *cap. Abbatibus 12. quæſt. 2. cap. in venditionibus 17. quæſt. 4.* Alber. *in Authent. hoc ius, Cod. de ſacroſ. Eccleſ. verſ. vbi Abbas*, dicens poſſe Abbatem alienare, nec in feudum dare ſine licentia Epiſcopi. Porrò ſi ſub aliquo Abbate exempto eſt aliquis Prioratus habens bona diſtincta, & Prior illius loci vult alienare, in caſu licito poterit hoc facere de conſenſu Abbatis, quia fungitur vice Epiſcopi in Prioratibus ſibi ſubiectis. Secus ſi prioratus ſubeſt Abbati in ſpiritualibus, & Epiſcopo in temporalibus, tunc requiritur licentia vtriuſque, Cardinalis *in Clement. 1. quæſt. 35. de reb. Eccleſ. non alienan.* & Archid. *in cap. nullam 18. quæſt.* 2.

Quæritur quartò, quomodo Abbas exemptus poſſit alienare res proprij Monaſterij? Reſpondetur primò inconſulto R. Pontifice non poſſe bona ſpectantia ad menſam illius, neque ad Monaſterium alienare; quia obſtat iuramentum de non alienando, exceptis caſibus tribus in dicta Paulina *Ambitioſæ*. Reſpondetur ſecundò, In illis caſibus, & in cæteris à iure permiſſis poſſe Abbatem exemptum alienare, ſi duo copulatiuè concurrant, cauſa ſcilicet iuſta in caſu licito, & forma, hoc eſt, ſolennitas legitima, *cap. 1. de reb. Eccleſ. non alienan. in 6. Clement. 1. eodem titulo,* gloſſ. *in ſumma 12 quæſt. 2.* Abbas *in cap. 2. num. 8. de his, quæ vi metuſvè cauſ.* Redoan. *de reb. Eccleſ. alienan. quæſt. 51. cap. 7. num. 21.* Molina *de iuſtitia, diſp.* 468. & ac forma omiſſa, hoc eſt, ſolennitate non adhibita regulariter corruit alienatio, vt conſtat ex verbis Extrauagant. *Ambitioſæ*, ibi alienatio, hypotheca, conceſſio, locatio, conductio, & infeudatio huiuſmodi nullius omnino ſint roboris, & momenti. 5.

Reſpondetur tertiò cauſas iuſtas eſſe quatuor, neceſſitatis, vtilitatis, incommoditatis, & pietatis, Abbas *in cap. nulli, de reb. Eccleſ. alienan.* Molin. *de iuſtitia, diſputat.* 465. Couarr. *lib. 1. variar. cap. 16. num. 8 & 9.* Redoan. *ſuprà quæſt.* 19. vbi de his latè per totum, præſertim de cauſa neceſſitatis, & *quæſt.* 20. vbi de cauſa vtilitatis, & *quæſt.* 21. vbi de cauſa pietatis, & *quæſt.* 22. vbi de cauſa incommoditatis, & *quæſt. 51. cap.* 22. vbi rurſus de cauſa neceſſitatis, propter quam res Eccleſiæ aliquando ſine ſolennitate alienari poſſunt.

Reſpondetur quartò vltra illas quatuor cauſas, quæ neceſſariò requiruntur ad alienandum, requiri, quando Eccleſia eſt Cathedralis, conſenſum, ſeu authoritatem Epiſcopi; deinde tractatum; poſt tractatum, Capituli conſenſum, vltimo loco ſubſcriptionem, *cap. cùm Apoſtolica, & cap. cùm tua, de his, quæ fiunt à Prælato, cap. vt ſuper, § poſſeſſiones, de rebus Eccleſ. non alienan. & cap. ſine exceptione 12 quæſt.* 2. Tractatus autem, eſt propoſitio, ac diſcuſſio, num opus ſit, ac conueniens rem alienare, vt expendantur cauſæ, ſeu rationes in vtranque partem, & poſt hanc conſultationem ſequitur conſenſus, aut diſſenſus Panorm. *in d. cap. tua, num.* 6. vbi ait ſufficere vnum tractatum ſolenniter factum, Armil. & Syluest. *verb. alienatio*, Fr. Ioannes à Cruce *in ſuo Epitome de priuileg. tit. de bonis in communi, lib. 1. cap. 4. verſic. tertia concluſ.* Molina *ſuprà diſp.* 468. *in principio.* Item conſenſus debet eſſe expreſſus, niſi fiat alienatio rei propter neceſſitatem vbi parum lædatur Eccleſia: tunc enim ſufficit tacitus conſenſus, Fratr. Ioann. à Cruce *verſicul. quarta concluſio,* poſt Rebuff. *in tractatu de alienat. bon. Eccleſ. n.* 118. ſed meliùs Molina *fol.* 1376. §. *Tertiò dictum,*

ait semper requiri consensum expressum, præsertim si alienatio est de rebus alicuius Monasterij, *Clement. 1. eodem titulo*, vbi glossa tradit in Prælatis Regularibus Ecclesiarum sæcularium, Rebuff. *suprà § fallit, num. 119.*

Denique necessaria est subscriptio, vbi de hoc est consuetudo, Rebuff. *num. 120.* Panor. *in d. cap. 1. de his, quæ fiunt à Prælatis*, subdit in multis locis subscriptionem Capituli non seruari; Armil. *verb. alienatio, §. 6.* tradit non esse necessarium, vt subscriptio fiat manu Canonicorum, sed satis esse si fiat manu Notarij: sed contrarium est in vsu apud Capitula, & Canonicos, & Regulares, cùm res aliqua alienatur, omnes enim manus suas subscribunt, Bartol. *in l. 1. ff. de albo scribendo, & cap. sine exceptione 12. q. 2. cap. 1. & cap. tua nuper, de his quæ fiunt à Prælatis*, exceptis Religiosis Societatis IESV; vbi aliter tractatus fit; nec particularium requiritur consensus, nec subscriptio singulorum.

Respondetur quintò causas iustas alienandi dici casus à iure permissos, ad quas reducuntur omnes, qui in iure reperiuntur expressi, glossa *in summa 12. q. 2. & in cap. 2. in verb. casibus, de reb. Eccles. non alien. in 6.* & regulariter hi exigunt solennitates in elienatione, Quaranta *in Bullario verb. alienatio, num. 3.* post Redoan. *suprà q. 22. num. 20. vers. istæ verò sunt causæ, & casus liciti, in quibus fieri alienationes de rebus Ecclesiæ permittitur, & sine quibus non est permissum alienare quouis modo.*

Respondetur sextò ex traditis à Redoano *suprà q. 35. & q. 36. & 42.* posse fieri alienationem ab Abbatibus, & ab aliis Prælatis inconsulto Romano Pontifice, quando intercedunt causæ iustæ, vel aliqua ex illis quatuor, & seruantur solennitates non obstante Paulina *Ambitiosæ*, prohibente fieri alienationem, infeudationem, vel contractum emphyteuticum, & omne pactum per quod bonorum Ecclesiasticorum dominium transfertur, præterquam in casibus à iure permissis. Sequitur Nauarrus *in commentar. de alienat. rerum Ecclesiæ, sub num. 2. vers. quartò*, dicens permitti alienationem rerum Ecclesiæ in casibus à iure permissis, videlicet, quando datur iusta causa, & seruatur forma iuris Canonici, idem tradit *consil. vltim. de rebus Eccles. non alien.* vbi vult Paulinam *Ambitiosæ*, non ferri contra alienantes res Ecclesiæ in casibus à iure expressis. Nihilominus, quia in Paulina excipiuntur tres casus, in quibus conceditur alienatio inconsulto Romano Pontifice, non est admittenda opinio Redoani, nec Nauarri, cùm repugnet stylo Curiæ, & praxi, de quibus casibus, & de eadem Paulina *§. sequent.*

6. Quæritur quintò, vtrùm alienans res Ecclesiæ cum iuramento de non repetendo, possit repetere, quando alienatio est in præiudicium Ecclesiæ? Respondetur primò iuramentum de non alienando complecti tantùm res, quæ sunt de mensa, nec extendi ad alia, quæ non sunt de mensa, Baldus *in consil. 374. volum. 5. in fine, cap. vt super*, vbi Hostiensis, *de rebus Eccles. alienan. vel non.* Redoan. *eodem titulo, q. 55. num. 66. & 67.* Respondetur secundò, si alienatio est nociua Ecclesiæ, posse repetere, & reuocare dictam alienationem, etiam non obstante iuramento, quia fuit illicitè præstitum, *cap. intellecto, de iureiurando*, ideo non est obseruandum, Sanchez *de matrimonio, lib. 6. disputat. 13. num. 5.* facit quod dicit Felinus *in cap. constitutus, de rescriptis, colum. 2. vers. limita prædicta*, secundùm Ioannem Andr. quem allegat. Quòd si primò iurauerat non alienare, potest nihilominus alienata reuocare, non obstante iuramento facto postea de non reuocando. Nam primum iuramentum est licitum, & secundum illicitum proinde seruari non debet, *cap. si diligenti, de foro competenti.* Iuuat iuramentum contra publicam vtilitatem non posse licitè obseruari, & subinde non indigere relaxatione, Sanchez *de matrimonio, lib. 1. disputat. 32. numer. 8. & 9.* sicut actus in fauorem publicam principaliter prohibitus, non confirmatur iuramento, vt per Couarr. *in cap. quamuis pactum, part. 2. §. 1. numer. 1. & 5.* Gomez *variarum lib. 2. cap. 14. num. 24. & 27.* Matiens. *l. 2. glossa 3. num. 15. & 17. titulo 2. lib. 5. nouæ recopil.* & alij apud Redoan. *q. 55. numer. 54. & 62.* Cened. *ad Decretal. 71. num. 2.*

Quæritur sextò, Quale peccatum sit malè alienare res Ecclesiæ? Respondetur esse mortale, siue alienatio fiat à clerico, siue à laico, quia alienans rem Ecclesiæ indebitè excommunicatur, *cap. 2. de rebus Eccles. alienan. vel non. cap. 2. cum sequent. & cap. si quis presbyterorum, eodem titulo*, in cuius prima parte presbyteri, & alij Ecclesiastici sibi appropriantes, vel alienantes bona Ecclesiastica excommunicantur, vt per Aloys. Riccium *in praxi rerum for. Eccles. decis. 138. num. 1. in fine, in 1. edit.* aliàs *resolut. 121. in 2. edit.* Farinac. *in praxi crimin. part. 6. quæst. 171. num. 10.* & alij apud Barbos. *in d. cap. si quis presbyterorum, num. 2.* Redoan. *eodem titulo, quæst. 44. num. 10.* 7.

Quæritur septimò, in quas pœnas incurrant Abbates alienantes indebitè bona Ecclesiæ? Respondetur Episcopos, aut Abbates non legitimè alienantes ab ingressu Ecclesiæ suspendi, seu interdici, per *dict. Extrauagantem, de rebus Eccles. non alienan.* Vgolin. *de censur. tabul. 5. cap. 3. num. 2.* Sayr. *de censur. lib. 5. cap. 12. numer. 20. & lib. 4. cap. etiam 12. numer. 54.* addens ex *dict. Extrauagant.* si per sex menses immediatè sequentes sub interdicto in huiusmodi animo (quod absit) perseuerauerint indurato lapsis mensibus eisdem è regimine, & administratione suæ Ecclesiæ, vel monasterij, qui præpræsident in spiritualibus, & temporalibus, sint eo ipso suspensi. Inferiores verò Prælati Commendatarij, & aliarum Ecclesiarum Rectores, beneficia, vel administrationem quomodolibet obtinentes prioratibus, præposituris, præpositatibus, dignitatibus, personatibus, administrationibus, officiis, canonicatibus, præbendis, aliisque Ecclesiasticis cum cura, & sine cura, sæcularibus, & regularibus beneficiis, quorum res, & bona alienarunt duntaxat ipso facto priuati existant, illáque absque declaratione aliqua vacare censeantur, ita vt à solitis collationibus, personis idoneis liberè de iure conferri possint, nisi aliàs distributioni Apostolicæ sedis sint specialiter, aut generaliter reseruata: nihilominus alienatæ res, & bona huiusmodi ad Ecclesias, Monasteria, & loca pia, ad quæ ante alienationem huiusmodi pertinebant, liberè reuertantur. Ita Paulus II. annò 1478. Pontificatus sui anno quarto. Kalendis Martij, cuius meminit Quaranta *verb. alienatio, in Bullario, fol. 8.* 8.

Quæritur octauò, in quam pœnam incurrat alienans prædium Ecclesiæ etiam exiguum? Ratio dubi 9.

dubitandi, quia *in cap. sine exceptione* 12. *quæst.* 2. *verb. quicquam*, prohibentur alienari tam res paruæ, quàm res magnæ, & dictio *quicquam*, & verbum *aliqua* verificantur, & tantum importat dictio *quicquam*, quantum dictio *aliquid*, per glossam *in Extrauag. suscepti*, §. *final. vers. & si quicquam, ne Sede vacante.* Quocirca alienans prædium Ecclesiæ magnum, vel exiguum, deponitur, *cap. quicunque* 17. *q.* 1. & Prælatus alienans res Ecclesiæ incidit in periurium, per ea, quæ dicit Baldus *in cap.* 1. *in principio, col.* 7. *vers. dicit Innoc. qui feud. dar. poss.* præsertim si res alienata est de mensa Ecclesiæ, prout in dubio semper præsumitur esse, Redoan. *suprà q.* 3. *n.* 48. *&* 58.

His tamen obstat Hugo per textum *in cap. Abbatibus* 12. *q.* 2. dicens alienare vineolas, seu tertulas, non esse prohibitum inconsulto summo Pontifice. Idémque posse fieri ab Episcopo sine consensu Capituli, quando res alienanda est magis onerosa Ecclesiæ, quàm vtilis, neque ad hoc requiritur solennitas, ita Hostiensis *in summa, de his, quæ fiunt à Prælato*, §. *ex quibus*, Guido Papæ *decis.* 156. sequitur Redoan. *supra quæst.* 51. *cap.* 20. *num.* 6. & Lessius *de iustitia, lib.* 2. *cap.* 25. *dub.* 11. *num.* 64. *fol* 332.

Idem dicendum est de Prælatis Episcopo inferioribus, posse videlicet sine solennitate debita alienare exiguas tertulas concurrente, vel necessitate, vel vtilitate euidenti, ita Bellamer. *in d. cap. Abbatibus* 12. *q.* 2. *col.* 22. *& cap. terrulas, eadem causa, & quæstione*, Villadieg. *in tract. de legibus, part.* 1. *q.* 12. *n.* 10. *& sequent.* quando res est modica, sequitur Redoan. *q.* 13. *num.* 14. *cum sequentibus.* Pro quo facit *cap. cæterùm, de donat.* vbi Prælatus rem modicam elargiri potest, præsertim, si id ferat consuetudo, quæ vbi est, præstat iurisdictionem. Quoniam, quæ modica sunt, eximuntur à solennitate, Abbas *in cap. vt super, num.* 15. *de rebus Eccl.* Quare Paulina *Ambitiosa*, indistinctè limitatur, videlicet in magnis, quando adest vrgens necessitas, quæ non sinit adire summum Pontificem; & in minimis, & modicis, quia hæc possunt alienari sine iuris solennitate, Redoan. *dict. quæst.* 3. *num* 14. *cum sequentib.* per *dict. cap. terrulas* 12. *q.* 2. & gloss. *ibi*, & dispositio *cap. terrulas*, tria copulatiuè requirit, teste Redoano *d. q.* 13. *num.* 19. Primum, quòd res sit exigua: secundum, quòd non sit vtilis Ecclesiæ: tertium, quòd alienatio fiat ex causa necessitatis, & his tribus concurrentibus solùm potest omitti consilium, vel tractatus Capituli, non autem aliæ solennitates, prout est licentia superioris, vt subdit Rebuff. *in dict. cap sine exceptione, in vers. quicquam*, sed meliùs Guid Pap. *q.* 156. vbi concludit res Ecclesiæ minus vtiles, & quæ magis onerant Ecclesiam, & plus afferunt incommodi, quàm commodi, posse etiam sine solennitate alienari, *dict. cap. terrulas*, § *item domus*, *cap. fugitiui* 12. *q.* 2. vbi Hugo, & Archid. & Innocentius Federic. de Senis *cons.* 403. vbi alienatio rei paruæ facta per Prælatum sine consensu Capituli, valet indistinctè. Secus si alienetur res parua in perpetuum, tunc consensus saltem tacitus debet exigi, secundùm Abbatem *in cap.* 1. *de his, quæ fiunt à Prælato.* Nihilominus Archidiac. *in dict. cap. terrulas*, tradit posse fieri alienationem sine solennitate de rebus inutilibus paruis, & longè distantibus, non autem de rebus magnis, quamuis inutilibus, quia hæc nequeunt alienari sine solennitate, nisi vrgente magna necessitate, quod non puto verum, quando res magnæ sunt inutiles. Igitur Paulina non debet intelligi de re modica, ex traditis à Quaranta *de rebus Eccles. n.* 41. §. *adde*, *fol.* 31. dicente ex responso sacræ Congregationis, nec Paulinam *Ambitiosa*, neque decretum Concilij Tridentini derogasse dispositioni *cap. terrulas* 12. *q.* 2. sed constat ex eodem cap. res immobiles exiguas ex causa legitima etiam sine solennitate alienari posse.

Idem dicendum est si alienentur res steriles, quamuis magna, modò sint inutiles, vel modici pretij, ita Archid. & Præpos. per glossam, & textum *in d. cap. terrulas*, qui textus non est correctus per d. Paulinam *Ambitiosa*, vt tradit in expositione illius Alex. Striatic. *num.* 3. quem sequitur Quaranta *num.* 41. quia res etiam immobiles, quando sunt exigui valoris, possunt alienari sine debitis solennitatibus, secundùm Angelum *in Authent. de alienan.* §. *hoc etiam, in fine*, & Abbas *in d. c. vt super, num.* 15. *de rebus Eccles.* Item Archid. *in d. cap. terrulas*, res etiam steriles, & modici pretij docet Episcopum solum sine solennitate posse alienare, Quaranta suprà *num.* 41. *vers. nota.* Redoan. *q.* 51. *c.* 8. *n.* 1. idem volunt circa terrulas & cætera exigua, seu inutilia, & quæ longè distant posse distrahi sine consensu Capituli absque prædicta solennitate, si adsit necessitas. Denique possunt alienari à Prælato res Ecclesiæ minus vtiles, vel quæ sunt onerosæ Ecclesiæ, & plus incommodi, quàm commodi important. Guid. Pap. *decis.* 156. dicens posse Episcopos alienare sine debita solennitate domos etiam in ciuitatibus existentes, quæ sunt maioris oneris, quàm vtilitatis; quæque sunt maioris sumptus, quàm reditus, Hostiens. *in summa de his, quæ fiunt à Prælato sine consensu Capituli*, §. *& in quibus*, & Butrius *in cap.* 1. *de his quæ fiunt à Prælat.* Nec obstat iuramentum à Prælato præstitum de non alienandis rebus Ecclesiæ; quia non extenditur ad grauamen Ecclesiæ, neque ad id, quod est in detrimentum Ecclesiæ, & ex consequenti non extenditur ad alienationes rerum exigui valoris, Abbas *in cap. final. de Eccles. ædific. & reparand. vers. Item puto, num.* 9. quem refert, & sequitur Quaranta *d. num.* 41. allegato post alios Feder. de Senis *cons.* 403.

Nec item refert textus *in d. cap. quicunque*, vbi prohibetur alienatio fundi etiam exigui sub pœna depositionis contra eum, qui præsumpserit alienare, quia textus ille loquitur de alienatione prædij exigui, propinqui, atque vtilis: nos verò loquimur de rebus exiguis, vel de rebus sterilibus, minus vtilibus, & longè positis, exigente id necessitate: vel etiam potest dici, quòd ibi est sermo de casu non concesso, & necessitate non exigentes; quæ aliquando ita potest vrgere, vt etiam alienari possint bona stabilia, vel vtilia sine solita solennitate, ita Hostiensis *in c.* 1. *ne Prælati vices suas*, ibi, *vel nisi esset res exigua, vel minus vtilis, & infructuosa*, in quibus alienandis non requiritur solennitas, Redoan. *suprà q.* 51. *cap.* 20. *num.* 6. & Lessius *de iustitia, lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 64.

Quæritur nonò, an alienans teneatur ad resti- 10
tutionem pretij emptori etiam malæ fidei, & ad aliud interesse? Respondetur malè alienantem rem Ecclesiæ non teneri ad aliud interesse, sed tantùm ad restitutionem pretij, argumento casus *in l. si emptor. C. commun. de leg.* vbi emptor etiam malæ fidei contra venditorem agit ad pretium recuperandum, non tamen agit ad aliud interesse, gloss. *in c. ad audientiam, de rebus Eccles. alien.*

Ratio,

Ratio, quia Ecclesia non debet locupletari cum iactura aliena, nec capere contra conscientiam, & hoc in odium malè alienantium, vt sint tardiores in alienando, per id quod habetur *in §. si quis igitur, in Authent. de non alienando.*

11. Quæritur decimò, in quam pœnam incurrant alienatores rerum Ecclesiæ, qui non fuerint Episcopi, aut Abbates, nisi rem restituant? Respondetur alienantes indebitè incidere in excommunicationem, per *cap. si quis presbyterorum, hoc titulo*, & alienationem non tenere, & quemlibet clericum posse contradicere, ac rem cum fructibus medij temporis repetere, textus *in d. cap. ad audientiam, de rebus Eccles. non alien.* Episcopo autem, & Abbati alienantibus interdicitur ingressus Ecclesiæ, *cap. omnes Ecclesiæ 17. q. 4. & dict. Extrauag. Ambitiosæ.*

In quibus casibus liceat Abbatibus, & aliis Prælatis Regularibus alienare bona Ecclesiæ iuxta Extrauagantem de rebus Eccles. non alien.

§. V.

EPITOME.

1. *Non obstante iuramento tribus casibus exceptis in hac Extrauag. in alienatione rerum Ecclesiæ, reliqui sunt prohibiti regulariter inconsulto Romano Pontifice.*
2. *Abbates, & inferiores Prælati sine iusta causa nequeunt alienare, quamuis solemnitas concurrat.*
3. *Abbates in casibus à iure permissis possint ne alienare res Ecclesiæ inconsulto Romano Pontifice? & qui sint casus à iure permissi?*
4. *Alienatio, vt sit valida, quæ requirantur?*
5. *Abbatissa an possit bona Monastery alienare, & quæ requirantur, vt validè alienet? & quid de cæteris regularibus.*
6. *Res immobiles, & mobilia pretiosa an possint alienari sine solemnitate?*
7. *Abbas, an possit alienare absque solemnitate validè ad vtilitatem tamen Ecclesiæ?*
8. *Probabilius est alienationem de rebus Ecclesiæ sine solemnitate esse nullam.*
9. *Res Ecclesiæ, quando possint dari in emphyteusim inconsulto Romano Pontifice?*
10. *Ecclesiæ res data in emphyteusim semel cum beneplacito Apostolico, si ad Ecclesiam reuertatur, possunt iterum emphyteuticari non obstante iuramento.*
11. *Passalia Ecclesiæ non possunt dari in emphyteusim sine beneplacito Apostolico, & cur?*
12. *Possessiones non solita tradi in emphyteusim per Paulinam* Ambitiosæ *excluduntur.*
13. *Passalia filialium Ecclesiarum, quæ vulgo dicuntur annexa, seu vnita Ecclesiis Matricibus, possunt dari in emphyteusim.*
14. *An pro possidentibus passalia possit allegari temporis diuturnitas, seu præscriptio?*
15. *Titulus ab Ordinario concessus an sufficiat ad tradendum passalia in emphyteusim: & quid de possessione immemoriali?*
16. *Quid dicendum de locatione rei solitæ dari in emphyteusim factæ per Abbatem per vniformem pensionem an sit emphyteuta iuris colon?*
17. *An Abbas, seu Prælatus possint in aliquibus casibus licitè alienare sine solemnitatibus inconsulto Romano Pontifice.*
18. *An Prælati regulares in alienatione rerum teneantur seruare solemnitates Extrauagantis* Ambitiosæ*?*
19. *Societas* IESV *quem ordinem in alienando res immobiles seruare debeat?*
20. *Prælati possunt alienare res Ecclesiæ pro remuneratione, & quomodo?*
21. *Ecclesiæ donata, seu relicta, quæ est incapax retinendi immobilia etiam in communi, possunt alienari sine solemnitatibus.*

NON obstante iuramento de non alienando res Ecclesiæ inconsulto Romano Pontifice, possunt Abbates locare res Ecclesiæ ad modicum tempus, hoc est, per triennium, non autem vltra, per hanc Extrauagantem. Procedit locatio in illis rebus Ecclesiæ, quæ singulis annis proferunt fructus: quòd si res eæ sint, vt non ferant fructus, nisi de triennio in triennium, possunt locari ad nouennium, Couarruu. *lib. 2. variarum, cap. 16. num. 6.* Nauarr. *in comment. de rebus Eccles. alien. num. 21.* Quaranta *verb. alienat. § hanc regulam, num. 18.* 1.

Quòd si locatio ad nouem annos cum clausula in scriptura, quòd sint tot locationes, quot sunt triennia, esse validas in secundo, & tertio triennio, tradit Baldus *in cap. 1. §. si libellario, quibus modis feudum amittatur.* Couarruu. tamen *in dict. cap. 16. num. 4.* vult esse omnino irritas tales locationes, sequitur Velasq. *de iur. emphyt. quæst. 29. num. 15.* Redoan. *de reb. Eccles. quæst. 58. numer. 29.* Quaranta *suprà numer. 18.* per textum *in Authentic. de non alien. §. quod autem dictum est, vers. nec illud, collat. 2.* vbi dicitur pactum de renouanda locatione ad alios annos à iure concessos de re prohibita alienare, non valere, finita prima locatione, nec tale machinamentum tenere, quia huiusmodi conuentiones fiunt in fraudem legis: facit Concil. Trident. *sess. 25. cap. 11.* vbi aufert has locationes.

In foro tamen conscientiæ cessante omni fraude inter contrahentes videntur validæ hæ locationes ita factæ, nec videntur contra ius in vtroque foro, ita Baldus *suprà dict. cap. 1. in princip. numer. 22. qui feud. dar. possunt*, Alciat. *resp. 147.* Alexand. *lib. 2. consl. 165. num. 4. & 68.* Valascus *suprà verb. intellige post.* Menes. *in l. volumus, numer. 519. C. de fideicommiss.* Caldas *de extinctio. emphyt. cap. 2. n. 29.* vnde cessante fraude, vt ipse concludit, tenebuntur huiusmodi locationes.

Porrò quando non constat has locationes fuisse factas in fraudem legis, vel quando præsumitur eas esse in fraudem Paulinæ *Ambitiosæ*, esse omnino irritas in totum, nec posse sustineri pro primo triennio, sunt, qui asserant ex verbis Paulinæ ibi: *Nullius omnino sit roboris, quod fit in odium contrahentium*, & ideo in pœnam illorum totum est irritum, *l. si libertus, §. si quis, ff. de iure patron.* Et quamuis in contractu dicatur, quòd tot sint locationes, quot triennia, & vt finito vno triennio, tunc de nouo fiat, & incipiat noua locatio, ad huc, nec pro primo triennio permisso, erit valida prima locatio, cùm hoc figmentum in fraudem huius Paulinæ fiat.

Dicendum tamen est valere locationem pro primo duntaxat triennio, quod est tempus à lege permissum, Cyn. *in l.* 1. *Cod. de iur. emphyteut.* Ancharran. *consil.* 57. Lapus *allegat.* 12. Iason *in l. manumissiones numer.* 7. *versicul. circa hoc quaero, ff. de institia, & iure*, Battol. *in l. Modestinus, ff. de donat.* Bald. *cons.* 317. *lib.* 3. *& consil.* 392. *lib.* 5. Redoan. *de reb. Ecclesiæ, quæst.* 58. *num.* 30. & Couarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 16. *num.* 4. vbi concludit locationem esse firmam quoad tempus permissum, quo ad reliquum esse infirmam.

Hinc fit locationem ad quinquennium, vel septennium sustineri pro triennio per Paulinam hanc, Castrens. *in Authent. qui rem, Cod. eodem titulo*, Tiraquel. *de retract. lib.* 2. *num.* 144. post Baldum *in authentic. si quas ruinas Cod. de sacros. Eccles.* Decius *ibi*, quia in separabilibus vtile non vitiatur per inutile. *l.* 1. *§. sed si mihi, ff. de verborum obligat. & reg. vtile, de regulis iuris, in* 6. argumento donationis excedentis summam permissam, quæ non valet quoad excessum, sed in ea summa, quæ non excedit, manet valida, vt est communis. Confirmatur exemplo emphyteusis concessæ ad quatuor generationes, quæ sustinentur per tempus à lege concessum, Baldus *in authentic. si quas ruinas, Cod. de sacros. Eccles.* Paulus *in dict. authent. qui rem, Cod. eodem titulo*, Alexand. *consil.* 38. *lib.* 2. Gama *decis.* 387. *à numer.* 3. subdens, sic fuisse iudicatum in Senatu Lusitano, quibus accedit Quaranta *verb. alienatio, versic. hunc articulum, numer.* 18. & Barbos. *allegat.* 95. *à numer.* 5. *vsque ad numer.* 10. vbi *num.* 14. addit prohibitum alienare ad longum tempus, verbi gratia, ad decennium, seu ad vitam, si locet, vitiari in totum locationem talem, ita, vt nec pro tempore permisso sustineatur; eo quòd ostenditur contrahentes ad minus tempus noluisse contrahere, Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 17. per textum ibi *in l.* 1. *§. quid autem, ff. de superficiebus*, idem Molina *numer.* 28. *versicul. illud tamen*, Cabed. *Lusitan. decis.* 84. *num.* 7. *&* 15. *p.* 2.

Non tamen procedit Paulina *Ambitiosæ* in locatione vltra triennium de rebus exiguis, per *cap. terrulas* 12. *quæst.* 2. nec obstat iuramentum de non alienando, quia hoc non includit parua, nec modica, quia non est verisimile, quòd superior voluerit iurantem illaqueare in istis modicis, quæ sunt exempta ab omni solennitate, ex dispositione iuris, Abbas *in cap. vt super celum.* 2. *sub num.* 15. *de rebus Eccles. alienan. num.* 14. Redoan. *suprà quæst.* 9. *num.* 9 *fol.* 53. *& quæst.* 51. *cap.* 1. *num.* 14. *fol.* 177. Idem dicendum est non procedere Paulinam, quando adest consuetudo locandi vltra triennium, quia valebit locatio, Paris. *cons.* 98. *lib.* 4. Quaranta *d. num.* 18. *ad finem.*

Quid dicendum de locatione vsusfructus rei Ecclesiasticæ vltra triennium, vel pro tempore vitæ beneficiati? Aliqui putant in hac Paulina *Ambitiosæ* prohiberi locationem rerum Ecclesiæ, videlicet prædiorum, seu fundorum, non verò locationem fructuum, sed redituum beneficiorum, seu Ecclesiarum; proinde posse Abbates locare fructus vltra triennium, tradit Panormit. *in cap. final. ne Prælatus vices suas*, imò ad vitam suam & pro se allegat Federic. de Senis *cons.* 50. Couarr. *dict. lib.* 2. *variar. cap.* 16. *num.* 6. *§. visum est*; facit *l. noua, tit.* 17. *partit.* 1. vbi dicitur posse Abbatem, vel beneficiarium locare beneficium per totam vitam. Nec refert si dicatur tam legem, quàm Panormit. fuisse locutos ante Paulinam *Ambitiosæ*, Molina *tom.* 2. *de institia, disputat.* 466. *fol.* 1358. post medium; quoniam ex recentioribus secuti sunt doctrinam Panormitani, Couarr. scilicet *dict. num.* 6. Tolet. *lib.* 5. *cap.* 91. Syluest. *in summa verb. Simonia*, §. 14. Graffis *decis. lib.* 4. *cap.* 24. *num.* 20. sequitur Auendan. *de exequendis mandatis* 1. *part. cap.* 3. *num.* 42. dicens Paulinam hanc loqui de bonis Ecclesiarum, non verò de bonis pertinentibus ad clericos, Molina *lib.* 1. *de primogen. cap.* 21. *num.* 27. vbi vult posse beneficiatum locare res beneficij per triennium, fructus autem, seu commoditates beneficij ad vitam, & alij per Barbosam *dict. allegat.* 95. *num.* 19. & Cened. *ad Decretal. collect.* 102. *num.* 3.

Verius tamen est Paulinam procedere non solùm in locationibus rerum Ecclesiæ, sed etiam in locatione fructuum, & redituum, ita vnanimes, Nauarrus *in manuali, cap.* 25. *num.* 137. *& cons.* 11. *de rebus Eccles.* Gama *decis.* 156. *&* 390. Guitier. *lib.* 1. *canon. cap.* 8. *numer.* 14. Ceuall. *commun. contra commun.* quibus adhærent Lopez *in suo instructorio, tom.* 1. *cap.* 199. *& in dict. instruct.* clariùs *cap.* 253. *ad finem, & in instructorio negotiantium, lib.* 2. *cap.* 24. Cened. *collectan.* 76. *ad Decretales, numer.* 3. *& collect.* 32. *ad sextum, numer.* 1. Philiarc. *de officio Sacerdotis*, 2. *part. lib.* 4. *cap.* 22. *vers. ratione beneficiorum*, Graffis *suprà lib.* 3. sibi contrarius, *cap.* 4. *num.* 7. Fr. Manuel *in summa, tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 5. Garcia *de benefic.* 2. *part. cap.* 1. *num.* 32. vbi concludit Paulinæ esse locum tam in locationibus rerum, quàm fructuum, vt constat ex verbis illius ibi, *omnium rerum, & bonorum Ecclesiasticorum.* Quia fructus, & reditus beneficij sunt bona Ecclesiastica, cùm ab Ecclesia proueniant. Vnde Auendan. suprà debet reijci dum ait beneficia non esse bona Ecclesiastica, cùm re vera sint, & ex consequenti sequitur fructus illorum nec vendi, nec locari posse vltra triennium, vt fuit resolutum coram Illustrissimo Pamphilio anno 1600. 20. Martij, teste eodem Garcia, & Nauarr. consultus sic respondit *dict. cons.* 11. *de rebus Ecclesiæ*, & Lessius 2. *lib. cap.* 24. *dub.* 11. *num.* 68. & Quaranta *verb. alienatio, num.* 18. *versicul. tertio declaratur.* Secus quando quis se obligat actione personali ad dandam commoditatem, & vtilitatem percipiendi fructus vita sua durante, vel tanto tempore vltra triennium: tunc enim non est alienatio, sed translatio commoditatis fructuum, quæ fieri potest, *l. necessariò, §. cum vsumfructum, ff. de periculo, & commod.* gloss. *in l. arboribus, §. vsufructuarius, in verb. vel donet. ff. de vsufruct.* & hoc modo nullo constituto iure in re potest beneficiarius vendere ad vitam suam commoditates, seu vtilitates percipiendi fructus sui beneficij, obligando se emptori actione personali pro toto tempore vitæ suæ, *l. final. ff. de contrahenda emptione.* Battol. *in l. codicillis, §. instituto, ff. de legat.* 2. Rebuff. *in compendio alienationis, numer.* 27. Non enim dicitur alienatio quando transfertur duntaxat commoditas fructuum, Redoan. *suprà quæst.* 15. *à num.* 10. Quaranta *dict. num.* 18. Molina *d. cap.* 21. *num.* 27. & Molina Theolog. *disputat.* 476. §. *in tertio euentu.*

Quare

Quare alienatione prohibita vsusfructus in rebus Ecclesiasticis constitutio prohibetur, quoniam vsumfructum constituens alienare dicitur res Ecclesiarum, *l. vltima, C. de reb. alienis non alienandis, cap. non liceat Papa*, 12. *quæst.* 2. ibi, *Nec in vsufructu iura dare*. Castill. latè *lib.* 1. *quotidianarum, cap.* 54. *de vsufruct. num.* 3. & *num.* 5.

2. Sequitur, an Abbates possint alienare per hanc Paulinam sine causa iusta seruatis solennitatibus? Responsio est negatiua, vt dictum est; ratio, quia interdictum de rebus Ecclesiæ est, vt res Ecclesiasticæ absque causa, & solennitate alienari nequeant: cum causa tamen & solennitate ipso iure alienari possint, *cap. sine exceptione* 12. *quæst.* 2. *cap. cùm Apostolica, cap. tua nuper, de his, quæ fiunt à Prælat.* Deficiente ergo causa iusta, alienatio corruit, vt colligitur apertè ex *cap.* 2. *de rebus Ecclesiæ non alienandis, lib.* 6. & ex communi docet Couarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 17. *num.* 2. Gregor. Lopez *l.* 63. *tit.* 18. *partit.* 3 *verb. agrabado*, Borguinus Caualcanus *decis.* 46. *num.* 65 *in fine, vers. & pari modo quando contractus, fol.* 774. Castillo *suprà num.* 11.

3. Sequitur secundò, in quibus casibus inconsulto Romano Pontifice possint res Ecclesiæ alienari, non obstante Paulina *Ambitiosæ*? Respondetur in casibus à iure permissis, & de bonis solitis ab antiquo tradi in emphyteusim, & cum euidenti Ecclesiæ vtilitate licitam esse alienationem, qui est secundus casus ex tribus, quibus inconsulto Romano Pontifice res Ecclesiæ alienari permittuntur in hac Paulina. Casus autem à iure permissi sunt causæ illæ quatuor, de quibus suprà, nimitum necessitas, vtilitas, incommoditas, & pietas. Quaranta *verb. alienatio, numer.* 3. §. *causa iustæ*; subditque causas iustas, esse casus à iure permissos: proinde Redoan. *suprà quæst.* 35. 36. & 41. opinatur virtute Paulinæ posse fieri alienationes inconsulto Romano Pontifice intercedente aliqua, ex supradictis causis, & seruata solennitate, sequitur Nauarrus *in commmentar. de alien. rerum Eccles. sub numer.* 2. *vers.* 4. vbi ait permitti rerum alienationem in casibus à iure permissis concurrente iusta causa, & seruata forma. Idem tradit *in consil. vltimo, de rebus Ecclesiæ non alienandis*, vbi ait hanc Paulinam non comprehendere eos, qui elienant, vel locant res Ecclesiæ in casibus a iure permissis, ob id censuit non incidisse in censuram alienantem domum in perpetuum propter vtilitatem, mutata pensione temporaria in perpetuam, quod est vtilius Ecclesiæ, quàm reparari singulis quibusque annis domum expensis ipsius Ecclesiæ, à quo onere mansit libera, facta locatione ad longum tempus, per quam transiit in Coadiutorem onus reparandi domum cum eadem pensione annua, idem Nauarrus *consil.* 2. *de rebus Eccles. non alienan. num.* 1. *in* 2. *editione*, dicens Paulinam excommunicantem ipso iure alienantes res Ecclesiæ, non attingere alienantem in casibus à iure permissis: ergo in his casibus potest fieri alienatio inconsulta Sede Apostolica. Hæc Nauar. *ibi, & in manuali, cap.* 27. *num.* 149. *vers. declaratio prima.*

Sed verus, & germanus sensus Paulinæ *Ambitiosæ* est, vt in tribus tantùm casibus contentis ibi, nimirum in locatione, & conductione infra triennium, & in infeudatione, seu emphyteuticatione in casibus à iure permissis, modò res sit solita in feudum, seu in emphyteusim, & cum euidenti Ecclesiæ vtilitate: ac denique in alienatione de rebus, seu fructibus, quæ seruando seruari nequaquam possunt inconsulto Romano Pontifice cadere alienationem: in reliquis autem prohiberi regulatiter, etiam quando datur causa iusta, & casus licitus, & seruantur solennitates, nec obstat sententia Redoani, Nauarri, & cæterorum dicentium non esse necessarium recursum ad Summum Pontificem concurrente causa iusta, & seruata forma, quia stylus Curiæ, & praxis est contrà, vt dixi suprà §. 4. *num.* 5. *vers. Respondetur sextò*, & ratio esse potest, quia iuramentum de non alienando sine licentia superioris impedit alienationem, etiam in casu licito, per Ioannem Andream *in cap. final. de Eccles. ædific.* cum quo alij communiter transeunt, Redoan. *suprà quæst.* 55. *numer.* 82. quia tale iuramentum debet aliquid operari: nam etiam in casu illicito sine iuramento non potest fieri alienatio inconsulto Papa, vt *in dict. cap. final.* Secus quando iuramentum sit simpliciter de non alienando, tunc enim potest alienare Abbas, seu beneficiatius in casu permisso, Redoan. *num.* 18. cum aliis *in cap. Abbatibus, colum.* 5. *vers. sed contrà* 12. *quæst.* 2.

Constat ergo iuramentum de non alienando sine Papæ, vel superioris licentia non continere solita alienari, *cap. ex parte, de feudis*, Gutier. *de iurament. confirmat. p.* 1. *cap.* 52. *num.* 4. & Nauarr. *in tractat. de alienat. rer. Eccles. num.* 11. quo posito, notandum est, quæ dicatur res solita venire in alienationem, vt in futurum etiam alienari debeat? Dicendum est, vt bona dicantur solita in emphyteosim concedi, sufficere vnicam concessionem cum beneplacito Apostolico, & esse elapsos quadraginta annos, ita Clarus §. *feudum q.* 13. *num.* 4. Gama *decis.* 342. *num.* 4. Baldus *de prascript.* 1. *p.* 5. *principalis, q.* 10. Rebuff. *de rebus Eccles. non alien. num.* 33. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. decis.* 26. *num.* 3. & Quaranta *verb. alienatio, num.* 40. post Molinam *tom.* 2. *disp.* 468. *numer.* 20. Sufficit ergo vnica concessio, & esse elapsos quadraginta annos, vt possit iterum à Prælato sine noua solennitate res concedi in Emphyteusim, vel in feudum, Quaranta *vbi suprà, vers. conclusionem hanc*, Barbos. *allegat.* 95. *num.* 36. eo quia res Ecclesiæ semel effecta alienabilis cum solennitate, efficitur perpetuò alienabilis absque solennitate, sic Ripa *de legatis* 1. *num.* 65. *fol.* 73. *pag.* 2. ideo si redeat ad Ecclesiam, potest iterum tradi in emphyteusim sine iuris solennitate. Nec dicitur alienare, qui semel alienata rursus concedit, dum contractum renouat, seu reformat, Cassaneus *in consuetud. Burgund. rub.* 11. §. 6. *num.* 19. Similiter non facit de nouo, qui reintegrat, Panormit. per textum *ibi in cap. per tuas, de donat. notab.* 4. Molina *de primag. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 31. Iuuat ius diuinum semel limitatum, manere perpetuò limitabile, & rem spiritualem, hoc est, seruitio spirituali dicatam, si fiat laicalis semel, perpetuò reddi laicalem. Panor. & alij, quos referens sequitur Ripa *vbi suprà*, Zetol. *in praxi* 1. *part. verb. visitatio*, §. 9. Ergo Ecclesiæ res semel effecta alienabilis cum solennitate efficitur

citur perpetuò alienabilis absque solennitate, Franciscus Leo *in thesauro fori Eccles. p. 1. cap. 15. num. 3.* Gonzalez *gloss. 6. num. 124.* & Seraphin. Rotæ Romanæ *decis. 1490.*

4. Cæterùm vt alienatio fiat de nouo de re non solita alienari, vltra licentiam obtentam, forma est, quòd adsit causa, quæ debet esse notoria, *cap. 1. lib. 6. de reb. Eccles. non alien. & ibi* Abbas, Redoan. *eodem titulo, quæst. 51. cap. 5. numer. 7.* & solennitas copulatiuè, nec alterum ex duobus per se sufficit, alioquin alienatio erit ipso iure nulla, gloss. & Abbas *in cap. 1. de restitut. in integrum.* Nam quod est de forma, debet seruari, eo quòd forma dat esse rei, & ea deficiente substantia, & res perit, Augustin. Bero. *in cap. nulli, de reb. Eccles. alien. vel non. colum. 22. versic. tertium.* Redoan. *suprà quæst. 36. num. 19.* quod intelligitur de iure.

Nam ex priuilegiis, si adhuc sunt in suo robore, & vigore Abbatissæ, & Moniales sanctæ Claræ sub obedientia fratrum Minorum regularis obseruantiæ existentes possunt sua bona immobilia de consensu Prouincialis, & maioris partis Conuentus permutare in vtilitatem euidentem cum aliis bonis immobilibus, & stabilibus, seu annuis reditibus; quin etiam vendere, vt ex pretio illorum alia bona Monasteriis vtiliora emantur, ita Leo X. & habetur *in supplemento fol. 43. concess. 238.* Idem priuilegium concessit ipse Leo Minoribus, vt in priuilegiis Augustinianorum *fol. 88. part. 2. & sequent.* & habetur *in compendio priuilegiorum nostræ Societatis, verb. alienatio, §. 5.* & Gregorius XIII. eandem facultatem fecit Fratribus, & Monialibus ordinis Eremitarum Sancti Augustin. *constit. 9.* incipit, *Dum ad vberes*, anno Domini 1572. Rodriguez *tom. regular. quæst. 27. articul. 2.* cum onere, vt duæ partes Conuentus consentiant. Quod est obseruandum in reliquis Religionibus secundùm formam suorum priuilegiorum, si adhuc sunt in suo robore.

5. Quòd si monasteria Monialium sint sub obedientia Episcoporum, vt Abbatissæ possint licitè alienare, debent priùs seruata forma iuris cum Monialibus tractare, & discutere rationes pro, & contra, an expediat Monasterio alienare, réque maturo consilio discussa præter consensum Abbatissæ, & Monialium, requiritur consensus Episcopi, vt alienatio sit firma. Porrò si Monasteria sint exempta, sufficit consensus Capituli, & Prælati seruata forma, & modo consueto secundùm constitutiones Religionis. Priorem partem tradit gloss. *in summa 12. q. 2.* & probant *cap. in venditionibus 12. quæst. 2. & cap. Abbatibus, etiam 12. quæst. 2.* Secundam probat Molin. *de iustitia, tractat. 2. disputat. 468. conclusione 4. fol. 1380.* post Turrecremat. *in summa, numer. 12. quæst. 2.* quam sequitur Rebuff. *in compendio de alienat. numer. 17.* Si tamen maior pars dissentiat, & Præses consentiat, non valet alienatio: sicut non valet, quamuis Moniales consentiant, si Præsidis consensus desit, Rodriguez *tom. 1. regul. quæst. 27. art. 2.* & Azor *instit. moral. part. 2. lib. 9. cap. 1. §. quartò quæritur, vers. nobis verò magis placet.*

Nec est prætereundum posse Fratres Mendicantes, & qui eorum gaudent priuilegiis, vltra triennium locare sua prædia cum licentia suorum Prouincialium, vt in compendio suorum priuilegiorum, vulgò *Maremagnum*, continetur *titulo de locatione, fol. 80.* ibi, Leo X. anno 1519. concessit etiam vltra triennium locare, dummodo id in Conuentuum, & Monasteriorum ipsorum euidentem vtilitatem cedere dignoscant, Guttierrez *lib. 1. canon. cap. 8. numer. 7. ad finem,* Corduba *in summa casuum conscientiæ, quæst. 103.* Auendan. *de exequendis mandatis, lib. 1. cap. 4. n. 4.* Gregorius XIII. *Bulla 9. in Bullario, fol. 1202.* quam facultatem habere Fratres Ordinis Prædicatorum refert Auendan. vide Fratrem Ioannem à Cruce *in epitome status Religiosi, lib. 1. cap. 4. à fol. 29.*

De potestate item Prælatorum Religionis circa bonorum temporalium administrationem à iure antiquo permissam, & de potestate acquirendi, conseruandi, & alienandi tam mobilia, quàm immobilia, secundùm ius primæuum, & ius posterius canonicum, ac denique de potestate prædictæ administrationis iuxta statuta, & specialia indulta Religionum, tradit Soarez *tom. 4. de Religione, lib. 2. cap. 26. cap. 27. & cap. 28.* & de Societate nostra Gregor. XIII. *in constit.* incipit, *Apostolica*, 1576.

Sequitur tertius casus, in quo non obstante iuramento potest fieri alienatio, videlicet quando est de rebus, seu fructibus, quæ seruando seruari non possunt, pro instantis temporis exigentia, ita *in dict. Extrauagant. Ambitiosæ.* Vnde manifestè videtur probari, quòd si fructus, & bona vltra triennium seruari possunt post triennium, locari non posse. Nam exceptio firmat regulam in contrarium, iuxta *reg. l. nam quod liquide, ff. de penu legata.* Idcirco fructus beneficiorum, qui post triennium nascuntur, cùm seruando seruari possint, nequeunt vltra triennium alienari, nec locari, vt supra dictum est. 6.

Quæ ergo sint res, quæ seruando seruari non possint, videntur esse res mobiles, quæ non durant triennio, vel vsu consumuntur, & non fructificant, ita Nauarrus *de alienat. rerum Eccles. numer. 4.* Rebuff. *in compendio alienat. numer. 25.* Redoan. *quæst. 5. cap. 2. num. 8.* Aloysius Ricc. *in praxi for. Eccles. decisio. 62. in 1. edit. & resolut. 59. in 2. edit.* Surd. *de aliment. titul. 8. priuileg. 45. num. vltimo*, & Quaranta *verb. alienatio, num. 38.* vbi ait res, quæ seruando seruari non possunt, esse, quæ vltra triennium durare nequeunt absque notabili deterioratione, argumento *l. lex, quæ tutores, Cod. de administrat. tutor.* Redoan. *quæst. 6. num. 29.* vbi numerat multa, quæ seruando seruari non possunt, vt etiam sunt vestes attritæ, & animalia superuacua; hæc nanque possunt vendi sine decreto. Idem dicendum est de re mobili minus pretiosa, Rebuff. *suprà.* Secus si mobilia fuerint pretiosa: hæc autem nequeunt alienari sine solennitate, quia æquiparantur immobilibus, Quaranta *suprà numer. 24.* vbi nomine mobilium pretiosorum, quæ seruando seruari possunt, intelligit vasa aurea, argentea, vestes pretiosas, quæ longè distant ab interitu, & commodè diu conseruari possunt; proinde, & causa, & forma requiritur, & alienentur. Peccabit igitur mortaliter cum onere restituendi, qui immobilia, & mobilia pretiosa alienauerit non seruatis seruandis, Capua *lib. 2. c. 100. de fructibus, n. 12.* per textum *in c. sine exceptione 12. q. 2.* & incidet in excommunicationem ipso facto, per *Extrauag.*

Extrauag. 1. *de reb. Eccles. non alienan.* nec valet alienatio cùm desit causa iusta in casu licito, & solennitas legitima; Couarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 17. *numer.* 2. Molin. *dict. disp.* 468. Nauarrus tamen *cap.* 27. *numer.* 149. *& sequent. & in comment. de alienat. rerum Ecclesiæ*, excusat alienantes ab excommunicatione absolutè: quinimò, & à culpa M. quando absque præsumptione, & dolo res alienatur bona fide, vel simplicitate, & absque dolo, & contemptu *à numero* 16. *vsque ad numero* 19. Molin. *disputat.* 466. §. *Caietan. folio* 1364. addit Paulinam solùm esse receptam in nullitate contractus quo ad tempus vltra triennium, quod etiam tradit Gama *Lusitan. decis.* 387. non verò quoad pœnas excommunicationis, & reliquas extrinsecas: sed esse vsu receptam, & ita præsumi tradit Henriquez *in summa, lib.* 13. *cap.* 56. § 3. *littera T.* Aloys. Ricc. *in collectan. decis. part.* 5. *collectan.* 1673. *in principio, & in paxi rerum for. Eccles. decis.* 95. *in* 1. *editione, & resolut.* 81. *in* 2. *edit.* quia cùm sit inserta in corpore iuris, ius commune facere dicitur. Vnde esse receptam multi asserunt, & in Hispania tradit Phœbos *Lusitan. decisio.* 82. *numero* 18. & in Lusitania affirmat Gama *decis.* 390. *numero* 2. dubitat tamen Couarr. *lib.* 2. *cap.* 16. *numero* 6. mihi tamen placet opinio Molinæ *disput.* 466. §. *Caietanus*, & P. Rebell. *de iust. part.* 2. *lib.* 14. *quæst.* 5.

Quæstio est de pecunia, quæ regulariter seruati non potest, & seruata nihil operatur, Aloys. Ricc. *in praxi for. Eccles. decisio* 62. *in* 1. *editione, & resolut.* 59. *in* 2. *editione*, Redoan. *quæstion.* 6. *numero* 9. Ex quo dico solum Abbatem, seu Prælatum posse disponere de pecunia Ecclesiæ, sicut de fructibus: nihilominus, si pecunia sit destinata ad emptionem prædiorum, habet vicem rei immobilis: ideo non potest alienari sine requisitis; sicut pecunia minoris alienari nequit, quando est deputata ad prædia emenda, Menoch. *cons.* 114. *num.* 32. Ioann. Aquilin. *de monetis, cap.* 6. *corol.* 2. ita etiam magna quantitas pecuniæ alienari minimè potest absque beneplacito Apostolico, & debet conuerti in vtilitatem Ecclesiæ, Rota Romana ita resoluit *in vna Venetiarum nullitatis contractus* 13. *Nouembris* 1602. coram Pamphilio, Aloys. Ricc. *dict. resolutio* 59. *numero* 3. Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepiscopal. Neapol. cap.* 75. *aliàs* 60. *in annotat. num.* 14.

Idem dicendum est de pecunia redacta, ex venditione rei immobilis. Nam eius naturæ censeri debet, cuius res erat, ex cuius venditione confecta est, & quæ sit subrogata in locum illius; Redoan. *quæstion.* 6. *numero* 24. Idem censetur de pecunia, quæ reseruatur pro aliqua futura necessitate, vel pro conseruando magis patrimonio, *l. si Caius* §. 1. *ff. de legatis* 3. Idem iuris de annuis redditibus, qui numerantur inter immobilia, Matienzo *l.* 7. *gloss.* 1. *à numer.* 18. *tit.* 11. *lib.* 5. *noua recopilation.* Menoch. *remed.* 1. *recup. numero* 45. Aloys. Ricc. *in collectan. decisione, part.* 3. *collectan.* 668. *& in praxi rerum fori Eccles. decis.* 44. *in* 1. *editione, & resolut.* 41. *numero* 2. *in* 2. *editione*; Garcia *de benefic. part.* 2. *cap.* 5. *numero* 95. Gaspar Roderic. *de annuis reditibus, lib.* 1. *quæstion.* 3. *numero* 8. proinde annui reditus alienari nequeunt sine debitis solennitatibus, Ricc. *dict. decis.* 44. *per totam*, aliàs 40. *resolution.* Quaranta suprà *numer.* 26. vbi extendit id ad iura; & actiones, Menoch. *consil.* 300. *numer.* 41. & Velasc. *consultat.* 77. *in principio*, & Caldas Pereira *de emption. cap.* 13. *num.* 11.

Sequitur an Abbas, seu Prælatus possit alienare sine solennitate, in vtilitatem tamen Ecclesiæ? gloss. *in l. fundus*; *ff. de rebus eorum.* Paulus de Castro post glossam *in l. hi* §. *si prætor, ff. de transact. & in l.* 1. §. 1. *ff. de officio eius cui mandata est iurisdict.* dicunt valere contractus quoties conditio Ecclesiæ fit melior, & vtilior, sequitur Nauarrus *in commento de alienat. rerum Eccles. num.* 16. dicens Paulinam non procedere in hoc casu, qui est permissus à iure, quando adest causa vtilitatis; neque peccat contra legem humanam credendo se habere iustam causam id faciendi, vt *in manuali, cap.* 23. *numero* 43. additque valere alienationem de rebus Ecclesiæ saltem in foro conscientiæ non seruata forma iuris positiui humani, quando non deficiunt requisita de iure naturali, verbi gratia, si facta fuit sine dolo in casu iure permisso, & authoritate Superioris, quamuis forma iuris non fuerit seruata: sufficit enim consensus contrahentium, & quòd res sit de se alienabilis, quod requiritur de iure naturali; atque ita in foro conscientiæ firmus est actus, Panormitan. *in cap. plerique, de immunit. Eccles. & in cap. requisiuit, de in integrum restitut.* argum. electionis; quæ de iure naturali valet; quoties adest consensus eorum, qui habent ius eligendi, & eligitur eligibilis; talis electio est firma in foro conscientiæ, Panormitanus post Innocentium *in cap. quapropter*; *de elect.* Azor *part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 1. *quæsito* 8. §. *secundum est.* Ita in nostro casu de quo P. Saa *verb. alienatio, numero* 3. ait factam cum debito consensu, & sine fraude valere in foro conscientiæ, quamuis desint solennitates à iure requisitæ. 7.

Fatetur tamen Nauarrus *de spoliis clerico.* §. 2. *numero* 6. posse hanc alienationem rescindi, sicut electionem, vtramque tamen esse validam in foro conscientiæ, in quo statur veritati. Idem repetit *in comment. de alienat. rerum Eccles. numero* 17. §. *ex quibus* Nec propterea peccare, nec incidere in pœnas Paulinæ *Ambitiosæ*, si bona fide faciat meliorem conditionem Ecclesiæ, quia satis fuit seruare formam inductam de iure naturæ, concordat Rebuffus *in compendio rerum Eccles. numero* 34. addens ex postfacto posse accedere authoritatem superioris, & cætera requisita, si alienatio tendat ad vtilitatem Ecclesiæ, Fr. Manuel *tom.* 1. *Regular. quæstion.* 27. *articul.* 9. Ratio, quia quando actus non potest fieri sine certa solennitate propter aliquem finem certum, si obtineatur finis cum effectu, potest omitti solennitas, actusque obtento fine valet, & satis est, quòd solennitas postea accedat, *cap. si qua de rebus* 12. *quæstion.* 2. *& cap. cùm vos, de his, quæ fiunt à Prælato.* Item quia iura nolunt solennitatem nisi in ordine ad finem, & in hoc casu causa vtilitatis est causa finalis: idcirco iura nolunt nisi effectum, *ad finem l.* 1. §. *inde, ff. de noui oper. nunciat.* Imò lex prohibens fieri aliquid sine solemnitate certa, limitationem recipit, nisi contractus fiat vtiliter, Redoan. *quæst.* 36. *à numer.* 13. post plures, eo quòd iura facta in fauorem Ecclesiæ, & pro illius vtilitate, non debent intelligi contra fauorem Ecclesiæ, idem Redoan. *q.* 42. *num.* 17.

Iuuat valde posse Prælatum causa pietatis concedere fundum per se solum pauperi absque debita solennitate, Abbas per textum *ibi in cap. possessiones* 17. *quæst.* 1. iuncta glossa, Archid. *in cap.* 1. *de reb. Eccles. non alien. lib.* 6. & alij apud Redoanum *suprà quæstio.* 21. *à numero* 36. *& quæst.* 51. *cap.* 7. vbi pro parte affirmante valere alienationem sine solennitate multa congerit.

Nec obest Paulina prædicta, quæ videtur lata non in damnum, sed in fauorem Ecclesiæ: atque ita si ad vnguem seruetur, præcluditur ostium vtilitati, quæ proueniret in bonum Ecclesiæ. Quin etiam si semper solennitas apponatur, aufugient occasiones acquirendi multa Ecclesiis, maximè, quia lege prohibente, ne contractus celebretur sine solennitate, semper intelligitur, nisi contractus sit vtilis, Baldus *in l. quicunque Cod. de bon. qua liber.* & constat ex traditis per Decium *consil.* 691. incipit, *In facto proponitur*, vbi tradit contractum celebratum cum detento in vinculis non valere, *l. qui carcerem, ff. quod metus causa*; limitatur tamen si fiat ad vtilitatem carcerati, vt liberetur, valere, Baldus *in rubrica Cod. de rescind. venditione*, per textum *in l. metum §. sed licet §. quod metus causa*, Redoan. *vbi suprà quæstion.* 20. *numero* 174. *cum sequentibus, vsque ad numer.* 203. *& quæstion* 41. *à numero* 6. *& quæstion.* 51. *cap.* 7. Mascard. *de probatio. conclus.* 75. dicens esse veriorem, & magis communem, quæ sententia est valde probabilis, quia finis Paulinæ huius est euitare damnum Ecclesiæ, & procurare illius vtilitatem: proinde non absolutè prohibet contractus, nisi quando redundant in Ecclesiæ detrimentum; secus quando sint euidenter vtiles, Rebuff. *supra vers. nonus casus*, Redoan *d. q.* 42. *num.* 6. *& sequent.*

8. Probabilior est, quæ tradit alienationem de rebus Ecclesiæ sine debita solennitate, esse omnino nullam, quamuis fiat in euidentem vtilitatem eiusdem Ecclesiæ, ita doctissimus Petrus Barbosa *quinta parte l.* 1. *ff solut. matrimon. numero* 9. per gloss. *cap.* 1. *verb. Sede, ne Sede vacante*, Aretin. *l. filius, column.* 6. *ad medium, ff. de lib. & posthum.* vbi ait non sufficere ad valorem actus, vtilitatem, quando solennitas in alienatione requiritur, nisi simul illa interueniat. Idem vult Bartol *in l. Gallus, in principio, ff. de lib. & posthum.* eo quòd quando lege cauetur, quòd actus non fiat sine consensu alicuius, in eo euentu requiritur consensus per modum solennitatis, & consequenter requiritur pro forma, ita vt actus sit nullus, si consensus non accedat, Imola *in cap. cùm nos, de his, quæ fiunt à Prælato*, Baldus sibi contrarius *l. final. §. necessitatem, versicul. ex prædictis dixisti, Cod. de bonis quæ liber.* idem Bartol. *in l. cum ij. §. si prætor, ff. de transact.* dicens in alimentis præstandis, si omittatur solennitas, actum esse nullum, etiamsi fiat in fauorem alimentandi, gloss. *in cap.* 1. *ne Sede vacante*, Bero. *in cap. nulli, de reb. Eccles. alienan. column.* 22. *versicul. sed pro discussione*, vbi docet deficiente forma, & solennitate, rei substantiam simul corruere, etiamsi contractus essent vtiles Ecclesiæ; nam si sine solennitate fiant, sunt nulli, Franc. Sarmen. *de reditibus Ecclesiæ, part.* 1. *cap.* 2. 3. *suprà & 4.* & alij, quos referens sequitur Quarant. *num.* 34.

Item, quia quamuis de iure communi contractus, seu alienatio facta sine solennitate possit sustineri respectu vtilitatis Ecclesiæ prouenientis, secus dicendum attenta dispositione Paulinæ *Ambitiosæ*. Esto enim alienatio sit aliàs licita, & Ecclesiæ vtilis, si tamen fuit inconsulto Romano Pontifice, nullo modo subsistere potest, ita Iacob. Butr. Batt. Angel. Alber. Fulgos. Iason, Paul. de Castro *in l. cum iu, §. eam transactio, numero* 2. *ff. de transactio.* dicentes esse nullam alienationem factam sine debitis solennitatibus, Ripa *in l. is, cui bonis, numero* 47. *ff. de verbor. obligat.* Alciat. *in titul.* 1. *numero* 77. *in tractatu de verbor. signific.* Socin. *consil.* 80. *column.* 2. *versicul. quoad hanc obiectionem*, quam opinionem communem vocat Decius *consil.* 144. *numero* 4. *& consilio* 182. *numero* 6. *versic. secundum opinionem*, quod etiam accipe quamuis sit vtilis Ecclesiæ ea alienatio, non tamen sustinebitur, nisi Ecclesia velit ratam habere illam adhibendo solennitatem, quia hoc potest facere, non verò aduersarius, ita Albetic. Fulgos. & Iason *in dict. §. eam tractionem numero* 2. Innocent. & Scribentes *in cap.* 1. *de his, quæ fiunt à Prælato sine consensu Capituli.* Ratio, quia quoties forma seruatur, & interponitur decretum Superioris, præsumitur factum in vtilitatem Ecclesiæ, argumento notabili ad hoc *in l.* 1. *Cod. de præd. curial. lib.* 10.

Dictum est, nisi Ecclesia velit ratificare contractum, quod intellige de iure antiquo, & ordinario, non verò de iure nouo, & extraordinario huius Paulinæ *Ambitiosæ*, ita Redoan. *dict. quæstion.* 35. *numero* 2. & Antonius de Pretis *in tractatu de iure Episcop. defens. cap.* 5. Ideo semper, vt sit firma alienatio, necessaria est solennitas, & consensus Papæ. Idem Redoan. *quæstion.* 36. addens de forma alienationis esse, quòd adsit causa, & solennitas copulatiuè, neque alterum per se sufficere; alioquin alienationem esse ipso iure nullam, per glossam, & Abbatem *in cap.* 1. *de restitut. in integrum*, Bero. *cap.* 2. *de reb. Ecclesiæ non alienan.* Redoan. *dict. quæst.* 36. *num.* 18. 19. *&* 20. vbi concludit hanc opinionem esse multo veriorem, & in iudicando, & consulendo tutiorem, si res fiat de licentia Summi Pontificis.

Quæstionis est, quando possint res Ecclesiæ dari in emphyteusim inconsulto Romano Pontifice? Redoanus *suprà quæst.* 35. *& quæst.* 36. *&* 42. opinatur non esse necessarium recursum ad Summum Pontificem, quando res emphyteuticatur ex causa iusta, & cum debita iuris cæremonia, addens Paulinam *Ambitiosæ*, permittere alienationem in casibus permissis à iure, cùm hæc duo concurrunt, & nihil amplius desiderati: consentit Nauarrus *vbi suprà in manuali, cap.* 27. *num.* 156. Dicendum tamen est semper esse necessarium beneplacitum Summi Pontificis, quando res primò traditur in emphyteusim, neque est solita ab antiquo emphyteuticari, & hic est germanus sensus Paulinæ secundùm stylom, & praxim Curiæ Romanæ. Non tamen comprehendit, vt dictum est §. *præcedent.* res exiguas etiam immobiles, teste Caietan *in summa, verb. excommunicatio, cap.* 75. quod intelligendum est etiam de molendinis, quæ sunt in quotidiano periculo fluminum circumlabentium: hæc autem posse alienari inconsulto Romano Pontifice per Prælatos, seu tutores absque decreto, ait Angel. *in l. non solum,* 9.

solùm ff. de petit. hared. Redoan. *quæst.* 2. *cap.* 28. *num.* 13. & Lessius *lib.* 2. *de instit. cap.* 25. *dub.* 11. *num.* 64.

10. Similiter Ecclesiæ res semel datæ in emphyteusim cum beneplacito Apostolico, si ad Ecclesiam reuertantur, possunt iterum emphyteuticari, non obstante iuramento, dummodo quando primò emphyteusis facta fuit concessio, valuerit, & sufficit vnicus actus cum debitis solenitatibus, vt possint dari rursus in emphyteusim sine illis, Curtius iunior *de feudis in* 1. *part. partis principio, quæst.* 4. Ruin. *cons.* 35. *numero* 30. *lib.* 1. Iul. Clar. §. *feudum, quæst.* 13. *num.* 4. & 5. dicens ex aliis sufficere vnam tantùm infeudationem solenniter factam sine aliquo temporis cursu, vel pluralitate actuum, Molina *tom.* 2. *disp.* 468. *fol.* 1387. *littera B.* dummodo concurrat debita causa, ac solennitas, nec sit mensæ Abbatiali incorporata emphyteusis: tunc enim dicetur res consueta tradi in emphyteusim ad effectum, rursus, vt sine noua solennitate perseuerante iusta causa dari possit: quoniam tunc non alienatur de nouo, sed posita legitima alienatione antea facta continuatur alienatio, Couar. 2. *variar. cap.* 17. *num.* 4. Gama *decis.* 24. & 161. nec requiritur recursus ad Sedem Apostolicam.

11. Porrò sedimina, seu mansus Ecclesiæ, vulgo *passalia*, quæ in ambitu Ecclesiarum consistunt ex ordinatione Lusitana *lib.* 2. *tit.* 22. ibi, *Nos assentos das Igrejas de nosso padroado, e nos passaes dellas*, alienari nequeunt à Prælatis, argumēto *l.* 4. *l. dotale* 13. *ff. de fundo dotali*, Cuiacius *tom.* 3. *de feudis in tit. de his, qui feudum dare possunt, vers. Mansum*, reddit rationem cur Mansus non possit alienari, ibi: *Mansus autem est fundus vnde quis se, & familiam tueri suam satis commodè potest*, & infra: *Antonius Carolum magnum, ne inopia coacti, ministri diuini cultus in eo segniùs elaborarent, edixisse, vt singulis Ecclesiis Mansus tribueretur vnus, quod etiam constitutionibus Caroli ab Ansegiso Abbate collectis legitur, eo addito, vt pro Manso illo Ecclesia nullum seruitium, nullum censum senioribus debeant*, &c. iuuat Paulina *Ambitiosæ*, in qua decretum est ne bona Ecclesiarum alienentur vltra triennium in quo Paulinam esse receptam nemo dubitat in hoc Regno, Gama *decis. vltim. in fine*, Redoan. *quæst.* 36. *num.* 20.

Cùm ergo passalia, seu prædia, quæ non sunt solita tradi in emphyteusim, necessaria sint ad residentiam Rectorum, seu Abbatum, & in hoc vertatur ius publicum, vt patet ex *l. quemadmodum, C. de agricol. & censit. lib.* 10. non possunt alienari inconsulto Romano Pontifice, Caldas *de renouat. quæst.* 15. *num.* 15. quia pertinent ad mensam Abbatialem, & sunt deputata pro alimoniis Rectorum, & pro habitatione. Non sunt igitur alienanda nisi seruatis seruandis, Menoch. *de præsumptionibus, lib.* 3 *quæst.* 108. *num.* 9. & dicuntur bona de mensa, quæ perpetuò vnita fuerunt Ecclesiæ, atque ita neque in emphyteusim etiam perpetuam dari possunt, Menoch. *cons.* 79. *num.* 1. quia sunt in pleno dominio Ecclesiæ quoad fructus etiam, vt notat gloss. *in Clement.* 1. *in verb. ad mensam, de excess. Prælat.* & notat Abbas post Innocentium, & alios *in cap. vt super, de reb. Eccles. non alien.* & in alienatione harum rerum duo sunt necessaria copulatiuè, iusta scilicet causa alienandi, & solennitas requisita à iure, cuius pars præcipua est consensus Papalis, *cap.* 1. *de reb. Eccles. non alien. in* 6. & *Clement.* 1. *eodem titulo*, & notatur per *gloss. penult. in fine, de restitut. in integrum*, Decius *cons.* 113. *column.* 2. & *de bonis, quæ sunt de mensa*, tradit Alexand. *consil.* 9. *in principio, lib.* 3. & Barbos. *alleg.* 95. *num.* 67. & *duobus sequentibus.*

12. Accedit Paulina *Ambitiosæ*, vbi insolita emphyteuticari prohibentur alienari irrequisito Summo Pontifice, ibi: *Omnium rerum, & bonorum Ecclesiasticorum hac præsenti constitutione fieri prohibemus inconsulto Romano Pontifice, quod si contrà fiat, res alienata ad Ecclesias ad quas ante alienationem huiusmodi pertinebant, liberè reuertantur, & alienationes sint omnino nullæ*, Quaranta *in verb. alienatio, n.* 5, *vers. qualibet species alienationis*, & Gonçalez de Villad. *in tract. de legibus, quæst.* 11. *num.* 8. *vers. considera tamen.* Constat etiam nullitas horum bonorum ex iuramento facto ab Abbatibus, & Prælatis, de quo *in Pontificali, fol.* 81. & 120. per hæc verba: *possessiones*, inquit, *meas ad mensam meam pertinentes non vendam, nec donabo, nec impignerabo, nec de nouo infeudabo, nec aliquo modo alienabo, etiam cum consensu Capituli Ecclesiæ meæ inconsulto Romano Pontifice, & si ad aliquam alienationem deuenero, pœnas in quadam super hoc edita constitutione contentas eo ipso incurrere volo.* Sic ibi.

Vnde sequitur, qui non iurant posse alienare in casu licito, & in Paulina *Ambitiosæ* concesso, seruatis solennitatibus ante hanc Extrauag. requisitis. Cùm ergo possessiones non solitæ tradi in emphyteusim excipiantur *in d. Ambitiosa*, nullo modo, nec validè, neque licitè possunt emphyteuticari in nostro Regno, præsertim in hac Regione Interamnensi, & ita vsu, & praxi receptum est, sine licentia Summi Pontificis, Caldas Pereira *de renouat. quæst.* 15. *num.* 15. & Molina *de iustitia, tom.* 2. *disp.* 449. *fol.* 1259. §. *admonet.* Redoan. *suprà quæst.* 39. *num.* 1. & *quæst.* 36 *num.* 3. Quare cùm passalia, seu sedimina sint ex bonis insolitis emphyteuticari, necessarius est consensus Papalis, vt validè possint alienari, cùm passalium alienationes non sint ex casibus permissis, sed ex non permissis, & teste Redoan. *dict. quæst.* 36. *numer.* 5. in casibus non permissis non est valida alienatio, nisi consulto Romano Pontifice. Vnde requiritur consensus illius ad sedimina emphyteuticanda. Quocirca, si reuertantur ad ipsam Ecclesiam, & patrimonio illius incorporentur à suo Prælato, & ita fiant de mensa illius per incorporationem factam, nequeunt ab eodem infeudari, seu emphyteuticari absque rescripto Summi Pontificis, Menoch. *de arbitrar. casu* 433. *num.* 2. & 5. Successor tamen bene poterit, vt sentit Menoch. *n.* 7. & 32. quia Prælatus non potest simplici voluntate, & facto successoribus præiudicare, secundùm regulam *l. id quod nostrum est, de regulis iuris*, sine facto nostro auferri a nobis non potest: confirmatur ex *cap. vt super, de reb. Eccles. alien.* vbi Summus Pontifex fatetur successorem in Prælatura posse bona ad suum antecessorem reuersa, & possessa, infeudare, seu concedere in emphyteusim, sed Menoch. *suprà num.* 32. ait tutius esse consulere Sedem Apostolicam, quod intelligitur, quando Prælatus tacitè, vel expressè declarauit rem ad se reuersam se velle fieri de mensa, Menoch. *suprà numero* 9. post alios.

13. Sed quid dicendum de passalibus Ecclesiarum, quæ sunt vnitæ Ecclesiis Matricibus, & dicuntur annexæ vulgo, seu Ecclesiæ filiales, in quibus non resident Rectores, nec Abbates, sed per Vicarios ad nutum administrantur Sacramenta parochianis? Respondetur huiusmodi passalia posse tradi in

In emphyteusim, sicut alia bona Ecclesiastica concedi solita ex causa iusta, & seruata forma de iure Canonico, seu de consuetudine introducta. Ratio, quia in his Ecclesiis annexis, seu vnitis matricibus, vel Munasteriis, aut Collegiis cessat vtilitas publica residentiæ. Non enim ibi resident Rectores, sed in matricibus: item, quia vnio beneficij vniti nomen extinguit adeò, vt in posterum denominetur ab illo, cui vnitum est, vt notat Hostiens. post gloss. *in cap. 1. ne Sede vacante*, vbi Abbas *num. 2.* igitur concedi possunt hæc passalia in emphyteusim inconsulto Romano Pontifice. ita iudicatum fuit in Senatu Braccarensi in passalibus de Sancta Axia, & in passalibus de Frosos, & in supremo Senatu Olisiponensi, teste Phœbo *decis.* 82. & doctissimus Gabriel Pereira *decis.* 22. *num.* 8. *&* 9. vbi concludit *vers. tamen*, sedunioa posse emphyteuticari sine authoritate Romani Pontificis.

14. Ambigi tamen potest, an possit allegari possessio quadragenaria contra passalia, seu sedimina, & ex consequenti contra Rectores Matricum in quibus resident, ita vt temporis diuturnitas, & possessio faciat titulum præsumptum possidentibus hæc sedimina? Negat Caldas *de renouatione, quæst.* 15. *num.* 15. Molina *de iustitia suprà in d.* §. *adraonet*, dicentes in hoc casu non habere locum præscriptionem, nec titulum suppleri posse absque scientia, & patientia summi Præsulis, consentit Felinus *in cap. sicut, num.* 33. *de re iudic. vers. bene fateor.* Nam quando actus non potest fieri nisi de licentia Papæ, allegari non debet temporis diuturnitas, nisi simul probetur scientia illius, & patientia: quod procedit, quando res fit extra Curiam io partibus. Idem volunt Afflictis *quæst.* 107. *numer.* 7. & Aymon. *de antiquit. tempor.* 3. *part. numer.* 18. *fol.* 96. ita fuisse iudicatum in Senatu Braccarensi, testatur Caldas Pereira *vbi suprà, num.* 16.

15. Porrò si agricola probet se possedisse passalia cum titolo vero ab Ordinario concesso per quadraginta annos, & eo ampliùs, dicendum videtur, si ad hunc titulum accedat bona fides, præiudicatum fuisse quoad domininm vtile duntaxat Ecclesiæ, sed non quoad directum; quia hæc præscriptio cum titulo, & bona fide æquiparatur præscriptioni immemoriali, quoad omnes iuris effectus; & satis est vbi illa requiritur: quocirca idem operatur præscriptio quadragenaria cum titulo, & bona fide, quod immemorialis sine titulo, *cap. cùm persona* §. *quod si tales, de priuilegiis in* 6. *cap.* 1. *de præscriptionibus, eodem libro*, Balb. *de præscript.* 2. *parte tertiæ partis, quæst* 6. *num.* 11. Couarr. *in regula possessor* 2. *part* §. 2. *num.* 8. *vers. nec minoris temporis*, vbi ait requiri præscriptionem immemorialem, vel quadraginta annorum cum titulo, per text. *in cap.* 1. *de præscript. in* 6. idem reperit *in* §. *quarto, num* 5. *eiusdem regula*, ibi, *quoties aduersus præscribentem est iuris communis vehemens præsumptio*, & plurimum resistens, necessariò requiritur præscriptio immemorialis, vel saltem quadragenaria, probato, & allegato titulo *cap.* 1. *de præscriptionibus in* 6. Idem Couarr. *lib.* 1. *variar cap.* 17. per glossam, & textum, & per communem *in d. cap.* 1. *de præscriptionibus in* 6. Mascard *de probat. conclus.* 1214. & Molin. *lib.* 2. *de primog. cap.* 6. *num.* 52. argumento, & exemplo exemptionis ab ordinario, in qua ius est contra præscribentem, & consequenter est necessaria præscriptio immemorialis: nihilominus si allegetur titulus, & ostendatur cum præscriptione quadraginta annorum, probatur exemptio ab ordinaria iurisdictione, text. & gloss. *in dict. cap.* 1. *de præscript. verb. legitimè in* 6. & notant Scribentes *in l. final. Cod. de fundis patrim. lib.* 10.

Nec obstat si dicas titulum vitiosum constituere præscribentes in mala fide, vt probat *l. quemadmodum, Cod. de agricol. & censit. lib.* 11. *l. final.* §. *sin autem, Cod. communia de legat.* gloss. *in l.* 2. *Cod. de fide instrument. & iur. hast. fiscal. lib.* 10. *regul. qui contra iur. de regul. iur in* 6. Vnde, si præscriptio immemorialis etiam cum mala fide non procedit, per textum *in cap. final. de præscript.* secundùm quem id tradunt Ioann. Andr. Francisc. & Scribentes *ibi*: à fortiori si constet apertissimè titolum fuisse vitiosum ex eo quadragenaria præscriptio corruet? Respondetur id esse verum, quando constat liquidò titulum exhibitum esse omnino vitiosum præscribeori, quia tunc non sufficit nec quadragenaria cum titulo, oeque immemorialis sine titulo, eo quòd excluditur bona fides, & adest mala positiua, quæ inducit peccatum, & impedit currere præscriptionem, propter quod consuluit Molina *lib.* 2. *de primog. cap.* 6. *num.* 76. habentem titulum illegitimum impedientem præscriptionem, teneri in foro animæ vel liti, vel causæ cedere, vel titulum exhibere.

Quòd si mala fides sit tantùm præsumpta, vel ex iuris præsumptione, vel ex aliquo alio accessorio, excusatur in vtroque iure spatio quadraginta annorum, & post hoc tempus cessat omnino, nec potest iam allegari, Bartol. *l. vltim. Cod. vnde vi*, Paul. *consil.* 169. *Viso quodam processu, lib.* 1. Mascard. *conclus.* 225. *ex numero* 1. *ad* 11. quos sequitur Phœbos *part.* 1. *decis.* 82. *numero* 37. *cum sequentibus*, & priùs *numero* 5. *vsque ad* 8. dicens præscribi quodcunque ius cum bona fide, & cum titulo spatio quadraginta annorum: sicut non durat remedium enormissimæ læsionis vltra triginta annos, Gregor. Lopex *in l. vltim. gloss. vltima, partit.* 6. & bona fides præsumitur regulariter in quocunque possessore, glossa per textum *ibi in l. penultima, Cod. de euictio.* gloss. *in verb. bona fides, in cap. si vigilanti, de præscript.* & probatur ex traditis per Molinam *suprà numero* 52. dicentem eundem effectum habere præscriptionem quadragenariam cum titulo, quam immemorialem, & ex vtraque præsumitur interuenisse omnia necessaria, vt actus bene fieret, Mulina *vbi suprà, & lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 10.

Quare si agricola habeat titulum ab Ordinario semel factum de passalibus datis in emphyteusim possessis ab illo per quadraginta annos, iam possunt dici illa solita emphyteuticari, Gama Lusitanus *decis.* 342. *num.* 4. dicens sufficere vnum actum, vt res dicatur solita emphyteuticari, & tempus quadraginta annorum; sicque fuisse iudicatum in Senatu supremo, per textum *in cap. cùm de beneficio, de præbendis in* 6. Imola *in cap. final. de consuetud. num.* 25. & est de mente Baldi *in l. de quibus, n.* 27 *ff. de legibus.* Idem Gama suprà addens ita esse intelligendam Extrauagantem *Ambitiosæ*, dum loquitur de bonis ab antiquo concedi solitis, sequitur Phœbos *Lusit. dec.* 82. *n.* 24. & priùs *dec.* 6. *n.* 9. post Bartol. *in l. vnica, num.* 8. *C. de impon. lucrat. descript. lib.* 10. & Ripa *in l. filius fam.* §. *Diui, n.* 65 *ff. de legatis* 1.

Quamuis

Qnamuis autem doctrina Bartoll procedat, quando res, quæ non erat solita emphyteuticari, conceditur ab initio licitè, cum debitis solennitatibus, prout res Ecclesiæ possunt alienari, vt tradit Couarr. *lib. 2. variar. cap. 17. in principio*, secundùm *cap. sine exceptione 12. quæstion. 2.* Satis est tunc vnicus actus in spatio quadra[illegible]natio. Aliis tamen placet, quando res ab initio tradita fuit illicitè, & sine debita forma, & possidetur bona fide, & cum titulo per quadraginta annos, & bis per id tempus emphyteuticatur, sine dubio dicetur res solita tradi in emphyteusim, quod in passalibus affirmat Phœbos *decis. 6. num. 10. & decis. 82. num. 34.* ex traditis per Decium, quem ibi referens sequitur *in Authentica, qui rem, Cod. de sacros. Eccles.* & Afflictis *lib. 1. constit. rubr. quinta, num. 65.* dicens in bonis maioratos, quæ noo possunt alienari licitè, non sufficere vnicum actum alienationis, sed duos cum tempore quadraginta annorum, qood puto verum ac melius esse: & hoc modo intelligenda est opinio Imolæ *in cap. 2. de feudis, num. 37.* & Alex. *cons. 5. num. 4. vol. 5.* vt securiùs procedatur, cùm satis sit vnicus actus adesse emphyteuticationis intra tempus quadraginta annorum, teste Gama *d. decis. 342. num. 4.* Baldus & alij *suprà*, Loazes *cons. super oppido Mulla*, Redoan. *de reb. Eccles. non alien. quæst. 65.* & Menoch. *lib. 3. quæst. 6. num. 29. de præsumptionibus.*

Cæterùm si ex scriptura emphyteusis constet non fuisse consultum R. Pontificem ad emphyteuticanda sedimina, seu passalia prædicta, nec fuisse interpositas cæteras solennitates, non propterea præsumendum est non fuisse hæc omnia petita, & obtenta, quia esto non contineantor in scriptora hac, possent vel antè, vel pòst in alia diuersa scriptura peti, & obtineri, & solennitates interponi, qoamois in primo contractu id expresè non exponatur: quoniam solennitates extrinsecæ præsumuntur interuenisse ante, vel post ex diuturnitate temporis, Bartol. *in l. qui alienu §. sed si non adierit, ff. de acquirenda hæreditate.* Roch. de Curt. *in tractat. de iure patrum, in verb. pro eo quod, vers. septimò quæro, n. 19.* Abbas *cons. 106.* Redoan. post multos *quæst. 40. à num. 20. & quæst. 47. ex num. 17.*

Quinimò Decius *cons. 36. num. 8. versic. vltimo, & consil. 341. num. 3. & cons. 409. numero 8.* consuluit consensum Capituli in alienatione facta de rebus Ecclesiæ præsumi ex tempore sexaginta annotum, & ab opinione communi, nec in consulendo, nec in iudicando esse recedendum affirmant Gozadinus *consil. 73. numero 20. & 21.* & Ferret. *consil. 142. num. 8. versic. secundò confirmatur.* Sed hoc intelligitur, nisi reperiatur instrumentum, ex quo constet tractatum, & causæ cognitinnem non præcessisse; sic Federicus de Senis *cons. 43. ad finem*, Remin. iunior post alios *cons. 342. num. 58* Quocirca Decius *consil. 341. num. 13.* & Anchar. *cons. 135.* volunt quamuis non appareat solennitatem fuisse adhibitam, ex cursu tamen longissimi temporis præsumi, quia non sequitur, de solennitatibus non fit mentio apud acta alienationis; igitur non fuerunt adhibitæ, quia cùm scriptura separatim de solennitatibus fieri possit ante acta alienationis, hæc præsumptio bene potest procedere; Manrica *de tacit. & ambigu. lib. 4. titul. 7. numero 14* ex longissimo temporis cursu; Surdus *decis. 231. numero 19.* Flores de Mena *variar. lib. 3. quæst. 23. numer. 40. & 89.* Mascard. *de probat. conclus. 75. numero 14. & conclus. 1316.* & Gama *decis. 49. numero 3. & 83. num. 2.* Redoan. *suprà quæst. 65. num. 11.*

16\. Quid dicendum de locatione rei solitæ emphyteuticari facta per Abbatem per vniformem pensionem, an sit emphteuta iuris? Respondeo, si quis possideat titulo coloni, quamuis possideat per mille annos, & eandem pensionem vniformem soluat, non præsumi emphyteutam iuris, quia vt colonus possedit, nec iuuabitur præscriptione, cùm colonus non possideat sibi; ideo non præscribit. *l. 2. Cod. de præscript. triginta, vel quadraginta annorum, reg. sine possessione, de regulis iuris in 6.* nec potest colonos se defendere titulo coloniæ perpetuæ, cùm non sit in vsu talis contractus, Gaspar Rodrig. *lib. 1. quæst. 15. de annuis reditibus ex num. 51.* Caldas *de renouatione, quæst. 15. num. 46.* nec obstat Baldus contrarium asserens, cùm reiiciatur ab eo *ibi, num. 41. & 45.* Valasc. *de iure emphyt. quæst. 2. num. 12.* quod intellige quando non apparet titulus perpetuæ coloniæ, quia cùm non sit in vsu, non præsumitor.

Erit verò retinendus in locatione colonus, si producatur instrumentum, in quo res fuit concessa titulo locationis perpetuæ; quia is contractus dicitur emphyteuticus, si fiat de re solita tradi in emphyteusim, Alexander *cons. 117. lib. 4.* Crauera *cons. 20. num. 14.* quòd si possideat passalia absque titulo bona fide per possessionem immemorialem, quæ habet vim tituli, *l. ex hoc iure, §. ductus aquæ, de aqua quotidiana, & æstiua*, datur præscriptio contra illa argumento domini exigentis seruitia, & exactiones à vasallis etiem non probantis titulum; nihilominus coget illos per solam immemorialem consuetudinem exigendi, & recipiendi exactiones, Lucas de Penna *in l. hac Cod. de aquæduct. lib. 11.* Couarr. *in regul. possessor. 2. part. §. 4. numero 4.* & concurrente tempore immemoriali, non est opus allegare aliam causam, quia lapsus tanti temporis habet vim constituti, & virtute temporis immemorialis se tuentur domini contra vasallos circa exactiones impositionum, & seruitiorum sine aliqua alia causa, ita Burgos de Pace *cons. 15. num. 15.* Gaspar Rodriguez post plures *de annuis reditibus, lib. 1. quæst. 15. num. 4. & 67.* neque in hòc caso requiritur titulus, quia præscriptio immemorialis habet vim priuilegij, *cap. super quibusdam, iuncta gloss. de verbor. significat.* habet etiam vicem legis, *l. 2. §. final.* ibi, *Vetustatem vicem legis obtinere*, & *in l. in summa*, ibi, *Vetustas, quæ semper pro lege habetur, ff. de aqua pluuia*; præsumitur enim post immemorialem præscriptionem titulus, & bona fides, quamuis non allegetur; & licèt ius resistat, vt de facto resistit in Paulina *Ambitiosæ*, quando præscriptio non est immemorialis, esto sit centum annorum, nec sufficit ad præscribendum, sed exigitur titulus, qui causam præscribendi tribuat possessori, Molina *lib. 2. numero 51.* quia hæc præscriptio æquipollet immemoriali. Nihilominus ius non resistit immemoriali præscriptioni sine titulo, nec præscriptioni quadragenariæ cum titulo, per textum *in cap. cùm persona, §. quod si tales, de priuilegiis, lib. 6.*

17\. Sequitur dicendum quando Abbas, seu Prælatus possit vltra casus prædictos in aliis occurrentibus licitè alienare sine solennitatibus inconsulto Romano Pontifice? Responde primò

vrgente

vrgente magna necessitate, quæ impediat recursum ad Summum Pontificem posse fieri iustè alienationem sine solennitate requisita, ita Hostiensis *in cap.* 1. *de his quæ fiunt à Prælato*, etiam non obstante iuramento de non alienando, Abbas *in cap. final. de Eccles. ædific. vel reparandis*, Redoan. *quæst.* 13. *num.* 13. *suprà*, *& quæst.* 19. *num.* 29. *cum sequent. & quæst.* 55. *num.* 7. *&* 9. Canophil. *in Extrauag. Ambitiosæ*, Quaranta *verb. alienatio, num.* 42. vbi *ad finem*, ait idem dicendum pro redemptione captiuorum, & pro alimonia pauperum, quando periculum esset in mora, quod videtur dicere gloss. *in cap. placuit* 12. *quæst.* 2. *in glossa final.* ibi, *ergo in necessitate vrgente potest fieri alienatio sine consensu Papæ, vel alterius*, cui fuit iuramentum præstitum de non alienando; concordat Villadiego *in tract. de legibus*, 1. *part. quæst.* 11. *num.* 10. dicens in hoc casu non obligare constitutionem *Ambitiosæ*, prohibentem alienationem inconsulto R. Pontifice, si tanta vrgeat necessitas, & celeritas, vt non possit adiri S. Pontifex, per glossam *in dict. cap. placuit*, & per textum *in l. Diuus*, *ff. de pet. hæred.* & sic limitantur iura exigentia certam formam in alienando rebus Eccles. & Paulina *Ambitiosæ* secundùm ipsum Villadieg. dicentem esse limitandam, quando tanta est necessitas, & tam vehemens, vt nequeat præfata solennitas obseruari.

Ampliatur etiamsi res alienanda esset magna quando vrget necessitas, quæ non patitur moram, nec potest rescriptum Papale expectari, potest fieri alienatio, Turrecremata *in cap. terrulas* 12. *quæst.* 2. Redoan. *dict. quæst.* 13. *num. vltimo*, Cardin. *in Clementina* 1. *de reb. Eccles. non alien.* vbi dicunt in extrema necessitate etiam magna prædia posse alienari sine solennitate, nempe pro reparanda Ecclesia ruente, pro debitis soluendis, pro molendinis, ne pereant omnino.

Nec obstat vulgare arestum dici solitum in alienatione, ex necessitate semper debere interponi solennitates, quia iura loquuntur de necessitate, quæ patitur moram adeundi superiorem, vt licentia petatur. Quocirca rogatus Marian. Socinus *in tractatu de oblatio. libello. nono, column.* 3. *numero* 15. quanta debeat esse necessitas, respondit extremam: consentit Couar. 2. *variarum*, *cap.* 16. *numer.* 8. *versic. cæterùm*, vbi ait res Ecclesiæ non posse alienari, nec pignorari ex summa necessitate, atque ita non sufficiet quælibet necessitas, glossa, & Doctores *in cap.* 1. *de pignor.* Redoan. *de rebus Eccles. quæst.* 19. *num.* 58. *& quæst.* 81. *cap.* 22. *num.* 20. Atque ita ex casibus extremæ necessitatis nō potest omitti solennitas, ea verò intercedente, si adest summa celeritas, nempe, quia res perit omnino breui tempore, potest iuris dispositio relaxare, per ea quæ habentur *in l. per hæredem*, *de acquirenda*, & *ibi* Bartol. & Ludouicus Roman. tamen necessitas debet esse extrema, vel satis grauis.

An verò possit fieri commutatio de rebus vnius Ecclesiæ cum rebus alterius absque solennitatibus? Lucas de Pegna inclinat posse fieri *in l.* 1. *column* 2. *cum sequent. C. de fid. instrument. & iur. hast. fisci, lib.* 10. quem sequitur subdubius Redoan. *suprà quæst.* 51. *cap.* 20. *num.* 7. Sed meliùs negat Rebuff. *in d. cap. sine exceptione, num.* 66. *verb. commutare*, per textum *in §. sed, & permutare* 10. *quæst.* 2. *Cod. de exceptionibus.* Idem dico de transactione, quæ est quædam veluti commutatio, sic Federicus *cons.* 94. Barbat. *in rubr. de reb. Eccles. non alien. column.* 4. Ratio, quia si hæc admittantur fieri sine solennitate, indirectè alienabuntur multa, quæ directè alienari prohibentur. Quare absolutè dicendum est nec commutari, nec componi, nec compromitti, nec transigi posse sine debita solennitate super re immobili, cuius possessio est penes Ecclesiam, si eam demittat, Rebuff. *in compendio alienat. numer.* 2. *&* 66. Quarant. *dict. verb. alienatio, num.* 20. *&* 43. *vers. duodecimò limita*, nisi transactio fiat super bonis nondum vnitis, & incorporatis Ecclesiæ, Bellet. *disquisit. Cleric. part.* 1. *tit. de clerico debitore*, §. 8. *num.* 21. & Natta *cons.* 441. *num.* 12. quibus accedit Menoch. *cons.* 73. *num.* 8. *& cons.* 79. alioquin erunt compositiones, commutationes, seu transactiones personales, quæ finiuntur morte contrahentium, *cap. de cætero*, *& cap. veniens*, *de transactionibus*, vbi dicitur compositiones factas super futuris decimis sine superioris consensu, mortuo eo, qui eas fecit, successori non præiudicare, Rebuff. *de decimis, quæstio.* 13. *num.* 25. Barbos. *in l. si filiofamilias*, §. *final. num.* 20. *ff. solut. matrim.* & alter Barbos. *in d. cap. de cætero, num.* 2. *& in d. cap. veniens, num. etiam* 2. vbi post alios concludit compositionem inter clericos factam, vt decimæ debitæ vni Ecclesiæ, alteri soluantur, esse faciendam consulto Romano Pontifice ad hoc, vt obliget successores. Idem dicendum est, si Prælatus, vel quiuis alius cedere velit causæ, vel liti, & causæ simul, si actio est de re immobili, solennitas est adhibenda, & superior consulendus, quia non potest cedere sine solennitate, aliàs cessio est nulla, Rebuff. *suprà num.* 66. *ad finem*, & Panor. *in cap.* 1. *deposit. & in cap. cùm pridem, de pactis.*

Quòd si contingat alienari bona Ecclesiæ ab aliquo indebitè, alienans repetere potest, & tenetur, ac proinde nomine Ecclesiæ contrauenire contractui à se ipso facto, etiamsi proprio iuramento firmauerit nunquam reuocaturum rem alienatam, neque repetiturum, Pinel. *in l.* 1. *Cod. de bonis maternis, part.* 3. *num.* 73. *vers. idem probatur.* Gutier *de iuram. confir. p.* 1. *cap.* 1. *num.* 96. Surdus *de alimentis, tit.* 7. *quæst.* 38. *num.* 8. D. Barbos. *in l.* 1. *ff. solut. matrim. part* 5 *num.* 17. *&* 19. & Caldas Pereira *de nominat. emphyt. quæst.* 19. *num.* 72. *cum sequent. & de empt. cap.* 26. *num.* 17. Quocirca Ecclesia nullo restituto pretio res malè alienatas repetit, & emptor contra Ecclesiam vti non potest retentione pro pretio, Rebuff. *in compendio alienat. num.* 115. *&* 120. *& in comment. ad l. bonæ fidei, vers. vigesimus quartus, ff. de verbor. signif.* & Vantius *de nullit. titul. quoties*, *& intra quod tempus*, *numero* 54. Hieron. Portoles *de consortibus*, *cap.* 15. *numero* 11. vbi *num.* 20. limitat, nisi pretium in vtilitatem ipsius Ecclesiæ conuersum fuerit. Quinimò non solùm malè alienans, sed etiam eius successor potest reuocare, & repetere malè alienata per prædecessorem suum. Praxis Episcopalis *part.* 1. *verb. successor*, §. 1. *& emptor. rei Ecclesiæ nulliter alienatæ*, vel aliàs possessor tenebitur rem cum fructibus perceptis restituere, Gutier. *consil.* 1. *numer.* 14. Menoch. *remed.* 15. *recuper. num.* 634. Aloysius Riccius *in praxi rerum for. Eccles. resolut.* 18. *numer.* 2. in vtraque editione, nisi in facto erraretur: tunc enim error excusaret, nimirum si emptor existimauit consensum Apostolicum non defuisse, qui tamen defuit, Raudensis

de

*de analogis lib.2.cap.27.n.13.& 14.*Costa *cons.17. num.4.*tunc enim non debentur fructus nisi à die motæ litis; Felin. *cons.39.n.7.* Aloys.Ricc. *d.resol.18.n.3.*

18. Ambigi etiam potest, an Prælati Regulares in alienando teneantur seruare solennitates Pauline *Ambitiose?* Respondetur affirmatiuè de iure: ex priuilegiis tamen sibi cõcessis possunt aliter ipsorum bona alienari, de quibus apud Confect. *in sua recollect.priuilegiorum Mendicantium*, & specialiter ob priuilegia concessa à Gregorio XIII. in sua constitutione incipit, *Apostolica Sedes an-*
19. *ne* 1576. die 15. Decembris, Patribus Societatis, vt bona locorũ eiusdem Societatis alienari possint arbitrio ipsorum Præpositi Generalis nulla alia ad hoc petita licentia à Sede Apostolica, vel ab Ordinario, teste Aloys. Ricc. *in praxi rer.for. Eccles.resol.53.in 2.edit.* Fr.Manuel.*in collect.priuilegiorum pag.459.* pro reliquis Regularibus, ac priuilegiis consule Confect. *pag.124. 125.142. & 202.& sequent.*

20. His adde posse Prælatos res Ecclesiæ alienare pro remuneratione meritorum, Glossa *verb. de familia, in cap. consensus 3.de reb. Eccles.nõ alien.* Tiraquel. *in l.si vnquam, verb.donatione largitus n.27.* & Camil. Borell.*in summ. omnium decis.tit.15.à n.12.* vbi *n.13.* declarat id habere locũ, quando donatio esset de rebus mobilibus, & Prælatus donaret intra fines remunerationis, Barbos. *in cap.consensus de rebus Eccles. non alien n.4.* post Menoch.*de arbitr.casu 434.*& Cacheran. *Pedem. decis.99.n.32*

21. Denique quæ relinquuntur Religiosis incapacibus retinẽdi etiã in communi bona immobilia, vt sunt domus professæ Societat. IESV, & Fratres S.Francisci, & Capucini possunt alienari sine solennitatibus, & pretium debet conuerti in necessitatem Ecclesiæ, Quaranta *verb.alien. rerum Eccles.n.41.vers.Sexto.* Aloys Ricc.*in praxi rerũ fori Eccles.dec.36.in 1.edit.& resol.53. in 2.edit.* Ratio, quia bona illa nequeant incorporari horũ Ecclesiis, & ideo cùm non sint incorporata, non egent solennitatibus, Rebuff. *in compendio alien. n.21.* Roland.*cons.15.vol.1.* Et quãuis P.Sà *verb. alien.n.7.* absolutè doceat non requiri solennitatem in iis, quæ relinquuntur Mendicantibus, oppositum est dicendum, postquam immobilia fuerint eorum Ecclesiis incorporata. Idem procedet in rebus pretiosis mobilibus, quia sunt Ecclesiæ incorporata, Aloys.Ricc. *d.resol.53.n.5.*

Quid possint Abbatissæ, seu Priorissæ circa regimen Monialium, & rerum monasterij, & circa Vicarios Ecclesiarum, quæ sunt vnitæ Ecclesiis ipsarum?

§. VI.

EPITOME.

1. *Abbatissa quid significet? Vnde deriuetur, & quam iurisdictionem habeat in moniales?*
2. *Eligenda in Abbatissam, quam ætatem debeat habere?*
3. *Abbatissa an possit illegitima esse? & an debeat eligi ex suo Monasterio, & quæ debeant esse electrices?*
4. *Abbatissa an possit esse corrupta?*
5. *Abbatissa an possit habere curam animarum in Ecclesiis monasterio vnitis?*
6. *Abbatissa non est verè Prælata, nec potest excommunicare de iure.*
7. *Abbatissa an possit precipere monialibus in virtute sanctæ Obedientiæ?*
8. *Abbatissa an possit præcipere sub pœna voti obedientiæ sibi præstiti?*
9. *Abbatissa non habet potestatem spiritualem in moniales, sed domesticam, ac ciuilem, vti mater familias.*
10. *Abbatissa habet iurisdictionem ex vi regulæ confirmatæ, potestque cogere moniales ad obseruandam regula, & punire violantes illam.*
11. *Abbatissa de iure potest recipere moniales sine consensu superioris, & recipere professiones illarum.*
12. *Abbatissa triennalis non solet benedici, nec consecrari.*
13. *Abbatissa an sola habeat administrationem rerum sui Monasterij.*
14. *Abbatissa an possit concedere monasterio tanquam pauperi aliquid ex bonis inter pauperes aliquia ex bonis inter pauperes diuidẽdis?*
15. *Abbatissa an possit concedere lucrum monialibus suarum manuum?*
16. *Abbatissa an possit concedere licentiam ad ingrediendum monasterium, & in quas pœnas incidat, si concedat?*
17. *Abbatissa an conferat beneficia, & an possit suspendere clericos Ecclesiarũ sibi subditarũ?*
18. *Abbatissa quomodo dicatur suspendere ab officio, & beneficio clericos sibi subiectos?*
19. *Abbatissa an possit ordinari procuratrix pro suo Monasterio, & an possit contrahere sine Superioris licentia?*
20. *Abbatissa an possit irritare, seu dispensare in votis monialium?* 1.
21. *Abbatissa quid possit in commutatione votorum suarum monialium?*
22. *Abbatissa quomodo possint visitare sua Monasteria.*
23. *Abbatissa potest habere duo monasteria annexa, non potest tamen præfici duobus Monasteriis.*
24. *Abbatissa, & Moniales benedicere, & prædicare non possunt.*

QVÆSTIO prima quid significet *Abbatissa*, vnde deriuetur, & quam iurisdictionẽ habeat in Moniales: Quo ad primũ Abbatissa idem sonat, quod mater, quæ præficitur Monialibus quo ad gubernationem. Deriuatur à nomine Hebræo *Abba*, quod significat pater: Syri addunt huic dictioni *Ab*, alteram litteram *A*, in fine; vnde sicut Hebræi vocant patrem *Ab*, Syri vocant *Abba*, & ab eodem principio *Abbas* trahit nomẽ suum. Item omnia fermè, quæ competunt Abbatibus, conueniunt Abbatissis: ac proinde non minorem habent, quàm Abbates rerum monasterij administrationem, ita Baldus *in c.1. in principio*, qui feudum dare possunt, Abbas *in cap. etiam 2. de his quæ fiunt à Prælate*; & sicut per Abbates, & suos religiosos disponitur de rebus Monasterij; sic per Abbatissam, & Moniales, Sanchez *lib.7.in præcepta Decalog.cap.19.n.44.*

Nullam tamen habet iurisdictionem ordinariam Abbatissa; sed quasi cõmissariam, D.Thom. *in 4.dist.25.q.2.in solutione primi argum.* in administratione tamen æquiparatur Abbati; & in cõuenientibus disposita de Abbatibus extendun-

tur ad Abbatissas. Idem Abbas *in cap. final. n. 5. de statu Monachorum* Fuscus *de visitatione lib. 1. cap. 2. n. 5.* Flaminius *de resignat lib. 2. q. 1. n 73.* & Anton. Cuch. *lib. 3. instit. maior. verb. Abbas tit. 3. n. 64.* vbi concludit Abbatissam habere eadem iura quæ habet ipse Abbas ferè omnia, nec iurisdictione carere in Moniales.

a. Maior tamen requiritur ætas in Abbatissa, quàm in Abbate: nam Abbatissa non debet esse minor triginta annis, Philipp. Franc. *in c. indemnitatibus, in principio n. 2. §. vtrum*, vbi Dominicus, *de electione in 6.* sed ex Cōcilio Trident. *sess. 25. c. 7.* nemo eligatur Abbatissa minor ætate quadraginta annorū, & quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter nō vixerit in Monasterio Fusc. *de visitat. lib. 1. c. 18. n. 33.* Flaminius *de resignat. lib. 3. q. 18. n. 40* addens ex Concilio, *si in eo monasterio his qualitatibus non inueniatur ex alio Monasterio suscipiatur eiusdem Ordinis, si hoc etiam incommodum Superiori, qui electioni præest, videatur ex iis, quæ in eodem Monasterio annum trigesimum excesserint, & quinque saltem annis post professionem recte vixerint, Episcopo, vel alio superiore consentiente eligatur.* sic in Concilio.

b. Quæstio secunda, an Abbatissa possit esse illegitima absque dispensatione? Respondetur non posse absque dispensatione ex *cap. 1. & cap. final. de filiis presbyterorum.* Nam officium Abbatissæ est dignitas, Abbas *in cap. quia propter num. 8. de electione* Fusc *lib. 2. de visitat. cap. 18. post num. 35. vers. eo fortius*, Sanchez *in pracep. Decalogi lib. 5. c. 5. n. 19.* à qua dignitate illegitimæ excluduntur vt probatur ex *d. c. indemnitatibus § sanè, vers. verum si quæ de electione in 6.* ibi *Vt à dignitate deiiciatur adepta.* Flaminius *de resignat lib. 3. q. 12. n. 11.* Item, quia dispositio etiam pœnalis, quæ loquitur de masculis extenditur etiam ad fœminas, Sanchez *vbi proximè*, argumento illegitimi, qui repellitur à Prælatione propter timorem imitandi incontinentiam paternam: ergo fortiùs fœmina est arcenda. Nam iuxta illud poetæ:

Insequitur leniter filia matris iter.

Nauarrus *in cap. non dicatis 12. q. 1.* Candelabrū aureum *in sua part. 3. c. 5. de elect. Abbatissa, n. 10.* dicens fœminas illegitimas esse repellendas à Prælatura, per textum *in glossa, & ibi*, Abbas *in cap. in quibusdam, de pœnis*, Maiolus *lib. 1 cap. 19. n. 10. Summa confessor. lib. 3. tit. 25. q. 1.* præsertim si est filia Clerici constituti in sacris, quæ est infamis, text. *in cap. cum multa 15. q. 8.* Eget ergo dispensatione Papali, quamuis dignitas Abbatissæ non sit Prælatura ordinaria.

Nec obest Fr. Manuel *in Summa tom. 2. cap. 19. conclus. 12.* dicens illegitimas posse esse Abbatissas triennales sine dispensatione; quia non benedicuntur: perpetuas verò, & quæ benedicuntur non posse. Quia ipse *tom. 1. Regul. quæstione 13. articul. 21.* sibi contrarius absolutè docuit neque triennales, neque perpetuas esse capaces huius dignitatis, sicut sunt inhabiles ad hæreditatem temporalem. Tabien. *verb. virginis consecratio num. 5.* Geminianus *in d. cap. indemnitatibus*, vbi quamuis pro vtraque parte multa congerat argumenta, tandem in glossa eiusdem capitis adhæret parti neganti, quam sequitur Suarius *tom. 4. de religione lib. 1. cap. 6. n. 14.* vbi respondet argumentis contrariæ partis.

An verò Episcopus possit dispensare cum illegitimis ad hoc munus assequendum? Affirmat Archidiaconus *in cap. quàm sit 18. q. 2. num. 3.* sed negandum est cum Felino *in cap. meminimus, de accusat.* Solus ergo Pontifex dispensat seclusis Religionis priuilegiis, sicut dispensat cum viris, vt constat ex *cap. 1. de filiis presbyt.* ibi, prælationes nullatenus habeāt. Quæ dictio reddit actum contra gestum nullum, & insuper negat Episcopo facultatē dispensandi, gloss. *Clem. 2. verb. Nullo modo, de ætate, & qualit. & ibi* Imola *num. 19.* Cardin. *ibi §. illi verò num. 3. notab. 8.* Decius *in cap. at si Clerici. §. de adulteriis, in noua edit. n. 55. de iudiciis.* Posse autem solum Pōtificem dispensare cum illegitimis, tradunt Angelus *verb. Ordo 3. n. 13.* Sylvester *verb illegitimus, in fine* Mandos. *de signatura gratia, tit. dispensatio super defectum natalium §. penult.* Salzed. *addit ad Bernardum Diaz c. 14. §. si tamen illegitimus quisquam in fine* & cum fœminis vltra Felinum vult Nauar. *comment. 1. de regul. n. 60. & in Summa cap. 27. n. 201.* Ledesma *2. p. 4. q 26. art. 2. fol. 363. col. 4.* non nisi Pontificem.

Posse item dispensare cum fœminis super hoc vitio Generales, & Prouinciales Ordinum Mendicantium sibi subditis ex priuilegio refert Fr. Manuel *tom. 1. quæst. regul. q. 13. art. 22. & 2. tom. Summa cap. 19 n. 12.* Sanch *suprà d. cap. 5. n. 20.* & constat ex compendio priuilegiorum Mendicantium, *verb. dispensatio, fol. 201.* vbi Sixtus IV. concessit Generali, & Prouincialibus Ministris, & eorum Vicariis authoritatem dispensandi cum fratribus dicti ordinis Minorum patientibus defectum Natalium ex adulterio, sacrilegio, incestu, & quouis alio nefario, & illicito coitu prouenientem; vt ad quascumque administrationes, & officia dicti Ordinis eligi, recipi, & assumi, illáque gerere, & exercere liberè, & licitè valeant. Idem concessit Magistro Generali, & Prioribus Prouincialibus, & Conuentualibus, ac eorum Vicariis Ordinis Prædicatorum authoritatem cum fratribus defectum natalium patientibus, vt non obstante eo defectu, ad quascumque administrationes, & officia eligi possent. Vbi Sorbus *n. 13.* notat Vicarios Conuentuum, siue Subpriores nunquam vti ista facultate sine speciali commissione, nisi mortuo, vel amoto Priore: & ideo idem est, ac si non fuisset concessa pro illis Vicariis. Idem denique concessit Paulus III. Societati IESV, vt habetur *in litteris Apostolicis fol. 40. & in compendio verb. dispensatio, §. 2.* sed posteà Greg. XIV. vt refert Roderic. *suprà art. 6.* idem concessit solum Generalibus, & prouincialibus cum Generali, Prouinciali, seu intermedio Capitulo & nō aliàs vt possent dispensare cū illegitimis ad honores, gradus, & dignitates obtinēdas. Sic ille.

An verò debeat Abbatissa eligi ex Monialibus sui Monasterij dictum est *suprà n 2.* electrices tamen debent esse professæ eiusdem Religionis, non autem est necessarium, vt talis professio sit expressa, glossa *in cap. nullus, & in cap ex eo, & in cap. Indemnitatibus, verb. Tacitè, de electione in 6.* Nam in eligendo exigitur expressa professio: de electore tacetur; & quia ius nouum non mutat, vel limitat antiquum, nisi in eo quod exprimit: in aliis verò iuribus expressè requiritur sub disiūctione professio tacita, vel expressa: ergo electrices debent esse professæ tacitè, vel expressè, quia vtraque est vera professio, Soarez *suprà c. 4. num. 2.*

Sed quid de Monialibus, quæ dicuntur conuersæ, an possint eligere? Responde negatiuè si non sint

sint verè professæ per tria vota solennia: secus si verè professæ sunt, nisi ex consuetudine, vel ex iure speciali admitti soleant, Soarez *d.cap.6.n.18.* subdens regulariter non admitti ad eligendum conuersas argumento *capitu ex eo §.in Ecclesiis, de electione in 6.* ibi, *Conuersi laici cum Clericis electionibus interesse non debent in Ecclesiis regularibus*, vel Monasteriis, &c, vt aduertit gloss. ex vi verborum non excluduntur ab Electionibus, nisi conuersi nunquam ordinandi: igitur Moniales conuersæ non possunt eligere nisi ex consuetudine, vel ex particulari instituto admittantur ad eligendum. Secus dicendum videtur de Monachis Laicis vulgò dictis, seu conuersis; si fuerint litterati; sed hoc non sufficit, quia hoc ex se non obstat huiusmodi electionibus, sed maximè necessaria est prudentia, & experientia, quæ in his conuersis sæpè non reperitur, Soarez *d.cap.4. n.4. & §.ex Clementina vt §.de atate & qualitate*, vbi Summus Pontifex statuit, vt nullus de cætero in Ecclesiis Cathedralibus, vel collegiatis Secularibus, vel Regularibus vocem in Capitulo habeat, etiamsi hoc sibi ab aliis concedatur, nisi saltem in subdiaconatus ordine fuerit constitutus. Quæ constitutio extéditur ad Monasteria Regularium, & ad capitula Prouincialia, & generalia talium Religionum, vt Suarius *ibi* declarat.

4. Quæstio tertia, an Abatissa possit esse vidua, seu corrupta? Requiti ad hoc munus esse virginem deducitur ex *cap.inuenculas 20.q.1.* ibi, nullam igitur fraternitas tua nisi sexagenariam virginem velari permittat. Est enim indecens non virginem præfici virginibus, & malè ad virginitatem seruandam poterit monere, quæ virgo non est. gloss. *clement. vltim. §.statuimus, verb. Rationabilis, de stat. Monach.* vbi Catdin. *num.15.q.11.* Archid. *cap.final. in fine d. 32.* Selua *beneficiorum 4.p.q.7.n.7.* Viuald. *Candelabr. Sacram. in 2. edit. p.3.c.5.n.3.* Quare solum Pontificem posse in hoc dispensare volunt Cardinalis *in d.clementina vltima, n.15.q.11.* Calderin. *in fine, de officio Vicary, Capella Tholosana decis.295.* incipit, Fuit quæsitum, an aliqua promouenda, & Mandos. *de signatura gratia, tit. dispensatio pro corrupta, statim in principio, & § sequent.*

Archid. tamen *in cap. indemnitatibus*, suprà, opinatur posse Episcopum dispensare cum corrupta, quod minus benè dictum puta; ideo solus Papa dispensare potest, nisi expriuilegio alteri reperiatur indultum, *c. dilectus de tempore ordin. verb. à Canone*, vbi Episcopus dispensare non potest, nisi quando illi dispensandi facultas tacitè, vel expressè conceditur, Abbas *in cap. at si clerici §. de adulteriis num.6. de iudic.* Emanuel Soar. *comm. opin. verb. Episcopus n.134.* Mandos. *regul.13. cancellaria.q.6.n.6.* Azeued. *l.2.n.39.tit.1.lib.1.noua recopil.* Mat. Alter. *de censuris tom.1.disp.8.cap.3.vers. sed controuersia*, Barbos. *alleg.33.n.18.* post alios.

Nihilominus dicendum est ad Abbatissæ munus non esse necessarium, quòd sit virgo, nisi vbi esset consuetudo, quòd Abbatissis impertiatur benedictio specialis virginum, aut consecratio: vbi tamen non extat talis cósuetudo Abbatissæ communiter triennales non solent aliqua benedictione consecrari, Nauat. *lib.3. cósiliorum in 1. edit tit. de regul.cons.4. & in 2. edit. tit. de statu Monachor. n.3. & seq. cons 2.* Manuel *tom 1. regul. q.1 a.art.3. ad finem.* Ratio quòd nullus sit text. quo probetur Abbatissas communes, quæ virginitatis velo non solent consecrari, debere esse virgines, eo quia caput *inuenculas 20.q.1.* dum prohibet velari corruptam, solùm agit de velo consueto dari virginibus non autem loquitur de quocunque Prælationis velo, & ita explicant *ibi* Archid. *n.2.* Turrecte. *in fine*, & Bellarm. *num. vnico*, vbi quædam solennitas miscerut, institutáq; annulus digito Abbatissæ ab Episcopo, & ipsa prosequitur, annulo suo subarrauit me. Accedit, Moniales esse posse non virgines: ergo & Abbatissæ, in Paludan. *in 4. dist.21. q.3.art.3.n.60.* D. Antonin. *3.p.tit.17.c.22.§.ad fin.*

Non est tamen prætereundum peccare mortaliter Monialem corruptam, occultam tamen, si se tanquam virginem consecrandam offerat propter iniuriam, quam infert Sacramentalibus Ecclesiæ: non peccare tamen, si oblatam consecrationem accipiat, oe crimen suum confiteatur, & ne se infamet, ita Sotus *in 4.dist. 19.q.2.art.5.fine*, Enriq. *de Sacramento ordinis cap.24.* Sà *verb. consecratio.* Sicque accipiédi sunt Doctores, dum volunt peccare Monialem secreto corruptam, si petat consecrari, secus dico si illi consecratio offeratur: sicut non peccat fœmina corrupta habita pro virgine, si ipsa nuptiis non se offerat, sed expostatur, si illa ex eo, quod renuat, timeatur periculum infamiæ probabile, & incurrat notam virginitatis violatæ. Denique secundùm P. Sà *verb. consecratio*, corruptæ per voluntariam dumtaxat pollutionem absque præiudicio integritatis externæ, possunt consecrari vti virgines: tales enim appellantur, & tales censentur. Idem opinatur de corruptis occultó stupro, nam etiam tales virgines putantur: nec peccarum suum tenentur pródere; quod est satis probabile, & tuto potest admitti, quidquid repugnet Viuald. *Candelabro 3.p.c.5.n.34.fol.27.*

Cæterùm si Monialis sit bigama, non potest esse Abbatissa, prout tradunt Maiol. *lib.1. de irreg. c.29.n.14.* argumento viri bigami, qui nullo modo est capax Prælationis, seu dignitatis, nec potest beneficium consequi, Rebuff. *in tract. de pacificu possessor. n.193.* Corras. *de beneficiis p.3.cap.4.n.2.* Auila *de cens. part.7.disp.8.dub.1.* Propterea collatio beneficij facta bigamo est nulla, Nauarr. *cons. 3.n.1. de bigamis*, Flamin. Paris. *de resign. lib.5.q.3. n.192.* nec bigamus potest esse Vicarius Episcopi, etiam si fiar clericus, nisi priùs soluatur ab impedimento bigamiæ, quia est dignitas per textum *in cap. vnico de bigamia lib.6.* Azot. *2.p.lib.6.c.4. q.12.* Ergo nec bigama potest esse Abbatissa, quia eius officium est dignitas, Sanch. *d.lib.5.c.5.n.19.* & Abbatissatus est beneficium fœminarum, Flamin. *de resig. lib.2.q.1.n.71. & lib.3.q.12.n.15.* post Gammar. *decis.24.* post Viualdum *d.cap.5,n.8.*

Quæstio quarta, An Abbatissa possit habere curam animarum in Ecclesiis monasterio vnitis? 5
Pars affirmans ex eo probatur, quia Abbatissa potest habere iurisdictionem quasi Episcopalem, & beneficia conferre, vt dicetur infrà *n.17.* & clericos instituere, & destituere, & eligere officiales ad excommunicandum, & exercendam iurisdictionem, vt tradunt Lambert. *in tract. iuris patron. p.1. lib.2.q.5.princip.art.5.n.4.* Marc. Anton. Marsil. *in tract. de Eucharisticis redditibus cap.15. n.8.* Paris. *cons.13.lib.4.* Decius *in l.fœmina, n.10.ff.de reg.iur.* Abbas, & Felinus, *in cap. dilecta, de maior, & obed.* Iacobus Damoderius *in Enchiridione similium, littera A, verb. Abbatissa*, & D. Antonin. *in tract. de suspensione n.31.* & hoc posse Abbatissam ratione publici muneris, & officij aliqui docent, præsertim si accedat summi Pontificis consensus: additque F. Emanuel *tom.1.regul q.17.art.12.* Abbatissam

tissam posse habere sub se clericos sæculares, si capellas ex priuilegio, vel præscriptione pleno iure habeat subiectas: ergo cùm non repugnet Abbatissam posse habere curam animarum, habebit illam, si parochialis aliqua vniatur monasterio, non tamen in actu, sed in habitu.

Secundò probatur, quia Vicaria potest vniri monasterio Monialium non solùm in temporalibus, sed etiam in spiritualibus, & Monasteriū erit verus Rector, & Vicarius: igitur Abbatissa potest tanquam caput exercere curam animarum per Vicarium ad nutum, seu Curionem annualem à se nominatos, penes quos est exercitium Curæ, seu Curam ad summum in actu: at verò in habitu est penes Abbatissam, cuius non est illa incapax quo ad habitum; sed quo ad actum: ergo potest illam exercere per Vicarium. Ita decisum fuit in Rota *decis. 21. de prebendis, in antiquioribus*, & indicatur in Concil. Trid. *sess. 25. cap. 11. in verb. mulierum, & in verb. in quibus imminet cura animarum*, & Ægidius *decis. 162.* & ita practicatur; argumento Episcopi electi, confirmati, non tamen consecrati, qui non potest actu exercere ea, quæ sunt Ordinia Episcopalis: habet tamen iurisdictionem habitualem in sibi subditos, potestque per alium Episcopum ea, quæ sunt ordinis, exercere. Idem patet exemplo Parochi non Sacerdotis, qui quamuis nequeat exercere iua ligandi, atque soluendi actualiter; habitualiter id habet, & potest per idoneum Curatum id facere, vt habetur *in cap. licèt canon. de electione in 6.*

6. Quæstio quinta, An sit Abbatissa verè Prælata, & an possit excommunicare? quo ad primum negatiuè respondetur, neque Abbatissatum esse prælationem Ordinariam, de qua *in c. 1. de filiis presbyterorum in 6.* ita D. Thom. *in 4. dist. 25. art. 3.* esse tamen suo modo beneficium fœminarum, non verò masculorum. Petr. And. Gammatus *decis. manuscript. 24.* incipit *Die.* Flamin. *de resign. lib. 2. q. 1. n. 71. & lib. 3. q. 12. n. 4. & n. 14. & 15.*

Quoad secundum Abbatissis, secluso priuilegio aliquo, non est integrum ferre aliquam censuram, quamuis habeant suo modo curam animarum quo ad correctionem, & administrationem, *cap. dilecta, de maior. & obed.* non tamen habent claues Eccles. *cap. noua, de pœnit. & remis.* Nauarr. *cons. 73. de sentent. excomm.* Couarr. *in cap. Alma p. 1. §. 11. n. 2.* Vgolin. *de cens. tabul. 1. cap. 2. §. 7. n. 7.* Soar. *eodem tract. disp. 2. sect. 3. n. 7. & tom. 4. de Religione lib. 2. c. 9. n. 10. & seq.* Sayr. *de censur. lib. 1. cap. 5. n. 16.* quibus accedit Bonacin. *eodem tractat. q. 1. punct. 2. n. 4.* Valent. *tom. 4. disp. 7. q. 16. punct. 3. versus finem*, vbi cum Soto tradit Prælatas mulierum monialium non posse vti potestate propria iurisdictionis spiritualis, sed solùm commissione aliquorum actuum per ordinem ad correptionem, & disciplinam domesticam Monialium, & ex consequenti non posse præcipere sub mortali id, cuius transgressio non esset alioquin de se culpa mortalis. Atque ita excommunicare non possunt. Enriquez *lib. 3. de pœnit. cap. 2. num. 4.* nisi à Summo Pontifice Abbatissis ea potestas concedatur, ibi: §. 3. & in glossa *littera Q*, Neque in hoc committitur fœminis potestas clauium propriè, sed quidam actus, Enriquez *d. capite 2. num. 4. & lib. 13. de excommunica 1. cap. 24. n. 1.* possunt tamen implorare officium superioris, vt excommunicet inobedientes, Abbas *in d. cap. dilecta, de maior. & obed.* Capua *lib. 4. decis. cap. 5. n. 2.* Roderic. *de regular. tom. 1. quæst. 17. art. 12.* vnde quando Abbatissæ præcipiunt suis officialibus, vt excommunicent, officiales non authoritate Abbatissarum agunt, sed Romani Pontificis, seu superioris, Syluester *verb. Abbatissa, n. 6.* & Roderic. *d. art. 12. §. vnde Abbatissa.*

Ex dictis verum est de absoluta potestate Pontificia posse communicari iurisdictionem spiritualem etiam ad censuras ferendas fœminis. Nihilominus secundùm ius commune, & perpetuam Pontificum obseruantiam id nunquam fieri solet, nec talia priuilegia conceduntur: alij autem actus, qui minorem iurisdictionem exigunt, nonnunquam Abbatissis conceduntur: D. Thom. ita *in 4. dist. 19. q. 1. artic. 1. quæst. 3. ad 4.* his verbis, *fœmina non potest habere aliquam iurisdictionem spiritualem*, & infrà: *fœmina non habet clauem ordinis, aut iurisdictionis.* Addit autem *mulieri committi aliquem vsum clauium, quia mulieri datur habere correctionem in subditas mulieres, propter periculum, quod imminere posset, si illis mulieribus cohabitarent*, sic ille; quamobrem secundùm mentem D. Thomæ non conceditur vsus clauium quod verus actus iurisdictionis spiritualis concedatur, sed quia corripere Moniales, esto non sit actus iurisdictionis spiritualis, potest dici vsus clauium per quandam analogiam, cùm illud dominium corripiendi sit aliquo modo spirituale, cùm non reperiatur illa potestas corripiendi sine interuentu aliquo clauium, quatenus ille modus regiminis non possit esse sine approbatione Papali, ac proinde est veluti quidam vsus per claues concessus, Soarez *tom. 4. de Religione lib. 2. cap. 9. num. 11. & duobus sequentibus.*

7. Quæstio sexta, An Abbatissa possit præcipere aliquid Monialibus in virtute sanctæ Obedientiæ? Affirmat Azor. *part. 1. lib. 13. cap. 10. quæst. 7.* eo quia Moniales tenentur obedire Abbatissæ, illique dum profitentur obedientiam promittunt. Pars negans est certa, nec tenet factum, si hoc ita præcipiat, vt obliget instar præcepti sic impositi à Prælato. Ratio, quia ex Ecclesiæ vsu præcepta sic iniungere competit prælatis dumtaxat Ecclesiasticis, qui potestate spirituali præditi sunt, ita Ledesma *2. parte quarti quæst. 20. artic. 4.* Neque obstat votum obedientiæ factum Abbatissæ, quia intelligitur factum in ea forma ac potestate, cuius Abbatissa est capax, hoc est potestatis domesticæ, & ciuilis, & ex consequenti non potest iniungere præceptum spirituale, quale est in virtute sanctæ Obedientiæ, vel Spiritus sancti; cùm Abbatissa careat iurisdictione spirituali, Sanchez *lib. 6. in præcepta decalogi cap. 4. n. 45.*

8. Non est tamen negandum posse Abbatissam præcipere Monialibus aliquid sub pœna voti obedientiæ ipsi præstiti, vel in virtute obedientiæ ipsi debitæ: sicut quæcunque alia mater familias potest præcipere filiis, & filiabus suis in virtute obedientiæ ipsi debitæ, quia nullam aliam obedientiam hic modus præcipiendi exigit, nisi temporalem, ac ciuilem parentibus debitam, & ex consequenti deducitur non posse Abbatissam, nec Matres familias imponere præcepta spiritualia. Victoria *in Summa Sacrament.* vbi de clauibus, *num. 325.* Ludouic. Lopez *2. parte instructorij*: vbi etiam de clauibus *cap. 1. fol. 740.* Rodericus *tom. 1. regularium quæstione 15. articul. 1.* Dicuntur autem præcepta spiritualia, quæ tendunt in ordine ad finem spiritualem. Cùm ergo Abbatissa habeat gubernationem domesticam,

&

& politicam iostar matris familias solùm poterit imponere præcepta temporalia tendentia ad bonum rempotale, & politicum. Quæ præcepta colligabunt ex natura rei ad mortale, seu veniale materiæ præceptæ: sicut præcepta Principis Sæcolaris posita super re grauissima, aut leui obligant sub mortali, seu veniali pensata quantitate, seu qualitate rei violatæ.

9. Sic etiam Moniales sic, aut sic peccabunt in violatione rei præceptæ, vti peccant filij, & filiæ familias in transgressione præcepti paterni, aut materni, Sotus *in 4. dist. 20. qu. 1. art. 4. §. hinc fit*, Roderic. *de regularibus tom. 1. q. 12. art. 2.* Victoria *in relect. 2. de potest. Ecclesiastica. q. 2. n. 4 fol. 61. pag. 1. & 2.* vbi tradit Abbatissam non posse aliquid præcipere in forma præcepti, nec in virtute obedientiæ, vt dictum est, cùm non habeat prælationem ordinariam, sed quasi ex commissione, D.Thomas *vbi suprà, & quodlibet. 2. ad 2.* Tabien. *verb. Abbatissa num. 4. in fine*, Palud. *dist. 19. qu. 2. art. 1.* quæ sententia est probabilior, quamuis valde probabile sit Abbatissam esse capacem iurisdictionis non solùm commissariæ, sed etiam ordinariæ, vt sentit Panor. & alij cum glossa *in cap. dilecta, de maior. & obed.* Sed oppositum est probabilius, quia vt iurisdictio dicatur ordinaria, & non ex commissione, opus est, quòd sit perpetuo annexa Abbatissatui, Sanchez *lib. 2. de matrimonio disp. 40. num. 14.*

Tenentur tamen Moniales obedire Abbatissæ cùm teneantor seruare regulam, vbi obedientia continetur. Victor. *in d. relectione 2. n. 5.* dicit esse mortale nolle obedire Abbatissæ; quod non placet absolutè, melius Capua *decis. lib. 4. c. 5. n. 3.* docet esse mortale; aut veniale secundùm grauitatem, vel paruitatem rei præceptæ. Possunt autem Prouinciales seu Episcopi committere Abbatissis, vt vrgente necessitate iniungant Monialibus præcepta spiritualia, nimirum in virtute Sanctæ obedientiæ nemo hoc, vel illud faciat, ita Sotus *dicto §. Hinc fit*, Franc. Manuel. *de regularib. tom. 1. q 12. art. 2. in fine. & q. 15. art. 1.* Ludouic. Lopez. *2. p. instructor. c. 1. fol. 740.* & Henriquez *lib. 6. de pœnit. cap. 2. num. 4.* citra tamen excommunicationis pœnam, Sanchez in *præcepta Decalogi lib. 6. cap. 1. num. 23.*

10. Quæstio septima, An Abbatissa habeat iurisdictionē aliquam cōcessam ab eo qui regulam confirmauit ad cogendum, & puniendum Moniales, si fortè regulam violent? Respondetur affirmatiuè, & ex consequenti posse cogere ad obseruationem regularum, & punire trangressores illarum, quod ratione solius voti obedientiæ facere non poterat, Vasquez *1. 2. q. 96. art. 4. disp. 166. c. 4. n. 28.* Nec ea vis tribuitur mandatis Abbatissæ, quod à Prouinciali ea præcepta confirmentur, quia confirmatio nullam vim de nouo tribuit, sed antiquam solùm confirmat text. *in c. ex p. 13. & in c. quia intentionis 29. de privileg.* Suar. *de legib. lib. 8. c. 20. per totum*, tum quia confirmatio priuilegij nullum ius tribuit, sed quod antea erat conseruat, *c. præceptis*, ibi; *non nouum aliquid 12. dist. 2. c. inter dilectos, vers. cæterum de fide instr.* ibi; *confirmari tanquam priùs habita*, donari tanquam tunc tradita *c. quia diuersitatem, in principio, de concess. præben.* tum denique, quia confirmans nihil dat de nouo, Cabed. *Lusitan. p. 2. decis. 1. n. vlt.* Menoch. *cons. 191. n. 46. & cons. 351.* & constat ex receptissima confirmationis definitione, quod est iuris quæsiti corroboratio, Decius *in c. 2. à n. 43. de confirmat. vtil.* Mascardus *de probat. conclus. 404.* Tuscbus *tom. 2. littera C. conclus. 705.* & alij, quibus accedit Barbosa *in cap. cùm dilecta à num. 5. de confirmat. vtil.* & Sanchez *dicto lib. 6. cap. 1. à num. 26.*

Quæstio octaua; Vtrùm Abbatissa de iure possit recipere Moniales sine consenso Superioris, & admittere illas ad professionem? Sà *in Summa verb. Religio num. 65.* affirmat sine consensu Prouincialis, seu Episcopi, de consensu tamen Monialium, quia hoc ad Abbatissam, & Conuentum spectat, neque Episcopus potest præcipere monasterio sibi subdito, vt recipiat nouitias, Nauar. *de constitut. cons. 9. in 1. edit. num. 12.* Probatur ex traditis ab Abbate *in cap. continebatur, de his, quæ fiunt à Prælato vers. 2. num. 4.* vbi ait Abbatissam habere liberam administrationem sui monasterij, sicut Abbas, vt per Decium *in L. 2. num. 8. ff. de regul. iur.* & æquiparari Abbati, Flamin. *de resign. lib. 12. q. 4. num. 30.* Baldus etiam *in consilio 374. vol. 1.* Nihilominus hac in se standum est consuetudini præscriptæ, atque ita de consuetudine nulla nouitia admittitur ad religionem sine consensu Episcopi, seu Prouincialis, & hæc est praxis recepta. 11.

Quo ad secundum certi iuris est posse Abbatissam suarum Monialium professionem acceptare, ita Hostiensis, *in cap. consuluit, qui clerici, vel vouentes*, Archid. *cap. constitutionem, num. 1. verb. Emissa de regularibus in 6.* Azor. *suprà d. part. 1. lib. 12. cap. 5. quæst. 6.* eo quia acceptare professionem non est actus ordinis, nec iurisdictionis respondentis Ecclesiæ clauibus, sed est actus superioritatis, cuius est capax Abbatissa, & quam potest exercere in Moniales. Non tamen poterit acceptare professionem alicuius Monachi, quamuis ipsa regat monasterium virorum; non enim id sufficiet ad acceptandum professionem virorum ex sola Monasterij administratione, cùm ex ea tantùm non sit legitimus superior, Azor *suprà d. cap. 5. quæst. 4.* Syluester *verb. Religio 3. quæstione 18.* & quamuis Franc. *in d. cap. consuluit*, affirmet posse Abbatissam acceptare professionem virorum monasterij, cuius habet administrationem solam, verius est non posse, Anchar. *cap. constitutionem num. 2. notabil. 3. de regularibus in 6.*

Quæstio nona, Quænam Abbatissæ benedicantur, vel consecrentur? Respondetur Abbatissas communes, quæ triennales sunt non solere aliqua benedictione consecrari. Nauarrus *lib. 3. consil. in rubrica de regularibus cons. 4. n. 3. in 1. edit. & in 2. edit. de statu Monachorum cons. 2.* & vtrobique *num. 3.* Manuel. *tom. 1. regular. q. 12. artic. 3. fin.* consonat Conc. Trident. *sess. 25. de regular. cap. 7.* vbi prohibentur Moniales minores annis quadraginta, & quæ per octo annos professæ non fuerint, eligi, & per Episcopos benedici in Abbatissas, & ex constitutione Gregorij XIII. anno 1583. die 1. Ianuarij Abbatissa temporalis, quæ non nisi ad triennium eligitur, non est iure benedicenda, nisi Sedes Apostolica aliud decernat expressè, vel seruat contrarium, Nauarr. *d. cons. 4. de regul. lib. 3. fol. 574. in antiquis, & cons. 2. de statu Monacho. in nouis*, Miranda *in manuali Prælatorum in fine tom. 2. tract. de Sacris Monialibus q. 7. artic. 7. conclus. vnica.* & Quaranta *in summa, Bullarij verbo Abbatissa in fine.* Ex quibus colligitur 12.

Abbatissas aliquas benedici, perpetuas scilicet. An verò semel benedicta, si rursus eligatur in Abbatissam, debeat rursus benedici, Felinus *in cap. meminimus num. 5. de accusat.* credit benedictionem Abbatissæ esse iterabilem: Abbates autem benedictos non posse rebenedici tenet glossa *in cap. attendentes §. Statuimus, verb. benedicitur, de statu Monach.* Vnde iura, quæ statuunt Abbatissam electam, & confirmatam priuari Abbatissatu, si intra annum non benedicatur de perpetuis Abbatissis esse intelligenda, docet Rodericus *suprà q. 12. artic. 3. per totum.*

13. Quæstio decima, An Abbatissa sola habeat administrationem rerum sui Monasterij? Respondetur primò Abbatissam habere liberam administrationem sui Monasterij, vti habent Abbates, ita de Abbatissa Abb. *in c. continebatur n. 4. de his, quæ fiunt à Prælato, vers. secundò collige*: atque ita non obstante sexu fœmineo disponitur de rebus monasterij per Abbatissam, & Moniales, & sic est intelligendum, quod dicitur, potestas monasterij pertinet ad Abbatissam, ita vt non pertineat ad Moniales quo ad regulam, & regulæ formam, & pertinentia ad illam, & ad eandem super Moniales; quæ non habent aliquam potestatem supra Abbatissam; non tamen ad alienationes, quia tunc dispositio, seu alienatio fieri non potest sine consensu Monialium, vt dictum est, Redoan. *suprà q. 27. num. 4. & num. 16.* Fusc. *de visitat. lib. 1. cap. 2. num. 19.* Nauarrus *in comment. 3. de regularibus, in cap. nullam 18. §. ampliatur, fol. 100. pag. 1. in medio*, addens de Abbatissis, & Præfectis Monialium, administrationem omnem temporalem Monasteriorum pertinere ad illas exceptis illis, quorum fœmina est incapax. Requiritur item, vt accedat consensus superioris. Panor. *In cap. 1. in cap. de his, quæ fiunt à Prælato sine consensu Capituli*, vt contractus per Abbatissam, & per Moniales gesti valeant.

Item poterit sine Monialibus transigere super rebus, quarum dominium, vel possessio non est plenè, atque perfectè suæ Ecclesiæ incorporatum, ita de Abbatibus, seu Prælatis loquitur Abbas *in cap. 2. & cap. Statuimus, de transactionibus*, posse sine Capituli consensu, Alciatus in specie respondet *respons. 17. num. 8.* secundùm editionem Lugdunensem, & probatur ex Baldo *in L. Præses num. 6. C. de transact.* dum docuit, quando res aliqua nondum est perfectè acquisita Ecclesiæ & illi incorporata, Episcopum solum sine alterius consensu transigere posse, & illam aduersario remittere: Baldum sequitur Salicetus *col. 1. vers. sed quæramus*, & tacitè Iason, *ibidem, ad finem*: idem vult Baptista à Sancto Seuerino *tractat. de transactionibus q. 7. num. 7.* quos referens sequitur Menoch. *tom. 1. cons. 73. à num. 9.* idem sentit Abbas *in c. sua nuper, in fine de his, quæ fiunt à Prælato sine cons. cap.* dum tenet Prælatum solum donare posse noualia, quæ in sua diœcesi oriuntur, cum Ecclesiæ perfectè acquisita non dicantur. Cùm ergo Abbatissa æquiparetur Abbati, idem etiam poterit in hoc casu sine consensu Monialium, nisi aliter disponatur per statutum, seu consuetudinem sui ordinis. Vide *suprà §. 5. num. 5.*

14. Quæstio vndecima, An Abbatissa dum in eius potestate est diuidere inter pauperes aliqua legata relicta, possit suo Monasterio tanquam pauperi aliquid impertiri? Pars negans ex eo probatur, quia dicere ius sibi, vel suis est prohibitum. *L. qui iurisdictioni ff. de iurisdict. omni. iudic.* Item quoniam, quod aliquando inter alios conceditur, inter suos negatur omnino *in Authentica Quicunque modis. C. de Sacros. Eccles. & L. si tibi mandauero, §. Si tibi manda.* igitur Abbatissa non potest applicare bona pauperum suo Monasterio, cùm ita distribuens inter suos arbitraretur diuidere. Dicendum est tamē, quamuis testator reliquerit Monasterio speciale legatum, adhuc posse Abbatissam applicare aliquid Monasterio ex diuidendis, si pauper est. Anchar. *cons. 84.* Nauarrus *in summa cap. 25. num. 123.* Vnde pauperes, qui tenentur restituere aliquid pauperibus, etiamsi illud furto abstulissent, possunt sibi tanquam vni ex pauperibus aliquid applicare, præsertim in foro conscientiæ saltem de consilio confessarij, seu Episcopi: ideò quando pater est executor testamenti, potest eligere filios pauperes, quamuis censeantur idem cum patre, *L. final. C. de impub.* quia in foro conscientiæ cessat præsumptio fraudis, ita Cardinal. *consil. 39.* imò distributor ipse in pauperes, si verè pauper est, sicut cæteri, potest etiam sibi sumere tantum, quantum singulis eorum partitur, ita D. Thomas & Caietanus *2. 2. quæst. 32. artic. 9. ad 3.* modò id faciat intuitu pietatis, seu paupertatis: debet enim se referre tanquàm extraneum, prout probat Paulus *in clementina vnica, de testamen.* Capra *de execut. vltim. volunt. membr. 6. num. 169.* Flamin. *de resignat. lib. 9. quæst. 17. n. 121.*

Hinc fit, vt patronus possit præsentare filios, dum vacat beneficicium, Lambertius *de iure patronatus artic. 12. quæst. 8. princip. part. 1. 2. lib. num. 9. & sequentib. & articul. 13.* Similiter Episcopus potius consanguineis concedit in emphyteusim bona Ecclesiæ solita emphyteuticari, quàm extraneis. Est communis, teste Bursato *consil. 127. num. 4. & 78. lib. 2.* Non tamen potest patronus præsentare se ipsum ad Ecclesiam vacantem, *cap. per vestras*, vbi Abbas. Ioannes Andreas. *de iure patronatus* Lambertus, *eodem titulo 1. part. lib. 8. quæst. princip. artic. 1. num. 6. & artic. 2. num. 10.* Quin imò nec procurator constitutus à patrono potest præsentare ipsum patronum, ita fuisse iudicatum refert Caputaquens. *decis. 397. lib. 2.* eo quia nominatus, & nominans debent differre, & actus factus contra formam est nullus, Neuisan. *cons. 70. num. 73.* Alciat. *respons. 271. num. 1. & 2.* & concessio etiam corruit ex defectu formæ, vel mandati, Menoch. *cons. 72. num. 10. & de arbitrar. casu 201.* Menchac. *tractatu de success. abintest. §. 4. num. 52.* atque in hoc claudicat regula illa, *Charitas bene ordinata incipit à se ipso, cap. non satis distinct. 86. Matth. 22. diliges proximum tuum sicut te ipsum, & Ecclesiastici. 33. 2. Melius est enim, vt filij tui te rogent, quàm te respicere in manus filiorum tuorum.* Et 1. *ad Timotheum. 5. Discat*, inquit, *primum domum suam regere. L. præses C. de seruit. & aqua*, Baldus *consil. 312. col. 1. post medium lib. 4.* ait quòd charitas bene ordinata plus amat se in vnguibus pedis, quàm proximum in vertice capitis. Fallit tamen hæc regula, eo quia si quis habeat ab aliquo potestatem eligendi, vel nominandi non potest se ipsum nominare *L. si mandauero §. si tibi certum*, & *ibi* Barthol. *& communiter ff. mandati* Roch. de Curt. *tractat. de iure patron. verb. honorificum num. 15.*

num. 25. Bertachin *de Episcopo lib.1.part.3.q.24.* item data potestate creditori vendendi pignus, non potest sibi vendere, Baldus *in l. ordo col.2. C. de exequut. rei iudi.* Nec si commissi alicui pecuniam, vt det illam, cui voluerit, non potest illam sibi assumere *l.si mandauero §. tibi centum ff.mandati.* Potest tamen quis praestare consensum electioni de se ab aliis factae, & eius consensus computari potest inter suffragia caeterorum, ita textus *in cap.cùm in iure peritus, de electione,& ibi* glossa, quod intelligitur, si in forma compromissi habeatur, vt compromissarij possint eligere vnum ex se ipsis: nam tunc ipsi poterunt efficere, & electus potest consentire electioni de se factae, & eius vox computabitur, vt fit maior numerus, & maior pars censeatur, Spino *in speculo testamen.gloss.* 27. *princip. num.* 56. Azeued. *ad Curiam Pisanam lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 1. *cum sequent.* Cened. *ad Decretal. collect.* 99. *num.* 2. Azor *instit. moral. part.* 2. *lib.* 10. *cap.* 4. *quaest.* 5. *vers. quaeres etiam.*

Ambigi tamen potest, Cur is, qui habet facultatem eligendi, non possit se ipsum eligere, nec se instituere, aut praesentare in beneficio, in quo ipse est patronus, & tamen in electione, quae fit per compromissum possit quis suffragari pro se, & conferre sibi votum suum, vt electionem de se factam perficiat? Respondetur rationem esse, ne iste se ipsum eligentem, & praesentantem in vitium ambitionis incidat, glossa, & alij *in cap. per nostras, de iure patron.* at verò in electione quae fit per compromissum bene potest fieri electio vnius de se ipsis, quia in compromisso electio non incipit, vel inchoatur primò à praedicto compromissario, seu ab aliis, à se verò ipso tantum perficitur, & consummatur, quod non contingit etiam in electione, quae per scrutinium fit secretum, vt *in cap.Cumana* 50. *de electione.* Azeued.*d. cap.*11.*num.*7. Syluest.*verb. electio* 2.*quaest.* 18. & Miranda *in manu.Prelator.tom.* 2. *quaest.*23. *art.* 40. *conclus.* 2. *vers. sed est difficultas*: & ideo exequutor deputatus ad distribuendum inter pauperes potest, si est verè pauper sibi aliquid assumere, & inter filios pauperes cessante fraude, diuidere, Aragonius 2.2.*quaest.*32.*art.*9.*pag.*775.Mexia *in tract.Tassa panis conclus.*6.*num.*49.*in principio*, Gonzales *gloss.* 28. *num.* 28. & *gloss.* 2. *num.* 54. Caldas Pereira *de potestate eligendi cap.*13.*num.*9. & Mascard. *de probat. conclus.*531. *num.*171.

25. Quaestio duodecima, An Abbatissa possit concedere aliquid monialibus ad vsum suum irreuocabiliter, verbi gratia, lucrum manuum suarum, vel annuos reditus absque vitio proprietatis? Respondetur nullum superiorem posse concedere Regularibus facultatem retinendi aliquid ad vsum irreuocabilem, Nauar. *conf.*47.*num.*2.*tit.de Regularibus in* 1. *editione, & conf.* 15.*n.* 2.*tit.de statu Monachorum in* 2. *editione*, Aloys.Ricc. *in praxi aurea resolut.* 194. Anton. Cucch. *lib.* 3. *instit. maiorum tit.* 1. *num.* 112. Cordub. *in summa quaest.* 54. *notab.* 2. *versic. la secunda manera*, Graff. *decis. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 27. & Ludouicus Lopez 1.*part.instruct.cap.* 154. *col.* 2. *vers. secundum genus*, dicentes esse contra votum paupertatis possidere religiosum aliquid ad vsum independenter, à Superiore irreuocabiliter.

Quinimò ex textu *in cap. Monachi, de statu Monachorum*, ibi: *Monachi nec peculium permittantur habere.* Deducunt aliqui ex hoc textu non posse Praelatum Regularem concedere suis subditis peculium ad nutum reuocabile, ita Felinus *in cap.cùm M.num.* 26. *vers.eadem reassumit, de constit.* Tapia *in Authen. ingressi C.de Sacros. Eccles. verb.ipso ingressu cap.*3. *num.*54. pro quo afferunt *Cap.cùm ad monasterium, de statu Monachor.* ibi, *prohibemus nequis Monachorum proprium aliquo modo possideat.* Caeterùm multo probabilius est, & in praxi satis tutum, integrum esse Praelatis regularibus concedere peculium ad nutum reuocabile ad vsus licitos & honestos ex causa iusta, ita Nauarrus *conf.*20.*num.*5.*de regularibus*, aliàs *conf.* 14. *num.* 5. *de stat. Monach.* Cordub. *in Summa quaest.*54. *opin.*2. Fr. Manuel *tom.*3. *quaest.*29.*art.*8. & *in summa tom.* 2.*cap.*31.*num.* 3. *in principio*, Azor.*instit.moral.part.*1.*lib* 12.*cap.*12. *quaest.*1. & Sanchez *tom.*2 *lib.*7.*cap.*22.*num.*5. vbi *num.*6.addit licitum esse peculium ex causa iusta, non obstante, quod tam *in cap praedicto Monachi*, & *cap. cùm ad monasterium*, interdicatur regulariter, & vniuersaliter religiosis peculium, quia id intelligitur, quando peculium conceditur ob leues causas, non autem quando permittitur ob causas iustas.

His autem è contrario obstat *cap. non dicatis* 12.*quaest.* 1. & fortiùs Concil. Trident. *sess.* 25. *de regularibus*, vbi Religiosa solenniter professa nihil habere potest, quod in rigore verè sit proprium in particulari. Per quae iura censuit sacra Congregatio Regulares vtriusque sexus non posse tenere proprium, sed teneri tradere omnia superioribus, à quibus subueniatur primò dum eguerint, & reliqua expendantur in vsum caeterorum, Azor *part.*1.*lib* 12.*cap.*9. *quaest.* 2. *ad finem*, & Franciscus Leo *in thesauro fori Eccles.par.* 2.*cap.*1.*num.*41.

Nihilominus facile soluuntur illa iura, quae loquuntur de Religiosis, qui retinent aliqua vt propria pro victu, & vestitu, & aliis independenter à Superioribus irreuocabiliter per illos, & sine eorum licentia distrahunt, secus si quae habent reuocabiliter retinent de licentia suorum Superiorum, siue sint census annuus, siue reditus vitalitij, ex quibus possint viuere, ac succurrere sibi in suis necessitatibus semper parati dimittere ad libitum Superiorum, Nauarrus *in cap.nullam* 18. *quaest.* 2.*cap.*3.*à num.*25. cum aliis ibi relatis.

An verò iura supradicta *in cap. Monachi, & in cap. cùm ad monasterium*, sint correcta per Concil. Trident. *dicta sess.* 25. *cap.* 2. ita vt peculium, quod iure antiquo concedebatur Religiosis, hodie nullo modo liceat etiam adhibitis moderationibus supra positis asserunt Passarel. *in priuilegio fratrum Minorum, post cap.* 43. *sub tit. de proprietate abdicanda, paulo ante finem, in versic. vbi est priùs aduertendum*, Valent. 2. 2. *disput.* 1. *quaest.* 4. *punct.* 3. *col.* 2. *corol.*4. Lessius *de iustitia lib.* 2. *cap.* 4. *dub.*5.*num.* 30. Molina *de iustitia tractat.* 2.*tom.* 3. *disput.* 276. *col. penultim. versic. verùm autem.* Azor *supra lib.* 12. *cap.* 9. *quaest.* 2. dicentes peculium, quod attento iure antiquo Religiosis concedi poterat, hodie post Concil. Trident. non esse licitum.

Dicendum tamen est posse concedi hodie, quia verba Concilij Tridentini, nihil noui iuris induxerunt, sed solùm confirmarunt statuta iuris antiqui, nec habent maiorem vim contra peculium, quàm verba Concilij Lateranen. de quo *in dicto cap. Monachi*, & ideo hodie ex iusta causa potest concedi peculium ad superioris nutum amouibile, Nauarr. *dict. comm. 2. de regularibus num. 15. & 18. & conf. 14. num. 6. de statu Monachorum*, Fulu. Pacian. *conf. 36. à num. 99. tom. 1. vsque ad num. 102.* Fr. Manuel *tom. 2. regular. quæst. 125. art. 4. ad finem, & tom. 3. quæst. 29. art. 10. in principio*, & alij, quos referens sequitur noster Sanchez *tom. 2. lib. 7. cap. 22. num. 11.* vbi *num. 12.* addit posse Superiorem peculium concedere ad vsus Religiosi indeterminatè, quia semper intelligitur ad vsus honestos, & licitos, Lessius *lib. 2. de iustitia cap. 4. dub. 5. num. 37.* Manuel *tom. 2. summa cap. 31. numero 3.*

Ex dictis sequitur posse Abbatissam concedere Monialibus licentiam accipiendi, & expendendi quantitatem moderatam arbitrio prudentis, sicut potest Prælatus suis Religiosis, quia Abbatissa habet liberam bonorum sui monasterij administrationem, sicut Abbas, vt dictum est, quoad ea quorum fœmina est capax: atque ita potest Monialis de licentia Abbatissæ cellam suam suis vsibus deputatam cum omnibus paramentis, & ornamentis ad illam spectantibus dare Cardinalis *conf. 17. num. 5.* & Cucch. *lib. 3. instit. maior. tit. 4. num. 64.* dum ait non minorem administrationem habere Abbatissam, quam Abbatem, sequitur Manuel *tom. 1. regul. quæst. 17. art. vltim.* Accedit Sorbus *in compendio priuilegiorum mendicantium, verb. dare, in declaratione motus proprij de largitione munerum fol. 192. & sequentib.* dicens Abbatissam esse superiorem ad faciendam facultatem largiendi Monialibus, *notabili 4.*

Quin imò Abbatissa potest dare Monialibus licentiam habendi peculium, quando Superior Religionis illam dare potest, ita Corduba *in summa quæst. 54. dub. vltim. dicto 3.* Fr. Manuel *tom. 1. Summæ in 2. edit cap. 90. num. 9. conclus. 4.* & Ludouicus Lopez *1. part. instruct. cap. 155. col. penultim. & lib. 2. de contractibus cap. 4. col. 4. versic. Tertiò dicimus.* Cùm ergo Abbatissa sit dispensatrix, & gubernatrix bonorum monasterij, potest remittere Monialibus lucrum manuum suarum, ita Bart. à Ledesma *in summa Sacramentorum tractat. de pœnit.* vbi de clauibus, *difficult. 4. in fine*, & Lopez *lib. 14. verb. proprio, tit. 7. partit. 1.* intercedente tamen causa iusta.

16. Quæstio decimatertia, An Abbatissa possit concedere licentiam ad ingrediendum Monasterium? Hac de re aliquid suprà *disput. 21. §. 6. num. 12.* Non posse tamen Abbatissam facere hanc facultatem, colligitur ex Concilio Tridentino, *sess. 25. cap. 5. de regularib.* ibi. *Ingredi autem in septa Monasterij nemini liceat cuiuscunque generis, aut conditionis, Sexus, vel ætatis fuerint, sine Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis obtenta, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda.* Quod etiam interdicitur *in cap. vnico, de statu regularium in 6.* Dare autem hanc licentiam tantùm Episcopus, vel Superior debet in causis necessariis: nomine Episcopi intelligitur Prouisor à Capitulo nominatus ad hanc licentiam concedendam respectu Monialium, quæ sunt subditæ Episcopi, ita Fr. Ioannes à Cruce *cap. 5. dub. 2. conclus. 3. notab. 1. de statu Relig. lib. 1.* quem referens sequitur Barbos. *in remiss. ad Concil. sess. 25. cap. 5. num. 12.* Nomine verò superioris intelligitur etiam Generalis, seu Prouincialis Ordinis, quibus Monasteria sunt subiecta, vt est communis.

An verò nomine Superioris intelligatur Abbatissa, vt possit eam licentiam ingrediendi concedere? Affirmant Nauarrus *in summa cap. 28. addit. 2. à num. 143. cap. 25.* ex ea ratione, quòd Abbatissa sit verè Superior Monasterij sui, *cap. dilecta, de excess. Prælat. cap. attendentes §. statuimus, de statu Monachor.*

Verius tamen est non posse Abbatissam hanc licentiam dare, quia eius est hanc facultatem concedere, cuius est Monialibus clausuram indicere, sed hoc non spectat ad Abbatissam: igitur non potest illam dare cùm ipsa præcepto clausuræ etiam obligetur, ita Nauarr. sibi contrarius *comment. 4. num. 59. versic. Tertiò, quòd causa, de regularibus*, Fr. Manuel *tom. 1. regul. quæst. 46. num. 2.* Azor *tom. 1. lib. 13. cap. 8. quæst. 6.* Capua *lib. 4. decis. cap. 23. num. 6.* & alij, quos referens sequitur Sanchez *tom. 2. lib. 6. cap. 16. numero 21.* vbi *numero 23.* addit posse Superiorem concedere generalem Abbatissis licentiam in casibus frequenter occurrentibus, aut confessariis, quando Prælati non tam sunt ad manum: tunc tam ipsa, quàm ipsi poterunt facere facultatem ingrediendi. Sic Nauarrus *dict. comment. 4. num. 60. versic. quartò, quod dubitari*, Capua *suprà dicta num. 6. fine.* Quòd si Abbatissa, aut Confessarius non habeant facultatem generalem ad concedendum ingressum in casu repentino, Nauarrus & Graffis *suprà* videntur sentire non esse necessarium licentiam existente periculo in mora petere: tunc potest Abbatissa concedere ingressum ex præsupposita, seu præsumpta Prælati voluntate, Fr. Manuel *tom. 1. regul. q. 46. art. 2. in fine, & quæst. 47. art. 4. in fine.* 17.

Quæstio decimaquarta, Quid possit Abbatissa circa beneficia, & an possit suspendere clericos Ecclesiarum sibi subditarum? Quo ad primum dico posse præsentare clericos in Ecclesiis vnitis ex constitutione Pij Quinti edita anno Domini 1566. ita Rota *decis. 21. de præbendis, in antiquioribus*, incipit, *Quædam Vicaria*, vbi ait posse Abbatissam in Ecclesia sibi pleno iure subiecta ponere Vicarium, quod notat Innoc. *in cap. Lateranens. de præbend.* & gloss. *in cap. cum plantare §. in Ecclesia, de priuilegiis*, & quamuis curæ commissio non competat fœminis, ius tamen potest conuenire Monasterio, & potest committere exercitium curæ viro capaci: proinde Abbatissa poterit præsentare eum Monialibus, & Ordinarius instituet præsentatum.

Similiter si ex priuilegio habuerit Capellas, vel ex præscriptione legitima pleno iure sibi subditas, id est, tam in spiritualibus, quàm in temporalibus, vt gloss. ait *in capit. Abbates, de priuilegiis, lib. 6.* potest ibi, Clericos, & Capellanos instituere, eisque conferre titulum, & possessionem, non poterit tamen facere facultatem exercendi curam animarum

animarum, quia hoc pertinet ad Ordinarium examine præuio, Syluest. *verb. Abbatiſſa num. 5.* Rodriquez *tom. 1. regul. q. 17. artic.* 12. Item poteſt etiam capellanos ſuſpendere ab officio, & beneficio, ſubtrahereque præbendas, & præcipere, ne celebrent donec ſatisfecerint, Vega *lib. 2. caſu. 5. 6. 7. 8.* Franc. Marq. *tom. 1. q. 953. per totam,* Enriquez *lib. 3. de pœnitent. cap. 2. num.* 4. vbi ait impropriè poſſe ſuſpendere, & prohibere, ne clerici, niſi ſatisfacta parte celebrent: ac proinde ea ſuſpenſio non eſt propriè cenſura; & ideo, ſi celebrent non contrahitur irregularitas: id enim non conceditur Abbatiſſis, cùm talis ſuſpenſio non proficiſcatur à claui Ordinis, quæ non eſt apud fœminas propter excellentiam Ordinis, Rodriquez *d. q. 17. art. 12. §. Vnde Abbatiſſa* Baldus, & Enricus *in cap. dilecta, de maior. & obed.*

Vt autem hæc meliùs percipiantur, notandum eſt Abbatiſſas ratione publici muneris, & officij & dignitatis accedente Pontificis conſenſu capaces eſſe iuriſdictionis ſpiritualis, & ex conſequenti poſſe beneficia conferre, clericos inſtituere, & deſtituere, & officiales nominare ad exercendum ſuam iuriſdictionem & ad cenſuras ferendum, Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 13. cap. 10. q. 5.* Flores de Mena *variar. q. lib. 1. q. 10. num. 4.* Couarr. *in cap. Alma p. 1. §. 1* [illegible] *num. 2.* & Vgolin. *de cenſur. tabul. 1. cap. 2. §. 7. num.* 5. Vnde Abbatiſſæ ratione dignitatis poſſunt habere beneficiorum collationem Rebuff. *in tract. nominat. q. 8. num. 9.* Boër. *deciſ. 32. num.* 10. Gonzal. *ad regulam 8. gloſſ. 22. num. 12. & 13.* & inſtitutionem, quæ dat poſſeſſionem, & titulum, non autem illam per quam conceditur poteſtas exercendi curam animarum, Miranda *in manuali Prælatorum in tract. de ſacris monialibus quæſt. 6. art. 5. concl. 4. in principio.*

18. Quæſtio decimaquinta, Quomodo dicatur Abbatiſſa ſuſpendere ab officio, & beneficio clericos ſibi ſubiectos? Reſpondetur vt dictum eſt, poſſe ſuſpendere non ſtrictè, nec propria impoſita ſuſpenſione, & interdictione, qua violata contrahitur irregularitas; ſed impoſita prohibitione, vel priuatione, quæ largo modo ſuſpenſio vocari poteſt; & propriè non aliud eſt, quàm quoddam Abbatiſſæ mandatum licitè ab ea impoſitum, Azor. *d. lib. 13. cap. 10. quæſt. 6.* Miranda *d. articul. 5. quæſt. 4. verſ. ad primum*, Valer. Reginal. *in praxi for. pœnitent lib. 32. numer.* 23. dicens Summum Pontificem *in d. cap. dilecta*, præcepiſſe ſeruare mandatum Abbatiſſæ, non tanquam cenſuram Eccleſiaſticam, ſed vt præceptum ſuperioris: & ideo non vocauit ſuſpenſionem, ſed ſalutare monitum, ad quod obſeruandum vult Moniales; & clericos Abbatiſſæ ſubditos cogi cenſura Eccleſiaſtica, Mar. Alter. *de cenſuris lib. 3. diſput. 7. cap. 5. prope finem, verſ. ad argumentum deſumptum*, vbi dicitur; quòd ſuſpenſio impoſita ab Abbatiſſa, non erat vera cenſura, & ideo Pontifex *in d. cap. dilecta*, mandauit Epiſcopo, vt clericos, qui contempſerunt ſuſpenſionem Abbatiſſæ compelleret per cenſuras Eccleſiaſticas ſalutaria monita, & mandata illius obſeruare.

Item Abbatiſſis ſolet concedi, vt per ſuos officiales poſſint excommunicare: in quo euentu ipſi non aſſumunt poteſtatem excommunicandi ab Abbatiſſis, ſed à Summo Pontifice ad mandatum Abbatiſſarum, idem dicendum eſt de aliis cenſuris, ſuſpenſionis, & interdicti, quamuis latiùs loquendo, de his prout ſignificant prohibitionem aliquam duntaxat poſſit interdum per eaſdem Abbatiſſas fieri, iuxta determinationem capitis *dilecta de maior, & obedientia*, Soar. *tom. 4. de Religione lib. 2. cap. 9. num. 15. verſ. dices ergo, fol.* 103.

Quæſtio decimaſexta, An Abbatiſſa poſſit eſſe procuratrix pro ſuo monaſterio? Reſpondetur affirmatiuè, vt per Duennas *regul.* 311. *verſ. tertiò fallit*, & ideò poteſt contrahere, cùm habeat liberam adminiſtrationem bonorum ſui monaſterij; ſicut Abbas, & Monachus reſidens cum licentia in ſtudio à ſuo Prælato habet licentiam contrahendi, & obligandi monaſterium ex ea cauſa, & ſtandi in iudicio, Cucch. *inſtitut. maior. lib. 3. de Abbate titul. 3. numer. 38. & num. 51. & ſequent.* & colligitur ex traditis à Molina *de iuſtitia diſput. 261. & 264.* Panormitanus *in cap. 2. de his, quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capituli,* ſubdit poſſe Abbatiſſam contrahere, valetéque geſta per illam accedente conſenſu Capituli, ſui cùm æquipararetur Abbati Abbatiſſa in rerum Abbatialium adminiſtratione, Baldus *in cap. 1. in principio, qui feudum dare poſſunt.* Imò cùm Abbatiſſa æquipararetur Abbati tam in iuriſdictione ſæculari, quàm Eccleſiaſtica, poteſt officia ſæcularia, & beneficia Eccleſiaſtica, ſi habeat caſtrum, non ſecus atque ipſe Abbas, eo modo quo dictum eſt, conferre, *cap. cùm dilecta, de confirmat. vtili:* non tamen poteſt eligere confeſſorem, Syluester *verb. confeſſor. 1. §. 8.* Viualdus *Candelabro 3. part. cap. 5. numer.* 14. Enriquez *lib. 3. de pœnitent. cap. 13. numer. 3. verſ. at Abbatiſſa.* 19.

Quæſtio decimaſeptima, An Abbatiſſa poſſit irritare, ſeu diſpenſare in votis ſuarum Monialium? Pars negans ex eo videtur vera, quia ſi quis extra Religionem emittat votum obedientiæ in manibus alicuius Epiſcopi, is nequit irritare illius votum; ſicut nec poteſt obligare illum ad obſeruationem illius: Imò nec punire, ſi votum tranſgrediatur, vt eſt certum, prout Vaſquez 1. 2. *quæſt. 96. articulo 4. diſput. 165. cap. 4. numero* 25. Ratio, quia per eam ſubmiſſionem non acquiritur de iure Eccleſiaſtico aliqua iuriſdictio in vouentem; neque in ea emiſſione voti continetur conditio dependens ex voluntate, ſeu conſenſu illius Prælati. Item, quia poteſtas irritandi ſatis eſt quòd ſit apud Prælatos ſuperiores ipſius Abbatiſſæ. Propterea Azor. *part. 1. lib. 11. cap. 17. quæſt.* 3. non concedit abſolutè Abbatiſſis poteſtatem irritandi vota; ſed ſolùm quando vota ſunt incommoda bonæ gubernationi totius familiæ. 20.

Pars tamen affirmans eſt verior, & in praxi ſecura, eo quòd Moniales, & Prælatis, & Abbatiſſis emittunt vota obedientiæ, Sanchez *libro 4. in præcepta Decalogi cap. 33. numero* 18. per quæ acquirunt Abbatiſſæ poteſtatem in Moniales, ſicut Prælati in ſuos Religioſos: inſuper, quia non minorem Abbatiſſæ poteſtatem habent in actus Monialium, quàm mater tutrix in actus impuberum, ſed mater tutrix poteſt irritare eorum vota, vt omnes concedunt, Viualdus *Candelabro tertia parte capite 14. numero 97. verſ.*

verſ. nequit mater, Syluester *verb. Religio. 2. q. 13.* Sanch. *d. lib. 4. cap. 35. num. 73.* Ergo & Abbatiſſæ poterunt irritare vota monialium. Sic Angles *in floribus 2. p. q. vnica de voto art. 7. difficult. 7.* Leſſius *lib. 2. de iuſtitia cap. 40. dub. 13. num. 107. verſ. Abbatiſſa*, Soarez *tom. 2. de Religione tractat. de voto lib. 6. cap. 7. numer. vltim.* quamuis Abbatiſſæ eiſdem Monialibus faciant facultatem vouendi: ea tamen non obſtante adhuc poſſunt irritare illis vota, ita Sayr. *in claui. lib. 6. cap. 10. numer. 7. verſ. hinc eſt, & numer. 13. fine*, Vaſquez 1. 2. *quaſt. 96. diſput. 165. cap. 4. numer. 28. & num. 29.* vbi credit ratione iuriſdictionis poſſe Prælatos Religionum irritare vota ſuorum monachorum, & eadem poteſtate poſſe vti Abbatiſſas erga Moniales ſibi ſubditas, quæ irritatio erit propria, & directa, ita vt ſemel irritata vota omnino expirent, & nunquam reuiuiſcant, Sanchez *d. lib. 4. cap. 33. num. 10.* poſt Soarez *ſuprà de voto d. lib. 6. cap. 7. num. vltim.*

Ad argumentum dicendum eſt, ideò Prælatum non poſſe irritare vota hominis non religioſi emittentis votum obedientiæ in illius manibus; quia votum obedientiæ ita factum, non eſt votum religioſi, cùm illud emittens religioſus non ſit, neque per ius Eccleſiaſticum introductum eſt, vt per illam ſubiectionem acquiratur aliqua iuriſdictio in hominem ita vouentem; neque illud votum habet tacitam conditionem dependentem ex illius Prælati conſenſu, ſicut cætera vota veri religioſi habent, dum fiunt dependenter à ſuo Prælato, Vaſquez 1. 2. *q. 96. art. 4. diſp. 165. cap. 4. num 25.* quem ſequitur Sanchez *d. lib. 4. cap. 24. num. 35.*

Quod attinet ad diſpenſandum in votis Monialium concluſio ſit, non poſſe Abbatiſſas diſpenſare in votis illarum, niſi ex ſpeciali comiſſione Pontificis, quæ hactenus ignoratur fuiſſe ab eo conceſſa. Ratio rationis eſt, quia Abbatiſſæ de iure ſunt incapaces iuriſdictionis ſpiritualis, quæ neceſſaria eſt ad diſpenſandum, Soarez *d. lib. 6. de voto cap. 10. numer. 15.* Leſſius *lib. 2. de iuſtitia cap. 40. dub. 13. num. 107.* & Sanchez *d. lib. 4. cap. 39. n. 7.* poſt alios.

21. Quæſtio decimaoctaua. Quid poſſit Abbatiſſa in commutatione votorum ſuarum Monialium? Reſpondeo poteſtatem commutandi vota non procedere à iure naturali, ſed conceſſam eſſe Prælatis à Chriſto Domino ſicut, & poteſtatem diſpenſandi, & eſſe quid ſpirituale, ita Azorius *tomo 1. lib. 11. cap. 19. quaſtion. 18.* Sanchez ſuprà *lib. 4. cap. 37. numero 3. iuncto numero 16. & cap. 49. numero 21.* Atque actum iuriſdictionis ſpiritualis Eccleſiaſticæ ait eſſe de fide diſpenſandi poteſtatem, Suarius *d. lib. 6. de voto cap. 10. numero 1.* Vnde ſequitur non poſſe Abbatiſſas commutare vota Monialium, Sanchez *cap. 39. à numer. 7. & cap. 49. numero 24.* poſt Manuelem Rodriquez *tom. 1. regular. quaſt. 25. articulo 7.* Cùm ergo tam commutatio, quàm diſpenſatio ſit actus iuriſdictionis ſpiritualis, non poterit Abbatiſſa vti illis actibus erga Moniales, niſi ex ſpeciali Pontificis commiſſione, Rodericus *d. articulo 7.* Leſſius *d. dub. 13. num. 107.* Suar. *d. cap. 10. num. 15.* & alij, quibus accedit Sanchez *d. cap. 39. num. 7.*

Probatur ex traditis ab eodem Leſſio *d. cap. 4. dub. 12. numer. 100.* & à Sayro *in Claui Regia lib. 6. cap. 11. num. 85. ad finem*, vbi volunt poteſtatem diſpenſandi de iure communi competere tantùm Prælatis habentibus iuriſdictionis in foro externo, & eiſdem etiam quibus competit ordinaria poteſtas diſpenſandi in votis, competere ordinariam etiam ſpiritualem poteſtatem commutandi, & è contra ita Syluester *verb, votum 4. q. 3. dicto 2.* Soar. *ſuprà lib. 6. cap. 12. num. 4.* cùm vtraque ſit ſpiritualis iuriſdictionis poteſtas in foro externo, & cui vna competit de iure ordinatio, competit altera, Tolet *lib. 4. Summa cap. 18.* Petrus de Ledeſma *tom. 2. cap. 8. tract. 10. in fine tertiæ partis*, & Tabien. *verb. diſpenſatio. q. 9. n. 11.*

Nihilominus cuilibet integrum eſt commutare votum ſuum in rem euidenter meliorem, & ideò hic actus nullius eſt iuriſdictionis, proinde Laicis & fœminis hæc poteſtas poteſt competere, & valet ſic facta commutatio. Deducitur ex *cap. ſcriptura, de voto*, ibi: *Reus fracti voti aliquatenus non habetur, qui temporale obſequium in perpetuam noſcitur Religionis obſeruantiam commutare.* Ratio, quia obſeruantia Religionis perpetuæ eſt quid melius euidenter, ſequitur caput *peruenit. 3. de iureiurando*, his verbis: *promiſſum non infringit, qui illud in melius commutat.* Secus dicendum de commutatione voti in bonum euidenter æquale: hoc autem quamuis probabile ſit poſſe fieri commutationem propria vouentis auctoritate, prout tradunt Manuel. 2. *tom. ſumma cap. 100. num. 4. concluſ. 4. in principio*, Aragon. 2. 2. *quaſt. 88. articul. 12. dub. 1. diſtinct. 3.* Soarez *tract. de voto lib. 6. cap. 20. num. 4. in principio*, & Alcozer *Summa cap. 16.* vbi de commutatione votorum, *concluſ. 6. fol. 58. pag. 1.* Nihilominus non poſſe fieri niſi auctoritate Prælati, eſt probabilius interpretantis vice Dei eam eſſe voluntatem. Eſt enim difficillimum, nec dicam impoſſibile, attingere hanc æqualitatem; & ideo neceſſariam eſſe authoritatem Prælati, vt fiat commutatio voti in rem æquè bonam, ita Caietanus 2. 2. *quaſt. 88. artic. 12. column. 2. verſ. & confirmatur hoc in fine, & in ſumma verb. votum, cap. vltim.* Couarr. *de pactis 1. part. §. 3. num. 4. verſ. eſt enim Prælati*, Graffis 1. *part. deciſ. lib. 2. cap. 30. num. 6.* Azor. *tom. 1. inſtit. moral. lib. 11. cap. 18. quaſt. 2.* Sayr. *in Claui lib. 6. cap. 12. num. 8.* & Soarez *ſuprà lib. 6. cap. 19. à num. 3.*

Quare in hoc dubio non poſſe Abbatiſſam commutare vota Monialium in rem æquè bonam, cùm ad hoc neceſſaria ſit iuriſdictio ſpiritualis, tradunt Manuel *tom. 1. Regularium quaſt. 25. articul. 7.* Sanchez *lib. 4. cap. 49. numer. 12.* ſicut *cap. 39. numero 7.* docuit non poſſe eandem in Monialium votis diſpenſare, cùm ſit actus iuriſdictionis ſpiritualis, cuius fœmina non eſt capax. Secus dicendum de irritatione votorum, in quibus poteſt Abbatiſſa, vt dictum eſt, *num. 20.* quia ad hoc ſufficit poteſtas dominatiua, quam habet in Moniales, ita Alcocer. *in Summa cap. 16.* & Petrus Ledeſma *cit. cap. 7. ad finem.*

An verò poſſit Abbatiſſa diſpenſare cum Monialibus in ieiuniis & legibus Eccleſiaſticis? Affirmat Enriquez, *lib. 3. de pænitent. cap. 2. numer. 3.* ex commiſſione Prælati vrgente cauſa; ſed verius eſt non poſſe, quia diſpenſare in legibus Eccleſiaſticis ſpectat ad poteſtatem ſpiritualem, cuius non eſt capax Abbatiſſa, Sanchez *libro 6. cap. 1. numero 24.* Barboſ. *allegat. 36. num. 14.*

22. Quæstio decimanona. Quomodo possit Abbatissa visitare sua monasteria? Respondetur secundùm *Clementinam attendentes*, *de statu Regular.* debere aliis committere visitationem, cùm claustra exire non possit, habetur *in Extrauag. vas electionis*, Pauin. *in tract. de visitatione q.33*. Fusc. *eodem titulo lib.1.cap.2.num.15*. & alij apud Flamin. *de resignat. lib.3.q.12.n.8.* & Anton. Cucch. *in instit. maior. tit. de visitatione.* Azor. *2. p. lib.3. cap.40.q.9.*

23. Quamuis enim Abbatissa possit habere duo monasteria annexa, *cap. vlt. de religios. domi. cap. cùm singula, de prebendis in 6.* non tamen potest præfici duobus, etiamsi vnum habeat in titulum, aliud verò in commendam, Flamin. *suprà q.18. num.41. & 42.*

24. Quæstio vigesima, An Abbatissa, seu Moniales possint benedicere, seu prædicare? Responsio est negatiua, Decius *in cap.2.num.149. & sequent. de iudic.* Beller. *disquisit. cleric. p.1. tit. de discipl. clerical. §. num. 9.* quia in lege gratiæ fœminæ hoc officio non funguntur; sicut apud Gentiles, teste Platone *lib.6. de legibus*, & Dionysio Halicarn. *in 2. antiq. Roman.* tum quia fœminis non licet in Ecclesia loqui, Apostolus *1. ad Timotheum.*

25. Quæstio vigesimaprima, Vtrum Moniales habeant casus reseruatos, & quis eas possit absoluere? Pars negans ex eo probatur, quia, teste Geminiano *in cap. generali, in casu tertio, de electione in 6.* Masculinum non includit fœmininum in pœnalibus, & odiosis: idem alij apud Gabrielem *tit. de verborum significat. conclus. 6. num.23. §. contrarium*, Alexandr. *cons.29. tom.3.* Cùm igitur casus reseruati à Clemente VIII. pro Regularibus solùm de masculis loquantur, & nulla fiat mentio de fœminis Monialibus, vt legenti illius decretum datum Romæ 26. die mensis Maij 1593. parebit; nullo modo extendetur ad Moniales. Accedit statutum Correctorium viens nomine masculino, vt vult Dyn. & Ioan. de Imola *in l. si ita scriptum sit filiabus ff. de legatis 2.* Cardinalis Florentin. *in Clementina 1. de electione*, quem sequitur Alexander. *d. cons.29. n.11. lib.3.* Non enim fit extensio in correctoriis. *l. præcipimus. C. de appellationibus.*

Nihilominus dicendum est Moniales subditas alicui Ordini regularium habere eosdem casus reseruatos, quos habent regulares illius Ordinis, per quem ipsi Moniales reguntur. Nam sicut ipsæ gaudent priuilegiis ordinum, quibus subduntur, ita etiam debent subdi eorum pœnis; quia qui sentit commodum, debet etiam sentire onus: & in priuilegiis masculinum comprehendit fœmininum, Baldus *in cap. ad audientiam, col. vlt. de rescriptis*, Iason. *in l. Gallus col.13. ibi, quintò moueor ff. de lib. & posthum.* Iuuat, quia in rescriptis etiam masculinum concipit fœmininum. *cap. significauit, & ibi* Scribentes, *de rescript.* vbi est text. quod sub illa clausula, & quosdam alios etiam intelliguntur fœminæ, Iason *in d. l. Gallus.* Ergo idem dicendum est in nostro casu.

Nec refert quod dicitur in materia pœnali masculinum non continere fœmininum, quia id est verum, quando pœna est irrationalis; secus si est rationi consonum, & fit in vtroque eadem ratio, Glossa *in verb. neptis*, & *ibi* Curt. *in d. l. Gallus*, text. *in l. si quis id quod ff. de iurisdict. omnium iudic. in vers. sed & vtrumque sexum*, vbi est textus in materia pœnali, & odiosa. Accedit, quia cùm reseruatio fiat in fauorem religiosæ disciplinæ, & vt arceantur vitia, & puritas monastica conseruetur, quamuis hoc fiat per legem pœnalem, debet tamen tanquam fauor extendi ad moniales, cùm respiciat fauorem vitæ religiosæ; sicut extenduntur multa in fauorem Reipublicæ, quæ videntur pœnalia, & odiosa, Iason *in d. l. si quis id quod col. 1. ff. de iurisdictione omnium iudicum* sequitur Anton. Gabriel *conclusionum lib.6. conclus. 6. ex numer. 1.* post plures *ibi* à se relatos, quibus adhæret, modò hoc procedat in dispositione legis, non autem in dispositione hominis, ita Antonius Gabriel *ibi numer.4.* post Ruinum *cons.124. volum. 3.* & sentit Angelus *cons.289.* Nam in dispositione hominis in materia odiosa, nimirum in exhæredatione masculinum non concipit fœmininum, textus *in l. 1. §. sed etsi incertum ff. de vent. in possess. mitten.* & *ibi* Glossa, Bartol. *in l.1. ff. de verb. signific.* idem Antonius Gabriel. *vbi suprà num.11.* Glossa *in cap. generali, de electione in 6.* Ideò si testator exhæredet filios, non venient filiæ, *tom.2. commun. opinio. tit.34. de verborum, & rerum significat. num.206.* vbi dicitur masculinum prolatum ab homine in casu odij, non contineri fœmininum: secus si à lege, per textum *in dict. lect. 1. §. sed & si incertum.* Rodriquez *tom.1. Regular. quæst.47. art.3. ad finem*, per quam regulam probat ibi tam Abbates, quàm Abbatissas facientes aditum in sua monasteria prætextu licentiarum reuocatarum, de quibus Gregorius XIII, *in sua constitutione*, incipit. *vbi gratiæ, & indulta*, incurrere censuras, & pœnas, ibi contentas, quamuis in Bulla dicatur duntaxat quemcumque prætextu licentiarum; sub qua dictione *quemcumque*, subintelligitur dictio *quæcumque* etiam, quia est eadem ratio vt vtrumque contineatur: & constitutio habeat vim legis, & cùm sit eadem ratio in odiosis masculinum comprehendi fœmininum.

Porrò Moniales, quæ subduntur Episcopis, casus in ea diœcesi habent reseruatos, siue habeant adiunctas censuras, siue non; sicut cæteri fideles eiusdem territorij. Est certum, & absque vlla dubitatione. vltra hos casus habent etiam omnes censuras Papales communes aliis etiam Monialibus. Item omnes censuras impositas ab eisdem Episcopis superioribus, quorum absolutiones ipsi sibi reseruant. Quando verò excommunicationes sunt à iure nulli reseruatæ, possunt Moniales, sicut & cæteri fideles à quouis Confessario suo approbato absolui in foro conscientiæ, ita Nauarr. *in Summ. c.27. n.19.* post Innocent. & Hostiensi *in c. nuper de sentent. excomm.* Couarr. *in c. Alma §.1 a. n.4. & 5.* Enriquez *de excomm. lib.13. c.28. num.5.* ex tacita iuris commissione. Similiter etiam Moniales possunt absolui ab excommunicatione lata ab homine generaliter per suum Confessarium, nisi superior earum reseruet sibi specialiter absolutionem, idem Nauarrus *citat. num.44.* & Enriquez *d. num.5. in fine.* Absolutio denique non potest impedi à Confessario, quando excommunicatio fertur in aliquem nominatim: tunc enim reseruatur absolutio auctori excommunicationis, sicut & quando mota iam lite, fertur in priuatam personam, Enriq. *d. n.5 in fine.*

Contra hanc doctrinam est textus *in c. nuper cit.* quem dicit singularem Barbat. *in c.2. de solut.* ex quo colligitur quando absolutio excommunicatio

cationis nulli reseruatur à iure, à solo Episcopo posse impendi regulariter, sicut per idem *cap.* nuper colligitur etiam regulariter Episcopum posse absoluere excommunicatum generaliter per hominis, & iudicis Sententiam, si non sit alteri reseruata; & in specie etiam id tradit Imol. *in cap. graue de prebendis*, quia cùm generalis sit, siue sit à Summo Pontifice, siue ab inferiori æquipollet Canoni, & statuto, vt explicatur *in cap. à nobis de sententia excommunicationis*, ita Hostiensis, & Ioan. Andr. *in cap. excommunicamus, de hæreticis*, vnde Parochus non poterit, nec alius idoneus Confessarius absoluere ab hac excommunicatione, vt multi iuris pontificij professores tradunt post Glossam communiter receptã *in c. 2. de pœnitent. & remiss.* Henricus Botæus *in tract. de Synod. 3. p. art. 5.* & ex Theologis Durandus *in 4. sententia. d. 18. q. 4. art 2.* Palud. *q. 5. art. 1.* idem asserit in excommunicatione lata per canonem Cõcilij generalis, aut Romani Pontificis. Nihilominus supra dicta non cogunt nos discedere à communi opinione affirmante in casu de quo agimus posse etiã absoluere à supradictis excõmunicationibus, aut Episcopũ, aut Parochum. Ita D. Thom. *in 4. d. 18. q. 2. art 5.* Ioan. Maior. *q. 2. ibid. dub. 12.* quando non sunt alteri reseruatæ; idem aiunt Syluest. *verb. absolutio 1. q. 5.* Angel. *eodem verb. §. 11.* qui omnes tradunt posse sacerdotem parœcialem absoluere quando expresse excommunicatio non est alteri reseruata, quorum opinionem probat etiam Couar. *dicto §. 12. num. 1. capitis Alma*, & pari ratione eandem potestatem absoluendi ab excommunicatione nulli reseruata concedunt Doctores omnibus confessariis expositis, qui ex priuilegio, vel ex commissione absoluunt à mortali, nec obstat inter casus Episcopo reseruatos numerari excommunicationem iuris, quia id solùm procedit pro foro externo, quando publicè constat. Sic dicitur esse reseruatam Episcopo absolutionem blasphemiæ publicæ, quæ pro foro conscientię non est reseruata. Ita Enriq. *d. cap. 28. n. 5.* ideo possunt etiam confessarij ritè expositi sicut & proprius Parochus absoluere pro foro conscientiæ ab omni excommunicatione nulli reseruata. Nauar. *in Summa Cap. 27. num. 39.* Sor. *d. 22. q. 3. art. 2.* quos sequitur Soarez *tom. 5. de censur. disp. 7. sect. 4. num. 8* vbi ait secundum mentem antiquorum Theologorũ appellatione proprij sacerdotis venire omnem illũ qui habet potestatem absoluendi à mortali. Vnde concludit posse ab excommunicatione nulli reseruata absoluere quemlibet expositum confessarium, cùm ipso iure appellatione proprij sacerdotis ipse contineatur Suarius *vbi proximè*.

Quæstio est an possit Episcopus reseruare pro Monialibus aliquot ex casibus nominatis à Sũmo Pontifice Clem. VIII. in suo decreto sibi subditis? Affirmatiuè respondetur, vt constat ex ipso decreto ibi. *Nemo ex regularium superioribus peccatorum absolutiones sibi reseruet, exceptis iis, quæ sequuntur aut omnibus, aut eorum aliquot prout subditorum vtilitati expedire prudentes in domino iudicauerit.* Cùm ergo Episcopus sit superior Monialium, quæ illi obedientiam præstiterunt, poterit aliquot ex iis casibus, qui in ipso decreto continentur, vel omnes sibi reseruare. At verò aliqua alia peccata præter illa non poterit reseruare, nisi ex peculiari mandato, seu licentia Papali, cùm aliorum peccatorum reseruatio non aliter possit fieri, quàm generalis capituli in toto ordine, aut Prouincialis in Prouincia matura discussione, & consensu, quod pro Regularibus apertè conceditur; non verò pro Episcopis vt constat ex *dicto decreto Clementis VIII.*

Poterunt tamen Episcopi quatenus superiores illarum aliqua prohibere sub excommunicatione latæ sententiæ, reseruaréque eorum absolutiones sibi, sicut communiter vti solent his verbis: *Nobis reseruamus*; quæ censuræ, cùm sint ab homine, expirant Episcopo sublato, vel amoto ab officio: secus verò de casibus à iure Episcopo reseruatis, de quibus per Syluestr. *verb. casus n. 3.* quia hi casus perseuerant eo sublato; sicut durant casuum reseruationes factæ ab Episcopo in sua diœcesi per modum statuti, seu perpetuæ legis, seu constitutionis, verbi gratia, si dicat, quorum absolutio reseruetur nobis, & successoribus, seu sedi Episcopali: tunc enim non expirat reseruatio donec reuocetur à successore, ita Guaranta *in Bullario de casib. reseruatis tit. quod ordinary fol. 167. §. postremò aduertendum*, post Nauar. *in Summ. c. 27. n. 2. & n. 73.* ad quæ facit text. *in c. fin. de officio delegat. & in c. 2. §. statuto de constitut. in 6.*

Cæterùm quatenus superior Monialium non poterit exceptis supradictis aliquod peccatum sibi reseruare, propria scilicet authoritate, sicut superiores etiam Regularium nequeunt, vt patet ex prædicto decreto, & tradit Suarius *tom. 4. de pœnitentia disp. 28. sect. 3. n. 11. fol. 665. pag. 2. fine, & seq.* vbi *n. 12. &* 13. putat posse superiores Regulares, locales etiam post ordinationem Clementis VIII. præcipere suis religiosis sub excommunicatione latæ sententiæ illius absolutione sibi reseruata, ne videlicet cùm domo exeunt ingrediantur aliquas domos oppidi: quoniam Clemens VIII. non prohibuit nisi reseruationem alicuius peccati, non verò censuræ: Nam peccatum non est censura, atque ita non debet esse extensio vnius ad aliud, quæ sententia est tenenda, quamuis non posse superiores eas censuras ferre post decretum Clement. VIII. aliis viris doctis visum fuerit, Soarez ibi, etiamsi securiùs, & meliùs id faciat de consensu Capituli prouincialis.

De potestate, & obligatione Generalium in toto suo ordine, & Prouincialium in sua Prouincia.

§. VII.

EPITOME.

1. *Generales religionum quomodo eligantur, & quæ cõditiones requirantur, vt electio sit legitima?*
2. *Generalis ordinum statim, vt eliguntur confirmantur, & habent curam animarum, & declarant dubia suorum statutorum.*
3. *Generales habẽt iurisdictionẽ quasi Episcopalẽ, & instar Patriarcharũ, & quænã possint agere?*
4. *Generalium iurisdictio sit ne ordinaria, an delegata.*
5. *Generales, & Prouinciales in omnibus in quibus non sunt prohibiti possunt expressè dispẽsare.*
6. *Generales quidam sunt perpetui, quidam non, & an possint leges condere?*
7. *Generalis Societatis est perpetuus. An ligetur legibus à se conditis?*
8. *Generalis Societatis habet potestatem interpretandi constitutiones Societatis, & quantum valeat eius interpretatio?*

9. Generali

9. *Generali competit potestas constituendi reliquos Superiores inferiores.*

10. *Vndenam accipiat potestatem in subditos, à Congregatione generali ne, à qua eligitur, an à Romano Pontifice.*

11. *An Generalis cum Capitulo generali possit obligare subditos ad arctiorem Regulam.*

12. *Ministri Prouinciales, & alij Prælati Minorum, an peccent statuentes aliquid contra Regulam, aut præter illam.*

13. *Generalis potest communicare suffragia Indulgentiarum, orationum, ac beneficiorum spiritualium quibuscumque deuotis, & benefactoribus eiusdem Societatis ex priuilegio.*

14. *Idem potest Prouincialis in sua prouincia. Neuter tamen iure ipso potest concedere Indulgentias.*

15. *Prælati generales per se, vel per alios professos, quos elegerint, dispensare possunt cum nostris circa ieiunia, & cibos prohibitos.*

16. *Præpositus Generalis, & de eius licentia Prouinciales, ac eorum Vicarij, possunt dispensare cum nostris in quauis irregularitate, excepta homicidij voluntarij certi, bigamia, & mutilationis membrorum.*

17. *An possint Generales, seu Prouinciales in suos subditos ferre excommunicationes pro rebus deperditis.*

18. *Quisnam possit absoluere ab excommunicatione, & irregularitate contracta ex mala administratione Sacramentorum.*

19. *Præpositus totius Ordinis regularis potest charitatiuum subsidium petere à Monasterijs sui Ordinis pro expensis necessariis ad gubernationem Ordinis, vrgente necessitate aliqua.*

20. *Prælati, tam Generales, quàm Prouinciales, & locales exempti, possunt dispensare cum subditis in votis, & iuramentis. Item, in votis volentium intrare suum Ordinem.*

1. IN primis ex vsu, & institutione vniuscuiusque Religionis Supremus Prælatus debet eligi iuxta formam capitis, *Quia propter. de electione*, prout *ibi* Glossa, & Abbas *num.7.vers. Circa.& num.8. vers. Et placet.* Rota *decis. 5. in principio, de electione, in nouis.* Francisc. Marq. *decis.* 992. *lib.*1. Ludouic. Miranda *in manu. Prælat. tom.* 2. *q.* 23. *art.* 3. *conclus.* 1. Neque Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 6. *de regularibus*, derogat dispositioni dicti capitis, *Quia propter.* Sed illum probat per hæc fermè verba: *In electione Superiorum quorumcunque Abbatum temporalium, & aliorum Officialium, ac Generalium, & Abbatissarum, atque aliarum Præpositarum suffragia ferri debent secreta, vt omnia rectè, & sine vlla fraude fiant; in primis Sancta Synodus districtè præcipit, omnes supradictos eligi debere per vota secreta, ita vt singulorum eligentium nomina nunquam publicentur.* Et infrà: *Si verò contra huius decreti constitutionem aliquis electus fuerit, electio irrita sit, & qui alio modo se eligi permiserit, ad omnia officia in Religione obtinenda inhabilis existat.* Hæc ibi.

Vt autem electio sit legitima, requiritur primò, quòd persona eligenda sit baptizata, eò quia sine charactere baptismali nullus est capax spiritualis iurisdictionis. Secundò, debet habere legitimam ætatem, quæ ad minimum debet esse vigintiquinque annorum, iuxta *cap. Cùm in cunctis. de elect.* confirmatum à Concilio Tridentino *sess.*24. *cap.*11. *de reformatione.* Et quamuis hæc iura generaliter loquantur de omnibus dignitatibus ecclesiasticis, quibus animarum cura est annexa, non est dubium, sub illis comprehendi etiam Prælationes regulares, quæ sine dubio curam habent animarum ordinariam: hæ verè Prælationes ecclesiasticæ sunt, ac dignitates. Porrò, cùm in Episcopis postuletur ætas triginta annorum completa, *d. cap. In cunctis.* per textum, ibi: *Nisi qui iam trigesimum ætatis suæ annum exegerit.* vt Gregorius XIV. Constitutione sua publicata 15. Maij, 1591. expressis declarauit verbis, ibi, *annum trigesimum expleuisse.* Menoch. *de arbitris, casu* 427. *num.* 24. Enriq. *in sum. lib.*10. *c.*19.§.3. *lib.*14. *cap.*9. *in princ. vers. Ad Episcopatum.* Azor 2. *part. lib.* 6. *cap.*5. *in princ.* In inferioribus tamen non est dubium sufficere ætatem vigintiquinque annorum, nisi ex peculiari Statuto Religionis à Summo Pontifice confirmato alia ætas maior exigatur; etiamsi supremus Generalis totius Religionis participet valdè iurisdictionem episcopalem; nemo tamen illius ætatis extensionem facit ad ætatem Episcopo deputatam; & ideò quoad ætatem regulari debet per ætatem datam cæteris inferioribus dignitatibus. Iuuat Suarius *tom.* 4. *de Relig. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 7. *per totum.*

Tertiò, requiritur, vt Generalis eligendus sit expressè professus eiusdem Religionis, *cap. Cùm ad nostram. de electione*, vbi non Monachus in Prælatum regularem eligi non potest; sicut nec potest eligi Religiosus illius Religionis in Prælatum, quam non fuerit solenniter professus. Ludouicus Miranda *in manuali Prælatorum, tom.*2. *quæst.* 23. *artic.* 11. *conclus.* 5. *vers.* 8. Idem habetur *in cap. Officij. eodem titulo*, ibi, *Non possit eligi in Abbatem; vel dispensare.* Vnde Legatus non potest dispensare, vt professus in vna Religione, in alia in Prælatum prouincialem eligatur. Fr. Emmanuel *regularium tomo* 2. *quæst.* 52. *artic.* 9. Requiritur ergo, quòd eligendus sit professus expressè, vt habetur *in cap. Nullus. de electione, in* 6. Quod additum fuit ad tollendam omnem dubitationem. Et additur: *Quòd si secùs actum fuerit, eo ipso irritum habeatur.* Debétque hæc expressa professio esse in eadem Religione, vt statuitur *in Clementina* 1. *de electione*, vbi prohibetur, ne Religiosus aliquis in Abbatem, vel Prælatum alterius Religionis, vel habitus de cætero eligatur. Quòd si secùs extiterit actum, sit eo ipso irritum, atque inhabile.

An verò, si aliter fiat electio de non professo, aut de professo in alia Religione, sit electio irrita ipso iure? Panormit. *in d. cap. Cùm causam. de elect. num.* 6. sic loquitur: Item nota, quòd electio facta in Ecclesia regulari de non professo venit irritanda, consuetudine contraria non obstante. Hodie verò est ipso iure nulla per *cap. Nullus. de electione, in* 5. Quare videtur sentire ante *cap. Nullus.* electionem non esse ipso iure nullam. Nihilominùs oppositum est dicendum: quia iure communi requiritur, quòd eligendus sit professus, *cap. Cùm ad nostram. de electione*, vbi irritatur electio, in qua quidam fuit electus in Abbatem, priusquàm esset Monachus. Præterea, quia illa conditio, quòd eligendus sit professus, aliàs inhabilis, ponitur tanquàm de forma substantiali electionis, & vt necessaria, tam ex parte eligendi, quàm ex parte eligentium. Ita Hostiensis *in d. cap. Cùm causam. num.* 7. Fauet Fr. Emmanuel

tom. 2. regularium quæst. quæst. 12 3, *art.* 4. & Nauarrus *commento* 3. *de Regularibus*, *in principio*, *num.* 2. vbi dicunt, Reges Hispaniæ, quibus Adrianus VI. concessit in suis Regnis ius præsentandi Abbates, & alios Prælatos Collegiatarum sæcularium, & Regularium, saltem consistorialium, non potuisse ante hoc indultum præsentare, & multò minùs post Concilium Tridentinum ad Prælaturas regulares personas sæculares; nec Regulares alterius Ordinis, Garcia *de beneficiis*, *p.* 7. *cap.* 10. *num.* 14. & constat ex *cap. Cum singul.* §. *Prohibemus. de præbendis*, *lib.* 6. vbi, qui non est professus Religionem, regulari præfectura, aut prælatura non est dignus.

2. Generales ergo Religionum vbi primùm eliguntur canonicè, statim confirmati censentur à Sede apostolica. Constat ex Clemente IV. statuente, vt Generalis Minister Ordinis Minorum statim, postquàm electus secundùm Regulam, & Constitutiones fuerit, eo ipso verus eiusdem Ordinis Generalis Minister effectus curam animarum Fratrum ipsius Ordinis plenam habeat, & liberè gerat, ipsósque Fratres authoritate propria ligare, ac absoluere, necnon in Ordine agere valeat, quæ ipse Minister, & Diffinitores ad hoc electi, iuxta Constitutiones Ordinis, eidem Ordini, & Fratribus secundùm Deum viderit expedire, prout habetur in Monumentis Ordinum, & in Compendio priuilegiorum Mendicantium, *verb. Generalis Ordinis*, *num.* 1.

Idem ostenditur ex Pij V. *Constitut.* 63. incipit, *Ea est officij nostri*. Dat. quinto Nonas Iunij, 1568. Reformationis Tertij Ordinis S. Francisci, per hæc verba: *Plenam ius* (Generalis, scilicet, in toto Ordine, & Prouincialis in sua Prouincia) *liberámque authoritatem, ac in spiritualibus, & temporalibus iurisdictionem omnimodam habeant. Domos, ac Monasteria, & loca quæcunque, necnon personas vtriusque sexus, tam in capite, quàm in membris, visitandi, & corrigendi, vagantes, & quoscunque alios puniendi, carcerandi, mutandi, transferendi, Ordinibus, officiis, & administrationibus deponendi, excommunicandi, suspendendi, interdicendi, & restituendi*. Sic ibi. Hanc plenissimam iurisdictionem significat verbum illud, *Plenam*. Ius plenum nanque dicitur, cui nihil deest, & cui nihil addi potest, *cap.* 1. & *ibi Gloss. verb. Plenè*, *de censibus*, Rolandus *com.* 76. *num.* 53. & *sequent. vol.* 4.

Quoad confirmationem: statim, vt electus est Generalis à Sede apostolica, confirmatur eius iurisdictio: quod sanè priuilegium est amplum. Nam de iure electus ad regimen cuiuscunque Ecclesiæ, aut Religionis, si ante confirmationem se intromittat in administrationem suæ dignitatis, tam in spiritualibus, quàm temporalibus per se, vel per alium in toto, vel in parte, ipso facto priuatur omni iure per electionem quæsito. Fr. Manuel *tom.* 2. *de Regularibus*, *quæst.* 32. *art.* 2.

Idem priuilegium habet nostra Societas. Nam Præpositus Generalis illius, cùm primùm est electus, iuxta Societatis Constitut. eo ipso fit verus ipsius Religionis Præpositus, cum libera, & omnimoda cura, & administratione omnium, quæ ad felix regimen, & prosperam directionem Societatis pertinent, potestque plenam exercere iurisdictionem in omnes sub eius obedientia degentes, vbicunque commorantes, etiam exemptos, etiam quascunque facultates habentes. Paulus III. *in Litteris apostolicis*, *pag.* 29. & *in Compendio, verbo*, *Generalis*, §. 1. *pag.* 79. & *sequentibus*. Additur per priuilegium Eremitarum S. Augustini, eo ipso, quòd electioni Generalis de se factæ consentit authoritate apostolica confirmatus intelligendus est, & liberè administrare, & exercere potest, quæ ad suum officium pertinent, reiecta quauis appellatione subditorum sibi ratione dicti officij, quæ ab eius præceptis, monitionibus, ordinationibus, mandatis, & decretis regulari disciplinæ eorundem quomodolibet interponi contingat. Habetur *in priuilegio dicti Ordinis Eremitarum*, *fol.* 35. *pag.* 2. & refertur *in Supplemento Minorum*, *fol.* 133. *pag.* 1. & *verbo*, *Confirmatio Prælatorum*, *num.* 1. *fol.* 156. Fauet Aldret. *de disciplina tuenda*, *lib.* 1. *cap.* 3. *ex num.* 5.

Denique per facultatem concessam Ordini Prædicatorum Præpositus Generalis Societatis authoritate apostolica declarat (quoad serenitatem illaturn conscientiarum, quæ sibi subiectæ sunt duntaxat) dubia, quæ super nostris Constitutionibus, priuilegiis, indultis, gratiis, & exemptionibus à Sede apostolica concessis emerserint. Iul. II. *in priuilegiis Prædicatorum*, *fol.* 173. quod postea Gregorius XIII. in sua Constitutione concessit Societati, *pag.* 234. in hunc modum: *Si quid dubij de pertinentibus ad institutum, Constitutiones, & priuilegia Societatis oriri contigerit, ad Sedem apostolicam, vel ad Generalem Præpositum, aut ad eos, quibus id ipse commiserit, referatur*. Quæ facultas intelligitur iuxta canonem quartæ Congregationis Generalis 21. Suar. *d. tom.* 4. *lib.* 10. *cap.* 14. *num.* 15.

Ex dictis habetur, Generalem habere iurisdictionem quasi episcopalem, seu patriarchalem. Fr. Manuel *regularium quæstionum tom.* 1. *quæst.* 12. *artic.* 5. *ad medium*, *versic. Generales verò*. & in eo est iurisdictio suprema ex vi sui muneris, per quem vniuersa Societas regitur, & ab ipso ad inferiores immediatè, vel cum dependentia manat, vt ex Bullis, & Constitutionibus constat de Præposito Generali Societatis. Paulus III. *in Bulla Confirmationis primæ nostri Instituti*, *edita statim in principio*, vbi sic habet: *Cuiusque gradus iudicium, & officiorum discretio, ac distributio tota sit in manu Præpositi*. Et infrà: *Iubendi autem ius totum penes Præpositum erit*. Et tam in ea Bulla, quàm in prima Bulla Iulij III. additur, prout in Constitutionibus explicatur: in quibus idem dicitur, Præpositum, neque Generalem habere omnimodam gubernationem in omni Societate, ac potestatem admittendi, & dimittendi personas Societatis, & ius creandi Prouinciales, & reliquos inferiores, &, quod amplius est, Vicarium etiam Generalem sibi post mortem nominare, qui præsit Societati, & conuocet ad Generalem eligendum, prout habetur *in octaua Parte Constitutionum*, *cap.* 4. *paragr.* 1. quod etiam habetur, & specialiter commendatur in Congregatione quarta Generali *Canon.* 18. Suar. *tomo* 4. *de Religione*, *lib.* 10. *cap.* 4. *num.* 6. *ad finem*. 3.

4. Et autem Generali iurisdictio ordinaria, eámque in vniuersos Religiosos exercet, sicut Prouincialis in tota Prouincia, nisi quatenus illius fuerit limitata, vt apparet ex Constit. Prædicat. *dist.* 2. *cap.* 2. *in Glossa*, *Mare magnum eorundem*, traditur *in compendio priuilegiorum* Sorbi annotationibus, *verb. Guardianus*, *num.* 4. Confessius *in Summario priuilegiorum*, *tit.* 11. *cap.* 1. *vers. Et propterea indicat*. Frater Manuel *Regular.*

Regular. tom. 1. *quæst.* 17. *art.* 4. & Victorinus *in modo procedendi in causis regul. cap.* 2. *num.* 2. ideò Clerici regulares, seu Monachi indistinctè coram suo Abbate sunt conueniendi, vel accusandi, præterquàm de grauissimis criminibus depositione dignis, ex cap. *Quantò. de officio Iudicis ordinarij*, *in Glossa*, *Si Prælati*, *cap. Nullam.* 18. *quæst.* 2. Barbosa *in d. cap. Quanto. num.* 6. & Aldret. *de religiosa disciplina tuenda*, *d. cap.* 3. *num.* 27. In aliquibus tamen casibus potest Generalis iurisdictionem delegare, etiam Prouinciali, ad alicuius negotij expeditionem, quod ex particulari causa Generali reseruatur. Visitatores etiam à Generali creati non sunt Ordinarij, sed delegati, vt constat ex *cap. Cùm in singulis. de statu Monachorum*, vbi Glossa *verbo*, *Vice nostra.* Et ideò expirat officium Visitatorum morte Generalis: quod non fieret, si esset iurisdictio ordinaria, *cap.* 2. *de officio Legati*, *lib.* 6.

5. Quanta autem sit potestas Generalis, & Prouincialis, ex eo colligitur, quòd in omnibus, in quibus non sunt expresè prohibiti, possunt cum subditis dispensare. Ita Bernard. *in cap. At si Clerici. de iudic.* Sylnester *verbo*, *Dispensatio*, §. 14. vbi loqoitur de Episcopis, quibus sunt pares Religiosorum Prælati habentes iurisdictionem quasi episcopalem, Panormitanus *in d. cap. At si Clerici.* §. *de adult. num.* 13. vbi Episcopi possunt dispensare in casibus, in quibus non inuenitur prohibitum. Cotta *in memorab. verbo*, *Episcopus*, Enriquez *in Summa*, *lib.* 10. *de Sacramento Ordinis*, *cap.* 35. *num.* 2. *littera D. & de matrim. lib.* 11. *cap.* 5. *num.* 2. *& in commento littera N.* Sanchez *de matrimonio*, *lib.* 1. *disp.* 61. *num.* 3. Suarez *tom.* 4. *de pœnitentia*, *p.* 2. *disputat.* 25. *sect.* 1. *num.* 13. *& de legibus*, *lib.* 6. *cap.* 14. *sub num.* 3. Et quamuis contrarium de Episcopis asseratur, posse illos in lege canonica dispensare, quando illis expresè, vel tacitè conceditur facultas dispensandi, provt volunt Vgolinus *de potestate Episcopi*, *cap.* 57. §. 1. Mar. Alter. *de censuris*, *tom.* 1. *disput.* 8. *cap.* 3. *vers. Sed controuersia.* & alij, quos sequitur Barbosa *allegat.* 33. *num.* 18. Attamen, ne discedas a communi opinione, posse, scilicet, Episcopos, & Generales, & Prouinciales, & reliquos Superiores locales dispensare cum subditis, vbi non inuenitur prohibitum. Frater Manuel *tom.* 1. *regularium quæst. quæst.* 17. *artic.* 6. *versic. Ita cùm Prælati. & infrà vers. Si tamen.* cùm hæc potestas illis competat ex vi muneris sui, Sanchez *lib.* 4. *in præcepta Decalogi*, *cap.* 39. *à num.* 3. *ad num.* 8. vbi de hac re plenè, subdens, Prælatos superiores Regularium posse inferioribus reseruare aliquorum votorum dispensationem. Suarez *tract. de voto*, *lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 17. dicens, Prælatum superiorem posse inferiori reseruare aliquam irritationem, sicut & potest aliqua alia circa regimen, & absolutionem reseruatorum. Sanchez *suprà cap.* 33. *num.* 17.

6. Porrò, Ministri generales Ordinis Minorum fiunt à solis Ministris Prouincialibus, & Custodibus reformatis, tam cismontanis, quàm vltramontanis, in Capitulo Generali dicti Ordinis, in festo Pentecostes, in loco, quem Generalis Minister cum Capitulo generali proximè præcedenti duxerit assignandum, ad quod Capitulum omnes Ministri, & Custodes, siue vocales, tam cismontani, quàm vltramontani, teneantur accedere. Ita Leo X. *in Bulla vnionis.* Idem ordinauit, vt habetur *in Supplemento*, *fol.* 29. *concess.* 93. *&* 94. quòd Minister Generalis eligatur alternatim de Fratribus cismontanis, & vltramontanis, qui tantùm per sex annos durare possit, ita quòd si Minister generalis per sex annos de cismontanis Fratribus electus fuerit, sequentibus sex annis de vltramontanis Fratribus eligi debeat. Qui modus alternatis vicibus in perpetuum à Fratribus prædictis obseruetur. Quod spatium supradictum Sixtus V. confirmauit, nimirum, sex annorum pro Generalibus, & trium pro Commissariis generalibus, Prouincialibus, & aliis: quod obseruauit Fr. Manuel. *tom.* 1. *quæst. regularium*, *quæst.* 52. *artic.* 2. *fol.* 242. & habetur *in Compendio Mendicantium*, *tit. de Offic. Ordinis*, *num.* 3. vbi statuitur per Bullam vnionis Leonis X. quòd Ministri Generalis officium possit durare per sex annos, quibus expletis ipso facto sit absolutus à Generalatus officio, & pro tali ab omnibus habeatur. Quod ordinatum fuit etiam circa Ministros Prouinciales, quòd non possint durare vltra triennium in suis officiis.

Cæterum, Præpositus Generalis in Societate 7.
est perpetuus, vt constat ex *Constitutionibus*, *p.* 9. *cap.* 1. vbi statuitur, quòd Generalis ad vitam eligatur propter rationes valdè vtiles, quarum ibi fit mentio, argumento Abbatum, qui olim erant perpetui, quod est valdè consentaneum iuri communi, & sacris Canonibus, & nunc hisce temporibus in multis Religionibus Generales sunt perpetui, quamuis inferiores Prælati non vtique, sed amouibiles, vt in Religione Carthusianorum, ac Prædicatorum, & Carmelitarum: quod etiam vtilius videtur Societatis regimini, argumento beneficiorum ecclesiasticorum, quæ conceduntur in perpetuum, non autem ad tempus: habent enim maiorem authoritatem erga subditos, ac vim, & multò maiorem notitiam rerum Societatis, ac diuturnam experientiam, quæ maximè conducunt ad maturam gubernationem, & vt omnia negotia expediat ad maiorem laudem Dei, & ad augmentum Societatis. Suarez *tom.* 4. *de Religione*, *lib.* 10. *cap.* 2. *per totum.* & habetur *in Compendio*, *verbo*, *Generalis*, §. 1. Frater Manuel *tom.* 2. *regul. quæst.* 52. *art.* 2. 8.

Est autem Generalis Societatis posse condere Ordinationes communes toti Religioni, quæ non expirant per mortem illius; sed durant, donec reuocentur à successore, in quo participant perpetuitatem legum, vt ex declaratione quartæ Congregationis *decretò* 19 ostenditur. Poterit ergo successor Generalis reuocare sui antecessoris Ordinationes; non tamen potest abrogare, vel mutare decreta Congregationum generalium, cùm Congregatio sit illi superior. Hoc tamen non tollit, quin possit Generalis Præpositus sua authoritate ordinaria declarare Constitutiones: non tamen, vt huiusmodi declarationes habeant vim legis vniuersalis; sed proficient ad praxim boni regiminis: poterit item ordinare, vt stetur suæ declarationi in praxi, & seruetur, donec aliqua Congregatio Generalis aliud declaret.

Item, Præposito Generali Societatis competit potestas creandi reliquos Prælatos inferiores; non tamen per electionem, aut suffragia subditorum. Habetur *in part.* 9. *Constitutionum*, *cap.* 3. §. 14. vbi de Generali,

nerali, per hæc verba: *Constituat per se ipsum Rectores Collegiorum, & Vniuersitatum, ac Præpositos locales domorum, quos aptiores fore iudicauerit. Prouinciales item Præpositos.* Et *infra eodem cap. 3. §. 15.* additur, posse Præpositum Generalem hanc potestatem concedere Prouinciali, vt constituat Præpositos, & Rectores locales in hunc modum, ibi: *Quòd si Prouinciali facultatem constituendi Præpositos locales, & Rectores communicauerit, eiusdem Generalis erit, eosdem confirmare, vel remouere.* Neque per hæc verba aufertur Generali posse delegare etiam alteri electionem Prouincialis; ex ea ratione, quia potestas delegandi facultatem ad creandum Prouincialem in Generali est ordinaria; & ex consequenti delegabilis eo ipso, quòd per Constitutiones non limitatur talis potestas, nec prohibetur tacitè, vel expressè: proinde poterit Generalis hoc committere Visitatori, vt eligat, & posteà electionem confirmare, & illam ratam habere, ex quo facta fuerit, nisi antecedenter factam confirmet.

10. Quomodo autem sint eligendi Ministri prouinciales in Ordine Minorum, tradit Frater Manuel *tom. 2. q. 52. art. 5. & 6.* & quomodo Guardiani, Priores conuentuales, & reliqui Superiores, docet suprà *q. 53. ex art. 1. vsque ad art. 6.*

Quæstionis est, à quonam Generalis Societatis accipiat potestatem in subditos, à Congregatione generalíne, à qua eligitur, an à Romano Pontifice? Habere iurisdictionem immediatè à Congregatione generali, ex eo videtur ostendi: quia ab ea habet esse, & creatur. Nihilominùs dicendum est, non nisi à Summo Pontifice immediatè, eo ipso, quòd designatur ab ipsa Congregatione. Patet ex Bulla 5. Pauli III. his verbis: *Nos eiusdem Ordinis supplicationibus inclinati sibi, vt Præpositus Generalis dictæ Societatis pro tempore existens, cùm primùm iuxta Constitutiones eiusdem Societatis electus fuerit, eo ipso verus ipsius Religionis Generalis Præpositus cum libera, generali, & omnimoda cura, & administratione omnium, & singulorum ad felix regimen, & prosperam directionem dictæ Societatis spectantium sit, & esse censeatur, concedimus.* Ex quibus verbis apparet, à Summo Pontifice iurisdictionem concedi Generali à Congregatione electo, tam communi, quàm speciali iure, & per Societatem in Congregatione generali existentem transferri in Præpositum Generalem, vt influxus capitis descendat ad inferiorem Prælatum, mediante generali Congregatione, quæ est medium inter Summum Pontificem, & Præpositum Generalem. Neque est dubium, Congregationem generalem esse superiorem simpliciter Generalis, qui nequit minuere potestatem Congregationis; & ipsa semel congregata habet supremam iurisdictionem, à qua Generales habent hanc potestatem proximè, vbi primùm creantur à Societate: vnde concessiones Sedis apostolicæ Societati fiunt immediatè: ipsa verò Societas confert potestatem Præposito, vt per ipsum reliquis inferioribus Officialibus communicentur, iuxta partem octauam Constitutionum *cap. 1. §. 6.*

11. Ambigi etiam potest, an Generalis cum Capitulo generali possit obligare subditos suos ad arctiorem Regulam? Respondetur in primis ex Concilio Tridentino *sess. 25. cap. 1.* omnes Regulares vtriusque sexus teneri vitam instituere ad Regulæ, quam professi sunt, præscriptum: necnon debent ad vnguem omnia, quæ pertinent ad perfectionem suæ professionis obseruare. Ex quo decreto Regulares tenentur reformare seipsos secundùm præscriptum Regulæ, quam profitentur. Fr. Manuel *tom. 2. q. 73. art. 2. & 3. per totum.*

Respondetur secundò, Prælato præcipienti ea, quæ ad Regulam non pertinent, quia sunt supra Regulam, aut præter illam, non teneri subditum obedire: quia peculiare obedientiæ debitum intelligitur iuxta Religionis Regulas, siue hoc exprimatur in voto, siue non. Igitur in iis tantùm, quæ ad Regulam pertinent, tenetur Religiosus obedire. D. Thomas *2. 2. q. 104. art. 5. ad 3. & quodlib. 10. art. 10. in corpore.* Gloss. *in c. Relatum, verb. Eis eiectis, ne Clerici, vel Monac.* Caietan. *2. 2. q. 88. art. 8. dubio vltim. vers. Ad primum dicitur.* Cordub. *in expositione Regulæ S. Francisci, c. 10. q. 2. punct. 6.* Azor *tom. 1. instit. moral. lib. 13. c. 11. q. 19.* Lessius *lib. 2. de iustitia, c. 41. dubio 9. n. 76.* & Valentia *2. 2. disp. 7. q. 5. punct. 2. in fin. & disp. 10. q. 4. punct. 3. ad finem, vers. Neque verò.*

Respondetur tertiò ad propositum dubium, posse Generalem cum maiore parte Capituli, aliis repugnantibus, statuere, præceptáque noua indicere ad nouam vitam arctiorem, & austeriorem obligantia: eò, quia Religiosi carent propria voluntate, nec habent nolle, nec velle. Gloss. *in c. vnico, in principio, verb. Præsentes, in priori solutione, & reg. Quòd omnes. 29. in fine, de regulis iuris, in 6.* Abbas *in c. Ad nostram. n. 4. de appellat.* Rosel. *verb. Lex, n. 5.*

Sed verius est, non posse Generalem, etiam cum maiori parte Capituli, facere noua statuta, quæ obligent ad austeriorē vitæ modum, quàm professi sunt. Ita Decius *in d. c. Ad nostram. in noua edit. n. 19. de appellat.* & in specie idem docet Felinus *in c. Cum omnes num. 15. vers. Pro qua fallentia, de constit.* Syluester *verb. Religio, 6. q. 6.* Cordub. *in expositione Regulæ S. Francisci, c. 10. q. 2. dist. 6.* & Tapia *Authen. Ingressi. verb. Ipso ingressu, c. 1. n. 70. C. de sacros. Eccles.* Quinimò neque Generalis cum omnibus de Capitulo consentientibus similia statuta potest edere, quæ obligent ad vitam austeriorem. Ita Cordub. Syluest. & Tapia *vbi proximè*: quibus accedit Angelus *verb. Religiosus, n. 29.* ex eo fundamento: quia, cùm ea statuta concernant omnes iam professos, vt singulos, expedit, vt ea statuta ab omnibus approbentur; alias non arctabuntur eisdem.

Addunt aliqui in confirmationem huius puncti, nec Summum Pontificem posse cogere de nouo Religiosos ad arctiorem vitam, quàm Regula sui Instituti postulat. Sanchez *tom. 2. lib. 6. c. 2. n. 22.* ex eo fundamento: quia Pontifex non potest professum in vna Religione cogere ad seruandum arctiorem Regulam alterius Religionis. Mihi tamen magis placet contraria pars, posse, scilicet, Summum Pontificem compellere Religiosos ad arctiorem Regulam obseruandam, quàm fuit pristina eorum. Confirmatur ex Bulla Pij V. edita anno 1567. in qua iussit, vt omnes Franciscani conuentuales, vel claustrales, in Hispania degentes, exirent de suis Monasteriis, & transirent ad aliquem Ordinem ex Mendicantibus, qui arctiori vitæ instituto tenebantur: non enim Pontifex habet iurisdictionem limitatam à Deo; sed absolutam in omnes fideles, vt illis licita, & honesta possit iniungere. Ob quod Bonifacius VIII. *in c. vnico, in principio, de statu regulari,* imposuit omnibus Monialibus perpetuam clausuram, etiam illis, quæ eam nunquam professæ fuerunt, eò quia clausura illa valdè necessaria erat ad obseruantiam votorum à Monialibus emissa. Ergo Pontifex poterit Religiosos cogere ad arctiorem vitam, quàm fuit pristina eorum, si iudicauerit id valdè expedire ad votorum obseruantiam; & ideò hæc opinio placuit Ioanni Andr. *c. Ioannes. n. 18. de Regulis* & *ibi* Anchar. *n. 8.* Abbas

bas *c.Super ea n.6.de Regul.* Maior *in 4.dist.38.q.20. col.5.vers.Nonò arguitur.* & multò fortiùs idem asserent, qui putant, id posse Generalem Præpositum, siue Priorem, cum maiori parte Capituli, scilicet, noua statuta edere arctantia singulos Religiosos ad nouam vitam austeriorem, vt volunt Abbas *in d. c. Ad nostram n.4.de appellat.* & *ibi* Alex. de Neuo *n.6.* & Præpositus *c. Ante triennium. vers. Tamen si per statutum, dist.31.*

12. Ex dictis sequitur, Ministros Prouinciales, & alios Prælatos Minorum grauiter delinquere, si fortè statuant aliquid contra Regulam, aut præter illam, quod indirectè saltem præiudicet illi. Ratio, quia, quamuis quilibet Superior possit imponere præceptum iustum, quod ipsius morte extinguitur: non tamen potest edere Statuta in Religionibus, nisi ex commissione Summi Pontificis, quæ ab eo committitur vtplurimùm Præposito Generali, siue Capitulo Generali, aut Prouinciali in bonum eiusdem Religionis. Vnde, si constet Superiores statuere, seu præcepta iniungere contra Regulam, vel in detrimentum illius, grauiter delinquunt, nec debent exequi, ex traditis à Couarr. *practicar. c.35.n.6.* Padilla *in l.Causas n.4.C.de transact.* Roder. Xuar. *alleg.12.n.49.* & *50.* Bobadil. *in sua Politica, lib.1.c.13.n.47.* & Graffis *p.1.decis.lib.2.c.10.n.19.* & *sequent.* vbi addit, non ligare in foro conscientiæ; & ideò nón semper est obediendum Prælato, vt dicitur *in cap. Non semper.* & *cap.si is, qui praest.11.q.3.* sed tenetur in hoc euentu præceptum impediens secundam iussionem expectare, Azeued. *l.14.n.33.cum sequent.tit.3.lib.11.nouæ recopil.* quod etiam extenditur, quando præceptum Superioris primo intuitu deuiaret ab honestate, & iustitia: nec tunc tenetur Officialis immediatè obedire; sed potest supersedere, & rescribere, seu monere humiliter, vt probatur *in cap.Si quando. de rescriptis,* & *ibi* Glossa, & Baldus, & Imola, *ibi.* Vide tamen Fr.Manuel *tom.1.regul.q.11.art.8.per tot.*

13. Constat item, posse Generalem communicare suffragia Indulgentiarum, orationum, ac beneficiorum spiritualium quibuscunque deuotis, & benefactoribus eiusdem Societatis ex priuilegio concesso Minoribus ab Vrbano V. vt habetur *in Monumento*

14. *Minorum, fol.261.pag.1. concess.671.* Idem possunt Prouinciales in suis Prouinciis. Bonacin. *de Indulgentiis, disp.6.q.1.punct.3.n.19.* & Corduba *lib.5.eodem tit. de Indulg.q.42. vers. Quantum dictum. pag. mihi 489.* & *vers. Octauò dictum.* Nauar. *de Indulg.notab.31.n.18.* neuter tamen iure proprio potest concedere Indulgentias, quamuis habeant quasi episcopalem authoritatem in Regulares sibi subditos. Enriquez *de Indulgentiis, lib.7.c.21.§.5.* Bonacin. *eodem titulo, q.1. punct.3.n.18.* Barbos. *allegat.88.n.19.*

15. Possunt item Prælati generales per se, vel per alios professos, quos elegerint, dispensare cum nostris circa ieiunia, & cibos prohibitos, Iul. III. *in Litteris apost. pag.66.* Per extensionem tamen Gregorij XIII. de qua *verb.Communicatio gratiarum, §.4.* id facere potest per quemlibet alium Societatis. Per concessionem autem Eugenij IV. factam Monachis S. Hieronymi, vt refertur *in Compendio Minorum, verb.Ieiunium, §.7.* Præpositi Domorum possunt facere facultatem de consilio Medici, vel sine eo, si commodè non possit haberi, vt nostri familiares Domorum, aut Collegiorum infirmi, seu debiles, possint comedere carnes, seu oua, & alia sanis interdicta in Quadragesima, & aliis ieiuniis ecclesiasticis, sine licentia Diœcesani, vel quòd non teneantur ieiunare in prædictis temporibus, etiam sine consilio Medici. Habetur *in Compendio Societatis, verb. Dispensatio, §.7* vbi Additionator sic ait: *Facultas quoad gratiam à Iul. III. facta communicatur omnibus Superioribus, & iis, quibus ipsi commiserint.* Facultas verò Eugenij solis Superioribus.

Præpositus item Generalis, & de eius licentia Prouincialis, ac eorum Vicarij possunt cum nostris 16.
dispensare in irregularitate homicidij, dummodo tales homicidæ non sint certi, quòd ipsi actualiter occiderunt, nec pro certo sciant, quòd fuerunt tales mandatores, vel auxiliatores homicidij, quòd sine illis nullo modo fuisset tale homicidium perpetratum. Habetur *in eodem Compendio, verb.Dispensatio, §. 3.* vbi *§. 6.* per priuilegium Monachorum S. Hieronymi in Hispania potest quilibet Nostrorum semel in vita dispensari in foro conscientiæ à Confessario per Superiorem deputato, super irregularitate quacunque occasione contracta: quæ facultas communicatur omnibus Superioribus, & aliis Confessariis, quibus ipsi eam commiserint, præterquàm in irregularitate ex bigamia, ex morte, ex membrorum obtruncatione: quia hi casus Præposito Generali reseruantur in foro conscientię, dum tamen aliquid eorum trium non sit notorium, & hoc propter scandalum *suprà d.§.6.* ex Sixto IV. concessum, vt patet ex priuilegio Monachorum S. Hieronymi, *tit.12.fol.36.*

Posse autem Generales, seu Prouinciales, & reliquos inferiores ferre censuras in suos subditos pro 17.
rebus deperditis, negat optimè Fr. Manuel *tom. 2. Regularium, q. 59. art. 4.* ex Concilio Tridentino, vbi dicitur, huiusmodi excommunicationes, quæ pro deperditis, seu subtractis rebus ferri solent, à nemine prorsus, præterquàm ab Episcopo, esse decernendas: ex quo patet, nec Generales, nec Prouinciales, nec inferiores posse vti excommunicationibus latis ad finem reuelationis, vt aiunt, aut pro deperditis, aut pro subtractis rebus. Et quamuis Fr. Manuel *suprà, ad finem*, tradat, posse Prælatos Religionis habentes iurisdictionem episcopalem in his tribus casibus vti excommunicatione, videlicet, ad finem reuelationis in iudicio, aut pro deperditis, seu subtractis rebus; Guardianos autem nullo modo posse, quia non habent iurisdictionem quasi episcopalem: absolutè tamen negandum est, etiam maiores Superiores id posse, propter verba Concilij dicentis, ibi: *A nemine prorsus, præterquàm ab Episcopo, decernantur.* Quare neque Ordinarij etiam exempti, & immediatè Sedi apostolicæ subiecti, ac nullius Diœcesis possunt ea monitoria dare. Franciscus Leo *in thesauro fori eccles. p. 3. cap. 7. num. 18. & 19.* Campanil. *in diuersor. iur. canon. rubr. 11. cap. 15. num. 107.* & Vgolin. *de potestate Episcopi, cap. 45. in principio, vers. Excipiuntur.*

Consequens est dicere hoc loco indistinctè, quis 18.
possit absoluere ab excommunicatione, & ex irregularitate contracta ex mala administratione Sacramentorum? Vt clarè in re decidenda procedamus, irregularitas diuidenda est in tres classes. In prima est irregularitas, quæ contrahitur cum peccato, & resultat ex eo, putà, ex homicidio, seu ex mutilatione culposa. In secunda classe est irregularitas, quæ incurritur absque culpa, nempe, ex bigamia, vel ex morte, seu mutilatione iusta, aut propter accelerationem ad mortem sine peccato, saltem graui, quæ dicitur ex defectu lenitatis. In tertia classe est irregularitas, quæ oritur ex mala susceptione, seu administratione Sacramentorum, quando, scilicet, quis excommunicatus, vel suspensus Ordines suscipit, vel celebrat.

His positis, per Iubilæum, vel Bullam Cruciatam, vel per priuilegia Mendicantium non tollitur irregularitas primæ, vel secundæ classis. Est communis resolutio. Sayr. post plures *de censuris*, *lib.7. cap.7. à num.* 3. *& cap.* 13. *num.* 11. Villadiegus *de irregularitate*, *col.* 43. *in fine*. Suar. *de censur. tom.5. disp.* 41. *sect.* 2. *num.* 2. *&* 3. vbi vult, de iure etiam ordinario non posse Episcopum dispensare in aliqua irregularitate, nisi in casibus sibi specialiter concessis, cùm ex vi sui muneris non habeat potestatem dipensandi.

Difficultas tota est in irregularitatibus tertiæ classis; nempe, quando in aliquo Iubileo, seu Bulla, aut in priuilegiis Mendicantium fit facultas à Pontifice, vt pœnitens absoluatur à quibuscunque casibus, censuris, pœnis, & sententiis, vtrùm possint Confessarij dispensare in irregularitatibus tertiæ classis Papæ reseruatis, quæ contrahuntur ex delicto? Negat Nauar. *in Summa*, *cap.* 27. *num.* 194. *vers.* 4. Ledesm. 2. 4. *q.* 26. *art. de irregularitate*, *fol.* 367. *col.* 4. *in fine*. Viuald. *de irregul. n.* 331. Graffis *decis. lib.* 4. *cap.* 27. *num.* 81. Ioan. Chapeauillus *in tract. de casibus reseruatis*, *p.* 1. *cap.* 4. *difficult.* 5. Enriquez *de irregularitate*, *cap.* 14. §. 1. Toler. *in Summa*, *lib.* 1. *cap.* 31. Suar. *de censur. disp.* 1. *sect.* 3. *n.* 3. *& sequent.* Philiarc. *lib.* 4. *cap.* 6. Ratio: quia ex stylo Curiæ per facultatem absoluendi à peccatis, censuris, pœnis, & sententiis, non intelligitur facultas dispensandi in irregularitate. Item, in generali concessione non veniunt, quæ non esset quis verisimiliter in specie concessurus, *cap. vltimo*, *de officio Vicarij*, *in* 6. Item, quia *absoluere* est quid diuersum à verbo, *dispensare*. Borgazius *de irregularitate*, 6. *p. tit. de Schismaticis*, *num.* 19. Quare, cùm in irregularitatem non cadat absolutio, sed dispensatio, & de iure eam sibi reseruet Summus Pontifex, non potest Confessarius, quicunque ille sit, dispensare. Accedit Suarius *supra*, *num.* 6. quia, quamuis facultas habeat vim absoluendi à censuris, & pœnis, non extenditur ad omnem pœnam: proinde eum Nauarro *suprà*, *num.* 152. *num.* 194. *& num.* 254. putat, posse Confessarium absoluere per Iubileum, seu Bullam, aut priuilegia Mendicantium, ab illis pœnis, quæ Sacramentorum vsum, seu receptionem, impedire possunt: irregularitas autem non est id generis, quod impediat prædictum vsum. Molina *tract.* 3. *disp.* 80. quorum opinio est verissima.

Satis probabilem tamen, & in praxi tutam puto partem affirmantem, posse, scilicet, Mendicantes per sua priuilegia absoluere ab huiusmodi censuris, & dispensare ab illa irregularitate tertiæ clasis, ex illis resultante, vt patet ex priuilegiis nostræ Societatis *in Compendio*, *verb. Absolutio*, *paragr.* 1. concessis à Paulo III. *in Litteris apostolicis*, *pag.* 20. ibi: *Omnes Confessary Societatis habent facultatem absoluendi à quibuscunque peccatis, etiam Sedi apostolicæ reseruatis, & à quibuscunque sententiis, censuris, & pœnis ecclesiasticis resultantibus.* Sic ibi. Cùm ergo irregularitas hæc resultet ex mala administratione Sacramentorum, non est dubium, posse solui per priuilegium Mendicantium.

Idem dico de quibuscunque Sacerdotibus electis ab ipsis pœnitentibus virtute Iubilei, seu Bullæ Cruciatæ. Probatur: quoniam nomine censuræ, à qua potest Confessarius absoluere, venit irregularitas ista, quæ propriè dicitur effectus censuræ, cùm ab ea originem trahat, siue censura, siue excommunicatio, siue sit suspensio. Item, quia, vt tradit Innocentius III. *in cap. vltimo*, *de excessibus Prælatorum*, irregularitas suspensio quædam est: & priuilegium Principis est ampliandum, *cap. Olim. de verborum significatione*, & *l. Beneficium. de Constitutionibus Principum.* vbi habetur, beneficia Principis esse largissimè interpretanda. Suffragatur: quia in priuilegiis prædictis dicitur, posse absolui à censuris, & pœnis ex illis resultantibus: & irregularitas etiam est pœna, idcircò debet extendi ad irregularitatem. Quòd si dicas, in priuilegiis, & in Bulla Cruciatæ fieri facultatem Confessario absoluendi: sed in irregularitate necessaria est dispensatio, nec requiritur absolutio? Respondetur, suspensionem, seu irregularitatem contractam ex peccato, quibuscunque verbis posse auferri. Vnde Confessarius virtute Iubilei, vel Bullæ Cruciatæ, seu priuilegiorum, potest ab illa absoluere, vel in illa dispensare, prout maluerit: quocunque enim verbo, tam absoluendi, quàm dispensandi, vtatur ipse, tollitur hæc irregularitas. Quam opinionem nostram sequuntur, atque amplectuntur in suis terminis, Cordubensis *in Summa*, *quæstione* 144. *dubio* 2. & *lib.* 5. *Quæstionary*, *titulo de Indulgentiis*, *quæstione* 43. *in* 4. *dubio.* Sotus *in* 4. *distinctione* 22. *quæstione* 3. *artic.* 1. Bartholomæus Medina *in institutione Confessariorum*, *cap.* 11. *paragr.* 9. *&* 12. *quæstione* 96. *articulo* 3. *dubio* 10. Vega *in Summa*, *libr.* 1. *casu* 321. vbi docet absolutè, posse Confessarium absoluere virtute Bullæ ab hac irregularitate, modò tamen sit secreta. Gutier. *quæstionum canonicarum lib.* 1. *cap.* 3. *à num.* 6. Bannez, & alij Thomistæ 2. 2. *quæstione* 64. *artic.* 8. Idem Vega *libro* 2. *casu* 162. Ratio, quam ille affert, hæc est: quia hæc irregularitas, quæ in tertia classe collocatur, est propriè censura. Idem repetit *casu* 574. *libro* 5. & Michaël Salonius 2. 2. *quæstione* 64. *articulo* 8. *controuersia* 4. vbi ait, Canum etiam hanc habuisse opinionem. Accedit Emmanuel Sa *in Summa*, *verb. Absolutio*, *num.* 21. & *verb. Irregularitas*, *num.* 2. vbi dicit, hanc partem esse probabilem. Idem etiam cum illis sentiunt, & tradunt Frater Manuel *in explicatione Bullæ*, *paragr.* 9. *num.* 64. & Enriquez *de Indulgentiis*, *cap.* 13. *num.* 6. *versiculo*, *Aiunt.* dicentes, hanc opinionem, propter authoritatem grauium Doctorum, & probabiles rationes, admittendam esse in praxi, tanquam probabilem, eò quòd hæc irregularitas est censura lato modo, &, vt alij meliùs loquuntur, absolutè est censura, seu effectus censuræ, & ab illa primæuam ducens originem, atque ita potest tolli a Confessario per verbum, *absoluo*, seu, *dispenso*: cæteras verò irregularitates primæ, & secundæ classis esse tollendas per verbum, *dispenso*, docent Gutierrez *loco iam suprà citato*, atque Bartholomæus Medina *in Summa Instructorij Confessariorum*, *lib.* 2. *cap.* 12. *in forma absolutionis ab irregularitate*, *fol.* 305. *col.* 2.

Ad Nauarri doctrinam *in Summa suprà*, *& de simonia*, *conf.* 18. *num.* 1. dicentis post alios, per facultatem dispensandi, & absoluendi à quibuscunque censuris non venire potestatem dispensandi in irregularitate, nisi exprimatur; dicendum est, id procedere in irregularitatibus primæ, & secundæ classis: non verò in irregularitate tertiæ classis, quæ est verè pœna, & censura modo explicato, vel saltem effectus à censura profectus, & ab ea originem ducit: ideò potest Confessarius

rius ab iis absoluere in foro conscientiæ, vt volunt Gutier. *supra*, *num.* 7. & alij suprà relati pro hac parte, quibus accedunt P. Ledesm. *in Summa*, *titulo de censuris*, *cap.*1.& Aragonius 2.2. *q.* 64. *art.* 8. *circa finem*, & secundùm hunc intellectum accipiendus est Sotus *de iustitia*, *q.*1. *art.*4. *fol.* 189. dum ait, non posse absolui ab irregularitate: quia loquitur de irregularitate primæ, & secundæ classis: secùs, quando ipse ait *in* 4. *vbi suprà*, posse absolui ab irregularitate tertiæ classis, de qua loquimur.

Nec refert stylus Curiæ dicens, non posse absolui in nostro casu; quia loquitur de foro externo: nos verò loquimur de foro interno, quando delictum est occultum. Iuuat Fr. Manuel *in explicatione Bullæ*, §.3.*n.*1.dicens, Commissarium Bullæ Cruciatæ posse dispensare in hac irregularitate occulta extra confessionem in foro externo: igitur Confessàrius poterit in foro animæ.

An verò possit impendi absolutio, seu dispensatio, super has irregularitates extra confessionem incursas propter indebitam Sacramentorum administrationem? Placet affirmare. Ratio: quia censuræ possunt tolli à Confessariis habentibus ad id potestatem, peccatis non auditis extra confessionem, quamuis in Bullis, seu priuilegiis dicatur, quòd pœnitens absoluatur, audita priùs diligenter confessione: nihilominùs censuræ possunt auferri extra illam, antequam fiat confessio. Auila 2. *p. cap.*7.*disp.*3. *dub.*13. *fol.* 204. *paragr. Secunda opinio.* Enriq. *de Indulg.lib.*7.*cap.*13. *num.* 2. Manuel Rodrig. mutata priori sententia, *tom.*1 *regul.q.*61.*art.* 7. Sanchez *lib.* 8. *de matrimonio*, *disp.* 15. *num.* 25. & *disp.*16.*num.vltimo*: nulla enim datur connexio necessaria inter absolutionem à censuris, & à peccatis. Idem sentit Ledesma 2.4.*q.* 29.*art.*9. & Sà *in Summa verb. Absolutio ab excommunicatione*, *num.* 1. Ergo irregularitates, quæ contrahuntur ab excommunicatis, seu suspensis, suscipiendo, vel administrando Sacramenta indebitè, cùm sint pœnæ censuræ, seu effectus censuræ, possunt auferri extra sacramentalem Confessionem.

Nec obstat, quòd clausula, *audita priùs confessione*, debeat referri ad omnia supra dicta, siue ponatur in principio, siue in medio, siue in fine: quod est verum, quando omnium eadem est ratio: at hìc non est eadem ratio, nam absolutio à peccatis obligat ad confessionem faciendam; secùs verò de dispensatione, seu ablatione irregularitatis, & de commutatione votorum, seu de absolutione à censuris, Sanchez *in d.disp.*16.*num.vltimo*, *ad finem*. tum, quia absolutio à censuris communiter impenditur extra confessionem, ex traditis ab Armilla *verb. Excommunicatio*, *num.*20. & Auila *supra*. Auditis igitur peccatis, absolutio impenditur sacramentalis: censuræ autem extra confessionem absoluuntur: tum denique hoc constat, cùm multoties posse casus contingere, in quo expediat absolui à censuris ante confessionem, nimirum, si adsit dies festus, & excommunicatus non possit statim confiteri; vel, quia non est paratus; vel, quia confessio per aliquot dies debet durare: in quo euentu potest absolui etiam à censuris. Auila 2. *p. cap.* 7. *disp.* 3. *dubio* 13. *fol.* 205. *pag.* 1. & Enriquez *de Indulgen. lib.* 7. *cap.* 13. *num.* 2. & *cap.* 30. *num.* 6. Atqui irregularitas tertiæ classis induit rationem pœnæ, & sapit censuram, vt dictum est: ergo potest tolli extra confessionem virtute Bullæ Cruciatæ à quocunque Confessario approbato, & multò fortiùs à Prælatis regularibus ratione sui muneris, si eorum subditi excommunicati, vel suspensi indebitè suscipiant Sacramenta, vel in eis administrent: habetur *in Compendio Societatis*, *verb. Dispensatio*, *paragr.* 10. *vers. Et qualiter nostri*, & clariùs *paragraph.* 1. *eodem verbo*.

Sed, quid dicendum, quando aliqua Religio est oppressa ære alieno, nunquid poterit petere ab omnibus Monasteriis subsidium charitatiuum? 19.
Respondetur primò, Prælatos Episcopo inferiores de iure non posse subsidium charitatiuum exigere; sed priuilegio, vel consuetudine, Duennas *regul.* 91. Bellencinus *tract. de charitat. subsid. quæst.* 4. Azor. *instit. moral. p.*2 *lib.* 9. *cap.* 14. *q.* 5. Aloys. Ricc. *in collect. decis. par.* 1. *collect.* 52. Ex quo nequeunt Abbates, vel Priores exigere charitatiuum subsidium ab Ecclesiis sæcularibus, vel Regularibus Monasteriis sibi non pleno iure subiectis: posse autem Præpositos Generales totius Ordinis Regularis petere à Monasteriis singulis Ordinis pro sumptibus necessariis, si aliunde non habeant bona sufficientia: tradit Bellencinus *supra*, *q.*5. ex Calderin. *consilio de censibus*, quos sequitur Barbos. *allegat.*87. *n.*19.

Quoad dispensationem circa vota, & iuramenta suorum subditorum, possunt non solùm Generales, sed etiam Prouinciales, & Superiores locales ab Ordinario exempti dispensare cum suis subditis, tam in votis, quàm in iuramentis: quæ potestas competit eisdem, non vt delegata, sed vt ordinaria, Nauarrus *in manual. cap.* 12. *num.* 75. Sotus *de iustitia*, *lib.* 7. *qu.* 4. *artic.* 3. Frater Emmanuel *quæstionum regularium tom.* 1. *quæst.* 25. *art.*4. *cum sequentibus*. Azor *par.* 1. *lib.* 11. *cap.* 18. *dub.*4. Suar. *de voto*, *lib.*6. *cap.*10. & Sayr. *in claui. lib.*5. *cap.*8. *num.*10. & *lib.*6. *cap.*11. *num.*87. quod extenditur ad Superiores locales, seu conuentuales. Quinimò Prælati Religionum ex speciali iure, & priuilegio possunt dispensare in votis eorum, qui volunt intrare suum Ordinem ex concessione Eugenij IV. cuius meminit Fr. Ludouicus Miranda *in manuali Prælatorum*, *tom.*2.*q.*32. *art.*5. & habetur *in Compendio Societatis*, *verb. Commutatio*, §.2. & 3.

De Prælatis, & Superioribus localibus.

§. VIII.

EPITOME.

1. *Superiores locales quales debeant esse.*
2. *Superiores locales quomodo debent ingredi prælationes.*
3. *Superiores communem regulam sequi tenentur.*
4. *Superiorum localium alij sunt claustrales, alij conuentuales, alij Superiores, seu Subpriores.*
5. *Superiores locales in Ordine Minorum quomodo eligantur.*
6. *Superiores locales an sint verè Prælati, & an habeant dignitatem ecclesiasticam: illos potius humilitas, & mansuetudo quam austeritas, & asperitas decet.*
7. *Superiorum localium quanta sit iurisdictio, & an expiret illis mortuis iurisdictio Vicarij.*
8. *Superior localis, cui Prouinciales vices suas commisit, an possit eas aliis committere.*
9. *Superior localis habens facultatem absoluendi à reseruatis, an possit absolui à suo Confessore ab eo electo ab eisdem.*

10. *Prælati Conuentuales quam habeant superioritatem, & an habeant curam animarum in Monasterio.*
11. *Prælati maiores potestatem minorum non possint sine causa restringere.*
12. *Prælati maiores an possint eximere subditos ab obedientia suorum Prælatorum inferiorum.*
13. *Prælati etiam locales habent iurisdictionem in suos subditos in vtroque foro, & an illa sit ordinaria, vel delegata.*

1. SVPERIORES locales debent vita, & doctrina præcellere subditos, sicut præcellunt dignitate: sunt enim instar stellæ matutinæ, quæ præcedit Solem; & ideò debent prælucere subditis in bonis operibus, & exemplo: item debent esse prudentes, vigiles, & circumspecti erga subditos, non vt dominantes in Clero, 10. *q.* 3. *cap.* 1. *in fine*; sed vt Præsides, & vt patres filiis præsunt, text. *in cap. Quorundam. dist.* 74. vbi dicitur, tales debere esse Prælatos erga subditos, quales ipsi vellent habere Prælatos, si subditi essent. Hinc Gloss. *in l. Nos reddentes. C. de Summa Trinitate.* Archimandritas vocat Superiores Regularium, seu Prælatos, ab archos, quod est Princeps, & Mandros, quod est ouis, quasi præsint Prælati ouibus: & ideò vti pastores ouium se gerere debent miscendo lenitatem cum seueritate; ita vt subditi nec nimia benignitate soluantur, nec multo rigore exulcerentur. Tiraquel. *in l.* 9. *connubial. Gloss.* 1. *num.* 234. Nauarrus *in cap. Inter verba. concl.* 6. *num.* 131. Fusc. *de visit. lib.* 1. *cap.* 3. *ex num.* 12. *& lib.* 2. *cap.* 33. *ex num.* 14.

2. Item omissis statutis particularibus cuiusque Religionis in eligendis Superioribus localibus, electio facienda est iuxta formam capitis, *quia propter, de electione*, per textum ibi, vt cùm electio fuerit celebranda, & *ibi* glossa; vbi Abbas *num.* 7. *vers. circa, & num.* 8. *vers. & placet:* vbi loquitur de electionibus regularium Prælatorum maiorum, subdens in electionibus inferiorum sufficere, vt præstetur in communi consensus existentium, cùm fuerint collegialiter congregati per vota secreta, dummodo electus simpliciter sit à maiori, & saniori parte congregatorum, Syluester *verb. electio, 2. q.* 1. Ludouic. Miranda *in manu. Prælat. tom.* 2. *q.* 23. *art.* 3. *concl.* 2.

Apud Minores electi Superiores locales per Prouincialem, & Diffinitores, statim post electionem habent tam in spiritualibus, quàm in temporalibus potestatem in suis Monasteriis, ex priuilegio Clementis IV. cuius meminit Frater Manuel *tom.* 2. *Regularium q.* 53. *art.* 1. per hæc verba ibi, *Clemens IV. statuit, vt Guardiani, qui secundùm Statuta Ordinis fratrum Minorum aliter, quàm per electionem instituuntur, post ipsam institutionem, seu prouisionem de ipsis factam curam animarum sibi subditorum habeant, ipsósque ligare atque absoluere possint.* Hæc ibi: subdens in eadem Religione Minorum de Obseruantia electionem Guardianorum extra Capitulum competere Diffinitoribus, vel Conuentui: in Capitulo autem competere Diffinitoribus in eo congregatis: & habetur in compendio Mendicantium *verbo, electio, num.* 5. vbi de Guardianis. Consonat Concilium Tridentinum *sess.* 25. *cap.* 6. *de Regularibus*, districtè præcipiens, *in electione quorumcunque Superiorum, omnes eligi debere per vota secreta, ita vt singulorum eligentium nomina nunquam publicentur: nec in posterum liceat Prouinciales, aut Abbates, Priores, aut alios quoscunque Titulares, ad effectum electionis faciendæ constituere, aut voces, & suffragia absentium supplere; aliter electio sit irrita, & Prælati, qui sic se creari permiserint, deinceps ad omnia officia in Religione obtinenda inhabiles existant.* Ita ibi.

Quòd si aliquis pro se, vel pro alio subornauerit ex constitutione Pij V. contra subornantes. 13. 11. anno 1571. excommunicationis sententiam ipso facto incurrat, à qua nisi à Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in articulo mortis, absolui non possit, ac voce actiua, & passiua, perpetuò careat. Subornatus, vel alius etiam, pro quo subornatio fiet, qui subornantem detulerit, eandem pœnam incurrere censeatur. Qui autem ad officium obtinendum quorumuis fauorem extra Religionem procurauerit, vltra prædictas pœnas, per mensem carceri mancipetur. Hæc Pius V. cuius meminit Sorbus *in Annotationibus ad verbum, Electio, vers. Ac. ibidem in Compendio Mendicantium, fol. mihi* 224. & 225.

Ad hæc Superiores locales debent esse communes cum subditis suis in Monasterio, tam in triclinio, seu refectorio, quàm in dormitorio, necnon in Choro, & in cæteris Regulæ obseruantiis, ac cæremoniis: nam, quod agitur à Prælatis, citò trahitur à subditis in exemplum, siue res officiat, siue proficiat. Facit illud Augustini ad Pastores: *Episcopus honestè, & vt Christianum Antistitem decet, viuat, caueátque, ne suo exemplo subditis noceat.* D. Gregorius *lib.* 24. *moral. cap.* 30. Idem confirmat per hæc verba: *Vnde necesse est, vt is, qui præest, exempla subditis præbeat, solerter attendat, & tantis se sciat viuere, quantis præest.* Item, vt vult Plinius, non tam imperio nobis opus est, quàm exemplo. Plura hac de re 1. *p. lib.* 1. *disputatione* 1. *paragr.* 4. *num.* 88. 89. *&* 90. *&* 92. diximus. 3.

Superiorum localium alij dicuntur Priores, qui aliquibus Ecclesiis præsunt supra alias personas earundem. Priorum alij sunt claustrales, alij conuentuales. Claustrales sunt, qui præsunt Cœnobitis post Abbatem, vel alium Prælatum, quorum funguntur vicaria potestate, & opera intra claustra Monasterij, & post Abbatem potens est opere, & sermone, *vt in cap. Cum ad Monasterium. paragr. Prior. de statu Monachor. & in l.* 16. *tit.* 7. *partit.* 1. Petrus Gregor. *Syntagm. iuris p.* 2. *lib.* 15. *cap.* 18. Conuentuales sunt illi, qui Principes in Cœnobio sunt constituti, quibus nullus Abbas, vel alius dignior est, ibi: *Clementina* 1. *paragr. Cæterùm. de statu Monachorum, cap. Nisi essent. de prabendis.* Gonzal. *regul.* 8. *num.* 113. Petrus Gregor. *suprà, num.* 3. vbi addit, Prioratum conuentualem, dignitatem esse; claustralem minimè, ex Glossa *in Clement.* 2. *de rescriptis, in verb. Conuentualem*, & Panormitanus *in cap. Nisi, de præbendis.* 4.

Quomodo autem in Ordine Minorum Superiores locales sint eligendi, concessit Clemens IV. vt ipsi, qui secundùm statuta Ordinis aliter, quàm per electionem instituuntur, post ipsam institutionem de eisdem factam, habeant curam animarum Fratrum sibi subditorum, iuxta ipsius Ordinis institutum. Habetur *in Compendio verb. Guardianus. fol.* 258. Horum autem electiones debent esse triennales. Frater Manuel *tom.* 2. *q.* 54. *art.* 5. Secùs dicendum de Abbatibus, & Abbatissis creatis per præsentationem, præsertim, si patrono, & Monasterio est ius præsentandi Prælatos 5.

perpetuos

perpetuos acquisitum: hodie tamen ex Bulla Gregorij XIII. & Sixti V. vt ait Fr. Manuel *suprà*, Guardiani debent esse triennales. Vt autem principali quæsito de forma seruanda in electione fiat satis, dicendum est, in electionibus seruandam esse formam traditam *in cap. Quia propter. de electione*, in omnibus Prælatis, vt constat ex Innocentio, Panor. & ex reliquis Scribentibus *in d. cap.* & ex Syluestro *verb. Electio, 2. ex num. 2.* quæ forma est seruanda in Religione Prædicatorum, Minorum, & reliquorum, tam in eligendis Prouincialibus, quàm Conuentualibus, & in cæteris in aliis Religionibus eisdem Officialibus correspondentibus; additis nonnullis secundùm specialia iura cuiusque Religionis, vel detractis, dummodo ea iura, seu Constitutiones authoritate Summi Pontificis sint approbatæ, & confirmatæ, si in aliquo derogant iuri communi, cui nulla Constitutio præiudicare potest sine Pontificia authoritate, Suarez *tom.4.de Religione, lib.2.cap.6.num.21.* ex ea ratione: quia inferior non potest tollere iura Superioris. Surdus *cons.58. num.6.* Thom.de Thomasct. *regul.147.* Azeued *l. 2.num.56. tit.14. lib.4. nouæ recopil.* non enim minor in maiorem potestatem habere debet. Iason *in l. Omnes populi. num.11. ff. de iustitia, & iure.* Tiraquel.*de pœnis temperandis, in præfat.num.26.* Crauet. *cons.238.* vbi addit, sicut non potest inferior iuri communi derogare, sic nec posse ius consuetudinis tollere, Mench. *illustrium quæstionum cap.25. num.10. cum sequentibus:* ergo Constitutiones, & iura specialia Religionum circa formam eligendi Prælatos suos, non sunt obseruanda, nec forma *in d.c. Quia propter.* tradita est omittenda, nisi authoritate Summi Pontificis Constitutiones fuerint confirmatæ.

6. Certi iuris est, Superiores locales esse verè Prælatos, & habere ecclesiasticam dignitatem; & ideò possunt eligi Iudices apostolici; non autem eorum Vicarij, qui non habent iurisdictionem ordinariam: priore tamen mortuo, vel amoto ab officio Vicarius prioris est Prælatus de iure. Idem dicendum de Vicario Conuentus, quando Prior, vel decedit, vel amouetur ab officio, Syluester *verb.Prælatus, n.1.* Fr.Manuel *tom.1.regul.q.12.art.6.* vbi addit, in Ordine Minorum regularis Obseruantiæ expirare iurisdictionem Vicarij, mortuo Guardiano, tenerique Vicarium statim recurrere per litteras ad Moderatorem Prouinciæ, vt prouideat: interim tamen sine vlla iurisdictione præerit Fratribus, vt pacatè viuant. Aliter tamen dicendum est de Vicario instituto ab ipso Prouinciali, & Diffinitoribus: nunc enim ita institutus, mortuo Guardiano, non expirabit iurisdictio Vicarij, cùm non fuerit electus à Guardiano, sed à Prouinciali, ex traditis à doctissimo Barbosa *in l. Quia tale.ff.solut.matrim.num.93.vers.Nisi Princeps.* post Guidonem *decis.234.* Francis.Marq. *decis.780. num.5.in 1.p.* Idem dicendum puto, quando Vicarius fuerit electus à Guardiano, & confirmatus per Prouincialem, & Diffinitores, argumento *Extrauagantis 1.de maior.& obed.* Alexand.*cons.26.n.19.lib.5.* nam tunc electus à Guardiano habebit iurisdictionem, eo mortuo: vt in simili probat Molina *de primogen.lib.1.cap.25.* Vide Fr.Manuel.*tom.1.q.12.art.5. pag.103.& sequent.*

Ex priuilegio etiam, Guardiani, & quicumque Præfecti locales circa suos subditos conuentuales tantam habent iurisdictionem, quantam Prouincialis in tota Prouincia: quia semper parificantur Priores Conuentuum, Prioribus prouincialibus: & hoc per communicationem priuilegiorum concessam Prioribus Conuentuum Ordinis Prædicatorum, quibus Guardiani vti possunt, saltem in quantum non fuerit eis restrictum per Superiores. Ita Collector *in Compendio Mendicantium, verb.Guardianus, num.5.* ex Iulio II. ibi: *Concessit, quòd omnia priuilegia, & indulta apostolica concessa Ordini Fratrum Prædicatorum, quæ spectant ad Priores conuentuales prædicti Ordinis, pertineant etiam ad Guardianos Conuentuum Ordinis Minor.fol.73. concess.222.* Atque ita vbi conceditur Prouinciali authoritas ad absoluendum, dispensandum, corrigendum, & similia alia sub nomine Prælatorum, in dictis priuilegiis veniunt Guardiani: eò quia Clemens IV. & Sixtus IV. declararunt, Guardianos esse verè Prælatos, vt ait Cordub. *in suis Annotationibus, verb. Guardianus, §. Quoad paragr.1. in Compendio Mendicantium, fol.259.* Frater Manuel *de Regularibus, tom.1. q.12.art.6.*

Porrò Superiorum localium dignitas, & Prælatio ecclesiastica humilitate, & mansuetudine in gubernatione maximè collucet; & correctione immoderata, & austeritate inhumana in tyrannidem labitur, *cap. Humilis. de maior. & obedientia,* Glossa ibi: *Austeritatis autem nimia increpatio nec correctionem recipit, nec salutem.* Propterea D.Prosper *de vita contemplatiua lib. 2. cap. 5.* sic ait ibi: *Asperitate autem nimia, & increpatione offensus nec increpationem recipit, nec salutem.* Consonat S. Isidorus *lib.3. de summo bono, cap.92.* in hæc verba dicens: *Qui delinquentem superbo, vel odioso animo corrigit, non emendat, sed percutit; & obiurgantis furor est, non dilectio corrigentis.* Ex quibus satis patet, quantùm proficiat in Prælatis, seueritatem cum mansuetudine admiscere; & quantùm humilitas dignitatem, & honores ecclesiasticos vbique euehat.

Superiorum vocalium quanta sit iurisdictio, ex 7.
eo conijci potest, cùm sint inferiores Generalibus Prælatis: ideò habent officium restrictum, & limitatum, & ad minora negotia determinatum: dicuntur autem minora, quæ spectant ad ordinariam gubernationem Monasterij, seu Collegij. Maiora autem negotia sunt ea, quæ præcisè egent, vt expediantur iurisdictione episcopali, vel quasi, putà facere facultatem subditis, vt ad Ordines sacros promoueantur, approbare, seu reprobare contractus, & grauiora supplicia iniungere, & alia id generis. Frater Manuel. *tom. 1. Regular. quæst. 17. art. 3.* vbi loquitur de iure, non autem secundùm priuilegia à Sede apostolica concessa, de quo *suprà num. præcedenti.* Item, locales habent iurisdictionem, tam in foro pœnitentiæ, quàm in exteriori, quæ iurisdictio est ordinaria, præsertim in foro pœnitentiæ. Suar. *tom. 4. in 3.partem, disp. 25. & de Religione, tom. 4. lib. 2. cap. 2. num. 7.* vbi tradit, esse ordinarios Pastores habentes curam animarum, & similes esse Parochis: & ideò habere iurisdictionem ordinariam in vtroque foro. Ita communiter Scribentes *in cap. Cum ab Ecclesiarum. & cap. Quantò. de officio Ordinarij.* Propterea Curatus dicitur Prælatus, & Prælaturam habere. Petrus Gregorius *de beneficiis, cap.10. num.20.* tradit Lambertin.*de iure patron. lib.2.p.1.q.7.art.20.num.2.* quibus accedit Dionys. Paul. *de vera patriarchalium quatuor Sedium erectione, cap.13. num.38.* Proinde Abbates in suos Monachos vtuntur iurisdictione ordinaria, & sunt Iudices ordinarij illorum ratione iurisdictionis adhærentis muneri suo. Victorinus Mansus *de modo procedendi in causis Regularium, cap.2.num. 2.* Baptista Confetri *in Summario priuilegiorum, titul.11. cap. 1.* Alditus *de religiosa disciplina*

*disciplina tuenda, lib.*1. *cap.*3. *num.* 4. & coram Superioribus sunt conueniendi, vel accusandi, præterquàm de grauissimis criminibus depositione dignis, Boët. *decis.*271 *n.*5. Nauar. *cons.*9. *de priuilegiis.* An verò expiret, & quando, iurisdictio Vicarij Superiorum localium, dictum est *n.*6. & *infrà n.*8.

8. Quæstionis tamen est, an Superior localis, cui Prouincialis commisit vices suas, possit illas aliis committere? Videtur affirmare Nauarrus *c.*27. *n.*45. iuxta glossam receptam *in c. vltimo, de officio Ordinarÿ.* Imò addit, quòd simplex ministerium potest delegari ad absoluendum, etiam à delegato Ordinarij, & à subdelegato delegati Papæ, quanuis non possit delegare iurisdictionem, ratione cuius id illi competit: ideò qui potest absoluere ab excommunicatione virtute iurisdictionis delegatæ à Principe, aut concessæ in priuilegium perpetuum ratione dignitatis, aut officij, aut virtute alterius ordinariæ potestatis, potest etiam committere aliis. Nauarrus *suprà* post Felinum *in c. Super quæstionem n.*4. & *n.*19. *de officio delegati.* Consonat Sà *verb. Delegatus*, dicens Ordinarium posse subdelegandi potestatem concedere, & delegatum Principis posse delegare, nisi ei committatur nudum ministerium, & non ipsa potestas: subdens *ibidem n.*1. Vicarium Prioris, seu Guardiani absentis idem posse: est enim veluti Ordinarius.

Contrà verò alij opinantur, non posse Guardianos, quibus Prouinciales committunt suos casus, alteri eos committere; nisi quando Guardiani sunt Commissarij Prouincialium cum plena potestate. Ex ea ratione: quia delegatus ab inferiori à Principe non potest subdelegare, nisi sit delegatus ad vniuersitatem causarum, vel nisi hoc sibi specialiter concedatur, secundùm Ioan. Andr. *in c. Is, cui. de officio delegati.* Fr. Manuel *tom.*1. *q.*21. *art.*9. Cordub. *super regul. c.*7. *q.*29. *pag.*218. & quoad suam Religionem ita fuisse diffinitum per hæc verba: *Habeant*, inquit, *Guardiani, & eorum Vicarij, in absentia Guardianorum, authoritatem in foro conscientiæ quoad casus, & sententias, hoc est, quòd authoritas per Prouincialem concessa Guardianis, remaneat semper penes eorum Vicarios, seu Vicariorum Vicarios, ipsis Guardianis suum Conuentum pro suis negotiis exeuntibus.*

Dicendum nihilominùs est, Superiores locales Monasteriorum, seu Conuentuum, posse absoluere suos subditos à reseruatis: at verò à Prouinciali habere ex consuetudine delegare alteri in particulari, non verò in generali, casum reseruatum: sunt enim Superiores locales quoad hoc, veluti Parochi, qui non possunt se exonerare delegantes alteri omnes vices suas. Ita Enriquez *de Indulgentiis, cap.*28. *num* 1. Cordubens. & Rodericus *suprà* idem insinuat *in Bulla Cruciata, paragr.*9. *num.*17. Accedit Nauarrus *citatus*, & Sà, dum dicunt posse delegare, hoc est, posse committere vices suas ad absoluendum à reseruatis, toties quoties pro singulis vicibus; non tamen posse potestatem alicui generalem absoluendi concedere. Et ita vtriusque partis conciliantur Authores. Ratio: quia non est potestas coniuncta ratione officij; sed est priuilegium ratione officij concessum, delegari, scilicet, alteri facultatem absoluendi, quod priuilegium ex consuetudine pro singulis vicibus habet à Prouinciali; quanuis habeat ab eodem posse absoluere per se à reseruatis. Sed hac in re standum est statutis, & consuetudini præscriptæ cuiusque Religionis.

Pro iurisdictione Vicariorum, seu Præsidentium in absentia Priorum, seu Guardianorum, dicendum est ex Fratre Manuele *tom.* 1. *regular. q.* 21. *art.*9. & *q.*19. *art.*2. Vicarios, seu Præsidentes, qui propter absentiam, seu carentiam Superiorum eliguntur ad præsidendum loco Priorum, habere iurisdictionem, & potestatem quoad casus, & sententias: habent enim iurisdictionem ordinariam, si instituuntur à Prouinciali propter absentiam Guardianorum, & possunt delegare: imò omnia priuilegia Guardianis concessa communicantur eisdem Vicariis. Fr. Manuel *tom.*3. *q.*76. *art.*1. post Bartol. Alex. & Alciat. quos referens sequitur. Vicarij verò positi ab ipsis Guardianis, seu Rectoribus localibus, sunt delegati, nisi aliud per statuta, & Constitutiones particulares in singulis Religionibus decernatur. Fr. Manuel *in explicatione Bullæ, paragr.*9. *ex num.*15. multa hac de re congerit pro, & contra.

Nihilominùs non est dubium, posse Vicarios, seu Præsidentes in absentia Rectorum, seu Priorum, facere facultatem subdito, vt confiteatur Confessario non exposito à Prouinciali. Nauarrus *in cap. Placuit. dist.*6. *à num.* 69. vbi ait, Vicarium temporalem, etiam constitutum à Rectore parochiali, posse facere facultatem Parochianis, vt apud Sacerdotem alienum confiterentur, post Anchat. *in Clementina* 1. *de officio Vicarij, notabili* 4. Ratio: quia per huiusmodi licentiam nulla delegatur, vel subdelegatur potestas alieno Sacerdoti; sed pœnitens tantùm soluitur à vinculo, quo tenetur, suo Sacerdoti confiteri. Item, quia quanuis delegatus inferioris, vel delegati à Principe regulariter nequeat subdelegare, *l. A Iudice. C. de iudiciis.* fallit, quandò inferior subdelegandi facultatem facit, Gloss. *in cap. Is, qui. de offic. delegat. in* 6. implicitè nanque, & tacitè conceditur facultas agendi omnia illa, quæ Rector, vel committens ibi tanquàm Rector agere posset. Concordat Adrian. *in* 4. *de confess. dub.*2. *post quæstiones.*

9. Ambigitur etiam, an Superiores locales habentes facultatem absoluendi à reseruatis subditos, possint absolui à Confessoribus à se electis de eisdem? Respondetur affirmatiuè, argumento Superioris, qui potest dispensare cum suis subditis in votis, & potest committere suo Confessario, vt secum dispenset, vt tradit Paludanus *in* 4. *dist.* 38. *quæst.* 4. *art.*4. *conclus.*8. *num.*46. D. Anton. 2. *p. tit.*11. *cap.*2. § 9. *vers. Item, non potest.* Enriquez *lib.*14. *de irregularitate, cap.* 18. & alij, quos referens sequitur Sanchez *lib.* 8. *de matrimonio, disp.* 1. *num.* 3. & *in præcepta Decalogi, lib.*4. *cap.*37. *num.* 39. & *num.*45. vbi concludit, posse omnes Prælatos habentes iurisdictionem ordinariam dispensandi in votis, & aliis rebus, posse quoque secum dispensare in eisdem: ergo in nostro casu poterunt locales Superiores absolui de reseruatis à Confessore à se electo. Fr. Manuel in specie idem tradit *in additionibus ad* §.9. *Bullæ Cruciatæ, fol.*59. *pag.* 1. iuxta Caietanum 2.2. *quæst.*96. *art.*1. *ad* 3. quod est verum, nisi potestas Superioribus concessa sit limitata, vt in nostra Societate.

Ex dictis infertur, Confessarium Regularem, cui Prouincialis fecerit facultatem absoluendi suos subditos à casibus reseruatis, posse vti eadem facultate, vt absoluatur à suo Confessario. Nam Confessarius est delegatus ad vniuersitatem causarum: ergo potest committere Confessario potestatem absoluendi: quia videtur concessa simul facultas præsumpta erga seipsum.

Nihilominùs dicendum est, necessarium esse huic Confessori, qui habet facultatem actiuam absoluendi a reseruatis, quòd fiat expressa facultas passiua, vt possit absolui a suo Confessario. Ratio: quia absolutio est actus iurisdictionis, seu iudiciariæ potestatis,

ſtatis, ad quam exercendam erga alios, eget peculiari authoritate: ergo circa ſe ipſum non poteſt ea vti per ſuum Confeſſarium, niſi eam habeat à Superiore, qui eam poteſt concedere. Fr.Manuel *tom.1.q.21.art.3.* Secundò, quia hæc commiſſio, ſeu poteſtas abſoluendi alios à reſeruatis, eſt delegata, & nullo modo poteſt extendi vltra intentionem delegantis, prout patet ex textu *in cap. P. & G.de officio, & poteſtate Iudicis delegati*, vt per Nauarrum *in cap. Cum contingat.7.cauſa nullitatis, in principio, de reſcriptis.* Morla *in Emporio iuris, par.1. tit.2. cap.21. num.2.* Molina *de iuſtitia, tom.6. tract.5. diſp.25.n.2.* Menoch.*conſ.340.n.54.* Atque ita iuriſdictio delegata prorogationem non admittit. Peregrin. *variar. lib.1.ad rubricam huius tituli, n.38.& ad rubric.tit.de offic.iud.ordin.*& Barboſ.*lib.1.art.1.n.204.ff.de iudiciis.*

Nec obſtat, Prælatos exemptos, & Epiſcopos habentes iuriſdictionem ordinariam poſſe illam conferre Confeſſariis à ſe electis, & illos ſic electos ex vi iuriſdictionis delegatæ poſſe abſoluere delegantes à reſeruatis, à quibus ipſi Prælati poſſunt ſuos ſubditos abſoluere. Quia delegatus ſolùm habet hanc poteſtatem limitatam in ordine ad ſubditos delegantis: idcircò ſtrictè accipienda eſt, & ſtrictè interpretanda, cùm diſpenſationes ſint ſtricti iuris, ac proinde odioſæ: & ita non debet extendi ad caſus, in quos Confeſſor delegatus poteſt incidere, cùm hæc præfata poteſtas non ſit ad alium delegabilis. Gloſſa *in cap. His quibus.de officio Ordinarij*, & *ex cap. Quod dilectio.de conſang.in.& affin.* per textum, *Quæ permiſſum eſt hominibus*; vbi notatur, reſtringendam eſſe poteſtatem diſpenſandi ratione conſuetudinis ad vitandum ſcandalum. Sanchez *de matrim.lib.8.diſp.2.n.4.* Faciunt *cap.1.& 2.de filiis Preſbyt.in 6.* vbi habetur, quòd poteſtas diſpenſandi expreſſè quibuſdam conceſſa, ad alios non expreſſos non debet extendi. Ita in noſtro caſu.

Cæterùm Prælati conuentuales ſunt verè Supe-
10. riores in dignitate conſtituti, & habent curam ani-
marum, vt declarauit Clemens IV. & Sixtus IV.
vt habetur *in Compendio Mendicantium, tit. Abſo-*
lutio quoad Fratres, & *ibi* Corduben.*§.7. & verb.*
Guardianus, n.1. habéntque conuentuales Prælati
circa multa ſuperioritatem, tam in ſpiritualibus,
quam in temporalibus, illiſque debetur obedien-
tia, ac reuerentia. Fr.Manuel *tom.3.q.19.art.3.* Com-
paratúrque Curatis: idem *q.31.art.1.* vbi de eorum
11. obligationibus. Nequeunt tamen Prælati maiores
limitare, & reſtringere authoritatem inferiorum ſi-
ne iuſta cauſa. Peccabunt tamen, ſi contrà fece-
rint, quamuis factum teneat, cùm ſint Ordinarij, &
habeant ſuam iuriſdictionem non ſolùm beneficio
legis humanæ; ſed etiam diuinæ: atque ita ſi abſque
cauſa iuſta eorum authoritas reſtringatur, fit illis in-
iuria. Fr. Manuel *tom.1.de regular.q.17.art.7.fol.156.*
Ex quibus colligitur, omnes reſeruationes, & reſtri-
ctiones, quæ factæ ſunt, vel à iure, vel à ſtatutis Re-
ligionum, vel à conſuetudine, eſſe iuſtas, & bono
particulari Religionum expedientes, cùm interce-
dente cauſa iuſta omnia fuerint inſtituta, Suar.*tom.*
4.lib.2.cap.2.n.23.& 24.& 26.

Non leuis tamen eſt dubitatio, an Prælati maio-
12. res poſſint eximere ſubditos ab obedientia ſuorum
Prælatorum immediatorum? Negat Fr. Manuel *de*
Regularibus, tom.1.q.23.art.3. dicens, non poſſe Ge-
neralem eximere Guardianum, ne ſit ſubditus Pro-
uinciali, in cuius Prouincia eſt; neque Prouincialem
eximere Religioſum exiſtentem in aliquo Monaſte-
rio, ne obediat omninò ſuo Guardiano, aut Rectori.
Sed oppoſitum videtur dicendum, dummodo ha-
beat Guardianus in ſua Prouincia aliquem deſtinatum, ad quem recurrat loco Prouincialis in adminiſtratione, ac regimine ſui Monaſterij, perinde ac ſi eſſet verus Prouincialis illius Conuentus. Idem dico de aliquo Religioſo commoranti in aliquo Conuentu reſpectu ſui Guardiani, cuius loco debet aſſignari Superior loco Guardiani, cui omninò obediat in eodem Conuentu. An autem hi Superiores deputati ad hos particulares, ſeu ſingulares ſubditos habeant iuriſdictionem ordinariam, an delegatam in vtroque foro reſpectu illorum, videtur dicendum habere ordinariam, ſi inſtituantur à Generali, aut Prouinciali, eo modo, quo reliqui Superiores locales creantur, argumento Superiorum, qui dicuntur intermedij, de quibus Suarius *tom. 4. de Religione, lib.2.c.2.fol.59.n.5. & 6.* alias iuriſdictio illorum erit delegata, ſi aliter inſtituantur, tam à Generali, quàm à Prouinciali, qui poſſunt illam reſtringere. Suar.*ſupra fol.64.n.22.*

De iis, ad quæ tenentur Regulares, tam ratione Regulæ, quàm votorum emiſſorum.

§. IX.

EPITOME.

1. *Regulæ transgreſſor ſpectantis ad tria vota ſubſtantialia, peccat mortaliter, niſi excuſetur ex paruitate materiæ.*
2. *Transgreſſor Conſilij euangelici in Regula contenti non peccat.*
3. *Regulæ transgreſſor non peccat, quando conditor explicat, ſe nolle obligare transgreſſores ad culpam, niſi transgreſſio procedat ex prauo animo, ac fine.*
4. *Regula poteſt dari, quæ non obliget ad culpam, ſed ſolum ad pœnam, & quæ ſit culpa nolle ſubire pœnam.*
5. *Peccat, qui non ſubit pœnam taxatam in Regulis, aut impoſitam à Superiore.*
6. *An peccet mortaliter, qui habet conſuetudinem transgrediendi Regulas, etiamſi vna, vel altera transgreſſio Regulæ non ſit mortalis.*
7. *Conſuetudo transgrediendi Regulas non eſt contemptus illarum, niſi cauſa transgrediendi ſit nolle Regulæ ſubiici.*
8. *Religioſus peccat mortaliter habens animum nunquam ſe continendi ab actu prohibito in Regula, niſi prohibeatur ſub mortali.*
9. *Veniale peccatum propter frequentiam an transeat in mortale aliquando.*
10. *Prælatum, quatenus talis eſt, contemnere, eſt mortale.*
11. *Secùs ſi contemnatur ſecundùm quid.*
12. *Peccatum quotuplex ſit, quando Religioſus transgreditur præceptum Prælati obligantis ſub mortali.*
13. *Subditus tenetur obedire Prælatis ratione voti obedientiæ in rebus, quæ ſe offerunt in quotidiano vſu.*
15. *Subditus quando dubitat, an res ſibi præcepta ſit licita, non tenetur obedire ſecundùm aliquos: ſed oppoſitum eſt verum.*
16. *Subditus dubius de iuſtitia rei præceptæ, an poſſit conſulere viros peritos, antequam obediat: probabilius*

babilius est non teneri, nisi res fuit valdè difficilis, & austera.

17. *Subditus quando dubitat de bonitate rei præceptæ, & Superior simul dubitat, non tenetur subditus obedire.*

18. *Superior probabiliter opinando rem sibi præceptam à Superiore esse illicitam, adhuc tenetur obedire.*

19. *Quando dubitatur, an Superior possit præcipere, & an subditus teneatur parere, subditus potest obedire, non tamen tenetur.*

20. *Subditus potest agere contra propriam opinionem, & tenetur obedire, modò habeat dictamen conscientiæ, quòd possit id facere.*

21. *Malum secundùm se potest habere rationem boni, ratione alicuius circumstantiæ.*

22. *Verba præceptiua quæ sint, & æquipollentia præcepto: quam obligationem afferant, & quæ sint ista? Item, quæ verba sint communia, & quam obligationem inducant.*

1. DVBITATVR primò, an regulares obseruationes obligent sub mortali, vel veniali, quando dicitur à Fundatore, se nolle obligare ad culpam aliquam transgressores? Respondetur primò, quando res, quæ continentur in Regula, spectant ad tria substantialia Religionis vota, tunc earum transgressionem esse mortalem de se, & ex genere suo; quia vota illa sub mortali obligant. D. Thom. communiter receptus 2.2.q.186. art.9. Dixi, *ex genere suo*: quia, quando malitia est modica,
2. voti violatio est venialis, Sanchez *in præcepta Decalogi, c.4.n.1. & 2. lib.1. & lib.6.c.4.n.8.* Respondetur secundò, quando Consilia euangelica continentur in Regula, tunc Regulæ violatio non est peccatũ: quoniam Consilia pertinent ad perfectionem charitatis. Religiosi tamen quamuis teneantur tendere ad perfectionem; hoc onus non habent secundùm omnia Consilia euangelica; sed secundùm præscriptum suæ Regulæ: & ideò non tenentur esse perfecti.

3. Similiter dicendum est, ad nullam prorsus obligari culpam propter violationem aliarum obseruantiarum regularium externarum, quæ in regula præscribuntur, quando regulæ conditor expressè ait, se ad nullam culpam velle obligare, vt dicitur *in regulis Societatis, 6.p. Constit. c.20.* Ratio: quia, cùm huiusmodi Regulæ non sint de rebus aliàs obligantibus, non habent vim obligandi, nisi ex voluntate legislatoris, de qua constat, nolle obligare. Et hanc fuisse suam mentem explicuit D. Antonin. 3.*p. tit.1. cap.16.§.13.* Castro *lib.1. de leg. pœn. cap.8. §. Secundò principaliter arguo, & cap.5. docum.4. in principio, & lib.2.c.8. §. Sed citra hanc*, Cordubens. *in Regul. D. Francisci, cap.10.q.3.* Passarell. *in priuileg. Minimorum, cap.25.* Azor 1.*p. instit. lib.5. cap.2. in fine*, & Valent. 2.2. *disput.10. quæst.4. punct.5.* Philiar. *de offic. Sacerdotis tom.1.p.2. lib.3. cap.2. concl.2.*

Nec refert, si dicas, Regulas Religionis esse leges, & de essentia legum esse obligare ad culpam transgressores. Nam ad hoc respondetur, in multis assimilari legibus; non esse tamen propriè leges obligantes, & cogentes: & ideò deficiunt à rigore, & proprietate legum, cùm careant vi coactiua, & inductiua obligationis ad culpam ex defectu intentionis institutoris nolentis obligare ad illam.

Respondetur tertiò, transgressionem Regulæ non obligantis ex se ad culpam, posse culpam continere, quando transgressio contigerit ex prauo fine, quo transgrediens mouetur. Dixi, *ex prauo fine*: quia si mouetur aliquo fine, vel causa, quæ pro circunstantia temporis, videtur Religioso honesta, etiamsi id, quod facit, sit minùs bonum, quàm seruare Regulam, non peccat Religiosus transgrediens Regulam: quia non tenetur semper facere, quod melius est. Vasquez 1.2. *quæst.96. art.4. disp.158. cap.3. num.16.* & Valentia 2.2. *disp.10. q.4. punct.5. ad finem.*

Respondetur quartò, posse dari Regulam, quæ 4.
nullam obligationem in conscientia ad culpam etiam venialem inducat; sed obliget solùm ad pœnam in conscientia, vt illam saltem patiantur transgressores. Probatur ex Martino V. *in approbatione Regulæ Monachorum S. Hieronymi*, dicente ibi: *Per suos Superiores pro eorum excessu, & transgressione, ac modo culpæ iniungi valeat pœnitentia salutaris, quam suscipere, & adimplere teneantur.* Sequitur Suares *tom.4. de Religione, lib.1.c.2.n.6.*

Respondetur quintò, esse culpam non subire 5.
pœnam taxatam in Regulis, aut à Superiore impositam, D. Anton. & Azor *suprà*, esséque venialem ait *ibi* D. Antonin. *in fine*. Sed verius est, nullam esse culpam non subire pœnam à Regula, vel à Superiore iniunctam, nisi accedat speciale Superioris mandatum obligans. Ex eo, vel maximè, quia Fundator Regulæ mentem suam generaliter explicauit, dum dixit, ad nullam culpam per Regulas illas se velle obligare quenquam: quare si institutor excusat à culpa violatorem silentij, sic etiam excusabit à culpa illum, qui noluerit violati silentij pœnam subire: aliàs sibi contradiceret, dum legislator ait, se ad culpam nolle obligare per Constitutiones: quia velle obligare ad pœnam, si esset sub aliqua culpa, Regula obligaret ad culpam. Quare, quando dicitur transgressorem Regulæ obligare ad pœnam, intelligitur de obligatione larga: ita vt Superiores possint à transgressoribus pœnas exigere, eósque obligare sub peccato ad pœnas illas subeundas, quæ sunt impropriè pœnæ, & propriè pœnalitates quædam. Viguer. *lib. Institut. cap.17. §.1. vers.13.* Armil. *verb. Religio, num.13.* Valentia *suprà, d. disp.10.q.4. punct.5.* post Caietanum 2.2.*q.186. art.9. circa solut. ad 1. in dubio 2. & 3.* Suarius *suprà lib.1.c.4. ex n.13.*

Dubitatur secundò, an sit mortale habere con- 6
suetudinem transgrediendi Regulas, etiamsi non sit mortalis vna, vel altera transgressio Regulæ? Abbas *in cap. Nam concupiscentiam. num.4. & 5. de Constit.* & *ibi* Felinus *num.11. fine*, tradunt esse mortale. Sequitur Tabiena *verbo, Religio, quæst.4.* Ratio: quia hæc consuetudo inuoluit contemptum interpretatiuum; imò est contemptus: & ob id consuetudo est mortalis, modò habeatur propositum non seruandi præcipuas Religionis obseruationes, etiam ad culpam non obligantes, insupérque habeatur animus frequenter illas transgrediendi. Ita D. Antonin. 3.*p. tit.16.c.1. §.9.* Syluester. *verb. Religio, 1. q.12. dict.4.* & Valentia 2.2. *disp.10. q.4. punct.5. col. penult. vers. Atque ita est.*

Nihilominùs dicendum est, consuetudinem 7.
transgrediendi Regulas non esse contemptum illarum, nisi causa transgrediendi sit, nolle Regulæ subiici: fateor tamen, consuetudinem illam ad contemptum inclinare: & qui ita se habet, expositus est probabili periculo contemnendi Regulas; atque ita tenetur sub mortali deponere animum illũ, & habere propositum saltem obseruandi aliquas præcipuas Regulas, quamuis non habeat intentionẽ seruãdi alias minùs principales: quoniã per illa simul

cum

cum votorum obseruatione potest niti, & tendere ad perfectionem, & viuere religiosè eo modo vt non alijs scandalo, & offensioni sit, & ad hoc tenetur sub mortali. Secus si illi sit animus seruandi vnam, vel alteram tantùm regulam ex præcipuis; quoniam hoc modo non vitat graue periculum contemnendi regulas, ac votorum substantiam transgrediendi, cùm teneatur religiosè viuere, & nec sibi, nec aliis causa esse ruendi: quæ damna sine dubio inferret, si nollet in Religione seruare silentium, neque orationi tempus dare, neque alias obseruationes omnibus communes amplecti, & mores suos ita componere, vt non videatur dimissionem procurare, Corduben sis *in Regula D. Francisci cap. 1. quæst. 3. post tertium dictum, vers. sed vtrum similiter*, vbi hanc viuendi licentiam, ac doctrinam reprobat eorum scilicet, qui excusant à mortali Religiosum, qui vult seruare aliquam, vel aliquas regulas duntaxat, & cæteras non vult, inter quos est Syluester *vbi suprà Religio 1. quæst. 12. dict. 4.* & Valentia *vbi proximè d. punct. 5. col. penult. vers. atque ita est*; quibus etiam aduersatur Sanchez *tom. 2. in præcepta lib. 6. cap. 4. num. 19.* vbi docet esse mortale propositum obseruandi vnam, vel aliquas regulas ex præcipuis tantùm, & cæteras omittere, eo quia Religiosus tenetur viuere, ita vt non sit aliis scandalo, & offensioni notabiliter, nec causa ruinæ. Mihi tamen videtur peccare mortaliter, qui habet intentionem non viuendi secundùm regulam, etiamsi non peccet transgrediendo regulam, si tamen id faciat ex contemptu etiam in minimis, ita D. Thomas 2. 2. *quæst. 186. art. 9.* Bonauentura *tom. 1. opusc. lib. 2. pharetra cap. 44.* Dicitur autem fieri contra regulam ex contempto, quando quis habet propositum absolutum non seruandi regulam, seu viuendi ita liberè acsi regulam non haberet, & in hoc Religioso ita viuente nolle seruare regulam est peccatum mortale. Requiritur ergo, vt non habeat contemptum, quòd habeat intentionem viuendi secundùm regulam, & secundùm constitutiones, idque sufficit, quamuis in multis regulam frangat; sequitur Astens. *lib. 6. summa tit. 47.* quem refert, ac sequitur Angel. *verb. religiosus num. 27.* & Nauarrus *commentario 1. de Regularibus num. 10.*

8. Similiter erit peccatum mortale Religiosum habere animum nunquam se continendi ab aliquo actu prohibito in regulâ, aut à Prælato, nisi prohibeatur sub mortali, Sanchez *d. lib. 6. cap. 4. num. 20.* propter periculum transgrediendi vota, post Caietanum *in summa verbo præcepti transgressio. vers. commune est autem.* Valentia 2. 2. *disp 7. quæst. 5. punct. 6. col ante penult. vers. tertius casus est.* Nam 15. transgressor regulæ, ita se habet ad finem regulæ, sicut, qui transgreditur ex contemptu: quin etiam, quia censetur propterea religiosum regulam transgredi, vt impediat, quantùm in se est finem regulæ, & respoit finem; quamuis regula ad nullam culpam, vel ad solam venialem obliget. Nam illius contemptus communiter est mortalis. Nihilominus non peccabit mortaliter Religiosus contra præceptum tendendi ad perfectionem, si firmiter proponat exequi quod vouit & omnia præcepta regulæ, & Superiorum obligantia sub mortali, & reliqua omittere: peccabit tamen mortaliter ob periculum transgrediendi vota. Sanchez *cap. 4. num. 18. & cap. 5. num. 7.*

9. His obstat veniale peccatum non transire in mortale ratione vsûs, & consuetudinis committendi venialia, vt docet Azor. *tom. 1. instit. moral. lib. 4. cap. 9. quæst. 11. tom. 1.* post Scotum *in 3. dist. 29. quæst. 1.* Gabriel *in 4. dist. 16. quæst. 5. art. 3. dubio 5.* Almain. *tract. 3. moral. cap. 21.* ex eâ ratione, quoniam actus replicati sunt eiusdem speciei, cuius est primus, ac proinde eiusdem deformitatis: ideo si primus actus est venialis, & cæteri veniales erunt, nec frequentia transgrediendi legem dicitur eius contemptus, prout tradit D. Thomas 2. 2. *quæst. 186. art. 9. ad 3.* Respondetur tamen id esse verum per se, & ex sola venialis peccati naturâ; at verò aliquando ex frequentiâ committendi venialia, mortale consurgit non præcisè ratione frequentiæ, sed propter periculum peccandi grauiter, in quod ex ipsâ consuetudine Deo permittente homines incurrunt, Azor *supra*, & Sanchez *d. lib. 1. in præcepta decalogi cap. 5. num. 3.* vbi *num. 4* addit propositum committendi omnia venialia in quacunque occasione, solàque mortalia vitandi esse mortale, etiamsi absit contemptus, eò quòd tale propositum apertissimum secum affert peccandi mortaliter periculum, iuxta glossam *in cap. tres sunt. de pœnit. dist. 1.* dicentem contemptum multorum venialium efficere mortale, sicut propositum committendi omnia venialia in materia periculosa vt luxuriæ, est mortale, Sanchez *supra d. num. 4. ad finem*, nimirum si quis habeat propositum confabulandi, aspiciendi, tangendi, quatenus solùm venialia peccata fuerint, peccat mortaliter propter periculum manifestum ruinæ mortalis.

Quæstionis tamen est an dentur alij casus, in quibus venialia peccata ex genere suo transeant in mortale vltrà casus ratione periculi? Respondeo committi mortale ex contemptu, quamuis materia præcepti sit leuis: contemptus tamen est grauis. Requiritur tamen, quòd contemptus sit formalis, videlicet quando est causa eius peccati committendi contemptus; quando scilicet quis præceptum transgreditur, quia præceptum est, aut quia subiici non vult superiori præcipienti. Nam tùm superior sit lex animata, idem est nolle subiici legi, & nolle superiori, Caietan *in summa, verbo contemptus, vers. contemptus autem*, Syluester *verbo Religio 1. quæst. 12. dict. 4.* Cordubensis *in regul. D. Francisci cap. 10. quæst. 3. punct. 2.* Sayr. *in Claui lib. 3 cap. 7. num. 16.* Vasquez 1. 2. *quæst. 96. art. 4. disp. 158. cap. 4 num. 37.* & Valentia 1. 2. *disp 7. quæst. 5. punct. 6. col. ante penult. casu 1.* Accedit Nauarrus *in summa cap. 23. num. 41.* vbi vult hunc contemptum esse, quando quis mouetur ad transgrediendum præceptum, aut legem, vt ea paruifaciat, quòd peccatum contemptus, est peccatum inobedientiæ formaliter, quæ consistit in voluntate non obediendi præcepto, quatenus præceptum est, aut quatenus Superior est D. Thomas 2. 2. *quæst. 104. art. 2. ad 1.*

Ex quo constat esse mortale contemnere Prælatû, quatenus talis est, & quatenus à Deo authoritatem habet, Syluester *verbo contemptus q. 3.* Castro *l. 1. de lege pœnali c. 5. conclus. 1.* Lessius *de iustitia c. 46. n. penult.* Non tamen erit mortale semper quando contemnitur, quia est improdês, aut infimæ conditionis, Castro *d. cap. 5. conclus. 2.* & Lessius *vbi proximè.* Similiter non erit mortale nolle obedire ex indignatione, quod contingit quando in aliqua te non obedit, non quod recu- 10.

set subdi superiori, sed renuit; quia non vult superiorem afficere solatio, dummodo indignatio non sit mortalis, Caietan *in summ. verb. contemptus, ver. aduerte hic*, Lessius *d. cap. 46. num. pen. fin.* eò quia inobedientia ex indignatione non habet circumstantiam mortalem, regulariter additam transgressioni præcepti, qualem habet nolle obedire ex contemptu.

Eodem modo contemnere Prælatum secundùm quid non est mortale, sed veniale, cum renuat hic, & nunc obedire in hac re leui, in qua non cernitur simpliciter contemptus: & ideo est veniale, Sotus *in 4. dist. 15. q. 2. tit. t. ad 1. vers. hoc enimaduertendum*, Valent. *t. 2. disp. 17. q. 4. punct. 6. col. antep. in 1. casu*, Ludou. Lopez *1. p. instruct. cap. 55. in fin.* proinde inobedientia formalis in re minimâ, non est mortalis culpa: est enim contemptus secundùm quid, nempe in re minimâ. Dicitur autem in hâc materiâ res leuis, quoties præceptum est non valde strictum, vel quia est de re leui, vel quia Prælatus non imponit illud cum magna voluntatis intentione.

12\. Quotuplex autem sit peccatum, quando Religiosus transgreditur præceptum Prælati obligantis sub mortali? Caietanus 2. 2. q. 88. *art. 5. dub. vlt. circa solut. ad 3.* docet esse duplex peccatum; alterum contra votum obedientiæ; alterum contra præceptum Superioris, sequitur Vasques *1. 2. q. 72. art. 6. disp. 98. cap. 3. n. 7.* Subdens posteriùs peccatum spectare ad species diuersas secundùm diuersas materias. & diuersa motiua Superioris præceptum illud iniungentis. Sotus tamen *lib. 7. de iust. q. 2. art. 3. ad 1.* vult esse vnicum tantùm peccatum contra votum; quod puto verum, si Superior præcipiat solùm in virtute obedientiæ, vel absolutè iniungat præceptum: tunc enim erit vnicum peccatum contra votum: secus si Superior præcipiat ratione voti in virtute obedientiæ, & sub pœnâ excommunicationis: tunc enim transgressor duplicis culpæ reus erit. Vnde præcipiente Superiore vtente vtraque potestate, volenteque obligare etiam sub pœnâ excommunicationis, pœnitens debet explicare in confessione præceptum cum materiâ præceptâ, Sanchez *in præcepta Decalogi lib. 4. cap. 17. n. 23. & n. 25. & lib. 6. cap. 4. num. 71. vbi n. 72.* obseruat, quando in aliquâ Religione reseruatur peccatum inobedientiæ, aut peccatum contra votum obedientiæ, non censeri reseruatum in obedientiam, quæ non fuerit mortalis. Contra verò, si fuerit mortalis propter contemptum, vel ob aliam mali finis extrinsecam circumstantiam, non est culpa reseruata, cum non sit inobedientia, nec directè contrarietur voto obedientiæ.

13\. Subditus item tenetur obedire Prælatis ratione voti obedientiæ. D. Thomas *2. dist. 44. q. 2. art. 3. pen. argum. sed contra*, & ibi Durand. *q. 4. n. 4.* Porrò perfectissima obedientia cernitur circa omnia licita, quamuis sint ex iis, quæ Superior nequeat præcipere, Sotus *lib. 7. de iust. q. 2. art. 4. ad fin.* dicens obedientiam debere esse in rebus, quæ in quotidiano monasticæ vitæ exercitio occurrunt, & in his sufficit intelligi voluntas Superioris. Non tenetur tamen Religiosus exequi voluntatem sui Prælati sibi notam; sed oportet adesse præceptum illius, Syluest. *verbo obedientia, sine, & verbo præceptum q. 2.* Vasques *1. 2. q. 95. art. 3. disp. 155. ad fin.* Toletus *in fine summ. tract. de septem pecc. mort. cap. 15. num. 10.* Nec etiam tenetur Religiosus obedire, quamuis cognoscat apertè actum intellectûs superioris imperantis, quia homines solùm obligantur per vocem, seu præceptum humanâ voce expressum: ideo requiritur quòd actus intellectûs voce exprimatur.

Ad hæc, quando Superior præcipit rem aliquam subdito, & ipse dubitat, an res præcepta sit licita, non esse in hoc dubio integrum subdito obedire ex eo videtur dicendum; quia maior est obligatio voti, vel iuramenti, quàm præcepti Prælati; sed in dubio an res promissa, vel iurata liceat, non est implenda, quandiu non constat illam esse licitam: ergo in nostro casu nisi deposito dubio: censetur enim possessio pro subditi libertate, vt minimè teneatur obedire perseuerante dubio. Item obedientia, quam debet Religiosus ratione voti obligat ad ea præcepta, quæ licita sunt, & secundum regulam, & in iis possessio est pro Superiore; in dubiis autem possessio est pro subditi libertate, Vasques *1. 2. q. 19. art. 6. disp. 66. cap. 9. à n. 52. vsque ad fi.* sequitur Salas *1. 2. q. 21. tract. 8. disp. vnic. sect. 17. n. 152.* vbi quamuis dicat in dubio parendum esse, addit hoc non procedere ratione possessionis imperandi, quâ fungitur Superior; sed quia alio modo homines nequeunt bene gubernari, quia passim assurgunt dubia circa res præceptas, & *infra num. 159* vult non esse generaliter verum, vt id quod perseuerante dubio illicitum erat facere, reddatur licitum accedente præcepto Superioris, sed solùm hoc procedere vti verum, quando quis ambigeret, an quod præcipitur sit licitum, ac certus esset, si fortè esset illicitum, esse multò minus peccatum, quàm sit inobedientia: tunc enim accedente hoc præcepto licitè operaretur ad vitandum hoc maius peccatum, quod remoto præcepto illicitum ei esset: quoniam præceptum, ait, Superioris non potest facere communiter vt id, quod alioquin erat dubium, sit licitum subdito; sed id solùm, vt quod alioquin erat licitum, sit obligatorium. Sic ille. 14.

Dicendum tamen est, quando subditus dubitat an præceptum sibi impositum sit licitum, teneri subditum obtemperare, quia melior conditio Superioris est in dubio, cùm sit in possessione præcipiendi, à quâ potestate non debet remoueri stante dubio, nisi vbi constiterit ipsum rem illicitam præcepisse. Nam pro illo stat possessio vera, & in dubio mandatum Superioris præsumitur iustum, nec censetur excedere fines suæ iurisdictionis, Couarr. *reg. peccatum, 1. p. num. 5. ad fin.* Denique in eo dubio Superior est veluti interpres voluntatis diuinæ, ac proinde illius voluntati, ac præcepto parendum. Paludanus *in 4. dist. 39. art. 1. q. 3. ad vlt.* & *ibi* Maior. *dist. 15. q. 20. concl. 3. & dist. 38. q. 15.* D. Antonin. *3. part. tit. 16. c. 1. § 9. vers. 3.* Alensis *p. 2. q. 120. memb. 3. art. 2.* Caietanus *in summa verbo bellum, & 2. 2. q. 169. art. 2. circa solut. ad 4. in dubio 2.* Nauarrus *cap. si quis autem, num. 114. de pœnit. dist. 7. & in summa cap. 23. num. 37.* Victoria *de iure belli, propos. 5. num. 31*, Molina *de iust. tom. 1. disp. 113. tota concl. 3.* Toletus *in fine, vbi de peccato mortali, cap. 15. num. 16.* Valentia *1. 2. disput. 2. quæst. 14. punct. 4. quæst. tunc. 4. vers. peculiariter autem, & 2. 2. disput. 3. quæst. 16. punct. 2. column. 5. versic. sexto certum est*, Azor *tom. 1. lib. 2. cap. 19. quæst. 9.* & Emanuel Sà *verb. bellum, num. 2.* 15.

Idem dicendum est, teneri scilicet obtemperare, quando subditus dubitat, an excedat Superior limites regulæ, aut fines suæ potestatis, ac iurisdictio

risdictionis, quia tunc constat rem præceptam non esse malam, colligitur ex traditis à Doctoribus præcitatis, quibus accedit Manuel *tom. 1. summa in 2. edit. cap. 126. num. 5. & tom. 3. regular. quæst. 19. art. 6.* & Sayr. *in claui lib. 1. cap. 13. num. 4.*

16. Integrum est tamen existente dubio subditis consulere viros peritos de iustitia rei præceptæ, si commodè possunt, Alex. de Neuo *cap. sicut, el 3. num. 98. de iureiurand.* Rosel. *verbo bellum, num. 4.* Syluester *eodem verbo 1. quæst. 9. conclus. 3. & verbo obedientia quæst. 2.* sicut possessor rei, si dubitat an sit res sua, tenetur facere diligentiam ad veritatem comparandam. Est valde probabile: probabilius est non teneri adhibere hanc diligentiam subditum: sed rem præceptam exequi, quando illi non constat præceptum esse malum, Nauarra *lib. 2. de restit. cap. 3. in noua editione*, Valentia *2. 2. disp. 7. quæst. 3. punct. 2. col. 2. coroll. 2.* post Gabrielem *in 4. dist. 15. quæst. 4. art. 2. cap. 4. vers. dicitur etiam, quod si dubitat;* ex ea ratione traditâ à D. Thom. *de veritate, q. 17. art. 5. ad 4.* dicente subditorum non esse inuestigare, sitne bonum, quod iubetur, sed rem præceptam exequi, quando non constat præceptum esse malum.

Longè aliter, si subditus in re valde difficili, & nimis molestâ dubitet an sit licita, aut supra Superioris potestatem: in hoc euentu bene potest subditus non exequi statim rem præceptam, sed potest supersedere, donec constet de iustitiâ Superioris imperantis rem tam austeram, & quasi impatibilem, putà longam abstinentiam, vel aliud opus durissimum, vt Sotus *in relectione de tegendo secreto, membr. 3. quæst. 2.* Barthol. Medina *1. 2. quæst. 19. art. 6. dub. 4.* & post hos Rodrigues *in summa part. 2. cap. 9. in verbo obedientia, conclus. 5.* & alij, quos sequitur Sayr. *in claui lib. 1. cap. 13. num. 40. vers. tertia propositio, post med.* negat tamen Rodrig. *tom. 3. regul. quæst. 20. art. 4.* teneri subditum obedire in difficilibus.

17. Similiter quando subditus dubitat, an res præcepta sit licita, & cognoscit Superiorem dubitare etiam, an præcipiat rem licitam; in hoc euentu stante hoc dubio, non potest nec tenetur licitè obtemperare, quia nec Superior petit sibi debitam obedientiam. ergo subditus non tenetur obedire, Petrus de Ledesma *2. tom. summ. tract. 3. cap. 13. conclus. 21.* Fr. Manuel *1. tom. summa 2. edit. cap. 126. conclus. 4. num. 5.* argumento vtriusque coniugis, quando dubitant de valore matrimonij; neuter potest alteri petenti debitum reddere, Sanchez *de matrimonio lib. 2. disp. 41. n. 55. vers. sit prima conclusio.* Igitur cùm Superior, & subditus dubitent an res præcepta sit licita, Superior non potest præcipere, nec subditus eo dubio persistente, obedire, vt vltrà præcitatos vult Bannes *2. 2. quæst. 40. art. 1. dub. 6. conclus. 3.* & Salas *1. 2. quæst. 21. tractat. 8. disput. vnica, sect. 26. num. 275.*

18. Subditus probabiliter opinando rem sibi præceptam à Superiore esse illicitam, tenetur adhuc obedire, cùm sit in possessione præcipiendi ea omnia, de quibus non constat euidenter esse mala, aut extra limites suæ potestatis. Ratio, quia, qui opinatur aliquid esse malum, non habet euidentem mali certitudinem, eò quòd de natura opinionis est, vt non sit assensus vndequaque certus, & euidens; sed cùm formidine partis oppositæ: ergo quandiu opinans non est omnino certus, tenetur obedire, ita Syluester *verbo conscientia, quæst. vltim.* Corduba *lib. 1. quæstionar. quæst. 9. in principio*, Soares *tom. 5. in 3. partem disput. 4. sect. 6. num. 5.* Valentia *2. 2. disput. 7. quæst. 3. punct. 2. col. 3. coroll. 3.* Sayr. *lib. 1. in claui cap. 12. num. 2.* quibus accedit Salas *1. 2. quæst. 21. tractat. 8. disput. vnica, sect. 8. num. 76.* non solùm, quia Superior est in possessione imperandi, sed etiam, quia esset maxima confusio in Religione, & communitate, si admittantur opiniones probabiles contra obedientiam, & contra Superiores præcipientes: daretur enim occasio spoliandi Superiorem possessione imperandi.

Id etiam habebit locum quoties fuerit diuersitas opinionum circa id, quod præcipitur à Superiore, an ex se liceat, vel non, in quo euentu, si Superior præcipit, quod licitum est iuxta probabilem opinionem, subditus obedire tenetur: sin autem esset diuersitas opinionum, an Superior posset præcipere id, & an subditus teneatur parere; in hoc biuio, licèt subditus adhærens opinioni contrariæ obtemperare possit, non tamen tenetur. Ratio diuersitatis est, quoniam in priori euentu, cum Superior habeat ius præcipiendi, subditus tenetut obedire: in posteriori autem casu, cùm dubitetur de iure Superioris, quamuis subditus possit obedire, non tamen tenetur, eò quòd non datur obligatio obediendi in inferiore, nisi quando datur in superiore ius præcipiendi, Sayr. *vbi supra num. 4.*

Ex dictis sequitur subditum posse agere contra opinionem suam, & consequenter teneri Prælato parere dummodo tamen habeat dictamen conscientiæ, quod id facere possit, Cordubens. *lib. 3. quæstion. quæst. 9.* & Vasques *1. 2. disput. 62. cap. 6.* 20.

Nam quod est absolutè, & secundùm se malum ex circunstantiâ aliqua potest habere rationem boni, sicut in duobus malis occurrentibus quorum alterum oportet eligere, illud quod 21. est minus malum secundùm se aliquando eligitur, & quoad hoc propter hanc circunstantiam censetur non esse malum; non quia non sit malum, sed quia tunc desinit esse malum: occurrentibus enim illis duobus, quorum vnum est obedire agendo contra propriam opinionem; alterum verò non obedire adhærendo propriæ opinioni, fas erit ex hac causa parere Superiori contra illam, Azor *inst. moral. tom. 1. lib. 2. cap. 17. quæst. 9. fol. 133.* Sayr. *supra lib. 1. cap. 12. num. 2.*

Quid dicendum, quando Superior præcipit per hæc verba, *præcipio, iubeo, impero, mando, hortamur, ordinamus, statuimus, innouamus; volumus, sancimus, decernimus*, an obliget per hæc verba ad mnrtale? Item quando vtitur in præcipiendo verbis, *inhibeo, veto, interdico*, seu verbis, *debeo, oportet, debet, non licet, non potest, necesse est?* Respondeo verbum *præcipio* importare præceptum. Est communis. Idem importat verbum, *iubeo*, gloss. *Clementina pastoralis, ve. bo de more, de sentent. & re iudic.* Bartolus *l. sæpe, ad finem, ff. de offic. Præsid.* Syluester *verbo præceptum, quæst. 2.* Castro *l. 1. de lege pœn. cap. 5. document. 4.* Gutierrez *canon. lib. 1. cap. 7. num. 21.* Vasques *1. 2. quæst. 96. art. 4. disput. 158. cap. 3. num. 22.* Azor *tom. 1. lib. 5. cap. 6. quæst. 5.* & Sayr. *in claui lib. 3. cap. 7. num. 27.* Quare minus bene loquitur Emanuel Sà *in summa, verbo lex, num. 6.* dum ait, verbum *præcipimus*, importare præceptum: verbum autem *iubemus* non vtique, sed fallitur. 22.

Idem dicendum est de verbo *impero*, inducit enim præceptum ſub mortali etiam, ſicut & *iubeo*: item *mando* eandem obligationem importat, ſicut & *præcipio*, & pro eodem vtrunque verbum vſurpatur, ita Anton. *in*, *Nam concupiſcentiam*, *in fine de conſtit.* & *ibi* Alex. de Neuo *num.* 24. Syluest. *verbo præceptum quæſt.* 2. Vaſques 1.2.q.96. *art.*4.*diſp.*158. *cap.*3. *num.*21. & *cap.*6. *num.*56. vbi volunt nullum diſcrimen reperiri inter verbum *Mando*, & *Præcipio*, & per vtrumque poſſe obligari ad mortale, ſeu veniale ſecundùm materiam præceptam, Sanchez *lib.*6.*cap.*4 *num.*35.

Difficultas eſt de verbis, *Hortamur*, *Ordinamus*, *Statuimus*, *Innouamus*, *Volumus*, *Sancimus*, & *Decernimus*, quæ verba nec ſunt præcepti, nec æquipollent præcepto; ſunt enim verba communia, Armilla *verbo lex*, *num.*4. Gutierres *Canon.lib.*1.*cap.*7. *num.*25. Azor *ſupra lib.*5. *cap.*6. *quæſt.*5. Emanuel Sa *verbo lex*, *num.*6. vbi volunt per hæc verba non induci obligationem peccati mortalis nimirum per verbum *monemus*, *hortamur*, inter quę etiam nominatur *ordinamus*. Idem de verbo *ſtatuimus*, Vaſques *ſupra*, Gutier. Azor, citati, Tabiena *verbo lex*, *quæſt.*28.*num.*29. & *ibi* Armil *num.*4. & *verbo præceptum*, *num.*7. neque vt alij volunt, inducit nouum ius obligans ad culpam. Idem tradit Sayr. *in claui lib.*3. *cap.*7. *num.*28. de verbis *ordinamus*, *ſtatuimus*, *conſtituimus*, *volumus*, *ſtabilimus*, dicens legem illam, vbi hæc verba ponuntur non obligare ad mortale, niſi aliunde ex grauitate materiæ, aut ex detrimento boni communis, quod ſequeretur ex non obſeruatione, aliud tradendum ſit. Ita Nauarrus *in manu.cap.*23.*num.*49. & 50. Philiarc. *de officio Sacerdotis part.* 2. *lib.* 3. *cap.*2. *in dicto tertio*, Summa Corona *part.*1.*cap.*1.*num.*33.*concluſ.*4. Quæ cenſetur vera non ſolùm in Eccleſiaſticis legibus, ſed etiam in ciuilibus; quoniam hæ etiam obligant ex intentione Legum latorum, quæ colligitur ex ſignis, aut ex verbis.

Bonacina tamen de legibus *diſput.* 1. *quæſt.*1. *punct.*7. §.4. *num.*11. opinatur legem obligare ſub mortali, ſi verbis decretatiuis, & ſtabilitiuis proferatur, videlicet, *ſancimus*, *intendimus*, *volumus*, *innouamus*, *ſtatuimus*, *decernimus*, *ſtabilimus*, *ordinamus*. Ratio quia hæc verba continent præceptum, & non conſilium: præceptum autem in materia graui obligat ſub mortali. Nihilominus melius volunt alij, verbum *ordinamus*, *ſtatuimus*, *ſtabilimus*, *conſtituimus*, *innouamus*, *volumus*, eſſe verba communia, & non præcepti, nec æquipollentis præcepti: idem dicunt de verbo *intendimus*, & de verbo *ſancimus*. eſſe ſcilicet verba communia, & non præcepti: idem de verbo *decernimus*, de quo verius eſt eſſe verbum commune, vt bene Caſtro, Vaſques, Gabriel, & Gutier quos referens ſequitur Sanchez *lib.*6. *cap.*4. *num.* 40. & 41. *vbi num.*42. cum aliis addit verba communia oſtendere non eſſe animum legiſlatoris obligare ad culpam mortalem: vnde videntur ſentire obligare ad venialem; quia non continent grauem obligationem, ita Nauarrus, Summa Hiſpana *cap.*23.*num.*48. Latina *num.*49. Sed melius Vaſques 1.2.q.96. *art.*4. *diſp.*158. *cap.*3.*n.*40. ad nullam culpam obligare ait.

Quoad alia verba *prohibeo*, *inhibeo*, *veto*, *interdico*, *edico*, ſunt verba præceptiua. Verba autem *debeant*, *teneantur neceſſariò*, *neceſſe eſt*, *non licet*, *non poteſt*, ſunt æquipollentia præcepto, Sayr. *ſupra num.*20. Verbum tamen *oportet*, idem putant aliquando obligare ad mortale, aliquando non. Quia aliquando ſignificat præcepti neceſſitatem *in cap.*1.*de præſcriptionibus in* 6. vbi dicitur Epiſcopum, qui Eccleſias, & decimas, quas ab eo repetis, proponit ſe legitimè præſcripſiſſe, allegare oportet huiuſmodi præſcriptionis titulum, & probare, Emanuel Sa *verbo lex*, *num.*6. Caſtro *lib.*1.*de poteſtate legis pœnalis*, *cap.*5.*document.*4. Bonacina tamen *ſupra diſp.* 1. *de legibus quæſt.*1. *punct.*7.§.4.*num.*9. ex aliis ibi relatis fert legem latam adhibito verbo *oportet*, obligare ad mortale poſitâ materiæ grauitate, quia indicat neceſſitatem legis: atque ita poſitâ grauitate materiæ inducit obligationem ſub mortali, Nauarr.*c.*23. *num.*53. Medina *de ieiunio cap.*7. contra Suarium *de legibus lib.*3.*cap.*15.*num.*10. & *in tom.*1.*de Religione lib.* 3. *de reuerentia locorum ſacrorum c.*6. *num.* 7. exiſtimantem legem latam per verbum *oportet*, non inducere grauem obligationem niſi talis obligatio colligatur ex conſequentibus, & ex antecedentibus. Mihi tamen placet verbum *oportet*, regulariter in lege poſitum importare grauem obligationem poſitâ graui materiâ, niſi aliud conijcitur ex mente legiſlatoris: adhibetur enim verbum, *oportet*, ad oſtendendum neceſſitatem, quæ oritur ex legis obligatione, & ſequitur naturam præcepti. Bonacina *ſupra num.*9. *verſ. nos verò exiſtimamus*.

Quid de legibus latis per verbum imperatiuum ſi fortè dicant, *Cauete*, *audite*, *facite*, *dicite*, *abſtinete*. Quæ in legibus ponuntur ad oſtendendum imperium, & præceptum? Syluester *verbo præceptum*, *quæſit.*2. & Armilla *verbo lex*, *num.*4. dicunt regulariter leges verbo imperatiuo pronunciatas obligare ſub mortali in materiâ graui, niſi aliud conſtet de mente legiſlatoris, Nauarrus tamen *cap.*23.*num.*48. & Caſtro *lib.*1.*cap.*5.*ſupr.* volunt verba per imperatiuum ſimpliciter dicta non obligare ſub mortali, niſi materia ex ſe obliget ſub mortali. Dicendum tamen eſt obligare ſub mortali poſitâ materiæ grauitate, quando in legibus dicitur, *caueant*, *audiant*, *faciant*, *non faciant*, *dicant*, *non dicant*, *facite*, & ſimilia; ita Panorm. *in cap. veſtra*, *notab.*2. *de cohabit. cleric. & mulier*, vbi docet verba imperatiui modi æquipollere verbis præceptiuis, & Bonacina *de legib. d. punct.*7.*num.*10. *ad finem*.

Quid denique de verbis neceſſitatem importantibus. quæ æquipollent præcepto, vt *neceſſario*, *neceſſe eſt*? Reſpondet gloſſa *in cap. Domino*, *verbo deeſſe*, *diſt* 50. & *ibi* Archidiaconus *num.*1. & Præpoſ. *col.* 2. importare obligationem ſub mortali. Idem dicendum eſt de verbo, *non licet*, & de verbo, *non poteſt*, Sanchez *lib.*6.*de matrim. diſput.*38. vbi multis probat verbum, *non poteſt*, præciſam neceſſitatem inducere, & *tom.*2.*in præcepta lib.*6.*cap.*4.*num.*38. vbi de cæteris.

---

§. X.

Quas obligationes contrahant Regulares per profeſſionem factam in Religione.

EPITOME.

1 *Profeſſio vt ſit valida, quæ requirantur?*

2 *Profeſſionem fictam, qui fecit, debet illam ratificare, vel poteſt fugere ceſſante ſcandalo.*

3 *Profeſſio facta propter malum finem eſt irrita.*

4 *Pro*

4 *Professio solemnis quomodo describatur?*

5 *Professio erit valida quamuis profitens exprimat se nolle seruare castitatem quantumcumque illam promittat.*

6 *Professio facta verbis tantùm propter metum mortis est inualida.*

7 *Professio facta per dolum, si cadat in virum prudentissimum vitiabitur, sed non vitiari ipso iure est probabilius.*

8 *Professionem irritam faciens tenetur reclamare intra quinquennium, vt audiatur.*

9 *Professus per blanditias, seu preces importunas, & qui non fuit expertus solitas asperitates in nouitiatu, an teneatur facere professionem? & num. 10.*

11 *Nouitius non admittitur ad professionem, nisi per Abbatem, & conuentum.*

12 *Professio facta propter metum reuerentialem, an sit nulla, aut propter dolum à Monachis gestum? & infra num. 26.*

13 *Matrimonium carnale, & spirituale parificantur, & quod irritat vnum, irritat alterum.*

14 *Professio per preces importunas, si nihil aliud addatur valet, sicut & quiuis alius contractus. & num. 29.*

15 *Professio dolo facta non vitiatur quoad personam profitentis.*

16 *Professio minoris inducti ad profitendum suasionibus, ac blanditijs, an vitiat contractum.*

17 *Asserenti se fuisse deceptum in anno probationis non est credendum, & infra. num. 23.*

18 *Matrimonium carnale non fit irritum per metum reuerentialem, sicut nec professio.*

19 *Testamentum conditum à marito in fauorem vxoris ob blanditias, & illecebras illius valet, nisi aliud addatur.*

20 *Professus per blanditias, & preces importunas est vere Religiosus; bona tamen illius sunt restituenda hæredibus Religiosi.*

21 *Soluta propter importunitatem possunt repeti, sicut, & relicta.*

22 *Filius renuncians paterna hæreditati poterit facere compensationem, & cur?*

24 *Annus probationis conceditur nouitio vt experiatur institutum Religionis, non debet tamen experiri in singulari omnia.*

25 *Nouitius approbari debet ad professionem à conuentu, vbi annum perfecit, & professio debet recipi à Superiore immediato, seu mediato.*

27 *Error, vel dolus super substantialia vitiant professionem, & matrimonium, & num. 28.*

Secus si versetur dolus, seu error circa qualitates extrinsecas, ibidem.

30 *Monialis ante ætatem professa, & postea ratificauit absque examine præscripto, quæritur an validè sit professa, & an Religio succedat in eius bonis? & num. 31. 32. 33. & 34.*

35 *Bona monialis prædicta morientis veniunt ad monasterium bonorum capax in communi.*

36 *Religionem ingrediens capacem bonorum, & illi expressè se offert, & sua, si nouitius moriatur Religio bona illius acquirit: secus si ingrediatur animo tantum experiendi Religionem.*

1. PROFESSIO, vt sit valida, & obliget religiosum requiritur, quòd emittatur coram habente potestatem acceptandi illam nomine ipsius Religionis. Nec sufficit sola profitentis traditio, sed oportet, quod acceptetur ab habente potestatem. Ratio, quia professio est contractus onerosus, vltrò citróque obligatorius, per quem professus obligat se Deo, ac Religioni, & Religio ipsa obligatur religioso ad illum alendum, & tractandum secundùm suum institutum tanquam filium, cùm contractus sit reciprocus: ideo dimittere professum absque iustâ causâ est peccatum contra iustitiam. Sanchez *lib. 6. cap. 9. num. 7.*

Vt rursus sit valida professio, requiritur consensus maioris partis Conuentus, vt est communis praxis omnium Religionum, Nauarrus *lib. 1. consiliorum in 2. editione, tit. de constit. consil. 9. à num. 19.* & Manuel *tom. 3. Regularium quæst. 17. art. 7.* aliàs professio est omnino nulla, Felinus *cap. ex parte, num. 1. de constitut.* Abbas *cap. ad Apostolicam, num. 2. de regul.* Nauarr. *comment. 3. num. 5.* Azor *lib. 12. institut. moral. 1. part. cap. 4. quæst. 3.*

Quid de professo fictè, an teneatur verè profiteri? Respondetur non teneri ex vi voti, teneri tamen aliquando ratione scandali, Sanchez *tom. 1. in præcepta decalogi lib. 4. cap. 1. num. 28.* Constat enim professionem fuisse irritam ex defectu intentionis, quòd si professionem non ratificet, cessante scandalo omissâ reclamatione, nec deductis causis coram Episcopo, & suo Superiore, potest fugere, nec tenetur redire ad Monasterium, Sanchez *in simili lib. 1. de matrimonio, disp. 39. num. 11. & lib. 4. disp. 15. num. 5.* & in specie *lib. 7. disp. 37. num. 11. post alios.* 2.

Potest etiam professio solemnis ob malum finem emissa, esse irrita, si malus ille finis sit finis castitatis, obedientiæ, paupertatis, per eam promissorum; nam res illæ eo malo fine affectæ non possunt à Deo acceptari, neque à potestatem habente nomine Dei. Fr. Manuel *tom. 2. summ. c. 94. num. 10. & duobus sequentibus,* & Azor *institut. moral. 1. part. lib. 11. cap. 15. quæst. 3.* dicentes, professionem esse validam, quando res promissa non tendit ad eum malum finem, Nauarrus *commentar. 2. de regularib. num. vltim. versic. addo 13.* & Tabiena *verbo votum, 2. fine.* Nam professio ex Ioann. Andrea *in cap. 1. de regularibus lib. 6.* est promissio solemnis certæ Religionis, cui adhærent tria illa substantialia paupertatis, continentiæ, & obedientiæ vota *per cap. cum ad Monasterium, de statu Monach.* vt sic laboretur pro perueniendo ad vitam æternam: igitur professio ordinata ad malum finem consequendum à Deo, vel ad gratias agendas pro malo obtento, erit irrita, Sanchez *lib. 4. in præcepta Decalogi cap. 6. num. 12. & seqq.* 3. 4.

Portò valida erit professio etiamsi profitens exprimat se nolle seruare castitatem quantumcunque illam promittat; quia sola non seruanda tria vota intentio quantumcunque verbis exprimatur, non reddit irritam professionem, eo quod obligatio voti non postulat intentionem seruandi illud; sed quantumcunque ea desit existente voluntate promittendi obligabit, & se obligabit, Sanchez *lib. 1. de matrimonio dispu. 9. à num. 1. vsque ad 7.* vbi probat, quando vouens habet animum promittendi, & se obligandi, non tamen exequendi rem promissam, obligare votum. Sequitur Azor *supra lib. 11. institut. moral. cap. 4. quæst. 12. & cap. 13. quæst. 9.* idem Sanches *lib. 4. cap. 1.* 5.

*cap.1.num.23. & lib.5. cap.4. num.*101. vbi concludit expressa non nocere, neque obstare valori voti, quando non sunt contra eius substantiam.

6. Cæterùm professio non animo, sed tantùm verbis emissa propter metum mortis ab alio incussum, inualida est, Reginaldus *in praxi fori pœnit. lib.*18.*n.*373.*in fine*, sicut votum metu mortis factum est irritum ipso iure. Nauarr. *comment.*4. *de Regularibus, num.*71. Fr. Manuel *in summa tom.*2.*cap.*93.*num.*1. *& tom.*3.*Regular. quæst.*17. *art.*15. Valent. 2.2.*disp.*6.*quæst.*6.*punct.*4.*col.vlt.* Emanuel Sà *in summ. verb. metus, num.*8 *& verb. votum, n.*8. Azor *d.lib.*11.*cap.*15.*quæs.*7.*& lib.*17.*cap.*5.*num* 9. Soares *de voto lib.*1.*cap.*7.*num.*9.

7. Quin imò professio facta per dolum si in hominem prudentem meritò caderet vitiabitur professio, Innocent. *in cap. cum dilectus. de ijs, qui vi, & ibi* Anchar. *num.* 6. Syluest. *verbo Religio* 3.*quæst.*11. Sicut non quicunque metus professionem cassat, sed cadens in virum constantem: ita non quicunque dolus, sed is, qui in virum prudentissimum caderet. Nauarrus *in cap. non dicatis* 12. *quæst.* 1. *num.* 63. *in* 1. *edit. & comment.*2.*de Regularib. num.*31. *in* 2.*edit.* & Sfort. Oddus *in tract. de restitut. in integ, part.*2.*q.*61. *art.*5. *num.*31. argumento resignationis dolo factæ, qui cadat in constantem virum, & prudentem, quæ est nulla, Mascard. *de probat. conclus* 1051.*num.*53. Azor. *instit. moral. part.*2.*lib.*7. *cap.*26.*quæst.*3. & Flamin. *de resignat. lib.*13.*q.*3. *per totam*, & in specie *num.*13. sic in professione.

Mihi tamen magis placet asserere professionem illam non esse irritam ipso iure, quamuis ex dolo, & errore causæ finalis emittatur: aliàs non emittenda, ita deducitur ex *cap. final.*20.*q.*3. vbi decernitur professionem emissam per dolum Monachorum sustineri: attamen in odium monachorum, & in pœnam doli excludendos esse Regulares à bonis illius professi, & ideo dolo inductus ad profitendum minor, non restituitur, glossa *in cap. final in fine quæst.*3. & *ibi* Archid. *in fine*, glossa *cap. ex parte el* 2. *verbo falsa de conuers. coniu.* Abbas *cap cum dilecti num.* 1. *de emptione, & venditione.* Nauarrus *lib* 3. *in* 1. *edit. tit. de conuers. coniug. cons.* 3. *num.*4. Fr. Manuel *tom.*1. *sum. q.*3. 2.*edit. cap.*239.*num.*2. Flamin. *de resignat. lib.* 13. *num* 12. dicentes professionem non irritari siue ex dolo, siue ex errore causæ finalis fiat. Sequitur Sanchez ex alio fundamento *lib.* 10. *vbi de diuortio disp* 9 *num.*20.& *num.*21. addit solùm errorem, vel dolum circa substantialia irritare professionem, sicut & matrimonium: tunc enim talis error, vel dolus tollit liberam voluntatem; cùm nihil magis consensui, quàm error aduersetur, *l. Super errorem, ff. de iurisdictione omnium iudicum.*

8. Ponamus ergo professionem fuisse irritam ex aliquo capite, talis professus nulliter, tenetur reclamare intra quinquennium, vt audiatur, ex Concil. Trident. *Sess.* 25. *de Regularibus cap.*19. ibi: *Quicunque regularis prætendat se per vim, & metum ingressum esse Religionem, aut etiam dicat ante ætatem debitam professum fuisse, aut quid simile: velitque habitum dimittere quacunque de causa: aut etiam cum habitu discedere sine licentiâ Superiorum, non audiatur, nisi intra quinquennium tantùm à die professionis: & tunc non aliter, nisi causas, quas prætenderit, deduxerit coram Superiori suo, & ordinario. Quod si antea habitum sponte dimiserit nullatenus ad allegandum quamcunque causam admittatur, sed ad Monasterium redire cogatur, & tanquam apostata puniatur: interim vero nullo priuilegio suæ Religionis iuuetur.* Hæc ibi.

9. Et sic in facti contingentia adolescens paucis abhinc annis suæ professioni opposuit se blanditiis illectum fuisse ad professionem faciendam; nec solitas asperitates fuisse expertum, neque probatum in anno probationis; quin imò cùm vellet ad sæculum redire humanissimè fuisse tractatum, & suasionibus, ac precibus fuisse inductum ad profitendum, cùm diues esset. Eius autem professionem fuisse inualidam ex eo videtur constare, quia vt ipse dicebat, non sponté, sed deceptus professus est. Nam, qui illectus habitum suscepit, non videtur vouisse, gloss. *in cap. ad nostram de Regularibus in principio*, & probatur ex *cap.*1.*eodem titulo*, ibi: *nullus tondeatur, nisi in legitima ætate, & spontaneà voluntate*, vbi gloss. *verbo nullus*, ait: *Nullus tondeatur ad professionem, nisi in spontaneâ voluntate, quia si coactus fecit, non valet professio, cap. præsens clericus* 20.*quæst.*3. Idem habetur *in cap. cum virum, & cap ad Apostolicam de regular.*

10. Secundò. Annus probationis à iure conceditur ad difficultates, & asperitates Religionis subeundas, ex Conc. Trident. *Sess.* 21.*cap.*15 *de regular.* ibi: *neque, qui minori tempore, quam per annum in probatione steterit ad professionem admittatur.* Vbi nota verbum *in probatione*: igitur debet Nouitius experimentis cæteris communibus tentari, & probari: quod adeo verum est, vt si aliquis religiosus professus ex vnâ ad aliam Religionem transiret, debeat de nouo per annum nouitiorum asperitates in illa Religione perpeti, Nauarrus *de regular. lib* 3.*cons* 53.*num.*5. *cons.* 61. *num.* 4.*cons.* 62. *num. etiam* 5. *cons.* 77. *num* 4. *in* 1.*edit.* Fr. Manuel *tom.* 2.*summa cap* 6. *concl.* 10. *num.* 10. Emanuel Sà *in Summa verbo Religio num.* 35. Sanches *de matrimonio lib.* 1. *disp.* 31. *num.*47. *vers. sed censeo* Ratio, quia quamuis fuerit iam expertus rigores Religionis à qua transiuit, bene potest contingere, vt propter aliquam rationem sit ineptus ad religionem ad quam transit: ideo debet illius austeritates probare: sicut & Religio mores illius debet experiri. Quare cùm adolescens in anno probationis non perpessus fuerit asperitates instituti, perinde se habuit, ac si nouitius non fuisset, & ex consequenti inualidè professus est.

11. Tertiò probare nouitium, & admittere illum ad professionem pertinet ad Conuentum, & ad Abbatem illius, vbi receptus est, Nauarrus *lib.*3. *de Regularibus cons.* 37. *in* 2. *edit. fol.* 770. *& sequent.* sed consulens fuit admissus in vno conuentu, & ad alium postea translatus, & ab istis huius secundi conuentus approbatus, & admissus ad professionem, quam fecit in manibus Generalis: igitur inualidè professus est Nam receptio ad professionem pertinet ad superiorem immediatum; non verò ad mediatum, argumento *cap. ad Apostolicam de regul* & Nauarrus *supra nu* 4.

12. Quartò, professio facta propter metum reuerentialem est nulla ex *cap. præsens.* 20. *quæst.* 3. vbi dicitur irrita professio, quam quis fecit à patre coactus, glossa *ibi, verbo patrem.* Idem tradit Crottus *l. stipulatio hoc modo concepta nu.* 66. *ff. de verbor. obligat.* Roman. *in l. sicb turpem, n.* 12. *ff. si ob turpem causam*, Ioan. de Imol. *in l. si cum dotem, §. eo autem tempore. num.*15 *ff. solut. matrim.*

matrim. Bursat. *consf.72.num.21.vol.1.* Menchac. *lib. 1. controuers. Illustr. cap. 35. num.17. & 19.* Quæ sententia est communis, Couarr. *in 4. decret. 2. part.cap.3.§.6.num.1.& 8.* Padill. *in l.interpositas.num. 17. C. de transactio. Capua lib. 2. decis. cap. 55. ex num. 17.* & colligitur etiam ex *cap.puella 20.quæst.1.* vbi dicitur puellas, quæ nō coactæ parentum imperio habitum susceperunt, si postea nuptias elegerint, præuaricari: ergo, si coactæ imperio parentum fiant moniales, non præuaricantur, esto deserant habitum, & Religionem, & hoc non ob aliam rationem, nisi quia non sponte, sed quia inuoluntariæ habitum susceperunt ob metum reuerentialem; ac proinde inualidè professæ fuerint, Nauarr. *in summa cap. 22.num.51.vers.octauum,& in cap.non dicatis 12. quæst.1.in 1.edit. num.63.* Fr. Manuel. *tom.2.sum. cap. 8. num. 10. & alij.*

Quinto, probatur professionem esse inualidam, eò quòd dictus adolescens fuit dolo inductus ad profitendum: nam ad id vsque tempus ante professionem benignè, & humaniter tractabatur, & ideo professus est credens se semper eadem humanitate, & benignitate tractandum. Quod longè aliter post professionem res se habuit, cùm coactus sit ad subeundum omnes asperitates, & rigores secundùm regulam: quòd si ante professionem deprehendisset, nullo modo professionem fecisset. Quare dolus causam dedit professioni, & propter id professio fuit omnino nulla, vt patet ex regulâ vulgati, quæ tradit, omnes contractus ex dolo esse irritos, si sint bonæ fidei, *l.& eleganter. 7. in principio ff. de dolo.* Item, quia adolescens errore ductus consensit: cùm ergo error causet inuoluntarium, professio est nulla; sicut etiam sunt sponsalia nulla ex dolo commisso per alterum sponsum, cùm sit contractus bonæ fidei initus ex dolo, & ita irritus, Couar. *reg.possess.2.p.§.6.in fine,* Molina *disp.352. cōcl.1.tract.2.* Valasc. *de iure emphyt.1.p.q.5.n.9.*

Sexto, matrimonium carnale, & spirituale
13. parificantur teste Sigismundo *inter consilia feudalia conf. 48. num. 5.* Propterea id quod irritat matrimonium carnale, annullabit matrimonium etiam spirituale: sed matrimonium carnale per preces importunas contractum erit nullum, vt aiunt Angel. de Vualdis *inter consilia matrimonialia.* Zileti *conf.47. num.4.* & Martinus de Garatis *inter eadem consilia, conf.15.num.17.* Et probatur ex illo Bernardi de Consideratione ad Eugenium dicentis, licentiam per importunitatem obtentam, non esse licentiam; sed violentiam. Item importuna; & sæpe repetita petitio grauius torquere solet quemcunque virum, quàm minacia verba: imo violentia, & importuna suasio idem sonant per *l. eum.C. de apostatis,* & Salicet. *ibi. num. vnico,* vbi ait facta per importunitatem dici fieri violenter. Atque ita dicendum est professionem factam per preces importunas, esse nullam, cùm ita facta æquiparetur professioni factæ per metum iustum, seu violentiam iustam: quam esse irritam docet glossa *cap. sunt qui opes, verbo non iudicio 17. q. 4. &* Peralta *l. si quis in principio num. 93. ff. de legatis 3.* dicentes votum emissum per importunitatem, & impulsum aliorum esse irritum, sicut donatio facta vxori à viro propter preces importunas est nulla, adeo, vt nec morte confirmetur ex traditis à Segura *in d.l.1.§. si vir.num.128.ff.de acquirenda possessione,* quem sequitur Auiles *cap. 21. Pretorum.* Gloss. *Ruego, num. 5.* ergo professio fuit nulla facta propter preces importunas.

His tamen non obstantibus professio fuit valida, & adolescens per illam factus est vere mona- 14.
chus, quia huiusmodi preces etiam nimiùm frequentes, & assiduæ, non æquipollent metui graui, sed leui: ideo non irritant professionem, nec alium contractum, nisi aliud addatur, Abbas in *cap. cum inter R. num. 8. de electione,* Gabriel *tom.2.communium lib.11.verbo metus vers. preces instantissima col.1.* Roland. *conf.83.num.27.vol.2. Felinus in cap.causam matrimonij col. 3.de offi.delegat.* Alexander. *conf.16.col.2.vers. nec obstat.vol. 3.* Capicius *decis. 159. num.33. &* Parisius *conf. 66.col.1.& conf.135.col.1.vol.4.* Enriques *lib.11.de matrimonio cap.9.n.5.* Ludouic. Lopez *2.p.instructorij matrim. c.40. fol.1072..§.adde tamen.*

Item professio dolo facta non vitiatur quoad 15.
personam profitentis, textus *in cap constitui 20. q 3.* Abbas *in cap. dilectus de his quæ vi metusue causa fiunt, num. 12.* Caldas *in l.si Curatorem,C. de in integrum, verbo hunc contractum n.34.in fine.* Nauarrus de *Regularibus conf.46.& in d.cap.non dicatis num.31.* Vega *verbo Nouicios, casu 7.* sicut etiam matrimonium dolo factum non vitiatur quantumcunque dolus tantus sit, vt cadat in virum prudentissimum, Sanchez de *matrimonio lib. 10 disp. 9 num. 20.* neque ex falsâ causâ professio est nulla, sicut nec matrimonium; nisi error, seu dolus sit circa substantialia, quia in hoc euentu, cùm auferat consensum in foro conscientiæ professio non tenet: quoniam error consensui ex diametro repugnat *l.super errorem ff. de iurisdic. omn. iud.*

Dixi in foro conscientiæ, quia in foro externo dolus cadens in virum prudentissimum facit præsumptionem: at cùm error, seu dolus non sit in nostro casu circa substantialia, quamuis sit iustus, & in virum prudentissimum cadat, non vitiat nec professionem, nec matrimonium, Sanchez *ibi num. 20. per totum.* Faciunt tradita per Nauarrum *in Summa Latina, & Hispana cap. 12. num. 26.&* Aragon. *2. 2.quæst. 88. art.1.fol. 966.* dum volunt ad voti valorem sufficere volūtatem, & deliberationem virtualem, qua in se ipso volitum est. Vega in *Sylua lib. 4.* post Nauarrum, quem ibi citat *in d.cap.non dicatis n.63.*

Similiter valet professio minoris perducti ad 16.
ingressum Religionis, seu professionem suasionibus illecebris, ac blanditijs à Monachis factis, quia dolus in spiritualibus non vitiat contractum *cap.ex parte de conuers. coniug. cap. veniens & cap. dudum eodem titulo, cap. dilectus de his, quæ vi,* & tradit Cynus in *Auth. ingressi. C. de sacros. Eccles. vers. vlterius quæro:* Ratio, quia non dicitur deceptus, qui se in meliorem vitæ statum recipit, nec censetur dolus, quando committitur absque fallaciâ, & machinatione, *l. 1. §. 1. ff. de dolo:* idcirco talis professio ita emissa sustinebitur, Cynus *in dict. Auth. ingressi, & ibi* Rosel. de Aretio, *num. 17.* Decius *num. 9. & in cap. in præsentia, de probat. num.19.*

Nec refert asseruisse consulentem se verè fuisse deceptum in anno probationis, eò quòd non fuerit coactus experiri asperitates Religionis, quia non propterea potest dici deceptus, quoniam non est opus, vt nouitius experiatur omnes austeritates monasticas in singulari; sed satis est eas experiri in genere viuendo sub obedientia Prælati, & deferre habitum, ita Rodrig. *tom 3.*

Regularium q.15.art.10.verſ.tum quia, Beja *in reſpons.4. p. caſu vltimo, verſ. tum quia ad perficiendum*, & Nauarr. à nullo relatus *de Regularibus conſ.32. num. 5.*

18. Accedit matrimonium carnale non reddi irritum per metum reuerentialem: ergo nec profeſſio facta propter eundem metum, & propter amicitiam Superioris erit irrita, Matienſ. *dialogo relatorum 3.p.cap.20.num.4* Couarr. *in epitome 2. p. cap.3.§.6. num.7.& 8.* Padill. *in l.interpoſitas num. 12. C. de tranſactio.* Salzed. *ſuper regulam 532. Bernardi Dias ampliat.1.* Sotus *de iuſtitia l. 7.q.2.art.1. ad 2.fine*, Enriques *l.11. de matrim. cap.9. num.5.* Cucch. *lib.5. inſtitut. maior. tit. 12. num. 138.* Sanchez. *lib. 4. de matrimonio diſp.6. num.18.* vbi hanc partem tanquam veriorem probat, quam etiam tenet Sigiſmundus *ſupra d.conſ. 48. num. 5.* dicens matrimonium ſpirituale, & carnale parificari, vt idem metus vtrumque vitier, aut non vitiet.

19. Vltimo confirmatur hæc doctrina exemplo teſtamenti conditi à marito in fauorem vxoris ob blanditias, & illecebras illius; hæc autem nullo modo vitiari teſtatur Menoch. *de arbitrarijs caſu 395. num. 4* Gregor. Lopes *l.27. tit. 2. partita ſexta, verbo rogandole, & lib. 2. verbo porfalago tit. 8. partit. ſexta*, & Auiles *C.21. Pretor.* Ratio communiſſima, quia preces importunæ, blanditiæ, & metus reuerentialis, ſi nihil ampliùs addatur, non faciunt inuoluntarium mixtum, neque impediunt conſenſum, Sotus *de iuſtit.lib. 4.q.7.art.1 in ſolut ad 2.* Nauarrus *in ſumm.c.17. n.16.* Molina *de iuſtit.tom.1. tract.2. diſp.94. §.ſi fornicariè*, Gutierr. *Canon. lib 1. cap. 37. num. 19.* & Enriques *lib 11. de matrimonio, cap.9. num.5.* Ex quibus dicendum eſt non vitiari profeſſionem factam per blanditias & illecebras Monachorum.

20. Dixi eſſe validam profeſſionem quo ad perſonam profitentis; quamuis fuerit ad illam Monachorum ſuaſionibus, ſeu precibus, & illecebris, ſeu conſilio inductus: non tamen eſſe validam quoad bonorum trăſlationem profeſſi: Nam bona omnia, quæ profeſſus ſecum deduxit, non Monaſterio ſed hęredibus religioſi ſunt reſtituenda, textus *in cap. final. 20. q. 3. ibi. Hi verò, qui illecti comam depoſuerunt, in eo quod ceperant perſeuerare cogantur; res verò eorum hæredibus reddantur.* hęc ibi. Quam ſententiam probat Baldus, *in Auth. ſi qua mulier. C. de Sacros. Eccleſ.* Decius *in Auth. Ingreſſi eodem codice, & in cap. in præſentia de probat. num. 7.* Panor *in cap. cum dilectus, quod metus cauſa poſt* gloſſ. *ibi*, Caldas *in l. ſi curatorem in textum, hunc contractum ſeruari non oportet, num. 34.* Sanch. *lib. 10. de matrimonio. diſp. 9. num. 20.* quod probatur exemplo minoris inducti dolo ad condendum teſtamentum, vel mortis causâ donationem, vel nominationem ad emphyteuſim faciendam; cuius hæredes in hoc caſu poſſunt actione de dolo, & ex crimine ſtellionatus minoris geſta reuocare, & reſcindere ab eo alienata. ita Baldus *in l. ſi frater C. qui teſtamentum facere poſſunt*, & eſt caſus *in l. Lucius §. Sempronia ff. de legatis 2.* Guillelm. *in cap. Rainutius de teſtamentis, verbo adiecta in pari, num. 81. & verbo condidit num. 2. ad finem* Ang. *in l. 4 ff. de inoffic. teſtam.* Vnde infertur non valere teſtamentum factum à minore in fauorem ſui tutoris, ſeu curatoris, cùm non ſit liberè factum per *l. 1. C. de Sacros. Eccleſ.* Rebuff. *tom.2. ad leges Gall. titulo de donat.* Caldas citatus *num. 27.* Nauarr. *in d. cap. non dicatis 12. q. 1. num. 63.* & Vega *d. lib. 4. caſu 1.*

Faciunt pro hac veritate, quæ ait Iaſon. *in l. 1. num. 1. ff. de conditionibus indebiti*, ſoluta ſcilicet propter nimiam importunitatem poſſe repeti, perinde acſi eſſent per errorem ſoluta. Item teſtamentum variatum ab eo, qui eſt morti vicinus, importunitatibus circunſtantium non eſſe validum vt per Luc. de Penna *in l. prædia C. de locat. prædio. lib. 11.* Spin. *in ſuo ſpeculo gloſſ. rubrica 2.p.num.8.* Cepola *Cautela 36. incipit Conuentis blandis, num. vnico.* Ratio teſte Peralta *l. ſi quis in principio ff. de legatis. 3. num. 93. & 94.* quoniam importunæ preces etiam parium, vel minorum important rationem iuſti metus, Tyberius Dacianus *conſ. 65. num. 3. vol. 2.* dum ait legatum relictum vxori à viro propter nimiam illius importunitatem, reuocari poſſe. Par enim eſt aliquid fieri violenter, & metu, ac ſi fiat precibus importunis. Menochius *lib. 2. de arbitris, caſu 395. num. 41. & de præſumpt. lib.4. præſump. 11.* Gutier. *lib. 1. canon. cap. 37. num. 20.* Quin etiam renuntiatio paternæ hæreditatis metu reuerentiali patris facta etiam abſque minis quamuis in foro externo ſuſtineri poſſit, quia non eſt metus cadens in virum conſtantem; nihilominus in foro conſcientiæ, cùm inuoluntariè facta ſit metu reuerentiali, eſt omnino irrita, & obnoxia reſtitutioni ſic à patre acquiſita: metus enim is leuis, eſt ſufficiens in foro animæ ad reſciſſionem illius, Ludouic. Lopes. *1.p. inſtruct. cap.173. §. reſpondetur in promptu, & lib. 2. de contractibus cap. vlt. ad finem.* Nauarr. *in ſumma Hiſpana, & Latina cap. 17. num. 152.* & alij apud Vegam *lib. 5. Summæ caſu 354.* 21.

Vnde ſi filio renuncianti paternæ hæreditati modo ſupradicto bona non reſtituantur, poterit facere compenſationem, Sanchez *lib.4 de conſenſu coacto diſp.9. num. 13.* Denique omnia, quæ fiunt ab vxore, vel à filiis, vel à ſubditis ob metum tamen reuerentialem etiam remotis minis, non obligant in conſcientiâ, & ſunt reſtituenda hoc modo quæſita, quemadmodum obtenta per preces importunas, perinde acſi eſſent acquiſita per metum leuem reuerentialem, Sanchez *eadem diſp. 9. à num. 14. vſque ad num. 18. & diſp. 10. num.7. cum ſequent.* Similiter tenetur reſtituere in foro conſcientiæ impediens legatum precibus importunis; ſicut tenetur qui legatum per vim etiam impediuit, Gutier. *Canon. lib. 1. cap 31. num. 20* Sanchez vbi *proximè eodem lib.4. diſputat. 10. num.7. & ſequentib.* ſubdens Monachum non eſſe tutum in conſcientiâ, ſi per preces importunas extorſit facultatem à Superiore retinendi aliquid, ſi Superior annuit inuoluntarius, ne ſcilicet nimiâ importunitate fatigaretur, aliter omnino repugnaturus: quia illa facultas non eſt licentia, ſed violentia, & permiſſio coacta, non verò facultas ſpontanea, Nauarra *lib. 3. reſtitut. cap. 1. in noua edit. p. 3. dub. 1. num. 161.* & Cordub *in ſumma quæſt. 54. fol. 129.* 22.

Ad primum argumentum dicendum eſt non eſſe credendum Religioſo dicenti ſe inuitum, & inuoluntarium feciſſe profeſſionem; quia non eſt ratio, quæ cogat ad credendum, Nauarrus *in ſum. cap. 12. num. 27.* Sotus *de iuſtitia quæſt. 1. art. 2. col. 7. verſ. arguitur autem*, nec illi credendum eſt, quamuis id iuret, Caietanus *2.2. quæſt. 88. art. 1. paulo ante finem*, Angles *in floribus 2. part. vbi de* 23.

voto

voto, quæst. vnica art. 1. difficult. 4. & Nauarr. citatus: proinde sponte, & non ficte vouisse censendus est, ac cogendus stare professioni.

24. Ad 2. dicas annum probationis concedi, vt nouitius experiatur asperitates Religionis, & vt Religio mores illius probare possit, iuxta Concil. Trident. *Sess. 25. cap. 15. de regular.* Negandum tamen est nouitium non fuisse expertum rigorem suæ Religionis: stetit namque per annum integrum sub obedientia Prælati in Monasterio intra septa illius, ac detulit habitum nonitiorum per totum annum: & nullo iure cauetur, vt nouitij experiantur omnes asperitates Religionis in specie seu in indiuiduo, sed satis est, vt probent experimenta in genere, & videant alios illa probare, degántque sub obedientia Prælati post susceptum habitum per annum, Nauarrus consultus *lib. 3. consiliorum tit. de regularib. in 2. edit. cons. 32. ex num. 1. ad 5.*

25. Ad 3. Responde approbationem ad profitendum faciendam esse à Conuentu, seu à maiore parte illius, vbi nouitius annum perfecit, & ita factum est in hoc casu. Recipere autem professionem ne dum pertinet ad Superiorem immediatum Monasterij, sed etiam ad Generalem: Item valor professionis requirit duas personas, Nouitium scilicet obligantem se per professionẽ Religioni; & Superiorem immediatum, siue mediatum, qui obliget Religionem profitenti. Nauarrus *commentario 4. de Regularibus super cap. statuimus num. 74.* Quin imo attento iure communi etiam dicendum est bene posse Generalem, seu Prouincialem admittere ad profitendum, & recipere professiones etiam præsente Superiore immediato; quia si potest præcipere, vt Conuentus, & Abbas illum admittant ad professionem, etiam poterit illum recipere profitentem, iam probatum per annum, quidquid videatur contradicere Nauarrus *d. cons. 37. de Regularib.* nec *caput ad Apostolicam de regul.* contrarium dicit, cùm tradat receptionem Monachorum pertinere ad Conuentum, & ad Prælatum immediatum, non verò ad mediatum imò potiùs ibi dicitur posse professionem recipi ab Abbate per se, vel per alium, & constat ex traditis per Beiam *4. part. Responsf. casu 29. §. attamen intra eandem Prouinciam*, & *§. & si quæras an saltem Generalis prior*, vbi id posse fieri à Prouinciali in suâ Prouinciâ, & Generalem in toto Ordine fatetur, & esse vsu, & consuetudine receptum apud omnes Religiones, nec de hoc ambigi potest.

26. Ad 4. negatur professionem metu reuerentiali factam esse nullam, præsertim, quia metus reuerentialis non reperitur, nisi in eo, qui iure aliquo subiectionis alteri subijcitur, & consulens non erat subditus quo ad hoc nec Abbati, nec Prouinciali, sicut alij verè professi: quamobrem respectu illorum, non potuit habere metum reuerentialem. Ita colligitur ex traditis per Sanchez *lib. 4. de coacto consensu disp. 6.* Item quia metus reuerentialis non tollit libertatem requisitam ad professionem cùm non sit metus iustus, nec cadens in constantem virum, & constat ex *cap. final. qui clerici, vel vouentes* vbi habetur votum factum præcepto Regio, aut parentum, quod præceptum continet metum reuerentialem non esse irritum, Couarr. *de sponsalibus part. 2. cap. 3. §. 6. num. 7. & 8.* Salzed. *ad Bernard. regul. 532. ampliat. 1.* Enriques *in summa lib. 11. cap. 9. n. 5.* Sanchez *de matrimonio d. disp. 6. num. 18.* quos referens sequitur Barbos. *in d. cap. vltimo, qui clerici vel vouentes num. 5.* Et hoc modo intelligendi sunt scribentes, qui dicunt votum factum metu reuerentiali esse validum, quando scilicet metus duntaxat reuerentialis intercedit; at verò esse nullum, quando vltrà metum accedit multiplicatio minarum, simúlque ingenium minantis atrox assueti exequi minas: quibus concurrentibus professio erit nulla, quod non accidit in nostro casu, Angel. *verbo metus num. 1.* Aragon. *2. 2. quæst. 88. art. 3. §. pro explicatione huius difficultatis, fol. 988* Enriques *lib. 11. de matrimonio. cap. 9. num. 3.* Roland. *consf. 83. num. 28. vol. 2.* Considerandum tamen est ingenium, & natura minantis, seu metum incutientis, vt probatur ex *lege metum C. de his quæ vi*, vbi dicitur metú non iactationibus tantùm, vel contestationibus, sed atrocitate facti probari, sequitur Bartol. *ibi n. 1.* Baldus *eodem num.* Abbas *cap. 1. num. 3. de officio delegati, & ibi* Felin. *num. 1.* Decius *num. 12.* & est communis. Cùm ergo in consulente non reperiatur metus iustus sufficiens ad coactionem veram, censetur liberè, & sponte professionem fecisse.

Ad quintum dicas errorem, vel dolum circa substantialia Religionis vitiare professionem; sicut & matrimonium: nimirum, quando notabiliter deciperetur circa substantialia regulæ, seu circa institutum, quod profiteri vult. Ratio, quia in hoc casu error, & dolus aufert libertatem necessariam, & tollit liberam voluntatem: Secus si dolus, seu error non fuerit circa institutum, seu substantialia regulæ, in quo euentu professio est valida, vt in nostro casu; esto facta sit ex dolo, & errore causæ finalis, aliàs nullo modo facienda: constat ex *d. cap. final. 20. quæst. 3.* quod est ex Concilio Mogontiensi, vbi dicitur esse validam professionem factam ex dolo Monachorum, & ex *cap. ex parte 2. de conuers. coniug.* ibi: *quamuis causa falsa sit, per quam ad susceptionem velꝰ prædicta mulier est inducta.* Item quia professio comparatur matrimonio, quod non irritatur nisi ob errorem personæ, vel conditionis, quamuis ex quocunque alio errore dante causam contractui, celebretur, Syluester *verbo diuortio quæst. 22. num. 25.* Armilla *eodem verbo num. 26.* Sanchez post alios *de matrimonio lib. 7. disp. 18. num. 18. & lib. 10. disp 9 num. 20. per totum*; & à fortiori dicendum est esse validam professionem, si dolus, seu error versetur circa qualitates extrinsecas: hæ namque non tollunt obligationem voti, licèt non vouisses, si illas scires, Caietanus *verbo votum. §. ex parte in fine*, Nauarrus *in Summa cap. 12. num. 39. & sequent.* quamuis ibi non clarè loquatur, sed meliùs Sotus *de iustitia lib. 7. q. 1. art. 2. ad primum argumentum.* 27.

Neque obest sponsalia, quinimo, ad votum simplex facta ex errore, & falsa causa esse nulla, sicut contractus ex dolo dante illi causam sunt nulli, si sint bonæ fidei per *l. & eleganter 7. in principio ff. de dolo*, quia error efficit inuoluntarium, & consensus per errorem præstitus est inualidus. Quo ad sponsalia tradit post plures Sanchez *de matrimonio lib. 1. disp. 64. num. 3. concl. 1.* dicens sponsum errore deceptum nequaquam consensisse, quoniam error, & falsitas fuit circa causam finalem, proinde sponsalia vitiantur; vti dispensatio ex falsâ causâ finali est subreptitia, *cap. quia circa de consanguinitate*, & ibi scribentes, Sanchez *lib. 3. disp. 39. num. 4.* Quo ad 28.

ad votum simplex, Molina *tract. 2. disp. 209.* vult errorem causæ, quæ promittentem induxit regulariter irritam facere promissionem, quia præsumitur promittentem nolle se obligare causâ non subsistente, quod etiam Sanchez *d. lib. 10. disp. 9. num. 16.* confirmat, quando error est etiam causæ finalis, non verò impulsiuæ. Nam error impulsiuæ non extinguit obligationem voti. Ratio huius diuersitatis est, quòd votum simplex æquiparatur sponsalibus, quæ soloontur non solùm propter errorem personæ; sed propter alios multos errores: professio autem comparatur matrimonio; quod ex nullo errore etiam dante causam contractui vitiosum est; nisi per errorem personæ, vel conditionis; sicut professio non irritatur, nisi per errorem circa substantialia regulæ, seu circa institutum: quoniam voluntas absoluta profitendi eò ipso, quòd statuit eligere statum perpetuum, habet etiam inclusam virtualem voluntatem eligendi eundem statum fixum; quamuis erret circa qualitates magnas, & graues circunstantias status electi: quod eodem modo de matrimonio intelligitur. Ita videtur sentire gloss. final. *cap. cum dilectus de his, quæ vi.* Syluester. *verbo diuertium q. 22. num. 25.* Flamin *de resignat. lib. 13. quæst. 3. num. 11.* Euerard. *in suis topicis loco à matrimonio spirituale ad carnale, num. 1. & 2.* & Crotus *in repetit. cap. in ciuitate num. 20. de vsuris.*

29. Ad Sextum concedenda est maior, nimirum matrimoniū spiritualē, & carnale æquè procedere quoad hoc; sed negandum, per preces importunas vtrunque viuiari. Nam quamuis preces importunæ sint instantissimæ, & sæpiùs repetitæ nisi fortè illis adiungatur reuerentia debita personæ deprecanti, nullo modo annullare, nec matrimonium, neque professionem; cum non æquiparentur preces importunæ metui cadenti in constantem virum. Igitur non adæquabunt metum talem, si procedant à persona, cui reuerentia non debetur. Imo, vt volunt Enriques *lib. 11. de matrimonio cap. 9. num. 5.* & Ludouic. Lopez *2. p. instruct. de matrimonio cap. 40. fol. 1072. §. adde tamen*, absolutè dicendum est preces importunas etiam cum metu reuerentiali non annullare professionem, nec matrimonium, eo quia preces etiam importunæ simul cum metu reuerentiali non æquipollent metui cadenti in constantem virum, quod etiam vult Rolandus *cons. 83. num. 17 vol. 2.* cum alijs, quamuis non desint, qui sentiant vtrunque vinculum professionis, & matrimonij precibus importunis simul cum metu reuerentiali viuiari, quod Sanchez *lib. 4. de matrimonio disp. 7. num. 7.* putat probabilius.

30. Sequitur altera quæstio Superiori affinis, an professio secunda, quam fecit puella sit valida nullo facto examine de explorandâ voluntate virginis, vt præcipit Concil. Trident. quod fiat diligenter *Sess 25. cap. 17. de regular.* cùm oporteat, vt examinetur puella, an coacta, an seducta sit, vt sciat quid agat? Respondetur professionem esse validam omisso illo examine de explorandâ voluntate virginis, quia Concilium ibi non irritat eam professionem sic factam, sicut ait esse nullam, quæ sit ante decimum sextum annum completum, *Sess 25. C. 15. vers. professio autem sit nulla.* Probatur *ex cap. quia propter de electio*, vt ibi tenet Innocentius, electio est valida, quamuis in ea non seruetur forma à iure præscripta, dummodo intercedat purus consensus eligentium, & sic tenet electio in foro animæ, licet prima professio ante decimum sextum annum facta, fuerit nulla. Idem tradit Dominicus *in c. 1. de sponsalibus in sexto*, & Anchar. *in regula beneficium in 7. quæst. de regul. iur. eodem lib.*

Atqui in hoc casu puella emisit professionem primam ante ætatem debitam, & postea de mandato superioris ratificauit professionem factam absque examine præscripto, quod ante primam professionem factum fuit, nec in ratificatione, seu secundâ professione defuit consensus puellæ, neque acceptatio ex parte Monasterij: igitur professio fuit valida. Idem tenet Panor. *in cap. 1. de restitut. in integrum*, vbi ait satis esse ad validitatem contractus in foro conscientiæ id, quod sufficit de iure naturali, seu gentium, vt contractus sustineatur, nimirum quod interueniat consensus ex vtraque parte, & acceptatio reciproca, vt probat Nauarrus *in comment. de spoliis clericor. §. 2. num. 6.* dicens, alienationem factam sine solennitate de iure humano inducta valere in foro conscientiæ, seruatâ formâ iure naturali seruandâ; nempe, si consentiant in illam omnes, quorum interest. Nam forma à iure humano introducta seruanda est ad exterminandas fraudes, & ob tollenda scandala, Confirmat Innocentius *in cap. quia propter de electione* exemplo electi, qui potest esse tutus in cōscientiâ, quando electio fuit facta cum requisitis de iure gentium, quamuis non fuerit seruata forma de iore positiuo, Igitur in nostro casu, quāuis professio prima ante debitam ætatem facta fuerit nulla, secunda professio sine debito examine emissa non solùm in foro conscientiæ, sed etiam in foro fori fuit valida, cùm defectus ille non sit essentialis, nec substantialis, sed quo ad accidentalia quædam, quæ quamuis de nouo non fuerunt renouata, in rei veritate iam præcesserant primam professionem. Fr. Manuel *tom 3. Regular. q. 54. art. 6 per totum*, dicens in foro conscientiæ omnes professos esse, quorum informatio non fuit facta iuxta quod disposuit constitut. Sixti Quinti, si nullo impedimento eorum, quæ continebantur in constitutione Sixti Quinti detenti erant, quia sine controuersiâ aliquâ ad perseuerandum in Religione obligatione quadam naturali tenebantur, non obstante defectu informationis, ex traditis à Couarr. *in cap. cum esset de testamentis num. 9.* Fr. Manuel. *suprà, vers. prima conclusio, & vers. Secunda conclusio*, vbi id latè ostendit. 31.

Constat ergo monialem, quæ ante decimum sextum annum nulliter fecit professionem, & postea ratificauit de mandato Superioris sine prædicto examine, esse veram Religiosam, & monasterium in bonis illius succedere, neque opus esse iterari examen, vt probat Nauarrus *lib. 3. de Regularibus cons. 46. num. 2.* vbi vult non oportere publicè de nouo profiteri, sed sufficere si Monachus ratificet professionem permanente conuentu in consensu antiquo, quo monachum recepit, argum. *cap. ad id. de sponsalibus*: vbi matrimonium metu contractum sustinetur, si cessante metu pars, quæ metu consensit, ratum habeat illud saltem tacitè. 32.

Adde dictam monialem etiam ante ratificationem, si solebat interesse in capitulo cum professis, qui actus est professorum, fuisse professam tacitè; Abbas in specie *in cap. vidua num. 7. de Regularibus.* Quin imò si nouitia interfuit cum professis 33.

professis post annum completum probationis, vnicus actus solis professis conueniens sufficit ad ostendendum ex hoc actu fuisse factam professionem tacitam per *cap. 1. de Regularibus*, & tradunt Lapus *allegat.* 129. *num.* 14. *in fine*. Syluester *verbo Religio* 3. *num.* 19. quam professionem tacitam Concil. Trident. non exclusit secundùm communem, Nauarr. *lib. 3. de Regular. consil.* 35. Fr. Manuel *tom. 3. Regul. quæst.* 17. Quamuis enim Concil. *Sess. 25. cap. 16. de regular.* decernat finito tempore probationis nouitium, vel admittendum ad professionem, ita vt si permaneat non possit tacitè profiteri statutis seruandis. Quare cùm præfata Monialis post iteratam de mandato Superioris professionem vixerit duobus annis, vt fertur, non est dicendum quòd non fuerit professa.

34. Neque obstat Concilium Trident. *d. Sess.* 25. *cap.* 17. dicens ne fiat professio antequam fiat examen de voluntate puellæ; quia hoc examen factum fuit ante primam professionem, & postea monialis semper perseuerauit in eodem proposito profitendi; quod sufficit: sicut in matrimonio nullo, celebrato tamen in facie Ecclesiæ præmissis denonciationibus, si postea celebretur in occulto, non iterantur dictæ denunciationes, & tamen matrimonium valet: quoniam denunciationes præmittuntur, quasi forma accidentaria; quatum omissio sine causa erit mortalis; sed matrimonium sustinetur. Quin potiùs quando iteratur matrimonium publicè nullum ex aliquo casu, possunt omitti denunciationes in secundo matrimonio paulopost celebrato. Nam moraliter censentur præmissi eùm ad hoc solum præcedant, vt si aliquod est impedimentum, manifestetur, Sanchez *de matrimonio lib.* 8. *disp.* 35. *n.* 19. & 20. Eodem modo omissio exactæ indaginis de voluntate virginis non irritat professionem; cùm sit omissio formæ cuiusdam accidentalis: Sicut, qui receperunt benedictiones in prioribus nuptiis irritis, ratificato etiam publicè matrimonio, non iterum benedicuntur, Sanchez *lib. 7. de matrimonio disp.* 82. *num.* 26. quia benedictiones non respiciunt propriè nuptias, sed personas: atqui inquisitio illa de explorandâ voluntate virginis an sit coacta, an seducta, respicit personam virginis, & de eâ duntaxat agitur: igitur si examen non repetatur, non propterea vitiatur professio.

35. Ex dictis planum est bona prædictæ monialis tam mobilia, quàm immobilia per eam professionem, seu ratificationem fuisse quæsita monasterio, vbi monialis obijt, cùm esset capax bonorum in communi, Nauarr. *tit. de successione ab intestato cons.* 9 *num. vltim. & comment.* 2. *de Regular. super cap. non dicatis quæst.* 2. *num.* 49. *ad num.* 55. Gama *decis.* 308. per textum, & *ibi* not. *in Authen. ingressi, C. de Sacros. Eccles. & Afflict. decis.* 320. Probatur, quia quando quis profitetur, offert se, & sua Deo: ergo pertinent ad monasterium bona illius, quod adeo verum putat Parisius *in cap. in præsentia de probationibus num.* 187. post Abbatem *ibi, quæst.* 9. & alios, vt existimet, si quis ingrediatur Religionem capacem bonorum, & illi expressè se offerat, & sua, si intra annum probationis moriatur, censeri bona illius quæsita monasterio: ergo multo fortius in nostro casu cùm secùda professio fuerit valida non obstante defectu examinis, bona monialis pertinebunt ad monasteriū vbi fecit professionē,

36. Secus iudicandum, quando quis ingreditur Religionem capacem bonorum animo experiendi Religionem, non autem profitendi: is namque si intra annum probationis decedat sine testamento bona sua non ad monasterium, sed ad succedentes ab intestato manet, sic Parisius *in d. cap. in præsentia vers. alius est casus, num.* 188. Barbatios *ibi*, & est communis Doctorum, qui etiam in hanc partem propendent in dubio, quando quis intrat in Religionem capacem bonorum in communi, & non constat, quo animo introierit, experiendi ne austeritates Religionis, an profitendi, firmantes bona morientis intra annum probationis sine testamento reditura esse ad venientes ab intestato, Nauarr. *in d. cap. non dicatis* 12. *quæst.* 1. *num.* 81. & in terminis tenet Beroi. *cons.* 28. *num.* 3. *lib.* 1. Calderin *de Regularib.* & probatur ex Concil. Trident. *Sess.* 25. *cap.* 16. decernente Monasterium nihil sibi acquirere posse ex bonis nouitij morientis intra annum probationis. Cùm ergo præfata monialis de quâ agitur decesserit post professionem, monasterium eius bona sibi acquisiuit. Menoch. *con.* 396. *à num.* 13. & fusiùs *num.* 22. vbi concludit monasterium acquirere bona monialis defunctæ, neque esse necessarias diligentias ad validitatem professionis de quibus suprà, quas Concil. Trid. iubet fieri *d. sess.* 25. *cap.* 15. *de regular.*

§. XI.

Quæ prærogatiua resultent ex verâ professione, & ex tribus votis in ea expressè emissis, paupertatis scilicet, castitatis, & obedientiæ.

EPITOME.

1 *Condenatio plenissima omnium peccatorum obtinetur per professionem.*
2 *Professio, & baptismus, quoad hanc indulgentiam quomodo differunt?*
3 *Condonatio ista an obtineatur per renouationem votorum, & professionem in Religione laxiori?*
4 *Condonatio hæc an obtineatur à coadiutoribus in nostra Societate, quando recipiuntur ad gradus, & quando faciunt professionem trium votorum?*
5 *Condonatio plenissima per professionem non est vera indulgentia plenaria.*
6 *Professionis secunda prærogatiua, quæ sit, ostenditur.*
7 *Professio delet omnem irregularitatem ex defectu natalium consurgentem, quoad omnes ordines, & num.* 8.
9 *Illegitimi per professionem non sunt habiles ad Prælaturas, neque ad dignitates.*
10 *Illegitimi per professionem sunt habiles ad omnia beneficia, & officia manualia, quæ sunt ad nutum Prælati remouibilia, si non habent curam animarum.*
11 *Professione tollitur omnis causa ingratitudinis.*
12 *Professione mutatur regulariter forum, & professus liberatur à patriâ potestate.*
13 *Professione omnia vota antea emissa expirant, & an vota realia extinguantur per professionem?*

14 Pau

14 *Paupertas voluntaria est murus Religionis, eâ destructâ corruit Religionis ædificium.*

15 *Paupertatis votum solenne, & simplex differunt ex solâ Ecclesiæ institutione.*

16 *Coadiutores formati sunt incapaces dominij accquirendi.*

17 *Paupertatis nomine quid veniat?*

18 *Religiosi an peccent repudiando res sibi oblatas, aut datas?*

19 *Impedientes ne aliquid relinquatur Berta, sed Titia quomodo peccent? & num. 20.*

21 *Religiosus potest dicere sibi aliquid offerenti, ego non egeo, sed rogo vt hoc des Petro.*

22 *Religiosus accipiens pecunias ad distribuendum an peccet?*

23 *Religiosus an possit disponere de suo viatico taxato parcius comedendo?*

1. PER professionem veram, & à Superiore legitimo acceptatam statim ac emittitur, eius obligatio perfectè acquiritur Deo, & Monasterio In primis per Religionis professionem obtinet religiosus plenissimam omnium peccatorum condonationem, Propter quod S. Bernardus *lib. de præcept. & dispens. ad fi.* vocat professionem secundum baptismum. Non tamen professio in omnibus adęquatur baptismo, cùm nō sit ipsa Sacramentum conferens ex opere operato primam gratiam, nec aboleat omnia delicta quo ad culpam, & pœnam, sed solam pœnam temporalem in igne purgante eis correspondentem, neque hoc ex opere operato facit, sicut baptismus, sed virtute satisfactionis maximæ, quæ in eo opere continetur, quo professus renuntiauit omnino Mundo, & illi moriens se cum suis omnibus Deo in perpetuum dedicauit, desinens esse is, qui antea erat, ac proinde cum eo mortuo Mundo non est mirum, quod culparum pœnæ simul aboleantur.

2. Differunt etiam professio, & baptismus in multis alijs, quæ non est opus recensere hoc loco omnia, vt intuenti patebit. Nam professio in mortali facta non resurgit sublato eo peccato, sed baptismus ex Christi institutione cum sit Sacramentum in mortali susceptus reuiniscit eo sublato per legitimam pœnitentiam, & habet totum effectum, quem dignè suscipiens erat habiturus. Item professio est opus hominis nihil habens ex opere operato, sed ex virtute, & ex merito operis eminentissimi. Quamobrem sicut alia opera satisfactoria facta ab eo, qui est in mortali, non resurgunt per gratiam obtentam, ita etiam nec professio. Caietan. 2. 2. *quæst. vltima art. 3. in fine*, Nauarr. *de indulgentijs. notabil.* 20. *num.* 17. & Azor 1 *part. lib.* 12. *instit. moral. cap.* 5. *q.* 11. *in fine*: nihilominus hæc plena peccatorum condonatio professioni in gratia factæ debita obtinetur, Non tamen obtinetur hæc condonatio quoties professio illa renouatur, sed solùm quando professio primâ vice emittitur, Tabien. *verbo Nouitius in fine*, quãuis secundũ quos-
3. dã, quoties professio renouatur tradat Emanuel Saa *verbo Religio n.* 17. quod non placet, eò quòd renouatio traditionis non est tanti meriti, nec tantæ satisfactionis, sicut prima traditio: Secus si Religiosus ex vna strictiori transeat ad laxiorem Religionem, & ibi profiteatur: tunc ibi obtinebit hanc plenam condonationem pœnarum temporalium, cùm sit noua professio, seu noua traditio.

Quæres an hæc plenissima condonatio ob- 4.
tineatur in Societate à coadiutoribus temporalibus, & spiritualibus, dum suo modo recipiuntur in statum à Societate deputatum. Respondetur affirmatiuè, quia per simplicia vota facta post biennium transactum constituuntur vouentes in vero statu Religioso, & se suáque omnia obsequio Dei perpetuo, sub Prælati obedientia subijciunt. Ergo à fortiori obtinebitur ea condonatio, quando recipiuntur in statum, & gradum destinatum ab ipsa Societate. Saa *verbo Religio d. num.* 17. Idem dicendum est quando fit professio solennis trium, vel quatuor votorum. Sunt enim vota solennia per quę fit traditio omnino absoluta, & continent nouum, ac perfectissimum traditionis modum, & ideo meritò obtinetur hæc condonatio: traditio autem per vota simplicia est conditionalis quo ad perpetuitatem. Vnde qui priùs professus est solenniter tria vota, & postea ad professionem quatuor votorum receptus est, non consequetur iterum hanc condonationem, quia vtraque traditio fuit solennis & absoluta.

Non tamen ex dictis inferas hanc plenissimam 5.
condonationem, quæ conceditur per professionem, esse verè indulgentiam plenariam, seu plenissimam, nam quamnis effectus idem videatur vtriusque, remittere scilicet omnem pœnam temporalem peccatis debitam per ignem purgãtem: differunt tamen, quia indulgentia plenaria conceditur ex satisfactione Christi, & Sanctorum in Thesauro Ecclesiæ reposita Summo Pontifice eius dispensatore eam applicante: at professio non ex aliquâ Pontificis concessione confert hanc condonationem, sed ex merito, ac virtute ipsius operis excellentissimi procedit, excedentis quamcunque peccatis debitam satisfactionem, vt colligitur ex. D. Thoma 2. 2. q. 189. *art.* 8. *ad* 3. per hæc verba. *Rationabiliter autem dici potest, quod etiam per ingressum Religionis aliquis consequatur remissionem omnium peccatorum: si enim aliquis Eleemosynis factis, homo potest statim satisfacere de peccatis suis, secundum illud Danielis 4. Peccata tua eleemosynis redime: multo magis in satisfactionem pro omnibus peccatis, sufficit, quod aliquis se totaliter diuinis obsequijs mancipet, per Religionis ingressum, qui excedit omne genus satisfactionis etiam publicæ pœnitentiæ, vt habetur in decretis 33. q. 2. cap. admonere. Sicut etiam holocaustum excedit Sacrificium, vt Gregor. dicit super Ezech. Vnde legitur in vitis Patrum quòd eandem gratiam consequuntur Religionem intrantes, quam consequuntur baptizati.* Hactenus ille. Qui in illis verbis, *Eleemosynis factis* Et in illis, *sicut holocaustum excedit Sacrificium* palam ostendit se de remissione merito proprio nitente, & non de indulgentia de alienis meritis haustâ, agere. Sequitur Nauarrus *de indulgentijs notabil.* 20. *nu.* 17. vnde constat hanc professionis condonationem non pendere ex concessione alicuius, sed ex excellentiâ ipsius operis, & ex consequenti semper habebit eundem effectum, nisi profitens obicem ponat: tunc enim eo posito tanquam opus mortuum nihil prodest, neque ad gratiam, neque ad vllam peccatorum remissionem etiam pro eo tempore quo profitens in gratiæ statum redierit. ita Caietanus. 2. 2. *d. q.* 189. *art.* 3. *ad* 3. declarat, quem referens sequitur Nauarrus *d. num.* 17. *fine* & Barbos. cum alijs *in c. scriptura.* 4. *de voto n.* 5.

Secunda

Secunda prærogatiua professionis est, quando non subsunt causæ, neque delicta ad expellendum professum inuitum; nullo modo potest Religio illum à se eijcere, vt in sæculo maneat, quamuis ipse consentiat, eò quòd nec iure communi hæc potestas repetitur in Religionibus: esset enim hæc eiectio irrationabilis, & in detrimentum status Religiosi, cùm sit contractus vltrò, citróque celebratus in perpetuum, nec rescindi potest nisi per mortem instar matrimonij carnalis. Quod si detur causa dispensandi, ad Pontificem pertinet. Quinimo Religio non potest cogere suum professum, si noluerit, vt ad aliam Religionem transmeet: quoniam nec absolutè, nec directè potest cogere, nec indirectè, sub aliqua conditione graciosâ, quæ superet suum regularem viuendi modum, quia nullum habet ius imponendi talem conditionem, Soares *tom. 4. de Religione lib. 11. cap. 2. num* 8.

7. Tertia prærogatiua professionis est, abolere omnem maculam contractam, & irregularitatem professionem præcedentem ex glos. *in cap. cum deputati* 16. *de iudicijs*, ibi: *omnis tollitur irregularitas*. Sed hæc glos. caret probabilitate: nullam enim professio delet irregularitatem præter expressam iure, ortam scilicet ex natalium defectu, Nauarrus *comment. 2. de Regularibus num.* 60 Azor. *par.1. lib.12. cap.5. q.12.* Soar. *tom. 5. disp. 41. sect. 1. num.3.* Fr. Manuel. *quæst. regul. tom. 1. q. 13. art. 5.* nisi glossa intelligatur de abstersione quo ad culpam, & omnem pœnam peccatorum temporalem, cùm professio facta cum debitâ contritione indulgentiam plenariam operetur, vt dictum est; adeo vt velit glos. *in d. cap. scriptura, verbo, temporale obsequium*, quòd intranti monasterium non est imponenda pœnitentia pro peccato ante commisso, eò quòd per Religionis professionem comparatur plenissima omnium criminum antea commissorum condonatio. vt vltra præcitatos docent Syluester *verbo Religio. 2. num. 9.* Cucch. *lib. 3. instit. maior. tit. 1. num.* 50 Platus *de bono statu Religiosi. lib. 1. cap. 13. per totum*, Barthol. à S. Fausto *in thesauro Religiosorum lib. 5. q. 315.* & Fr. Manuel. *Regular. tom. 2. quæst. 87. art. 1.*

8. Non ergo professio abole omnem irregularitatem præter expressam iure, quæ est orta ex natalium defectu quo ad ordines suscipiendos, & ad hos etiam sacros potest promoueri sine alia dispensatione, constat *ex cap. 1. de filijs presbyterorum*, Sanchez post alios *de matrimonio lib. 7. disp. 86. num. 4. in præcepta decalogi lib. 5. cap. 5. num. 9. vbi num.* 13. addit per simplicia biennio nouitiatûs transacto vota in Societate Iesu emissa deleri hanc irregularitatem ortam ex natalium defectu, cùm per illa emittentes constituantur in statu Religionis, sicut difiniuit Gregorius 13. *in sua constitutione Ascendente*: quod si non perseuerent, & à Religione exeant, reincidunt quo ad ordines, si nullus ab eo est susceptus, quod si ad aliquos est promotus, potest illis vti, & promoueri ad alios nondum susceptos, eò quòd cessauit irregularitas in fauorem status religiósi semel assumpti, & in præmium actus illius excellentissimi, quo ille Mundo renunciauit. sic ille.

9. Non propterea per solennem professionem illegitimi fiunt habiles ad Prælaturas, ita Butrius *in d. cap. 1. de filijs presbyter. in fine*, Sotus *in 4. dist. 25. q. 1. art. 3.* Iacob. Graff. *decis. p. 1. lib. 3. cap. 5. num* 8. Paleot. *de nothis, & spurijs cap. 57. num. 4.* Nauarrus *cons. 3. num. 2. in 1. edit. & cons. 6. in noua. de filijs presbyter.* Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplin. clerical. §. 3. num.* 49. Campanil. *in diuersor. iur. Canon. rub. 11. cap. 13. num.* 117. & Sayr. *de censuris lib. 6 cap. 11. num.* 3. possunt tamen illegitimi ascendere ad Prioratum, atque administrationes simplices, quæ possunt ad nutum amoueri, modò curam non habeant animarum; quia Prælaturas, vt dignitates, Personatus, seu Beneficia curam animarum habentia nequeunt sine dispensatione Papæ habere, 16. *q. 1. c. legi. cap. 1. de filijs presbyterorum. Graff. lib. 3. c. 5. num. 8. & num.* 33. Idem patet ex *d. cap. 1. de filijs presbyt.* vbi illegitimi redduntur habiles ad ordines, & subiungitur ibi: *Prælationes vero nullatenus habeant*: vbi docent Antonius *in fine.* Abbas *in fine q. 7.* illegitimos excludi ab omnibus Prælationibus, siue in eisdem, siue in alijs monasterijs.

De beneficijs autem regularibus simplicibus, quæ Prælaturæ non sunt potest esse dubium. Nauarrus *lib. 1. tit. de presbyter. in 1. edit. cons. 3. à num. 2. ad. 5. vers. quarto, quod nec ratio. in 2. cons. 6. num. 2. & duobus sequentibus* ait, Papam in prædictâ exceptione velle vt illegitimi professi sint habiles ad omnia beneficia manualia, regularia hoc est ad ea, quæ ad nutum Prælati amoueri queunt; si non habeant curam animarum, nec sint Prælationes conuentus. Hæc autem regularia beneficia manualia sunt ea, quæ ad Prælati nutum remoueri possunt, sunt ea omnia, quæ non sunt capita conuentus *cap. 2. vers. Prioratus quoque, iuncto cap. cum ad monasterium vers. tales autem. de statu Monachorum*; atque ita quoties beneficia regularia dantur per Canonicam capituli electionem, & confirmationem Superioris, nequeunt ad nutum Superioris remoueri, & ex consequenti non sunt manualia; secus si per electionem non fiant, sed conferantur per Abbatem: sunt enim tunc beneficia manualia ad eius nutum reuocabilia; his denique dummodò curam non habeant possunt præfici illegitimi absque aliâ dispensatione, & ad nutum Prælati remoueri possunt, vt counstat, *ex Clementinâ vnicâ de supplen. negli. Prælat.* & Sanchez *d. lib. 5. cap. 5. num.* 16. 10.

Quarta prærogatiua professionis est tolli per eam omnem causam ingratitudinis vndecunque processerit per ingressum Religionis, per textum 19. *quæst. final. cap. non liceat*, vbi simpliciter in fauorem Religionis deciditur remotâ omni distinctione, vt auferatur vitium ingratitudinis. Confert textus *in Authen. de monachis. in principio*, vbi habetur ab ingressu Religionis aboleri omnem humanam maculam; quamuis glossa ibi censeat non per hoc deleri filij ingratitudinem; sed primùm magis placet pro fauore Religionis, gloss. etiam de iure ciuili per textum Nouellarum, *vt in Authen. de Sanctis Episcopis*, Panot. *cons. 27. vol.* 2. Roman. *Singular. 37. incipit, Vtrum nobilis*, nimirum quòd ingratus filius non reputatur talis per ingressum Religionis. Vnde infert Cynus *in l. Deo nobis C. de Episcopis, & Clericis.* non esse integrum parentibus filios factos monachos repellere ab hæreditate, etiamsi antequam ingrederentur Religionem, vitio ingratitudinis essent vstulati. 11.

Quinta prærogatiua professionis est mutare regulariter forum per eam, vt fiat de iurisdictione 12.

Ecclesiasticâ etiam post delictum commissum, Graffis *cap. 1. Bullæ Cœnæ num. 141.* nisi fiat Monachus post præuentam causam à laico Nauartus *de regularibus comment. 2. num. 60. in fine.*

Sexta prærogatiua. Per professionem liberatur professus à patriâ potestate, vt notatur *in cap. Deo nobis: de Episcopis, & clericis, glos.* singular. *in l. si ex causa §. Pomponius ff. de minoribus.* & ibi Bartol. & Baldus *in Authen. si qua mulier. C. de Sacros. Eccles.* Attamen non amittit iura Suitatis, quatenus sibi sunt vtilia. Bartol. *in l. item in potestate. in fine C. de Episcopis, & clericis.*

13. Septima prærogatiua. Per professionem solēnem extinguuntur omnia vota antea emissa, Nauarr. *in manuali cap. 12. num. 78. in fine* Couarr. *in cap. quamuis pactum. par. 1. §. 3. num. 4. vers. 6.* Campanil. *in diuersor. iur. canon. rubr. 12. cap. 10. num. 2.* Sayr. *in Claui lib. 5. cap. 8. num. 15. & lib. 6. cap. 7. num. 2. & cap. 12. num. 5. & 11.* Sanchez *in præcepta decalogi lib. 5. à num. 36.* vbi *num. 38.* tenet vota facta in sæculo ipso iure extingui per professionem, & absque aliâ dispensatione manere professum liberum ab illis votis ex priuilegio professioni adhærente per quam se, & sua omnia tradidit diuino obsequio, secus si ingrediatur, & non profiteatur, Azor *d. lib. 11. cap. 22. q. 6.* Sayr. *d. lib. 6. cap. 9. num. 15.* Sanchez *de matrimonio lib. 1. disp. 34. num. 16. & in præcepta decalogi tom. 1. lib. 4. cap. 16. num. 74.*

Sed quid si profitens habeba t vota personalia & realia, Respondeo commutari ipso iure in professionem: soli enim Deo cui vota emittuntur acquiritur ius, & satisfit Deo per traditionem omnium bonorum, & per traditionem sui ipsius, Caietanus *in opusculis tom. 2. tract. 11. de voto non nubendi q. 3. ad finem corporis*, Couarr. *de pactis 1. p. §. 3. num. 4. ar. Sexto.* Aragonius *2. 2. q. 88. ar. 12. ad solut. ad 1.* Secus de iuramento præstito homini, & ab eo acceptato; hoc autem per professionem non extinguitur, nec commutatur. Sanchez *in præcepta decalogi lib. 3. cap. 21. num. 3.* quia vnum pro alio inuito creditore solui non potest. *l. mutuum ff. si certum petatur: & Instit. quibus modis tollatur obligatio, in principio.* Eadem est ratio de voto reali facto non soli Deo, sed intimato parti, vt ab ipsâ acceptetur, & ita coniuncto cum promissione illa parte; tunc enim cessat commutatio in melius, Aragon. *d. ar. 12.* Syluest. verbo *votum 4. q. 7. dict. 4. in fine.*

14. Diximus de prærogatiuis professionis, sequitur dicendum de obligationibus voti paupertatis. Paupertas ergo voluntaria est primum Religionis fundamentum, ac propugnaculum: ideo eâ destructâ corruet Religionis ædificium. *cap. Cum Paulus. 1. q. 1.* Item paupertatis votum aliud,

15. est solenne, aliud simplex. Differunt ergo votum solenne paupertatis, & simplex in eo, quòd solenne impediat acquisitionem dominij reddens vouentem incapacem illius validè acquirendi, ac validè in alium transferendi: Votum autem simplex etiam impedit licitam acquisitionem, ac translationem dominij in alium: non tamen reddit vouentem inhabilem ad acquirendum, & transferendum: quamobrem, si de facto acquirat, aut transferat sine licentiâ petitâ, & obtentâ, peccabit contra votum, *cap. vnico in 6. de voto*, quæ differentia ex sola Ecclesiæ institutione procedit, Nauarr. *comment. 4. de Regul. num. 19. vers. 24.* Lessius *de iustitia lib. 2. cap. 4. dub. 5. num. 21. in fine.* Azor *1. p. instit. moral. lib. 12. cap. 2. q. 8.* Item voto paupertatis solenni astrictus nihil sibi acquirit, sed Monasterio, ac Religioni, simplici autem voto ligatus, quamuis vsum nequeat acquirere, potest tamen aliquod dominium, & proprietatem habere; cùm sit capax hæreditatis, & cuiuslibet alterius rei ad quam antea ius habebat: denique, in hoc etiam differunt, quòd professus non potest testamentum facere, vt est notorium; ligatus autem simplici paupertatis voto si illud condat fortassis firmum erit. Azor *d. q. 8.*

Excipitur votum paupertatis Coadiutorum formatorum nostræ Societatis, quod etiam si simplex sit, reddit illos omnino incapaces dominii acquirendi, & in alios transferendi, perinde ac si esset solenne, vt habetur in constitutionibus Societatis *p. 6. cap. 2. §. 11. in commento littera H. & §. 12.* confirmatis à Sede Apostolica. 16.

Nomine autem paupertatis, quam vouent religiosi, venit carentia dominij, ac proprij; quin etiam carentia vsûs iuris, & vsusfructûs possessionis, & administrationis dependenter à Superiore, atque ita ex vi huius voti religiosus non habet dominium, nec vsum iuris, nec possessionem cuiuscunque rei nomine proprio, nec administrationem arbitratu suo: quare solum habet detentionem facti, & vsum rei instar serui. Nauarr. *comment. 2. num. 2. de regul.* Fr. Manuel *tom. 3. Regul. q. 29. art. 4.* & Azor *1. p. instit. lib. 12. cap. 12. q. 1.* vbi concludit Religiosum nihil proprium habere posse, & appellatione proprij non solùm venire dominium, & proprietatem rei, sed etiam vsum, & vsum fructum, possessionem, administrationem, prout sunt iuris; non facti. Dicitur autem peccare contra votum paupertatis non solùm, qui habet dominium, hoc est ius perfectè, & liberè statuendi de re corporali, sed etiam, qui habet quasi dominium, vel quasi proprietatem: similiter dicitur violare paupertatem, qui habet rem, vel possidet, & eâ vtitur, ac fruitur non alieno, sed nomine suo, sine authoritate Superioris. 17.

His positis ad particulares casus descendamus, inter quos se offert, an religiosi, qui non possunt quicquam accipere sine authoritate Superioris, possint sibi res oblatas, seu missas ab externis repudiare inconsulto Superiore? Pars negans ex eo videtur vera, quia religiosus, nec velle, nec nolle habet *cap. si Religiosus. de electione in 6.* ergo non potest repudiare inconsulto Superiore. Secundò Religiosus non potest reijcere legatum vsus fructus sibi factum, cùm hoc redundet in bonum monasterij; sicut de filio familias dicitur *in l. cum non solum, in principio. C. de bonis quæ liber.* & docent Ioannes Andreas, & Specul. prius *tit. de statu monachorum*; quibus accedit Aloys. Ricc. *resolut. 114.* quia æquiparatur Religiosus filio familiâs; at iste non potest præiudicare patri in vsu fructu; igitur nec Religiosus monasterio in legato sibi relicto; vt etiam sentit Panor *in c. in præsentia de probat. ad finem* Bart. *in l. final. ff. vulga. & pupil. substitut*, & *in l. tutor. ff. de possess. bonor.* 18.

Probabilius tamen puto posse Religiosos repudiare, quæ sibi deferuntur, ac mittuntur, neque in hoc violant votum paupertatis, nec legem charitatis.

Probatur,

Probatur, quia votum paupertatis violatur per actum positiuum accipiendi aliquid sine consensu Prælati; quare non læditur per actum non acceptádi: imò magis, ac magis obseruatur votum, dum abstinetur ab ipsâ acceptatione: Nam sicut accipere inconsulto Superiore est contra votum; sic etiam nolle accipere est pro voto. Item integrum est Religioso propter perfectionem paupertatis relinquere etiam ex sibi necessarijs aliqua absque licentiâ Prælati; ergo etiam licebit Religioso nondum acquisita relinquere amore ipsius paupertatis, quando iam quæsita potest repudiare.

Item, non violatur charitas non acceptando munuscula illa, quæ mittuntur, quia eo fine solent mitti, vt accipiens possit illis vti de licentiâ Superioris, & non cedunt in vtilitatem monasterij, proinde non violatur charitas, nec monasterium habet ius aliquod in illis, quę offeruntur suo Religioso, aut mittuntur ante acceptationem: ipse autem amore paupertatis, vel aliquâ aliâ honestâ causâ ductus non vult acceptare: ac proinde non offendit charitatem, præsertim, quando oblata, seu missa ad vsum tantùm priuatum Religiosi mittuntur secundùm intentionem eorum, qui mittunt, Sanchez *lib.6.de matrimonio disp.14.num.6. vers. si absque causa, & infra vers. secus.*

19. Nec refert exemplum, quo vtitur, dicens peccare contra charitatem qui precibus absque iustâ causâ impedit, ne testator leget Bertæ, & leget potius Titiæ, quia id fieri potest, nec peccat suadens precibus, & ob amicitiam, vt potiùs huic, quàm illi legatum relinquat remotâ omni vi, ac fraude, & importunis precibus sublatis, neque in hâc petitione etiam cum effectu obtenta violatur iustitia, vt est communis sententia, Nauarr. *in summa cap. 17. num 72. & cap. 16. num. 36.* Sotus *l.4. de iustitia q 6. art. 3.* Saa *verbo restitutio, num. 22.* Valentia *tom. 3. disp. 5. q. 6. p. 5.* dicentes non teneri restituere illum, qui sine vi, & fraude impediuit donationem liberam: nec etiam violatur charitas, si quis potiùs pro hâc, quàm pro illâ intercedat animo obtinendi liberam donationem ad quam nondum neutra habet aliquod ius allegatis rationibus iustis absque vi, vel mendacio, & fraude pro vnâ potius, quàm pro aliâ. ita Nauarrus *d. cap. 17. num. 69. & num. 70. vsque ad num. 74.* Molina *tract. 2. disp 717. num. 2. fol. 157. §. hoc ita.* post Adrianum *de restit. q. consequenter quæro verum impediens,* Syluester *restitutio tertio num. 12.* Couar. *regula peccatum p. 2. §. 7. num. 8.* existimantes ita suadentes sine vi, vel fraude, quando res non est debita de iustitiâ, non teneri ad restitutionem, quamuis moueant testatorem, seu collatorem in contrarium. Imo sæpe id fieri posse licite, & iustè, ac meritoriè: Ratio, quia sæpe potest esse melius, quod suadetur, quàm quod testator statuerat, & gratius Deo, proinde suasio illa, qua quis à consequutione boni impeditus, potest esse non solùm iusta, sed meritoria.

20. Quin potiùs cùm ordo charitatis incipit à se ipso, cæteris paribus bene potest quis persuadere donaturo, vt potiùs sibi, seu suis consanguineis, vel amicis velit id condonare, quàm extraneis, quibus ipse id contribuere decreuerat: vel consanguineis, & coniunctis ipsius donatoris, quando cætera sunt paria, quia in hoc nulla est deordinatio, quæ charitati aduersetur. Quare nec Religiosus si non acceptet xenia, seu munuscula ad se missa peccat contra charitatem, cùm ipse ea nequeat acceptare inconsulto Superiore: nolle tamen petere facultatem facit pro voto paupertatis seruando, quare minus bene Sanchez *d. lib. 6. disp. 4. num. 7. ad finem* ait peccare contra charitatem. si nollet acceptare, quia impedit bona Monasterij, quia non tenetur petere facultatem.

21. Secundus casus occurrēs est an Religiosus cui offeruntur aliqua munuscula ab externis, aut mittuntur, possit sine violatione paupertatis dicere, Domine, ego non egeo, sed rogo, vt velis ea mittere, seu donare Petro, mihi, vel sanguine, aut amicitiâ coniuncto? Respondeo id fieri posse. Sanchez *lib. 6. de matrimonio disp. 4. num. 7. §. his tamen non obstantibus*, Alphonsus Rodericus etiam nostræ Societatis, in tractatu *de paupertate cap. 15. fol. 217. vers. de aqui se puede collegir*; ex eâ ratione, quoniam Religiosus nihil acceptat: imò potiùs ait se non indigere, nec posse acceptare sibi; additque, Domine, si tibi gratum fuerit rogo, vt illud des Petro, vel illud eidem tuo, nomine dabo, si tibi placuerit. In hoc euentu nihil video contra votum paupertatis, quamuis donator id faciat tui contemplatione, & amore. Sequitur Villalobos *in Sūma p. 2. tract. 35 difficult. 32. num. 6.* Secus si Religiosus munuscula acceptet, & mittat amico per manum mittentis: tunc enim acquirit sine licentiâ, & alienat; & vtrumque aduersatur voto paupertatis.

22. Tertius casus, an procedat contra votum paupertatis accipiens pecunias ab aliquo non sibi, sed vt illas certis pauperibus distribuat, vel expendat in pia opera, vt sibi visum fuerit, nomine tamen ipsius donatoris; sed sine licentiâ Superioris? Resp. id esse tantùm contra regulā nostrā prohibentem, ne his negotijs præpediamur inconsulto Superiore propter inconuenientia indè sæpe resultantia: non esse tamen contra votum paupertatis; quia pecunias accipiens non sibi accepit, nec acceptauit, nec suo nomine distribuit; sed rem peragit nomine dantis, penes quem est dominium, Alphonsus Rodericus *tractatu tertio paupertatis d. cap. 15. fol. 216.* Azor *1. p. lib. 12. cap. 10. §. vltim. vers. decimò quæritur*, quoniam donator non transtulit dominium pecuniarum, sed eas per Religiosum ad certos vsus applicat: longè aliter. vt aliqui opinantur, si pecuniæ dentur Religioso, vt liberè eas expendat pro suo arbitratu.

23. Quartus casus est circa Viaticum quod aliquibus Religiosis dum iter agunt pro diariâ alimoniâ assignatur, an possint de eo disponere ad libitum in licitis, & honestis? Responsio est negatiua, si viaticum illis detur non taxatum pro quotidiano victu: secus si viaticum ad singulos dies taxatum concedatur: in hoc euentu, si Religiosi nolunt tantum quantum opus est secum expēdere, & aliunde nō cōstet de cōtrario, superfluum, & residuum poterunt insumere in rebus licitis ex licentia saltem tacita Superioris viaticum taxatum concedentis, ita Alphonsus Rodericus *d. cap. 12. fol. 201.* quod puto verum etiamsi de industria ad hunc finem non vtantur tam strictâ parcimoniâ Idem dicendum est de viatico dato, & accepto de licentiâ Superioris ab externis, nam eo ipso quòd acceptatum fuit eo modo à Religioso, dominium illius translatum fuit per illum in Religionem, & non potest expendi nisi

in eo ad quod fuit collatum : atque ita idem dicendum est de hoc viatico, quod dicitur de illo, quod fuit taxatum à Religione ipsa ad singulos dies.

24. Quintus casus an Religiosus in extremâ, vel graui necessitate peccet aliquid accipiendo ab externis, vel ab ipsâ Religione? Quoad extremam certum est non peccare. Quoad grauem necessitatem probabile est non peccare. Quando necessitas est ordinaria, & negatur res petita à Superiore, potest accipi à rebus Conuentûs, si est necessaria, Nauarra *lib. 3. cap. 1. num. 196.* Sayr. *in claui lib. 9. cap. 16. num. 20.* vbi loquitur de rebus necessariis ad vsum Religiosorum priuatorum, vt sunt cibaria, vestes, & medicinæ, quia Prælatus tenetur ministrare necessaria Religiosis; sicut Religiosi tenentur inseruire monasterio, & Superior non est Dominus, sed dispensator, & in hoc casu accipiendo Religiosus non peccat : accipit enim quasi vsuarius, quod votum non prohibet in hoc casu.

25. Quod si accipiat inconsulto Prælato aliquid, quod si ab ipso peteretur concederet, peccare mortaliter contra votum, tradit Sayr. *vbi proximè*, exercendo actum dominij, cùm nullâ petitâ licentiâ rem vt suam, vel sibi debitam vsurpat, & tenetur restituere, saltem si res extat; allegatque pro hac parte Nauarram *supra num. 196.* Cordub. *in sum. q. 109.* & Azor *1. p. lib. 12. cap. 11. dub. 6.* Dicendum tamen est nullum esse in hoc casu furtum, Caietanus *in summa, verbo furtum, & 2. 2. q. 66. art. 5* Nauarrus *in cap. non dicatis 12. q. 1. num. 62.* & alij, quod procedit suppositâ communi regulâ de inuoluntario ratione rei, & ratione modi, quam sequuntur etiam circa filios, qui clàm accipiunt à parentibus rem notabilem inuitis quo ad modum, nõ autem quo ad rem; & hoc modo nulla est diuersitas inter parentes, & Prælatos : necnon voluntas parentum quoad substantiam rei, remouet deformitatem furti cùm sint Domini: Prælati autem, cùm sint administratores, si solùm sunt inuiti quoad modum, & non quoad rem, quoniam concederent, si ab illis peteretur, tollitur ratio furti; & accipiens solùm peccat veniale, quoad modum tantùm vt filij peccant, vt Nauarr. *supra, & in summa cap. 17. num. 138. & comment. 2. de regular. num. 20.* Lessius *lib. 2. cap. 12. de iniurijs fortun. dub. 8. num. 48. & cap. 41. de statu Religioso, dub. 9. dict. num. 79. §. crediderim, fol. 595.* Quamuis tam inuoluntarij possunt esse Prælati circa modum, vt mortale sit tunc accipere contra votum paupertatis, quod interdicit omnem vsum rerum externarum inuito Prælato; sed hoc non placet. Nam si Prælatus est inuitus, quoad modum tantùm accipiens inuoluntario illo accipit, vt sibi rem concessam à Prælato, qui concederet si res peteretur : ideo absolutè consentit, vt Religiosus tali re vtatur esto modus ei displiceat. Vnde Prælatus irrationabiliter est inuoluntarius circa modum, vt possit esse mortale contra votum paupertatis.

Erit tamen contra votum paupertatis accipere Religiosum, & de se mortale aliquid ab externo liberè concedente sine facultate Prælati saltem tacitâ, quia hæc appropriatio est contra votum: non est tamen furtum, nec habet onus restituendi, cùm sit translata res de consensu
26. domini : vnde Religiosus, cui interdicitur ex regula accipere stipendia consueta pro suis ministeriis, si rem notabilem eleemosynæ loco capiat pro Missis, & cæteris ministeriis, quamuis non peccet, peccauit tamen contra votum, Sanchez *tom. 2 in præcepta Decalog. lib. 7. cap. 28. num. 6.* vbi pro hac parte refert, ac sequitur Enriques *lib. 9. de Eucharistia cap. 22. num. 3. in commento, litera P.* Peccare autem contra votum ex eo patet, quia sine licentiâ Prælati notabilem rem accipit. Nam in Societate vota fiunt secundùm constitutiones, quæ pro materiâ paupertatis habent, vt non solùm Religiosi careant dominio rerum temporalium : sed etiam omni iure habendi eas, etiam illo, quod aliàs licitè ex talibus ministeriis poterat procedere : ac proinde carentia huius iuris, seu stipendij expressè continetur sub voto paupertatis, vt planum est ex *sextâ parte constitut. cap. 5.* quod fusiùs probat Mulina *disput. 687.* Nauarra *lib. 3. de restitut. cap. 1. part. 3. dub. 2. in noua editione, num. 170.* Sanchez *supra numer. 6. ad finem.*

Sextus casus si Sacerdos externus accepto anticipatè stipendio debeat plurima stipendia, quæ recepit, necdum fecit sacra, poterit ne aliquis Sacerdos ex nostrâ Societate sacra facere pro illo, vt illum liberet ab eo onere? Pars negans ostenditur, quia sacrificans peccat contra votum, eò quòd sacrificando per tale sacrum re verâ acquirit ius ad stipendium, vel saltem soluitur ius quæsitum ab eo, qui dedit stipendium; sed votum paupertatis interdicit huiusmodi ius acquirere per sacrificia : igitur non licet. Nec refert dicere stipendium datum esse iam consumptum à Sacerdote : ideo ad illud nullum ius acquiritur, sed tantùm soluitur Sacerdos ab eo onere, quod habebat : atque ita non videtur contra votum eximere ab eo onere proximum meum nihil expendendo per se dignum pretio, præsertim quia Religiosi nostri carent iure ad cogendum illos, pro quibus rem sacram faciunt, vt stipendium soluant sibi, vel alteri. Quia respondetur Religiosum, qui sacrificauit acquisiuisse ius Sacerdoti debitori quasi eius esset negotiorum gestor. Votum autem paupertatis sicut interdicit omnem dispositionem pecuniæ etiam in vtilitatem alicuius tertij; sic etiam prohibet omnem dispositionem iuris, seu consequutionem illius ad stipendium, tam respectu sui, quàm alterius. Item quia non solùm est contra paupertatem recipere ab aliquo aliquid in vtilitatem propriam, sed etiam alterius : sicut non solùm aduersatur voto acquisitio stipendij ex sacro, erga se ipsum, sed etiam ius quæsitum erga tertium per se ipsum; censetur enim virtualiter quædam acquisitio illius iuris, & in alterum translatio. Quare nihil refert, quòd Religiosus cogere non possit, si alteri ius cogendi concessit. 27.

Suffragatur, si Religiosus cum aliquo paciscatur, vt si decem aureos laico largiatur, totidem sacra pro eo se celebraturum : non est dubium esse contra votum, quia ratione pacti celebrati sacrificat pro stipendio : igitur idem erit cum rogatu Sacerdotis eadem sacra celebrauerit, quia quando celebrat rogatus à Sacerdote pro stipendio, etiam obligat laicum ratione pacti cum Sacerdote celebrati, & de iure stipendium exigendi disponit, quod voto aduersatur.

Pars

Pars tamen affirmans non peccare sacerdotem, qui ad preces alterius sacrificat, ex eo probatur, quia nostris non est interdictum liberaliter sacrificare pro alijs, sed pro stipendio duntaxat, aut pro acquirendo iure ad illud ex sacrificio: At qui eo modo sacrificat non acquirit ius, cum liberaliter faciat rem sacram, nec haber intentionem obligandi illum, pro quo sacrificat, quique iam stipendium alteri Sacerdoti erogauit: igitur pro nullo interesse, aut stipendio rem sacram facit. Fauet, quia non videtur peccare Religiosus, qui ad preces alterius concionatur, pro quo opere rogans aliquid acceperat, quod solet fieri absque scrupulo: ergo idem erit in sacrificio Missæ cum eadem sit regula. Pro quo etiam iuuat, quòd si quis huic Religioso gratis donet aliquod munusculum, & Religiosus animo compensandi, seu gratificandi polliceatur aliqua sacra facere, non peccat: igitur eadem erit ratio si ali quoties sacrificet, vt gratificet Sacerdoti; esto Sacerdos eleemosynam accipiat, Sanchez *tom.2. in præcepta lib.7.cap.28.num.17.* post Nauarram *lib. 3. de restitut. cap. 1.p.3. dub. 2. in noua edit. num.171.*& Manuel *tom.3 regul.q.29.art.13.* vbi docet hoc licitum esse sine pacto aliquo.

Ex his duabus opinionibus pars negans certa, ac tuta apud nostros: non enim possunt excusari, si eo modo celebrent, quin sacrificent, vel pro stipendio, vel pro eius iure, quod apud nostros non modò regulâ, sed etiam voto interdicitur; atque ita quoties etiam pactum initum fuerit cum aliquo, vt stipendium det pauperi, seu cuicunque alij,& Religiosus tot sacra faciat pro danre pecunias pauperi, peccat contra votum paupertatis bis, semel, quia recipit stipendium pro sacrificio Missæ: & rursus, quia sine licentia in alium transfert. Nec est dubium, quia reuera pecunias suo sacrificio sibi acquisiuit, & dedit pauperibus, nec potest dici gratis fecisse sacra illa, quod constitutiones Societatis iuxta quas vouetur paupertas, petunt. Idem omnino est dicendum quādo Religiosi conuenirent cum aliquo, vt sibi, vel alij stipendium acciperet pro Missis celebrandis, & ipsi sacrificent, quia vtrobique eadem ratio militat, cum ipsi interuentu Missarum stipendium illud alteri tradendum consequantur, Sanchez *d. cap. 28. num. 16.*

28. Ad argumenta dicendum est, quamuis Religiosus rem sacram faciat liberaliter loco sacerdotis, pro illo autem, qui stipendium dedit, non liberaliter, sed pro stipe sacrum fecit; quando quidem sacrificando eum obligat, vt non possit repetere à Sacerdote pretium, vel vt soluat, si adhuc non dedit, & Sacerdoti confert ius retinendi, vel exigendi stipendium. Eodem modo dicendum est, non esse integrum eisdem Religiosis facere cōcionem pro illo, qoi accipit pretium; quod si aliter fiat, hoc procedet, vel ex erroneâ conscientiâ, vel quia soluentes stipendia, liberè illa remittant Sacerdoti, cum quo conuenerunt; quo etiam modo possent Missas facere, scilicet, si Sacerdos stipendium accipiens adhortetur donantem Missas esse pro ipso liberaliter celebratas, & si nihilominus stipendium tunc relinquat, sine suo, vel Religiosi scrupulo retinere potest, ex ratihabitione stipendium dantis. Denique dicendum est, quia quamuis sacrum fiat liberaliter respectu Sacerdotis, non est negandum, quod fiat pro stipendio respectu dantis.

Secus dicendum est quando Laicus liberè nostris Sacerdotibus pecunias aliquas erogaret, non esset contra votum paupertatis, si liberaliter promittant sacra nullo imposito onere, sed solùm animo gratificandi. Fr. Manuel. *in summa tom. 2. cap. 31.* Idem posse fieri à nostris gratis, quando in testamento aliqua relinquuntur Sacra facienda, etiamsi testator iubeat pro quolibet Sacro consuetam eleemosynam dari, quamuis hæredes pecunias illas in hoc expendendas sibi assumant, ac retineant, dummodo nullum stipendium Religiosi nostri pro illis Sacris recipiant, nec conueniant, vt alijs detur: posse autem hæredes illos seu capellanos pecunias in hoc expendendas sibi retinere ex eo est, quia non acquirunt dominium illarum pecuniarum, ratione earum Missarum, sed ratione tituli hæreditarij, aut legatarij, & solùm virtute Missarum liberantur onere illis titulis annexo faciendi eas Missas, & ita merè gratis fiunt, esto per accidens alij liberentur ab onere expendendi pecunias, vt illa facta fiant, Sanchez *d. lib. 7. cap. 28. num 18.* 29.

Sed quid si executores testamenti alicuius petant ab aliquo Religioso Societatis vt faciat aliqua Sacra, quæ ratione stipendij ab illo fieri non posse diximus, vt ipsi eas pecunias sibi retineant? Respondeo non licere, cùm sit contra votum, Idem dico si clerici priuati accipiant pecunias pro Missis faciendis, ac postea petant, vt Missas faciat ex eâ ratione, quia nec executores, nec clerici priuati habent ius aliquod, aut titulum ad acquirendas pecunias nisi respectu Missarum, quas religiosus fecerat, quod idem est ac si Religiosus stipendium acciperet,& de illis conferret. nec possunt tam executores, quàm clerici priuati retinere stipendia illa pro Missis celebratis à nostro Religioso, siue ille ignoret stipendium illud pro prædictis Missis recipi, quia id stipendium acquirere non potest; siue id sciat, ignoret tamen sibi interdictum esse sacrificare, vt alter stipendium recipiat. Nam quod ex ignorantia,& errore oritur est inuoluntarium, & ideo retinere nequeunt illud stipendium pro Missis factis ab illo Religioso, Sanchez *vbi supra d. cap.28.n.19.* 30.

§. XII.

Quibusnam officialibus Monasterij integrum sit bona conuentûs sine peccato administrare; & an priuati Religiosi possint licitè aliquando disponere de rebus ad proprios vsus deputatis.

EPITOME.

1 *Oeconomus seu procurator expendens bona conuentus in alios vsus, quàm à superioribus deputatos peccat mortaliter.*

2 *Prelatus non potest ad libitum bona monasterij in quosuis vsus expendere; quin imo si profanè insumat peccat mortaliter cum onere restituendi.*

3 *Prelatus quantam summam possit concedere subditis, vt donent de bonis monasterij.*

4 *Religiosus alienans aliquid de bonis monasterij peccat mortaliter contra votum; si rès extat tenetur reddere, vel saltem quantùm sit ditior ex re consumpta accipiens.*

5 *Religiosi extra monasterium quas eleemosynas facere possunt, & an possint expendere bona aliqua?*

6 *Religiosus extra monasterium an possit accipere sibi oblata?*

7 *Religiosus accipiens, vel expendens aliquid quomodò excusetur à transgressione voti, & an sufficiat licentia tacita, vel præsumpta?*

8 *Religiosus accipiens aliquid ex licentiâ præsumptâ an teneatur postea rem manifestare Superiori, quòd rem expenderit.*

9 *Retinere aliquid cum animo illud occultandi Prælato est culpa mortalis.*

10 *Superiore vivente Religiosum disponere, & expendere, & non contradicente, an sit licentia præsumpta?*

11 *Taciturnitas quando est permissio, aut approbatio sufficiens ad licentiam concedendam.*

12 *Furti rem non est accipiens quando credit dominum concessurum si peteretur.*

13 *Prælatus nequit concedere subditis licentiam ad expendendum aliquid in vsus profanos, & illicitos, & accipiens tenetur restituere.*

1. QVÆSTIO prima, an œconomus, seu procurator bona conuentus in alios vsus quàm à Superioribus deputantur expendat, peccent mortaliter? Responsio est affirmatiua, ac proinde quandiu non resipiscunt à confessarijs absolui, nec debent, nec possunt. D. Thomas 2.2.q.32. *cap.* 8 *glos. in clementina.* 2. §. *sed & talis, de vita, & honest. clericor.* Sarmen. 1. *p. sui defensorij monitorio* 21 Gerson *alphabetico* 34. Nam iusta concilium Tridentinum *Sess.* 25. *cap.* 2. præcipitur vt administratio monasterij bonorum ad solos Officiales eorumdem ad nutum Superiorum amouibiles pertineat Vnde colligitur non solùm non posse ad profanos vsus, sed neque ad licitos aliqoid sibi, aut alijs fratribus emere inconsulto Prælato, & sine eius licentiâ saltem rationabiliter præsumptâ.

2. Quæstio secunda, an Prælatus possit ad libitum bona Monasterij in quosuis vsus expendere? Respondetur negatiuè ex *cap. fraternitatem de donationibus*, cùm non sit dominus, sed administrator: ideo tenetur in eos tantum vsus bona monasterij distribuere, in quos destinata sunt. Nauarr. *in cap. nullum* 18. *q.* 2. *num.* 6 Quod si in profanos vsus, vel inutiles dispenset, peccabit mortaliter, & recipiens à Prælato Religioso sine causa rationabili, sed ex parentelâ, vel ex turpitudine, tenetur ad restitutionem monasterio. Archi. Floren. *in summa defecerunt de restit.* Nec item potest remittere debitum liquidum, cùm illud sit donare, *l. si quis delegauerit ff. de donat.* Graffis *lib.* 3. *decis. de Regular. cap.* 5. *num.* 133. Ex consuetudine tamen aliqua potest donare, vt patet *ex cap. cæterum de donationibus*, vt per Oldrad. *cons.* 2 6. *num* 6. Abbas *cons.* 45. *num.* 1 & 2 *p.* 1. Tiraquel. *in tract. de iudicus q. in reb. exiguis vers. vigesimo quarto*, Cardin. Tosc. *tom.* 3. *littera E. concl.* 287. Bellet *disquisit. cleric. p* 1 *tit. de bonis clericorum* § 5. *num.* 10 Imo vbi non fuerit consuetudo etiam donare poterit Prælatus rem modici valoris iuxta Panor. *in d. cap. cæterum* sicut Tutor potest de rebus pupilli vt habetur *in l. cum plures ff. de administ. tutor.* Panor tamen id limitat *ibi num.* 4. dicens licitum esse Prælato donare existente causâ rationabili, remunerandi scilicet obsequium susceptum, quod adhoc remuneratum non est, & ob aliud simile.

3. Sed petes quænam quantitas possit à Prælato donari absqoe scrupulo? Cordubensis *in summa dub. vltim. q.* 54. dicit posse Prælatum donare vsque ad decem aureos, sequitur Ludouic. Lopez 1. *p. instruct. cap.* 5. §. 1 qood Petrus Nauarra *lib* 3. *de restit. cap.* 1. *num.* 183. & Hieronymus Flamma 3. *p. methodi cap.* 13. §. 15. vbi in hac materia magis se extendit, quam alij, atque ita concludunt posse Prelatos locales tutâ conscientiâ hanc summam decem aureorum donare, vel externis vel domesticis de bonis Religionis, vel facere facultatem subditis ad donandum, nisi peculiaria statuta Religionum aliter disponant, dummodo ad hæc donandum appareat causa, vel pia, vel saltem licita, & iusta; sed Azor. *p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 12. *quæst.* 4. rem hanc arbitrio prudentis remittendam ait. sequitur Sanchez *d. lib.* 7. *c.* 19. *num.* 42. & Bonacina *de largitione munerum punct.* 6. *num* 8 quibus accedo libenter; non tamen displicet sententia Cordubensis, & aliorum. vltrà hanc summam tàm ad acceptandum, quàm ad donandum subditis fas erit recurrere ad Prouinciales, qui habent iurisdictionem quasi Episcopalem. Sanchez *supra.*

4. Quæstio tertia an Religiosus possit disponere de bonis communibus sine licentia Prælati? Respondetur, si dispenset rem notabilis quantitatis tàm intra, quàm extra monasterium sine licentiâ Prælati: non solùm de bonis communibus, sed etiam de his, quæ sibi deputata sunt ad proprios vsus, peccare mortaliter, & agere contra votum. D. Antoninus 3 *part. tit* 16. *cap.* 1. §. 11. Syluest. *verbo Religio* 6. *q.* 7. Nauarr. *in cap. non dicatis.* 12. *q.* 1. *num.* 44 Petrus Nauarra *lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 171. & *num.* 197. & sequent. Azor *instit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 11. *dub.* 7. Est enim furtum id donare, & accipere: vnde si res extat tenetur tàm donans, quàm accipiens eam monasterio restituere, cùm nequeat retinere. Accipiens tamen bonâ fide, eamque consumens, adhuc tenetur restituere quãtum ex re illa ditior factus est, aut quantum aliàs consumpsisset, si rem illam non expendisset. Cordubens. *in summa q.* 109. Sayr. *in claui lib.* 9. *cap.* 16. *num.* 21.

5. Dispensare autem bona communia monasterij pertinet ad Prælatum: de bonis verò proprijs non potest Religiosus cùm sit vsuarius ad alios vsus disponere, vt patet ex *institut. de vsu, & habitat.* Porto Hostiens. *in summa tit. de pænit. & remiss.* & glos. *de vita, & honest. cleric. verbo conuertendum* docent licitum esse Religioso peregrinãti, vel existenti in studio extra claustra facere eleemosynas ex his, quæ sibi in propriam sustentationem assignata sunt, quod etiam volunt Syluester *verb. eleemosyna q* 5. Tabien *n.* 8 Nauarrus *d. cap. non dicatis num.* 40. Alensl. 4 *p q.* 33. *memb.* 4. *art.* 2 & Flamma 3. *p. methodi cap.* 13 §. 16. quia licentia iter agendi vel existendi in studio assignato certo stipendio pro quotidiano victu, ad eleemosynas etiam se videtur extendere, consonat Nauarrus *in manuali cap* 20 *num.* 12. dum ait Religiosos, qui versantur in Scholis, vel in alijs negotijs extra monasterium impensis illius, posse aliquam partem quotæ destinatæ ad propriam sustentationem impendere in ludo aliquo honesto,

nesto, eo quia honesta recreatio ad alimoniam spectat.

Accedit Turrecremata *in cap. non dicatis 12. quaest. 1. num. 6. ex* Hugone *super regulam S. Augustini* dicens, Religiosum existentem extra claustra tantùm posse emere, & vendere sibi necessaria, quòd si aliquid subtrahat de his, quae poterat honestè consumere, posse expendere, quod intellige in licitis, & honestis. Non tamen inde colligas posse Religiosum bona sibi à Praelato deputata ad certos vsus expendere in alios inconsulto Praelato, si vsus tales sint, ad quos verisimiliter Praelatus non faceret facultatem: tunc enim Religiosus peccaret mortaliter contra votum paupertatis.

6. Sed quid si Religiosus postquam de licentiâ Praelati exiuit à monasterio ad peregrinandum, vel ad iter aliquod agendum, & illi in itinere offerantur pecuniae, vel munuscula, an possit ea acceptare, & expendere in proprios vsus, & quod superfit donare pauperibus aut propinquis? Flamma 3. *part. method. cap.* 13. § .16. affirmat posse ex interpretatiuâ licentiâ Praelati: item quia nullibi religiosi prohibentur acquirere quo ad vsum, cuius sunt capaces. Neque hoc videtur posse esse contra voluntatem Praelati bene ordinatam. Iuuat in hoc casu Sanchez *lib. 6. de matrimonio d. ʃʃ 4. num. 7.* dum tenet peccare contra charitatem Religiosum dum sibi oblata repudiat, quando sunt in vtilitatem monasterij, si absque iusta causa Religiosus nollet acceptare.

7. Item vt excusentur Religiosi accipientes, vel expendentes, à transgressione voti paupertatis, requiritur licentia Superioris saltem tacita, & iure optimo praesumpta censebitur quâ prudenter, & meritò praesumatur id velle Superiorem. Quod autem haec licentia tacita, & praesumpta sufficiat, ex eo patet, quia taciti, & expressi eadem est virtus *l. cum quid ff. de rebus creditis*, Flaminius *de resignat. lib. 1. quaest. 1. num. 8. & q. 3. num. 3 & lib. 7. quaest. 3. num 4* quia cum rationabiliter praesumitur id velle Superiorem, esto illius consensus expressus non habeatur, non dicitur peragi res absque eius licentiâ, prout tradunt D. Bonauen. *in speculo disciplinae ad nouitios. p. 1. cap. 4 ad finem*, reperies in nouis operibus *tom. 7.* Rosell *in summa verbo eleemosyna 2. num. 1.* Angel. *eodem verbo num. 6.* Mendoza *in suis quodlibetis quaest.* 8. *concl. 7.* Graffis *1. part. decis. lib. 2. cap.* 122. *num.* 5. *& lib.* 3. *cap. 5. num. 54.* Tolet. *in fine summa, tractat de septem peccatis mortalibus cap.* 18. *fine.* Emanuel Saa *verbo eleemosyna num.* 12. Lessius *lib. 2. de iustitia cap. 41. dub. 9. num. 80.* & alij asserentes esse sufficientem licentiam, taciturnitatem Superioris: quippe ea est licentia tacita, nisi praeceptum sit in aliquâ Religione in virtute obedientiae, vt nulli liceat aliquid recipere, aut expendere sine expressâ licentiâ Superioris: tunc enim excluditur facultas tacita, Lopez *1. part. instruct. cap. 156. vers. penult. & lib. 2. de contract. cap. 40. col. penult.* Manuel *tom. 2. summa cap. 31. num. 7.*

8. Quaestio quarta an quando quis vtitur licentiâ praesumptâ acceptando rem aliquam debeat aperire postea Superiori quod rem expenderit eum eadem licentiâ. Respondetur, si ideo acceptauit, quòd non potuerit recurrere ad Superiorem & res adhuc non est consumpta, aut alienata, teneri ne violetur votum paupertatis id referre Superiori: Secus quando res est consumpta, aut alienata. Quando autem ratio praesumendae licentiae non fuit difficultas petendi illam, non tenetur Religiosus referre id Superiori, Nauarr. *comment. 2. num. 20. de regul.* Mendoza *quaest. 8. concl. 8. &* Graffis *d. lib. 3. cap. 5. num. 54.* vbi volunt posse monialem retinere munera, quae insciâ Abbatissâ recipit, quando Abbatissa, non erat negatura probabiliter licentiam, si peteretur, & loquuntur clarè quando adhuc munera retinet non manifestando Abbatissae. Quare si acceptio clandestina fuit venialis, quatenus Abbatissa fuit inuita quo ad modum, retentio erit venialis, si non manifestetur, quod fuit acceptum, Sanchez *lib. 7. in praecepta decalogi cap. 19. n. 9.*

Quaestio quinta an sit mortale retineri aliquid à Religioso notabile cum animo illud occultandi Praelato? Affirmat Syluest. *verbo Religio 6. quaest. 7.* Cordubens. *in summa quaest. 54.* & probatur *in cap. cum ad monasterium de statu Monachorum*, vbi vitium proprietatis est peccatum mortale, nisi paruitas materiae excuset. Nauarrus *de Regularib. cons. 75. num. 18. in 1. edit.* aliàs *cons. 3. num. 18. de statu Monachorum in 2. edit.* Fr. Manuel *regul. tom. 3. quaest. 29 art. 10. concl. 8.* Azor *1. part. lib. 12. cap. 16. quaest. 6.* Rebell. *de obligat. inst. part. 1. lib. 3. quaest. 15. sect. 3. n. 22.* Quod intellige, quando rem notabilem occultat, ne sibi auferatur, ita Turrecremat. *in cap. non dicatis art. 5.* & colligitur *ex cap. Monach. de statu Monach.* & *ex cap. quanto de officio ordinary, verbo, vt proprium in manibus Praelatorum*, propter quem textum censuit Sacra Congregatio Regulares vtriusque sexus non tenere propria, sed omnia dare debere suis Superioribus, à quibus primò eorum necessitatibus subueniendum est. reliquum autem conferendum in vsum monasterij. Nauarrus *comment. 2. de Regul. n. 18.* Francisc. Leo *in thesaur. for. Eccles. part. 2. cap. 1. num. 41.* Si verò Religiosus occultaret res aliquas Praelato, ne reprehendatur, & eae tales sint, vt Superior aegrè, & molestè ferat, quòd eas habeat; imo eas non est dubium, quòd eripiat, si reperiat, occultans peccat mortaliter, nisi paruitas excuset. 9.

Ex dictis planum est esse mortale etiam recipere, vel acquirere ab aliis quantitatem notabilem sine Superioris licentiâ, & penes se habere etiam non animo occultandi. Nauarr. *in d. cap. non dicatis. num. 16. ex d. c. cum ad Monasterium.* & ex Concil. Trident. *sess. 25. cap. 3.* Caeterùm si donatio fuit absoluta res est restituenda monasterio, quia Religiosus illi acquisiuit, Panor. *in d. cap. cum ad monasterium num. 2.* si tamen donatio fuit facta sub conditione, vt Religiosus possideat independenter à Praelato, non intendens aliter dominium rei à se abdicare: tunc res donata donanti est restituenda, vt colligitur ex traditi s à Panor. *supra*; & à Syluest. *verb Religio 6. quaest. 7. particula 2.*

Quaestio sexta an sufficiat ad licentiam praesumptam videre Superiorem Religiosum disponere de re aliquâ tàm accipiendo, quàm expendendo si non contradicat? Negat Archidiaconus *in cap. non dicatis 12. quaest. 1. num. 6.* Bellemera: *ibi num. 31.* & Graffis *2. part. decis. lib. 3. cap. 19 num. 31.* quod intelligitur, quando taciturnitas est pura permissio, secus quando est approbatio quaedam: tunc enim licentia tacita liberat à culpa Religiosum, & aequipollet ratihabitioni de praesenti. 10.

11. An verò raciturnitas sit pura permissio, aut approbatio, ex eo deprehendi potest, si Dominus videat rem suam subripi, & taceat præ verecundiâ, aut timore, est pura permissio non liberans à furto subripientem. Approbatio autem tunc dicitur quando Superior potest commodè prohibere, & non prohibet cessante verecundiâ, aut timore; quâ distinctione vtuntur Rosell. *verbo furtum, & ibi* Angel. *num.*8. Nauarr. *in summa cap.* 17. *num.*5. *art.*4. & alij quos referens sequitur Sanchez *tom.* 2. *in præcepta Decalogi lib.* 7. *cap.* 19. *num.*12.

12. Quæstio septima an excusetur Religiosus à transgressione voti paupertatis, quando disponit de re aliquâ sine licentiâ Superioris existimans fore, vt Superior facultatem concederet ad disponendum, quamuis modus displiceret? Excusari à mortali non autem à veniali rem sic accipientem, retinentem, vel alienantem, ex voluntate Superioris saltem virtuali, tradunt D. Antoninus 2. *part. tit.* 1. *cap.* 15. *in principio.* Rosell. *verbo furtum in principio*, Aragonius 2. 2. *quæst.* 66. *art.* 3 *post principium.* Ex eo fundamento, quia non dicitur furti reus accipiens alienum inconsulto domino, quando prudenter credit dominum petitâ licentiâ concessurum, eritque peccatum veniale, quo ad solum modum, cùm dominus sit inuitus, Caietan *in summa verbo furtum notab.* 2. & *ibi* Armil. *num.* 2 Mendoza *in suis quodlibetis quæst.* 8. *post* 7. *concl.* Quod si, creditur dominum non fore inuitum etiam quo ad modum, nulla erit culpa, Nauarr. *comment.* 2. *num.* 20 *de Regular.* Mendoza *vbi proximè quæst* 8. *concl.* 8. Manuel 1. *tom. Summa cap.* 147 *concl.* 2. *num.* 3 vbi concludit similes acceptiones non esse peccatum, nec obligare ad restitutionem: quinimò non esse furtum expressè docent Nauarrus *eo comment.* 2. *num* 20. Mendoza *d. conclus.* 8. & diximus *supra* §. 11. *numer.* 25.

13. Quæstio octaua, an possit Prælatus concedere licentiam subditis, vt in quosuis vsus bona sibi oblata, aut missa expendant? Negat Nauarrus *in d. cap. non dicatis num.* 53. vbi allegat Cardin. Alex dicentem non solùm peccare Prælatum id concedentem, sed etiam subditum eâ facultate vtentem; peccatáque esse proprietatis aduersùs paupertatis votum. Nihilominus Religiosus malè expendens ex Superioris licentia non incurret pœnas proprietatis, eò quòd sunt statutæ contra Religiosum habentem peculium absque omni Superioris licentia. Nauarrus *comment.* 2. *num.* 21. *de Regular.* Anton. Cucch. *lib.* 3. *instit. maior. tit.* 1. *num.* 116. A quibus etiam pœnis proprietatis liberabitur Prælatus superfluè, & vanè expendens bona monasterij: Nam licentia ab ipso concessa excusat subditos à pœnis proprietatis: ideo liberabitur eisdem Prælatus sic expendens, eò quòd potest vti eadem licentiâ, quam conferre potest subditis.

An autem ea Superioris licentia sit validè concessa subditis ad vsus profanos, & vanos, negat Nauarrus *lib.* 3. *consil in* 1. *edit. tit. de Regularib. consil.* 75. *num.* 33. *in* 2 *edit. tit. de statu Monachorum cons.* 3. *num* 33 & Molina *tract* 2. *de iustitia disp.* 276. *col.* 3. *vers. Religiosus in Conuentu*, nec per talem licentiam conceditur ius alienandi res in vsus turpes, & vanos Religioso, & accipiens tenetur restituere, Nauarrus *comment.* 2. *num.* 21. *de regul.* Nauarra *lib.* 3. *de restit. cap.* 1. *in noua edit. part.* 3. *dub.* 1. *num.* 168. *corol.* 3. & Grassis sibi contrarius 2. *part. decis lib.* 3 *cap.* 19. *num.* 15. 26. & 34. Bonacina *tract. de largit. munerum, num.* 27.

Contrarium tamen, non teneri scilicet recipientes aliquid à Religiosis ad vsus turpes, aut vanos, aut superfluos, restituere, docent Ludouic. Lopez *lib.* 2 *de contract. cap.* 40. *col. ante pen. vers. an autem Religiosus*, & Bannes 2. 2. *quæst.* 62. *art.* 5. *dub.* 5. *vers. aduertendum est*, ex eo fundamento, quia quando habent ex Prælato facultatem expendendi aliqua in vsus, qui sibi placuerint, non peccant contra iustitiam expendendo in vsus turpes cum meretrice, nec ipsa tenetur restituere sic accepta: imo potest Religiosum conuenire pro mercede turpi. Iuuat Rebell. *de iustitia part.* 2 *lib.* 12. *quæst.* 4. *sect.* 2. *num* 6. dicens habentem ex Prælato licentiam expendendi aliquid recreationis causâ in ludos honestos, peccare si expendat in ludos vetitos, non teneri tamen victores restituere; quia modus alienandi solùm displicet Superiori; non tamen ipsa alienatio, quæ sententia est probabilis.

Probabilior tamen est, quæ tradit esse peccatum contra iustitiam, tenerique recipientes restituere ex regul. in generali concessione non censentur venire ea, quæ speciali egent concessione, 81. *de regul. iur. in* 6. præsertim, quia Religiosos non decet, vt omnino ad libitum disponant, sed vt decet iustum administratorem. Et in ea re expendendâ Prælatus est inuitus quo ad rem, & quo ad modum ita D. Antoninus 3. *part. tit.* 16. *cap* 1. & § 11. *notab* 4. Syluest. *verbo Religio* 6. *q.* 7. *notab.* 2. vbi agunt de datis pro actu turpi, nec distingunt an sint bona monasterij, an ab aliis religioso illi donata.

Quin imò nec Prælatus simul cum Conuentu potest hanc facultatem facere religioso, vt expendat quicquam in profanos vsus, cùm Prælatus non sit dominus bonorum monasterij, sed administrator, neque ius administrandi facit facultatem expendendi bona monasterij ad vanos, & profanos vsus; sed tantùm ad licitos, & honestos. Nec iuuat Conuentum habere dominium bonorum, quia habet hoc dominium non liberum, sed limitatum, & restrictum propter votum paupertatis, ex Concil Trident. *sess.* 25. *cap.* 2. *de regularibus.* Cum ergo Superior non habeat facultatem ad expendendum bona monasterij vanè, & illicitè, ex consequenti non potest eam concedere subditis; & ideo religiosi perinde se habent expendendo bona in vsus turpes; ac si eam non haberent, etiamsi fortè facultatem generalem habeant à Prælato expendendi, prout sibi visum fuerit: quoniam licentia generalis non extenditur ad turpia. Ex quo fit, vt recipientes à religioso pro turpi, & illicito vsu teneantur ad restitutionem, Nauarrus *comment.* 2. *num* 21. *de regul.* Petrus Nauarra *lib* 3. *de restit. part.* 3. *dub.* 1. *num* 168. & *num.* 183 Molin. *disp* 276. *vers. Religiosus, & disp.* 5 § 50. *paulo post principium*, Lessius *lib.* 2. *cap* 41. *dub.* 8. *num.* 73. Azor. 1 *part. lib.* 12. *cap.* 12. *quæst.* 5 Fillinc. *tract* 34. *cap.* 3. *q* 2. *num* 34 Sanchez *tom.* 2. *in præcepta decalogi lib.* 7. *cap.* 19. *ex num* 30. P. Fagundez post alios *præcepta secundo Ecclesiæ lib.* 8. *cap* 6. *num* 15. & 16 Bonacin. *de largitione munerum num.* 27. *vers. ex quo fit.*

Limitatur primò nisi sæcularis tradat regulari pecunias, vt soluat meretrici pro turpitudine; tunc

tunc enim meretrix nihil debet monasterio, cùm censeatur recepisse à sæculari, non autem à religioso; ideo religiosus non peccauit contra votum paupertatis, nec contra iustitiam, Sanchez *vbi proximè* dicens eas pecunias nec religioso, nec monasterio fuisse quæsitas, Bonacina *ibid.*

Limitatur secundò ab vtroque; nisi bonorum administrationem religiosus habeat independenter à monasterio, & à Prælato: in quo euentu recipientes à religiosis non tenentur restituere; cùm non accipiant bona monasterij. Molina *disput.* 520. *in principio.*

14. Quæstio nona, an peccet contra votum paupertatis religiosus, qui habet licentiam dandi aliquid, si eam donet alteri religioso, & ille absque licentiâ illâ re vtatur? Pars negans est vera, quando religiosus habens licentiam dandi, vult id dare religioso alterius conuentus. Tunc enim est necessaria licentia religioso accipienti, vt absque violatione voti paupertatis accipiat. Vnde qui dat peccat, non quatenus dat, sed quatenus cooperatur peccato contra votum accipientis, vt peccabit externus dando aliquid religioso, quem certò scit non habere licentiam accipiendi. Quare habens licentiam distribuendi, non proinde potest distribuere nisi inter habentes licentiam accipiendi, Sanchez *d. cap.* 19. *num.* 71. quod extendit. *numer.* 72. ad habentes absolutam facultatem dandi quibuscunque externis, siue religiosis eiusdem conuentus, seu ordinis, quia per eam licentiam non tollitur nisi impedimentum dantis, non autem aufertur impedimentum accipientis; quamuis Superior auferens possit vtriusque impedimentum auferre; non tamen censetur auferre nisi id exprimat, argumento Episcopi dispensantis cum subdito habente votum non ducendi vxorem; hic tollit impedimentum viro, non tamen dispensat, vt ducat fœminam habentem votum non nubendi; sic etiam licentia generalis dandi concessa Religioso tollit impedimentum danti; non ablato impedimento accipientis.

15. Dicendum tamen est, quando Religiosi sunt eiusdem ordinis, non tamen eiusdem conuentûs, & quis habet licentiam ad expendendum in vsus licitos, & honestos summam certam à suo immediato Prælato, non posse aliquid dare Religioso diuersi ordinis, aut diuersi monasterij: sed Religiosis eiusdem conuentûs, nisi licentia dandi sit concessa, vt distribuat quibuscunque voluerit: tunc enim poterit distribuere externis sæcularibus: Religiosis autem diuersi ordinis, aut conuentûs etiam poterit donare ea lege ac conditione, vt à suis Superioribus licentiam obtineant vtendi rebus sibi datis. Secus quando facultas expendendi conceditur à Generali eiusdem ordinis, seu à Prouinciali: in quo euentu eò ipso quod licentiam concedit tibi ad dandum, seu expendendum quibuscunque volueris ad pia, seu ad vsus honestos, censetur concessa facultas ab eodem Superiore ad accipiendum Religiosis sibi subditis, nisi contrarium Superiores expressè declarent, ita in praxi receptum est.

16. Quæstio decima, quænam quantitas censeatur apud Religiosos ita notabilis, vt accepta ab illis sit casus reseruatus. Videtur dicendum. Quod si furtum non per minima furtiola, sed simul per vnicam vicem factum tres, vel quatuor argenteos regales excedat, à peccato mortali sacrilegij contra votum paupertatis excusari non debebit, ita doctissimus Ferdinandus Perez *in priuatis scholiis de restitutione*, quem sequitur P. Rebellus *de iustitia part.* 1. *lib.* 3. *quæst.* 15. *sect.* 3. *num.* 22. *vers. quarta propositio*, quibus accedit P. Fagundes *præcepto.* 2. *lib.* 8. *cap.* 6. *num* 7. ex traditis etiam à Flamma *in* 3. *parte methodi cap.* 9. §. 12. Nec discordat Sanchez *d. lib.* 7. *cap.* 20. *num.* 5. *vers. quamobrem*, dicens exigi; & sufficere eam quantitatem, quæ communiter seclusis personæ circumstantiis satis esset ad mortale, quæ in Hispania est summa quatuor argenteorum

Quod si Religiosi comestibilia ab externis vsurpent paulatim, non est dubium ea continuari, sicut in furtis minimis aliarum rerum: atque ita vbi primum furtiola peruenerint ad notabilem quantitatem, facient mortale contra votum paupertatis, eo quia superior est inuitus quo ad rem, & quo ad modum.

Sed quid dicendum de Religioso habente facultatem accipiendi ab externis leuiora esculenta, & poculenta, aut donandi ex rebus monasterij? Dicendum est non peccare: nunquam tamen sunt tradenda nomine particulari. Dicuntur autem leuiora esculenta, & poculenta, quæ intra duos, vel tres dies consumuntur, *l. plebiscito ff. de officio præsidis* Bonacina *in constitutione Clement. VIII. de largitione munerum, punct.* 1. *secunda propositio. num.* 9. *vers. hinc sequitur.*

---

§. XIII.

De casibus reseruatis à Clemente Octauo pro Regularibus in sua constitutione editâ anno 1593.

EPITOME.

1 *Primus casus est Veneficia, incantationes, sortilegia.*

2 *Secundus. Apostasia à Religione, siue habitu dimisso, siue retento, quando eo peruenerit, vt extra septa monasterij egressio fiat.*

3 *Tertius. Nocturna, ac furtiua è monasterio, seu conuentu, egressio, etiam non animo apostatandi facta.*

4 *Quartus casus, Proprietas contra votum paupertatis, quæ sit peccatum mortale.*

5 *Quintus. Iuramentum falsum in iudicio regulari, seu legitimo.*

6 *Sextus, Procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum faciendum post animatum fœtum etiam effectu non sequuto.*

7 *Septimus falsificatio manûs, aut sigilli officialium monasterij, aut conuentus.*

8 *Octauus. Furtum de rebus Monasterij, seu conuentûs in eâ quantitate, quæ sit peccatum mortale.*

9 *Nonus. Lapsus carnis, voluntarius, opere consummatus.*

10 *Decimus. Occisio, aut vulneratio, seu grauis percussio cuiusque personæ.*

11 *Vndecimus. Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio literarum à Superioribus ad inferiores, vel ab inferioribus ad Superiores.*

IN

IN primis peccata, quæ reseruantur hoc loco non sunt peccata interna, aut venialia, sed peccata mortalia externa. Ratio, quia Ecclesia cùm præcipuè externa spectet, non reseruat peccata interna, sed externa, quæ cadunt sub iudicium Ecclesiæ. Item non reseruat Summus Pontifex hoc loco venialia, quia non expedit ea reseruari propter facilem lapsum in venialia; non tamen repugnat etiam venialia reseruari saltem à Summo Pontifice, ita vt nequeant à quolibet Sacerdote sacramentaliter remitti, dum aliquis ea confitetur: sicut possunt Superiores de potestate absolutâ reseruare peccata merè interna negando Sacerdotibus facultatem absoluendi ab illis internis, ita Graffis *in appendice ad decisiones lib. 1. cap. 7. num.* 24. Nugnus *in additionibus quæst.* 8. *art.* 5. *dub.* 10. Medina 1. 2. *quæst.* 91. *art.* 4. Vasquez *de pœnitentia quæst.* 91. *art.* 3. *dub.* 3. *num.* 2. Reginaldus *lib.* 1. *num.* 128. Filliucius *tract.* 7. *cap.* 10. *quæst.* 2. *num.* 271. Non enim potest ratio sufficiens dari, quæ ostendat non posse reseruari interna, cùm iurisdictio pendeat à voluntate concedentis: ergo & venialia poterunt reseruari saltem à Summo Pontifice, vt patet ex eadem ratione, Soarez *de pœnitentia. disput.* 29. *sect.* 3. *num.* 3. Coninchus *disput.* 8. *dub.* 11. *num.* 80. Nugnus *supra dub.* 10. *ad finem*, Graffis *lib.* 1. *decis. cap.* 10. Homobonus *de casibus reseruatis* 1. *part. cap.* 3. *assert.* 1. *ad finem*, & Filliucius *loco citato* contra Vasquez *d. quæst.* 91. *art.* 3. *dub.* 2. & Reginaldum *lib.* 1. *num.* 126.

Nihilominus Summus Pontifex hoc loco nec venialia reseruat, nec mortalia interna, sed externa adeo, vt ad incurrendum casum reseruatum exigatur opus externum, imò etiam completum ex suo genere, tum quia versamur in materiâ odiosâ, tum denique, quia verba sunt accipienda cum effectu *l.* 1. *§. hæc verba, ff. quid quisque iuris*. Graff. *lib.* 4. *decis. cap.* 18. *num.* 62. Nauarrus *cap.* 27. *num.* 72. Enriquez *lib.* 6. *de pœnit. cap.* 14. *num.* 6. Soarez *loco citato* Homobonus *de casibus reseruatis.* 1. *part. cap.* 3. *assert.* 2. *vers. Insuper*, & alij quibus accedit Miranda *in manuali Prælat. tom.* 2. *quæst.* 34. *art.* 4. Quare qui commiserit opus externum, quod non sufficiat ad mortale, non incidet in casum reseruatum; quamuis animus internus fuerit peccaminosus mortaliter.

1. Primus casus reseruatus est veneficia, sortilegia, & incantationes; sub quibus tribus superstitionum speciebus expresse nominatis, & explicitis, continentur cæteræ omnes species ex identitate, vel maioritate rationis; quia sunt einsdem generis. Quando enim de salute animæ, ac de euitando peccato tractatur, fit extensio etiam iuris pœnalis, prout declarat Iason *in Authentica, quas actiones num.* 25. *Cod. de Sacros. Eccles.* Quin imò, potiùs dicitur inclusio similium peccatorum; quàm extensio, vt constat ex titulo Codicis, qui inscribitur *de malef. & mathemat.* Est ergo reseruatus incantationes absolutè, quæ fiunt cum mortali, hoc est per inuocationem expressam, vel tacitam dæmonis, vel per pactum expressum, vel tacitum cum illo initum. Dicitur autem pactum expressum, & incantatio expressa, quæ fit hoc modo, *inuocabis me, & facies mihi cultum, & exhibebis honorem, & ego tibi præsto ero, & indicabo, quod desideras, vel videre cupis.* Caiet. *in Sum. verb. incantatio.*

Vnde patet peccatum incantationis, pacti, & inuocationis dæmonis sæpè coniunctum esse cum peccato hæresis, & multa alia grauissima peccata secum inuoluere. Non tamen sunt hæreticalia semper, quæ fiunt à non habente pactum expressum, dum nullus fidei error contrarius accedit, vt si inuocaretur dæmon ad faciendum, vel cognoscendum, quod ipse facere, vel cognoscere potest à Deo non impeditus, Menoch. *de arbitrar. casu* 388. Oldrad. *cons.* 210. Farin. *quæst.* 20. *tom.* 1. Tiraquel. *de pœnis temperand. casu* 4. *num.* 3. Est tamen casus reseruatus propter inuocationem dæmonis. Item Sortilegia, quæ tendunt ad alicuius occulti indagationem, non sunt hæreticalia, quamuis expectetur dæmonis auxilium. Item inuocare dæmonem ad procurandum amorem mulieris, vel ad morbum curandum per se, non sunt hæreticalia: reseruantur tamen hoc locò cùm sint mortalia, Sanchez *lib.* 2. *in præcepta decalogi cap.* 41. Lessius *de iustitia lib.* 2. *de superst. cap.* 43. *num.* 23 *dub.* 5. Toler. *lib.* 4. *summa cap.* 16. *num.* 5. Similiter Sacramentalia admiscere dum non credit ad maleficia habere virtutem, quia actus nudè, & per se non est hæreticus, non est hæreticale, sed superstitiosum. Paulus Griland. *de sortilegiis quæst.* 10. *num.* 15. *cum sequentibus.* Est tamen reseruatus cùm sit mortale, Torreblanca Villalpando *lib.* 3. *de criminis punctione cap.* 7. *ex num.* 12. *ad* 16.

Circa secundum casum huius decreti, dicendum est vt sit reseruatus, requiri quòd sit verus, & proprius Apostata à Religione, & sit Religiosus tacitè, vel expressè professus qui deserit Religionem, quam professus est, & illam deserit cum animo non redeundi ad eandem, nec habet animum transeundi ad aliam. D. Thomas 2. 2. *quæst.* 12. *art.* 1. & *ibi* Caietanus, Nauarrus *cons.* 1. *de Apostatis*, Ioannes Andreas *in reg. certum. in fine, & in cap. si quis ex Clericis, dist.* 23. quod est verum siue abierit cum habitu, siue non; cùm enim habitus monachum non faciat, non est opus quod Apostata sine habitu discesserit: proinde potest aliquis esse Apostata, quamuis habitum deferat, sicuti potest non esse Apostata, etiamsi habitum non gerat, Calderin. *cons.* 1. *de Apostatis* Nauarr. *cons.* 10. *num.* 6. *eodem titulo*, Clarus *in §. final. quæst.* 78. *vers. Apostata punitur*, Miranda *in manuali Prælatorum tom.* 1. *quæst.* 51. *art.* 1. *conclus.* 1. Sanchez *in præcepta decalogi lib.* 7. *cap.* 8. *num.* 2. & 4. Bonacina *tom.* 1. *de clausura, quæst.* 11. *punct.* 11. §. 1. & alij quos sequitur Barbos. *in cap. vltimo de Apostatis num.* 5. 2.

Hinc fit, vt sit Apostata in foro animæ, qui abiit animo deserendi Religionem; sed ductus pœnitentiâ statim rediit; quamuis in foro externo non censeatur Apostata: tum quia Apostata non solet discedere, vt statim reuertatur; tum etiam, quoniam, qui ab aliquo loco discedit, & statim redit, non censetur discessisse. *cap. diuortium de pœnit. dist.* 2. & *l.* 1. *§. qui præsens, ff. de verbor. obligat.* Mascard. *in simili de probat. p.* 2. *concl.* 834. *num.* 26.

Secus de illo, qui recedit animo vagandi extra Religionem, & postea redeundi: is enim erit fugitiuus; non autem Apostata, Caietanus 2. 2. *quæst.* 12. *art.* 1. *col. vltima.* & *ibi* Bannez, *dub.* 1. *de Apostasia à Religione. concl.* 2. & 3. Manuel Rodriguez *regul. tom.* 1. *quæst.* 30. *art.* 1.

Valentia

Valentia 2. 2. *disp.* 1. *quæst.* 12. *punct.* 1. *ad finem.* Lessius, *lib.* 2. *de iustitia cap* 4 *dub.* 15. *num* 109. Azor *part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 16. *quæst.* 1. Bonacin. *supra num.* 5. Ex quo colligitur fugitiuum distingui ab Apostatà, cùm recedat à monasterio ad tempus, non animo recedendi à Religione, sed intentione postea redeundi, ita Valentia, Lessius, Azor *locis citatis*, & Sanchez *num.* 5. *&* 11. & Apostata recedit animo non redeundi, & ideo incidit in peccatum in hoc decreto reseruatum.

Adde professum Apostatam à Religione, si recedat habitu dimisso, incidere etiam in excommunicationem latæ sententiæ *cap.* 12. *& ibi* scribentes, *ne cler. vel Monach.* si autem recedat habitu retento, quamuis non habeat animum redeundi, neque transeundi ad aliam Religionem, quamuis peccet mortaliter, & incidat in casum reseruatum, non incidere in excommunicationē. Sanchez *lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 10. Bonacin. *supra* §. 4. *punct.* 11. *num.* 1. vbi loquitur de iure communi: Secus ex peculiari priuilegio videlicet Societatis IESV concesso à Gregorio XIII. anno 1584. *in Bulla* 89. quæ incipit *Ascendente Domino*, §. 22. *vers. denique*, vbi Religiosi Societatis Apostatæ excommunicantur ipso facto, & subduntur Apostatarum pœnis, & absolutio reseruatur Summo Pontif. aut Præposito Generali Societatis, vt ibidem dicitur. Non tamen Apostatæ aliarum Religionum, quæ participant priuilegio Societatis IESV incidunt in hanc censuram, quia Gregorius in præfata *Bulla* §. 29. *vers. præsentis*, prohibuit fieri communicationem illius constitutionis, ac priuilegij.

Sed quid si Apostata deferat habitum absconsum, & ita coopertum, vt non se exhibeat patenter in habitu Religioso, nunquid censebitur dimisisse habitum, & incidisse in excommunicationem? Respondetur primò, ob id temere dimittentem habitum ligari excommunicatione, ne detur Religiosis occasio ad euagandum, vt constat *ex cap.* 2. *vt periculosa, de Religiosis domibus* ibi: *districtius inhibemus, ne de cætero aliquis quamcumque Religionem tacitè, vel expressè professus, in scholis, aut alibi, temerè habitum Religionis suæ dimittat. Si quis autem temerarius horum violator extiterit, excommunicationis incurrat sententiam ipso facto.*

Respondetur secundò occultantem habitum suæ Religionis vestibus sæcularibus super indutis, vt Religiosus cognosci nequeat, cuius ordinis sit, incurrere excommunicationem, ita Mandosius *de signatura gratiæ, verbo licentia. vers. qui licentia non obtenta*, vbi tradit, ita fuisse in Rota decisum, Nauarr. *cap.* 27. *num.* 131. Valentia *tom.* 3. *disp.* 1. *quæst.* 12 *punct.* 1. Azor 1. *part. lib.* 12. *c.* 13. *quæst.* 5. *& cap.* 17. *quæst.* 10. Bannes 2. 2. *quæst.* 12. *art.* 1. *quæst.* 3. *dub.* 2. *concl. vltim.* & Sanctarellus *de Apostasia cap.* 3. *dub.* 2. *num.* 19. & alij quos referens sequitur Sanchez *lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 63. Ratio, quia occultatio illa habitûs, quamuis non sit dimissio materialis, est dimissio formalis; siquidem dignosci non potest per vestes sæculares super impositas, an sit Religiosus, nec cuius ordinis ac Religionis sit: quibus accedunt Passarellus *in priuilegijs Minimorum cap.* 34. *in fine*, & Bonacin. *de clausura. quæst.* 2. *punct.* 2. *num.* 10. *vers. dixi, iuxta probabilem.*

Satis tamen probabile est Religiosum ita habitum occultantem sine causâ iustâ, vt exterius non appareat, non incurrere in censuram, eò quia occultare omnino habitum non est propriè habitum dimittere, & textus loquitur de dimissione, non verò de occultatione: in materia autem pœnali adhærendum est propriæ verborum significationi, nec valet argumentum à paritate rationis, vel à minori ad maius: alioquin dices Religiosum incedentem velatâ facie incidisse in censuram, sed hoc est falsum: ergo occultans habitum ne cognosci possit, non incidit in hanc pœnam, ita Soares *tom.* 4. *de Religione cap.* 5. *à num.* 12. Filliucius *tract.* 14. *cap.* 6. *quæst.* 4. *num.* 135. Sayr. *de censur. lib.* 3. *cap.* 33. *num.* 9. *&* 10.

Similiter non incurret in casum reseruatum huius decreti Clementis Octaui Religiosus, qui habitum exuit regularem, & induit sæcularem animo exeundi, & non reuertendi, sed non potuit egredi septa monasterij. Quia non peruenit ad statum, & effectum requisitum in illo decreto, nec fuit Apostasia exterior, Soares *tom.* 4. *de Religione lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 4 *vers. in secundo casu.*

Eodem modo non est casus reseruatus, si Religiosus professus inconsulto Superiore recedat à suâ Religione, vt ad aliam etiam laxiorem transeat: non enim tum dicitur Apostata, nec est excommunicatus, Innocentius communiter receptus *in c. intelleximus, in fine de ætate, & qual.* Ratio, quia quamuis habeat animum non reuertendi ad suam Religionē, non deserit tamen Religionem absolutè, neque in genere, sed in specie, Abbas *in c. fin. n.* 4. *de Apostat. & in c. sane n.* 7. *de Regularibus*, Caietan. *ad D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 12. *art.* 1. quos referens sequitur Quarantia *verbo, casus reseruatus*, *num.* 5. *vers. secundo declara.* Erit tamen excommunicatus, si quis sine debitâ licentiâ ab Ordine Mendicantium egrediatur ad aliquam Monachalem, dempto Ordine Carthusianorum, per *extrauag. Martini.* 4. *in cap. Viam ambitiosæ. sub titulo de Regularibus inter communes*, quam excommunicationem egrediens non incurrit ob Apostasiam; sed quòd transierit inconsulto Superiore, vt notat Caietanus *suprà*, & Nauarrus *cons.* 1. *de Apostatis.* Si autem obtentâ licentiâ recedat, erit priuatus omni voce actiuâ, & passiuâ in omnibus vicibus *Clem.* 1. *& ibi* gloss. *in verbo officij*, Menoch. *de arbitrar. cent.* 6. *casu* 546. *ex num.* 28. *vsque ad* 46.

Circa tertium casum reseruatum, qui dicitur 3.
nocturna, & furtiua è Monasterio, seu Conuentu egressio, etiam non animo apostatandi facta, notandum est dictionem, *furtiua*, significare idem, quod sine licentiâ Prælati. Atque ita quoties Religiosus egreditur per vim, vel metum grauem incussum Prælato, ne resistat, exteriùs tamen censebitur egredi furtiuè, hoc est sine licentiâ; quia eo repugnante vel sine legitimo applausu, seu consensu illius egreditur. Quin imo, si Prælatus contra suum officium, & contra honorem Dei, & Religionis liberè præstet consensum; iniquè tamen, Soar. *supra, num.* 5. *vers. in tertio casu.* opinatur, sic exeuntem incidisse in casum reseruatum; sed videtur durum; quia Religiosus exiuit cum licentiâ libenter concessâ, & Prælato minimè repugnante; ergo egressio non fuit furtiua quamuis licentia fuerit iniusta.

Vt autem sit casus reseruatus opus est, quòd egressio non solùm sit furtiua; sed etiam quòd sit nocturna simul per coniunctionem, ac, quæ est complexiua. Sicut enim non reseruatus no-

ctur-

cturna. Quare egressio diurna, quamuis sit furtiua, non est reseruata, Soarez *supra d. cap.* 18. *num.* 6. Porrò siue egressio furtiua, sit nocturna, siue diurna, Religiosus quoties ad Superiorem confugit sine licentiâ immediati Prælati, vt eximatur ab aliquâ iniusta vexatione sibi illata ab immediato Superiore, non censendus est fugitiuus, nec pœnis fugitiuorum obnoxius: modò certo constet de iniquâ vexatione; nec aliâ ratione posset se eripere ab illa iniquâ vexatione quam adeundo Superiorem. Non est enim eredendum Religioso iniustè vexato adimi iustam defensionem iure naturæ concessam, & hoc modo accipienda est dispositio Tridentini *sess.* 25. *c.* 4. *de regul.* vbi prohibetur Religiosus exire à suo Monasterio sine licentiâ Superioris, quamuis egrediatur, vt ad Superiorem accedat, nisi ab ipso vocatus fuerit, ita Antonius Cucch. *lib.* 3. *institut. maior. tit.* 1. *num.* 130. Nauarr. *comment.* 3. *numer.* 51. *ad.* 4. *de regul.* Fr. Manuel. *regul. tom.* 1. *quæst.* 30. *art.* 3. *de ordine iudiciario cap.* 13. *num.* 4. Sayr. *in claui lib.* 12. *cap.* 17. *numer.* 40. Emanuel Sà *in summa, verbo Religio n.* 71. Azor 1. *p. inst. moral. lib.* 12. *c.* 11. *q.* 7. Sanch. *tom* 2. *lib.* 6. *c.* 8. *n.* 17. Bonacina *de clausura*, *q.* 2. *punct.* 11. §. 1. *n.* 9. *fol* 524. & Soarez *tom.* 4. *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 4. *vers. dixi autem. fol.* 193.

4. Circa quartum casum, qui est proprietas contra votum paupertatis, quæ sit peccatum mortale, nisi ex materiæ paruitate excusetur, Nauarr. *de Regularibus cons.* 75. *num.* 18. *in* 1. *edit. alias cons.* 3. *num.* 18. *in* 2. *edit. de statu Monachor.* Fr. Manuel. *regul. tom.* 3. *quæst.* 29. *art.* 10. *conclus.* 8. Azor 1. *part. lib.* 12. *cap.* 16. *quæst.* 6. Rebell. *de obligat. iustitia part.* 1. *lib.* 3. *quæst.* 15. *sect.* 3. *num.* 22. Ex quorum dictis patebit quando Religiosus peccabit peccatum proprietatis contra votum paupertatis ad hoc, vt sit casus reseruatus in hoc decreto comprehensus, Quaranta *verbo casus reseruatus. num.* 6. & diximus *supra* §. *præcedent. ex num.* 16.

Cæterùm quamuis non videatur esse proprietarius Religiosus expendens aliquid notabile in vsus vanos, aut turpes, si id faciat ex licentiâ Superioris, Azor *suprà d. lib.* 12. *cap.* 12. *quæst.* 5. & Lessius *lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 9. *num.* 79. *vers.* 11. Nihilominus dicendum est peccare peccatum proprietatis aduersùs paupertatis votum, & esse reseruatum. Moueor, quia Prælatus non est Dominus, sed administrator: ergo nec Prælatus potest concedere facultatem expendendi, nec religiosus expendere, nisi ad vsus necessarios, & honestos: proinde licentia data non excusat Religiosum à vitio proprietatis, & perinde se habet, ac si id efficeret sine aliquâ licentiâ Azor *d. cap.* 12. *quæst.* 2. *fine*, & Lessius *eodem dub.* 9. *n.* 79. *vers.* 9. dum dicunt Religiosum expendentem in vsus profanos ex Superioris licentiâ peccare contra votum paupertatis: peccare autem contra hoc votum, est vitium proprietatis, & accipientem à Religioso ex Superioris licentia ad vsus turpes, & vanos teneri restituere, Maior 4. *dist.* 38. *quæst.* 9. *in* 3. *conclusione*, Nauarr. *comment.* 2. *num.* 21. *de regul.* Sanchez *d. lib.* 7. *c.* 19. *num.* 21. & *sequent.*

Item pro maiori intelligentia obseruantiæ paupertatis, sciendum est posse Superiorem reuocare ad libitum licentiam, quam concesserat Monacho ad detinendum rem aliquam, adeo, vt si Religiosus recuset, seu neget reddere Superiori, quod concessit, aut non sit paratus ad resignandum eidē Superiori quotiescunque voluerit, esse in peccato mortali, & esse casum reseruatum, Quaranta *verbo casus reseruatus num.* 6. subdens non posse monachum etiam ante quam ingrediatur monasterium conuenire, vt sibi integrum sit retinere vsumfructum suarum rerum in futurum, inuito Abbate, Panorm. *cons.* 68. *part.* 1. *num.* 3. quod procedit, si conuentio fiat sine authoritate Sedis Apostolicæ: secùs si cum illa: idem Panorm. *in cap. nisi essent, circa finem de præbendis.*

Ex dictis sequitur Regulares non posse ex dispensatione inferiorum à Summo Pontifice possidere, aut tenere agros, annuos reditus, aliáque bona immobilia, videlicet, & mobilia superflua, neque per talem dispensationem, seu scientiam superiorum inferiorū si illa possideant, excusari à culpâ, neque à pœnâ ipso facto incurrendâ, ita censuit Congregatio teste Quarania *verbo casus reseruatus fol.* 156. Sed vide *infra vers. quæri potest?*

Quotuplex autem sit pœna contra regulares proprietarios, habetur *in cap. Monachi. de statu monachorum*, eáque triplex est. Prima, quòd regularis proprium habens tempore mortis, si illud non abiiciat, nequeat sepeliri in loco sacro, sed in sterquilinio cum pecunia per eum possessa, *cap. cum ad monasterium. eodem titulo.* Quin imò, si in loco sacro fuerit humatus, est exhumandus, si absque magno scandalo id fieri potest *cap. super quodam. eod. titulo per textum ibi*, Nauarrus *comment.* 2. *de regular. num.* 2. Surd *de aliment. titul.* 8. *priuileg.* 79 *num.* 2. Fr. Manuel *regul. tom.* 3. *quæst.* 1. *art.* 1. *vers.* 13. vbi tamen notat religiosum repertum in morte cum pecuniis non propterea præcipitanter priuandum Ecclesiasticâ sepulturâ, nisi contra ipsum procedatur, & de hoc crimine conuincatur. Neque probato delicto cum eo tota pecunia est sepelienda, sed sufficit pars illius; ex æquitate tamen Ioannes Andreas *in d. cap. cum ad monasterium num.* 4. Hostiensis *num.* 7. Anchar. *num.* 10. *notab.* 5. Abbas *num.* 15. quamuis considerato rigore *in d. cap. cum ad monasterium*, tota pecunia cum eo humanda est, Cardinalis *ibi* §. *prohibemus n.* 1. *notab.* 2. & Graffis 2. *p. decis. lib.* 3. *cap.* 19. *n.* 5. Quæ pœna non incurritur à dantibus inconsulto Superiore, sed à possessoribus proprij.

Secunda pœna est, vt religiosus, qui fuerit deprehensus habere proprium, aut de hoc conuictus per biennium priuatus existat voce actiuâ, & passiuâ; plectatúrque insuper pœnis per constitutiones Ordinis impositis, vt per Concilium Trid. *sess.* 25. *cap.* 2. *de regularibus in fine*, quæ pœna eget iudicis sententiâ, neque incurritur à dantibus aliquid sine licentiâ Superioris, quamuis non excusentur à culpâ; sed à retinentibus, vt vult Palacios 4. *dist.* 38. *disp.* 1. *ad finem in solut. ad* 9. non enim Tridentinum loquitur de dantibus; sed de solis habentibus; & ideo in pœnalibus strictè res est accipienda Sanch. *lib.* 2. *c.* 28. *num.* 5. Garcia *part.* 11. *c.* 10. §. 2. *num.* 205. & *sequent.* & Sayr. *in Claui lib.* 3. *c.* 8. *de l. pœnal. n.* 9. post plures, vbi docent legem pœnalem nūquam extendendam esse vltra crimen, personā, aut casū per legem expressum, etiamsi in aliis criminibus, aut in aliis casibus eadem reperiatur ratio.

Tertia pœna est, vt expellatur à monasterio monachus, qui habuerit proprium. Ita *in d. c. cum*

ad

ad monasterium de statu monachorum : sed ea expulsio correcta est per *cap. final. de Regularibus*, vt notat Abbas *in d. cap. cum ad monasterium num. 13.* dicens religiosum aliàs expellendum mancipandum esse carceri Monasterij, vt agat pœnitentiam: non tamen ob id incidit in excommunicationem, vt minus bene volunt Spino *in speculo glossa 12. in principio num. 15.* & Turrecrem. *in cap. non dicatis art. 3. num. 6. vers. 12. q. 1.* Ratio, quia excommunicatio, & aliæ pœnæ non debent infligi vltrà casus in iure expressos; talis autem excommunicatio in iure non reperitur.

Quæri potest an integrum sit monachis habere peculium ad nutum Superiorum reuocabile ad solos vsus honestos, & pios citra vitium proprietatis? Negatur *ex cap. monachi de statu monachorum* per hæc verba, ibi: *Monachi nec peculium permittantur habere.* Sequitur Felinus *in cap. cum M. num. 26. vers. eadem ratione de constit.* Ioan. Mohan. *in compendio Theologiæ practicæ part. 5. cap. 20. concl. 3. & 4.* Fauet *cap. cum ad monasterium de statu Monachorum.* ibi: *Prohibemus, ne quis monachorum proprium aliquo modo possideat.* Denique patet ex Concil. Trident. *sess. 25. cap. 2. incipit. Nemini.*

Multò tamen probabilius est ex causà legitimà posse Prælatos religiosis concedere peculium ad nutum reuocabile, vt tradunt Corduba *in summa quæst. 54. opinione 2.* Greg. Lop. *l. 14. verbo proprio, tit. 1. part. 1.* Ludouic. Lop. *in instruct. cap. 154. col. 3. vers. adeo licet*, Nauarrus *comment. 2. de regularibus num. 14. & comment. 3. num. 27. & cons. 20. num. 5. de regularibus, alias cons. 14. num. 5. de statu monachorum*, Azor *instit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 12. quæst. 1.* Sanchez *in præcepta decalogi tom. 2. lib. 7. cap. 22. num. 5.* vbi pro hac parte expendit textum *in d. cap. monachi vers. qui vero*, dum permittit monachis pro administratione iniunctà peculium habere: ergo licitum est peculium ex causà legitimà, & *num. 6.* addit textum *in d. cap. monachi* interdicere regulariter, & vniuersaliter concedi religiosis peculium propter importunitatem eorum, & causas leues: Secus autem ex causis grauibus, & iustis.

Nec refert dicere hoc procedere de iure communi, quod hodie est correctum per Concil. Trident. *sess. 25. de regularib. cap. 2.* per hæc verba ibi : *Nemini regularium tàm virorum quàm mulierum liceat bona immobilia, vel mobilia, cuiuscunque qualitatis fuerint, etiam quouis modo ab eis acquisita tanquam propria, aut etiam nomine conuentùs, possidere, vel tenere; sed statim ea Superiori tradantur.* Quam etiam partem scilicet esse correctum ius antiquum per Concilium docent Valentia *2. 2. disputat. 1. quæst. 4. punct. 3. col. 2. corol. 4.* Molin. *de iustitia tract. 1. tom 3. disp. 276. col. penult. vers. Verum autem.* Lessius *de iustitia lib. 2. cap. 4. dub. 5. num. 30.* Tapia *in Auth. ingress. Cod. de Sacros. Ecclesiis, verbo ipso ingressu cap. 3. num. 55.* post Passarellum *in priuilegiis fratrum Minorum post caput 43 sub titulo de proprietate abdicanda, paulo ante finem, in vers. vbi est prius aduertendum.* Quia respondetur verius esse verba Concilij Tridentini nihil noui iuris inducere, sed solùm confirmare ius antiquum; & ideo ex iustà causà licitum esse concedere cuicunque religioso peculium, quamuis non sit officialis ordinis, seu administrationem aliquorum bonorum stabilium ad nutum Superioris amouibilem, Nauar-

rus *d. commento 2. numer. 15. & 18.* Sanchez *lib. 7. cap. 22. num. 11.* vbi id expresse resoluit, addens *num. 14.* licitam esse aliquatum Religionum consuetudinem, in quibus de licentià Superiorum certi annui reditus pro victu, & vestitu cuilibet religioso deputantur, ita, vt si non sufficiant, ab aliis ipsi quærant, si autem supersint applicentur piis, & religiosis vsibus, & sint parati obedire reformationi legitimæ, sic ille post Manuel *tom. 2. summa cap. 31. num. 2. conclusione 2.*

Quæri item potest, quid intelligatur hoc loco nomine peculij? Respondetur nomine peculij non esse vsum pecuniæ, aut rei alicuius mobilis ex causà iustà per Superiorem concessæ. Nemo enim dubitat id posse concedi; sed intelligitur per peculium res aliqua immobilis, nimirum annui reditus ex agro aliquo, aut pecunià tradita in censum percepti. Respondetur secundò licitum esse hoc peculium ex legitimà causà ad solos vsus honestos, & pios religiosi à Superiore concessum, reuocabile tamen ad illius nutum: nam irreuocabile nec à Pontifice concedi potest religioso manenti religioso: quia repugnat statui religioso, adeo vt professio facta cum conditione, pacto, seu modo de retinendo, seu habendo proprio, non valeat omnino, sed vitiatur ex tali adiectione, vtpote contra substantiam illius, Fr. Manuel *regular. tom. 3. quæst. 17. art. 6. in fine* Fr. Ludouic. Miranda *in manuali Prælator. tom. 1. quæst. 28. art. 2.* Barthol. à S. Fausto *in thesauro religiosorum lib. 8. quæst. 21.* Secus si professio fiat eà conditione, vt profitens certam suorum bonorum portionem habeat ad necessaria vitæ subsidia, & alimenta ex voluntate Superioris pendentem. Nauarrus *comment. 2. de regularibus num. 14.* Azor *1. p. lib. 12. c 9. q. 4.* Ioan. à Cruce *de statu religioso lib. 1. cap. 3. dub. 2.* vbi firmat prohibitionem Concil. Trident. *sess. 25. de regularibus cap. 2.* procedere tantum in reditibus, vt propriis, & irreuocabilibus per Prælatos, & sine eorum licentia expendendis. Quare bene potest quis religionem profiteri cum retentione bonorum ad vsum suum pro suis necessitatibus ex voluntate Prælati dependenter, non quo ad proprietatem, sed quo ad vsum, quia talis professio etiam in domo proprià vt maneat, non vitiatur. Sanchez *de matrimonio lib. 7. disp. 25. num. 21. & in præcepta decalogi lib. 5. cap. 4. num. 99. & sequentibus.* Quod probatur *ex cap. final. qui clerici, vel vouentes*, ibi : *vt in domo propria*, & docent Angelus *verbo religiosus num 9.* Syluester *verbo Religio 3. part. quæst. 8.* Tabien. *verbo professio in fine.* Emanuel Saa *verbo Religio, num. 6.* Quia esse intra Monasterium non est de Religionis substantia, Sanchez *d. lib. 5. cap. 3. num. 12.* & poterit postea Superior reuocare conditionem manendi in domo proprià, nisi Pontifex conditionem confirmet, sicut pactum habendi proprium à Superiore non reuocabile est contra votum paupertatis, & ideo professio erit nulla, & contra substantiam Religionis, si quis profiteatur ea conditione, vt liceat sibi proprium, & bona immobilia possidere; & liberè acquirere inuito Prælato; secus autem, quando solum vsum profitens sibi reseruaret pro suis necessitatibus ex Superioris licentià ad nutum illius reuocabilem. Nam tunc valebit professio, nec conditio reijcitur Bartol. *in Authent.*

ingressi, C. de sacrosanct. Eccles. num. 29. vbi Paul. *num.* 18. Spin. *gloss.* 12. *num.* 12. Ceuall. *commun. contra commun. quaest.* 85. *num.* 2. Sanchez *dicto lib.* 5. *cap* 4. *num.* 97. vbi *num.* 98. tradit in dubio, quando reseruantur tempore professionis aliqua bona, intelligendum esse quoad vsum ex licentia Praelati, & ad nutum ipsius reuocabilem; non tamen reuocabitur, nisi ex causa iusta.

Ex dictis oritur quaestio, an liceat ex causa iusta particulari Religioso, qui non est officialis monasterij concedere administrationem aliquorum bonorum stabilium ad nutum Superioris reuocabilem? Ratio, quia Tridentinum *sess.* 25. *cap.* 2. *de regularib.* videtur id interdicere. Attamen licere ex iusta causa non est ambigendum, quia tantùm interdicit Tridentinum id fieri absque causa, Nauarrus *comment.* 2. *num.* 15. *de regularibus*, Azor tamen contrarium docet existimans ius commune quoad Religiosorum peculia correctum esse per Tridentinum, idque fatetur 1. *part. lib.* 12. *cap.* 12. *quaest.* 2. Sed melius Nauarr. *supra, & lib.* 3. *consiliorum in* 1. *editione, titulo de regularibus, consil.* 20. *num.* 6. *in secunda editione, consil.* 14. *num.* 6. *de statu monacho*, Graffis 1. *part. decis. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 53. Saa *in summa verbo Religio, num.* 48. & alij quos referens sequitur Sanchez *lib.* 7. *cap.* 22. *num.* 11. *&* 12. dicentes nihil noui iuris induci per Tridentinum, sed tantùm ab eo interdici, quod non concedatur absque iusta causa, atque ita, sicut iure communi concedebatur monachis antiquioribus, & de Religione benè meritis administratio aliquorum bonorum cum onere, vt certam pensionem monasterio reddidissent, & de reliquo viuerent; sic nunc idem licitum erit. Fuluius Passianus *consil.* 36. *à num.* 99. *vsque ad* 110. *tit.* 1. Graffis *suprà num.* 53. Vega *tom.* 2. *summa cap.* 86. *casu* 5. Manuel *tom.* 2. *regular. quaest.* 125. *art.* 4. *& tom.* 3. *quaest.* 29. *art.* 10. *in principio* Quod peculium potest concedi ad vsus Religiosi indeterminatè; quia semper intelligitur in vsus licitos, & honestos, Nauarra *de restitut. lib.* 3. *cap.* 1. *part.* 3. *in noua editione, dub.* 1. *num.* 166. *&* 167. Lessius *lib.* 2. *de iustitia, cap.* 4. *dub.* 5. *num.* 37. & Manuel *tom.* 3. *regularium quaest.* 27. *art.* 12.

Ambigi item potest an integrum sit moniali ducentos aureos sibi à consanguineo traditos, saeculari tradere, vt sibi soluat centum dum vixerit, & post mortem sibi reseruet? Respondetur, si consanguineus concedens nolit dominium in Monasterium transferri, sed cedere in monialis vsum, & ipsa sic acceptauerit, fas erit eos tradere illo modo saeculari de Superioris licentia, quoniam non transfertur in Monasterium dominium: secus si translatum est in Monasterium; tunc enim inconsulto Prouinciali nequit Monasterium id tradere; eò quia bona illa sunt Monasterij, & non distribuuntur in vtilitatem illius; sed in vtilitatem saecularis, qui si non sit benemeritus de Monasterio fieri non potest ea donatio gratiosa sine causâ: secùs si fuerit benemeritus: tunc cùm sit remuneratoria, cedet in commodum monasterij facta ex Prouincialis licentiâ; ita Ludouicus Lopez 1. *part. instructorij cap.* 155. *columna penultim. & lib.* 2. *de contractibus, cap.* 40. *columna.* 3. *&* 4. & Corduba *in summa quaest.* 54. *dub vltim. à fol.* 159. Nec obstat Manuel 1. *tom. summa in* 2. *edit. cap* 90. *num.* 9. & Vega 2. *tom. summa cap.* 32. *casu* 19. dicentes non esse integrum monialibus iuxta Tridentinum *sess.* 25. *cap.* 2. *de regularib.* hodie habere eos reditus: quia asserunt iuxta suam opinionem correctum esse ius commune per Concil. Trident. nos autem loquimur secundùm nostram sententiam, quae tradit non esse correctum, & ideo licitum esse iis reditibus frui hodie.

Obiicies. Sacram Congregationem censuisse non posse moniales dare pecuniam Monasterio, vt ex earum pecuniâ fiat emptio nomine Monasterij ad rationem septem, vel octo pro centum: neque Abbatissas posse dare dictis monialibus illos reditus singulis annis. Similiter non posse moniales dare Monasterio, seu eius Superiori certam pecuniae summam pro Monasterij indigentiis pacto adiecto, seu sub tacitâ conuentione, vt Superior, seu Monasterium certos reditus ad rationem tot pro centum earum vitâ durante, concedat. Quòd si moniales id percipiant, incurrunt poenas dicti *cap.* 2. *de regularibus*, in proprietarios impositas, neque ab his poenis liberantur propter licentiam Abbatissae, quae tenetur decreto Concilij pro suo munere ex Monasterij reditibus, vel eleemosynis monialium necessitatibus in dies succurrere, & Abbatissae prohibitum est in eo decreto haec monialibus concedere in supradictis casibus. Quod si percipiant moniales hos reditus incidunt in poenas propositas, non obstante licentia Abbatissae. Haec Congregatio sacra.

Consonat Concilium Tridentinum *d. cap.* 2. *de regularibus*, ibi: *Nec deinceps liceat Superioribus bona stabilia alicui regulari concedere etiam ad vsumfructum, vel vsum, vel administrationem, aut commendam*; sed reditus, & census annui inter bona stabilia numerantur, vt colligitur ex *Clementina exiui*, §. *cumque annui reditus, de verborum significat.* ergo nullo modo possunt moniales habere reditus annuos, etiam de licentiâ Abbatissae; item Religiosus nihil proprium habere potest; sed vsus, vel vsusfructus, vel administratio quam quis pro libito habet, est aliquid proprium, igitur non licet vti reditibus.

Dicendum tamen videtur non posse concedi monialibus peculium bonorum, quorum habeatur vsusfructus, vel vsus, vel administratio absque vlla alterius voluntate, ita vt arbitratu suo possint fructibus eorum vti, & de illis nutu suo quod voluerint, statuere. Nam voto paupertatis repugnat vsusfructus, vel vsus, vel administratio, à qua Abbas nutu, & arbitratu suo monachum nequeat remouere; secus de vsufructu, seu vsu, vel administratione, qua vtitur sui Abbatis nutu expressóque, vel tacito ad illius voluntatem reuocabili, quia hoc peculium solenni voto paupertatis minimè aduersatur. Fr. Ioannes à Cruce *lib.* 1. *de statu religioso cap.* 3. *dub.* 2. vbi asserit prohibitionem Concilij habere tantum locum in reditibus, vt propriis, & irreuocabilibus per Praelatos, & sine eorum licentia distrahendis, quem sequitur Barbosa *in remissionibus ad Tridentinum, sess* 25. *cap.* 2. *num.* 2. *&* 3. Neque his aduersatur sacra Congregatio, de qua suprà, dicens non posse moniales facere supradictas conuentiones, etiam de licentia Abbatissae, quia caret hac potestate, nec potest concedere monialibus similes reditus pro suo munere. Ratio potissima, quia dominium

nium pecuniarum, & vsus illarum, quas moniales tradunt monasterio, seu Abbatissæ cum onere reddendi septem, vel octo pro centum eisdem, est ipsius monasterij, non autem monialium; quæ ratione voti paupertatis quo ligantur, nihil sibi sed monasterio acquirunt, & ideo si fortè peculium aliquod illis concedatur, debet quo ad vsum concedi dependenter à voluntare, ac nutu Abbatissæ iuxta superiorem doctrinam.

Circa quintum casum hoc est iuramentum
5. falsum in iudicio regulari, seu legitimo, dicendum est non esse reseruatum ex vi decreti Clementis Octaui iuramentum falsum à religioso prolatum extra iudicium, sed solùm quando religiosus interrogatus iuridicè, deponit falsum in iudicio regulari, nimirum coram iudice, vel Prælato eiusdem ordinis, & Religionis. Vel in iudicio legitimo, quando scilicet Religiosus deponeret coram Nuntio, Episcopo, aut quolibet alio delegato, siue examinetur vti principalis, siue vti testis, siue falsum asserendo, siue veritatem negando. Nam qui veritatem occultat iuridicè interrogatus, falsum deponit, vt per Tiraquel. *de pœnis temperandis, causa* 44. *num.* 15 Zanchim. *de heret. col.* 14. *num.* 2. Mascard. *de probationibus concl.* 743. *num.* 12. Decian. *tract. crimin. tom.* 2 *lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 30. Farin. *in praxi crimin. p.* 2. *sub titulo de falsis q.* 67. *à num.* 220. vbi *num.* 223. id extendit etiam ad illum testem, qui dicit se non recordari de eo, vel saltem deponit obscurè, versutè, vel per malitiam ad hoc, vt eius depositio producenti non prosit, cum reverâ recordetur vel saltem debeat verisimiliter recordari, & est casus reseruatus; modo taceat veritatem, quando deponit, vt testis: tunc enim peccat tacendo veritatem, quando vt testis productus est. Burrius *in cap. quia verisimile* 3. ..*ota. de prabend.* Flamin. *de resignat. lib.* 9. *q.* 27. *num.* 5.

Nomine autem iudicij regularis, & legitimi non continentur iudicia priuata per conuentiones, vel arbitria particularia. Item si iniustè interrogetur, & neget veritatem, non erit periurus, etiamsi ex ignorantiâ, vel ex conscientiâ erroneâ peccet, credens se peierâsse, non erit casus reseruatus; quia illud externum non fuit verum periurium. Idem dicendum est, quando quis peierat in iudicio non legitimo; seu nullo, Soares *tom* 4. *de Religione lib.* 2. *cap.* 18 *num.* 7. P. Fagundes *precepto.* 2. *lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 1. *&* 2.

Iudex legitimè procedit quando habet semiplenam probationem facti, ac criminis. de quo inquiritur, & tunc secundùm communem opinionem tenetur testis iuridicè interrogatus de alieno crimine verum dicere; si de crimine alieno interrogetur. Si autem de proprio aduersùs se ipsum, si illi constet de semiplena probatione, teneri verum dicere docent expressè D. Thomas 2. 2. *q.* 69. *in corpore*, Sotus *de tegendo secreto num.* 2. *q.* 7. *& lib.* 5. *de iustitia q.* 6. *art.* 2. Couarr. *in practica criminal. cap.* 23. Gomes *tom.* 3. *variar. cap.* 12. *num.* 5. Nauarr *in Summa latina cap.* 25. *num.* 53. Lessius *de iustitia lib.* 2. *de Reo, & Aduocato, cap.* 31. *dub.* 3. *num.* 12. *Aldret. de religiosâ disciplinâ tuendâ lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 5. & Saa *in summa, verbo Reus num* 1. Ratio quia subditus tenetur in conscientiâ obedire iudici iuridicè procedenti, præcipientique, vt sibi manifestetur veritas, quando crimen semiplenè est probatum,

Nihilominus oppositum placet multis Auctoribus non spernendæ auctoritatis dicentibus Reum non teneri crimen fateri, etiamsi iurasset dicere veritatem, contra seipsum, quando ex confessione timetur graue præiudicium. Petrus Nauarra *lib.* 2. *de restu. cap.* 4. *num.* 142. Aleocer *in summa, cap.* 16. §. *& Reo.* Saa *verbo Reus n.* 6. Vega sibi contrarius *in summa casuum lib.* 5. *casu* 603. Lessius *de iustitia d. cap.* 31. *dub.* 3. *num.* 16. vbi id docet tamquam probabile, Ratio, quia nemo in criminalibus potest cogi ad testificandum contra suos affines, aut consanguineos. *l.* 4. quæ incipit *lege Iulia ff de testibus.* vbi cauetur, ne alicui inuito denuncietur, vt testimonium litis dicat aduersùs socerum, generum, vitricum, priuignum, sobrinum, sobrinam, sobrino, sobrinauè natum, eosque, qui priori gradu sunt. Quæ verba sunt illius textus, quem commentantes asserunt, Alber. de Malet. *in tractat. de testibus cap.* 6. *num.* 2. *vers. & idem est, iuncto num.* 9. *& num.* 18. Crot. *de testibus par.* 5. *num.* 196. *vers. & hoc non solum habet locum*, Abbas *in cap. literas num.* 8. *vers. aduertitur. de præsumpt.* Gomez *tom.* 3. *variar. cap.* 12. *rubric. de probatione delicti. num.* 24. *vers. quod est verum*, & Mascard. *de probat. lib.* 1. *concl.* 74. *n.* 1. *& lib.* 2. *concl.* 839. *num.* 3. ergo multo fortius non tenetur Reus testificari contra se ipsum in sui præiudicium si consanguinei non tenentur testificari contra consanguineos.

Nec obstat iudicem iuridicè procedentem habere ius interrogandi propter bonum publicum: ergo Reus tenetur respondere ad mentem iudicis contra se ipsum. Quia non tenetur in suum graue præiudicium respondere, cùm in hoc casu iure suo vtatur: proinde amphibologicè respondendo satisfacit, vt præiudicium vitetur, quæ sententia est probabilis.

Circa Sextum casum reseruatum ordine, qui 6.
est procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum faciendum post animatum fœtum etiam effectu non sequuto, dicendum est fœtum animari in masculo post quadraginta dies, in fœminâ post octoginta; & si dubitatur an masculus sit, vel fœmina, præsumendum esse animatum post quadraginta dies. Nauarrus *in manuali cap.* 15. *num.* 14. Nam in dubio tutior pars est eligenda, quæ opinio est communis in sacra pœnitentiaria, teste Nauarro *in consil.* 22. *de homicidio. in antiqua edit. & in conf.* 26. *in nona.*

Ante quàm partus sit animatus causans abortum nec homicida est, nec irregularis: peccat tamen grauiter, non tamen incurrit excommunicationem neque irregularitatem, etiamsi re ipsâ abortus inde subsequutus fuerit, vt patet ex §. 2. *Bulla Grego* 4. 14. cuius meminit Sayr. *de censur. lib.* 3. *cap.* 35. *num.* 25. *& sequens*, & Quaranta *verbo abortus.* vbi ad verbum illam refert.

Sed quid si clericus datâ operâ saltet cum fœminâ grauidâ, & abortus sequatur? Enriques *de irregularitate cap.* 15. *num.* 4. ex Couarr. *in Clement. si furiosus. par.* 2. §. 4. *num.* 10. *vers. quinto.* tradit si fœtus erat animatus, & saltatio fuit immoderata, fieri irregularem: secus si saltatio fuit moderata, quamuis illicita, vt in clerico, vel amasio obscœno, ita Avila *de censuris, part.* 7. *de homicidio casuali, fol.* 364. *disput.* 6.

sect. 1. *dub.* 6. contra Syluestrum [*verbo falsus*, & contra Nauarrum *in manuali cap.* 27. *num.* 236. dicentes esse irregularem etiam quando saltatio est moderata, modò fuerit illicita, vt cum clerico, vel amasio turpi. Si tamen saltatio fuit hodie, & abortus post mensem à saltatione, non erit irregularis, quia talis saltatio non videtur esse causa propinqua illius abortus.

Procurare ergo abortum fœtûs animati percussionibus, veneno, medicamentis, potionibus, aut oneribus mulieri prægnanti impositis, vel aliis exquisitis, & incognitis rationibus, est casus reseruatus quo ad regulares à Clemente Octauo impositus. Et vltrà hanc reseruationem Sixtus Quintus *per constitutionem* 87. in ordine, quæ incipit *effrenatum*, fuit antea pœna excommunicationis Papæ reseruatæ imposita iis, qui abortum fœtûs animati, vel etiam inanimati procurabant, aut consilio, fauore, ope, potione, aliáve ratione, ad abortiendum fœtum animatum cooperabantur, vt videre est apud Bullarium *tom.* 2. *pag.* 643.

Nihilominus, quia hæc excommunicatio in praxi erat difficilis obseruatu Gregorius 14. per aliam constitutionem, incipit *Sedes Apostolica pia mater*, rigorem præcedentis constitutionis temperauit quo ad reseruationem absolutionis, & quo ad abortum fœtûs tantummodo animati: atque ita hoc tempore, vt patet ex constitutione Gregorij 14. Ordinarius aut alius per ipsum deputatus specialiter ad hos casus in foro conscientiæ absoluere potest, vt ibi habetur his verbis: *Quilibet presbyter tàm sæcularis, quàm cuiusuis ordinis regularis, ad Christi fidelium confessiones audiendas, & ad hos casus specialiter per loci Ordinarium deputatus, plenam & liberam in foro conscientiæ tantùm absoluendi habeat facultatem.* Hæc ibi. Quare is solùm censebitur ad hos casus specialiter deputatus, qui facultatē habuerit absoluendi ab omnibus censuris, & excómunicationibus Episcopo reseruatis. Non incurretur item ista excommunicatio reseruata, nisi abortus fœtûs animati re ipsa secutus fuerit. Ratio est, quia Sixtus Quintus in sua constitutione effectum requirit, ibi, *inde, vt re ipsa abortus secutus fuerit.* Quo ad regulares tamen est casus reseruatus etiam effectu non secuto. Idem dicendum erit si in aliquibus Diœcesibus fuerit casus reseruatus procurare abortum, etiamsi re ipsâ abortus non sequatur: sufficit enim procuratio ad reseruationem, ita Zechius *de casibus reseruatis casu* 9. *vers. quo vero.* Bonacina *de excommunicationibus in particulari extra Bullam Cœnæ disp.* 2. *quæst.* 2. *punct.* 10 *num.* 4.

Quin imo etiam ipsæ fœminæ prægnantes, sociæ, seu consciæ, cooperantes vt principales, vel aliter per opem, consilium, fauorem, potionem, incidunt in casum reseruatum, si fuerint Moniales, effectu non secuto, non tamen incidunt in censuram nisi effectu secuto. Filliucius *tract.* 14. *cap.* 6. *quæst.* 9. *num.* 94. Bonacina *n* 13. *supra*

Circa septimum casum reseruatum per Clementem Octauum, qui est falsificatio manus, aut sigilli officialium monasterij, aut conuentus notandum est ad incurrendum in casum reseruatum, sufficere, quòd falsarius mutet veritatem, & quòd faciat cum dolo, & animo inferendi damnum, quamuis non sequatur iactura, Quaranta *verbo casus reseruatus, num.* 8 *fol.* 158. debet enim falsificatio manus, vel sigilli officialis esse dolosa, hoc est, vt fiat cum dolo, & sciò, non autem per iocum: deinde, vt fiat in præiudicium ordinarij regiminis Religionis. Falsificare igitur manum est contrafacere litteram alicuius ad sui fauorem, faciendo schedulam falsam. Baiard. *ad Clarum in §. falsum num.* 211. *vers. & similiter scribens litteras alieno nomine.*

Item falsificare sigillum officialium monasterij, aut conuentûs, est fabricare sigillum simile sigillo officialis, seu religionis occultè, & furtiuè, & consignare per illud falsam scripturam. Vnde non est propria falsificatio, donec falsæ litteræ per illud sigillum furtiuè fabricatum consignentur, & ex consequenti non est casus reseruatus; esto fabricetur ea intencione, donec ad prædictum vsum, & effectum perueniat. Similiter furari sigillum Prælati ea praua intentione, si ad opus sigillandi non ventum fuerit, non est casus reseruatus ex hoc capite. Quemadmodum non videtur reseruatus, quando scriptum, quod falsò consignatur manu, aut sigillo officialis non continet quicquam spectans ad officium officialis, neque ad monasterium, puta, si est familiaris epistola falsò attributa officiali monasterij, non vt officialis est, nec vt munus illius respicit formaliter, quod respici debet, vt sit reseruatus, Soares *tom.* 4. *de Religione lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 9. *&* 10.

Item falsificatio sigilli est mutare, corrumpere, vel contrafacere sigillum officialis, vel monasterij, seu effingere dolosè, & callidè. Per sigillum intelligitur signaculum illud, quo litteræ patentes muniuntur, vt fidem faciant, & quo vtuntur officiales in rebus spectantibus ad officium cuiusque. Falsificatio ergo, sigilli cuiuscumque officialis in iis, quæ pertinent ad eorum officium est casus reseruatus, dummodò falsæ litteræ per illud sigillum muniantur, & consignentur. Vnde falsificare scripturam, seu manum, seu sigillum religiosi priuati, non incurritur casus reseruatus, quin imo non incurritur, si falsificetur sigillum officialis, quandocunque illud speciale non habuerit, sed vtatur sigillo cæteris communi, quia intelligitur falsificatio sigilli non communis quo singuli conuentus vtuntur, sed sigilli proprij illius officij. Nomine autem officialium veniunt non solùm Generales, Prouinciales, sed etiam Prælati inferiores, quales sunt Rectores, Vicarij, Subpriores, vel in Societate Ministri, Procuratores, & si qui sunt alij similes, qui habent peculiaria sigilla, quòd si non habeant, & vtantur sigillo communi, quo cæteri Religiosi vtuntur, non erit reseruatus; quoniam falsificatio non cuiuscumque sigilli, sed proprij talis officij, reseruata est.

Quæri potest an ad reseruationem requiratur falsificatio manûs, & sigilli simul? Respondetur negatiuè: sed sufficere falsificationem manûs, aut sigilli officialium monasterij. Dicitur autem falsificare manum, qui non solùm falsificat litteras officialis, sed etiam qui subscribit nomine illius, imitando subscriptionem eius simul. Quare non sufficit imitari literam, seu literas, sed requiritur, quod effingat subscriptionem, quia literæ nihil valent sine subscriptione: ideo, vt sit reseruatus opus est, vt subscribantur, Soares *d. cap.* 18. *num.* 9. P. Fagundez 2. *præcept. lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 22. *fol.* 541.

Circa

Circa octauum casum reseruatum Clement. 8. qui est furtum de rebus monasterij, seu conuētus in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale, de quo diximus aliqua *precedenti §. ex num. 16. ad numerum* 20 Adde furtum esse mortale, & casum reseruatum, cum obligatione restituendi in religioso, furari rem sacram, quamuis pretio numorario non æstimetur; vt sunt reliquiæ, & huiusmodi. Furtum autem hoc loco reseruatum debet esse de rebus monasterij. Vnde qui furetur aliquid à Religioso priuato de rebus apud ipsum alicuius externi depositis, non incurrit ex hoc capite casum reseruatum, cùm non sint bona monasterij, nec Conuentus: Secus si fuerint bona applicata ad vsum priuati religiosi: tunc comprehenduntur, si subripiantur, sub hac reseruatione, vt fuit explicatum ab ipso Pontifice, nec immeritò, quia res applicata ad vsum alicuius religiosi, absolutè loquendo est res monasterij, vel conuentus. Nec obest quòd religiosus habeat vsum illius cum facultate alienandi illam extra religionem, quia quandiu rem retinet, & illam non alienat, censetur esse monasterij, quo ad proprietatem, & dominium, & hoc satis est; quod, si furto auferatur, comprehendatur sub hac reseruatione si culpa mortalis sit. Idem dicendum est de furtis factis ex peculio, seu rebus, quibus Prouinciales vtuntur, quatenus tales sunt, cum alantur ex bonis conuentuum, seu monasteriorum, eò quia ea bona dicuntur bona Prouinciæ, & vt sic sunt bona omnium monasteriorum, seu Conuentuum simul.

9. Circa nonum casum reseruatum, qui est lapsus carnis voluntarius opere consummatus, comprehenduntur omnes species peccati carnalis, adeo vt peccatum propriæ mollitiei, seu pollutionis etiam sine complice opere consummatum, sit casus reseruatus, Quaranta *verbo casus reseruatus num.* 10 *fol.* 160. Per illa verba, *opere consummatus*, excluditur lapsus per consensum internum, ita vt non exeat in lapsum externum: & ideo solùm peccata externa continentur, & omnia interna consensu, & cogitatione completa reijciuntur. Quòd si in aliqua Religione superaddantur hæc verba, videlicet, (*Et quicquid est contra votum castitatis, quod in actum externum prodeat*); tunc quamuis intercedat solùm prouocatio, seu solicitatio ad turpia, oscula, tactus, seu amplexus impudici, siue in propria, siue in aliena persona, essent etiam casus reseruati, Quaranta *ibidem*, Secus si hæc verba *quicquid est contra votum castitatis quod in actum externum prodeat*, non haberet, vt de facto non habet casus à Clemente 8. positus, sed dixit tantum *lapsus carnis opere consummatus*: Iuxta quem sensum actus impudicus si non perueniat ad consummationem actûs in sua specie fornicationis scilicet, vel aliâ simili, seu pollutionis, non est casus reseruatus, quia non est opere consummatus, Soares *tom. 4. lib. 2. cap. 18. num. 12. fol.* 141.

Illud etiam obseruandum est iuxta verba illa. *Et quicquid est contra votum castitatis; quod in actum externum prodeat*, esse casus reseruatos peccata externa habentia malitiam mortalem ex ipsamet materiâ, & actione exteriori, etiamsi ad vltimam consummationem non perueniant. Quare nullo modo sunt audiendi, qui dicunt tactus libidinosos perfectè deliberatos ex paruitate materiæ solùm venialiter esse malos, quod est apertè falsum, & ex consequēti non esse peccata reseruata, cùm reuera sint; sicut etiam est exigua delectatio libidinosa deliberatè suscepta ex amplexibus, & osculis exercitis: quemadmodum amplexus, & oscula libidinosa exercita propter delectationem ex ipsis præcisè consurgentem, quia sunt peccata mortalia, & reseruata si fiant à Religioso: Caiet. *in sum. verbo impudicitia*, Nauarr. *Summa Hispana c. 16. num. 11. & summa Latina cap. 14. num. 42 vers. 19.* de tactu mamillarum fœminæ habito à viro iocosè & sine aliâ malâ delectatione. Graffis. 1. *part. decis. lib. 2. cap. 75. num.* 10. quòd si tactus sint impudici sine necessitate habiti inter personas distincti generis, non excusantur à mortali, Sanchez *de matri. lib. 9. disp. 46. num.* 11.

Hinc infertur à fortiori esse mortale tactus impudicos inter personas eiusdem sexus pudenda tangentes propter delectationem ex eo tactu consurgentem. Tendunt enim ad sodomiam hi tactus. Nec non sunt reseruati tactus verendorum propriorum propter veneream delectationem inde ortam, quia tendunt ad molliciem, secus de tactu ex curiositate, aut leuitate sine libidine, & pollutionis periculo, Armil. *verbo impudicitia num.* 1. Sanchez *supra num.* 14. Rebellus *de iustitia 2. part. lib. 3. sect. 1. quæst. 19. num. 21. vers. deinde, & sect. 3. per totum.*

Circa decimum casum, qui est occisio, aut vulneratio, seu grauis percussio cuiusque personæ, videndum est quando dicatur percussio grauis, seu enormis, mediocris, vel leuis. In primis percussio leuis censetur illa, quæ fit pugno, palmâ, manu, pede, digito, baculo, vel lapide, quæ nullam in carne maculam reliquit, vel, quæ facta est sine scissione membri, sine fractione dentis, sine euulsione multorum capillorum, & absque effusione multi sanguinis, nisi ratione loci, vel personæ possit hæc leuis percussio reputari grauiter onerosa, vel iniuriosa; nimirum quando quis infligit alapam alicui graui personæ, aut si percutiat illam coram populi frequentia. 11

Mediocris dicitur illa percussio, quæ est media inter leuem, & enormem. Enormis ex multis iudicari potest, ex magnitudine facti, scilicet, vt si perueniat ad occisionem, aut mutilationem membri, effossionem oculi, aut læsionem artuum, quâ quis redditur inutilis ad officium suum obeundum. Item erit percussio enormis ex personâ læsâ: si manus inijciatur in Episcopum, vel in Superiorem alicuius monasterij, aut in eius locum tenentem; vel in Sacerdotem sacris vestibus indutum. Tertiò, ex loco vulneris erit percussio enormis, si fuerit scilicet vulneratio in oculis, aut facie inflicta, aut quæ fit in loco publico, vt in foro, aut in Ecclesia, quæ omnia de percussione enormi medioeri, & leui patent ex quadam *Extrauagant incipit. Perlectis* relata à Nauarro *in manuali cap. 27. num.* 91. Sayr *de censuris lib. 3. cap. 28. ex num. 6.* & Philiarc. *lib. 3. de officio Sacerdotis cap. 33. notab. quarto*, his verbis:

Respondemus percussionem leuem esse pugni, palma, manus, pedis, digiti, aut baculi, aut lapidis, quæ nullam maculam, aut sigillationem carnium relinquit, neque abscindit membrum, sine effractione dentium, sine auulsione multorum capillorum, sine effusione multi sanguinis. Nolumus tamen dicere, quòd huiusmodi leuis percussio, vt pugni, aut unguis, fiat atrox ob multi sanguinis effusionem, Ad indicandum tamen, quæ læsio sit leuis, mediocris, aut enormis

Volumus diligenter perpendi non solum factum, sed etiam qualitatem eius, & modū percutiendi & lædendi cum omnibus suis circunstantiis, loci personæ, & aliis personæ si est magister, Iudex, Prælatus, pater, patronus, aut dignitas, percussus iniustè à subdito, aut ab alia se viliori; quia ex hoc interdum censentur graues iniuria, quæ ex se sunt leues, aut mediocres. Et quia conditio negotij non patitur integram determinationem huius rei, relinquimus tuo arbitrio, vt declares, quæ sit leuis, & quæ enormis iniuria, admonentes, vt potiùs declares in dubio esse percussionem grauem, & ab ea non posse absoluere, quam declarando leuem esse, occasionem præbeas lædendi statum Ecclesiasticum. Hæc ibi.

Limita tamen in percussione graui factâ per regularem intra limites iustæ defensionis, seruato moderamine inculpatæ tutelæ, Quaranta *verbo casus reseruatus, num.* 11. post Nauarrum *in manuali cap.* 15. *num.* 3. Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *casu* 277. Fagundez *secundo præcepto, lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 24. Pro reliquis vide, quæ diximus *supra in explicatione c. Si quis suadente.*

11\. Circa vndecimum casum, & vltimum pro religiosis reseruatum à Clemente Octauo, qui est malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio litterarum à Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores sciendum est, vt incurratur casus reseruatus opus esse quod impedimentum malitiosum sit peccatum mortale: vnde non erit casus reseruatus, neque vllum peccatum si inaduertenter impediantur, vel retardentur, ne litteræ perueniant ad Superiores. Erit tamen casus reseruatus, si consultò impediantur, vel retardentur faciendo scilicet, ne tabellarij, seu cursores inueniantur, qui deferant litteras, aut corrumpendo illos, ne illas tradant, aut seriùs tradant, quàm alioqui tradendæ essent. Similiter erit peccatum reseruatum epistolas apud se malitiosè retinere, præripere, comburere, vel occultare, vt tempus interim elabatur; hæc omnia comprehenduntur sub nomine malitiosi impedimenti, aut retardationis; eodem modo aperire litteras à Superioribus ad inferiores, & è contra, erit reseruatus, nisi apertio fiat propter curiositatem merè naturalem sine animo, & periculo nocendi, aut propter causam sciendi noua

12\. nuntia, cùm tantùm veniale sit ex obiecto, Quaranta *suprà num.* 12. Nam aperire litteras alienas, & legere in re magni momenti, censetur grauis iniuria tàm in eum, qui illas mittit, quàm in illum ad quem mittuntur, & ex se est peccatum mortale, nisi sit in casibus sequentibus. Primò, ex ratihabitione mittentis, vel eius ad quem mittuntur. Secundò, si aperiens sit Superior regularis, & subditus non scribat ad Superiorem maiorem. Tertiò, si contineant res parui momenti. Quartò, si fiat causâ sibi cauendi ab iniuriis, vel insidiis. Quintò, si ex curiositate, & nullum sit periculum alterius incommodi. Emanuel Saa *in summa, verbo litera num.* 1. Lessius *de iustitia lib.* 2. *c.* 12. *dub.* 18. *num.* 131. Valer. Reginald. *in praxi for. pœnit. lib.* 24. *num.* 119. Sed loquuntur de literis missis absolutè, non verò in nostro casu. Quare iuxta mentem Clementis. 8. erit casus reseruatus, quando impedimentum est malitiosum, hoc est quando fit cum graui culpâ, & ex malitiâ, & ex directa intentione impediendi effectum litterarum, & retardandi illas. Soares *supra d. cap.* 18. *num.* 13. vbi addit apertionem litterarum, vt sit reseruata, requiri, vt ex malitiâ fiat, quæ datur quoties aperiens intelligit, aut præsumit id esse contra voluntatem Superioris.

Ambigi tamen potest, an sit reseruatus aperire litteras à Superioribus ad inferiores, & vice versâ, si aperiens eas non legat? Innuit Fagundez *supra cap.* 7. per verbum *apertio litterarum.* 13.
Sed meliùs Quaranta *verbo, casus reseruatus n.* 12. negat, quamuis malitiosè frangatur ligatura cum qua litteræ clauduntur; vel quamuis sigillum auferatur, si litteræ non legantur: non enim dicuntur apertæ, si solùm ligatura soluatur, nisi etiam legatur, quia sumus in pœnalibus in quibus strictè proceditur. Bartol. *in l. si quis in graue. §. si quis tabulas ff. ad Senatus. Con. Syllan,* Felinus *in cap. cum olim, el.* 2. *de offici. delegat.*

Non tamen ex dictis inferas, teneri Regulares reseruare omnes supradictos casus, sed posse, vel omnes, vel aliquos ex illis, non tamen alios ad libitum reseruare, sed id solùm fieri posse, vel a capitulo generali pro totâ Religione, vel a Capitulo Prouinciali pro suâ Prouinciâ, constat ex decreto Clementis Octaui, Soares *supra cap.* 18. *num.* 15. vbi *num.* 17 addit posse Prælatos Religionum his non obstantibus reseruare sibi aliquas censuras, quia per decretum illud Summus Pontifex non intendit priuare Prælatos suo iure reseruandi censuras; si enim id intenderet, debuisset exprimere, cum illis non sit prohibitum. 14.

---

§. XIV.

Quis possit absoluere Regulares à casibus reseruatis.

EPITOME.

1 *Religiosi nequeunt confiteri extra suam religionem, nec absolui à casibus reseruatis, & quid quando extra monasterium reperiuntur? num.* 2. *&* 3.

4 *Prælatus concedens confessoribus domesticis omnem suam potestatem, non proinde concedit facultatem absoluendi à reseruatis, & quando censeatur illos concedere.*

5 *Licentia petita, sine iustè, siue iniustè negata non censetur concessa.*

6 *Mendicantes, & eorum priuilegiis gaudentes possunt absolui à quocunque confessore ab omnibus casibus nullo excepto, & obtinere indulgentiam plenariam, & quid importet hoc priuilegium?*

7 *Indulgentia pro articulo mortis concessa semper reseruatur in verum articulum mortis; absolutio autem pro eodem articulo, an semel tantum debeat impendi.*

8 *Religiosus per hoc priuilegium pro articulo mortis potest præsente Prælato confiteri ordinario confessori, & ab illo absolui à reseruatis.*

9 *Religiosus virtute priuilegij si euadat non tenetur postea comparere, etiamsi absoluatur à censuris.*

10 *Prælati Religionum possunt de iure absoluere subditos ab omni censurâ latâ ab homine etiam per sententiam particularem, & quid de censurâ ab Episc. latâ in religiosos? &* 11

12 *Prælatus religionis à fortiori potest absoluere à censuris non reseruatis, vti potest Parochus,*

chus, & ordinarius confessor monasterij, & quiuis confessarius approbatus ad absoluendum à mortalibus non reseruatis.

13 *Prælatus religionis partim ex priuilegio, partim iure communi potest absoluere subditos à censuris reseruatis, à quibus possunt Episcopi.*

14 *Prælati an possint absoluere religiosos ab hæresi ex aliquo priuilegio; pars negans est certa.*

15 *Generalis Præpositus per se, vel per alios quid possit in casu hæresis in foro conscientiæ? num. 16. 17. & 18.*

19 *Prælatus si concedat alicui confessori potestatem absoluendi ab omnibus reseruatis, non censetur concessisse reseruatos Pontifici.*

20 *Religiosi habentes potestatem absoluendi ab omnibus casibus Pontificiis possunt absoluere à casibus, & censuris reseruatis Episcopo.*

21 *Religiosus committens reseruatum, in suo monasterio an possit absolui in alio, vbi non est reseruatum crimen.*

22 *Religiosus si confiteatur Superiori, & non recordetur casus reseruati, an tollitur reseruatio? & quid de peccato oblito tempore Iubilæi, si confessio fuit inualida? & n. 23.*

24 *Reseruatio tollitur Superiore absoluente, etiamsi confessio sit inualida.*

25 *Religiosi exempti possunt de licentia superioris absolui ab Episcopo in casibus Trident. sess. 24. cap. 6.*

26 *Prælatus religionis an possit se subiicere Episcopo, vt secum dispenset, & illum absoluat, num. 27. & 28.*

29 *Superiores Religionis per sua priuilegia non possunt absoluere nominatim excommunicatos subditos; vtraque pars est probabilis, sed affirmans probabilior, & num. 30. & 31.*

1. PRIMA resolutio. Iure Ordinario religiosi extra suam religionem à nemine possunt absolui præterquam à Summo Pontifice, nisi de licentiâ sui Superioris, tam à casibus reseruatis, quàm à peccatis communibus fateantur. De licentiâ autem sui Prælati possunt confiteri cuiuis Sacerdoti, etiam non approbato, sicut poterant ante Concilium Trident. quod in hoc nihil mutauit, Emanuel Sà *verbo confessor num* 7. Angles *quæst. de confessione art.* 8. *conclus.* 6. Vega in *Summa casuum lib.* 1. *cap.* 65. & probatur ex *Extrauagante inter cunctas. de priuilegiis*, Enriquez *de indulgentiis lib.* 7. *c.* 12. *num.* 4. Nihilominus à reseruatis extra suam Religionem à fortiori nequeunt absolui ab externis confessariis, quamuis habeant facultatem generalem, dum iter agunt, vt confiteantur Sacerdotibus regularibus, vel sæcularibus, quia in eâ facultate non venit facultas, vt absoluatur, nisi à non reseruatis: ad reseruatos vero specialis concessio necessaria est *c. si Episcopus de pœnit. & remiss. in* 6. Soarez *suprà cap.* 19. *n.* 2.

2. Porrò si Religiosus reperiatur extra monasterium, & necessariò debeat communicare, aut celebrare, ita vt ex eo quod non communicet, nec celebret sequatur aliquod scandalum, & habeat reseruatum; potest communicare, vel celebrare præmissa contritione, & omissa confessione, perinde ac si non habeat copiam Confessoris; Angles *in floribus d. art.* 8. *diffinit.* 2. *dub.* 4. Fr. Manuel *tom.* 1. *regul. quæst.* 62. *art.* 5. quod procedit etiam quando domo egrediens petiit facultatem confitendi apud quemcumque confessorem. Deinde, quamuis confessor non possit illum absoluere à reseruatis, potest pœnitens in eo casu fateri, & absolui à confessore directè à non reseruatis, & indirectè à reseruatis cum onere, vt postea se sistat Superiori, vel alteri de illius licentiâ, apud quem fateatur de reseruatis, vt ab illis directè absoluatur, Enriquez *in summa lib.* 3. *de Pœnit. cap.* 15. Quaranta *in Summa. verbo casus reseruati, num.* 12. *vers. dantur tamen*, Ioan. à Cruce *de statu Religionis, cap.* 6. *lib.* 1. Soarez *tom.* 3. *de sacram. disput.* 47. *sect.* 4. §. *quarta: num.* 15.

Secunda resolutio patet, non posse scilicet re- 3.
ligiosum absolui à casibus reseruatis ab aliquo religioso, seu confessore suæ religionis, nisi de licentiâ Prælati specialiter ad hoc concessa, etiãsi Prælatus dicat confessori à se deputato, dum eum deputauit, & delegauit ad audiendas confessiones, *concedo tibi omnem meam potestatem, & authoritatem in confessionibus audiendis meorum subditorum:* non enim in tali facultate veniunt casus reseruati, nisi aliunde euidenter ostẽdatur, voluisse illos comprehendi, D. Antoninus, 3. *part. tit.* 17. *cap.* 13. Syluest. *verbo casus, quæst.* 4. Nauarr. *in manuali cap.* 27. *n.* 255. aliàs 261. Armil. *verbo Abbas.* §. 3. Enriquez *lib.* 3. *de pœnit. cap.* 13. *num.* 2. Soar. *tom.* 4. *de*
pœnit disput. 30. *sect.* 1. *num.* 3. & Graffis *lib.* 1. 4.
decis. cap. 13. *num.* 66. vbi addit, id procedere, quamuis Superior concederet potestatem generalem adiectâ clausulâ generali, vt confessor omnia possit facere, quæ specialem commissionem exigerent, argumento *capitis, qui ad agendum. de procuratoribus in* 6. ea eâ ratione vulgari: *in concessione generali, non veniunt, quæ egent speciali concessione d. cap. si Episcopus de pœnit. & remiss. in* 6. Secus si Prælatus dicat, concedo tibi omnes casus meos, vel; concedo tibi talem casum, adiecta tunc generali licentiâ, vt habeas omnem meam potestatem; nam tunc poterit absoluere à cæteris casibus reseruatis, quia nomine casuum, reseruati intelliguntur. Graffis *supra*, Nauarrus, *d. cap.* 27. *num.* 261.

Tertia resolutio, reseruatum, si Superior no- 5.
luit absoluere, nec fecit facultatem, siue iustè, siue iniustè neget absolui, manet reseruatum, nec potest absolui ab inferiore ex tacitâ licentiâ, seu præsumptâ maioris superioris. Probatur ex *cap. omnis vtriusque sexus. de pœnit. & remiss.* vbi nullo casu excepto præcipit R. Pontifex, vt quoties subditus voluerit ex causâ iustâ alieno confiteri, licentiam priùs postulet, & obtineat à proprio Sacerdote, cùm aliter illum nequeat ligare, vel absoluere. Quare non sufficit petita, & non obtenta licentia ad absoluendum de reseruatis, Caietanus *verbo absolutio*, Marsil. *q.* 12. *art.* 1. *in* 4. Soarez *de pœnit. tom.* 4. *disput.* 27. *sect.* 4. *conclus.* 2. post multos ibi. *fol.* mihi 617. Alens. 3. *part. quæst.* 77. *membr.* 3. *art.* 1. *ad* 1. Ledesma *quæst.* 7. *art.* 3. quia superior negauit iurisdictionem ad absoluendum à reseruatis, ergo inferior non habet facultatem ad absoluendum; nisi illam petat, & obtineat, vt loquitur textus *in d. cap. omnis vtriusque sexus.* Idem Soarez *tom.* 4. *de Religione lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 6. *petita, & obtenta, & num.* 21.

Quarta resolutio. Pro articulo mortis conce- 6.

ditur facultas à Sixto IV. omnibus religiosis tàm mendicantibus, quàm aliis, qui eorum gaudent priuilegiis, vt possint absolui à quocunque confessore ab omnibus casibus nullo excepto, his verbis. : *Quicunque confessor quemlibet religiosum Mendicantium, vel eorum, qui gaudent illorum priuilegiis, ab omnibus casibus, nullo excepto, cum omnimodâ authoritate, ac si in illo actu esset Summus Pontifex, absoluere potest; & eadem authoritate ei indulgentiam plenariam concedere.* Hæc ibi. Vbi notandum est dixisse, *quicunque confessor*, & non quicunque Presbyter, vel Sacerdos; ideo debet intelligi de confessore, qui poterat hoc officio fungi in illo articulo, ante huiusmodi priuilegium: proinde quamuis in casu necessitatis quilibet Sacerdos possit esse confessor in articulo, & ex consequenti possit exercere hanc potestatem circa religiosos: nihilominus, seclusâ necessitate solus proprius, vel delegatus illius etiam in illo articulo confessor esse potest; neque hoc priuilegium facit facultatem confessori ei, qui non erat, sed addit facultatem legitimi confessoris, augetque. Quam ob causam non potest pœnitens per virtutem huius priuilegij fateri de peccatis in articulo mortis apud simplicem Sacerdotem; si legitimus confessor præsto sit, & velit suo munere fungi: deinde considerata particula, (*quicunque confessor*) quæ non restringitur ad confessorem eiusdem ordinis, quando adest proprius confessor, non est eligendus confessor alterius ordinis: quia non datur facultas eligendi in confessorem quemcumque Presbyterum, sed augetur facultas cuiuscunque legitimi confessoris talis subiecti.

7. Præterea esto hoc priuilegium concedatur pro articulo mortis, si quis tamen absoluatur in vero periculo mortis, qui sub articulo continetur, non potest iterum absolui per virtutem illius priuilegij, quia talis facultas iam sortita est suum effectum, & per primam vicem cessauit, Nauarrus *in manuali cap.* 26. *num* 31. *argumento l. bones §. hoc sermone, ff. de verbor. signif.* nisi adiiciatur, quod si non moriatur ex illo morbo, in quo æger eo vtatur, reseruetur ad alium, in quo moriatur: vel contineat, vt possit eo vti quotiescunque articulus mortis occurrerit.

Quo ad indulgentiam attinet probabilius est semper reseruari in verum articulum mortis, quia intentio Summi Pôtificis est concedere gratiam, vt quantùm in se est sortiatur suum effectum, & perducat hominem immediatè ad videndũ Deum igne purgante omisso; ratio, quia indulgentia non habet suum effectum donec sequatur mors; proinde morte non secuta reseruatur, & interim iterum atque iterum in simili articulo potest indulgentia impendi cum effectu, donec mors vera sequatur: nec immeritò: quia in priuilegio non dicitur, semel in articulo mortis indulgentia concedatur: sed dicitur, in articulo mortis: quod indultum cum sit beneficium Principis non limitatum amplè interpretandum, Hyppol. *singular.* 483. cum sit concessio indefinita pro articulo mortis, & æquiualet vniuersali. Ita Gerson. *2. part. tract. de absolutione Sacramentali §. Quamuis vlterius*, Cordub. *lib. 5. de indulgentiis, q.* 39. *in fine*, Soarez *supra d. cap.* 19. *num.* 12. vbi *num.* 13. addit nec sine fundamento idem dicendum esse de potestate absoluendi à peccatis reseruatis pro articulo mortis simpliciter & sine limitatione concessa per quam potest quis absolui in vero periculo mortis, de qua multo certius est statim habere suum effectum, quoniam suspendi non potest Sacramentalis absolutio, nec conditionem recipere de futuro. Quare non accedente morte impendi potest similis absolutio in quocunque simili euentu, vsque ad verum articulum mortis; tum ratione indulgentiæ plenariæ, quando illa conceditur, tum etiam quia, quamuis priuilegium non haberet indulgentiam plenariam coniunctam, sed tantum facultatem absoluendi à reseruatis in articulo mortis, non expiraret facultas illa per primam absolutionem: sed semper esset sufficiens ad absoluendum pro vero articulo mortis. Consonat Cordubensis *supra*, his verbis, ibi: *Sicut alia concessiones*, inquit, *factæ pro articulo mortis, vt ad absoluendum à peccatis, & censuris in articulo mortis, ad celebrandum domi sua, & communicandum in articulo mortis, intelliguntur toties, quoties articulus mortis occurrit, vt patet* (addit) *ex practicatâ consuetudine.* Sic ille. Et quamuis ad calcem illius §. adiungat licentiam absoluendi à reseruatis extingui per primum vsum, id intelligitur, nisi contrarium colligatur ex intentione concedentis, vt hoc loco ostenditur.

Quarta resolutio. Quamuis in articulo mortis nulla sit reseruatio peccatorum, vt patet ex Concilio Tridentino *sess.* 14. *cap.* 7. per virtutem huius priuilegij Sixti IV. religiosis concessi, potest religiosus, licèt Prælatus adsit, confiteri ordinario confessori, & ab illo absolui à reseruatis prætermisso Prælato, & sine aliâ facultate illius, quia Pontifex ordinario confessori dat iurisdictionem, sicut per Bullam in articulo mortis præsente Parocho fit facultas pœnitenti, vt eligat confessorem, vt absoluatur à quibuscunque reseruatis, quod efficere non potest, si Bullam Cruciatæ non habeat. Nam quamuis in eo articulo mortis, si necessitas vrget, nulla detur reseruatio; attamen non excluditur debitus ordo, & ita priùs petitur absolutio ab habente iurisdictionem; eò quòd in defectu illius potest inferior Sacerdos absoluere: at vero habenti Bullam conceditur facultas eligendi confessorem, quamuis Prælatus adsit, & Parochus proprius, à quo absolui valeat sine aliâ facultate: sic in nostro casu per virtutem huius priuilegij potest quilibet confessor absoluere omisso Prælato, ac pastore. 8.

Quin etiam accedit per virturem huius priuilegij alia vtilitas maxima absoluto scilicet nullam relinqui obligationem postea comparendi, si fortè euadat. 9. Nam esto omnia peccata in articulo mortis valeant absolui à quolibet Sacerdote; si tamen habeant reseruatam censuram annexam, ratione illius, datur onus comparendi, quando absolutio impenditur ab eo, à quo aliàs impendi non posset. Sayr. *de censuris lib.* 3. *c.* 28. *num.* 36. Quod si cessante legitimo impedimento non se præsentet Sedi Apostolicæ in eandem censuram reincidit, secus si detur absolutio ex vi huius priuilegij: tunc enim nullum relinquitur onus comparendi, sed tantum satisfaciendi, Soarez *tom.* 4. *de Religione lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 15. Debet tamen impendi absolutio cum cautione de parendo Ecclesiæ mandatis, & cum onere satisfaciendi, si res postulet, Alter. *tom.* 1. *disp.* 22. *lib.* 5. *cap.* 2. *fol.* 777. *de censuris.*

Quinta resolutio. Prælatus Religionis iure suo non solùm potest absoluere à peccatis reseruatis subditos, aut alteri eam facultatem committere, 10.

sed

sed etiam iure ordinario absoluere ab omni censurâ latâ ab homine tam per sententiam generalem, quàm per particularem, nisi lata sit à Superiore Prælato suo. Prior pars patet. Posterior probatur, quia censura ab homine ab eodem potest auferri à quo fuit lata, vel ab eius Superiore: religiosus autem nequit ab alio excommunicari nisi à Prælato proprio: igitur ab eodem tolli potest, qui iure ordinario habet hanc facultatem: ideo lata à Superiore Prælato non potest tolli ab inferiore, cum inferior nequeat superioris iura tollere, Surdus *cons.* 58. *num.* 6. Thom. de Thomasset *regul.* 147. Azeued. *l.* 2. *num.* 56. *tit.* 14. *lib.* 4. *noua recopil.* Crauet. *cons.* 238. *n.* 5. sicut minor in maiorem potestatem habere non debet, Iason *in l. omnes populi. num.* 11. *ff. de iustitia, & iure*, Tiraquel. *de pœnis temperand. in præfat. num.* 26. Sed de hoc *infrà resolut.* 15.

11. Sexta resolutio inuoluit illum nodum, quisnam debeat absoluere religiosos ab excommunicatione ab Episcopo latâ in religiosos in casibus in quibus censuram ferre potest in illos, nimirum quando vocati ad processiones non accesserunt, aut in aliis casibus commissis in Concilio Tridentino *sess.* 25. *cap.* 13. *de regularibus*, & *sess.* 5. *cap.* 1. Ideo certum est Episcopum posse absoluere religiosos; imò Prælatos religiosorum non posse absoluere subditos ab his censuris, ex eo patet, quia in eo actu Episcopi sunt Superiores Prælati respectu Prælatorum religionis: eo quia in eo actu se habent tanquam Sedis Apostolicæ delegati, vt sæpè dicitur in Concilio Tridentino; in quo euentu non solùm sunt Superiores, sed procedunt veluti supremi, quatenus vtuntur iurisdictione Pontificiâ sibi delegatâ: nec obest dicere Episcopos se gerere, vt vtentes propriâ iurisdictione, ablatâ exemptione dumtaxat ad talem casum. Quia etiam in hoc casu sunt Superiores Prælatorum Religionum, quoniam iure ordinario omnes Prælati Religionum essent subditi Episcopis, nisi essent exempti; quare pro illis casibus in quibus non eximuntur à iurisdictione Episcopali, sunt inferiores Episcopis; & ex consequenti nequeunt absoluere à censurâ latâ ab illis in particulari in casibus, in quibus possunt. Posse autem compelli religiosos ab Episcopo censuris, vt vadant ad publicas processiones negat Quaranta *verbo præcedentia in fine*, Sanchez *de matrimonio lib.* 7. *disput.* 33. *num.* 23. Fr. Emanuel *in summa tom.* 1. *cap.* 74. *num.* 4. In Curia Episcopalis Papiæ decisum fuisse posse censuris compelli testatur Macerat. *decis.* 35. *dub.* 2. Stephanus vero Gratian. saltem pœnis pecuniariis compelli posse tradit *decis.* 232. *num.* 15. Suarez denique *d. lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 4. tanquam verum supponit posse Episcopum præcipere religiosis sub pœnâ excommunicationis, vt vadant vocati ad processionem, ex Concilio Trident. *sess.* 25. *cap.* 13

12. Septima resolutio, Quicunque Prælatus Religionis iure communi potest absoluere ab omnibus censuris non reseruatis, & ipso iure latis, siue ius commune sit, siue proprium religionis, argumento Episcopi, aut eius Vicarij generalis, qui potest absoluere subditum à sententia excommunicationis nulli tamen reseruatæ, vt per Gutierr. *canon. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 1. Valerius Reginaldus *in praxi fori pœnitent. lib.* 32. *tractat.* 1. *à num.* 152. Similiter in nostro casu id patet ex *cap. nuper, de sentent. excommun.* per textum, ibi. *A suo Episcopo, & infra, ibi, vel à proprio Sacerdote.* Ex quibus verbis potest Parochus absoluere subditos ab excommunicatione à iure regulariter lata, vt vult Couarr. *in cap. Alma mater, part.* 1. §. 12. *num.* 5. Gutierrez *dicto lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 1. Ex quo infertur ordinarium confessorem monasterij, vel quemcunque alium approbatum ab ipso Prælato ad excipiendas confessiones subditorum cum potestate absoluendi à mortalibus non reseruatis posse etiam absoluere à censuris non reseruatis contractis tamen per talia peccata. Probatur à simili, quia ordinarius confessor conuentus respondet Parocho, qui potest absoluere ab excommunicatione iuris etiam maiori nemini reseruatâ, Enriques *lib.* 13. *cap.* 28. §. 5. *littera S.* Soares *de censuris disp.* 7. *sect.* 3. & *sect.* 4. *num.* 9. Sayr. *lib.* 5. *cap.* 15. *num.* 22. Auila *part.* 2. *cap.* 5. *disput.* 1. *dub.* 4. & Bonacina *de censuris disp.* 1. *quæst.* 3. *punct.* 1. *num.* 9. ergo ordinarius confessor conuentus idem poterit; quinimò eadem potestas concessa *in dicto cap. nuper* extenditur ad Sacerdotem quemcunque, approbatum tamen ab ordinario, tanquam certum credit Bonacina *dicto num.* 9. & Campanil. *in diuersor. iur. canon. rubr.* 11. *cap.* 15. *num.* 10. igitur idem poterit quilibet religiosus approbatus ad audiendas confessiones à Prælato cum iurisdictione absoluendi religiosos à mortalibus non reseruatis, Soares *tom.* 4. *lib.* 1. *de religione, cap.* 20. *num.* 1.

Octaua resolutio. Prælatus Religionis partim ex priuilegio, partim iure communi potest absoluere religiosos suos à censuris reseruatis Papæ, quarum absolutiones committuntur Episcopis. Patet ex compendio priuilegiorum Societatis, *verbo Prælati*, §. 3. ibi: *Omnes Præpositi Societatis, ac Rectores quoad Religiosos Societatis sibi subditos possunt per se ipsos idem omnino, quod possunt Episcopi in clericos, & laicos sibi subiectos tam quoad facultatem absoluendi, & dispensandi in irregularitatibus de quibus in Concilio Tridentino sess.* 24. *cap.* 6. *quam alias quascunque facultates concessit Pius V. Fratribus Prædicatoribus* 22. *Iulij* 1571. & refertur in libro priuilegiorum Minorum *fol.* 117. *pag.* 2. 13.

Occurrit tamen specialis dubitatio an possit ab his Prælatis absolui censura per peccatum hæresis contracta per illud priuilegium Pij V. Videtur affirmandum, quia Concilium concessit hanc facultatem Episcopis, vt saltem per se ipsos possent absoluere. Dicendum tamen est non posse, quia probabilius est prædictam potestatem per Bullam Cœnæ fuisse reuocatam, & ablatam Episcopis à tempore Pij V. expresè, vt ab illis casibus nulla persona etiam Episcopali dignitate prædita absoluere possit prætextu cuiuscunque facultatis concessæ per cuiusuis Concilij decreta in genere, vel in specie. Nauarrus hanc partem sequitur *in summa Latina nouiori cap.* 27. *num.* 275. *vers.* 14. dicens sic fuisse declaratum à Pio V. & à Greg. XIII. quibus accedunt Toletus *in summa in Bulla Cœnæ excommunic.* 14. *fine.* Gutierr. *Canon. lib.* 1. *in priori edit. fine cap.* 13. Azor *tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 19. *quæst.* 3. & *cap.* 10. *quæst.* 10. Soarez *tom.* 4. *in* 3. *part. disp.* 30. *sect.* 2. *num.* 10. & *tom.* 5. *disput.* 2. *sect.* 3. *n.* 5. asserentes fuisse reuocatam; Secundùm quos dicendum est neque virtute priuilegij Pij V. posse prædictos Prælatos regulares etiam sui ordinis Generales absoluere regulares sibi subditos ab hæresi, sequitur Manuel 2. *tom. summa cap.* 29. *num.* 4. 14.

num. 4. & tom. 1. regul. quæst. 30. art. 10, Aujla *de Censuris, part. 7. disput. 10. dub. 6. notabili 3.* quamuis non faciant mentionem huius priuilegij, sed loqoantur ex vi Tridentini.

Portò si quis sentenriam sustinere velir, quæ tradit hodie posse Episcopos absoluere ab hæresi occultâ, & à cæteris easibus Bullæ Cœnæ, consequenrer dicere potest, Prælatum religionis posse absoluere subditos à censuris reseruatis Papæ, quæ io iure commissæ Episcopis sunt. Nihilominus ab hæresi nec virtute priuilegij Pij V. nec virtute Concilij certum est posse etiam Generales absoluere regulares sibi subditos, quia in nulla generali concessione eenserur comprebendi hæresis absolutio, nisi de illa specialis fiat mentio, vt est communis, Vgolinus *de Censuris tabul. 1. cap. 10. §. 4. num. 8.* Soarez *tom. 5. in 3. part. disput. 21. sect. 3. num. 3.* Sanchez *in præcepta Decalogi lib. 2. cap. 11. n. 7. ad medium.*

5. In compendio tamen Societatis *verbo absolutio §. 3.* sic habetur. *Potest Præpositus Generalis per se, vel per alios absoluere quoscunque ab hæresi in foro conscientiæ.* Concessit Iul. III. viuæ vocis oraculo primum, vt viuæ vocis oraculo *pag. 9.* Deinde per Breue *in literis Apostolicis pag. 66.* Confirmauit vero, & de oouo concessit Gregorius XIII. die XVIII. Martij 1584. pro reliquis Orbis partibus, Hispaniâ exceptâ, Viuæ vocia oraculis, *pag. 132.* quod prioilegium communicatur Prouincialibus, sed extra Hispaniam cum potestate, vt in casibus particularibus possint id aliis communicare, vt habet prioilegium.

16. Item *eodem verbo absolutio §. 6.* sic dicitur: *Ij, qui sub obedientia, & correctione Societatis degunt, possunt absolui per Præpositum Generalem, & alios, quos ipse deputauerit ab omnibus peccatis ante, vel post ingressum Societatis commissis, & ab omnibus Ecclesiasticis, & sæcularibus sententijs, censuris, & pænis à iure, vel ab homine latis, præterquam ab his quatuor, quæ in Bulla Sixti IV. continentur; nempe relapsus in hæresim, schisma, litterarum Apostolicarum falsificatio & delatio prohibitorum ad infideles*; de quibus in Monumentis Minorum. *fol. 141.* vide in *literis Apostolicis* Pauli III. *pag. 12.* Quæ facultas communicatur Soperioribus, & iis, quibus ipsi commiserint excepta hæresi, & Apostasiâ ab Ecclesiâ incursis post ingressum in Societatem, quæ Præposito Generali reseruantur.

17. *Infra verbo absolutio §. 7.* his verbis. *Absoluendi ab hæresi, & à relapsu etiam in hæresim eos omnes, qui sub Societatis obedientia viuunt, si quis (quod Deus auertat) in eam incideret,* etiam in Hispania facultatem concessit Gregor. XIII. die XVIII. Martij 1584. *vt in Viua vocis oraculo pag. 133.*

18. *Et §. 8.* ita habetur: *facultate concessa Minoribus de obseruantia Vltramontanis possunt Præpositus Generalis, ac Prouinciales Societatis Vltramontani absoluere nostros Vltramontanos sibi subditos, & dispensare cum eis, quoties opus fuerit à relapsu in hæresim, aut apostasiam, & eorum pœnas a iure constitutas commutare augendo, vel minuendo pensatis qualitate, & quantitate, aliisque debitis circumstantiis; dummodo talium relapsorum Crimina publica, & notoria apud sæculares non sint; vt ex hoc scandalum oriri possit.* Alexand. VI. *in Monument. Minorum. fol. 70. concess. 164.* Additur circa hoc, quando res non est dubia facultas absolueodi reseruari Præposito Generali, sed nc pœnitens cogatur tandiu sine absolutione manere communicari facultatem absoluendi Prouincialibus, monito pœnitente sub mortali, vt se Præposito Generali præsentet, vel rem illi manifestet seruatâ sigilli integritate, vt Prouineiali videbitur. De quibus omnibua Soares *tom. 4. de religione, lib. 2. cap. 21. num. 1. & 2.*

Nona resolutio. Omnia peccata, quæ in iure, vel in Bulla Cœnæ, aut aliis sunt reseruata Summo Pontifici, censentur reseruata in quocumque religione; proinde, quamuis Prælatus concedat alicui religioso absolutam potestatem audiendi confessiones suorum subditorum, non censetur illi concedere hos casus Summo Pontifiei reseruatos; qui altiori, & strictiori modo quàm particulares casus religionum, sunt reseruati: neque Pontifex vnquam simpliciter abstulit suam reseruationem à casibus sibi reseruatis etiam respectu religiosorum, sed tantùm eorum absolutionem Prælatis religiosorum commisit, & ex eo quod hanc potestatem solis Prælatis, & eorum vices gerentibus dedit, apertè voluit absolutionem eorum eisdem Prælatis, & eorum locum tenentibus esse reseruatam. Et fortè idcirco hi casus Papales non referuntur inter casus particulares reseruatos in Religione. Vnde non comprehenduntur sub facultate concessâ ad absoluendum à peccatis reseruatis in religione, quoniam circa reseruata in religione Prælatus est Ordinarius; & ideo potest delegare vices suas generaliter: secus circa casus Pontificios in quibus ex peculiari commissione Pontificis solùm habet iurisdictionem. Quare Summus Pontifex; dum committit casus suos, non censetur committtere casus Cœnæ, nisi exprimat: neque committendo casus Cœnæ, committit absolutionem ab hæresi, nisi specialiter declaret, Soares *tom 4. lib. 2. cap. 22. num. 18.* subdens, vt censeatur Prælatus religionis committere casua Pontificios, oportere, vt vel in specie eos exprimat, vel si vtatur clausula generali, talia verba proferat, vt per ea tollatur omnis ambiguitas. 19.

Decima resolutio de qua diximus *suprà disp. 20. §. 8. num. 23.* data facultate per Bullam, aut priuilegium à Summo Pontifice ad absoluendum ab omnibus casibus; aut censuris sibi reseruatis, potest confessarius absoluere à Censuris, & casibus reseruatis Episcopis absque aliâ facultate concessa ab ipso Episcopo. Quod de iure videtur negare Nauarr. *in manu. lat. cap. 27. n. 261. & 263.* de consuetudine tamen sublatâ reseruatione Papæ per Bullam, aut Iubilæum, aut priuilegiom censetur sublata reseruatio Episcopalis, si vtraque simul concurrat. Idem Nauarrus *in cap. ita quorundam, de Iudæis notab. 11. num. 71.* Graffis *decis. lib. 1. cap. 13. num. 58.* Enriquez *lib. 6. de pœnitentia cap. 14. num. 9.* & Sà *in summa verbo casus reseruatus, num. 3.* ibi: *Si vtraque reseruatio concurrat, Episcopi, & Papæ; sublata reseruatione Papæ, intelligitur etiam Episcopi sublata*, sequitur Tolet. *lib. 3. summæ c. 14. num. 2.* Quin imò Nauarrus *d. cap. 27. n. 265.* id probat exemplo priuilegij euiosdam concessi à Gregorio XIII. Sodalibus Sanctissimæ Trinitatis, in quo fit illis facultas certis temporibus anni eligendi confessarios ab Ordinario approbatos, qui possint illos absoluere ab omnibus; & quibuscumque casibus etiam Bullæ Cœ- 20.

næ

næ Sedi Apostolicæ reseruatis, si reseruatio Episcopalis cum reseruatione Pontificià concurrat. Eo quia renouatio Episcopalis includitur in Pontificia, & iurisdictio illius pendet à Papa. Item concesso maiori, minus censetur concessum, quando minus est eiusdem rationis cum maiori, & in illo includitur.

21 Vndecima resolutio. *Religiosus, qui crimen reseruatum commisit in suo monasterio, & mutatur ad aliud, vbi non est reseruatum, potest à quocunque approbato confessore absolui directè*, quia respectu talis personæ ablata est reseruatio, & iudicatur iuxta leges illius monasterij, Nauarr. *cap.* 27. *num.* 261. Enriques *lib.* 3. *de pœnitentia cap.* 14. *num.* 8. Rudericos *in summa sibi contrarius cap.* 55. *verbo confessor, concl.* 2. & *in explicatione Bullæ* §. 9. *num.* 94. Ratio, quia Reus iudicari solet secundùm leges, & consuetudinem loci, vbi est præsens, quod intellige quando religiosus est exemptus à iurisdictione illius Abbatis, qui crimen reseruauit, quod dicitur quando à Monasterio est mutatus; aliàs secus: ita Sylnester *verbo confessor* 1. *quæst.* 12. Sotus *in* 4. *dist.* 18. *q.* 4. *art.* 2. *col.* 9. *in fine* quos referens sequitur Graffis *lib.* 1. *decis. cap.* 13. *num.* 47. Soares *de pœnit. disp.* 30. *de ministre sect.* 1. *fol.* 670. & *sequent.* sicut qui commisit reseruatum in alieno monasterio, rediens ad suum, vbi illud non est reseruatum, potest absolui à confessario quocunque approbato, Barth. Medin. *in sua summa cap.* 10. §. 3. & Summa corona *de Sacramento pœnitentia fol.* 159. argumento à simili, Secus dicendum, si in alieno monasterio incidat in excommunicationem, quia hæc secum tulit suum effectum: idcirco cùm sit vtriusque fori, si pœnitens redeat ad proprium monasterium, est absoluendus ab habente ad id facultatem.

22. Duodecima resolutio. Religiosus bona fide si confiteatur Superiori animo dicendi omnia, tollitur reseruatio casûs obliti, si fuit absolutus pœnitens: quod certius est, quando accessit animo, vt à reseruatis etiam absolueretur, Enriques *de pœnit. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 5. & Soares *de pœnit. disp.* 31. *Sect.* 4. §. *varij modi*: esto casus habeat annexam censuram. Ideo potest absolui à quocunque idoneo confessore in suo ordine deputato ad audiendas confessiones regularium: quamuis Superiori non sit satisfactum per cognitionem casus reseruati, nec medicina peccato oblito fuerit adhibita: tenebitur tamen religiosus fateri oblitum non obstante ablatione reseruationis, quia non iam mansit reseruatio, Gabriel *in* 4. *dist.* 17. *quæst.* 1. Adrian. *q.* 4. *de confessione*, Angel. *verbo confess.* 1. *num.* 21. Rossel. *ibidem confess.* 2. *num.* 9. Couarr. *cap. Alma mater. par.* 1. §. 10. *num.* 12. Nauarr. *cap. consideret* §. *cautius num.* 30. *de pœnitentia dist.* 5. & *in Summa cap.* 26. *num.* 13. quod procedit quando Superior eo fine absoluit, quantum pœnitens indiget, & Superior potest, vt communiter fit. Si autem confessio solùm fiat modo ordinario, & sine illo animo speciali, vt à reseruatis etiam absoluatur, dubitat valde Soares de casu reseruato oblito, & de consilio illius confessio est iteranda superiori, vel alteri ex facultate illius: quia tamen sententia Gabrielis, & reliquorum est communis, securus manet eam sequutus in praxi, ita Soares.

23 Idem à fortiori dicendum est de peccato oblito tempore Iubilæi, quia potest postea eo elapso absolui à quocunque idoneo, & approbato confessore à reseruato; est communis. Quando autem tempore Iubilæi confessio non facta fuit apud Superiorem, & fuit inualida, non tollitur reseruatio, ex eo fundamento quia quæ conceduntur in Iubilæo, sunt in ordine ad illud consequendum; quorum præcipua res est confessio valida, quare non placet Rodericus *tom.* 1. *regul. quæst.* 21. *art.* 7. dicens tolli reseruationem per confessionem inualidam factam virtute Bullæ, vel Iubilæi, quando peccata sunt reseruata ratione alicuius censuræ, quoniam absolutio censuræ, si non valet, vt absolutio sacramentalis, potest valere, vt absolutio extra confessionem; quod est falsum, quia conceditur in ordine ad Iubilæum assequendum, & ideo cum indulgentiam pœnitens non consequatur per professionem inualidam, nulla tollitur reseruatio.

Hinc sequitur non manere casum reseruatum superiore absoluenre quâuis Sacramêtû sit informe, ita Syluester *cōfessio.* 1. *quæst.* 19. & Caietan. *verbo casus reseruatio.* Imo esto Sacramentû sit inualidum tollitur reseruatio, si confessio fiat Superiori. Enriques *de indulgentijs cap.* 11. vbi *num.* 4. addit tolli reseruationem etiam quando quis absoluitur à Prælato incontritè, vel dimidiatè à solis reseruatis: ratio quia facta illa qualicunque confessione, & receptâ satisfactione, & curatione, pœnitens satisfecit intentioni reseruantis. Idem Soares *d. disp.* 31. *sect.* 4 §. *vary modi.* 24

Decima tertia resolutio. Religiosi exempti possunt de licentiâ Superiorum suorum cedere priuilegio exemptionis, & subijcere se Episcopo, vt ab illo absoluantur in casibus Concilij Tridentini *sess.* 24. *cap.* 6. & in reliquis in quibus Episcopus hæc potest cum suis subditis. Ratio, quia exemptio religiosorum ea potissimùm de causa est inducta in fauorem religionis, vt ipsi in summâ pace, ac quiete Deo seruiant, & ne ab Episcopis perturbentur; ideo possunt sponte sicut cæteri eiusdem Diœcesis se subijcere in hoc casu, vt quietius Deo famulentur, & ad hunc effectum de licentiâ Superioris possunt recurrere ad Episcopum, vt ab ipso obtineant absolutioné, & dispensationem etiam votorum cùm sit exemptio in iurisdictione voluntariâ, ita Syluester *in Summa, verbo absolutio* 5. *num.* 2. *vers. quantum ad exemptos* Fr. Manuel *tom.* 1. *Summa, in* 2. *edit. cap.* 131. *num.* 2. vbi loquitur de absolutione. Imo Molina *tom.* 4. *de iustitia, disp.* 62. *num.* 4. loquitur de absolutionibus, & dispensationibus, accedit Soares de vtrisque *tom.* 5. *in* 3. *p. disp.* 30. *Sect.* 2. *num.* 3. Enriques *lib.* 6. *de Sacramento pœnitentia, cap.* 16. *num.* 8. & *lib.* 7. *de indulgentijs cap.* 25. *num.* 2. & *lib.* 14. *de irregularitate, cap. vltimo, num. vltimo*, quæ sententia tanquam de iure verior placet Federico *cons.* 14. *à num.* 5. vbi loquitur de absolutione, Ideo est amplectenda quo ad absolutiones à casibus reseruatis, ad dispensationes in irregularitatibus, & in alijs casibus de quibus in Tridentino *suprà* fit Episcopis facultas erga suos subditos; neque est maior ratio de his casibus quàm de alijs, cùm omnes spectent ad Episcopum erga solos subditos, ita Auila *de censuris* 2. *p. cap.* 7. *disp.* 1. *dub.* 6. Enriques *suprà*, & *lib.* 10. *de Sacramento ordinis, cap.* 20. *num.* 2. & *in comm. littera ff.* atque idem volunt Manuel, *vbi proximè in casu heresis*, & Soares *tom.* 4. *in* 3. *p. disp.* 10. *sect.* 2. *num.* 3. quod verum est, nisi Trident. decretum, quo ad hoc esset reuocatum secundum veriorem. 25

His

His tamen obstat *Clementina penult. de senten. excommunic.* vbi Papa concedens Episcopo absolutionem fratrum Minorum ab excommunicatione incursa propter violationem præcepti, ibi impediri sic loquitur: *Authoritate Apostolicâ fungi volumus in hac parte.* Ex quibus verbis consequens est dicere, remotâ hac licentiâ, non posse Episcopum absoluere Religiosos ob eorum exemptionem, quasi exemptio obstatet absolutioni absque authoritate Apostolicâ: fauet *caput, Religiosi in principio de senten. excommunic. in 6.* vbi datur Episcopo posse absoluere religiosum percutientem clericum, ne detur occasio vagandi. Igitur non est integrum in aliis casibus Episcopo absoluere regulares; quam sententiam tenet Ioannes Andreas *in regula scienti. num. 7. de regulis iuris in 6.* & *ibi* Franc. *num* 4. Abbas *in cap. significasti num. 11. de foro competenti.* subdens nec quo ad forum contentiosum, neque quo ad forum conscientiæ, & loquentes expresse de absolutione docent. Mandos. *in signatura gratiæ, verbo exemptiones ab Episcopis. vers. exemptus à iurisdictione*, Angelus *verbo excommunicatio, 5. casu 1. num. 40. & verbo exemptus num 6.* Armil. *verbo ex motu num 9.* Fr. Manuel *regul. tom. 1. q. 36 art 5* vbi loquitur quo ad vtrumque forum, Soares *tom 2. de religione tract. de voto lib. 6 c. 11. n. 7.* Peres *l. 5. ordinamentis tit. 1 lib. 2. gloss. 1. quæst. vltima.* & Petrus de Ledesma *tom. 2. Summa trad. 1. cap 6. post 20. conclusionem difficul 3.* vbi loquitur de absolutione, & dispensatione.

Mihi tamen magis placet decima tertia resolutio. Nam quamuis ex dictis pro contrariâ parte videatur valde hæc esse probabilis, illa tamen est multo probabilior, dummodo potestas absoluendi, aut dispensandi non sit, neque in immediato religionis Prælato, neque in Prouinciali, aut alio Superiore maiori eiusdem religionis. Nam tunc, si facultas absoluendi, aut dispensandi sit in Prouinciali, aut Generali non possunt religiosi absolui ab Episcopo etiam de consensu Superioris Conuentualis, seu immediati, nisi accedente consensu Prouincialis, seu Generalis, qui per se ipsos possunt absoluere, vel alteri vices suas delegare. ita Molina *tom. 4 de iustitia disp 61. n. 3. vers. illud tamen obserua*, quod idem est dicendum de dispensatione.

26 In casu tamen quo neuter Prælatus religionis potest absoluere, aut dispensare, potest Prælatus etiam se ipsum subijcere Episcopo, vt secum dispenset, & absoluat dummodo sit Episcopus loci in quo religiosus ille commoratur, quamuis habitatio sit non permanens, sed per modum transitûs, quod sufficit quo ad absolutionem: quo ad dispensationem verò requiritur commoratio in ea diœcesi cum animo residendi ibi saltem per maiorem anni partem, Sanchez *in præcepta decalogi lib. 2 cap. 11. num 10 & lib. 4 cap 39. num 39* vbi *num. 35.* addit, si Prælatus religionis sit impeditus, quia scilicet est excommunicatus, denunciatus, aut mortuus est aut longè distat, nec propè est, qui teneat vices illius, ex tacitâ religionis licentiâ possunt religiosi se submittere Episcopo, vt ab illo absoluantur, & obtineant dispensationem, ita Enriquez *lib 6. de pænit. cap. 16. n 8. in commento lit. T.* Quæ sententia est D. Antonini *3 p sum. tit. 24. c. vlt § 1. vers. & ista quod propter.* his verbis: *In casu quo regularis excommunicatus non haberet Prælatum, qui esset Sacerdos, vel si esset defunctus ipse Prælatus, vel excommunicatus, ad diœcesanum recurrendum est secundum Hostiensem*, sequitur Syluester *verbo Apostasia quæst. 8. num. 11. ad finem*, in hunc modum dicens: *super exemptum nullam habet Episcopus authoritatem, nisi fortè in foro conscientiæ absolutionem defectu Prælati concedenda sit.*

Soares tamen aliâ viâ incedens in hoc casu *d. tom. 4. lib. 1 cap. 23. num. 4.* negat Episcopo potestatem absoluendi etiam necessitate vrgente, quia lex quæ vetat exercere iurisdictionem circa personam exemptam, irritat actum vt constat *ex c. frater 16. quæst. 1.* igitur extra periculum mortis non est danda hæc facultas Episcopo. Nam Tridentinum *sess. 14. cap 7.* loquens de reseruatis ait inferiores Sacerdotes nihil posse, nisi in articulo mortis; & inferiores sacerdotes vocantur omnes, qui sunt inferiores comparatione reseruantis, & ab illo non habent facultatem absoluendi: ergo neque Episcopus, qui est inferior Papa reseruante, & ab illo non habet commissionem ordinariam extra periculum mortis, poterit absoluere religiosum exemptum; sicut clericus Episcopo non subditus nequit absolui ab Episcopo solùm quia datur difficilis recursus ad suum Prælatum. Nam difficultas non præstat alteri iurisdictionē. 27

Dicendum ergo est per Generales regulas casuum reseruatorum subueniendum esse necessitatibus religiosorum, nimirum in casibus reseruatis Summo Pontifici, quoties non datur recursus ad illum, vel ad eius commissarium nisi cum magna difficultate, & morâ, posse absolui pœnitentem ab inferiori Sacerdote cum obligatione comparendi coram Pontifice, vel eius commissario circa tales casus: ita in nostro casu, quando religiosus non habet facilem aditum ad suum Prælatum, poterit absolui ab alio cum onere comparendi coram suo Prælato, vt absoluat directè illum à reseruatis, Soares *supra num. 5. & de pœnitentia tom 4 disp. 30. sect 3.* 28

Decima quarta resolutio. Si fortè contingat in conuentu non esse, nisi Prælatum, & alium Sacerdotem, & vterque per mutuam rixam incidant in censuram *canonis, si quis suadente.*, si neuter maneat omnino notorius clerici percussor, potest Prælatus absoluere subditum à censurâ, & postea absolui ab eodem subdito, ita Frater Manuel *tom. 1. quæst. 20. art. 12.* Nec obstat Prælatum non posse dare licentiam subdito, vt eligat confessorem, quia est actus iurisdictionis, cuius vsu priuatus est excommunicatus: ergo non potest eligere Confessorem sibi? Respondetur, eligere Confessorem non esse vsum iurisdictionis, sed cuiusdam priuilegij, quo non est priuatus excommunicatus, per quod priuilegium excommunicatus non committit illi iurisdictionem à quo est absoluendus, sed Summus Pontifex, vel Superior Prælatus virtute priuilegiorum, Soares. *d. cap. 23. num 8. in fine, & num. 12. in principio.*

Decima quinta resolutio. Superiores religionum per sua priuilegia posse absoluere subditos à censuris specialibus ab homine aliqui volunt, dummodo non sint nominatim excommunicati, per quam particulam firmatur regula in omnibus alijs sententijs: ergo priuilegium extenditur ad sententias particulares ab homine, dummodo persona non sit nominatim excommunicata; frater tamen Manuel *d. reg. tom. 1. quæst. 20. art. 4.* putat per priuilegium posse Superiores absoluere religiosos à censuris latis ab homine in particulari 29

culari contra talem religiosum. Ducitur priuilegio Clementis Quarti in quo facultas hæc extenditur etiam ad casus Bullæ Cœnæ paucis exceptis, in hunc modum. Qui concedit maius, concedit etiam & minus, iuxta regulam, Cui licet, *de regul. iur. in 6.* igitur concedens facultatem absoluendi à casibus Bullæ Cœnæ, quæ maior est, concedit etiam quamcunque censuram ab homine quomodocunque latam.

30. Nihilominus ex dicto priuilegio Clementis IV. constat posse absolui religiosos à sententiis generaliter, ibi: *A iure, vel à iudice generaliter promulgatis.* Sed contra in priuilegio Eugenij IV. Cistercienſibus concesso generaliter, & sine restrictione dicitur, ibi: *Ab omnibus censuris, & sententijs: à iure, vel ab homine, in genere, vel in specie promulgatis, vel promulgandis.* Quibus verbis obstat priuilegium Gregorij XIII. concessum Generali ordinis Minimorum infirmorum, vt possit per se, vel alios absoluere subditos à quibusuis censuris à iure, vel ab homine (non tamen nominatim) quomodolibet latis. Quare verba *à iure, vel ab homine in genere, vel in specie promulgatis*, non sufficiunt, vt absoluatur virtute priuilegij religiosus nominatim excommunicatus, aut nominatim denunciatus.

31 Soares tamen *tom. 4. de Religione lib. 2. cap. 15. num. 5.* opinatur non obstante priuilegio Gregorij XIII. posse religiosos absolui per prædicta priuilegia ab omnibus censuris latis, etiam ab homine per sententiam specialem; idque probat ex verbis priuilegij, *Vel in specie promulgatis.* Item, quia sententia specialis est quæ fertur in determinatam personam, & distinguitur à generali sententia quæ non fertur in personam determinatam. Iuuat hanc sententiam priuilegium Pauli III. Societati concessum per hæc verba: *A quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis, & secularibus sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quomodolibet latis, & promulgatis.* Vbi notandum est aduerbium *quomodolibet*, tollere omnem restrictionem, & facere facultatem ad absoluendum etiam nominatim denunciatum. Id enim important verba, *quomodolibet latis, & promulgatis*, quia denunciatio excommunicationis latæ est promulgatio talis sententiæ. Qui ergo potest absoluere à sententiâ quomodolibet promulgatâ, potest etiam absolute nominatim denunciatum. Neque hæc obstant iis, quæ diximus *supra in 5. & 6. resolutione*, quia ibi locuti sumus de iure; hîc autem de priuilegio.

§. XV.

De obligationibus, oneribus, priuilegijs, & exemptionibus nouitiorum.

EPITOME.

1 *Nouitiatus annus an necessariò peragi debeat intra monasterium?*

2 *Nouitiatus annus debet esse continuus, & quæ interruptio sit sufficiens, ne sit continuus?*

Quid si nouitius incidat in furorem, interrumpetur ne nouitiatus? num. eod.

3 *Nouitiatus annus an possit agi in habitu diuerso à cæteris religiosis?*

4 *Hodie nouitius, & religio nequeunt renuntiare anno nouitiatus.*

5 *Quibus de causis nouitiatus possit extendi vltrà annum?*

6 *Professus transiens ad aliam religionem etiam strictiorem debet esse nouitius per annum.*

7 *Nouitius si propter infirmitatem exeat, & postea reuertatur, an possit connectere primum tempus cum sequenti?*

8 *Nouitiatu facto in ætate non legitimâ an valeat professio virtute illius emissâ.*

9 *Nouitius expulsus sine causâ, an habeat ius contra religionem, vt admittatur.*

10 *Nouitius si delinquat à quo debeat puniri? à laico-ne iudice, an à Prælato regulari?*

11 *Nouitio profiteri nolenti, quæ sunt restituenda?*

12 *Nouitius infrà annum probationis si moriatur, eius bona cui relinquet?*

13 *Nouitius in articulo mortis existens ante annum probationis, an possit validè profiteri?*

14 *Nouitius moriens sine electione sepulturæ, vbi debeat sepeliri, & cuius expensis?*

15 *Nouitius conficiens testamentum, an teneatur relinquere legitimam ascendentibus?*

16 *Nouitio morienti ab intestato quis debeat succedere in eius bonis?*

17 *Nouitius à quo possit excommunicari? ab Episcopo-ne, an à Prælato regulari?*

18 *Nouitij an possint testari de suis bonis nullâ petitâ licentiâ Superiorum?*

19 *Nouitius ante ingressum in Societatem, potest de suis bonis disponere prout voluerit.*

20 *Nouitius potest hæres institui, & succedere parentibus ex testamento, & ab intestato.*

21 *Nouitius si instituat monasterium hæredem, & postea exeat, an possit reuocare testamentum?*

22 *Nouitius excedens annos sexdecim, an possit disponere de bonis suis pro arbitrio suo?*

23 *Nouitius, an gaudeat priuilegijs religionis?*

24 *Nouitius an eximatur à solutione gabellarum?*

25 *Nouitium percutiens, an incidat in censuram* cap. si quis suadente.

26 *Nouitius sicut gaudet priuilegijs, an teneatur oneribus religionis?*

27 *Nouitij an sint capaces beneficij secularis, & pensionis?*

28 *Nouitij an promoueri possint ad ordines, & à quo Episcopo debeant ordinari?*

29 *Nouitio exeunti, an sint restituendi fructus beneficij?*

30 *Nouitij an teneantur soluere expensas alimentorum?*

31 *Si exeant Nouitij, an possint absolui à Prælato religionis à censura incursà ante nouitiatum?*

Et à quibus possint absolui à reseruatis, num. eodem.

32 *Nouitiorum vota in sæculo emissa à quo possint irritari, & dispensari? Et quid de votis in nouitiatu emissis? num. eodem.*

33 *Nouitius intra annum potest licitè exire à religione, nec propterea incurrit aliquam inhabilitatem ad ordines.*

34 *Nouitiorum habitum deferens per annum integrum non censetur professus tacitè.*

35 *Nouitius an possit accusare, transigere ac pacem inire, siue sibi, siue suis inferatur iniuria.*

36 *Nouitius si interficiatur an possit monasterium accusare?*

37 *Nouitius an sit capax feudi, emphyteusis, seu maioratûs, etiamsi habeat clausulam, quæ excludat religiosos.*

38 *Nouitius an sit capax alicuius Ecclesiastici ordinis, præfecturæ, aut Episcopatus?*

39 *Notati aliqua infamiâ, aut præstare alieno an debeant admitti ad nouitiatum?*

CERTI iuris est annum nouitiatûs non debere peragi intra monasterium necessariò, sed posse extra illud intercedente
1. legitimâ Superioris licentiâ: censetur enim in monasterio commorari, qui de Prælati sui licentiâ extra monasterium degit, quando ille est sub obedientiâ sui Prælati. Quin imò potest nouitius de mandato sui Superioris peregrinari, aut Xenodochio inseruire, Nauarrus *titulo de Cler. non residentib. lib. 3. cons. 10. n. 3 in 1. edit.* & *in 2. cons. 8 num. 3. & titulo de regularibus in 1. edit. cons. 42. à num. 2. & in 2. edit. cons. 32. à n. 2.* dicens ita congregationem Cardinalium censuisse, sequitur Emanuel Sà *in summa verbo Religio, num. 9 & 53.* Frater Manuel *tom. 2. summa c. 8. num. 4. & tom. 3. regular. quæst. 15. art. 10.* & Azor *part. 1. instit. moral. lib. 12. cap. 2. q. 8. & cap. 3. q. 7.* dummodo deferat habitum probationis, qui ferri solet in tali religione, Frater Ludouic. Miranda *in manuali prælatorum tom. 1. q. 22 art. 5.* Barbos. post alios *de offic. & potest. Episcop. past. 3. allegat. 101. num 28.* & *in cap. insinuante, qui Clerici; vel vouentes, numer. 4.* Regulariter tamen annus nouitiatûs peragi debet intra monasterium, vt nouitius religionis asperitates experiatur; & vt religio de moribus nouitij experimentum capiat, Manuel *tom. 1. summæ cap. 8. num. 4. & tom. 3. regular. quæst. 15. art. 10. col. vltima vers. aduerte dum denique*, ita est intelligendus; quia non est opus experiri omnes asperitates religionis, neque religio experiri omnes nouitij mores, sed satis est vt sit obediens, & paratus ad omnia religionis onera subeunda, Sanch. *lib 5. c. 4. n. 28.*

Constat item annum nouitiatûs debere esse integrum, & completum. Concil Trident. *sess. 25. cap 15. de regularibus* ibi: *In quacunque religio-*
2. *ne tam virorum, quam mulierum professio non fiat ante decimum sextum annum expletum, nec qui minore tempore, quàm per annum post susceptum habitum in probatione steterit, ad professionem admittatur.* Quare annus in primis debet esse completus de momento ad momentum; nec oportet illi adiungere vnum diem præterquàm in anno bissextili, quia textus solùm annum petit *ex cap. 1. de regularibus in 6.* ibi, *quod sit totum*: ideo non oportet excedere annum, & in anno bissextili duplex dies pro vnâ reputatur. Fr. Manuel *tom. 3. q. 15. art. 3. in principio.* Enriquez *lib. 10. de Sacramento Ordinis cap. 19. numer. 2. in commento litera K.* Nec sufficit vltimam diem cœpisse, sed debet esse integer de momento ad momentum Fr. Manuel *d. q. 15. art. 4* vt expressè habetur *in l. 3 §. minorem, ff. de minoribus*, & aliis relatis docet Anton. Gom. *l. 70. Tauri. numer. 25.* Sanchez *de matrimonio lib. 2. disp. 24. num. 17.* & *num. 22. ad finem, & in præcepta Decalogi lib. 5. c. 3. n. 31. ad finem.*

Item tempus nouitiatûs debet esse continuum vt sit legitimus nouitiatus, & vt professio valeat. Et quamuis eam continuationem nouitiatûs negent esse necessariam Archidiaconus *in c. non solum n. vnico. verbo institutus de regularib. in 6.* & Bonif. *in Clement. final. num. 47. de regul.* contraria tamen opinio est vera, & sequenda, quam tenent Angel. *l. si idem cū eodem. in principio. n 4. ff. de iurisdict. omn iud.* & *ibi* Decius *n. 9.* Bartol. *l. final. §. Quoties. num. 2. ff. de publican.* Lapus *alleg. 47. num. 2. & 3. in noua edit.* Greg. Lop. *l. 3. verbo vn. anno, tit. 7. partit. 1.* Anchar. *in cap. ad Apostolicam de regularibus* Nauarrus *lib. 3. cons. 2. de regularib. n. 2. in 1. edit.* & *in eodem, eodem titulo cons. 34. n. 2. & cons. 36. n. 1. & in 2. cons. 9. num. 2.* Sa *in summa verbo religio num. 8.* Enriquez *lib. 13. de censuris cap. 40. num. 2.* Reginal. *in praxi lib. 16. num. 385. §. duæ autem.* Nec immeritò, quia quando in aliquo decreto postulatur tempus certum, debet prorsus esse continuum ex glossâ *in fine rubric. ff. de diuersis, & temporalibus præscriptionibus*, Gom. *tom. 3. cap. 1. num. 4.* Guttier. *Canon. lib. 1. cap. 12. num. 14.* Sanchez *d. lib. 5. cap. 4. numer. 31.* & Azor. *d. lib. 12. cap. 2. quæst. 8.* Barbos. *de offic. & potest. Episcop. Alleg. 101.* post plures *n. 23. cum sequentibus*: qui omnes circa nouitiatûs annum obseruant debere esse continuum.

Quæri potest, quæ interruptio requiratur, ne nouitiatus sit continuus, & vt iterum inchoari debeat? Barthol. à S. Fausto *in thesauro religios. lib. 5. quæst. 164.* & Nauarrus *in 2. edit. de regularibus cons. 42. num. 4. & in 2. cons. 32. num. etiam 4.* putant interruptionem tridui satis esse, ne nouitiatus sit continuus, & vt rursus inchoetur, sequitur Gallet. *in Margarita casuum conscientiæ, verbo nouitius, 2.* Sanchez *d. lib. 5. c. 4. num 32.* quos referens sequitur Barbos. *cap. ad Apostolicam 16. num. 6. de regularibus* Quòd si nouitius per tres, vel quatuor horas lateret intra monasterium animo recedendi, non videtur interruptio sufficiens, vt iterum inchoari debeat, Nauarrus *cons. 45. de regularibus in 1. edit. n. 1. & cons. 33. num. 1. in 2.* cùm fuerit interruptio momentanea, & nullius considerationis. Quare non est audiendus Frater Manuel. *tom. 3. regularium quæst. 15. art. 8.* dicens ex priuilegio Iulij II. Minoribus concesso integrum esse continuare annum nouitiatûs semel interrupti per egressionem nouitij, si rursus ad religionem redeat, cùm sit contra Concilium petens hodie annum continuum, dum illum postulat integrum, ita Fr. Miranda *in manu. Prælat. tom. 1. d. quæst. 22. artic. 4.* Barthol. à S. Fausto *d. lib. 5. quæst 166.* & Sanchez *dict. cap. 4. numer. 35.* quibus adhæret Barbosa *dicto cap. ad Apostolicam, num. 6 fine.*

Rursus ambigi potest, an requiratur annus integer nouitiatûs ad validam incorporationem,

in

in religione per vota simplicia, vt requiritur ad solemnem professionem, & an fieri possit incorporatio post decimum sextum annum expletum, vt decernitur in decreto Concilij *sess. 25. cap. 15. de regularibus*? Responsio est affirmatiua ibi: *In quacunque Religione professio non fiat ante decimum sextum annum expletum, nec qui minore tempore, quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit.* Sic ibi: Cùm igitur Concilium statuat generalem regulam pro omnibus religionibus, & inter eas numeretur Societas, non est dubium voluisse illam comprehendere. Vnde quando ait *in quacunque religione professio non fiat*, idem est, ac si diceret. Nemo ad religionem assumatur, vel religioni incorporetur ante decimum sextum annum expletum, & qui per annum in probatione steterit; quia hæc duo continent fauoris gratiam; & primum respicit totum statum religiosum, non posse scilicet admitti ad incorporationem religionis intra annum: secundum autem, vt non fiat admissio ante certam ætatem, publicam vtilitatem religionis respicit. Ita Nauarrus *cons. 25. de regular.* quod incipit. *In ordine Minorum*, Soarez *tom. 4. de religione lib. 3. cap. 6. ex numer. 3. ad 5.* vbi id asserit, quamuis Concilium Tridentinum videatur oppositum indicare, cùm loquatur, quòd professio non fiat ante decimum sextum annum expletum, & quod præcedat annus integer ante professionem: nihilominus quamuis loquatur de professione, & ad illam postulat illas duas conditiones, ac proinde subdat: *Professio autem antea facta sit nulla*: attamen cum Concilium Tridentinum Societatem non excipiat, noluit illam prætermittere, & liberam relinquere, vt in quacunque ætate pubertatis, & absque probatione posset ad hanc incorporationem religiosos suos admittere, Soarez *suprà*.

Sed quid dicendum si nouitius intra annum incidat in amentiam vel furorem, & post aliquos dies, vel hebdomadas redeat ad mentem sanam? & annum probationis explear? Sylvester *verbo religio 5. quæst. 2.* ait per furiam auferri probationem religionis; sicut per impubertatem, nisi, quando furia superuenit expleto anno integro. Respondetur tamen, si amentia, vel furia fuerit per mensem, plus, minúsue, non impediri cursum anni: Secus si dementia esset extraordinaria, & duraret per mensem cum dimidio, tunc enim tempus furoris non est computandum in anno nouitiatûs, sed transacto furore suppleri potest, nec ab initio inchoari debet, cùm furiosus fuerit in religione, vel exeat ad furorem curandum de Prælati licentiâ, & propriè nouitius est; esto tempus furoris non computetur in anno ad legitimam probationem, præsertim si quando aduenit furia iam erat mediocriter probatus, Armilla *verbo nouitius n. 9.* idem innuit.

3. Occurrit hoc loco quæstio an annus probationis peragi debeat in habitu diuerso à cæteris religiosis? In primis Concilium Tridentinum *d. cap. 15.* decernit annum nouitiatûs ad professionis valorem computandum esse à susceptione habitûs, sequitur Frater Manuel *tom. 3. regular. quæst. 15. artic. 9.* Ludouicus Miranda *in manu. Prælat. tom. 1. quæst. 12. art. 6.* Barthol. à S. Fausto *d lib. 5. q. 177.* Azor *1. part. lib. 12. cap. 2. quæst. 9.* Sanchez *d. lib. 5. cap. 4. n. 29.* vbi respondent textui *in cap. legem. 53. distinct. & in cap. multos 54. dist.* qui sunt Gregorij Papæ asserentes nouitios in laicali veste probandos esse, iam non esse vsu, aut quod non loquuntur de veste laicâ propriè sumpta; sed de habitu quodam nouitiorum, qui erant in probatione, qui sanè habitus dissimiles erant, ac longè diuersi ab illis, quibus professi vtebantur. Atque ita de nouitiatûs essentiâ est de ferri habitum religionis, siue diuersum, siue non ab illo, quem professi gestant, quoniam gestatio illius est vna ex difficultatibus Religionis necessariò haurienda, & experienda.

Id autem temperatur, nisi regula alicuius religionis à Sede Apostolicâ approbata aliud statueret, vel vsus legitimè præscriptus id obtinuisset, ita Goffredus, & Ioannes Andreas *in cap. super eo de regularibus.* Idem dicendum est de religione, quæ habitum proprium non habet, qualis est Societas Iesu. Quæ caret habitu particulari, ac proprio, & vtitur habitu communi, & ex vsu regionis in quâ habitant vestiuntur. Vbi obiter nota religiosos illius, siue vocentur scholastici post biennium, siue professi, vel coadiutores formati sint, non incidere in excommunicationem ob habitûs dimissionem, *cap. 2. ne Clerici, vel monachi in 6.* Sanchez *d. lib. 6. cap. 8. numer. 70.* Rodericus à Cunha *cap. legem. distinct. 53. numer. 13.* & nouitij illius interdum in habitu sæculari annum nouitiatûs saltem per aliquot menses peragunt: imò potest nouitiatus cum solis sæcularibus vestib. transigi: non enim requiritur susceptio habitûs, vt quis admittatur ad nouitiatum Societatis; sed tantùm libera Superioris voluntas recipientis illum, Soarez *tom. 4. de religione lib. 2. de ingressu in Societatem. cap. 4. n. 6.*

Hodie nec religio, nec nouitius possunt renunciare anno nouitiatûs post Concilium Tridentinum ita Nauarrus *lib. 3. consil. tituł. de regularibus in 1. edition. cons. 33. num. 5. & in 2. edition. cons. 62. num. 5.* dicens hanc opinionem tam in iudicando, quàm in consulendo esse sequendam, Fr. Manuel *tom. 2. summa cap. 6. n. 10. & tom. 3. regul. quæst. 14. art 7.* Azor *tom. 1 lib. 12. suprà cap. 4. q. 4.* vbi volunt *cap. ad Apostolicam de regularibus*, esse derogatum per Concilium Tridentinum, & ex consequenti nullum posse profiteri, nisi post expletum suæ probationis annum. Neque huiusmodi terminum ex consensu nouitij, & monasterij remitti: quoniam Concil. *sess. 25. cap. 15. de regul.* parificat, atque æquiparat professionem emissam ante decimum sextum annum expletum, & ante expletum probationis annum: atqui nullus dicet esse validam professionem factam de consensu nouitij, & monasterij ante decimum sextum annum expletum: igitur nemo etiam dicet valere professionem etiã de consensu partium ante expletum probationis annum. Vnde sequitur nec religionem hodie, neque nouitium posse renunciare anno probationis, vt etiam notant vltra præcitatos Petrus de Ledesma *in sum. p. 2. tract. del estado de los religiosos c. 7. concl. 1.* Barthol. à S. Fausto *in thesaur. relig. lib. 5. q. 170.* Sanch. *d. lib. 5. c. 4. n. 15.* vbi docet Concil. Trid. derogasse *d. c. ad Apostolicam*, quod in specie dicit Aloys. Ricc. *in praxi rer. for. Eccles. decis. 1 in 1. edit. & resol. 617. in 2. edit.* 4

Cæterùm, aliquibus de causis potest extendi nouitiatus vltra annum. Primò, vt plenior de

nouitio sumatur experientia, dummodo prorogatio non sit nimis longa. Annuit Trident. *sess. 25. de regularibus cap.* 16. his verbis: *Finito tempore nouitiatus, Superiores nouitios, quos habiles inuenerint, ad professionem admittant, aut à monasterio eos eiiciant*: ergo si detur spes, quòd nouitius proficiet potest detineri per aliquod tempus, ita Pasarellus *in priuilegium Minorum in notatis circa Tridentin. sess.* 25. Fr. Manuel. *tom.* 3. *quæst.* 17 *art.* 10. *in fine*, Azor *tom.* 1. *lib.* 13. *c.* 18. *q.* 54.

Secundò, nouitios habiles possunt Superiores ex causâ iustâ detinere in nouitiatu, Fr. Manuel *in summa tom.* 2. *cap.* 8. *num.* 3. *in fine*, idem repetit *tom.* 3. *quæst.* 17. *à numer.* 20. dicens in Ordine Minorum posse differri professionem ad decimum octauum annum inceptum, ex eorum regulâ *cap.* 2. vbi decernitur, ne ante eam ætatem profiteatur aliquis, quam Trident. non abrogat. Quin imò in constitutionibus Societatis Iesu, *in examine cap.* 4. §. 43. habetur posse completo biennio addi tertium annum, quando Superior ambigeret de admittendo nouitio, cuius constitutionibus expressè declarauit Concilium se non intendere derogare.

Tertiò, si nouitius explero iam anno ex aliquâ causâ petat dilationem, potest Superior concedere, quia Trident. non compellit Superiores, vt nouitios idoneos completo anno faciant profiteri, sed vt profiteri volentes admittant. Imò, quia concilium non loquitur nisi de solis masculis, non autem de fœminis, in monialibus fieri potest quæcumque temporis dilatio, vt communiter fieri solet propter dotem noondum solutam, extensio ad vnum, duos, & eo ampliùs annos; atque ita seruat vsus donec dotem habeant competentem, Frater Manuel *d. tom.* 3. *de regular. quæst.* 15. *artic.* 10. *fine*, & *in* 2. *tom. summa cap.* 8. *numer.* 3. *conclus.* 2. Rodericus à Cunha *suprà d. cap. legem, dist.* 53. *n.* 23.

6. An autem professus transiens ad aliam religionem strictiorem, teneatur habere annum integrum probationis ante professionem? Negat Cordoba *in summa edit.* 1. *quæst.* 38. Enriquez *lib.* 13. *de excommunicatione cap.* 40. egere nouitiatu, quem requirit Tridentinum. Contrarium est verum, ac certum, ita Nauarrus *lib.* 3. *consil. in* 1. *edition. titulo de regularibus cons.* 49. *numer.* 4. & *cons.* 53. *de regularibus etiam, numer.* 5. Frater Manuel *tom.* 3. *de regul. quæst.* 19. *artic.* 11. Azor *part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 14. & *cap.* 15. Sà *verbo religio numer.* 35. his verbis. *Professus transiens ad alium ordinem, oportet in eo faciat integrum nouitiatum*, & alij, quos referens sequitur Sanchez *lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 12. quia requiratur, vt experiatur anno integro asperitates illius religionis, & religio eius mores. Nec refert Leonem decimum concessisse transeuntem de vna Religione ad aliam de consilio discretorum monasterij, in quo facit professionem, posse profiteri ante probationis annum, quia hoc priuilegium cessauit per non vsum, vt tradit Frater Manuel *d. tom.* 3. *quæst.* 15. *artic.* 11. *ad finem*, & per Tridentinum est etiam ablatum, dum statuit vniuersaliter professionem nullam in posterum validam fore, non præmisso nouitiatus anno.

Sunt tamen aliqui casus in quibus valet professio facta antequam expleatur nouitiatus annus. Primus, quando sponsus, aut sponsa de præsenti, ante matrimonium consummatum ingreditur religionem: in quo euentu intra bimestre ingressus religionem cogendus est facere professionem, aut regredi ad matrimonium. Idem dicendum est de sponsâ ingrediente, ne manens in sæculo cogatur tandiu expectare, Saochez *de matrimonio lib.* 2. *disputat.* 24. *numer.* 6. vbi ait hanc partem esse probabilem ex *cap. publico de conuersione coniugat.* quod non videtur correctum per Concilium Tridentinum. Sed melius Enriquez *lib.* 12. *cap.* 5. *numer.* 8 & *in commento litera* F. Barthol. de Ledesma *de matrimonio dubio* 64. Frater Manuel *tom.* 2. *summa* 2. *edition. cap.* 239. *numer.* 2. & *tom.* 3. *regular. quæst.* 13. *artic.* 4. & Sanchez *lib* 2. *de matrimonio dist.* 24. *numer.* 7. & *lib.* 5. *in præcepta Decalogi, cap.* 4. *numer.* 11. docent non valituram professionem, nisi fiat integro nouitiatus anno expleto, quibus accedit Vega *lib.* 2. *summa, casu* 500. & Cunha *d. cap. legem, dist.* 53. *num.* 20. secundùm quos dicendum est bimestre præscriptum ad profitendum, vel ad matrimonium consummandum, esse correctum per Tridentinum, & ita non posse coarctari annum probationis, cùm loquatur generaliter, & per verba negatiua statuens, ne ante annum fiat professio: atque ita ad priorem partem, quæ defendi potest probabiliter, dicendum est posse defendi disputando, non tamen consulendo, vel iudicando.

Secundus casus in quo valida erit professio ante expletum nouitiatus annum est, quando professus in religione non mendicanti transuolat ad aliam non mendicantem. Ratio, quia iam expertus est asperitates prioris religionis; quod sufficit ne egeat nouo probationis anno in aliâ, ad quam migrat, ita Cordoba *in summa in priori edition. quæst.* 38. quod extendit Enriquez *de excommunicatione lib.* 13. *cap.* 40. *numer.* 2. *in commento litera* O, etiam quando quis transit ad religionem strictiorem. Nihilominus siue transitus fiat de non mendicante ad non mendicantem, siue ad strictiorem, nullo modo potest validè profiteri, nisi transacto anno integro probationis, quia Concilium Tridentini absolutè petit annum integrum nouitiatus ante professionem in quo illius asperitates nouitius experiatur, & religio illius mores, & ingenium, ita Nauarrus *cons.* 49. *titul. de regularibus numer.* 4. *in* 1. *edition.* & *in* 2. *eodem titulo cons.* 61. *numer.* 4. & *cons.* 62. *numer.* 5. Sà *suprà numer.* 35. & Azor *parte* 1. *lib.* 12. *cap.* 14. *quæst.* 15. Fieri enim potest, vt religiosus sit vni religioni aptus, & alteri ineptus: quare semper annus probationis debet expleri, Frater Manuel *d. tom.* 2. *summa cap.* 6. *num.* 10. & *tom.* 3. *regul. quæst.* 15 *art.* 11.

Pro ordinibus militaribus equitum Christi, D. Iacobi, D. Benedicti, & reliquorum ordinum videtur dicendum, non procedere decretum Concilij Tridentini *Sess.* 25. *cap.* 5. *de regularibus*, quo ad ætatem profitendi, & quoad annum nouitiatus, secluso peculiari statuto, si quod habent, quia milites illorum non sunt in proprissimo rigore loquendo religiosi, nec vitam in communi transigunt, nec perfectam castitatem vouent, sed coniugalem: & quando illos comprehende-

te

re voluit Trident. fecit expressam de illis mentionem, vt *sess.*23.*cap.*18.*de reformat.* ideo possunt profiteri vbi decimum tertium annum excedunt, & ante annum integrum nouitiatûs: sic fuisse declaratum à sacra Congregatione Cardinalium tradit Azor *suprà lib.*13. Sanchez *lib.* 7. *de matrimonio.disp.*44. *num.*8. vbi probat in his Ordinibus non habere locum decretum Concilij, quamuis Nauarrus *lib.* 1. *consil. titulo de his, qua vi,in priori edit. consil.*5. *num.*4. *& in posteriori consil.*9. *à num.* 4. & Manuel *tom.* 2. *summa cap.*8.*num.*2.*conclus.*1.putent id decretum habere vim in omnibus Ordinibus militaribus, cùm loquatur vniuersaliter de religionibus: sed falluntur, teste eodem Sanchez *suprà,& lib.*5.*cap.*4. *num.*17.

Quoad nouitios Societatis an ante biennium, quod peragi debet, valeant vota simplicia, ambigi potest? Respondetur ea vota esse prorsus irrita quoad constituendum statum religiosum, si fiant ante expletum biennium absque dispensatione Generalis, habetur in constitutionibus *part.*5. *cap.*1. *& part.*9. *cap.*3. §. 1. Sanchez *dicto lib.*5.*cap.*4.*num.*20. Soares *tom.*4.*de religione, lib.*2.*de ingressu.cap.*4.*num.*10. vbi de hâc materiâ vterque latè.

7. Porrò pro omnibus nouitiis notandum est, si nouitius de licentiâ Superioris ob infirmam valetudinem egrediatur, & postea redeat censeri pro præsente, ac si nunquam fuisset egressus, & coniungi tempus primum cum sequenti, ita Sayro *decis.*15.*de regularibus*, Stephanus Gratianus *discepta.forens.cap.*156. *num.*14. Aloys. Riccius *in praxi rerum for. Eccles. decis.* 510. *in* 1. *edit. & resolut.* 392. *num.*3. *in* 3.*edit.* quibus accedit Gonc. Mendes *diuers. iuris argum. lib.*1.*cap.*15. Vbi limitat in nouitia, & non video rationem ob quam hoc integrum sit masculis, non autem fœminis: Sanchez *d.lib.*5.*cap.*4.*num.*28.vbi probat indistinctè de cuiuscunque generis nouitiis extra monasterium posse peragi nouitiatûs annum de licentiâ Superioris, cùm censeatur in monasterio degere, qui extra illud de licentiâ Superioris commoratur: ergo à fortiori coniungetur primum tempus cum sequenti ad explendum nouitiatûs annum, si exeat ob malam valetudinem siue nouitius, siue nouitia, cùm vtrique integrum sit extra monasterium de Superioris licentiâ commorari sub Prælati obedientiâ intercedente causâ iustâ, prout Nauarrus *comment.*4. *de regular. num.*74. *notab.*3. Fr Manuel *dict.tom.*3. *de regular. quæst.*15. *art.*10. Miranda *in manu.Prælat.tom.*1.*quæst.*22 *art.*5. Barbos. *allegat.*101. *num.*28. *& in cap. ad Apostolicam,de regularib.num.*8, & in specie de nouitia, Soares *lib.*1.*de obligat.tom.*4. *cap.*8. *num.*16. dicens nouitiam exeuntem de licentia Abbatissæ non interrumpere nouitiatum.

8. Quæstionis est nouitiatu facto in ætate non legitimâ, an valeat professio virtute illius emissa? Pro explicatione sciendum est neminem posse admitti ad nouitiatum, si minor sit quindecim annis, etiam in Societate, vbi solus Generalis potest dispensare, vt constat ex Prouincialis *regulâ* 36. Quare, si Prouincialis ante expletos quindecim annos admittat ad nouitiatum absque Generalis dispensatione, talis admissio est irrita, quia nouitiatus non potest validè inchoari seclusâ hâc dispensatione, ante quindecim annos expletos. Dicendum ergo est non valere professionem factam virtute nouitiatûs, qui non fuit factus in ætate non legitima, & ex consequenti non fuit validus, ac proinde professio ita se habuit, perinde ac si fuisset emissa sine nouitiatu, Sanchez *d.lib.*5.*cap.*4.*num.*25. *&* 26. quoniam nouitiatus fuit irritus, & quamuis pars post quindecim annos peracta sit sufficiens, non satis est, cùm debeat esse tempus continuum, & verè, & propriè nouitius non incipit esse, donec ætatem expleat.

Et quamuis nouitius durante tempore probationis possit egredi, non potest tamen sine iustâ causâ expelli: expulsus verò ius habet agendi contra religionem, ne expellatur, vt tradit Gregorius Lopez *l.*3.*verbo A ellos, tit.*7. *partit.*1. & expellentem peccare mortaliter docet Caietanus 2.2.*quæst. vltim.art.*4.*dub.*3. Passarellus *in priuilegio Minimorum,cap.*43.*ad finem*, sequitur Sanchez, quando grauis nouitio orirerur iniuria ex illa expulsione: attamen absque illâ graui notâ esse tantùm culpam venialem subdit: sicut venialis est egressio, quando nouitius sine iustâ causâ egreditur, eo quia eadem libertate gaudet nouitius ad exeundum, quâ Conuentus ad expellendum: igitur si nouitius dum egreditur sine causa peccat solùm venialiter, conuentus illum expellendo eadem culpa afficietur. 9.

Sequitur dubitatio à quonam debeat puniri nouitius delinquens in nouitiatu, ab Ecclesiastico ne Prælato, an à iudice laico? Respondetur in primis non esse verè monachum, nec religiosum; & ideo non posse puniri à Prælato religionis, sed vel puniendum à iudice sæculari; si nullo ordine Ecclesiastico est affectus, & delictum est sæculare: secus si delictum sit Ecclesiasticum. Neque gaudere nouitium priuilegio fori, tradit Thomas Triuisanus *tractat. de modo & ordine procedendi criminaliter inter regulares, cap.*2. *à num.*21. 10.

Dicendum tamen est nouitium esse de foro Ecclesiæ, nec posse coram iudice sæculari conueniri, vt tenent Moderni *de iurisdictione,part.*4. *casu* 121.*num.*24. Azor *instit.moral.part.*1.*lib.*12. *cap.*2.*quæst.*12. Quâ ratione percutiens illum est excommunicatus instar percutientis clericum, Enriques *lib.*13. *de excomm. cap.*49.§.1. *in commente litt.G.* Fr. Manuel *tom.*3.*q.*21.*art.*4. Azor *d.lib.*12.*cap.*3. *q.*2. Ægid. *de Sacram. & censur. tom.*2.*disp.*14.*dub.*15.*n.*164.quamuis nouitius sit vnius diei ex Coriolan. Capuccin. *de casibus reseru.p.*2.*cap.*10.*de iudic.regul.*§.10,*n.*19.*pag.*813. & constat *ex cap. Religioso, de sentent,excom.in* 6. ergo nouitius coram iudice Ecclesiastico conueniendus est. Is autem iudex Ecclesiasticus debet esse Prælatus religionis à quo debet puniri; ita Nauarrus *lib.*3.*de regular. consil.*58.*n.*4. *in* 1.*edit. & in* 2.*lib.*2. *tit.de foro compet. consil.*6. Corduba *in quæstionib. lib.*1.*q* 30.*opin.*1. *in* 4.*probat. vers. sed neque ista ratio, & in* 2.*opin. probat.*6. Azor *suprà lib.*12.*cap.*2.*q.*11.Molina *tom.*3. *de iustitia, disp.*671.*num.*2.Quare minùs bene idem Nauarrus *in* 2. *edit. eodem titulo de foro competenti, consil.*5. *num.*2. ait: Nouitium posse puniri à suo Prælato, vel à iudice Ecclesiastico: nam adhærentia religiosi sunt religiosa, *l.religiosis.ff.de rei vendicat.* ergo instar religiosi nouitius est conueniendus, ac puniendus; quoniam quemadmodum fauore religionis eximitur instar professi à ciuili potestate; eodem modo ab Episcopali, dum versatur in probatione.

Quin imò, si nouitius committat aliquod delictum etiã capitali pœna dignum, & velit perseuerare in religione, perinde ac si esset professus puniri debet à Prælato regulari, Azor *d.c.2. quæst.* 11. & ideo si torqueri debet in defectum probationis, à Prælato regulari, sicut professus, torqueri potest. Nauarrus *cit. de foro competenti in 2. edit. conf.* 5. *num.* 3. Nec non si petatur à nouitio debitum ciuile non apud iudicem Ecclesiasticum, sed apud Prælatum regularem petendum est. Azor *suprà d. quæst.* 11. *ad finem* subdens hoc esse verius: quem sequitur Sanch. *lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 12. Secus si nouitius egrediatur è monasterio, tunc si merè sæcularis est punietur à iudice sæculari, si autem Ecclesiasticus punietur à iudice Ecclesiastico ita Bobadilla *lib.* 2. *polit. cap.* 18. *num.* 87. Farinac. *in praxi Crimin. tom.* 1. *titulo de Inquisit. in* 3. *edit. q.* 8. *numer.* 46. *ampliat.* 16. Stephan. Lamberteng. *tractat. de contract. eorum gloss.* 2. *quæst.* 19. *n.* 27. Sanchez *suprà num.* 14.

11. Quæri item potest, quæ sint restituenda nouitio egredi volenti à religione, & profiteri nolenti? Respondetur in primis habitum restituendum, vel eius pretium, si expensis nouitij emptus fuit: item restituenda omnia bona, quæ secum detulit in monasterium, nec quicquam etiam minimum ex illis retinendum à religiosis, quod, vt rectè fiat potest Episcopus per censuras etiam Ecclesiasticas, si opus fuerit, compellere Superiores religiosos, prout decernit Concil. Trident. *sess.* 25. *de regularibus cap.* 16. ibi: *Præcipit S. Synodus sub anathematis pœnâ dantibus, & recipientibus, ne hoc vllo modo fiat, & vt abeuntibus ante professionem omnia restituantur, quæ sua erant. Quod vt rectè fiat, Episcopus, etiam per censuras Ecclesiasticas, si opus fuerit compellat.* Praxis Episcopalis *part.* 1. *verbo moniales* §. 3. *& part.* 2. *eodem verbo* §. 11. citato Concilio addit omnia esse restituenda vnà cum fructibus inde perceptis, deductis tamen alimentis illius temporis, quo fuit in monasterio: Quod est intelligendum de monialibus, Azor *instit. moral. part.* 1. *lib.* 13. *cap.* 9. *quæst.* 2. *post medium* dicens, monialibus esse omnia restituenda deductis alimentis, illius temporis.

Secus dicendum de nouitiis masculis, quia hi non tenentur has expensas soluere, nisi pactum sit largiendi monasterio expensas, vt in monasteriis monialium contingit, cùm liberum sit nouitiis redire ad sæculum: exitus autem non esset liber, si ad expensas nouitij tenerentur: possent enim retineri, donec expensas essent soluendo: atque ita non teneri ad expensas nouitios ex eo patet, quia monasterium eos tenetur alere, & ipsi tenentur monasterio inseruire: proinde non tenetur monasterium deducere expensas, sicut nouitius non habet ius exigendi excessum, si labor excedat expensas ratione impliciti contractûs celebrati, quod monasterium alat religiosos, & ipsi monasterio inseruiant, ita Nicol. de Vbal. *de success. abintestato*, vbi de success. regular. 2. *part. num.* 10. *ad finem*, vt videre est in *tom.* 8. *tract. part.* 1. Guillelm. Redoan. *de spoliis Ecclesiasticis, quæst.* 8. *in principio num.* 71. habetur *tom.* 14. *tract.* Ananias. *cap. statuimus final. de regularibus*, Barbatius *cap. in præsentia num.* 58. *de probat.* Lelius Zech. *de Republica Ecclesiastica tit. de regularibus cap.* 3. *num.* 10. Cucch. *lib.* 3. *instit. maior. tit.* 1. *num.* 81. Azor *lib.* 12. *cap.* 3. *quæst.* 6. Fr. Manuel. *tom.* 3. *regul. q.* 15. *art. vltimo vers. circa eandem*. Manuel Sà *verbo religio num.* 8. dicentes nouitios exeuntes non teneri ad expensas, & ex consequenti si labor nouitiorum excedat expensas, non habere nouitios ius mercedis excessûs exigendi.

Sed quid si nouitius intra annum probationis decedat, cui nam relinquentur eius bona? Tiraquel. *de retractu lignag.* §. 1. *gloss.* 8. *num.* 22. Gutier. *lib.* 2. *Canon. cap.* 1. *num.* 101. opinantur eius bona spectare ad monasterium, si in ipso ingressu expressè contulit bona sua Monasterio, idem sentit Fusc. *de visitat. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 67. Menoch. *de præsumptionibus lib.* 6. *quæst.* 84. *n.* 3. Azor *institut. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 3. *q.* 3. idem Menoch. *conf.* 396. *num.* 3. *vol.* 4. post Abbatem *in cap. in præsentia quæst.* 9. *de probationibus* & Paris. *ibi num.* 187. quia per expressam collationem bonorum constat de intentione ingredientis, quòd scilicet voluerit bona peruenire ad monasterium, nec postea voluntatem suam mutauerit cùm potuerit, censebitur enim post professionem decessisse, cùm non reuocauerit iuxta *l. cum tacitum, ff. de probationibus l.* 3. *C. de offic. test. & cap. maiores de Baptismo*, quæ sententia est probabilis. 12.

Probabilius tamen est adhuc bona illa pertinere ad venientes abintestato, nisi independenter à religionis ingressu fiat ea bonorum dedicatio: quando scilicet multo ante ingressum facta fuisset, quoniam oblatio bonorum expressè facta, vel dedicatio in religionis ingressu, habet tacitam conditionem, si professio sequatur: Cum igitur decesserit ante professionem, dedicatio non habuit effectum, Redoan *de spoliis Eccles. quæst.* 8 *in principio, num.* 71. Fr. Manuel *regul. tom.* 2. *quæst.* 80. *art.* 2. *statim in principio*, Hondedeus *conf.* 73. *num.* 18. *vol.* 2. Sanchez tamen hoc non probat omnino, & inclinat pertinere ad monasterium eius bona, quia conditio, quæ donanti inest, non est si sequatur professio, sed si nouitius in religione perseuerauerit: cum ergo nouitius perseuerauerit, & morte impediente non fuerit professus videntur bona illius pertinere ad monasterium. Vide illum *lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 97. *ad finem*.

Quid ergo de nouitio ingrediente religionem bonorum capacem, & sua bona saltem tacitè offerente monasterio, de quo sunt præsũptiones, ac coniecturæ, quòd voluerit vitam mutare, & ideo religionem fuit ingressus, & postea post annum nouitiatûs decessit professione nullâ expressè factâ, retento tamen habitu nouitiorum? Videtur dicendum, bona illius fuisse acquisita monasterio: nam ex facti specie iste obligauit se religioni, nec reuerti ampliùs voluit ad sæculum retento habitu, cùm potuerit exire, neque exiuit. Menoch. *d. conf.* 396. *num.* 12. dicens hunc voluisse mutare vitam, & profiteri, obligarique se religioni, cum non exiuerit anno finito, sed continuauerit retento habitu nouitiali: proinde bona illius censentur acquisita illi monasterio. Oppositum tamen videtur verius scilicet bona illius pertinere ad venientes abintestato, quia eo ipso quòd potuerit disponere intrà annum de rebus suis, & non disposuerit, nec professionem emiserit, non habet monasterium ius aliquod ad bona, quicquid Parisius videatur asserere *in d. cap. in præsentia num.* 188. *vers.* 2. *casus, de proba*

probationibus, cùm verius sit hunc nouitium post annum expletum non fuisse perfectè religiosum; sed potuisse redire ad sæculum.

Cæterùm, dato, & non concesso bona illius transire ad religionem omnia, & iura, & actiones, ambigi potest an transierint feudum, emphyteusis, vsusfructus, & bona ea lege data ingredienti, vt alienari nequeant? Respondeo ingressum monasterij intelligi cum effectu, & secutâ professione; & ideo si ingrediens moriatur intra annum probationis; tunc in dubio secundùm veriorem opinionem, nisi aliud apertè constet, bona ipsius spectare ad proximiores, quoniam mortuus cum effectu non fuerit religiosus, *cap. religioso de sentent. excommunic. in* 6. nisi expressè bona sua religioni contulerit, Abbas *in d. cap. in præsentia num* 68. Nauarrus *titulo de voto lib.* 3. *cons.* 1. Adhuc tamen dubium est de feudo, quamuis Innocentius *in d. cap. in præsentia*, cum quo transit Abbas, & Cyn. *in Authent. ingressi C. de Sacros. Eccles.* tradant feudum transire, quando seruitia feudi sunt illius generis, quæ monasterium per se, vel per alium honeste præstare possit, alias reddet feudum domino *l.* 1. §. *ne autem C. de caduc. tollend.* Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 29. & 84. Graffis *decis. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 32.

Verius tamen est feudum non competere monasterio; quia per hoc fieret dominus deterioris conditionis, cùm nunquam posset feudum ad dominum redire per mortem vasalli, cum Ecclesia nunquam moriatur, Baldus *in l. qui se patris C. vnde lib.* Franc. de Aretin. *cons.* 14. Archidiac. *in cap. si qua mulier.* 19. *quæst.* 2. Quo ad emphyteusim Ioannes Andreas, & Innocentius docent transire ad monasterium argumento textùs in *l. pete Lucii Titii* §. 1. *ff. de legat.* 2. Caldas tamen *de renouatione quæst.* 19. *num.* 5. de feudo loquens vult si pro feudo seruitium reale præstetur, nimirum res, vel pecunia, vel seruitium personale, quòd honestè, & commodè præstari valeat, posse transire in monasterium, quod ibi multis probat, *numero autem* 7. addit emphyteusim Ecclesiæ secundùm veriorem in monasterium non transire in perpetuum, sed teneri emphyteusim alteri priuato vendere infrà annum, seu per annum, quæ praxis seruatur in Lusitania per legem ipsius *lib.* 2. *titulo* 18. ibi: *podelos ha possuir o tal mosteiro, ou Igreja hum anno, e dia, no qual tempo se tirara delles.* quæ translatio sine decreto fieri potest, prout tradit Menoch. *cons.* 73. *num.* 5. Caldas Pereira *de emptione cap.* 8. *num.* 45. & 46. Barbos. *dict. tit.* 18. §. 1. *num.* 4.

Sed quid de vsufructu? Responde transire ad monasterium cum ingrediente secutâ professione, duratéque per vitam religiosi. *Institut. de acquir. per arrog.* §. *vsus etenim*, & §. *sequent.* & *de vsufruct.* §. *finitur* 19 *quæst.* 2. § *si qua, gloss. in Authent. ingressi, C. de sacrosanct. Eccles.* quam ibi sequitur Bartol. *num.* 42. Crotus *in l. Gallus*, §. & *quid si tantum, num.* 30. *de liber. & posthum.* Couart. *cap.* 2. *de testament. num.* 8. quod procedit communiter.

Dubitatur tamen de patre habente vsumfructum in bonis filij aduentitiis ingrediente religionem an acquiratur vsusfructus monasterio, an verò reuertatur ad filium? Bartol. *in authent. Idem est, C. de bonis quæ liberis*, & *ibi* Angel. volunt dimidiam partem vsusfructus competere monasterio, & alteram dimidiam filiò; sequitur Abbas *in dicto cap. in præsentia, num.* 47. & *in cap. cum scimus, de regular.* argumento quando filius exit à patriâ potestate remanere apud patrem dimidiam partem vsusfructus facto ipsius patris. *l. cum oporteat*, §. *cum autem, C. de bonis quæ liberis.* Atqui quando pater ingreditur religionem filius liberatur ab illius potestate per glossam *in l. si ex causa*, §. *Papinianus, ff. de minoribus*, & Couart. *in cap. quia nos, num.* 5. *de testamentis*, quæ liberatio contingit facto ipsius patris: ergo dimidiam partem habebit monasterium, & dimidiam habebit filius.

Mihi tamen magis placet patre ingrediente monasterium totum vsumfructum, & commoditatem transferri in monasterium, duraréque in illo quandiu pater naturaliter vixerit, gloss. *in dict. authent. idem est*, quam sequuntur Doctores, Gumes. *in l.* 48. *Tauri, num.* 8. Nec obstat, quòd amittat patriam potestatem. quia per hoc non tollitur vsusfructus sibi iam quæsitus, qui in consequentiam personæ transit in monasterium, argumento text. *in l. si adoptauero, ff. de precario*, & finietur per mortem naturalem ipsius monachi: Item, quia filius non eximitur à potestate patris ingredientis religionem facto ipsius patris, sed beneficio, & dispositione legis, & talis ingressus est meritorius ipsi ingredienti. Vnde non debet per ingressum quicquam amittere de vsufructu, neque de commoditate ipsius; sed totum debet transire in monasterium, vt in terminis tenet, & declarat Bald. *in authent excipitur, C. de bonis quæ liberis* 2. *col. num.* 3. & *ibi* Paul. de Castr. 2. *col. quæst. penult.* & alij, quos referens sequitur Gomes *d. num.* 8. *fine*, & Spino *in speculo gloss.* 12. *princip. num.* 22.

Huic quæstioni altera affinis sequitur, an nouitius in articulo mortis existens possit ante expletum probationis annum validè profiteri, & quæ inde sequuntur? Responsio est affirmatiua; ex priuilegio tamen Pij V. incipit, *Pius V. sub Dat. Romæ apud S. Petrum die* 23. *Augusti* 1570. ad effectum lucrandi indulgentias, possunt profiteri infrà annum probationis in eo articulo existentes, quod de verbo ad verbum refert Fr. Miranda *tom.* 1. *in manu. Prælat. quæst.* 22. vbi tradit non fuisse reuocatum *art.* 10. per Gregoriũ XIII. in sua constitutione incipit, *In tanta negotiorum mole*; ex eo, quia Gregorius non loquitur de iis gratiis, & priuilegiis concessis in articulo mortis monachis, & monialibus; sed de aliis gratiis, & indultis, quæ spectant ad statum, & gubernationem eorundem monachorum, & monialium; idem tradit Enriques *in summa lib.* 13. *cap.* 40. §. 2. & Barthol. à S. Fausto *in thesauro religiosorum lib.* 5. *q.* 167. 13.

Ludouicus tamen Beja *resp. casuum conscientiæ, part.* 4. *casu final. vers.* 3. addit professionem in eo articulo emissam sustineri; si autem conualuerit ex eo morbo, teneri annum integrum postea complere, & rursus de nouo profiteri, non tamen monasterium succedere in bonis nouitij ante tempus professi, sed ea venire ad proximiores venientes ab intestato: Secus si post expletum annum expressam professionem emittat, aut primam ratificet; ita Fr. Miranda *suprà d. quæst.* 22. *art.* 10. *conclus. vnica, vers. secundo*, & Fr. Manuel *tom.* 3. *regularium quæst.* 15. *art.* 3. Contra Barthol. à S. Fausto *dicto lib.* 5. *quæst.* 167. *numer.* 4.

14. Sed quid de nouitio moriente sine electione sepulturæ? Dicendum est religiosis non esse integrum eligere sepulturam, vt habetur *in cap. final. de sepulturis in 6.* quod si moriantur ita longè à monasterio, vt ad illud portari nequeant, posse tunc eligere sepulturam supponit *cap. Nimis iniqua. num. 2. de excessibus Prælatorum*, vbi damnat ta nquam iniquam consuetudinem clericorum, qui religiosos morientes extra suos conuentus post electum sepulchrum ad sua monasteria deferri cogunt; & ideo ita decedentes in sepulchris à se electis humari debent, glos. *in d. cap. final. fine*, & *ibi* Archid. *num. vnico. vers. eligere* Rossel. *verbo sepultura* 2. *num.* 1. Syluester *eodem verbo. q.* 6. Nauarr. *comment. de regul.* 2. *num.* 43. Si fortè non eligat sepulturam, sepeliri potest in Ecclesiâ Parochiali, vbi mortuus est, sicut sæcularis moriens in itinere, glos. *in d. cap. final.* nisi fortè ibi sit monasterium aliquod sui ordinis; in quo est sepeliendus, prout vult Anton. *cap.* 1. *de sepult. num.* 9. tenebitur tamen monasterium soluere expensas religiosi professi demortui, quas fecerat monasterium illum sepeliens, quia tenebatur suis expensis illum humare, *l. si quis ff. de religiosis, & sumptibus funerum*, Fr. Manuel *tom.* 3. *regul. quæst.* 60. *art.* 3. nisi mortuus habuerit manuale beneficium; tunc enim sumptibus proprijs funeralia sunt soluenda.

Ex dictis nouitium posse eligere sepulturam ex *d. cap. final.* ostenditur, quia illud cap. solùm interdicit electionem sepulturæ verè religiosis, qualis non est nouitius, cùm habeat velle, & nolle, prout volunt Armil. *verbo sepultura num.* 6. & *ibi* Tabiena *q.* 4. *num.* 5. Quòd si decedat sine electione sepulturæ, relictô iure communi sepeliendus est in monasterio vbi erat nouitius, quod de consuetudine seruatur, Syluester *verbo sepultura, q.* 8. *dict.* 7. Fr. Manuel *tom.* 3. *regular. q.* 60. *art.* 2. *in fine.* attentis religionis priuilegijs.

Quibus autem sumptibus nouitius sit sepeliendus, seruanda est consuetudo, si fortè ea sit, vt in quocunque casu expensis monasterij sepeliatur, nisi patrimonium habeat: tunc enim monasterium si voluerit poterit repetere expensas ab hæredibus illius, ita Petrus de Vbaldis. *de Canonica Episcopali cap.* 13. *num.* 5. Fr. Manuel *tom.* 3. *d. q.* 60. *art. vltim.* vel potiùs dicendum puto, seclusâ consuetudine petendi sumptus funeris, sepeliēdum esse expensis monasterij, quamuis habeat patrimonium, vel parentes diuites, quia in obsequio monasterij, & sub eius obedientiâ finiuit vitam.

15. Indubitatum est nouitium habere ius condendi testamentum, cum non sit adhuc religionem professus, sitque sui iuris, suorum bonorū dominium haber, Nauarrus *in cap. non dicatis* 12. *q.* 1. *num.* 30. & constat ex Couar. *de testamentis cap.* 2. *num.* 4. 5. & colligitur ex *cap. si qua mulier.* 19. *quæst.* 3. Nec decretum Tridentini *Ses.* 25. *de regularibus cap.* 16. incipit. Nulla quoque renunciatio, procedit in testamentis, donatione causâ mortis, & codicillis prout volunt Nau. *comment.* 2. *de regul. num.* 50. Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect.* 384. Lessius *de iust. lib.* 2. *cap.* 41. *num.* 40. Azor. 1. *p. lib.* 12. *cap.* 2. *quæst.* 14. Velasc. *de partitionibus cap.* 16. *num.* 13. Quare nouitius, nisi aliunde impediatur potest testamentum facere, quoniam testamentum donec morte testatoris confirmetur, reuocari potest.

Tenebitur tamen testando relinquere legitimas iure debitas ascendentibus, & descendentibus, Franch. *rubr. de testamentis in 6. num.* 66. & 70. Nau. *comment.* 2. *de regul. num.* 44. Non enim ab hoc onere liberatur nouitius per ius aliquod: eius autem testamentum posse fieri sine solennitatibus requisitis per ius ciuile tradit Nauarr. *in d. cap. non dicatis. num.* 84. post Bartol. ductus argumento, eò, quòd militi cælestis militiæ videtur idem beneficium concedi, quod militi armatæ militiæ concessum est, vt habet glos. *in l. Miles ff. de senten. & re. iudic.* Atqui religiosus est miles cælestis militiæ, ergo potest facere testamentum, sicut miles armatæ militiæ absque iuris ciuilis solennitate requisita; hoc est absque legitimo testium numero, & ante vigesimum quintum ætatis annum, & posse filium præterire, & exhæredare, & decedere testatus ex parte, & intestatus ea parte. Nam militi sine his datum est testari liberè, vt constat ex *legib. ff. de Militari testamento.* Et quamuis aliqui apud Nauarrum *suprà* hoc priuilegium Militum negent nouitijs; dicántque facultatem liberè testandi non excludere solennia iuris, nec nouitios æquiparari militibus armatæ militiæ, non est recedendum ab opinione Bartoli, quæ cedit in fauorem religionis: tum quia, qui statim miles est cingendus, reputatur miles *l. filius familias ff. de Militari testamento*: quo circa valebit testamentum nouitij si in eo seruentur iuris canonici solennitates, Azor 1. *p. lib.* 12. *cap.* 2. *quæst.* 15. Molin. *tom.* 1. *disp.* 133. & 139.

Quòd si nouitius decedat abintestato ea *suprà num.* 12. pater, quis debeat succedere: adde tamen testamentum factum à nouitio, & non relictâ legitimâ portione nomine, & iure institutionis monasterio habenti ius succedendi in bonis religiosorum rumpi, etiamsi factum sit à nouitio in sæculo, & post conditum fuit ingressus, sicut rumpitur testamentum, si posthumus qui natus est præteritus fuit, & non institutus, vel exhæredatus. Alij volunt testamentum rumpi, si factum est, vel à Nouitio, vel ab eo, qui antequam conderet testamentum cogitauerat, aut decreuerat religionem ingredi, quos refert Cooarr. *de testam. cap.* 2. *num* 4. Magis tamen placet opinio negans tale testamentum à nouitio etiam conditum, rumpi posse ea ratione; quia monasterium non censetur filius nisi in casibus expressis à iure de quorum numero non est quo ad effectum rumpendi testamentum ante professionem factum, hic casus, de quo sermo est hoc loco, Molina *tom.* 1. *disp.* 139. Iulius Clatus §. *testamentum q.* 28. Caldas Pereira *de nominat. emphyteut. q.* 6. *num.* 16. Quare minus bene Decius *Authen. ingress. num.* 4. *C. de Sacros. Eccles.* & *cap. in præsentia de probat. in noua. edit. num.* 285. vult bona nouitij acquiri monasterio 16.

per ipsum ingressum ante professionē: quod esse falsum tradit Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *q.* 84. *n.* 11. & 12. post Parisan *d. cap. in præsentia num.* 188. neque propter hoc potest excommunicari à quoquam Prælato, quod aliter disponat de bonis suis. Quin imo absolutè Enriques *lib.* 6. *de pœnit. cap.* 16. *num.* 3. *littera S.* negat non posse nouitios excommunicari à Prælato Religionis; sed à proprio Episcopo, in quo absolutè fallitur, quia nouitius eximitur per ingressum religionis ab Episcopali potestate, dum versatur in probatione 17.

tione: atque ita si in aliquo casu nouitius debeat excommunicari, a Prælato religionis id debet fieri; in solo tamen duplici casu nimirum, quando pœna aliqua ratione delicti nouitio imponeretur: in quo euentu posset Prælatus religionis præcipere nouitio sub pœnâ excommunicationis latæ sententiæ, vt pœnam illam subiret, ad quam pœnam ratione iurisdictionis quam in foro externo habet, illum obligare potest. Secundò, quando Summus Pontifex præcepto aliquo prohiberet aliquid sub pœnâ excommunicationis: tunc si nouitius frangeret præceptum, posset Prælatus illum castigare fulminando sententiam excommunicationis comminatam à Papa contra violatores.

18. An autem nouitij possint testari de suis bonis nulla petita licentiâ Superiorum? Videtur negandum ex *cap. quia ingredientibus* 19. *quæst.* 3. & *Authen. ingressi C. de Sacros. Eccles.* vbi habetur ingredientibus religionem nullam esse testandi licentiam. Nihilominus contrarium est certum, non egere nouitium licentiâ ad testandum, cùm sit sui iuris, & possit disponere de suis bonis; textus autem, qui negant, loquuntur de ingressu irreuocabili, non autè de reuocabili, qualis est ingressus nouitij, ita in specie tradit Couarr. *c. 2. n. 5. fin. detestam.* Gutier. *Canon. lib. 2. c. 1. n. 25.* Molina *tom. 1. disp. 139 col. 5. vers. his ita constitutis* post Iul. Clar. *lib. 3. sent. §. testamentum q. 28.* Molin. *lib. 2. de primog. cap. 9. num. 39* Azor 1. *p. lib. 12. cap. 2. fin. & cap. 6. quæst. 5.* quod procedit etiamsi nouitius sit ordinis Minorum, Nauarrus *commento 2. de regul. num.* 49 & Manuel *tom. 3. regul. quæst. 16. art. vltimo* contra Cordubam super *regul. Minorum cap. 2. quæst. 8 puncto* 2. dicentem nouitios Ordinis Minorum, qui voluerint in eo profiteri, teneri bona sua inter pauperes diuidere; quia hoc est de consilio non autem de præcepto.

19. Molina tamen Theologus *d. disputatione* 139. *pag. 747 vers. est vero obseruandum,* addit in nostrâ Societate non posse nouitium absque licentiâ Superioris facere testamentum, eò quia admittitur ad nouitiatum ea lege, vt nihil inconsulto Superiore, & illo approbante efficiat, dum in Societate fuerit, & simplici promissione se addicit ad disponendum de omnibus suis rebus absque spe vllo tempore recuperandi, quandocunque post primum nouitiatûs annum Superior iniunxerit, quod constat ex *examine cap.* 4. §. 11. & §. 2. & § 3. additur, vt si velint aliqua erogare consanguineis, non aliter id efficere possint, quam interueniente iudicio, & arbitrio duorum, & 3. *part. constit. cap. 1. §. 7. littera F.* explicatur, quotum bonorum renunciatio fieri debeat per hæc verba: *Possessiones suorum bonorum a se abdicare, tam de proprijs bonis intelligendum est, quàm de iure, vel actione ad bona, quæ sperat, siue sæcularia illa, siue Ecclesiastica sint.* Cùm ergo cõstitutiones præscribant, vt ingressuri in nouitiatum Societatis IESV, debeant ante primum ingressum temporalia, quæ habuerint distribuere in opera pia, & sancta, submouendo à se omnem fiduciam, ea aliquo tempore recuperandi. Quòd si statim propter aliquas causas iustas non reliquerint, promittant se relicturos omnia quandocunque per Superiorem illis fuerit iniunctum post annum integrum ab ingressu antequàm admittantur ad aliquem gradum Societatis; apertè deducitur nouitios Societatis antequàm recipiantur ad nouitiatum posse disponere de suis bonis quomodocunque voluerint: at verò post ingressum in nouitiatum non posse aliter disponere nisi de licentiâ Superioris; quia obstat promissio simplex, quâ in ingressu ligati sunt ad ita disponendum, Molina *dicta disput. 139. vers. nouitij ante ingressum,* Sanchez *lib 7. cap. 3. num. 5.* attamen si nouitius ignorante Superiore testamentum ritè conderet, & decederet, validum esset, vtpote factum ab homine sui iuris, Molin *supra, vers. est obseruandum, fine.* imò Sanchez *d. cap. 3. num. 5.* subdit nouitios antequam iubeantur à suo Superiore inter viuos irreuocabiliter disponere de suis bonis, posse liberè facere testamentum inconsulto Superiore cum intentione autem firma reuocandi illud, & cum animo disponendi, prout promissum est, quando Superior præceperit post expletum probationis annum.

Cæterùm nouitius potest hæres institui, & succedere parentibus ex testamento, & abintestato, quia solâ professione redduntur incapaces, Bartol *tract. Minoricarum lib 4 dist 1. cap. 3. n. 3.* Cordub. *in regula Sancti F ancisci cap. 6. q. 11.* Quo circa minus bene docuit Franciscus Aretinus *Authen. de Ecclesiastici titulis §. si quis autem el. 2. num.* 8. & Angelus, quos meritò carpit Quesada *in suis quæstionibus variis c. p. 21. n. 25.* dixeruntque Monachum Franciscanum hæredem posse à parentibus institui, nec esse incapacem, cùm re verâ sint incapaces Minores successionis cuiuscunque hæreditatiæ, siue ex testamento, siue abintestato; & multò fortius monasteria Minorum sunt incapacia cuiuscunque successionis hæreditariæ ex *clementina exiui, § cum enim, de verb signific.* ibi: *Qui a igitur in successione nõ transit non solum vsus rei sed etiam dominium* suo tempore in hæredes, fratres autem prædicti nihil sibi in speciali acquirere, vel eorum ordini possunt, etiam communi, declarando dicimus quod successionum huiusmodi, quæ etiam ex sui natura indifferenter ad pecuniam, & etiam ad alia mobilia, & immobilia se extendunt, considerata sui puritate voti, nullatenus sunt capaces. Sic ibi. 20.

Porrò si nouitius hæredem instituat monasterium, esto ab eo recedat, non manebit institutio hæredis reuocata, nisi constat aliud testamentum in quo reuocet hæreditatem. Nam eadem solemnitas, quę requiritur ad actum conficiendum, necessaria est ad destructionem illius, *l. hæredes palam § si quid post ff. de testamentis.* Censebitur tamen reuocata hæreditas, si nouitius dicat se instituere monasterium hæredem, quia in eo victurus est: tunc per recessum censetur irrita talis institutio propter defectum causæ finalis, Menochius *lib 4. præsumpt. quæst. 24.* 21.

Quæstionis est an nouitius excedens annum decimum sextum possit disponere de rebus suis pro arbitratu suo, non obstante Trident. decreto de quo *sess. 25. de regul. cap* 16. circa dispositiones bonorum spectantium ad nouitios siue donando, siue renunciando, siue testando, incipit, *Nulla quoque renunciatio.* Quæritur ergo an hoc decretum loquatur de solis Minoribus sexdecim annis? De illis tantùm agere déque eorum renunciatione factâ ante decimum sextum ætatis annum completum tradunt Menoch. *de arbitrarijs lib. 2. centur. 30 casu 43. num 8* & Lælius Zecchinus *de Republica Ecclesiastica, titulo de regularibus cap. 3. num. 14 limit. 8.* aiúntque non esse validam renunciationem, si fiat ante sexdecim ætatis 22.

tis annos, aliter quàm iuxta formam, & normam Tridentini, quasi opinentur renunciationem factam post sexdecim annos posse fieri pro arbitratu à quocunque nouitio, non obstante illo decreto.

Ceterùm dicendum est decretum loqui indistinctè de omnibus nouitiis; siue sint maiores, siue minores sexdecim annis, ita Gutierres *Canon. lib. 2. cap. 1. num. 34* Valascus *de partitionibus cap. 16. num. 27.* Cenedo *in suis collectaneis, collect. 50. in decretum.* Fr. Manuel *tom. 2 summa c. 7. num. 7. & tom. 2. regul. quæst. 47. art. 13.* quæ resolutio est verior, quasi dicant ante professionem emissam nulla renunciatio valeat, quamuis fiat post expletum decimum sextum annum, nisi intra duos menses proximos professioni, & adhibità Episcopi vel eius Vicarij authoritate fiat. A quo decreto excipiuntur nouitij Societatis IESV vt habetur *in d. cap. 16.* his verbis: *Per hæc tamen S. Synodus non intendit aliquid innouare, aut prohibere, quin religio clericorum Societatis Iesu, iuxta pium illorum institutum à S. Sede Apostolicâ approbatum, Domino, & eius Ecclesiæ inseruire possit.* Quam obrem non sine mysterio dixit, *Per hæc*, vt ostenderet, referri illud ad duo prædicta, nimirum ad solennem professionem faciendam immediatè post nouitiatum integrum, & renunciationem, non alio modo faciendam, quàm præscribitur in eo decreto. Nec est maior ratio, cur illa verba, *Per hæc*, referantur potiùs ad professionem, quàm ad renunciationem; cùm constitutiones Societatis in vtroque casu aliter disponant; quæ per hoc decretum omnino approbantur. Iuuat post Tridentini decretum Gregorium 13. in *Extrauagante Ascendente.* approbasse constitutiones Societatis, idémque fecisse in aliâ Extrauagante Gregor. 14. & Paulum. Quintum. Quin imò Gregorium. 13. *supra* fecisse mentionem in d. Extrauagante promissionis factæ à nouitiis Societatis in ipso ingressu, renunciandi bonis vbi, primum post priorem annum nouitiatus illis fuerit à Superiore mandatum, constat vt intuenti patebit, & per hæc verba concludit ita: *Constitutiones quoque, ac statuta, & decreta qualiacunque, ac si ad verbum præsentibus insererentur, pro expressis habentes, tenore præsentium approbamus, & confirmamus.* Atque ita cùm hæc sit consuetudo, & praxis in Societate prædictum decretum non habet locum, neque præiudicat instituto nostro, Molina *d. disp. 139 pag 749. vers. antequam vlterius ad finem* Lessius *lib. 2. de iustitia cap. 41. dubio 4. n. 41.* & Saa *verbo Religio num. 5.* & habetur *in compendio Societatis, verbo Concil. Tridem. §. 2.*

23. Similiter non est dubium nouitios gaudere, dum versantur in nouitiatu omnibus religionis priuilegiis, vel saltem est valde probabile, Sanchez *lib. 3. de matrimonio disp. 18. num. 24. ad finem, & lib. 6. in præcepta. cap. 10. num. 22.* ex Molina, Enriquez, & Azor, quos ibi referens sequitur.
24. Et ob hanc rationem nouitij, quamuis secundùm aliquos, non sint immunes à gabellarum solutione; tanquam personæ Ecclesiasticæ ab illis soluendis sunt liberi, ita Bertachin. *de gabellis 7. part. principal. num. 56.* Molina *tom. 3. de iustitia disp. 671. num. 2.* Flores de Mena *in suis varijs lib. 2. quæst. 21. num. 198.* ex textu *in cap. religiosi in fine.* vbi Franch. & alij *de senten. excommun. lib. 6.* Bartol. à S. Fausto *in thesauro Religio. lib. 5. quæst. 175.* Curia Philip. *part. 3. §. 1. num. 12.* Gurier. *de Gabellis. quæst 95. à num. 22.* Modern. *de iurisd. part. 4. casu 121. num. 24.* Quamuis rem hanc pendere ex futurâ professione tradant Girond. *de Gabellis part. 7. in principio num. 46.* Parlad. *rerum quotid lib. 1. c. 13. §. 1 num. 21. in 2. edit.* sed falluntur, quia nouitij admissi in religionem sunt pars eius communitatis, quæ verè Ecclesiastica est, ac proinde tanquam personæ Ecclesiasticæ reputandi sunt. Sanchez *d. lib. 6. cap 10 num. 16.*

Quare nouitium percutientes etiamsi nullo ordine sit insignitus, manent excommunicati, vt volunt plures relati à Cenedo *ad Decretum collect. 24. num. 12.* quibus adde Enriques *lib. 13. de excommun. cap. 49 §. 1 in commento litera. G.* Carol. de Grassis *de effectibus clericalibus effectu. 9. num. 81.* Azor *par. 1. lib. 12. cap. 3. q. 2.* Bobadil. *in sua politica lib. 2. cap. 18 num. 82.* Fr. Manuel *tom. 3. regul. q. 21. art. 4.* Belanus *de Sacramen. & censuris tom. 2. disp. 14. dub. 15. num. 164.* etiamsi nouitius sit votus dici, vt notat Coriolan. Capucin. *de casibus reseruatis p. 2. cap. 10. de indic. reg. §. 10. num. 19. pag. 803.* 25.

Quin imò nouitij; sicut gaudent priuilegijs religionis iuxta veriorem sententiam vt bene tradunt Mulina *tom. 1. de iust. disp. 139. col. 3. vers. præter hos.* Axot *tom. 1. lib. 7. cap. 30. fine*, & *lib. 12. cap. 2. quæst. 10.* Enriques *lib. 7. de Indul. cap 22. num. 7.* Sanches *lib. 4. cap. 39. num. 17.* Bonacina *circa secundum præceptum disp. 4. quæst. 2. punct. 7. §. 4. num. 28.* non tenentur eius oneribus, ac præceptis, Sanches *lib. 3. de consensu. disp. 18. num. 24. ad finem*, Soares *tom. 3. de religione lib. 5. cap. 16. num. 1. & 2.* Ratio quia omnes obligationes propriæ religiosorum, & onera ad tria vota reducuntur, ad quæ non obligantur, dum in eo statu existunt, eò quòd nullum votum emiserunt. Nec refert nouitios frui bonis, & priuilegijs religionis; ergo debent etiam eius onera sustinere Nihilominus dicendum est non obligari in conscientiâ ad obseruantiam regularem, nec ligari præcepto Superioris sub culpâ; quia nondum professi sunt obseruationem regulæ, nec obedientiam, nec se ipsos religioni perfectè tradiderunt: & ideo excusantur etiam ab officio canonico recitando ex proprio præcepto, vt meliùs docuerunt D. Antonin. *3. p. tit. 13. cap. 4. §. 1.* Syluester *verbo hora q. 2.* Caiet. *in Summa eodem verbo*, Sotus *lib. 10. de iust. q. 5. art. 3. in fine.* Saa *verbo hora canonica num. 1.* Lessius *lib. 2. cap. 37. disp. 9. num. 49.* Soares *tom. 2. de religione lib. 4. Hor. canon. cap. 1. num. 2. & tom. 3. d. lib. 5. cap. 16. num. 19. ad finem.* 29.

Cæterùm, quia nouitij pro eo tempore, quo sunt in nouitiatu, sub pastorali curâ Prælatorum religionis sunt poterunt ab illis obligari in his, quæ per se veniunt sub iurisdictione Episcopali sine speciali respectu ad professionem religiosam; vt pote ad dicendam veritatem, si legitimè interrogati fuerint, vel ad cauendam talem peccati occasionem, vel ad restitutionem faciendam, & his similia, quæ ad ordinariam iurisdictionem Episcoporum spectant, cùm nequeant ab Episcopis hæc fieri in nouitios religiosorum exemptorum. Quia sicut nouitij fauore religionis eximuntur instar professorum à ciuili potestate, sic etiam ab Episcopali, dum in probatione versantur, Sanches *d. lib. 6. cap. 10. num. 11.*

Insuper

27. Insuper nouitij dum versantur in probatione sunt capaces beneficiorum sæcularium, ac pensionum; cùm adhuc sint sui iuris ac proprij habendi, ac retinendi capaces, Franch. *cap. beneficium de regular. in 6. num.* 1. Paulus, & Lapus, quos refert & sequitur ipse Franch. Tiraquel. *de retract. lignag. glos.* 8 §. 1. *num.* 37. Nauarr. *lib.* 3. *tit. de voto conf. vltimo num. vnico in* 2. *edit.* & Azor 1. *p. lib.* 12. *cap.* 3. *q.* 1. Nec refert *l. Qui deliberatè* 29. *ff. de liberali causa.* vbi dubius statu non promouetur ad militem: ergo: cùm nouitius sit dubius, an professurus sit non potest ad beneficium promoueri. Quia hoc solum probat non conuenire offerre beneficium sæculare nouitio, ne detur occasio deserendi religionem; non tamen esse inualidam collationem, cùm possit consentire, & redire ad sæculum, & non esse verè religiosus, quamuis contra teneat glossa *cap. ad beneficium, verbo conferendum,* dicens non posse conferri beneficium, quod per regulares nequeat possideri, sed contrarium tenendum est, vt post alios iam citatos tradit Garcia *de beneficijs par.* 7. *cap.* 10. *num.* 5. *&* 6. Imo poterit commutari beneficium à nouitio cum alio, cùm nullo iure id sit interdictum.

28. Dubitari etiam potest, an nouitij possint ad ordines promoueri, & à quo Episcopo debeant ordinari: Quo ad primum negat Angelus *verbo nouitius, num.* 20. Armil. *eodem verbo num.* 18. Tabien. *q. vltim.* Dicendum tamen est non solùm primâ tonsurâ; & reliquis minoribus posse initiari, sed etiam ad quoscunque ordines sacros promoueri, quia nullus textus id inducit, & expressè volunt Enriques *lib.* 14. *de irregularitate cap.* 9. *num.* 2. & *in commento litera F.* & *lib.* 7. *de indulgentijs cap.* 22. *num. vltim. in commento litera I. & lib.* 10. *de Sacramento ordinis cap.* 23. *num.* 3. *in commento littera G.* Suar. *tom.* 5. *in tertiam partem disp.* 50. *sect.* 5. *num.* 13. Fr. Manuel. *tom.* 1. *regul. q.* 3. *art.* 4. *ad finem.*

Quo ad secundum, nouitios ordinandos esse non solùm ab Episcopo in cuius diœcesi sunt in nouitiatu tradunt Franchus *cap. cum nullus in fine de tempor. ordin. in 6* & *ibi* Anchar. *num.* 4. Antonius Cucch. *lib.* 3. *instit. maior. tit.* 1. *num.* 94. quia habitatione nouitij acquiritur domicilium, ac censetur prius desertum, prout aiunt Goffredus *in Summâ, titulo de sepulturis num.* 7. & Hostiensis *cap. de his ad finem vers. Quòd si quis. de sepult.* & *ibi* Ioannes Andreas *in fine, & in cap.* 2. *initio de sepulturis in* 6. Sanches *in præcepta decalogi lib.* 4. *cap.* 39 *num.* 10. *& lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 21. quam partem vtrobique probabiliorem docet. Sed etiam posse promoueri ad omnes ordines à proprio Episcopo alij asserunt, quia per nouitiatum non censetur acquisitum domicilium in eo probationis loco, nec mutatum prius; non enim nouitij habent animum perpetuæ habitationis, sed experiendi regulam eáque experta statuendi an permansuri sint nec ne, secundùm quos proprius Episcopus quo ad ordines est illius proprius, nec nouitij censentur mutasse prius domicilium, ita Soar. *tom.* 2. *de religione tract. de voto lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 9. & Enriques *de Sacramento ordinis cap.* 23. *num.* 3. *in commento litera. G.* & *lib.* 14. *de irregularitate cap.* 9. *num.* 2. *& in commento litera F.* vbi dicunt nouitios anno probationis promouendos esse ad ordines à proprio Episcopo Quæ pars cùm sit valde probabilis in praxi potest admitti. Lælius Lech. cum alijs *de Rep. Ecclesiast. de regul. cap.* 3. *num.* 9.

Non propterea Prælatus religionis poterit nouitijs litteras dimissorias ad ordines concedere, sicut potest professis; sed illas dare ad ordines suscipiendos pertinebit ad Episcopum originis, id est in cuius diœcesi nati sunt nouitij, vel ad Episcopum in cuius diœcesi domicilium habebant quando ingressi sunt religionem; vel ad Episcopum in cuius diœcesi est monasterium in quo annum probationis habent, nisi religiosi ad hoc habeant priuilegium; quia si illud habent, potest Prælatus dimissorias concedere nouitijs, vt à quocunque Episcopo ordinentur; quia saltem satis probabile est nouitios frui priuilegijs religionis, & ideo potest Prælatus dimissorias nouitijs, sicut & professis religiosis concedere; quod adeo verum est, vt nouitius admissus ad religionem ante annos pubertatis, esto non sit propriè nouitius, sed largè, cùm tamen valeat ingressus, gaudeat priuilegio canonis concesso veris nouitijs, *cap. religioso de senten. excommunic. in 6.* Palud. *in* 3. *dist.* 39. *q.* 3. *in quæstiunc.* 2. *fine,* & Angel. *verbo nouitius num.* 21.

Quid de nouitio beneficiario exeunte ad sæ- 29.
culum? Ex dictis *suprà num.* 11. constat omnes
fructus esse restituendos; quia est verè beneficia-
rius, nec propriè religiosus: ideo suo iure frau-
dari non debet, nec priuari ijs fructibus, nec
reseruari monasterio pro alimentis nouitij, quia 30.
non tenetur ea soluere monasterio, siue in eo
permaneat, siue illud deserat, Sanchez *lib.* 6.
cap. 10. *num.* 4. Mandosius *in casibus annalibus*
num. 63. *casu* 192. Confectius *in priuilegijs Mendi. in notabilibus*, quæ ponit post litteras Apo-
stolicas *tit.* 13. *cap.* 2. *in fine.*

Difficultas est an nouitij possint absolui à Prælato religionis à censuris contractis ante nouitiatum, & quid de reseruatis incursis in nouitiatu? 31. Quo ad primum Bonacin. de censuris *disp.* 1. *q.* 16. *punct.* 3. *num.* 11. propè finem ait Prælatum religionis posse absoluere nouitios ab excommunicatione incursâ ante nouitiatum. Quòd si postea nouitius egrediatur, subdit ex aliorum sententia teneri se præsentare illi, qui aliàs habebat facultatem absoluendi, sequitur Barbos. *in cap. Monachi* 2. *num.* 5. *de senten. excommunic.* ipse autem Bonacina *circa* 2. *decalogi præceptum disp.* 4. *quæst.* 2. *punct.* 7. *num.* 28. negat reincidere, si egrediatur, nec putat vsu receptum. Soares tamen *tom.* 4. *de religione lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 5. tradit potestatem absoluendi nouitios datam esse Superioribus, & per eam posse absolui ab omnibus casibus, censuris, & pœnis pontificijs ante, vel post ingressum commissis ex priuilegio Sixti Quarti in *compendio Societatis verbo absolutio* §. 6. ex monumentis Minorum, quod etiam habetur in priuilegio Clementis Quarti, & in alijs in quibus hæc facultas non tantùm conceditur pro nouitijs post habitum susceptum, sed etiam pro his, qui volunt ingredi, & habitum suscipere, quod etiam Paulus Tertius *in Bulla vltima* concessit Societati IESV, his verbis: Volentes ingredi Societatis IESV religionem, nisi mox ingrediantur, eo ipso in pristinas sententias, à quibus absoluti fuerint, reincidant, etiamsi super hoc induciæ eis à prælatis religionis concedantur. Quamobrem censeo hoc esse intelligendum de ingressu ante

si ante susceptionem habitûs, quia priuilegium primum dicit *volentes ingredi*, & postea, *Ac eos, qui post assumptum habitum, vel professionem emissam recoluerint*, ita D. Antoninus 3. *part. tit.* 24. in vltimis verbis. Quo circa absolutio concessa, si detur ante ingressum, est veluti præparatio ad ipsum ingressum, seu susceptionem habitus. Requiritur tamen, vt prosit absolutio, quòd suscipiatur animo ingrediendi, & profitendi, bona fide ingrediendo ad probandum asperitates religionis, & ad profitendum, si iusta causa exeundi non occurrerit. Vnde si quis postulet ingredi sine animo ingrediendi, solùm, vt absoluatur, absolutio est nulla. Soarez *supra d. cap.* 24. *num.* 5. *vers. vnde hæc absolutio.*

Cæterùm Paulus Tertius in priuilegio Societatis expresse sic loquitur, ibi. *Reincidunt in pristinas sententias, nisi mox ingredi, & peractis experientiis secundùm constitutiones Societatis vota emittere parati sint.* Ex quibus verbis sequitur non habentes hunc animum ingrediendi, & bonam fidem non consequi absolutionem: quod etiam est dicendum proportionaliter in aliis religionibus, cùm eadem fere verba in priuilegiis Mendicantium habeantur. Quare qui semel fuerit ingressus bonâ fide cum animo profitendi secundùm ius, non reincidet in priores censuras, cùm iam impleuerit conditionem requisitam ingrediendo scilicet, quamuis postea egrediatur, quia re verâ ingressus est animo perseuerandi: secus de eo, qui fuit absolutus antequam ingrederetur, & antequam esset nouitius, si cum effectu non ingrediatur, aut ingressus nimium differatur: tunc enim absolutio est ad reincidentiam, Soares *vbi supra num.* 6. vbi hanc secundam partem non omnino certus tradit, subdens, vt à periculo reincidendi liberentur debere absolui non titulo huius priuilegij, quo absoluuntur volentes ingredi antequàm ingrediantur, sed titulo eiusdem priuilegij quo vtuntur religiosi Societatis ad absoluendum quoscunque fideles à quibuscunque censuris extra Bullam Cœnæ; quæ sanè absolutio sic data etiam ante receptionem habitûs, est omnino absoluta, & absque periculo reincidendi, non tamen extenditur ad casus Bullæ Cœnæ, ad quos extenditur absolutio collata volentibus ingredi ante susceptionem habitûs, modo postea cum effectu ingrediantur, Soares *supra cap.* 21. *num.* 1. *& sequentibus*, *& cap.* 24. *num.* 7.

Similiter possunt nouitij absolutè, & sine vllâ conditione absolui à censuris reseruatis per priuilegium Eugenij IV. & Cælestini V. quod refertur *in compendio Cisterciensi*, *verbo absolutio*, §. 1. vbi conceditur potestas Generali reformatori regularis obseruantiæ, absoluendi Monachos, & nouitios, vbi nulla conditio ponitur ad reincidendum, quo indulto cæteræ religiones per communicationem vti possunt semel tantùm in vita.

Quo ad secundum à quibus possint absolui nouitij præsertim à reseruatis? Sunt qui putent nouitios non posse confiteri sine licentiâ Prælati Sacerdoti aliàs habenti iurisdictionem, ita Corduba *lib.* 1. *quæst.* 30. eo quia nouitij pro eo tempore subsunt iurisdictioni religionis. Alij autem satis probabile censent posse nouitios confiteri cuicumque Sacerdoti habenti iurisdictionem vel ab Episcopo ipsius nouitij, vel à Papa per priuilegia verbi gratiâ religionum, ita Enriquez *lib.* 6. *de pœnitentia cap.* 16. §. 3. *littera X. & lib.* 7. *de indulgentiis cap* 22. §. 7. *litera I.* & *V.* referens pro hac parte Angelum, *verbo Nouitius* §. 15. & Syluest. *relig.* 5. quatenus aiunt nouitios non teneri ad præcepta regulæ. Sequitur Soarez *tom.* 3. *de religione lib.* 5. *cap.* 16. *num.* 2. dicens nouitios in eo statu existentes non obligari in conscientiâ ad obseruantiam regularem, quamuis aliquo modo debeant subesse disciplinæ religiosæ, & ex consequenti non tenentur obligationibus, quas religio addere potest, & solet. Idem Soarez *tom.* 4. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 11. ex quibus infertur non obligari ad confitendum Prælato, vel ordinariis confessoribus religionis. Alij denique distinctione rem decidunt, dicentes posse nouitios vnius religionis liberè fateri apud quemcunque confessorem priuilegiatum habentem iurisdictionem à Papâ, quia sicut ea priuilegia generaliter conceduntur omnibus fidelibus, vt ab iis confessoribus audiantur, & absoluantur, in eisdem priuilegiis nouitij sub fidelium appellatione veniunt, qui re vera religiosi non sunt, Soarez *suprà*.

Ex his tribus opinionibus illa magis placet quæ docet nouitios non posse absolui à reseruatis, nisi à Prælatis, vel ab aliis de eorum licentiâ; aliàs absolutio est nulla, ita Auctor *compendij priuilegiorum mendicantium*, quem sequitur Corduba *suprà*, quod probat nouem rationibus; quarum vna sic habet. Nouitij dum sunt in probatione non subsunt iurisdictioni Episcoporum, vt patet experientiâ: imo dum ingrediuntur religionem eximuntur à iurisdictione Episcoporum, & à potestate parentum, etiamsi aliquod crimen committant, vt per Syluest. *verbo religio* 2. §. 10. 11. & 12. aliàs sequeretur magna cõfusio, si vnus, & idem subijceretur multis iurisdictionibus distinctis, *cap. tua*, 2. *de decimis cap. cognouimus* 12. *quæst.* 2. ex quo sequitur nouitios esse sub iurisdictione Prælatorum, quorum sunt nouitij, non autem sub potestate Episcoporum: idcirco sicut professi nequeunt absolui à reseruatis sine licentia Prælatorum, nec possunt eligere confessorem, qui non sit approbatus ab eisdem Prælatis; sic etiam nouitij nequeunt. Accedit potestatem, & iurisdictionem Prælatorum religionum erga nouitios suos esse ordinariam, vt ait Auctor *compendij titulo absolutio quo ad fratres*, 4. *dub.* 2. *in* 2. *editione*, & frater Gaspar Passarellus *Notanda priuilegia* §. 15. *pag.* 179. quos referens sequitur Vega *in summa casuum lib.* 3. *casu.* 339. *vers. la segunda.*

Nec refert dicere nouitios posse absolui à confessoribus priuilegiatis habentibus iurisdictionem à Papâ vt dictum est, Quia iurisdictio, quæ datur per hæc priuilegia regulariter non descendit ad singulos religiosos nisi mediante voluntate suorum Prælatorum. Quare si Prælatus religionis expresse confessoribus prohibeat sibi subditis excipere confessiones nouitiorum, non poterunt nouitij apud illos fateri de peccatis ex defectu iurisdictionis, sicut iidem confessores nequeunt audire confessiones cæterorum religiosorum eiusdem domûs, quia erga illos coarctata est iurisdictio à Prælatis suis; sicut potest coarctare iurisdictionem ad audiendas confessiones virorum, & non fœminarum, & è contra. Suarez *supra num.* 13. *& tract.* 10. *lib.* 9. *cap.* 2. & Enriquez *lib.* 6. *de pœnit. cap.* 16. *num.* 3. post alios *in comment. litera X.* Igitur nequeunt nouitij fateri

con

confessori etiam approbato ab Episcopo, quia repugnat, vt aliquis simul vno, & eodem tempore habeat duos ordinarios pastores non subordinatos inter se in foro conscientiæ, vnde quamuis possit habere quis plura domicilia, attamen pro eo tempore in quo habet in vno, nequit conuenire Parochum alterius domicilij, sed tantùm pastorem illius loci, in quo est, debet adire. Quin imò nouitius ita mutat domicilium, vt omnino maneat quoad hoc extra iurisdictionem Episcopi; quia religio in qua est, est exempta in vtroque foro ab illius iurisdictione, quæ religio non tantùm ex professis, sed etiam ex nouitiis constat, habetur in *Bulla Pauli III.* ibi, *Ipsámque Societatem, & vniuersos illius socios, & personas, illorúmque bona quæcumque ab omni Superioritate, iurisdictione, & correctione quorumcunque ordinariorum eximimus*, &c. vbi ponderanda sunt verba, (*vniuersos socios, & personas*) quæ habent extensionem ad nouitios, cùm sit priuilegium, & beneficium Principis, quo gaudent cæteræ Religiones saltem per communicationem; nam nouitius esto non sit propriè religiosus, est tamen propriè ex religione, seu ex congregatione religiosâ suo modo pars, & membrum, Soares *d. cap. 18. n. 5.*

32. Superest dicendum de votis nouitiorum in sæculo emissis, & de eisdem factis in nouitiatu. In primis vota facta ante ingressum in sæculo, in religione esse ipso iure quasi sopita, & ad tempus dilata, si vnà cùm religionis instituto seruari nequeunt; quin imò per ingressum religionis eadem vota suspenduntur per quandam commutationē in onera religionis, quæ commutatio fieri potest, vel à Prælato, vel à confessore, vel propriâ voluntate, cùm sit commutatio in bonum euidenter melius. Cæteræ autem promissiones humanæ, si impleri possunt commodè, vel ante, vel post ingressum religionis, cùm non auferatur, adimpleri debent. Nam diuinus cultus non aufert, quin iustitia impleatur, & fidelitas ad homines seruetur, quare vota nouitiorū non posse à Superiore tolli tradit Nauarr. *in man. c. 12. n. 65.* quia nouitij nōdum sunt religiosi perfectè; posse tamen ea Abbatem suspendere, vel commutare, vt dictum est ad tempus, Soar. *tom. 3. de relig. lib. 6. c. 14. à n. 20.*

Dicendum tamen est vota nouitiorum in vniuersum siue personalia sint, siue realia non posse fieri irrita per Superiorem, quoniam nullum ius Superior in ea habet; & ideo, vel suspendi, vel differri ad tempus possunt, eò quòd dum nouitij probantur, impleri commodè non possunt. Per professionem autem omnia vota personalia finiuntur, quia in ipsum religionis votum perpetuum commutantur. Couarr. *in cap. quamuis pactum, p. 1. §. 3. n. 4. vers. 6.* Campanil. *in diuers. iur. rubr. 12. c. 10. n. 2.* Bart. à S. Fausto *in thesaur. relig. lib. 5. q. 313.* Sayr. *in Claui lib. 5. c. 8. n. 15. & lib. 6. c. 7. n. 2. & cap. 12. n. 5.* Azot *p. 1. lib. 11. c. 18. q. 2.* & Sanchez *tom. 1. decal. lib. 5. c. 5. n. 36.* vbi *n. 38.* docet vota in sæculo emissa, eo ipso censeri commutata in religionis professionem; & *n. 39.* idem dicendum addit de votis tempore nouitiatûs emissis, secus de voto reali facto non solùm Deo, sed intimatum parti, & ab ea acceptatum, quia hoc non commutatur in religionis professionem propter ius parti quæsitum, Sanch. *sup. n. 46.* Idem dicendum est de votis simplicibus post biennium nouitiatûs emissis, quia priuilegium concessum professioni, ideo datum est, quòd verum religiosum constituat profitentem, quod pariter inueniunt in his votis simplicibus, præsertim, quia text. *in cap. fin. 19. q. 3.* non loquitur de professione, sed quando filius fit monachus hoc est religiosus. Sed hoc non placet, quia si postea ex Societate deiiciantur, vota in sæculo, siue in nouitiatu emissa reuiuiscunt, ac obligant eiectum religione, ita Ludou. Lopez *1. p. instruct. cap. 48. col. 2. vers. materia voti*, Soares *de voto lib. 6. cap. 7. num. 12. & cap. 11. n. 8.* Lessius *de iustit. cap. 40. lib. 2. dub. 10. num. 77.* quos sequitur Sanchez *lib. 4. cap. 33. n. 39.*

Ratio, quia Superiores Societatis nequeunt irritare vota in sæculo facta, aut in nouitiatu eorum, qui sola biennij vota fecerunt, cùm sint facta ante subiectionem, nec commutantur in vota simplicia post biennium emissa, nec per ea expirant, vt expressè habetur *in Canone 22. primæ Congregationis nostræ Societatis*, & *in reg. 23. Magistri nouitiorum*, dicitur hæc vota manere suspensa, dum in Societate existunt, & reuiuiscere illis exeuntibus, nisi post professionem exeant, quæ penitus omnia vota antea facta extinguit; & ideo non reuiuiscunt, Sanchez *supra cap. 31. num. 4.*

An verò Prælati religionum possint dispensare in nouitiorum votis? Affirmant Fr. Manuel *tom. 1. regul. q. 25 art. 8. & in summ. tom. 2. cap. 89. num. vlt.* Enriques *lib. 7. de indulg. cap. 22. num. 7.* Syluester *in verbo dispensatio, q. 14. dicto 1.* vbi tradit nouitio initiari ordinibus iure esse interdictum; tamen posse Prælatum cum eo dispensare quod etiam est dicendum de votorum commotatione, quæ sententia est probabilis.

Probabilior tamen est, quæ negat hanc potestatem Prælato religionis, quia Prælatus non habet in nouitiis iurisdictionem simpliciter Episcopalem, sed tantùm gubernationem limitatam pro eo tempore. & pro tali fine ad experiendum mores illorum, nec potest eisdem dimissorias concedere, si velint ordinari, cùm non sint perfectè subditi; ideo Prælatus nihil potest circa dispensationem votorum de iure; ita Angles *in floribus 2. p. q. vnic. de voto, art. 8. post 10. difficult. dub. 3.* Azor *1. part. lib. 11. cap. 11. num. 21.* Suar. *tom. 2. de relig. tract. de voto, lib. 6. cap. 11. num. 9.* Sayr. *in claui regia, lib. 6. cap. 11. num. 92.* Sequitur Lopez subdubius tamen *1. part. instructorij cap. 47. col. 2. vers. sed vtrum vota.* Diximus de iure, quia ex priuilegio, vel ex facultate à Romano Pontifice datâ regularibus circa externorum vota potest Prælatus vota nouitiorum absoluere, & relaxare, eo modo quo potest vota laicorum, qui nouitij, aut religiosi non sunt; ita Azor & Sayr. *vbi proximè*, & Sanchez *lib. 4. cap. 39. num. 22. vers. quidquid tamen.*

Adhuc sequitur dubiolum, an nouitius incurrat aliquam inhabilitatem ad ordines, aut beneficia à religione egressus intra annum? affirmat Syluester *verbo religio 5. quæst. 10.* Sed Syluester solum vult nouitium intra annum probationis existentem non posse ordinari etiam primâ tonsurâ; sed verius est posse; tenent Enriques quibuscunque sacris Ordinibus initiari *in summa lib. 7. de indulgentijs cap. 22. §. vltimo, in commento littera I.* Soares *tom. 5. disput. 30. sect. 5. num. 13.* Sanchez *suprà lib. 6. cap. 10. num. 19.* Quare nullam incurrit nouitius exiens à nouitiatu inhabilitatem ad ordines vel beneficia, Miranda *in man. Prælat. tom. 1. quæst. 22. art. 8. concl. vnic.* Barbos. *de off. & potest. Episc. p. 3. alleg. 101. num. 35 in fine.* 33.

Sed quid si nouitiorum habitum quis deferat per annum integrum, censebitur-ne professus facitè tacite? Azor *instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 4. q. 3. vers. tertio modo*, Reginald. *in praxi for. pœnit. lib 18. n. 386. vers. textus*, & Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 83. n. 25.* censent deferentem habitum nouitiorum, & professorum communem, aut non distinctum manifestè in colore, scissurâ, vel figurâ per annum integrum, eo elapso professum tacitè censeri. Sequitur Nau. *in c. statuimus 19. q. 3. n. 73. vers. tertio inducitur.* Quòd si habitus nouitiorum est distinctus ab habitu professorum, & eo nouitius per annum integrum est vsus, nec se intromisit in actibus professorum in exitu anni non censetur tacitè professus.

Vt hæc elatius intelligantur notandum est, vt quis censeatur tacitè professus, præmittendas esse quinque conditiones. Prima, vt actus per quem tacita professio debet induci, agatur auctoritate, & consensu illius, qui potest in eam religionem admittere ad professionem. Secunda conditio. vt spontaneâ voluntate fiant ea per quæ professio tacita est inducenda. Tertia, vt ea scienter fiant, videlicet, vt iis actibus vtens norit illos ad solos professos pertinere. Quarta, vt iis actibus vtens habeat animum verum profitendi. Quinta, vt iis actibus professorum vtens habeat legitimam ætatem iure petitam ad profitendum expressè, quæ est pubertas completa.

His præmissis proposito dubio dicendum est, quando nouitiorum habitus manifestè, & elatè à professorum habitu est dinctus, per nullam cuiuscunque temporis delationem talis habitus nouitiorum, professionem tacitam induci; quia is habitus nouitiorum manifestum indicium exhibet voluntatis perseuerādi in nouitiatu, colligitur ex *clem. final. de regul.* vbi glossa *verbo Deinceps*, id tradit. Idem ait Angel. *verbo Nouitius. num. 12.* Nauarr. *comment. 4. de regul. n. 74.* & Azor *1. p. lib. 12. c. 4. q. 3.* Si tamen deferens habitum nouitiorū per annum integrum, & postea per triduum exerceat aliquem actum professis solis competentem, esset tacitè professus: æquipollet enim delatio habitus professorum exercitio horū actuum. Sanch. *d. lib. c. 3. n. 30. & n. 37.* quem referens sequitur Barbos. *in c. vidua de regular. n. 3. & n. 5.* Idem dicendum est, quando habitus professorum, & nouitiorum est omnino indistinctus, nec differunt palàm, nec clàm, indueitur professio tacita per annuam illius habitûs delationem in monasterio, ex *c. 1. de regul. in 6.* & Abb. cōmuniter receptus *in c. ex parte n. 3. de regul.* dūmodo per integrum annum post pubertatem habitus deferatur, etiāsi ante pubertatem fuerit assumptus: quod procedit quando habitus non est communis aliis sæcularibus communem vitam transigentibus cum religiosis. Quòd si prædicti sæculares cōmunem vitam cum religiosis agentes siue clerici, siue non vtantur eodem habitu communiter, nouitij per annuam habitus delationem in monasterio fiunt tacitè professi, dummodo habitum assumant post pubertatem, & anno integro deferant; habetur *d. c. 1. de reg. in 6. vers. Qui vero*, Abb. *c. ex parte n. 3. de reg.* Sylu. *verb. religio 3. q. 19. vers. tertio inducitur*, contra Azor *lib. 12. p. 1. c. 4. q. 3. in fine* dicentem id *c. 1. de regul. in 6.* correctum esse per *Clem. final. de regul.* Sed fallitur Sanchez *supra d. c. 3. n. 33. ad finem.*

35. Dubitatur item an nouitius possit accusare, transigere, ac pacem constituere, siue sibi, siue suis iniuria inferatur? Conclusio sit affirmatiua: habet enim legitimam standi in iudicio personam, cùm non sit verè religiosus, *c. religioso §. Quamuis. de senten. excommunicat. in 6.* ita Plaza *de delictis cap. 42. in fine*, ex *cap. ad Apostolicam*, & *cap. 1.* vbi glossa communiter recepta *de religiosis domibus cap. si seruus sciente*, & ibi Dominicus *54. distinct.* Bartol. *in Authent. siqua mulier. Cod. de Sacros. Ecclesiis. col. fin.* Secus post factam professionem: tunc enim non potest accusare, nec pro iniuriâ sibi factâ, nec pro illata suis: est enim mortuus Mundo, *cap. placuit 16. q. 1. cap. in præsentia, de probat.* Abbas, Felin. & alij *in cap. cum delicta. de rescriptis.* Poterit tamen accusare pro beneficio Ecclesiæ monachus, & de consensu sui Abbatis, gloss. *in cap. ex parte in verbo licet, de accusat.* Farin. *in praxi lib. 1. q. 13. ex n. 23. cum sequentibus.*

Cæterùm si interficiatur nouitius, ius accusandi, & pacis faciendæ non pertinet ad monasterium; sed ad alios ad quos pertineret, si nouitius esset omnino sæcularis, nam monasterium nondum ius in illum acquisiuit, Iul. Clar. *in praxi §. final. quæst. 58. numer. 25. ad finem*, Ceuall. *communi, contra commun. quæst. 335. numer. vnico ad finem.* Plaza *de delictis c. 42. n. 23. & 24.* ita declaratum etiam fuisse refert Clarus *per Senatum 12. May 1558.* 36.

Non est omittendum, an nouitius possit retinere qualemcunque maioratum, quem in sæculo possidebat, siue emphyteusim habentem clausulam excludentem religiosos? Alberic. *Authent. ingressi numer. 31.* & *ibi* Signorol. *numer. 34. Cod. de Sacros. Ecclesiis.* tradit nouitium esse capacem maioratûs tam possessi, quàm possidēdi, ac proprij retinendi, sequitur Mariens. *lib. 5. recopil. titul. 7. l. 1. gloss. 1. numer. 17.* Molina Theolog. *tom. 3. de iustitia, disput. 623. numer. 1.* etiamsi habeat maioratûs feudum, & emphyteusis clausulam excludentes religiosos, cùm nouitius nondum sit perfectè talis, sed sit in viâ. Idem dicendum est de religiosis Societatis IESV. Post emissa vota biēnio elapso esse scilicet capaces maioratûs: ideo posse illū retinere, quoniam succedunt in illo, non autem monasterium. Oppositum autem est dicendum, si habeat clausulam excludentem religiosos, quia te verâ sint, & quamuis succedant, cum non possint retinere, non possunt etiam renunciare, vt minus benè tradit Sanchez *lib. 7. cap. 15. numer. 4.* sed omnino censentur exclusi per clausulam excludentem religiosos, aut clericos, Molina *de primog. lib. 1. c. 13. n. 99.* 37.

Non poterit item nouitius ad aliquam Religiosæ congregationis præfecturam iure eligi, & promoueri, habetur *in cap. Nullus, de electione in 6.* ibi: *Nullus Religiosus ad Abbatiam, seu Prælaturam suā, vel alterius religionis de cætero eligatur, nisi antea fuerit ordinem regularem expressè professus. Quòd si secus actum fuerit, eo ipso irritum habeatur. Ad dignitatem vero Episcopalē ad quam Nouitij eliguntur interdum, talem in sæcularibus, & in regularibus Ecclesiis nouitium eligi minimè prohibemus.* Hæc ibi: Vnde colligitur professionem tacitam in hoc expressæ non æquiparari, quoniam ait, nisi antea fuerit expressè professus. Quare esto fuerit tacitè professus non propterea poterit eligi ad Prælaturam suæ, vel alterius religionis. Azor *1. p. lib. 12. cap. 2. vers. duodecimò quæritur.* 38.

Vltima

39. Vltima dubitatio an infames, aut grauati ære alieno debeant admitti ad nouitiatum? Sixtus V. anno 1587. per constitutionem, quæ incipit: *Cum de omnibus Ecclesiasticis.* excludit ab ingressu religionis natos ex incestu, vel sacrilegio, quorum scilicet parentes consanguinitate, vel affinitate intra tertium gradum inuicem coniuncti fuerunt, vel quorum alteruter parens Deo castitatem vouerit, quamuis postea fiant legitimi priuilegio aliquo. Deinde præcepit, ne alij illegitimi spurij, vel naturales etiam legitimi facti, admittantur ad religionem, nisi priùs illorum vita, & mores diligenter explorentur, ita, vt in eis appareat religionis zelus, studium, pietas, morum integritas, ac doctrina, quæ natalium defectus satis suppleant. Tertiò denique præcepit, ne admitterentur ad nouitiatum ære alieno grauati, aut ratiociniis obligati, aut criminosi, aut infames.

Gregorius tamen XIV. has constitutiones abrogauit ex parte per suam constitutionem, incipit: *Circumspecta Romani*, ibi; *Dispensationes quascunque, aut legitimationes in defectu Natalium authoritate Apostolica ad terminos iuris reducimus: & omnes dispensationes, & habilitationes vigore priuilegiorum, aut indultorum Apostolicorum, cuiuis ordini, religioni, Monasterio, aut Congregationi eorumvè Superioribus in genere, vel in specie concessorum, quæ tempore constitutionum Sixti V. vsu recepta erant, & non sub aliis reuocationibus comprehensa, per quoscunque eorum Superiores factas in pristinum statum restituimus, ita vt sient antea valeãt. Ita tamen, vt quandocunque de illegitimis ad habitum, & professionem ordinis quarumcunque agetur, ij ad quos recipiendi ius spectat, diligenter eorum vitam, & mores inquirant, & sic demum recipiant, vt bonam indolem præferant, & eis tot merita suffragentur, vt natalium defectum suppleant, & eorum receptio religioni profectura esse videatur, & ij ad quos pertinet ius recipiendi matura deliberatione ita iudicauerint, & dummodo illegitimus non admittatur in eam religionem, in qua pater eius siue ante, siue post natiuitatẽ ipsius professus fuerit, & adhuc sit superstes.* Hæc ille.

Quo ad ære alieno grauatos dicendum est attentò iure antiquo validè profiteri, posséque admitti ad religionem, etiamsi profitendo redderẽtur impotentes ad soluendum, cùm tamen in sæculo essent soluendo: non enim debitores sunt serui creditorum, quorum professio est irrita sine consensu domini; sicut coniugis professio sine alterius coniugis licentiâ. Similiter ratiociniis astricti attento iure antiquo poterant admitti ad religionem post quàm rationes redderent, quando ratiocinia erant Reipublicæ: secus quando erant priuatorum, vt deducitur ex *c. legem dist. 53. & ex c. vnico de obligatis ad ratiocinia*, ita D. Antonin. *3. p. tit. 16. c. 2. §. 3.* Angel. *verbo religiosus num. 10.* Armil. *verbo religio n. 5.* professio tamen illorum valebat iure antiquo, Maior *in 4. dist. 38. q. 17. concl. 1.* Medina *C. de rest. q. 3. causa 8. ad quintam* Angles *in florib. 2. p. quis teneatur. a. 2. difficult. 12.* Nauarra *lib. 4. de restit. c. 4. dubio vltim.* Carbon. *de restit. q. 85.* Cunha *dist. 53. c. legem. n. 9.* post Sanchez *in præcepta Decalogi lib. 4. c. 19. n. 2.* vbi *n. 2.* id extendit etiam ad valorem votorum simplicium, quæ post biennium nouitiatûs emittunt religiosi Societatis Iesu.

Diximus iure antiquo, quia post Bullam Sixti V. anno Domini 1587. obligati ad ratiocinia, & ære alieno grauati vltra vires facultatum suarum, siue æs alienum debebatur publico, siue particularibus, inualidè profitebantur. Nihilominus constitutionem hanc reduxit Greg. XIV. ad terminos iuris communis, & Clem. VIII. postea anno 1602. quo ad valorem professionis tantùm, quamuis quo ad illicitam horum receptionem, & pœnas recipientium in suo vigore reliquerit motum illum proprium Sixti, Sanch. *d. lib. 4. c. 19. n. 11.* & Cunha *d. c. legem n. 10. dist. 53.*

40 Ad hæc obligati ad reddendam rationem alicuius administrationis nequeunt ordinari ante redditas rationes, Enriquez *in summa lib. 14. c. 5. §. 5.* Reginald *in praxi for. pœnit. lib. 30. n. 65.* Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de discipl. cleric. §. 11. à n. 1.* Munnos de Escobar *de ratiociniis c. 4. ex n. 1.* Bonacin. *de censur. disp. 7. q. 2. punct. 5. n. 2. vers. 4.* vbi *vers. 5.* tradit obligatos ad reddendam rationem administrationis publicæ esse thesaurarios, aut depositarios æris publici, Aduocatos, Magistratus, Iudices. Ad reddendam autem rationem administrationis priuatæ obligari illos, qui administrârunt bona alicuius personæ sæcularis, vt sunt Tutores, Procuratores, Curatores, & similes.

Item ratiociniis præpediti propter administrationem rerum singularium etiam post redditas rationes promoueri non possunt, si super eis lis mota sit, vel in procinctu sit, vt moueatur: tunc enim ad ordines promoueri non possunt ante litis finem. Quòd si promoueantur de facto, digni sunt depositione, quamuis postea causam vincerent, Maiol. *de irregularit. lib. 2. cap. 11. n. 4. vers. in priuatis*, Salzed. *ad Bernard. in practic. c. 20. n. 3.* Campanil. *in diuersor. Iuris Canon. rubr. 11. c. 9. n. 3.* fallit hæc resolutio primò, in illis, qui rerum Ecclesiasticarum, aut miserabilium personarũ, vel cuiuslibet alterius piæ causæ, vel priuatæ administratores fuerint: ij enim pendente administratione possunt promoueri ad ordines, Salzed. *sup. c. 20. n. 5. vers. item*, Campanil. *d. c. 9. vers. prædicta autem prohibitio*, & Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplin. cleric. §. 11. n. 5.*

Fallit secundò in iis, qui sunt initiati aliquo minori ordine; nam quamuis sint alicuius etiam laicalis personæ Tutores, Curatores, aut generales quomodolibet Administratores, tametsi nondum cœptum sit de administratione rationẽ reddere, benè possunt promoueri ad altiores ordinũ gradus. Campanil. *suprà d. c. 9 n. 11.* post Ioan Fab. *in l. quisquis n. 8. C. de Episcopis, & clericis.* Fallit denique in iis, qui publicis ratiociniis obligati fideiussores præstiterunt, ita Maiolus *de irregular. lib. 2. c. 11. n. 14.* Greg. Lop. *l. 23. verbo, no se puede ordenar. tit. 6. partit. 1.* quod procedit, quando fideiussor cõstituit se principalem, ita vt ante principalem debitorem possit conueniri, Salzed. *d. c. 20. n. 6.* Campanil. *suprà c. 9. n. 12.* sicut etiã grauati debito sine aliquâ administratione contracto, vtpote ex mutuo, locatione, vel emptione, aut similibus aliis contractibus, non excluduntur ab ordinibus sacris suscipiendis obligatione, vel lite pendente, Abbas *in c. magnus. de obligatis ad ratiocinia ordinandis, q. ante penult.* Salzed. *d. c. 20. n. 40. vers. inter*, nisi sint maximo ære alieno grauati, & non habeant in bonis ad satisfaciendum debitis, Campanil. *d. cap. 9. num. 9.* Pro reliquis ad hanc materiam pertinentibus consule Sanchez *d. lib. 4. cap. 19. à numer. 2. vsque ad numer. 29.*

LIBER XII.

DE OBLIGATIONIBVS PASTORVM Ecclesiasticorum, præsertim regularium.

DISPVTATIO XXV.

De modo procedendi tam fraternè, quàm iudicialiter in causis Regularium.

§. I.

De correctione fraterna.

EPITOME.

1 *Correctio est duplex, vna fraterna, quæ est actus charitatis, altera iudicialis, quæ est actus iustitiæ.*

2 *Correctio fraterna, vt rectè fiat quatuor requirit.*

3 *Correctionis fraternæ est præceptum tam diuinum, quàm naturale.*

4 *Correctionis fraternæ ordo describitur, qui ordo est in præcepto.*

5 *Correctione fraterna cur testes sint inducendi?*

6 *Occultum peccatum in correctione fraternâ est illud quod non est publicum, seu notorium, & quot modis dicatur occultum?*

7 *Correctionis præceptum obligat personas omnes idoneas ad corripiendum fideles scilicet, & infideles, præsertim Superiores.*

8 *Corrigere fratrem de peccato suo est præceptum affirmatiuum de iure diuino, naturali, & positiuo omnes obligans.*

9 *Correctionis fraternæ materia debet esse grauis, aliquando peccatum veniale potest esse materia.*

10 *In quibus casibus poterit fieri denunciatio Prælato, vt patri sine correctione fraterna.*

11 *Peccatum cedens in graue detrimentum boni communis, seu Religionis, seu tertij, & interdum priuati, potest deferri Prælato emissâ monitione fraternâ, & num. 12.*

13 *Peccatum tendens in damnum peccantis dumtaxat, non est denunciandũ ante monitionẽ.*

14 *Delinquens non debet denunciari Prælato, si est emendatus.*

15 *Vno vidente delictum si priuata correctio non sufficit, an debeant induci duo testes?*

16 *Constitutiones Religionum præcipientes, vt delinquentes denuncientur Prælato emissâ correctione ostenditur, & num. 17.*

18 *Constitutiones Societatis IESV præcipiunt deferri subditos ad Superiores sine præuiâ monitione quomodo intelligantur?*

19 *Constitutiones minorum obligant exeuntes manifestare Guardiano excessus notabiles, dum redeant domum. Idem constitutiones S. Dominici, & num. 20.*

21 *Denunciatio Euangelica circa regulares personas non est vsquequaque seruanda.*

22 *Religiosus, qui fratrem suum videt delinquere, nec denunciat, est particeps criminis fratris.*

23 *Superior apud quem denunciatur tamquam patrem tenetur seruare secretum, & consulere famæ illius, & cur?*

24 *Superior ex denunciantis licentia nequit denunciare delinquentem, & cur?*

25 *Superior procedens vt pater potest interrogare denunciatum, & ipse tenetur veritatem manifestare.*

26 *Denunciatus cognoscens crimen suum potest puniri à Superiore procedente vt patre, esto habeat plenam probationem, poterit tamen pœnitentiam priuatam imponere, & mutare de loco ad locum.*

27 *In quibus casibus possit Superior transire de correctione fraterna ad iudicialem?*

CORRECTIO est duplex, vna fraterna, quæ est actus charitatis, & tendit specialiter ad emendationem fratris delin- 1.
quentis per simplicem admonitionem, ad quam omnes tenentur ex charitate iuxta text. *in cap. si peccauerit 2. q. 1.* & *ibi* Præposit. *n.* 13. & 14. Molina *tom. 6. de iustit. tract. 6. disp. 1. n. 1.* Nauarr. *in man. cap 24. n. 12.* Altera est correctio iudicialis, quæ est actus iustitiæ, perquam bonum commune intenditur, quod non solùm procuratur per admonitionem fratris, sed etiam per punitionem, vt alij à peccato arceantur, Molina *d. disp. 1. n. 2.* vbi addit correctionem esse actum iustitiæ, partim commutatiuæ, & partim vindicatiuæ; sed de hac iudiciali infrà: nunc autem de correctione fraternâ.

Hæc autem, vt sit recta debet procedere pri-
mò ex amore non solùm fraterno, sed paterno, 2.
proinde dicitur à Ioanne *Apocal. 3. 19.* Ego quos amo arguo, & castigo, & Isa. 11. *Egredietur virga de radice Iesse*, quod interpretatur incendium: vnde virga correctionis debet egredi de camino amoris, Secundò, correctio debet fieri cum compassione, & esse lenis, vt ait Socin. *in cap. ad audientiam, n. 1. de homicid.* Simul consonat Augustinus, dum inquit, *in cap. duo 24. q. 4.* nec immeritò, quòd in peccatore duo sunt, homo, & peccator, quia peccator; corripe, quia homo miserere, & D. Gregorius ait, quòd Deus omnipotens ideo permisit, quod Princeps Apostolorum caderet, vt in culpâ suâ disceret qualiter aliis misereri deberet. Tertiò, debet correctio fieri mansuetudine, iuxta illud Psalm. 89. *n. 10. Superueniet mansuetudo, & corripiemur.* Quartò, oportet in correctione, quòd interueniat modestia. Turrecrem. *in cap. sunt namque 14. dist. 45.* dicens *n. 3.* & 4. seruum Dei oportet esse sapientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati.

De correctione fraternâ datum est præceptum
tàm diuinum, quàm naturale, vt patet ex Mat- 3.
thæi 18. *ad Timoth. 5. in principio, & 1. ad Thessal.*

Gal.5. corripite inquietos. Ratio enim naturalis dictat, vt vnus alium instruat, quid vtile, & quid nociuum sit, & quid iustum, aut iniustum sit, admoneat, ac proinde iure naturæ quisquis alium consilio, & admonitione sua tenetur iuuare, ac docere si errauerit; sicut vnum membrum corporis alterum iuuat. Quod etiam præceptum diuinum esse ostenditur ex verbis Christi, *Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum:* vbi *In te*, id est coram te se-
4. cundùm communem Scholasticorum & ex intentione Christi illud *In te*, idem valet, atque præbens tibi scandalum, quantum in ipso est teste Suario *tom.4. de religione lib. 10. de regimine Societatis cap.7. num.11. & 12.*

Ex quibus verbis describitur ordo correctionis fraternæ, vnde nõ solùm ipsa correctio est in præcepto, sed etiam ipse ordo, vt fiat secretò semel, vel etiam pluries, quandiu spes probabiliter habetur de emendatione, admoneatur. D. Thomas *2.2. quæst.33. art. 7. in corpore, & art. 8. ad*
5. *primum.* ne frater diffametur, & sic verecundiam amittens permaneat potiùs in peccato, Hieronymus *in Matthæum* 18. Item si secreta monitio non prosit, vlteriùs procedendum est ad inductionem testium, quantumcunque peccatum sit occultum. Vbi loquitur de correctione fraternâ factâ à priuato, quæ coram testibus fit, vt habeat maiorem efficaciam, & vt quàm minimùm fieri potest, diffametur frater. D.Thom. *art.8. ad 13.* Vltimò, si correctio coram testibus non sufficit ad emendandum fratrem, denunciandus est Prælato propter eundem finem, vtpote, vt emendetur frater etiam cum qualicunque iacturâ famæ, vt bono conscientiæ proximi consulatur, D.Thomas *supra art.7.* ibi *conscientia præferenda est famæ, voluit namque Deus, vt saltem cum dispendio famæ, fratris conscientia per publicam denunciationem à peccato liberetur.* Soarez *de triplici tract. 3. disp. sect.6. num.8.* vbi loquitur quando peccatum fratris est omnino occultum, & redundat in alicuius tertij detrimentum, tunc enim ex præcepto charitatis seruandus est ordo supra positus.

6. Dicitur autem in proposito peccatum occultum illud, quod non est notorium, neque generat publicum scandalum, quamuis de illo rumor aliquis existat, aut ab aliquibus sciatur, Soarez *supra d.num.8.* Aldret. *de tuendâ disciplinâ religiosâ lib.1. cap.5. num.12. & 13.* concinit D.August. *de verbis Domini* ibi: *Quæ peccantur coram omnibus, coram omnibus corripienda sunt. Qui secretò peccauit in te, secretò corripe. Nam si solus nosti & eum vis coram omnibus arguere, non es corrector, sed proditor,* Illustrissimus Cunha *cap. erubescant. 11. dist. 31.* Peccatum igitur, quod non est notorium, seu publicum, seu diuulgatum, est occultum, seu ignotum. Rursus dupliciter dicitur occultum, vno modo, quando est occultum omnino; ita vt nequeat probari: altero quando testibus probari potest; tamen non est diuulgatum in maiori viciniæ, seu congregationis parte; & ita integram delinquens habet ibi famam apud omnes, eo quod testes crimen non prodiderunt, sed secretò retinuerunt, Sotus *lib. 5. de iustitia quæst.6. art.2. post 4. conclusionem,* Castro *de potest. legis pœnalis lib.2. cap. vltim.* Simanc. *de cathol. instit tit.42. num. 1.* Grass. *decis lib.2. cap.68. n.12.*

7. Porro correctionis præceptum obligat personas omnes idoneas ad corripiendum, quamuis ex officio aliàs non teneantur, August. *1. de Ciuit. Dei cap.9.* Chrysost. *homilia 3. ad Hebræos,* Anacletus Papa *cap. tam sacerdotes 24. quæst. 3.* ait præceptum hoc obligare omnes fideles, prout est præceptum Euangelicum: tamen, vt est naturale etiam obligat infideles. Nec est dubium hoc præceptum magis obligare Prælatos, quàm alios, & consequenter magis patres familiâs, circa filium, Dominum circa seruos. D.Thomas. *2. 2. quæst.33. art. 3. ad 1.* quoniam ita præcipit ordo charitatis, & personæ istæ magis idoneæ ad corrigendum, & ex consequenti seniores erga iuniores, & magistri circa discipulos. Quin imo correctionis præceptum obligat non solùm ad corripiendos subditos æquales, sed etiam ad corripiendos superiores. D.Thomas. *d. quæst. 33. art.4.* D. Augustinus *in Epistola 109. ad Monachas quasdam,* ibi: *non solùm vestri, sed etiam Prælati miseremini, qui inter vos quanto in loco superiori, tanto in periculo maiori versatur.*

Ex dictis sequitur corrigere fratrem de pec- 8.
cato suo esse præceptum affirmatiuum de iure diuino, naturali, & positiuo omnes obligans. Est communis decisio Theologorum, & Canonistarum, Altissiodorensis *lib. 3. tract. 25. cap. 1.* Richard. & reliqui sententiarij *in 4. dist. 19.* Innocent. *in cap. nouit. de iudicijs.* Quare monitio secreta ante denunciationem fraternam est materia grauis sufficiens ad obligationem sub mortali, nisi causa legitima excuset ab ea præmittenda. Soarez *d. disp 8. sect. 1. num.4. & sect.2. num.1. & tom 4. de Religione lib.10. de regimine Societatis cap.7. num.14.* Aragonius *2.2. quæst.33. art.2. fol.785. col. 2. corol.3.*

Poterit tamen peccatum veniale esse materia 9.
correctionis, sed non quæ grauiter obliget. Ratio quia consulere veniale non est mortale: ergo multo minus erit mortale non corrigere. Nec refert; veniale est aliquando dispositio moralis, & proxima ad mortale, vt iurare frequenter, & similia: ergo in hoc casu correctio obligabit ad mortale, quoniam proximus erit in periculo, ob quam rationem Syluester *verbo correctio. quæst.1.* ait obligare ad mortale. Nihilominus dicendum est, qui ita peccat venialiter, aut aduertit periculum in quo est, iam peccare mortaliter iuxta illud *Eccles. 3. Qui amat periculum peribit in illo.* Quòd si non aduertit ita, vt excusetur à mortali; tunc dari potest obligatio corrigendi hominem sub mortali culpâ, sed hoc non tam est præceptum corrigendi, quàm consulendi proximo id, quod non aduertit, aut ignorat. Soarez *de triplici tract.3. disp.8 sect.2. num.5.* Aragonius *2. 2. quæst. 33. art. 2. fol. mihi 786. col. 1.* ex D. Augustin. in regula *ibi: si oculi petulantiam in aliquo aduerteritis, statim admonete, nec male cœpta progrediantur, sed de proximo corrigantur.*

Queri potest in quibusnam casibus possit 10
fieri denũciatio Prælato, vt patri sine correctione fraternâ? Respondetur primò, tunc licitũ esse denunciare peccatum fratris Prælato prætermissis duobus prioribus actibus, quando de eorum vtilitate non est spes. D.Thom *d. art.8.* & est cõmunis, & constat ex Euangelio, quando priores duo actus non sortiuntur suum effectum denunciandum esse. Quin imò licet speretur emendatio fratris per priores duos actus, tamen si cum multo maiori fructu per admonitionem Prælati emenda speretur, denunciandum est præsertim in Religionibus, quia illud maius spiri-

 tuale

tuale bonum præferendum est, nam religiosi instituti interest ad perfectionem aspirare; ideo in hoc casu omissâ fraternâ monitione ad Prælatum paterne deferri potest. Sayr. *lib.* 11. *cap.* 4. *num.* 10.

11. Respondetur Secundò, quando peccatum cedit in graue detrimentum boni communis, seu Religionis, quia est infectiuum, vt est crimen hæresis, seu contra castitatem conspiratio in superiores, consuetudo detrahendi in his, & similibus, etiamsi redundet in præiudicium tertij, & contra alicuius bonum priuatum videlicet machinatio contra vitam, aut honorem illius, tunc omissâ monitione fraternâ superiori delictum manifestandum. Nam bonum commune famæ delinquentis præferendum certi iuris est, sicut non est dubium peccatum contra castitatem esse infectiuum, & bonum commune grauiter lædere. D. Thomas *quodlibeto* 11. *art.* 12. D. Antoninus 2. *p. tit.* 9. *cap.* 6. §. 4. *vers. notandum*, Angel. *in summa verbo denunciatio. num.* 10.

Circa peccatum tamen seu damnum priuatum, non est resolutio omnino certa, an semper omissâ correctione manifestandum sit Superiori. Nam si nocumentum, seu damnum, quod proximo infertur est maius, quàm famæ amissio delinquentis, reiectâ famâ, & omissâ correctione, denunciandus est delinquens Superiori: Secus si magis præponderet famæ iactura; tunc enim seruandus est ordo charitatis. D. Anton. 2. *p. tit.* 9. *cap.* 6 §. 4. Sotus *de Secreto tegen. membro.* 2. *q.* 4. *conc.* 3. Angles *in floribus. q. de correct. fraterna* 4. *difficult. concl.* 2. Nauarr. *in manu. cap.* 25. *num.* 33. *&* *cap. inter verba* 11. *q.* 3. *corol.* 50. *num.* 619. Simancas *de Cathol. instit. tit.* 19. *num.* 10. *art.* 42. *num.* 12.

12. Respondetur tertiò his non obstantibus, quando peccatum est secretum, siue ex genere suo sit infectiuum aliorum, siue contra bonum commune, siue in aliorum graue detrimentum cedat, si qui peccatū nouit, cognoscat etiam certò præmissa correctione delinquentem emendatum iri, non posse ad superiorem deferre illum omissâ correctione fraternâ, tenerique monitionem præmittere, ita. D. Thomas 2. 2. *q.* 33. *art.* 7. communiter recepta, & tradit Nauarrus *in manu. cap.* 24. *num* 14. Petr. Nauar. *de restit. lib.* 2. *cap.* 4. *num* 185. Cæterum quia peccata, quæ sunt infectiua de se, & quæ tendunt in aliorum nocumentum præsumuntur per fraternam monitionem non emendari regulariter, neque dimitti ab auctoribus, qui nouit tenetur manifestare omnino statim, & Prælato, seu superiori denuntiare, eò quia huiusmodi spes emendæ excluditur, nisi firmiter credatur delinquentem emendandum ex solâ secretâ monitione. D. Thomas *supra*. Turrecremat. *in cap. si peccauerit* 2. *quæst.* 1. *& ibi* Archid. Innocentius *in cap.* 1. *de testibus cogen.* Nauarr. *in manuali cap.* 18. *num.* 55. Viguerius *in instit. cap.* 12. §. 2. *vers.* 7.

13. Respondetur quartò, in alijs peccatis, in quibus non impendet periculum, neque damnum publicum, nec priuatum timetur, sed tantùm damnum peccantis ipsius nimirum fornicatio, gula, auaritia, &c. tunc fraternam monitionem debere intercedere ante testium inductionem, aut denuntiationem prout Christus Dominus *Matth.* 18. præcepit, & contra faciens peccat iniustè famam proximi lædendo, quòd si non emendetur delinquens, ipsius est tantum detrimentum, & non aliorum, Sayr. *d. lib.* 11. *cap.* 4. *num.* 6. *vbi num.* 8. addit superiori non esse reuelandum, vt iudici delinquentem sine admonitione præuiâ secretâ, quæ resolutio est D. Thomæ 2. 2. *quæst.* 33. *art.* 8. *ad.* 4 Sotus *de tegendo secreto membro.* 2. *quæst.* 4. *concl.* 3. *dub.* 3. Valentia *tom.* 3. *disp.* 3. *quæst.* 10. *punct.* 5. *controuersia.* 1. & Bannes 2. 2. *quæst.* 33. *art* 8. *dub.* 2. ex ea ratione, quia cùm tale peccatum sit tantùm in peccantis detrimentum, cuius delinquens ipse, vel habuit pœnitentiam, vel illius dolor speratur, contra charitatem, imo contra iustitiam erit proximum apud Superiorem infamare, vt vult Petrus Nauarra *de restit. lib.* 2. *cap.* 4 *par.* 2. *dub.* 11. *num.* 131. Sayr. *suprà* Excusabitur tamen à correctione imo, & à reuelatione, si nulla speratur emenda, neque ex correctione Superioris siue vt patris, siue vt iudicis, nō est manifestandus, quoniam in vanum infamatur, & sine fructu, quin etiam in peius pudore reiecto recidet, D. Thomas. *d. quæst.* 33. *art.* 7. *in corp.* ibi: *sicut multi præ timore infamiæ à peccato retrahuntur, ita etiam quando se infamatos conspiciunt irrefrenatè peccant*: vnde in tali casu Deus exorandus est, & res scienter toleranda.

Respondetur Quintò, quando delinquens certò cognoscitur, quòd sit emendatus, nec timetur reincidentia, non debet denunciari Prælato, ita Nauarr. *cons.* 2. *de accusat.* Valentia *suprà disp.* 3. *quæst.* 10. *par.* 5. §. 1. Petrus Nauarra. *d. lib.* 2. *de restit. cap.* 4. *à num.* 223. *vsque ad* 243. Angles *in floribus quæst. de correct. fratern.* 4. *difficul. concl.* 6. & Tolet. *in summa lib.* 5. *cap.* 57. neque in hoc credendum est dicenti se esse emendatum, nisi id colligatur ex circunstantijs manifestis: nam multi correctionem simulant, ne deferantur, cum reverà non sint emendati. 14.

Quæri potest, quando vnus tantùm nouit delictum, si priuata correctio non sufficit, an debeat monens adhibere duos testes? Altisiodorensis *lib.* 3. *Summæ tract.* 25. *cap.* 2. & Durand. *in.* 4. *dist.* 19. negant, quia inde sequeretur delinquentem omnino occultum infamari, & inductio testium esset inutilis, & absque vllo fructu, cùm nequeant postea esse testes coram Prælato ex solo auditu corrigentis delictum. Dicendum tamen est nullam sequi infamiam ex inductione testium si comparetur aliqua denigratio famæ cum bono animæ, quod præferendum est famæ, item colligitur ex verbis Euangelij *adhibe tecum vnum, vel duos testes*, quod sit non solum vt medium necessarium, & vt corrigens probare possit se fecisse, quod in se erat: tamen si vnus testis sufficit non debent adhiberi duo propter eandem rationem vel vitandi, vel minuendi infamiam, Aragonius 2. 2. *q.* 33 *art.* 8. *ad.* 1. *fol.* 827. vbi addit, quid faciendum, quando non inueniuntur testes. 15.

Quid dicendum de constitutionibus aliquarum religionum, & de regulis à Sede Apostolicâ approbatis in quibus præcipitur, vt qui nouerit peccatum extra confessionem alicuius religiosi immediatè denunciet Prælato, non præmissâ correctione fraternâ. Respondet Bannes 2. 2. *q.* 33 *art.* 8. *dub.* 2. *ad.* 7. Gregor. de Valentia *tom.* 3. *disp.* 3. *q.* 10. *punct.* 5. & Sayr. *in claui lib.* 11. *cap.* 4. *num.* 20. non solùm esse vtiles huiusmodi constitutiones, & regulas, sed etiam ex genere suo laudabiles, quia summopere prosint bono 16.

bono communi religionis, & bono particulari, ergo, & vtiles, & laudabiles sunt.

17. His tamen videtur obstare illud Matthæi 18. vbi dicitur, quod prius quam peccatum dicatur Ecclesiæ præcedat monitio secreta, & inductio testium, si monitio non profuit: item *in cap. cùm dilectus. de accusat.* habentur hæc verba: *si vobis constiterit prafatum Episcopum non esse pramonitum ab eisdem, à denunciatione eosdem repellatis*: item secretum de iure naturali est seruandum præsertim, quando non cedit in præiudicium tertij; quod si cedat, secus. D.Thom. 2. 2. *quæst.* 70. *art.* 1. *ad* 2. Nauarrus *in cap. inter verba*, 10. *quæst.* 3. *conclus.* 6. *sub num.* 21. & 23. Sotus *de ratione tegendi secretum. memb.* 2. *quæst.* 7. *num.* 2. ergo defectus proximi, quando non cedit in tertij præiudicium, non est manifestandus, nisi præuiâ monitione adhibitâ. Iuuat D. Thomas *quodlibet* 11. *art.* 13. dicens peccatum proximi non esse aperiendum tertio, quamuis sit amicus delinquentis. Item Prælatus nequit inquirere de peccato occulto sui subditi nullâ præcedente infamia: ergo subditus non poterit denunciare Prælato monitione omissâ.

18. Dicendum tamen est hæc omnia argumenta nullam habere vim in nostrâ Societate, in quâ omnes dum volumus admitti ad religionem renunciamus liberè iuri nostro famæ, & iuri naturali, quidquid religiosissimus, ac sapientissimus Petrus de Ribadeneira *in libello composito de nostra Societate cap.* 34. minus benè contradicat. Quæ renunciatio constat ex *Regula* 9. ibi: *Ad maiorem in spiritu profectum, & præcipuè ad maiorem submissionem, & humilitatem propriam, contentus esse quisque debet, vt omnes errores, & defectus ipsius, & res quacumque, qua notata in eo, & obseruata fuerint, Superioribus per quemuis, qui extra confessionem eas acceperit manifestentur.* Possumus ergo renunciare huic iuri, & dare alteri facultatem denunciandi Superiori defectus nostros absque monitione fraternâ, & de facto renunciamus iuri famæ apud Superiorem, vt patrem illis verbis regulæ, *ex cap.* 4. *examinis* §. 8. ibi: *Interrogetur* (is scilicet qui Societatem ingredi vult) *an contentus sit futurus, vt omnes errores, & defectus ipsius, & res quæcunque notata in eo, & obseruata fuerint, Superioribus per quemuis, qui extra confessionem eas acceperit, manifestentur.* Confirmatur ex *Regula* 10. hæc renunciatio conseruandæ famæ, his verbis: *Bonis etiam omnes consulant ab aliis corrigi, & ad aliorum correctionem iuuare, & manifestare sese inuicem sint parati, debito cum amore, & charitate, ad maiorem spiritus profectum, præsertim vbi à Superiore, qui illorum curam gerit fuerit ita præscriptum, aut interrogatum ad maiorem Dei gloriam.* Sic ibi. Ex qua Regula colligit sapientissimus Ribadeneyra non posse subditos deferri ad Superiores nec manifestare sese inuicem, nisi quando à Superiore fuerint interrogati, aut ab eodem id fuerit illis iniunctum. Sed fallitur omnino, vt constat ex *Congregatione sexta Societatis decreto* 32. *vsque ad* 34. & *ex canone* 10. §. 1 his verbis: *licitum esse omnibus nostris manifestare superiori, vt patri, quodcumque delictum alterius, siue leue, siue graue, & hic est sensus regula, cum ex illis verbis cap.* 4. *examinis constet, nostros cedere cuicunque iuri famæ, quod huic manifestationi obstare posset, & facultatem facere omnibus deferendi ad Superiores, quacunque ab illis notata fuerint.* Hæc ibi. Ergo hodie nullus est ambigendi locus in Societate de tali renunciatione; ita vt nulla sit iniustitia, delatio immediata ad Superiorem, vt patrem sine monitione prævia, Soar. *tom.* 4. *de religione lib.* 10. *de regimine Societatis cap.* 7. *num.* 19. Sayr. *in clauis lib.* 11. *cap.* 4. *num.* 20. vbi probat talem renunciationem famæ non esse contra Christi præceptum, nec contra ius naturale, cùm quisque dominus sit famæ suæ, præsertim quando ex bonâ causâ fit, & propter bonum commune; & quia maximè confert ad bonum conscientiæ, tum ad maiorem profectum spiritualem, tum ad maiorem humilitatem, & submissionem, & ad maiorem securitatem à recidiuis, Christus autem Dominus vniuersale tantum voluit dare præceptum.

Conferunt constitutiones Minorum factæ à Guillelmo Farinatio, approbatæ à Capitulo generali tempore S. Bonauenturæ *in cap.* 7. §. 4. quæ sic habent: *Teneantur fratres per obedientiam exenntes, in reditu suo secreto Guardiano excessus notabiles intimare. Quod si vnus frater excessus alterius sciuerit per duas vias, vtpote per confessionem, & alium modum, non propter hoc tenetur minus Guardiano dicere, quia hoc nullo modo sigillo confessionis præiudicat, quin potius, si taceret inobedientia genus incurreret.* Et paulo infra ait sic: *oppositum dogmatizare sententia totius Capituli Generalis diffinitur, esse doctrinam non sanam, sed pestiferam*, quæ cedere potest in detrimentum Ordinis, & præiudicium regularis disciplinæ. 19.

Accedunt constitutiones S Dominici *dist.* 1. *cap.* 17. *num.* 3. per hæc verba: *Ne autem vitia occultentur Prælato suo, quilibet denunciet, quod viderit, vel audierit.* Et *cap.* 18. *eiusdem dist.* vbi loquuntur de grauioribus culpis *in sect.* 6. ibi addit: *si quis autem tale quid extra monasterium commiserit, frater, qui cum eo est studeat eius excessum Prælato, quantocyus corrigendum intimare.* 20.

Suffragatur D. Thomas, qui quamuis *quodlib.* 1. *art.* 16. doceat non esse denunciandum de delicto alicuius Prælato nisi præmissâ monitione Euangelicâ, tamen *quodlibet* 11. declarat posse omitti monitionem, ac denunciari Prælato immediatè, quando est vir prudens, & spiritualis, quia tunc non dicit ei sicut Prælato, id est iudici, sed sicut personæ proficienti ad correctionem proximi, & emendam; subdens in iis sumendam esse pro regulâ charitatem, & secundum illam faciendum, quod magis expedire iudicabitur. Eandem doctrinam tradit Syluester *verbo correctio quæst.* 7. Anton. 2. *part. tit.* 9. *c.* 6. §. 4. Fauet Richard. *in* 4. *dist.* 19. *art.* 3. *q.* 19. vbi respondet argumento secundo, aitque hæc verba: *Circa regulares personas, non est tanta necessitas hunc ordinem obseruandi*: idem voluit Innocent. III. *in cap. qualiter, & quando el.* 2. *de accusat.* vbi postquam egit de ordine seruando in accusatione, inquisitione, & denunciatione, concludit in hunc modum: *Hunc tamen ordinem contra regulares personas non credimus vsquequaque seruandum, qua dum causa requirit facilius, & liberius à suis possunt administrationibus amoueri.* Ex quibus omnibus, & ex aliis, quæ tradit Soarius *d. lib.* 10. *de Regimine Societatis cap.* 9. *num.* 6. ostenditur denunciationem factam Superiori immediatè, omissâ priuatâ moni- 21.

MMMm 4

monitione licitam esse non solùm in Societate, vt probatum est, sed etiam in variis Religionibus, vbi de hac relatè *num. 7. & 8.*

22. Nam Smaragdus Abbas *in regula S. Benedicti cap. 24.* hanc regulam refert: *Si quis eum quem districtionem monasterij non ferentem, fugam meditari cognouerit, non statim prodiderit, perditionis illius participem se esse non dubitet, & tamdiu à coetu fratrum sequestrandum, quandiu ille valeat reuocari*, & S. Augustinus in suâ regulâ, sic ait: *Nec vos iudicetis esse maleuolos, quando hoc indicatis, magis quippe innocentes non estis, si fratres vestros, quos indicando corrigere potestis, tacendo perire permittitis: Si enim frater tuus vulnus habet in corpore, quod vellet occultare, dum timet secari, nõne crudeliter à te sileretur, & misericorditer indicaretur? Quanto potius ergo debet manifestari, ne deterius putrescat in corde, & tu vulnus fratris contemnis, tu eum perire vides, & negligis: peior es tacendo, quàm ille committendo.* Denique Bonauentura, *Lucæ 17* circa illa verba *si peccauerit in te. Prælato*, inquit, *qui vult prodesse, etiam nullâ præcedente correctione potest, & debet culpa proximi accusari extra iudicium, si sit occulta.* Quam doctrinam ita Religio fuit amplexa, vt contrariam docentes voce actiuâ, & passiuâ priuarentur, quod si pertinaces existerent in carcerem coniicerentur, vt refertur *in Lib. Serena conscientia, quæst. 85. & 100.*

23 Quid quando Superiori delictum tanquam patri occultum manifestatum fuerit? Respondetur, Superiorem teneri seruare secretum, & consulere famæ subditi: poterit tamen occultè corrigere illum. Quin imò si Superior posset occulta delicta manifestare nullum esset discrimen inter denunciationem factam tamquam patri, & illam quæ fit tamquam iudici quod est

24 falsum. Proinde neque Superior etiam ex denunciantis licentiâ poterit manifestare aliis, quoniam reus maximum detrimentum in famâ pateretur si manifestare posset aliis Non enim denunciator dominus est famæ proximi, vnde non potest concedere licentiam, sed tantùm potest per se, vel per alium secreto corrigere. Quando

25. autem Superior procedit vt pater potest denunciatum interrogare, & denunciatus tenetur veritatem tamquam patri manifestare, nisi vereatur probabiliter, quod tamquam iudex eum punire velit. D. Thomas *quodlibet. 12. art. 13.* Sotus *lib. 5. de iust. quæst. 6. art. 2. concl. 3 & de secreto tegendo membro. 2. quæst. 4 concl 7.*

26. Porro si denunciatus agnoscat crimen suum, aut si Superior plenam probationem criminis habuerit, cùm procedat vt pater, non poterit punire denunciatum, quia procedit tamquam pater, & tamquam priuata persona, & in locum denũciantis subrogata, & ex illa punitione sequeretur infamatio, & ex patre fieret iudex, quod fieri non potest. D Antonin. *tom. 2. tit. 9. cap. 6. §. 4.* Nauarr. *in cap. inter verba 11. quæst. 3. corol 59. num. 628.* Syluester *verbo correctio num. 5* & clarius Sotus *de secreto tegendo memb. 2. quæst. 4. concl. 1.* & Angles *in floribus de correctione fraternâ, difficult. 7.* Poterit autem secretò secretam pœnitentiam imponere, & priuatim monere, & arguere, & alia remedia adhibere, quę iudicauerit profutura citra infamiam illius quando peccatum est occultum. Quin etiam si fieri possit sine violatione secreti poterit denunciatum mutare ad aliquem locum quæsito honesto aliquo colore, quamuis delictum probari possit: sufficit enim iniungere pœnitentiam aliquam ad præcauendum in futurum. D. Antonin. *d. tit. 9. cap. 6. §. 4. vers. iudicantur*, & Angles *d. difficult. 7.* Aldret. *de religiosa disciplinâ tuendâ, lib. 1. cap. 6. ex n 21. ad num. 29.*

Quæri potest an, & quando, & quomodò possit fieri transitus à denunciatione ad accusationem, & à paternâ transitus ad iudicialem, ac denique, quando denuncians paternè possit obligari à Superiori, aut non possit ad denunciandum iudicialiter? Sotus *de tegendo secreto, supra membr. 2 quæst. 4. concl 8* putat quando subditus à Superiore vt patre interrogatus conuinci non potest, & negat pertinax, nihil posse facere Prælatum, nisi monere subditum, & orare pro illo, eùm non laboret infamiâ, posse tamen, vt ait Suarius *d. tom. 4. lib. 10. cap 10. num. 13.* pro qualitate semiplenæ probationis, eum seuerè reprehendere, & secretam correctionem aliquam vti medicinam adhibere. Nunquam tamen poterit Prælatus in vindictam peccati etiam quando conuictus est, ad publicam punitionem procedere in tali foro procedendi, nisi ad commune bonum necessarium iudicetur. Interueniente autem necessitate boni communis habebit locum hæc pœna; eò quòd bonum commune præfertur bono particulari famæ. Sed tunc expedit, vt fiat transitus à viâ denunciationis ad viam accusationis. Oportet namqoe, vt denunciator, seu fiscalis tamquam minister publicus vtatur officio accusatoris, & formet processum, sicut fit in via accusationis Semper autem in condemnatione mitius est agendum in hoc processu, quàm in rigorosa accusatione. Quin imo quando subditus est semiplenè conuictus, & adhuc negat delictum, tortura potest habere locum, ita Bernard. Dias *in praxi cap. 125. & 126.* & *ibi* Salzedo, Antonin, *3 part. titul. 9. cap 7. § 8.* Syluest. *inquisitio 2. d. dicto 9* & Armil. *eodem verbo num. 12.* licèt aliqui ex his non loquantur in specie de regularibus, sed generatim de Clericis, sub quibus veniunt regulares, Soarez *supra cap. 12 n. 3. & num. 41.* post Nauarrum *cap. inter verba in antique corol. 48 num. 583.* 27.

Quo ad secundum de transitu, & denonciatione paternâ ad iudicialem dicendum est fieri posse hunc transitum aliquando, non autem semper. Probatur, quia denunciatio paterna fit secretò propter solam emendationem subditi, & ad præcauendum malum futurum: Igitur si finis obtineatur, non est vlteriùs procedendum, Soarez *d. cap. 12. num 36.* quod, si post paternam diligentiam omnem Superioris, subditus, vel negat. vel est incorrigibilis, & nulla de illo est infamia, nequit Superior de denunciato inquirere, quando delictum est occultum omnino, nec est ex illis, quæ tendunt in damnum communitatis; & ideo non potest Prælatus ad iudicialem correctionem transire, præsertim, si denuncians repugnet; quoniam non, vt iudici sed vt patri, & secreto denonciauit. Soarez *supra num. 43.*

Quo ad tertium dicas non posse Prælatum in superiori casu subditum obligare sub præcepto, vt quod sibi tamquam patri manifestauit, vt iudici manifestet. Nec etiam cogi, vt auferat sibi secreti seruandi onus; quia cùm delictum sit occultum, & nulli detrimentum irroget, nisi ipsi auctori, non potest obligari subditus ad denunciandum iudicialiter propter punitionem solam,

quando

quando nō est spes emendæ, & finis ille est valde extrinsecus denunciationi, & vt talis spectat ad accusationem. Secus, quando delictum tendit in damnum communitatis; tunc enim potest Superior cogere subditum sub præcepto, vt sibi manifestetur iuridicè delictum fratris, tamquam iudici, vt seruetur indemnis communitas, non obstante secreto prioris denunciationis paternæ. Quin imò si subditus renuat obedire potest Prælatus iudicialiter procedere non inquirendo tamen, cum nulla præcesserit infamia, sed per viam denunciationis creato fiscali, qui denunciet; in quo euentu poterit interrogare subditum denunciantem, vti testem, tenebitúrque sub iuramento veritatem fateri: si denuncians item est testis omni exceptione maior poterit interrogari reus, & obligari ad veritatem dicendam, nisi paternè denuncians fuerit complex eiusdem delicti, & propter profectum suum spiritualem illud Prælato, vt patri manifestauit; tunc enim cogi non potest vt alium denunciet iudicialiter, aut contra illum testimonium ferat, nec se ipsum tenetur prodere iudicialiter, siquidem nemo tenetur cum graui suo detrimento, vel infamia ferre testimonium contra alium in iudicio, Saa *in Summa de testib. num. 3. & de reo num. 2.* Soares *d. lib. 10. cap. 12. num. 44.*

Denique Prælatus poterit procedere (contra delinquentem per correctionem non emendatum) iudicialiter, modo prius seruatus fuerit ordo correctionis fraternæ, & delinquens neglexerit emendari, vt ita trahatur ad resipiscentiam; tum quia vtiliter agitur negotium delinquentis, quem Ecclesia summopere conatur retrahere à peccato, tum quia potest à cœtu fidelium per excommunicationem seiungi iuxta illud Euangelij, *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi tamquam Ethnicus, & publicanus*, sed non potest excommunicari nisi iudicialis processus contra ipsum instituatur, Filliucius *tract. 28. cap. 7. quæst. 11. & 12. num. 163.* Bonacin. *circa 1. decalogi præceptum disp. 3. quæst. 4. punct. 7. num. 18.*

§. II.

De correctione iudiciaria.

1 *Iudicio in quocunque quot personæ reperiantur?*
2 *Prælatus in causis religiosorum est iudex ordinarius.*
3 *Degradatio verbalis competit Episcopo electo non autem actualis.*
4 *Prælatus regularis potest cognoscere de crimine digno degradatione & imponere verbalem degradationem cùm sit iudex, ordinarius.*
5 *Prælatus quas pœnas spirituales possit imponere suis religiosis?*
6 *Prælati conuentuales an possint excommunicare? Pars negans probatur, sed non est sequenda.*
7 *Prælati conuentuales nequeunt suspendere Capitulum suum, & cur?*
8 *Prælati religionum quas pœnas temporales possint imponere suis subditis?*
9 *Prælatus quando est iudex non potest esse accusator, nec testis.*
10 *Accusator ex iustitiâ non tenetur præmittere secretam monitionem.*
11 *Accusatio quid sit, quomodo fiat, & quæ requirat?*
12 *Accusatio differt à denunciatione, & à denunciatore.*
13 *Denunciatio iudicialis non semper fit ad Superiorem ad vindictam publicam.*
14 *Denunciator non est dominus famæ denunciati, & potest admitti vt testis nisi repellatur aliunde.*
15 *Denunciator quando denunciat vt priuata persona an habeatur loco accusatoris?*
16 *Accusatori actorum copia danda est vt accusationem proponat, & eius copia danda est Reo.*
17 *Accusare potest quis de iniuriâ sibi factâ, sed non tenetur.*
18 *Accusare in quibus casibus quis teneatur? & 19.*
20 *Actor differt ab accusatore qui est in criminalibus, & ille in ciuilibus.*
21 *Actio est ius prosequendi in iudicio in ciuilibus. Accusatio autem est ius in iudicio ad vindictam publicam.*
22 *Admonitio accusationem non debet præcedere regulariter: denunciationem charitatiua monitio vtique, & inquisitionem clamosa insinuatio præuenire.*
23 *Denunciatio quando fit ad delicti punitionem, fieri potest, etiam si Auctor est emendatus: Secus quando delictum defertur tanquam ad patrem.*

IN quocunque iudicio tres personæ 1.
reperiuntur, Iudex scilicet, Actor, &
Reus. Alij nomine Actoris accusatorem
adhibent, & vt perfectum iudicium sit, addunt
testem, & aduocatum, qui regulariter non requiritur in causis regularium. Nihilominus Superior etiam quando procedit solâ facti veritate
inspectâ, poterit in re graui aduocatum concedere religioso etiam patronum non petenti. Prælati ergo religionis in causis religiosorum sunt 2.
iudices ordinarij, cùm habeant iurisdictionem
propriam vt per Victorin. Mansium *de modo procedendi in causis regul. cap. 2. num. 2.* Bapt. Confect. *in summario priuilegiorum tit. 11. cap. 1.* Fr. Manuel *1. tom. regul. quæst. 17. art. 6.* Barbos. *in cap. quamto de officio ordinarii num. 6.* vbi concludit clericos regulares indistinctè coràm suo Abbate esse conueniendos, seu accusandos, præterquam de grauissimis criminibus depositione dignis in quibus Episcopi locum habent, Boerius
decis. 2 1. num. 5. Panor *in cap. cum contingat* 3.
21. de foro compet. Accedit quòd ordinis depositio, siue verbalis degradatio competit Episcopo, vt sentit glossa *in cap. transmissam de electione*, & Barbosa *ibi num. 7.* vbi ait electum in Episcopum non posse actualiter deponere clericum, etiamsi possit pronuntiare eum deponendum Hippol. *singular. 200. num. 1.* eò quia depositio actualis censetur actus ordinis dependens ab ipsâ consecratione: secus verò in verbali depositione, quæ est actus solius iurisdictionis, vt vult Marius Alter. *de censuris tom. 2 disp. 2. cap. 7. vers. quærunt Doctores.*

Vnde sequitur ad actualem degradationem requiri authoritatem Episcopi, & illius erit puni-
re, cuius officij est deponere, Buttius *cons. 19.* 4.
num. 18. & Nauarrus cons. 2. de regularibus n. 63. & *cons. 6. de for. compet.* Nihilominus hoc solùm

solùm probat, vbi degradatio actualis facienda est, quòd Episcopus est eius executor, & ab alio, quàm ab Episcopo exerceri non potest, quia hæc competit ordini Episcopali; quòd non tollit potestatem Prælato regulari cognoscendi de omni crimine etiam degradationis digno, potestque imponere verbalem degradationem, cùm habeat merum, ac mixtum imperium in omni crimine; solúmque Episcopo reseruatur executio actualis eiusdem degradationis. Aldret. *lib. 1. cap. 3. de relig. discipl. suendà per totum*, vbi *num.* 28. addit grauiora crimina, ac negotia Superiores locales non posse expedire inconsulto Prouinciali, vel generali. Dicuntur autem maiora, seu grauiora negotia, quæ ad Episcopalem spectant iurisdictionem: attamen in his consuetudo cuiusque Religionis, & statuta sunt consideranda.

Insuper Prælati omnes religionum tam mediati, quàm immediati habent iurisdictionem immediatam in omnes religiosos sibi subiectos, & eorum sunt iudices ordinarij in suis conuentibus, corúmque correctionem habent primo loco, text. *in cap. reprehensibilis. 26. de appellat. & ibi* Panot *num.* 11. & Franch. *num.* 12. Zabar. *num.* 16. Sigis. Scacc. *de appellat. quæst.* 17. *limit.* 26. *num.* 10. *in principio*, Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 20. *quæst* 13. qoos referens sequitur Barbos. *in d. cap reprehensibilis num.* 8 Habéntque plenam iurisdictionem in sibi subditos, nisi limitetur à Prouinciali, Victorin. Mansus *in modo procedendi in causa regul. cap. 2. num.* 2. Suarius *tom. 4. de Religione lib. 1. cap. 1. num* 22. *& sequent.* Nec non habent potestatem coerciriuam in illos spiritualem, Suarius. *d. lib.* 2 *cap.* 9. vbi de pœnis spiritualibus *num.* 1. *&* 2. *&* 4. *& cap.* 10. vbi de pœnis corporalibus *ex num.* 5.

5 Sed quæres quas nam pœnas spirituales possit Prælatus suis subditis iniungere? Constat ex *cap. cum in Ecclesiis de maior. & obed.* Abbates posse religiosos excommunicare. Barbos. *ibi num* 4 Benedictus Capta *tom. 1. commun. opin. l. 1. tit. 11. num. 26. pag. 194 per textum in cap. ea qua. de stat Monac.* vbi dicitur in spiritualibus iurisdictionem, siue correctionem etiam in grauioribus criminibus ad solum Abbatem pertinere, paucis quibusdam exceptis in Concil. Trident. *sess. 25. de regularibus cap.* 14. sequitur Soarez *d. lib. 2. cap. 9 ex num.* 4 dicens in Prælatis Religionum esse potestatem coercendi subditoa per quascunque censuras Ecclesiasticas. quæ iustè possunt in tali materia, seu crimine personis imponi, argumento Episcoporũ, qui habent hanc potestatem: ergo Prælati Religiosi. Dictum est personis, vt excludatur interdictum locale, quod non potest ab his Prælatis imponi, subdítque *num* 5. non esse negandam huiusmodi Prælatis potestatem ferendi censuras, quæ communitatibus imponuntur, quales sunt suspensio Capituli, & interdictum generale personale: quoniam vere sunt Prælati, & Iudices respectu inferiorum communitatum, nimirum Generalis respectu Capituli Prouincialis, & inferiorum. Idem dicendum est de Prouinciali respectu Capituli Conuentualis. Atque ita potest Prælatus Superior suspendere capitulum sibi subiectum, vel communitatem interdicere. Suar. *d. lib. 2. cap 9. num.* 5. Sayr. *lib. 5. de censuris cap. 10. num.* 1 vbi vult quod quicunque excommunicare potest, etiam suspendere, & interdicere potest, & è conuerso; & similiter, qui excommunicari potest etiam suspendi, & interdici potest, *& num.* 7. dicens interdici posse non solùm personas singulares, sed etiam Vniuersitates, Collegia, & Capitula. Denique communis regula est omnem Prælatum posse personas sibi subiectas interdicere, si in eas habet iurisdictionem spiritualem fori exterioris, *cap. cum inter de consuetudine cap. cum ab Ecclesiarum de officio ordinarij*, & *ibi* gloss. *in verbo Ecclesiastica sententia*, vbi notat hos Prælatos esse Abbates, & Prælatos Ecclesiarum Collegiatarum, similiter Generales Religionum interdicere possunt; Priores item, & Guardiani & Superiores Monasteriorum subditos suos ab audiendis diuinis, aut confessionibus valent interdicere. Sayr. *d. cap.* 10. *n.* 13. *& num.* 22. ex Enriquez *lib.* 13. *cap.* 24. §. 3. *& cap.* 51. §. 1. Locum autem, aut personam simpliciter interdicere nequeunt Guardiani, & reliqui superiores locales Sayr. *. l. num.* 22.

His autem Prælatis Conuentualibus Religionum obijci potest potestatem ferendi censuras illis conuenire non posse, cum assimilentur Parochia, quibus hæc potestas non conceditur, nisi ex commissione factâ, aut ex consuetudine præscripta in aliquibus saltem casibus; aliàs nequeunt excommunicare Parochianos suos, Sayr. *de censur. lib. 1. cap 6. num.* 32. ergo nec Priores Conuentuales, seu Guardiani poterunt excommunicare, nec suspendere, nec interdicere singulas personas. Dicendum tamen est posse excommunicare, vt constat ex dictis: item suspendere sibi subditos ex regulâ, *qui potest excommunicare, potest etiam suspendere.* Non poterunt tamen suspendere Capitulum suum, & communitatem, cùm non habeant Capitulum à se ipsis distinctum, neque habent iurisdictionem extra suum Capitulum; illius autem ipsi sunt caput, & ideo Capitulum nihil mali committere potest, quod ipsis præsertim non imputetur: ac proinde 7.
ipsi Superiores nequeunt esse judices delicti commissi à tali Capitulo, vt Capitulum est: idcirco non possunt illud punire per suspensionem, sicut non possunt suspendere se ipsos; & qoamuis Prælatus suspenderet singulos de Capitulo iustè, ipse tamen semper maneret habilis, & in eo seruaretur vox Capituli, iuxta tradita ab Abbate *in cap. 1. de electione num* 5. Nauarr. *cons.* 38. *de regularibus.* Nam licèt nullum Collegium Ecclesiasticum possit constitui in vno; quia duo saltem requiruntur ad faciendum Collegium, vt per Mascard. *de probat. conclus.* 584. *num.* 9. Fr. Manuel *regul. tom. 2. quæst.* 53. *art.* 11. *in principio*, Anton. Ragucci. *de voce Canonicorum in Capitulo q.* 1. *num.* 3. tamen constitutum semel in multis, totum ius Collegij potest concurrere ad vnum, & in eo conseruari, Ludouic. Miranda *in manu. Prælat tom. 2. quæst. 23. art. 5. concl.* 2. post Nauarrum *cons. 6. num.* 2 *tit. de electione in nouis:* igitur Prælatus quamuis iustè suspendat singulos, in ipso conseruabitur vox capituli, Soarez *d. lib. 2. cap. 9. num.* 6.

Quid de potestate Prælatorum Religionis circa pœnas temporales sois subditis imponendas? 8.
Certi iuris est non posse imponi ab illis pœnam mortis, cùm à nullo iudice Ecclesiastico imponi queat, *cap. cum non ab hominem de iudiciis*; poterunt tamen religiosum incorrigibilem propter delicta enormia, & excessus notabiles habitu, & priuilegiis Religionis exuere, & pariter brachio sæculari corrigendum tradere: quod intellige ex vi solius professionis religiosæ. Nam Clericus

Clericus incorrigibilis etiam nullâ præcedente degradatione propter incorrigibilitatem potest puniri à iudice sæculari, Carol. de Grassis *de effectibus Clericalium effect. 1. num.* 797. non tamen ad eius requisitionem etiam pro delicto grauissimo clericus est degradandus, Insignis Barbos. *in l. si postea quam. ff. de iudiciis. ex num.* 246. quia ex officio iudex Ecclesiasticus degradare debet, vt tradatur Curiæ sæculari, quando id exigit delicti grauitas, Nauarrus *in cap. non dicatis, 12. quæst. 1. num.* 91. Gama *de sacramentis præstandis vltimò supplicio damnatis, quæst. 5. num.* 8.

Dictum est ex vi solius professionis religiosæ hoc non repugnare, eo quia, quando religiosus tonsura clericali est insignitus, non possunt Prælati regulares illum degradare, nec exuere priuilegio clericali, nec tradere brachio sæculari, quantumcunque illum priuent statu, seu habitu religioso. Quin imò Prælati, si considerentur, vt clerici, & quatenus habent iurisdictionem Ecclesiasticam nequeunt ita subditum exuere immunitate, vt illum tradant brachio sæculari, nisi habeant ad hoc speciale priuilegium à Summo Pontifice, sine quo incurrent irregularitatem, Soares *eodem titulo disp. 47. sect. 1. & tom. 4. de Religione lib. 2. cap. 10. num. 1.*

Possunt etiam Prælati punire etiam subditos delinquentes pœnâ exilij intra ipsam Religionem relegando subditum ad aliquam domum suæ religionis, vt constat *ex cap. 1. de calumniatoribus, in verbo in exilium deportari*, per quem textum iudices Ecclesiastici pœnam exilij imponere possunt clericis. Bernard. Dias, & Salzed. *in pract. cap.* 137. *in noua edit.* Azeued. *l. 3. in fine tit. 1. lib. 1. noua recopil.* Fr. Manuel *regul. tom. 2. q. 23. art. 1.* Soar. *suprà d. cap. 10. num.* 8. An verò Prælatus supremus possit relegare subditum extra suam Prouinciam, consule Aldret *supra lib. 2. cap. 27. §. 9. ex num. 32. ad num. 37. & 38.*

Quid de pœnâ triremium? Posse hâc pœnâ puniri regulares tradit Nauarrus *comment. 3. de regularibus num.* 53, vbi id probat ex consuetudine plurium regularium, sequitur Soares *suprà cap. 10, num. 3.* quando crimen est grauissimum post Bernardum Dias *in practica cap.* 146. Fr. Manuel *tom. 2. regul. q. 24 art. 1.* vbi meminit indulti a Pio Quinto concessi Superioribus S. Hieronymi, cuius sunt participes cæteri religiosi ex generali priuilegiorum communicatione. Aldret. *vbi supra, num.* 16.

9. His positis Prælatus cùm fuerit iudex non potest esse accusator, nec testis, D. Thomas 2. 2. *q. 67. art. 3. ad. 3.* quia id iudicij naturæ, & ordini repugnat, *cap. cum à nobis, & c. dilecto de testib.* vt per Tiraquel. cessante causa *par. 1. num.* 240. Menoc. *de arbitrar. lib. 1. quæst.* 73. Caldas Pereira *quæst. forens. p. 9. num.* 15. Farinac. *in praxi crimin. q. 60. num.* 89. Mascard. *de probat. concl.* 950. *à principio*, & præcipuè *à num. 7. & concl.* 1357. *num.* 37. Rota *decis. 259. num.* 8. apud Farinac. *p. 1. recent.*

Requiritur in iudicio criminali ita accusator, vt sine illo nullus debeat damnari *cap. habetur 3. q. 9. cap. si quis potestatem 23. q. 4.* D. Tho-
10. mas 2. 2. *q. 67. art. 3* Menoch. *cons. 160. num.* 259. & Sotus *de iustitia lib. 5. q. 4. art. 3.* Non tenetur tamen accusator ex iustitia præmittere secretam monitionem, quando crimen est occultum, sed satis est quòd possit probare crimen. Aldret. *lib. 1. cap. 4. num. 6.*

Est ergo accusatio delatio rei de crimine ad vindictam publicam libello facta, Sayr. *in clau* 11.
lib. 12. cap. 14. num. 11. Azor. *lib. 1. cap. 19.* Lessius *lib. 2. cap. 30. dub. 1.* Filliucius *tract. 40. cap. 7. q. 1. n.* 201. Farinac. *in praxi lib. 2. q. 12. num. 2.* post Iulium Clarum *§. final. q. 12.* Gomez *de delictis, titulo qualiter formetur accusatio. per totum.*

Accusatio quinque requirit iure communi, vt rectè fiat. Primò vt fiat in scriptis *l. libellorum. ff. de accusationibus.* Secundò requiritur nomen accusatoris, & accusati. *d. l. libellorum.* Tertiò, species delicti *d. l. libellorum* Quartò, locus, & tempus, vbi patratum est crimen; non requiritur tamen vt dies exprimatur, nisi petatur apponi dies, quia fortè reus se vult defendere, & probare se alibi eo die fuisse, Bartol. *is qui reus col. 6. num. 10. vers. sed quæro an in accusatione ff. de publ. iud. & in l. libellorum col. 3. num. 13. de accusat*, Farin. *in praxi lib. 1. q. 1. num.* 20. Quintò, requiritur inscriptio accusantis, quâ accusator se obliget ad pœnam talionis. Quæ conditio hodie non est in vsu; nisi quando per calumniam denunciauerit iuxta constitutionem Pij Quinti, quæ est quinta in ordine, vbi per calumniam denunciãtes ad pœnam talionis teneri voluit, & mandauit, & sic quamuis inscriptio ad hanc talionis pœnam non fit ampliùs in vsu; ipsa tamen pœna videtur renouata virtute prædictæ constitutionis, quæ est in Bullario *par. 2. fol. mihi 926. vers. monemus præterea.* Quare vigore. d. Bullæ dabitur pœna talionis; de iure autem communi calumniatoris pœna erit hodie arbitraria, Farin. *d. lib. 1. q. 16. num. 5. vers. sed in proposito.* vide Bullam.

Accusatio item differt à denunciatione, & ac- 12.
cusator à denunciatore; nam accusatio semper datur in scriptis cum solennitatibus suprà requisitis: Secus denunciatio, quæ fieri potest solis verbis, qua defertur crimen ad superiorem tamquam ad iudicem competentem, vt propter bonum publicum puniat delinquentem, nec subiicit pœnæ talionis, Sayr. *in clau lib. 12. cap. 14. num. 11.* nec tenetur probare crimina, quæ denunciat: accusator autem suscipit in se onus probandi, Azor *p. 1. lib. 1. cap. 12.* Filliucius *tract. 40. num. 201.* Bonacina *circa præceptum octauum q. 3. punct. 1. num. 3. disp. 10.* Farin.
p. 1. q. 16. n. 16. & 18. Non tamen semper iudicialis 13.
denunciatio fit ad superiorem ad vindictam publicam, sed ad pœnitentiam, vel correctionem. Aldret. *lib. 1. cap. 5. num. 2.* nec denunciator est
Dominus famæ denunciati, & potest admitti, 14.
vt testis; nisi aliunde repellatur: quoniam non ad propriam vindictam, neque suam, aut suorum prosequitur iniuriam, neque ad illum pertinet, quod reus plectatur, Secus si aliquid horum in denunciatore reperiatur: tunc enim non poterit esse testis, sed vti suspectus reiicietur: his verò deficientibus legitimus censebitur testis cùm dicat se rem vidisse, & de eo, quod vidit propriis oculis testificari, Aldret. *lib. 2. cap. 3. num. 20.* post alios.

Sed huic obstare potest, quod denunciator, 15.
quando denunciat, vt priuata persona, habetur loco accusatoris, & sic non admittitur in testem *cap. 1. 4. q. 3. cap. forus §. in omni, de verbor. significat.* & sic tantùm probat, quantùm accusator,

cusator, Bossius *in titulo de denunciat. num. 2. vers. & sequitur etiam effectus iuris.* Roland. *cons.* 98. *num.* 36. *vol.* 4. Mascard. *de probat lib.* 1. *concl.* 506. vbi generaliter dixit, quòd denuncianti non est credendum, nisi denunciationis veritatem probet, Scribentes *in cap. in omni de testib.* Otia. *in cap. quoniam contra. col.* 30. *vers. dubitatur de probat.* Farin. *in praxi par* 2. *lib.* 1. *quæst.* 52. *num.* 172. concludens ex Rolando in foro sæculari, vel Ecclesiastico ob delicta denunciatores in testes non recipi, nisi in denunciatione Euangelicâ; tamen secus in aliis denunciationibus; sed respondetur hoc solùm procedere, quando denunciator agit ad vindictam, vel suam, aut suorum prosequitur iniuriam, vel ad eum pertinet, quod reus puniatur; tunc reiicitur tanquam suspectus.

16. Adde accusatori actorum copiam dandam esse, vt accusationem proponat, cuius copia dabitur postea reo, vt suas defensiones possit opponere; non tamen admittetur in testem, nec eius consanguineus, *cap.* 1. & 2. *quarta quæst.* 4. *l. nullus C. de testibus*, & multo minus iuramentum accusatori dabitur in probationis supplementum, quamuis delictum semiplenè probatum sit, quod intellige in criminalibus, Alexander *in l.* 3. *num.* 12. *de iure iur.* Iulius Clarus. §. *final. quæst.* 63. *num.* 1. Simancas *de hæreticis cap.* 50. *num.* 2.

17. Poterit item quis alium accusare de iniuriâ sibi factâ, quamuis non teneatur. Est enim accusatio actus virtutis iustitiæ: ideo si debito modo fiat, licitus erit, hoc est seclusâ vindictâ, & odio: Neque obest illud Matthæi. 6. *Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*, quia illa verba non continent præceptum, sed consilium dimittendi iniurias factas, Sayr. *in Claui lib.* 12. *cap.* 14. *num.* 2. *vers. dubium primum est.* Pilliucius *tract.* 40. *cap.* 7. *quæst.* 5. *à num.* 210. & *quæst.* 6. *num.* 212.

18. Quin etiam multis in casibus debent omnes accusare, vel querelam deponere. Primò, quando crimen in Religione cedit in damnum communitatis, seu publicum, quando aliter damnum impediri non potest, quàm accusando, tenemur accusare, quamuis delinquenti promissum sit secretum de non reuelando cum iuramento, quia est illicitum. Nauarrus *cap.* 25. *num.* 23. Salon. 2. 2. *quæst.* 68. *art.* 1. Sayr. *suprà lib.* 12. *cap.* 14. *num.* 8. Nec refert, si propter accusationem delinquens detrimentum patiatur in fama; quia damnum commune adeo graue est, vt præponderet famæ priuati, Valentia *tom.* 3. *disp.* 5. *q.* 12. *punct.* 1. Pet. Nauarra *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 190.

19. Secundò, quando crimen est in fieri contra tertiam personam priuatam, quilibet tenetur delinquentem accusare, si probare potest, vel saltem denunciare, vt impediatur damnum, & hoc ex charitate, si aliter impedire non possit, quàm accusando, vel denunciando, D. Thomas. 2. 2. *quæst.* 33. *art.* 7. Salon *ibi*, *quæst.* 68. *controuers.* 1. *concl.* 2. Toletus *lib.* 5. *cap.* 57. & deducitur ex illo *Prouerb.* 24. *Erue eos, qui ducuntur ad mortem*, Sayr. *d. lib.* 12. *cap.* 14. *num.* 6. & 8. Dictum est, quando crimen est contra tertiam personam, quia si non est, quamuis sit in fieri, vel procinctu, vt fiat; tunc enim non tenemur accusare, sed sufficit monitionem fraternam facere, si datur spes emendæ seruatis regulis §. *præcedenti* traditis.

Sed quid dicendum de Actore? Respondetur differre ab accusatore; quia iste in criminalibus sic dicitur: ille autem in ciuilibus appellatur Actor: vnde actio est ius prosequendi in iudicio, quod sibi debetur in causis ciuilibus *Institut. de actio. in principio.* Accusatio autem est ius prosequendi in iudicio ad vindictam publicam, *Institut. de publica vindic. in principio*: proinde 20.

Actio ad simplicem iurisdictionem pertinet: accusatio verò ad merum imperium, Alciat. *in l. pecunia* §. *actio. de verbor. significat.* Aragon. 2. 2. *quæst.* 67. *art.* 3. Denique quamuis secundùm aliquos ante denunciationem Euangelicam necessaria est admonitio semper, ita etiam ante accusationem; quod alij absolutè, & in vniuersum negant, Paludan. *in* 4. *dist.* 19. *quæst.* 4. *in respons. ad argumen.* Nauarr. *in cap. in text. verba* 11. *quæst.* 3. *concl.* 6. *corol.* 61. *num.* 642. Saa *in summa, verbo iudex.* §. *accusatio.* Vtraque opinio est probabilis. 21.

Distinctione tamen res est finienda. Nam si solùm naturam actus accusationis consideremus, non opus est, vt admonitio accusationem præcedat, D. Thomas *in* 4. *dist.* 19. *q.* 2. *art.* 3. *quæstiuncula.* 3. *ad quartum*, & *quodlib.* 1. *art.* 6. & *quodlib.* 11. *art.* 13. Valentia *tom.* 3. *disp.* 5. *q.* 12. *punct.* 1. *dub.* 3. vbi meminit D. Thomam 2. 2. *q.* 68. agentem de accusatione nequaquàm fecisse mentionem fraternæ admonitionis. Probatur *ex cap. Qualiter, & quando* 2. *de accusat.* his verbis: *sicut accusationem legitima debet præcedere inscriptio, sic & denunciationem charitatiua monitio, & inquisitionem clamosa insinuatio præuenire.* Quo loci Summus Pontifex ponit discrimen inter denunciationem Euangelicam, & accusationem, & denunciationem, dicens præcedere debere monitionem, ostendens non prærequiri ad accusationem. Nam accusatio non habet pro fine pœnitentiam, aut emendationem fratris, sed punitionem delinquentis ob bonum communitatis, vt cæteri deterreantur per vnius punitionem à criminibus. 22.

Quòd si denunciatio non fiat ad fratris emendationem, sed ad delicti punitionem, quamuis auctor sit emendatus, & absolutus in foro animæ, adhuc tamen licitè potest accusari, vt plectatur publicè ad exemplum aliorum. Vnde sequitur non requiri ex vi, & naturâ accusationis, quod præcedat admonitio. Secus quando delictum defertur ad Superiorem tamquam ad patrem propter fratris emendationem tantùm; vt fit in denuntiatione Euangelicâ, de quâ *Matth.* 18. cuius finis est, vt frater emendetur. Sayr. *d. lib.* 12. *cap.* 15, *num.* 6. 23.

---

§. III.

De Reo.

EPITOME.

1. *Reus à re qua petitur in iudicio nomen habet.*
2. *Reus naturali iure defenditur, ac propterea citari debet.*
3. *Reus iniustè interrogatus, aut denunciatus negare potest.*
4. *Reus ex solâ simplici denunciatione interrogatus potest negare, etiã affirmante denunciante.*

5 *Denuncians*

5 *Denuncians non facit semiplenam probationem.*

6 *Reus, & testis non tenentur dicere veritatem quando dubitant, se iuridicè interrogari.*

7 *Reus cum graui damno suo, vel alterius an teneatur obedire iudici dubitans de eius mandato.*

8 *Reus quando crimen est occultum non tenetur veritatem aperire cum graui damno suo.*

9 *Reus legitimè interrogatus an teneatur fateri cum periculo vitæ? & 10.*

11 *Reus an possit reuelare crimina, quibus infirmentur dicta testium?*

12 *Reus negans occultum omnino crimen an peccet vocando accusatorem mendacem, & calumniatorem?*

13 *Reum fecisse crimen aliis asserentibus, aliis negantibus etiam si sint minus digni negantes, fauendum est reo, & cur?*

14 *Purgatio Canonica an sit in vsu, & quæ sit, & quot debeant esse testes.*

15 *Purgatio Canonica indici potest quando reus negat crimen de quo est infamatus præmisso iuramento reo, & compurgatoribus.*

16 *Indicia dum adsunt ad torturam an sit reus torquendus, aut purgatio Canonica concedenda? Esse torquendum pars affirmans docet.*

17 *Reus deficiens in purgatione, aut eam subire recusans conuincitur.*

18 *Clericus deficiens in purgatione punitur tanquam conuictus. Secus religiosus.*

19 *Religiosus purgationem suam rectè perficiens innocens declarari debet, & absolui.*

1. REVS teste S. Isidoro à re, quæ petitur nomen obtinuit, & quamuis ignarus criminis sit, tamen dicitur Reus, quandiu in iudicio pro re aliquâ petitur. Eius defensio iure naturali fulcitur; ac propterea in
2. iudicio citari debet. Iniustè contra ordinem iuris interrogatus, aut denunciatus tutâ conscientia potest negare etiam cum iuramento se fecisse
3. crimen illud. Petr. Nauarra *de restitut. lib. 2. c. 4. dubio 2. numer. 136. part. 2. & part. 3. dub. 15. numer. 349.* Salon. *2. 2. quæst. 60. art. 1. concl. 2. & articul. 2. controuers. 11. & controuers. 13. conclus. 2.* Sayr. *in Claui lib. 11. cap. 5. num. 6. vers. reus igitur*, Valentia *tom. 3. disp. 5. quæst. 13. punct. 2.* Aldret. *lib. 2. cap. 4. num. 13.* Bonacin. *circa octauum præceptum disp. 10. quæst. 3. punct. 2. n. 1.*

4. Similiter non tenetur reus ex solâ simplici denunciatione interrogantis dicere veritatem etiãsi denuncians affirmet, sed præter denunciantem requiritur alius testis omni exceptione maior, aut infamiâ, vel saltem indicia sufficientia, ita
5. Valentia *tom. 3. disp. 15. q. 13. punct. 2.* Bonacina *suprà n. 3.* non enim denunciator facit semiplenam probationem; & multo minùs, quando denunciator intendit punitionem, suscipitque causam tanquam propriam.

6. Eodem modo reus, & testis non tenentur dicere veritatem, quando dubitant se iuridicè interrogari, seu seruato iuris ordine, ita Reginaldus *lib. 24. numer. 46. & 134.* Lessius *lib. 2. cap. 31. dubio 3. numer. 10.* Azor *3. parte lib. 13. cap. 28.* Filliucius *tractat. 4. cap. 8. quæst. 2. numer. 232. & cap. 9. quæst. 3. numer. 274.* Ratio, quia nemo tenetur cum graui damno suo, 7.
vel alterius obedire superiori, nisi constet illum legitimè imperare, tum, quia in dubio fauendum est reo, Sayr. *in Claui lib. 12. cap. 16. n. 18. vers. secunda pars.*

Nihilominus pars affirmans est Syluestri, *verbo inquisitio primo, quæst. 3.* Paludani *in 4. dist. 19. q. 2.* quam sequitur Bonacina *de contractibus disput. 2. quæst. 9. punct. 1. numer. 7. & de legibus disput. 1. quæst. 1. punct. 7. §. 3. n. 11.* post alios ibi relatos, ex eo quòd in dubio præsumendum est, quòd Superior habeat facultatem præcipiendi.

Item reus non tenetur veritatem aperire quando crimen est occultum, quia non iuridicè interrogatur, nec tenetur obedire huic præcepto, cùm repugnet iuri naturæ obligare reum ad manifestandum delictum occultum cum graui damno suo nullâ præcedente infamiâ, nec semiplenâ probatione, aut indiciis grauibus, Emanuel Sà *§. de reo, numer. 13.* Lessius *lib. 2. cap. 31. dub. 3. numer. 9.* Bonacin. *suprà de reo, punct. 2. num. 5.* 8

Ex dictis reus legitimè interrogatus tenetur sub peccato mortali veritatem fateri etiam cum periculo vitæ, Sotus *de iustit. lib. 5. q. 6. art. 1. & 2. conclus. 5. in fine, & de secreto teg. memb. 2. quæst. 7. concl. 1.* Nauarr. *in manuali cap. 18. num. 57. & cap. 25. num. 36. & cap. inter verba 11. q. 3. conclus. 6. corol. 50. numer. 586.* & latè *corol. 65. num. 725.* Valent. *tom. 3. disp. 5. q. 13. punct. 1.* Sayr. *in Claui lib. 12. cap. 16. num. 1.* Beia *1. part. casu 32.* ratio quia Superior legitimè præcipit, & interrogat: ergo reus tenetur obedire, nisi aliter de rationabili Iudicis voluntate præsumatur, Salon. *2. 2. q. 69. art. 2.* Lessius *lib. 2. c. 31. dub. 3. n. 13.* 9

Nihilominus non est improbabilis aliquibus opinio asserens reum non peccare mortaliter negando crimen capitale, vel non capitale, dignum tamen condemnatione ad triremes, vel ad carcerem perpetuum, vel ad similes pœnas modò detur spes euadendi negato crimine, videlicet quando crimen est ita occultum, vt aliundè non possit esse certitudo ad condemnandum reum, nisi ex confessione ipsius. Petr. Nauarra *lib. 2. cap. 4. num. 142.* Rodriguez, *tom. 2. regul. q. 19. art. 4.* Emanuel. Saa. *de reo. num. 6.* Lessius *lib. 2. cap. 31. num. 13.* Filliucius *tract. 40. cap. 9. q. 4. num. 266.* eò quia consanguineus non potest cogi ad testificandum contra consanguineum *l. 4. ff. de testibus*, nec præceptum humanum potest cogere ad ferendum testimonium cum suo graui damno: nam item testes cogendi sunt, quando agitur de probando crimen occultum, vt per Farinacium *in praxi quæst. 78. numer. 121.* ergo à fortiori nullus videtur cogendus ad testificandum contra se ipsum. Nemo enim magis mihi consanguineus est, quàm ego mihi ipsi. Reus etiam condemnari non potest, nisi confessus, aut conuictus sit *cap. 1. cap. nos inquemquam, & cap. Primates q. 2. quæst. 1.* Albert. *in l. 2. numer. 1. vers. & nota Cod. quorum appellat.* Gomez *variar. resolut. tom. 3. titul. de probat. delicti post, numer. 3.* Roland. *cons. 51. numer. 24. lib. 1.* Bertaz. *cons. 41. numer. 1. & consil. 54. numer. 1. lib. 1.* Paria enim sunt quem esse conuictum, & confessum. Farinac. *de testibus quæst. 63. num. 234.* Nulla enim maior 10.

confessione reperitur probatio, quia confessio facit rem manifestam, inducit notorium, habet vim rei iudicatæ, text. *in cap. vestra, & cap. final. de cohabit. cleric. & mulier.* Angel. *l.* 1. *num.* 6. *vers. quid si de crimine ff. de confessis.*

11. Quæstionis, est an Reus peccet contra iustitiam reuelando crimina occulta, quæ possint infirmare testimonia testium vt sunt periurium, crimen falsi, seu excommunicatio à qua testes non sunt absoluti? Negat Sotus *lib.* 5. *quæst.* 7. *art.* 3. quia Reus potest vti mediis ad suam defensionem ordinatis, qualis est manifestatio horum criminum quando est necessaria: attamen aliquando Reus peccabit apericado crimina testium occulta, si non sit necessaria illorum detectio ad propriam defensionem: vel si Reus potuisset cum minori damno dicta testium eneruare: tunc enim non excusabitur à peccato contra iustitiam detegendo ipsorum crimina, Sotus *vbi proximè*, Valent. *tom.* 3. *disput.* 5. *quæst.* 14. *punct.* 3. Reginal. *lib.* 24 *num.* 140. Lessius *lib.* 2. *cap.* 31. *dub.* 1. Filliucius *tract.* 40. *cap.* 9. *quæst.* 1. *num.* 259.

12. Similiter Reus quando crimen est occultum ita vt iuridicè nequeat probari, non peccat mortaliter contra iustitiam vocando accusatorem mendacem, & calumniatorem, quamuis accusator famæ iacturam videatur pati, cùm tamen eam non patiatur, cùm regulariter apud omnes præsumatur calumniator, & mendax, dum velit accusare de crimine, quod non potest probare, Syluest. *verbo restitutio* 3. *quæst.* 4. Petrus Nauarra *lib.* 2. *cap.* 4 *numer* 348. Azor. 3. *part. lib.* 5. *cap* 9 *quæst.* 8. Filliucius *tract.* 40. *cap* 9. *quæst.* 2. *numer.* 261. Non excusabitur tamen Reus à mortali, si alio modo se poterat defendere, quàm hæc crimina accusatori obiiciendo, cùm maius malum irroget accusatori, quàm opus sit, vt se defendat. Reus item, qui delictum re ipsâ commisit, & innocens ex actis apparet, sine dubio est absoluendus, quamuis iudex nouerit ex priuatâ scientiâ nocentem, Syluester *verbo iudex*, 2 *num* 5 *in principio*, Iulius Clarus §. *final. quæst.* 66. *num.* 2. Couarr. *lib.* 1. *resol. cap.* 1 *post num.* 6. Salon. 2. 2. *quæst.* 67. *a. e.* 2. *statim post conclusiones.* Petrus Nauarra *de restit. lib.* 2. *cap.* 3. *num* 160.

13. Porro si aliqui testes deponant Reum commisisse crimen, & alij testificentur non commisisse, standum est dictis testium deponentium non commisisse crimen, quamuis deponentes pro delicto sint digniores. Panor. *in cap cum P. num.* 13. *de accusat.* probatur per glossam *in cap. clerici.* 81. *dist* quæ ait, si duo testes clerici testificantur contra Reum, & duo Laici in fauorem, credendum esse laicis deponentibus Reū non deliquisse, quamuis clerici sint digniores laicis; quàm glossam sequitur Abbas *in cap. ex literis. in penultimo notab. de probat. in cap. ad nostram. eodem titulo* Marsil. *in eo §.* 2. *num.* 19. *& in consil.* 51. *num.* 47. *&* 65. *num.* 45 vbi vult quod quamuis testimonia virorum sint digniora testimoniis fœminarum, & ex consequenti præferenda, vt per Abbat. *in cap. term. de verbor. signific.* tamen hoc locum non habere, quando testimonia fœminarum sunt in fauorem rei, & testimonia virorum in fauorem Actoris quia in hoc casu præferuntur testimonia mulierum, Gram. *cons* 45 *numer.* 40. Iuuat Abbas *in cap. in nostra de test.* quem sequitur Felinus *in d. cap. ex litteris in vltimo notabili* dicentes, quamuis regulariter plus credatur testibus affirmantibus, quàm negantibus, etiam si essent mille, hoc non procedere, quando testes negantes sunt pro Reo, quia tunc negantibus plus creditur, vt Reus absoluatur per dictam glossam *in d. cap. clerici.* Sunt enim iura promptiora ad absoluendum, quam ad damnandum, *d. cap. ex litteris de probat.* Couarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 1. *num.* 2. *vers. quarto*, Mixia *in tract. tassa panis. conclus.* 1. *numer.* 171. Cardin. Tusc. *tom.* 1. *littera A. conclus.* 41. *numer.* 1. vnde non solùm est absoluendus Reus datâ paritate testium hinc inde contradicentium, vt ait Crotus *de testibus part.* 5. *numer.* 369. Farin. *in praxi quæst.* 65. *numer.* 152. Menoch. *de arbitrar. casu* 98. *à principio*, *& de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 91. sed etiam, quando datur imparitas in numero testium, vt Marant. *in l. si potest. numer.* 317. *&* 329. quem sequitur Roland. *lib.* 2. *cons.* 63. *numer.* 45. *& sequens.* quod intellige dummodo numerus negantium Reum commisisse crimen sit valde impar, sufficiet tamen numerus fœminarum, quæ sint bonæ famæ ita vt earum testimoniis conficiatur plena probatio.

Quæri potest an purgatio canonica sit in vsu, & quæ sit? Olim Sacri Canones purgationem canonicam indicendam decreuerunt, & erat in vsu contra quos suspicio vehemens surgebat de crimine infamiæ, aut quando graue aliquod scandalum oriebatur ex vitâ alicuius: ideo ad remouendum hanc infamiam, seu scandalum tollendum etiam Summi Pontifices de grauioribus criminibus diffamari, quamuis à nemine iudicari possent, solenniter se purgare voluerunt, sic Damasus, Paschalis. 1. Symachus. publicè purgati sunt, & alij prout referunt Salzed *ad Bernard in pract. cap* 151. Fr. Manuel *Regul. tom* 2. *quæst* 20. *art* 1. *in principio.* Hodie tamen purgatio canonica est arbitraria, Bonacos. *commun. crimin. part.* 2. *verbo purgatio canonica, fol.* 64. *verso.* Menoch. *de arbitr. casu* 274. *numer.* 3. nec iam est in vsu nisi in causâ hæresis, vt volunt Clar. *lib.* 5. § *final. quæst.* 63. *numer.* 4 Penna *in director. Inquisitor. part.* 3. *comment.* 38. *pag.* 477. *& comment.* 42. *pag.* 502. Hoc tamen non tollit, quin possit regularis se solenniter purgare, quando est infamatus, vt declarat Bernard. *in praxi cap.* 151. *numer.* 8. *& sequent.* 14.

Est autem purgatio canonica indicenda, quando Reus negat crimen, de quo est infamatus, nec testibus probari potest illius infamia, quæ fuit inusta non ab inimicis, vel deperditis hominibus, sed à bonis, ac honestis. Datur ergo iuramentum Reo, vt fateatur veritatem, quod iuramentum aliorum iuramentis comprobatur. Iurat ergo infamiâ notatus se huiusmodi crimen nequaquam commisisse, & compurgatores debent iurare se credere Reum esse liberum à crimine, ac propterea verum iurasse. Numerus compurgatorum hodie est ad arbitrium iudicis, *cap. presbyter si a plebe*, vbi glossa 2. *quæst.* 5. Syluest. *verbo purgatio*, Menoch. *casu* 274. *numer.* 5. Aldrer. *lib.* 2. *cap.* 11. *numer.* 5. vbi *num.* 6 addit compurgatores debere esse eiusdem ordinis, & qualitatis, qua Reus est, vt si ille sit Sacerdos, cōpurgatores sint Sacerdotes, qui infamati vitam rectè cognoscant 15.

scant quòd si, qui sunt eiusdem ordinis fuerint inimici, vel infamati, non admittuntur ad purgationem, sed alij, per Bernard. *d. cap. 151. n. 6.* Barbos. *in cap. cum in iuuentute. de purgatione canonica, num. 5.* Non indicitur autem purgatio, si infamia sit simplex, & absque scandalo, & originem habeat à maleuolis, vt per Bernard. *in d. cap. 151. num. 9.* & Fr. Manuel *tom. 2. regul. q. 20. art. 1. vers. aduertero.*

16. Sed quid, quando adsunt indicia sufficientia ad torturam possit indici purgatio Canonica Reo inquisito aut sit inferenda tortura? Posse indici Canonicam purgationem colligitur *ex cap. inter solicitudines. de purgatione Canonica,* quando contra Reum sunt indicia sufficientia ad torturam vt per Marc. Anton. Genuen. *in praxi Curiæ Archiepisc. Neapol. cap. 33.* est enim vehemens suspicio, quæ oritur ex grauibus indiciis, & inclinat cùm aliquali, vel modicâ dubitatione in vnam partem animum iudicis, Menoch. *de præsumpt. lib. 1. q. 7.* Farin. *de indiciis ad torturam q. 36. num. 181.* Quæ opinio de iure videtur verior.

Nihilominus non esse indicendam purgationem Canonicam existentibus indiciis ad torturam, sed Reum esse torquendum vult Cardinal. *in Clement. 1. §. sane. q. 22. de vsuris*, quem sequitur Franch. Squillacensis *in tract. de Fide Catholica cap. 31. num. 1.* Quæ sententia excludit compurgatorum falsam depositionem, quæ hisce temporibus facillimo negotio fieri posset, & sic fuisse decisum per maiorem partem Dominorum prædictæ Curiæ tradit Marc. Anton. *supra d. cap. 33.* non esse scilicet indicendam purgationem, sed Reum torquendum quoties dantur indicia sufficientia ad torturam.

17. Si autem is qui defecit in purgatione, aut eam subire sibi iure indictam recusat, præsumptione admodum vrgenti conuincitur. Couarr. *in cap. Alma p. 1. §. 2. n. 4. in principio.* Quin imò recusans se purgare de hæresi, officio, & beneficio debet priuari, vt per Sanctarel. *in tract. de hæresi cap. 41. n. 9.* Reo item deficiente in purgatione pro conuicto habetur: attamen vt puniatur iuxta iuris dispositionem pœnis impositis, non est hæc legitima criminis probatio, sed tantùm orta ex præsumptione; ideo oportet examinare quam grauis, aut vehemens fuerit nota Reo inusta, Bernard. *in pract. c. 152.* Simanch. *de instit. Cathol. c. 54. n. 7.*

18. Manuel *tom. 2. regul. q. 20. a. 2.* vbi refert, quòd quamuis clericus accusatus puniatur tanquam conuictus, si defecerit in purgatione; religiosum tamen eodem modo non esse puniendum. Item in dictâ purgatione religioso coram domesticis examen debet fieri, si sola infamia inter domesticos parietes fuit peruagata; secus si ad externos etiam permanauit:

19. tunc poterunt vocari aliqui externi. Denique qui purgationem suam ritè perfecit debet statim à Iudice innocens declarari, & absolui ab infamiâ criminis, & restitui in pristinum statum *cap. ex tuarum. de purgatione Canonica* Fr. Manuel *tom. 2. regular. quæst. 20. a. 2. in principio.* Soarez *de religione, tom. 1. lib. 1. de irreligiositate, cap. 3. num. 8.*

§. IV.

De testibus.

EPITOME.

1 *Testis omni exceptione maior, qui dicatur.*
2 *Laicus contra Clericum nec contra religiosum esse potest testis.*
3 *Testes minus idonei in legitimorum defectum admitti possunt, sed solum faciunt indicium, & qui sint minus idonei? Et quid de fœminis? n. eodem, & 5.*
4 *Testes in causâ criminali religiosorum, qui testes sint legitimi?*
5 *Qui nam testes sint idonei in causâ religiosi præter Clericos, & religiosos?*
6 *Socius criminis an possit esse testis, & quantum probet?*
7 *Testes singulares quid probent in causâ criminali contrà Clericum, vel religiosum?*
8 *Testes duo fide digni, & omni exceptione maiores sufficiant ad plenam probationem, & est contra ius naturale minori numero aliquem condemnare? & quam fidem faciat testis vnicus fide dignissimus? numer. eodem.*
9 *Testes de audita etiam fide digni, quam faciant probationem?*
10 *Testes, vt sint contestes, qui requiruntur, & quid requiratur?*
11 *Testes si sint numero, & dignitate pares fauendum est Reo.*
12 *Testes conuenire debent in substantialibus.*
13 *Testes quando ad inuicem sint discordes quid agendum?*
14 *Testis per se loquendo non tenetur manifestare quod sub secreto, vel gratiâ Consilij, vel auxilij, accepit, & quot modis limitetur? num. 15.*

DICITUR testis omni exceptione maior, cui nihil iure opponi potest, per quod eius fides minuatur, gloss. *verbo maiores in cap. 1. de consanguin. & affinit.* & ibi Abbas *numer. 5. gloss. in §. Item verborum in verbo idoneos, Institut. de inutil. stipulat.* Baldus *in l. optimam. numer. 8. Cod. de contrahenda & committent. stipulat.* Farinac. *de testibus q. 62. num. 5.* post alios. 1

An autem testis idoneus sit idem, quod testis omni exceptione maior, affirmat Abbas *in cap. 5. num. 3. de affinita. & consanguinita.* per glossam *in d. §. Item verborum, in verbo idoneus Institut. de inutil. stipulat.* quam sequitur Corset. *in suis singul. verbo integer n. 3.* Cortad. *in pract. §. 2. de offic. Prætor. in causis ciuilibus tit. de testibus. rubric. personas testium aggrediendo, verbo omni exceptione maior n. 88. in fin fol. 150 vers. atq; dicātū.* Sed meliùs Blanc. *in tract. de indic. ad l. fi. de quæst. n. 318.* dicens magis esse testem omni exceptione maiorē, quàm testē idoneū, quia datur magis idoneus; ergo maior omni exceptione dicitur fidelior testis, quā idoneus, sequitur Crot. *in tract. de testib. n. 395. ad fin.* dicens esse aliquos idoneos testes, qui nō sunt omni exceptione maiores, nec dissētit Masc. *de prob. lib. 2. concl. 1019. post n. 5.*

vbi docet plurimum distare testem idoneum à teste omni exceptione maiorem, Fat. *d. q.6.n.3.*

2. In causâ ergo criminali laicus contra clericum testis esse non potest idoneus, quamuis in ciuilibus admittatur, secus criminaliter quando agitur, text. *in cap. de catero. de testibus* ibi: *Laicos in accusationem, vel testimonium contra Clericos in criminali causa non esse aliquatenus admittendos, censura sacrorum Canonum manifestius edocet*, & *ibi* Ioan. Andr. *in summario Annan. numer.* 1. Oldrad *cons.* 145. *num.* 3. vbi etiam de communi, Clarus *in pract.* §. *final. q.* 24. *vers. praterea quaro.* Mascard. *de probat. lib.* 1. *conclus.* 961. *num.* 1, & hoc prouenit ex reuerentiâ, quam debet laicus clerico, & ex inimicitia, quæ inter clericos, & laicos generaliter inest *cap. laici*, & *cap. laicus* 2. *q.* 7. Denique id procedit ex æquitate, & æqualitate: nam Clericus non potest contra laicum testificari, igitur neo laicus contra Clericum *cap. testimonium* ibi: *testimonium clerici aduersus laicum nemo recipiat in causa criminali*, & *ibi* glossa, & Archid. *num.* 3. *in fine.* Præposit. *n.* 10. 11. *q. quast.* 1.

3. Similiter contra religiosum laicus non est admittendus in testem propter easdem rationes, nisi quando veritas aliter haberi non potest, tunc enim in subsidium ne veritas occultetur admittitur laicus ad testificandum contra clericum, seu religiosum sicut Clerici admittuntur contra laicos, text. *in cap. quamquam in versic. si autem.* ibi: *Vbi nulla idonea secularium inueniantur persona ne veritas occultetur*, Abbas *in c. cum nuncius numer.* 3. *post principium vers. nisi vbi testes laici non reperiuntur: de testibus*, Aldret. *lib.* 2. *cap.* 3. *numer.* 14. & 15. vbi notat posse esse testes laicos quando veritas aliter sciri non potest, vel quando crimen est notorium, extra quos casus laicorum depositio solum facit indicium. Farinac. *d. quast.* 61. *numer.* 109. & *sequentib.* & *num.* 118. vbi de crimine notorio in quo laici non arcentur à ferẽdo testimonium contra clericum. Abbas *in cap. de catero num.* 4. & *ibi* Felinus *n.* 6. *de testibus.*

Cùm ergo testes non idonei de quibus loquimur, solum faciant indicium contra clericos, seu religiosus, tamen possunt admitti ad eorum fauorem & defensionem vt per Felinum *in d. c. de catero. n.* 8. *extra de testibus.* Vnde hæreticus contra Catholicum non probat sed ad eius fauorem maximè. Corrad. *supra de testibus* §. 2. *rubr. personas testium aggrediendo, verbo clericus n.* 77. *vers.* & *subinrgit*, & *numer.* 78. *in* 4. *limitatione.* Mascard. *de probat. lib.* 3. *concl.* 1358 *n.* 53.

Quæri igitur potest, quinam sint in criminalibus testes minus idonei? Ex *lege in testimonium, ff. de testibus*, censentur minores viginti annis, quamuis eorum dictum sufficiens indicium præstet ad capiendas informationes, non verò ad torquendum, vel condemnandum, Gomez *tom.* 3. *cap.* 12. *numer.* 13 Mascardus *de probat. concl.* 1247. Farin. *de testib.* post plures *quast.* 58. *numer.* 10. vbi de his latè. Similiter inimicus repellitur, & in nullo casu admittitur tanquam testis, modò præcesserit grauis inimicitia, aut grauis iniuria, idem Farin. *quast.* 12. *numer.* 34. *de Inquisit.* Cardin. Tusch. *tom.* 8 *conclus.* 222. Bonacina *in* 8. *Decalogi pracepto. disput.* 20. *q.* 3. *punct.* 3. *num.* 3. *vers. secundo in criminalibus*, & *infra vers. tertio*, vbi addit repelli à testimonio ferendo viles, & inopes, quoties suspicio est, vt pecuniâ corrupti falsum deponant, *l.* 3 *ff. de testibus.* Similiter in causis criminalibus repelluntur mulieres propter sexus fragilitatem, *cap. mulierem.* 33. *q.* 5. ergo multo fortius debent repelli in causis regularium, Aldret. *lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 16. post alios.

Erunt autem in causâ criminali Regularium, 4
testes idonei, & legitimi regulares, & Clerici; nisi aliunde exceptio aliqua opponatur, vt colligitur ex *c. de catero. de testibus* Nihilominus testes minùs idonei admitti possunt tanquam idonei, quando crimen eo tempore, vel loco commissum est, vt alij testes haberi nequeant; vt si crimen patratum sit in syluâ, campo, noctu, vel in cubiculo, ita Valentia *tom.* 3. *disp.* 5. *q.* 14. *punct.* 15. Layman *lib.* 3. *tract.* 4. *c.* 2. Cardin. Tusch. *de testibus, concl.* 228. Sayr. *in Claui lib.* 12. *cap.* 21. *n.* 24. Filliuc. *tract.* 40. *c.* 8. *q.* 3. *n.* 233. & 234. & Bald. *in l. si quis ex argentariis, ff. de edendo*, addens *ibi* vnum testem valde dignum fide, & valde idoneum posse supplere defectum alterius minus idonei.

Quin imò quamuis de iure Canonico mulieres non recipiantur in causis criminalibus tanquam testes, possunt tamen recipi ad aliquam præsumptionem faciendam per *textum in cap. quoniam de testibus*, vt notat *ibi* Henric. Boyc. *numer.* 2. *vers. secundum Canones*, *iuncto numer.* 5. *vers. vel dic*, Farinac. *de testibus, quast.* 59. *num.* 13. & 17. & *quast.* 62. *num.* 261. vnde secus de iure ciuili secundùm quod mulieres in criminalibus non repelluntur à testificando per *textum in l. ex eo, ff. de testibus* cuius sunt hæc verba: *Ex eo quod prohibet lex Iulia de adulteriis testimonium dicere condemnatam mulierem, colligitur etiam mulieres testimonium in Iudicio dicendi ius habere.* Et *ibi*, idem notat Florian. *numer.* 2. Abbas *in d. cap. quoniam. de testibus. numer.* 2. & est communis conclusio, Grammaticus *consilio* 12. *numer.* 17. Blanch. *de indiciis numer.* 250. Gigas *de Crimin. lasa Maiest. lib.* 2. *titul. quomodo, & per quos crimen lasa Maiest. probe. quast.* 6. *num.* 3. & Gomez *variar. tom.* 3. *cap.* 13. *de delict. rubr. de probat. delict. num.* 13. *vers. sed dubium necessarium est*, iunctu *Versicul. sed his non obstantibus*, vbi addit ab hâc conclusione in iudicando, & consulendo non esse recedendum.

Nunquam tamen mulieres in criminalibus ad testificandum admissæ erunt testes omni exceptione maiores, Alexander *cons.* 70. *numer.* 14. *vers. benè facit. lib.* 2. Aymon *cons.* 99. *numer.* 5. & *de antiquit. tempor. parte* 1. §. *Quaritur etiam in hâc materia, numer.* 36. Roland. *cons.* 7. *numer.* 12. & *cons.* 24. *num.* 63. *lib.* 1. & Cephal *cons.* 233. *num.* 23. *lib.* 2 Farin. *d. quast.* 59. *numer.* 26. *vers. sublimna tertiò*, vbi *numer.* 27. ait duas fœminas in criminalibus non plenè probare delictum ad effectum condemnandi Reum. Quin etiam in capitalibus tres fœminas non conuincere Reum tradit Gandin *in titulo de furibus, & latro. n.* 7 sequitur Hippol. Riminal. *cons.* 217. *n.* 5. *lib.* 2. & *n.* 5. *vers.* & *quod inquit Angel.*

Repellitur item à testificando ordinarie socius 6.
criminis, *cap. veniens de testibus*, Menoch. *de arbitr. casu* 474. & *numer.* 13. & *cons.* 378. *numer.* 4. Molla *in Empor. iuris parte* 1. *titul.* 11. *in pralud. num.* 79. Surdus *de alimentis tit.* 1. *q.* 60. *num.* 9. & alij quibus accedit Barbos. *in d.*

cap.

c. veniens n. 2. vbi addit neque indicium facere ad torturam aliis indiciis non concurrentibus, vt per Bonacos. *communium crimin. part.* 2. *verbo socius fol.* 70. *in fine*, Gregor. Lopez *l.* 21. *verbo algun erro. tit.* 16. *partit.* 3. Menoch. *d. num.* 13. Mascard. *conclus.* 1321. *num.* 9. *& conclus.* 1359. *num.* 19.

Aldret. tamen *d. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 17. fatetur non esse integrum testem, facere tamen indicium præsertim in his delictis, quæ socio egent, vt committantur, *cap. quoniam* vbi gloss. *de testibus*. Cæterùm, in his criminibus, quæ committi solent occultè, & veritas aliunde haberi non potest, socius criminis recipitur, Decius *cons.* 189. *n.* 10. Aymo. *cons.* 178 *post num.* 3 Alex. de Neuo *Cons.* 37. *sub num.* 2. *inter consilia matrimonialia*, & Flamin. *de resignat. lib.* 14 *quæst* 10. *à num.* 13. Admittitur denique socius criminis in crimine hæresis, læsæ Maiestatis, falsificationis monetæ, maleficij, furti famosi, Sodomiæ, Bonacin. *de testibus disp.* 10 *quæst.* 3. *punct.* 3. *num.* 3. *vers. Octauo.*

7. Quæri potest quidnam probent contra clericum, vel religiosum testes singulares? Nihil plenè probare, neque ex eo potest damnari aliquis ex furto videlicet, quòd dicit vnus se vidisse committi à Petro tali tempore, & alter alio tempore aliud furtum diuersum. Cùm ex dictis huiusmodi non fiat plena probatio contra Petrum, quæ exigitur, vt aliquis condemnetur. Constat ex *cap. licet vniuersis de testibus*, *& ex cap. licet causam de probationibus.* Debent autem duo testes saltem esse contestes, seu concordes, D.
8. Thomas. 2. 2. *quæst.* 70. *art.* 2. Sotus *lib.* 5. *de iustitia. quæst.* 7. *art.* 2. Panor. *in cap. Bona memoria* 1. *de electione* Syluest. *verbo testis. quæst.* 3. Quare certum est testes singulares non sufficere ad condemnandum; sufficere tamen ad indicia contra Reum; quod si sint omni exceptione maiores, sufficere ad torturam Rei, eò quia vnicus testis omni exceptione maior, cui nihil opponi potest facit sufficiens indicium ad torturam, & insuper in criminalibus facit etiam semiplenam probationem: atque adeo sine vllo erroris periculo torqueri potest, quia dicto vnius testis est de crimine infamatus apud iudicem competentem. gloss. *in l. Admonendi ff. de iure iurando*, & *ibi* Bartol. gloss. *in l. Bona fidei C. de reb. cred. ver. decidi oportet*, & *ibi* Bald. quos refert, & sequitur Anton. Gomez *tom.* 3. *var. resol. cap.* 12. *num.* 9.

Follet. autem *in pract. criminal in verbo item quod sororem*, *num.* 13. & Gabriel *titulo de test. conclus.* 2. *num.* 10. *lib.* 1. volunt in criminalibus singulares testes tam fragilem, ac tenuem facere fidem, vt nullo modo faciant indicium ad torturam, sequitur Bursatus *cons.* 346. *num.* 14. *vol.* 4. Farin. *in* 2. *lib. titulo de indicijs ad tort. quæst.* 37. *num.* 13. sed oppositum est verius.

Aliquando tamen si plures testes omni exceptione maiores testificentur, vnusquisque in facto proprio, quòd Titius illum ad præposteram libidinem solicitauerit, & alij idem asserant; ex hàc singularium testium depositione satis vehemens præsumptio assurgit, vt haberi possit huiusmodi criminis attentator pro auctore commisso, non tamen omnino; & ideo is pœnâ ordinariâ puniri non potest; quia non probant plenè sed semiplenè, & quandoque etiam plus quàm semiplenè, prout animus iudicis mouetur plus, & minùs ad præsumendum vel indubitanter credendum, Farin. *d. quæst.* 64. *numer.* 113. *& num.* 149. *&* 150. post plures, Aldret. *d. cap.* 3. *num.* 29.

Porrò, licèt regulariter vnus testis in criminalibus non probet plenè, in Religionibus tamen quando ad leuiora delicta proceditur, testes singulares fidem faciunt deponendo de similibus actibus ab vno eodemque religioso fuisse commissos, veluti si quis testetur Titium fecisse tale furtum, & alius aliud furtum alio tempore, aut loco deponat, præsertim quando Titius est infamatus de tali vitio, ita Caietanus 2. 2. *q.* 70. *art.* 2. secundum quem est valde credibile rem ita se habere, sequitur Sotus *de iustitia lib.* 5. *quæst.* 7. *art.* 2. *ad* 1. Valentia *tom* 3. *disput.* 5. *quæst.* 14. *punct.* 2. *in fine*, eò quia in Religionibus maior solet esse vitæ puritas, vbi religiosorum integritas consideratur, & delicta puniuntur cum minori strepitu, & figurâ iudicij; & ideo vnus testis fide dignus facit probationem sufficientem ad puniendum defectus communes pœnâ ordinariâ, ac communi.

In grauioribus tamen delictis secum afferentibus infamiam, & grauem punitionem exigentibus, non sufficit vnus testis, neque multi singulares; sed solùm contra tales procedi potest ad inquirendum & interrogandum religiosum Reũ, & etiam ad eum torquendum leui tamen aliquo genere torturæ, ac religiosæ; quod si neget, manebit liber à pœnâ. Nam iure Pontificio nemo condemnatur, nisi aut conuictus, aut sponte confessus *cap. nos in quempiam* 2. *quæst.* 1. & nemo censetur conuictus, nisi saltem per duos testes contestes conuictus sit.

Testes item de auditu regulariter non sufficiunt ad plenam probationem, quando delicta 9.
sunt ex numero visibilium: Secus si delicta consistunt in voce; qualia sunt blasfemiæ, contumeliæ, & detractiones, *cap.* 2. *de consuetudine*, & *ibi* gloss. & Abbas *num.* 5. *& in cap. cum causam, num.* 8. *de testibus*, Angel. *verbo testis* §. 15. *vers. sexto.* Syluest. *verbo testis quæst.* 6. *vers. sexto*, Sayt. *d. lib.* 12. *cap.* 21 *num.* 22. Requiritur tamen non solùm audire vocem delinquentis, sed videre loquentem, quando delicta consistunt in voce; quod intellige, nisi testis habeat notitiam vocis ex Panor. *in d. cap.* 2. *de consuetud.* Sayt. *suprà num.* 22. *vers. respondetur tamen.*

Vt autem testes sint contestes debent in pri- 10.
mis esse fide digni, & omni exceptione maiores, & vt in testimonio deponendo non solùm conueniant in substantiâ delicti, sed etiam in circunstantiis principaliter delictum declarantibus, nimirum in personâ delinquentis, in loco, & tẽpore & qualitate, & modo delicti: tunc enim iure naturali, diuino, ac etiam humano positiuo regulariter ad probationem plenam sufficiunt duo, vel tres testes, quando agitur de hominis condemnatione, aut de aliâ re graui, vt colligitur ex *Deu.* 17. vbi dicitur. *In ore duorum, aut trium testium peribit, qui interficietur.* Et *cap.* 19. ibi: *Non stabit vnus testis contra aliquem; sed in ore duorum stabit omne verbum* Quod legis testimonium Christus Dominus *Matth.* 18 *& Ioan.* 8. citauit. Vnde ius humanum postea statuit duorum testimoniũ regulariter, & ad maiorem certitudinẽ trium necessarium esse, vt habetur *in cap. Quod vero.* 2. *quæst.* 5. *& cap. in omni negotio de*

testibus, & *ibi* scribentes: Secus quando agitur de causis modicis, exiguæ quantitatis, breuioribus, & quæ summarie expediuntur, Hippolitus *sing.* 433. *ad finem* Marant. *de ordine iudic. part.* 3. *dist.* 9. *num.* 75. Cardoso *in praxi, verbo testis n.* 45. Sayr. *supra d. lib.* 12. *cap.* 21 *num.* 24. dicens in leuioribus sufficere testimonium vnius, sequitur Barbosa *in d. cap. in omni negotio, numer.* 8. *vers. Quinto limita*, & dixi *supra num.* 8. *vers. Porro.*

11\. Quando autem testes sunt numero, & dignitate pares, probationes seu æquales, sententia pro Reo debet ferri; & in dubio inclinandum est ad absoluendum potius, quam ad condemnandum, iuxta illud Aristo. *in Problem. sect.* 29. *quæst.* 13. nempe satius esse nocentem absoluere, quàm innocentem condemnare; quod etiam voluit Iurisconsultus *in l. absentem ff. de pœnis.* Item quia vbi pares sunt probationes, pro Reo adest præsumptio iuris, ne credatur Reus deliquisse. *l. merito. ff. pro Socio*, Sayr. *d. cap.* 21. *ex num.* 13. vbi
12\. plures pro hac parte allegat; quamuis enim testes in aliquibus accidentalibus dissentiant non propterea desinunt esse concordes si in facti substantiâ conueniunt Anto. Gabriel *lib* 7. *commun. concl.* 4. *num.* 5. Secus si in aliquibus præcipuis rebus, quæ facti substantiam attingunt veluti in tempore, in loco, in personis non conueniant, tunc enim non sunt pares.

13\. Quid autem agendum quando testes sibi inuicem sunt discordes? Respondetur, quando iudex nequit dicta testium concordare, debere plurium testimonia præualere, nisi dignitas personarum ex alterâ parte obstet plurium numero, aut nisi pauciores verisimiliora proferant, tunc enim paucorum testimonium præfertur. Cap. in nostra præsentia gloss. *ibi*, & Panor. *de testibus.* Deponentibus enim verisimilia magis creditur, quàm deponentibus inverisimilia, vt per Tiraq. *in præfat. l. si vnquam C. de reuoc. donat. num* 42. Mascard. *de probat concl* 1364. *num.* 8. Menoch. *remed* 3. Aretin. *num.* 721 Vnde testis non idoneus creditur cùm verosimilia deponit, Menoc. *cons.* 23. *num.* 1. Item nobili plus creditur quàm ignobili, Tiraquel *de nobilitate. cap.* 20. *num.* 35. Menoc. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 59 *num.* 9. Phæbos. Lusit. *decis.* 67. *num* 8 Debent ergo concordari testes quatenùs fieri potest hinc inde producti ab vtraque parte; Farin. *de testibus q.* 65. *à num* 92. sempérque magis creditur deponentibus in fauorem rei, Crot. *de testibus part.* 5. *numer.* 369. Gabriel *lib.* 1. *communium tit. de test. conclus.* 4. *numer.* 44. Farin. *d. quæst.* 65. *num.* 152.

14\. Denique testis etiam iuratus non tenetur manifestare secretum sibi commissum. Peccat enim mortaliter quando reuelatio redundat in alterius graue detrimentum vel iniuriam, quia fides iure naturali seruanda est, secus si reuelet secretum cum leui damno, vel iniuria, non videtur mortaliter peccare, modo non sit secretum confessionis etiam rei leuis. Nauarr. *cap.* 18 *num.* 52. Syluest. *verbo secretum*, Emanoel Sà *eodem verbo.* Petrus Nauarra *lib.* 2. *de restit. cap.* 4. *num.* 459. Filliucius *tract.* 40. *cap.* 2. *quæsit.* 2. & 12.

15\. Limitatur primò, si quis nouit secretum alterius, & compellitur vi tormentorum, & metu mortis ad illud reuelandum: is enim non tenetur seruare secretum cum tanto damno suo, modo ex ea reuelatione non oriatur graue damnum publicum: tunc enim ad vitandum graue damnum publicum potiùs tenetur mortem pati, quàm reuelare secretum, Bonacina *de obligatione secreti disp.* 11. *quæst.* 11. *punct. vnico. num.* 1. & *num.* 8.

Limitatur secundò, in secreto commisso etiam si sub iuramento factum sit, non teneri seruare quando crimen est pendens in futurum, & contra bonum commune, vel contra innocentiam alicuius tertij, vt sunt crimina publica latronum coniuratorũ in Rempublicam, vel Prælatum Religionis. habetur *in cap. iurant,* & *in cap. in malis* 22. *quæst.* 4. Innocentius *in cap. Qualiter, & quando* 1. *de accusat.* & facit *cap quanto*, quia non est obligatorium iuramentum contra bonos mores præstitum *de regulis iuris in* 6. Sotus *lib.* 5. *de iustitia quæst.* 7. *art.* 1. *ad* 1 & *in relectione de tegendo secreto, memb.* 2. *quæst.* 7. *post conclusionem tertiam dub.* 4. Syluest. *verbo testis quæst.* 8. *vers. secundum,* & *versic. tertium.* Nauarrus *in cap. inter verba* 11. *quæst.* 3. *concl.* 6. *coroll.* 64. *num.* 703. & *coroll.* 66 *num* 800. Tenemur namque illa crimina accusare, vel saltem denunciare: igitur à fortiori interrogati tenemur testificari, siquidem iure naturali tenemur detegere, ideo non obligat data fides, secus quando secretum non vergit in alicuius damnum tunc non est reuelandum etiam præcipientibus iudicibus, ratio, quia ipsi non habent ius abrogandi ius naturæ, proinde celandum est, Menoch. *cons.* 77. *n.* 71. & *de præsump. l.* 1. *quæst.* 89. *num.* 27. Bonacina *supra d punct. vnico num.* 9. Sayr. *d. cap.* 20. *ex cap.* 16.

---

§. V.

De formâ iuris quam Prælati Regulares seruare debent in modo procedendi.

EPITOME.

1 *Modus seruandus contra regulares est triplex, nimirum via denunciationis, accusationis, & inquisitionis.*

2 *Inquisitio est triplex, generalis, specialis, vel mixta.*

3 *Inquisitio generalis, quæ sit?*

4 *Specialis inquisitio, quæ sit, & quæ mixta?*

5 *Inquisitionem specialem debet præcedere, vel semiplena probatio, vel infamia, aut indicia.*

6 *Infamia est frequens vox bonorum virorum, quæ reddit suspectum hominem de tali crimine.*

7 *Infamia iudicialis, quæ clamorosa insinuatio, & indicia quæ & quot sint? num* 8. & 9.

10 *Inquisitio generalis specialis, & mixta quomodo differant?* & *num.* 11. 12. & 13.

14 *Testis quando auctor est paucis notus, an teneatur manifestare Reum?*

15 *Superior an possit inquirere de subdito, qui fassus est crimen incogitanter eidem?*

16 *Superiores regulares in leuibus possunt specialiter inquirere de subditis sine infamia.*

17 *Superiores quando possunt inquirere sine infamia de subditis?* & 18.

19 *Superiores nequeunt vti notitia per confessionem habita, neque inquirere.*

20 Con-

20 *Confessario asserenti se habere licentiam ad loquendum de auditis in confessione an sit credendum, nisi ostendat licentiam in scriptis?*

21 *Inquirere de aliquo in specie an sit intrinsece malum, vt nunquam liceat sine precedente infamia?*

22 *Inquirens de principali, cognito alio crimine incidenter, an possit cognoscere de illo & punire?*

1. MOnvs procedendi generaliter seruandus à quocunque iudice est triplex. Primus per denunciationem. Secundus
2. per accusationem. Tertius per inquisitionem.
3. Diximus aliqua de denunciatione, & accusatione. Nunc agendum de modo procedendi per inquisitionem, quæ triplex est, generalis, specialis, & mixta. Generalis quando Prælatus quærit in genere vtrum regulares constitutiones, leges, & regulas seruent; vel vtrum regulares aliqui sint, qui aliquod crimen commiserint, vel scandalum dederint.

4. Specialis inquisitio est, quæ fit de religioso particulari, & quæritur de illo an commiserit aliquod furtum? Mixta est illa, quæ constat ex generali inquisitione, & speciali: & hæc est in duplici formâ, nempe quando de personâ in communi quæritur crimen particulare, nempe si reperiatur homo mortuus, & quæratur, quis illum occiderit: aut de personâ particulari quæritur crimen generale, videlicet si quæratur de Petro an homo malus sit, vel an aliqua crimina commiserit. Menoc. *de præs.lib.1.quæst.*88.*num.*7. *&* 8. vbi alios adducit, Farin. *de inquisit.lib.1.quæst.*1. *ex num.* 4. Filliucius *tract.* 40. *cap.* 6. *quæsit.* 8.

5. Obserua tamen priùs quàm ad inquisitionem specialem, aut mixtam alicuius regularis veniatur, opus esse, vt præcedat semiplena probatio, vel
6. infamia, aut indicia. Infamia dicitur frequens vox bonorum virorum, quæ hominem de tali crimine rationabiliter reddit suspectum. Vnde clamor & opinio malorum, & vox frequens improborum, & hominum infimæ conditionis, non facit legitimam infamiam iudicialem. Sotus *l.*5. *de iustitia quæst.* 6. *art.* 2. *concl.* 5. Sayro *in claui lib.* 12. *cap.* 10. *num.* 11. Auila.2.*part.de censuris cap.* 5. *disp.* 4. *dub.* 2. Sanchez *lib.* 2. *de matrim.*
7. *disp.*46. *num.*16. & Regin. *lib* 24. *num.*40. quorum autem hominum vox faciat legitimam infamiã iudicialem, non constat ex iure; ideo relinquendum est hoc arbitrio prudentis, cum infamia est vox multorum, Farin. *de indicijs, & tortura in praxi crimin. quæst.* 47. *num.*302. Petrus tamen Nauarra *lib.*2. *de restit cap.*4 *num.*152. maiorem populi partem, vel parochiæ, vel saltem viciniæ opinatur requiri.

8 Clamorosa insinuatio est vox totius populi, vel rumor publicus inter multos extra iudicium de tali delicto. Nauarrus *in cap. inter verba q.*3. *concl.*6.*num* 697. & Salon. 2.2. *quæst.*60. *art.* 2. *controuer.*1.Sayr.*d lib.*12.*cap.*10. *num.* 12.

9 Indicia item sunt signa, & circunstantiæ, ex quibus rationabiliter de actibus aliorum iudicium ferimus: hæc vel sunt leuia, vel sunt grauia, vel sunt indubitata, & hæc sufficiunt ad Reum non solùm examinandum sed etiam torquendum, nec non ad iuramentum illi deferendum: est enim delatio iuramenti, veluti quædam tortura. Indicia autem grauia sufficiunt ad citandum, & examinandum Reum: leuia denique sufficiunt ad capiendum Reum, ne fugiat, quamuis non sufficiant ad illum examinandum, Iul. *Clar. quæst.*21.*num.*5.*lib.*5. Azor.3.*part. lib.*13. *cap.*18. *dub.*5. *& cap.* 26. *&* 27. Sayr. *d. lib.*12. *cap.*10. *num.*13. Lessius *lib.*2.*cap.*29.*dub.*17.

Item hic modus procedendi per inquisitionem generalem non petit præcedentem infamiam, nec requirit accusatorem, vel denunciatorem, Nauarr. *cap.*18 *num.* 38. Sotus 5.*de iust.q.*6. *art.*2. *conclus.*5. Molina *tom.* 4.*tract.*3.*disp* 47 *ex cap.* 1. *de offic.ordin.* ibi, *scelera inquirere*: solent enim Ordinarij, & alij Superiores ex merâ sui officij necessitate procedere ad crimina corrigenda, Gomez *tom.*3. *variarum, cap.*1. *num.* 10. Aldret. *de relig. disciplina tuenda lib.* 1. *c.*7.*n.*20. & ad hunc finem Superiores monitiones generales aliquando faciunt, vt scientes talia, vel talia crimina sub pœnâ excommunicationis denuncient, Gutier. *Canon. quæst. lib.* 1.*cap.*11. & Cened. *ad Decretal. collect.* 101. *num.*3. *cum sequent* & alij communiter. Posse autem fieri inquisitionem sine præuiâ infamiâ ex eo ostenditur, quia non esset bono publico prouisum, si generalis inquisitio non posset fieri sine præuiâ infamiâ contra delinquentes; alioquin manerent crimina impunita. Item, quia Iudex generaliter inquirendo vtitur iure suo, non tamen tenetur interrogatus generaliter occulta crimina manifestare, sed ea tantùm, quorum auctores laborant infamiâ de tali delicto; eò quia judex seu Superior non est legitimus judex eorum, quæ sunt occulta, & nondum diffamata. Quare sicut judex nequit de occultis interrogare; ita interrogatus non debet occulta detegere: imo potest dicere, se quicquam nescire, intelligendo, quod teneatur manifestare Sayr. *d.cap.*10.*num.*16.

Secus dicendum, quando proceditur per specialem inquisitionem, per quam intenditur pœna delinquentis: tunc enim necessaria est præuia infamia, vel clamorosa insinuatio, D. Thomas 11.
2.2.*quæst.*67.*art.*3. Filliucius *tract.*40.*cap.*6.*q.*9. *num.*180. *& quæst.*11. *num.* 190. Azor.*d. cap.*26. *dub.*1. Nun enim judex potest procedere per inquisitionem specialem, nisi detur saltem aliquis virtualis accusator, qualis censetur infamia, vel clamorosa insinuatio. Vnde si nondum præcessit infamia, vel clamorosa insinuatio, esto commissi criminis judex habeat duos, vel tres illius conscios, non potest viâ specialis inquisitionis contra delinquentem procedere, ante quàm eum accusent, ita Innocentius Pap. 3. conceptis verbis *in cap inquisitionis §. Tertiæ dubitationis. de accusat.* Sayr. *d.cap.*10. *num* 20. & alij post Bonacin. *in octauo præcepto. disp.*10.*quæst.*11.*num.*12.

Vbi autem aliquis per generalem inquisitionem incautè, & illicitè occultum delictum manifestauit sine aliquâ præuiâ infamiâ: ex tunc iustè Superior potest instituere inquisitionem specialem. Bart. *in Extrauag. ad reprimendum. verbo. Inquisitio*, Nauarr. *in cap. inter verba* 11 *quæst.*3. *coroll.*61 *num.*648. *& corol.*62 *num.* 678. quæ resolutio est verior, nam ex incautâ, & iniustâ testis depositione prouenit, vt quod erat occultum fieret manifestum: quin etiam acta iudicij faciunt notorium, & ad specialem inquisitionem sufficit notorium iuris, Aldret. *suprà lib.*1.*cap.*7. *num.*10. vbi addit, quando specialis inquisitio fit, si incipiatur à generali inquisitione, non requiri infamiam: requiri tamen, quando specialis incipitur 12.

absque præuiâ generali inquisitione. Quin imò Iudex potest contra Reum manifestatum in generali inquisitione indebite, vlteriùs procedere, & inquirere, & specialiter deuenire, cùm sit iam aliquo modo infamatus: atque ita potest contra illum detectum in iudicio agere, informationes capere, particulares inquisitiones efficere, ac tandem seruato iuris ordine punire.

13. Denique procedendo per inquisitionem mixtam, per quam de personâ specialiter inquiritur, & de delicto generaliter: requiritur præuia infamia, aut semiplena probatio, & accusatio, aut saltem manifesta indicia: non enim ratio naturalis dictat, vt quæ sunt secreta, & occulta manifestentur, & indicentur: igitur specialiter non potest fieri inquisitio absque præuiâ infamiâ, vel semiplenâ probatione, & accusatione, vel saltem sine manifestis indiciis. Quare quamuis possit in genere inquiri de crimine, de quo publicè constat, quinam sit illius auctor, non potest tamen inquiri in specie, nisi præcedente infamiâ, vel semiplenâ probatione, & accusatione, ita Molina *tom. 3. tract. 3. disput. 47. num. 2.* Sayr. *d. lib. 12. cap. 10. num. 23. & 24.* Reginald. *lib. 25. cap. 652. contra Sotum de iustitia quæst. 6. articul. 2.*

14. Sed quid si quis Inquisitione mixtâ, seu generali interrogetur de veritate criminis notorij, cuius auctor paucis notus est? Aliqui opinãtur, etiã quando vnus solus nouit, teneri; eo quia Iudex videtur iuridicè interrogare: igitur interrogatus tenetur verum dicere, & manifestare auctorem, ita videtur sentire Azor *3. part. lib. 13. cap. 15. quæst. 4.* & Syluest. *verbo correptio quæst. 8.* Sayr. tamen *suprà num. 26.* putat, si duo, vel tres nouerint illud crimen, teneri manifestare. Nihilominus verius est non teneri auctorem criminis aperire, nisi præcesserit infamia, vel saltem semiplena probatio, & accusatio de criminis auctore. Lessius *lib. 2. cap. 29. dubio 15.* Nam vt aliquis manifestetur in inquisitione opus est, vt laboret infamia publica, qua non laborat quando duo, vel tres extraiudicialiter tenent crimen illius. Secus quando delinquens confitetur crimen suum etiam coram paucis in iudicio, nempe coram iudice, & notario, quia illa confessio facit notorium iuris, quod sufficit ad specialem inquisitionem, quamuis solùm incidenter confessus sit, non tamen sufficit confessio facta metu tormentorum, & postea reuocatur quasi metu facta, quia hæc non sufficit, & perinde se habet,
15. ac si facta non fuisset. Similiter non sufficit confessio facta Prælato incogitanter, ac facta in aliqua Epistola secreta, quam Prælatus aperuit: Ita Sotus *de secreto tegendo*, Bonacin. post alios *suprà punct. 5. num. 15.* vbi *num. 16.* addit Superiores religiosorum teneri in generali inquisitione seruare eundem modum in criminibus grauibus; nec videlicet specialiter inquirat sine præuia infamia, vel saltem sine manifestis indiciis, quæ sententia est etiam Salonis *2. 2. q. 67. a. 3.* cum D. Thoma, & aliis. Dictum est in criminibus gra-
16. uibus. Quia in leuibus, hic modus non est necessariò seruandus, vt alij benè asserunt: nam religiosi regulariter iuri suo renunciant in leuibus: imò nostri non solùm in leuibus, sed etiam in aliis quibuscunque cognitis extra confessionem iuri suo cedunt vt iam dixi. Sequitur Bonacina *numer. 16.* Sayr. *in claui lib. 12. cap. 11. num. 20.*

Non me latet in aliquibus casibus posse pro- 17
cedi absque præcedenti infamia ad inquirendum tàm in genere, quàm in specie? Nimirum quando inquisitio, vel manifestatio est necessaria ad impediendum malum futurum publicum, aut priuatum, & ad obuiandum criminibus exceptis, nempe læsæ Maiestatis, tam humanæ, quàm diuinæ: quia sunt Crimina contra bonum commune, quod est præferendum famæ, honori, & facultatibus. Idem dicendum est, quando proceditur ad conferendum beneficium, seu dignitatem obtinendam: imò ipsi indigni tenentur interrogati aperire veritatem, vel abstinere ab illo officio, vel beneficio procurando: nam etiamsi nemo tenetur se ipsum prodere, quando inuoluntarius in aliquo beneficio, seu officio collocatur, Sanchez *de matrimonio lib. 6. disput. 27. numer. 7. vers. nec obstat si dicas.* Nihilominus, quando quis procurat eam dignitatem, seu beneficium, & cognoscit se esse indignum, tenetur vel veritatem aperire, vel saltem abstinere ab eo officio petendo, Salon. *2. 2. quæst. 68. artic. 1. controuers. 4.*

Sed quid si Prælatus inuenerit peccata subditi scripta ad confessionem faciendam, poterit ne 18.
inquisitionem facere? Responde negatiuè; Nam tam sacrum, & diuinum est confessionis sigillum, vt quæ ad confessionem tendunt, perpetuo silentio sint inuoluenda: imò si reueletur imprudentiâ, vel malitiâ Sacerdotis confessio, ex quâ fiat indicium quodcunque, aut aliqua probatio per quam iudices possint procedere ad torturam contra Reum, nullo modo possunt vti iis, quia confessio facta fuit tanquam soli Deo, & non tanquam homini, argumento text. *cap. si Sacerdos de officio Ordinarij*, Baldus *in l. Archygerontes, Cod. de Episcop. Audi.* sequitur Anton. Gomez *var. resol. cap. 13. numer. 9.* dicens dictum Sacerdotis non facere fidem *cap. 2. de officio Ordinarij. cap. dilectus de excess. Prælat.* Couar. *de Sponsalibus 2. part. §. 12 numer. 10.* Et
meritò, nam si Confessarius aliquid probaret ex 19.
reuelato sigillo, manifestum detrimentum sequetur ex hâc reuelatione, vt est notorium: eò quòd non licet vti extra confessionem notitiâ per confessionem habitâ, & sigillum confessionis obligat non solùm respectu aliorum, sed etiam tenetur nullo modo loqui cum ipso pœnitente extra confessionem, nec obiicere illi crimen. nec in memoriam reuocare: quamuis enim loqui cum pœnitente non sit frangere sigillum propriè, non est negandum offendi sigillum, & esse quoddam genus quasi reuelationis, ita Enriquez *in summa lib. 6. cap. 20. §. 7.* Sanchez *de matrimonio lib. 3. disp. 16. n. 3.*

Vnde sequitur non esse integrum Superioribus ex notitiâ per confessionem habitâ inquirere nec in genere, nec in specie, nec corrigere complicem pœnitentis, nisi de licentiâ ipsius pœnitentis, ita Soarez *tom. 4. disput. 34. sect. 4. n. 19.* Hieronym. Onuph. *de sigillo, sect. 4. quæst. 7. dub. 3. pag. 309.* Bonacina *de Sacram. quæst. 6. sect. 5. punct. 4. num. 25.* vbi notat, quod quando Sacerdos de pœnitentis licentiâ aperit sigillum, debere in scriptis licentiam consequi, quòd ei detegendi facultatem dederit; potest enim contingere, vt pœnitens neget, & neganti non iniungitur onus probandi, sed affirmanti: proinde vt pœnas frangentibus sigillum fugiat, facultatem debet probare: Soarez *d. tom. 4. disput. 33. sect. 8.*

Menoch.

Menoch. *de præsumpt. lib. 1. q. 89. num. 26.* Mascard. *de probat. concl.* 377. *num.* 2. Nihilomi-
20. nus nisi pœnitens neget, regulariter Sacerdoti asserenti se facultatem habere credendum est, aut nisi accusator probationes faciat, quod pœnitens huiusmodi facultatem non dederit, Mascard. *tom. 3. de probat. concl.* 1286. Martin. del Rio *Magicarum lib. 6. cap. 1. sect. 1.* Farin. *in praxi q. 51. à num.* 112. & iste est vnus casus in quo testi vnico, Sacerdoti scilicet plenè creditur, nisi accusator contrarium ostendat, Felin. *in cap. testimonium num. 35. vers. intellige, quod sacerdos. de testibus, & in cap. nemo. in principio. vers. notus, in ver. testimonium de simonia.* Farin. *supra num. 112. & sequent.*

21. Sed quid si inquiratur contra aliquem in particulari sine præcedente infamiâ, ita sit intrinsecè malum, vt nunquam sit licitum Superioribus sine accusatore, aut sine infamiâ inquirere hoc modo contra aliquem? Responde non esse licitum, iuxta ea quæ docet D. Thomas. 2. 2. *q. 67. art. 2. ad. 3. & art. 3. ad. 1.* Sayr. *in claui lib. 12. cap. 11. num. 1.* semper enim requiritur infamia, aut indicia; vnde aliqui volunt esse de iure naturæ, vt nemo in iudicium deducatur, aut contra illum sine infamiâ inquiratur. Id enim ratio naturalis dictare videtur, & Innocentius Papa Tertius hoc indicat in *cap. qualiter, & quando. 2. de accusat.* vbi ex Sacra pag. ostendit infamiam debere præcedere inquisitionem; quam sententiam sequi videtur Aragon. 2. 2. *q. 69. art. 2.* igitur videtur esse de iure diuino, & naturali, vt sicut expedit, vt condemnationem præcedat accusatio; ita etiam infamia præcedat inquisitionem.

Respondetur tamen hoc non esse de iure naturali, aut diuino; sed solùm de iure humano, quod adeo conuenit iuri naturæ, & rationi, vt meritò Summus Pontifex constituerit, vt de nullo inquiratur, nisi de eo, qui iam est diffamatus: insuper etiam instituit, vt in aliquibus casibus inquiratur sine infamiâ præcedente ita Sotus *in relect. de secreto tegendo. dub.* 2. Salas 2. 2. *q. 69. art. 2. controuers. 7. paulo post principium*, & Valentia *tom. 3. disp. 5. q. 11. punct. 3. & q. 3. punct.* 3. & alij apud Sayrum *d. cap. 11. ex num.* 7.

Quid ergo dicendum, quando quis confitetur publicè crimen suum extra iudicium? Bonifac. Papa 8. *in cap. 1. de accusat. in 6.* Vult posse iudicem procedere contra confessum ita suum crimen sine aliâ infamiâ præcedente, quia eo ipso quòd Reus coram multis confessus est, eo ipso est infamatus, & quamuis Sotus *in d. relectione de secreto tegendo, memb. 2. q. 6. concl.* 3. putat non sufficere confessionem iudicialem factam coram duobus, vel tribus; sed requiri, vt confessio fiat coram pluribus, dicendum est sufficere, vt confessio iudicialis fiat coram duobus, aut tribus: at vero extra iudicialis oportet, vt fiat in publico coram pluribus, neque etiam satis est confiteri coram Prælato sponte, aut ex lapsu linguæ, & inaduertenter, vt iam dictum est, Sayr. *supra n.* 15. post alios.

Similiter si iudex principaliter de quodam
22. crimine inquirat, & tunc cognoscit incidenter aliud crimen; potest in eo euentu inquirere de crimine alio cognito incidenter, de quo delinquens non erat infamatus, & illud punire in eodem iudicio, Sotus *supra membr. 2. quæst. 6. conclus.* 3. Nauarr. *in comment. rubr. de indicijs, num. 86. & in cap. inter verba 11. quæst. 3. conclus. 6. coroll. 63. num. 676. & sequent.* Quod intelligit Sotus, quando crimen incidenter inuentum est veluti circunstantia alterius criminis, & aggrauat delictum principale; de quo inquiritur, nimirum quando quis inquirit de concubinatu, cuius est infamia, & incidenter cognouit concubinam esse consanguineam; tunc potest inquirere de illâ circunstantiâ aggrauante delictum principale. Secus quando crimen incidenter repertum est separatum à crimine principali: tunc non potest puniri in eodem iudicio. Sed requiritur nouum iudicium ordiri, vt possit puniri à iudice *cap. 2. de confessis. cap. 2. de ordine cognitionis.* Bannes 2. 2. *q. 70. art. 1. dub. 1. conclusio.* 4. Sed melius Nauarrus *suprà* secundum communem Canonistarum, tradit crimen annexum incidenter repertum, siue sit circunstantia aggrauans, siue non, siue aliquid aliud, posse puniri in eodem iudicio non incipiendo nouam telam. Soti tamen opinionem sequitur Salon. 2. 2. *q. 69. art. 2. controuer.* 7. tanquam probabilem, sed Nauarri sententia magis placet. Sayr. *lib. 12. cap. 11. num. 17. propè finem.*

---

§. VI.

De pœnis, quibus Regulares puniri possunt.

EPITOME.

1 *Pœna cur fuerint inuenta?*
2 *Pœna delicto commensuranda sunt.*
3 *Pœna augetur in delictis, quæ sunt mali exempli, & propter iterationem delicti.*
4 *Pœna perpetui carceris quando locum habeat tam de iure Canonico, quam ciuili?*
5 *Quæ requirantur ad carcerandum Religiosum?*
6 *Fugiens a carcere quando licitum sit, & an fugiens fateatur delictum?*
7 *Carcerans iniustè clericum, quam pœnam incurrat?*
8 *Concubinatus in Clerico, qua pœna afficiatur?*
9 *Detractores Superiorum, & Prælatorum quomodo debeant puniri etiam in concionibus.*
10 *Incorrigibiles qui dicantur in Religione, & qua pœna illi possunt puniri?*
11 *Pœna libelli famosi, quæ sit de iure ciuili, & de iure Canonico, & an augeatur, quando libellus fit sub nomine alterius?*
12 *Pœna libelli famosi locum habet etiam, quòd in eo vera fuerint expressa.*
13 *Pœna libelli famosi, quando non habeat locum?*
14 *Calumniatores qui sint, & quomodo puniantur?*
15 *Eiecti à Religione an debeant ali extra Religionem, & quæ requirantur, vt eiiciantur?*
16 *Eiecti à Religione professi non eximuntur ab obligatione votorum.*
17 *Pœna Veneficij, Sortilegij, & incantationis, quæ sint?*
18 *Appellare à sententia in Religione, quando liceat?*

1\. VLPIANVS *in l. quis sit fugitiuus*, & *ibi glossa ff. de aedilitio edicto*, obid poenam ait requiri, vt sit in delinquentis supplicium, & in aliorum terrorem, & exemplum, vt metu poenae delinquentis terreantur, ne iterum ad similia delicta conuolent, & caeteri tardiores sint ad iniurias inferendas,

2\. Sunt autem poenae commensurandae delicto *l. sancimus Cod. de poenis. cap. sicut dignum de homic. & cap. vt Clericorum de vit. & honest. Clericorum*: Ideo in criminalibus certa doctrina dari non potest. Vnde ex qualitate rei delinquentis, & delictorum circumstantiis pendet constitutio poenarum; atque ita iure optimo prudentiae Iudicis & discretioni relinquitur *l. respiciendum, ff. de poenis. l. 1. & l. milites, ff. de custod. Reo. cap. studeat. 50. dist.* Aristoteles consonat *lib. 5. Ethic. cap. 5.* ibi: *Iudex debet esse clementior lege scripta, quando eiusdem legis, & iustitia ratio ita fert, & patitur.* Debet ergo poena respondere culpae, vt per Couarr. *lib. 2. variar. cap. 8. à principio*. Menoch. *remed. 5. recuper. num. 39. & de arbitr. lib. 1. quaest. 90. numer. 38.* Cardin. Tusch. *tom. 6. litera P. concl. 211.* Farin. *in praxi crimin. quaest. 4. num. 10. & quaest. 17. n. 9.*

3\. Hinc euenit, quòd delictum, quod est mali exempli tanquam reipublicae magis perniciosum grauiùs multò, quàm caetera puniri debet *l. 3. §. sed & ex Senatusconsulto, ff. ad legem Cornel. de sicar. l. si quis §. abortionis, ff. de poenis.* Tiraquell. *de poenis temperan. causa 44. num. 53.* Menoch. *de arbitr. casu 358. num. 4. lib. 2.* Confirmatur ex ea regula, quòd propter reiterationem delictorum semper poena est augenda *l. capitalium §. solent. & §. grassatores, ff. de poenis, l. 3. Cod. de Episcop. audi. l. seruos Cod. ad l. Iuliam de vi. l. 1. ff. de suspectis tutor.* cum aliis. Anton. Gomez *tit. de delict. cap. 3. num. 60. in fine, & tit. de furt. num. 5.* Item consuetudo delinquendi facit delictum magis atrox, & poenam auget *d. l. capitalium*, & consuetus delinquere acriùs punitur, Farin. *in praxi quaest. 20 num. 43. & quaest. 23. num. 1.* post alios dicens consuetum delinquere grauius multò quàm si semel tantùm deliquisset, fore puniendum. Felin *in cap. sicut. in glossa adulterio de testibus. & in cap. ad abolendam de haeret.* Carrer. *in practica in tract. de homicid. §. circa igitur tertium, quibus ex causis poena augeatur n. 1.*

Quaeri potest quibus actibus, & quot consuetudo delinquendi inducatur? Glossa *in cap. quanto. 25. quaest. 2.* Bald. & Paul. de Castro *in l. 3. Cod. de Episcop. audi.* respondent consuetudinem delinquendi induci ex bino actu, hoc est duabus vicibus, sequitur Gram. *decis. 48. num. 3.* Caepol. *in Authent. sed nouo iure. num. 91. vers. & licet. Cod. de seruis fugitiuis*, subdens id quod duabus vicibus fit, id frequenter fieri dici, vt *in Authent. de defensor. Ciuit. ad finem*, & ibi scribentes *Colla. 3. c. Monasterium.* vbi Abb. *num. 5. de vita, & honest. Clericor.* Farin. *d. quaest. 23. num 16.* Sed melius dicitur induci consuetudo per tres vices, Farin. *supra n. 18 & sequem.*

4\. Quid ergo de poenâ carceris perpetui? Respondet Bald. *in Consilio 443. in fine lib. 3.* talem poenam non esse imponendam, quando alia imponi potest: videtur enim de iure ciuili prohibita quasi quòd ex ea inducatur perpetua seruitus contra *l. 2. ff. de lib. hom. exhiben. l. Titio centum. §. 2. ff. de cond. & demon.* Nihilominus de consuetudine seruari dicitur in Regno Castellae, & testatur Galicius in *Margarita Fisci fol. 93. in fine*, item de consuetudine Venetiarum tradit Mantua *obseruat. 96. col. 6.* & Florentiae plurimos damnari ad perpetuos carceres certum est, Menoch. *de arbitr. lib. 1. quaest. 89.* perpetuus enim carcer non est dubium quòd sit seruitus, & morti aequiparetur. *l. intercidit, ff. de condit. & demon. l. seruitutem Cod. de regulis iuris.* Iodoc. *in pract. crimin. tit. de Carcer. c. 16. n. 2.* Roland. *cons. 41. n. 15. vol. 4.*

De iure etiam Canonico est in vsu poena perpetui carceris, *cap. antiqua, de haereticis & quamuis, de poenis in 6.* per quae iura Clerici criminosi ad carceres perpetuos damnantur, vt ibi miserrimè viuendo mortem subeant, Clarus *in pract. quaest. 70. vers. poena autem carceris, & vers. solent etiam Praelati*, Dias *in pract. crimin. Canon. c. 129.* Menoch. *d. q. 89. à n. 19.*

Ad carcerandum ergo religiosum requiritur primò, vt delictum sit graue, in quo rei fuga iustè puniatur: secundò, quod contra Reum aliqua sit probatio, quae manifestet Reum deliquisse, & crimen commisisse, Aldret. *lib. 1. c. 10. num. 3.* vbi ait haec duo requiri copulatiuè, vt religiosus in carcere detineatur: Debet igitur summaria probatio praecedere carceris detentionem: nam ad carcerandum plus quàm semiplena probatio saltem requiritur: potest enim captura, seu carceratio esse iniusta, & indebita ratione ordinis non seruati; vt tradit Roland. *cons. 17. num. 2. vol. 3.* Marsil. *in pract. §. constante, num. 1.* idcirco Iudex nequit praecipere aliquem capi de facto nullis praecedentibus indiciis, & examinatis priùs testibus subministrantibus indicia contra carcerandum. Clarus *in pr. §. final. q. 28. vers. scias autem*, quod procedit etiam in crimine atrocissimo, in quo aliquis de iure capi non potest, nisi legitima praecedant indicia, Glossa, & Bald. *in l. si quis aliquid, Cod. ad l. Iul. Maiest.* Contad. *in pract. tit. de captura num. 2. vers. hanc conclusionem*, & Roland. *d. cons. 17. num. 3 vol. 3.* Et quamuis aliqui teneant posse Iudicem nullis praecedentibus indiciis incipere à captura, ne discedas à supradictis. Nam fama religiosi seruanda est, & conseruanda; ideo boni nominis fama detrimentum patietur, si religiosus ex abrupto sine indiciis legitimis carceretur. 5.

Portò si superior cognoscat religiosum velle fugere, quamuis crimen sit leue, vel nullum, potest illum in carcere retinere: idem si de fuga timeatur, cum carcer ad custodiam sit inuentus; non tamen debet carceratus detineri in compedibus, nisi quando crimen est graue, vel quando est conuictus, Farin. *q. 27. ex n. 96.*

An liceat aliquando fuga religioso de carcere? Licita est fuga, quando carceratio est iniusta, aut nimis dura. Non enim debet esse Praelatus nimis austerus in corrigendo subditos, quia misericorditer sunt corrigendi. Baldus *in cap. ad nostram de appellat.* vbi ait Abbate nimis saeuiente licitum esse monachis fugere de Monasterio: nec per hoc esse apostatas, argument. text *in l. 2. §. Dominorum ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris*, vbi etiam notat correctionem debere esse moderatam; aliàs posse ad Superiorem recurrere per modum querelae, nec proinde esse fugitiuum, sed neque puniendum, Nauarr. *in cap. non dicatis comment. 2. de regular. num. 61.* debet tamen 6.

iter

iter ad Superiorem maiorem attipere; nec aliò diuertere faciendo iter per ambages, tunc enim censebitur fugitiuus, Aldret. *lib. 2. cap. 18. num.* 21. Graffis *decis. lib. 3. cap. 5. num.* 126. Fugiendo tamen præsumitur deliquisse quando aliter fugit, & fatetur delictum, & consequenter pœnâ legis quasi conuictus puniri potest; quod intelligitur, quando à carcere aufugit, Mascard. *concl.* 820. *num.* 1. Farin. *in praxi q.* 30. *num.* 205. Aldret. *lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 23. *&* 24. Soares. *tom* 4. *de religione lib.* 3. *cap.* 1. *fol.* 193. *num.* 4. *& fol.* 110. *num.* 14. *cap.* 11. *lib.* 2.

7. Cæterùm, si quis carceret iniustè clericum, siue religiosum, & sine causâ, incurrit excommunicationem, Aldret. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 20. post Clarum *q.* 38. *vers. quaro nunquid*, & Syluest. *in verbo inquisitio* 2. *vers.* 12. quamuis detentio in carcere non sit violenta, dummodo sit iniuriosa; quin etiam Cardinalis *in Clement.* 1. *q.* 7. *de pœnis, & remis.* admonet Prælatos, ne in retro carcere clericum, seu alium delinquentem claudant: fient enim homicidæ, si ibi intrà paucos dies moriantur.

8. Quâ etiam pœnâ puniatur, & quomodo concubinatus in clerico, & in quouis regulari, ex eo colligi potest, quòd sacrilega fornicatio spirituale adulterium vocetur, & in regularibus fornicatio est delictum depositione dignum, quod in alijs clericis negant aliqui, inter quos est Felin. *in cap. at si clerici. de iudicijs. num.* 13. & Decius *ibi num.* 10. *vers. limitatur.* 2. tamen Abbas *in d. cap. at si clerici. num.* 35. tradit clericum concubinarium, seu fornicarium suspendendum esse; quòd si monitus non resipiscat ab Altaris ministerio deponendum, sequitur Nauarrus *in cap. consideret. num.* 121. *de pœnit. dist.* 5. de hoc. 1. *part. lib.* 2. *disp.* 4. §. 14. *num.* 152.

Ad incurrendas autem pœnas contra clericos concubinarios de quibus in Concilio Tridentino *q.* 25. *de reformat. cap.* 14. requiritur pro formâ monitio specialis in ipsam personam facta, vt per Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. decis.* 359. *in prima edit. & resol.* 307. *num.* 3. *in* 2. *edit. & num.* 4. Regularis autem si in eandem miseriam inciderit comperto crimine, ad alium conuentum statim debet mutari ad præcindendam occasionem, & carceris pœna vltra ieiunia, & alias corporis macerationes ad tempus puniendus, prout grauitas criminis, & circumstantiæ postulauerint, *cap. placuit* 8. *dist.* Aldret. *lib.* 2. *cap.* 15. *ex num.* 8.

9. Detractores vero Superiorum quomodo sint puniendi? non vulgari pœnâ sunt plectendi, etiamsi occultè detrahant, cùm Superiores habeantur loco Dei, Hostiens. *in summa, maledicis. §. alij maledicunt Principem Ecclesiasticum. in fine, & in §. porro si quis*, & multo fortius debent poniri, quando detrahunt multis coram adstantibus, quia illa iniuria dicitur grauis, Anton. Gomez *variar. tom.* 3. *cap.* 6. *sub num.* 4. Menoch. *de arbitr. casu.* 273. *num.* 24. Farina. *in praxi crimin. p.* 5. *q.* 105. *num.* 189. *& cons.* 30. *num.* 28. *lib.* 1. text. expressus *in cap.* 1. *de maledicis* in illis verbis, *multis coram adstantibus*, Nicas. *in §. atrox. num.* 3. *instit. de iniurijs*, idem Farin. *suprà num.* 402. vbi *num.* 403. addit posse prælatum vindicare iniuriam sibi factam, & iniuriantem excommunicare vt per Abbatem *in cap.* 1. *num.* 3. *de maledicis*, & ibi etiam Marian. Socin. Marian. *num.* 8. & Ioan. de Anan. *num.* 12. *col.* 7. *in fine versic. & sic nota.*

Sed contra est textus *in cap. inter querelas, vers. hinc inde.* 23. *q.* 4. vbi dicitur non posse Prælatum excommunicare ob iniuriam sibi factam, sed patienter tolerandum, vel potiùs dissimulandum, quæ sententia est sequenda, nisi iniuria illata Prælato tangat etiam Ecclesiam, seu Religionem: tunc enim Prælatus potest esse iudex de eâ iniuriâ, & punire delinquentem, illumque excommunicare: Secus si iniuria tantùm tangat personam ipsius Prælati: tunc nullo modo excommunicabit, nec erit illius iudex, Glos. *in cap. si quis erga. in verbo priuetur,* 2. *q.* 7. & *in cap. inter querelas, in verbo propriè* 23. *q.* 4.

Similiter Prædicatores, & Concionatores non euadent pœnas, si in concionibus Prælatis detrahant, subiacebunt enim per duos menses pœnis illis, quæ iuxta regulam, seu constitutiones pro grauibus criminibus solent imponi, textus *in Clementina.* 1. *§. quibus etiam. de priuilegiis, & excessibus priuileg.* & *ibi* gloss. *in verbo detrahant.* Quod intelligitur, quando nominatim detrahunt, seu maledicunt, vel per circumlocutionem, quæ vicem habeat proprij nominis. Nam in genere tangere vitia Prælatorum moderatè, licet, glos. suprà, Farin. *num.* 406.

Item, quibus etiam malis inuoluantur detractores, tradit Graffis *decis. lib.* 2. *cap.* 145. *n.* 3. vbi *num.* 4. addit grauitatem huius criminis ex eo cognosci, quòd sit contra Deum, quando est contra Superiores. Vnde *Exod.* 15. inquit: *Nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Deum.* Propter quod Maria soror Mosi lepram incurrit: ideo detractores sunt Deo odibiles, quia neglectis iis, quæ proximo sunt ædificationi, ad reprehensibilia tamquam aues, seu canes ad cadauera aduolant, & quod peius est, antequàm de suo oculo trabem eijciant, in oculis suorum fratrum festucas curiosè, & malitiosè perquirunt.

Sequitur dicendum de incorrigibilibus, qui- 10.
nam sint, & quâ pœnâ puniendi? Panor. *in cap. cum nō ab homine. de iudicijs* ait tribus modis posse aliquem esse incorrigibilem. Primò, quando quis non vult à criminibus perpetratis desistere, & in illis perseuerat. Secundò, si ter monitus non desistit *cap. contingit, el* 1. *de senten. excommunic.* Tertiò, quando pœnitentiam sibi iniunctam non facit, & se abscondit *ex cap. vt fama. de senten. excommun.* pœnitentia non peractâ. Bernard. *in pract. cap.* 142. *num.* 1. 2. *in nouissima editione & Aloys.* Ricc. *in decis. Curia Archiep. Neapol. decis.* 87. *part.* 1. Aldret. *supra lib.* 2. *cap.* 26. quos referens sequitur Barbos. *in cap. cum non ab homine* 10. *num.* 7. *de iudiciis.*

Est enim receptum in omnibus Religionibus, vt etiam religiosi professi solenniter, si fiant incorrigibiles, eiiciantur. In primis ante quàm expellantur, priuatæ admonitiones debent præcedere: persistente deinde illo in obstinatione, neque se ipsum emendare volente, acriùs coram cunctis fratribus redarguatur cum lenitate, & verborum exhortatione, & obiiciatur eidem quòd sæpiùs punitus, & correptus emendari noluit, ac postea tamquam ouis morbida, & scabiosa, ne alios contaminet à Religione expellatur. Requiritur tamen, vt crimina sint probata, nec sufficiunt leues defectus etiam frequenter commissi, sed crimina; nec oportet, quòd eadem delicta sæpe faciat, sed vel eadem, vel alia diuersa, & sal-

tem

tem debet præcedere trina monitio. Farin. *in praxi q. 8. num.* 61. denique incorrigibilis is censebitur, qui multis adhibitis remediis corrigere se non vult; ait enim desperata est correctio, & emendatio, Aldrer. *supra lib. 2. d. cap. 26. per totum*, & Graffis *lib. 2. decis. cap. 24. num.* 19. & vltrà expulsionem addendæ sunt aliæ pœnæ delictis respondentes, quòd si ante quàm eiiciatur de carcere fugiat, non est ampliùs requirendus, sed dimittendus cùm ipse fuerit suæ pœnæ factus executor.

11. Pœna libelli famosi de iure ciuili, quæ sit, & de iure canonico, & an augeatur quando fit sub nomine alterius. Quo ad primam partem dicendum est libellum famosum esse compositionem factam in scriptis in infamiam alicuius eorum, quod quis probare non vult, & in publico positam, vel in loco vbi inueniatur, ita Syluester *in Summa, verbo libellus, num.* 4. & Angel. *eodem verbo in principio.*

De iure ciuili pœna capitis videtur imposita secundùm glossam *in l. lex Cornelia. §. si quis librum in verbo qui id fecit ff. de iniuriis.* & *ibi* Angel. *num.* 1. *&* 3. glos. *in cap. qui in alterius, in verbo flagelletur* 5. *q.* 1. & *ibi* Turrecrem. *in fine vers. secundum seueritatem*, Hostiens. *in Summa de iniuriis §. quot modis fiat iniuria. ad medium vers. & nota*; & Bursat. *cons.* 20. *num.* 55. quod intelligitur quando libellus famosus continet capitalia delicta in aliquem iactata: Secus si in libello improperetur delictum capitale: tunc enim non imponitur nisi eadem pœna, quæ pro improperato delicto, si verum esset imponeretur. glos. *in l.* 1. *in verbo si quis famosum C. de libell. famos.*

Alij verò tradunt pœnam esse non mortis, sed extraordinariam de consuetudine iuxta facti, & personæ qualitatem, ita Clar. *in practica §. final. q.* 68. *num.* 26. *vers. libelli famosi auctor, ad finem*, subdens se nunquam vidisse vltimo supplicio aliquem affectum pro libello famoso, sed solùm pœna extraordinariâ corporali punitum non obstante constitutione Pij Quinti. 155.

Pœna autem libelli famosi de iure canonico est flagellatio, seu fustigatio, quæ pœna potest imponi etiam auctori religioso. textus *in cap. de prima, & in cap. qui in alterium quinta q.* 1. glos. *in d. cap. de prima in verbo de prima*, & *ibi* Turrecr. *in vers. secundum Canones.* Armil. *de libello famoso num.* 1. *vers. & secundum Canones*, Sylnest. *eadem rubrica num.* 5. Quin imo cùm sit crimen graue potest deponi. Hostiens. *in summa de iniur.* 4. *quot modis fiat iniuria in fine vers. item posse deponi*, Placha *in epitome delict. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 3. *in fine.* Quòd si monitus neget delictum, illudque nolit fateri potest excommunicari, textus *in cap.* 2. *& ibi* glossa, & communiter omnes 5. *q.* 1. Syluester *in rubrica de libello, post num.* 5. semperque si sponte confiteatur libellum, punietur pœnâ arbitrariâ, & in foro conscientiæ tenetur ad restitutionem famæ, Turrecremata *in cap. si qui in fine* 5. *q.* 7. Plach. *supra lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 4. & Nauar. *in cap. Sacerdos num.* 6. *de pœnit. dist.* 6. Graff. *decis. lib.* 2. *cap.* 138. *num.* 5.

Item pœna libelli famosi multo fortius procedit in eo, qui libellum scribit in nomine alterius falsò alium inculpans de huiusmodi crimine, vt se excul\-pet *l. lex Cornelia §. si quis librum* ibi, *etiam si alterius nomine* & ibi glossa *in verbo alterius ff. de iniuriis*, & *ibi* Alberic. *in principio.* Iodoch. *in praxi criminal. cap.* 138. *post num.* 3. Idem dicendum est de faciente libellum famosum sine nomine, Angel. *in l.* 1. *in fine C. de libello famoso.* Clar. *in pract. Criminal. §. final. q.* 68. *num.* 26. *vers. libelli famosi auctor.*

Et quamuis in libello famoso vera exprimantur, non propterea auctor excusatur à pœnâ per textum. in *l.* 1. *C. de famos. libell.* & quamuis verum dicens in libello iudicialiter porrecto non teneatur, nihilominus aliter dicendum de publicatore libellum famosum extraiudicialiter, Abbas *in cap. cum te num.* 28. *ad finem. vers. secundo casu. & num.* 29. *etiam in fine. de re iudicata.* fauet maximè Pius Quintus in suâ constitutione. 155. de qua *in* 2. *parte Bullarij*, in qua cauetur pœnam libelli famosi locum habere etiam quando in eo vera sunt expressa, Farin. *d. q.* 105. *n.* 241. *ad n.* 248. vbi concludit quòd veritas conuicij non excuset, & ita seruatur in practica tàm in foro sæculari, quàm Ecclesiastico. Graffis. *decis. lib.* 2. *cap.* 138. *num.* 16. *vers. septima.* 12.

In aliquibus tamen casibus non habet locum pœna libelli famosi: in primis si non ponatur in aliquo loco publico, vt videatur, & legatur, ita Angel. in *l. lex Cornelia §. si quis librum n.* 2. *ff. de iniuriis*, vbi ponit exemplum, quando libellus ponitur, & affigitur in vnâ columnâ in plateâ, & *in l.* 1. *in principio C. de famosis libellis*, vbi de facientibus cantilenas famosas contra aliquem in publico, Hostiens *in summa de iniuriis §. quot modis fiat iniuria. num.* 3. *post versic. litteris vero*, vbi de illo qui fecit cadere scripturam in plateâ, Nauar *in cap. sacerdos num.* 9. *de pœnit. dist.* 6. vbi de faciente libellum, & illum proiiciente in locum publicum. Et iuuat definitio libelli famosi, de qua suprà, secundùm quam de essentia libelli famosi est, quòd ponatur in publico, vel saltem in loco, vbi reperiatur. 13.

Item non habebit locum pœna libelli, si quis faciat libellum famosum contra aliquem, à quo fuit priùs prouocatus per alium libellum famosum. ita Plot. *consil. crimin. diuersor.* 131. *num.* 15. *lib.* 1. quod intellige illum excusari à pœnâ rigorosâ, non tamen à pœnâ extraordinariâ, & mitiori.

Illud etiam non est omittendum videlicet esse excommunicatos omnes qui proferunt in lucem libellos famosos linguâ vulgari, vel aliâ, aut componunt, vel in vulgus emittunt carmina, seu cantilenas famosas cõtra statum ordinis Prædicatorum, vel Minorum, quæ excommunicatio est Papæ reseruata; requiritur tamen, vt præsumentes faciant. Secùs si id faciant in ignominiam, seu infamiam ipsorum religiosorum, Caietanus *in verbo excommunicatio. casu* 81. Nauar. *cap.* 27. *num.* 109. *vers.* 1. & Graffis *vbi suprà, num.* 15. secundùm vero forum conscientiæ tenetur confessarius imponere pœnitenti, vt conficiat contrarios libellos, vel si res est nota, vt subscribat se fuisse mentitum, saluâ tamen personâ propriâ, Syluest. *verbo libellus in fine.*

Quæri potest, quinam sint calumniatores hoc est falsi accusatores & quâ pœnâ puniantur? 14
Certi iuris est puniri pœnâ talionis ad similitudinem supplicij, quam merebatur accusatus, si delictum de quo accusabatur, patrâsset; & ad hanc pœnam accusator ipse etiam cum protestatione,

tatione, & promissione prosequendi accusationem vsque ad finem causæ se subscribendo astringere debet, ita vt ex falsâ accusatione criminis ordinarij ordinariâ eiusdem criminis plectatur pœnâ: ex falsa autem accusatione criminis extraordinarij pœna patitet extraordinatia iuxta qualitatē arbitrio iudicis criminis ipsius puniatur, ita ex *lege final. C. de calumn.* colligitur aarrol. *in l. si cui, in principio. num. 2. ff. de accusat.* Iul. Clar. *§. final. q. 12. verf. dixi quoque q. 81. in principio.* Menoch. *de arbitr. casu 322. num. 1.*

Calumniator ergo qui crimen quod obiecit non probauerit, dabit easdem pœnas, quas daturus erat accusatus: cæterùm, quia pœna talionia non est in vsu, punietur falsus accusator arbitrio iudicis, tantò grauius quantò bonum nomen accusati fuerit magis maculatum. Item tenebitur calumniator ad damna ex falsâ accusatione sequutâ, quoties accusationem non probauerit, vel ab ea destitit, quia præsumitur calumniator qui deficit in probationibus, & potest de calumniâ condemnari, glos. *in cap. 2. in verbo calumniandi. de calumniat.* Abbas *ibi num. 5.* Mascatd. *de probat. concl. 25.* Fr. Manuel. *regul. tom. 2. quæst. 3. art. 1.* & Hieronymus Giach. *in consilio Syndicatus num. 222.* vbi *num. 223.* vult dolum, & calumniam præsumi in illis, qui deficiunt in probatione, Aldret. *lib. 2. cap. 23. num. 4. & num. 9.* excusabitur tamen accusator ob semiplenam probationem à calumniâ, vt pœna euitetur.

15. Eiecti à Religione an debeant ali extra illam? Pars negans est certa quando absolutè eiiciuntur; secùs quando ad locum eis assignatum ad pœnitentiam agendam mittuntur; tunc enim debent eis necessaria ministrari, Antonin. *3. p. tit. 16. cap. 5. num. 1.* Syluester. *verbo Apostasia num. 9. vers. 5.* Azor. *1. par. lib. 12. cap. 16. §. secundo quæritur. vers. obiicias*, vbi volunt meritò eiectis alimenta denegati, vt facilius ad meliorem frugem se recipiant: alimenta itaque illis præstantur, qui sub regulari disciplinâ degunt; eiectis verò ob defectus adimuntur, similiter illis ea omnia negantur, quæ sub nomine alimentorum veniunt, Aldret. *d. lib. 2. cap. 26. ex num. 27.*

Quòd si sit contra iura eiectus, rursus admitti debet, & extrà Religionem monasterio acquirit; nam iniusta eiectio non obest monasterio: sicut nec Abbatis delictum Ecclesiæ nocet, *cap. si Episcopi 16. q. 6. & cap. delictum de regul. iur. in 6.* non acquirere autem monasterio vult glos. *verbo qua acquisierit, in cap. Abbates. 18. q. 2.* Redoan. *de spol. Ecclesia. q. 8. num. 76. & 77.* Surd. *de alimentis tit. 7. q. 35. num. 9.* & alij apud. Barbos. *in cap. sicut nobis el 2. num. 6. de regul.* quod intellige post sententiam, vt vult Molina. *tract. 2. disp. 140. vers. quoad votum* Lessius *suprà d. cap. 41. dub. 15. num. 112.* ideo ante sententiam acquirit monasterio. Quare potest cogi monasterium, vt illum repetat, & illi interim necessaria alimenta præbeat. Contrà verò si per iustam sententiam expellatur, non acquirere deinceps monasterio tradit Nauarr. *in commentario secundo de regularibus num. 33.* ex Abbate *ex cap. 1. de Infantib. & langui expositi.* eò quia eiectus desinit esse membrum monasterij, & habetur pro derelicto post sententiam; sicuti seruus derelictus non acquirit domino, quæ sententia placet glossæ *in d. c. 1. de infantibus* citato.

Quæ autem requirantur vt iuste religiosus expellatur ex dictis contra incorrigibiles colligitur aperte.

Deinde, quando est iustè eiectus, & priuatus habitu per sententiam propter delictum, potest, & debet vti habitu clericali, non autem habitu suæ Religionis, cùm sit illo priuatus, argumento *cap. gesta dist. 74.* & quicquid acquirit non acquirit sibi; eò quia ratione voti solemnis paupertatis, quo astringitur etiam eiectus, est incapax cùm ab eo non absoluatur, Cardinalis *in Clement. 1. §. quia vero. de sta. Monach.* Non enim decet ex iniquitate suâ commodum reportare. Acquiret ergo vsum eorum, quibus ad victum, & habitationem indiget, Nauarrus *comment. 2. de regul. num. 35.* Azor *p. 1. lib. 12. cap. 16. q. 4.* Sayr. *in claui lib. 6. cap. 9. num. 18.* Lessius *de iustitia lib. 2. cap. 41. dub. 15. num. 112.* Sanchez *in præcepta decalogi tom. 2. lib... cap. 9. num. 45.* Vnde non potest testari, Molina *disp. 277. vers. quoad cætera*, Sanchez *suprà num. 46.* Sed quid si eiectus ad Ecclesiam sæcularem, vel regularem legitimè promoueatur? Respondetur, quòd acquirit ipse verum dominium Ecclesiæ sæculari, vel regulari iuxta textum *in cap. si quis iam translatus. 21. quæst. 2. & cap. ne pro cuiuslibet 16. q. 1.* alioquin Episcopo originis, ita Panor. *in cap. final. de regul.* Syluest. *in verbo. Apostasia q. 9.* eò quia sub eius obedientiâ eiectus debet viuere: imo tenetur se Episcopo præsentare, & manifestare se fuisse eiectum, dareque illi obedientiam secundùm regulam clericalem, peteteque ab eo facultatem conuertendi in suos honestos vsus, quæ lucrifecerit. Quod fallit in eiecto damnato ad triremes, seu relegato: is enim finito termino suæ pœnitentiæ affixo debet redire ad Episcopum suæ originis, illiquè subesse, vel obtenta ab eo facultate ac dimissorijs transire ad alios.

Quid tamen sit de iure communi, attento Motu proprio, Gregor. 13. Incipit. Officij nostri. omnia per hos eiectos vndecunque acquisita post eorum mortem competunt Cameræ Apostolicæ, si extrà religionem moriantur, ita Campanil. *in diuersorio iuris Canon. rubr. 12. cap. 5. num. 9. in principio* vbi est sermo de eiectis exutis habitu monachali, ac dimissis à corpore ordinis. Rota apud Farin. *decis. 109. num. 2. p. 2. recent.*

Porro Religiosi professi iuste eiecti, & habitu ex iustâ causâ priuati si à Religione repetantur, tenentur redire; si autem nolint redire censebuntur ex numero apostatarum; quicquid negent Nauarrus *int. de regularibus conf. 18. num. 2. & conf. 51. iunio de statu Monachorum.* & Azor. *part. 1. lib. 12. cap. 16. q. 6.* ita text. *in cap. final. de regularibus*, Soar. *tom. 5. disp. 27. sect. 5. num. 20.* Lessius *d. cap. 41. dub. 15. num. 111.* Sayr. in Claui *lib. 10. cap. 9. num. 25. & 27.* Sanchez *suprà lib. 6. cap. 9. num. 30.* vbi contrarijs respondet, quæ sententia est multo probabilior. 16.

Quin imò eiectos iustè potest cogere religionem, vt eum perfectè emendatum rursus admittat, vt per D. Antoninum, *3. part. tit. 16. cap. 5.* Nauat. *de regularibus d. Conf. 51. in fine in 1. edit. & Conf. 18. in fine in secunda* Molin *tract. 2. dispu. 140. vers. quod ad votum*, Lessius *d. dub. 15. num. 112. vers. verius tamen puto*, vbi addit id esse verum, nisi religio iustas causas haberet non admittendi illum. Sanch. *d. cap. 9.*

num. 32. Redeuntes ergo recuperabunt omnes prærogatiuas tam in ſedendo, quàm in ſuffragiis ferendis, quas habent reliqui profeſſi ratione profeſſionis, Sanchez *d. cap.* 9. *num.* 33.

His adde eiectos à religione non teneri ad obſeruantias regulares, nec ad reliqua vota iuxta religionis ſuæ inſtitutum in ea facta, exceptis tribus ſubſtantialibus, paupertatis ſcilicet, caſtitatis, & obedientiæ: atque ita non tenentur ad ieiunia, vigilias, delectum ciborum: item non tenentur ad vota particularia ſuæ religionis, ita tamquam verius tradunt Nauarrus *comment.* 3. *num.* 46. *& ſub titulo de regularibus conſ.* 51. *num.* 2. *in antiquis*; aliàs *conſ.* 78, *num.* 2. *in nouiſ.* Barthol. à S. Fauſto *in theſauro Religioſorum lib.* 6. *q.* 237. Leſſius *d. lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 15. *in fine* Sanchez *d. cap.* 9. *num.* 52. vbi 56. reſoluit quartum votum à Religioſis B. Mariæ de Mercede redimendi captiuos emiſſum, & aliud in ordine Minimorum S. Franciſci de Paula vitæ quadrageſimalis eiectos eiuſmodi non obligare, non quòd omnino extinguantur, ſed quia ſuſpenduntur pro eo tempore, quo eiecti non degunt in religione cum cæteris, Barthol. à Sancto Fauſto *d. lib.* 6. *q.* 237. *num.* 4. Similiter non tenentur ad penſum diuini officij recitandum, quando non ſunt in Sacris, quia ſaltem non ſunt in ſtatu, in quo ex conſuetudine teneantur ad preces canonicas, ita Barthol. à Sancto Fauſto *d. lib.* 6. *q.* 241.

17. Denique, quæ pœna ſit & à iure veneficis, Sortilegis, & incantatoribus? In primis ex decreto Clementis VIII. vtentes veneficijs, incantationibus, aut ſortilegiis ſi ſint regulares incidunt in caſum reſeruatum, niſi aliunde liberentur. Porro Sortilegiorum ſpecies ſunt diuerſæ: principaliores vero ſunt tres, diuinatiua ſcilicet, amatoria, & venefica. Diuinatiua eſt illa per quā ſortilegi futura quædam, præſentia vel præterita nobis ignota vaticinari conantur, de quibus *in cap. non oportet.* 26. *q.* 5. *in cap. ſortilegi* 26. *q.* 1. *& in l. nemo C. de malefic. & Mathemat.* Amatoriū ſortilegium eſt illud quod fit ob amorem libidinoſum, & vt plurimùm ad flectendum animos pudicos ad libidinem, de quo *in l. eorum in principio C. de Maleſic. & Mathemat.* Venefica tandem, ſeu malefica ſortilegia, quæ ſunt alijs perniciosiora, ſunt per quæ diuerſæ fabricantur infirmitates tàm in hominibus, quàm in brutis animantibus, ex quibus ſtatim, vel mors oritur, vel paulatim corpus conteritur, & poſt longas querimonias tandem vita conſumitur.

Clericus ergo veneficus, ſeu ſortilegus à diuinis, & miniſterio altaris debet ſuſpendi per annum, & eò ampliùs arbitrio iudicis, quo ad illud amplius. Barboſa *de ſortilegiis cap. ex tuarum eodem titulo, num.* 6. Sanchez *de matrimonio lib.* 8. *diſp.* 34. *num.* 32. Si autem clericus bono zelo ductus, & ſimplicitate cordis ſortilegio vſus fuerit eodem modo ſuſpenditur, Soares *de religione tom.* 1. *lib.* 2. *de ſuperſt. cap.* 18. *num.* 13. Delrius *diſquiſit. magi. lib.* 5. *ſect.* 16. & Menoch. *de arbitrar. caſu* 388. *num.* 6. & Aldrer. *lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 4. vbi *num.* 9. ſubdit conſulentes veneficos, incantatores, & ſortilegos, ſi clerici fuerint perpetuò deponendos, & in monaſterium arctum detrudendos, *cap. ſi quis Epiſcopus* 26. *q.* 5. imo de iure Canonico etiam in foro contētioſo clericus dolo malo conficiens ſortilegia deponitur etiam quando non ſunt hæreticalia ad ordines ſacros, & omnibus beneficiis priuatus perpetuo in monaſterio includitur. Panor. *in cap.* 2. *de ſortilegiis.* Ghirlandus *de ſortilegiis q.* 11. *num.* 5. 8. & 10. Berber. *in ſuo viatorio iuris, titulo de ſortileg. num.* 10. vbi fit etiam infamis, vt *in cap. quiſquis* 2. *q* 8. & alijs pœnis afficitur de quibus *in cap. de benedicto* 32. *q.* 1. Quibus tamen non obſtantibus hodie pœna ſortilegiorum de iure ciuili non hæreticalium, eſt arbitraria, & de iure canonico etiam tam laicis, quàm clericis, Abbas *in d. cap.* 2. *de ſortilegiis*, quem ſequitur Ghirland. *vbi ſupra d. q.* 11. *num.* 7. *verſ. & circa præmiſſa nota vnum ſingulare, & num.* 10. *in fine*, vbi concludit hodie omnes pœnas eſſe arbitrarias, idcirco poſſe iudicem pœnas augere, & minuere ſecundùm qualitatem facti, conditionem perſonarum, animum delinquentis eius arbitrio.

Quando denique liceat appellare in Religione ſubdito grauato ex eo quæri poteſt, quia Bonifacius Papa Octauus ſtatuit, non eſſe integrum fratribus Ordinis Minorum à correctionibus Prælatorum eiuſdem Ordinis aliquando appellare: item, quia ſimile priuilegium indulſit Sixtus Quartus Carmelitanis, & Auguſtinianis, & Iulius Papa ſecundus ſub pœnâ excommunicationis interdixit Fratribus, & monialibus Ordinis Prædicatorum, ne à mandatis Prælatorum dicti ordinis appellare poſſint, vt habetur in *compendio priuilegiorum, verbo appellare.* 18.

Nihilominus dicendum eſt hoc procedere, quando appellant à correctione in mandatis regularibus legitimè factis: tunc enim nequeunt appellare à ſuorum Superiorum iuſtis mandatis, & correctionibus, quæ fiunt ſecundùm ſtatuta regulæ, vel Ordinis, aut ad effugiendum regularem diſciplinam. Nam appellatio fundatur ſuper grauamine, *cap. vt debitus. de appellatione:* at verò quando Superior corrigit ſecundùm regulam vel ſecundùm regularem diſciplinam, non grauat.

Licebit tamen regularibus appellare quando Superior modum corrigendi excedit, vt colligitur *ex cap. De Priore. de appellationibus* 31. Scacc. *eodem titulo. q.* 17. *limit.* 27. *num.* 12. Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 11. *q.* 8. vbi. *q.* 7. reſoluit religioſum à Superiore iniquè tractatum, vexatumve tutâ conſcientiâ è monaſterio exire poſſe inſcio, vel eodem Superiore inuito, quem referens ſequitur Barboſ. *in d. cap. de Priore. n.* 3. *fine*; vbi Alexander Papa. 3. Priorem quendam grauiter iubet puniri, qui modum corrigendi excedens appellationem ſui ſubditi non admiſit, quòd expreſsè docent gloſſa *in cap. licet in verbo interclusum*, & Decius *ibidem de officio ordinarij*, Syluest. *verbo appellatio q.* 7. Nauar. *conſ.* 2. *de ſenten. & re. iudic.* in antiquis; *alias conſ.* 5. *de appellationibus in nouis* Fr. Manuel. *in ſumma part.* 2. *tract. de ordine iudiciali cap.* 13. *concl.* 3. Ratio, quia appellatio eſt de iure naturali: ideo non poteſt negari, quando eſt iuſta. Tum etiam quamuis ita grauati appellare nequeant, nec per viam appellationis poſſint Superiorem adire; poterunt tamen accedere ad illum per viam ſimplicis querelæ, & Superior causâ cognitâ tanquam rectus iudex grauamini, ſi quod fuit deferet, Nauar. *ſuprà & in commentario in cap. nullam.* 18. *q.* 2 *comment.* 3. *num.* 51. & Fr. Manuel. *tom.* 1. *quæſt. regular. q.* 29. *art.* 2. & *in ſumma de ordin. iudiciali cap.* 3. *concl.* 3. & ſub pœnâ excom

excommunicationis latæ sententiæ interdictum est Fratribus etiam Minoribus de Obseruantia, habetur *in constitutione Gregory.* 13. quæ incipit, *Quoniam nostro Pastorali, quæ est* 34. *eiusdem in ordine, edita* 1575. *Octauo Aprilis*, cuius absolutio est reseruata summo Pontifici, si ad Tribunalia ipsi sæcularia appellent, & ad ea confugiant: nec non pœnas priuationis perpetuæ officiorum per eos obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & alia quæcunque dicti Ordinis officia exercenda, ac vocis tàm actiuæ, quàm passiuæ eo ipso incurrant.

Debent ergo ex prædicta constitutione suprà dicti fratres à Prælatis suis grauati appellare; à Guardiano ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem; à Generali ad Protectorem; à Protectore ad Sacram Congregationem. Neque concessio appellandi hoc modo contrariatur Concilio Tridentino *ses.* 25. *de regularib. cap.* 4. quia Concilium ibi non prohibet religiosos recurrere ad Superiores per viam appellationis, sed tantùm prohibet, ne ad eos personaliter confugiant inconsulto Superiore. Nec est credendum voluisse Concilium priuare religiosos eo beneficio, quod illis competit de iure naturæ: quamuis meliùs sit ab appellationis remedio abstinere, etiam quando licita est, prout decet religiosos Nihilominus si grauentur sine causâ plus iusto, & grauans appellationi non defert, nec facultatem facit adeundi Superiorem; sed imò potius conijcit in vincula, aut alio modo impedit, potest grauatus absque licentiâ Prælati immediati confugere ad Superiorem maiorem, vt à tali grauamine eximatur iuxta Baldum *in cap. ad nostram. de appellationibus*; nec propterea ligabitur excommunicatione, cùm non incurratur sine peccato mortali, argumento *capitis Nemo, & cap. nullus* 11. *q.* 3. nec etiam adeundo Superiorem incurritur Apostasia, nec trãsgreditur Concilium Trident. quod loquitur de eo solùm, qui non grauatus absque vlla appellatione recurrit ad Superiorem, eo solo quòd prætendat integrum sibi esse confugere ad illum inconsulto Superiore immediato: quod est falsum. Fr. Manuel. *tom.* 1. *regul. q.* 29. *art.* 2. *& in Summa tom.* 2. *tract. de ordine iudiciali cap.* 13. *concl.* 3. post Nauarrum *in cap. nullam* 18. *q.* 2. *num.* 51. quos referens sequitur Sayr. *in claui lib.* 12. *cap.* 17. *num.* 40.

FINIS. LAVS DEO.

Protestatio Auctoris.

EGO BAPTISTA FRAGOSO *è Societate* IESV, *ex Algarbio Lusitaniæ, totum hoc secundum Volumen submitto correctioni sanctæ Matris Ecclesiæ Romanæ: si quæ verò in eo contenta, & scripta fuerint, quæ Orthodoxæ fidei, ac bonis moribus repugnent, aut pias Christianorum aures offendant, paratus mutare, & pro non dictis, nec scriptis haberi volo. Idibus Octobris* 1633.

BAPTISTA FRAGOSO.

INDEX

INDEX

Rerum, & Verborum notabilium, quæ in hoc ſecundo Volumine continentur.

A

Abbas, & Abbatiſſa.

Index Rerum,

Index Rerum,

Bullæ

Bulla Cruciata.

Et

Casus

cognationem

Index Rerum,

nisi

D

Denunciatio,

Distributiones.

Episcopi

Episcopus circa beneficia.

Fideles

lem

Confessarius

Legatus

Naufragantes.

P

Pallium.

Papa

Paſſalia, ſeu Manſus Eccleſiæ.

Patriarcha.

Præceptor.

Prælatus.

Primicerius.

Princeps.

Priuilegia.

Regulares, & Regulæ.

Relictum.

Religiosi.

Rescriptum.

Res integra.

Rem.

Titulus.

Toletanus Archiepiscopus.

Tonsura.

V

Venientes.

Venenum.

Victualia.

Vicarius.

Vices.

Vinum.

Vir.

Virga.

Visitare.

concessa

Vita.

Vnctio.

Vnire, & Vniones.

Vniuersitates.

Vsurpant.

FINIS.